R. 300

Tomus Septimus.

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

SCRIPTVM COMPLECTENS

IN TERTIVM ET QVARTVM SENTENTIARVM

MAGISTRI PETRI LOMBARDI

Quorum Distinctiones, ac Quæstiones
sequens Index ostendit.

ROMAE M D LXX

R. 3003

Tomus Septimus.

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

SCRIPTVM COMPLECTENS

IN TERTIVM ET QVARTVM SENTENTIARVM

MAGISTRI PETRI LOMBARDI

Quorum Distinctiones, ac Quæstiones
sequens Index ostendit.

ROMAE M. D. LXX

INDEX DISTINCTIONVM

ET PARTITIONVM TERTII LIBRI SENTENTIARVM MAGISTRI PETRI LOMBARDI.

DISTINCTIO I.

Vtrum filius carnem assumpsit, non pater uel spiritus sanctus. fol. 1
Vtrum pater uel spiritus sanctus potuerit incarnari. 4
An filius qui tantũ carnem accepit, aliquid fecerit quod non pater uel spiritus sanctus. ibidẽ

DISTINCTIO II.

Vtrum totam humanã naturã acceperit, & quid nomine naturæ intelligit. 6
De unione uerbi & carnis mediante anima. 8
Quòd simul assumpsit carnem & animã uerbũ, nec caro prius est concepta q̃ assumpta. 9

DISTINCTIO III.

De carne assumpta, qualis ante fuerit. 10
Quòd nullus est siue peccato hic excepta Virgine. 12
Quare Christus non fuit decimatus in Abraam sicut Leui. 14
Quare caro Christi nõ est dicta peccatrix, sed similis. 16
Quod aduersatur illi sententiæ qua dicitur, carnẽ Christi non priùs conceptam, q̃ assumptã. 16

DISTINCTIO IIII.

Quare spiritui sancto tribuatur incarnatio, cũ sit opus trinitatis. 17
Quare dicatur Christus cõceptus & natus de spiritu sancto. 18
Alia ratiõ quare dicatur natus de spiritu sancto. 19
Quare Apostolus dicit Christum factum, quem nos fatemur natum. 20

DISTINCTIO V.

Si persona uel natura personam uel naturam assumpsit, & si natura dei sit incarnata. 20
De parte quæstionis perplexa. 21
An diuina natura debeat dici caro facta. 22
Quare non accepit personã hominis cũ assumpsit hominem, quòd quidam probare nituntur. 23
Oppositiones quibus probatur personam accepisse personam. 23

DISTINCTIO VI.

De intelligentia harum locutionum Deus est homo, deus factus est homo &c. tres sententias ponit. 25
Prima est eorum qui dicunt in incarnatione hominẽ quendã ex anima & carne constitutũ, & illũ hoiem factũ esse deũ, & deũ illũ hominẽ & authoritates huic sententiæ assertũ ponit. 26
Secunda est eorum qui dicunt hominem illũ ex tribus substantiis, uel ex duabus naturis cõstare, & hũc fatemur esse unã psonã ante incarnationẽ simplicẽ tantũ, sed in incarnatione cõpositã, & uel hortatur, quibus se munit ponit. 26
Tertia est eorũ qui nõ solũ personam exmaturis cõpositã negãt, sed etiã aliquẽ hominẽ uel aliquã substãtiã ibi ex aĩa & carne cõpositã diffitetur, & sic illa duo, s. aĩam & carnẽ uerbo unita dicũt, ut nõ ex illis aliquã substãtiã uel psona cõponeret, sed illis duob⁹ uelut indumẽto deus uestiretur, ut mortalibus oculis appareret, q̃ rõne incarnatiõis secũm habitũ accipiũt. 26
Deinde auctoritates inducit quibus sententia roboratur. 27
Quatuor species habitus distinguuntur. 27

DISTINCTIO VII.

Deinde quæ singillis sententiis aduersari uidentur ponit. 28
Ex quo sensu dicitur Christus prædestinatus. 29
Quo sensu dicatur Christus prædestinatus. 31
Quòd non debet dici homo dominicus. ibidem

DISTINCTIO VIII.

An diuina natura dici debeat nata de Virgine. 32
De gemina natiuitate Christi q̃ bis natus est. 32

DISTINCTIO IX.

De adoratione exhibẽda humanitati Christi. 34

DISTINCTIO X.

An Christus secũdum quòd homo sit adoptiuus filius. 37
An persona uel natura prædestinata sit. 39

DISTINCTIO XI.

Vtrum Christus sit creatura uel factus. 40
De perfidia & pœna Arrii. 41

DISTINCTIO XII.

An homo ille semper fuerit, uel cœperit esse. 42
An Deus aliũ sumere potuerit, uel aliunde q̃ de genere Adæ. ibidem
Si hõ ille potuerit peccare, uel non esse deus. 43
Oppositio quòd etiã unita potuit peccare. ibidẽ
Si deus potuit assumere hominem in sexu muliebri. ibidem

DISTINCTIO XIII.

De sapientia & gratia hominis Christi, an in eis perficere potuerit. 44
An Ambrosius aduersetur huic sententiæ 45
Quomodo intelligantur eius uerba. 46

DISTINCTIO XIIII.

Si anima Christi habuit sapientiam parem cum deo, & si omnia scit quæ deus. 47
Quare deus non dedit illi animæ potẽtiam omnium ut scientiam. 50

DISTINCTIO XV.

De hominis defectib' quos assumpsit Christ'. 52
De ꝓpassione & passiõe timoris uel tristitiæ. 53
De quibusdã capitulis obscuris Hylarii quibus a carne Christi dolores passionis submoueri uidentur. 55
De tristitia Christi, & eius causa secundum eundem. ibidem

DISTINCTIO XVI.

An in Christo fuerit necessitas patiendi & moriendi, quæ est defectus generalis. 57
De statibus hominis, & quid Christus de singulis acceperit. 58

DISTINCTIO XVII.

Si oĩs Christi oratio uel uolũtas impleta sit. 58
De uolũtatibus Christi secũdũ duas naturas. 59
De capitulis quibusdã Ambrosii & Hylarii, ubi de dubitatione & timore Christi agit. 60 & 61

DISTINCTIO XVIII.

Si Christus meruit sibi & nobis, & quid sibi, & quid nobis. 61
Quòd a cõceptu meruit Christus sibi hoc quod per passionem. 62
De eo quod scriptum est. Donauit illi nomẽ qđ est supra omne nomen. 62
Si Christus sine omni merito habere uoluit quod merito obtinuit. 63
De causa passionis & mortis Christi. 64

DISTINCTIO XIX.

Qualiter a diabolo & a peccato redemit nos Christus per mortem. 65
Cur deus homo & mortuus. 66
Quomodo a pena redemit nos Christus. ibidẽ
Quomodo pœnam nostram portauit. ibidem
Si Christus solus redemptor ut mediator debet dici. 67
De mediatore. ibidem
Secundum quam naturam sit mediator. 68

DISTINCTIO XX.

Quòd alio modo potuit liberare hominem, & quare potius isto. 68
Qua iustitia sit victus diabolus. 69
De causa inter deum & hominem & diabolũ. 70
De traditione Christi facta a Iuda a deo & a iudeis. 70
Vtrũ Chri passio sit opus Dei uel iudeorũ. ibidẽ
Si Iudæi sunt ibi operati bonum. 71

DISTINCTIO XXI.

Si in Christi morte separata fuit anima uel caro a uerbo. 71
Qua ratione dicit Chs mortuus uel passus. 73

DISTINCTIO XXII.

Si Christus in morte fuit homo. 75
Si Christus ubicunque est sit homo. ibidem
Quòd Christus ubiq; est totus, sed nõ totũ, uel totus est homo uel deus, sed non totum. 76
Si ea qua dicũtur de deo uel filio dei, possint dici de homine illo, uel de filio hominis. 78

DISTINCTIO XXIII.

Si Christus habuit fidẽ, spem, & charitatẽ. 78
Quid sit fides. 79
Quot modis dicitur fides. ibidem
Quid sit credere Deum, uel deo, uel in deum. 80
De informi qualitate mentis quæ in malo Christiano est. ibidem
Quòd fides est de his quæ non uidẽtur proprie, ipsa tamen uidetur ab eo in quo est. 82
Descriptio fidei. 83
Quare sola fides dicitur fundamentum. ibidem
An illa descriptio conueniat spei. 84

DISTINCTIO XXIIII.

Quomodo intelligitur quod scriptum est. Cum factum fuerit credatis. 86
Si Petrus habuit fidẽ passionis quando uidit hominem illum pati. 87
Si aliqua sciuntur quæ creduntur. ibidem

DISTINCTIO XXV.

De fide antiquorum. 89
De fide simplicium. 90
Quæ ante aduentum credere sufficiebat. ibidẽ
De fide Cornelii. 91
De ętate fidei, spei, & charitatis, & operis. ibid.

DISTINCTIO XXVI.

De spe quid sit. 93
De quibus sit spes. ibidem
Quomodo differant fides & spes. ibidem
Si in Christo fuerit fides uel spes. 94
Si iusti in inferno fidem & spem habuerunt. 94

DISTINCTIO XXVII.

De charitate dei & proximi quæ in Christo & in nobis est. 97
Quid sit charitas. ibidem
Si eadẽ charitate diligitur deus & proximus. 98
Quare dicuntur duo mãdata charitatis. ibidem
De modo diligendi. ibidem
De impletione illius mãdati, diliges deũ ex toto corde tuo. &c. 100
Quòd alterum mandatum in altero est. 101
Quæ charitate diligenda sunt. 103

DISTIN-

DISTINCTIO XXVIII.

Si iubemur totum primum diligere & nos totos. 103
Si in dilectione proximi includitur dilectio angelorum. 104
Quid sit proximus, & quòd hoc nomen ad aliquid est. 105
Quibus modis dicitur proximus. ibidem

DISTINCTIO XXIX.

De ordine diligẽdi quid prius qđ posterius. 105
An omnes homines pariter diligendi sunt. 106
De gradibus charitatis. ibidem
An proximus sit tantum diligendus, quantum nos. 105
An pari affectu sint omnes diligendi. ibidem

DISTINCTIO XXX.

Si melius est diligere amicos quàm inimicos. 109

DISTINCTIO XXXI.

Si charitas semel habita amittatur. 112
Quare fides, spes, & scientia dicuntur euacuari, & non charitas cum & ipsa sit ex parte. 114
Si Christus ordinem diligendi seruauit quem nos. 115

DISTINCTIO XXXII.

De charitate dei. 116
Quomodo deus dicitur magis diligere uel minus hunc uel illum. 116
Quòd dupliciter inspiciẽda ẽ dilectio dei. ibidẽ
Si quis magis uel minus diligitur a deo uno tempore quam alio. 117
Si deus ab ęterno dilexit reprobos. 117

DISTINCTIO XXXIII.

De quatuor uirtutibus principalibus. 117
Vtrum hæ uirtutes fuerint in Christo, & sint in angelis. ibidem
De usibus earum. ibidem

DISTINCTIO XXXIIII.

De septem donis spiritus sancti. 127
Vtrum sint uirtutes, & sint in angelis. ibidem
Vtrum in Christo fuerint. 128
De timorum distinctione. 129
De timore casto & seruili & initiali. 131
Quo differant castus & seruilis & initialis. 132
Quomodo timor seruilis & initialis dicũtur initium sapientiæ: sed differenter. 133
Quomodo castus timor pmanet in æternũ. 134
Si timor pœnę qui fuit in Christo fuit seruilis uel initialis. ibidem

DISTINCTIO XXXV.

De sapientia & scientia quo differant. 135
In quo differat sapientia ab intellectu. 136
Vtrum intellectus & scientia quæ inter dona numerantur, sint illa quę naturaliter habet homo. 137
Quòd sapientia ista Dei est, nec est illa quæ Deus est. 138

DISTINCTIO XXXVI.

De cõnexione uirtutum quę non separãtur. 139
An cunctæ uirtutes pares sint in quocũque. 140
Quomodo in charitate tota lex pendet. 140

DISTINCTIO XXXVII.

De decem mandatis quomodo contineantur in duobus. 143
Quare idolum nihil esse in mundo dicitur. 143
Quare in spiritu sancto proprie dicitur fieri remissio peccatorum. ibidem
De sensu spirituali & carnali legis. ibidem
De furto. 144
De mendacio. ibidem

DISTINCTIO XXXVIII.

De triplici genere mendacii. 145
De octo speciebus mendacii. 146
Quid sit mendacium. ibidem
Quid mentiri. ibidem
Quòd omne mẽdacium peccatum sit, siue prosit siue non, & quare. 147
In quibus rebus cũ periculo erratur uel nõ. ibidẽ
De Iacob, si mentitus fuit. ibidem

DISTINCTIO XXXIX.

De periurio. 148
An sit periuriũ quod non est mendaciũ. ibidem
De triplici modo periurii. ibidem
An iuratio sit malum. ibidem
De iuramento quod fit per creaturas. 149
Quæ iuratio sit grauior, an quæ fit p deũ, an quę fit uel per creaturas uel per euangelium. 149
Quid est dicere per deum. ibidem
De illis qui iurant per falsos deos. ibidem
Quòd iuramẽtum uel promissio contra Deum facta non est tenenda. ibidem
Si est periurus qui nõ facit qđ incaute iurat. 150
De illis qui uerborum caliditate iurant. ibidem
De illo qui cogit aliquem iurare. ibidem

DISTINCTIO XL.

Quare lex dicitur comprimere manum non animum. 151
Quæ sit littera occidens. 152
De legis & euangelii distantia. ibidem

Distinctionum tertij libri Magistri Petri Lombardi, finis.

INDEX QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM TERTII LIBRI SENTENTIARVM SANCTI THOMAE.

DISTINCTIONIS PRIMAE.

QVAESTIO I.

VTrum Deum incarnari fuerit impossibile fol.1
Vtrum deum incarnari fuerit congruum. 1
Vtrum si homo non peccasset, deus fuisset incarnatus 2
Vtrum decuerit deum tantum incarnationem suam differre. 3

QVAESTIO II.

Vtrum una persona sine alia possit carnem assumere 4
Vtrum magis conueniens fuerit filium incarnari, uel patrẽ uel spiritum sanctum 4
Vtrum debuit magis pater quàm filius incarnari 6
Vtrum decuerit magis spiritũ sanctum q̃ filiũ incarnari. ibidẽ
Vtrum pater potuit carnem assumere uel etiam spiritus sanctus. ibidem
Vtrum pater & filius & spiritus sanctus possint eandem numero naturam assumere. 5
Vtrũ una persona possit duas humanas naturas assumere 5

DISTINCTIONIS II.

QVAESTIO I.

Vtrum humana sit præ aliis assumptibilis. 6
Vtrum angelica sit magis assumptibilis quàm humana. ibidem
Vtrum totum uniuersum sit magis assumptibile quàm humana natura. ibidem
Vtrum in omnibus suppositis natura humana sumi debuit. 7
Vtrum in aliquo supposito ex eadem specie generato. ibidem.
Vtrum in ipso Adam assumere debuerit naturã humanã. ibidẽ.
Vtrum carnem humanam assumpsit. 8
Vtrum carnem tantum & non humanam animam assumpserit. ibidem
Vtrum assumpserit formam totius & ex compositione partium resultantem.

QVAESTIO II.

Vtrum assumpserit carnem mediante anima. ibidem
Vtrum animam assumpsit mediante spiritu. 8
Vtrum assumpserit totum mediantibus partibus. 8
Vtrum natura humana sit assumpta mediante gratia. 9
Vtrum assumpsit carnem mediante spiritu sancto. 9
Vtrum unio cadat media inter naturam humanam & diuinam. 9
Vtrum caro prius fuerit concepta quàm assumpta 10
Vtrum caro prius fuerit assumpta quàm animata. ibidem.
Vtrum anima prius assumpta quàm corpori unita. ibidem

DISTINCTIONIS III.

QVAESTIO I.

Vtrum beata Virgo fuerit ante sanctificata quàm cõceptio eius finiretur. 11
Vtrum ante animationem fuerit sanctificata. 11
Vtrum ante natiuitatem ex utero fuerit sanctificata. 11
Vtrum fuerit per sanctificationem totaliter ab originali mundata. 11
Vtrum per sanctificationem in utero fuerit immunis a peccato actuali. 12
Vtrum per sanctificationem secundam fuerit confirmata in bono. 12

QVAESTIO II.

Vtrum aliquid actiuè ad Christi conceptionẽ operata fuerit. 13
Vtrum generatio filii ex eâ sit naturalis uel miraculosa. 13

QVAESTIO III.

Vtrum conueniebat uirgini saluatoris conceptionem annunciari. 13
Vtrum annunciatio fuerit per modũ corporalis uisitationis. 14
Vtrum annunciatio debuit fieri per angelum. 14
Vtrum angelus annuncians fuit de summis ordinibus. ibidem

QVAESTIO IIII.

Vtrum carõ Christi in antiquis patribus fuerit peccato obnoxia. 15
Vtrum caro Christi fuerit in antiquis patribus secundum quantitatem determinatam. 16
Vtrum solus Christus in Abraam non fuerit decimatus. 16
Vtrum Christus in Abraam decimatus sit. 16

QVAESTIO V.

Vtrũ corpus Christi fuerit ex purissimis Virginis sanguinibus. 16
Vtrum conceptio corporis Christi fuerit subito uel successiue. 16
Vtrum Christo sanctificari conueniat, ut indigeret sanctificatione. 17

DISTINCTIONIS IIII.

QVAESTIO I.

Vtrum efficientia conceptionis Christi debeat appropriari alicui personæ. 18
Vtrum debeat appropriari patri. 18
Vtrum sit attribuenda filio. 18
Vtrum debeat appropriari spiritui sancto. 18
Vtrum Christus secundum quod homo possit dicit filius spiritus sancti. 18
Vtrum possit dici filius trinitatis. 18

QVAESTIO II.

Vtrum beata Virgo possit dici mater hominis Christi Iesu. 19
Vtrum debeat dici mater dei. 19

QVAESTIO III.

Vtrum illam conceptionem aliqua præcesserunt in antiquis patribus. 19
Vtrum gratia sit naturalis illi homini. 20
Vtrum Christus diuinitate sit repletus corporaliter. ibidem

DISTINCTIONIS V.

QVAESTIO I.

Vtrum unio sit aliquid creatum. 20
Vtrum illa unio sit minima unionum. ibidem
Vtrum unio differat ab assumptione. ibidem
Vtrum unio sit facta in natura. 21
Vtrũ unio sit facta in persona, & si Christus est una persona. 21

QVAESTIO II.

Vtrum assumere conueniat diuinæ personæ. 22
Vtrum assumere conueniat naturæ. 22
Vtrum conueniat naturæ remotis personis. 22

QVAESTIO III.

Vtrum humana natura sit assumpta. 23
Vtrum anima separata sit persona, 23
Vtrum persona sit assumpta. 23

DISTIN-

DISTINCTIONIS VI.

QVAESTIO I.

In quo tres illæ opiniones communicant. 24
In quo vna harum opinionum ab alia differat. 24
Quid vnaquæque harum opinionum ponat. 24
Vtrum in Christo sint duæ hypostases. 24
Vtrum in Christo sint duo suppositа. 24
Vtrum in Christo sint duo individua. 24
Vtrum ibi sint duæ res naturæ. 24
Vtrum filius Dei assumpserit hominem. 25
Vtrum homo dicat tbi compositũ ex duabus substantijs tantũ 25

QVAESTIO II.

Vtrum Christus sit duo naturaliter. 26
Verum in Christo sit tantum vnum esse. 27
Vtrum persona verbi post incarnationem sit composita. 27

QVAESTIO III.

Vtrum in Christo fuerit aliqua compositio animæ & corporis. 27.
Vtrum humana natura verbo accidentaliter vniatur. 28.

DISTINCTIONIS VII.

QVAESTIO I.

Vtrum hæc sit vera, Deus est homo. 29.
Vtrum Christus possit dici homo dominicus. 30.

QVAESTIO II.

Verum hæc sit vera, Deus factus est homo. 30.
Vtrum hæc sit vera, homo factus est Deus. 30.

QVAESTIO III.

Vtrum homo Christus sit prædestinatus filius Dei. 31.
Vtrum hic filius Dei sit prædestinatus esse homo. 31.
Vtrum hec sit vera, filius Dei est prædestinatus simpliciter. 31.

DISTINCTIONIS VIII.

QVAESTIO I.

Vtrum solum modo in viuentibus sit natiuitas. 32.
Vtrum humana natura sit nata in Christo. 32.
Vtrum diuina natura in Christo nata sit de virgine. 33.
Vtrum ponendę sint duę natiuitates Christi vel vna. ibidem.
Vtrum Christus debeat dici bis natus. ibidem.
Vtrum in Christo sint duæ filiationes. ibidem.

DISTINCTIONIS IX.

QVAESTIO I.

Vtrum latria sit virtus. 34
Vtrum latria sit donum. 34
Vtrum sit generalis virtus. 34
Vtrum sit virtus theologica. 34
Vtrum ad aliquam virtutum cardinalium reducatur. 34
Vtrum humanitati Christi exhibenda sit latria. 34
Vtrum imaginibus Christi latria sit exhibenda. 35
Vtrum beatæ virgini latria sit exhibenda. 35
Vtrum cruci latria sit exhibenda. 35
Vtrum viris sanctis honor latriæ sit exhibendus. 35
Vtrum sine pecca: o alicui possit honor latriæ exhiberi. 35
Vtrum sit vniuoca cum illa quæ Deo exhibetur. 35
Vtrum latria debeatur Deo ratione potentiæ. 36
An debeatur sibi ratione sapientię. 36
An debeatur sibi ratione bonitatis. 36
Vtrum alia latria debeatur patri, alia filio. 36
Vtrum latria Deo sit exhibenda secundum carnales ritus. 36

QVAESTIO II.

Vtrum latria & dulia sint idem. 36
Vtrum dulia habeat diuersas species. 36
Vtrum peccatores debeatur adorari dulia. 36
Vtrum prælatus peccator debeat adorari dulia. ibidem.
An prælatus malus minus sit adorandus quàm subditus bonus. ibidem.
Vtrum dæmonibus dulia debeat exhiberi. ibidem.
Vtrum irrationalibus dulia debeat exhiberi. ibidem.

DISTINCTIONIS X.

QVAESTIO I.

Vtrum Christus secundum quòd homo sit Deus. 37
Vtrum Christus secundum quòd iste homo, sit Deus. 37
Vtrum Christus secundum quòd homo sit prædestinatus. 37
Vtrum Christus secundum quòd homo sit persona. 38
Vtrum secundum quòd homo sit individuum. 38
Vtrum secundum quòd homo sit suppositum, vel res naturę. 38
Vtrum conueniat Deo aliquem in filium adoptare. 38
Vtrum adoptare sit tantum Dei patris. ibi. 42
An toti trinitati competat adoptare. ibidem.
Vtrum per filium sit tantum adoptatio. ibidem.
Vtrum omnibus creaturis conueniat adoptari. 39
An homines ex ipsa creatione adoptet. ibidem.
Vtrum conueniat angelis adoptari. ibidem.
An Christus sit filius adoptiuus. ibidem.

QVAESTIO III.

Vtrum prædestinatio Christi sit de natura & de persona. 39
Vtrum prædestinatio Christi sit conformis prædestinationi humanæ. ibidem.
Vtrum prædestinatio Christi sit causa efficiens nostræ prædestinationis. ibidem.
An sit causa exemplaris. ibidem.
An sit causa finalis. ibidem.

DISTINCTIONIS XI.

QVAESTIO I.

Vtrum filius Dei sit creatura. 40
Vtrum Christus sit creatura. ibidem.
Vtrum Christus, secundum quòd homo possit dici creatura. 41
Vtrũ ea q̃ sunt humanę naturæ, possint dici de filio Dei. ibidem.

DISTINCTIONIS XII.

QVAESTIO I.

Vtrum hęc sit vera. Iste homo incipit esse. 42
Vtrum hęc sit vera. Homo incipit esse Deus. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum ille homo potuit peccare. 42
Vtrum Christus habuit potentiam peccandi. ibidem.

QVAESTIO III.

Vtrum filius Dei assumere debuit aliquem sexum. 43
An vtrumque sexum assumere debuit. ibidem.
Vtrum sexum fœmineum assumere debuit. ibidem.
Vtrum ab vtroque sexu carnem assumere debuit. ibidem.
Vtrum de vno tantum carnem assumere debuit. ibidem.

DISTINCTIONIS XIII.

QVAESTIO I.

Vtrum in Christo fuerit gratia habitualis perficiens animam eius. 44
Vtrum in eo fuerit gratia singularis hominis. ibidem.
Vtrum habuit Christus plenitudinem gratię. ibidem.
An Christus habuit morales virtutes vt temperantiam & huiusmodi. ibidem.
An Christus habuit magnificentiam & huiusmodi. ibidem.
Vtrum gratia Christi fuerit infinita. ibidem.
Vtrum gratia Christi fuerit infinita. ibidem.

QVAEST.

QVAESTIO II.

Vtrum Christus secundum quòd homo sit caput ecclesiæ. 45
Vtrum Christus secundum quòd homo sit caput angelorum. 45
Vtrum sit caput omnium hominum. 46
Vtrum sit caput animarum tantum & non corporum. ibidem.

QVAESTIO III.

Vtrum gratia vnionis sit creata. 46
Vtrum gratia vnionis sit idem quod gratia capitis. 47
Vtrum sit eadē gratia capitis & gratia singularis hominis. ibidē.
Vtrum gratia singularis personę præcedat gratiā vnionis. ibidē.
Vtrum gratia singularis personę præcedat gratiam capitis. ibidē.
Vtrum gratia vnionis sit prior quàm gratia capitis. ibidem.

DISTINCTIONIS XIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum in Christo sit aliqua scientia creata. 48
Vtrum scientia creata vel cognitio in Christo sit actus tantum, vel actus & habitus. ibidem.
Vtrum anima Christi mediante aliquo habitu cognouerit verbum. ibidem.
Vtrum oportet in Christo ponere alium habitum quo cognoscit verbum, & quo res in verbo. ibidem.
Vtrum præter scientiam quam habet de rebus in verbo habeat aliam de rebus. ibidem.
Vtrum anima Christi videndo verbum cōprehēdat ipsum. 49.
Vtrum in verbo cognoscat omnia quę cognoscit verbum. ibidē.
Vtrum cognoscat omnia ita limpide sicut verbum. ibidem.
Vtrum vno intuitu omnia videat quæ cognoscit in verbo. ibidē.
Vtrum anima Christi secundum illam scientiam qua cognoscit res in propria natura cognoscat omnia. 50
Vtrum scientia animæ secundum quam cognoscit res, sit maior quàm scientia angelorum. ibidem.
Vtrum Christus habuerit scientiam per modū collationis. ibidē.
Vtrum per plures habitus scientia Christi diuisa fuerit. ibidem.
Vtrum scientia animæ Christi in aliquo profecerit. ibidem.
Vtrum anima Christi scientiam ab angelis acceperit. ibidem.
Vtrum anima Christi habuit omnipotentiam sicut omnisciētiam. 51

DISTINCTIONIS XV.

QVAESTIO I.

Vtrum Christus naturam humanam cum defectibus & infirmitatibus accipere debuit. 52
Vtrum omnes defectus præter peccatum accipere debuit. ibidē.
Vtrum huiusmodi defectus susceperit vel contraxerit. 53

QVAESTIO II.

Vtrum omne corpus possit pati. 53
Vtrum anima sit passibilis. ibidem.
Vtrum anima Christi possit pati. ibidem.
Vtrum Christus iustitiam habuit. 54
Vtrum in Christo ira fuerit. 54
Vtrum in Christo fuerit timor. 54
Vtrum in Christo fuerit verus dolor in sensu. ibidem.
Vtrum dolor peruenit ad superiorem rationem. 55
Vtrum dolor Christi fuerit maior omnibus doloribus iustorum vel martyrum vel damnatorum qui sunt in inferno, vel ipsius Adæ, & possibile fuisset ipsum pati in statu innocētiæ. ibidem.

DISTINCTIONIS XVI.

QVAESTIO I.

Vtrum necessitas moriendi tantum sit homini ex peccato. 57
Vtrum in Christo fuit necessitas moriendi. ibidem.
Vtrum necessitas moriendi vel patiendi subsit in Christo voluntati humanæ. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum claritas quæ fuit in Christi corpore in transfiguratione fuerit vera, & vtrum fuerit imaginaria. 58
Vtrum claritas illa fuerit gloriosa. ibidem.
Vtrum claritas redundet in corpus a gloria animæ. ibidem.
An fuerit in corpore Christi illa claritas vel in aere, vel in vestibus. ibidem.

DISTINCTIONIS XVII.

QVAESTIO I.

Vtrum in Christo fuerit voluntas alia quàm diuina. 58
An affectus humanus in Christo debeat dici voluntas. ibidem.
Vtrum in Christo fuerit alia voluntas humana, scilicet sensualitas, præter voluntatem rationis. ibidem.
Vtrum in Christo sint plures voluntates rationis. ibidem.
Vtrum voluntas humana in Christo diuinæ voluntati semper conformis fuerit in volito. 59.
Vtrum voluntas sensualitatis fuerit contraria voluntati rationis in Christo. ibidem.
Vtrum voluntas rationis erat sibijpsi contraria. 60
Vtrum Christum fuerit cōueniens orare. 60
Vtrum debuerit orare tantum pro alijs. ibidem.
Vtrum oratio qua pro se orauit fuerit actus sensualitatis. ibidē
Vtrum omnis oratio Christi fuerit exaudita. ibidem.
Vtrum Christus secundum quòd homo dubitauerit. ibidem.

DISTINCTIONIS XVIII.

QVAESTIO I.

Vtrum in Christo sit vna tantum actio. 62
Vtrum Christus meruerit. 62
Vtrum potuerit meruerl in instanti suę conceptionis. 63
Vtrum Christus meruerit sibi immortalitatem animę. ibidem.
Vtrum meruerit exaltationem & nomen quod est super omne nomen. ibidem.
Vtrum meruerit substantiale præmium animę, idest fruitionem. ibidem.
Vtrum Christus per passionem meruerit sibi. 64
Vtrum Christus meruerit nobis. ibidem.
Vtrum meruerit nobis ianuę apertionem. 65
An per ascensionem aperuerit nobis ianuam. ibidem.

DISTINCTIONIS XIX.

QVAESTIO I.

Vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato. 65
Vtrum omnia peccata per Christi mortem delera sint. ibidem.
Vtrum per passionem Christi simus a diabolo liberati, vel a seruitute eius. 66
Vtrum per passionem Christi diaboli potentia diminuta sit vel extincta. ibidem.
Vtrum per passionē Christi liberati simus a pœna æterna. ibidē.
Vtrum per passionem eius liberati simus a pœna temporali. 67.
Vtrum quia Christus nos liberauit debeat dici redemptor. ibidē.
Vtrum solus filius Dei dicendus sit redemptor. ibidem.
Vtrum Christus nos Deo reconciliauit. ibidem.
Vtrum ipse sit mediator secundum humanam naturam. 68
Vtrum soli Christo homini conueniat esse mediatorem. ibidem.
An spiritus sanctus sit mediator vel dici debeat. ibidem.
An dæmones sint mediatores. ibidem.
An angeli beati possint dici mediatores. ibidem.
An sacerdotes sint mediatores & similiter alij sancti. ibidem.

DISTINCTIONIS XX.

QVAESTIO I.

Vtrum humana natura fuerit reparanda. 68
Vtrum per satisfactionem debuerit reparari. 69
Vtrum fuerit necessarium per satisfactionem humanam naturam reparari. 69
Vtrum aliqua pura creatura potuit satisfacere pro humana natura. 69
An purus homo poterat satisfacere pro humana natura. ibidem.
An quilibet hō potuit satisfacere p natura q̄ in ipso erat. ibidē.
¶ Hæ tres quęstiones determinantur simul. ibidem.
An angelus potuit satisfacere pro humana natura. ibidem.
Vtrum satisfactio debuerit fieri per passionem Christi. 70.
An effusio sanguinis Chri i circūcisionē potuit satisfacere. ibidē.

Vtrum alius modus fuerit possibilis nostræ redemptionis. ibidē.
Vtrum alius modus fuisset cōuenientior nostrę redēptiōis. ibidē.
Vtrum Deus pater tradiderit ad passionem filium. ibidem.
Vtrum passio Christi fuerit bona. 75

DISTINCTIONIS XXI.

QVAESTIO I.

Vtrum diuinitas sit separata à carne in morte Christi. 71
Vtrum diuinitas sit separata ab anima in morte Christi. ibidem.
Vtrum corpus Christi post mortem debuit incinerari. 72
Vtrum filius Dei debeat dici mortuus. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum fuerit necessarium Christum resurgere. 72
Vtrum debuit tertia die resurgere. 73
Vtrum debuit statim resurgere cum expirauit. ibidem.
An sit verum quod dicitur Math. 12. Sicut fuit Ionas &c. ibidem
An resurrexerit secunda die vel magis secunda nocte. ibidem.
Vtrum Christus resurrectionem suam argumentis probare debuerit. 73
An illa argumenta euacuauerint fidem. ibidem.
An fuerint congruentia illa argumenta. ibidem.
Vtrum argumentum sumptum ex visibili operatione sit conueniens. ibidem.
An Christus a discipulis potuerit videri. ibidem.
An illa effigies peregrini quā ondit fuerit in corpore Chri. ibidē.
Vtrum debuerit se palpabilem exhibere discipulis. ibidem.
An per palpationem sufficienter probauerit veritatem corporis sui. ibidem.
An per alios sensus probare debuerit veritatē resurrectiōis. ibidē.
Vtrum per cicatrices suam resurrectionē probare debuerit. ibidē.
An Chs Thomę cicatrices palpabiles exhibere debuerit. ibidē.
Vtrum debuerit per manducationem suam resurrectionem probare. ibidem.

DISTINCTIONIS XXII.

QVAESTIO I.

Vtrum in triduo quo iacuit in sepulchro possit dici homo. 75
An sacerdotium Christi fuerit interruptum contra authoritatem prophetę, Tu es sacerdos in æternum &c. ibidem.
An post mortem possit dici homo. ibidem.
An post mortem possit dici quilibet homo. ibidem.
Vtrum Christus vbique fuerit homo. 75

QVAESTIO II.

Vtrum Christus ad inferos descendit. 76
Vtrum descendit vsque ad infernum damnatorum. 76
Vtrum Christus in lymbo moram contraxerit. ibidem.
Vtrum Christus lymbum patrum illuminauit. ibidem.
Vtrum Christus animas de inferno damnatorum extraxit. ibidē
Vtrum Christus eos qui erant in lymbo puerorum, inde eduxerit. ibidem.
Vtrum liberauerit eos qui erant in purgatorio. ibidem.
Vtrum congruum fuerit & expediens Christum in cœlum ascendere. 77
Vtrum motus ascensionis fuerit violentus. ibidem.
Vtrum motus ascensionis fuerit subito. ibidem.
Vtrum statim post resurrectionem debuerit ascendere. ibidem.
Vtrum Christus ascenderit super omnes cœlos. 78
Vtrum ascenderit ad dexteram patris. ibidem.
Vtrum soli Christo conueniat sedere ad dexteram patris. ibidē.

DISTINCTIONIS XXIII.

QVAESTIO I.

Vtrum indigeamus habitibus in operationibus humanis. 79
Vtrum habitus in nobis existentes cognosci possint. 79
Vtrum virtutes sint habitus vel potentiæ. 80
Vtrum virtutes sint passiones. 80
Vtrum virtutes sint habitus vel actus. 80
Vtrum habitus intellectuales possint dici virtutes. 80
Vtrum virtutes morales ab intellectualibus distinguantur. ibidē.
Vtrum virtutes theologice ab vtrisque distinguantur. ibidem.
Vtrum sint plures virtutes theologicę quàm tres. 81
An sint tantum vna vel plures. ibidem.
An sint duæ. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum diffinit apostoli quam ponit de fide sit conueniens secundum omnem partem. 81
Vtrum credere sit cum assensu cogitare sicut dicit Aug. 82
Vtrum actus credendi sit multiplex vel vnus tantum. ibidem.
Vtrum actus fidei habeat certitudinē maiorem quàm scia. ibidē.
Vtrum fides sit in voluntate sicut in subiecto. 83
Vtrum fides sit in intellectu practico. ibidem.
Vtrum fides sit virtus intellectualis. 84
Vtrum fides sit virtus, Et vtrum sit habitus. 84
Vtrum fides sit vna virtus. Et vtrum sit habitus vnus. ibidem.
Vtrum fides sit prior alijs virtutibus. ibidem.

QVAESTIO III.

Vtrum fides per charitatem formetur. 84
Vtrum fides informis sit virtus. ibidem.
Vtrum fides formata & informis differant specie. ibidem.
Vtrum sit donum Dei vel habitus acquisitus. 85
Vtrum fides informis sit in dęmonibus. 85
Vtrum in hereticis maneat fides informis. ibidem.
Vtrum fides informis euacuetur aduenientę charitate. 86.
Vtrum maneat fides informis aduenientę charitate quo ad actum. ibidem.
Vtrum fides informis possit fieri formata. ibidem.

DISTINCTIONIS XXIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum veritas increata sit obiectum fidei. 86
An veritas increata possit esse obiectum fidei. ibidem.
Vtrum veritas increata sit circa verum complexum vel enunciabilium. ibidem.
Vtrum fidei possit subesse falsum. 87
Vtrum fides possit esse vel sit de visis. 87
Vtrum fides possit esse de scitis. ibidem.
Vtrum ea de quibus est fides sint ignota. ibidem.
Vtrum necessarium sit homini credere aliquid, cuius non habet scientiam. 88
Vtrum credere his quæ non videmus sit laudabile. ibidem.
Vtrum ratio humana diminuat meritum fidei. ibidem.

DISTINCTIONIS XXV.

QVAESTIO I.

Vtrum diffinitio Rich. de sancto Vict. de articulo sit cōpetēs. 89.
An diffinitio Isidori sit bona. ibidem.
An alia diffinitio Vgo. de sanc. vict. sit bona. ibidem.
Vtrum articulus possit dici formatus vel informis. ibidem.
Vtrum articuli debuerint colligi in symbolo. 89
An alijs ab apostolis licuerit symbola condere. ibidem.
Quare symbolum apostolorum & Nicen. diuiduntur in tres partes, & symbolum Athanasij in duas. ibidem.
Quare symbolum apostolorum dicitur summisse, & alia cantantur. ibidem.
Vtrum articuli conuenienter distinguantur in symbolo. ibidem.
An in symbolo aliquid superfluum sit. ibidem.
An sit aliquid ibi diminutum. ibidem.
An symbolum sit sufficienter traditū & de sufficientia eius. ibidē.

QVAESTIO II.

Vtrum explicatio fidei sit de necessitate salutis. 90
Vtrum quilibet teneatur habere fidem explicitam de omnibus quæ ad fidem pertinent. ibidem.
Vtrum maiores magis teneantur habere fidem explicitam quàm minores. ibidem.
Vtrum minores habeant fidem implicitam in fide maiorū. ibidē.
Vtrum per successionem temporum fides profecerit 91
Vtrum oportuit habere semper fidem explicitam de redemptore. ibidem.
Vtrum oportuerit semper habere fidem explicitam de his articulis quos tangit Magister in littera. ibidem.

Vtrum oportuerit semper habere fidem explicitam de trinitate. ibidem.

DISTINCTIONIS XXVI.

QVAESTIO I.

Vtrum spes sit passio. 93
Vtrum spes sit in alia vi, quàm in concupiscibili. ibidem.
Vtrum spes differat ab alijs passionibus, scilicet timore &c. 94
Vtrum sit principalis passio, vel amor, vel desiderium, vel audacia vel penitentia. ibidem.
Vtrum spes possit esse in parte intellectiua. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum spes sit virtus. 95
Vtrum sit virtus theologica. ibidem.
Vtrum sit virtus distincta ab alijs. 96
Vtrum possit esse informis. ibidem.
Vtrum habeat certitudinem in suo actu. ibidem.
Vtrum in Christo fuerit spes. ibidem.
Vtrum angeli & animę bonorum habeant spem. ibidem.
Vtrum patres qui fuerunt in lymbo habuerint spem. ibidem.
Vtrum damnati & dęmones habeant spem. 97

DISTINCTIONIS XXVII.

QVAESTIO I.

Vtrum diffinitio Diony. de amore secundum omnem partem sui sit bona. 97
Vtrum amor sit tantum in concupiscibili. 98
Vtrum amor sit prima & principalior affectio animæ. 99
Vtrum cognitio sit altior amore. 99

QVAESTIO II.

Vtrũ charitas sit idẽ quod cõcupiscẽtia, vel quid sit charitas. 100.
An sit idem quod amor. ibidem.
An sit idem quod beniuolentia. ibidem.
An sit idem quod concordia. ibidem.
Vtrum charitas sit virtus. ibidem.
Vtrum subiectum charitatis sit ratio. 101
Vtrum sit vna virtus siue plures. ibidem.
Vtrũ sit distincta ab alijs virtutibus, vel sit specialis virtus. ibidẽ.
Vtrum charitas sit forma aliarum virtutum. ibidem.
Vtrum charitas possit esse informis. ibidem.

QVAESTIO III.

Vtrum Deus a nobis in statu viæ per essentiam suam possit amari. 102
Vtrum Deus possit totaliter diligi. 103
Vtrum dilectio qua Deum diligimus habeat modum.
Vtrũ modus diligendi qui est in pcepto possit in via seruari. 103.

DISTINCTIONIS XXVIII.

QVAESTIO I.

Vtrum virtutes ex charitate sint diligendę. ibidem.
Vtrum creaturæ irrationales ex charitate sint diligendę. ibidem.
Vtrum angeli ex charitate sint diligendi. ibidem.
Vtrum ad malos homines charitatem habere debeamus. ibidem.
Vtrum dęmones ex charitate sint diligendi. ibidem.
Vtrum homo debeat semetipsum diligere ex charitate. 105
Vtrum corpora nostra sint ex charitate diligenda. ibidem.

DISTINCTIONIS XXIX.

QVAESTIO I.

Vtrum charitas ordinem habeat. 106
Vtrum ordo charitatis sit accipiendus secundum affectum vel effectum. 106
Vtrum Deus sit diligendus supra omnia ex charitate. ibidem.
Vtrum in dilectione Dei possit haberi respectus ad aliquam mercedem. 107
Vtrum homo seipsum magis ex charitate diligat quàm proximum. 107
Vtrum homo ex charitate magis debeat diligere extraneos quàm proximos. ibidem.
Vtrum pater sit maxime diligendus, vel filij, vel benefactores, vel seipsum debeat diligere, vel uxorem, vel fratres, vel matrẽ. 108
Vtrum conuenienter distinguantur gradus charitatis. 109
Vtrum omnes teneantur ad charitatem perfectam. ibidem.
Vtrum habentes charitatem teneantur ad omnia quæ sunt perfectionis. ibidem.

DISTINCTIONIS XXX.

QVAESTIO I.

Vtrum omnes teneantur diligere inimicos. 110
Vtrum omnes teneantur ostendere signa amicitiæ inimicis. 110
Vtrum maioris meriti sit diligere amicum quàm inimicum. 110
Vtrum diligere proximum sit magis meritorium quàm diligere Deum.
Vtrum meritum consistat principaliter in charitate. ibidem.

DISTINCTIONIS XXXI.

QVAESTIO I.

Vtrum habens charitatem possit eam amittere. 111
Vtrum liber vitę sit quid creatum. ibidem.
Vtrum liber vitę sit proprium filij. ibidem
Vtrum sit attributum spiritus sancti, scilicet liber vitæ. ibidem.
Vtrum liber vitæ sit in respectu Dei. ibidem.
Vtrum sit in respectu omnium creaturarum. ibidem.
Vtrum sit de malis. ibidem.
Vtrum aliquid quod sit ibi debeat dici deleri. ibidem.
Vtrum quælibet charitas possit resistere cuilibet tentationi. 113
Vtrum homo post peccatum semper in minori charitate resurgat. ibidem.
Vtrum resurgat in maiori. ibidem.
Vtrum semper resurgat in ęquali charitate. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum fides euacuetur in patria. 114
Vtrum spes euacuetur in patria. ibidem.
Vtrum aliquid de substantia habitus fidei & spei remaneat idem numero. ibidem.
Vtrum charitas vię euacuetur in patria. ibidem.
Vtrum ordo dilectionis qui modo est, fuerit in Christo, vel in sanctis qui sunt in patria. 115.
Vtrum in sanctis beatis sit ordo charitatis quantum ad se & proximos. ibidem.
Vtrum diligant plus magis bonos & se meliores, plus quàm seipsos, & extraneos meliores quàm propinquos minus bonos illis. ibidem.
Vtrum Christus dilexerit plus Petrum, vel Ioannem, vel econuerso. ibidem.
Vtrum scientia quàm modo habemus totaliter tollatur. ibidem.

DISTINCTIONIS XXXII.

QVAESTIO I.

Vtrum Deo competat creaturam amare. 116
Vtrum Deus diligat omnem creaturam. 116
Vtrum Deus ab ęterno dilexit creaturas. ibidem.
Vtrum Deus omnia æqualiter diligat. 117
Vtrum Deus plus diligat iustum præscitum quàm peccatorem prædestinatum. ibidem.
Vtrum Deus plus diligat penitentem quàm innocentem. ibidẽ.
Vtrum Deus magis diligat hominem quàm angelum. ibidem.
Vtrum Deus magis diligat humanũ genus quàm Christũ. ibidẽ.

DISTINCTIONIS XXXIII.

QVAESTIO I.

Vtrum omnes virtutes morales sint vna virtus. 119.
Vtrum alię virtutes morales a prudentia distinguantur. ibidem.
Vtrum alię virtutes morales a tribus distinguantur quàm Magister in littera ponit. ibidem.
An illæ tres abinuicem differant. ibidem
Vtrum virtutes morales insint a natura. ibidem

Vtrum

Vtrum virtutes morales possint acquiri actibus. ibidem
Vtrum aliquæ virtutes morales sint infusæ. 119
Vtrum infusæ differant specie ab acquisitis. ibidem.
Vtrum virtutes morales consistant in medio. ibidem.
Vtrum in iustitia sit medium rei. ibidem
Vtrum virtutes intellectuales habeant medium. 120
Vtrum virtutes theologicæ habeant medium. 120
Vtrum virtutes morales maneant in patria. ibidem

QVÆSTIO II.

Vtrum aliquæ virtutes debeant dici Cardinales. 120
An vna debeat dici Cardinalis respectu alterius. ibidem
An melius dicerentur capitales quàm Cardinales. ibidem
An omnes virtutes dicendæ sint Cardinales. ibidem
Vtrum morales virtutes dicendę sint Cardinales. ibidem
An virtutes theologicæ possint dici Cardinales. ibidem
Vtrum tantum quatuor sint virtutes Cardinales. ibidem
An pauciores vel plures. ibidem
Vtrum potius aliæ virtutes, scilicet mansuetudo, magnanimitas, humilitas, pœnitentia, liberalitas, debeant dici Cardinales. ibidem
Vtrum prudentia habeat aliam naturam specialem. 121
Vtrum passiones sint materia temperantiæ, & fortitudinis vel res exteriores. 122
Vtrum iustitia sit circa operationes. 122
An iustitia habeat aliquam specialem materiam. 122
Vtrum prudentia habeat actum virtutis distinctũ ab aliis. 122
An actus quos Magister assignat in litera virtutibus, scilicet subuenire miseris, præcauere insidiis, & hmôi cõmunicent virtutibus. ibidem
Vtrum aliqua potentia animæ sit subiectum alicuius virtutis. ibidem
Vtrum temperantia & fortitudo sint in irascibili & concupiscibili. ibidem
An virtutes humanæ sint tantum in ratione, vel tantum in voluntate. ibidem
An appetitiua sensibilis possit esse subiectum virtutis. 123
Vtrum iustitia sit in irascibili & concupiscibili. ibidem
Vtrum prudentia sit in ratione vel in voluntate. ibidem
Vtrum aliæ virtutes Cardinales reducantur ad prudentiam, sicut ad principaliorem vel causam. ibidem
An ad iustitiam possint reduci, vel fortitudinem, vel temperantiam. ibidem

QVÆSTIO III.

An memoria præteritorum, intelligentia præsentium, & prouidẽtia futurorum sint partes prudentiæ, sicut dicit Tullius. 124
Vtrum prudentia, cautio, circunspectio, docilitas, sint partes prudentiæ sicut dicunt quidam. ibidem
Vtrum eusebia, synesis, gnominum, sint partes prudentiæ, sicut dicit Philosophus. 6. Ethi. ibidem
Vtrum eusebia, solertia, prouidentia, politica, iconomica, dialectica, rhetorica, physica sint partes prudentię, sicut dicit quidam Phylosophus græcus. ibidem
Vtrum continentia, clementia, modestia, sint partes temperantiæ, sicut dicit Tullius. ibidem
Vtrum sobrietas & castitas sint partes temperantiæ, sicut dicũt quidam. 125
Vtrum austeritas, humilitas, continentia, simplicitas, ornatus, bona ornatio per se sufficientia ista septem sint partes tẽperantiæ, sicut scribitur a quodam Phylosopho græco. ibidem
Vtrum magnificentia, fidentia, patientia, perseuerantia, bene assignentur a Tullio esse partes fortitudinis ibidem
Vtrum magnanimitas, fiducia, securitas, magnificentia, constantia, tolerantia, firmitas, sint septem partes fortitudinis, sicut dicit Macrobius. ibidem
Vtrum Philosophus conuenienter istos quinque modos fortitudinis adiungat in 3°. Ethi. secundum ꝙ fortitudo. ibidem
Vtrum eusebia, lema, magnanimitas, perseuerantia, magnificentia, androgachia sint partes fortitudinis sicut dicit quidã græcus. ibidem
Vtrum religio, pietas, gratia, meditatio, obseruantia, veritas, sint partes iustitiæ, sicut dicit Tullius. 126
Vtrũm innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, bonitas, affect⁹ sint partes iustitiæ, sicut dicit Macrobius. ibidem
Vtrum obedientia respectu superioris, disciplina respectu inferioris, æquitas respectu parium, fides & veritas respectu omniũ, sint partes iustitiæ, sicut dicunt quidã. ibidem
Vtrum bene diuidant iustitiam in liberalitatem, & seueritatem, & hanc in benignitatem & beneficentiam. Et benignitatem in religionem, pietatem, innocentiam, amicitiam, reuerentiam, concordiam, misericordiam. ibidem
Vtrum bene diuidat Phylosophus Ethi. 5. iustitiam in legalem, & specialem quæ est æquitas, &c. ibidem
Vtrum benignitas liberalitas, &c. sint familiares iustitiæ, vt dicit Phylosophus græcus. ibidem

DISTINCTIO XXXIIII.

QVÆSTIO I.

Vtrum dona sint virtutes. 127
Vtrum plura debeant esse dona quàm septem. 128
Vtrum dona maneant in patria. 129
Vtrum beatitudines respondeant singulis donis. ibidem
Vtrum fructus correspondeant donis. 130
Vtrum petitiones donis respondeant. 130

QVÆSTIO II.

Vtrum diffinitio timoris, secundum Dam. sit bona. 131
Vtrum timor bene diuidatur in seruilem, & castum. ibidem
Vtrum timor inter dona debeat computari. ibidem
Vtrum timor seruilis sit a spiritusancto. 132
Vtrum vsus timoris seruilis sit bonus. ibidem
Vtrum timor seruilis tollatur adueniente charitate. ibidem
Vtrum timor castus idẽ sit in substantia cũ timore seruili. 133
Vtrum initialis differat secundum substantiã a casto. ibidem
Vtrum timor castus diminuatur charitate crescente. ibidem
Vtrum timor castus euacuetur gloria adueniente. ibidem

QVÆSTIO III.

Vtrum fortitudo quæ est donum differat a fortitudine, quæ est virtus. 133
Quæritur quis est actus doni fortitudinis in via. 134
Quæritur quis actus insit in patria doni fortitudinis. ibidem
Vtrum pietas sit donum. ibidem
Quæritur de actu pietatis in via. ibidem
Quęritur de actu eius in patria. ibidem

DISTINCTIO XXXV.

QVÆSTIO I.

Vtrum vita conuenienter diuidatur per actiuam, & contemplatiuam. 135
Vtrum vita contemplatiua consistat tantum in actu cognitiuę. ibidem
Vtrum vita contẽplatiua cõsistat in operatione rationis. ibidem.
Vtrum omnis actus intellectus ad vitam contemplatiuam pertineat. 136
Vtrum vita actiua consistat tantum in his, quæ ad alterum sunt. ibidem
Vtrum cognitio aliquo modo ad actiuam pertineat. ibidem
Vtrum vita actiua possit esse cum contemplatiua. ibidem
Vtrum vita actiua sit nobilior, quàm contemplatiua. 137.
Vtrum vita actiua sit maioris meriti, q contemplatiua. ibidem
Vtrum contemplatiua sit diuturnior actiua. ibidem

QVÆSTIO II.

Vtrum sapientia sit donum. 137
Vtrum sapientia sit tantum de diuinis. 138
Vtrum sapientia sit in intellectu. ibidem
Vtrum intellectus sit donum. ibidem
Vtrum intellectus donum habeat aliquem actũ in via. ibidem
Vtrũm intellectus donum a sapientiæ differat dono. ibidem
Vtrum donum scientiæ sit tantum de humanis vel de diuinis. ibidem
Vtrum sit tantum practica scientia, vel speculatiua. ibidem
Vtrũ in sciẽtia humanorũ sit aliquid curiositatis noxæ. ibidem
Vtrum consilium sit donum. 139
Vtrum consilii donum differat a dono scientiæ. ibidem
Vtrum actus consilii sit in patria. ibidem

DISTINCTIO XXXVI.

QVÆSTIO I.

Vtrum virtutes politicæ sint connexæ. 139
Vtrum virtutes gratuitæ sint connexæ. 140

Vtrum

TABVLA TERTII SENTENTIARVM

Vtrum dona sint connexa. 141
Vtrum virtutes sint equales. ibidem
Vtrum vitia sint connexa. ibidem
Vtrum modus charitatis sit in patria. ibidem

DISTINCTIO XXXVII.

QVÆSTIO I.

Vtrum necessarium fuerit legem scriptam tradi & maxime decem præcepta. 142
Vtrum præcepta decalogi conuenienter assignentur. ibidem
Vtrum debeant decem legis esse præcepta. ibidem
Vtrum præcepta bene ordinentur. ibidem
Vtrum omnia legis præcepta ad illa decem decalogi reducantur. 143
Vtrum præcepta decalogi sint dispensabilia. 144
Vtrum conueniens fuerit sabbathi observationē præcipere. 144
Vtrum præceptum de sabbatho seruando fuit morale. ibidem
Vtrum illud præceptum de sabbatho debuit cessare tempore gratiæ. ibidem
Vtrum vsuras accipere sit peccatum, 145

DISTINCTIO XXXVIII.

QVÆSTIO I.

Vtrum diffinitio dati in litera de mendacio sit conueniens. 145
Vtrum diuisio mendacij in litera sit conueniens. 146.
Vtrum omne mendacium sit peccatum. ibidem
Vtrum omne mendacium sit peccatum mortale. ibidem

Vtrum gradus mendaciorum conuenienter assignentur in litera. 147

DISTINCTIO XXXIX.

QVÆSTIO I.

Vtrum iurare sit idem quod Deum testem inuocare. 148
Vtrum iuramentum sit per se appetendum. 149
Vtrum licitum sit iurare. ibidem
Vtrum illi tres comites, qui ponuntur in litera exigantur ad iurationem. ibidem
Vtrum iuramentum inoauum sit obligatorium. 149
Vtrum iuramentum coactum sit obligatorium. ibidem
Vtrum iuramentum obliget secundum intentionem recipientis, ibidem
Vtrum periurium sit mendacium iuramento firmatum. 150
Vtrum omne periurium sit peccatum mortale, ibidem
Vtrum liceat iuramentum recipere & exigere. ibidem

DISTINCTIO XL.

QVÆSTIO I.

Vtrum mechia & furtum conuenienter inter præcepta decalogi assignentur. 151
Vtrum lex Moysi manum & animum cohibuit, ibidem
Vtrum lex vetus iustificaret. ibidem
An lex vetus occideret. ibidem
Vtrum lex vetus temporalia tantum, vel æterna promittit. 152
Vtrum lex vetus differat a noua secundum radicem. ibidem
Vtrum lex vetus sit magis onerosa quàm noua. ibidem

Expliciunt tituli tertii sententiarum Sancti Thomæ Aquinatis ordinis prædicatorum.

SCRIPTVM D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

IN TERTIVM LIBRVM SENTENTIARVM, MAGISTRI PETRI LOMBARDI.

PROLOGVS. S. THO.

DD locvm, vnde exeũt flumina reuertũtur. Eccl. 1. Ex verbis istis duo possumus accipere, in quibus huius tertii libri materia comprehenditur, scilicet, diuinę incarnationis mysterium, & eius copiosum fructum. Mysterium incarnationis insinuatur in fluminum reuersione. cum dicitur. Ad locũ, vnde exeũt flumina, reuertũtur. Sed incarnatiõis fructus ostẽditur in iterato fluxu cum dicitur, vt iterum fluãt: flumina ista sunt naturales bonitates, quas Deus creaturis influit, vt esse, viuere, intelligere, & huiusmodi. De quibus fluminibus potest intelligi quod dicitur Isaiæ. Aperiam in supremis montium flumina. Montes enim supremi sunt nobilissimæ creaturæ, in quibus prædicta flumina aperiri dicuntur, quia in eis & copiosissime recipiuntur, & sine imperfectione ostẽdun tur. Sed locus, vnde ista flumina exeunt, est ipse Deus, de quo potest intelligi quod dicitur Isa. 33. Locus fluuiorum riui latissimi, & patentes, ac si diceret. In loco ortus fluuiorum riui naturalium bonitatum, eminenter inueniuntur. vnde dicit latissimi, quantum ad perfectionem diuinæ bonitatis, secundum omnia attributa, & patentes quãtum ad communicationem insufficientem, quia eius bonitas ex qua omnia fluunt, nec exhauriri nec concludi potest. Ista flumina in aliis creaturis inueniuntur distincta, sed in homine inueniuntur quodammodo aggregata. homo enim est quasi orizon & confinium spiritualis & corporalis naturæ, vt quasi medium, inter vtrasque bonitates participet, & corporales, & spũales. vnde & ois creaturæ noũe homo intelligit. Mar. vlti. vbi dicitur. Prædicate Euangelium omni creaturæ, vt beatus Gregorius exponit: & ideo, quando humana natura per incarnationis mysterium Deo coniuncta est, omnia flumina naturalium bonitatum, ad suum principiũ reflexa redierũt, vt possit dici qđ legitur Iosue. 4. Reuersæ sunt aquę in alueum suum, & fluebant sicut ante consueuerant. vnde & hic sequitur. Vt iterum fluant. in quo notatur incarnationis fructus. Ipse enim Deꝰ qui naturalia bona influxerat, reuersis quodammodo omnibus per assumptionem humanæ naturæ in ipsum, non iam Deus tantummodo, sed Deus & homo hominibus fluenta gratiarum abũdanter influxit, quia de plenitudine eius omnes accepimus, gratiã pro gratia. Ioan. 1. Et de isto influxu legitur Ecc. 39. Benedictio illius quasi fluuius inundabit. Et sic patet materia tertii libri, in cuius prima parte agit de incarnatione. in secunda de virtutibus & donis, nobis per Christum collatis.

Cap. 41.

Homilia 4. Ascen.

D. 23.

Gala. 4.

DIVISIO TEXTVS.

OSTQVAM enim magister, in duobus præcedentibus libris determinauit de rebus diuinis, secundum exitum a principio, in hoc libro incipit determinare de rebus quæ dicuntur diuinæ, secundum reditum in finem, scilicet, deum. vnde diuiditur hæc pars in duas partes. In prima determinat istum reditum in finem, ex parte reducentium. In secunda quantum ad ea quę exiguntur ex parte reductorum, scilicet, sacramenta, quæ ad gratiam disponunt. & hoc in 4. lib. Prima diuiditur in duas partes. In prima determinat de reducente effectiue, scilicet, de deo incarnato. In secunda de reducentibus formaliter, vt sunt virtutes & dona. 23. di. *Cum vero supra præhabitum sit.* Prima diuiditur in duas partes. In prima determinat de diuina incarnatione. In secunda prosequitur conditiones ipsius dei incarnationis. di. 6. *Ex præmissis autem.* Prima diuiditur in tres partes. In prima, determinat de incarnatione, ex parte assumentis carnem, quis sit. In secunda ex parte assumpti: quid sit, di. 2. *Et quia in homine.* In tertia ex parte vtriusque cuiusmodi sit. di. 5. *Præterea inquiri oportet.* Prima diuidit in tres partes. In prima ostendit p authoritatem Apostoli quæ sit persona assumens, quia filius. In secunda inquirit rationem, quare potius filius, quàm alia persona ibi. *Diligenter vero annotandum.* In tertia excludit obiectionem ibi. *Sed forte di. Diligenter vero.* Hic assignat rationẽ quare persona filii carnẽ assumpsit: & diuidit in duas partes. In prima dicit, qꝑ magis cõgruum fuit filium incarnari, qꝑ patrẽ, aut spiritũ sanctũ. In secunda inquirit, vtrum possibile fuerit patrẽ, aut spiritum sanctum incarnari ibi. *Si vero quæritur vtrum.* Circa primũ assignat tres rationes, quare filius carnẽ assumpsit. Quarũ prima, sumitur ex appropriato filii, qđ est sapientia. Secunda, ex origine ipsius, quia est ab alio ibi. *Ideo est filius.* Tertio ex proprio ipsius, quia filius est ibi. *Quod ideo factum est.* Hic est duplex quæstio. Prima de incarnatione. Secunda de persona, carnem assumente.

D

QVAESTIO. PRIMA.

Circa primum quęruntur quatuor.

Primo. Vtrum Deum incarnari fuerit possibile.
Secũdo. Vtrum fuerit congruum.
Tertio. Vtrum incarnatio fuisset, si homo non peccasset.
Quarto. De tempore incarnationis.

ARTICVLVS I.

A

Vtrum deum incarnari fuerit possibile.

E

DPrimvm sic proceditur. Videtur, qꝑ impossibile fuerit deum assumere carnem. Omne enim quod est alteri vnibile, possibile est ad vnionẽ: sed omne possibile ad aliquid, reducitur ad actum per motum, vel passionem, & ab aliquo alio primo agente, cum non sit idem mouens & motum, agens & patiens. cum ergo impossibile sit deum mutari vel pati: nec aliquid prius eo esse possit: videtur, quòd carni vnibilis non fuerit.

¶ 2 Præt. Illud qđ est perfectũ in esse, non vnit alicui vnione essentiali, vnio enim essentialis est ex actu, & potentia, vel forma, & materia. quorũ vtrunq; est imperfectũ in esse. ergo qđ omnibus modis perfectum est, nullo modo alteri vniri potest: quod enim perfectissimum est additionem non recipit, cum nihil sibi desit: sed deus est omnibus modis † perfectus, quia in se omnem perfectionem prahabet: vt dicit Dio. & etiam philosophus, & Commen. eius in 5. Meta. ergo ipse vnibilis alteri non est.

Ca. 5. de diuin. nom. 5. vt. cap. de perfect. 1. t. & Co. 21

¶ 3 Præt. Infinite distantium non est aliqua proportio:quorum autem non est proportio,non est possibilis vnio.vnde non quodlibet cuilibet vniri potest. cum ergo Deus,& creatura in infinitum distent:videtur quòd Deus creaturæ vniri non possit.

¶ 4 Præt. Maior est distantia dei, & creaturæ, quàm duorum contrariorum: cum contraria in genere conueniant, & deus non continecatur in aliquò genere: sed duo contraria non possunt simul esse in eodem. ergo nec natura humana, & diuina, possunt esse in vna persona,& sic idem quod prius.

Veritas, quia per Christi aduentum exhibetur atque perficitur humanæ redemptionis sponsio, facta ab antiquo. Filij ergo missio est ipsa incarnatio. Eo enim missus est, quòd in forma hominis mundo visibilis apparuit: de quo supra sufficienter dictum est.

t.c. 77. 78. ¶ 5 Præt. ad infinitatem diuinæ potentiæ exigitur, quòd neque sit corpus,neque virtus in corpore,vt in 8. † phisicorum probatur: sed potentia Dei nunquam potest esse finita.ergo nunquam potest Deus esse corpus, vel virtus in corpore: sed esse incarnatum est corpus vel virtus in corpore. ergo Deus non potest incarnari.

SED CONTRA. est, quòd Deus plus potest facere,quàm homo potest dicere. Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Sed hoc homo potest dicere, scilicet, deum humanam naturam assumere: nec contradictionem implicat, nec aliquem defectum in Deo ponit hoc dictum. ergo Deus multo fortius hoc facere potest.

¶ Præt. Eorum quæ habent similitudinem facilis est vnio: sed homo creatus est ad imaginem & similitudinem Dei. Gen. 1. ergo humana natura diuinæ aliquo modo vnibilis est in persona.

¶ Præt. In creaturis secundum diuisionem suppositorum diuiditur natura: sed in diuinis possunt esse plures personæ in vna natura. ergo & pari ratione possunt esse plures naturæ in vna persona,& sic idem quòd prius.

RESPONDEO. Dicendum, quòd vnio aliquorum duorū vel triū pōt esse tripliciter. Vno modo, ſm quòd aliqua non vniuntur adinuicem nisi per coniunctionem eorum in aliquo vno. Quædā vero vniuntur econuerso, per coniunctionem eorum adinuicem,& in aliquo vno,quod ex eorum coniunctione constituitur. Quædam vero per coniunctionem eorū adinuicem:sed non in aliquo vno,quia ex eorum coniunctione nihil resultat. Primum horum contingit quatuor modis,quia vel illud vnū in quo coniunguntur est idem numero:sicut duo brachia coniunguntur in vno pectore, vel duo rami qui se non tangunt nisi in vno trunco. Vel vnum ſm speciem:sicut Sortes,& Plato in hoīe. Vel vnum genere:sicut homo & asinus in animali. Vel vnum analogia siue proportione:sicut substantia, & qualitas in ente, quia sicut se habet substantia ad esse sibi debitum, ita & qualitas ad esse sui generis conueniens. Quæ vero iunguntur adinuicem, & in aliquo vno ex eorū cōiunctione cōstituto: sunt sicut materia & forma, quia forma coniungitur materiæ,vt perfectio eius,& ambo cōiunguntur in natura cōi,& simile est de partibus quantitatis continuatis adinuicem,ita quòd ex eis proueniat aliquod totum,in quo duæ partes conueniant. Ea vero quæ vniuntur adinuicem, & non in aliquo vno,sunt sicut accidens,& subiectum,ex quibus non efficitur vnum per se, cuius subiectū & accidens partes dici possint vt probatur in 8. Meta. † Et quia,vt dicit Hylarius comparatio terrenorum ad deum nulla est:nec exemplum sufficiens rebus diuinis ratio humana præstabit. sciendum est,quòd nullus istorū modorum competit ex toto ineffabili vnioni, qua deus hoī vnitus est. Sed tñ aliqui istorum modorum quantum ad aliquid representant illum modum vnionis. Sciendū est ergo, quòd medius modus,quo aliqua coniunguntur adinuicem, vt ex eis aliquod tertium resultet omnino non pōt Deo conuenire,quia duo quæ coniunguntur ſm hunc modum se habent ad tertium vt partes: ratio aūt partis: sicut & imperfecti pœnitus a deo remouetur: primum vero modum,& tertium,quantum ad aliquid possibile est deo cōuenire. In incarnatione enim ex parte assumentis,duo possunt considerari.s.persona & natura. Si aūt consideremus personam assumentem,sic coniungitur humanæ naturæ assumptæ,tertio modo coniunctionis, quia persona diuina fit persona huius naturæ humanæ: sed ex his duobus non resultat aliquod tertiū: sicut nec ēt in Sorte ex persona eius, & natura nō fit aliquod tertium:sed persona eius in humana natura subsistit. Si autem consideremus naturam assumentis,sic cōiunctio eius ad naturam humanam est secundum primum modū coniunctionis, inquantum duæ naturæ,in vna persona conueniunt,quæ in naturalibus proprietatibus nihilhominus distinctæ sunt. Et ideo incarnatio insertioni comparatur:sicut enim in insertione,in eodem trunco in quo erat vnus ramus per naturam: fit ramus alius per insertionem,ita in eadem persona,in qua naturaliter erat diuina natura est per vnionem humana natura. In vno autem genere vel specie deum & creaturā conuenire impossibile est:sed p analogiam possibile est:sed hoc ex tunc fuit ex quo creaturæ esse cœperunt: & ideo de hoc non est ad præsens quæstio.

t.c. 14. 15. 16.
1. de Trini.

AD PRIMVM Ergo dicendum, quòd contingit aliquando in relatiuis aliquid relatiue dici,nō quia ipsum referatur:sed quia alterum refertur ad ipsum:vt dicitur in 5. Meta. sicut scibile relatiue dr̄ ad sciētiam, & in talibus aliquid incipit dici de nouo quod prius non dicebat, nulla mutatione facta circa ipsum, sed circa alterū:nulla.n. mutatiōe facta circa scibile incipit esse a me scitū p mei mutationē,& similiter dr̄ res scibilis,non p potentiā passiuā quæ sit in ipsa: sed p potentiā quæ est in sciētē, & sic est in proposito: non.n.pōt esse, vt creator ad creaturā referatur, nisi qa creatura ad ipsum referē,in qua rl̄o d rl̄r existit,vt in 1.li. dictū est di.30. & ideo deus dr̄ vniri non p mutationē sui:sed eius cui vnitur.& similiter cum dicitur vnibilis: hoc dicitur non per potentiam aliquam passiuam in deo existentem:sed per potētiam quæ in creatura est vt vniri possit. Vel potest dici,quòd vnibile non dicit potētiam passiuam: sed actiuam:sed hæc responsio non cōgruit propter duo. Primo ex ipsa significatione nominis,qa vnibile signat possibile vniri:vnitiuum vero potens vnire. Secundo, quia cuius est actio,eius est potentia:vnde cum hæc actio quæ est vnire conueniat indifferenter toti trinitati, & vnibile si dicit actiuam potentiam vnionis,toti trinitati indifferenter conueniet,& non magis congruet filio,vt in litera dicitur.

t.c. 20. D. 16. Io. cap. 1. ar. 1. ad secundum. D. 1086

¶ Ad secundum dicēdum,quòd illud quod est perfectum in se,non vnitur alteri ad acquirendum aliquam perfectionem:sed ad communicandū,& sic deus hoī vniri voluit:nō pp se, qa nō hēt quo crescat eius perfectio:sed pp hoīem,cui subueniendum erat:sicut ēt deus est in oībus p essentiā,pñtiam,& potentiā, suam bonitatem in oībus diffundendo: ex quo tamen nihil sibi accrescit.

¶ Ad tertium dicendum,quòd proportio dicitur dupliciter. Vno modo idem est proportio, quòd certitudo mēsurationis duarum quantitatum,& talis proportio non potest esse nisi duorum finitorum:quorum vnum excedit, secundum aliquid certum & determinatum. alio modo dicitur proportio habitudo ordinis, sicut dicimus esse proportionem inter materiam & formam, quia se habet in ordine,vt perficiatur materia per formam, & hoc secundum proportionabilitatem quandam,quia sicut forma potest dare esse, ita materia potest recipere idem esse, & hoc modo etiā mouens,& motum debent esse proportionabilia & agens, & patiens,vt scilicet, sicut agens potest imprimere aliquem effectum: ita patiens possit recipere eundem:nec oportet, vt commensuretur potentia passiua recipientis, ad potentiam actiuam agentis: nec secundum numerum: sicut vnus artifex per artem suam potest in ligno inducere plures formas, vt formā archæ & formam serræ:sed lignum non potest recipere nisi vnam illarum: nec etiā secundum intentionem,quia artifex per suam artem potest producere pulchram sculpturam:quam tamen lignum nodosum nō potest ricipere:& ideo non est incōueniens:vt hic modus proportionis inter Deum & creaturam saluetur: quamuis in infinitum distent:& ideo possibilis est vnio vtriusque.

¶ Ad quartum dicendum, quòd contraria nunquam possunt vniri hoc mō,quòd insint eidem secūdum idem, & sic etiam nec creatura creatori vnitur,quia secundū † Dama. quod erat increabile,mansit increabile,& quod erat creabile, mansit creabile.

De fide Orthod. lib. 3. cap. 3. post medium.

¶ Ad quintum dicēdum, quòd aliquid dicitur esse virtus in corpore pluribus modis. Vno mō,quia est forma corporis,& non hēt operationē nisi mediante corpore,& sic potētiæ sensitiuæ,& quæ infra eas sunt dignitate dr̄ virtutes in corpore. alio modo pōt dici virtus in corpore, quia est forma dans esse corpori: non tamen operans mediante corpore:quāuis indigeat corpore ad suam operationem,p quod representatur sibi suū obiectum:& hoc mō,intellectus possibilis est virtus in corpore. Alio mō posset dici virtus in corpore,quod est forma corporis: quāuis non operetur mediante corpore:nec a corpore aliquid recipiat: sicut dixerunt de animabus orbiū,qui posuerunt cœlos animatos aīa intellectuali tm̄:& patet,quia esse virtutem in corpore significat, vel esse formam corporis,vel ēt cū hoc dependere aliquo modo eius operationē a corpore:quorū neutrū de Deo dicimus ſm quòd incarnatus est. vnde ad hoc quòd ponamus eum incarnatum:non oportet quòd ponamus eū virtutē in corpore:vel aliquo mō ad corpus finiri.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deum incarnari fuerit congruum.

3. q. 1. p. opu. 2. c. 5. q. cō. c. 53. 54. 55.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit congruum deum incarnari:etsi fuerit possibile: sicut enim bonitati opponitur malitia, ita maiestati opponitur infirmitas: sed summā bonitatem non decet assumere aliquā malitiam. ergo summę maiestati indecēs est omnis infirmitas: omnis autem sapiens vitat indecentiam. ergo cum deus sit sapientissimus, nullo modo nostram naturam quæ infirma est assumere debuit.

¶ 2 Præt. peccatum hominis & peccatū angeli fueruut eiusdē generis,quia vterque per superbiā peccauit:sed deus angelorum peccato non subuenit per alicuius naturæ assumptionem. ergo nec peccato hominis subuenire debuit per incarnationem.

B

Quare filius carnem assumpsit: nō pater uel spiritus sanctus.

DILIGENTER uero annotādum est, quare filius nō pater, uel spirirus sanctus incarnatus est. Solus nanque filius hominem assumpsit, quod utique ordine cōgruo atque alto Dei sapientia fecit consilio, ut Deus qui in sapientia sua mundum condiderat, secundum illud. Omnia in sapientia fecisti domine, ut eadem quæ in cœlis sunt & quæ in terris restauraret. Hæc est mulier euangelica, quæ accendit lucernam, & dragmam decimam quæ perdita fuerat reperit. Sapientia scilicet patris quæ

¶ 3 Præt. Creatio recreationi rn̄det:sed deus ad creationē hominis nullā creaturā assumpsit.ergo nec ad eius recreationē incarnari eū congruū fuit.

Ps. 144. ¶ 4 Præt. Vt in Psal. dicitur. Miserationes eius super omnia opera eius.ergo plus decuit, quòd deus ostenderet immensitatē suæ misericordiæ,q̄ seueritatem suæ iustitiæ. Sed ad magnitudinem misericordię pertinet,vt peccata sine satisfactione remittantur. vnde & a deo nobis præcipitur, vt debitoribus nostris gratis dimittamus. ergo & deus naturam humanam gratis reparare debuit,non expetendo satisfactionem, & ita non fuit oportunum, vt deus homo fieret ad satisfaciendum pro hominibus.

Mat. ca. 18. & Luc. c. 6.

¶ 5 Præt. Nulla crudelitas deo est attribuenda, qui summe est misericors,sed exigere ab aliquo plus, quàm potest est crudele. ergo deus non exigit satisfactionem ab homine quàm homo non potest implere,& ita homo per se potest satisfacere, & sic non fuit necessarium quòd deus incarnaretur.

¶ 6 Præt. Quicunq; potest satisfacere pro maiori peccato,potest satisfacere pro minori:sed mortale peccatum actuale est maius quàm originale,quia habet plus de voluntario.ergo cum homo possit pro mortali satisfacere: potest pro originali multo fortius satisfacere. & sic idem quod prius.

¶ 7 Præter. In primo parente idem fuit peccatum originale & actuale, sed ipse per penitentiam de peccato actuali satisfecit. ergo & de originali potuit satisfacere. & sic idem quod prius.

¶ 8 Præt. Secundum Dion. lex diuinitatis est vltima per media reducere:sed homo per peccatum a deo abiectus erat.ergo cū natura angelica inter naturam diuinam & humanam sit media. vt in. 4. ca. ce. Hierar. ostenditur. videtur quòd & si homo sufficienter satisfacere non poterat:per Angelum hoc fieri debuerit, & non per deum incarnatum.

¶ 9 Præt. Quodlibet bonum creatum finitum est:sed bonum totius humanæ naturæ est creatum, quolibet autem finito potest deus facere aliquid maius.ergo deus potest facere vnam creaturam,cuius bonitas præponderet bonitati totius naturæ humanæ. ergo per illam posset recompensari corruptio totius humanę naturæ,& ita videtur quòd non oportuit ad reparationem humani generis deum incarnari.

SED CONTRA. Non erat conueniens vt vna nobilissimarū creaturarū suo fine totaliter frustraretur, sed humana natura est inter nobilissimas naturas.cum ergo tota corrupta fuerit per peccatum in primo parente,& ita beatitudine priuata,ad quam instituta erat,congruum fuit ipsam reparari,sed reparatio humani generis non potest fieri nisi peccatum dimittatur, nec iustum est,vt peccatum sine satisfactione dimittatur. ergo oportuit pro peccato totius humanæ naturæ satisfieri:sed satisfactio decenter fieri non potest,nisi ab eo,qui debet satisfacere & potest,sed non debet nisi homo qui peccauit,& non potest nisi deus:quia quælibet creatura totum suum esse deo debet, ne dum vt pro alio satisfacere possit,& sic aliqua creatura pro homine non potest satisfacere: nec ipse pro se,cum peccato indignus reddatur.

¶ Pręt. Nullius creaturę bonum excedit bonum naturę humanę,vt recompensationem pro tota natura possit facere. ergo oportunum fuit, vt deus homo fieret ad satisfaciendum pro homine.

Sap. 7. ¶ Præt. Sap. dicitur. Sapientia vincit malitiam,sed per malitiam diaboli & hominis humana natura,quæ opus est dei abiecta erat quantum deiici potuit in culpam & in miseriam.ergo decuit vt sapientia dei ipsam exaltaret, quantum exaltari potuit. ergo cū humana natura sit assumptibilis in vnitatem diuinæ personæ,vt prius dictum est,videtur congruum fuisse vt deus humanam naturam assumeret.

Iac. 4. ¶ Item. Iaco. Deus superbis resistit, sed per superbiam diabolus homini inuidens,eum seruum suum constituit,& iniuste in seruitute detinuit:cum ad seruitiū dei creatus sit.ergo decuit vt summe potens deus, nequitiæ diaboli resisteret, vt non solum hominem de eius potestate eriperet, sed etiam econuerso, hominem dominum diaboli constitueret, sed cum nulla creatura sit superior angelica natura, quæ est in diabolo, hoc non posset esse nisi homo qui angelorum dominus esset, quod soli deo cōuenit. ergo decuit vt deꝰ homo fieret. vt sic in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium terrestrium & infernorum. Phil. 2.

RESPONDEO. dicendum, quòd ad ea quæ fidei sunt, ratio demonstratiua haberi non potest, cum fides de non apparentibus esse dicatur. Heb. 11. & præcipue in illis quæ ex mera dei voluntate proueniunt, cuiusmodi est incarnatio, & ideo ad incarnationem probandam, ratio demonstratiua haberi non potest. nec etiam in contrarium: quia cum demonstratio scire faciat, scientia autem non nisi verorum sit:oportet omne quod demonstratur verum esse,& eius contrarium falsum,& ideo sufficit defendere quòd nō est impossibile incarnationem esse,quod in. 1. arti. ex parte dictū est,& ostendere aliquam congruentiam ad incarnationem,quod ad hunc articulum pertinet.

¶ Sciendum ergo, quòd supposito lapsu humanæ naturæ, congruentia incarnationis apparet ex tribus.s.ex plenitudine diuinæ misericordiæ,& ex immobilitate iustitiæ ipsius. & ex decenti ordine sapientiæ eius,quia igitur deus summe bonus & misericors est:decuit vt nulli negaret naturæ hoc, cuius capax erat, ergo cum humana natura lapsa esset & nihilominus reparabilis erat,decuit vt eam repararet,quia etiam iustitia eius immutabilis est,cuius lege sancitum est, vt nunquam peccatum sine satisfactione dimittatur: decuit vt in humana natura institueret eū qui satisfacere posset,quia hoc purus homo per se facere non poterat vt dicetur,sed quia summe sapiens est, conuenientissimum modum reparationis debuit adinuenire. Modus aūt conuenientissimꝰ est,vt integre natura repararetur, & faciliter ad id quod amiserat homo peruenire posset. Si autem hominem per angelū repararet,non integra esset reparatio,quia semper homo angelo salutis suæ debitor esset, & ita ei in beatitudine adæquari non posset,quod tamen consecutus fuisset si non peccasset, sicut & nunc consequuntur homines per gtatiam reparationis, vt sint sicut angeli dei in cœlo. Matt. 22. Et ideo decuit vt non angelus, sed ipse deus hominem repararet. Similiter vt esset facilis modus ascendendi in deum,decuit vt homo ex his quę sibi cognita sunt,tam secundum intellectum quàm affectum in deum consurgeret,& quia homini connaturale est secundum statum præsentis miserię, vt a visibilibus cognitionem accipiat, & circa ea afficiatur,ideo deus congruenter visibilis factus est humanam naturam assumendo,vt ex visibilibus in inuisibilium amorem & cognitionem rapiamur.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd maiestatem non decuit infirmitas eam deprimens & quodammodo inuoluens,nec per incarnationem infirmitas humanitatis diminuit potentiam maiestatis,quia duę naturę in vna persona inconfuse & inalterabiliter sunt vnitę,nec est similis ratio de malitia & infirmitate,quia infirmitas de sui ratione non priuat ordinem a fine,& ideo propter aliquē finē assumi potuit, sed malitia dicit ſm deordinationē a fine. & ita omnē congruitatē tollit, vnde omnino indecens fuisset vt summa bonitas quocunq; modo malitiam assumeret.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum hominis fuit remediabile,non autem peccatum angeli. cuius ratio multipliciter assignatur. d. 15. Primo ex virtute naturali vtriusque: quia quantum ad cognitiuam angelus cognoscit in luce plena per intellectum deiformem,vt possit totum considerare sine inquisitione, quod ad electionem alicuius rei pertinet,vt sic per ignorantiam non excusetur,sicut homo qui cognoscit quæ agenda sunt deliberando per rationem, quæ est quasi quædam obumbratio intellectus. vt dicit Isaac in lib. de diffinitionibus, quantum ad affectiuam vero,quia voluntas angeli inuertibilis est post electionem, cum sit infra voluntatem diuinam,quæ est inuertibilis ante & post, & supra voluntatē humanā quæ est vertibilis ante & post, & ideo angelus malo quod appetiit peccando,immobiliter inheret. Secūda ratio assignatur ex natura vtriusq;, quia angelorum natura nō propagaē ex vno,ex quo vitium contrahat sicut humana, & ideo nec per vnum eam reparari congruit.& hoc est quod vide-

tur Apostolus dicere ad Roma. 5. Sicut per vnum hominem &c. Tertia ex peccato vtriusque, & quantum ad genus peccati: quia homo superbiuit ex appetitu scientiæ, cuius natura creata capax est, Angelus vero ex appetitu potentiæ, quam natura creata non ita perfecte potest recipere sicut scientiam. vnde & animæ Christi commu

D.944. nicata est omnis sciē tia, sed non omnipotentia. Et etiam quantum ad d circunstantiam peccati: quia homo peccans, & de venia cogitauit, & in aliquo deceptus est vt in 2. lib. dicitur non autem Angelus peccans, & similiter quantum ad occasionem peccati: quam homo habuit, quia

d.4.in textu & 12.d. q.1.ar.2.2.

alio suggerente peccauit, non autem Angelus. Quarta, ex iustitia diuina: quia omnes illi ad quos corruptio peccati primi hominis venire debebat, nondum erant in actu: sed in virtute tantum. Et ideo, non decebat vt priusquam essent, vltimam damnationem reciperent, sicut omnes Angeli actu existentes proprio arbitrio peccauerunt. Quinta ex misericordia diuina: quia tota natura humana lapsa erat in vno parente, non autem tota natura Angelica: & ideo magis indecens erat vt natura humana tota relinqueretur sub damnatione, quàm natura Angelica, quæ non tota corruerat. Sexta vero & præcipua, est ex parte status vtriusque, quia homo non peccauit in termino viæ suæ sicut Angelus: cui ad propriam electionem status viæ finitus est, & hoc consonat verbo Dam. † qui dicit q hoc est hominibus mors, quod Angelis casus. & de hoc in lib. 2. dictū est.

De fide Ortho. lib. 2. c. 4. in fine. d. 7. q. 1. articu. 2. in o.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in creatione se habet creatura sicut effectus productus in esse per creationem: & ideo non exigitur vt a creatura aliquo modo operatio creationis exeat: sed quòd ad eam terminetur: sed in recreatione, creatura se habet vt satisfaciens: quod sine eius operatione fieri non potest: & ideo quamuis creatio sit opus dei non per aliquam creaturam, tamen oportet quòd recreatio per modum redemptionis facta, sit opus dei, naturam creatam assumentis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis Deus sit summe misericors, sua tamen misericordia nullo modo iustitiæ sue obuiat. Misericordia enim quæ iustitiam tollit, magis stultitia quàm virtus dici debet, & ita Deum non decet: propter quod Deus misericordiam infinitam sic manifestare voluit: vt in nullo eius iustitiæ derogaretur, quod factum est: dum pro nobis homo factus est, vt pro nobis satisfaceret, in quo etiam eius abundantior misericordia ostensa est ad nos. quàm si peccatum sine satisfactione dimisisset, inquantum naturam nostram magis exaltauit: & pro nobis mortem pertulit. Nec tamen est simile de homine & de Deo propter duo. Primo, quia ipse Deus est iudex omnium: ad quem pertinet iustitiæ ordinem seruare, non autem homo quilibet. vnde & iudex non debet proprio arbitrio peccata dimittere impunita. Secundo quia cum Deus sit ipsa bonitas, ex hoc ipso est aliquod malum, quod contra ipsum est: & ideo cum pœna non debeatur actui, nisi quia malus est, decet vt ipse se vindicet puniendo peccatum, quod contra ipsum commissum est: secus autem est de homine, vñ homo non debet punire quasi se vindicans: sed quasi Deum vidicans si hoc ex officio habet. Vnde dicitur Deutero. 32. secundum aliam literam. Mihi vindictam & ego retribuam.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quantitas peccati ex duobus potest pensari, scilicet, ex parte Dei in quem peccatur: & sic infinitatem quandam habet prout offensa Dei est, quia quanto maior est qui offenditur, tanto culpa est grauior: vel ex parte boni, quod corrumpitur per peccatum, & sic quantitas culpæ finita est. *f.* inquantum est corruptio naturæ: & ideo ad satisfactionē debitā requiritur actio hominis, quæ proportionet quantitati culpæ inquantū corruptio quędā est, & gratia cuius virtus quodammodo infinita est, cum sufficiat ad merendum præmiū infinitum: per quam satisfactio proportionatur quantitati culpæ, prout offensa dei est: & ideo ex se non sufficit ad satisfaciendum, quia ex se gratiam habere non potest: nec tamen Deus crudelis est hanc satisfactionem exigens, quia quamuis gratiam habere non possit ex se, & ita nec satisfacere, potest tamen satisfacere, per id quod Deus paratus est dare, scilicet, per gratiam.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quantitas originalis, & actualis mortalis peccati, potest dupliciter attendi: vel quantum ad principium: vel quantum ad bonum, quod p vtrunq; priuatur. Principium autem actualis peccati voluntas propria est. Principiū autem originalis in isto, est origo eius vitiata. vnde originale quodammodo est necessarium: sed actuale est omnino voluntarium: vnde plus habet de ratione culpæ, & vituperabilis. Bonum autem quod per actuale peccatum corrumpitur est bonum huius personę: cui præponde bonum totius naturæ, quod per originale corrumpitur, quia bonum gentis est diuinius, quàm bonum vnius hominis: vt dicit 1. Ethic. Vñ & originale peius erit, quàm actuale, vt sic possit dici, quòd actuale est maior culpa, & originale maius malum: actio aūt satisfacien

Cap. 2.

Cap. & l. 2. par. vlt.

tis, vt prius dictū est, proportionat quantitati culpæ, ex parte boni, qđ p culpā corumpitur: & ideo cū ois actio sit personæ, quia actus singulariū sunt: ideo ad satisfactionē p actuali sufficit actꝰ cuiuscunque hominis cum gratia diuina: non autem ad satisfaciendum pro originali peccato, nisi actio illius hominis plus valeret, quam totum bonum humanæ naturæ, & hoc nō posset esse: si esset purus homo: & ideo oportuit esse deum & hominem, qui pro originali satisfaceret. Vel dicendum secundum quosdam, q etiam pro actuali peccato non sufficit purus hō satisfacere nisi præsupposita satisfactione Christi, ex cuius passione ēt antiquorū patrū satisfactio efficax fuit: qui in fide eius saluabant.

¶ Ad septimum dicendum, quòd in peccato primi hominis persona corrupit naturam: vnde illud peccatum potest dupliciter considerari, vel quantum ad corruptionem boni personalis: & sic primus homo pro eo satisfecit adiutorio gratiæ dei, vel inquantum fuit corruptio naturæ, & sic pro eo Adā satisfacere non potuit, nec aliquis antiquorum patrum nisi solum inquantum corruptio naturæ in personam redundabat. Ex hac. n. parte originale pctm in antiquis patribus p fidē, decimas, circuncisionē, & sacrificia soluebat: & ideo decedentes, nondū ad visionē dei admittebāt, nisi prius p satisfactionē Christi naturæ corruptio sanaret.

¶ Ad octauum dicendum, quòd ipsa reparatio humani generis aliquo modo mediantibus angelis facta est: ipsi enim nascituri dominum annunciauerunt, vt dicitur Luc. 1. non tamen sufficiebat angelus reparationem perficere, quia satisfacere non poterat pro tota humana natura: nec etiam debebat, quia ipse non peccauerat: & ideo oportuit, vt dictū est, quòd per deum hominem reparatio humani generis compleretur.

Supra in corpore.

¶ Ad nonum dicendum, quòd nulla creatura, in quantacunque bonitate crearetur, potest sufficere ad reparationem corruptionis humanæ naturæ, per modū satisfactionis, cuius ratio potest esse triplex. Prima est, quia omnis creatura totum, quod potest pro se deo debet: vnde non relinquitur sibi. vt pro alio satisfacere possit. Secunda quia hoc requiritur in satisfactione, vt quod satisfaciens reddit: præponderet ei, quod per culpam ablatum est, vel saltē sit æquale illi; quamuis aūt aliqua natura creata sit, vel possit esse melior natura humana: non tū natura in aliqua persona creata considerata, potest adæquare bonitatem totius naturæ humanæ: bonum enim humanæ naturæ quodammodo infinitum est, per comparationem ad suppositā, inquantum natura humana in infinitum, per generationem communicabilis est: bonum autem cuiuslibet naturæ creatæ, & in se infinitum est, & finitur secundum quòd consideratur in vno suppositō determinato: & ideo cum actus sint suppositorum, non potest esse, vt operatio alicuius creaturæ valeat tantum, quantum est totum bonum naturæ humanæ, vt possit esse digna satisfactio pro eius reparatione. Tertia est, quia vt in secundo dictum est, humana natura in prima sui cōditione accepit quædam p quæ supra statū suis principiis cōgruentē eleuabatur: sicut immortalitatē quādā quæ erat grāe, non naturę, & alia huiusmodi sibi ex pura liberalitate diuina collata, quæ per peccatū amisit: vnde eā re parare erat ad gradū superiorem ipsam eleuare, in quo prius condita fuerat: non est aūt possibile eleuare aliquam naturā ad gradum superiorem, nisi ei qui naturas condidit: & earū gradus ordinauit: & ideo soli deo possibile fuit naturā humanā reparare.

d. 19. q. 1. ar. 4. in o.

ARTICVLVS III.

c. Vtrum si homo non peccasset Deus fuisset incarnatus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset: vt enim dicitur Deut. 32. Dei

3. q. 1. ar. 3.

Dei perfecta sunt opera: sed perfectio non potest esse, nisi vltimū principio coniungatur, vt sic quasi quidam circulus concludatur & alterius additio fieri non possit: cum ergo ipse deus sit primum: & homo sit vltima creaturarum, decuit ad perfectionem vniuersi: vt etiam si homo non peccasset, deus homo fieret.

¶ 2 Præt. Humilitas est perfecta virtꝰ: vt dicitur in Glo. super Matth. 3. super illud. Sic decet nos implere omnem iustitiam: sed omnis pfectio deo attribuenda est. ergo ipse perfectissimam humilitatem habet: perfectissimus autem gradus humilitatis est, vt aliquis se inferiori, vel coniungat, vel subiiciat. ergo decuisset vt deus aliquam creaturam assumeret: ét si homo non peccasset.

¶ 3 Item Ro. primo. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sed potentia, & sapientia, & bonitas dei sunt infinita. ergo decuit, etiam si homo non peccasset, vt in aliquo effectu manifestarentur: sed potentia infinita non manifestatur, nisi per effectum infinitum, nec sapientia infinita, nisi per decorem infinitum, nec bonitas infinita, nisi per communicationem infinitam. cum ergo nulla creatura sit infinita, nec in ea sit infinitus decor resultans ex forma, & proportione partium, nec iterum aliqua creatura, cōmunicationem boni infiniti recipiat: videtur quòd etiam decuit homine non peccante, vniri deum homini, vt ex parte hominis ratio effectus esset, & ex parte dei infinitas, & ex coniunctione diuinæ naturæ ad creaturam, infinitus decor resplenderet, & infinitum bonum ipsi naturę humanę communicaretur. *f.* persona increata quæ in ea subsisteret.

¶ 4 Item. Per peccatum non est in aliquo capacitas humanę naturæ ampliata: sed post peccatum humana natura inuenta est capax tanti boni, vt a deo assumeretur in vnitatem personæ. ergo & ante peccatum huius dignitatis capax fuit: sed ad deum, qui infinito amore diligit ea quæ sunt, pertinet vt nullū bonum creaturæ deneget, cuius est capax. ergo ipse humanam naturam assumpsisset: etiam si homo non peccasset.

¶ 5 Item. Non est credendum, quòd homo ex peccato aliquod commodum reportauerit: sed maxima dignitas humanæ naturæ est in hoc, q assumpta est in vnitatem diuinæ personæ. ergo hoc per peccatum homo consecutus non est, & sic idem quod prius.

¶ 6 Item. Cum homo ad beatitudinem creatus sit, ante peccatū totus homo beatificabilis erat: sed beatitudo hominis, quantum ad partem sensitiuā erit in aspectu humanitatis assumptæ, quantū vero ad partē intellectiuā erit in aspectu humanitatis assumptæ, quantum vero ad partem intellectiuam in contuitu deitatis assumentis: sic enim ingredietur homo, & egredietur, vt August. exponit, & pascua inuenie. Io. 10. ergo etiam si homo non peccasset, humanitas a deo assumpta fuisset.

Super Ioā. tract. 45.

Serm. 1. aduent.

¶ 7 Præterea. † Bernar. exponens id quod dicitur Ionæ primo. Et propter me orta est tempestas &c. dicit, quòd diabolus vidit rationalem creaturam assumendam, in vnitatem personę filii dei & inuidit, & hęc inuidia fuit causa casus eius, & mouens ipsum ad tentandum hominem: si autem incarnatio non fuisset nisi homine peccante, non instigasset diabolus hominem ad peccandum, quia per hoc promouisset eum ad bonum, quod ei inuidebat. ergo ét si homo non peccasset, deus fuisset incarnatus.

Serm. 8.

SED CONTRA. August. in libro de verbis apostoli: exponens illud Math. 18. Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat, dicit. Si homo non peccasset, filius hominis non venisset: sed ibi dominus loquitur de aduentu in carnem. ergo si homo non peccasset filius dei non esset incarnatus.

Glos. Aug. v. 5.

¶ Item primę Thi. prime. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Vbi glo. August. dicit, quòd nulla causa fuit domino Christo veniendi, nisi peccatores saluos facere: tolle vulnera, tolle morbos, & nulla est causa medicinę: sed remota causa remouetur effectus. ergo si peccatum non fuisset, filius dei non fuisset incarnatus.

In benedictione cerei Paschalis.

¶ Præterea. Apostolus dicit Hebr. 2. Quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter cōmunicauit eisdem, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium: sed mors per peccatum in hunc mundum intrauit. Ro. 5. ergo si peccatum non fuisset, per incarnationem deus carni & sanguini non communicasset.

¶ Præt. Gregor. dicit, Nihil nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset: sed redemptio non fuisset nisi peccati seruitus fuisset. ergo si peccatum non fuisset, filius dei temporaliter natus non fuisset.

RESPONDEO. Dicendum, q huius quæstionis veritatem, solus ille scire potest, qui natus, & oblatus est, q a voluit. Ea. n. quæ ex sola dei voluntate dependent, nobis ignota sunt, nisi inquantum nobis innotescunt per authoritates sanctorum, quibus deus suā voluntatem reuelauit, & quia in canone scripturæ, & in dictis sanctorum expositorū, hæc sola assignatur causa incarnationis: redemptio. f. hominis a seruitute peccati: ideo quidam probabiliter dicunt, q si homo non peccasset, filius Dei homo nō fuisset: qđ etiam ex verbis Leonis Papæ in sermone de Trinitate expresse habetur: si. n. (inquit) homo ad imaginem & similitudinem Dei factus, in suo honore mansisset, creator mūdi creatura non fieret: aut sempiternus temporalitatem subiret: aut æqualis deo patri, dei filius, formam serui assumeret. Ité Aug. in Oratione ad beatam virginem. Vt quid. n. nescium peccati, pro peccatoribus pateres: si deesset qui peccasset? aut quid mater fieres saluatoris, si nulla esset indigentia salutis? Item super illud Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum, secundum Augustinum. Si homo non peccasset, virgo non peperisset. Alii vero dicunt, quòd cum per incarnationem filii dei, non solum liberatio a peccato: sed etiam humanæ naturæ exaltatio & totius vniuersi consummatio facta sit: etiam peccato non existente, propter has causas incarnatio fuisset, & hoc etiam probabiliter sustineri potest.

Cap. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q vniuersum perficitur, in coniunctione vltimi ad principium primum, non tamen oportet q in coniunctione quæ est in vnitate personæ: sed in coniunctione quæ est per ordinem ad finem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliquid pertinet ad perfectionem hominis, quod omnino derogat perfectioni dei. vnde quāuis humilitas sit perfecta virtus in homine, non tamen oportet vt in Deo ponatur, si propriæ sumatur humilitas, quod patet ex speciebus superbiæ quæ ei opponuntur: quarum prima est, cum bonum quod habet quis tribuit sibi, hoc quidem in homine vitium est: quia nihil habet a se: sed in deo summæ perfectionis est qui nihil habet ab extrinseco.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in productione minimæ creaturæ manifestatur infinita potentia, sapientia, & bonitas Dei, quia quælibet creatura, ducit in cognitionem alicuius primi & summi: quod est infinitum in omni perfectione: nec oportet vt potentia infinita per effectum infinitum manifestetur, nec bonitas infinita per cōmunicationem infinitam, sed sufficit ad ostendendum bonitatem infinitam hoc, quod vnicuique iuxta suam capacitatem largitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd capacitas alicuius creaturæ potest intelligi dupliciter, vel secundum potētiam naturalem quæ pertinet ad rationem seminalem, & sic nullam capacitatem naturæ vacuam deus dimittit in genere: quamuis capacitas alicuius creaturæ particularis nō impleatur, propter aliquod impedimentum, vel secundum potentiam obedientiæ, secundum quòd quælibet creatura habet vt ex ea possit fieri quod Deus vult, & hoc modo in natura humana est capacitas huius dignitatis, vt in vnitatem diuinæ personæ assumatur: nec oportet quòd omnem talem capacitatem adimpleat, sicut non oportet, quod deus faciat quicquid potest: sed quod congruit ordini sapientiæ eius.

¶ Ad quintum dicendum, quod sicut dicit Apostolus Roma. 5. vbi abundauit delictum superabundauit & gratia. vnde non est inconueniens vt aliquod bonum deus ex peccato eliciat, quod si ne peccato non fuisset, vt patet in multis virtutibus, vt in patientia, pœnitentia & huiusmodi. & ita etiam ex peccato hominis hoc optimum deus potuit elicere, vt dei filius incarnaretur. propter quod dicit † Gregorius. O fœlix culpa, quæ talem ac tantū meruit habere redemptorem.

In benedictione cerei Paschalis.

¶ Ad sextum dicendum, quòd beatitudo totius hominis est ex ipsa diuinitate, in quam virtus intellectus immediate fertur: ex quo red undat gloria in inferiores partes aiæ & in ipsum corpus: in visione aūt humanitatis Christi, erit quoddam gaudium accidentale, sicut etiam in victoria passionis eius: & tamen constat apud omnes q si homo nō peccasset Christus passus non fuisset.

¶ Ad septimum dicendum, quòd si etiam ponatur, quòd diabolus præuiderit rationalem creaturam a filio Dei assumendā, non tamen oportet quòd præuiderit antecedentia ad ipsam: sicut etiā vt ibidem Ber. dicit, præuidet se futurum principem malorum, quod per suum casum consecutus est, & tamen suum casum non præuidit, vt in † 2. lib. dist. 4. dictum est.

In textu & q. 1. arti. 2.

¶ Ad ea vero quæ in contrarium obiiciuntur, poteſt reſponderi ſecundum aliam opinionem, quòd authoritates illæ loquuntur de aduentu in carnem paſſibilem ad redimendum. redemptio enim non fuiſſet, niſi ſeruitus peccati præceſſiſſet, & nõ de aduentu in carnem ſimpliciter.

ARTIC. IIII.

D

Vtrum decuerit Deum tantum differre incarnationem ſuam.

3.q.1.2. AD Quartũ ſic proceditur. Videtur quòd filiꝰ dei non debuerit ſuam incarnationem tantum differre. tempus enim incarnationis dicitur tempus plenitudinis. ad Galat. 4. Cum venit plenitudo temporis &c. ſed plenitudo perfectionem importat: cum ergo perfectio vniuerſi conſummata ſit die ſeptima, vt dicitur Gene. 1. videtur quòd tunc debuit filius Dei incarnari.

¶ 2 Item. Amor cauſat donum & celeritatem doni: ſed deus ex maxima charitate incarnatus eſt. ergo videtur quòd non debuerit tantum incarnationem differre. Prima probatur per id, quod dicitur. Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo, vade & reuertere & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. Secundum per hoc quod dicitur Hier. in charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerãs.

Cap. 31. ¶ 3 Item. Quanto plus differtur medicina, tãto periculoſius in ualeſcit morbus: ſed ſapiẽtis medici eſt vt morbi periculũ euitet. ergo videtur ꝙ incarnationẽ ſuam dei filius accelerare debuerit.

¶ 4 Item. 1. Thimo. 2. dicitur, quòd vult deus omnes homines ſaluos fieri: ſed ſi Chriſtus ante incarnatus fuiſſet, multis ad ſalutem magis via patuiſſet, vt dicitur Matth. 11. Si in Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, olim pœnitentiam egiſſent. ergo videtur quòd deus ante incarnari debuerit.

Lib. 3. proſa. 10. ¶ 5 Præt. Vt Boet. † dicit in libro de Conſolatione. Nutura a perfectioribus initium ſumit: ſed opus dei non eſt minus ordinatum quàm opus naturæ: cũ ergo perfectiſſimum in operibus dei ſit incarnatio, videtur ꝙ circa principiũ deus incarnari debuerit.

SED CONTRA. perfectio gratiæ magis aſſimilatur perfectioni gloriæ q̃ perfectioni naturæ: ſed perfectio gratiæ incarnationi debetur, vt dicitur Ioan. 1. Gratia & veritas ꝑ Ieſum Chriſtum facta eſt: cum ergo perfectio gloriæ ſini ſæculorum debeatur, perfectio vero naturæ principio, videtur quòd verſus finem ſæculorum magis quàm circa principium deus incarnari debuerit.

¶ Præt. Aug. dicit. Inſtitutũ eſt vt iam pactæ ſponſæ nõ ſtatim tradantur, ne vilẽ habeat maritus datã, quã non ſuſpirauit ſpõſus dilatã: ſed hoc beneficiũ. ſ. incartionis, debet hõ maxime charũ habere. ergo decuit vt humanũ genꝰ ipſum dilatũ ſuſpirarer.

¶ Præt. Perfectio fini debetur: ſed tempus incarnationis eſt tempus perfectiſſimum, quia in eo dominus temporis natus eſt, vnde etiam tempus plenitudinis dicitur. ergo videtur quòd verſus finem temporis incarnari debuerit.

RESPONDEO. Dicẽdum ꝙ incarnationi tempus congruiſſimum temporum diſpenſator elegit, omnia enim tempus habẽt, vt habetur Eccleſiaſtes. 3. hæc autem congruitas non plene a nobis poteſt cognoſci, qui non omnium temporum proportiones cognoſcimus: ſed tamen poſſunt plures rationes congruitatis aſſignari, quare hoc tempus ad incarnationem elegerit. Prima, quia homo per ſuperbiam peccauerat, vnde oportebat quòd per humilitatem repararetur: ad quam exigebatur vt defectum ſuum cognoſceret in virtute & in cognitione: defectus autem cognitionis innotuit homini tempore legis naturæ, quo tẽpore multi (lumine naturalis rationis non obſtante) in peſſimos errores idolatriæ prolapſi ſunt, & in nephandiſſima opera. defectus autem virtutis proprie innotuit homini tempore legis ſcriptæ, quia tunc per legem eruditus, nondum tamẽ peccati iugum excutere potuit: & ideo oportuit quòd poſt iſta duo tempora quaſi præparatoria deus homo fieret, vt in ſolo deo ſpes ſalutis haberetur. Secunda ratio eſt, quia naturalis ordo eſt, vt ab imperfecto ad perfectũ veniatur. perfectiſſimum autem in operibus dei eſt ipſa incarnatio per quã creatura deo vnitur in vnitate perſonæ: & ideo oportuit vt non in principio humani generis: ſed poſtmodum verſus finem ſæculorum compleretur, vt ſic prius eſſet quod animale eſt, deinde quod ſpirituale eſt 1. Cor. 15. Et hanc cauſam † Auguſt. aſſignat in lib. 83. quæſtionum dicens, ſicut abſurdus eſt qui

Quæſt. 42. iuuenilem tantum vellet ætatem eſſe in homine: euacuaret enim pulchritudines quæ cæteris ætatibus ſuas vices atque ordines gerunt, ſic abſurdus eſt, qui ipſi vniuerſo humano generi vnam ætatem deſiderat. nam & ipſum tanquam vnus hõ ſuas ætates agit, nec oportuit venire diuinitus magiſtrum: cuiꝰ imitatione in mores optimos formaretur, niſi in tempore iuuẽtutis: & ideo, Apoſtolus ad Gal 3. dicit, hoſtem ſub lege quaſi ſub pedagogo paruulos cuſtoditos: donec veniret qui per prophetas promiſſus erat. Tertia ratio eſt, quia diſtantia, a principio facit debilitatem in effectu. Vnde & propter longe diſtare a principio, aliquæ res perpetuum eſſe non poſſunt retinere, vt maneant ſemper eædem ſecundum numerum. vnde ſi hoc maximũ remedium incarnationis ī principio ſæculorum fuiſſet: procedente tempore, effectus eius in homines minus charus fuiſſet, refrigeſcente charitate: & ideo a principio generis humani indita eſt mentibus hominum lex naturalis, per quam homines deo ſubiecti eſſent: poſtmodum vero inualeſcente conſuetudine peccatorum, lex naturalis adeo tenebrata eſt in pluribus, vt iam non videretur ad regimen humani generis ſufficere: & ideo tunc additum eſt aliud remedium, ſcilicet, vetus lex, & ea quæ ad ipſam pertinent: qua etiam proceſſu temporis in hominum cordibus debilitata: oportuit aliud perfectius remedium per incarnationem apponi vſque ad tempus illud, cum multorum charitas refrigeſceret, & tunc ſuccederet per ſecundum aduentum viſio fidei, & ſtatus gloriæ ſtatui præſentis eccleſiæ: & ideo dicit Diony. 3. capitulo cœleſtis Hierar. quòd ſicut ſe habet Hierarchia legis ad noſtram Hierarchiam, ita ſe habet noſtra ad cœleſtem.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ eſt triplex perfectio, ſcilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ: perfectio autem naturæ eſt quæ fuit in principio ſæculorum: perfectio vero gloriæ erit in fine ſæculorũ. & quia perfectio gratiæ media eſt inter vtramque: ideo Chriſtus per quem gratia facta eſt, circa medium ſæculorum venit, vnde dicitur Abac. 3. In medio annorum notum facies.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ amor diſcretioni coniunctus non facit accelerare donum, antequam expediat ei, cui datur: non aũt expediebat humano generi hoc donũ accipere, añ quã experimẽto diſceret, quantũ eo indigebat, vt ſic acceptũ charius haberet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliter eſt in morbo ſpirituali, q̃ corporali: ad ſanationem enim corporalis morbi non exigitur vt infirmus vim medicinæ & periculum morbi cognoſcat: quod tamen maxime eſt neceſſarium in morbi ſpiritualis ſanatione, qui per humilitatem & cõtritionem ſpiritus ſanatur: & ideo quamuis medicina corporalis non differatur: medicina tamen ſpiritualis differri poteſt: nec tamen ita dilata eſt, vt a principio pœnitus deeſſet, quia quamdiu fuit morbus, fuit medicina morbi, vt Hugo de Sancto Victore dicit, quãuis illa medicina non ſit omnino ſufficiens: ſic. n. & medicus corporalis ægroto præparatoria quædam medicamenta præbet, anteq̃ perfectam medicinam det, & hic etiam fuit proceſſus Dei in ſanatione humani generis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nullus eorum, qui prædinati erant ab æterno, etiam ante Chriſti incarnationem periit, nec etiam aliquis non prædeſtinatus quandocunque incarnatio fuiſſet, ſaluatus eſſet: ſi tamen aliquod remedium præberetur non prædeſtinato, quod prædeſtinato datur, ſcilicet finalis gratia; ille etiam ſaluaretur: ſed tamen hoc antecedens eſt incompoſſibile ei, quod eſt, eum non eſſe prædeſtinatum: vnde ſic eſt vera iſta: ſi Chriſtus prædicaſſet alicui præſcito, ille pœnitentiam egiſſet, ſicut iſta: ſi gratia ſibi daretur, pœnitentiam ageret: ſed vtriuſque antecedens eſt incompoſſibile præſcientię condemnationis: & ideo quærere, quare Chriſtus illi non prædicauit, vel quare gratiam illi non apposuit: eſt idem quod quærere prædeſtinationis cauſam quæ nulla eſt, niſi voluntas Dei.

¶ Ad quintum dicendum, quòd perfectum ſimpliciter præcedit imperfectum: ſed accipiendo perfectum, & imperfectum, circa idem, imperfectum præcedit perfectum, quia motus eſt de imperfecto ad perfectum, & hoc ſit aliquo perfecto agente: quod oportet prius eſſe: & ideo in humano genere prius fuit adhibita imperfecta medicina, quàm perfecta ab ipſo perfecto deo, qui eſt perfectionis princeps, vt dicit Dionyſius.

De Diuin. nom. ca. 5.

QVAESTIO SECVNDA

B

Deinde quæritur de aſſumente carnem, & circa hoc quæruntur quinque.

Primo. Vtrum vna perſona poſſit aſſumere carnem alia non aſſumente.

Secundo.

Secũdo. Si ſic, quare magis filius carnem aſſumpſit.

Tertio. Vtrum pater vel ſpiritus ſanctus potuerunt, vel poſſunt carnem aſſumere.

Quarto. Si ſic, vtrum potuerunt eandem numero humanam naturam aſſumere.

Quinto. Vtrum vna perſona poſſit duas numero humanas naturas aſſumere.

Vtrũ pater vel ſpiritus ſanctus potuerit incarnari, vel poſſit.

ARTICVLVS I.

A

Vtrum vna perſona ſine alia, poſſit carnem aſſumere.

SI vero quæritur, vtrum pater vel ſpiritus ſanctus incarnari potuerit: vel etiam modo poſſit, ſane reſponderi põt, & potuiſſe olim & poſſe nunc carnẽ ſumere, & hominem fieri, tã patrem, quàm ſpiritum ſanctum. Sicut enim homo filius factus eſt, ita pater & ſpi-

3.q.3.4. AD primũ ſic proceditur. Videtur, ꝙ

Lib. 1. de ſi de Orthod. cap. 10. circa medium vna perſona ſine alia non poſſit carnem aſſumere. Dama. † enim dicit, quòd in diuinis omnia ſunt vnum præter ingenerationem, generationem, & proceſſionẽ: ſed incarnatio nullum horum eſt. ergo incarnatio communis eſt tribus.

¶ 2 Item. Sicut eſt vna eſſentia trium perſonarum, ita vna operatio diuina: ſed aſſumere carnem eſt quædam operatio diuina. ergo eſt communis tribus perſonis.

De fide Orthod. lib. 9. cap. 6. paulo poſt principium. ¶ 3 Item Dama. † dicit, quòd tota natura diuina in vna ſuarũ hypoſtaſum incarnata eſt: ſed quicquid dicitur de natura, cõmune eſt tribus. ergo incarnatio communis eſt tribus perſonis.

¶ 4 Item. Quæcunque ſunt vnum ſecundum ſubſtantiam ſimplicem, cuicunque vnitur vnum, & reliquum: ſed tres perſonæ ſunt vnum ſecundum ſubſtantiam quæ eſt cõmunis & ſimplex. ergo ſi carni vnitur filius, neceſſario & carni vnitur pater.

¶ 5 Item. Maior eſt vnio quæ eſt per gratiam vnionis, quàm quę eſt per gratiam adoptionis: ſed in vnione per gratiam adoptionis, non vnitur menti vna perſona ſine alia. ergo nec vna perſona aſſumpſit carnem ſine alia.

IN contrarium videtur, quod Dion. 2. ca. de di. no. ea quæ ad incarnationem pertinent, computat inter ea, quæ ſunt de diſcreta theologia, hæc aũt ſunt quæ vni perſonę cõueniunt ſine alia. ergo incarnatio conuenit vni perſonæ ſine alia & non omnibus.

¶ Itẽ. Incarnatio includit in ſuo intellectu miſſionẽ, vt in litera dicitur: ſed ad hoc, ꝙ vna perſona mittatur non ſequitur, ꝙ omnes mittantur. ergo vna perſona ſine alia incarnari poteſt.

¶ Præt. Maior eſt diſtinctio rei, & rationis quàm diſtinctio rationis tantum: ſed rationes diuerſarum rerum in diuinis non diſtinguuntur niſi ratione, perſonæ autem diſtinguuntur, & re, & ratione. ergo maior eſt diſtinctio perſonarum in Deo, quàm rationum idealium: ſed Deus ꝑ vnam rationem aliquid operatur, quod non operatur per aliam, quia alia ratione facit hominem, & alia ratione facit equum, vt Aug. ait. ergo multo amplius vna perſona poteſt incarnari ſine alia.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ quamuis tres perſonæ ſint vnũ in eſſentia, non tamen oportet, quòd ſi vna coniungitur carni, ꝙ etiam alia. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd quando aliqua in aliquo coniunguntur, & in aliquo diſtinguuntur: tunc ſolum neceſſarium eſt, vt ſimul coniungantur, quando coniunctio ſit ſecundum id, in quo communicant: ſiue illud ſit idem numero, ſiue non, ſicut patet, quòd homo, & aſinus communicant in animali: & ideo quicquid communicat cum aſino in genere: cõmunicat etiam cum homine: ſed quia homo & aſinus differentiis ſpecificis diſtinguuntur, non oportet, quòd quicquid conuenit cum aſino in differentia ſpecifica, conueniat cum homine ſimiliter, & ita etiam eſt in potentiis animæ, quia omnes radicantur in eſſentia vna numero: vnde cum anima vniatur corpori dupliciter, & ſecundum eſſentiam, vt eſt forma eius, & ſecundum potentiam, vt eſt motor ipſius, vel operans per ipſum, neceſſarium eſt, vt anima quæ vnitur oculo, & quantum ad eſſentiam animæ inquantum perficitur oculus in eſſe ſpecifico, & ſecundum rationem viſuæ potentiæ, prout efficitur inſtrumẽtum videndi, coniungatur etiam linguæ, quantum ad eſſentiam animæ, non quantum ad rationem potentiæ eiuſdem: eadem enim eſſentia animæ, quæ eſt in oculo, eſt in lingua: ſed ibi ſecundum potentiam viſiuam, hic ſecundum potentiam guſtatiuã, & quod plus eſt, aliqua potentia eſt, quæ nulli parti corporis coniungitur quantum ad rationem potentiæ, vt intellectus: ſed ſolum quantum ad rationem eſſentię. Dico ergo, quòd tres perſonæ diſtinguuntur quidem in perſonalitate: ſed conueniunt in natura. Vnde quicquid vniretur filio in natura de neceſſitate vniretur patri: nõ aũt oportet, ꝙ ſi aliquid vniatur filio in perſona, ꝙ vniatur patri. Non n. ponimus incarnationẽ filii eſſe hoc modo, vt ſit vnio facta in natura: ſed ſolum in perſona: & ideo non oportet, ꝙ ponamus patrem incarnatum: ſicut non oportet, ꝙ ſi potẽtia viſiua ſit actus corporis: ꝙ intellectus ſit actus corporis, quamuis conueniãt in vna eſſentia aïæ.

ritus ſanctus potuit & poteſt.

An filius qui tantum carnem accepit aliquid fecerit, quod non pater, vel ſpiritus ſanctus.

SED forte aliqui dicent, cũ indiuiſa ſint opera trinitatis, ſi filiꝰ carnẽ aſſumpſit: B tũc pater & ſpũs ſanctus, ꝙa ſi filiꝰ carnẽ aſſumpſit, nec hoc fecit pater vel ſpũs ſanctus, nõ omne qđ facit quid ergo actionis importatur in hoc verbo, totũ eſt cõe tribus: verũ. n. eſt dicere, ꝙ tota trinitas vniuit humanã naturã filio in perſona: ſed terminus vnionis eſt ſolũ perſona filii & nõ patris: & ideo filius carnem aſſumpſit, & nõ pater, nec ſpiritus ſanctus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de natura non dicitur incarnatio ſecundum ſe: ſed ratione perſonæ, ſecundum quòd tota natura diuina incarnata eſt in vna perſona filii: & ideo non oportet ꝙ incarnari de tribus dicatur: hoc. n. eſt neceſſarium in illis quæ dicuntur de natura, ratione ipſius naturæ, non de illis quæ dicunt de natura rõne ꝑſonæ: & hoc ꝙ idẽtitatẽ eſsẽtiæ, & ꝑſonę ſicut eſſentia diuina eſt ꝑſona filii: nõ tñ perſona patris eſt ꝑſona filii.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſi eſſet vnio in ſubſtantia vel natura: ſequeretur quòd tres perſonæ eſſent incarnatæ ſi vna incarnaret: nunc vero nõ eſt vnio facta in natura, vt. ſex diuina & humana fiat vnũ: ſed in ꝑſona vt ſit vna ꝑſona in humanitate & diuinitate ſubſiſtẽs & ideo ratio nõ procedit: vt ex ꝓdictis patet. C

¶ Ad quintum dicendum, quòd in vnione quæ eſt per gratiam adoptionis, conſideratur vnio per operationem tantum, quia ſcilicet Deus aliquem effectum in nobis operatur, & quia operatio eſt communis tribus: ideo oportet quòd etiam vnio illa communis ſit: quamuis ſecundum quòd ille effectus appropriatur vni perſonæ, vel alii, dicatur in mentem mitti filius, vel ſpiritus ſanctus: ſed in hac ſingulari vnione diuinitatis ad humanitatem, non tantum notatur ex parte Dei operatio vel efficientia: ſed etiam terminus vt dictum eſt: & ideo non eſt ſimile.

1. d. 33. ar. 1. & p. p. q. 3. ar. 1. In corpore.

In rñſio: ad ſecundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum magis fuerit conueniens filium incarnari, vel patrem, vel ſpiritum ſanctum.

B

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd non magis fuit cõueniens filium incarnari quàm patrem vel ſpiritum ſanctum. ſicut in myſterio incarnationis monſtrata eſt ſapientia in decentia reconciliationis; ita etiam monſtrata eſt potentia in hoc, quòd in infinitum diſtantia coniuncta ſunt, & etiam bonitas in hoc quòd non deſpexit proprii plaſmatis infirmitatem, ſicut dicit † Damaſce. ſed ſicut ſapientia attribuitur filio, ita bonitas ſpiritui ſancto, & potentia patri. ergo non decebat magis filium incarnati quàm patrem vel ſpiritum ſanctum.

3. q. 3. 8. 3. cont. gẽt. c. 42. In princip. 3. li. de fide.

¶ 2 Item. Victoria potentiæ attribuitur: ſed per incarnationem ſecuta eſt de hoſte victoria. ergo incarnatio magis decebat patrem cui appropriatur potentia.

¶ 3 Item. Recreatio reſpõdet creationi: ſed creatio appropriatur patri. Vnde cum dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Deus creans exponitur pater. ergo & incarnatio per quam recreatio facta eſt, patri potiſſime conueniet.

¶ 4 Item. Incarnatio ordinata eſt ad hoc vt nos adoptionem filiorum reciperemus ad Gal. 4. ſed adoptare proprium patris eſt. ergo patrem decebat incarnari.

¶ 5 Item. Videtur ꝙ magis congruum fuerit ſpiritum ſanctum incarnari. eorum enim quæ magis vicina ſunt, decentior eſt coniunctio. ſed ſpũs ſanctus eſt perſona magis nobis vicina, vt dicit Aug. ergo ſpiritum ſanctum magis decebat incarnari quàm filiũ.

¶ 6 Præt. Incarnatio proceſſit ex maxima charitate Dei quam ad nos habuit: ſed charitas eſt proprie ſpiritus ſanctus, vel etiam appropriate, ſi eſſentialiter ſumatur. ergo ſpiritum ſanctum potiſſime decebat incarnari.

SED CONTRA. In mente noſtra ſunt tria, tres perſonas repreſentantia, ſcilicet mens, quæ repreſentat patrem. notitia, quæ

verbū mentis representans filium. & amor qui representat spm̄ F sanctū: sed inter hæc tria, verbum mentis maxime est corporale, secundum q̄ per vocem exterius sonat. ergo & incarnatio conuenientissime verbum æternum decuit, quòd est ipse filius Dei.

T.co.4. ¶ Item. secundum philosophum 2. meta. id quod est primum in vnoquoq; genere, est causa eorū quæ sunt post: sed filiatio primo in filio Dei inuenitur, sicut & paternitas in Deo patre, ex quo oīs paternitas in cœlo & ī terra nominatur. Ephe. 3. filius, facit pater & spiritus sanctus. At omnia simul, pater, & filius & amborum spiritus pariter & concorditer operatur. Ad quod dicimus, quia nihil operatur filius sine patre, & spiritu sancto: sed vna ergo cōuenientissime filius Dei incarnatus est, vt per ipsam adoptionem filiorum Dei reciperemus.

¶ Præt. Decentissima est coniunctio sapientiæ & humilitatis. vnde Prouer. 11. vbi humilitas, ibi sapientia: sed sapientia appropriat filio. ergo ipsum maxime decuit humilitas incarnationis.

Respon. Dicendum, quòd decentia incarnationis filii, potest attendi & ex propriis & appropriatis eius. In propriis autem ipsius possunt considerari quatuor, scilicet, quòd filius est, quòd verbum est, quòd imago, quòd media in trinitate persona. secundum autem quòd imago, conuenientiam habet cum eo qui reparandus erat, scilicet, cum homine qui ad imaginē Dei factus est. Gen. 1. vnde decuit vt imago imaginem assumeret, increata creatam: secundum autem quòd filius est conuenit ad modum reparationis, quæ expleta est per incarnationis & passionis mysteria. secundum enim quòd ex alio est, quod quidem sibi & spiritui sancto commune est, notatur authoritas patris respectu ipsius. vnde conuenit sibi ad patrem & deprecatio, & satisfactio, & alia huiusmodi, quæ in patre authoritatem demonstrant: sed secundum id quod in filio intelligitur, determinatus modus originis conuenit sibi nasci, vt qui in diuinitate est Dei filius, in humanitate sit virginis filius, vt non sint plures filii in trinitate. Conuenit etiam sibi inquantum filius naturalis est, vt per eum cuius est naturalis hæreditas, alii in filios adoptentur & cohæredes fiant. Sed inquantum verbum est: congruentiam habet ad officium prædicationis & doctrinæ, quia verbum manifestat dicentem, & ipse manifestauit patrem. Io. 17. Pater m. manifestaui nomē tuum hominibus. Inquantum vero est media in trinitate persona, congruit ad vltimum effectum, qui est reconciliatio hominis ad Deum, decet enim vt qui est medius etiam sit mediator. Inueniuntur etiam quatuor filio appropriata, scilicet, sapientia & virtus ab Apostolo. 1. Cor. 1. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Aequalitas ab Augustino, species, & pulchritudo ab Hyl. Inquantum autem sapientia est cōgruit ad restaurationem, quia decet, vt quæ in sapientia facta sunt, per sapiētiam restaurentur, & etiam seruituti a qua hō liberandus erat, qui in eam seductus quodammodo deuenerat: & ideo decebat vt per sapientiam a seductore liberaretur. Ipse etiam hō peccauit per appetitum scientiæ. vnde per sapientiam liberandus erat: inquantum autem est virtus & brachium patris, cōgruit ad victoriam de hoste capiendam. Luc. 1. Fecit potentiam in brachio suo. Inquantum vero est æqualitas: congruit etiam morbo qui sanandus erat. vterq; enim scilicet homo & diabolus peccauerat, appetendo æqualitatem, ille potentiæ, iste scientiæ. Inquantum vero species & pulchritudo est, congruit reparationi, vt per ipsum deturpatio imaginis p̄ peccatum inducta, amoueatur. Patri vero non conuenit incarnatio præcipue propter propietatem innascibilitatis: non enim decet, vt qui in deitate est pater, in humanitate sit filius: sic enim filius Dei patris, esset nepos virginis, si ipsa virgo, mater esset Dei patris. Similiter etiam nec spiritui sancto conuenit, ne filii nomen in plures personas transferatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in incarnatione ostenduntur sapientia, potentia, & bonitas: & ideo efficientia incarnationis toti Trinitati attribuitur: sed tamen opus quod Deo incarnato debebatur: p̄ filium expleri decuit, rationibus dictis in corpore huius articuli: & ideo tota Trinitas carnē soli filio vniuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd potentis non est vt per potentiam minus potentem vincat. hoc enim videtur violentum & non laudabile: sed per iustitiam & sapientiam: & ideo per filium debuit pater hostem vincere. Vel dicendum, quòd quamuis potētia attribuatur patri: eo quòd ipse est principium totius deitatis, tamē filius etiam dicitur virtus patris per quam in creatura operatur. vnde & brachium patris dicitur, vt exponit Gre. illud Iob. 40. si habes brachium sicut Deus: & ideo decenter per filium Deus pater diabolum vicit.

li.3 2. mor. cap.5.

¶ Ad tertiū dicendū, q̄ tria opera tribus personis appropriātur: creatio quasi prima patri, qui est principiū non de principio: glorificatio, quæ est vltimus finis spiritui sancto ratione bonitatis: recreatio quæ media est filio, qui est media in Trinitate persona;

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis patris sit adoptare; tamen decenter nos per filium adoptauit, cuius est hæreditas: vt sic per verum hæredē ipsa adoptatio acceptaretur, & firma oſten deretur, & vt filii adoptiui haberent verum filium ducem, quem imitarentur illi, quos præsciuit conformes fieri imaginis filii sui vt ipse sit primogenitus in multis frattribus. Roma. 8.

est horum trium operatio indiuisa & indissimilis, & tamen filius, non pater vel spiritus sanctus carnem assumpsit. Ipsam tamen carnis assumptionem trinitas operata est, si cut Augusti. dicit in lib. de fide ad

Cap.2. fin.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ spiritus sanct⁹ dicitur persona, maxime vicina nobis propter charitatem per quam nobis omnia dona donantur: sed filius est magi nobis vicinus quantum ad congruentiam incarnationis, rationibus dictis.

G ¶ Ad sextum dicendum, quòd charitas Dei est causa incarnationis: & ideo causalitas incarnationis, quamuis sit communis tribus personis, appropriatur tamen spiritui sancto, vt infra dicetur distin. 4. non tamen ex hoc sequitur quòd spiritus sanctus debuerit incarnari.

Supra. in o. huius arti.

C

ARTICVLVS III.

Vtrum pater potuit carnem assumere, & etiam Spiritus Sanctus.

In textu. & q. 1. ar. 1. in o. & q. 3. o. 3. q. 3. 5. Lib. de Incarnatione verbi. ca. 4.

Ad tertivm sic pro editur. Videtur quòd pater carnem H assumere non potuerit, quia vt dicit † Anſel. minimum inconueniens est Deo impossibile: sed si pater carnem assumeret se queretur inconueniens, vt scilicet, essent in Trinitate plures filii, quod in conclusionem quandam vergeret personarum. ergo pater carnem assumere non potuit.

¶ 2 Item, opposita non possunt iungi in eodem etiam per miraculum: sed in patre est quædam proprietas quæ dicitur innascibilitas, secundum quam dicitur non esse ex alio, cui nascibilitas opponitur. ergo non potuit pater de virgine nasci, quod dicere tur si carnem assumeret.

¶ 3 Item vt in litera dicitur. filii missio est ipsa incarnatio: sed patri non conuenit mitti, vt in primo libro habitum est. ergo nec incarnari potest.

dist. 15. q. 2. arti. 1. in o. & ad 3. & 4.

¶ 4 Item ab eo qui est infinite misericordiæ semper optima expectanda sunt quæ contingere possunt: sed cum totus mundus per incarnationem vnius personæ melioratus sit: si etiam pater incarnaretur: multo amplius meliorabitur. ergo si possibile est patrem incarnari: hoc expectandum est, sicut & antiqui patres incarnationem filii expectauerunt: quod est omnino absurdum.

I ¶ 5 Præt. Non est maior Dei potentia quàm sua voluntas: cum verunque sit infinitum: sed pater nunquam voluit incarnari. ergo nec incarnari potest.

Sed contra. Sicut dicit Anſel. omnis necessitas & impossibilitas Deo est subiecta: sed ei nihil est impossibile, cuius voluntati omnis impossibilitas subditur. ergo patrem incarnari non est impossibile.

¶ Item. Eorum quæ æque distant, æque possibilis est coniunctio: sed humana natura æqualiter distat a tribus personis; distat enim a qualibet in infinitum. ergo si potuit eam filius assumere, potest & pater.

¶ Præt. Quicquid dignitatis conuenit filio, conuenit & patri: sed posse assumere carnem est dignitatis in filio. ergo & patri attribuendum est.

Respon. Dicendum, quòd cum in agentibus ex libertate voluntatis, executio potentiæ sequatur imperium voluntatis & ordinem rationis, considerandum est quando potentiæ diuinæ K aliquid ascribitur; vtrum attribuatur potentiæ secundum se consideratæ: tunc enim dicitur posse illud de potentia absoluta: vel attribuatur sibi in ordine ad sapientiam & præscientiam, & voluntatem eius: tunc enim dicitur posse illud de potentia ordinata: ipsi ergo potentiæ absolute, *cum infinita sit*, necesse est attribuere omne id, quodin se est aliquid, & quod in defectum potentiæ non vergit. dico autem in se aliquid esse: quia coniunctio affirmationis & negationis nihil est, nec aliquem intellectum generat quòd dicitur homo & non homo simul accepta, quasi in vi vnius dictionis: & ideo potentia Dei ad hoc se non extendit, vt affirmatio & negatio sint simul. & eadem ratio est de omnibus quæ contradictionem includunt. dico autem in defectu potentiæ vergere quæ passionem potentiæ important: ex defectu enim potētiæ actiuæ ad resistendum contingit, quòd aliquid vel corrumpatur, vel diuidatur, vel aliquid huiusmodi. vnde & mollities impotentia naturalis dicitur propter facilem diuisibilitatem: & ideo non dicimus Deum in natura diuinitatis posse pati vel mori vel aliq̄d huiusmodi; sicut nō dicimus eū posse

posse esse impotentem. Huic autem potentiæ absolute considera A assumere. primo per hoc quod dicit † Anſ. in lib. de incarnatione verbi. plures personæ non possunt assumere vnum eundemq; hominem: sed si vnam naturam assumerent: vnus homo assumptus esset a pluribus personis. ergo primum est impossibile. Cur Deus homo ca. 9.

¶ 2 Item. Assumptio humanæ naturæ terminatur ad aliquam vnionem: nō autem ad vnionem in natura: q̄a oporteret vel alterā tantum remanere: sicut patet in coniunctione cibi ad cibatum. vel etiam neutrum, vt patet in cōiunctione elementorum. in incarnatio

Petrum. Reconciliati sumus per solum filium secundum carnem: sed non soli filio secundum deitatem. trinitas enim nos sibi reconciliauit per hoc, quòd solum verbum carnem ipsa trinitas fecit. Tri

nitas igitur carnis assumptionem fecit: sed verbo, non patri vel spiritui sancto. Si enim pater sibi, & filius sibi, vel pater filio, & filius patri carnis assumptionem operatus esset: iam non eadem operatio es-

B ne vero vtraq; natura manet: vt Dama. † dicit, & sic pater quòd non potest esse vnio in natura. ergo oportet quòd terminetur ad vnionem in persona. non ergo possunt esse plures personæ vnam naturam assumentes. Lib. 3. de fi de cap. 7.

¶ 3 Præt. Vt † Dama. dicit: in incarnatione, vniēs & vnitū communicant sibi sua idiomata: vt quicquid dicitur de filio hominis possit dici de filio dei: ergo si eadē natura humana a tribus personis assumpta esset: demonstrato illo homine, possemus eū dicere filium dei, & quicquid de filio dei dicitur, & ecōuerso, filium dei esse hunc hominem, & natum de virgine, & huiusmodi oia: sed stante eadem positione possemus dicere quòd hic homo esset pater, *ergo esse patrem & quicquid est patris*, posset prædicari de filio dei, quod manifeste confusionem induceret personarum. 3. de fide ca pit. 7.

¶ 4 Præt. Tres personæ distinguuntur relationibus. ergo quod attribuitur alicui personæ primo & per se, ratione eius quod ad alterū est, nullo modo tribus personis potest esse commune: sed C humanam naturam assumere conuenit filio secundum id quod ad alterum est, quia primo & per se conuenit personæ: naturæ autem prout est in persona. ergo assumere hanc naturam non potest esse commune tribus personis.

¶ 5 Præt. Vt in 1. lib. dictum est, omnis quiditas vel natura que non est suum esse, *diuiditur ſm diuisionem suppositorum in ea* subsistentium, quia esse habet ſm q̄ in suppostio est: sed humana natura est quiditas vel natura quæ non est suum esse (hoc. n. solius dei natura est) ergo, oportet, quòd diuidatur secundum esse ad diuisionem suppositorum in ea subsistentium: sed si tres assumeret humanam naturam essent tria suppostia in humana natura subsistentia. ergo essent tres humanæ naturæ: non ergo vna numero humana natura a tribus personis assumi potest. d. 8. q. 1. ar. 1. in corpo.

¶ 6 Præt. Si tres personæ vnam naturam humanā assumerent, aut essent vnus homo aut plures, sed non plures, quia non habent nisi vnā animā & vnū corpus. ergo esset vnus homo, & posset demonstrari, iste homo est pater, & filius, & spiritus sanctus: sed ille homo non potest supponere nisi personam patris, vel filii, vel spiritus sancti. ergo persona patris esset pater, & filius, & spiritus sanctus, vel persona filii, vel persona spiritus sancti, q̄d est impossibile. ergo impossibile est talem assumptionem esse.

Sed contra. Humanæ naturæ conuenit esse assumptibilem secundum quòd est ad imaginem Dei: sed eadem numero humana natura est ad imaginem trium personarum. ergo humana natura eadem numero a tribus assumi potest.

¶ Præt. Maior est distantia diuersarum potentiarū animæ ad inuicem, quę etiam in absolutis distinguuntur, q̄ diuinarum personarum quę distinguuntur solum in eo quod ad aliud est: sed anima vnitur eidem membro secundum diuersas potentias, quod patet, quia organa aliorum sensuum sunt etiam organa tactus, qui per totum corpus diffunditur. ergo & deus potest vniri homini, ita quòd tres personę vnam naturam humanam assumant.

E ¶ Præt. Eorum quę magis conueniunt, facilior est vnio: sed humana natura assumpta a filio non minus cōuenit cum patre, sed etiam magis q̄ aliqua alia: ergo si pater potuit assumere aliam humanam naturam: vt dictum est. ergo multo magis eandem.

Respon. Dicendum, quòd tres personas diuinas assumere vnam humanam naturam in vnitate vnius personę, est impossibile, quia contradictionem implicat: cum enim vnio dei & hominis non possit fieri in natura, vt infra dist. 5. probabitur, oportet quòd fiat in persona, vt scilicet sit eadem personalitas assumentis & assumpti. vnde ponere vnam personam ex parte assumpti: & tres ex parte assumentis est incompossibile. Et non potest etiā similiter esse vna vnitate vnius hypostasis vel suppositi, ad minus quantum ad secundam opinionem, quę ponitur infra dist. 6. quę ponit vnionem non tantum in persona: sed etiam in suppostio & ypostasi: sed quòd natura assumpta a tribus personis sit vna vnitate singularis naturę: non est impossibile: loquendo de potentia absoluta: quamuis non sit congruum ſm ordinem diuinę sapientię: cum vnius personę incarnatio, ad reparationē mille mundorum sufficiat. Dico autem vnitatem singularis naturę; si assume- q. 1. arti. 2. in o. q. 1. art. 1.

d *Vtrum Pater & Filius & Spiritus sanctus possit eandem numero naturam assumere.*

3. q. 3. 6. in lib. 2.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd pater & spiritus sanctus nō possint vnam & eandem numero naturam

si assumeretur vnum corpus & vna anima sibi vnita:ex quorum vnione,vna humanitas resultaret, vt sic tres personæ in vna natura assumpta conuenirent:sicut conueniunt in natura eterna.

¶ Quidam vero econuerso contrariam opinionem tenent,& sm vtramq; potest ad obiecta responderi.

¶ Ad primum ergo dicendum,quod An sel. ibi accipit vnum hominem,vnam personam humanam, hoc enim est impossibile ei quod ponitur tres personas assumẽtes esse. cap. 9.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd assumptio illa terminaretur ad aliquid vnum in persona:non ita,quòd vni tantum personæ vniretur,sed quia a qualibet trium personarum assumeretur in vnitate personæ,vt non esset alia persona hominis assumpti a tribus personis patris,& filii,& spiritus sancti:quasi homo per se inquãtum homo sit persona,esset tamen alia persona patris, alia filii, alia spiritus sancti,humanitatem eandem assumentium.

¶ Ad tertium dicendum,quod communicatio idiomatum intelligitur respectu alterius naturæ.vnde prædicta positione facta : hic homo non communicaret filio idiomata patris,sed solũ idiomata humanæ naturæ.

¶ Ad quartum dicendum,quòd sicut supra in primo libro dictum est:in diuinis duplex est communitas:rei & rationis:cõmunitate rei nihil est ibi commune nisi absolutum, sed communitate rationis est ibi commune hoc nomen,persona, vel relatio : & ita per hunc modum communitatis potest communiter conuenire patri,& filio,& spiritui sancto, vt vnusquisque eorum trahat humanam naturam eandem numero in vnitatem personæ suæ.

¶ Ad quintum dicendum,quòd tres personæ non distinguuntur sm esse:immo earum est vnum esse,viuere, & intelligere, cũ esse non nisi ad essentiam pertineat, & ideo non oporteret quòd natura humana a tribus personis assumpta secundum esse multiplicaretur,sicut multiplicatur in tribus personis humanis, quarum non est vnum esse.

¶ Ad sextum dicendum,quòd cum termini substantiui significentur vel consignificentur pluraliter ex vnitate seu pluralitate formæ signatæ,dicerẽtur tres,vnus homo,si vnam humanam naturam assumpsissent:sicut propter vnam naturam diuinam dicẽtur vnus deus, & sicut dicit tota trinitas vnus solus verus deus. Super Ioã. tracta. 39. sm † Augu.& Baruch.3.Hic est Deus & non estimabitur alius ab illo,ita posset dici.iste solus homo est pater,& filius, & spiritus sanctus, & tunc iste terminus homo,supponeret rem humanæ naturæ sine distinctione trium personarũ : sicut iste terminus Deus supponit in prædictis locutionibus rem naturæ diuinæ indistincte.& hęc est suppositio sua naturalis,& quasi termini cõis respectu trium personarum, suppositio autem qua supponit pro patre vel filio est sibi accidentalis,& quasi termini discreti.

¶ Ad ea,quæ in oppositum obiiciuntur sm alios potest responderi, quòd ad vnitatem naturæ sequeretur aliquo modo vnitas suppositi secundum eos,& hoc esse non potest, vt dictum est. in corpo.huius articuli.

ARTICVLVS V.

E

Vtrum una persona possit assumere duas humanas naturas.

3. q. 3. 7. AD QVINTVM sic proceditur.Videtur quòd vna persona non possit duas humanas naturas assumere. natura enim communis non multiplicatur: nisi secundum pluralitatem suppositorum,sed vna persona est tantum vnum suppositum, vt infra patebit, ergo non potest in vna persona esse duplex natura K eiusdem speciei. dist.6. q. 1. art.1.

¶ 2 Item. Si filius dei assumeret plures humanas naturas, vocetur sm vnam naturam Iesus,& sm aliã Petrus:inde sic:supposito filio dei,supponitur Iesus,& eadẽ ratione, supposito filio dei supponitur Petrus,ergo supposito Iesu supponitur Petrus, ergo hæc est vera: Iesus est Petrus,sed impossibile est quòd duorũ hominum vnus de alio prædicetur,ergo Iesus & Petrus non sunt duo homines,sed impossibile est duas humanas naturas numero differentes esse:nisi per hoc quòd sunt in duobus hominibus,ergo in Iesu & Petro nõ erunt duæ humanæ naturæ,sed vna tãtũ. ergo ad hanc positionem,quòd filius dei duas humanas naturas. assumpserit,sequitur suum contrarium,scilicet quòd sit vna tantum natura humana assumpta.ergo positio illa est impossibilis.

¶ 3 Præter. Plus distat natura humana a diuina quàm vna humana natura ab alia, sed quàmuis dei filius subsistat in duabus naturis,diuina.s.& humana. non tamen duo,sed vnus & vnum est : ergo & si subsisteret in duabus naturis humanis assumptis : non tamen duo homines dici posset.ergo nec essent duæ humanæ naturæ,& sic idem quòd prius. F

4 Præter. Si filius dei duas humanas naturas assumpsisset:sm quarum vnam diceretur Petrus,& secundum aliam Iesus:oporteret quòd de Iesu & Petro hoc verbum, Sũ,es, est, singulariter prædicãretur : quia vtrumq; esset vnum suppositum. sed de patre & filio prædicat pluraliter,vt patet Io. x. Ego & pater vnum sumus. Ergo maior est vnitas aliqua quàm vnitas trium personarum,quod est impossibile,ergo & positio prædicta.

¶ 5 Præterea.Negatur hæc propositio.Filius dei assumpsit hominem:ne videatur persona assumpsisse,sed sicut filius dei non assumpsit personam:ita filius dei non est duæ personę. ergo nullo modo potest dici,quòd filius dei sit duo homines.hoc autem sequitur si duas humanas naturas assumpsit: ergo est impossibile. G

SED CONTRA. Quicquid potest pater,potest filius. sed pater potest aliã humanam naturam assumere ab ea, quã filius assumpsit.ergo & filius potest aliam assumere ab ea quam assumpsit.ergo vna persona potest plures assumere naturas.

¶ Præterea.Maioris bonitatis & dignitatis ostensiua est vnio qua filius dei humanam naturã in vnitatem personæ assumpsit, quàm illa qua mentem hominis per gratiam sibi vnit. sed hęc secunda vnio quę est per gratiam,non est filii ad vnum tantũ, sed ad multos,quia sapientia in animas sanctas se transfert.Sapic.7. Cum ergo bonum sit diffusiuum,& communicatiuum, videtur quòd illa vnio,quę est in vnitate personę,possit esse in persona filii ad multas humanas naturas. H

¶ Præt. Potentia filii per incarnationem in nullo minorata est. sed filius ante incarnationem poterat humanam naturam aliam ab ea quam assumpsit assumere.ergo & nunc potest. & sic idem quod prius, I

RESPONDEO. dicendũ, q̃ hoc fere ab omnibus conceditur, quòd vna persona diuina potest plures humanas naturas assumere & rationabiliter. Non est enim contra rationem diuinę personæ,quòd ipsa in pluribus naturis subsistat:aliàs non potuisset fieri vnio diuinę & humanæ naturę in vna persona filii. Si autem esset contra rationem personæ vt in pluribus quàm in duabus naturis subsisteret:hoc non posset contingere nisi ita, quòd tota facultas vnius personæ quæ in pluribus naturis subsisteret : per naturam secundam aduenientem terminaretur, & quodammodo impleretur,quod est impossibile,quia natura assumpta adueniens nullo modo commensurabilis est virtuti diuinę personę : cũ distet ab ea sicut finitum ab infinito. Vnde, sicut deus potest semper nouas creaturas condere,quia eius potentia per creaturas non exhauritur,ita etiam filius potest qualibet natura assumpta,iterum aliam assumere, quia potestas assumendi per naturã assumptam non terminatur, J

¶ ad primum ergo dicendum, quòd natura ab eodem habet vt indiuiduetur & diuidatur.vnde cum principium indiuiduationis sit materia,aliquo modo sub dimensionibus terminatis considerata:ex eiusdem diuisione humana natura diuiditur & multiplicatur.vnde si assumpsisset duo corpora, & duas animas : duas humanas naturas assumpsisset : non tamen sequeretur quòd essent duo suppositа,vel duę ypostasęs : non enim materia quolibet modo diuisa constituit diuersitatem suppositorum:sed solũ quãdo vtrobiq; inuenitur esse discretum & subsistens per se. vnde non potest dici quòd duę manus sunt duę ypostasęs,sed conueniunt in eadem ypostasi hominis. ita etiam & duę humanæ naturę,quia non haberent esse discretum,sed vnitum in vna persona filii dei,non esset naturarum illarum diuisio secundum duo suppositа,sed solum per diuisionem materię.

¶ Ad secundum dicendum:quòd stante prædicta positione,Petrus & Iesus non sunt duo suppositа, sed vnum,& hæc est vera Petrus est Iesus, & tamen Petrus & Iesus non sunt vnus homo. sed duo homines.singularitas enim & pluralitas termini substantiui,attenditur sm vnitatem vel pluralitatem naturę signatæ per terminum:& non secundum vnitatem vel pluralitatem suppositorum,quamuis enim pater,& filius,& spiritus sanctus sint tria suppositа,tamen propter vnitatem diuinę naturę quam significat hoc nomen Deus, dicuntur vnus Deus : ita econtrario, quamuis Iesus & Petrus essent vnum suppositum, tamen propter pluralitatem naturarum assumptarum dicerentur duo homines,sed diuersitas naturarum manente vnitate suppositi, nõ impediret,quin de inuicem prędicarentur,quia identitas suppositi sufficeret ad veritatem predicationis.

¶ Ad tertium dicendum,quòd humana natura assumpta habet quantum ad aliquid rationem accidentis : quàmuis simpliciter loquendo,

d.6.q.3.arti.2. loquendo , vnio non sit accidentalis vt infra † patebit, & ideo propter assumptionem illius naturæ , Dei filius non potest dici duo : sicut nec Sortes potest dici duo propter humanitatem & albedinem. sed si filius dei assumeret duas humanas naturas , quàmuis vtraque illarum haberet rationem accidentis in cõparatione ad naturam diuinam : tamen neutra haberet rationem accidentis in comparatione ad alteram . & ita plures homines , & non vnus homo dicerentur . sicut albus & musicus magis possũt dici duo, quàm homo & albus. A

¶ Ad quartum dicendum , quòd sicut est, in diuinis personis quòd propter vnitatem essentiæ & pluralitatem personarum , quicquid ibi prædicatur ad essentiam pertinens : prædicatur singulariter, vt cum dicitur. Pater, & filius sunt vnus Deus . quod vero ad personam pertinet pluraliter prædicatur . vt pater, & filius sunt personæ , ita econtrario esset hic, quia quicquid ad naturam pertinet prædicaretur pluraliter, quòd vero ad personam singulariter, & quamuis summa sit vnitas trium personarum propter essentiæ simplicitatem : non est tamen inconueniens vt pater , & filius adinuicem non habeant aliquam vnitatem , quæ in creatura aliqua inuenitur, scilicet, personalem : cum sint vere particulariter distincti. Tamen sciendum , quòd hoc verbum . Sum , es , est , non solum pluraliter prædicatur propter pluralitatem suppositorum realiter distinctorum , sed etiam propter pluralitatem suppositorum locutionis . Dicimus enim in diuinis : quòd persona , & essentia sunt sic vel sic, quàmuis persona & essentia ibi nullo modo realiter differant. multo ergo magis prædicaretur hoc verbum . Sum , es , est , de Iesu & Petro pluraliter , cum differrent , secundum rem propter diuersitatem naturarum : quàmuis non sint diuersa suppositа. B C

¶ Ad quintum dicendum , quòd terminus in prædicato positus , tenetur formaliter , quod non est necessarium de termino ad quem terminatur actus alicuius verbi . & ideo cum dicitur . Dei filius est , duo homines : importatur pluralitas formarum , seu naturarum . Cum autem dicitur . Filius Dei assumpsit hominem : ly hominem non tenetur formaliter . vnde magis stat pro suppositо hominis, quàm pro natura suppositi: & ideo non est simile. D

EXPOSITIO TEXTVS.

PLENITVDO *temporis*. Sciendum quòd tempus incarnationis dicitur tempus plenitudinis multis de causis. Primo , propter perfectionem vniuersi : quia tunc ad maximum completionem vniuersum venit , quando omnes creaturæ in homine ad suum principium redierunt , humana natura a Deo assumpta. Sicut ponitur . Ephes. primo . In dispensatione plenitudinis . Secundo , propter abundantiam gratiæ , quæ tunc propalata est . Ioan. primo . De plenitudine eius omnes accepimus . Tertio , propter adimpletionem legis. Matthæ. quinto . Non veni soluere legem , sed adimplere . Quarto , propter magnitudinem eius quod in illo tempore accidit , quia in illo tempore natus est dominus temporis , & ita factum est aliquid maius tempore quod tempus impleuit . Quinto , quia tempore illo impletum est quod Deus ab æterno præuidit & quod ante per suos prophetas prædixerat. Romanorum primo. E

Factum de muliere. Contra. In symbolo dicitur . Genitum non factum .

¶ Præt. Mulier corruptionem importat : sed Christus de incorruptissima virgine natus est : ergo inconuenienter dicitur factum de muliere .

¶ Sed dicendum ad primum , quòd filius Dei secundum diuinam naturam nullo modo factus est . sed genitus , sed secundum humanam naturam , aliquo modo factus est , quia humana natura quam assumpsit , creatura quædam est : non tamen Christus potest dici proprie factus , simpliciter loquendo: sed dicitur filius dei factus homo.

DISTINCTIO II.

A

Quare totam humanam naturam accepit , & quid nomine humanitatis uel humanæ naturæ, intelligendum sit .

TOT quia in homine tota humana natura vitio corrupta erat : totfuit iustissimus : ergo non est factus sub lege. Sed dicendum , quòd aliquid dicitur esse sub lege tripliciter. Vel quantum ad motiuum , & hoc modo sunt sub lege quasi compressi & coacti illi , qui timore pœnæ quam lex infligit: præcepta legis custodiunt . & hoc modo iustus non est sub lege : quia amore iustitiæ operatur:etiam si nulla sit lex, vt dicitur Roman. 2. Alio modo dicitur quis sub lege esse , quantum ad causam . & sic omnes in peccato nati sub lege sunt ; quia propter peccatum tollendum , sacramenta legis instituta sunt . Alio modo dicitur aliquis esse sub lege , quantum ab obseruationem legis . & hoc modo Christus factus est sub lege , quia sacramenta & præcepta legis impleuit : non necessitate sicut alii , sed sola voluntate .

Vt eos qui sub lege erant redimeret . Contra. 1. Thimot. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri , & ita non solum ad redimendum iudeos qui erant sub lege, sed etiam ad redimendum alios venit . Sed dicendum , quòd quàmuis venerit ad redemptionem totius humani generis : tamen quodam speciali modo operatus est ad redemptionem filiorum Israel , quia eis personaliter prædicauit . Vnde Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel . Et per eos verbum vitæ diffusum est inter gentes. Isa.27. Qui egredientur impetu a Iacob, & implebunt faciem orbis semine . *Hæc est mulier euangelica , de qua Luc.* 15. Sciendum , quod diuina sapientia mulier dicitur : non propter fragilitatem : sed propter fecunditatem , Eccles. 24. A generationibus meis adimplemini. *Nec eandem trinitatem in specie columbæ.* Sed contra . in illa columba nihil fuit quod non toti trinitati esset commune : cum non sit assumpta in vnitatem alicuius personæ , quia eam communi operatione tota trinitas fecit . & in ea tota trinitas fuit sicut in cæteris creaturis per essentiam , præsentiam , & potentiam: & ita videtur , quòd ad totam trinitatem pertineat . Sed dicendum , quòd illa columba potest considerari dupliciter. Vel inquantum est res quædam , siue fuerit animal: siue fuerit tantum similitudinem animalis habens . & sic ad totam trinitatem pertinet vt communis effectus . Vel secundum quòd est signum ,& hoc modo tantum ad spiritum sanctum pertinet : cuius inuisibilis missio per aduentum columbæ designatur . & de hac *missione* visibili & aliis, dictum est in primo lib. dist. 16. in text.

¶ Ad secundum dicendum , quòd *mulier* ponitur hic ad designationem sexus : & non ad designandum corruptionem.sicut costa assumpta de Adam dicitur formata in mulierem: quàmuis Eua tunc virgo sit facta .

Factum sub lege . Sed contra. primæ Thimo.primo. Iusto lex non est posita . Sed Christus

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit de incarnatione ex parte assumentis. In ista parte determinat ex parte naturæ assumptæ . Et diuiditur in tres partes . In prima ostendit , quid sit assumptum . In secunda quale fuerit illud assumptum . distin. 3. *Quæritur etiam de carne* . In tertia ostendit quo agente , id quod assumptum est formatum sit . distinctio. 4. *Cum uero incarnatio uerbi*. Prima diuiditur in duas partes. In prima ostendit quid sit assumptum , quia humana natura integra ex partibus suis , scilicet , corpore & anima constans . In secunda determi-

determinat ordinem assumptionis ibi. *Assumpsit dei filius carnem.* Prima diuiditur in duas partes. In prima ostendit, naturam humanam integram, assumptam esse ratione suarum partium. In secunda, ratione naturalium proprietatum ibi. *Totam igitur hominis naturam.* Circa primum tria facit. Primo ostendit omnes partes humanæ naturæ assumptas esse, per hoc quòd humana natura assumpta est. Secundo ostendit, quòd per humanam naturam significentur omnes partes eius, scilicet, anima & corpus ibi. *Quod autem humanæ naturæ.* Tertio excludit quorundam errorem ibi. *Errant igitur qui nomine humanitatis. Assumpsit dei filius carnem.* Hic ostendit quomodo partes humanæ naturæ assumptæ sunt, & diuiditur in duas partes. In prima inquirit ordinem naturæ. In secunda inquirit ordinem temporis ibi. *Si autem quæritur virum verbum.* Circa primum tria facit. Primo ostendit ordinem naturæ ostendens carnem esse assumptam mediante anima. Secundo, ostendit modum illius vnionis esse inexplicabilem ibi. *Illa autem vnio inexplicabilis.* Tertio excludit quorundam errorem ibi. *Non sunt ergo.* Hic est duplex quæstio. Prima de ipso assumpto. Secunda de ordine assumptionis.

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur tria.

Primo. Vtrum natura humana præ aliis sit assumptibilis.
Secũdo. In quo assumi debuit.
Tertio. Quid in humana natura assumi debuit.

ARTICVLVS I.

A

Vtrum natura humana sit præ alijs assumptibilis.

I

3.q.4.1. Epist. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ humana natura non sit magis assumptibilis, q̃ creatura irrationalis. Sicut enim dicit† Aug. ad Volusianũ. In rebus mirabilibus tota ratio facti est potentia facientis: sed oĩum mirabilium mirabilius est creaturam assumi in vnitatẽ personæ increatæ: ergo tota assumptibilitatis ratio, est ex potentia eius, qui assumptionem facit: sed cum illa potentia sit infinita ex parte ipsius, æqualiter est humanam naturam, vel etiã irrationalem naturam assumere: ergo non magis dicenda est humana natura assumptibilis, quàm natura irrationalis.

¶ 2 Præterea. Sicut in humana natura est similitudo Dei, ratione imaginis: ita in creatura irrationali est similitudo Dei, ratione vestigii: sed similitudo & conuenientia aliquorum adinuicem, est causa vnibilitatis ipsorum: ergo sicut humana natura vnibilis est Deo, ita & creatura irrationalis:

¶ 3 Præterea. Illud videtur esse simillimum alteri, in quo maxime proprietates alterius representantur, sed sicut dicit Diony. 15. ca. ce. Hierar. in igne inter omnia corporalia magis diuinæ proprietates representantur. & idem dicit de radio solari in 4. cap. de diu. no. ergo istæ creaturæ videntur deo simillimæ, & ita etiam ei magis vnibiles, quàm humana natura.

SED CONTRA. Nobilioris doni nobilior creatura est capax. ergo ad istud donum quod est nobilissimum inter dona nobilioris naturæ, inferior natura capacitatem non habet: sed humana natura est nobilior creatura irrationali. Cum ergo inter omnia quæ humanæ naturæ sunt collata: assumptio ipsius in vnitatem diuinæ personæ sit nobilissimum: videtur quòd huius creatura irrationalis capax non sit, & ita non erit assumptibilis.

II

VLTERIVS. Videtur, quòd angelica natura non sit minus assumptibilis, quàm natura humana. Deus enim propter suam misericordiam humanam naturã assumpsit, vt humanæ miseriæ subueniret: sed sicut est miseria in humana natura, ita etiam in angelica. cum ergo summa misericordia sit, omni miserię subuenire: videtur quòd angelica sit natura assumptibilis sicut & humana.

¶ Præter. Ea quæ magis sunt similia, facilius vniuntur: sed angelica est diuinę similior quàm natura humana, quia vt dicit Gregorius quanto in angelo natura est subtilior: eo magis imago Dei in illo insinuatur expressa. ergo angelica natura est magis assumptibilis quàm humana.

SED CONTRA. Assumptio humanæ naturæ ideo facta est, vt peccato hominis remedium præberet: sed peccatum angeli est irremediabile. vt supra dictum est. ergo angelica natura non est assumptibilis.

2.d.7.q.1. art.2.

III

VLTERIVS. Videtur, quòd totum vniuersum sit magis assumptibile, quàm humana natura. Effectus enim vniuersalis maxime causę vniuersali assimilatur: sed vniuersum est effectus vniuersalis dei, qui vniuersalis causa est. ergo vniuersum deo magis assimilatur, quàm humana natura: quæ est quidam particularis effectus, & ita est magis assumptibile.

¶ 2 Præ. Per assumptionem consummatio totius vniuersi est perfecta. Sed magis esset vniuersum perfectum, si omnes partes eius essent assumptæ. ergo vniuersum est magis assumptibile.

SED CONTRA. Ex hoc est aliquid assumptibile Deo, quòd ad imaginem Dei est: sed non potest dici quòd totum vniuersum sit ad imaginem, nisi forte poneretur vniuersum animatum anima rationali, sicut Platonici posuerunt: quod a fide alienum est. ergo vniuersum non est assumptibile.

I

RESPONDEO. Dicendum, quòd assumptibile dicitur quod potest assumi: cum autem dicitur creatura potest assumi: non signatur aliqua potentia actiua creaturæ, quia sola potentia infinita hoc facere potuit, vt in infinitum distantia, coniungerentur in vnitatem personæ. Similiter non signatur etiam potentia passiua naturalis creaturæ, quia nulla potentia passiua naturalis est in natura: cui non respondet potentia actiua alicuius naturalis agentis. Vnde relinquitur quòd dicat in creatura solam potentiam obedientiæ: secundum quam de creatura potest fieri quicquid Deus vult. sicut de ligno potest fieri vitulus, Deo operante. Hæc autem potentia obedientiæ correspondet diuinæ potentiæ, secundum quòd dicitur quòd ex creatura potest fieri, quod ex ea Deus facere potest. Sed potentia Dei dupliciter consideratur: vel vt absoluta: vel vt ordinata. Quod qualiter intelligendum sit ex dictis. † 1. distinct. patet. Loquendo autem de potentia Dei absoluta, Deus potest assumere quamcunque creaturam vult. Vnde secundum hoc, non est vna creatura magis assumptibilis, quàm altera. Loquendo autem de potentia ordinata, illam creaturam assumere potest, quam congruit eum assumere ex ordine suæ sapientiæ. Vnde illa creatura dicitur assumptibilis in qua huiusmodi congruitas inuenitur. Inuenitur autem in humana natura congruitas præ aliis quantum ad tria, quæ in assumptione requiruntur. Primo, quantum ad similitudinem vnibilium. in humana enim natura inuenitur expressior similitudo diuina quàm in aliqua creatura irrationali: quia homo secundum quòd habet mentem, ad imaginem Dei factus dicitur: cum in creaturis irrationalibus non nisi similitudo vestigii inueniatur: & etiam quantum ad quædam in ea est diuina similitudo magis quam in angelica natura, vt post dicetur. Secundo, quantum ad terminum assumptionis. terminatur enim assumptio ad vnitatem personæ: personalitas autem non inuenitur in irrationalibus naturis. cum persona sit rationalis naturæ individua substantia. vt † Boe. dicit. In angelis vero est quidem persona: sed non secundum originem distincta: cum vnus angelus ab alio nõ trahat originem. in humana vero natura est persona distincta etiam secundum originem. & Deo conuenientissime humana natura in vnitatem diuinæ personæ assumitur: quæ distinguuntur secundum relationem originis. Tertio, quantum ad finem assumptionis. Si enim perfectio vniuersi dicatur assumptionis finis præcipuus, vt quidam dicunt, nulla natura particularis assumi potuisset, per quam ita vniuersum perfici posset: sicut per assumptionem humanæ naturæ. tum quia homo est vltima creaturarum, quasi vltimo creatus, cuius natura assumpta, vltimum est coniunctum primo principio, per modum circuli, quæ est figura perfecta, ex eo quòd additamentum non recipit. tum etiam quia in homine quodammodo omnes naturæ consluunt, quia cum omnibus creaturis aliquid commune habet. vt dicit † Grego. vnde homine vnito, quodammodo omnis creatura vnita est. Si vero finis assumptionis ponatur liberatio a peccato: sic etiam sola humana natura congrue assumi potuit, quia in irrationali creatura peccatum non erat. in angelica vero erat quidem peccatum: sed irremediabile. vt patet ex dictis in 1. distinctio. in homine vero erat remediabile: & ideo solam humanam naturam congruum fuit assumere. & sic ea reparata, creatura irrationalis quæ propter ipsius peccatum, quodammodo deteriorata dicitur: secundum quod in vsum hominis cedit, restaurata est.

Inf. in hoc art. ad 2.q. & p. arg.

In lib. de duab. natu ris.

li.3. de fide Orthod. ca pi.6. & 7.

In Homilia Euang. ascẽ. Marc. vlt.

Distinc. 1. q.1. arti.2. ad.2.

d.6.q.1.ar. 1. & 2.

¶ AD PRIMAM ergo quæstionem dicendum, quòd Deus de potentia absoluta creaturam irrationalem assumere potuit. nec impedit, quòd creatura irrationalis personalitatem non habet, quia personalitas non debetur etiam humanæ naturæ assumptæ ratione sui, vt infra patebit: sed ratione assumentis. vnde non est ibi nisi personalitas increata. Et præterea, quamuis in natura irrationali non inueniatur persona, inuenitur tamen in ea ypostasis & suppositum: vnio autem non tantum facta est in persona: sed etiam in ypostasi & supposito: sed congruum non erat vt assumeretur, & præcipue, quia natura assumpta maxime beatificatur. vt in Psalm. dicitur. Beatus quem elegisti, & assumpsisti. Beatitudinis vero quæ in actu mentis consistit, creatura irrationalis particeps esse non potest.

Pſal. 64.

¶ Vnde patet responsio ad primam obiectionem, quæ procedit de potentia absoluta, & non de potentia ordinata.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad congruitatem assumptibilitatis, requiritur similitudo imaginis, quia per hanc creatura rationalis, particeps est diuinę beatitudinis: vnde ad hanc congruitatem non sufficit similitudo vestigii, qualis in creaturis irrationalibus inuenitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd duplex est similitudo creaturæ ad Deum. vna secundum participationem alicuius diuinæ bonitatis, sicut ab eo viuente, omnia vitam participant. & sic creatura rationalis in qua inuenitur esse, viuere, & intelligere, maxime Deo assimilatur. & hæc similitudo requiritur ad assumptibilitatem. Alia similitudo est, secundum proportionem. vt si dicatur similitudo inter Deum & ignem, quia sicut ignis consumit corpus, ita Deus consumit nequitiam, & hæc similitudo requiritur in figuratiuis locutionibus, & appropriationibus, quam Dionys. in secundo cap. ce. Hierar. vocat dissimilem similitudinem: & de hac similitudine procedit obiectio.

A ¶ AD SECVNDAM quæstionem dicendum est, quòd de absoluta potentia loquendo, Deus potuit angelicam naturam assumere, sed natura angelica non habebat aliquam congruentiam, vt assumeretur, præcipue propter duo. Primo, quia eius peccatum non erat remediabile. Secundo, quia non decet, vt aliquam perfectionem creaturæ Deus assumendo auferat: personalitas autem d quædam perfectio creaturæ est, sed si natura assumpta personalitatem proprium haberet post assumptionem, non posset esset vnio in persona, quia essent duæ personæ. vnde oportet quòd id qđ assumptum est, per sonalitatem nõ habeat, natum tamen habere. In angelica autem natura non inuenitur potentia ad personalitatem sine actu, cum non per generationem procedant in esse. Et ideo non fuit congruum, vt angelica natura assumeretur.

D. 248.

¶ Ad primum ergo cum opponitur, quòd angelica natura est Deo similior, quam humana: dicendum, quòd verum est, si natura diuina in se absolute consideretur. si autem consideretur, secundum quòd est in personis, per relationes originis distinctis: sic magis conuenit cum homine. vt dictum est. Similiter etiam si consideretur, secundum quòd est exemplar totius creaturæ: in homine enim inuenitur similitudo, cum qualibet creatura, vt dictum est: non autem in angelo. Similiter etiam si consideretur inquantum gubernat vniuersum. sicut enim Deus totus est, in qualibet parte vniuersi, per essentiam, præsentiam, & potentiam, sic & anima in qualibet parte corporis.

B

C

In corp. hu ius artic.

¶ Ad secundum dicendum, quòd causa miserię angelorum, idest peccatum remedium non habet, & ideo nec eorum miseriæ congrue subueniri potest.

¶ AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd alicui toti potest conuenire aliquid dupliciter: Vel ratione partis, sicut homo dicitur canus propter capillos. Vel ratione sui quòd scilicet ipsi toti primo conuenit. & hoc est vt in 6. physico. probatur. quod conuenit toti & omnibus eius partibus. Vniuersum ergo potest assumi dupliciter. Vel ratione partis, & sic assumptibile fuit & assumptum est, humana natura assumpta. Vel ratione sui: & sic assumi non potuit, quia non omnes partes eius assumptibiles erant, vt ex dictis patet.

D

tex.co.2. & inf.

¶ Ad primum ergo circa hoc obiectum dicendum, quòd quamuis Deus sit causa vniuersalis, est tamen maxime simplex. & ideo cum eo magis conuenit vniuersalis effectus vnitus, scilicet humana natura, in qua omnes naturæ congregantur quodammodo, quàm effectus vniuersalis non simpliciter vnitus: sicut est vniuersum, ex cuius partibus non efficitur vnum simpliciter: cum remaneant distinctæ in actu.

In hoc art. 1. & 2. quæ stiuncula.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non decet in omnibus partibus vniuersi eandem perfectionem esse: & ideo magis congruum fuit, vt vna parte vniuersi assumpta, in totum vniuersum perfectio redundaret.

E

ARTICVLVS. II.

b

Vtrum filius Dei humanam naturam assumere debuit.

3.q.4.5. De fide lib. 3.cap. circa medium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd filius Dei humanam naturam assumere debuit in omnibus suppositis humanæ naturæ, quia vt Dam.† dicit quod est in assumptibile, est incurabile: sed humana natura curabilis est in omnibus suis suppositis: ergo in omnibus assumi debuit.

¶ 2 Præterea. Bonum est diffusiuum, & communicatiuum sui.

sui. vt ex Diony. patet. 4. cap. de di. no. Cum ergo Deus F
sit summe bonus, & maxime in incarnatione suam bonitatem ostenderit. videtur quòd naturam quæ assumptibilis erat communiter in omnibus suis suppositis, assumere debuerit.

¶ 3 Præt. Christus venit ad satisfaciendum præcipue pro peccato naturæ, quod per vnum hominem in mundum intrauit: sed id qđ naturæ, secundum se debetur, debetur communiter, & æqualiter in omnibus suis suppositis: ergo filius Dei naturam humanã in omnibus suis suppositis assumere debuit.

SED CONTRA. Filius Dei ad hoc carnem assumpsit, vt pro nobis satisfaciendo principium humanæ salutis esset: cum ergo principium in quolibet genere vnum inueniatur, videtur quòd in vno tantum supposito humanam naturam assumere debuit.

II 3.q. 4.6. VLTERIVS. Videtur, quòd non debuerit assumere naturam humanam in aliquo ex stirpe Adæ generato. sicut enim dicit Apostolus ad Hebr. 7. talis decebat, vt nobis esset pontifex qui esset segregatus a peccatoribus: sed magis esset segregatus a peccatoribus si de stirpe peccatorum carnem non assumpsisset: ergo non debuit carnem assumere de stirpe Adæ.

¶ 2 Præt. Peccatum originale est peccatum naturæ, & non personæ nisi per accidens: non ergo requiritur ad satisfactionem, nisi quòd aliquis sit de humana natura: sed si aliquis homo fieret non de stirpe Adæ, constat quòd ad humanam naturam pertineret: ergo congrue pro natura humana satisfacere posset.

SED CONTRA. Medicina in loco vulneris debet apponi: sed humana natura est vitiata tantum in his, qui ex genere Adę descendunt, in quo omnes moriunt. 1. Corinth. 15. ergo in aliquo ad eius stirpem pertinẽte, natura humana assumi debuit.

¶II VLTERIVS. Videtur, quòd naturam humanam assumere debuit in ipso Adam. Assumptio enim carnis ad satisfactionem ordinatur: sed decet vt idem qui peccauit satisfaciat. ergo naturam humanam in ipso Adam assumere I debuit.

¶ Præterea. Talis debuit esse humanæ naturæ reparatio, vt nihil homini de sua dignitate periret: sed Adam in primo statu hoc habuit, vt nullius hominis auxilio ad suam salutem indigeret: hoc autem non sibi restituitur in alio homine humana natura assumpta: quia beneficio illius hominis indiget ad suam salutem. ergo non decuit humanam naturam in alio, quàm in ipso Adam assumi.

SED CONTRA. Contrariorum non est eadem causa: sed Adam causa fuit perditionis humanæ naturæ. ergo non decuit, vt ipse esset causa salutis humanæ naturæ. hoc autem contingeret si humana natura in ipso Adam assumpta esset. ergo hoc decens non fuit.

RESPONDEO. Ad primam quęstionem dicendum, quòd non fuit decens, quòd humanam naturam in omnibus suis suppositis assumeret, & hoc propter quatuor ra- K
tiones. Primo, quia omnia suppposita humanæ naturæ non reducerentur ad plus, quàm ad tria supposita. Cum enim assumens, & assumptum vniantur in eodem supposito: non possent esse plura supposita naturæ assumptæ, quàm naturæ assumentis. Secundo, propter finem assumptionis. est enim ad reparationem humani generis ordinata per modum cuiusdam mediationis inter Deum, & hominem. mediator autem qui vnitatem pacis facere intendit, vnus congrue debet esse. Tertio, propter vnitatem ipsius assumentis. sicut enim decuit, vt diuina natura tantum in vno supposito incarnaretur, ita decuit vt vna natura indiuidua assumeretur. sic enim vnius ad vnum decenter facta est coniunctio. Quarto, propter dignitatem ipsius filii incarnati. vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Rom. 8. in spirituali generatione. Sicut etiam primogenitus creatur in rerum emanatione ab vno principio. hæc autem primogenitura sibi non compereret, si plures numero humanæ naturæ assumptæ essent. d.5. in tex. q.1.ar.2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per incarnationem propriæ assumitur natura, vt infra patebit: proprie etiam communem speciem plurimarum differentium personarum unam naturam dicimus uniuscuiusque personæ, scilicet duas naturas habentis: & in duabus perfecte naturis existentis: animæ, scilicet, & corporis. In domino autem Iesu Christo, non est communem speciem accipere: si quid prius fuit. Neque enim factus est, & primo curatur peccatum naturæ. vnde si aliqua natura assumptibilis nõ est, curabilis nõ est, nõ tamen oportet, vt si hæc natura indiuidua non assumitur, qđ suppositum huius naturæ non curetur. quia per hoc quòd natura in aliquo indiuiduo assumpta est, præparatur curatio omnibus qui similem naturã habent. sicut econtra per hoc quòd vna persona infecit naturam humanam quæ in ipso erat, in omnes homines peccatum transmisit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut bonitas diuina quæ in creatione rerum se manifestat, omnibus se communicat, non tamen æqualiter: ira etiam prout se in incarnatione manifestat, præcipue quantum ad dilectionem humani generis, omnibus se communicat: non tamen eodem modo, & æqualiter: sed vni per gratiam vnionis, aliis per gratiam adoptionis, qui gratiæ non repugnant.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquid debetur humanæ naturæ dupliciter. Vel vt sibi essentiale, & hoc inuenitur communiter in omnibus hominibus naturam habentibus humanam. Vel vt superadditum essentialibus principiis, siue sit per gratiam acceptum: siue operibus acquisitum, & hoc non inuenitur communiter in omnibus naturam habentibus. vnde ratio non procedit. Quartum concedimus. II

¶ AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd non fuit decens, vt aliunde quàm de stirpe Adæ, filius Dei humanam naturam assumeret, præcipue propter tria. Primo, ad seruandum iustitiam satisfactionis. Si enim de genere Adæ non fuisset, ad eum non pertineret pro peccato Adæ satisfacere. Secundo, ad perfectam reintegrationem dignitatis Adæ, qui hoc habuit vt ipse, & suum genus nulla alia creatura indigeret, quasi sustentante, & saluante, & hoc generi eius redditum non fuisset, si redemptus fuisset per aliquem, qui ad genus eius non pertineret. Tertio, ad seruandum dignitatem specialiter ipsius Adæ, qui in hoc quodam modo imaginem Dei singulariter habuit. vt sicut Deus cum sit ens primum, omnium entium principium est per creationem, ita etiam Adam cum sit primus homo, est principium omnium hominum per generationem, quod sibi deperiret, si Christus non de eius genere homo fieret.

¶ AD PRIMVM ergo quòd obiicitur, quòd debet esse segregatus a peccatoribus dicendum, quòd verũ est inquantum peccatores sunt, non inquantum homines sunt. venit enim peccatum destruere, & naturam saluare. vnde conuenientiam habuit in his quæ ad naturam pertinent: sed contrarietatem in his quæ ad peccatum spectant, quia neque contraxit, neque commisit peccatum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd natura humana non fuit infecta originali peccato, nisi secundum, quòd ab Adam trahitur. vnde si Deus vnum hominem de limo terræ formaret, peccatum originale in eo non esset: & ideo satisfactio de originali non pertinebat indifferenter ad quemlibet hominem: sed ad quemlibet de genere Adæ. Tertium concedimus.

¶ AD TERTIAM quæstionem, dicendum, quòd nullo modo fuit decens, vt filius Dei in ipso Adam humanam naturam assumeret propter duo. Primo, quia Adam propria personalitate perfectus fuit. vnde in vnitatem personę assumi non posset, nisi illa personalitas destrueretur, quod non decebat, vt supra de angelis dictum est. Secundo, quia cum per assumptionem fiat communicatio proprietatum, vt quicquid de homine, dicitur, de Deo dicatur, sequeretur vt diceretur, quòd Deus peccasset, quia Adam peccauit, quod est absurdum, præsenti q. art. 1. q. 2.

¶ Ad primum

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per peccatum Adæ A
fuit infectio personalis in ipso, & infectio naturæ creatæ in ipso, & propagandæ ab ipso, & pro infectione personali ipse gratia adiutus satisfacere potuit secundum quosdam, sed requirebatur aliquis qui pro peccato naturæ satisfaceret: & ideo non oportuit, quòd esset idem in persona cum Adam: sed idem in natura.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nõ est inconueniens qđ de dignitate illius personæ aliquid pereat ex culpa sua: sed inconueniens est, vt aliquid naturæ deperiret, quæ cum bona esset, homo male vtendo ipsam corrupit. Tertium concedimus.

ARTICVLVS III.

C Vtrum filius Dei carnem humanam assumpsit.

4.q.5.2. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd filius dei carnem non assumpserit. Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, sed in Christo talis pugna non fuit. ergo ipse veram carnem non habuit.

¶ 2 Præt. In carne tantum est similitudo vestigii, sed similitudo vestigii tantum non sufficit ad assumptibilitatem, vt supra dictum est: † ergo caro assumptibilis non fuit. C

q. præsenti art. 1. in o. ¶ 3 Præt. Maior est gratia vnionis, quàm gratia fruitionis, sed caro nullo modo potest coniungi deo per fruitionem. ergo non potest coniungi per vnionem.

SED CONTRA. Ad Hebr. 1. Semen Abraæ apprehendit. & Ro. 1. Factus est ei ex semine Dauid secũdum carnẽ, sed semen non pertinet ad animam, sed ad carnem. ergo filius dei in humana natura non solum animam, sed etiam carnem assumpsit.

¶ Præt. Homo non nascitur ex homine, nisi per traductionẽ carnis, sed Christus non solum dicitur homo: imo etiam filius hominis: non nisi, quia de virgine natus est. ergo assumpsit carnem in humana natura.

II. 3.q.5.3.4. cõt. gent. cap. 44. VLTERIVS. Videtur, quòd carnem assumpsit: & non animã Io. 1. Verbũ caro factũ est, non aũt per conuersionẽ in carnẽ sed p assumptionẽ carnis. ergo solã carnem assumpsisse vr. D

¶ 2 Præt. Corpus non indiget, vt vniatur sibi anima: nisi ad hoc vt per ipsam viuificetur, sed ad hoc, quòd corpus viuificetur sufficit, quòd corpori viuificabili principium vitæ vniatur. cum ergo deus, qui est principium vitæ corpus sibi vnierit: videtur quòd vnio corporis ad animam superflua fuisset.

¶ 3 Præterea. Habito aliquo quod est sufficiens operationis principium, non requiritur ad eandem operationem aliud principium: sicut ad illuminationem aeris qui illuminatur lumine solis, non requiritur lumen candelæ, sed Christus per intellectum diuinum sibi vnitum sufficienter omnia cognoscere poterat. ergo non requirebatur anima cognoscitiua & intellectiua, ad vnionem illam.

SED CONTRA. Christus curauit naturã nostram per hoc quòd eam assumpsit, sed principaliter venit ad curandum animas. ergo animam assumpsit. E

¶ Præt. Mors corporalis non est nisi per separationem corporis a principio vitę. si ergo in Christo non fuisset aliud principium vitæ quàm ipsa deitas: cum caro a diuinitate nunquam fuerit separata: nunquàm Christus fuisset mortuus, quod expresse contradicit scripturæ.

¶ Præt. Sequeretur quòd deus esset immediatus motor corporis Christi, si anima caruisset, & sic nunquàm Christus fuisset fatigatus ex itinere. vt dicitur Io. 4. cum fatigatio non accidat nisi ex debilitate virtutis mouentis.

III. 3.q.5.7.4. contragẽt. c.45.op.primo.ca.20. 21.3.q.6.5 De fide li. 3. cap. 6. 2 VLTERIVS. Videtur quòd non assumpserit formam totius ex compositione partium resultantem. forma enim totius est illa, in qua sicut in natura communi particularia conueniunt. Sed Dama. † dicit, & habetur in littera, quòd in domino nostro Iesu Christo, non est communem speciem accipere. ergo in eo forma totius non fuit.

¶ Præt. Vt dicit Boetius † species est totum esse indiuiduorum, sed nihil in Christo fuit ex parte carnis & animæ quod totum esse ipsius Christi concluderet, quia habuit esse diuinum, non per animam, neque per corpus. ergo cum forma totius sit species in potentia, videtur quòd in Christo forma totius non fuerit. In pri. lib primæ edict. in Porph. & in. 2. cap. de specie in fi.

3 ¶ Præt. In littera dicitur, quòd nomine humanæ naturę corpus & anima intelligitur: cum dicitur, Christum humanam naturã assumpsisse, sed constat quòd neq; corpus neq; anima est forma totius, ad minus secundum opinionem communiorem. ergo in Christo forma totius non fuit. De fide Orthod. lib. 3. cap. 6. circa medium.

SED CONTRA. Forma totius in rebus animatis, resultat ex vnione vel coniunctione animæ ad corpus, sed in Christo anima fuit coniuncta corpori, alias corpus illud viuum non fuisset, ergo in Christo fuit forma totius.

¶ 2 Præt. Homines conueniunt specie adinuicem, secundum conuenientiam in forma totius, sed Christus fuit ciusdem speciei cum aliis hominibus. alias pro hominibus non satisfecisset, ergo in Christo fuit forma totius.

RESPONDEO. Dicendum, quòd secundum philosophum. †. 8. meta. diffinitio in hoc conuenit cũ numero, quòd sicut in numeris contingit quòd semper subtracta, vel addita vnitate, fit alius numerus, ita etiam in diffinitionibus, si addatur vel subtrahatur aliqua differentia, semper fit alia species: cum ergo omnes differentiæ sumantur ex essentialibus principiis: oportet quòd si homini subtrahatur aliquid de essentialibus eius, non remaneat eadem species. cum ergo Christus fuerit eiusdem speciei cum aliis hominibus (alias enim verus homo non fuisset sed equiuoce homo diceretur: nec pro hominibus satisfaceret cõgruenter) oportet q̃ omnia essentialia homini in Christo fuerint, & corpus & anima vegetabilis, sensibilis, & rationalis, & vlterius forma totius resultans ex coniunctione corporis & animæ, quę humanitas dicitur, & quia pro prietates naturales ex principiis essentialibus causantur, oportet q̃ in ipso fuerint oẽs naturales ꝓprietates, specié humanã consequentes. De aliis autem quæ per accidens speciem humanam consequuntur, siue sint defectus, siue perfectiones infra suo loco dicetur. t.co.19.

AD PRIMAM Ergo quæstionem sciendũ quòd circa hoc fuerunt duo errores. Vnus fuit Manicheorum qui dicebant q̃ Christus verũ corpus non habuit, sed tantum fantasticum. & ratio huius positionis videtur fuisse quia omnium visibilium auctorem posuerunt diabolũ. & ideo nihil huius ẽm veritatẽ in Christo fuit, in quo princeps mundi huius nihil habuit. Ioã. 14. Patet aũt q̃ positio ista est falsa, & quantum ad radicẽ positionis, q̃a deũ creatorẽ oĩum visibiliũ & inuisibiliũ & fides tenet, & ratio demõstrat, cum a primo ente oporteat omnia entia esse vt patet ex † 2. metha. & etiam in se positio falsa est, quia veritatem humanitatis tollit, vt ex dictis patet † esset enim inuenire aliquam falsitatem vel simulationem in eo qui de se dicit. Ego sum via, veritas, & vita. Io. 14. Alius error fuit Marcionitarum, qui dicebant Christum corpus de virgine non assumpsisse, sed de cœlo apportasse, quod forte ortũ habuit ex opinione platonicorum, qui dicebant, animæ corpus terrestre omnino fugiendum esse, vt beatitudinem consequatur. Non enim credebant posse † fieri vt anima corpori terrestri vnita beata fieret: ponebant tamen animas corporibus cœlestibus vnitas, vt soli, & stellis, & lunę, beatas fore, vt † Augu. recitat in lib. 10. de ci. dei. & ideo animã Christi quæ summe beata fuit non terrestri, sed celesti corpori vnitã putauerũt. Sed hæc etiam positio veritatem humanitatis tollit, quia quæ libet forma naturalis determinatã materiam requirit, & ideo anima humana non ex qualibet materia quam perficit hominem facit, sed inquantum est forma talis corporis elementati. s. & debita proportione cõplexionati. vnde si Christus corpus terrestre non habuit, verus homo nõ fuit. his autem idem defectus cõtingit, qui & antiquis philosophis, vt † in primo de anima dicitur, de anima dicẽtes nihil de corpore dixerunt: opinantes qualibet animã cuilibet corpori adaptari, quod esse nõ potest cũ propriæ formæ respõdeat propria materia, et vnicuiq; agenti Cap. 27. & 30. tom. 5. Item serm. 139. de tẽpo. rom. 19 t.co.3.4.5. supr. in o. huius art. t.co.15.

agenti determinata instrumenta, & ideo fides catholica quæ Christum verum hominem confitetur eum habuisse corpus ex quatuor elementis compositum, sicut nos habemus firmiter tenet.

¶ Ad primvm ergo dicendum, quòd cõcupiscentia carnis contra spiritum nõ causatᵉ ex ipsa carnis natura, sed ex vitiosa corruptione eius, quæ ex peccato primi parentis prouenit, sine qua filius dei, verâ carnis naturâ assũpsit.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ similitudo attenditur ſm formam. Corporis autem humani forma est anima rationalis: in qua imago dei consistit. & ideo in corpore humano non tantum est similitudo vestigii, sed etiam similitudo imaginis, inquantum animam habet. Nõ enim corpus humanum habet esse quoddam distinctum ab esse, quod dat sibi anima, quasi ab alia forma, per quàm sit in eo similitudo vestigii tantum: sicut est in corporibus inanimatis: quia sic anima esset ens in subiecto, ſm q̃ subiectũ nominat ens subsistens in actu: quod ad rationem accidentis pertinet, vt in 2. de anima dicit † Commen.

¶ Ad tertium dicendum, quòd coniunctio animæ ad Deum per fruitionem consistit in operatione intellectus, & voluntatis: in qua corpus nullo modo communicat, quia exercetur talis operatio sine organo corporali, vt probatur in 3. de † anima. & ideo per fruitionem nullo modo corpus Deo vniri potest: sed coniunctio vnionis est ad esse in persona vna, corpus autem, & anima in vno esse communicant, quia anima est, quod quid erat esse huiusmodi corpori, vt in 2. de † anima dicitur. & ideo per modum vnionis in persona vna corpus Deo coniungi potest. Quartum & quintum concedimus.

¶ Ad secvndam quæstionem est sciendum, quòd circa hoc etiam fuerunt duo errores. Vnus fuit Arrii & Eunomii: qui dicebant filium Dei carnem sine anima assumpsisse, quia opinabãtur diuinitatem sine anima corpus eius viuificare. Alius fuit error Apollinaris, qui dicebat in Christo corpus animatum fuisse cum anima carente sensu, & intellectu: vterque autem error, & veritati humanitatis derogat, & dignitati corporis Christi. Non enim potest esse, vt materia in aliquo esse perficiatur, nisi per aliquid, quod sit forma eius, vnde cũ Deus nullo modo forma corporis esse possit, quia oporteret eum esse partem, & non immaterialissimum, sequeretur quòd corpus Christi, si omnino careret anima, esset sicut corpus non viuum, & si careret anima sensibili, & rationali, esset sicut corpus plantæ. vnde esset multo minus nobile, quàm corpus nostrum. Similiter etiam cum de ratione hominis sit rationalem. nimam habere, si ea Christus caruisset: verus homo non fuisset. Hoc autem videtur eis cõtigisse ex hoc, quòd credebant animam corpori non vniri, sicut formam: sed magis sicut indumento, vt Plato dicit, secundum quòd † Greg. Nisse. narrat. per quem modum si Deus corpori vniretur: homo non diceretur: præcipue si ponatur, vt quidam posuerunt: animam de substantia Dei esse, quę omnia manifestam falsitatem continent. Et ideo horum, & aliorum prædictorum error excluditur in libro de † Ecclesiasticis dogmatibus sic. Natus est Dei filius ex homine non per hominem, id est, viri coitum, sicut Ebion dicit, sed carnem de virgine trahens, non de cœlo asserens: sicut Marcion affirmat, neq; in fantasia, idest absque carne, vt Valentinus dicebat: sed verum corpus non tantum carnem ex carne, vt Martianus dicit, sed verus Deus & verus homo, in deitate verbum patris, & Deus: in homine anima & caro, non sine sensu & ratione, vt Apollinaris posuit, neque caro sine anima, vt Eunomius dixit. Neque sic natus de virgine, vt antequam de virgine nasceretur, Deus non fuerit, sicut Antemon, & Marcellus dixerunt.

¶ Ad primvm ergo circa hoc obiectum dicendum, quòd cum dicitur. Verbum caro factum est. sumitur pars pro toto, ideſt caro pro toto homine: sicut anima ponitur aliquãdo pro toto homine. Gene. 46. Omnes animæ quæ ingressæ sunt in ægyptum &c. Ideo autem carnem, quæ inferior pars est, dicere voluit, vt ostenderet per locum a minori, nihil in hominis natura esse, quod filius Dei non assumpserit.

In eodem lib. eodemque cap.

Comm. 6.

t.co.4.& 5.

t.co.6.& in t. 8.

li.2.de anima cap.10.

Gennadius in li.de Eccles. dogm. cap.2. habetur inter opera Aug.

De unione uerbi & carnis mediante anima.

ASSVMPSIT igitur Dei filius carnem, & animam: sed carnem mediante anima. Vnde Ioan. Dama. Vnitum est carni per medium intellectum Dei verbum. Tantę. n. subtilitatis atq; simplicitatis est diuina essentia, vt corpori de limo terræ formato vniri non congruenti, nisi mediante rationali essentia. Illa autem vnio inexplicabilis est, adeo ut etiam Ioannes ab vtero sanctificatus, id est, ab originali mundatus, se non esse dignum fateatur soluere corrigiam calciamenti Iesu, quia vnionis illius modum inuestigare aliisque explicare non erat sufficiens. Non igitur audiendi

F ¶ Ad secundum dicendum, quòd ad hoc quod corpus viuificetur, requiritur quòd sibi coniungatur principium vitæ per modum formæ, vt ex eis efficiatur vna natura communis: diuinitas autem forma corporis esse non potest, non enim ex deitate & corpore, vna communis natura resultat, & ideo ad hoc vt corpus Christi vnũ esse possit: requiritur alia quæ sit eius forma.

T.c.25. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd sicut in † 2. de anima dicitur. Illud quo aliquid operatur primo, est forma eius, vnde cum intellectus diuinᵉ nõ possit esse forma in humanitate Christi: oportet q̃ illud quo homo sentit, & intelligit, sit aĩa sensitiua & intellectiua. Alia duo concedimus.

Ad tertiam quæstionem, sciendum est, quòd quidam posuerunt deum assumpsisse animam & corpus, non ita quòd ex eorum coniunctione aliqua humanitas resultaret: & hæc opinio similiter veritatem humanitatis tollit, & dignitatem corporis Christi non enim Christus verus homo esse potuit, nec corpus eius vere viuum: nisi anima corpori vnita fuisset, vt forma eius, ita quòd ex eis vnum quid efficeretur sed de hac opinione infra dicetur † distinct. 3. vnde dicendum, quòd sicut in Christo verum corpus, & vera anima fuit: ita & vera humanitas, id est natura humana ex coniunctione vtriusque resultans.

q.2.artt.1.

Ad primvm circa hoc obiectum, dicendum, quòd Damasc. dicere intendit, quòd non est facta vnio in vna natura, vt Eutiani posuerunt: & ideo vult, quòd ex coniunctione diuinitatis ad humanitatem, non resultet aliqua natura communis tertia, quia illa, nec esset diuinitas nec humanitas, sicut humanitas nec est anima, neque corpus; vnde Christus, neque esset deus, neque homo: sed tantum Christus: non autem intendit quòd ex coniunctione animæ ad corpus nõ resultet forma totius, per quam in specie cum aliis hominibus communicet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum Boetii veritatem habet in quolibet indiuiduo: quod subsistit in vna natura tantum, quia species comprehendit omnia essentialia principia subsistentis indiuidui, in natura speciei, & sic etiam humanitas comprehendit omnia essentialia Christi, secũdum q̃ in humanitate subsistit: sed illa persona hoc singulariter habet, vt in duabus naturis subsistat: & ideo species humana non colligit oĩa quæ illi personæ essentialiter conueniunt.

I

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum dicitur nomine humanitatis corpus & animam intelligi, intelligendum est materialiter, sicut nomine totius intelliguntur partes, & non quòd totum proprie loquendo sit suæ partes: sed aliquid ex q̃ partibus constitutum. Alia duo concedimus.

D. 969.

QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de ordine assumptionis.

Et circa hoc quæruntur tria.

Primo. Vtrum vnam partem humanæ naturæ assumpserit mediante alia.

K Secũdo, Vtrũ humanã naturã assumpsit mediãte aliquo alio.

Tertio. Vtrum omnes partes humanæ naturæ simul tempore assumpserit.

Articvlvs I.

a Vtrum assumpserit carnem mediante anima.

AD primvm sic proceditur. Videtur quòd carnem non assumpserit mediante anima; remoto enim medio quo aliqua coniunguntur, extrema separantur: sicut patet in tabulis quæ per clauum cõiunguntur: sed in morte Christi separata est anima a carne: nec tamen separata est deitas a carne. ergo anima non est medium, quo deitas vnitur carni.

¶ 2 Præt. Vnum extremorũ quæ coniunguntur per medium magis coniungitur medio, quàm alteri extremo; sed caro non magis coniungitur animæ, quàm deitati (est enim caro ab anima separata in morte: non tamen a deitate) ergo diuinitas non est vnita carni mediante anima.

¶ 3 Præt. Deus in qualiber creatura est immediate per essentiam præsentiã, & potentiam. Similiter etiã animæ sanctæ cõiungitur immediate per gratiã. cum ergo maior sit coniunctio vnionis, quàm aliqua prædictarum: videtur q̃ quicquid assumitur ad vnitatẽ per sonæ, immediate diuinitati cõiungatur.

Epist.3.

Sed contra.

Augus. ad Volusianum, † dicit. Filius dei assumpsit animam rationalem, & per eam sibi corpus aptauit, & ita videtur, quòd mediante anima filius dei carnem assumpserit.

¶ Præt. Multum distantia non coniunguntur nisi per medium, quod minus distat ab extremis, quàm extrema adinuicem: sed corpus plus distat a deitate, quàm anima. ergo corpus vnitur deitati mediante anima.

II. 3.q.6.2.

Vlterivs. Videtur, quòd non assumpserit animã mediante spiritu: impossibile enim est, vt per idem medium vniatur aliquid superiori, & inferiori, quia illud quo vnitur inferiori, est infra ipsum, illud autem quo vnitur superiori est supra ipsum: sed anima mediante spiritu vnitur corpori, quod est infra ipsum, vt quidam dicunt. ergo non vnitur deo qui est supra eam mediante spiritu.

Cap. 7

¶ 2 Præt. Medium oportet differre ab extremis, sed mens quę spiritus dicitur ab Augusᵗ. 12. super † Gen. non est extra essentiã animę, immo est id quod in anima nostra est sublimius, in qua imago dei inuenitur. vt idem Augusᵗ. 14. † de Trinit. dicit. ergo non assumpsit animam mediante spiritu,

Cap.3.

¶ 3 Præt. Spiritus humanus differt in hoc ab angelico, quod est animę vnitus & carni, quod Angelo non conuenit: sed spiritus angelicus non est assumptibiliis vt supra dictum est † ergo quòd spiritus humanus sit assumptibilis, est ex ratione animę, vel ex ratione carnis. ergo magis assumpsit spiritum mediante carne vel anima, quàm econuerso.

d.2.q.1.ar. 1.q.2.

Sed contra. Ea quę sunt distantia, per aliquid vtriq; proximum coniunguntur: sed spiritus proximus est Deo per similitudinem imaginis, quia & ipse deus spiritus est, vt dicitur Io. 4. Similiter etiam cum anima conuenit in hoc, quòd pars quędam animę est. ergo deus animum mediante spiritu assumpsit.

III. 3.q.6. 3.d.2.q.1. 3.d.5.q.1.

¶ 2 Præt. Sicut anima corpore, ita aliis partibus animę spiritus superior est: sed deus assumpsit corpus mediante anima. ergo eadem ratione assumpsit animam mediante spiritu.

Vlterivs. Videtur quòd non assumpserit totum median tibus partibus. illud enim quod conuenit toti ratione partium, non solum conuenit toti, sed etiam partibus. sed deitas non prędicatur de partibus humanæ naturæ (non enim dicimus quod anima sit deus: vel quòd corpus sit deus) prædicatur autem de toto cum dicimus deum hominem esse. ergo cum per assumptionem humanę naturæ prædicetur deus de homine & econuerso, videtur quòd partes non assumpserit nisi mediante toto.

¶ 2 Præt. Alia est singularitas vniuscuiusque partis hominis, & singularitas diuinæ personę (vel incõmunicabilitas) quia partes sunt plures, sed persona assumens vna est: est autem eadem singularitas personæ assumentis & totius hominis: quia eadem est hypostasis vtriusque. vt dicit Dama. ergo videtur quod partes non assumpserit nisi mediante toto.

Vbi supra.

¶ 3 Præ. Creaturæ cui est vnita diuinitas debetur honor latriæ: vt infra dicetur † dist. 9. sed aliquibus partibus corporis Christi si essent separatæ, non deberetur honor latriæ. ergo partibus separatis a toto non est vnita diuinitas. ergo non est vnita partibus nisi mediante toto.

q.1.artic.2.

Sed contra. In morte Christi diuinitas partibᵘ hominis scilicet, corpori & animæ, vnita manset: sed tunc ex partibus cum coniunctæ non essent, totum non constabat. ergo non assumpsit partes mediante toto.

¶ 2 Præt. Quicquid conuenit parti & toti, per prius conuenit parti quàm toti: sed dicimus humanam naturam assumptam esse, & similiter partes eius. scilicet animam & carnem. ergo per prius assumpsit partes quàm totum, & ita non partes mediante toto assumpsit.

Resp. Dicendum: quòd est duplex medium. scilicet congruentiæ, & necessitatis. Medium congruentiæ est, quod facit ad decentem coniunctionem extremorum, quæ tamen nihilo minus sine illo esset posset, sicut pulchritudo facit ad decentem coniunctionem matrimonii, quia tamen amissa, matrimonium non soluitur. Medium autem necessitatis est, sine quo coniunctio extremorum esse non potest, sicut lumen coniungitur aeri mediante diaphanei tate, hoc tñ contingit dupliciter, quia vel est causa coniunctionis, vel est ad cõiunctionem consequens. Coniunctionis causa est medium, sicut aqua & aer in visu, quia per aerem redditur species visibilis ipsi visui. Consequens autem coniunctionem est, q̃ ex coniunctorum dispositione causatur, sicut aer vel aqua est medium in tactu, propter hoc oportet extremitates corporum se tangentium humidas esse, & ita oportet humiditatẽ aliquam intermediam esse. Medium autem quod est causa coniunctionis est duplex, quia vel coniungit effectiue, sicut homo reconcilians inimicos, dicitur medius inter eos, vel coniungit formaliter, sicut amor coniungit amicos, vt mediũ quoddã inter eos: sed vtrũque horum adhuc dupliciter contingit, quia medium necessitatis vel causa cõiunctionis est in actu, vt patet in vinculo quo aliqua colligantur, vel est causa coniungibilitatis, sicut siccitas in lignis causat coniungibilitatem ad ignem.

A

B

C

D

¶ His igitur visis, ad primam quæstionem dicendum, quod anima est quodammodo medium, quo corpus diuinitati vnitur. Sed sciendum, quòd si anima comparetur ad vnionem in actu, est medium congruentiæ tantum, non enim decet vt diuinitas corpori vniatur nisi habeat animam, Tũ quia est deo propinquior, Tum quia pluribus modis est Deo vnibilis quàm corpus, quia etiam per gratiam & gloriam, Tũ etiã quia corpori vnitur propter reparationem animæ. Si vero comparetur ad vnibilitatem, sic est medium necessitatis. sicut causans formaliter vnibilitatem in corpore. non enim corpus est vnibile seruato ordine ad finem vnionis, secundum quòd creatura rationalis præ aliis assumptibilis dicta est, nisi per hoc quòd particeps est imaginis dei mediante anima. vnde corpora inanimata vnibilia non sunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ si tollatur medium, quod est causa coniunctionis in actu, necesse est vnita dissolui, sicut subtracto amore, hominum corda vterius vnum non erunt, semper enim ablata causa aufertur effectus, subtracto tamen medio congruentiæ, quod ad decentiam vnionis faciebat, non est necessarium vnita dissolui. similiter autem non est necessarium, vt si tollatur medium. quod est causa coniungibilitatis, quòd vnio dissoluatur. potest enim esse vt causet coniungibilitatem etiam postquam abscesserit, dummodo remaneat ordo & possibilitas ad ipsum: quia forte coniunctio actualis medii non est causa coniungibilitatis ad extremum: sed potius coniungibilitas medii, sicut actualis consideratio principiorum est medium quo habitus conclusionum acquiritur, non tamen transeunte actuali considerationę principiorum, transit habitus conclusionis, eo quòd ad huc manet habilitas ad considerandum principia. vnde cum anima sit medium cõgruentiæ, & causans vnibilitatem in corpore, non oportet quòd abscedente anima, coniunctio diuinitatis ad carnem dirimatur, quia adhuc remanet in corpore habilitas & ordo ad animam, ratione cuius remanet in carne conuenientia vnionis, & vnibilitas ad diuinitatem,

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliqua duo possunt esse magis coniuncta quàm alia dupliciter. Vel quia pluribus modis coniunguntur, & sic anima magis vnit carni quàm deitas, quia anima est forma eius, & hoc modo est medium formaliter vnibilitatem in ipso causans. Vel quia fortiori vinculo coniunguntur, & sic deitas magis vnitur carni quàm anima, quæ vnitur ei naturali vnione, propter quod separabilis est: diuinitas autem vnitur carni per gratiam increatam, quæ immutabilis est: & ideo illa vnio nunquam separatur.

E

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd creatura ex seipsa receptibilis est diuini influxus in ipsam: & ideo non indiget medio quod faciat eam possibilem ad hoc quòd deus in ea sit per essentiam, præsentiam, & potentiam, neque etiam indiget medio congruentiæ, qa decentissimum est vt creatura a creatore non deseratur. similiter etiam anima secundum sui naturam capax est dei, corpus autem non est assumptibile per naturam corporis: sed inquantũ est perfectum anima rationali: & ideo non est simile.

¶ Ad secundam quæstionem dicendum, quòd secundum Aug. 12. super Gen. spiritus multipliciter dicit. Vno modo ipsum corpus subtile, vt aer. Alio modo corpus animæ omnino subiectum, sicut corpora sanctorum in resurrectione. primæ Cor. 15, Tertio Cap.7.

modo quælibet anima brutorum. Eccleſiaſt. 3. Quis nouit ſi ſpiritus inmentorum &c. Quarto virtus imaginaria. primæ Cor. 14. Pſallam ſpiritu pſallam & mẽte. Quinto, ipſa mens hominis vel Angeli Epheſ. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtre. Sexto ipſa diuina ſubſtantia. Io. 4. Spiritus eſt deus. Nunc aũt loquimur de ſpiritu ſm q̃ pro mẽ te ponitur. Vnde dicendum, quòd diuinitas mediante ſpiritu animã aſſumpſit, ſicut anima mediante corpus. ſicut enim corpus nõ eſt aſſumptibile niſi per hoc q̃ habet animã, ita aĩa non eſt aſſumptibilis niſi p hoc quòd mens in ea eſt, p quã imaginé dei habet.

¶ Ad primum ergo circa hoc obiectum dicendum, quòd ratio illa procedit ex æquiuocatione ſpiritus, vt ex dictis patet.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis ſpiritus, ideſt mens non differat ab anima per eſſentiam, niſi mens dicatur potentia animæ, quæ quodammodo ab anima per eſſentiam differt. ſicut proprietas a ſubiecto, tamen anima non ex hoc quòd eſt anima, aſſumptibilis eſt modo prædicto: ſed ex hoc quòd mẽtem habet: & ideo mens eſt mediũ in anima aſſumptibilitatem cauſans.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis forma materialis non poſſit eſſe ſine materia, tñ materia non dat eſſe formæ, ſed eõuerſo. ita etiã quamuis ſpiritus carni nõ vnitus aſſumptibilis nõ ſit: magis tñ ſpiritus cauſat aſſumptibilitatẽ in corpore q̃ eõuerſo. Alia duo concedimus.

¶ Ad tertiam quæſtionem dicendum, quòd partes originaliter ſunt priores toto, quaſi conſtituentes ipſum: totum aũt completue eſt prius partibus, quia ratio naturæ completæ inuenitur pr̃ in ipſo toto, & ad partes eius perueniẽt mediante toto, inquantũ eius partes ſunt. vnde etiã ſunt in genere p reductionẽ. Et ideo dicendũ eſt, q̃ quodammodo mediantibus partibus aſſumpſit totum, inquantũ, ſcilicet partes originaliter humanã naturã conſtituebant, cui per ſe aſſumptio debebatur, quodãmodo aũt partes mediante toto, inquantũ ratio humanæ naturæ quæ p ſe aſſumptibilis eſt per prius inuenitur in toto, & per hoc in partibus.

¶ Ad primũ ergo dicendũ, q̃ quamuis de partibus humanæ naturæ deus non prædicet, tñ partes ille cauſant originaliter aſſumptibilitatem in toto, ſicut hõ dicitur animal, non aũt corpus vel aĩa dicit aĩal, quãuis ex corpe & aĩa cauſetur in hoĩe, q̃ aĩal ſit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſt duplex ſingularitas, ſcilicet, ſingularitas naturæ, vt hæc humanitas, & ſingularitas ſubſiſtentis in natura, vt hic homo: non autem eſt facta vnio in ſingularitate naturæ, quia naturæ inalterabiliter vnitæ ſunt: ſed, eſt facta vnio in ſingularitate perſonæ, ſubſiſtentis in natura, quia idem Chriſtus in vtraque natura ſubſiſtit. ſingularitas autem partium inquantum partes ſunt ad naturam pertinet: & ideo non eſt eadem ſingularitas partium hominis & dei, ſed eſt eadem perſona hominis & dei, nec tamen ſequitur quòd partes non cauſent aſſumptibilitatem in toto.

¶ Ad tertiũm dicendum, quòd in omnibus partibus quæ ſunt de veritate humanæ naturæ etiam ſeparatis, manet ordo ad totam naturam: & ideo remanet in eis aſſumptibilitas, & per conſequens vnio, ſicut in corpore Chriſti remanſit anima ſeparata. vnde & eis latria deberet. ſi autem ſepararentur aliquæ partes quæ non eſſent de veritate humanæ naturæ: nõ remaneret in eis ordo ad naturam humanam, cui principaliter aſſumptio debetur: & ideo non remaneret vnio nec debitum latriæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut corpus remanet vnitum poſt aĩam, quamuis mediante aĩa vniatur, propter hoc, q̃ remanet in corpore ordo ad aĩam, ita ẽt remanet ordo in partibus ad totũ, & propter hoc diſſoluto toto adhuc remanẽt partes vnitæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis partes ſint priores toto & cauſent totum: tamen aliquid eſt quod non conuenit partibus niſi in ordine ad totum, ſicut quòd ordinentur in prædicamento. vnde ratio ex falſis procedit.

ARTICVLVS II.

Vtrum natura humana ſit aſſumpta mediante gratia.

3.q.6.6. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd natura humana aſſumpta ſit mediante gratia. Sicut enim dicit Aug. in † 14. de Trinita. in rebus per tempus exortis ſumma gratia
13.c.19.& li.10.de Ci. eſt, quòd deus in vnitate perſonæ homini nullis meritis præcedentibus copulatur; ſed in his quæ fiunt per gratiam, gratia media dium cadit. ergo natura humana vniẽ diuinitati mediante gra. ui. de cap. 29. & ſup Ioan. Trac. 82. fin.

2 Præt. Maior eſt vnio in perſona, quàm vnio animæ beatæ ad deum per fruitionem: ſed anima non poteſt vniri deo per modum fruitionis niſi mediante gratia. ergo nec natura humana poteſt aſſumi in vnitate diuinæ perſonæ niſi mediante gratia.

3 Præt. In illud q̃ facultatẽ naturæ excedit, natura non põt peruenire niſi mediãte gratia: ſed aſſumi in vnitatẽ diuinæ perſonæ eſt maxime excedens facultatem naturæ. ergo in hoc natura nõ põt peruenire niſi p gr̃am electẽ. & ſic idẽ qd̃ pr̃.

SED CONTRA. Corpus humanũ nõ eſt ſuſceptibile gratiæ, & tamen aſſumptum eſt ſicut & anima. ergo aſſumptio humanæ naturæ non eſt facta mediante gratia.

2 ¶ Præt. In his quæ miraculoſe fiunt, non requiritur aliquod medium diſponens: ſed aſſumptio humanæ naturæ miraculoſe eſt facta. ergo non oportuit quòd eſſet ibi gratia aliqua, quaſi diſponens humanam naturam in vnionem. Cap. 18.

VLTERIVS. Videtur quòd filius dei carnem aſſumpſit mediante ſpiritu ſancto. verbum enim creatum non vnitur voci, niſi mediante ſpiritu: ſed ſicut verbum mentis humanæ vnitur voci, ita verbum diuinum vnitur carni, vt dicit† Augu. ergo illa vnio facta eſt mediante ſpiritu ſancto. II. lib.15.Tri cap.11.

2 ¶ Præt. In omni coniunctione quæ fit per gratuitam voluntatem, amor medium cadit: ſed vnio filii dei ad humanam naturã eſt huiuſmodi. ergo in ea ſpiritus ſanctus, qui eſt amor, mediũ eſt

3 ¶ Præt. Secundum Auguſt. & Hyl. Inter tres perſonas ſpiritus ſanctus eſt nobis propinquior: ſed id quod alicui magis propinquat, eſt medium quo magis diſtanti vnitur. ergo ſpiritus ſanctus eſt medium, quo vnitur humana natura diuinæ.

SED CONTRA. medium magis vnitur vtriq; extremorum, quàm extrema adinuicem: ſed ſpiritus ſanctus non vnitur humanitati in perſona. ergo non eſt medium vnionis.

VLTERIVS. Videtur quòd nec vnio cadat medium inter humanam naturam & diuinam, nullum enim accidens cadit medium in aliqua ſubſtantiali vnione: ſed vnio cum ſit relatio, accidens quoddam eſt. ergo cum vnio diuinitatis ad humanitatem non ſit accidentalis: ſed in ſubſtantia, quæ hypoſtaſis dicitur, videtur quòd in illa vnione medium cadere non poſſit. III.

2 ¶ Præt. Si vnio illa, res aliqua eſt, aut eſt æterna, aut temporalis. ſi æterna, cum compoſitionem non ſit intelligere ſine componentibus, vt dicit phyloſophus, oporteret quòd homo ab æterno deo vnitus fuiſſet. ſi temporalis, cum vnio ſit in vtroque extremorum, videtur quòd aliquod temporale in deo ſit, quod eſt impoſſibile. ergo vnio non eſt aliqua res cadens medium inter humanam naturam & diuinam.

3 ¶ Præt. Si ſit tẽporalis, cum oĩa temporalia præceſſerint in operibus ſex dierũ, oportet q̃ & vnio iſta in operibus illis præceſſerit, quod non videtur. ergo vnio non eſt aliqua res tẽporalis quæ mediũ inter diuinitatem & humanitatẽ cadere poſſit.

SED CONTRA. Relatio cadit medium inter extrema: ſed vnio relatio quædam eſt, qua humanitas, & diuinitas vniri dicuntur. ergo mediante vnione: humana natura diuinæ vnita eſt.

RESP. Suppoſita diſtinctione in prædicto articulo præmiſſa: ſciendum eſt, quòd in vnione humanæ naturæ ad diuinam nihil poteſt cadere medium formaliter vnionem cauſans: cui per prius humana natura coniungatur quam diuinæ perſonæ. ſicut enim inter materiam & formam nihil cadit medium in eſſe, quod per prius ſit in materia quàm forma ſubſtantialis: alias eſſe accidentale eſſet prius ſubſtantiali, quod eſt impoſſibile: ita etiam inter naturam & ſuppoſitum non poteſt aliquid dicto modo medium cadere: cum vtraque coniunctio ſit ad eſſe ſubſtantiale, ſed ſicut aduentum formæ in materiam procedunt ordine fiendi diſpoñetia formaliter & materialiter, quibus materia redditur idonea ad ſuſceptionem formæ, ita etiam in humana natura inueniuntur quædam ſuperaddita quibus redditur decens, vt aſſumatur a diuina perſona. vt ſcientiæ & virtutes & huiuſmodi. vnde iſta poſſunt quodammodo dici medium congruentiæ.

AD primam ergo queſtionem dicendum, quòd ſicut in. 2. ſenten. 26. diſt. Magiſter dicit, gratia dupliciter dicitur. Vno modo ipſe deus gratis dans, vel gratuita voluntas eius. alio modo donũ aliquod gratis datum. primo ergo modo accipiendo gratiam: gratia eſt medium vnionis quaſi vnionem efficaciter cauſans: q̃ gratuita ſua voluntate ſine meritis præcedentibus carnem aſſumpſit. Secundo modo accipiendo gratiam nõ cadit ibi aliquod medium habituale donum. ſicut vnionem vel vnibilitatem formaliter cauſans, ſed ſolum eſt ſicut medium congruitatis: cut etiam ſcientia & perfectio corporis & huiuſmodi, quę decuit naturæ aſſumptæ non deeſſe. Niſi forte gratia ipſa vnio dicatur quæ eſt quoddam donum gratiæ gratis datum, quæ quomodo ſit mediũ poſt dicetur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut ipſemet ſe exponit. Aſſumptio illa ad maximam gratiã pertinet, quia tam maximum donũ collatum eſt homini, vt eſſet filius dei nullis præcedentibus meritis. Vnde gratia diuina ibi ſignat voluntatem diuinam, vnionem gratis facientẽ, & non habitum aliquẽ, quo interueniẽte, vnio completa ſit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd fruitio operationem quandã dicit, vnde per fruitionem anima vnitur deo; ſicut operans operationis obiecto. hoc autem ad rationem perfectæ operationis pertinet; vt a potentia mediante habitu eliciatur. & ideo oportet q̃ vnio fruitionis mediante habitu gratuito fiat. vnio autem in perſona eſt ad vnum eſſe perſonale: habitus autem non poteſt eſſe principiũ perſonæ ſubſiſtentis, ſed eſt ad eſſe conſequens. & ideo gratia non eſt medium in vnione perſonali: ſicut vnionem formaliter cauſans.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis aſſumi in vnitatem diuinæ perſonæ ſit ſupra facultatem humanæ naturæ, non tamen exigitur aliquid formaliter humanam naturam eleuans ad talẽ aſſumptionem. tum quia quocunq; addito, talis natura a perſona diuina in infinitum diſtaret. tum quia cum aſſumi per ſe naturæ conueniat, omnia autem accidentia præter rationem naturæ ſunt, & ideo non poterit humana natura ſm id quod aſſumptibilis eſt, eleuari per aliquod accidens additum ad hoc, vt aſſumptibilior fiat, ſed ad hoc, quòd aſſumatur; exigitur benignitas diuina humanam naturam ad tantam dignitatem gratis eleuans.

¶ AD ſecundam quæſtionem dicendum, quòd ſpiritus ſanctus non poteſt dici in illa vnione medium, niſi ſicut vnionem effectiue cauſans, quæ quàmuis effectus totius trinitatis ſit, tamen ſpiritui ſancto appropriatur, vt infra dicetur diſt. 4.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd etiam verbum creatum voci nõ vnitur mediante ſpiritu; niſi ſicut per medium effectiuum vnionis, quia ſicut dicit philoſophus in ſecundo de anima. percuſſio reſpirati aeris ad arteriam eſt cauſa vocis, & per hunc etiã modum ſpiritui ſancto appropriatur efficientia carnis, cui verbum increatum vnitur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ea quæ per voluntatem fiunt: etiam mediãte amore fiunt, ſicut efficiente cauſa: & ſic etiam eſt in prædicta vnione.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſpiritus ſanctus etiam dicitur propinquior nobis inquantum per ipſum omnia dona nobis donantur. vt in primo libro diſtin. 18. dictum eſt, & ſic in idem redit cum prædictis.

¶ AD tertiam quæſtionem dicendum eſt, quòd inter humanam naturã & diuinã neceſſe eſt cadere vnionem mediã: non ſicut cauſam: ſed ſicut effectũ cõiunctionẽ naturarũ cõſequentẽ. Eſt enim natura relationis. vt in aliis rerum generibus cauſam habeat: qa minimum habet de natura entis, vt Commentator in † xi. methaph. dicit. vnde quàmuis relatio per ſe non terminet motum: quia in ad aliquid non eſt motus. vt probatur in. 5. phiſico. & tamen ex hoc q̃ motus per ſe terminatur ad liquod ens: de neceſſitate conſequitur relatio aliqua. ſicut ex hoc quòd motus alterationis terminatur ad albedinem conſequitur relatio ſimilitudinis ad omnia alba. ſimiliter etiam ex hoc quòd motus generationis terminatur ad formã, conſequitur hæc relatio ſm quam materia ſub forma eſſe dicitur: rita etiam ex hoc quòd motus aſſumptionis humanæ naturæ terminatur ad perſonam: conſequitur hæc relatio quæ dicitur vnio. vnde vnio eſt medium non ſicut aſſumptionem cauſans: ſed potius ſicut eam conſequens. ſicut etiã dictum eſt ſupra. quòd aqua eſt medium in tactu ex hoc, quòd tangentia humectata ſunt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd nihil prohibet accidens eſſe medium in coniunctione ſubſtantiali: ſicut coniunctionem ſequens: impoſſibile eſt tamen vt ſit mediũ coniunctionẽ cauſans.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd vnio relatio quædam tempo-

A ralis eſt, quæ quidem realiter eſt in ipſa natura aſſumpta. ſed eſt in perſona aſſumente d ſecũdum rationem tantum: ſicut & de aliis relationibus ex tempore de deo dicitis, vt dominus & huiuſmodi. vt in primo lib. diſt. 30. dictum eſt. Et tamẽ ſicut dominus realiter dicitur deus: non propter relationem dominii realiter in ipſo exiſtentem, ſed propter poteſtatem coercendi creaturam, ex qua talis relatio cauſatur. ita ẽt dicit realiter vnitus, quia in eo realiter eſt pſonalitas ad quã vnio terminat. D.1089. 1.ar.3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnio illa præceſſit in operibus ſex dierũ. non in rõne ſeminali, ſed in potentia obedientiæ tñ: ſicut in coſta adæ fuit, ut ex ea Eua mari poſſet. Cap.6.

carnem Chriſti ſine diuinitate conceptã in utero uirginis priuſquam ſuſciperetur a uerbo: ſed ipſum uerbum Deum, ſuæ carnis acceptione conceptum: ipſamque carnem uerbi incarnatione cõceptam. Idem in li. de Tri. ait. Non eſſet dei hominumque mediator, niſi eſſet idem deus, idem homo, in utroq; unus & uerus, quam ſeruilem formam a ſolo filio ſuſceptam tota trinitas cuius una eſt uoluntas & operatio fecit. Non autem in utero uir

ARTICVLVS III.

Vtrum caro prius fuerit concepta quàm aſſumpta.

3.q.6.3. D TERTIVM ſic proceditur. videtur quòd caro prius fuerit concepta quàm aſſumeretur. quod enim non eſt, non poteſt aſſumi, ſed caro per conceptionem efficitur ens. caro ergo prius fuit cõcepta q̃ aſſumerẽ.

¶ 2 Præt. motus ſemper præcedit tẽpore terminum motus: ſed conceptio carnis terminata eſt ad vnionem ſicut motus ad terminum. ergo conceptio vnionem præceſſit.

SED CONTRA. Sola vnione communicatio proprietatum efficitur, vt quod de homine dicitur de filio dei dicatur, ſed concipi proprie carnis eſt. ſi ergo conceptio carnis vnionem præcederet: filius dei de virgine conceptus non eſſet, quod eſt contra ſymbolum: ergo conceptio carnis vnionem non præceſſit.

VLTERIVS videtur quòd caro prius fuerit aſſumpta q̃ animata. quod enim eſt primum in reſolutione eſt vltimum in compoſitione: ſed anima ſeparata eſt a carne adhuc manente vnione carnis ad diuinitatem. ergo caro prius eſt aſſumpta a diuinitate quàm animaretur. II 3.q.6.4.

2 ¶ Præter. Anima cum ſit forma requirit propriam materiã. ſ. corpus organicũ in quo ſit: hoc aũt ſit per conceptionem carnis. ergo cõceptio præcedit animationem. ſed conceptio carnis ſimul eſt cum ipſius aſſumptione. vt probatum eſt. ergo caro prius fuit aſſumpta quàm animata anima rationali. hac q.ar.1. vbi ſup. ad 1.q.

SED CONTRA. Caro vnitur diuinitati mediante aĩa. vt ſup. habitũ eſt: ſed extremũ nõ prius extremo coniungitur q̃ medio. ergo caro non prius eſt diuinitati vnita quàm animata.

VLTERIVS videt quòd anima ſit prius aſſumpta quàm corpori coniuncta: extremum enim prius coniungitur medio quàm alteri extremorum: ſed diuinitas vnitur carni mediante anima. ergo prius vnitur animæ q̃ carni: ſed ſimul diuinitas & anima carni vniuntur. ergo diuinitas prius vnitur animę quàm carni. III 3.q.6.4.

¶ 2 Præt. Perſona Chriſti ex tribus ſubſtantiis componi dicitur ſcilicet ex diuinitate, anima, & carne quorum ſupremum eſt deitas, & infimum eſt caro: anima autem eſt medium, ſed prius diuinitas fuit quàm animæ & carni vniretur. ergo ſi medium cum extremis communicat, videtur quòd anima ſit poſterior deitate & prior carne: ſed ſimul anima creata eſt & aſſumpta. ergo anima prius eſt aſſumpta quàm carni vniatur.

SED CONTRA. Aĩa nõ eſt prius aſſumpta q̃ creata: nec creata q̃ corpori infuſa, quia creando corpori infunditur: & infundẽdo creatur. ergo anima non eſt prius aſſumpta q̃ carni vnita.

RESP. dicendum, quòd nulla natura habet eſſe niſi in ſuppoſito ſuo, non enim humanitas poteſt eſſe niſi in homine. vnde quicquid eſt in genere ſubſtantiæ per ſe exiſtens: rationem ypoſtaſis habet vel ſuppoſiti, & quia vnio diuinitatis & humanitatis fit in ypoſtaſi, vt dicitur Dam.† ideo non poteſt eſſe: vt quod aſſumptum eſt prius fuerit q̃ aſſumeretur: niſi forte poneretur q̃ aſſumptio rationem ypoſtaſis rei aſſumptæ tolleret: quod eſt inconueniens. hoc enim ſine corruptione aſſumpti accidere nõ poſſet. & ideo nullum horum trium eſt poſſibile. ſ. nec vt caro concepta prius fuerit: & poſtmodum aſſumpta: nec vt anima prius creata & poſtmodũ aſſumpta: neq; vt homo prius ex ſuis partibus conſtitutus ſit: & poſtmodũ aſſumptus: ſicut aũt ex dictis patet corpus aſſumptibilitatẽ habet ab aĩa: ſimiliter ẽt partes eſſentiales aſſumptibilitatem hẽnt ex rõne: cuius ſunt partes naturæ De fide li. 3.ca.11.circa priuc.

vnde etiã vtrũque horum est ĩpossibile, vt.s.anima prius sit creata & assumpta, & post modum corpori coniuncta, & etiam quòd caro prius sit concepta & assumpta, & postmodum animæ vnita: sed hæc quatuor necesse est simul fuisse. s. conceptionem carnis: creationem animæ: coniunctionem vtriusque, & vnionem ad deitatem. F

ginis prius caro est suscepta, & postmodum diuinitas uenit in carnem: sed mox ut uenit uerbum in uterum seruata ueritate propriæ naturæ factum est caro, & perfectus homo, & in ueritate carnis & animæ natus est. De hoc etiam Gregorius in moralibus ait. Angelo nunciante & spiritu adueniente, mox uerbum in utero, mox intra uterum uerbum caro. G

¶ Vnde patet respõsio ad primam quæstionem. non enim fuit, possibile quòd caro prius fuerit concepta & postmodum assumpta: quia si ante assumptionem cõcepta fuisset, propriã ypostasim habuisset. & tunc post assumptionem vel mansisset illa ypostasis, & sic non potuisset fieri vnio in ypostasi, vel non mansisset, & hoc sine corruptione carnis prius conceptæ accidere non posset. ratio enim ypostasis non est accidentalis rei, vt re eadem numero manente alia ypostasis esse possit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis illud quod non est non possit assumi: tamen possibile est vt in eodem instanti in quo esse habet assumatur, vt sic esse rei assumptæ non præcedat assumptionem tempore, sed natura.

¶ Ad secundum dicendum quòd quàmuis motus secundũ principium sui vel medium, non possit esse simul cum eo ad quod motus terminatur: tamen vltimum motus potest esse simul cum eo: sicut alteratio terminatur ad generationem: ita quòd in eodem instanti in quo alteratio terminatur forma substantialis introducitur: ita etiam in eodem instanti in quo conceptio terminatur quando caro primo concepta est tũc assumi potest, Et quia conceptio in instanti facta est, non differebat in ea primum medium & terminus, & ideo simpliciter loquendo conceptio simul fuit cum assumptione. H

¶ Ad secundam quæstionem patet etiam respõsio ex prædictis. non enim est possibile vt caro prius assumpta sit & postmodum animata propter duo: tum quia assumptibilitatem habet ab anima, quam sibi anima conferre non potest antequàm ei vniatur: tum etiam quia partes assumptibilitatem habent a toto vt prius dictum est.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd corpus assumptibile est ſm quòd ordinem habet ad animam & ad totum, quem ordinem habere non potest nisi postquàm animæ vnitum est & actu pars humanæ naturæ effectum, & tamen separata anima & dissoluto toto, adhuc remanet ille ordo in corpore secundum spem resurrectionis: sicut, & habitus acquisitus: vt virtus politica causatur per actualem operationem, & tamen transeunte actuali operatione remanet habitus. vnde patet quòd corpus non potest assumi antequàm animæ vniatur: & tamen si anima separaretur post vnionem: remanebit caro nihilominus assumpta & diuinitati vnita. I

¶ Ad secundum dicendum, quòd forma præsupponit materiam propriam & dispositam: non ordine temporis, sed ordine naturæ: quia in eodem instanti in quo materiæ fit necessitas: idest in ultimo instanti dispositionis, inducitur forma substantialis, & ideo non oportet quòd prius tempore caro sit concepta quàm animæ vniatur.

Vbi sup. Ad tertiam quæstionem patet responsio ex prædictis. nõ enim potuit anima prius assumi quàm carni vniretur cum assumptibilis sit per hoc, quòd est pars humanæ naturæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd extremum non semper prius tempore coniungitur medio quàm alteri extremorum: simul enim tempore aer patitur a colore & visus, sed tamen aer prius patitur ordine naturæ, quia passio aeris causat passionem visus: similiter etiam nõ est necessarium quòd prius tempore deitas prius sit vnita animæ quàm carni. K

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd anima quàmuis sit dignior corpore: est tamẽ forma corporis: formæ autẽ nõ est vt tempore materiam præcedat, sed dignitate tantum: diuinitas autem non vnitur humanæ naturæ vt forma. vnde non est similis ratio vtrobique.

EXPOSITIO TEXTVS.

QVOD autem humanæ naturæ.] Non est intelligendum per humanitatem animam & corpus, quasi proprie dici possit humanitas est anima & corpus: sed sicut in toto intelliguntur partes vt in domo paries & tectum: quæ tamen de toto non prædicantur. vnde etiam in auctoritate beati Hieronim. subditur. [Humanitas quæ ex anima continetur & corpore.] non dicit quæ est anima & corpus. Errant ergo qui nomine humanitatis.] Per hanc proprietatem quæ ab eis humanitas dicitur, potest intelligi forma consequens partium compositionem corporis & animæ, in qua sicut in natura communi omnia indiuidua cõmunicant: forte enim qui hoc posuerunt sapiebant opinionem Platonis qui posuit formas vniuersales in actu habere esse in natura præter materiam. sic enim secundum eum vt philosophus in primo metaphisi. dicit. Forma hominis erat sine carnibus & ossibus, & sine aliis partibus eius, & talem humanitatem sine corpore & anima isti assumptam ponebant. Et contra tales Dama. dicit in. 3. lib. cap. xi. Neque eam quæ nuda contemplatione consideratur naturam assumpsit. non enim incarnatio esset, sed deceptio & fictio incarnationis. Vel tangit, vt quidam dicunt, opinionem eorum qui dicebant Christum secundum quòd est homo, non esse quid sed qualiter se habens, quod infra tangetur dist. 6. Quod euidenter idem Ioannes.] Sciendum quòd magister accipit verba Ioan. Dama. sed non sensum. Inducit enim Dama. hæc verba ad confutandum errorem eorum qui dicebant in Christo vnã tantum naturam esse quasi confectam ex diuinitate & humanitate, sicut vna quædam natura conficitur ex anima & corpore, quæ signatur cum dicitur omnes homines esse eiusdem naturæ: nõ ita quòd in quolibet eorum anima & corpus sint vnius naturæ adinuicem comparata, sed quia ex his duobus vna natura conficitur: in qua omnes conueniunt, sed non ita est in Christo quòd ex humanitate & diuinitate vna communis natura resultet, quæ sit quasi communis species de pluribus prædicata, quę diuinitatẽ & humanitatẽ simul habeãt. Magister autẽ assumit hæc verba ad impugnandum positionem eorum, qui proprietatẽ quæ humanitas dicitur assumptam dicebant. Humanitas enim si consideretur vt communis, species est quæ in pluribus inuenitur: ſm quem modum omnium hominum dicitur vna natura. sic autem cõmunis species humanitatis in Christo non est. non enim humanitas Christi est cõmunis in actu, sed est humanitas singularis. [Neque enim factus.] Videtur quòd hæc probatio nulla sit. multæ enim species sunt quæ non nisi de vno indiuiduo prædicantur, vt sol & luna. Sed dicendum ad hoc, quòd secundum intentionẽ Magistri facile est respondere. Omnis enim species quę participatur a multis indiuiduis, prædicatur de omnibus eis. vnde si species humana prout est communis, esset quid subsistens præter singularia: ipsa de omnibus prædicaretur. vnde si talẽ humanitatem Christus assumpsisset: homo qui est Christus de omnibus hominibus prædicaretur. Secundum intentionẽ vero Dama. aliter est dicendum, quòd omnis natura communis inquãtũ huiusmodi in multis inueniri potest. Sed si aliqua species sit quæ in vno tantũ est indiuiduo: hoc est propter aliquid aliud, quod non est de intellectu illius naturæ. vnde possibile est intelligere plures soles: sed singulare habet incommunicabilitatem per id quod est de ratione eius. s. per materiam quæ esset pars diffinitionis eius si diffiniretur vt ex. 8. Meta. patet. vnde non est possibile intelligi hunc hominem de pluribus prædicari. vnde patet ꝙ illud quod nec actu nec intellectu de pluribus dici potest, est singulare. huiusmodi aũt est Christus, quare hoc nomen Christus, nõ significat vnã naturã communem resultantẽ ex vnione diuinitatis & humanitatis, sed vnam ypostasim subsistentem in vtraque natura. [Omnia quæ in nostra natura.] Intelligẽdum est de his quæ sunt de ratione humanę naturæ, sicut principia essentialia ipsius, vel etiam ea quæ ex principiis essentialibus consequuntur, vt naturales proprietates. vnde non est instantia de immortalitate quæ gratis primo homini concessa est [Et tamen prædicãt illum visibilem [Responsio quare sol non inficitur ex hoc ꝙ radios suos per feces spargit hæc est, quia non cõmunicat cũ aliis corporibus in materia, vt simul agens patiatur, sicut ea quæ in materia communicãt dum agunt patiuntur vt in primo de generatione dicitur. Anima autem communicat corpori in materia, non ex qua fit anima, sed in qua fit, & ideo ex coniunctione ad corpus inficitur. Diuinitas autem non communicat cum corpore: neque in materia ex qua, cũ omnino sit immaterialis, neque sicut materia in qua: cum non vniatur corpori sicut forma eius.

t.co.5.6.7. — in textu & in diuisione textus. — t.co.8. — Lect.9.

DISTINCTIO III.

De carne quam uerbum assumpsit qualis ante fuerit, & qualis assumpta sit.

QVAERITVR etiam de carne uerbi, an prius q̃ conciperetur, obligata fuerit peccato. Et an talis fuerit as-

Di-

DIVISIO TEXTVS.

OSTENSO quid filius dei in humana natura: & quo ordine assumpserit: hic ostendit quale sit quod assumptum est. Et diuiditur in duas partes. In prima parte determinat veritatem. In secunda mouet quasdã dubitationes circa veritatem determinatam ibi [Cum aũt illa caro, cuius.] Prima diuiditur in duas partes. In prima determinat conditionem carnis assumptæ, quæ fuit in ea per operationem spiritus sancti. In secunda determinat conditionem matris de qua assumpta est ibi [Mariam quoque totam.] Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo determinat eã ibi [Sane dici põt.] Mariã quoq; totã. Hic ostendit cõditionem matris. Et circa hoc tria facit. Primo determinat conditionem eius ante conceptionem carnis assumptæ. Secundo conditionem ipsius in ipsa conceptione ibi [Potentiam quoque generandi.] Tertio conditionem eius post conceptionem ibi [Quod autẽ sacra virgo.] Circa secundum duo facit. Primo determinat quid collatum fuerit beatæ virgini in conceptione saluatoris. Secundo ex dictis quandam conclusionem elicit ibi [Ex his perspicuum fit.] Hic est triplex quæstio. Prima de sanctificatione beatæ virginis. Secunda de potentia generatiua qua saluatorem concepit. Tertia de annunciatione quæ per angelum facta est. De conditione enim carnis assumptæ, in sequenti patte distinctionis quæretur.

sumpta a uerbo. Sane dici potest & credi oportet iuxta sanctorum attestationis conueniẽtiam, ipsam prius peccato fuisse obnoxiam, sicut reliqua uirginis caro: sed spiritus sancti operatione ita mundatam, ut ab omni peccati contagione immunis uniretur uerbo: pœna tamen non necessitate, sed uo- B luntate assumẽtis remanẽte. A Mariam quoque totam spiritus sanctus in eam præueniens a peccato prorsus purgauit, & a fomite peccati etiã liberauit, uel fomitem ipsum penitus euacuando, ut quibusdã placet, uel sic debilitando & extenuando, ut ei postmodum peccandi occasio nullatenus extiterit.

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur duo.

Primo. De tempore sanctificationis.
Secũdo. De effectu ipsius. De Sanctificatione enim aliorum quęstio pertinet ad quartum librum. dis. 6.

ARTICVLVS I.

A

Vtrum beata uirgo fuerit ante sanctificata quàm conceptio eius finiretur.

3.q.27.2. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd beata virgo sanctificata fuerit antequam conceptio carnis eius finiretur. Sicut enim dicit Apostolus Roma. 11. Si radix sancta & rami: sed parentes comparantur ad prolem conceptam: sicut radix ad ramos. ergo sanctificatis parentibus virginis, sanctificatio ad ipsam peruenisset: sed si in parentibus sanctificata esset: sanctificatio conceptionem eius præcessisset. cum ergo credendum sit ei collatum esse quicquid conferri potuit: videtur quòd ante conceptionem sanctificata sit.

¶ 2 Præt. Bonum est efficacius ad agendum, quàm malum: cum malum non agat nisi in virtute boni: vt dicit Diony. 4. cap. de diui. nomi. sed per peccatum primi parentis: infectio originalis peccati in omnes homines pertransit. ergo multo fortius per sanctificationem parentum beata virgo sanctificari potuit, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Id quod est meritorium gratiæ: sanctificationi non repugnat: sed actus matrimonialis meritorius esse potest. ergo in ipso concubitu matrimoniali parentum beatæ virginis ipsa sanctificari potuit.

SED CONTRA. Quod non est, non potest sanctificari: sed beata virgo noc fuit, antequam conciperetur in vtero matris suæ. ergo non potuit ante conceptionem sanctificari.

¶ Præt. Vnigenito dei filio singularis conceptio & partus debebatur: sed Christi cõceptio ex virgine matre fuit sine commistione viri. ergo non decuit vt mater eius conciperetur nisi per sexuum commixtionem: sed post statum naturæ corruptæ non potuit esse commixtio sexuum sine libidine, cum ergo libido illa, quæ est filia peccati ex peccato primorum pa- A rentum proueniens: sit causa originalis peccati in prole. vt Aug. dicit: videtur quòd non potuit beata virgo sanctificari nisi post conceptionem. 14. de Ciu. de cap. 21.

II VLTERIVS. Videtur quòd ante animationem sanctificata fuerit. Ambrosius enim dicit Lucę primo de Ioanne Baptista. Nõdũ illi inerat spiritus vitę, & iam inerat spiritus gratiæ: sed spiritus vitæ anima est. ergo in Ioanne Baptista gratia animam præuenit: sed quod Ioanni baptistę concessum est, dubitari non debet beatæ virgini concessum eẽ. ergo & ipsa ante animationem sanctificata fuit.

¶ 2 Præterea. Hierem. primo dicitur. Antequam te formarem in vtero noui te, nec loquitur ibi de notitia, qua bonos & malos cognoscit. quia per hoc nulla prærogatiua ostenderetur ipsius Hieremiæ, ad quem dicta verba proferuntur. ergo oportet intelligi de notitia approbationis: sed hæc notitia est solum bonorum & habentium gratiam. ergo Hieremias antequam formaretur, gratiam habuit. ergo & antequam animaretur, quia anima non infunditur nisi formato puerperio. ergo multo amplius ante animationem beata virgo sanctificata fuit.

¶ 3 Præt. Ansel. in lib. de conceptu virginali dicit. Decebat vt illius hominis cõceptio de matre purissima fieret quæ ea puritate niteret, qua maior sub deo nequit intelligi: sed maior puritas fuisset in ea si anima eius nunquam infectionem peccati originalis habuisset, quàm si ad aliquod tempus habuerit, & postmodum mundata fuerit. ergo anima illa nunquam originali peccato infecta fuit: aut igitur caro sanctificata fuit, ante animationem, vel saltem in ipso instanti confusionis anima gratiam suscepit per quam immunis a peccato originali esset. C

SED CONTRA. In partibus hominis est talis ordo quòd anima est deo propinquior quàm corpus: sed virtus alicuius agentis prius peruenit ad ea quæ sunt sibi propinquiora, & per ea ad magis distantia. ergo gratia sanctificationis a deo venit ad corpus per animam. ergo antequam animaretur, sanctificari non potuit.

¶ Præterea. Contraria nata sunt fieri circa idem: sed gratia sanctificationis præcipue originali peccato opponitur, cum ergo ante animationem in prole peccatum originale esse non possit, quia proprium subiectum culpæ, est anima rationalis, videtur quòd ante animationem, beata virgo sanctificata non fuerit. D

III VLTERIVS. Videtur quòd nec etiam ante natiuitatem ex vtero, sicut. n. dicit Augustinus ad Dardan. sanctificatio qua singuli efficimur templum dei, non nisi renatorum est, nemo autem renascitur nisi prius nascatur, ergo nullus habet gratiam antequam nascatur: sed sanctificatio est effectus gratiæ. ergo beata virgo in vtero matris sanctificata non fuit. Si dicatur, quòd est duplex natiuitas, scilicet, natiuitas in vtero quæ conceptio dicitur, & natiuitas ex vtero, quæ communiter natiuitas nominatur, & beatæ virginis regenerationem sanctificationis præcessit natiuitas in vtero: sed non natiuitas ex vtero. 3.q.27.1. Epistol. 57

CONTA Dominus Ioannis 3. generationem spiritualem quæ est ex aqua & spiritu. vocat secundam dicens: oportet vos nasci denuo: sed si due natiuitates carnales præcessissent. spiritualis non diceretur secunda: sed tertia. ergo non est duplex natiuitas, vt dictum est. E

¶ Præterea. Beatus Hieronymus dicit. Non mihi credas si tibi aliquid dixero quod ex veteri vel nouo testamento haberi non possit: sed de sanctificatione beatæ virginis in vtero nihil dicitur in veteri vel nouo testamento. ergo non est credendum eam in vtero sanctificatam fuisse.

SED CONTRA. Ecclesia non solemnizat nisi pro aliquo sancto, solemnizat autem natiuitatem beatæ virginis. ergo beata virgo sancta nata fuit, ergo antequam ex vtero nasceretur sanctificata fuit.

¶ Præterea. Lucę primo de Ioanne Baptista dicitur. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: sed plus gratiæ collatum est beatæ virgini quàm alicui sanctorum, vt in litera ex verbis Augustini dicitur. ergo beata virgo adhuc in vtero matris spiritu sancto repleta fuit. ergo & sanctificata.

RESPON. dicendum, quòd sicut dicit Dionysius 12. cap.

de di. no. sanctitas est ab omni immunditia libera & perfecta & immaculata munditia. vnde cum sanctificari sit sanctum fieri. oportet quòd sanctificatio emundationem ab immunditia spirituali ponat, prout nunc de sanctificatione loquimur: emundatio autem a spirituali macula. s. culpa sine gratia esse nõ potest: sicut & tenebra, non nisi per lucẽ fugatur. vnde sanctificatio tantum ad eos pertinet qui gratiæ capaces sunt, & quia proprium subiectũ gratiæ est rationalis natura, ideo ante infusionem animę rationalis, beata virgo sanctificari non potuit &c.

Luc. cap. 1.

Potentiam quoq; generandi absq; uiri semine uirgini præparauit. Ita enim uerba euangelii docent: ubi angelus uirginem alloquẽs, ait. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Cui sacra virgo respondit. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum uerbum tuum

Ad primam ergo quæstionem dicendum, quòd nullo modo in parentibus sanctificari potuit: neque etiam in ipso actu conceptionis eius. Conditio enim specialis personalis a parentibus in prolem non transit: nisi sit ad naturã corporalem pertinens: vt grammatica patris in filium nõ transit, quia perfectio personalis est. vnde & sanctificatio parentum in beatam virginem trãsfundi nõ potuit nisi curatum esset in eis non solum id quod per sonæ est: sed etiam id quod est naturæ: inquantum huiusmodi: quod quidem deus facere potuit, sed non decuit. perfecta enim naturæ curatio ad perfectionem gloriæ pertinet, & ideo sic in statu viæ parentes eius curati non fuerunt, vt prolem suam sine originali peccato concipere possent, & ideo beata virgo d in peccato originali fuit cõcepta, propter quod beatus Bernar. † ad Lugd. scribit conceptionem illius celebrandam non esse, quàmuis in quibusdam ecclesiis ex deuotione celebretur: non considerando conceptionem, sed potius sanctificationem: quæ quando determinate fuerit, incertum est.

D. 370.
Epist. 174.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd si radix est sancta secundũ id quod est radix, & rami sunt sancti, quia non potest arbor bona fructus malos facere. Matth. 7. vnde Apostolus vult ibi probare, quòd si antiqui patres sancti fuerunt per fidem & spem, populus ex eis secundum carnem descendens, sanctus erit quando corda filiorum conuertentur ad patres: parẽtes autem beatæ virginis radix eius fuerunt per actum naturæ propagationi deseruientem, vnde nisi natura in eis sanctificata fuisset: non potuit ex eis sancta proles concipi, sed vitiata propter vitium naturę in eis remanens: non autem fuit in eis natura sanctificata.

¶ Ad ẽm dicẽdum, quòd gratia sanctificans non omnino directe opponitur peccato originali, sed solum prout peccatum originale personam inficit. Est enim gratia perfectio personalis, peccatũ vero originale directe est vitium naturæ, & ideo non oportet ꝙ gratia sanctificans a parentibus traducatur, si peccatum originale traducatur, sicut & originalis iustitia cui directe opponit traducta fuisset.

¶ Ad tertium dicendum, quòd concubitus quo beata virgo concepta fuit, meritorius creditur: non per gratiam omnino purgan tẽ naturam, sed per gratiam perficientem personas parentum, & ideo non oportuit quòd in prole concepta, statim sanctitas esset non propter repugnantiam actus matrimonii ad sanctitatem, sed propter repugnantiam vitii naturę nondum curati.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd sanctificatio beatæ virginis non potuit esse decenter ante infusionem animę: quia gratiæ capax nondum erat. sed nec etiam in ipso instanti infusionis, vt. s. per gratiam tunc sibi infusam conseruaretur ne culpam originalem incurreret. Christus enim hoc singulariter in humano genere habet, vt redemptione non egeat, quia caput nostrum est, sed omnibus conuenit redimi per ipsum. hoc autem esse non posset, si alia anima inueniretur quæ nunquàm originali macula fuisset infecta, & ideo nec beatæ virgini: nec alicui præter Christum hoc concessum est.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd hæc verba de Ioanne Baptista dicuntur pro tempore illo, quando ad ingressum matris dei exultauit in vtero, quod fuit in sexto mense a conceptione eius, vt verba angeli ostendũt Luc. i. vnde constat quòd tunc animam rationalem habebat, & ideo vel per spiritum vitæ non intelligitur anima rationalis, sed respiratio exterioris aeris. vel dicitur spiritus vitæ: si de anima intelligatur nondum inesse, quia nondum manifestabatur per modum quo dicuntur res fieri quãdo innotescunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd loquitur de notitia approbationis, quæ quàmuis sit tantum habentium gratiam, non tamen est eorum solum quando gratiam habent: sed ab eterno. vnde talis notitia potuit esse Hiere. ante eius formationem: non tamen sanctificatio, quæ tamen esse potuit ante egressionem ex vtero, & ideo tempus notitiæ & sanctificationis distinguit dominus dicens. priusquàm te formarem in vtero noui te, & antequàm exires de ventre sanctificaui te.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hæc puritas soli homini deo debebatur, vt ipse quasi vnicus redemptor humani generis nulla peccati seruitute teneretur: cui competebat, omnes a peccato redimere. vnde non hanc puritatem, sed sub hac maximam virgo mater eius habere debuit.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd d beata virgo ante natiuitatem ex vtero sanctificata fuit, quod colligi potest ex hoc quòd ipsa super omnes alios sanctos a peccato purior fuit, vt ex hac littera habetur: veluti diuinæ sapientiæ mater electa in quam nihil coinquinatum incurrit, vt dicitur Sap. 7. vnde cum hæc puritas in quibusdam fuisse inueniatur, vt ante natiuitatem ex vtero a peccato mundarentur: sicut de Ioanne Baptista, de quo legitur Luc. i Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suę. & de Hiere. de quo dicitur Hiere. i. Priusquàm exires de ventre sanctificaui te: non est dubitandum hoc multo excellentius matri dei collatum fuisse.

D. 843.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Augusti. intelligendum est de regeneratione quæ fit per legem communem, quòd notatur in hoc quod dicit. qui singuli efficimur templum dei. hæc enim sanctificatio fit per sacramenta quæ per ministros ecclesiæ dispensantur, quorum operationi qui in maternis vteris sunt subiacere non possunt: sed deus sacramentis gratiam non alligauit. vnde præter hũc modum in maternis vteris aliquos quodam priuilegio sanctificat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si regeneratio quæ est per legem communem sumatur, oportet verbum domini quod dicitur Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit &c. intelligi de natiuitate ex vtero, quæ simpliciter natiuitas dicitur. & hoc ipse textus sonare videtur, cum dicit: ex aqua & spiritu. Si autem sumatur pro qualibet regeneratione gratiæ, sic oportet intelligi de natiuitate in vtero: non tamen oportet quòd regeneratio spiritualis quæ est per sacramenta secunda dici non possit, quia illæ duæ in vno cõueniunt secundum quòd contra tertiam diuiduntur. vtraque enim illarum naturalis est, hęc vero spiritualis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis sanctificatio beatæ virginis in vtero expressa in scriptura veteris & noui testamenti nõ legatur: tamen pro certo haberi potest ex his quæ ibi leguntur. si enim Ioannes & Hieremias, qui Christum prænunciauerunt sanctificati sunt, multo magis virgo quæ Christum genuit.

Articvlvs. II.

Vtrum beatissima virgo per sanctificationem in utero fuerit totaliter ab originali mundata.

3. q. 27. 3.

Dsecvndvm sic proceditur. Videtur quòd per sanctificationem in vtero dei genitrix a peccato originali totaliter mundata non fit. remota enim macula, reatus remanere non potest: sed post sanctificationem originalis peccati adhuc reatus manst in ea, quia si ante mortẽ Christi defuncta fuisset diuina visione caruisset. ergo per sanctificationem a macula originali liberata non fuit.

¶ Præt. Nihil quod ad virtutem promouet ei subtrahendũ fuit cui virtutis perfectio debebatur, sed fomes ad virtutem promouet. vnde & paulo petenti a se carnis stimulum amoueri dictum est, virtus in infirmitate perficitur. 2. Corũ. 12. ergo cũ matrem dei summa virtutis perfectio deceret, fomes ab ea per sanctificationem remoueri non debuit.

¶ Præt. In littera Magister dicit, quòd caro Christi antequàm conciperetur obnoxia fuit peccato, sicut & reliqua caro virginis sed caro non est peccato obnoxia nisi ratione fomitis, ergo per sanctificationem in vtero fomes ab ea remotus non fuit.

Sed contra. Beatæ virgini aliquid vltra legem communem conferendum fuit, sed sanctificatio quæ fit per legem cõmunem aufert culpæ maculam, fomite, remanente, ergo in beata virgine fomitem ex toto remouit.

¶ Præt. Corruptio fomitis est causa, quare dicere non possumus, peccatum non habemus. hoc enim Adam in primo statu dicere potuit, sed vt ex littera habetur, beatã virgo hoc dicere potuit

II 3. q. 27. 4. q. nou. test. q. 73.

re potuit, ergo in ipsa fomes non fuit.

Vlterivs. Videtur quòd per sanctificationem in vtero, immunitatem a peccato actuali consecuta non sit. sicut enim dicit Augustinus. in libr. de quæstio. veter. & nou. testa. Maria per quam gestum est mysterium incarnationis saluatoris: in morte dñi dubitauit: nõ tñ in dubitatione permansit: sed dubitatio de fide peccatũ est. ergo nõ fuit a peccato oĩno immunis.

¶ Præt. Ambro. dicit super illud Lucæ primo. Spiritus sanctus superuenient in te. Spũs sanctus in virginem superueniens mentem ipsius ab omni sorde vitiorum castificauit, sed sordes vitiorum ex peccato consequuntur. ergo beata virgo post primam sanctificationem peccauit.

¶ Præt. Augu. dicit in libro de perfectione iustitiæ. Esse sine peccato de solo vnigenito in hac vita dici potest. ergo de beata virgine dici non potest.

Epist. 174. Tom. 2.

Sed contra. Ber. in epistolaa ad Lugd. dicit. Puto quòd copiosior gratia sanctificationis in ipsam descendit, quę non solum ortum eius sanctificauit: sed eam ab omni peccato deinceps custodiuit immunem. ergo per primam sanctificationem immunitatem ab omni peccato consecuta est.

¶ Præt. Sapientiæ primo dicitur. In maliuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: sed dei sapientia non solum animã virginis intrauit, sicut & de cęteris dicitur Sap. 7. In animas sanctas se transfert: sed & corpus eius inhabitauit, carnem de ea assumens. ergo in ea nullum peccatum fuit, quod colligi potest ex eo quod dicitur Canti. 4. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.

III 3. q. 27. 4.

Vlterivs. Videtur quòd per secundam sanctificationem quæ in conceptione saluatoris fuit, confirmationem in bono consecuta non fuerit, quod enim quis iam habet adipisci vltrius nõ potest: sed si beata virgo ex prima sanctificatione immunitatem a peccato habuit, ex tunc confirmata fuit, non enim certitudo impeccabilitatis habetur, nisi per iustitiam confirmatam. ergo per secundam sanctificationem, confirmationem gratiæ adepta non est.

¶ Præt. In nullo qui purus viator fuerit liberum arbitrium confirmatum ad iustitiam comprobari potest, potentia enim peccandi & potentia moriendi, ex eodem passu currere videntur, vt non prius tollatur potentia peccandi quàm potentia moriendi: sed a bet virgo etiam postquam saluatorem concepit ante mortem suam pura viatrix fuit. ergo in ea confirmatio iustitiæ non fuit.

¶ Item videtur quòd nec tunc penitus a fomite liberata fuerit. est enim vnus effectus fomitis, vt infecti fomite originalem culpam in prolem generando trasfundant: sed si per impossibile ponatur beatam virginem alium post Christum ex carnali copula generasse, peccatum originale in illum transfudisset. ergo in ea aliquo modo post secũdam sanctificationem fomes remansit: sed confirmatio vnius oppositorum non potest contingere quamdiu aliquid de opposito remanet. ergo beata virgo confirmata non fuit per secundam sanctificationem.

Sed contra. Ambro. dicit in libro de vir. beatæ virginis. Impossibile fuit vterum virginis quẽ dei filius inhabitando consecrauit, alienæ copulę coitu incestari: sed eadẽ ratione, nec aliud peccatum in ea esse potuit. ergo confirmata fuit.

¶ Præt. Vbi est plenitudo lucis, habilitas ad tenebram non remanet: sed in conceptione Christi beata virgo tota lumine plena fuit, concipiens illum qui est splendor gloriæ patris. Heb. 1. vnde dicitur Ezech. 44. Ingressa est gloria domini tẽplum, & resplenduit. ergo post illam sanctificationem confirmata fuit.

De fide catholi. lib. 3. cap. 2. circa medium &

Respon. Ad primam quæstionem dicendum, quòd duplex sanctificatio beatæ virginis esse dignoscitur. prima qua in vtero sanctificata fuit. secunda in conceptione saluatoris, & quia sanctificatio emundationem a culpa dicit, quæ sine gratia esse non potest, gratiæ autem est firmitatem quandam facere: ideo effectus sanctificationis in generali est duplex, scilicet emundare, & confirmare. & quantum ad vtrunque secunda sanctificatio perfecit primam. in prima enim secundum quòd ab omnibus communiter tenetur a peccato originali, quantum ad maculam & reatum purgata fuit: sed de emundatione eius a fomite diuersimode opinantur. quidam enim dicunt quòd per primam sanctificationem fomes ex toto sublatus est. Cui contradicit quod in litera ex verbis Damasce. † dicitur, quòd in secunda sanctificatione superuenit in eã spiritus sanctus, eam purgans, quod non potest intelligi nisi de purgatione a fomite, quia peccatum actuale non committerat, vt dicit Aug. Et ideo alii dicunt quòd quantum ad aliquid purgata fuit a fomite in prima sanctificatione & quantũ ad aliquid fomes remansit, quod etiam diuersimode distinguitur. quidam enim dicũt, quòd subtractus fuit inquantum est inclinans ad malum, remansit autem inquantum difficultatem est præbens ad bonum, quos duos fomitis effectus Apostolus notat Roma. 7. dicens. non enim quod volo bonũ hoc ago: sed quod odi malum hoc facio. Hoc autem non videtur posse stare, quia secundum idem ex quo est pronitas ad vnum contrariorum, est difficultas ad alterum siue sit habitus aut forma aliqua, sicut grauitas trahit deorsum & causat difficultatem in ascensu siue etiam sit priuatio siue defectus. sicut debilitas virtutis motiue facit pronitatẽ ad casum & difficultatem in progressu, vnde non potest esse vt fomes tollatur, secundum quòd inclinat ad malum, & remaneat secundum ꝙ causat difficultatem ab bonum. Et ideo dicunt alii quòd fomes est corruptio personæ, inquantum impellit ad malum, & inquantum facit difficultatem ad bonum, & sic pœnitus in prima sanctificatione, subtractus est a beata virgine. Est etiam corruptio naturæ, ratione cuius infectio originalis per actum naturæ in prolem trahit, & sic remansit post primam sanctificationem, sic tamen ab eo purgata est in secunda, vt prolẽ sine omni originali peccato conciperet. Hoc etiam non videtur esse conueniens, quia sicut dictum est in 2. lib. corruptio originalis quantum ad id quod culpæ est, trasit in prolem a patre, quantum vero ad id quod tantum pœnæ est sicut sunt corporis passibilitates transit in prolem a matre, quæ materiam ministrat. vnde non videtur esse causa quare Christus conceptus sit sine originali, purgatio matris a fomite secundum quòd inficit naturam eius: sed magis quia sine virili copula natus est: quam causam Ansel. assignat in libro de conceptu virginali, defectus autem pœnales non necessitate: sed voluntate assumpsit. Et præterea cum idem fomes sit per essentiam, qui est naturæ & personæ corruptio, si remanet inquantum est corruptio naturæ non potest essentialiter tolli fomes personam corrumpens. Vnde relinquitur vt alii dicunt, quòd fomes per essentiam post primam sanctificationem remanserit: sed impeditus est per gratiam sanctificantem ne in peccatum inclinaret aut a bono retraheret, contingit enim habitum aliquando ligari ne in actum exire possit, sicut scientia per ebrietatem, vt dicit philosophus in 7. Ethi. in secunda vero sanctificatione essentialiter fomes ille subtractus est.

d. 31. q. 1. ar. ti. 1. o. d. 32 q. 2. ar. 1. o. & 3. d. 15. q. 1. 3. 5. 4. d. 1. q. 2. 2. q. 2. ca. 3. q. 70. art. 2. 4.

ca. 13. & 2.

ca. 5. & 18.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd si beata virgo ante passionem Christi defuncta fuisset ad dei visionem non admitteretur, sicut nec alii antiqui patres. quamuis enim in eis remotus esset reatus ad personam pertinens, remanebat tamen reatus naturæ, qui per passionem Christi sublatus est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fomes non per se promouet in bonum: sed per accidens, inquantum est in natura corrupta. ex hoc enim quòd inclinat ad malum, quæ quidem inclinatio personæ paruum malum est: occasionem præbet vitandi maximum malum, scilicet, superbiam, si tamen hoc malum aliter vitaretur, simpliciter melius esset fomitem non esse, sicut comestio serpentis per accidens iuuat inquantum aliquem a lepra liberat, cuius tamen comestio homini sano simpliciter viranda est: & ideo beatæ virgini quæ simpliciter sanata fuit a peccato, fomes ad perfectionem virtutis non contulisset, si ad malum eam inclinasset.

¶ Ad tertium dicendum, quòd caro virginis ante conceptionẽ dicitur fuisse peccato obnoxia propter fomitem, qui essentialiter remanebat: quamuis impeditus esset, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa sanctificatio beatæ virginis excellentior fuit sanctificationibus aliorum, quod sic patet: in sanctificatione enim quæ fit per legem communem in sacramentis, tollitur culpa: sed remanet fomes inclinans ad peccatũ mortale & veniale: sed in sanctificatis ex vtero non manet fomes, secundum quòd inclinans est ad mortale: sed tamen remanet inclinatio fomitis ad venialia, vt patet in Hieremia, & Ioanne Baptista: qui peccatum actuale habuerunt, non mortale: sed veniale: sed in beata virgine inclinatio fomitis oĩno sublata fuit, & quantum ad veniale, & quãtum ad mortale, & quod plus est, vt dicitur, gratia sanctificationis: non tantum repressit in ipsa

motus illicitos: sed etiam in aliis efficaciam habuit, ita vt quamuis esset pulchra corpore, a nullo vnquam concupisci potuit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd necessitas peccandi saltem venialiter prouenit in nobis, ex inclinatione fomitis, quæ in beata virgine non fuit fomite ligato, vt dictum est.

¶ Ad secundã quæstionem dicendum, quòd sicut in prima sanctificatione fuit quædã inchoatio emundationis: remoto peccato originali quantum ad culpam, & ligato fomite: ita etiam fuit quædam inchoatio confirmationis, quia per gratiam sanctificantem, immunitatem a peccato deinceps consecuta est: quę quidem immunitas a tribus causabatur, scilicet, ex ligatione fomitis, qui ad malum non incitabat, ex inclinatione gratiæ, quæ in bonum ordinabat, quamuis nondum per eam liberum arbitrium esset in fine vltimo stabilitum; sicut est in beatis, qui ad finem viæ peruenerunt, & iterum ex conseruatione diuinæ prouidentiæ, quæ eam intactam custodiuit ab omni peccato: sicut & in primo statu hominem ab omni nociuo protexisset.

¶ Ad primum ergo contra hoc obiectum dicendum, quòd dubi ratio quæ sonat infirmitatem fidei, sine peccato esse non potest: nec talis dubitatio in beata virgine fuit, in tẽpore passionis: sed in ea remansit fides firmissima: etiam apostolis dubitantibus: sed fuit in ea quędam dubitatio admirationis: dum cõsiderabat eum quem tam digne genuerat: sic ingnominiosę tractari.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fordes vitiorum, a quibus in conceptione saluatoris beata virgo castificata dicitur: non fuerũt aliqua peccata venialia: sed reliquiæ quædam originalis peccati: sicut recedente habitu adhuc aliquæ dispositiones manent. Vel dicendum, quòd castificatio a sordibus vitiorum non intelligitur remotio existentium: sed impedimentum futurarum sordium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd esse sine peccato dicitur esse proprium Christo, quia ipse nũquam, nec actuali, nec originali macula infectus est: sed virgo mater eius, fuit quidem peccato originali infecta: a quo emundata fuit, antequam ex vtero nasceretur: sed a peccato actuali omnino immunis fuit. Alia duo concedimus.

¶ Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd in secunda sanctificatione, & emundatio, & confirmatio, in bono quodam modo consummata est, secundum perfectionem viæ: sed in assumptione eius gloriosa consummata est, secundum perfectionem patriæ, quod sic patet. In prima enim sanctificatione ablata fuit inclinatio fomitis remanente essentia eius. In secunda vero fuit *extinctus ipse fomes, per essentiam remanentibus adhuc pœnalitatibus*, ex peccato causatis, a quibus plene liberata fuit, per gloriam assumptionis: similiter etiam est, ex parte altera: in prima sanctificatione gratia collata fuit, ad bonum efficaciter liberum arbitrium inclinans: quamuis non esset sufficiens ad tollendum flexibilitatem liberi arbitrii in malum: quam etiam homo, in primo statu habuit: in secunda vero sanctificatione gratia superaddita fuit, quæ ita potentiam liberi arbitrii impleret: vt in contrarium flecti non posset: non quidem tollendo naturam libero arbitrio: sed defectum: sicut materia cœli ex eo, quòd subsistit formæ, quæ omnem priuationem ab ea excludit non est in potentia ad corruptionem: sed in tertia exaltatione eius per gratiam perfectam in gloriam transeuntem, sini coniuncta est ex quo perfecta immobilitas causatur.

¶ Ad primum ergo contra hoc obiectum dicendum, quòd in prima sanctificatione consecuta est immunitatem a peccato: non per gratiam confirmantem: sed per ligationem fomitis ad malum inclinantis, & per custodiam diuinæ prouidentiæ: sine qua, etiam fomite omnino extincto, peccare potuisset: sicut & Adam peccauit: nisi esset in ea gratia consummata.

¶ Ad secundum dicendum, quòd potentia peccandi auferetur dupliciter, vel per hoc quòd liberum arbitrium vltimo fini coniungitur: qui ipsum superimplet, vt nullus defectus in eo remaneat, & hoc fit per gloriam. *vnde in nullo puro viatore: sic* peccandi potentia soluitur, vt cum absolutione potentiæ peccandi tollatur potentia moriendi, nisi in Christo, in quo dispensatiue remansit, ad opus redemptionis complendum: alio modo auferetur, per hoc quòd gratia tanta infunditur, quæ omnem defectum tollat: & sic in beata virgine, quãdo concepit dei filium, ablata est peccandi potentia: quamuis in statu viæ ipsa virgo remaneret.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si per impossibile ponatur, beatã virginem post secundam sanctificationem alium filium ex carnali & intellectiua. Ex his perspicuum fit quod ante diximus: carnem, scilicet uerbi simul conceptam & assumptam: eandemque immo uirgine totam spiritu sancto præueniente ab omni labe peccati, castificatam. [b] Cui collata est potentia nouo mo[c]e generandi, ut sine coitu uiri, sine libidine concipientis in utero uirginis, celebraretur conceptus dei & hominis. Illa enim caro quam Deus sibi ex

F nali copula concepisse: ille filius peccatum originale habuisset: non ex parte matris: sed ex parte patris: si vero ponatur illum patrem pari modo sanctificatum fuisse: sicut beata virgo in sanctificatione secunda: ille filius peccatum originale non habuisset. Vel dicendum secundum aliam opinionem, quòd neque in secũda sanctificatione, fomes remotus fuit a beata virgine, secundum quòd est infectio naturæ: neque hoc prohibet cõfirmationem eius in bono: fomes enim confirmationi opponitur, secundum qđ est vitium personæ, ad concupiscentiam actualem inclinans.

QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de potentia generatiua beatæ Virginis.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrum aliquid ad Christi conceptionem actiue operata sit.

Secũdo. Vtrũ generatio filii ex ea sit generalis vel miraculosa.

ARTICVLVS I.

Vtrum uirgo aliquid actiuẽ ad Christi conceptionem operata fuerit.

H

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd beata virgo aliquid actiue in conceptione Christi cooperata sit: potentia enim pure passiua est receptiua tantum: sed † Damasce. dicit, vt in littera habetur, quòd nõ tantum dedit spiritus sanctus virgini potentiam receptiuam verbi: sed simul etiam generatiuã. ergo oportet quòd per totam generatiuam, intelligatur virtus actiua ipsius, & ita in conceptione Christi aliquid actiue operata est. 3.q.32.a.4. lib.3.de fide. cap.2.

¶ 2 Præt. Hoc quod dicit Luc. 1. Virtus altissimi obumbrabit tibi: intelligitur quantum ad collationem alicuius virtutis supra eam, quam naturaliter habebat: sed beata virgo naturaliter habuit sicut & aliæ virgines, potentiam generandi per modum passionis, seu receptionis. ergo potentia quam sibi Damasce. per spiritum sanctum dicit præparatam: est potentia actiua: & sic idem quod prius. I

¶ 3 Præt. Dicit Aug. † Christus secundum hoc est filius matris, quod accepit a matre: sed dicitur filius matris, secundum humanam naturam. ergo humanam naturam accepit a matre, & sic beata virgo aliquid in conceptione operata est. 10. Genes. ad lit. cap. 20.

¶ 4 Præterea. Beata virgo fuit vera mater Christi: sed non esset vera mater eius: si tantum materiam ministrasset: non enim dicitur terra proprie mater hominis: quamuis limus vnde formatur homo, de terra sumptus sit: nec similiter dici potest lignum mater scamni, eo quòd de eo sit. ergo beata virgo non tantum ministrauit materiam ad conceptionem Christi: sed aliquid actiue fecit.

¶ 5 Præt. Commen. † in 2. de anima ponit hanc distinctionem potentiarum animę, quòd potentię nutritiuę partis, omnes sunt actiuæ: potentiæ sensitiuæ, omnes sunt passiuæ. In intellectu autem est aliquid actiuum: vt intellectus agens: & aliquid passiuum, vt intellectus possibilis: sed potentia generatiua ad vegetabilem animam pertinet: vnde etiam plantis inest. ergo est potentia actiua: cum ergo per potentiam generatiuam mater filium concipiat, videtur, quòd aliquid actiue in conceptione agat, & sic idem, quod prius. Com. 27.

¶ 6 Præterea. Motus naturalis est cuius principium est intra: sed generatio filii ex matre, est naturalis. ergo in ipsa materia quam mater ministrauit ad formationem conceptus, est principium aliquod actiue cooperans ad conceptionem, & sic idem quod prius.

SED CONTRA Beata virgo non fuit nisi mater Christi: sed ad matrem non pertinet nisi ministrare materiam: non aũt aliquid actiue operari, quod est patris. ergo beata virgo nihil actiue ad conceptionem Christi operata est. Media probatur per hoc qđ philosophus dicit. 15. de animalibus. vir dat animam, formã, & principium motus. fœmina dat corpus & materiam: sicut accidit in lacte coagulato, quòd corpus exit ex lacte, & coagulatio ex

ex coagulo, & post pauca subdit. Manifestum est quòd mas est operans, & fœmina patiens: sicut erit seamnum ex carpentario & ligno.

Cap.20. ¶ Præt. † Aug. dicit io. super gen. ad litteram. Christus visibilẽ carnis substantiam de carne virginis assumpsit, ratio vero conceptionis non a virili semine, sed longe aliter ac desuper venit, sed virtus actiua in cõceptione dicit ratio conceptionis. ergo agens in conceptione Christi fuit tantum desuper, & nõ in beata virgine.

uirgine unire dignatus est, sine uitio concepta, & sine peccato nata est: hanc tamen carnem non cœlestis, non aereæ, non alterius cuiuscunque putes esse naturæ: sed eius cuius est omnium hominum caro.

Cap.18. ¶ Præt. † Anselmus dicit in lib. de concep. virgi. illud subiectum non creata natura: non voluntas creaturæ: non vlli data potestas producit aut seminat. ergo in beata virgine non fuit naturaliter neque diuino dono potentia actiue corpus Christi producens.

¶ Præt. Nulla virtus creata subito operatur: sed in conceptione Christi simul & subito factum est, quicquid ibi factum est de organizatione, animatione, & huiusmodi. ergo non fuit actiue nisi per virtutem increatam.

RESP. Dicendũ, quòd circa hoc diuersimode opinatum est. quidam enim dicunt, in conceptione Christi matrẽ aliquid actiue operatam esse, quorum quidam hoc ponunt fuisse per naturalem modum, quidam vero per supernaturale donũ. cum.n. beata virgo vera mater Christi credatur: oportet sibi attribuere totũ illud quod matris est: ad officium autem matris pertinere æstimant, vt aliquod principium actiuum ad conceptionem ministret: & non materiale tantum: hoc tamen ponitur diuersimode. quidam enim in materia quam mater ministrat, ponunt esse virtutem actiuam principaliter: tum quia ex commistione seminũ conceptionem fieri ponunt. vnde sicut semen viri est actiuum in generatione]: ita & semen mulieris: quamuis non sit in ea tanta efficacia ad agendum: tum etiã quia ponunt conceptam prolem sensificari & vegetari per animam matris, vt sic etiam principalior inueniatur in generatione mater quàm pater. hoc autẽ philosophus reprobat in 15. de animalibus. in his enim quæ habent vitam perfectam, distinguuntur agens & patiens in generatione propter perfectam generationem in eis. in plantis autem quę im perfectam vitam habent, est in eodem vtraq; virtus: actiua. s. & passiua: quamuis forte in vna planta dominetur virtus actiua, & in alia virtus passiua: propter quod dicitur etiam vna planta masculina, & alia fœmina. cũ igitur impossibile sit illud quod est determinatum vt patiẽs habere virtutem actiuam respectu eiusdem: oportet quòd fœmina non sit agens in conceptione, sed tantum patiens. Et ideo alii dicunt, quòd id quod mater ministrat se habet in generatione sicut materia naturalis. in materia autem naturali non est potentia passiua tantum, aliàs generatio esset violenta & non naturalis: sed oportet inesse materiæ ipsam formam quæ per generationem adducenda est in potentia, & secundum esse incompletum: & ideo non habet perfectam virtutem ad agendum: sed tantum imperfectam: & ideo per se non potest agere nisi quodammodo excitetur ab agente exteriori, & sic ei cooperetur: hoc autem non potest stare, quia impossibile est idem esse alterans & alteratum. vnde non potest esse quòd forma quæ est in aliqua materia agat in ipsam, siue sit perfecta, siue imperfecta. forma enim quæ per se non existit: non agit: nec materia proprie patitur, sed compositum agit ratione formæ, & patitur ratione materiæ, & ideo non est possibile quòd illa forma imperfecta in agendo cooperetur agenti exteriori.

¶ Præt. Agere sequitur ad esse perfectum: cum vnumquodque agat secundum qđ est in actu, vnde oportet quòd forma imperfecte existens in materia, prius perficiatur in esse per agens exterius, quàm detur sibi agere. vnde non potest in agendo cooperari ad generationem per quam forma in esse perfectum adducitur. Et præterea si esset de necessitate matris vt actiue ad generationem operaretur: beata virgo non posset dici mater. cum enim conceptio illa tota sit simul facta: non potuit per aliquam creatam actiuam virtutem fieri. vnde beata virgo non potuit actiue operari ad conceptionem, & sic non habuisset illud quod ad matrem pertinet: vnde nec mater esset. Nec potest dici quòd cooperata sit ad introductionem formæ tantum, quæ etiam secundum naturam in instanti inducitur. Inducens enim formam est nobilius quàm præparans materiam per alterationem: & sic spiritui sancto attribueretur id quod minus est, & virgini id quod dignius est. Et præt. forma substantialis ad quam terminatur conceptio est anima, quæ est actus totius & omnium partium: vnde remota ea, nec os, nec caro dicitur nisi æquiuoce. ad animam autem Christi constat nihil actiue beatam virginem

A cooperatam esse. Et ideo alii dicunt, quòd beata virgo habuit aliquid plus ex supernaturali virtute quàm aliæ matres: materia enim quæ ab aliis ministratur non potest seipsam complete in actum educere, nisi sit agens exterius. sed materia corporis Christi quam beata virgo ministrauit hoc habuit ex dono diuino, vt

Authoritate confirmat ex tunc fuisse uirginem immunem a peccato.

posset seipsam formare per virtutẽ superadditam naturæ: sed non poterat in instanti hoc fieri, & ideo quia decebat cõceptionem in instanti esse, præuenit spiritus sanctus subito formationem corporis Christi complẽs,

VOD autem sacra uirgo ex tunc ab omni peccato immunis extiterit.

B quæ tamen aliter licet successiue completa fuisset. Istud autem non videtur conueniens. Primo, quia si illa virtus non cooperata est ad formationẽ corporis Christi, frustra collata est, quod non contingit in operibus naturæ, & multo minus in operibus miraculosis. Secundo, quia beata virgo non eligebatur: vt esset simul pater, & mater Christi, sed vt esset mater tantum. vnde non oportebat vt in materia quam virgo ministrauit coniungeretur hoc, quod in aliis est ex parte patris & matris. Tertio quia secundum actiuam vel passiuam potentiam generandi, nullus dicitur pater vel mater: sed secundũ quòd potentia in actum procedit. vnde si in materia quam virgo ministrauit fuit potentia actiua quæ exigitur ad patrem, & matrem sine hoc, quòd virtus illa operata sit: non diceretur neque pater neque mater: aut eadem ratione pater & mater, quòd absurdum est: nisi forte sufficiat ad esse matrem hoc solum quòd materiã ministrauit, quod

C non sufficit ad esse patrem: propter quod mater dicitur & non pater, & hoc, quidem videtur esse secundum intentionem philosophi: secundum quam perfectissime saluatur virginitas matris & vera maternitas. vnde & fidei maxime consona est.

¶ Hanc igitur viam tenendo, dicendum videtur, quòd in conceptione prolis inuenitur triplex actio. vna, quæ est principalis, scilicet formatio, & organizatio corporis, & respectu huius actionis, agens est tantum pater. mater vero solummodo ministrat materiam: alia actio est præcedens hanc actionem, & præparatoria ad ipsam: cum enim generatio naturalis sit ex determinata materia: eo quod vnusquisque actus in propria materia fit, sicut in 2. de anima dicit Philosophus, oportet vt formatio prolis fiat ex materia conuenienti, & *non ex quacunque. vnde oportet* esse aliquam virtutem agentem, per quam præparetur materia ad conceptum. sicut autem dicit philosophus in secundo phisicorum. ars quæ operatur formam principatur & imperat ei, D quæ præparat materiam: sicut ars compaginans nauim ei, quæ complanat ligna, & ideo virtus quæ præparat materiam ad conceptum, est imperfecta respectu eius quæ ex materia præparata prolem format. hæc autem virtus præparans est matris, quæ imperfecta est respectu virtutis actiuæ quæ est in patre. vnde dicit Philosophus in 15. de animalibus, quòd mulier est sicut puer qui nondum potest generare. Tertia actio est concomitans vel sequens actionem principalem, sicut enim locus facit ad bonitatem generationis: ita & bona dispositio matricis operatur ad bonam dispositionem prolis, quasi præbens fomentum, & hoc est quod dicit Auic. in cap. de diluuiis. matrix non facit nisi ad melioriationem concepti. Secundum hoc ergo dico, quòd in principali actione formationis corporis Christi: nihil fuit ex parte beatæ virginis quod esset actiuum: sed id quod beata virgo ministrauit se habuit materialiter tantum ad hanc actionem. virtus autem diuina fecit totũ quod fit in aliis conceptionibus per virtutem seminis quod est a patre & ideo Damas. diuinam virtutem dicit quasi diuinum semen, vt in littera habetur. In secunda vero & tertia actione, beata uirgo actiue operata est, sicut aliæ matres. vnde & vere mater fuit.

t. co.4.6.8. 24. t. co.24. & 25. & 1. ethy. ca.1.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in conceptione Christi fuit duplex miraculum: vnum quòd fœmina concepit deum. aliud quòd virgo peperit filium. Quantum ergo ad primum, beata virgo se habebat ad conceptionem secundum potentiam obedientiæ tantum, & adhuc multo remotius quàm costa viri, vt ex ea mulier formaretur. In talibus autem simul dantur actus & potentia ad actum: secundum quam dici posset quòd hoc est possibile. Sed quantum ad secundum, habebat virgo potentiam passiuam, naturalem tamen, quę per agens naturale in actum reduci posset. vnde quantum ad primum dicit [Potentiam recepti uam uerbi dei.] quantum vero ad secundum dicit [Simul autem & generatiuam.] vtranq; enim potentiam in actum reduxit spiritus sancti virtus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd potentia passiua potest accipi dupliciter. vel secundum subsţantiam potentiæ: & sic potentia fue-

tia fuerat ante in beata virgine. vel secundū quòd potentia passiua suæ operationi coniungitur, & tale posse non habet patiens nisi ab agente: sicut dicimus, quòd visibile mouendo visum, dat sibi posse videre in actu, & per hunc modum potentiam generandi spiritus sanctus virgini dedit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus accepit humanā naturam a matre: non tamen sicut a principio agente: sed sicut a materiam ministrante.

Cap.36. Augustinus euidenter ostendit in libro de natura & gratia inquiens. Excepta virgine Maria, de qua propter honorem domini nullā prorsus, cum de peccato agit haberi uolo quæstionem. Inde enim scimus quòd ei plus gratiæ est collatum ad vincendum ex omni parte peccatum, quòd concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac igitur virgine excepta, si omnes sancti & sanctæ congregari possent, & quæreretur ab eis, an peccatum haberent: quid responderent nisi quod Ioannes ait. Si dixerimus quoniam peccatum nō habemus nosipsos seducimus?

¶ Ad quartum dicendum, quòd præbere materiam simpliciter ad generationem alicuius, non facit matrem, sed præbere talem materiam, sic præparatā, est id quod matrem facit. in ligno enim non est potentia naturalis vt ex eo fiat scamnum, cum per agens naturale in actum non compleatur, similiter nec in limo terræ vt ex ea fiat homo: vnde quod inducitur non est simile.

¶ Ad quintum dicendum, quòd potentia generatiua actiua est: sed hæc potentia est perfecte in viro. vnde eius actio se extendit vsq; ad formationem generati, in fœmina autem est imperfecta. vnde non extendit se eius actio, nisi ad præparationem materiæ.

¶ Ad sextum dicendum, quòd cuiuslibet motus naturalis principium est in eo quod mouetur, non tamen eodem modo, vt in

Comm. 3. & 4. D. 690. 2. phisi. dicit † Commen. In quibusdam enim est principium actiuum d vt in motu grauium & leuium. In quibusdam vero principium passiuum vt in generatione simplicium corporum. vnde & philosophus naturam quam principiū motus in eo quod mouetur *diffinit*, *statim subdiuidit* in materiam & formam, vnde non oportet vt quamuis generatio perfecti animalis sit naturalis, quòd in materia quam fœmina ministrat sit principium actiuum: sed passiuum tantum.

B

ARTICVLVS II.

Vtrum generatio Christi ex virgine sit naturalis, uel miraculosa.

3.q.33. 4. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd generatio Christi ex virgine sit naturalis. Filiatio enim natiuitatem consequitur: sed Christus dicitur naturalis filius matris, sicut & naturalis filius patris, vt dicit † Augu. in lib. de fide ad Petrum. ergo generatione naturali nascitur ex matre.

Cap. 2. ¶ 2 Præt. Virtus naturalis passiua completa, ab agente naturaliter exit in suam operationem, sicut visus motus a colore naturaliter videt: sed in beata virgine fuit naturalis potentia ad generandum, quamuis incompleta, vt ex dictis patet. ergo postquam fuit perfecta virtute spiritus sancti, naturaliter generauit. I

¶ 3 Præt. In illuminatione cœci quamuis potentia visiua miraculose detur, tamen post acceptam potentiam naturaliter videt: sed spiritus sanctus virgini potentiam generatiuam dedit. ergo postea naturaliter generauit.

¶ 4 Præt. Si generatio Christi ex virgine esset miraculosa, sicut formatio hominis de limo terræ, tunc ita se haberet materia quā virgo ministrauit ad Christum, sicut limus de terra sumptus ad Adam: sed talis materia nō sufficit ad rationem matris, vt prius dictum est. ergo beata virgo non esset vera mater Christi, quod dicere est hæreticum.

¶ 5 Præt. Operatio miraculosa non est ab aliqua creatura: sed vere dicitur quòd virgo genuit Christum. ergo generatio talis non est miraculosa.

SED CONTRA. Dion. dicit in epistola. 4. ad Gaium de Iesu loquens. Super homines inquit operatur ea quæ sunt hominis, & hoc monstrat virgo supernaturaliter concipiens, & aqua K instabilis, materialium & terrenorum pedum sustinens grauitatem: sed hoc quod fit supernaturaliter, dicimus esse miraculosum. ergo conceptio Christi ex virgine miraculosa fuit.

¶ Præt. Ansel. dicit in lib. de conceptu Virg. Spiritus sanctus virtus altissimi de muliere virgine, virum virginem mirabiliter propaganit. ergo generatio Christi ex virgine miraculosa est.

¶ Præt. Sicut est contra naturæ ordinem vt cœcus videat, ita & vt virgo manens virgo pariat: sed illuminationem cœcorum dicimus miraculosam esse. ergo, & conceptio Christi ex virgine miraculosa est.

RESPON. Dicendum, quòd præter vnionem duarum naturarum in vnam y postasim, quæ completa est in cōceptione Christi, quę est miraculum omnium miraculorum, est etiam aliud miraculum vt virgo manens, virgo concipiat hominem Deum: ad hoc enim quòd generatio aliqua naturalis dicatur, oportet quòd fiat ab agente naturaliter & ex materia naturali ad hoc proportionata. quodcunque autem horum defuerit, non potest dici generatio naturalis: sed miraculosa, si virtute fiat supernaturali, agens autem naturale cum sit finitæ virtutis, non potest ex materia, non naturaliter proportionata effectum producere. agens vero supernaturale cum sit infinitæ virtutis potest ex vtraq; materia operari, naturali, scilicet, & non naturali: & ideo duobus modis contingit esse miraculum. vno modo quando neq; agēs est naturale, neque materia naturaliter proportionata ad talem formam, vt patet in formatione hominis de limo terræ. alio modo quando materia est naturalis, sed agens est supernaturale, vt quando aliquis miraculose a febre sanatur. corpus enim hominis est naturalis materia sanitatis, quæ per supernaturale agens confertur ei, & similiter fuit in conceptione hominis Christi. materia enim quam virgo ministrauit, fuit materia, ex qua naturaliter corpus hominis formari potuit: sed virtus formans fuit diuina. vnde simpliciter dicendum est, conceptionem illam miraculosam esse, naturalem vero secundum quid: & propter hoc Christus dicitur naturalis filius virginis, quia naturalem materiam ad eius conceptum preparauit. Inde patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quando potentia passiua completur, per operationem naturalis agentis, tunc operatio sequens est naturalis. *hoc autem non fuit in proposito*: & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cœco nato illuminato, datur potentia visiua sine omni dispositione contraria visioni: & ideo operatio seu visio sequens est naturalis: sed potentia generandi data est virgini manente virginitate, quę est dispositio contraria ad H conceptum: & ideo sicut potētia miraculose data est, ita & actus sequens miraculosus fuit: vel dicendum quòd cœco illuminato datur potentia passiua, cuius operatio est, per hoc quòd mouetur ab agente naturali, scilicet, colore: & ideo visio ipsa naturalis est, sed virgini dicitur data potentia generatiua per hoc, quòd mota est eius potentia passiua ad generandum ab agente supernaturali,: & ideo operatio sequens est miraculosa.

¶ Ad quartum dicendum, quòd formatio hominis de limo terræ fuit miraculosa quantum ad agens, & quantum ad materiā: sed conceptio est miraculosa quantum ad agens, & nō quantum ad materiam: & ideo non est simile de vtroque.

¶ Ad quintum dicendum, quòd beata virgo dicitur genuisse Christum, non sicut principium d actiuum ad generationem prę D. 851. bens: sed sicut ministrans materiam naturalem, vnde non est inconueniens quòd generatio illa miraculosa fuerit. operatio vero miraculosa non est alicuius creaturæ sicut agentis, est tamen alicuius creaturæ sicut materiæ, vt patet ex eo quia miraculose ex aliqua creata materia deus quandoque aliquid facit.

QVAESTIO TERTIA.

C

Deinde quæritur de annunciatione facta per Angelum ad beatam Virginem.

Et circa hoc quęruntur duo.

Primo. De conuenientia annunciationis.
Secūdo. De conuenientia nuncii.

ARTICVLVS I.

a *Vtrum conueniebat, uirgini, Saluatoris conceptionem nunciari.*

3.q.30.1. DPRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non oportebat virgini, saluatoris annunciari conceptionem. ipsa enim fidem habebat: sed semper ad fidem pertinuit credere incarnationem futuram. ergo non oportebat vlterius q̄ per modum annunciationis sibi patefieret.

Epist.9. ¶ 2 Præt. Sicut dicit † Greg. fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum: sed in collocutione angeli ad virginem, quędā persuasiua ratiocinatio facta est. ergo meritū fidei in ipsa vel euacuauit vel diminuit, quod videtur inconueniens.

Homil. 8. Paschæ. ¶ 3 Præt. In his quę sine hominis arbitrio deus in homine complet, non requiritur aliquis consensus ex parte hominis: sed prophetia prædestinationis, est de his quæ sine nostro complentur arbitrio, vt habetur ex Hiero. in Glosa. Mat. 1. super illud. Ecce virgo in vtero habebit, cuiusmodi dicit esse hanc prophetiam. Ecce virgo concipiet. Isaię 7. ergo non requirebatur aliquis consensus ex parte virginis, ratione cuius oporteret annunciationem fieri.

SED

SED CONTRA. Maioris sapiētiæ ostensiuum est miraculum factum in conceptione Christi ex virgine, quàm in conceptione Ioannis ex sterili. sed conceptio Ioannis per angelum prænunciata fuit, ne fortuito, sed ex dei prouidentia accidere putaretur. ergo multo amplius conceptionem Christi annunciatio præcedere debuit.

¶ Præt. In conceptione Christi est factū quoddam matrimonium per indiuisibilem coniunctionem diuinę, & humanę naturę: sed in matrimonio requiritur cōsensus qui per verba nunciorum requiritur & reconciliatur.

1.Io.cap.1.

ergo & decuit vt deus per angelum suum consensum exquireret

3.q.30.3. II virginis, de qua humanam naturam assumeret.

Cap.10. VLTERIVS. Videtur quòd annunciatio non fuerit per modum corporalis visionis: vt enim dicit † Aug. 12. super Gen. Inter tria visionis genera quę sunt, corporale, spirituale, & intellectuale, intellectualis visio est præstantior: sed quod dignius est matrem dei magis decet. ergo per intellectualem visionem & nō per corporalem facta est annunciatio.

¶ Præt. apparitiones corporales angelorum eo q̄ insolitæ sunt, & præter communem cursum naturæ, inter signa & mirabilia cō putari possunt. signa autem data sunt non fidelibus sed infidelibus, vt dicit Apostolus. 1. Cor. 14. cum igitur beata virgo fidelissima fuerit, non videtur ad eam apparitionem corporalem angeli fuisse factam.

Ambros. SED CONTRA. Luc. 1. super illud. Quæ cum audisset &c. C dicit Glo. Trepidare virginum est & omnem viri ingressum pauere, omnesque viri affatus vereri. non autem hoc virginibus efficitur ex intellectuali consideratione viri, vel ex imaginatione sed ex corporali aspectu. ergo angelus in corporali visione virgini apparuit & eam collocutus est.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q̄ congruum fuit virgini suam conceptionem annunciari multis de causis. Primo, quia cum mens deo sit vicinior quàm corpus, non decebat vt det sapientia eius vterum inhabitaret sine hoc, quòd mēs eius cognitione summæ sapientiæ resplenderet: & ideo non decuit eam ignorare quod in ea fiebat: sed oportuit hoc sibi annunciari. Secundo, quia ipsa futura erat certissima testis inusitatę conceptionis. vnde oportuit quòd de tam magno mysterio per annunciationem eruditetur. Tertio, quia deus non diligit coacta, sed voluntaria seruitia, vt qui obsequuntur ex ipso ministerio merean tur. vnde cū beata virgo singulariter & excellenter in dei mysterium eligeret, quem in vtero portauit lacte aluit, & brachiis baiulauit, decuit vt consensus eius angelo nunciante requireretur: quem humiliter præbens ad obsequium se sedulam, & promptam obtulit dicens. Ecce ancilla domini.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non erat determinate sub fide cadens tempus incarnationis & per quam virginem hoc esset implendū. vnde de hoc instruenda erat per annunciationem. incarnationem enim futuram esse: quod antiquorum fidei subia cebat, firmissima fide tenebat.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ allocutio angeli non ex humana ratione persuasit: sed ex omnipotentia diuina, cui fides maxime innititur. dixit enim, Non erit impossibile apud deum omnem verbum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea de quibus est prophetia prædestinationis, complentur sine nostro arbitrio causante. non tamen oportet quòd sine nostro arbitrio consentiente. E

¶ Ad secundam quæstionem dicendum, quòd conuenientissime per corporalem visionem annunciatio facta est. Primo, vt annunciatio esset certior. In his enim quæ visibiliter cernimus, minus decipimur. Secundò quia vt dicit † Dio. in Epistola ad Titū. hæc est causa quare nobis diuina per corporales figuras proponuntur vt vtraque vita hominis secundum suam proprietatem diuina cognitione illuminetur, sensitiua, scilicet, imaginatione figurarū, intellectiua vero, contemplatione spiritualis veritatis. similiter etiam decuit vt virginis aspectus vterque suo modo nobilitaretur, interior scilicet, per reuelationem tanti mysterii. & exterior per corporalem angeli visionem. Tertio, quia annunciatio debebat proportionari ei quod annunciabatur. annunciabatur autem visibilis missio filii Dei in mundum, vnde decenter angelus nuncians corporali visione apparuit.

¶ Ad primum ergo contra hoc obiectum dicēdum, quòd quamuis intellectualis visio sit melior corporali, tamen vtraque simul efficacior inuenitur quàm altera, propter connaturalitatem humanæ cognitionis ad sensum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd corporalis apparitio ad virginem facta est, non propter confirmationem fidei: sed propter signationem misterii. vel propter dignitatem ipsius vt sibi singulari modo diuina panderentur.

Illa autem virgo singulari præuenta est gratia atque repleta: vt ipsum haberet ventris sui fructum: quem ex initio habet vniuersitas dominū, vt illud qđ nascebat ex propagine primi hois: tantūmodo generis & nō criminis originem duceret.

ARTIC. II.

B

Vtrum annūciatio debuit fieri per Angelum.

ad lit. vniuersitatis. 3.q.30.2.

AD Secundum sic proceditur.

Videtur quòd annūciatio per Angelum fieri non debuit. Missio enim qua filius mittitur vt sit homo, est excellentior ea qua mittitur vt sit cum homine ex parte effectus: sed missio qua mittitur in mentē vt sit cum homine, non completur mediante Angelo, qui menti non illabitur, vt in 2. lib. dist. 11. dictum est. ergo nec quando missus est vt esset homo, oportuit per annunciationem angeli fieri. ar.4.o.

¶ 2 Præt. Superior non instruitur p inferiorem: sed beata virgo fuit Angelis superior, quia deo acceptior. ergo non debuit sibi p Angelum Christi conceptio nunciari.

¶ 3 Præt. Ordo reparationis debet respondere ordini primæ conditionis: sed in prima conditione præceptum diuinum ad mulierem per virum venit. ergo & p aliquem virum prophetā annunciari debuit virgini conceptio filii.

SED CONTRA. Est quòd dicitur in litera. Missus est Gabriel Angelus.

¶ Præt. vt probat Dion. 4. cap. cele. Hierar. Angeli sunt medii inter deum & nos: sed ab vno extremo in aliud deuenitur p medium. ergo ea quæ beatæ virgini diuinitus nuncianda erant, per Angelum nunciari decuit.

II Luc.c.15. VLTERIVS. Videtur quòd Angelus nuncians fuerit de supremis ordinibus. Dicit enim Grego. in Homel. de centum ouibus. Summum nuncium mitti decuit, qui summū omnium nunciaret: sed illi q̄ sunt in ordine Seraphin sunt summi inter Angelos: ideo per aliquem eorum annunciatio facta est.

¶ Præt. Hiero. dicit quòd ista est quæstio inferiorum angelorum mysterium incarnationis non plene cognoscētium, quæ ponitur Isa. 63. Quis est iste qui venit de Edom? &c. sed non potuit nunciari mysterium incarnationis nisi per illos, quibus plene reuelatum est. ergo annunciatio per aliquem de supremis angelis facta est. D

In festo Purificat. SED CONTRA. Est quod ecclesia cantat: Gabrielem Archangelum scimus diuinitus te esse affatum. Ordo autem Archangelorum est penultimus cœlestis Hierarchię, vt patet Grego. & ex Dion. ergo Angelus nuncians non fuit de supremis ordinibus.

Super Luc. ca. 1. vbi dicitur missus est Ang. ad virgi. RESPONDEO. dicendū, ad primum quæsitum, quòd annunciatio per Angelum facta est, cuius ratio multipliciter accipi potest. Primo, quia vt dicit † Hiero. Angelis est cognata virginitas. vnde decuit vt ad virginem nunciandam Angelus mitteretur. Secundo, quia perditio humana initium sumpsit ex hoc quòd diabolus mulierem allocutus est. vnde dicit Beda. Congruū apparet ad humanæ naturæ reparationis exordium, vt Angelus virginem alloqueretur. Tertio, quia ille annunciabatur qui est rex hominum, & Angelorum, & eius natiuitas sicut in salutem hominum fuit, ita & in reparationem ruinæ angelicæ: & ideo decuit vt tam homines quàm angeli huic mysterio ministerium exhiberent.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis quando filius in mentem mittitur, Angelus in mentem non illabatur, tamen filio venienti obsequitur, præparans mentem purgando, illuminando, & perficiendo ad diuinæ sapientiæ susceptionē, ita etiam & quando filius in carnem missus est, Angelus non venit vt carnem assumeret: sed vt virginem instrueret, de qua caro assumenda erat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis beata virgo superior Angelis fuerit secundum acceptionem diuinæ prædestinationis, tamen eis inferior erat quātum ad statum, quia ipsa in statu viæ erat, angeli autem in statu patriæ. vnde non est inconueniens q̄ Angelus virginem instrueret.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in prima conditione, mulier prima non accepit diuinum præceptum nisi per illum virū qui erat principium totius carnalis generationis. vnde hoc solum debet homini

homini Christo, qui est spiritualis regenerationis principium; vt matrem doceat ex qua vita spiritualis in omnes quodammodo processit.

A D secundam quæstionem ergo dicendum est, quòd Angelus nuncians, non fuit de suprema nec de media Hierarchia: sed de infima. nec de primo ordine eiusdem Hierarchiæ: sed de medio, qui, est ordo Archangelorum. Cuius ratio multiplex patet. Primo quia cum Christus nasceretur vt inordinationem, quæ in Angelis acciderat repararet, decuit vt in sua conceptione ordo ille cœlestis Hierarchiæ maxime seruaretur, vt scilicet, supremi Angeli mediantibus infimis homines illuminarent. Secundo, vt mysterijs incarnationis tamen conueniens esset. cum.n. inferiores Angeli agant ſm id quod a superioribus recipiunt & non econuerso, dum inferiores Angeli nunciant, annunciatio per superiores ad inferiores expletur, quod non esset, si superiores immediate annunciaret. Tertio, quia sic saluatur proprietas ordinum sicut in 2. dis. 9. dictum est. Infima Hierarchia officium habet dirigendi homines secundum quandam limitationem, vel vnius prouinciæ, sicut ordo principatuum, vel vnius hominis, sicut ordinis Angelorum & archangelorum: sed differunt quia ad Angelos pertinet dirigere in actibus alicuius hominis, qui ad ipsum tantum pertinent. vnde dicuntur minima ad nunciare. Ad Archāgelos vero pertinet dirigere in actibus alicuius hominis, qui tamen in totam multitudinem redundant. vnde & medii sunt inter Principatus & Angelos, quod & eorum nomen ostendit. dicuntur enim Archangeli quasi principes angeli. quia ergo consensus beatæ virginis qui per annunciationem requirebatur, actus singularis personæ erat in multitudinis salutem redundans, immo totius humani generis, angelus nuncians de ordine Archangelorum esse debuit, & inter eos summus.

arti.3.& 4. & 7.

D.162.

Quare non fuit Christus decimatus in Abraam sicut Leui, cum caro quam accepit in eo fuerit peccato obnoxia.

D

C V M autem illa caro cuius excellētia singularis verbis explicari non potest, antequā esset verbo vnita obnoxia fuerit peccato in materia & in aliis a quibus propagatione traducta est, non immerito videri potest in Abraam peccato subiacuisse, cuius vniuersa caro peccati subiacebat. Vnde quæri solet, quare Leui dicatur decimatus in Abraam, & non Christus, cū in lumbis Abraæ vterque fuerit secundū materialem rationē quando decimatus est Abraā, idest decimas dedit Melchisedech. G Tūc enim Apostolus Leui decimatum dicit in Abraam tanquā in materiali causa. Quia ea decimatione sicut Abraā minor Melchisedech ostēditur, cui personaliter decimas soluit, ita & leuiticus ordo, qui in Abraam secundum rationē semina

¶ Ad primum ergo contra hoc obiectum dicendum, quòd Gregorius non intelligit summum simpliciter, sed summum inter Angelos secundum quòd quilibet Archangelus summus nuncius dici potest, quod patet ex hoc quod præmittit: Archangeli dicuntur quasi summi nuncii.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Angeli inferiores non pœnitus mysterium incarnationis ignorauerunt: sed quia non totam profunditatem consilii diuini super salutem humani generis capere poterant, inquirebant plenius edoceri. & de hoc in 2. lib. di. 11. plenius dictum est, artic. 4.

EXPOSITIO TEXTVS.

V I R T V S altissimi obūbrabit tibi.] Virtus altissimi secundum expositionē Damasce. sequentem, intelligitur filius. de quo 1. Corint. 1. dicitur. Christum dei virtutē & dei sapientiam. vt sic in verbis Angeli prænuncietur duarum personarum aduentus in virginem, scilicet, spiritus sanctus ad purgandum, & potentiam generatiuam præstandum, & filii ad carnem assumendum, propter quod dicit. Obumbrabit tibi virtus. Virtus enim altissimi per susceptionem nostræ infirmitatis obumbrata est. Vel dicitur. Obumbrabit tibi, ad signandum extinctionem omnimodam fomitis, quia per aduentum filii in ipsam, omnes reliquiæ fomitis ab ea extirpatæ sunt, & hæc extirpatio obumbratio dicitur, sicut & fomes incendium, vmbra autem contra æstum refrigerium præstat. *Sicut diuinum semen.* Non dicit simpliciter semen, vt caueret errorem Apolinaristarum, qui ponebant spiritum sanctum in vterum virginis vere sicut semen venisse. in hoc tamen similitudinem seminis habet, quòd sicut semen est actiuum in generatione, ita & spiritus sanctus in conceptione Christi, vel filius quem virtutem altissimi dicit. *Nostrae antiquae aspersionis.* Non quantū ad vetustatē culpæ sed pœnæ. *Per spiritum sanctum creans.* Contra. creare est ex nihilo aliquid facere: sed corpus Christi de materia formatum est. ergo non est per spiritum sanctum in conceptione creatum. Sed dicendum quòd

F creatio hic large accipitur pro qualibet operatione supernaturali quæ ipsius tantum dei est. *Si dixerimus quia peccatum non habemus.* Videtur instantia esse de puero baptizato, & de adulto qui statim vere confessus est. Sed dicendum quòd ad hoc vt veritatem in omnibus habeat, dictum Apostoli, dupliciter potest accipi. Vno modo vt per peccatum non tamen intelligatur macula & reatus peccati, sed etiam causa & sequela peccati. in puero enim baptizato & adulto pœnitēte manet fomes incitans ad peccandum, & vlteriꝰ aliquæ disponens ex actuali peccato relictæ, in Christo autem neutrum horum fuit, caro enim eius sine corruptione fomitis cōcepta est, & cum peccatum non fecerit: reliquiæ peccati in eo non fuerunt. similiter nec in beata virgine, quæ immunis a peccato actuali fuit. fomes autē & si essentialiter in ea remansit post primam sanctificationem, tamen vt ligatus, & non vt incitans ad peccatum, vt dictum est. Alio modo potest verificari vt intelligatur etiam de peccato actuali quo ad reatum & maculam. Si .n. homo ad breue tempus sine actuali peccato esse possit, non tamen diu sic perseuerare potest, vt saltem in ueniale peccatum H non cadat, vt sic hoc verbum habemus non determinatum: sed confusum præsens importat: in Christo vero & matre eius nullo modo peccatum actuale locum habuit, nec mortale nec veniale.

Hebr.ca.7.

DIVISIO TEXTVS.

P O S T Q V A M ostendit magister conditionem carnis assumptæ, & matris de qua assumpta est. Hic mouet quasdam dubitationes circa determinata. Et diuiditur in duas partes. In prima mouet dubitationem circa propagationem carnis Christi ex remotis parentibus. s. Abraam & Adam. In secunda mouet dubitationem circa conceptionē carnis eius in proxima matre ibi. *Illi autem sententiae qua supra diximus.* Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit eam ibi. *Quia ea decimatione.* I Tertio ex solutione elicit quandam conclusione ibi. *Quo circa primitias nostrae massae.* Secunda dubitatio diuiditur in quæstionē & solutionem. Solutio incipit ibi. *Sed alia ratio.* Hic est duplex quæstio. Prima de propagatione carnis Christi ex antiquis patribus. Secunda de propagatione eius ex matre.

QVAESTIO QVARTA.

D

Circa primum quæruntur tria.

Primo. Vtrum caro Chisti in antiquis patribus fuerit peccato obnoxia, vel ab alia eorum carne secundum differentiam puritatis & infectionis distincta.

Secūdo. Vtrum caro Christi fuerit in antiquis patribus secundum quantitatem aliquid determinatum & materialiter in eis existens.

K Tertio. Vtrum Christus singulariter habeat inter filios Abraę vt in eo decimatus non sit.

ARTICVLVS I.

A

Vtrum caro Christi in antiquis patribus fuerit peccato obnoxia.

A D P R I M V M sic proceditur. Videtur quòd caro Christi in antiquis patribus peccato infecta non fuerit. corpus enim cœleste non inficitur nec alteratur ex coniunctione ad aliud corpus: sed corpus Christi naturæ cœlestis fuit: quod videtur ex hoc quod dicitur de ipso Ioan. 3. Qui de cęlo venit super omnes est. ergo caro Christi in antiquis patribus infecta esse non potuit. 3.q.31.7.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. In litera dicitur quòd Christus primitias nostræ carnis assumpsit: sed caro humana in primo statu infecta non fuit. ergo Christus assumpsit carnem nunquam prius infectam.

Ad lit. vbi supra c.20. ¶ 3 Præt. Aug. 10. super Gen. dicit ꝙ natura humana semper habuit simul cum vulnere vulneris medicinam: sed qđ est corruptū non pōt corruptionis esse medicina. ergo in humana natura semp fuit aliquid non corruptū vel infectū. vñ caro Chri formata est, quę medicina facta est totiꝰ humani generis.

¶ 4 Præt. nihil sanatur a corruptione nisi in eo aliqd in corruptum remanserit, sicut ī ægritudine animalis, cum cor remaneat sanum, eius virtute mēbra prius ægra sanant: sed corruptio humani generis sanabilis fuit. ergo in humana natura aliqd in corruptū remaserat: sed nihil est mūdius in humana natura quàm caro Christi. ergo illud de quo formata est caro Christi, nunquam in patribus fuit infectum.

ad lit. lib. 10.c.19.20.

le erat, & ex eo per concupiscentiam carnis descendit: Christus autem non est decimatus, quia licet ibi fuerit secundū carnem: non tamen inde descēdit secundū legem cōem. s. per carnis libidinem: sicut etiā in Adam omnes peccauerunt: sed non Christus. Vnde Aug. super Genes. Sicut Adam peccante qui in lumbis eius erant peccauerunt: sic Abraam dante decimas qui in lumbis eius i erant, decimati sunt. Sed hoc nō sequit in Christo, licet & in lūbis Adæ & Abraæ fuerit qui non secundū cōcupiscentiā carnis inde descendit. Cum ergo Leui & Christus scđm carnem essent in lumbis Abraæ quando decimatus est: ideo pariter decimati non sunt, q̄a scđm aliquē modū non erat ibi Christus quo erat ibi Leui. Scđm quippe rationē seminalem illā ibi fuit Leui: qua ratione per concubitū uenturus erat in matrē: B scđm quā rōnem nō erat ibi Christi caro: quamuis scđm ipsam ibi fuerit Mariæ caro. Ille ergo decimatus est in Abraam: qui sic fuit in lumbis abraæ, sicut ille fuit in lumbis patris sui. i. qui sic est natus de patre Abraam, sicut il-

cap.7. ¶ 5 Præt. In diuinam sapiētiam nihil coinquinatū incurrit, vt dicitur Sap. sed Christus est dei virtus & dei sapientia, vt dicitur 1. Corint. 1. ergo caro eius nunquam coinquinata fuit.

De sacramentis lib. 2. par. 1. ca. 7. non longe a princi. S E D C O N T R A. Est qđ Magister in litera dicit carnem Christi priusquam assumeretur peccato fuisse obnoxiam. Et idem habetur ab Hugo. de sancto. Vic. in lib. de sacramentis.

¶ Præt. caro Christi non processit ab Abraam nisi per semen ex quo cōceptus est Isaac: sed semen illud propter carnalem coitus concupiscentiam pollutū est originali infectione. ergo caro Christi antequam assumeretur infecta fuit peccato originali.

¶ Præt. Distinctio qualitatis præsupponit distinctionem naturæ subiectæ, cum contraria non sint simul in eodem, nec ex eisdē principiis causentur: sed caro Christi nō fuit distincta secundum naturam a carne parentum, a quibus propagata est. ergo nec ſm qualitatem puritatis & impuritatis. & sic idem quod prius.

R E S P O N. dicēdum, quòd circa hoc fuit duplex hæresis. Vna illorum qui dixerunt corpus Christi non esse formatum ex eodem ex quo alia caro hominum formatur: sed quòd filius dei corpus cęleste secum attulit, & hoc modo per vterum virginis transiuit nihil ex ea sumens. Hoc autem est hæreticum dupliciter. D Primo quia derogat veritati scripturæ, quæ Christum ex muliere factum, & natum dicit. nō enim ex ea factus diceretur nisi ex ea aliquid traxisset, vnde materialiter eius caro fieret. & sic nec beata virgo mater dei dici posset. Secundo quia derogat veritati humanitatis Christi, cum enim omnis forma determinatam materiam requirat, si corpus Christi formaretur ex materia alteriꝰ generis ab illa materia de qua formatur corpus alterius hominis, non esset corpus eiusdem speciei cum corporibus aliorum hominum, & ita homo æquiuoce diceretur, cum sit essentialis pars hoīs. Alius error fuit dicentium ꝙ caro Christi ſm ꝙ in parentibus erat, infecta non fuit. Dicunt enim ꝙ peccante Adam deus conseruauit in illo aliquid incorruptum & non infectum per qđ humana natura sanari posset, & hoc quidem transfusum est sine aliqua infectione vsque ad beatam virginem, & exinde formatū est corpus Christi. Hoc autem erroneū reputatur, præcipue pp duo. Primo, quia ſm hanc positionem Christus non esset vere fi- E lius virginis, nec vere ex stirpe alicuius patrum progenitus nisi solum ex Adam. illa enim pars quæ incorrupta in humana natura remansit in hoībus aliis ab Adam, fuisset quasi extraneum ab eis, soli autem Adæ connaturale quantum ad primum statū. Secundo q̄a tollitur cōgruus satisfactionis ordo, sicut enim non erat decens vt pro Adam & eius successione corrupta aliquis satisfaceret, qui ex illo genere non esset, ita etiam non esset cōgruū vt naturam infectam satisfaciendo sanaret dei filius, nisi hoc ipsum quod prius infectum fuerat assumpsisset. Et ideo dicendum est quòd caro Christi ſm ꝙ fuit in patribus & etiam in ipsa btā virgine pc̄ō infecta fuit antequā assumeretur: sed in ipsa assumptione ab omni infectione peccati purgata est, vt secundum ꝙ est actu caro Christi in ea nihil maculæ inueniatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Christus dicitur de cœlo uenisse, non ratione naturæ assumptæ, quasi anima vel corpus eiꝰ prius in cœlo fuerit assumpta, & postmodum per vterum virginis ad nos peruenerit: sed quantum ad personam assumentem A quæ quidem de cœlo ad nos venisse dicitur, non loci mutatione: sed visibilis naturæ assumptione.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Christus dicitur primitias nostrę carnis assumpsisse: nō ſm identitatem rei, vt. s. natura carnis quā assumpsit semper in cōditione primi status remanserit: sed quantū ad similitudinē, quia caro assumpta prout cōsiderat actu caro Christi sine infectione culp. fuit: sicut & caro primi hominis ante peccatum, vt magister in littera exponit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ caro Christi in Abraam non fuit vt medicina vulneris in actu: sed solū in potentia, ſm. s. ꝙ ex eo ꝓpagari poterat illa caro ex qua medicina nostri vulneris facta est: & iō non oportet ꝙ fuerit ibi actu sine infectione vulneris: sed solum in potentia secundum ordinem, quo caro Christi ex ea propaganda erat.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ aliquod corruptum est reparabile dupliciter. Vel ſm potentiam passiuā tm̄, & sic oportet vt remaneat in eo aliquid non corruptum. i. non per corruptionem annihilatum: sicut dicitur contrariū corrumpi per aduentū cōtrarii: C oportet. n. subiectū remanere cū possibilitate ad salutē quæ recuperanda est. Vel ſm potentiam passiuam & actiuam simul: sicut homo infirmus curabilis est, q̄nq; virtute actiua naturæ suæ, & quia idem non patitur a seipso necesse est, vt in eo quod sic reparabile est, sit aliqua pars non corrupta nec corruptioni subiecta sicut cor. Dicendū est ergo, ꝙ humana natura non erat reparabilis nisi ſm potentiam passiuam tm̄: & ideo non oportuit ꝙ in ipsa remaneret aliqua pars corruptioni non subiecta: sed sufficit quòd in ea remanserit, id quod naturæ est cum possibilitate ad reparationem: subiectum tamen corruptioni.

¶ Ad quintum dicendū, ꝙ caro Christi actu existens caro Christi, nullo modo fuit infecta: eius enim emundatio à præcedenti infectione saltem intellectu præcedit assumptionem, vnde in diuinam sapientiam nihil inquinatum incurrere potuit.

ARTICVLVS II.

Vtrum caro Christi fuit in antiquis patribus secundum quantitatem determinatam.

B

A D S E C V N D V M sic proceditur. Videt, ꝙ caro Christi fuerit in antiquis patribus ſm aliquid demonstrabile determinatum. Vt. n. in littera ex Aug. habetur: caro Christi fuit in Abraā ſm corpulentā substātiā: sed corpulenta substantia noīat aliquid determinatū demonstrabile. ergo per hūc modū fuit caro Christi in Abraam & in aliis. 3.q.31.6.

vbi supra.

¶ 2 Præt. In formatione corporis Christi duo inueniuntur. s. ratio formationis quæ est principium actiuum in conceptione, & materia de qua corpus Christi formatum est: sed ratio formationis non descendit ab Adam, vt Aug. 10. super Gen. dicit, sed desuper venit, quia quod in ea natū est de spiritu sancto est Mat. 1. Si ergo ista materia vel determinata in Adā, vel Abraā nō fuerit vllo modo corpus Christi ex primis parentibus venit, quod est inconueniens, quia non pertineret ad eum satisfacere pro peccato Adæ sicut dictū est. ergo oportet carnem Christi fuisse in Abraam & Adam secundum materiam determinatam. Ca.20. vt supra.

¶ 3 Præt. Si hæc materia determinata ex qua corpus Christi formatū est non fuit in Adā, hoc non pōt esse, nisi quia ex alimēto sumpta est: alimentū aūt extraneum est a natura humana. ergo caro Christi nō est uere de natura humana quod hæreticum est. videtur ergo quòd materia carnis Christi nō sit ex superfluo alimenti sumpta: sed ex primis parentibus descenderit.

¶ 4 Præt. Maior est conuenientia quæ est ſm identitatem rei, q̄ quæ est ſm proportionem principii ad principiatū: sed si materia corporis Christi ex superfluo alimēti sumpta est realiter: fuit q̄nq; materia cibi comesti: nō aūt pt̄ dici ꝙ realiter fuerit in auo vel proauo, & si forte dicatur ꝙ ibi fuerit sicut principiatum est virtute in suo principio. ergo maior esset cōueniētia carnis Christi ad animalia, quorum carnes in cibum sumptę sunt, quàm ad Adā vel Abraam, quod est inconueniens. ergo idem quod prius.

¶ 5 Præt.

¶ 5 Præt.illud quod in se mundum est, non est natum inficere aliud contraria infectione: sed beata virgo mũdata fuit per primam sanctificationem ab originali infectione. ergo virture animę eius nutrimentum assumptum infici non potuit: nec alias infectum erat tali infectione quę extra humanam naturam non inuenitur: ergo caro

le de suo patre natus est.s.per legẽ carnis, & inuisibilẽ concupiscẽtiã,

Qua ratione Christi caro dicta est in scriptura non fuisse peccatrix. sed similis, quo aperitur quare obligata peccato non fuerit in Christo.

Christi non in beata virgine peccato subiacuisset, quod est erronem vt dictũ est. ergo caro Christi ex superfluo alimẽti nõ fuit materialiter. & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Christus non aliquo modo fuit in parentibus quo alii homines ibi non fuerunt, sed ecõuerso, alii hominis aliquo modo ibi fuerunt quo Christus non fuit, sed alii homines non fuerunt in primis parẽtibus ſm materiam determinatam. ergo nec Christus in eis hoc modo fuit. probatio mediꝫ. alii homines non descendunt a suis parentibus nisi mediante semine. semen autem vt probat philosophus. 15.de animalibus. non est aliquid decisum quod fuerit actu pars: sed est superfluum alimenti quod est potentia totum. ergo aliorum hominum materia non fuit determinate in Adam quasi actu pars eius existens.

¶ Præt. Generatio secũdũ naturã in infinitum possibilis est ſm naturã hoc modo ꝙ homo ex homine generetur. si ergo aliqua materia determinata sumatur ex qua ois caro decisa fit, oporteret ꝙ infinitorũ materia in aliquo finito fuerit: hoc autem est impossibile. ergo impossibile est quòd omnium hominum caro & Christi fuerit in Adã ſm determinatam vel signatam materiã: quòd aũt impossibile sit sic ꝓbat. Cuiusliber rei naturalis materia determinatam quantitatem exigit. non enim in quacunq; parua materia potest induci quecunq; forma, sed infinita non possunt esse in aliquo finito nisi ſm quantitatem non determinatam accipiantur diuisione facta sed semper ſm eandẽ proportionem. vt s.torius sumatur dimidium, & dimidii dimidium, & sic in infinitũ: sic enim ſm eã dẽ proportionẽ secũdo acceptũ erit altertus quantitatis q̃ primo acceptum. ergo impossibile est ꝙ infinitorũ corporũ naturalium materia sumatur ex aliquo vno finito in actu.

¶ Præt. In omni generatione naturale agens vniuocum inducit formam suam in materiam, quę prius tali formę subiecta non erat: sicut ignis in materiam aeris quę prius formę ignis subiecta non erat, sed si materia ex qua ille homo formatur secundũ aliquid signatum in Adam fuerit & in ceteris parentibus, nunquã eius materia fuisset humanę naturæ non subiecta. ergo iste modus generationis non esset conueniens secundum viam generationis naturalis, & sic idem quod prius.

q.2. arti.2. &.3.

RESP. dicendum, quòd circa hoc sunt duę opiniones. Vna opinio dicit quòd caro Christi, & omnium aliorum hominum fuit in Adam secundum determinatam materiam hoc modo, ꝙ aliqua pars corporis adæ fuit de qua per multiplicationem quãdã omniũ hominũ corpora formata sunt: aut sine permixtione alicuius extranei, vt quidã dicunt: aut permixto illi materiæ aliquo, quod ex alimento conuersum est. & de hoc qualiter improbabile videatur in.2.li.di.30. dictum est. Alia opinio est quæ ꝓbabilior videtur ꝙ alii homines non fuerunt in primo parente nisi secundum materiã originalem, & Christus hoc modo in primis parentibus fuit. Sed in hoc differt ꝙ alii homines fuerunt in primo parente ſm rationem seminalẽ, Christus aũt non. quod sic videri potest. in his qui per concubitũ generantur duo cõcurrunt ad formationem corporis. s.principium actiuum quod est in semine, quod ratio seminalis dicitur. aliud autem est materia ex qua corpus formatur: quã mater ministrat, vtrunq; autem horũ originaliter reducit in primũ parentẽ. Quod enim in semine patris sit virtus actiua ad conceptionem corporis humani est per virtutẽ naturæ humanæ quã pater prolis procreandæ a suo patre accepit. & ille ab alio, & sic vsq; ad Adã. & sic patet ꝙ ratio seminalis eorum qui sunt ex semine viri concepti originaliter ab Adã descendit: similiter etiam materia quam mater ministrat oportet quòd sit prępparata per virtutẽ generatiuã eius. rei enim generatio naturalis requirit materiam propriam & determinatã. Virtus autem generatiua ipsius matris originaliter ab Adam descendit: sicut & virtus generatiua viri: & ideo illi qui ex mare & fœmina generantur descendunt originaliter ab Adã: & ſm rationem seminalem: & ſm materiam, & quia vnus modus essendi in: est ſm quòd dicitur effectus, esse in sua causa efficiẽte, vt dicitur. 4. † philosophorum. ideo homines sic concepti dicuntur fuisse in Adam & secundum rationem seminalem: & ſm materiam originalẽ. In conceptione aũt Christi virtus actiua non fuit nisi spiritus sanctus. materia autem est per virginem ministrata debito modo præparata. vnde patet quòd originaliter materia corporis Christi descendit ab Adam. nõ autem ratio actiua in conceptione eius ab Adã descẽdit originaliter & ideo Christus fuit in Adã ſm rationẽ originalẽ: sed nõ ſm materiã seminalem.

t.co. 23.

carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit enim deus filiũ suũ, ut ait Apostolus in similitudinem carnis peccati. Assumpsit enim verbum carnem peccatrici similẽ in pœna & nõ in culpa, & ideo non peccatricem. Cætera vero hominũ caro oĩs peccati caro est, sola illius nõ est caro peccati quia nõ eũ mater cõcupiscẽtia: sed gr̃a cõcepit. hẽt tamẽ similitudinẽ

Ad primum ergo dicẽdum, quòd cum dicitur Christus fuisse in Adã ſm corpulẽtã subſtãtiã, nõ est ẽtelligẽdũ qđ ī Adã fuerit ꝓ modum corpulẽtæ subſtãtię: sed quia ipsa corpulẽta subſtãtia corpis christi aliquo modo fuerit in Adam sicut in originali principio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd materia corporis Christi non aũt ratio conceptionis eius fuit in Adam: nõ eũ materia illa fuit in Adam in actu quasi aliqua determinata pars eius, sed virtute tm̃: sicut res dicitur esse in suo principio effectiuo vnius speciei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd materia corporis Christi assumpta est ex eo, quod de cibis a beata virgine sumptis in purissimos sanguines eius conuersum est. alimentum aũt quamuis in principio sit extraneum & dissimile: tamen in fine est conueniens & simile: vt in.2. dẽ anima dicitur. vnde nõ sequitur quòd materia corporis Christi sit extranea humane nature. t.co. 45.i in.

¶ Ad quartum dicendum, quòd similitudo & conuenientia magis attenditur secundum formam quàm materiam, vt si ignis generet ex aere ignem: ignis generatus magis conuenit cũ igne generante cum quo conuenit secundum formam, quàm cum aere ex quo materialiter generatus est. Similiter etiam materia corporis Christi magis conuenit cum beata virgine & aliis patribus: quorũ virtute effecta est propria materia corporis humani: quã cum rebus illis quæ in cibum sumptæ sunt.

¶ Ad quintum dicendum, quòd per primam sanctificationem vtsupra dictum est: beata virgo a fomite mundata fuit secundum ꝙ inclinat ad actus personales: non autem remota est illa inclinatio secundum quam fomes est infectiuus naturæ, sed hoc factũ est per secundam santificationem vt quidã dicunt, & ideo illud quod erat in beata virgine, vt ordinatum ad propagationem naturę, peccato obnoxium erat, quãmuis erat a peccato mundatum secundum quòd ad personam pertinebat.

ARTICVLVS III. C

Vtrum solus Christus in Abraam non fuerit decimatus. 33.q.3 fa

DE TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ nullus q. de stirpe Abraę descẽdit, in ipso decimatus sit. q.a vt dicit Aug. io. sup Gen. qđ in eo decimabatur curabatur, sed nullꝰ in parẽtibus curati vel sanctificari potest vt supra dictum est. ergo nullus in Abraam decimari potuit. Vbi sup.

¶ 2 Præt. sicut post tempora Abraæ in illis, qui ex eius stirpe descẽderũt valuit circũcisio ad peccati originalis curationẽ, ita etiã ante ipsius tẽpora valuit ad idẽ virtus sacrificiorũ decimarũ & oblationũ, vt dicit Greg. in moral. sed qñ Abraã circumcisus est, non propter hoc aliquis de stirpe eius descẽdens circumcisus fuit. alias eos non oportuisset iterum circumcidi. ergo nec Abraã dante decimas eius filii decimati sunt.

¶ 3 Præt. decimari aut est decimas dare: aut ad decimas obligari aut decima parte priuari, sicut dicitur granum decimatum a quo iã decima pars ablata est. Sed primo modo non potest dici quòd aliquis in patre suo decimet. dare enim decimas est quidã actus personalis, sed actus personales non transfunduntur a parentibꝰ in filios, sicut nec peccata actualia. ergo Abraã dãte decimas, nõ ꝓpter hoc filius eius decimatus est quasi dans decimas. Similiter nec secundo modo. Leuitæ enim & sacerdotes veteris legis ab Abraæ stirpe descenderunt, qui tamen ad decimas dandum non obligabantur, sed eas a populo accipiebant. ergo nec sic omnes filii Abraæ præter Christum in ipso decimati sunt quasi ad decimas obligati. Similiter nec tertio modo, quia decimatio respicit id quod est in actu distinctum. vnde triticum non potest esse decimatum ex hoc ꝙ semen decimatum fuit. sed filii Abraæ non erant in eo vt actu distincti, sed tãtum virtute. ergo nullo modo in eo decimari potuerunt.

SED CONTRA. Est quod Apostolus ad Heb. 7. dicit & in littera Vbi sup.

litera ex verbis Aug. habetur.

¶ Præt. decimatio quoddam signum seruitutis diuinæ est: cum ad latrium pertineat: sed proles in parente ad seruiturem obligatur: serui enim sunt filii: si ex seruis parentibus nascantur. ergo abraam dante decimas, filii eius decimati sunt.

II. 3. q. 31. o.

VLTERIVS. Videtur ꝙ etiam Christus in abraam decimatus sit. Christus enim non habet habitudinem ad Abraã nisi mediante beata virgine: sed beata virgo fuit in Abraã decimata. ergo & Christus.

¶ Præt. decimatio cõuenit filiis Abraę ex eo vt in litera habetur ratione peccati originalis, quia per concupiscentiam ex eo propagandi erant: sed caro Christi in Abraam fuit peccato obnoxia, vt in litera dicit. ergo & in eo Christus decimatus fuit.

carnis peccati per passibilitatem & mortalitatem: quia esurijt: & sitijt: & huiusmodi. Licet ergo eadem caro sit eius quæ & nostra: non tamen illa facta est in vtero sicut nostra. Est enim sanctificata in vtero: & nata sine peccato: & nec ipse in illa vnquam peccauit.

In pœna ergo similis est nostræ: in qualitate peccati: quia pollutionem quæ ex concupiscentiæ motu concepta est omnino non habuit, nec ex carnali delectatione nata ẽ. Venit ergo ad corpus immaculatum quod præter libidinis concupiscentiã cõceptum fuit: nec illud in se habuit vitiũ quod in alijs est causa peccati: nec in eo pecauit.

Ideoq; uere dicitur uerbi caro non fuisse in Christo obligata peccato.

¶ Præt. Decimatio est quidam actus figuralis, sed Christus videtur maxime per decimam figurari ratione perfectionis Christi quæ denario competit: ergo Christus præcipue in Abbraam fuit decimatus.

SED CONTRA. Apostolus Heb. 7. præfert sacerdotium Christi, sacerdotio Aaron per hoc, quòd leui ex cuius stirpe aaron descẽdit: Abraã dante decimas decimatus est, sed Christus in hoc nihil amplius haberet quàm Aaron, si in Abraam similiter decimatus esset. ergo nullo modo in eo decimatus fuit.

¶ Præt. Quod multiplicatur miraculose & non virtute naturæ non est decimabile, vt patet. 4. Regum. 4. quia Heliseus non præcepit viduæ vt de oleo quod miraculose multiplicatum erat decimas daret, sed caro Christi ex Abbraam miraculose propagata est. ergo Christus in Abraam decimatus non fuit.

RESP. Dicendum ad primam quæstionem, quòd illi qui ex Abraã ꝓ cõcubitũ descẽderũt, in Abraã decimati sunt. Christus aũtẽ in eo decimatus nõ est. cuius ratio est, quia decimatio nõ tm̃ erat actus moralis, sed etiã figuralis: est. n. actus moralis ſm hoc ꝙ pars q̃dã terræ nascentiũ & aliorũ in vsum ministrorũ Dei & pauperum conferebatur, vt esset cibus in domo domini, vt habetur Malach. 3. Actus aũtẽ figuralis est ſm hoc, quòd figurat imperfectionem in eo qui decimas dat, qui perfectionem ab eo cui dat expectat. In numero enim denario est quædam perfectionis ratio, secundum quòd limes quidam est. vnde nouenarius imperfectionem signat, secundum quòd a denario deficit: & ideo qui decimas dat in hoc quòd nouẽ sibi retinet & decẽ alteri dat, cõfitetur se imperfectum esse, & perfectionem ab altero expectare. & idem est quòd etiam decimatio quodammòdo actus sacramentalis erat, secundum quòd dicta realis confessio ex fide mediatoris procedebat. per cuius perfectionem ablata est humani generis imperfectio quæ erat per originale peccatum. hoc enim figurando remedium quod contra originale peccatum præstabat per modum sacramenti, illa ergo decimatio, qua Abraam decimas dedit ostendens se liberatore indigere: ad illos tantum pertinet ex eius stirpe descendentes, qui imperfectionem originalis peccati ex eo traxerunt, vt similiter sicut ipse liberationem ab alio expectarent: non autem originale peccatum ab eo traxerunt nisi qui per concubitum ex eo descenderunt. solum enim hi naturã humanam ab eo sicut a principio actiuo acceperunt, vnde & in eo ſm rationem seminalem fuisse dicuntur. & propter hoc etiam simul cum natura, naturæ vitium contraxerunt ab Adam vel Abraam. Christus vero ab Adam vel Abraam non per concubitum descendens, materiam humanæ naturæ ab eis habuit quæ virtute spiritus sancti in humanam naturã formata est, & ideo non contraxit originale peccatum, & ideo non potuit figurari vt imperfectionem habens & liberatore indigens, & propter hoc non est decimatus in Abraam.

A

B

C

D

E

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in verbo Aug. hoc quod dicit curabatur, non designat curationem in actu, sed curationis necessitatem. qui enim sic in eo erant vt curatione indigerent, in eo decimati sunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nullus dicitur circuncidi nisi ſm ꝙ actu aliquid patitur. Decimari aũtẽ dicitur aliquis etiam secundum præfigurationem. vnde non est simile de decimatione & circuncisione.

¶ Ad tertium dicendum, quòd decimari nullo horum modorũ accipitur, sed decimari nihil aliud est prout hic accipitur quàm præfigurari: liberatione indigere. hoc aũt præfigurabat in Abraã dante decimas de omnibus qui peccatum originale ab eo contracturi erant: sicut ipse a suis parentibus contraxerat; vt eadem ratione imperfectio liberatione indigens, in illis figuraretur, qua in se esse per decimarum collationem confitebatur. Quartum & quintum concedimus.

2 AD secũdam quæstionem dicendum, ꝙ Christus nullo modo in Abraam decimatus fuit: cuius ratio patet ex prædictis.

QVAESTIO. V.

Deinde quæritur de propagatione carnis Christi ex matre eius.

Et circa hoc quæruntur tria.

Primo. De materia ex qua conceptum est corpus eius.
Secũdo. De tempore conceptionis.
Tertio. De sanctificatione concepti.

ARTICVLVS. I.

Vtrum corpus Christi fuerit ex purissimis uirginis sanguinibus. 3. q. 31. art. 5.

DE PRIMVM sic proceditur. Videt ꝙ corpus Christi nõ fuerit formatũ solũ ex purissimis sanguinibus virginis: sicut Dam. † dicit. Eorũ enim quæ specie cõueniũt est materia eiusdẽ rationis: qa forma naturalis materiã determinatã requirit: sed aliorũ hominũ materia est ex eo, quod ex viro & muliere descinditur: cũ ergo Christus inquãtũ homo fuerit eiusdẽ speciei cũ aliis hoibus, videt ꝙ corpus eiꝰ non solum ex sanguinibus matris virginis formatum sit. De fide li. 3. cap. 2. circa medium.

¶ 2 Præt. Ad Ro. 1. dr̃. Factus est ei ex semine Dauid ſm carnẽ: sed id ex quo fit aliquid est materia eius. ergo materia corporis Christi non est sanguis, sed semen. In fest. An nuntiatio. beat. virg.

¶ 3 Præt. † In Collecta dicitur, quòd deus verbũ suũ de virgine carnẽ sumere voluit, sed de illo corpus Christi formatũ est qđ de virgine sũpsit. ergo corpis Christi materia nõ est sanguis, sed caro, te. co. 34.

¶ 4 Præt. Vt in.2. de generatione dr̃. Quę magis cõueniũt facilꝰ inuicẽ transmutãtur, sed caro magis cõuenit cũ carne q̃ sanguis. ergo conuenientius est dicere corpus Christi ex carne virginis formatum esse quàm ex eius sanguine.

¶ 5 Præt. Generatiua non operatur nisi ex eo quod residuũ est nutritiuæ virtutis: cũ nutritiua generatiuæ deseruiat, sanguis aũt non est residuũ ab opere nutritiuę. immo est quo nutritiua indiget in via existens ad nutriendũ mẽbra. ergo sanguis non potest esse materia a virtute generatiua ministrata ad conceptionem prolis. & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Est quod dicit † Dam. ꝙ diuina sapiẽtia ex purissimis sanguinibus virginis carnem sibi copulauit. Lib. & cap. vt in arti.

¶ Præt. Corpus Christi non est formatũ nisi ex materia quam virgo ministrauit, talẽ in natura, qualem aliæ matres ministrant ad conceptum prolis: sed vt in 15. de animalibus dicitur, materia ex qua corpus conceptum formatur, quam mater ministrat est

est sanguis, qui menstruũ dicitur. ergo & corpus Christi ex sanguine formatum est. F

RESPON. dicendum, quòd circa materiam de qua corpus hominis formatum est, variæ sunt opiniones. Quidam enim dicunt, quòd corpus humanum formatur, ex commixtione seminũ, scilicet matris & patris simul, cum sanguine menstruo: ita quòd totum hoc sit materia corporis: hoc autẽ philosophus in 15. de animalibus multipliciter destruit ostẽdens, q̃ id quod ex viro descendit non est materia humani corporis: sed solum principiũ actionum, & per rationẽ, & experimenta sensibilia: quæ magis in rebus naturalibus faciunt fidẽ, & hoc patet inspicienti verba eius. Similiter etiam ostendit, q̃ semẽ mulieris nihil facit ad generationem. vnde etiã & quẽdam mulieres concipiunt sine hoc, quòd seminent: sed sanguis qui menstruum dicitur est in mulieribus loco seminis in viris, & secundũ hanc philosophi opinionem conuenientissime potest saluari partus virginis, si ad conceptionem humani corporis, non nisi sanguis mulieris materialiter requiritur: non.n. credendum est, quòd materiæ corporis Christi, quod sine semine viri cõceptum est, aliquid defuerit, quod materialiter ad formationem humani corporis requiratur. Constat etiam omnibus virginitatem matris confitentibus, absque omni humano semine conceptionem illam peractam esse: & ideo materia, ex qua corpus formatur, & in Christo, & in aliis hominibus est sanguis, per virtutem generatiuam matris præparatus. Ille enim sanguis in mulieribus est sicut semen in viris: vnde & in eodem tempore hoc in viris, & illud in mulieribus incipit, scilicet, apud ortum pilorum, & alio rum accidentium quæ sunt signa pubertatis: sed quia in muliere est calor generatiuæ deseruiens diminutus respectu caloris viri: ideo non potest in mulieribus superfluum alimenti ad tantam digestionem perduci: sicut in viris, propter quod remanet in forma sanguinis: sicut deficiens a completa digestione seminis: vnde accidit, in aliquo multum coeunte, vt sanguinem loco seminis emittat, vt in 15. de animalibus dicitur: quasi natura non sufficiat, ad tantum seminis digerendum, quantum incon I tinentia quærit.

Quiddam uidetur aduersari illi sententiæ, qua dictum est, carnem Christi non prius conceptam quàm assumptam.

E.

LLI autem sententiæ qua supra diximus carnẽ uerbi non ante fuisse conceptam, quàm assumptã, uidetur obG uiare quod † Aug. ait super Ioãnem, ubi legitur. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est hoc templum, & tu in tribus diebus excitabis illud? Hic, inquit, numerus perfectioni dominici corporis conuenit, quia ut dicunt physici, tot diebus forma humani corporis perficitur. Horum occasione uerborũ, quidã dicere præsumpserunt, dominici corporis formã tot diebus ad modũ[b] aliorum corporum perfectam, & membrorum lineamentis distinctam, & mox uerbum dei sibi unisse carnem & animam, & hoc modo dicunt illi, numerum perfectioni dominici corporis conuenire. Sed alia ratio illius dicti extitit, ex qua sana uerbi

Ioa. cap. 2.

3.q.33.1. Augu. in Io. tract. li. 83. q. quæst. & Dialog. Horo. qu Trin. lib. cap. 5.

AD Secundum sic proceditur. Videtur, q̃ cõceptio corporis Christi nõ fuerit subito: sed successiue cõpleta. Heb. 2. dicit, quia Christus debuit, per omnia fratribus similari: sed alii homines, qui fratres eius dicũtur ibidẽ successiue cõcipiuntur. ergo & Christi cõceptio debuit esse successiua.

¶ 2 Præt. Tempus generationis cuiusli bet rei est determinatum secundum speciem suam, vt ex 2. de generatione habet

t.co.40.

ri potest: sed Christus fuit eiusdem speciei, cum aliis hominibus, ergo sicut aliorum hominum generatio determinato tempore perficitur, ita & Christi.

¶ 3 Præt. Vt in 2. de anima dicitur: cuicunq; rei naturali debetur determinata magnitudo: sed corpus Christi non potuit in principio conceptionis suæ habere tantam magnitudinem, quan H tam naturæ hominis deberetur: alias tempore illo non creuisset in vtero virginis quo alii crescunt, vel minori tempore, a virgine portatus esset, quàm alii homines portantur, quod non tenet ecclesia. ergo in principio suæ conceptionis, nondum erat in specie humana, in qua fuit in termino conceptionis. ergo principiũ conceptionis est aliud a termino eius: omnis autem mutatio quæ habet prius & posterius, est successiua. ergo conceptio Christi fuit successiua.

¶ 4 Præt. Corpus Christi, ex virginis sanguinibus formatum est. aut ergo in eodem instanti fuit sanguis & caro: & sic eadem materia simul erit sub duabus formis substantialibus disparatis: quod est impossibile, aut in alio, & in alio instãti: sed inter quælibet instantia est tempus medium, vt in 6. † phisicorum probatur. ergo conceptio Christi tempore mensuratur, & non est subito peracta.

t. co.29. sequent.

¶ 5 Præt. Concipi est quoddam fieri: fiat conceptũ est quoddam factum esse: nihil autem in permanentibus simul fit, & factum est: alias, simul aliquid esset, & non esset: quod enim fit in permanentibus non est: quod autem factum est, iam est. ergo in carne Christi nõ simul fuit concipi, & conceptum esse, & sic fuit ibi prioris, & posterioris successio.

SED CONTRA. Conceptionis principium esse non potuit, antequam conceptionis actiuum in virgine esset: sed conceptionis actiuum, fuit in ipsa diuina sapientia, quæ ex sanguinibus, virginis carnem sibi copulauit: vt dicit Dama. ergo non potuit vbi supra prius conceptio incipere, quàm in vterum virginis diuina sapientia descendisset. Sed sicut dicit Greg. in moral. spiritu aduenien te, mox verbum in vtero, mox intra verbum caro factum. ergo conceptio carnis incipere non potuit, antequam caro esset: sed ad speciem carnis terminata est conceptio. ergo non prius incepit conceptio, quàm terminata esset, & ita sine successione fuit.

¶ Præt. Conceptio Christi facta est virtute diuina, quæ infinita est: sed virtutis infinitæ est subito suum effectum producere, ergo conceptio Christi subitanea fuit.

RESPON. dicendum, quòd conceptio Christi, secundum fidem oportet, quòd subito facta ponatur: non enim humana natura prius assumpta fuit, quàm in sua specie perficeretur, cum partes eius non fiat assumptibiles, nisi ratione totius: vt patet ex dictis in 2. di. proprietates autem & accidentia humanæ naturæ q.2.ar.1 non dicuntur de filio dei, ante assumptionem. ergo quicquid humanum de filio dei dicitur: completionem humanæ naturæ non præcessit: conceptio autem de filio dei dicitur, vt patet in symbolo. (Qui conceptus est, de spiritu sancto &c.) ergo oportet, vt conceptio in Christo, non præcedat tempore completam naturam carnis eius, & ita relinquitur, quòd simul concipiebatur, & concepta est, propter quod oportet illam conceptionem subitaneam ponere, ita quòd hæc in eodem instanti fuerunt, scilicet, conuersio sanguinis illius materialis in carnem, & alias partes corporis Christi, & formatio membrorum organicorum, & animatio corporis organici, & assumptio corporis animati in vnitatem

A tempore mensurante motum, cui mutatio non coniungitur: sicut terminus, nisi in vltimo instanti illius temporis. dico ergo quòd conceptio Christi, quamuis non sit motus, quia successionem non habet: tamen coniungitur cuidam motui locali saltem motui locali sanguinis materialis ad locum generationis, vbi vndiq; congregatus est, & in vltimo termino illius motus materia illa fuit, sub specie corporis Christi, & sic est accipere primum instans, in quo corpus Christi fuit: sed in toto tempore præcedenti hoc instans erat sanguis, vnde non est accipere vltimum instans, in quo sanguis erat: sed vltimũ tempus: tempus autem continuatur instãti, sine hoc, quòd cadat aliquod medium: sicut nec inter lineam & punctum necesse est medium cadere: vnde forma sanguinis, & forma corporis Christi continue successerunt sibi in illa materia: neque oportet aliquod medium tempus ponere, vt conceptio successiua iudicetur.

de fide, lib. 3. cap. 7. circa finem.

¶ Ad quintum dicendum, quòd fieri dupliciter potest accipi. Vno modo secundum quòd pertinet ad motũ præcedentem esse rei quæ fieri dicitur, & sic oportet, quòd fieri rei, præcedat duratione factum esse, vt obiectio probat. Alio modo dicitur fieri ipsa terminatio motus esse inducẽtis: sicut illuminari signatur per C modum fieri, & hoc ipsum, quod dicitur terminari: & huiusmodi fieri non præcessit tempore factum esse: nec differt ab eo, nisi ratione: hoc enim quod est esse illuminatũ si consideretur, secundum se, signatur, d vt factum esse, vt cum dicitur illuminatum: si D. 575. autem consideretur, prout est aliquid motus præcedentis, scilicet terminus: sic signatur vt in fieri, vt cum dicitur illuminari: & ideo non est verum hoc dicere nisi in primo instanti, in quo motus præcedens terminatur: quamuis semper postea verum sit dicere, hoc factum esse: sic autem acceptum fieri non oportet, quòd sit non esse: sed quòd sit nunc primo esse, & per hunc modum de Christo verum est dicere, simul concipi, & conceptum esse. vnde non oportet, quòd conceptio fuerit successiua.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum Christo sanctificari conueniat, scilicet ut indigeret sanctificatione.*

D

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd Christo sanctificari non conueniat, quia vt dicitur Hebr. 7. Talis decebat, vt esset pontifex nobis: qui non habet necessitatem: quemadmodum sacerdos prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo: sed Christus sicut venit orare, & hostiam offerre pro populo, ita & sanctificare populũ. ergo nec indiguit, vt ipse sanctificaretur. 3.q.34.1.

¶ 2 Præt. In quolibet ordine primum mouens est immobile: sed Christus est principium totius humanæ sanctificationis, ergo ipse sanctificatus non est.

¶ 3 Præt. Omne quod fit, fit ex contrario: generationes enim ẽm philosophũ ex cõtrariis sunt: sed Christus ab oĩ pcto qd̃ sanctitati contrariat immunis fuit. ergo Christus sanctificari nõ dẽ. Si dicatur, quòd caro eius antequam esset assumpta fuit obnoxia peccato, vt in litera dicitur: vnde ratione emundationis eius Christus sanctificari dicitur. 8.phys. t.c. 62.

CONTRA. Hoc nomen Christus est hypostasis in duabus naturis subsistẽtis. ergo nihil potest dici de Christo, quod vnionem illam præcesserit: sed infectio cui in patribus caro eius obnoxia fuerat solum, ante vnionem fuit: ergo ratione illa non potest dici Christus sanctificatus.

SED CONTRA. Est quod dicitur Io. 10. Quem pater sanctificauit, & misit in mundum. ergo Christus sanctificatus est.

¶ Præt. Christus dicitur vnctus: sed spiritualis vnctio causa est sanctitatis. ergo & sanctificatus dici potest.

RESPON. dicẽdum, q̃ sanctificari est sanctũ fieri: potest aũt aliquis sanctus fieri dupliciter: vel ex sancto vel ex non sancto. Ex sancto, iterum dupliciter, vel ex minus sancto magis sanctũ, vt dicitur Io. 17. Pater sanctifica eos in veritate: Apostoli tunc sancti erant: vel ẽm continuationem sanctitatis eadem quantitate seruata, & hoc modo Christus potest esse sanctificatus: sicut ipse ibidem dicit. Ego pro eis sanctifico meipsum, eo quòd continuatio ratione successionis quendam modum sanctificationis ha

 bet: sed

bet : sed hic modus loquendi non videtur consuetus: vnde sic de sanctificatione non loquimur. Ex non sancto etiam dicitur aliquis sanctus fieri dupliciter, vel ex non sancto contrarie, aut priuatiue: sicut per gratiam peccator sanctificari dicitur, & hoc modo Christus non potest dici esse sanctificatus, quia non potest accipi cum consistentia subiecti defectus sanctitatis in eo fuisse: simul enim fuit homo, & sanctus homo, vel ex non sancto negatiue: & hoc adhuc distinguendum est, quia vel dicitur ex non sancto sanctus factus, ratione creatæ sanctitatis, quæ hominis est, & sic dicitur Christus sanctus factus sicut & homo factus: aut ratione sanctitatis increatæ: & sic dicitur sanctus factus per modum quo homo dicitur factus Deus, quæ vel est falsa, vel minus proprietatis habens, quàm prima, scilicet, Deus factus est homo, vt infra distin. 7. patebit, & ita concedi potest in aliquo sensu Christum sanctificatum esse. (q.2.ar.1. & 2.)

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Christus nõ indiguit vt pro se oraret uel hostias offerret: ita nec indiguit, vt hoc modo sanctificaretur quo alios sanctificare venerat, scilicet per purgationem peccatorum: per hoc tamen non remouetur quin ipse a tota trinitate sanctus sit factus homo: cum prius nec homo nec sanctus homo fuerit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd primum mouens in aliquo ordine mobiliũ, non oportet esse immobile simpliciter: sed immobile ſm idem genus motus: sicut cœlum quod est primum alterãs, mouetur quidem: sed non alteratur: non. n. est primum mouens simpliciter: similiter etiam Christus secundum quòd homo, non est primum sanctificans simpliciter: sed deus trinitas: est autem primum sanctificans inquantum homo per modum satisfacientis pro peccato, & sic sanctificatus non est: aliquo tamen modo sanctificatus est.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ non oportet omne quod fit, ex contrario fieri: sed solum quod fit per viam generationis & alterationis: oportet tamen omne quod fit ex incontingenti fieri, vt in 1. physicorum dicitur, quod non contingit simul in esse: sic autem contingens non est solum contrarium vel priuatio: quæ requirunt subiectum: sed etiam negatio quæ consistentiam subiecti non requirit, & sic ex non sancto Christus factus est sanctus, vt dictum est. Quartum concedimus, quia responsio illa non valet. (tex. c. 33. 44. 45. 46.)

DISTINCTIO. IIII.

Quare in scriptura sacra, sæpius tribuatur incarnatio quæ est opus trinitatis Spiritui sancto, & de ipso etiam conceptus & natus Christus dicatur.

CVM vero incarnatio verbi (sicut in superiorib⁹ tractatũ est) operatio vere sit patris & filii, & Spiritus sancti, inuestigatione nobis dignũ videtur, quare in scriptura, Spũi sancto hoc opus sępius attribuatur, & de ipso Christus conceptus memoretur & natus. Non enim ideo operatio incarnationis Spiritui sancto sæpius attribuitur, ꝙ ipse solus eã sine patre ac filio fecerit: sed quia Spiritus sanctus est charitas, & donũ patris, & filii, & ineffabili Dei charitate uerbum dei caro factum est, & inestimabili Dei dono filius dei vni- G uit sibi formam serui. Non igitur frequens denominatio Spiritus sancti ab illo opere patrem uel filium secludit: sed potius uno nominato, tres intelliguntur: sicut sæpe fit in aliis operibus. vñ Augu. sup hoc mouẽs qõnẽ, in hũc modũ eandem determinat in Enchi. ita inquiens.

EXPOSITIO TEXTVS.

OBNOXIA fuit peccato in Maria. SED CONTRA. Quod non est, non potest esse peccato obnoxium: sed caro Christi non fuit nisi in ipso. ergo falsum est, quod hic dicitur. Dicendum, ꝙ quamuis caro Christi actu non fuerit, nisi in ipso: tñ materialiter fuit in beata virgine, & in aliis: sed differenter, quia in beata virgine præexistebat materia illa essentialiter: sed in aliis prioribus originaliter tñ; vt dictum est, & ſm illũ modũ quo in vnoquoq; fuit, sic peccato obnoxia erat. *Ita & Leuiticus ordo.* Videtur ꝙ ratio Apostoli non valeat. potest enim contingere ꝙ pater Papæ, alicui simplici sacerdoti decimas soluerit: nec propter hoc Papa sacerdote illo minor esset, & sic nõ videtur sequi. si Abraã Melchisedech decimas soluerit, quòd propter hoc, Leuiticus ordo Melchisedech minor fuerit. Sed dicendũ ſm quosdam, quòd Apostolus procedit ex suppositione huius, quòd Abraã tota posteritate sua maior fuerit. vnde si Melchisedech maior fuerit, q̃ Abraam: per consequens, maior fuit, q̃ Leui vel Aaron. Sed quia hæc suppositio vel dubia est, vel falsa, saltem propter beatam virginem: ideo melius dicendum, quòd Apostolus non intendit probare, quòd Melchisedech personaliter maior fuerit, q̃ Aaron: sed quòd sacerdotium Christi figuratum per sacerdotium Melchisedech, maius est, q̃ sacerdotium Aaron. vnde uirtus rationis apostoli fundatur super figuram: figurauit. n. Abraam decimas Mel- F chisedech dans, quòd ipse cum tota sua posteritate minor esset sacerdotio Christi, per Melchisedech figurati. *Secundum rationem seminalem erat.* Semen vt dicit philosophus. 5. physicorum est in genere causæ efficientis. vnde illi dicuntur in Abraam secundũ rationem seminalem fuisse, qui concepti sunt per virtutem actiuã ex Abraam, originaliter descendente, quod de Christo dici nõ potest, vt ex dictis patet. *Non eum mater concupiscentia.* Istud potest intelligi dupliciter, vt ita, q̃d cõcupiscentia & gratia sint nominatiui casus: sic enim concupiscentia dicitur mater eorũ, qui per concupiscentiã nascuntur, & gratia mater Christi, quia per gratiã natus est, vel potest intelligi, ꝙ sint ablatiui casus, vt intelligatur, quòd mater Christi non genuit eum per concupiscentiam: sed per gratiam, & sic locutio propria & plana est. *Quia dicunt physici tot.* Hoc potest aliter exponi, quàm Magister infra exponit, vt intelligatur completio corporis humani non solum quantum ad figuram: sed etiam quantũ ad debitam quantitatem, vt per hos quadragintasex dies, totum tempus vsque ad partum intelligatur, quadraginta enim & sex, si H per senarium (qui numerus est perfectus) multiplicentur, resultant. 276. dies, & tot dies cõputantur ab octauo Kalendas Aprilis, quando Christus conceptus est, vsque ad octauas kalendas Ianuarii, quando Christus natus est, & hoc accipitur ab † Augustino.

(2. phy. t. 31. & 5. Met. t. c. 2. & de caus.) (cap. 38. 40. 41.) (in lib. octogintatri. quæst. q. & 56.)

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit de incarnatione, ex parte assumpti, ostendens quid assumptum est, & cuius conditionis fuerit antequam assumeretur. In ista parte determinat de effectiuo ipsius assumpti. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit quare efficientia naturæ assumptæ Spiritui sancto appropriatur. In secunda mouet quandam dubitationem ex dictis consequentem ibi. *Sed non est in hoc diutius.* Circa primum tria facit. Primo mouet quæstionem. Secundo determinat eam ibi. *Non enim operatio incarnationis.* I Tertio confirmat per authoritatem ibi. Cum illam creaturam &c. *Sed non est in hoc diutius.* Hic determinat quandam dubitationem ex prædictis ortam. Si enim Christus inquantum homo de Spiritu sancto natus est: videtur quòd Spiritus sancti filius sit inquantum homo. Circa hoc ergo duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo determinat eam ibi. *Proinde cum fateamur.* Circa quod duo facit. Primo ostendit, quòd Christus non dicitur natus de Spiritu sancto: sicut de patre. Secundo exponit qua ratione de Spiritu sancto natus dicatur ibi. *Profecto modus iste.* Circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd hoc dicitur ad signãdum rationem illius natiuitatis, quia per gratiam est, vt ly, de, denotet quasi rationem operis. Secundo ostendit aliam rationem qua hoc dici possit, scilicet, quia Spiritus sanctus fecit Christum inquantum est homo, vt ly, de, denotet habitudinem causæ efficientis ibi. *Potest etiam dici Christus.* K Circa quod iterum duo facit. Primo prosequitur rationem secundo assignatam. Secundo mouet quandam quæstionem circa verbũ Apostoli inductum ibi. *Sed quaeri potest, cur nos.* Hic est triplex quæstio. Prima de conceptione Christi in comparatione ad efficientiam Spiritus sancti. Secunda de ipsa in comparatione ad matrem concipientem. Tertia de ipsa per comparationem ad gratiam per quam conceptio facta dicitur.

QVAESTIO PRIMA.

Circa primum quæruntur duo.

Primo. Vtrum efficientia conceptionis Christi Spiritui sancto appropriari debeat.
Secundo. Vtrum ratione huius efficientiæ Christi, secundum quòd homo, Spiritus sanctus possit dici pater.

ARTICV-

ARTICVLVS I.

Vtrũ efficientia conceptionis Christi debeat appropriari alicui personæ.

Propositio textus.

CVm illam creaturam quã virgo concepit & peperit quamuis ad solam personam filii pertinentem tota trinitas fecerit (neque enim separabilia sunt opera trinitatis) cur in ea facienda spiritus sanctus solus nominatus est? An etiã quando vnus trium in aliquo opere nominatur, vniuersa operari trinitas intelligitur? Ita uere est, & exemplis doceri põt. Audistis propositã qõnem, eiusdéq; solutionẽ vel expositionẽ

Quo sensu Christus dicatur conceptus & natus de spiritu sancto.

SEd in hoc non est diutius immorandum. Illud enim mouet: quomodo Christus est dictus natus de spũ scõ, cũ filius nullo modo sit spiritus sancti. B Nũquid dicturi sumus ᵇ patrẽ hominis Christi esse spiritum sanctum, vt deus pater verbũ genuerit: spiritus sctũs hominẽ, ex qua vtraq; substãtia Chrs vnus esset, & dei pris fili⁹ secũdũ verbũ, & spũs sctĩ filius secundũ hoiem, eo qđ eũ

AD PRIMVM sic procedit. Videtur, ꝙ nulli personæ efficientia illa appropriari debeat. operatio enim dei est sua essentia, sed essentia est communis tribus personis, & nulli eorum appropriabilis, ergo nec operatio diuina, qua conceptio hominis Christi perfecta est; alicui personæ debet appropriari.

¶ Præt. Dam. dicit primo † cap. tertii libri. ꝙ incarnatione manifestabantur simil bonitas: potentia, iustitia, & sapientia dei: sed sicut bonitas appropriatur spiritui sancto: ita potentia patri, & sapientia filio. ergo efficientia carnis assumptæ non magis vni personæ quàm alteri appropriari debet. (lib.3. de fide Orth. c. 1. circa medium.)

SED CONTRA. Omnis operatio diuina procedit ab eo, ſm rationem alicuius attributi: sicut & operatio creaturæ procedit ab ea secundum suam formam, sed quodlibet diuinorum attributorum est alicui personæ appropriabile. ergo & quodlibet diuinũ opus alicui personæ appropriari debet, sicut causæ efficienti, & ita opus incarnationis.

II (3.q.32.2.) VLTERIVS videtur quòd debeat appropriari patri: ipsi enim attribuitur potentia: potentia autem actiua quæ in solo deo est; est principium efficiendi: ergo omnis efficientia patri præcipue appropriari debet.

¶ 2 Præt. Sicut supra Magister dicit: filii missio, est eius incarnatio: sed actiua missio filii proprie attribuitur patri. ergo & efficiẽtia incarnationis debet patri attribui. (sup. in princip. 1. dist.)

SED CONTRA. ſm Orige. sicut generatio filii eterna est a patre sine matre: ita generatio eius temporalis, est a matre sine patre. hoc autem non contingeret, si efficientia incarnationis patri attribuatur: ergo non est sibi conuenienter attribuenda. (Tomo.3. in 1. ca. Mat. Cũ esset desponsata.)

III (Dam. li. 3. de fide. c. 2. t.c.31.) VLTERIVS videtur quòd sit attribuenda filio: sicut enim ex verbis Dam. 3. di. habitum est, diuina sapientia, sicut diuinum semen ex purissimis sanguinibus virginis sibi carnem copulauit, sed semen (vt dicit philosophus. 2. physicorum) est principium actiuum. ergo efficientia incarnationis filio appropriari debet.

¶ 2 Præt. Ber. in. 5. de consi. dicit, quòd dei sapientia est illa mulier euangelica, quæ fermento fidei gloriosæ virginis, tria sata cõmiscuit. s. nouum, antiquum, & æternum: nouum in creatione animæ de nihilo: antiquum in assumptione corporis de natura Adæ: æternum in vnione deitatis: sed sapientia attribuitur filio: ergo efficientia incarnationis filio attribuenda est.

SED CONTRA. Incõueniẽs videtur quòd aliqua res seipsam faciat: vel seipsam generet, vt dicit Aug. sed appropriationes secundum rationem conueniẽtiæ fiunt: cũ ergo ipse filius factus sit homo: non debet sibi efficientia incarnationis appropriari, sed alteri personæ. (1. l. de tri. c. 1.)

IIII (3.q. 32.1. p. d. x. in textu. & .3. d.4. in tex.) VLTERIVS videtur, quòd non debeat etiam appropriari spiritui sancto vt dicatur de spiritu sancto conceptus: spiritus enim sanctus charitas est, & donũ dei, vt in primo lib. habitum est; sed non conuenienter dicitur Christus conceptus de charitate vel dono dei: ergo nec de spiritu sancto conceptus dici debet.

¶ 2 Præt: Vt ex verbis Aug. habitum est. 36. di. primi lib. hæc propositio de, denotat consubstantialitatem. vnde non dicimus aliquid de aliquo fieri, nisi de eius substantia fit: dicimus enim esse filium de patre: non autem cœlum & terram de deo. sed Christus secundum hominem non est consubstantialis spiritui sancto. ergo non debet dici de spiritu sancto natus. (In li. de nã boni. c.27. p. d. 16. in text. & di. 5. q. 2. art. 1. corp.)

SED CONTRA est quod dicitur Matth. 1. quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est.

RESP. ad primam quæstionem dicendum, quòd sicut dicit Dio † 2. cap. de di. no. Omne nomen dei, operationem in creaturam designans, conuenit toti trinitati. & ideo in qualibet operatione diuina, appropriata trium personarum ostenduntur. s. sapientia, potentia, & bonitas, quæ etiam in operatione incarnationis ostensa sunt, vt Dam. † dicit: bonitas quidem, inquantum (Dam. li. 3. cap. 1.) A proprii plasmatis non despexit infirmitatem: potentia vero, inquantum maxime distantia coniunxit: sapientia vero, inquantũ conuenientem modũ inuenit eius, quod impossibile videbatur: iustitia etiam in eo per modum satisfactionis salutem humani generis reparauit: vnaquæq; tamen operatio diuina, huic personæ magis quàm illi est appropriabilis, ſm quòd in ea magis manifestatur attributum, quod illi personæ appropriatur. Bonitas autem diuina secũdum hoc in operatione dei manifestatur, quòd sine sui indigentia ea quæ bunt sua, creaturæ communicat, & quãto ea quæ communicantur minus sunt creaturæ debita, & quasi magis deo propria: tanto magis bonitas dei ostenditur: sicut sunt ea quæ gratis naturæ superadduntur, & propter hoc, gratiæ spiritui sancto attribuuntur: cui bonitas appropriatur: cum ergo hoc præcipue supra conditionẽ humanæ naturæ fit, vt in vnitatem diuinæ personæ assumatur; hoc opus precipue spiritui sancto appropriandum est.

Ad primum ergo dicendum, quòd attributa appropriata personis, præsupponunt rationem essentiæ, sed operationes diuinæ C præsupponunt attributa secundum intellectum, & ideo propter appropriationẽ attributorum; essentia non appropriatur alicui personæ, sed operatio, quia iudicium posterioris dependet a priori: & non econuerso.

Ad secundum dicendum, quòd quàmuis illa quatuor in incarnatione ostendantur; tamen precipue manifestatur ibi bonitas diuina, vt ex dictis patet. Tertium concedimus.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum videtur, quòd patri appropriandæ sunt illæ operationes diuinæ: in quibus præcipue manifestatur potentia; ꝓpter qđ opus creationis appropriatur patri: attẽdit enim potẽtia patris operantis in productione effectus; bonitas autem in liberali collatione: in opere ergo creationis res in esse productæ sunt. non autem tunc aliquid eis collatum est supra id quod naturę ratio exigit: sicut est in opere recreationis: in quo res nõ oĩno ex nõ esse ꝓducunt, sed aliquid supra earũ conditionẽ eis confertur, & ideo ea quæ ad recreationẽ D pertinent, spiritui sancto appropriant, & nõ patri.

¶ Ad primum ergo contra hoc obiectum dicendum est, quòd q̃uis potentia principium actiuum per se nominet: tamen in agẽtibus per voluntatem, voluntas est imperans quod potentia exequitur, voluntatis autem obiectum est bonum, & ideo principale in operatione agentis per voluntatem est bonitas; & quasi secũdariũ exequẽs est potẽtia, & ꝑcipue qñ tota ratio effectus est bonitas agẽtis, & ideo huiusmodi opera spiritui sctõ ap ꝓpriant.

¶ Ad ſm dicendũ, quòd in incarnatione duo sunt. s. persona assumens: & natura assumpta: missio igitur nominat incarnationem ex parte ꝑsonę assumẽtis ꝑcipue, & q̃a ad ꝑsonã filii assumẽtẽ solus pater auctoritatẽ habet, ideo missio actiua patri attribuitur: conceptio autẽ vel natiuitas temporalis nominat incarnationem ex parte naturæ assumptę, cui gratuito collatum est, vt in vnitatem talis personę assumeretur, & ideo efficientia conceptionis non patri, sed spiritui sancto appropriatur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut dicit phi- E losophus † 1. meta. Sapiẽtis est ordinare. vnde illę operationes diuinę quę ad ordinationem dei pertinent: sicut gubernatio, & huiusmodi: filio attribuuntur, cui sapientia appropriatur. In opere autem incarnationis attenditur quædam gratuita collatio, quã humanæ naturæ datum est, in vnitate diuinæ personæ assumi, & omni gratia repleri sicut primum, & executio illius doni sicut secundum, quę ad ordinationem dei pertinent, & ideo spiritui sancto conuenit esse factiuum incarnationis, sed ex equi misterium incarnationis, conuenit filio. (c.2. phem. part.6.)

¶ Ad primũ ergo cõtra hoc obiectũ, dicendũ, ꝙ in naturali conceptione hoĩs, semen habet rationẽ actiui, & iterũ rõnẽ termini: inquantũ virtus quæ est in semine, attrahit sibi id, vnde nutriat, & in quãtitatẽ perfectã proficiat: quãtũ ergo ad primũ, operatio seminis appropriat spũi sctõ, sed quãtũ ad ſm, appropriatur filio, quia conceptio ad ypostasim filii terminata est.

¶ Ad ſm dicẽdũ, ꝙ cõmistio illa illorũ triũ, ordinationẽ signat vnionis ipsorũ, nõ eni ibi ꝓprie cõmistio est, hæc aũt ordinatio

præſupponit diuinam acceptationem, qua hoc donum creaturæ dare voluit, vt per vnionem, perſonæ eternæ coordinaretur, & ideo q̃uis cōmiſtio ſapientæ poſſit attribui: tamē ipſa incarnatio principaliter ſpiritui ſancto approprīāda eſt. Tertiū cōcedimus. F

AD QVARTAM quæſtionem dicendū quòd ratione iam dicta efficientia incarnationis ſpiritui ſancto appropriatur, & iō pōt dici Chřs cōceptus de ſpiritu ſancto. ſ. ſiue hæc prepoſitio de, dicat cauſæ efficientis habitudinem, ſiue etiam deſignet rationem faciēdi: ipſa enim ratio faciendi incarnationē eſt bonitas ſpiritui ſancto appropriata.

¶ Ad primum ergo contra hoc obiectum dicendū, quòd quàmuis ſpūſctūs ſit charitas & donū: tñ noīe charitatis & doni nō ſignaт vt perſona ſubſiſtens cuius eſt agere, & ideo nō pōt dici Chriſtus conceptus de charitate vel dono, ſi ly de. dicat habitudinē cauſę efficientis, q̃uis forte poſſet concedi ſm quòd ly de. ſignat rationem faciendi.

¶ Ad ſecūdū dicendum, quòd de. largo modo accipitur pro ex. Tertium concedimus.

ſpūs ſanctus tanq̃ pr̃ ei⁹ de matre virgine genuiſſet? Quis hoc dicere audebit, cum hoc ita ſit abſurdum, ut nulle fidelium, aures id ualeant ſuſtinere? Proinde cum cōfiteamur Chriſtum natum de ſpiritu ſancto ex maria virgine, quomodo non ſit filius ſpiritus ſancti, & ſit filius virginis, cū & de illo & de illa ſit natus explicare difficile eſt. Proculdubio non ſic de illo ut de patre: ſic autē de illa ut de matre natus eſt. Non eſt autem concedendū, quicquid de aliqua re naſcit, cōtinuo eiuſdē rei filiū nūcupā- G

dum, ut enim omittā aliter de hoīe naſci filiū, aliter capillū, aliter pediculū, uel lūbricū, quorū nihil eſt vilius, ut ergo hoc omittam: quoniā tātæ rei deformiter, comparatur, certe qui naſcuntur ex aqua & ſpiritu ſancto, non aquæ filios eos recte dixerit quiſpiam, ſed dicuntur filij dei patris, & matris Eccleſiæ. Sic ergo de ſpū ſancto natus eſt Chriſtus, nec tamen filius eſt ſpūs ſctī. Sicut ecōuerſo, nō oēs q dicūtur alicuius filij, conſequēs eſt, ut de illo ēt nati eē dicant, vt illi qui adoptantur. Dicunt etiā filij gehē-

ARTICVLVS II.

3.q.32.3. b Vtrū Chriſtus ſecūdū quòd hō poſsit dici filius ſpūs ſācti. H

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q̃ Chriſtus ſecundum quòd homo poſſit dici filius ſpiritus ſancti: humanam enī naturam quam aſſumpſit Chriſtus, tota per indifferentiam trinitas operata eſt, ſed homo Chriſtus Ieſus conuenienter dicitur filius dei patris. ergo etiam poteſt dici filius ſpiritus ſancti, vel totius trinitatis.

15. de animalib. vel 2. de generat. cap. 4. ¶ 2 Præt. ſm philoſophum in 15. † de animalib. in generatione humana materiam miniſtrat mater; actio vero ex ſemine patris eſt, ſed omnem actionem quam facit ſemen hominis patris in generatione humana, facit in cōceptione Chriſti ſpiritus ſanctus, & multo efficacius: ſi ergo ratione illarum actionum dicitur vnus homo, pater alterius, videtur, quòd ſpiritus ſanctus dicitur pater Chriſti, ſecundum humanam naturam.

¶ 3 Præt. Ex hoc homo dicitur pater hominis: quia genuit eum ex matre ſimilem in ſua natura: ſed poteſt dici, vt videtur, quòd ſpiritus ſanctus genuit Chriſtum ex Maria virgine, ſicut etiā dicitur in gl. Matth. 3. quòd Deus exS arra genuerit filium: cū ergo Chriſtus & ſpiritus ſanctus ſint eiuſdem naturæ, videtur q̃ ſpiritus ſanctus poſſit dici pater Chriſti. I

M. in lřa ex Aug. in Enchiridion. c. 38. 39. 40. 41. ſup. d. 1. SED COMTRA eſt auctoritas Aug. in litera.

¶ Præt. ſicut ſupra. 1. diſt. dixit magiſter. ideo filius & non pater aut ſpiritus ſanctus aſſumpſit carnem ne nomen filii tranſiret ad aliam perſonam, ſed non eſt minus inconueniens, quòd nomen patris tranſeat ad aliā perſonā q̃ nomē filii: ergo nomē patris nō debet tranſire ad perſonam ſpiritus ſancti, vt dicatur pr̃ Chři,

II VLTERIVS videtur quòd poſſit Chriſtus dici filius trinitatis: Chriſtus enim ſecundum quòd homo creatura eſt, ſed nos dicimur filii trinitatis p̄ creationē. Deut. 32. Nunq̄d nō ipſe eſt pr̃ tuus &c. ergo & Chriſtus pōt dici filius trinitatis ſm q̃ homo.

Deut. 32.

Roma. 8. f. ¶ Præt. Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. gl. ſecundum humanam naturam ſm quā fratres habet: ſm autem diuinam non habet: ſed fratres dicuntur qui ex eodem patre naſcūtur: cum ergo pater eorū qui dicuntur fratres Chriſti ſit tota trinitas, videtur q̃ etiam Chriſti hominis ſm humanam naturam. K

Ioan. ca. 1. ¶ Præt. cuiuſlibet gratiā habētis, dr̃ pr̃ tota trinitas. Io. 1. Dedit eis poteſtatē fi. dei fi. ſed Chriſtus pleniſſime habuit gratiā. ergo poteſt dici filius totius trinitatis inquantum eſt homo.

Mag. infra. d. 10. in textu. SED CONTRA. Sicut infra probatur di. 10. Chriſtus non eſt filius niſi ntauralis, ſed naturalis filius non eſt trinitatis, ſed patris tantum: ergo Chriſtus non poteſt dici filius trinitatis.

Dam. lib. 1 de fi. ca. 9. ¶ Præt. ſm. Dam. filiatio non determinat naturam ſed perſonā. Sed in Chriſto quàmuis ſint duę naturæ non eſt ibi niſi vna perſona eterna: cum igitur ſecundum perſonā eternā non poſſit dici filius trinitatis: nullo modo poteſt dici filius trinitatis.

in Enchiridion. vbi ſup. RESP. dicendū ad primā qōnē q̃ ſm Aug. in littera. Chriſtus non eſt filius. neq; ſpiritus ſancti neq; trinitatis, ſed tantum dei patris, ſed hoc diuerſa ratione a diuerſis negatur. quidam negāt hoc non tanquàm ſimpliciter falſum, ſed tanquàm inconuenienter dictū, vtpote præſtans occaſionem errandi, & circa eternā generationem filii in qua ſequeretur quædā confuſio relationū, ſi filius diceretur ſuiipſius filius & ſpiritus ſancti. Et circa generationem eius temporalem, ne videatur ſpiritus ſanctus de ſua ſubſtātia Chriſtū genuiſſe ſm hoīem: ſi pater eius diceret. Et ſicut non poteſt dici filius trinitatis ſimpliciter, ita nec per creationē vt euitet error Arrii: qui dicit Chriſtū puram creaturā. Neq; per gratiā vt euitet error Neſtorii: qui dixit duas perſona. in Chriſto, & vnionem diuinitatis ad hominem Chriſtū eſſe tantum per gratiam: nō in perſona. Cōcedūt tñ aliqui quòd pōt dici: Iſte homo filius trinitatis per creationē: ſi ly iſte homo, dicit ſuppoſitū ſiue indiuiduum hominis: non perſonā filii dei: nullo tñ modo filius dei poteſt dici filius trinitatis propter repugnantiam relationū. Concedunt etiam q̃ quantū ad gratiam habitualē per quā tota trinitas habitat in anima Chriſti: poteſt dici iſte hō fili⁹ dei ēt ſm q̃ hō. nō tñ trinitatis, q a ſm hoc nō habet ipſe cōparationē ad relationē q bus diſtinguitur trinitas; ſed quantū ad gratiā vnionis dicitur tantum filius patris naturalis. Sed hæc opinio non eſt conueniens dictis Aug. qui ſimpliciter negat dici Chriſtum eſſe filium trinitatis aut ſpiritus ſancti. Non enim hoc poteſt eſſe ad vitandum confuſionē relationū: cū enim cōfuſio ſit ex inordinata permiſtione aliquorū nulla ſequeret cōfuſio: ſi ſm diuerſas naturas oppoſitas relationes filio attribueremus vel ſpiritui ſancto ratione diuerſorū: cū etiā de filio ratione diuerſarū naturarū ſine aliqua inconuenientia contraria prædicentur, vt quòd eſt paſſibilis & impaſſibilis. Et etiam relationes oppoſite, vt q̃ eſt minor & æqualis patri, & etiam maior & minor ſeipſo. Neq; etiā negant hoc ad euitandum errorē qui poſſet ſequi: non enim magis patrocinatur errori Arrii ſi dicatur quòd eſt filius trinitatis per creationem, quàm q̃ dicatur ſm q̃ homo creatura, qđ tamen conceditur. Et eſt ſimile de aliis erroribus.

vbi ſup.

¶ Præt. Hoc qđ cōceditur iſte homo filius trinitatis per creationē ſm q̃ dicit ſuppoſitū vel indiuiduū hoīs. non p̄ſonā filii Dei, nō cōuenit ſecūdę opinioni q̃ infra ponitur di. 6. ſm q̃ ille homo non poteſt ſupponere niſi ſuppoſitū eternū. Similiter etiā quòd Chriſtus per gratiam habitualem non comparetur ad relationes diſtinguentes perſonas, non, videtur eſſe ratio quòd non poſſit dici filius trinitatis, quia nos dicimur per gratiam filii trinitatis, & tñ gratia quæ in nobis eſt, eſt effectus eſſentiæ diuinæ non habēs reſpectum ad diſtinctionem perſonarum. Et ideo dicendum aliter cum aliis. ſ. quòd Augu. hoc negat tanquàm ſimpliciter falſum & impoſſibile. Filiatio enim eſt relatio conſequens generationem, generatio autem eſt via ad eſſe: eſſe autem eſt quid ſuppoſiti a forma ſiue a natura. vnde cum filiatio ſecundum Dama. ſit determinatiua ſuppoſiti vel ypoſtaſis: non poteſt aliquis dici filius alicuius, niſi a quo accipit eſſe: eſſe autem Chriſti eſt vnum ad minus quantum ad ſecundam opinionem, vt infra dicetur: hoc autem eſſe non habet Chriſtus ab aliqua perſona diuina niſi a patre: vnde non poteſt dici filius niſi patris. Similiter etiam nō poteſt dici quòd ſit filius trinitatis per creationem vel gratiam, quia quando in aliquo inuenitur perfecta ratio alicuius nominis: nullo modo recipitur illud nomen de eo cum determinatione diminuente, vt patet ex verbis. Auguſtinus. in littera: ſicut planta dicitur viuens imperfectum propter animam vegetabilem, quia non habet eſſe cum anima ſenſibili: animal autem quàmuis habeat eandem animam, non dicitur viuens imperfectū, quia habet eam cum anima ſenſibili: Chriſtus autē habet verā rationē filiationis ad deū. vnde non eſt dicendus filius per creationē neq; per gratiam, quia per hoc ſignificatur filiatio imperfecta ad deum quæ eſt ſecundum quid, & non ſimpliciter.

Mag. infra d. 6.

Dama. vbi ſup.

inf. d. 6. q. ar. 2. corp.

¶ Ad primū ergo dicendum, quòd non eſt dicendum Chriſtum hominem eſſe filium patris per creationem, neque ratione formationis corporis Chriſti niſi quatenus illa formatio terminatur ad vnionem perſonalem: per quam iſte homo eſt naturalis filius dei patris.

¶ Ad ſecundum dicēdum, quòd ſpiritus ſanctus facit illas actiones non mediante ſemine ex ſe deciſo, quod ad patrem pertinet, ſed quaſi artifex: operando in materiam exteriorem.

¶ Ad

Dam. li. 1. de fide. ca. 8. circa medium. Ad tertium dicendum, quòd ſpiritus ſanctus nō genuit Chriſtum de beata virgine, quia ſm Dam. generare eſt ex ſua ſubſtantia alium producere: & glo. illa ſic exponenda eſt: genuit, ideſt fecit vt naſceretur. Nec iterum ſpiritus ſanctus eſt ſimilis Chriſto in natura illa quam in vtero virginis formauit: vnde non poteſt ſpiritus ſanctus dici pater Chriſti ſm humanitatem.

¶ Quartum & quintum concedimus.

AD SECVNDAM quæſtionem patet reſponſio ex dictis.

¶ Ad primum dicendum, quòd creatura reſpicit communiter naturam & ſuppoſitum: filiatio autem reſpicit tantum ſuppoſitum. vnde humana natura in Chriſto dicitur creata: nō autē filia, & ideo in quantum homo non poteſt dici filius per creationem: poteſt autem dici creatura.

næ: non ex illa nati, ſed etiam in illam præparati. Cum itaque de aliquo naſcitur aliquid, & non ita, ut ſit filius, nec rurſus, omnis qui dicitur filius de illo ſit natus cuius dicitur filius, profecto modus iſte, quo natus eſt Chriſtus de Maria virgine ſicut filius, & de ſpiritu ſancto non ſicut filius; inſinuat nobis gratiam Dei; qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipſo exordio naturæ ſuæ, quo eſſe cepit, uerbo dei copularetur in tantam perſonæ unitatem, quòd idem eſſet filius dei, qui filius hominis, & filius hominis, qui filius dei, & ſicut in naturę humanæ ſuſceptione fieret quodammodo ipſa gratia illi homini naturaliter, qua nullum poſſit admittere peccatum. quæ gratia ideo per ſpiritū ſanctum eſt ſignificata, quia ipſe proprie ſic eſt Deus, vt ſit & Dei donum. Per hoc ergo q̃ de ſpiritu ſancto eſſe natiuitas Chriſti dicitur, quid aliud quàm ipſa gratia demonſtratur, qua homo mirabili & ineffabili modo uerbo dei eſt adiunctus atque concreatus, & diuina gratia corporaliter repletus? B

In. 2. lib. cōtra apologeticū Eunomii. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Chriſtus dicitur primogenitus in multis fratribus ſecundum humanam naturam: non quaſi vni voce filius cum aliis, ſed per analogiam, quia ipſe filius naturalis propter vnionem in perſona: alii autem filii adoptiui per aſſimilationem ad deum quæ eſt per gratiam: ſicut etiam dicitur primogenitus creaturæ inquantum ſecundum Baſil. accipere commune habet cum creatura. vnde non oportet quòd ad eundem patrem omnino referantur. C

d. 10. q. 2. art. 2. quæſtiūcula. 3. & mag. in. litera. ¶ Ad tertium dicendum, quòd alii dicuntur filii adoptiui: Chriſtus autem dicitur per gratiam vnionis filius naturalis: per gratiam autem habitualem non poteſt dici filius adoptiuus, vt dicetur infra di. 10. neque etiam naturalis. vnde nullo modo poteſt dici filius per gratiam. Alia concedimus.

QVAESTIO SECVNDA.

Deinde quæritur de conceptione Chriſti in comparatione ad matrem concipientem.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrū beata virgo poſſit dici mater hominis Ieſu Chriſti D
Secūdo. Vtrū debeat dici mater dei.

ARTICVLVS I.

3.q.35.3. a Vtrum beata uirgo poſſit dici mater hominis Chriſti Ieſu.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd beata virgo nō poſſit dici mater illius hominis. In conceptione enim Chriſti beata virgo miniſtrauit tantū materiam, quia totam actionē fecit ſpiritus ſanctus, ſed propter materiam non poteſt aliquid dici mater: ſicut arbor non eſt mater ſcamni. Ergo beata virgo non poteſt dici mater illius hominis.

¶ 2 Præt. Matris eſt deſcindere ſemen ad cōceptum, ſed materia conceptionis Chriſti ſeparata eſt a reliqua carne virginis operatione ſpiritus ſancti: ergo non poteſt dici mater. E

¶ 3 Præte. Sicut caro Chriſti operatione ſpiritus ſancta eſt, de materia ſumpta a beata virgine, ita Eua formata eſt operatione diuina, de materia ſumpta ab Adā, ſed Adam non poteſt dici pater Euæ nec mater. ergo nec beata virgo poteſt dici mater Chriſti.

¶ 4 Præt. Multo plus contulit, ad conceptionem Chriſti ſpiritus ſanctus, quàm beata virgo, quia agens eſt præſtantior in actione quàm materia, ergo ſi ſpiritus ſanctus non poteſt dici pater Chriſti, nec beata virgo poteſt dici mater eius.

¶ 5 Præt. Filiatio vt dictū eſt, reſpicit ypoſtaſim, ſad ypoſtaſis in Chriſto eſt vna tantum, quæ eſt æterna, ſm quā Chriſtus nō eſt a beata virgine. ergo nullo modo pōt dici filius beatæ virginis.

¶ 6 Præt. In Chřo eſt tantū vnū eſſe ex parte ypoſtaſis, quā cōſequit filiatio, ſed illud eſſe nō habuit Chriſtus a matre. ergo non poteſt dici filius eius.

¶ Contra eſt auctoritas euangelii Matth. 1. Cum eſſet deſponſata mater Ieſu &c. Et in pluribus aliis locis. A

Mat. cap. 1 & Luc. 1. & 2. & Io. 2. & 19. ¶ Præt. Sicut ſupra dictum eſt di. 3. Beata virgo in generatione Chriſti contulit quicquid alia mulier conferre debet, ad generationem filii ſui. Si ergo alię mulieres vere dicuntur matres, & beata virgo, vere poteſt dici mater Chriſti.

d. 3 q. 1. ar. 1. & 2. ca. de animalib. RESPONDEO dicendum, quòd beata virgo vere poteſt dici mater Chriſti: cū quicquid ſit de neceſſitate generationis ex parte matris inueniatur in beata virgine, maxime ſm opinionem Ariſto. qui vult quòd formatio & organizatio corporum non fiat per virtutē actiuā mulieris, ſed ſolū per virtutē actiuam viri, & q̃ ſemen mulieris nō eſt de neceſſitate conceptionis, quia qñque contingit impregnari mulierē ſine emiſſione ſeminis, p̄ hoc q̃ ſāguinē mēſtruū miniſtrat, q eſt materia cōcept⁹. Et hoc cōſonat ei qđ dicit Dam. q̃ ex puriſſimis ſanguinibus virginis, formatū eſt corpus Chři nō ſeminaliter, ſed virtute diuina. Sed huic vere maternitati derogaт, p̄ duos errores. Quorū vnus ponit Chřm nō verā carnē, ſed fantaſticā aſſumpſiſſe, & beatā virginē nō mulierē, ſed angelū fuiſſe. vnde nec vera mr̃ eſſet. alius vero ponit Chřm nō carnē naturæ noſtre aſſumpſiſſe, ſed celeſtē ſecū portaſſe, & ſm hoc btā virgo non vere mr̃ ei⁹ eſſet, q a q̃uis in ea nat⁹ eſſet, nō tñ de ea. hi aūt errores verā humanitatem Chriſti negant. vnde a fide catholica ſunt alieni.

Ariſto. 15. & 16. vel i 1. de gene. 19. & in. 2. ca. 4.

Dam. li. 3. de fide c. 3.

¶ Ad primū ergo dicēdū, q̃ nō ſolū materiā præſtitit beata virgo, ad conceptionē Chriſti, ſed materiā conuenientē ad producēdū aliquid ſimile in ſpecie, & locū conuenientē & nutrimētū cōueniens conceptioni fetus, & hoc ſufficit ad rationem matris.

Ariſt. 15. & 16. de anilib. ut in. 1. de gen. ca. 19. & in. 2. cap. 4. ¶ Ad ſm dicēdū, q̃ ſm philoſophū ſemē mulieris nō eſt de neceſſitate generationis, ſed ſanguis quē femina miniſtrat ad cōceptionē, q q̃dē in aliis mulieribus ſeparaт, p̄ virtutē mulieris motā a viro, ſed in btā virgine p̄ virtutē ſpūs ſcti: nec hoc diminuit rationē matris, quia iſta actio eſt præambula ad conceptionem.

¶ Ad tertiū dicendū, q̃ pater eſt principiū actiuū in generatione, & ideo ad eſſe patrem non ſufficit, q̃ materiam miniſtret ſicut ſufficit ad eſſe matrem.

¶ Ad quartū dicēdū, q̃ licet ſpūs ſctūs, plus fecerit actiue in conceptione Chři q̃ btā virgo, nō tñ pōt dici pr̃, quia nō inueniunт in eo cōditiones q̃ req̄runt ad cōditionē přis: ſicut q̃ ex ſua ſubſtantia, & ſimilem ſibi in ſpecie filium producat, & alia hmōi.

¶ Ad quintū dicēdū, q̃ filiatio reſpicit ypoſtaſim cōſequētē ad gñationē, q̃uis ergo ypoſtaſis filii dei, ſm gñationē ei⁹ eternā nō ſit a virgine, tamen ſm generationē eius temporalem ex ea eſt.

vel in. 2. de gen. cap. 4. ¶ Ad ſextum dicendū, q̃ eſſe geniti eſt ab agente: mater aūt nō eſt agens in generatione, ſed pater. vnde non oportet q̃ eſſe filii ſit a matre ſed a patre, & ideo philoſophus dicit in. 16. de animalibus q̃ in gñatione mater dat corpus & pr̃ formā a qua eſt eſſe.

ARTICVLVS. II.

3.q.35.4. b Vtrum debeat dici mater Dei.

AD SECVNDVM ſic procediт. Videtur q̃ btā virgo nōn debeat dici mater dei: nō enim eſt mater niſi ſm q̃ ab ea accepit eſſe, ſed nō accepit ab ea diuinitatem: ſed humanitatē. ergo nō debet dici mr̃ dei, ſed mater hominis.

¶ 2 Præt. in deo nō differt deus & deitas, ſed non poteſt dici mater deitatis. ergo nec poteſt dici mater Dei.

¶ 3 Præt. Deus eſt commune tribus perſonis, ſed beata virgo nō eſt mater přis, neq; ſpiritus ſancti. ergo nō debet dici mater Dei.

θεότοκος Theotocos. i. dei genitrix. ¶ 4 Præt. ſicut naturā p̄duxit aſſumptā virgo generādo; ita etiā p̄duxit eā deus creādo, ſed rōne naturæ aſſumptæ nō dicim⁹ trinitatē creatricē dei. ergo nec debemus dicere virginē matrē Dei.

lib. 1. de trini. ca. 13. ¶ 5 Pręt. Magis debet cōcedi id qđ eſt verū p̄ ſe, q̃ id qđ eſt verū p̄ accidēs: ſed i hoc noīe Chřs, importaт humana natura quā generando virgo per ſe produxit, quæ in hoc nomine, deus, importatur, ergo magis debet dici mater Chriſti quàm mater Dei.

Damaſ. lib. 3. de fide c. 12. in principio. SED CONTRA. † Dam. in. 3. lib. dicit. Theotocos. i. dei genitricem, vere & principaliter, virginem prædicamus.

¶ Præterea. Secundum † Auguſtinum. † Talis fuit illa vnio quæ Deum faceret hominem & hominem Deum: ſed virgo genuit

 hominem

hominem. ergo & genuit deum. Ergo est mater dei.

¶ Præt. Propter vnionem naturarum in persona vna, vere dicimus deum passum, quamuis hoc fuerit secundum humanam naturam, & sic potest dici deus vere ex virgine natus. Ergo etiam mater dei dici potest.

RESPONDEO. Dicendum, quòd humanitas Christi & maternitas virginis adeo sibi cõnexa sũt vt qui circa vnum errauerit, oporteat etiam circa aliud errare. Vnde quia Nestorius [Rom.1.] circa humanitatem errabat, aliã esse asserens in Christo humanitatis & diuinitatis personã, oportebat quòd diceret virginem nõ matrem dei, sed hominis, quia secundum eum, deus & homo non est vnus Christus. [Matt.1.] Quidam vero moderni errantes dicunt non posse virginem dici matrem Dei, ne mr̃ patris & spũs sancti intelligatur: concedunt tamen eam esse matrem filii Dei: sed hi trepidant timore vbi non est timor, quia quamuis hoc nomen deus, commune sit tribus personis, potest tamen reddere locutionem veram pro vna persona, secundum quòd dicitur, Deus generat: sicut cum dicitur homo currit, solo Petro currente. vnde [D.844.] simpliciter concedendũ est virginem esse d. matrẽ Dei, sicut confitemur Iesum esse verum Deum.

Alia ratio quare dicatur natus de Spiritu sancto.

POTEST ẽt dici Chr̃s secũdũ hoĩem iõ natus de spũ sctõ, quia eũ fecit. Inquãtum.n. hõ est, & ipse factus est, vt ait Apostolus. Cõceptus ergo & nat⁹ de spũ sctõ dicitur, nõ ꝙ spũs sctũs fuerit virgini pro semine (non n. de substantia spũs scti semen partus accepit) sed qa ꝑ grãm dei & operatione spũs scti, de carne virginis est assumptũ, quod verbo est vnitũ. & in Euãgelio secundũ hãc intelligentiã legitur de Maria, ꝙ inuẽta est in vtero habẽs de spũ sctõ. Cuius dicti rõne † Ambrosius insinuãs in 2. li. de spũ sctõ ait. Quod ex aliquo est, aut ex substãtia, aut ex ptãte eius est. Ex substãtia, sicut filius q a pr̃e, & spũs sctũs qui a patre filioque procedit. ex potestate autẽ, sicut ex deo omnia. Cũ ergo in vtero habuerit Maria de spiritu sancto, si quasi ex substantia. ergo spiritus sanctus in carnem & ossa conuersus est. Non vtique. Si vero quasi ex operatione & potestate eius virgo concepit, quis neget spiritum sanctum dominicæ incarnationem authorem?

AD PRIMVM. Ergo dicendum, ꝙ quia vna persona est, quæ subsistit in humanitate & diuinitate: ideo naturæ communicant [Damas.lib. 3.cap.6.] sibi sua idiomata, idest, proprietates, vt dicit Dama. vnde sicut dicuntur iudei crucifixisse dominum gloriæ: quamuis non secundum quòd est dominus gloriæ, ita debet dici virgo est mater dei, quamuis eum secundum diuinitatem non genuerit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis deitas, & deus non differant re, differunt tamen secundum modum significãdi, quia deitas signat diuinam naturam in abstracto, vnde non potest supponere pro persona, deus autem quia signat naturam diuinam per modum concreti, idest, habentem diuinitatem, potest reddere locutionem veram pro supposito: & ideo quia beata virgo est mater filii dei, potest dici mater dei, non autem diuinitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis deus sit commune tribus, potest tamen reddere locutionem ueram pro vno eorum, vt dictum est, sicut cum dicitur: deus generat, reddit locutionẽ veram pro patre.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christum non dicimus creaturam simpliciter, vt infra patebit, dicimus tamen simpliciter eum natum, & ideo natiuitas potest transferri ad deum, & non creatio. Et præterea nasci non est contra rationẽ deitatis sicut creari.

[χριστοτόκος θεοτόκος Hierony- in.Ose.c.3.] ¶ Ad quintum dicendũ, quòd beata virgo est vere mater Christi, non tamen dicimus eam Chistotocon, idest, Christi genitricem, quia hoc nomen inuẽtum est a Nestorio, ad abolendum nomẽ theotocon. cum hæreticis autem nec nomina debemus habere communia. vt dicit Hieron. super Ose.3.

QVAESTIO TERTIA.

C

Deinde quæritur de Conceptione in comparatione ad gratiam Christi, per quam facta est conceptio.

Et circa hoc quæruntur duo:

Primo. Vtrum illam conceptionem vel vnionem, aliqua merita præcesserint.

Secũdo. Vtrum gratia sit illi homini naturalis.

ARTICVLVS I.

a *Vtrum illam conceptionem aliqua merita præcesserunt in antiquis patribus.*

[3.q.2.11. De ver.q. 29.2.] AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ antiqui patres incarnationem meruerunt Isa.36. Insemita iudiciorum tuorũ sustinuimus te: sed ad iudicium pertinet vt aliquid pro meritis reddatur. ergo aduẽtus filii dei in carnem, quem sancti patres expectabãt eis pro meritis

F reddendus erat.

¶ 2 Præt. Psalm. Fiat misericordia tua domine super nos. Glo. Insinuatur desiderium prophetæ de incarnatione, & meritum impletionis. [Psal.32.]

¶ 3 Præt. Qui meretur aliquid, meretur & hoc, sine quo non potest illud haberi, alias meritum cassum esset: sed sancti pr̃es merebãtur vitam eternã, ad quam peruenire non poterant nisi filio dei veniente. ergo merebantur eius incarnationem. [Cap.5.]

¶ 4 Præt. Oratio q̃ fit ab aliquo pure & perseueranter, pro se & ad salutem pertinens, meretur sui impletionem: sed sancti patres hoc modo orabant pro incarnatione, vt patet Isa. 64. Vtinam dirumperes cœlos & descẽderes. ergo eam merebantur. [Isa.64.]

¶ 5 Præt. Nos per fidem operantem per dilectionem, quam habemus de vita æterna quam expectamus, meremur eam: sed similiter antiqui patres habebant fidem per dilectionem operantem de incarnatione. ergo eam merebantur.

¶ 6 Præt. Hoc videtur ad munus de beata virgine: de qua cantatur. quæ dominum omnium portare meruisti.

H ¶ 7 Præt. Ber. dicit quòd fermentum quod mulier abscondit, sub tribus farinæ satis, est fides beatæ virginis, quæ tres substantias in vnam personam coniunxit: sed hoc non potuit facere nisi per modũ meriti. ergo beata virgo meruit incarnationẽ ꝑ eam fieri. [Ber. Tom. in 2. serm. ne nati. Domini. Tom. quinto de confid.]

SED CONTRA. Ad Tit.3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ &c. sed benignitatem nominat amplius ostensam in Christi incarnatione. ergo non est secundum merita.

¶ Præt. Ad hoc est quod Anselmus dicit in litera.

¶ Præt. Incarnatio Christi est beneficium impensum toti naturæ: sed meritum nullius hominis præter meritum Christi extendit se ad totam naturam. ergo sancti patres non meruerunt incarnationem. [Aug. in li. ra, & vbi supra cap. & 40.]

RESPONDEO. Dicendum, quòd August. videtur intendere in litera quòd nulla merita illius hominis præcesserunt, vt filio dei in persona vniretur: nihilhominus tñ verum est quòd nulla I merita etiam aliorum, filii dei incarnationem meruerunt, proprie loquẽdo propter tres rationes. Prima est, quòd meritum puri hominis, non extendit se ad totam naturam, sicut supra dictum est, dist.1. vnde cum incarnatio sit quoddam medicamentum totius naturæ, nõ põt sub merito alicuius cadere. Secũda aũt ratio est, quia illud qđ est principium merẽdi, non põt cadere sub merito. [q.1.artic. ad 9.] incarnatio autẽ est quodãmodo principium oĩum humanorum meritorum, quia oĩa nostra merita a Christo efficaciam habẽt, ꝑ quẽ veritas & gratia facta est. Tertia ratio est, quia meritum humanum non se extendit, vltra conditionẽ humanam quæ in hoc consistit, vt quis mereatur aliquã diuinitatis & beatitudinis participationẽ, sed ꝙ tota plenitudo diuinitatis habitet in hoĩe, hoc excedit & conditionẽ, & meritũ humanũ. vñ nullo modo põt cadere sub merito, nisi large meritũ dicamus oẽm præparationem ad aliquid habendum: quod præcessit in humano genere.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ꝑ iudiciũ reddit aliq̃d alicui K qđ pri⁹ sibi debet, nobis aũt nõ debebat filii incarnatio quasi ex merito, sed ex diuina ꝑmissiõe, & q̃tum ad hoc saluat rõ iudicii.

¶ Ad secundum dicendum, quòd glosa illa loquitur de merito congrui, & nõ de merito condigni, quod proprie dicit meritum. Vel dicendum, quòd completio incarnationis consistit in vltimo effectu eius, scilicet, in vltima reparatione humani generis, quæ aliquo modo cadebat sub merito, maxime secundum ꝙ reparationis terminus consistit, in peruentione ad vitam æternam.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd aliqua sunt, sine quibus vita æterna haberi non põt, quæ sunt concomitantia ipsam, sicut visio dei & impassibilitas, & de his verum est, quòd meretur ea qui meretur vitam æternam. quædã vero sunt quæ sunt ducentia ad vitã æternã sicut principia merendi, & talia non cadunt sub merito, sicut gr̃a & huiusmodi: & inter illa põt cõputari incarnatio filii. Vel dicendum, quòd sine incarnatione poterat perueniri ad vitam æternam, quia fuit alius modus possibilis nostræ salutis vt dicunt sancti.

¶ Ad

¶ Ad quartum dicendum, quòd ipsi non petebant incarnationẽ, quam indubitanter credebant futuram: sed petebant eius accelerationem. Vel dicendum, quòd non petebant pro se, quia non petebant aliquid fiendum in ipsis petentibus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis mereamur vitam æternam per fidẽ operantẽ per dilectionẽ, nõ tamẽ oportet hoc dicere de incarnatione, quia vita æterna est beneficium præstitum tãtum personæ merentis: incarnatio aũt beneficium præstitum toti humanæ naturæ.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ beata virgo non meruit incarnationem: sed præsupposita incarnatione meruit, ꝙ per eã fieret, non quidem merito cõdigni: sed merito congrui, inquantũ decebat quòd mater Dei esset purissima & perfectissima virgo: & per hoc patet etiam solutio ad alia.

Quare apostolus dicat Christum factũ, cum nos fateamur eum natum.

[Rom.1. Galat.4.] SED quæri potest, cũ nos saluatorem natum profiteamur, cur Apostolus factũ eum dicat ex semine Dauid, & alio loco factũ ex muliere: cum aliud sit fieri, aliud nasci. Aliquid ergo significauit hoc dicto: quia.n. non humano semine concepta est caro domini in utero uirginis & corpus effecta: sed effectu & uirtute spiritus sancti: ideo apostolus dicit factum, non natum. Aliud est enim semine admisto & sanguinis coagulõ generare, aliud est non per mistione: sed uirtute procreare. possũt homines generare filios: sed non facere. Ecce quare dixit Apostolus factum, & non natum, ne eius scilicet natiuitas quæ fuit sine uiri semine, nostræ similis putaretur, quę conficitur ex seminum B commistione. Ideo autem cum factum diceret Apostolus, addidit, ex semine Dauid, quia etsi non intercessit semen hominis in conceptione uirginis: tamen quia ex ea carne, Christus formatus est, quæ cõstat ex semine, recte dicitur quia factus est.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum gratia sit naturalis illi homini.*

[3.q.2.12. de ver.q.29 a.] AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd gratia non sit illi homini naturalis: gratia.n. & natura diuiduntur ex opposito: sed vnum oppositorum non denominat aliud. ergo gratia nõ debet dici naturalis.

¶ 2 Præt. Naturale est quod ex principiis naturæ causatur, sicut igni ferri sursum: sed ex humana natura non causatur gratia. ergo non debet dici naturalis.

¶ 3 Præt. Christus est eiusdem naturæ cum aliis hominibus: sed aliis hominibus gratia non est naturalis, ergo nec sibi.

[Infra d.18. ar.2.3.4.6.] ¶ 4 Præt. Per naturalia non meremur: sed Christus meruit per gratiam quã habuit, vt infra dicetur: †ergo non fuit ei naturalis.

SED CONTRA. Causæ proxime rerum naturaliũ sunt naturales: sed Christus per gratiam est naturalis filius. ergo gratia est ei naturalis.

II [Mag. in litera.] VLTERIVS. Videtur quòd Christus diuina gratia vel diuinitate nõ sit repletus corporaliter, quod in litera dicitur. Omne enim quod est in aliquo corporaliter, est in eo per circũscriptionem: sed diuinitas non potest esse circumscripta. ergo non potest habitare in Christo corporaliter.

[Dam.lib.2. de fide cap. 3. post principium.] ¶ Præt. Deus magis elongatur a corporeitate, quàm angelus, qui in comparatione Dei, corporeus est, vt dicit Dam. † sed angelus non est in aliquo loco vel corpore, corporaliter. ergo multo minus diuinitas.

¶ Præt. Deitas in hoĩe non habitat nisi per gratiã: sed gratia nõ est in corpore: ergo deitas non põt habitare in aliquo corporar̃.

SED CONTRA. Diuinitas iuncta est toti humanæ naturæ: sed corpus est pars humanæ naturæ: ergo unita est corpori. Ergo habitat in Christo etiam corporaliter.

RESPONDEO. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ de gratia Christi possumus loqui dupliciter. Aut de gratia vnionis, aut de gratia habituali, qua anima eius perfecta est. Gratia aũt vnionis dr̃ Christo naturalis, quia ordinatur ad vnionẽ in personã diuinã, ſm ꝙ ille hõ dr̃ naturalis filius patris. Gratia vero habitualis põt etiã dici Christo naturalis dupliciter. Vno mõ, q a ad modũ proprietatũ naturaliũ se habet, quæ suũ subiectũ inseparabiliter consequuntur. alio modo, quia ex altera suarum naturarum causatur, scilicet ex diuina natura, non autem ex humana.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ gratia vnionis dicitur quidem gratia quantum ad causam, quia eam nulla merita præcesserunt: sed dicitur naturalis quantum ad effectum, quod est esse filium naturalem, ut dictum est. Gratia autem habitualis dicitur gratia, ratione humanæ naturæ: naturalis ratione diuinæ, vel ratione humanæ naturæ inquantum inseparabiliter inest. Et per hoc patet solutio ad alia.

AD ID quod vlterius quæritur dicendũ, ꝙ plenitudo diuinitatis dicitur, corporaliter habitare in Christo tripliciter. Primo modo quia deitas non tñ animæ: sed ẽt carni vnita est. Secundo per similitudinẽ ad tres dimensiones corporis, quia diuinitas est trib⁹ modis in Christo. Vno modo generali sicut est in omnibus A creaturis, per essentiam, præsentiam, & potentiam. Et in hoc consistit quasi longitudo. Alio modo speciali prout est in sanctis per gratiam: per quã est latitudo charitatis. Tertio modo in proprio filio. s. per vnionem: in quo est sublimitas & profundum. Tertio dicitur corporaliter habitare ad similitudinem corporis, ſm ꝙ diuidit contra vmbrã. In sacramentis.n. veteris legis fuit quasi in vmbris & signis. Heb.10. Vmbrã habẽs lex futur. bonor. &c. In Christo autẽ ſm rem & veritatẽ. vnde Christus se habet ad illas figuras, sicut corp⁹ ad vmbrã. [Heb.10.]

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ corporaliter ſm primã expositionẽ; non dicit modũ existẽdi diuinitatẽ in Christo: sed magis id cui diuinitas coniungitur: secundũ aũt alios modos est similitudinarie dictum. Vnde patet solutio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in aliis hominibus sanctis, est Deus, per gratiam acceptationis, siue habitualem, quę est tantũ in anima: in Christo autem est per gratiam vnionis, quæ est ad animam & corpus.

C

EXPOSITIO TEXTVS.

VNO *Nominato tres intelliguntur*. Contra. dicimus filium Dei incarnatum, quod non intelligitur de patre, & spiritu sancto, & dicendum, ꝙ hoc est intelligendum de his, quæ ad essentiam pertinent: quorum si aliquid de vna tantum persona dicatur: oportet ꝙ de alia intelligatur. *Non est autem concedendum*. Sciendum est ergo, ꝙ hæc præpositio, ex, denotat causam efficientem vel materialẽ: ad hoc autem ꝙ aliquid natum ex aliquo, materialiter filiationis nomẽ accipiat: oportet ꝙ in similitudinem speciei producatur cum eo, ex quo nascitur, sicut filius matri: & ideo capilli & lumbricus nõ dicuntur filii eius, ex quo materialiter nascũtur. Ad hoc etiam, ꝙ aliquid natum de alio actiue dicatur filius eius, oportet ꝙ producatur de substantia agẽtis, & in similitudinem eiusdẽ speciei, D & ꝙ non sit agens instrumentale, sed principale: primæ aũt duæ conditiones deficiunt in spiritu sancto: vnde Christus nõ potest dici filius eius: secunda autem & tertia deficiunt in aqua, quia renatus spiritualiter, non assumit similitudinem aquæ: sed similitudinem Dei, & aqua est instrumentum diuinę virtutis operantis in eo: tñ Dio. †2. cap. Eccles. Hierarch. vocat aquam baptismi matrem filiolitatis: sed non proprie dicitur. [Dio.2.cap. eccle.Hier. fin.] *Dicuntur filii gehennae*. Sciendum, quòd hoc dicitur, secundum modum loquendi consuetum in scripturis, vt illud quod magnam habet affinitatem ad alterum, filius eius dicatur: sicut Isa.5. dicitur, in cornu filio olei, idest in monte vbi abundat oleum, & similiter. 1.Reg. 26. dixit Dauid de Abner quòd filius mortis esset, quia mortem valde merebatur. [Isa.5. 1.Reg.26.] *Conceptus & natus de spiritu sancto*. Quamuis vtrumque horum possit dici, & de Spiritu sancto, & de matre: tamen magis proprie dicitur conceptus de Spiritu sancto, quia conceptionem in instanti Spiritus sanctus operatus est, natus autem magis proprie dicitur de matre, quæ eum ex vtero produ- E xit. vnde in symbolo dicitur. Conceptus de Spiritu sancto: natus ex Maria virgine. *Factum ex semine*. Roma. primo. Contra Dama. † 3.lib. cap.2. Non seminaliter: sed conditiue per Spiritum sanctum. Ad quod dicendum, quòd Dama. loquitur quantum ad proximam Christi generationem ex virgine: verbũ apostoli intelligendum est, quantum ad remotos parentes, ex quibus seminaliter mater Christi processit. [Dam.3.lib. cap.2.de fide.] *Cum aliud sit fieri, aliud nasci*. Contra. fieri videtur esse commune ad omnẽ productionem, qua aliquid incipit esse. Ad quod dicendum, quòd hoc est verum de facere, secundum quòd communiter sumitur, proprie tamen dicitur facere, exercere aliquam actionem in exteriorem materiam, secundum quòd dicit philosophus in 6. Ethic. quòd ars est recta ratio agibilium. [6. Het. 16.] vnde ad ostendendum quòd conceptio Christi est ex principio agente extrinseco, non naturaliter agente: sicut est in nostra conceptione: ideo dicit apostolus eum factum, quamuis & natus & conceptus dici possit, quantum est ex parte matris.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister circa incarnationem diuinam, quid sit assumens, & quid assumptum. Hic determinat de vtroque simul: cuiusmodi sit quantū ad intentiones eorū. vtrū scilicet assumens & assumptū habeant rationem naturae, vel personae. Et diuiditur in tres partes. In prima mouet quaestionem. In secunda determinat eam ibi. *Haec inquisitio.* In tertia mouet quasdā dubitationes ibi. *Sed quaeritur vtrum eadem di.* Prima diuiditur in duas. Primo determinat quęstionem quantum ad id quod manifestat veritatē. Secundo quātum ad id, quod est magis dubiū in quęstione ibi. *De quarto vero quaestionis.* Et hęc pars diuiditur in tres partes. In prima ponit authoritates ad vtranque partem dubitationis. In secunda soluit ibi. *Nos autem omnis mendacii.* In tertia solutionem per authoritates Dama. confirmat ibi. *Qui sensus ex verbis.* Circa primum tria facit. Primo inducit authoritatem ad partem negatiuam, scilicet, quòd natura non assumpsit naturam. Secundo ad partem affirmatiuam ibi. *Cui videtur obuiare.* Tertio ex authoritatibus inductis colligit dubitationem ibi. *Ex verbis autem Aug. Sed quaeritur vtrum eadem.* Hic mouet quasdam dubitationes circa praedictam determinationem. & primo quantum ad hoc quòd dixit naturam diuinam incarnatam. Secundo quantum ad hoc quòd dixit personam non esse assumptam ibi. *Ideo non personam hominis assumpsit.* Circa primum duo facit. Primo quaeritur vtrum diuina natura possit dici caro facta. Secundo vtrum possit dici facta homo ibi. *Si autem natura diuina. Ideo non personam.* Hic mouet dubitationes circa hoc quod dictum est, personam hominis non esse assumptam, & circa hoc duo facit. Primo assignat huius dicti causam. Secundo obiicit in contrarium ibi. *Hic a quibusdam opponitur.* Et diuiditur haec pars in duas obiectiones quas ponit: secunda incipit ibi. *Alio quoque intenditur.* Et vtraque diuiditur in obiectionem & solutionem. Prima solutio incipit ibi. *Quod id non sequitur.* Secunda ibi. *Quia nephas est hoc dicere.* Hic est triplex quaestio. Prima est de vnione. Secunda de assumente vnionem. Tertia de assumpto.

DISTINCTIO V.

Si persona uel natura, personam, uel naturam assumpsit, & si natura dei sit incarnata.

PRAETEREA, inquiri oportet, cum ex praemissis cōstet verbum dei, & carnem & animam, simul assumpsisse in unitatē personę, quid horum potius concedendum sit, scilicet quòd persona personam, uel qđ natura naturam, uel persona, naturam: uel natura, personā assumpserit, & an ita conueniat dici diuinam naturam esse incarnatam, sicut deus incarnatus, & uerbum incarnatū sane dicitur: hęc inquisitio, siue quaerendi ratio, iuxta sacrarum authoritatum testimonia, partim implicita atque perplexa: partim uero explicita est & aperta. Certum est enim & sine ambiguitate uerū, ꝙ non natura personam, nec persona personā: sed persona naturam assumpsit. Quod sanctorū subditis comprobatur testimoniis, & astruitur documentis. Aug. enim ait, in libro de fide ad Petrum. (Cap. 1.) Deus vnigenitus dum conciperetur, ueritatē carnis accepit ex uirgine, & cum nasceretur integri- G tatem uirginitatis seruauit in matre. Et paulo post. Deus humanam naturam in unitatē personae suscepit: qui se humilians per misericordiam incorruptae uirginis uterum, ex ea nasciturus impleuit. formam ergo serui, idest naturā serui in suā accepit, deus ille personam. Item. Deus enim uerbum, non accepit personam hominis, sed naturam. Itē. Dei filius unigenitus, ut carnē hoīs aīamq; mundaret, susceptione carnis animaeq; rationalis incarna- H tus est. His aliisq; pluribus authoritatibus, euidenter ostenditur, nō naturā personā, nec personā personā: sed personam naturā accepisse.

De parte quaestionis perplexa.

DE QVARTO vero quaestionis articulo. Vtrum. s. natura naturam assumpserit, scrupulosa etiam inter doctos quęstio est: quia in hoc plurimum dissentire uidentur, qui in sacra pagina auctoritate praeclari, aliis doctiores extiterunt. Nec tantum alij ab alijs, uerū etiam idem a seipsis dissonare uidentur, sicut subiecta capitula docent.

LEgitur enim in Toletano concilio. viij. traditum sic. Solum uerbum, caro factum est, & habitauit in nobis. & cum tota trinitas operata sit formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tamen filius accepit hominem, in singularitatem personae, non in vnitatem diuinae naturae. i. id quod propriū est filij, non quod commune est trinitati. Item in Toletano concilio xj. Vnius substantiae credimus deū patrem, & filium, & spiritum sanctum: non tamen dicimus, ut huius trinitatis vnitatem, Maria virgo genuerit, sed tantum filium, qui solus nostram naturam, in unitatem personae suae assumpsit. Incarnationē quoque huius filij dei, B tota trinitas operata esse credenda est. Solus tamen filius, formam serui accepit, in singularitatem personae. His insinuari uidetur, quòd persona tantum naturā, non natura naturam assumpserit. Si enim quod commune est trinitati non accepit hominem, ergo non natura diuina quae communis est tribus personis. Cui uidetur obuiare quod Augu. ait in libro de fide ad Petrū, (Cap. 2.) Nec diuinitas, inquit, Christi aliena est a natura patris, secūdū id, quod in C principio erat verbū, nec humanitas eius aliena est a natura matris, secundum id quod verbum caro factū est. Illa enim natura quae, semp

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quaeruntur tria.

Primo. Quid sit vnio.
Secūdo. Vtrum vnio sit facta in natura.
Tertio. Vtrum sit facta in persona.

ARTICVLVS I.

a Vtrum unio sit aliquid creatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd vnio non sit aliqua creatura. Vnio. n. est in eo quod per eam vnum dicitur: sed diuina natura dicitur vnita humanae, ergo vnio est in diuina natura: sed nihil est in Deo creatum: ergo vnio non est aliquid creatum. (3. q. 2. 7.)

¶ 2 Praet. Vnio est relatiuū equiperantiae, sed huiusmodi relatiua similiter se habent ad vtrunque extremum: ergo vel est in diuina natura & humana: & sic idem quod prius, vel in neutra, & sic nusquam est, & ita non esset creatura.

F ¶ 3 Praet. Nihil creatū dicitur de Deo nisi vel per causam, vt cū dicitur aliquid scire, quia facit nos scire, vel per assumptionem, vt cum dicitur homo, vel per similitudinem, vt cum dicitur leo vel agnus Dei: sed cum dicitur diuina natura vnita humanę naturae: hoc non tantum per causam dicitur, quia sic pater diceretur vnitus, quia hāc facit vnionem: nec per assumptionem, qa si assumpsit vnionem, aliqua vnio esset Dei ad vnionem, & sic in infinitum, nec iterum per similitudinem, quia tunc vnio non diceretur secundum veritatem rei: sed secundū metaphorā, & sic Deus homo diceretur metaphorice sicut dicitur leo vel agnus. ergo vnio non est quid creatum.

SED CONTRA. Oē qđ est, & non est creatū, est ęternū: sed vnio est, quia per eā secundum rem vnitę sunt duae naturae in vna psona, & non est ab aeterno: sed in tempore incepit: ergo est creatum.

II (3. q. 2. 9.) VLTERIVS. Videtur quòd sit minima vnionum, quia quanto vnita magis distant tanto est minor unio: sed diuina natura & humana quae dicuntur vnita maxime distant: ergo vnio est minima.

¶ Praet. Quanto maior est compositio tanto minor vnio: sed in Christo est maxima compositio, quia post compositionem, quam natura facit in homine, quae est maxima inter omnes naturales compositiones, est ibi coniunctio diuinitatis & humanitatis: ergo est ibi minima vnio.

¶ Praeterea. Quod est omnibus modis vnum est magis vnum, quàm quod est quodammodo vnum, & quodammodo non: sed quaedam sunt vnita & in natura & in persona: sicut quatuor elementa in corpore humano: cum igitur in Christo facta sit vnio I in persona, & non in natura: videtur quòd ad minus multae vniones sint maiores ista vnione.

SED CONTRA. Est quod dicit Ber. in lib. de consideratione, quòd inter omnes vnitates, arcem tenet vnitas trinitatis, & post ipsam est vnitas dignatiua quae est in Christo: ergo videtur quòd post vnitatem diuinae naturae ista sit maxima. (Ber. lib. 5 de cons.)

III (3. q. 2. 8.) VLTERIVS. Videtur quòd vnio non differat ab assumptione. assumptio enim dicitur quasi ad se sumptio: sed quicquid ad se sumitur aliquo modo sumenti vnitur: ergo assumptio est idem quod vnio. Si dicatur quòd differunt, quia vniens est vnitum: sed assumens non est assumptum.

CONTRA. Vniens est agens vnionem: sed non omne agens vnionem est vnitum: sicut patet de patre & spiritu sancto: ergo illa differentia nulla est. Si dicatur quòd assumptio praecedat vnionem, contra. Ante primum non potest esse aliquod prius: K sed in primo instanti suae conceptionis fuit vnio in Christo: ergo assumptio non praecedit vnionem, & ita non videtur quòd differant.

SED CONTRA. Diuina natura dicitur vnita humanae naturae, non autem dicitur assumpta: ergo assumptio & vnio differunt.

RESPONDEO. Dicendum ad primam quaestionē, quòd vnio relatio quaedam est. omnis autem relatio secundum philosophum 5. metaphi. fundatur vel supra quantitatem: secundum quòd reducitur ad genus quantitatis: aut supra actionem, vel passionem: vnum autem reducitur ad genus quantitatis quasi principium quantitatis discretae, & supra ipsam fundatur identitas secundum quòd est vnum in substantia: aequalitas secundum quòd est vnum in quantitate: similitudo secundum quòd est vnum in qualitate. vnitio autem est quaedam actio vel passio quę ex multis efficitur aliquo modo vnum, & hāc actionem sequitur ista relatio, quę est vnio. Relationum aūt tam harū q̄ illarū, quędā innascuntur ex motu vtriusq;, & tunc oportet ꝙ illę relationes sint realiter in vtroq; extremorum sicut paternitas & huiusmodi. quędā aūt innascuntur ex motu vnius sine immutatione alterius, quod accidit in his quorum vnum dependet ad alterum, & non econuerso: sicut scientia ad scitū, & in talibus relatio est, secundum rem in eo quod dependet ad alterum. In altero vero est secundū rationem tantum. Cū igit in incarnatione non sit aliqua mutatio facta in natura diuina, sed in humana: quae tracta est ad vnitatem in persona diuina: erit haec relatio. s. vnio secundum rē in natura humana: in diuina autem secūdum rationem tantū secūdum quòd dicit philosophus in 5. meta. quòd, aliqua sunt relatiua, non quia ipsa referuntur, sed quia alia referuntur ad ipsa. vnde vnio secundum rem creatura quaedam est. (Ari. 5. Met. cap. ad aliquid t.c.11)

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd vnio illa est in Deo ſm rationem tantū, & non secundum rē.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vnio est relatio equiparantię in rebus creatis, sed non in creatore & creatura, quia nō eodem modo se habent in vnione: sicut etiam similitudo non ordinatur in Deo ad creaturam secundum aequiparantiam: sicut dicit Dionysius. 5. c. de di. no. quàmuis in aliis sit relatio aequiparantiae. (Diony. 5. c. de diu. nom.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnio quae de deo praedicatur, nō est neq; creator neq; creatura, qa prout in ipso est, nō est aliquid ſm rem, sed d secundum rationem tantum, non tamen ratio falsa est, quia fundatur super relationem creaturae ad creatorem sicut etiam est de aliis relatiuis quae ex tempore de deo dicūtur, vt dominus & huiusmodi. (D. 1089.)

AD SECVNDAM quaestionem dicendum, quòd vnio ista potest dupliciter considerari, vel quantum ad id, in quo fit vnio, vel quantum ad ea quae vniuntur, si primo, cum vnio fiat in persona diuina, quae est maxime vnum & simplicissimum: sic est maxima vnio post vnionē essentię in tribus personis, quàmuis enim persona sit ita simplex & vnum sicut essentia, tamen quaelibet trium personarum est idem re cum ipsa essentia in qua vniuntur, non autem vtraq; natura in Christo est idem re cum persona diuina, quàmuis altera natura. s. diuina sit omnino idem re cum ipsa, & ita vnio personarum in vna essentia, est maior quàm vnio naturarum in vna persona. Si secundo modo, sic non est maxima vnio, sed prima consideratio est vnionis secundum se, quia secundum id quod vnum est, haec autem est consideratio vnionis non secundum quòd vnio, & ideo dicendum quòd vnio est maxima simpliciter, quàmuis sit non maxima secundum quid. Et per hoc patet responsio ad ea quae obiiciuntur.

E AD TERTIAM quaestionem dicendum, quòd prima differentia assumptionis, & vnionis est, ꝙ assumptio est actio vel passio: vnio autem est relatio tantum, quamuis vnitio etiam sit actio. Secunda differentia est, quia assumptio dicitur per cōparationem ad terminum a quo separatur, vel accipitur secundū quòd vniendum est, sed vnio dicitur per comparationem ad terminum vel effectum coniunctionis, qui est esse vnum. Et inde sumitur tertia differentia quòd vniens est vnitum, quia vnitum significatur secundum quòd iam factum est vnum: assumptum autem secundum quòd est in via ad hoc, & ideo assumens nō est assumptum. Quarta differentia est, quia assumptio determinat id ad quod fit coniūctio, secundum quòd dicitur assumptio quasi ad se sumptio, vnio autem non, & ideo quicunque facit coniunctionem potest dici vnire, non autem potest dici assumere nisi sibi coniungat. vnde pater vniuit humanam naturam cum diuina, non autem assumpsit. Quinta differentia est, quòd vnio quantum est de se, ęqualiter respicit vtrunq; extremorum, assumptio autem nonimo requirit esse fixum & stās in vno ad quod aliud A trahatur, & inde est quòd natura diuina potest dici vnita in persona humanae naturae, non autem potest dici assumpta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis assumptio ordinetur ad vnionem: non tamen includit in sua significatione terminū qui est fieri vnū, sicut includitur in significatione vnionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc quod dicitur, quòd vniens est vnitum: intelligendum est de eo, quod est vniens sibi & in se: pater autē non vniuit sibi: nec diuina natura vniuit in se, sed in persona nec humana natura signatur vt vnitum ī persona: sed homo: & ideo neque pater est homo, neque diuina natura est humana.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis in Christo assumptio non praecedat vnionem tempore: praecedit tamen natura, & secundum modū intelligendi.

ARTIC. II.

b Vtrum unio sit facta in natura.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ vnio sit facta in natura, quod enim constat ex duabus naturis. videtur habere vnam naturam mediam inter illa sicut mistum quod constat ex quatuor elementis, sed Christus constat ex duabus naturis secundum Aug. qui dicit quòd ex vtraque substantia: scilicet diuina & humana est vnus dei & hominis filius: ergo videtur habere vnam naturā ex vtrisque compactam. (3. q. 1.) (Inenchiridion. cap. 35.1.)

¶ Pręt. Natura secundū quòd hic loquimur est vnumquodque informans specifica differentia, vt dicit Boe. in li. de duabus natu- D ris. sed philosophus dicit quòd semper vna differentia addita mutat speciem: sicut in numeris quaelibet vnitas addita, facit nouam speciem numeri. ergo humana natura addita diuinae facit nouā naturam ſm speciē. Si dicatur quòd non potest vna natura constitui ex duabus, quia oportet vtramq; naturam seruari in incarnatione. Contra. anima & corpus constituunt humanam naturam, vtrumque tamen. s. corpus & anima intransmutatum permanet in sua natura. ergo ex duabus naturis potest tertia constitui vtraque remanente salua. (In lib. de duabus naturi. 8. met. t. co. 10.)

¶ Praet. Proprietas sequitur naturam eius cuius est proprietas, sed proprietates diuinae naturae dicuntur de illo homine, dicitur enim quòd ille homo creauit stellas, & econuerso dicitur quòd filius dei est passus: ergo videtur quòd aliquid diuinae naturae est in humana natura, & aliquid humanae sit in diuina, & sic videtur esse facta quaedam coniunctio naturarum in vnam naturā.

¶ Praet. Quando aliqua duo coniunguntur. quorum vnum multum superat alterum: hoc quod superatur transit in naturam superantis, sicut si gutta vini in mille amphoras proiiciatur aquae. sed natura diuina in infinitum superat humanam: ergo humana natura coniuncta diuinae, tota conuertitur in diuinam.

¶ Praet. Hoc videtur per hoc quòd caro Christi, dicitur deificata a sanctis: sicut † Dama. narrat. (Dam. li. 3. cap. xi.)

SED CONTRA. Filiatio requirit similitudinem in natura: sed Christus dicitur filius dei patris, & virginis matris: ergo est similis in natura vtrique, sed virgo & deus pater non communicant in aliqua vna natura, ergo oportet Christum ponere duarū naturarum.

¶ Praet. Per proprietates naturales, in cognitionem naturae deuenimus, sed in Christo inuenimus proprietates duarum naturarū vt humanae & diuine. ergo oportet Christum duarum naturarū ponere.

RESPONDEO dicendum. quòd ad huius quaestionis euidentiam oportet scire quid nomen naturae significet. Natura autem a nascendo nomen accepit: quae proprie dicitur generatio viuentium

tium ex similibus similia in specie producentium, vnde secundũ primam sui institutionem: natura signat generationem ipsam viuentium. s. natiuitatem. Item translatum est nomen naturæ ad significandum principium actiuum illius generationis, quia virtutes agentes ex actibus nominari consueuerunt. Inde vlterius procedit nomen naturę ad signandum principium actiuum cuiuslibet motus naturalis, & vlterius ad signandum etiã principium materiale cuiuslibet generationis. & inde etiam ad signandũ principium formale, quod est terminus generationis: sed quia non solum generatio terminatur ad formam, sed ad substantiam cõpositam, ideo translatum est ad signãdum quãlibet substantiam, secundũ quòd dicit philosophus in. 5. meta. & ad signandum etiã quodlibet ens sicut dicit Boe. in li. de dua. na. Substantia autẽ præter significationes, quib⁹ forma vel materia dr̃ substantia dr̃ duobus modis. ẽm philosophum. 5. meta. Vno modo subiectum ipsum quod dicitur hoc aliquid & de altero non prędicatur vt hic homo: secundum quòd substantia significatur nomine ypostasis & ẽm tura, secundum quòd natura est quod agere vel pati potest, vt dicit Boe. in prædicto lib. alio modo dicitur substantia quod quid erat esse: idest quidditas & essentia, quam signat diffinitio cuiuslibet rei: prout signatur nomine vsiæ, & sic etiam substantia dicitur natura secundum quòd Boetius dicit quòd natura est vnũquodq; informans specifica differentia, quia ultima differentia, est quæ diffinitionem complet. Relictis ergo omnibus aliis significationibus naturæ, secundum hanc tãtum significationem quæritur: vtrũ in Christo sit vna natura vel plures: si autem sit vna tantum: vel altera earum tantum, vel composita ex vtrisq;. si altera earum tantum, hoc erit dupliciter. vno modo nulla adiunctione interueniente vnius ad alteram, & sic si sit diuina tantũ: nihil nomini accidit in hoc quod verbum caro factum est, & incarnatio nihil est: si vero sit humana tantum, non differt Christus ab aliis hominibus, & perit incarnatio. Alio modo altera naturarum transeunte in alteram, quod non potest esse, quia quæ non communicant in materia non possunt in inuicem transire: diuina autem natura penitus est immaterialis: nedum vt communicet humanæ in materia.

detrĩ. li. 1. ca. 1. — t. c. 5. — in libro. de du. na. — lib. 1. ca. 7. & . 12. — t. c. 15. — de dua. na. — in lib. de du. na.

¶ Præt. Si diuina natura transiret in humanam tolleretur simplicitas, & immutabilitas diuinæ naturæ: si vero humana verteretur in diuinam, tolleretur veritas passionis & omnium quæ corporaliter operatus est Christus. si autem esset vna natura cõposita ex duabus, hoc posset esse dupliciter. Vno modo quia tertia natura componeretur ex duabus naturis non manentibus, sicut ex quatuor elementis componitur mistum, & secũdum hoc poneretur diuina natura passibilis, & materialis, q a mistio non est nisi eorum quæ communicant in materia: & nata sunt agere & pati adinuicem, & tolleretur fides confitens Christum esse verum deum & verum hominem. alio modo quòd componeretur ex duabus naturis manentibus, & hoc dupliciter. vno modo secundum commensurationem vel continuationis, vel contiguationis, & secundum hoc poneretur diuina natura corporea, quia continuatio & contactus corporum est. alio modo secundum informationem, sicut ex anima & corpore fit vnũ, & hoc etiam non potest esse, quia per modum istum non fit vnũ ex duobus actibus, nec ex duabus potentiis, sed ex actu & potẽtia secundum philosophum, diuina autem natura & humana: vtraq; est ens actu.

2. de anima t. c. 7.

genita manet ex patre, nostram naturam sine peccato suscepit, ut nasceretur ex virgine. Hac auctoritate videtur tradi, quòd diuina natura humanam suscepit, ubi uehementer moueri possumus, quòd eam genitam eternaliter ex patre dicit, nisi forte naturam pro persona hic accipiat, alioquin, si dixerimus naturam tribus personis communem, genitam esse, occurrunt nobis ex aduerso quæ in tractatu de trinitate disseruimus, ubi diximus non naturã, naturam, sed personã, personam genuisse, quia si natura genuisset naturam, cum una eademque sit natura trinitatis, eadem res seipsam genuisset, quod Augu. fieri posse negat. Sed alibi certum reperimus documentum, quo natura naturam assumpsisse monstratur. Ait enim† Aug. in. j. lib. de trinitate. Etiam seipso, Christus minor factus est, formam serui accipiens. Neque enim sic accepit formam serui ut amitteret formam Dei, in qua erat æqualis patri, ut & in forma serui, & in forma dei,

G H

¶ Præt. Diuina natura non habet aliquid potentialitatis: nec potest esse actus veniens in compositionem alicuius: cum sit esse primum infinitum per se subsistens. Patet igitur quòd quocunque modo ponatur vna natura in Christo, sequitur error. & ideo Eutices qui hoc posuit hereticus condemnatus est.

idem ipse sit unigenitus filius patris, quia forma dei accepit formã serui, Si aũt forma Dei, formã serui accepit sine dubio natura naturã accepit, formę enĩ noĩe, natura significatur, ut August. euidenter docet, in libro de fide ad Petrum. Cum (inquit) de Christo audis, quia in forma Dei erat, oportet te cognoscere firmissimeque tenere in illo formæ nomine, naturalem plenitudinem debere intelligi: In forma igitur Dei erat, quia in natura Dei patris semper erat, de quo natus erat. † Hylarius quoque in libro xii. de trinitate ait. Esse in forma Dei, nõ alia intelligentia est, quàm in Dei manere natura. Didicisti nomine formæ, in telligentiam fieri naturæ, & audisti q̃ forma Dei, formam serui suscepit, unde consequens est, quòd natura diuina, naturam humanam suscepit. Quod etiam Hieronymus in explanatione fidei euidenter insinuat inquiens, Passus est filius dei non putatiue, sed uere, secundum illud, passus est quod pati poterat. i. non secundum illam substantiam

Cap. 10. — Non longe a princi. — Auicenna. — Tomo. 4.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ aliquid constat ex duabus naturis: nõ tamen ex duabus sicut mixtum ex elementis, quia & in talibus oportet q̃ sit media natura cõstituta ex duabus non manentibus. Christus autem cõstat ex duabus naturis: ita quòd in duabus naturis saluatis subsistit. est enim naturæ diuinæ & humanæ, & ideo ratio nõ sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Auic. differentia nominat totam naturã speciei. alias nõ prædicaretur de specie, sed non nominat ex toto sed ex parte: scilicet formali principio, dicitur enim rationale habens rationem: genus autem econuerso nominat totũ ex principio materiali. vnde differẽtia nõ additur differentiæ per hoc, quòd natura additur naturę, sed per hoc quòd vlterius principium formale, additur sicut intellectiuum supra sensitiuum. talis autem additio non est in Christo. non enim vna natura additur alteri sic formalis respectu illius vt dictum est

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima & corpus secundum quòd sunt partes hominis proprie loquendo non sunt duę naturæ pro I ut in proposito de natura loquimur, sed vtrunq; est pars naturę: alterum sicut forma: alterum autem sicut materia: vnde non est instantia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd proprietates humanæ naturæ nunquàm dicuntur de diuina: nec econuerso nisi secundum quãdam participationem, sed dicuntur vtreq; de habente naturam vel humanam vel diuinam, quæ significatur hoc nomine deus, & hoc nomine homo. idem enim est quæ vtrasq; naturas habet.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ratio ista procedit in illis quæ communicant in materia, & agunt & patiuntur adinuicem. & ideo non est ad propositum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd caro dicitur deificata, non quia sit facta ipsa diuinitas, sed quia facta est dei caro. & etiam quia abundantius dona diuinitatis participat ex hoc quòd est vnita diuinitati, & quia est quasi instrumentum, per quod diuina virtus salutem nostram operatur. tangendo enim leprosum carnẽ K sanauit per diuinitatis virtutem, & moriendo carne mortem vicit per virtutem diuinitatis. virtus autem agentis aliquo modo est in instrumento, quo mediante aliquid agit.

Articvlvs. IIII.

C *Vtrum unio sit facta in persona, & si Christus est una persona.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd in Christo non sit vna tantum persona, & sic non sit vnio facta in persona. nulla enim natura inuenitur sine illis quæ per se consequuntur ad naturam illam: sed personalitas per se cõsequitur naturam humanam, & similiter diuinam. ergo vtraque natura tenet suam personalitatem. 3. q. 2. a. de vni.

¶ Præt.

¶ 2 Præt. Natura humana est dignior in Christo, quàm in Petro: sed personalitas ad dignitatem pertinet (vnde in substantiis ignobilibus non inuenitur persona) ergo sicut humanitas Petri habet suam personalitatem, ita & humanitas Christi.

¶ 3 Præt. In persona non videtur aliquid esse nisi natura & distinguentia suppositum naturæ ab aliis suppositis: sed naturę in Christo sunt diuersę, & distinctiua diuersa, quia per relationes æternas distinguuntur a Patre & Spiritu sancto, p diuisionem autẽ materię & accidẽtiũ distinguit ab aliis hominibus: ergo est ibi duplex personalitas.

¶ 4 Præt. Maior est conuenientia in persona, quàm in genere vel specie, quia illa est in aliquo, quod secũdum rem vnum est. hoc autem est secundũ rationẽ vnũ, sed propter maximã distantiam naturę diuinæ, & humanæ nõ potest esse earũ conuenientia in genere vel in specie: ergo multo min⁹ possunt conuenire in vna persona.

quæ assumpsit: sed secundum illã quæ assumpta est. Ex quo apparet diuinam substantiam, assumpsisse humanam. Ex verbis autem Aug. superius positis adhibita diligentia innui videtur, solum verbũ carnem factum, & naturam solum suscepisse humanam, & diuinam naturam eandem accepisse. Ait enim. Trinitas nos sibi reconciliauit per hoc, quòd solum verbum, carnem ipsa trinitas fecit, in quo sic veritas incommutabilis manet diuinæ humanęque naturæ: vt sicut vera semper est eius diuinitas, quam de patre habet, ita vera semper atq; incommutabilis eius sit humanitas, quam sibi vnitam summa diuinitas gerit. Ecce & solum verbum dixit carnem factum, & humanitatem diuinitati vnitam. Idem quoque superius dixit, seruilem formam, a solo filio susceptam, quam tota trinitas fecit: iam facile est cognoscere, quàm diuersa & multiplicia, super quæstione proposita authores tradiderint. Ideoque posteriores ea legẽtes, varias atq; contrarias ex prædictis occasionem sumentes, promunt sententias.

B

Quid de hoc tenendum sit.

Nos autem omnis mendacii & contradictionis notã, a sacris paginis secludere cupientes: Orthodoxis patribus atq; catholicis doctoribus nulla prauę intelligentiæ suspitione notatis, consentimus dicentes, & personam filii assumpsisse naturam humanam: & naturam diuinam humanæ naturæ in filio vnitam: eamque sibi vnisse vel assumpsisse. vnde vere incarnata dicitur. C Quod vero dicitur: solus filius formam assumpsisse serui, per hoc nõ excluditur diuina natura ab acce-

cap. de eod. & de diu. t. 15.

¶ 5 Præt. Philosophus dicit in 5. Meta. quòd ad diuersitatem in genere sequitur diuersitas in specie, & ad hanc diuersitas secundum numerum: sed in Christo inuenitur diuersitas secundum speciem, quia sunt diuersæ naturę secundum illam acceptionem, qua natura dicitur vnumquodque informans specifica differentia: ergo etiam secundum numerum differentia inuenitur: sed vbi est eadem persona est idem secundũ numerũ: ergo in Christo non est vna persona.

¶ 6 Præt. Non est minor affinitas naturæ ad personam, quàm formæ ad materiam: sed secundum diuersitatem formarum est diuersitas materiæ, quia proprius actus fit in propria materia: ergo secundum diuersitatem naturarũ est etiam diuersitas in persona. & sic idem quod prius.

Sed contra. Ea quæ secundum personam differunt & naturam, quod dicitur de vno nõ dicitur de altero: sed ea quę sunt Dei, in scripturis attribuuntur homini. Psal. Homo natus est in ea, & ipse fun. eã. alt. Et quæ sunt hoĩs attribuuntur Deo. 1 Cor. 2. Nunquam dominum gloriæ crucifixissent. ergo Deus & homo conueniunt in persona.

Psal. 86. — 1. Cor. cap. 2. 6.

¶ Præt. Quod attribuitur filio & non patri, conuenit ei secundum id in quo a patre distinguitur: sed vnio passiue accepta conuenit filio, & non patri. ergo conuenit ei secundum id in quo a patre distinguitur: sed hoc est in persona. ergo vnio facta est in persona.

¶ Præt. Ad hoc quòd fiat redemptio humani generis, oportet quòd sit agẽs satisfactionem vnus Deus qui potest, & homo qui debet, vt patet ex dictis in 1. di. sed nullo modo duæ personæ possunt esse vnum agens. ergo si sunt duæ personæ nondum facta est satisfactio, & ita adhuc sumus in seruitute peccati, quod est contra sacram scripturam noui testamenti.

q. 1. art. 2.

Respondeo Dicendum, quòd Nestorius qui ponit duas in Christo personas ex hoc deceptus fuit, vt dicit Boe. quia credidit idem esse personã & naturam: vnde credidit quòd cum sint duæ naturæ in Christo quòd sint duæ personæ, & ex eodẽ fonte processit error Euticetis: qui cum audiuit vnã personã in Christo, æstimauit vnam naturam. & ex eodem fonte contra trinitatem processit error Arrii & Sabellii. Sciendum est ergo, quòd in quibusdam differunt natura & persona secundum rem: in quibusdam vero secundum rationem tantum. natura enim secundum q̃ hic loquimur est quiditas rei quam signat sua diffinitio. persona autem est hoc aliquid quod subsistit in natura illa. in simplicibus autẽ quæ carent materia: vt dicit Auic. ipsum simplex est sua quiditas. quiditas vero compositi non est ipsum compositum. humanitas enim non est homo, cuius ratio est, quia in significatione humanitatis siue quiditatis, siue naturæ, continentur tantum essentialia principia hominis, secundum quòd homo A est: non autem ea quæ pertinent ad determinationem materiæ, per quam natura indiuiduatur, quæ tantum continentur in significatione Sortis, q a p ea Sortes est hic & diuisus ab aliis, & ideo quia humanitas non includit in sua significatione totũ quod est in re subsistente in natura, cum sit quasi pars, non prædicatur, & quia non subsistit nisi quod est compositum, & pars habetur a suo toto: ideo anima non subsistit: sed sortes, & ipse est habens humanitatem. homo autem signat vtrumque & essentialia & indiuiduantia: sed diuersimode, quia signat essentialia determinate: indiuiduantia vero indeterminate hæc vel illa, & ideo homo cũ sit totum: potest prædicari de Sorte, & dicitur habens humanitatem: sed quia esse indistinctũ est incompletũ quasi ens in potentia: ideo homo non subsistit. sed hic homo cui conuenit ratio personæ: est ergo ratio personæ, quòd sit subsistẽs distinctum & oĩa comprehendens quæ in re sunt: natura autẽ essentialia tantũ cõprehendit, in simplicibus autem non differt re natura, & persona, quia natura non recipitur in aliqua materia, per quam indiuiduetur: sed est per se subsistens: tamen inquantum considerantur essentialia rei sic dicimus ibi naturam, inquantum autem inuenitur ibi aliquid subsistens, sic dicimus ibi personam. patet igitur quòd ex quo de ratione personę est, quòd comprehendit omnia quæ in re sunt, si aliquid est extra illud quod comprehendit persona, hoc nõ est vnitum rei nisi forte secundum similitudinẽ in genere, vel in specie, vel accidẽte. & ideo vt Boe. dicit in lib. de dua. na. si non est vna persona in Christo, nulla vnio facta est diuinitatis & humanitatis, nisi secundum similitudinem gratiæ, D quod etiam Nestorius posuit. & hoc non est nouum: nec Christo proprium, neque per eum redemptio fieri potuisset, nec ipse esset verus Deus: sed per participationem sicut alii sancti. vnde simpliciter est concedendum, in Christo esse vnam personam.

In lib. de duab. nat. — D. 1549. — D. 114. 466. — In lib. de du. na.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd humana natura in Christo non est sine personalitate: sed est in persona vna verbi, cũ natura diuina.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex hoc natura Christi maxime nobilis est, quod est in persona diuina.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de ratione personæ est quòd comprehendat omnia essentialia, & proprietates indiuiduãtes simul coniunctorum. vnde non sequitur, quòd si sint duæ naturæ & diuersæ proprietates q̃ sint diuersæ personæ. Si enim essent naturę cum suis proprietatibus seorsum positæ: vtrinque esset totalitas, quam requirit ratio personæ. non est autem nisi vna totalitas E quando coniunguntur, & ideo est vna persona.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ea quæ differunt genere vel specie differunt numero essentiæ vel naturæ: non autem oportet, quòd differant numero suppositi vel subiecti, quia ea quæ secundum se considerata diuersorum sunt generum vel specierum, in vnum suppositum vel subiectum congregari possunt: sicut caro & os ad constituendum corpus, & albedo & longitudo in eodem subiecto sunt, & similiter quamuis diuina natura & humana differant plus quàm specie vel genere, in vnam tamen personam vniri possunt.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut dicit Boe. species est totũ esse indiuiduorum, & etiam genus aliquo modo, vt dicit Auic. secundum quòd indistincte signat totum, & quia natura humana non comprehendit totũ esse Christi: ideo non habet in Christo naturam speciei: & ideo non sequitur quòd in Christo sint diuersæ species. Vel dicendum, quòd illud philosophi est intelligendum, quando naturæ diuersorum generũ non coniunguntur. accidens enim & subiectum quia coniunguntur (quamuis sint diuersa genere) non faciunt numerum.

cap. de specie. in 2. ed. super porphy.

¶ Ad sextum

¶ Ad sextum dicendum, quòd forma adunatur materiæ informãdo eam. & ideo oportet quòd ad diuersas formas, diuersæ sint materiæ dispositæ: sed ad rationem personæ requiritur tantum adunatio quæ potest esse etiam quantumcunque diuersorum: & ideo non oportet q̃ diuersæ naturæ habeant diuersas personas.

QVAEST. II.

Deinde quæritur de assumente.

Et circa hoc quærun tur tria.

De Ortho. fi. lib. 3. cap. 6. circa med. & fi.

Primo. Vtrum assumere cõueniat diuinæ personæ.
Secũdo. Vtrum naturæ.
Tertio. Vtrum naturæ, remota psona.

ARTICVLVS I.

Vtrum assumere cõueniat diuinæ personæ.

3. q. 3. 1.

AD Primũ sic proceditur. Videt quòd persone non conueniat assumere. sicut enim dictum est: persona signat aliquid completum & totum: sed vltima completione completo non potest fieri additio. ergo persona non potest ad se aliquid assumere.

¶ 2 Præt. Quod assumitur ad participationem alicuius, aliquo modo communicat illud: sed de ratione personæ est omnimoda incommunicabilitas. ergo non potest persona assumere ad se aliquid in participationem sui.

¶ 3 Præt. Persona inquantum supponitur naturæ, habet aliquã similitudinem materiæ sicut natura habet similitudinem formæ: sed magis elongatur a perfectione materia quàm forma, quæ est pars rei, si ergo natura diuina propter sui perfectionem non potest esse forma alicuius rei, multominus persona diuina poterit I esse persona alicuius alterius naturæ. ergo non potest persona naturam assumere.

¶ 4 Præt. Plus repugnat simplicitati diuersitas naturæ, & personæ, q̃ diuersitas subiecti & accidentis, quia in substãtiis simplicibus creatis non differt secundum Auic. persona a natura secundum rem: quamuis in eis differat accidens a substantia. sed persona diuina verbi, nõ potest distingui propter suam simplicitatem, proprietate quæ non sit quod ipsa, nec potest esse subiectum alicuius accidentis. ergo multominus potest esse suppositum extraneæ naturæ.

SED CONTRA Io. 1. Verbum caro factum est, ideſt homo factus est: sed non nisi per assumptionem. cum ergo verbum sit nomen personale: oportet dicere quòd persona assumat.

¶ Præt. Assumptio terminatur ad vnionem. vnio autem in persona est, vt probatum est in solutione articuli præcedentis. ergo persona assumens est, cum assumptio vt dictum est dicat termi- K num in quo fit vnio.

RESPONDEO. Dicendum, quòd sicut dictum est, persona requirit completionem. in coniunctione autem aliquorum aliquando ita est quòd vtrunque incompletum est, sicut patet in vnione materiæ, & formæ quorum vtrunque non habet esse completum & in mixtione quando vtrunque mixtorum partim corrumpitur. vnde in talibus hæc completio, quam requirit persona neutri debetur sed composito aliquando autem vnum præexistit in se completum, & aliud additur ei, & completur per completionem eius, sicut cibus qui adiungitur homini iam completo. vnde completio personalis non debetur cibo: sed homini, & hoc proprie dicitur assumi, quod sic in personalitatem alterius trahitur. cum igitur diuina natura, & humana quæ coniunguntur non se habeant æqualiter ad perfectionem: sed diuina natura completio nem habeat personalem in quo differt a forma, & in ea incorrupta permaneat, in quo differt ab his quæ miscentur, oportet si debeat fieri coniunctio, quòd humana natura trahatur ad diuinam

Hac eadem 5. dist. q. 1. ar. 3. corp.

F personam virtute diuina, alias essent duæ personæ, & nulla coniunctio, & ita concedendum est quòd persona assumit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd persona non recipit additionem distinguentium ipsam, & complentium in esse personæ secundum quæ completa esse dicitur: sed aliorum quæ personalitatem non causant non est inconueniens vt additionem recipiat. sicut fortes recipit additionem scientiæ, nutrimẽti, & huiusmodi, & tñ hæc non indiuiduant ipsum: ita etiam natura humana, quæ additur diuinæ personæ, non causat personalitatẽ in ipsa: sed ad personalitatẽ eius præexistentẽ trahit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd triplex incommunicabilitas est de ratione personæ. s. partis ſm q̃ est cõpletũ, & vſus ſm q̃ est subſiſtẽs, & assumptibilis secũdũ quòd id quod assumitur transit in personalitatem alteri⁹, & nõ habet persona litatẽ propriam. nõ est autem contra rationem personę communicabilitas assumentis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd persona diuina non supponitur humanæ naturę, quasi sub ea posita sicut materia sub forma: sed quasi subsistens in ea, inquantum habet eam sibi vnitam, vnde non habet similitudinem materiæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd subiectum subiicitur accidenti, quod diuinæ personæ conuenire non potest, cum non habeat aliquid potentialitatis: sed non dicitur supponi humanæ naturæ quasi ei subiiciatur, vt dictum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum assumere conueniat naturæ.

3. q. 3. 2. opu. 1. c. 1. 4. de Trini. cap. 30.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd naturæ non conueniat assumere. quod enim conuenit naturæ diuinæ commune est tribus personis: sed assumere non conuenit patri & spiritui sancto. ergo nec diuinæ naturæ.

¶ 2 Præt. actus personales non dicuntur de natura, sicut genera re vt dictum est. 5. dist. 1. lib. sed assumere proprie conuenit personæ. ergo natura non assumit.

¶ 3 Præt. Verbũ ſm hoc q̃ carnẽ assumpsit dr caro factũ sed natura diuina nõ dr caro facta. ergo natura diuina non assumpsit.

¶ 4 Præt. Ratione assumptionis fit communicatio idiomatum, vt dicit Dam. sed ea quæ sunt naturæ humanæ non dicuntur de diuina. non. n. dicit passa vel mortua. ergo eius non est assumere.

¶ 5 Præt. Assumere est ad se sumere: sed diuina natura non traxit naturam humanam ad se, quia non est vnio facta in natura diuina. ergo diuina natura non potest dici assumere.

SED CONTRA. sunt authoritates quæ iacent in litera.

¶ Præt. In Christo quicquid est vnitum potest dici assumens vel assumptum: sed diuina natura est vnita humanæ. ergo cum non sit assumpta, debet dici assumens.

RESPONDEO. Dicendum, quòd assumere dicitur tripliciter. Vno modo communiter ꝓ sumere, & sic tota trinitas assumpsit humanam naturam filio. Secundo dicitur proprie quasi ad se sumere, vt sibi quocunque modo vniatur, & hoc modo natura diuina in persona filii assumpsit humanam naturam. Tertio dicitur proprissime quasi ad se, & in se sumere, & sic conuenit tantũ personæ in qua facta est vnio.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ hoc verum est de his quæ conueniunt naturæ secundum se, & non ratione personæ huius vel illius sicut assumere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd assumere tertio modo dictum, est proprium personæ, & sic non conuenit naturæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd natura diuina assumit humanã, & vnitur

& vnitur ei, non tamen in nomine naturæ importatur suppõsitum: sicut in hoc nomine deus vel verbum: & ideo dicitur deus vel verbum caro, ideſt homo factum, non per transmutationem naturæ: sed per vnionem in suppõsito. non autem potest dici de natura diuina.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd communicatio idiomatũ fit ratiõe vnionis in suppõsito, & quia suppõsitum non importatur nomine naturæ: sicut hoc nõie deus vel filius: ideo nõ potest dici natura passa sicut deus passus. dicitur tamen natura incarnata, quia per hoc non importatur aliqua proprietas humanæ naturæ: sed sola vnio ad ipsam.

¶ Ad quintũ dicendũ, q̃ natura diuina sumit humanam ad se, ideſt vt sibi vniatur, non tamen vt in se vnio fiat.

ARTICVLVS III.

Vtrum cõueniat naturæ remotis personis.

3. q. 3. 3.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd natura circumscriptis personis assumere non possit. Natura enim sine suppositis est nuda in contemplatione tantum: sed quod est tantum in contemplatione non habet esse, & quod non est non agit. ergo natura sine personis assumere non posset.

In prohæmio Meth.

¶ 2 Præt. secundum philosophum actiones sunt indiuiduorum siue suppositorum: sed assumere est actio quædam. cũ igitur suppõsita diuinæ naturæ sint ipse personæ: videtur quòd natura sine personis assumere non possit.

¶ 3 Præt. Filius ex hoc quòd assumit dicitur mitti: sed si non essent personæ distinctæ non remaneret ratio missionis: quia mittitur qui ab alio est, secũdum † Aug. ergo sine personis distinctis D non posset esse assumptio.

¶ 4 Præt. Assumptio oportet quòd terminetur ad aliquam vnionem: sed circũscriptis personis non remaneret in quo fieret vnio, quia in natura non potest fieri. ergo natura non potest sine personis assumere.

SED CONTRA. Angelus Luc. 1. probauit incarnationem ꝓ dei omnipotentiam, quia non est impossibile apud Deum omne verbum: sed circunscriptis personis adhuc in essentia remaneret omnipotentia. ergo adhuc in essentia poterat fieri assumptio.

Dama. lib. 3. cap. 1.

¶ 2 Præt. Dama. dicit in principio tertii libri quòd propter philõtrophiam, ideſt amorem hominum filius dei naturam accepit: sed circunscriptis personis adhuc conueniret deo suam creaturã diligere. ergo ad huc poterit esse assumptio.

RESPONDEO. Dicendum, q̃ circunscriptio personæ, a natura diuina potest dupliciter intelligi. Vno modo quòd circunscribatur omnis ratio personalitatis. & sic ipsa natura neq; erit subsistens in se: neque erit in aliquo subsistente. & sic non habebit esse in re: sed in intellectu. & sic non conuenit ei neque assumere neque aliquid agere. Alio modo potest intelligi quòd circũscribantur personæ distinctæ quas fides ponit. eis autem circunscriptis adhuc remaneret diuina natura subsistens: sicut deum intelligũt qui non habent fidem trinitatis sine hoc quòd intelligant ibi, patrem vel filium vel spiritum sanctum. vnde adhuc remanebit ibi personalitas aliqua. & secundum hoc quæstio procedit de circunscriptionæ personarum distinctarum, quas fides supponit. & hoc modo dicendum, quòd circũscriptis personis adhuc diuinæ naturæ conueniet assumere.

AD PRIMVM ergo, secũdum, & quartum patet solutio, quia procedunt secundum primum intellectum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd missio non est de necessitate incarnationis simpliciter: sed de necessitate incarnationis filii. vide supra distinctione prima. magister dicit quòd pater potuit incarnari. qui tamen non potest mitti.

QVAESTIO TERTIA.

Deinde quæritur de assumpto.

Et circa hoc quærun tur tria.

Primo. Vtrum natura humana sit assumpta.
Secũdo. Vtrum anima sit persona.
Tertio. Vtrum persona hominis sit assumpta.

ARTICVLVS I.

Vtrum humana natura sit assumpta.

AD Primum sic proceditur. Videtur quòd humana natura non sit assumpta, q̃a ſm Boe. natura prout hic loquimur de ea, est vnũquodque informans specifica differentia: sed differentia specifica est naturam nudam significans: non enim significat eam vt in aliquo. cum ergo secundũ Dam. non assumpserit deus naturã quæ nuda est in contemplatione: vſq; non assumpsit naturã

In lib. de duab. natu.

Dama. lib. 3. de fide Ortho. ca. 11. in priu.

¶ 2 Præt. Quod assumitur oportet præexistere. sed humana natura nõ præextitit vnioni, quia simul fuit caro & dei verbi caro. ergo natura non assumitur.

¶ 3 Præt. Natura est idem quòd essentia: sed non potest dici q̃ essentiã assumpserit, quia essentia dicitur ab essendo, esse autem personæ est quam non assumpsit. ergo nec naturam assumpsit.

¶ 4 Præt. Natura humana est ipsa humanitas: sed humanitas non potest esse sine homine, cum igitur id quod assumptum est non fuerit homo, vt dicitur in litera, videtur quòd nec humanitas, & ita nec humana natura.

¶ 5 Præt. Assumptio terminatur ad vnionem: sed humana natura non est vnita, quia vniens est vnitum. natura autem humana non est filius dei. ergo natura humana non est assumpta.

SED CONTRA. Augusſt. in de fide ad Petrum. Deus humanam naturam in vnitatem personæ accepit. cap. 17.

¶ 2 Præt. Deus per assumptionem fit hõ: sed non est hõ in quo non sit humana natura. ergo deus humanã naturam assumpsit.

¶ 3 Præt Philip. 2. Formam serui accipiens, ideſt naturam.

RESPONDEO. Dicendum, quòd quicunq; confitetur incarnationem ponit humanam naturam assumptam, & quamuis secundum omnes modos quibus dicitur natura superius positos possit dici natura assumpta, non oportet discurrere per singula: cum naturam omnes intelligunt qui dicunt naturam humanam assumptam secundum quòd natura significat quiditatem. cap. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut genus est quædam intentio quam intellectus ponit circa formam intellectiuam, ita etiam differẽtia & omnia quæ significant secundas intentiones. tamen huic intẽtioni intellectæ respondet natura quædam quæ est in particularibus: quamuis secundum quòd est in particularibus non habeat rationẽ generis vel speciei, secundum hoc dico q̃ Boet. non intendit dicere quòd differentia secundnm quòd accidit ei intentio differentiæ sit natura: sed quantum ad id quod est in re ipsa, scilicet, quiditas rei quam differentia complet.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd quamuis non præexistat tempore præexistit tamen secundum modum intelligendi, & hoc sufficit.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd essentia non habet se ad esse sicut consequens ipsum: sed sicut id per quõ est esse sicut & natura. vnde similiter concedo q̃ assumpsit essentiam, sicut assumpsit naturam

ram, quamuis non assumpserit suppositum.
¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis humanitas non sit sine homine, tamen est prius naturaliter quàm homo, quia ꝑ eam dicitur aliquis esse homo: vnde est eadem ratio sicut de essentia.
¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis natura humana non sit vnita, idest facta vnum simpliciter cū diuina, est tamen ei vnita in aliquo, id est in persona.

Contra hoc oppositio qua probare quidam uolunt personam accepisse personam.

Sic a quibusdam opponitur quòd persona assumpserit personam. Persona enim est substantia rationalis indiuiduæ naturæ, hoc autem est. ergo si animam assumpsit & personam. Quod ideo non sequitur quia anima non est persona quando alij rei est vnita personaliter: sed quando per se est. Absoluta enim a corpore persona est, sicut Angelus. Illa aūt anima nunquam fuit, quin esset alij rei coniuncta, ideoq; non ea assumpta, persona assumpta est. Aliter quoq; nituntur probare verbū dei assumpsisse personā, quia assumpsit aliquē hoīem, assumpsit. n. hoīem Iesum Christū ergo aliquem hoīem. Quòd aūt hoīem Iesū Christum assumpserit Aug. in expositione symboli sub anathemate tradit dicens. Si quis dixerit atq; crediderit, hoīem Iesum Christū a filio dei assumptū non fuisse, anathema sit. Qui etiā in pluribus scripturę locis huiusmodi vtitur locutionibus. Ille hō a verbo dei est assumptus, ille hō factus est Christus. Et propheta de hoīe Christo loquēs deo ait: beatus quē elegisti & assumpsisti. (Psal. 64) Ex quibus cōsequi vr̄ ꝙ aliquis hō assumptus sit a verbo, & ita ꝑsona assumpta sit a ꝑsona. Sed qa hoc nephas dicere est, aut sentire, ꝑmissæ locu- G tiones eisq; similes scđm hanc intelligētiā sane accipi debēt, vt hō Christus siue hō ille, siue quidā hō dicatur assumptus a verbo, siue vnitus verbo, non quia hoīs persona sit assumpta vel vnita verbo: sed qa aīa illa, & caro illa assumpta sunt, & vnita verbo, in qbus subsistit dei & hoīs persona, vt ad hoīs naturā non ad personam respicias, cum assumptū vel vnitum vel quēdam vel aliquē in huiusmodi locutioībus scriptura memorat. Quo circa, cū quæ- H ritur sine proposita auctoritate: an aliquis vel quidam homo sit assumptus a verbo, vel vnitus verbo sine distinctione intelligentiæ, nō est hic reddenda responsio, quoniam multiplex præmissa est quæstio: sed instantiam querētis ita determinato. Si de hoīs persona quæris, respondeo ꝙ nō, si de hoīs natura, dico est.

ARTICVLVS II.

Vtrum anima separata sit persona.

(In lib. de duab. natu. 1. post. c. 2.) AD Secundum sic proceditur. Videt quòd anima separata sit persona. persona enim secundum Boe. est rationalis naturę indiuidua substātia: sed hoc cōuenit aīę nō separatæ. ergo est persona.
¶ 2 Pręt. Propter qđ vnūquodq; tale, & illud magis: sed homo dicit ꝑsona propter animā: vñ quæ carent anima nō dicūtur personæ. ergo anima separata est persona.
¶ 3 Præt. Conceditur quòd anima rōnalis est hoc aliqd: sed hoc aliquid ī natura rationali est ꝑsona. ergo anima separata est persona.
¶ 4 Præt. Angelus, & aīa separata non videntur differre nisi per hoc, quòd anima est vnibilis: sed vnibilitas non impedit rationem personæ. ergo cum Angelus sit persona: etiam aīa separata erit persona. probatio mediæ. id qđ pōt fieri ꝑ diuinam virtutem non immutat aliquid de rōne rei: sicut ꝙ deus possit assumere aliquem hoiem vt Petrū non aufert Petro rationē personalitatis. Sed anima separata non pōt vniri corpori nisi ꝑ resurrectionem, quę nō erit naturalis: sed ꝑ diuinā virtutē tantum. ergo aīa ꝑꝑ vnibilitatem rōnem personæ non amittit. I
¶ 5 Præt. Sola vnibilitas qua aliquid potest vniri nobiliori tollit rationem personæ, aliàs verbum non haberet ab æterno rationem personæ: sed vnibilitas quæ est in anima separata non est respectu alicuius dignioris: imo minus nobilis. ergo propter hoc non perdit rationem personæ.

Sed contra. Nulla forma est persona: sed anima est forma. ergo non est persona.
¶ Præt. Persona habet rationem completi, & totius: sed anima est pars. ergo anima non habet rationem personæ.

Respondeo. Dicendum, ꝙ de vnione aiæ ad corpus apud antiquos duplex fuit opinio. Vna ꝙ aīa vnitur corpori sicut ens completū enti cōpleto, vt esset in corpore sicut nauta in naui. vñ sicut dicit Greg. Nisse. (1. lib. de homine ca. 1.) plato posuit ꝙ hō non est aliquid cōstitutum ex corpore & aīa: sed est aīa corpore induta. & ꝑm hoc tota personalitas hoīs consisteret in anima: adeo quòd anima separata posset dici hō vere: vt dicit Hug. † de S. Vi. (Vgo de S. Vi. lib. 2. de sacramētis p. p. cap. 9. & 11.) & secundum hāc opinionem esset verum quod magister dicit quòd anima est persona qñ est separata: sed hæc opinio non pōt stare, quia sic corpus animæ accidentaliter adueniret. vnde hoc nomen homo de cuius intellectu est anima & corpus, non significarent vnum per se sed per accidens, & ita non esset in genere substātiæ. Alia est opinio Arist. (2. de aīa. c. 2) quam oēs moderni sequūtur. quòd aīa vnitur corpori sicut forma materiæ. vñ anima est pars humanæ naturæ, & nō natura quędam ꝑ se. & quia ratio partis contrariatur rōni personę vt dictum est: ideo aīa separata non pōt dici persona. quia quamuis separata non sit pars actu: tamen habet naturam vt sit pars.

(Ha. ea. d. 5. q. 1. ar. 3. c.) Ad primum ergo dicendū, quòd anima separata proprie loquendo, non est substantia alicuius naturæ: sed est pars naturæ.
¶ Ad secundum dicendum, quòd non tantum ab anima habet F homo ꝙ sit persona: sed ex ea, & corpore: cū ex vtrisq; subsistat.
¶ Ad tertium dicendum, quòd anima rationalis dicitur hoc aliquid per modum quo esse subsistens est hoc aliquid, etiam si habeat naturam partis: sed ad rationem personæ exigitur vlterius quòd sit totum, & completum.
¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis vnio animæ separatæ ad carnem non possit fieri nisi ꝑ virtutem supernaturalem, tamen in ea est naturalis aptitudo ad hoc. & quòd non potest vnio compleri per virtutem naturalē est ex defectu corporis: non ex defectu animæ.
¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis anima sit dignior corpore: tamen vnitur ei vt pars totius hominis, quod quodammodo est dignius anima inquātum est completius.

ARTICVLVS III.

Vtrum persona sit assumpta.

AD tertium sic proceditur. (3. q. 4. 1.) Videtur quòd persona hominis sit assumpta. Dama. n. dicit ꝙ (Dama. li. 3. de fide 11.) deus assumpsit humanam naturam in athomo, idest, in indiuiduo: sed humana natura in indiuiduo est natura in persona. ergo assumpsit naturam in persona.
¶ 2 Præt. Christus non est similis matri nisi in hoc qđ accepit a matre: sed est similis matri quantum ad personam. vnde dicit I Cassianus in li. contra Nestorium. quòd Christus propter personarum diuersitatem reddidit vtrique parenti similitudinem, scilicet, patri, & matri. ergo assumpsit personam.
¶ 3 Præt. Ponatur quòd Christus deponat hoc qđ assumpsit: cōstat quòd Iesus erit quidem hō & persona: sed ex separatione nihil acquisitum est ei, quod prius non haberet, nec habuit aliquid ex parte humanitatis nisi assumptum. ergo assumpsit personam.
¶ 4 Præt. Non consumitur nisi quod est: sed dicit Innocentius quartus in Decre. quòd persona consumpsit personam. ergo natura humana habuit personalitatem propriam: sed non ante assumptionem, quia non fuit ante. ergo in ipsa assumptione habuit personalitatem propriam. ergo persona fuit assumpta.

Sed contra. August. dicit quòd verbum non accepit personam hominis, sed naturam. (Lib. de fi. ad pet. ca.)
¶ Præt. Quod assumitur aliquo modo vnitur: sed persona non vnitur personę, quia sic essent duę personæ, quod esse non pōt, vt (q. 1. ar. 3.) K supra dictū est. vel vna cōposita ex duabus, quod etiā est impossibile, cū persona pars esse nō possit. ergo persona nō est assumpta.

Respondeo. Dicendum ꝙ sicut supra dictum est: assumēs (Hac ead. 5. q. 1. ar. q. 3. co.) non est assumptū. vnde si persona dei assumpsisset personam hominis: persona dei non esset persona hoīs, & sic essent duæ personæ, quod est hereticum, vnde non conceditur quòd persona sit assumpta, & etiam quod assumitur trahitur ad aliquod completius ipsum incōpletum existens, vt patet ex prædictis, & hoc est contra rationem personæ, quæ maximam completionem importat.

Ad primum. ergo dicendū, ꝙ hūana natura non præexistit (In hac ead. d. 4. 2. ar. 1. cap.) añ vnionē: sed postquā vnita est fuit in athomo vel ꝑsona verbi.
¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc ꝙ dicit pro personarū diuersitate non est referendum ad Christum: sed ad parentes, quia diuersa sunt persona patris, & matris eius.
¶ Ad tertium dicendum, quòd separatio, dat vtrique partiū totalitatem, & in continuis dat etiam vtriq; esse in actu, vnde supposito, quòd hominem deponeret, subsisteret homo ille per se in natura rationali; & ex hoc ipso acciperet rationem personæ.
¶ Ad quar-

¶ Ad quartum dicendum, quòd consumere dicitur proprie destruere quod extitit, & secundum hoc, persona consumpsisset personam, si persona verbi assumpsisset hominem primo existentem: sed improprie dicitur etiā consumi, quod impeditur ne fiat; & quia persona diuina quæ assumpsit humanam naturam, impedit quòd natura humana habeat ꝑpriā personalitatem: ideo dicitur consumpsisse personam, quamuis improprie. vnde non est hoc extendendū.

DISTINCTIO VI.

De intelligentia harum locutionum scilicet Deus factus est homo: Deus est homo, an his locutionibus dicatur, Deus factus esse aliquid, uel esse aliquid, uel non.

Ex præmissis autem emergit quęstio plurimū continens vtilitatis, sed nimiū difficultatis, atq; perplexitatis. Cū n. constet ex prędictis, & aliis pluribus testimoniis, omnesq; catholici vnanimiter fateantur, Deum esse factum hominem, & Iesum Christū deum uerum esse, & uerum hominem: quæritur an his locutionibus: Deus factus est homo: filius dei factus est filius hominis: Deus est homo: & homo est Deus: dicatur, Deus factus esse aliquid: vel esse aliquid: uel aliquid dicatur esse Deus: & an ita conueniat dici, homo factus est Deus: & filius ho- B minis factus est filius Dei: sicut e conuerso dicitur. & si ex his locutionibus non dicitur Deus factus esse aliquid: vel esse aliquid: quæ sit intelligentia harum locutionum & similium. In huius profunditatis reseratione, & scrupulosæ quæstionis expositione, plurimum differre inueniuntur sapientes.

EXPOSITIO TEXTVS.

Nec diuinitas inquit Christi. Contra. Christus cōmunicat cū patre in vna natura numero: cum matre vero non. ergo non est recta similitudo. Dicendum, quòd non oportet quòd sit similitudo quantum ad omnia: sed sufficit quòd sit quantum ad aliquid. *Cum de Christo audis &c.* Sciendum quòd natura diuina dicitur forma, non ꝙ sit actus alicuius naturæ: sed quia non habet partem sui naturam: nec aliquid potentialitatis in ipsa est. Natura vero humana dicitur forma, nō quia comprehendit principia tm̄ formalia: comprehendit enim & formam & materiam: sed per modū quo quiditas compositi dicitur forma totius. *Solum verbum carnem ipsam.* Pars ponitur hic pro toto, quia caro pro homine, & ponit infirmiorem de qua minus videtur vt totam naturam nostram videatur assumpsisse, & etiā defectus humanæ naturæ quos decuit. *Oēm & perfectam naturā diuinitatis.* Contra. oīs, signum distributiuum est: sed natura diuina est indiuisa. Dicendum quòd omnis ponitur pro toto secundum quòd totum dicitur cui nihil deest, & non ex parte illa qua totum comparatur ad partes, quia natura diuina non habet partes. *Ideoque non sic dicitur diuina natura.* Contra. de quocunque prædicatur filius Dei, prædicatur homo: sed natura diuina est filius Dei: ergo est homo. Dicendum, quòd differentia est inter nomina substantiua & adiectiua: substantiua enim significant non tantum formam: sed etiam suppositum formæ. vnde possunt prædicari ratione vtriusque, & quando prædicantur ratione suppositi, dicitur prædicatio per identitatem. quando autem ratione formæ, dicitur per denominationem siue informationem, & hæc est magis propria prædicatio, quia termini in prædicato tenent formaliter: adiectiua autem tantum significāt formam: & ideo non possunt prædicari nisi per informationem. vnde hæc est falsa. Essentia est generans: quamuis hæc sit vera: Essentia est pater. cum igitur dicitur. filius Dei est homo: est prędicatio per informationem, & identitatem. cum vero dicitur. Essentia diuina est homo: est prædicatio per identitatem, quia idem secundum rē cum supposito hominis: non autem per informationem, quia natura diuina non significatur, vt suppositum subsistens in humana natura. Et ideo dicit Magister, quòd non est vna vera sicut alia: sed nec tamen dicit eam simpliciter esse falsam.

DIVISIO TEXTVS.

Postquam magister determinauit de incarnatione Dei: Hic determinare incipit conditiones Dei incarnati. Diuiditur aūt hæc pars in duas. In prima determinat de his quæ cōueniunt Deo incarnato ratione vnionis. In secunda de his quæ pertinent ad naturam assumptam absolute. dis. 13. ibi. *Praet. sciendum est*. De his enim quæ absolute pertinent ad diuinam naturam determinatum est in 1. lib. Prima autem pars diuiditur in duas. Primo determinat de his quæ dicuntur de deo incarnato, exprimentia ipsam vnionem: sicut quòd dicitur Deus est homo, vel factus est homo. In secunda determinat de his quæ conueniunt ei consequenter ad vnionem. dis. 8. ibi. *Post praedicta*. Prima diuiditur in tres partes. In prima mouet quæstionē de locutionibus exprimentibus vnionem. In secunda ponit diuersas opiniones de modo vnionis ibi. *Alii enim dicunt*. In tertia ostēdit quo intelliguntur diuersimode prædictę locutiones ꝑm diuersas opiniones. dis. 7. ibi. *Secundum primam non dicitur. Alii enim dicunt*. Hic ponit opiniones, & diui- A ditur in tres partes secundum tres opiniones quas ponit. Secunda incipit ibi. *Sunt autem alii*. Tertia ibi. *Sunt etiam alii*. Quęlibet autem trium partium diuiditur in duas partes. in opinionē & confirmationem. Confirmatio primæ opinionis incipit ibi. *Sed ne de suo sensu*. Secunda autem ibi. *De hoc Aug.* Confirmatio autem tertii ibi *Ne autem illi*. Ad euidentiam autē eorūque dicūtur, oportet primo tria videre. Primo in quo iste tres opiniones conueniant. Secundo in quo vna harum opinionum ab alia differat. Tertio quid vnaqueque ponat.

In quo tres ille opiniones communicant.

Quantum ad primum sciendum: quòd istę opiniones cōueniunt in quatuor. Primo, quia quęlibet harum ponit vnam personam in Christo scilicet diuinam: per quod recedunt ab heresi Nestorii. Secundo, ponunt in Christo duas naturas & tres substātias scilicet diuinam, animam, & corpus: in C quibus duobus dicunt constare naturam humanam. & per hoc recedunt ab errore Euticetis, qui posuit vnam naturam in Christo. Tertio, has duas substātias in quibus humana natura consistit dicunt assumptas a uerbo, per quod recedunt ab errore Manichei, qui negabat carnis assumptionem. Quarto, quòd hoc quod assumptum est, non pręexistit ante vnionem tempore: sed natura solum, per quod euadunt errorem quem tangit Dam. dicentium, quod primo assumpserit intellectum, & ex tunc fuisse hominem: postea autem assumpsisse carnem in vtero virginis. quod videtur esse error Orige. qui ponebat animas creatas ante corpora.

In quo una harum opinionum ab alia differat.

Quantum vero ad secundum scilicet, differentiam harū opinionum sciendum est, quòd cum in Christo sint tres D substātiæ, inuenit triplex comparatio harum substātiarū. Vna animæ & corporis adinuicem, secundum quòd in eis cōsistit humana natura. Altera vero harum duarum ad personam diuinam ꝑm quòd illa assumpsit has duas. & quælibet harum opinionum differt ab altera, quantum ad vtranque comparationem. Differt autem tertia opinio a primis duabus quantum ad comparationem animæ & corporis: quia primæ duæ opiniones ponunt aliquid compositum ex anima & corpore: quod est assumptum. Tertia uero ponit has duas substātias esse diuisas abinuicem: & sine aliqua compositione a persona verbi assumptas esse. vnde cum dicitur natura humana assumpta a verbo, sumit naturam humanam materialiter, idest partes humanæ naturæ: sicut partes domus dicuntur domus. Differt autem a primis duabus quātum ad comparationem harum duarum substātiarū ad tertiam: quia ponit has duas substātias coniunctas verbo accidentaliter: sicut uestis coniungitur homini: & sicut angelus assumit corpus, ut in eo videatur. Primæ vero duæ opiniones, dicunt non E accidentaliter: sed substantialiter quantum ad esse personale uerbo coniunctas esse. Similiter etiā secunda opinio differt a prima secundum has duas comparationes. quantum enim ad comparationem animæ & corporis differunt in hoc, quòd cum vtraque ponit animam & corpus pręexistere secundum intellectum ad vnionem: & ex eis coniunctis effici aliquod vnum non vnius modi vnum ex his coniunctis constitui dicitur vtraque. ex coniunctione enim animæ ad corpus, resultat & hic homo & humanitas: & hæc duo qualiter differant, patere potest ex prædictis in præcedenti dist. quia hic homo dicit quid subsistens in natura humana. humanitas autem colligit tantum ea in sua significatione ex quibus homo habet quòd sit homo. Prima ergo opinio dicit, quòd illud vnum constitutum ex anima, & corpore quod præintelligitur vnioni & assumitur, est hic homo. Secunda vero dicit, quòd sit humanitas: & hoc, quòd sit hic homo: non habet ex coniunctione animæ ad corpus: sed ex coniunctione vtriusque ad diuinam personam, quæ subsistit in eis.

Differunt

Differunt etiam quantum ad secundam comparationem vtriusque substantiæ ad diuinam personam. nam secunda opinio dicit, quod istæ duæ substantiæ assumptæ: ita coniunguntur diuine personæ, quòd pertinent ad personalitatē ipsius: adeo quòd sicut persona verbi ante incarnationē subsistebat in natura diuina: ita post incarnationem subsistit in humana, & diuina: & iō ante incarnationem erat simplex: sed post est composita. Prima vero opinio dicit, quòd illa substantia composita ex anima, & corpore nō pertinet ad personalitatē verbi, ita quòd in ea persona verbi subsistat: sed per assumptionē factū est, vt persona verbi esset illa substantia composita ex anima & corpore, & econuerso. vnde persona verbi sicut fuit simplex ante incarnationem, ita est & simplex post incarnationem.

Quid unaqueq; harum opinionum ponat.

QVANTVM ad tertium autem scilicet ad positiones quas quælibet opinio ponit. Sciendum est, quòd prima opinio ex hoc, quòd ponit duas substantias scilicet, animam, & corpus, secundum q̄ præintelliguntur vnioni esse coniunctas ad constituendum hominem. oportet quòd primo ponat hominem assumptum. secundo quòd homo non significet nisi compositū ex duabus substantiis, s. aīa & corpore: non aūt deitate, & quia hic homo est suppositū vel ypostasis: ideo ponit tertio in Christo esse duo suppositā vnū creatū qđ est homo, & alterū increatū, qđ est filius Dei, & similiter duas ypostases. Et quia suppositū prædicat̄ in recto, non in obliquo sicut natura: (Sortes .n. est suppositū humanæ naturæ.) ideo quarto dicit, quòd Christus est neutraliter duo: vnus tamen masculinæ propter vnitatem personæ. Et quia dicit hominem assumptum, & filius Dei est homo: ideo dicit quinto, quòd assumens est assumptum. Et quia in Christo dicit duo suppositā: ideo dicit sexto, quòd suppositō filio Dei non supponitur hic homo: quamuis hic homo sit filius Dei, sicut suppositā essentia non supponitur pater: quamuis essentia sit pater. Et quia hic homo non supponit suppositum æternum: ideo dicit septimo, quòd sicut Deus factus est homo, ita homo factus est Deus, quod non posset dici si supponeret suppositum æternum, quia suppositum æternum non incipit esse Deus. Et quia proprietates æternæ nō determinant suppositū temporale, nec econuerso: ideo dicit octauo, quòd omnia nomina adiectiua quæ significant aliquod æternum, non possunt dici de filio virginis, nisi cum implicatione, vt si dicatur filius virgins est æternus .i. est ille qui est æternus, & similiter adiectiua quæ significant aliquod temporale non possunt dici proprie de filio Dei. Substantiua autem hinc inde prædicantur propter vnionem: sicut & adiectiua personalia non dicuntur de essentia: quamuis substantiua dicantur de ea. Secunda vero opinio, quia ponit, quòd humana natura quæ est assumptum non significat quid subsistens, sed potius in ea subsistit diuina persona per vnionem: ideo primo dicit hominem, quod significat per modum subsistentis non esse assumptum: sed humanam naturam. Et quia ypostasis, vel suppositū, dicit aliquid per se subsistens: ideo secundo non ponit in Christo, nisi vnum suppositum, vel ypostasim. Et per consequēs ponit tertio, quòd Christus est vnum tantum, & solum vnus. Et quia humana natura non subsistantificatur, vt subsistat, nisi per vnionem ad diuinam personam: ideo homo qui significat per modum subsistentis non solum dicit naturam & corpus: sed etiam diuinitatem. Et hæc est quarta positio. Et quia diuina persona quæ ante incarnationem subsistebat in vna natura: post quam subsistit in duabus naturis, & tribus substantiis: ideo quinto dicit, quòd persona verbi, ante incarnationem fuit simplex: sed post incarnationem est composita. Et quia est vnum suppositū, quod subsistit in duabus naturis: ideo sexto ponit, quòd de illo suppositō proprie dici possunt adiectiua significantia proprietates vtriusq; naturę, siue denominetur per vnam naturā, siue per aliam. vnde secundum eos proprie dicitur iste puer est æternus, & Deus est passus. Tertia vero opinio, quia negat vnionem animę ad carnē in Christo: ideo primo ponit, quòd homo non prædicat de Christo aliquid compositū ex anima & corpore: sed partes humanæ naturæ, vt sic sensus: homo est, id est, habet animam & corpus sibi vnita accidē taliter: & ideo ponit secūdo, quòd homo prædicatur de Christo accidētaliter, nō in quid: sed in quomodo se habet, vt cū dicitur homo indutus: & ideo tertio ponit, quòd duæ substātiæ non pertinent ad personalitatem filii Dei: sed extrinsecus se habent ad ipsam. Et multa alia ex his opinionibus sequuntur, si quis radicem opinionum cōsideret. Ex prædictis autem patet, quòd quælibet harum duarum opinionū conuenit cum alia, in aliquo, in quo differt a tertia. Primæ enim duæ opiniones conueniunt in hoc, quòd vtraque ponit, quòd homo de Christo prædicatur in quid, in quo differunt a tertia quæ hoc negat: similiter tertia conuenit cum secunda in hoc, quòd in Christo non sunt duo suppositā, quamuis differenter, quia secunda ponit, quòd supponitur vtrique naturæ substantialiter: tertia vero quòd diuinæ substantialiter, & humanæ accidentaliter, sicut album, & homo non est aliud, & aliud suppositum: sed idem quod supponit homo copulat album, in quo differunt, a prima quæ ponit in Christo duo suppositā: similiter etiam prima & tertia conueniunt in hoc, quòd humana natura non pertinet ad personalitatem diuinæ personę, quamuis differenter, quia prima ponit, quòd subsistantificatur per se. Tertia autem quòd nullo modo. vnde vtraque ponit, quòd diuina persona sicut fuit simplex ante incarnationem, ita est simplex post incarnationem, in quo differunt a secunda. His visis, circa veritatem harum opinionum est triplex quæstio. Prima de his quæ dicit prima opinio. Secunda de his quæ dicit secunda. Tertia de his quæ dicit tertia.

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primam quæstionem quæruntur tria.

Primo. Vtrum in Christo sint duæ ypostases.
Secūdo. Vtrum homo sit assumptus.
Tertio. Vtrum homo significet substantiam compositam, ex duabus substantiis tantum.

ARTICVLVS. I.

Vtrum in Christo sint duæ ypostases.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ in Christo sint duæ ypostases: sicut enim dicit Boe. in lib. de duab. na. omnis substantia particularis secundum proprietatē vocabuli potest dici ypostasis, quamuis secundum 3.q.4.a. de vnio.

Li enim dicunt, in ipsa uerbi incarnatione hominem quendam ex anima rationali, & humana carne constitutū, ex quibus duobus, omnis uerus homo constituitur, & ille homo cœpit esse Deus, non quidē natura Dei: sed psona uerbi, & Deus cœpit esse homo ille. Concedunt et hominem illum assumptum a uerbo, & unitum uerbo: & tamen esse uerbum. Et ea ratione, tradunt dictum esse, Deum factum hominem, vel esse hominem, quia Deus factus est, id est cœpit esse quædam substantia ex anima rationali, & humana carne subsistēs, & illa substantia facta est, id est cœpit esse Deus: non tamen de migratione naturæ in naturam: sed utriusque naturæ proprietate factum est, ut Deus esset illa substantia, & illa substantia esset Deus. vnde uere dicitur, Deus factus est homo, & homo factus est Deus, & Deus esse homo Deus, & hō De⁹ & fili⁹ Dei filiꝰ hois, & econuerso. Cumque dicant illum hominem ex anima rationali & humana carne subsistere: non tamen fatentur ex duabus naturis esse compositum, diuina scilicet, & humana, nec illius partes esse duas naturas sed animam tm̄ & carnem.

Authoritates ponunt quibus suam muniunt sententiam.

TNE de suo sensu tantū loqui putentur, hanc sententiā pluribus muniūt testimoniis. Ait enim Aug. in lib. 3. de trinitate. Cum legitur, uerbum caro factum est: in uerbo, intelligo Dei filium uerum, in carne, agnosco uerū filium hominis, & vtrunque simul vnam personam Deum, & hominem ineffabilis gratiæ largitate coniunctū. Item in † Enchi. Christus Iesus, Deus de Deo est: homo autem natus est de Spiritu sancto, ex Maria uirgine, utraque substantia, diuina, scilicet, & humana filius est unicus Dei patris omnipotētis, de quo procedit Spiritus sanctus utrumque unus: sed aliud propter uerbum, & aliud propter hominem, nec duo filii Deus, & homo: sed vnus Dei filius, Deus sine initio, homo a certo initio. Item in † eodem. Quid natura humana in Christo homine meruit, ut in unitatem personæ unici filii dei singulariter assumpta esset? Quæ bona uoluntas, quæ bona opera præcesserunt, quibus mereretur iste homo fieri una persona cū deo? nunquid antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficium prestitum est, ut singulariter promereretur deū? Nempe, ex quo hō esse cœpit, non aliud cœpit esse homo, quàm dei filius, & hic unicus, & propterea dei uerbum, quia est ab illo susceptа caro, facta est utiq; deus, ut quemadmodum una persona, est quilibet homo, anima. s. rationalis & caro, ita sit Christus una persona, uerbū & homo. Idē super Io. † Agnoscamus geminam substantiam Christi, diuinā. s. qua æqualis est patri, & humanā, qua minor est patre. Vtrunq; autē simul non duo: sed unus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas deus. ac per hoc Christus est deus, anima rationalis & caro. Idē quoq; in lib. de prædestinatione sanctorū.

Ille homo, ut a uerbo patri coeterno in unitate personæ assumptus filius dei unigenitus esset: unde hoc meruit, quod eius bonū præcessit, ut ad hāc ineffabilem excellentiam perueniret? Faciente ac suscipiente deo uerbo: ipse homo ex quo esse cepit, filius dei unicus esse cepit, Item, homo quicunq; ita gratia fit Christianus: sicut gratia hō ille ab initio factus est Christ⁹. Idē in li. 15. de Trini. Gratia dei nobis in homine Christo commendatur, quia nec ipse, ut tanta unitate deo uero coniunctus, una cū illo persona filius dei fieret, ullis est p̄cedentibus meritis assecutus: sed ex quo homo esse cœpit, ex illo est, & deus: vnde dictum est, uerbum caro factum est. Hyla. quoque in lib. 10. de Tri. ait. Christum non ambigimus esse deū uerbum: neque rursum filium hominis ex anima, & corpore constitisse ignoramus. His aliisque authoritatibus utuntur, qui hominem quendam ex anima rationali, & carne compositū deum factum dicūt: sed gratia non natura. Sola. n. gratia

Cap. 35.

Tract. 78. Dama. vbi supra. In libr. de duab. nat.

Cap. 15.

¶ Præt. Secundum Boe. persona est rationalis naturæ indiuidua substātia. ypostasis autem ſm eun dē est indiuidua substantia. ergo persona non addit supra ypostasim nisi hoc, quòd est rationalis naturæ. ergo ypostasis rationalis naturæ est persona. humana autem natura, & diuina vtraque est rationalis. si ergo sint duæ ypostases harum duarum naturarum: oportet diuersas personas ponere, & sic esset error Nestorii.

¶ 2 Præt. Christus secundum quòd est homo, est ypostasis quædam in genere substantię, quia de quocunque prædicatur species & genus: sed ypostasis verbi nō é in gne substantiæ: ergo i Christo est alia ypostasis præter ypostasim verbi, & ita in Chro sunt duæ ypostases.

¶ 3 Præt. Sicut se habet species ad genꝰ, ita se habet ypostasis ad specię: sed vna species non potest esse in diuersis generibus non subalternatis. ergo vna ypostasis non potest esse in duabus speciebus. ergo multo minus in natura humana, & diuina, quæ plus, q̄ specie differunt.

cap. 31.

SED CONTRA. Est quod dicit Dam. duas naturas vnitas esse in vnam ypostasim.

¶ Præt. Secundum Porph. indiuiduum facit collectio accidentium: sed accidentia humanæ naturæ non sunt in persona diuina, quæ subiectum accidentis esse non potest. ergo oportet, quòd sit ibi aliquod indiuiduum: & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Nihil est aliud persona, quàm indiuiduum rationalis naturæ: sed in Christo non possunt esse duæ personæ. ergo in Christo non sunt duo indiuidua.

II

VLTERIVS. Quæritur, vtrum in Christo sint duo suppositā. Videtur, quòd sic: suppositum. n. dicit respectum ad naturā cōmunem: sed in Christo sunt duæ naturæ. ergo duo suppositā.

¶ 2 Præt. Suppositū dicitur, quasi sub alio positū: sed inconueniens est dicere, q̄ diuina psona ponaē sub humana. ergo oportet aliud esse humanæ naturæ suppositū, q̄ psona diuina, sed psona diuina, ē suppositū naturę diuinę. ergo i Chro sūt duo suppositā.

¶ 3 Præt. Vnio ad alterū non tollit alicui rōnem suppositi, quia ēt pars, vt manus alicui naturæ cōi supponiē cū sit in specie manus: sed nihil aliud pōt impedire ne humana natura in Christo habeat propriū suppositū nisi vnio. ergo habet proprium suppositum, præter suppositum diuinæ naturæ. & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Quod est vnitum alteri digniori non habet rōnē suppositi, aliās in Christo essent tria suppositā ſm tres substantias: vel ēt plura ſm oēs partes corporis. si ergo in Christo sunt duo suppositā non erit aliqua vnio diuinitatis ad carnem.

III

Dam. lib. 3. de fide cap. 21.

VLTERIVS. Videtur, quòd in Christo sint duo indiuidua: sicut. n. dicit Dam. filius dei assumpsit humanam naturam in atomo. i. indiuiduo: sed quia natura assumpta est in Christo dicimꝰ duas naturas. ergo & dicere possumꝰ in Christo duo indiuidua.

¶ 2 Præt. Omne quod est, aut est vniuersale, aut particulare: sed humana natura est in Christo. ergo cū nō sit vniuersalis erit particularis: sed omne particulare est indiuiduum. ergo humana natura in Christo est indiuiduum. ergo sunt ibi duo indiuidua.

¶ 3 Præt. Secundum Porph. indiuiduum facit collectio accidentium: sed accidentia humanæ naturæ non sunt in persona diuina, quæ subiectum accidentis esse non potest. ergo oportet, quòd sit ibi aliquod indiuiduum: & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Nihil est aliud persona, quàm indiuiduum rationalis naturæ: sed in Christo non possunt esse duæ personæ. ergo in Christo non sunt duo indiuidua.

IIII

VLTERIVS. Videē, q̄ sint ibi duæ res naturæ. Res. n. naturæ est qđ cōstituiē per naturā: sed divina persona nō cōstituit p humanā naturā. ergo psona verbi, nō est res humanæ naturæ. sed ē aliqua res humanę naturę i Xp̄o. ergo i Xp̄o sūt duę res naturæ.

A ¶ 2 Præt. Res naturæ idē vī esse qđ naturale: sed naturale, vt dr a. phy. est proprietas causata ex principiis naturæ, vel cōpositum ex principiis naturalibꝰ: sed neutrū istorū cōuenit diuinę psonę. ergo psona diuina nō est res naturæ humanæ, & sic idē qđ prī. tex. com. 5.

SED CONTRA. Res naturæ est completum subsistens in natura: sed nullū tale ē assumptibile, q̄ quis possit aliud assumi ad ipsum. ergo si eēt i Christo aliqua res naturæ præter diuinam personam, non esset assumpta a diuina psona, & ita nec vnita, & sic non esset in Christo.

RESPONDEO. Dicendum, quòd cū omne particulare habeat respectū ad naturam communem, & ad ꝓprietates, potest ſm vtrunque respectum nominari: tum per nomen primæ impositionis: tū per nomen secundæ intētionis. hoc enim nomē res naturæ est nomen primæ impositionis significās particulare, per respectum ad naturam cōmunem. hoc vero nomen suppositum, est nomen secundæ impositionis, significās ipsum habitudinem particularis ad naturam cōem, inquantū subsistit in ea, particulare vero inquantum exceditur ab ea: sed quia accidentia consequuntur naturā: ideo omne nomen designans particulare ſm respectū ad proprietates designat ēt ipsum, per respectum ad naturam cōem. hoc ergo potest fieri dupliciter, vel per nomen primæ impositionis, & sic est ypostasis cōiter in omnibus substātiis, persona vero in omnibus rationalibus, vel per nomen secūdæ impositionis, & sic est indiuiduum, inquantum est indiuisum in se: singulare vero inquantum est diuisum ab aliis: vnde singulare est idem, quòd diuisum. Est ēt alia differentia attendenda inter ista, quia quædā istorum significant cōiter particulare in quolibet genere, sicut particulare indiuiduum singulare. quædam vero tm̄ particulare in genere substantiæ: sicut res naturæ, suppositum, ypostasis & persona. Quia vero ratio substantiæ est, quòd per se subsistat: inde est, quòd nullum istorum dicitur nisi de re completa per se subsistente. vnde non dicuntur neq; de parte, neque de accidente, de quibus alia dici possunt, quæ in omnibus generibus inueniūtur: quāmuis. n. hæc albedo, vel hæc manus dicātur indiuiduum, vel singulare: d non tm̄ pōtest dici ypostasis, suppositum, vel res naturæ. Impossibile est aūt quòd si ponantur duo, quorū vtrunq; per se subsistat, q̄ vnum sit alterum, quia ſm hoc, quòd numerantur differunt: cum differentia sit causa numeri, & nō prædicantur de se inuicem, nisi ſm quòd vnum sunt. Vnde cum diuina persona sit quiddam per se subsistens: si ēt ponatur cōpositum ex anima & carne vnum quid completū subsistens, quod est homo, vel hic homo: impossibile est, quòd vnū prædicetur de altero, vt dicatur Filius dei est hic homo, & quia prima opinio, hoc ponit: ideo nō tenetur modo ab aliquo: sed ſm hoc, quod est compositū tm̄ ex anima & carne, non dicit esse quid subsistens: sed dicit esse humanam naturā in qua diuina persona subsistit: & ideo ſm hanc opinionē dicendū est, quòd omnia illa nomina quæ significant particulare in quolibet genere, possunt dici esse duo in Christo: sicut .n. hęc manus dicitur indiuiduum, vel singulare, vel particulare, ita humana natura in Christo est indiuiduū singulare, vel particulare. Et cum natura humana non sit diuina natura: neq; diuina persona, nihil prohibet dici in Christo duo indiuidua, vel duo singularia, vel particularia: aut etiam plura ſm numerum partium corporis Christi, quarum quælibet potest dici indiuiduum nisi fiat vis in hoc, quòd in diuinis non proprie inueniuntur huiusmodi nomina, hæc tm̄ plura indiuidua de Christo non prædicanē, quia de eo non prædicaē natura humana neq; partes eius.

Post medium libri.

D. 729.

non autem contingit dicere in Christo esse duas ypostases: vel res naturę: vel supposita. natura .n. humana in Christo non est res naturæ vel suppositum, sed ipsa natura. nulla enim natura cōposita est res vel suppositū suiipsius: similiter nō est ypostasis sed vsya. nihilominus tamen, sicut dicimus vnionē factā in persona: sic dicimus in ypostasi: supposito: re nature: indiuiduo: singulari vel particulari: quia quàmuis hæc vltima tria possint dici de nō per se subsistentibus: nihilominus dicunt etiā de per se subsistentibus: dicimus enim ypostasim, esse indiuiduū: vñ in quantū est vnio facta in ypostasi, est etiam facta in indiuiduo. & sic possumus dicere Christum vnum indiuiduum: & tamen in eo duo vel plura indiuidua sicut etiā & de quolibet alio homine contingit. & eadē est rō de singulari & ꝑticulari.

AD PRIMVM ergo dicendum: ꝙ substantia, secundū quòd est genus, non proprie prædicatur de parte. manus enim si esset substantia cum sit animata: esset animal. nihil enim est in genere quasi directe contentum sub ipso: nisi quòd habet naturam aliquam complete: tamen dicitur manus esse substantia, secundum quòd substantia diuiditur contra accidens: & similiter dico de natura humana in Christo: cum igitur dicit quòd omnis substātia particularis est ypostasis: intelligendum est de illis quæ directe recipiunt prædicationem generis, & hæc sunt quæ significantur vt res completę per se subsistentes. I

¶ Ad secundū dicendum: ꝙ ypostasis verbi quāuis non sit in genere substantiæ simpliciter, inquātū est ypostasis verbi. tñ inquātum est ypostasis humanę naturę est in genere substantię, sicut in specie hominis. non enim ypostasis ordinatur ad genus vel speciem nisi per naturam quam habet.

¶ Ad tertium dicendum: ꝙ genus quodammodo est pars speciei similis materię. vnde sicut in natura, ex pluribus materiis sufficientibus non ordinatis non fit aliquid vnum: ita etiam plura genera, non possunt venire ad constitutioné vnius speciei: sed natura ypostasis non est pars. vnde non est similis ratio: dicitur enim ypostasis alicuius naturę inquantum subsistit in ea. Ea quę in cōtrarium obiiciuntur concedimus. Sciendum tamen est, quòd prima opinio quamuis poneret duas ypostases: non tamen diuersas personas posuit: ex hoc enim quòd persona est indiuiduum rationalis naturę quæ est cōpletissima: & vbi stat tota intentio naturæ habet quòd significet cōpletissimū vltima cōpletione: post K quā nō est alia. vnde cum poneret hominem assumptum vnitū verbo, non dabat ei rationem personæ: dabat ei tamen rationem ypostasis: inquātum erat subsistens: nec tamen ponebat quod homo ille vniretur diuinę personæ in accidente: quia sic non diceret quòd prædicaret quid: sed quod esset accidentaliter vnitū: sicut dicit tertia opinio: sed ponebat quòd persona verbi erat illa ypostasis: quod tamen non est intelligibile, vt duorum distinctorū, vnum de altero prædicetur: vt prius dictum est.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd in Christo tantum vnū est suppositū ratione iam dicta: nisi dicatur suppositum locutionis, quia sic de quocunque potest fieri sermo est suppositum.

¶ AD PRIMVM aūt contra hoc obiectū dicendum, quòd quàmuis sint ibi duæ naturæ: tamen est vnū habens respectum ad duas naturas: & ideo est ibi suppositum vnum.

¶ Ad secundum dicendum: quòd suppositum nō importat suppositionem indignitatis vel potentialitatis. aliàs personæ non dicerentur supposita diuinæ naturæ: sed solum suppositionem

habuit ille homo: nō meritis vel natura, vt esset deus siue filius dei: vt haberet omnē scientiam & potestatem quā habet verbū, cum quo est vna persona. Nec tñ in superiorib⁹ legitur quòd homo ille sit vna psona cū verbo: & sit ipsum verbū: sed etiam quòd anima rationalis & ca- G ro eadem persona sit: & Christus sit & deus.

B *Aliorum sententia.*

SVNT autē & alii, qui istis in parte consentiūt: sed dicunt hominē illum, nō ex aīa rationali & carne tñ: sed ex humana & diuina natura, idest ex tribus subsistentiis, diuinitate, carne, & anima constare: & hunc Iesum H Christum fatent, & vnā psonam tantū esse, ante incarnationē solūmodo simplicē: sed in incarnatione factā cōpositā ex diuinitate & humanitate: nec est ideo alia psona q̄ prius: sed prius cū esset dei tñ persona, in incarnatione facta: est ēt hominis p-

F quantum ad communitatem, inquantum natura communis excedit prædicatione suppositum, vel actu vel potentia.

¶ Ad tertium dicendum: quod pars proprie non habet genus neque speciem: vnde non conuenit sibi proprie suppositum esse: loquendo simpliciter, nisi forte cum additione: vt dicatur hæc man⁹ suppositū manus: quāuis manus ꝓprie loquendo non sit genus neque species.

AD TERTIAM quæstionē dicendū: ꝙ in Christo sunt duo indiuidua, nō tamē ꝑ se subsistentia: & ipse Christus est vnū indiuiduū subsistens; vt dictum est.

¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ Dam. intendit dicere quòd assumpsit humanam naturā particularē: non autem subsistentem: sed quòd in ea diuina persona subsistit. — Dama. supra.

¶ Ad secundum dicendum: quòd humana natura est particulare & indiuiduum: non tamen subsistens.

¶ Ad tertium dicendum: quòd quamuis diuina natura sit qđdam indiuiduum in Christo, tamen etiā Christus est indiuiduum humanæ naturæ: nec tamen oportet quòd accidentia humanæ naturæ insint diuinæ personæ nisi natura mediante.

¶ Ad id quòd in contrariū obiicitur dicendum: ꝙ in Christo ē aliqđ indiuiduū, qđ non est rationalis naturæ indiuiduū: sed ipsa rationalis natura indiuidua vel pars eius: sicut manus Christi.

AD QVARTAM quæstionem dicendum: ꝙ in Christo non sunt duæ res naturæ: sed ipse est res vna duarum naturarum.

¶ Ad PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis verbum non sit constitutum ꝑ naturam humanam vt sit simpliciter. tamen per naturam humanam constituitur quòd sit homo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd res naturæ ꝑ se loquendo, est quòd habet naturam, sed quod hoc sit cōpositum, accidit, inquātum ipsum cōpositum ex materia & forma, quæ sunt principia naturæ, non adiungitur alteri subsistenti simplici: si autem alteri subsistenti coniungatur: quod est in se simplex, erit quidem illud simplex vt res subsistēs in natura cōposita, nō tñ erit cōpositū nisi ꝑ modum qui infra dicetur, ẜm quem secunda opinio ponit personam verbi incarnati esse compositam.

sona, nō aūt vt essent duę psonę: sed vt vna & eadē esset psona dei & hominis. Persona ergo quæ prius erat simplex, & in vna tantum natura existens: in duabus & ex duabus subsistit naturis. & psona quæ tantum erat deus, facta est etiā verus homo subsistēs, nō tñ ex anima & carne: sed etiā ex diuinitate. nec tñ psona illa debet dici persona, quāuis dicatur facta psona hominis. Facta ē igit illa persona (vt quibusdā placet) quiddā subsistens ex anima & carne, sed non est facta persona uel substantia uel natura: & inquantū est illud subsistens composita est, inquantū autē verbū ē, simplex est.

Authoritates etiam ponit quæ hanc probant sententiam.

DE hoc August. in lib. sententiarū Prosperi ait. Modis omnibus approbare cōtēdimus, sacrificium ecclesię duobus constare, duobus confici, visibili elementorum specie, & inuisibili

ARTICVLVS II.

Vtrum filius dei assumpserit hominem.

art. seq. & hac dist. q. 3. co. 3. a. p. a. 3. q. 4. 9. § c. 43. p.c. 20.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd filius dei assumpserit hominē. Psal. 64. Beatus quē elegisti, & assumpsisti. & loquitur de Christo homine, ergo homo est assumptus.

¶ 2 Præt. Si filius dei est homo, aut homo quem assumpsit, aut homo quem non assumpsit. si homo quem non assumpsit, ergo non magis potest dici homo qui est Iesus, quàm homo qui est Petrus. si autem homo quem assumpsit. ergo assumpsit hominem.

¶ 3 Præt. Filius dei assumpsit animam & corpus vnita: quia corpus non vnitum animæ est corpus inanimatum; quod non est assumptibile. vt in. 2. dist. dictum est: vnio autem illa non est minoris efficacię in homine Christo, quàm in aliis hominibus, sed in aliis hominibus facit non solum humanitatem, sed etiam hominem. ergo in Christo facit hominem. — Q. 1. p. 0. & tertium

¶ 4 Præt. In Christo non est nisi assumens, & assumptum, sed non habet quòd sit homo ex parte assumentis: quia sic ab æterno fuisset homo. ergo habet ex parte assumpti. ergo homo est assumptus.

¶ Præt.

Lib. 3. de fide Ort. c. 7. — ¶ Præt. Secundum Dama. † Christus assumpsit quicquid in nostra natura plantauit: sed id quod vnitum est ex corpore & anima facit hominem; cum sit de naturalibus quæ dei verbum in nostra natura plantauit: hoc ergo assumpsit. ergo assumpsit hominem, quia posita causa sufficienti, ponitur effectus.

D. 6

SED CONTRA. Assumens non est assumptum: sed deus est homo. ergo non assumpsit hominem.

¶ Præt. Si assumpsit hominem: constat ꝙ non assumpsit hominem vniuersalem. ergo assumpsit hūc hominem: sed hic homo est persona. ergo assumpsit personam, quod falsum est: ergo & primum. — Dam. lib. 3. de fide. cap. 7. post principium.

RESPONDEO. Dicendum, quòd id quod assumitur, secundum intellectum præcedit vnionem. si ergo dicatur homo assumptus, oportet quòd intelligatur homo, antequam intelligatur assumptus: homo autem particularis (quia vniuersalem nō assumpsit, cum non habeat esse in rerum natura) est quid subsistens, habēs esse completum: quod autē habet esse completū in quo subsistit; non potest vniri alteri nisi tribus modis: vel accidentaliter, vt tunica homini: & hunc modum vnionis ponit tertia opinio, vel per modum aggregationis: sicut lapis lapidi in aceruo, vel aliquo accidente, sicut homo vnitur deo per amorem, vel gratiam, & neutra harum est vnio simpliciter, sed secundum quid, quarum primam posuit Dioscorus: alteram Nestorius hæretici, vt dicit Dama. † 3. cap. tertii libri. vnde nullo modo concedendum est, quòd homo sit assumptus. Sciendum tamen, quòd prima opinio, nullum prędictorum modorum vnionis ponebat. vnde non est hæretica: sed ponebat, quòd erat facta vnio, secundum hoc, quòd persona verbi incepit esse illa substantia, quod quidem non est intelligibile, vt duorum, vnum fiat alterum, nisi per conuersionem vnius ad alterum: immo impossibile est, vt prius dictum est: & ideo non sustinetur. — De fide lib. 3. cap. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnes authoritates quę dicunt hominem assumptum: exponi debent, vt ponatur concretum pro abstracto, idest homo pro humana natura.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus est homo, non quem assumpsit: sed cuius humanam naturam assumpsit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est propter inefficaciā vnionis animæ ad corpus, quòd eorum coniunctio, secundum ꝙ prę intelligitur vnioni ad diuinam personam, non facit hominē, sed humanam naturam in Christo: sed est ex hoc quòd non fuerunt, vt coniuncta per se subsisterent: sed vt diuina persona in eis subsisteret.

¶ Ad quartum dicendum, quòd homo significat humanam naturam, & supponit pro supposito subsistente in natura illa, quorum vnum est ex parte assumpti: alterum ex parte assumentis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc quod facit coniunctum ex anima & corpore esse hominem, non est præter animam, & corpus, & vnionem, aliquid positiue: sed ex hoc ipso quòd ipsum compositum ex anima & corpore non adiungitur alteri subsistenti in natura composita: sequitur, quòd coniunctum sit homo. vnde & si Christus humanam naturam quam assumpsit deponeret, ex hoc ipso esset homo illud coniunctum, ex duabus substantiis.

domini nostri Iesu Christi carne & sanguine: sacramento, & re sacramenti, idest corpore Christi: sicut Christi persona constat & cōficitur ex deo & hoīe: cū ipse Christus, verus sit deus & uerus hō, quia omnis res, illarum rerū naturam & ueritatē in se continet, ex quibus conficitur. De hoc eodem Io. Dam. ait. In dño nostro Iesu Christo duas quidem naturas cognoscimus: vnam aūt ypostasim ex vtriusq; compositam. Incarnatus est igitur Christus, ex uirgine assumens primitias nostræ massæ, ut ipsa extiterit in carne ypostasis, quæ dei uerbi ypostasis facta & composita fuerit, quæ prius simplex erat uerbi ypostasis, composita uero ex duabus perfectis naturis diuinitate & humanitate: & ferat ipsa diuinæ dei uerbi filiationis caracteristicum & determinatū idioma, secundum quòd diuisa est a patre & Spiritu sancto, & carnis caracteristica & determinatiua idiomata: secundum quæ differat a matre, & reliquis hominibus. Item, vnam ypostasim filii dei cōfitemur in duabus naturis, perfecte se habentibus, deitatis & humanitatis, & incarnatā eandem ypostasim, & has duas naturas custodiri, & manere in Christo post vnionem, non seorsum, & secundum partes ponentes singulam, sed vnitas inuicē in unam compositam ypostasim. Substantialē enim inquimus vnio- B nem, scilicet ueram, & non secundum fantasiam. Substantialē autem non duabus naturis perficientibus alteram. s. vnam compositam naturam: sed unitas inuicem in unā ypostasim cōpositā filii dei, & manere eandem substantialē differentiā determinamus. Quod creabile māsit creabile, & qđ increabile, īcreabile, & mortale, mortale: & immortale immortale, & circūscriptibile circumscriptibile, & incircumscriptibile, incircumscriptibile. & hoc C quidem refulget miraculis. De hoc etiam † August. in libro de Trinitate ait. Quemadmodum secundum deitatem una est patris filiique natura: ita etiam iuxta humanitatem eadem est matris & filii natura. ex vtraq; aūt substantia & diuinitatis & humanitatis, vnde atq; idem est

A ARTICVLVS III.

Vtrum homo dicatur ibi cōpositū ex duabus substantijs tantū.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd homo non dicatur nisi compositum ex duabus substātiis. homo enim prędicatur de Christo, & de Petro, & non æquiuoce dicitur; sed cum dicitur de Petro, nihil prædicat nisi compositū ex duabus naturis, vel substantiis. ergo, & cum dr de Chrō.

¶ 2 Præt. In symbolo Athañ. dicitur: sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita deus & homo vnus est Christus: sed anima non includit in sua significatione carnē, nec econuerso: ergo nec homo dicit diuinitatem, nec econuerso.

¶ 3 Præt. Nihil est in Christo ꝑter três substantias. si ergo hō diceret tres substantias, tunc Christus erit tantum homo, quod est falsum.

¶ 4 Præt. Totū non dicitur vniri parti: sed pars toti, vel parti. si ergo homo diceret tres substantias: videretur quòd non posset dici homo vnī dei filio. — Lib. 1. c. 7.

SED CONTRA. Homo est habēs humanitatē: sed habens humanitatem est diuina persona. ergo cum humanitate quæ continet duas substantias, hoc nomen homo, dictum de Christo, dicit etiam diuinam personam, & sic dicit tres substantias.

¶ Præt. Omne prædicatum substantiale, continet aliquo modo D suum subiectum: sed hoc nomen, homo, prædicatur de filio dei non accidentaliter. ergo continet personam filii dei, & sic non dicit tantum compositum ex duabus substantiis.

RESPONDEO. Dicendum, quòd in quolibet nomine est duo considerare, scilicet, id a quo imponitur nomen, quod dicitur qualitas nominis, & id cui imponitur, quod dicitur substantia nominis, & nomen proprie loquendo dicitur significare formam siue qualitatem, a qua imponitur nomen. dicitur vero supponere pro eo cui imponitur. Prima ergo opinio dicit, quòd hoc nomen, homo, quantum ad significatum & quantum ad suppositum, non dicit nisi constitutum ex duabus substantiis, quia hoc constitutum ex duabus substantiis est ypostasis subsistens, pro qua potest fieri suppositio huius nominis, homo. Secunda vero opinio dicit, quòd constitutum ex duabus substantiis tantum, non est ypostasis subsistens, sed natura, in qua subsistit verbum dei. vnde non potest ponere, quòd constitutum ex duabus sub- E stantiis tantum, sit suppositum, cui nomen imponitur: sed forma a qua imponitur, scilicet, humanitas: illud vero cui nomen imponitur, quod est subsistens in humana natura: est persona verbi. & ideo hoc nomen, homo, comprehendit tres substantias: sed duas ex parte significati, tertiam ex parte suppositi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuersitas suppositionis non facit æquiuocationem: sed diuersitas significationis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Athañ. accipit hominem ex parte naturæ significatæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd termini in prædicato positi, tenentur formaliter, in subiecto vero materialiter: vnde hoc nomen, homo, supponit suppositum æternum, quod subsistit in duabus naturis, & tribus substantiis: prædicat vero tantum naturam humanam. vnde si diceretur, quòd est tantum homo, excluderetur omnis natura alia ab humana, & propter hoc, non conceditur, quòd sit homo tantum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd homo dicitur proprie & simpliciter vnitus filio dei, quia dicit id quod vnitur, seu coniungitur, scilicet humanam naturam, quæ est quasi pars in hac vnione, & id in quo fit vnio, scilicet suppositum vnum.

QVAESTIO II.

Deinde quæritur de his, quæ pertinent ad secũdam opinionem.

Et circa hoc quæruntur tria.

Primo. Vtrũ Christus sit vnum.
Secũdo. Vtrum habeat vnum esse.
Tertio. Vtrum persona Christi post incarnationẽ fuerit composita.

ARTICVLVS I.

3.q.17.1. de vnio.3. *Vtrum Christus sit duo neutraliter.*

DPrimũ sic proceditur. Videtur quòd Christus sit duo neutraliter. Isido. enim dicit in lib. de Trini. Mediator dei & hominum: homo Iesus Christus, quamuis aliud sit de patre, aliud de virgine, non tamen alius: sed vbicunq; est aliud & aliud ibi sunt duo. ergo Christus est duo.

¶ 2 Præt. Christus est vnum vnitate increata, & est vnũ vnitate creata: vnitas aũt creata, nõ est vnitas increata. ergo Chr̃s é duo.

¶ 3 Præt. Sicut in Trinitate sunt tres personæ in vna essentia, ita in Christo sunt duæ naturæ in vna persona: sed propter vnitatẽ naturæ dicuntur pater, & filius vnum, quamuis non vnus. ergo & propter vnitatem personæ Christus debet dici vnus, & non vnum: sed duo propter dualitatem naturarum.

¶ 4 Præt. Christus secundum quòd est deus, est aliquid quod est pater, & secundum quòd est homo, est aliquid quod est mater: sed hoc quod est pater, non est hoc quod est mater. ergo Christus est aliquid, & aliquid, & ita est duo.

De fide lib. 3.c.7. prope finem. ¶ 5 Præt. Chr̃s est aliq̃d passibile, & aliq̃d ĩpassibile: sed passibile nõ est impassibile. ergo Chr̃s est aliq̃d, & aliq̃d. ergo nõ est vnũ.

¶ 6 Præt. Secundum Dama. † Christus totus est vbique, non tamen totum. sed est vbique ſm q̃ est deus. ergo Christus nõ est totum deus: sed est aliquid præter hoc, qđ est deus: sed ex hoc q̃ est deus est aliquid. ergo est aliquid, & aliquid: & sic idem qđ prius.

¶ 7 Præt. Christus nõ est tm̃ homo: sed hõ prædicat aliquid vnũ de ipso. ergo Christus non est tm̃ vnum aliquid. ergo est duo.

SED CONTRA. Quicquid est, ideo est, quia vnum numero est: si ergo Christus non est vnum, nihil est, quod falsum est.

¶ Præt. Maior est conuenientia naturæ humanæ in Christo ad naturam diuinam, quàm accidentis ad subiectum: sed accidens cum subiecto non facit numerum. ergo nec ratione humanæ naturæ, & diuinæ, dicetur Chr̃istus esse duo.

¶ Præt. Ea quæ non sunt vnum, non possunt de se inuicem prædicari; sed deus prædicatur de homine Christo, & econuerso. ergo Christus est vnum.

RESPONDEO. Dicẽdum, quòd neutrum genus est informe, & indistinctum, masculinũ vero est formatum, & determinatũ. vnde masculinum non prædicatur absolute nisi de re perfecta subsistente. neutrum vero genus de re perfecta subsistente, & de non perfecta: vnde nõ põt dici q̃ albedo vel humanitas Petri est aliquis: sed q̃ est aliquid, de Petro aũt possumus dicere quòd est aliquis, & quòd est aliquid. similiter in Christo de persona põt dici quòd est aliquis, & est aliquid: de natura aũt q̃ est aliquid, & non q̃ est aliquis. ſm igitur secundã opinionem de qua agitur, illud aliquid, qđ est natura assumpta, nõ p̃dicaf de Chr̃o, q̃a nõ hẽt rõnem hois: sed humanitatis. aliquid ergo ſm q̃ p̃dicaf de Chr̃o, non significat tm̃ naturã: sed suppositũ naturæ, & q̃a plurale est geminatũ singulare: iõ Chr̃s non posset dici aliqua, nisi essent in eo duo suppoſita naturarũ, qđ negat scđa opinio, & sit tertia. & iõ vtraq; opinio dicit, q̃ Chr̃s est vnũ: sed scđa dicit q̃ est vnũ p se. tertia vero q̃ est vnũ p accidens, sicut albus homo: sed prima opinio dicit quòd assumptum non tm̃ habet rationem humanitatis, sed ẽt hois, & tm̃ non põt dici aliquis, q̃a est alteri digniori adiunctum: sed dr̃ aliquid, & illud aliquid p̃dicatur de p̃sona assumẽte, & iõ sequit̃ q̃ Chr̃s sit aliq̃s. f. assumẽs, & aliq̃d. f. assũptũ, & q̃ sit duo neutra: fr̃ ñ masculie. AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ aliud, ptiuũ est: vñ requirit̃ aliquid a quo diuidatur: cũ aũt dr̃ Chr̃s est aliud, & aliud, cũ aliud non p̃dicet naturam tm̃: sed suppoſitum naturæ (q̃ humana natura de christo non p̃dicatur) requirit̃ q̃ sit ibi aliq̃d distinctum vel diuisum a suppoſito humanæ naturæ, qđ de Chr̃o p̃dicetur: hoc aũt non põt esse ſm secũdã opinionẽ, q̃a suppoſitũ diuinæ naturę nõ é aliud a suppoſito humanæ naturę, nec diuina natura quæ de Chrioſto prædicatur est aliud a suppoſito eius, nec per consequens a suppoſito humanæ naturæ: vnde secundum hanc opinionẽ, Chr̃s non dr̃ proprie aliud, & aliud: sed exponendũ est alterius & alterius naturæ. prima vero opinio quæ distinguit suppoſita naturarũ, põt dicere q̃ Chr̃s é aliud, & aliud.

¶ Ad secundũ dicendũ, q̃ termini numerales (vt in primo dictũ est) se hr̃t cõiter ad personam & naturã: vnde loquẽdo de vnitate personali, est tm̃ vna in Chr̃o, ſm quam dr̃ vnus Chr̃s: loquẽdo autem de vnitate naturali, est duplex vnitas: non tñ sequit̃ q̃ Chr̃s sit vnum & vnum, quia vnũ quod de Christo prædicatur, non refertur tantum ad naturã: sed ad suppoſitũ naturę, quod non geminatur.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ natura diuina p̃dicatur in recto de p̃sonis p̃p identitatẽ rei: sed duæ naturæ q̃ sunt in Chr̃o nõ p̃dicantur de eo in recto, q̃uis. n. diuina natura p̃dicetur de eo in recto, non tm̃ humana. sicut nec de aliquo alio hoĩe: si aũt tres personæ differrẽt ſm rem a natura: quamuis esset vna numero in eis, non tm̃ posset p̃p hoc dici q̃ tres personę essent vnum simpliciter: sed forte q̃ esset vnus deus, sicut multi homines dr̃ vnus populus.

¶ Ad quartũ dicẽdũ, q̃ cũ dicit, Chr̃s est aliq̃d, qđ est mr̃, ly aliquid, nõ p̃dicat tm̃ naturam: sed suppoſitum naturę, vt patet ex p̃dictis: relatiuum aũt refert suũ añs, non gr̃a suppoſiti: sed gr̃a naturæ: mater enim non conuenit cũ filio in suppoſito: sed in natura: relatiuũ aũt non refert idem ſm suppoſitum: sed quandoq; idem ſm naturã speciei: cũ vero dr̃. est aliquid qđ est pr̃, ly aliquid, p̃dicat naturã diuinã. vñ ex hoc sequit̃, q̃ humana natura non sit diuina natura, non autem quòd Christus sit duo.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ cum dr̃: Christus est aliquid passibile, ly aliquid, non p̃dicat naturã: sed suppoſitum humanę naturę, quia proprietates naturæ denominatiue p̃dicantur de suppoſito, q̃uis natura de eo non p̃dicetur, & ẽt proprietates partiũ. Petrus. n. q̃uis non sit capillus, est tm̃ crispus: cum vero dr̃, Chr̃s est aliquid impassibile, ly aliquid, p̃dicat suppoſitum diuinæ naturę, quod non est aliud q̃ suppoſitum humanæ naturæ, vel etiam diuinã naturã, quæ non est aliud a suo suppoſito. vñ non sequit̃ q̃ sit ibi aliud & aliud, media. n. falsa est quæ dicit, q̃ aliquid passibile nõ est aliquid impassibile. idem enim suppoſitum quod est passibile secundum vnam naturam, est impassibile secundũ aliã.

¶ Ad sextum dicendum, quòd totus refertur ad personam, totũ aũt ad naturam. totum autem ſm quòd hic sumit̃, est cui nihil deest, & quia nihil deest de personalitate filii quam significat nomen Christi secundum q̃ non sit vbiq;, quia est persona æterna: ideo dicitur totus vbiq;. deest aũt aliquid de natura ei, ſm q̃ nõ est vbique: sed tamen illud aliquid nõ prædicatur de Christo. vnde nõ sequitur quòd Christus sit aliquid, & aliquid: sed quòd in eo sit aliquid, & aliquid.

¶ Ad septimum dicendum, quòd termini in prædicato positi tenentur formaliter. vnde non concedit̃ ista, Quòd Christus sit tãtum homo, quia excluderet̃ omnis alia natura. ly aliquid autem, & ly vnum, nõ determinãt aliquam formã vel naturam: sed determinatũ sup positum secũdum q̃ de Christo prædicatur. non enim determinant nisi illud, circa quod ponũtur. vnde si diceretur. Christus est tantum vnũ, vel tantum aliquid, non excludit aliam naturã: sed aliud sup positum, & ideo hæc est vera. Christus est tantũ aliquid vnum. & est in processu illo fallacia cõsequentis, quia aliquid vnum, est superius ad hominẽ. Procedit ergo ne gatiue ab iferiori ad superius, cum dictio ne exclusiua.

cap.3.

ARTICVLVS I.

Philip.2. *b Vtrũ in Christo sit tantum unum esse.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt̃ quòd in Christo nõ sit tãtum vnum esse. Omnis enim forma substantialis dat esse: sed anima est forma substantialis. ergo dat esse: sed non dat esse diuinæ personæ, quia hoc est æternum. ergo dat aliud esse. ergo in Christo non sunt vnum esse.

¶ 2 Præt. Vnũ est esse filii dei, & patris. si ergo vnum est esse humanis hominis, & filii dei; vnum erit esse huius hominis, & dei patris: sed nulla est maior vnio, quàm ea quæ est aliquorum secundum esse vnum. ergo humanitas est vnita deo patri.

¶ 3 Præt. In diuinis non est esse, nisi essentiale: si ergo vnio humanæ naturæ ad diuinam, facta est in esse filii dei, facta est in essentia, quod est impossibile.

1. Top. ca. 2. in princi. ¶ 4 Præt. Diffinitio est oratio indicans quid est esse: sed homo secundum eandem diffinitionem prędicatur de Christo & de Petro. ergo est idem esse humanitatis illius hominis cum esse Petri secundum speciem: sed esse filii dei non est idem specie cum esse Petri. ergo in Christo non est tantum vnum esse.

¶ 5 Præt. De quocunque respondere potest ad quæstionem factam per An est, habet proprium esse: sed hæc quæstio sit non tãtum de persona, sed etiam de natura. ergo esse nõ tantum est personæ, sed etiam naturæ: in Christo autem sunt duæ naturæ. ergo in Christo sunt duo esse.

SED CONTRA. Omne quod habet per se esse, est subsistẽs. si ergo in Christo est duplex esse, sunt ibi duo subsistẽtia. ergo duę hypostaſes, quod supra improbatum est.

¶ Præt. Quæcunque differunt secundum esse, vnum eorum nõ prædicatur de altero: sed deus est homo, & econuerso. ergo est et se vnum dei, & hominis.

¶ Præt. Vnius, non est nisi vnum esse: sed Christus est vnum, vt dictum est. ergo habet vnum esse tantum.

RESPONDEO. Dicendum, quòd secundum philosophum. 5. Meta. Esse duobus modis dicitur. vno modo secũdum quòd significat veritatem propositionis, secũdum quòd est copula, & sic vt Commentator ibidem dicit, Ens est prędicatum accidentale, & hoc esse non est in re, sed in mente, quæ coniungit prædicatum cum subiecto, vt dicit philosophus † in 6. Meta. vnde de hoc non est hic quæstio. alio modo dicitur esse, quod pertinet ad naturam rei, secundum quòd diuiditur: secundum decem genera & hoc quidem esse est in re, & est actus entis resultans ex principiis rei: sicut lucere est actus lucentis: aliquando tamen sumitur esse pro essentia, secundum quam res est, quia per actus consueuerunt significari eorum principia, vt potentię vel habitus. Loquendo igitur de esse, secundum quòd est actus entis: sic dico, quòd secundũ secundam opinionem oportet ponere tantum vnum esse: secundum alias autem duas, oportet ponere duo esse; esse enim subsistens, est quod habet esse, tanquam eius quod est, quamuis sit natura vel formæ tãquam eius, quo est. vnde nec natura rei nec partes eius proprie dicũtur esse, si esse prædicto modo accipiatur: similiter aũt nec accidentia: sed suppositũ cõpletũ quod est secundum omnia illa. vnde ẽt philosophus dicit in 11. Meta. quòd accidẽs magis propriæ est entis quàm ens. Prima ergo opinio quæ ponit duo subsistentia, ponit duo esse substantialia. similiter tertia opinio, quia ponit q̃ partes humanæ naturæ aduenient diuinæ personæ accidentaliter, ponit duo esse, vnum substantiale, & aliud accidentale. secunda vero opinio, quia ponit vnũ subsistens, & ponit humanitatem nõ accidentaliter aduenire diuinę personę, oportet q̃ ponat vnũ esse. Impossibile est enim quòd vnum aliquid habeat duo esse substantialia, quia vnum fundatur super ens. vnde si sint plura esse, secundum quæ aliquid dicitur ens simpliciter, impossibile est quòd dicatur vnum: sed non est inconueniens quòd esse vnius subsistentis sit per respectum ad plura. sicut esse Petri est vnum, habens tamen respectum ad diuersa principia constituentia ipsum: & similiter suo modo vnum esse Christi habet duos respectus, vnum ad naturam humanam, alterum ad diuinam.

Ca.3.lect.3. t.5.& li.7. t.c.1.

Q.73.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd forma facit esse: non ita quòd illud esse sit materiæ aut formæ, sed subsistentis. quando ergo compositum ex materia & forma est per se subsistens, acquiritur ex forma illi composito esse absolutum per se: quando autem non est per se subsistens non acquiritur per formam esse illi composito: sed subsistenti cui hoc adiungitur acquiritur respectus secundum esse ad hoc. quod ei addit̃, sicut si ponamus hominem nasci sine manu, & manum per se separatim fieri, & postea ei miraculose coniungi, constat quòd forma manus causabit esse manus per se subsistentis: sed postquam coniungitur homini, acquiritur ex forma manus aliquod esse manui, quia manus non habet esse proprium: sed acquiritur homini respectus ad manum secundum suum esse. Ita etiam dico quòd anima in Christo non acquirit proprium esse humanæ naturæ: sed filio dei acquirit respectum secundum suum esse ad naturam humanam, qui tamen respectus non est aliquid secundum rem in diuina persona: sed aliquid secundum rationem, vt dictum est de vnione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliud est de deo & de omnib' aliis rebus: quia in deo ipsa essentia subsistens est. vnde sibi secundum se debetur esse: immo ipsa est suum esse subsistens. vnde essentia a persona non differt secundum rem: & ideo esse essentiæ est etiam personæ: & tamen persona & essentia ratione d differunt. quamuis ergo vnum sit esse, potest tamen esse considerari vel prout est essentiæ, & sic non vnitur humanitas in esse diuino. vnde non vnitur patri, vel potest considerari prout est personæ, & sic vnitur in esse diuino. Et per hoc patet solutio ad tertium.

Supra dist. 2.q.2.ar.2. q.3.ad 3.

D.461.

Tex.c.6. ¶ Ad quartum dicendum, quòd † philosophus accipit ibi esse pro essentia vel quidditate, quam signat diffinitio.

1. Top. cap. 2. in princi.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illa obiectio procedit de esse secundum quod signat veritatem propositionis: sic enim potest dici non tantum de his quæ sunt in re, sed de his, quæ sunt in intellectu: de quibus potest locutio formari.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum persona uerbi post incarnationem sit composita.*

3.q.2.4. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd persona verbi post incarnationē non sit composita. omne.n. compositum est meli⁹ cōponentibus, quia bonum additum bono facit magis bonum: sed diuinitate nō potest esse aliquid melius. ergo ex diuinitate, & humanitate non potest fieri vna persona composita.

¶ 2 Præt. In Christo non est nisi persona æterna: sed nullū æternum est compositum: ergo persona Christi nullo modo est composita.

¶ 3 Præt. Ad simplicitatem diuinæ essentiæ ptinet q̄ non sit composita, nec alteri cōponibilis: sed persona diuina est æqualis simplicitatis cum essentia. ergo nec in se potest dici composita, nec alteri cōponibilis.

¶ 4 Præt. Sicut dicit philosophus. 3. T.eo.66. physicorum, pars habet rationem materiæ. & imperfecti: sed omnis imperfectio, & materialitas a deitate est aliena. ergo non potest esse pars alicuius: sed omnis compositio est ex partibus. ergo persona Christi non pōt esse cōposita ex diuinitate & humanitate.

SED CONTRA. Est quod dicit † Damas. duas naturas vnitas inuicem in vnam compositam ypostasim filii dei. De fide lib. 3. cap. 3. in principio.

¶ Præt. Leuitici. 5. super illud. Decimam partem Ephi. glo. ideſt Christi humanitatem. Ephi enim tres modios capiens significat trinitatem. ergo humanitas Christi est pars alicuius personæ in trinitate.

¶ Præt. Athan. in symbolo. Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita deus & homo vnus est Christus. sed anima rationalis & caro sunt partes hois. ergo deus & hō sunt partes Christi. Lib. 3. de fi de cap. vlti.

¶ Præt. omne totum est compositum ex partibus: sed Damascē. † dicit quòd Christus totus fuit in inferno, non tamen totum, & similiter vbique est non totum: sed totus, quia non est vbique nisi secūdum alteram naturam. ergo duæ naturæ sunt partes personæ Christi compositæ ex eis. Hac ead. q. arti. 2. o. & ad 1.

RESPONDEO. Dicendum, quòd ad rationem totius pertinent duo, vnum scilicet, quòd esse totius compositi pertinet ad omnes partes, quia partes nō habent proprium esse: sed sunt per esse totius, vt dictum est. aliud est quòd partes componentes cau sant esse totius. secundum autem tertiam & primam opinionem neutrum horum inuenitur in Christo, quia opinio prima dicit K quòd hic homo habet esse suum proprium. vnde esse diuinæ perD. 973. sonæ d ad ipsum non pertinet. Similiter tertia opinio dicit, quòd est esse superadditum ad esse diuinæ personæ accidentaliter. vnde anima & corpus non dicuntur partes personæ, sicut nec accidentia subiecti. vnde neutra ponit personam verbi compositam. Sed secunda ponit vnum esse in Christo. vnde esse diuinæ personæ pertinet ad vtrāque naturam. non tamen illud esse causatur ex coniunctione naturarum, sicut esse compositi causatur ex coniunctione componentium. vnde secundum hanc opinionem persona Christi post incarnationem potest dici aliquo modo cōpositaL D. 1222. in quantum ibi saluatur aliqua d cōditio compositi, non tamē est ibi vera ratio compositionis, quia deficit ibi altera conditio, vnde etiam non est in vsu modernorum hanc opinionem tenentium, quòd dicāt personam compositam, nec dicendum quòd dicatur composita secūdum expositionem nominis quasi cum alio posita, quia sic prima opinio & tertia ponerent personam compositam, sicut & secunda.

F AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ in persona cōposita, quamuis sint plura bona quàm in persona simplici, quia est ibi bonū increatū & bonū creatū: tñ persona cōposita non est maius bonū q̄ simplex, quia bonū creatū se habet ad bonū increatū sicut pūctus ad lineam, cum nulla sit proportio vnius ad alterum: vnde sicut lineæ additum punctum, non facit maiorem lineam nec bonum creatum additum in persona bono increato facit melius, vel etiā quia tota ratio bonitatis omnium bonorum est in deo. vnde & ipse dicitur omne bonum. vnde non potest sibi fieri additio alicuius boni, quod in ipso non sit.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ bōd persona non dicitur composita, quasi esse suū sit ex multis constitutum, hoc enim est cōtra rationem æterni: sed quia ad multa se extendit quę assumunt in illud esse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de ratione summæ simplicitatis est, quòd nec sit composita ex partibus, nec componibilis alteri tanquā pars, sic autem persona non est composita, quia neq; est pars neq: ex partibus constituta.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis compositio quantum ad aliquid saluetur in incarnatione verbi, nullo tamen modo est ibi ratio partis. diuinitas enim pars esse nō potest, propter imperfectionem quæ est de ratione partis, humana autem natura similiter non potest esse pars, quia compartem non haberet, vel etiam quia non causat esse personæ quæ dicitur composita: & ideo magister dicit in sequenti di. quòd inexplicabilis est illa compositio I quæ non est partium, ratio autem dicitur a magistris vnio exigitiua, quia tot cōprehenduntur in pśona quot exiguntur ad opus redēptionis, vt sit deus qui posset. & hō qui deberet satisfacere.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Dama. dicit compositam y postasim inquantum est ibi aliquid de ratione compositionis, non Damas. supra. quòd sit simpliciter composita, quantum ad perfectam rationem compositionis.

¶ Ad sextum dicendum, q̄ allegatio illa sumitur quantum ad similitudinem numeri, nō quātū ad similitudinē totius & partis.

¶ Ad septimum dicendum, quòd similitudo illa est quantum ad aliquid & non quantum ad omnia, vt patet ex dictis. In hoc:

¶ Ad vltimum dicendum, quòd totum præter hoc quòd est cōpositum ex partibus, habet aliud de ratione sui, scilicet, quòd ei nihil deest eorum quæ debet habere, & secundum hoc sumitur a Damasceno.

QVAESTIO TERTIA.

Deinde quæritur de his quæ pertinēt ad tertiā opinionē:

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrum ex anima & corpore Christi fuerit aliquid compositum.

Secūdo. Vtrum anima & corpus fuerint vnita diuinæ personæ accidentaliter.

ARTICVLVS I.

a *Vtrū in Christo fuerit aliqua cōpositio animæ & corporis.*

3.q.2.5. In prin. dist. 2. DPRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit aliqua compositio aīæ & corporis in Chō. supra enim dist. 2. probauit magister q̄ noīe humanę naturę, intelligitur anima & corpus: neq; ita accipitur in Christo sicut in aliis: cum ergo in aliis hominibus accipiatur humana natura pro eo quod compositum est ex aia & corpore: videtur quòd in Christo accipiatur pro partibus non cōpositis.

Dam. lib. 3. de fide cap. 11. post principium. ¶ 2 Præt. Dama. † dicit, quòd in domino Iesu non est communem speciem accipere: sed ex anima & corpore vnitis consurgit natura speciei. ergo videtur quòd nō fuerunt adinuicem vnita in Christo.

¶ 3 Præt. post vltimam compositionē non potest esse alia compositio: sed vltima compositio in natura est animę ratio nalis ad corpus. ergo si ista vnio esset in Christo, non posset sequi vnio ad diuinam personam.

cap. 2. ¶ 4 Præt. Anima nō cōiungitur carni nisi cor viuificet ipsā: sed caro poterat viui ficari ex vnione ad ipsam vitā, scilicet verbū. ergo nō oportuit q̄ carni vniretur.

SED CONTRA Homo uniuoce dicitur de Christo, & aliis hominib⁹, aliàs nō esset eiusdem speciei: nec per eum deberet ratisfieri p̄ peccatis humani generis: sed de ratione hominis secundū quòd prædicatur de aliis, Li. 2. c. 11. cōpositio animæ, & corporis: ergo & in Christo fuit vnio animæ & carnis.

¶ Præt. Corpus non est animatum, nisi anima coniungatur ei quasi forma: si ergo aīa nō fuisset vnita corpori Chri quasi forma: fuisset corpus illud inanimatum: & ita non fuisset assumptibile.

RESPONDEO Dicendum, quòd vnio animæ ad carnem constituit rationem hominis & omnium partium eius. vnde remota anima, non dicitur homo: nec oculus nec caro nisi equiuoce sicut homo pictus: & ideo si tollatur vnio animæ Christi ad carnem eius: sequitur quòd non sit homo verus: nec caro eius uera: quod est contra articulum fidei: & ideo hęc opinio tertia non solum est falsa: sed heretica, & in concilio Ephesino sub Cę D lestino primo Papa condemnata: tamen ista opinio videtur ex eodem fonte processisse cum prima, scilicet ex hoc, quòd credebat omne compositum ex anima & corpore, habere rationē hominis: & ideo quia prima opinio posuit animam & corpus vnita adinuicem, esse assumpta: coacta fuit ponere hominem esse assumptum & Christum esse duo: hęc autem opinio: vt hoc negaret posuit animam & corpus esse assumpta non vnita. secunda vero vtrumque euitat: vt dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum: quòd non fuit intentio magistri dicere quòd per humanam naturam in Christo significentur corpus & anima non vnita: non enim quantum ad hoc assignat differentiam: sed quantum ad hoc quòd humana natura in aliis consurgit ex omnibus quæ substantialiter in ipsis sunt, in Christo autem non: sed solum ex corpore & anima. Vbi sup. in argumento

¶ Ad secundum dicendum, quòd Dama. loquitur quantum ad E vnionem diuinitatis ad humanam naturam, ex qua non consurgit tertia natura speciei: non quantū ad vnionem aīæ ad corpus.

¶ Ad tertium dicendum: quòd compositio animæ rationalis ad carnē est ultima in operibus naturæ: sed cōpositio humanitatis ad personā verbi non fit operatione naturæ: sed virtute diuina.

¶ Ad quartū dicendum; q̄ verbū viuificat carnē Chri actiue & nō formaliter: & ideo requirit aīa, quę formaliter viuificet.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum humana natura uerbo accidentaliter uniatur.*

3.q.2.6. ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd humana natura accidentaliter verbo vniatur. ad Philippen. 2. habitu inuentus vt homo. ergo cum habitus sit genus accidentis: videtur quòd Deus fuerit homo accidentaliter.

¶ Præt. Omne quod aduenit post esse completum, est accidēs. sed humana natura aduenit filio dei post esse completum ipsius. ergo aduenit ei accidentaliter.

¶ Præt. Secundum philosophū: in subiecto dicitur esse qđ est in aliquo non sicut pars: sed humanitas in Christo non est sicut pars: ut dictum est. ergo est in eo sicut in subiecto: sed in subiecto esse est proprium accidentis. ergo vnitur verbo accidentaliter. Inante præ di. Supra di. 6. q. 2. art. 3. o. & ad 2. Ante medium. Porphy. ultimo cap.

¶ Præt. Accidēs est quod adest & abest præter subiecti corruptionē: sed humana natura hoc modo se habet ad personam filii Dei. ergo vnitur ei accidentaliter.

SED CONTRA. Ex. de Hereticis cap. est decretalis, Alexādri Papæ: cum (inquit) Christ⁹ sit perfectus Deus: & perfectus homo, qua temeritate audens quidā dicere, quòd Christus secundum quòd homo non est aliquid? sed prædicatum accidētale nō prędicat aliquid: sed aliqualiter se habēs. ergo homo non est prædicatum accidentale.

¶ Præt. Aristoteles in primo phisicorū dicit: quòd vere est ideſt substātia: fit accidens nulli: sed humanitas est substātia. ergo nō potest dici accidens alicui. t.c. 27.

¶ Præt. Si est accidens, oportet q̄ alicui accidat: nō homini: quia per se conuenit ei humanitas. ergo accidit filio Dei: quod est cōtra Boetium, qui dicit quòd in Deo non est aliquod accidens. In 1. lib. de tri. cap. 3. & in 2. lib. in fine.

RESPONDEO. Dicendum, quòd quamuis hoc quod est accidens in se, possit esse aliquo modo substātia alicui, vt color albedini: tamen quod est in se substātia nō potest esse accidens alicui us: quāuis cōiūctio vnius substātiæ ad alterā possit esse accidēs: vt si una substātia alteri accidentaliter aduenire dicatur sicut uestis homini: sed hoc non potest esse nisi dupliciter: uel q̄ coniungatur ei ſm contactum, sicut uestis homini: uel sicut doliū vino: aut sicut mobile motori: sicut angelus coniungitur corpori qā assumit: & cū cōtact⁹ nō sit nisi corporū, oportet dicere q̄ humana natura nō potest aduenire diuinæ pśonę: nisi sicut mobile motori: vt dicat Christus hoc modo assumpsisse naturā humanā: sicut angelus assumit corpus, vt oculis mortaliū videatur, sicut dicitur in litera: & sic spiritus sanctus visus est in columba. hęc autem assumptio, non vere facit prædicari assumptū de assumēte: nec pprietates assumpti vere transfert in assumentem, non enim angelus assumēs corpus ad hominis similitudinē, vere est homo, nec uere habet aliquas proprietates hominis. neq; spiritus sanct⁹ potest dici minor seipso propter speciē columbę in qua apparuit: ut dicit Aug. vnde patet, q̄ hæc opinio nō potest dicere q̄ filius dei uere sit homo, vel uere sit passus: & ideo cū neget veritatem articulorum, condēnata est: quasi á hæretica: tñ etiā quantum ad hanc positionē procedit ab eodem fonte cū prima, scilicet ex hoc D. 25c. q̄ humana natura nō assumeret ad esse diuinæ pśonæ. vñ prima opinio ponebat q̄ assumptū habebat esse p se in quo subsistebat. hęc autem tertia opinio ponit, quòd non subsistit assumptum neque persona in eo: sed est esse accidentale superadditum.

AD PRIMVM ergo dicendum: q̄ humana natura in Christo habet aliquam similitudinem cum accidente, & præcipue cū habitu quantum ad tria. Primo, quia aduenit personæ diuinæ, post esse completum: sicut habitus: & omnia alia accidentia. Secundo, quia est in se substātia: & aduenit alteri sicut uestis homini. Tertio quia melioratur ex vnione ad verbum: & nō mutat verbum: sicut uestis formatur ſm formam uestiētis & nō mutat uestientem: vnde antiqui dixerūt quòd uergit in accidēs.

& quidam propter hoc addiderunt quòd degenerat *in accidens*, qđ tamen non ita proprie dicitur, quia natura humana in Christo non degenerat, immo magis nobilitatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis adueniat post esse completum, non tamen est accidentaliter aduenies, quia trahitur ad vnionem in illo esse, sicut corpus aduenit animæ in resurrectione.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis non proprie possit dici pars, tamen aliquid habet de ratione partis, quod non habet accidés, vt patet ex dictis.

In hoc eod. articu.

¶ Ad quartum dicendū sicut ad secundū.

DISTINCTIO VII.

Positis sententijs probatisq; testimonijs, intelligentias propositarū locutionū exequitur secundū singulas sūras, & prius secundū primam.

EXPOSITIO TEXTVS.

QVAERITVR, An his locutionibus. Hic ponit tres quæstiones. Prima est, vtrum homo aliquid prædicet de Christo, & secundū primam, & secundam opinionē prædicat aliquid, quia de eo prædicatur in quid, quia est vnio substantialis. secūdum vero tertiam opinionem non prædicat aliquid: sed aliquo modo se habens. Secundam quæstionem ponit ibi. *Et an ita conuenias*. Vtrum homo factus sit deus, sicut deus factus est homo, quod prima opinio cōcedit. Secūda & tertia non, proprie loquendo, vt in sequenti dist. patebit. Tertia quæstio est si per huiusmodi locutiones non dicitur deus factus aliquid, quis erit in his intellectus. & hanc ponit ibi. *Et si ex his locutionibus. Alii enim dicunt*. Hic ponit positiones primæ opinionis, non omnes: sed quæ sufficiunt ad intellectum eius: & prima positio est radix opinionis, scilicet, quòd anima, & corpus assumuntur vnita, quod est contra tertiam non solum ad constituendum humanitatem: sed etiam hominem quod est contra secundam, & hoc est quod dicit. *Hominem quendam*. Et quòd ista vnio animæ ad carnem, ex qua constituitur homo, præcedit vnionem ad verbum secundum intellectum, & hoc est quòd dicit. *Et ille homo coepit &c*. Non autem tempore, & hoc est quòd dicit. *In ipsa verbi incarnatione*. Secundam positionem ponit ibi. *Concedunt etiam*. Et hoc est quòd homo est assumptus, & quòd assumens est assumptum, quod notatur in hoc quòd dicit. *Tamen esse verbum*. Et quòd per assumptionem deus factus est homo: vnde dicit. *Et ea ratione*. Tertia est quòd hō factus est deus, & econuerso ibi. *Vnde vere dicitur*. Quarta est quòd homo dicit compositum ex duabus substantiis ibi. *Cumque dicant. Sed ne de suo*. Hic inducuntur authoritates ad probandum primam opinionem. Et sciendum quòd quatuor probāt prædictas authoritates. Primum est, quòd Christus est duo: quod probāt per primā authoritatem quæ incipit ibi. *Cum legitur ex illo verbo. Vtrumque simul vnam per sonam*. Item per secundam quæ incipit ibi. *Iesus Christus*. Ex illo verbo. *Vtraque substantia, scilicet, diuina & humana*. Ex illo. *Aliud propter verbum*. Item per quartam quæ incipit ibi. *Agnoscamus geminam substantiam*. Ex illo verbo. *Verum aut simul*. Quòd autē dicitur. *Vtraque Christus*. intelligendum est non proprie dicit, sed materialiter sicut paries, & tectum dicitur domus, quod vero dicit. *Aliud & aliud*. Intelligendum est alterius, & alterius naturæ: secundum quod probatum est quòd homo factus est deus, & hoc probant per tertiam authoritatem quæ incipit ibi. *Quid natura humana*. Ex illo verbō. *Quibus meretur iste homo*. Item ex quinta quæ incipit ibi. *Ille homo autem a verbo*. Ex illo verbo. *Ex quo ille homo esse coepit*. Item ex sexta quæ incipit ibi. *Homo quicūque*. Ex illo verbo. *Homo ille ab initio*. Item ex septima quæ incipit ibi. *Gratia dei*. Ex illo verbo. *Vna cum illa persona filius dei fieret*. quod qualiter intelligendum sit in sequenti dist. dicetur. Tertium est quòd homo sit assumptus, & hoc probant per authoritatem quintam quæ incipit ibi. *Ille homo*. Quæ expresse hoc dicit, & hoc in præcedenti dist. solutum est quia homo dicitur assumptus: ideſt natura hominis. Quartum quod probant est quòd homo constat ex duabus substātiis per octauam authoritatem quæ incipit ibi. *Christum non ambigimus*. Quæ expresse hoc dicit: sed Hylarius loquitur quantū ad formam significatam non quantū ad suppositum. *Sunt autem alii*. In hoc ponit positiones secundæ opiniones, ponit ergo duas positiones eius in quibus tota consistit. prima est q̄ assumptum est compositum ex anima & corpore per modum naturæ humanæ: qđ patet ex hoc q̄ humanam naturam, ex qua, & diuina dicit Christum constare, statim exponit p animā, & corpus ex quibus non constat natura humana: nisi secundum quòd sunt cōiuncta adinuicem, & quòd hoc compositum sit homo habet ex vnione ad diuinam personam. vnde dicit quòd homo ille non tantum constat ex anima & corpore: sed ex his & diuinitate. quod autē dicit. *In parte consentium*. Intendit quantum ad hoc quòd vtraq; ponit quòd homo prædicat de Christo quid, & quòd anima & corpus sint vnita adinuicem. Secunda positio est quòd persona verbi ante incarnationem fuit simplex: sed post est composita, & post hoc remouet duo inconuenientia quæ videntur sequi. primum est quòd persona verbi sit alia quàm primo, quod remouet ibi. *Non est ideo alia per*. Secundum quòd persona sit facta, qđ remouet ibi. *Non tamen persona illa. De hoc Augustin. in lib. sententiarum Prosperi*. Hic ponit authoritates probātes secundam opinionem & probāt duo, scilicet, quòd est vna hypostasis, & quòd persona post incarnationem est composita, quod satis patet in litteram. *Sunt etiam alii*. Hic ponit positiones tertiæ opinionis, & ponit quatuor in quibus tota consistit. prima est quòd ex anima & corpore non fit aliquid vuum, & hoc ponitur statim in principio. secunda quòd hæc duo adueniunt diuinæ personæ accidentaliter sicut indumentum, & hoc ibi. *Sed licet illa duo*. Et deinde remouet duo inconuenientia. vnum quod sequitur ex prima positione, scilicet, quòd deus non sit verus homo, & hoc ibi. *Quod ideo deus*. sed constat quòd non potest euitare, quia remota vnione animę ad corpus nō inuenitur veritas carnis, & præterea adhuc si sit vera caro, & vera anima non erit verus homo nisi sint vnita. Secundum est quod sequitur ex secūda positione, scilicet, quòd si anima & corpus aduenerint accidentaliter non pertineant ad singularitatem diuinæ personæ quod remouet ibi. *Quæ duo etiam*. Patet etiam quòd non potest hoc inconueniens euitare, quia non sequitur. si non addit ad numerum personarum ergo pertinet ad singularitatem diuinæ personæ: sicut etiam columba: in qua spūs sctūs non auget numerum personarū, non tñ ptinet ad singularitatē personæ Ipūs sctī. Tertia positio est q̄ persona verbi est simplex post incarnationē sicut añ in quo cōuenit cum prima. & hoc ibi. *Et quia ipsa persona verbi*. Quarta q̄ homo de deo nō prædicat quid: sed habitum. & hoc ibi, *Qui secundum habitum*. Et hoc probat ad inconueniens ducendo ibi. *Nam si essentialiter*. Quod tamen patet non esse inconueniens. *Nec autem ille de suo*. Hic ponit authoritates probantes hanc tertiam opinionem. primum quod probant est quòd persona ista non fuit mutata per incarnationem, & quòd humana natura non auget numerū pſonarū, & hoc p primā authoritatē. sed hoc non est contra secundam opinionē, quæ quamuis ponat personam cōpositam, nō tñ mutatam, nec sufficit ad probandum quòd aīa & corpus non pertineāt ad singularitatem diuinæ personæ, quia nō est auctꝰ numerus personarū ſm qđ probatum est quòd hō dr de deo ſm habitū, & hoc p secūdam authoritatē ibi. *Multis modis*. quæ expresse dicere hoc videtur. Itē per tertiam quæ incipit ibi. *Si quaeritur ipsa incarnatio &c*. Ex illo verbo. *Indutum*. Item ex quinta, sexta, & septima, quæ deum dicunt suscepisse hominem aut humanam naturam, vt visibilis esset: sed non oportet quod omne quod suscipitur, sit accidens. Item ex vltima, quæ incipit ibi. *Quomodo filius*. ex illo verbo. *Non fuit habitus ille tantum hominis*. ideſt puri hominis, sed vt hominis: quia purus homo videbatur propter habitum: sed omnia hæc per similitudinem dicuntur, & non per proprietatē, sicut ex prædictis patet. Tertium est, quod Christꝰ dicatur homo, quia habuit corpus, & aīam sibi vnitā, ex quarta authoritate, quæ incipit ibi. *Dei filius*. ex illo verbo. *In eo plenius*. sed hæc authoritas non negat vnionem animæ & corporis: immo magis ponit per hoc, quòd *dicit veram* naturā. non enim est natura humana, nisi ex compositione animæ, & corporis.

DIVISIO TEXTVS.

POstquā distinxit Magister tres opiniones per modum vnionis: hic secundū eas ostendit qualiter locutiones, quibus vnio significatur sunt intelligendæ. Et diuiditur in duas partes. In prima exponit eas secundum singulas opiniones. In secunda relinquit auditori iudicium de dictis opinionibus, ibi. *Satis diligenter*. Prima diuiditur in tres partes. In prima exponit dictas locutiones secundū primam opinionem. In secunda secundum secundam, ibi. *In secunda vero sententia*. In tertia secundum tertiam, ibi. *In hac igitur sententia*. Circa primum duo facit. Primo exponit propositiones dictas secundum primam opinionem. Secūdo obiicit contra, ibi. *Huic autem sententiæ*. Exponit autē illas propositiones in prima parte, in quibus sit mutua prædicatio dei & hominis mediante hoc participio, factus quas primo exponit, & illas in quibus sit prædicatio mediante hoc participio, prædestinatus: quas secūdo exponit, ibi. *Et hoc gratia, non natura*. Obiectionis autem solutionē ponit ibi. *Quod & illi concedunt. In secunda vero sententia*. Hic exponit eas quæ sūt ſm secundam opinionem. Et primo exponit propositiones. Secundo soluit quæ videntur esse contra hanc opinionem ibi. *Determinat enim*. Circa primum tria facit. Primo exponit illas in quibus sit prædicatio mediante hoc participio, factus. Secundo illas in quibus sit mediante hoc verbo, est, ibi. *Variatur autem intelligentia*. Tertio illas, in quibus sit prædicatio mediante hoc participio prædestinatus ibi. *Isti dicunt Christum. Determinant enim authoritates*. Hic soluit tria quæ videntur esse contra hanc secundam opinionem. Et tria facit circa hoc. Primo solvit authoritates quæ videntur probare, quòd homo sit assumptus. Secundo illas quę videntur probare, quòd Christus sit duo ibi. *Sed his videntur aduersari*. Tertio illas quæ probant, quòd persona non sit composita ibi. *Est autem & aliud*. Secunda pars diuiditur in duas partes. In prima soluit authoritates quæ dicunt Christum esse aliud, & aliud, ex quo sequitur ipsum esse duo. In secunda soluit illas quæ dicunt Christum esse duo vel vtrunq; duorum esse Christum ibi. *Quod etiam dictum est verumque Christus*. Circa primum tria facit. Primo obiicit. Secundo soluit ibi. *Haec autem in hunc modum*. Tertio solutionē confirmat ibi. *Aperteque Hyl.* Et similiter diuiditur pars secunda: quia primo obiicit. Secundo soluit ibi. *Sed haec omnia ex tali sensu*. Tertio solutionem confirmat ibi. *Quia vt ait. Est autem & aliud*. Hic obiicit contra positionem personæ. Et primo obiicit. Secundo soluit ibi. *Ad quod etiam illi. In hac igitur sententia*. Hic exponit dictas propositiones secundum tertiam opinionem. Et diuiditur in duas partes. In prima exponit propositiones. In secunda infert correlarium ex dictis ibi. *Et quia secundum habitum*. Circa primū tria facit. Primo exponit qualiter dicatur deus factus homo. Secundo qđo dicatur Christus prædestinatus ibi. *Secundum istos Christus*. Tertio qđo dicatur minor seipso ibi. *Hi etiam cum dicitur*.

Et quia secundum habitum. Hic concludit ex dictis q̄ homo potest denominatiue prædicari de deo, vt dicatur deus humanatus: nōn aūt deus de homine. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q̄ nō potest dici homo deificatus. Secundo quòd non potest dici homo dominicus ibi. *Licet dicatur homo*. Hic est quæstio de locutionibus exprimentibus vnionem. Et primo quæritur de *locutionibus* exprimentibus vnionē per hoc verbū *est* simpliciter. Secundo de his q̄ exprimunt vnionem cū hoc participio factus. Tertio de illis quæ exprimunt vnionem cum hoc participio prædestinatus.

QVAESTIO I.

A Circa primū quęruntur duo.

Primo. De hac, deus est hō, & econuerso. Scō. De hac, Christus est hō dñicus.

ARTICVLVS I.

Vtrū hæc sit vera Deus est homo.

ADprimā sic proceditur. Videtur, q̄ hæc sit falsa. Deus est homo: magis enim conueniunt quæ vniuntur in persona & naturā vnam, quàm ea quæ vniuntur in personam, & non in naturam vnam: sed anima & corpus vniuntur in naturam & personam vnam: deus autem & homo in personā & non in naturam. Cum ergo anima non possit prædicari de corpore, nec econuerso: videtur quòd deus non possit prædicari de homine nec econuerso.

¶ 2 Præt. Maior est vnitas trium personarū in natura diuina, q̄ vnitas duarū naturarū in persona Christi: sed vna persona non prædicatur de alia. ergo nec hō prædicatur de deo, nec econuerso.

¶ 3 Præt. Nihil prædicatur vniuoce de creatore, & creatura: sed homo vniuoce prædicatur in Christo & in nobis. ergo non prædicatur de deo.

¶ 4 Præt. Quicqđ prædicatur de deo, aut est absolutum, aut relatiuum: sed homo non est relatiuum, quia non dicitur ad aliquid. Et præterea prædicat aliquid secundum duas opiniones, quod non conuenit relatiuis, quæ secundum Aug. non prædicāt aliquid: sed ad aliquid. Nec potest prædicari de deo tanquā absolutum, quia absoluta quæ veniunt in diuinam prędicationem dicuntur de tribus personis, quod non est de hoc nomine homo. ergo non possumus dicere, quòd deus sit homo. Sermone 3. de Trini. & colāba Dominicę ifra octauas epiphaniæ Domini.

¶ 5 Præt. Quod prædicatur, aut prædicatur per se: aut per accidens: sed hō nō prædicat̄ per se de deo, quia sic conueniret omni supposito diuinæ naturæ: nec iterum prædicatur per accidens, quia deo nihil accidit. ergo hō nullo modo prædicatur de deo.

¶ 6 Præt. Omnis prædicatio, vel est per essentiam, sic homo est animal, vel per inhærentiā, sicut homo est albus, vel per causalitatem, sicut dies elt Sol lucēs super terram: sed cum dicitur, deus est homo, non est prædicatio per cām, vt sit sensus, deus est causa hominis, quia sic posset dici deus est leo vel stella: nec est prędicatio p inhęrentiā, quia humanitas nō accidentaliter inhęret deo: vt supra dictum est, nec per essentiam, quia alia est essentia hominis & dei. ergo propositio est falsa.

¶ 7 Præt. Secundum artem † Philosophi in 1. Topi. Quatuor sunt genera prædicatorum, scilicet essentiale non conuersum, vt genus, & essentiale conuersum, vt diffinitio: accidentale non conuersum vt accidens: accidentale conuersum vt proprium: sed nullo istorum modorū se habet homo ad deum, vt patet per se. ergo nullo modo potest prædicari de ipso. Cap. 6.

¶ 8 Præt. Propositio dicitur esse in materia remota quando formæ significatæ sunt diuersæ: sed formæ significatæ per hoc nomen deus, & per hoc nomen homo sunt diuersæ maxima diuersitate. ergo hæc propositio, deus est homo, est in materia remota. ergo est falsa, quia in remota materia oēs affirmatiuæ sunt falsę.

Sed contra. Ro.9. Quorum patres ex quibus est Christus secundum carnē, qui est benedictus in secula: sed Christus secundum carnem natus,est homo quidam.ergo homo est deus.

¶Præt. Ber.dicit in lib.5.de consi.Tantā & tam expressam vim vnionis in se prefert illa persona,qua deus,& hō vnus est Christus,vt si alterum de altero prædices non erres. ergo deus est homo & econuerso.

¶Præt. Quæcunq; vni & eidem sunt eadem, sibiinuicē sunt eadem: sed Christus est deus, & ipsemet est homo. ergo deus est homo.

¶Præt. Quæcunq; sunt vnum secundū suppositum,vnū de altero prædicatur: sed idem est suppositū dei, & hominis, vt dictum est supra. ergo deus est homo.

cremēto numeri,& immutata permansit,licet composita. Compositionis vero huius aliam dicunt esse rationem, quàm sit in aliis hominibus,quia huius ex tribus, aliorum ex duabus substantiis est compositio. Negant quoque humanam naturam esse personam, uel dei filiū, & sicut vnum eundemque dicunt esse hominem, & deum, & filium hominis, & filium dei,ita unum & idem, non aliud & aliud: sicut nec alium & alium.

Quædam ponit, quæ præmissis uidentur aduersari.

Sed his uidentur aduersari quæ subditis continentur capitulis. Ait.n. Augu.super Ioan.aliud est uerbum dei, aliud homo: sed uerbum caro factum est,idest homo. Non itaque alia uerbi,alia est hominis persona, quoniam utrunque est Christus,& una persona. Idem ad Felicianum. Aliud dei filius est, aliud hominis filius: sed non alius. Item dei filius, aliud de patre, aliud de matre. Idē in lib.1.de Trinitate. Cum filius sit & deus, & homo, alia substantia deus alia homo.

Tra.69.
cap.11.12.
cap.10.a te med.

A Qualiter his respondeant.

Hæc autem in hunc modum determinant, quia cum dicitur,aliud uerbū dei,aliud homo: siue alia substantia deus,alia homo, alterius naturæ significatur Christus esse inquantum est homo, &alterius inquantum deus, & aliud natura qua est hō,& aliud natura qua est deus. Vt .n.ait Io.Dam. Inconuerse & inalterabiliter unitæ sunt adinuicē naturę: neq; diuina distante a ꝓpria simplicitate: neque humana: aut conuersa in deitatis naturā, aut in non existentiam diuisa: neque ex duabus una facta cōposita natura. Composita enim natura neutri earum, ex quibus componitur naturis homousia, idest consubstantialis esse

De fide li.3.cap.3.principio.

Respondeo dicendum,quòd hęc propositio: deus est homo, ab omnibus cōceditur:sed diuersimode a diuersis:secundum enim tertiā opinionem est prædicatio per inhærentiam,sicut cum dicitur: homo est albus, quia ponit, quòd humana natura accidētaliter aduenit diuinę,& adhuc est valde impropria ex duabus partibus. Primo quia partes humanæ naturæ vocat hominem, scilicet corpus & animā, quod improprie dicitur: non enim proprie dicitur quòd partes sunt totum: sed q̄ totum est ex partibus. vnde non proprie potest dici,quòd anima & corpus sint homo. Secundo, quia si etiam proprie hoc diceretur; tamen cum hæc duo secundum hanc opinionem aduenient filio dei quasi habitus, nō potest homo proprie prædicari de eo nisi denominatiue: sicut nec vestis de homine: sed dicitur homo vestitus:ita etiam hæc opinio dicit quòd dicitur homo, quia habet hominem & partes humanæ naturæ. vnde non proprie diceretur homo: sed humanatus: sicut homo vestitus non vestis dicitur. vnde est contra veritatem sacræ scripturæ, & symboli,quæ deum hominem factum dicit, & propter hoc d est hæretica. Secundum vero primam opinionem est prædicatio per identitatem, non per informationem (deus enim supponit suppositum æternum, quod quidem non informatur per formam significatam per hoc nomen. homo sed informatur per ipsum suppositum humanæ naturæ, quod est aliud a supposito diuinæ naturæ) & quia illa supposita sunt eadem persona, ratione huius identitatis potest fieri prædicatio de se inuicem, vt sit sensus, deus est homo,idest,ille,scilicet Christus,qui est homo, & est similis modus prædicandi(sicut cum dicitur)essentia est pater,quia essentia diuina est eadem secundum rē cum supposito,quod informatur paternitate: quāuis ipsa essentia paternitate non informetur. Sed hoc non potest stare,quia hoc qd' dicit duo supposita esse eandem personam, non potest intelligi nisi duobus modis. Primo,quòd ex duobus suppositis constituatur vna persona, & sic neutrum illorum suppositorum esset illa persona,quia quod constituitur ex aliquibus, nō prædicatur de illis vt dictum est. vnde expositiua istius:deus est homo, scilicet ille qui est deus,est homo, erit falsa quantum ad vtranque partem,quia neq; deus esset illa persona:nec illa persona esset deus: sed hic non est intellectus eius,quia non ponit personam compositam: sed simplicem. Alio modo potest intelligi, vt suppositum diuinæ naturæ sit illa persona simplex secundū rem, & illa persona simplex sit illud suppositum humanæ naturæ, quod ei aduenit per assumptionem: sed hoc est omnino impossibile,cū implicet contradictionem,scilicet,quòd illud quod aduenit,sit distinctum in sua singularitate, & sit idem illi existenti cui aduenit.idem enim est quod est secundum substantiam vnum.vnum autem est in se indiuisum,& ab aliis diuisum. vnde suppositum humanæ naturæ,quod aduenit diuinæ personæ,esset distinctum a diuina persona: inquantum est singulare per se, & esset non distinctum inquantum est idem ei. vnde persona illa inuenitur habere identitatem cum vno suppositorum, scilicet cum supposito diuinæ naturæ: non autem cum supposito humanæ naturę: & propter hoc expositiua huius locutionis:Deus est homo,scilicet, ille q est de⁹ est homo,est falsa,quantum ad alteram partē,quia illa persona, non est homo,quamuis deus sit illa persona. vnde nō potest eā verificare: & ideo sola opinio secunda vera est,quæ verificat eam.potest enim ponere quòd cum dicitur.deus est homo, est prædicatio per informationem essentialē, quia ly deus, supponit suppositū personæ filii, & hoc idem est suppositum humanæ naturæ per illam naturam informatum secundū modum intelligendi: inquantum subsistit in eā.vnde sicut hęc est vera & propria : Petrus est homo, ita & ista. Deus est homo: est tñ in hoc differētia, quia in ista:Petrus est hō:hō prædicatur in esse subiecto ratione suppositi, & rōne formæ importatæ p subiectū: sed in hac.Deus est homo, prædicatū nō inest subiecto rōne formæ significatæ per subiectū: non enim conuenit ei ratione diuinitatis: sed ratione suppositi: hoc autem sufficit ad hoc,quòd sit vera,quia propositio non verificatur ratione formæ significatæ in supposito, sed ratione suppositi: sicut patet infra.

D.250.
Dist.6.q.1. art.1.0.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut anima & corpus non prædicantur de se inuicem: sic nec diuina natura & humana, sed deus & homo non tantum naturam, sed etiam suppositum naturæ designant: & ideo possunt prædicari de se inuicem, sicut ex illa parte habens animam, & habens corpus prædicantur de se inuicem.

¶Ad secundum dicendum,quòd secundum hoc, quòd personæ diuinæ sunt vnū, prædicantur de se inuicem. dicitur enim quòd natura patris est natura filii: sed quia non sunt vnum in persona:ideo nomina personalia de se inuicem non prędicantur.Et similiter hæc, quia naturæ sunt diuersæ, & persona eadem, nomina quæ significant, vel supponunt personas, prædicantur de se inuicem: non autem nomina quæ significant naturas tantum.

¶Ad tertium dicendum,quòd homo vniuoce prędicatur de deo & aliis hominibus, quod autem dicitur, quòd nihil dicitur vniuoce de deo & creaturis:intelligendum est de illis,quæ prędicantur de ipso inquantum est deus.

¶Ad quartum dicendum, quòd cùm dicitur deus est homo (ly homo) quantum ad formam significatam est absolutū;sed quantum ad suppositum habet relationem implicitam, supponit.n. pro persona filii dei.

¶Ad quintum dicendum, quòd cū dicitur deus est homo, deus supponit personam filii,& significat diuinitatem.propositio autem non verificatur ratione significati, sed ratione suppositi, & cum hoc suppositum sit subsistens in humana natura. hoc nomē homo, per se prædicatur de ipsa. vnde secundum quòd vera est, est per se prædicatio. sicut ista,Petrus est homo.vnde non sequitur, quòd possit prædicari de omnibus quibus inest forma significata per hoc nomen deus, quia non est per se ex parte formæ significatæ:sed ex parte suppositi.& hoc est singulare in ista materia,quia nunquam alibi inuenitur,quòd sit suppositum vnum essentialiter in duabus naturis subsistens, & ideo non potest dici quòd sit per accidens, sicut hoc album est homo. id enim quod est per se suppositum hominis, non est pars significationis huius nominis album. Album enim solam qualitatem significat, cum nomen significet vnum ex albedine autem & subiecto non fit vnum

potest, ex alteris perficiens alterū, ut corpus ex quatuor elementis cōpositum, nec ignis nominatur, nec terra,nec aer,nec aqua, nec horum alicui homousion dicitur. Si igitur secundū hæreticos,Christus vnius compositæ naturæ post unionē extitit,ex simplici natura conuersus est in compositam, & neque patri simplicis naturæ existenti: neque matri est homousios: neque deus: neque homo denominabitur: sed Christus solum,& erit hoc nomen scilicet Christus nō personæ ipsius nomen: sed unius secundum ipsos compositæ naturæ. Nos autē Christum non unius compositæ naturæ dogmatizamus,& hoc nomen, scilicet Christus, nomen personæ dicimus, non monotropos, idest uno modo dictum: sed duarum naturarum esse significatiuum, scilicet deitatis & humanitatis: ex deitate autem & humanitate deum perfectum & hominem perfectum eundem & esse & dici ex duabus, & in duabus naturis confitemur. Si ergo dicitur aliud esse dei, aliud fili⁹ hominis, quia alterius est substantiæ, uel naturę inquantum est filius dei, alterius inquantum est filius hominis, non quòd ipse filius dei & hominis sit illa duo diuersa, idest duæ diuersæ naturæ.

ὁμοούσιον
μονότροπος
ὁμοούσι

Authoritate confirmat determinationem.

Aperte enim Hyla.† in 9.li.de Tri.ait. Cum non aliud sit filius hominis; neq; aliud filius dei: uerbum enim caro factum est, & cum ille qui filius dei est, ipse & hominis sit filius, requiro quis in hoc filio hominis sit glorificatus? Euidenter dicit nō aliud esse filium dei,& aliud filium hoīs. Ex quo præmissa roboratur & approbatur determinatio.

In medio.

Alia etiam uerba authoritatum annotat ut determinet.

Quod etiam dictum est utrunq; est Christus, &

vnum simpliciter. vnde hoc nomen album,copulat suum subiectum quasi extrinsecum (deus autem importat suppositum diuinæ naturæ) quod etiam idem est humanæ non quasi extrinsecum: sed sicut clausum in significatione huius nominis homo. & ideo hæc non est per accidens,Deus est homo, sed hēt aliquid simile cum illis,quæ sunt per accidens, inquantum prædicatum non inest subiecto rōne formæ importatę per subiectū.

¶Ad sextum dicendum,quòd est prædicatio per essentiam, non quòd diuinitas sit humanitas: sed quia suppositum diuinæ naturæ essentialiter est suppositum humanæ naturæ, & hoc significat locutio.

¶Ad septimum dicendum,quòd reducitur ad prędicatum de genere: sicut ista Petrus est homo, q̄a eadem est ratio veritatis in vtraque.

¶Ad octauū dicendum, quòd non est in materia remota: sed in materia naturali, quia propositio verificatur non ratione naturæ:sed ratione suppositi humanæ naturę,nec est simile ī hoc,& in aliis q̄a in aliis ad diuersitatem naturarū sequitur diuersitas in suppositis. vnde si formæ sunt diuersæ quæ significantur per subiectū & prædicatum: supposita non possunt esse eadem.in Christo autem sunt duę naturę & vnū suppositū.

In respō ad quint.

ARTICVLVS II.

b Vtrum Christus possit dici homo dominicus.

3.q.16.3.
q.36.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus possit dici homo Dominicus. Aug.† enim dicit in lib.83.q. Monendum est, vt illa bona æterna expectentur quæ fuerunt in homine Dominico, & loquitur de Christo. ergo potest dici Dominicus.

¶ 2 Præt. Homo Christus Iesus est magis in participatione diuinæ bonitatis,quàm alii sancti:sed alii sancti propter participationem diuinæ bonitatis dicuntur Dominici,vt patet per glo. 1. Regum primo. Quis est iste homo nisi homo Dominicus? ergo multo magis Christus potest dici homo dominicus.

¶ 3 Præt. Sicut Dominicus dicitur denominatiue a domino,ita diuinus dicitur denominatiue a deo. Sed Dio.frequenter nominat Christum diuinissimum Iesum. ergo & potest dici ille dominicus.

De ecclesiasti. Hierarchia.c.4.

¶ 4 Præt. Sicut hæc est vera.Deus est homo,ita hæc.Homo est deus:sed dicimus deum humanatum. ergo possumus dicere hominem dominicum.

¶ 5 Præt. Conditio seruitutis magis exprimitur nomine serui q̄ nomine Dominici: sed Apostolus nomen seruitutis in Christo ponit Philippē.2. formam serui accipiens. ergo etiam possumus dicere eum dominicum.

Sed contra. Quod prædicatur de aliquo essentialiter: non potest de eo prædicari denominatiue: sed deus prædicatur de homine Christo essentialiter, quia hæc est vera. Hic homo est deus. ergo videtur quòd non debeat prædicari denominatiue.

¶Præt. Ad idem est authoritas Aug.in litera posita.

Respondeo dicendum, quòd hoc adiectiuum Dominicus, potest duo importare. vno modo id quod habet aliquam participationem dominii. Alio modo rem quæ est domini sicut possessio,vel sicut effectus: sicut dicunt verba dominica:vel sicut pars, sicut dicitur pes dominicus. Quantū ergo ad secundam opinionem pertinet: nullo modo ille homo potest dici homo Dominicus(homo enim importat suppositum æternum cui essentialiter natura dominii competit,non per participationem) nec est quasi possessio, vel effectus, vel pars dñi: sed est ipse dominus, quia dominus Pater,dominus Filius,dominus Spiritus sanctus: similiter etiam tertia opinio, cū ponit hominem quasi habitum dei filio aduenire, non potest ponere, quòd homo denominetur per deum: sed magis deus per hominem, quia habitus denominat habentem, & non conuertitur: tamen inquantum dominicum dicitur possessiue,posset ponere quòd dicitur homo Dominicus:sicut dicitur vestis socratica: sed prima opinio posset ponere, quòd diceretur homo Dominicus etiā per participationē: inquantum hoc nomine homo non importatur suppositū æternum secundum eos.

Ad primum ergo dicendū, quòd † Aug.illud retractauit sicut in litera ponit magister, & cum dixit non intellexit: quasi diceret Dominicus ratione suppositi: sed ratione naturæ,quę sit in participatione dominii sicut & diuinitatis, p̄ hoc quòd assumitur in vnitatem personæ filii dei,qui est deus & dominus.

In lib.1.retract. c.19.

¶Ad secundum dicendum,quòd ille homo non participat proprie loquendo diuinitatē,vel dominiū: sed est plene dñs, quia homo importat suppositum æternum (vt dictum est) & ideo nō est similis ratio de ipso, & de aliis.

¶Ad tertium dicendū, quòd diuinum potest dici aliquid,etiam si habeat plenam diuinitatis rationem (dicimus enim diuinam essentiā diuinas personas) & ideo hic homo,quia est diuina persona,potest etiam dici diuinus: sed Dominicus non dicitur de illis qui habent plenam rationem dominii:non enim dicimus dominicas personas.

¶Ad quartum dicendum, quòd quia natura humana in Christo habet quandam similitudinem cum habitu, vt prius dictum est:ideo ea quę pertinent ad humanam naturam,inueniuntur quandoq; prædicari de Christo per modum habitus(quamuis non ita proprie) & ideo † Cassiodorus addit,vt ita dixerim: non tamen est similis ratio ex alia parte, quia diuina natura nō habet similitudinem cum habitu. Vel dicendum,quòd cum dicitur deus humanatus,nō sumit humanatus in vi nominis denominatiui:sed in vi participii,vnde tm̄ valet humanatus, quantū homo factus, & hoc patet per authoritatē Dam.positā in litera.

Dist.6.q.3. ar.2. ad primum. Vt habetur in textu.

¶Ad quintum dicendum, quòd Apostolus non dicit Christum vel filium dei esse seruum : sed quòd formam serui accepit, quia humana natura Christi si separaretur(vt dicit† Dam.) subtilib⁹ intelligentiis a filio dei,& serua est,& ignorans est,& de natura bene pōt dici, hoc adiectiuum dñicus, vt dicatur dñica natura.

Dam.lib.3. de fide cap.21.post principium.

QVAESTIO SECVNDA.

Deinde quæritur de locutionibus,quæ exprimunt vniuersalem,per hoc participium factus.

Et quæruntur duo,
Primo. Vtrum deus factus sit homo.
Secundo. Vtrum homo factus sit deus.

ARTICVLVS I.

a Vtrum hæc sit uera,deus factus est homo.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd hęc sit falsa. Deus factus est homo : mutari enim genus est ad fieri: sed deus nullo modo potest dici mutatus.ergo no

3.q.16.6. opu.2.c.6.

go non potest dici factus aliquid.

¶ 2 Præt. Factum esse, terminus est fieri, quod significatur esse circa id quod factum dicitur: sed circa deū, qui dicitur factus homo, non potest poni aliquod fieri (suppositum enim factionis est se non potest) ergo hæc est falsa. Deus factus est homo.

Cap. 7. ¶ 3 Præt. Terminus factionis est pfectio eiꝰ quod fit, quia est finis factionis: sed cū dicitur, Deus factus est homo, terminus factionis importatæ per participium, est homo. ergo significatur, quòd esse hominem sit perfectio dei qui factus homo dicitur: hoc autem est impossibile. ergo hęc est falsa, Deus factus est homo.

Cap. 24. ¶ 4 Præt. In hoc nomine, homo, nō possūt itelligi nisi duo, scilicet suppositum naturę, & natura humana, sed dicta propositio nō potest verificari ratione naturæ (quia deus nunq̄ fuit, neque est natura humana) similiter nec ex parte suppositi, quia hoc nomen homo, secundum ꝙ de Christo prædicatur, non importat nisi suppositum æternum filii, & semper verum fuit dicere, ꝙ deus est persona filii. ergo nullo modo prædicta locutio verificari potest.

Ser. de Assumpt. Beatiss. vir. circa med. ¶ 5 Præt. Homo nō est cōditio diminuēs de ratione factionis. ergo si deus factus est homo, possum inferre quòd deus sit factus. hoc autem est falsum. ergo & primum.

I SED CONTRA. Io. 1. Verbum caro factum est. verbum autem, deus est. ergo deus factus est caro, idest homo.

¶ Præt. In symbolo Niceno dicitur de filio, quòd est deus de deo, & quòd homo factus est. ergo deus factus est homo.

In hac d. q. 1. art. 1. ¶ Præt. Omne quod est, & non fuit prius dicitur esse factum: sed hæc est vera. Deus est homo, vt supra dictum est, & non fuit semper vera. ergo deus factus est homo.

RESPONDEO. Dicendum, quòd cum dicitur, Deus factus est homo: hoc participium, factus, tripliciter potest se habere in ista locutione. Vno modo, vt feratur ad totam propositionem, vt sit sensus. Factum est, quòd deus est homo, & sic est vera: quamuis hic intellectus non possit haberi secundum proprietatem locutionis. Tum quia non est de illis quę habent determinare compositionem, sicut necessarium & contingens: Tum etiam, quia cū sit adiectiuum masculini generis requirit substantiuum. Secundo dictum participium potest determinare alterum extremum compositionis absolute: & sic siue determinet prædicatum siue subiectū locutio est falsa (omnis enim determinatio potest prædicari de determinato) hæc autem falsa est. Deus factus est, & similiter illa. Ille homo factus est, demonstrato Christo (nisi aliud addatur) quia supponit suppositum æternum, secundum secundam opinionem. Tertio modo dictum participium potest determinare subiectum in comparatione ad prædicatum, & sic locutio vera est, secundum omnes opiniones, & non obstat, quòd videtur ponere fieri circa deum, quia hoc fieri quod participiū importat, non est nisi fieri rationis. dictū est enim supra, quòd vnio qua deus dicitur esse homo, est quidem secundum rem in humana natura, sed secundum rationem in deo, sicut sunt aliæ relationes quæ ex tempore de deo dicuntur; & quia non dicitur factus homo nisi secundum quòd relatio vnionis de nouo aduenit ei, postquam non fuit: ideo sicut relatio illa non ponit aliquam rem nouam in deo, sed dicitur secundum rationem tantum intelligentis, ita etiam & factus non importat circa deum nisi fieri rationis, sicut etiam cum dicitur, Domine refugiū factus es nobis.

Dist. 2. q. 2. ar. 2. q. 3. ad secundum.

Psalm. 89.

F AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mutari proprie dicitur per remotionem a termino a quo: fieri autem per accessum ad terminum, quia igitur nihil remotum est a deo, neque secundum rem, neque secundum rationem: aliquid autem aduenit ei secundum rationem (etsi non secundum rem) ideo potest dici fieri, sed non mutari: sicut & scies quādo considerat, non mutatur proprie loquēdo: sed perficitur, vt dicit philosophus in 2. de anima.

t. c. 57. 58. ¶ Ad secundum dicendum, quòd illud fieri est tantū rationis: & ideo non est inconueniens, quòd circa deū ponatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd obiectio illa procedit quando est fieri reale. tūc. n. oportet, ꝙ aliquid realiter adueniat, & hoc aliquo modo est perfectio eiꝰ cui aduenit: sic autem non est in proposito. vt dictum est.

Cap. 6. ¶ Ad quintū dicendum, quòd dicta locutio verificatur ratione vtriusque simul, scilicet, suppositi & naturæ, quamuis enim suppositū illud semper fuerit, non tamen semper fuit suppositum humanæ naturæ, secundum quòd significatur hoc nomine homo.

¶ Ad quintū dicendum, quòd humana natura habet similitudinem cum accidente in Christo inquantum aduenit diuinæ naturæ post esse completū. Non enim sequitur, Petrus est factus albus. ergo est factus, quia album diminuit de ratione facti simpliciter. quod enim factum est, nunc est, & prius non fuit. non autem sequitur, Si prius non fuit albus, quòd non fuerit simpliciter, quia album aduenit post completum esse, & ita non sequitur. Deus est factus homo. ergo deus est factus simpliciter.

lib. 3. de Spiritu sancto ait. Aliud est quod assumpsit, & aliud quod assumptum est.

Hic quādam ponit authoritatem, quæ multum uidetur huic sententiæ obuiare.

G EST autem & aliud, quod huic sententiæ plurimum uidetur obuiare. Ait. n. †Aug. in lib. contra Maximū. Christus una psona est geminæ substantiæ, quia & deus & homo est: nec tamen homo uel deus pars huius personę dici potest. Alioquin filius dei, deus antequam susciperet formam serui non erat totus, & creuit cum homo diuinitati eius accessit. Ecce deum dicit nō esse partem illius personæ. unde uidetur il H la persona non constare ex deo, & homine. Ad quod etiam illi dicūt, illam personam nō ita constare ex deo & homine quasi totum ex partibus. Ita enim partes alicuius totius conueniunt, ut ex illis qđ non erat constituatur: nō aūt sic diuina & humana natura in Christo vniūtur. Inexplicabilis. n. est istius vnionis quę non est partium ratio. Quidam tamen nomine dei ibi personam; significari putant; quia de tribus agebant personis: quarum nullam trinitatis esse partem dicebāt: sicut pars istius personæ, non est deus. Quod si de persona intelligitur: manifestum est, quia persona non est pars personæ. Posita est diligenter sententia secunda, & eius explanatio, cui in nullo, uel in modico obuiāt auctoritates in tertia sententia inductæ: quæ iam consideranda est.

In tertia sententia quæsit præmissarum propositionum intelligentia.

B

IN hac igitur sententia sic dicit deus factus homo: quia hominem accepit: & sic dicitur esse homo: quia hominē habet: uel quia est habens hominem, & homo factus est deus: quia assumptus est a deo, & homo esse deus: quia habens hominem est

C

¶ Præt. Homo est deus, & non semper fuit deus. ergo factus est deus.

¶ Præt. Factio quæ importatur per participium, secundum rem non ponitur in deo, sed in humana natura: sed homo significat humanam naturam. cum ergo hoc participium ponat rem suam circa subiectū in cōparatione ad prædicatum: videt quòd magis sit hæc vera. homo factus est deꝰ. quàm hæc, deus factus est homo.

RESPONDEO. Dicendum, quòd hæc propositio similiter tripliciter potest accipi sicut ꝓcedēs, & in primo sensu est vera sicut & prima, & eadem ratione. sicut enim factum est ut deus sit homo: ita factum est vt homo sit deus. In secundo vero sensu est falsa sicut & prima. & eadem ratione, quia iidem sunt termini, sed cōuersim positi. In tertio autem sensu, secundum quòd determinat subiectum in comparationem ad prædicatum, diuersimode iudicatur a diuersis opinionibus. prima enim opinio: quia ponit quòd homo supponit suppositum creatum: dicit quòd hæc est vera, sicut & prima, quia sicut persona diuina nō semper fuit illud suppositum, & modo est illud suppositum, ita illud suppositum non semper fuit persona diuina, & modo est. secunda autē opinio & tertia, ponunt quòd homo prout de Christo prædicatur non habet aliquod aliud suppositum quàm suppositum æternum. sed secunda dicit quòd homo supponit suppositum æternum. tertia autem quod homo copulat ipsum sicut termini accidentales. Et quia illud suppositum nunquam non fuit deus: ideo hæc est falsa secundum hoc. homo factus est deus. concedunt tamen eam in primo sensu, qui non est proprius sensus eius. ideo secūdum has opiniones magis est falsa quàm alia. secundum autem primam simpliciter est uera: quia tamen aliquo modo conceditur, respondendum est ad vtrasque obiectiones.

D

AD PRIMVM ergo dicendum: quòd Dam. loquitur secundum proprietatem propositionis: & sic est falsa.

Ad secundum dicendum: quòd prima opinio diceret quod teneretur pro suppositō: non pro persona. aliæ vero duæ dicerent, quòd teneretur pro persona: quam tamen non determinat participium, sed totam locutionem, quia factum est ut persona diuina in humanitate existens etiam esset deus.

¶ Ad tertium dicendum: quòd hoc intelligendum est de illis quæ conueniunt naturæ secundum se: & non habent repugnantiam ad alteram naturam. quòd autem dicitur factus deus, non conuenit naturæ secundum se; sed ratione vnionis: vnde non sequitur. Homo factus est deus. ergo filius dei factus est deus. sicut non sequitur, homo vnitus est deo. ergo deus unitus est deo.

E

¶ Ad quartum dicendum: quòd non sequitur ex virtute locutionis. Deus factus est homo: ergo est homo recens: quia si homo assumptus secundum primam opinionem nel humana natura ab æterno fuisset: nihilominus diceretur, deus factus est homo. vnde sicut in litera dicitur, non sequitur quòd sit deus recēs: sed quòd deus sit recenter, idest de nouo. & hoc non est inconueniens secundum primam opinionem.

¶ Ad quintum dicendum: quòd quantum ad tertium intellectum propositionis prædictæ, procedit illud argumentum. vnde prima opinio, quæ secundum illum intellectum concedit propositionem, dicit quòd homo præintelligitur ad vnionem: vt dictū est. secundum autem primum sensum in quo concedit eam, secunda opinio & tertia non sequitur.

¶ Ad sextum dicendum, quòd dictum Aug. intelligendum est secundum primum modum: quia illa vnio fecit vt deus esset homo: & econuerso.

¶ Ad septimum dicendum: quòd cum dicitur. homo non semper fuit deus: negatio potest negare totam propositionem, ut sit sensus. Homo non semper fuit deus, idest non semper fuit uerum dicere: quòd homo sit Deus. & secundum hoc sequitur veritas huiꝰ propositionis secundum primum sensum, scilicet, factum est, ut homo esset Deus. vel potest negare ꝓdicatum a subiecto. & sic falsa est: quia in propositione illa, subiicitur suppositū æternum, quòd semper fuit deus.

¶ Ad octauum dicēdum: quòd factio ponitur secundum rem circa naturam humanam: sed hoc nomē homo non supponit naturam humanam, sed suppositum æternum: circa quod nō ponitur factio secundum rem: sed secundum rationem tantum. non respectu dei, quia semper ei infuit: sed respectu hominis: & ideo semper dicitur deus factus est homo: sed non conuertitur.

QVAESTIO TERTIA.

Deinde queritur de locutionibus, exprimentibus vnionem cum hoc participio, prædestinatus.

Et circa hoc queruntur duo.

Primo. Vtrum hic homo sit prędestinatus esse filius dei.
Secūdo. Vtrum filius dei sit prędestinatus.

ARTICVLVS I.

Vtrum homo Christus sit prædestinatus filius Dei.

3. q. 24. 1. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homo Christus non sit prædestinatus esse filius dei, quia sicut illud quod semper fuit non fit: ita id quod semper fuit non prædestinatur, quia prædestinatio importat antecessionem: sed homo Christus supponit suppositum æternum, quod semper fuit filius dei. ergo sicut ratione ista non potest dici, quòd homo sit factus deus: ita non potest dici quod sit prædestinatus filius dei.

¶ 2 Præt. Homo non importat nisi humanam naturam & suppositum æternum: sed humana natura non est prædestinata esse filius dei: quia nunquàm fuit, nec est, nec erit filius dei: similiter hæc est falsa. Diuina persona quæ est suppositum æternum, est prædestinata esse filius dei: quia naturaliter & ab æterno hoc habet. ergo & hæc est falsa. Hic homo est prædestinatus filius dei.

¶ 3 Præt. Prædestinatio præcedit illud respectu cuius est: sed æternum non præceditur ab aliquo. ergo non potest esse prædestinatio respectu æterni: sed filius dei est æternus. ergo homo non potest esse prædestinatus filius dei.

¶ 4 Præt. Quicquid est prædestinatum, ab æterno fuit prædestinatum. si ergo iste homo est prædestinatus esse filius dei, uel Christus secundum quod homo oportet quod ab æterno homo fuerit prædestinatus. ergo ab æterno fuit hō. Prędestinatus. n. est participi piū præteriti tēporis: & huiusmodi participia vel verba, restrīgūt nomē subst̄atiuū sibi adiunctū ad supponendū pro præteritis.

¶ 5 Præt. Prædestinatio etiam ꝺm nomē importat directionē in finem: sed non potest aliquod dirigi in finem nisi (ad minus secūdum intellectum) sit ante finem illum. cū igit ꝺm secūdā opinionem

nem etiam secundum intellectum, Christus non prius intelligatur homo, quàm filius dei: videtur quòd ille homo non possit dici prædestinatus esse filius dei.

SED CONTRA. Ro. 1. Qui prædestinatus est filius dei in virtute.

¶Præt. Christus est filius dei per gratiã vnionis, & hoc est prequisitum ab ęterno, & a deo propositũ. ergo Christus est p̃destinatus esse filius dei.

RESPONDEO. Dicendum, q̃ præde stinatio proprie accepta, tria importat ex parte eius qui dicitur p̃destinari. Vnũ est quòd hoc ad q̃d prædestinari dicitur aliquando sibi conueniat. Secundũ autem est, quòd conueniat sibi per gratiã. Tertium vero est, quòd sequatur prædestinationẽ. ex hoc enim dicitur prædestinatus, q̃d est præuisus & præordinatus habiturus aliq̃d per gratiam. Quantum ad primum ergo horum manifeste in Christo prædestinatio suppposito conuenit, quia hic, homo est filius dei: sed hoc nõ inuenitur in natura humana: quę nunquam fuit, nec est, nec erit filiꝰ Dei. vnde non proprie potest dici esse prædestinatus filiꝰ dei: sed vt assumatur a filio dei: hoc enim sibi cõuenit. Secundum autem inuenit in Christo secundam opinionem & tertiam: non ratione suppositi quod naturaliter est filius dei; sed ratione naturæ assumptę, quæ per gratiam vnionis vnitur filio dei, ex qua vnione contingit hanc esse veram. Homo est filius dei: sed secundum primã opinionem etiam ratione suppositi, quia hoc q̃d supponitur per hoc nomen homo: non habet per naturam, quòd sit filius dei: sed per gratiam vnionis, quia non est suppositum æternum. Similiter etiam tertium quantum ad primam opinionẽ conuenit homini, ratione suppositi humanæ naturæ, quod quidem non fuit semper filius dei: secundum autem secundam & tertiam opinionem non conuenit homini ratione suppositi: sed ratione naturę, quia suppositum illud semper fuit filius dei: sed non semper in humanitate existens fuit. vnde quantum ad duas vltimas conditiones magis propria est prædicta locutio secundũ primam opinionem, q̃ secundum alias: sed quantum ad primã conditionem est propria secundum alias: non autem secundum primam, secundum quam (vt prædictum est) non potest homo proprie prædicari de eo, vel econuerso.

AD PRIMVM ergo dicendum: quòd diuersa consideratio, nihil uariat eorum quæ sunt in re. uariat autem ea quæ pertinent ad actum animæ. hoc aũt participium factus, imponitur ab actu qui est in re: ergo cum suppposito æterno secundum se, non cõueniat quod sit factus deus: neque conueniet ei secundum quòd consideratur subsistens in humana natura. prædestinatus autẽ est participium quod imponitur ab actu animæ, scilicet præuidere uel præordinare: & ideo quàmuis suppposito æterno non conueniat secundum se prædestinari esse filium dei, conuenit tamẽ sibi, secundum quòd est humanæ naturę suppositum: sicut si homo fiat albus. hęc est falsa. Homo albus incipit esse homo. sed hæc potest esse vera. Homo albus incipit cogitari, q̃ sit hõ:

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut dictum est, prædestinatio non est naturæ, neq; personæ secundum se; sed personę ratione naturæ assumptæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd quàmuis filius dei sit æternus: tamen vnio ad filium dei non est æterna. & secundũ hoc potest homo prædestinari esse filius dei, sicut Petrus prædestinatur, vt cõiungatur deo æterno per gratiam, vel gloriam.

Quo sensu secundum istos dicatur Christus prædestinatus.

C

SECVNDVM istos dicitur Christus, secundum quòd homo prædestinatꝰ esse filius dei, quia est prædestinatum a deo ab æterno, & in tempo re collatum ei per gratiam, ut ipse ens homo sit filius dei. Hoc enim non semper habuit, sed in tempo re per gratiam accepit, quod videtur Aug.† notasse in li. ad Prosperum. & Hylar. dicens. Prædestinatus est Iesus, vt qui futurus erat secundum carnem filius dauid, esset in virtute filius dei. Hi etiam cũ dicitur Christus minor patre, secundum quòd homo, secundum habitum hoc intelligunt dictum, idest inquantum habet hominem sibi vnitum. Vnde Aug.† in li. 1. de trini. Deus filius, deo patri natura est equalis, habitu minor. In forma enim serui minor est patre. In forma dei equalis est patri. Et quia secundum habitum accipienda est incarnationis ratio, ideo deum humanatum, nõ hominem deificatum dici tradũt. vnde Ioan. Dama. † non hominem deificatum dicimus, sed deum hominem factum.

De præd. sanct. c. 15.

cap. 7. to. 3.

li. 3. c. 7. circa med.

I

Quod non debet dici homo dominicus.

lib. 1.

ET licet dicatur hõ deus, non tamen congrue dicitur homo dominicus. vnde Aug. † in li. retractationum. Non video vtrum recte dicatur homo dominicus, qui est mediator dei & hominum Christus Iesus, cum sit utique dominus. Et hoc quidem vt dicerem, apud quosdã legi-tractatores catholicos. Sed vbi cunque hoc dixi, dixisse me nollẽ, Postea quippe vidi non esse dicendum, quàmuis nonnulla possit ratione defendi secundum istos, & dicitur persona filii in duabus & ex duabus existere naturis, secundum adhærentiam, & inhærentiam, altera enim adhęret ei, altera inest.

Quod prædicta non sufficiunt ad cognoscendam hanc quæstionem.

ATIS diligenter iuxta diuersorum sententias, supraposítam absque assertione & præiudicio tractaui quæstionem. Veruntamen nolo in re tanta tamq; ad dignoscendum difficili, putare lectorem istam sibi nostram debere sufficere disputationem, sed legat & alia forte melius

Vtrũ hic filius Dei sit prædestinatus esse homo.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd filius dei non sit prædestinatus esse homo: prædestinatio enim præcedit prædestinatum: sed filium dei nihil præcedit. ergo ipse non est prædestinatus esse homo.

¶2 Præt. Homo non dicitur æquiuoce de filio Dei, & Petro: sed Petrus non est prædestinatus esse homo: ergo nec filius dei.

¶3 Præt. Hoc dicitur alicui prædestinari, quod cõuenit ei per gratiam: sed non est gratia filio dei, quòd sit homo. ergo filius dei non est prædestinatus esse homo.

SED CONTRA. Omne quòd est prequisum, & ordinatum ab æterno, est prædestinatum: sed filius dei ab æterno præuisus est esse filius hominis. ergo est prædestinatus esse filius hominis.

II

VLTERIVS. Videtur, quòd hæc sit vera. Filius dei prædestinatus est esse filius dei: quæcunq; enim prædicantur de filio hominis, prædicantur de filio dei: sed hæc est vera. Filius hominis prædestinatus est esse filius dei, vt dictum est. ergo & hæc. Filius dei prædestinatus est esse filius dei.

K

¶2 Præt. Filius dei, inquantum est homo, prædestinatus est esse filius dei: sed alia quæ prædicanẽ de filio dei, inquantũ hõ, prædicantur de ipso etiã sine reduplicatione, sicut filius dei, inquantum homo est *mortuus*: & tamen hæc conceditur. Filius dei est mortuus. ergo similiter hæc debet concedi. Filius dei est prædestinatus esse filius dei.

¶3 Præt. Ad veritatẽ locutionis, non oportet, quòd prædicatum per se subiecto cõueniat, nisi circa subiectum reduplicatio ponatur: sed prædestinatum esse aliquo modo conuenit filio dei, quia inquantum homo. ergo potest concedi simpliciter. Filius dei est prædestinatus, esse filius dei: quàmuis non concedatur, quòd filius dei, inquantum filius dei, est prædestinatus esse filius dei.

SED CONTRA. Quod semper inest alicui, non prædestinatur ei, sed esse filium dei ab æterno conuenit filio dei. ergo non prædestinatur ei. ergo hæc est falsa. Filius dei est prædestinatus esse filius dei.

Vlterius.

Hac eadẽ dist. q. 1. ar. 1. 9.

III

VLTERIVS. Videtur, quòd hæc sit vera. Filius dei prædestinatus est simpliciter, sicut enim prædestinatus importat effectum temporalẽ: ita mittitur, & donatur: sed cõceditur quòd filius dei est missus, & datus. ergo etiam debet concedi quòd filius dei est prædestinatus.

¶2 Præt. In aliis qui sunt prædestinati ad vitam æternam, non oportet quòd addatur ad quid prædestinati sunt: sed sufficit eos dicere esse prædestinatos: sed filiꝰ dei est prædestinatus esse homo. ergo filius dei debet dici esse p̃destinatꝰ simpliciter.

¶3 Præt. In Christo non est nisi vnum suppositum: sed de illo suppposito põt dici simpliciter, quòd sit prædestinatum. dicitur enim quòd homo est p̃destinatus.

ergo potest filius dei esse prædestinatus.

SED CONTRA. Eternum non prædestinatur: sed filius dei est æternus. ergo non est prædestinatus.

RESPONDEO. ad primam quæstionem dicendum, quòd prædestinatio importat ordinem ad finem (quia prædestinare est mittere vel ordinare in aliquid) vnde quando simpliciter ponitur, intelligitur præordinatio ad finem vltimum, qui est in coniunctione ad deum per gratiam, vel gloriam: vel vnionem in persona: sed quando additur ei aliquid, tunc importat præordinationem tantum in illud quod ei adiungitur, & per hunc modum conceditur quòd filius dei est prædestinatus esse homo, quia hoc ab æterno præordinatum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prædestinatio non importat anteceſſionem ad prædestinatum simpliciter: sed incomparatione ad illud quod sibi prædestinari dicitur. quamuis autẽ filius dei sit ab æterno, non tamen ab æterno fuit homo.

¶Ad secundum dicendum, quòd suppositum Petri, non fuit antequam esset Petrus homo, & ideo non potest dici quòd sit prædestinatus esse homo: sed suppositum filii dei, fuit antequam ipse esset homo: & iõ non est similis ratio. Et iterum: Petrus nullo modo habet esse homo per gratiam. filius autem dei habet esse homo per gratiam vnionis, non quidem sibi factam, sed humanæ naturæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis non sit gratia filio dei quòd sit homo, tamen hoc habet per gratiam vnionis, per quam humana natura assumpta est in vnitatem diuinæ personæ.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ in sacra scriptura dicitur aliquando aliquid fieri, quando innotescit, hoc ergo quod est esse filium dei potest accipi vel secũdum rei veritatem, vel secundum euidentiam, prout scilicet, manifestatur. Si primo modo, tunc falsum est q̃ filiꝰ dei sit prędestinatus esse filius dei, cum non ponatur in locutione aliquid, respectu cuius possit denotari anteceſſio, quam importat prædestinatio. Si autem accipiatur secundo modo, sic glosa super illud Rom. 1. Qui prædestinatus est filius dei in virtute, concedit quòd filius dei prædestinatus sit vt sit filius dei, idest vt euidenter appareat quod fuit in resurrectione factum. vnde & ipse tunc dixit. Data est mihi omnis potestas &c. Matth. vlti. & secundum hunc sensum est eadem ratio de ista sicut de præcedenti, qua dicitur: filius dei prædestinatus ẽ esse homo, quia prædestinatio simpliciter importat præordinationem. Quantum ergo ad primum sensum hęc est falsa. Filius dei est prædestinatus esse filius dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eorum quæ dicuntur de homine, illa tantum dicuntur de filio dei, quæ non habent repugnantiam intellectuum ad filium dei: sed prædestinatus habet repugnantiam (quia filius dei æternus est) prædestinatio autem importat anteceſſionem, quæ non est respectu æterni.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa quæ prædicantur de filio dei, inquantum est homo, nõ habent aliquam repugnantiam ad filium dei, & ideo non est similis ratio. Et similiter dicendum est ad tertium.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd hæc similiter est falsa. Filius dei est prædestinatus (cum non ponatur aliquid respectu cuius possit anteceſſio denotari) sed hæc: Filius dei est prædestinatus inquantum est homo. est vera, quia potest importari anteceſſio respectu hominis quantum ad naturam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd missio nõ importat tem-

poralitatem in eo qui mitti dicitur: sed magis in eo ad quem mitti dicitur, in quo per nouum effectum inhabitat: & ideo mitti dicitur persona diuina: sed prædestinatus ponit posterioritatem respectu prædestinationis in eo, qui prædestinatur, & ideo non est similis ratio.

An diuina natura debeat dici nata de uirgine.

DISTINCTIO. VIII.

A

ROST prædicta inquiri debet: vtrũ de natura diuina cõcedendum sit, quòd de uirgine sit nata, sicut dicitur de uirgine incarnata. Et uidetur utiq; non debere dici nata de uirgine, cũ non sit nata de patre. Quæ enim res non est de patre genita, nõ uidetur de matre nata (ne res aliqua filia-

considerata atque tractata: & ea quæ hic mouere possunt, vigilantiori atque intelligentiori si potest mente discutiat: hoc firmiter tenens, quòd deus hominem assumpsit, homo in deum transuit: nõ naturę vertibilitate, sed dei dignatione: vt nec deus mutaretur in humanam substantiam, assumendo hominem: nec homo in diuinam glorificatus in deum: quia mutatio uel vertibilitas naturæ, diminutionem & abolitionem substantiæ facit.

B

C

¶Ad secundum dicendum, quòd in aliis prædestinatis potest anteceſſio importari, respectu ipsorũ qui prædestinari dicuntur, quod non est de filio dei, & ideo non est similis ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd quàmuis nõ sit nisi vnum suppositum, tamen est duarum naturarum suppositum, & põt sibi aliquid conuenire respectu vnius naturæ, quod non conuenit sibi absolute, sicut esse creaturam.

EXPOSITIO TESXTVS.

ACTVS est sine dubio id quod prius non erat. Hæc locutio est impropria, quia non potest intelligi neq; de natura, quia deus nõ est factus humana natura, neque de persona siue de suppposito, quia illud suppositum semper fuit secundum secundam opinionem. vnde exponenda est. Illud quod prius non erat, idest, habens naturã quã prius nõ habebat. *Q uia deus assumpsit hoẽm.* idest, humanam naturam. vt supra dist. 5. glosauit. alias esset contra hanc opinionẽ quæ dicit, hominem non esse assumptum: sed humanam naturã. *Variatur autem.* Ratio variationis est, quia diuina natura prædicatur de Christi persona, non autem humana. *Q uod esse dictum est vtrumque.* Hoc positum est supra in illo capitulo. *Sed his videtur aduersari. Hi etiam cum dicitur, minor est patre Christus.* Ideo hoc exponit secundum hanc opinionem, quia hæc opinio nõ potest hoc sustinere, cum supra dixit Aug. in 1. lib. quòd spiritus sanctus non est minor seipso, propter columbam in qua visibiliter apparuit. *Hoc firmiter tenens quod deus hominem.* Exponendum est vt supra, vt homo ponatur pro natura humana, sicut ipse docuit supra dist. 5. exponere.

DIVISIO TEXTVS.

ROSTQVAM determinauit Magister de his quæ conueniunt deo incarnato, quasi exprimentia vnionem. Hic determinat de his, quæ cõueniunt ei consequentia vnionem. Hæc diuiditur in duas partes. In prima determinat de his quæ conueniunt vni naturæ ex vnione ad alteram. In secunda de his quæ conueniunt personæ ratione naturæ assumptæ. 10. dist. ibi. *Solet autem a quibusdam.* Prima diuiditur in duas. In prima determinat quid conueniat diuinæ naturæ. ex vnione ad humanam. In secunda quid conueniat humanæ ex vnione ad diuinam dist. 9. ibi. *Præterea inuestigari.* Prima, diuiditur in duas partes. In prima inquirit vtrum diuina natura debeat dici nata in Christo ex vnione ad humanam. In secunda quomõ Christus dicatur natus ibi. *Q uaeri etiam solet.* Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionẽ, & soluit. Secundo obiicit in contrarium, & soluit ibi. *Videtur tamen posse probari.*

QVAESTIO PRIMA.

Hic quæruntur quinque.

Primo. Quid sit natiuitas, & quorum proprie est nasci.
Secũdo. Vtrum humana natura in Christo debeat dici nata.
Tertio. Vtrum natura diuina debeat dici nata de virgine.
Quarto. De duplici Christi natiuitate.
Quinto. Vtrum sint in Christo duæ filiationes.

ARTICVLVS I.

Vtrum solummodo in uiuentibus sit natiuitas.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd nõ solum modo viuentium debeat dici natiuitas (natum enim idem videtur quòd genitum) sed generatio inuenitur in omnibus corporibus a lunari globo inferius, quæ non omnia viuunt. ergo videtur quòd non solum viuẽtium sit

sit natiuitas.

¶ 2 Præt. Idem videẽ esse oriri, & nasci: sed dicimus ea oriri quæ non viuunt (sicut dicimus quòd Sol oritur, & fons oritur.) ergo natiuitas non solum in viuentibus reperitur.

¶ 3 Præt. Viuere substantiarum solum est: sed nasci siue oriri inuenitur in accidentibus. (dicimus enim splẽdorem oriri a Sole, & calorẽ ab igne ergo nasci nõ solum viuentium est.

¶ 4 Præt. Hoc solũ est ingenitum quod non est natum: sed illa sola dicuntur ingenita quæ semper fuerunt sicut philosophus ponit cœlũ ingenitum, quia secundum eum semper fuit, ergo solum illa non sunt nata. ergo quecũque incipiunt esse dicuntur nasci.

tionis nomen habeat, in humanitate, quæ illud non teneat, in diuinitate. Videtur tamen posse probari, quòd sit nata b de uirgine, quia si hoc est deum nasci de uirgine, scilicet hominem assumere in utero uirginis: cum natura diuina superius dicta sit hominem assumpsisse: uidetur debere dici nata. De hoc Aug. in lib. de fide ad Petrum sic ait. Natura æterna, atque diuina non posset temporaliter concipi, & nasci ex natura humana: nisi secundũ susceptionem ueritatis humanę, ueram temporaliter conceptionem, & natiuitatem ineffabilis diuinitas in se accepisset. Sic est deus, æternus veraciter secundum tempus & conceptus & natus de uirgine. Ista authoritate uidetur insinuari, quòd natura diuina sit nata, & concepta de uirgine. Sed si diligenter notentur uerba, potius de persona agi intelligitur: quæ sine dubitatione & de patre & de matre nata esse dici debet.

2. de cœlo, & mũdo t. c. 110. & in 2. lib. t. c. 1. 2. & 3

SED CONTRA. Videtur quòd non omnium viuentium sit nasci. Natiuitas enim causat filiationem: sed filiatio non inuenitur in plantis, quæ tamen uiuunt. ergo nec natiuitas.

¶ Præt. constat quòd embria viuunt, nec tamen dicuntur nata. ergo non omnium viuentium est natiuitas.

¶ Præt. Sicut inanimata corpora generantur ex causa extrinseca, ita etiam animalia generata per putrefactionem: sed inanimata non dicuntur proprie nasci ratione prædicta. ergo nec animalia generata ex putrefactione.

¶ Præt. Spũs sanctus procedit a patre vt viuens a viuente: nec tñ nasci diciẽ. ergo nec omnis processus rei viuentis est natiuitas.

RESPONDEO. Dicendum, quòd cum generatio sit communis omnibus corporibus corruptibilibus, tñ in corporibus animatis est specialis modus generationis, & pp hoc etiam habent specialiter inter alias vires animæ vim generatiuã, in viuentibus.n. primo ex generante deciditur aliquid quod est sufficiens ad generationem quantum ad principium actiuum & passiuum, quãmuis in quibusdam idem generans sit quod vtrunque ministrant, sicut in plantis, quæ non habent sexum distinctum. In quibusdã autem. s. quæ habent sexum distinctum, a mare ministratur principium actiuum, a fœmina principium materiale. & animalia in coitu secundum philosophum sunt quasi vnũ generans sicut dicitur Gene. Erunt duo in carne vna. Et ideo sequitur secundum scilicet, quòd generatio est per modum exitus a generante, quod non est in generatione inanimatorum. Tertium autem est quòd generatum exiens a generante in principio generationis adhęret ei, & est in eo, vel per contactum, vel per consolidationem, sicut dicit philosophus in 5. Meta. vt patet in fructibus qui colligãtur plantis, & de embrione qui adhæret ſm contactum matrici, & quantum ad tres has conditiones res viua inquantum generatur habet tria nomina sibi propria. ſm enim quòd principia sufficiẽtia suæ generationi ministrantur a generante dicitur gigni, vel genita est. secũdum aũt quod generatur p modum exitus dẽ oriri, ſm, aũt quòd generatur vt coniunctum generanti dicitur nasci, sic enim generans, & generatum est quasi res vna: & ideo cum nomen naturæ a nascendo sumatur, illa dicuntur esse per naturam, quorum principium intus est in ipsis. & sic patet quòd nasci proprie dicitur illud quod egreditur a generante coniunctum ei, habens ab ipso principia sufficientia generationi.

In 1. lib. de Gene. animal. c. vlti. in fine.

t. c. 5.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod genitũ ſm quod est idem quod natũ non dẽ a generando: sed a gignẽdo. vnde quàmuis inanimata proprie dicantur generata, non tamen proprie dñr genita neq; nata.

¶ Ad secundum dicendum, quod Sol & aqua fontis dẽ per similitudinem oriri, inquantum. s. egreditur de occulto in manifestum.

¶ Ad tertium dicendũ, quod similiter accidentia inquantũ sunt virtute in principiis essentialibus causantur per modum exitus, & ideo dicuntur oriri per similitudinem, & possunt etiam dici nasci, inquantum adhęrent subiecto quod est causa ipsorum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut dicit Dama. ingennitum per duplex n, scriptum, est idem quòd increatum siue æternum, & sic accipit philosophus, ingenitum autem per vnum n, scriptum, idem est quòd non generatum, & sic hic loquimur.

De fide lib. 1. cap. 9. circa mediũ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ad filiationem requiritur plus q̃ ad natiuitatem, vel ortum, scilicet, vt quod exit per generationem a generante sit completum in specie generantis: & ideo fructus arborum, & oua auium, & capilli, & huiusmodi non habẽt rationem filiationis, quàmuis dicantur nasci.

¶ Ad sextum dicendum, quòd genitum exit a generante dupliciter. Vnomodo ſm quòd procedit in esse distinctum a generante, clausum tñ infra terminos generantis, & hoc proprie dicitur conceptio. Alio modo ſm quòd procedit in esse distinctum, & manifestũ, & quia res nominatur ſm id quod apparet: ideo ille modus

F exeundi facit natiuitatem secundũ cõem vsum loquendi, quàmuis etiam primus, aliquo modo faciat natiuitatem, secundum quod dicitur duplex natiuitas. s. in vtero, & ex vtero, & quia in plãtis simul aliquid procedit in esse distinctum, & manifestum: ideo nõ proprie in eis est cõceptio sed natiuitas: & ideo etiam verbum secundum quòd distinguitur in intellectu dicitur concipi, secundum autem quod extra pronunciatur, potest dici per similitudinem nasci.

¶ Ad septimum dicendum, quòd in aĩa lib. generatis ex putrefactione virt. Solis, & aliorum corporum cœlestium supG plet vicem virtutis formatiuæ, quæ est in semine in generatione eorum quę ex semine nascuntur, & quia huiusmodi virtutes corporum cœlestium sunt per oĩa inferiora corpora diffusæ: ideo dicit philosophus in 17. lib. de generat aĩalium ca. 10. quòd oĩa plena sunt virtutibus aĩæ: & ideo sicut aĩalia quæ generantur ex semine se habent ad fœminã, ita ista se habent ad terram quæ sine semine generantur, & sicut illa se hñt ad pẽem, ita ista se hñt ad corpa cœlestia, pp qd dixit quidã philosophus quod sol est pẽ plãtarũ. terra vero mẽ. vñ patet quod huiusmodi, q̃ sine semine generantur siue sint plantæ, siue aĩalia proprie dñr nasci, oriri, & gigni.

In 1. de tib. aniz lium c.

¶ Ad octauum dicendum, quòd quàmuis spũs sctũs procedat viuens ex viuente, non tñ hoc conuenit ei ſm rõnem sue processionis (procedit.n. vt amor) amor aũt cõsideratus in genere inquantum amor, non hẽt quod sit res viua: sed opatio, vel passio rei viuentis, habet tñ quòd sit res viua, & subsistens inquantum est amor diuinus: & ideo non dicitur nasci. vt in 1. lib. dist. 13. dictum est. II

q. 1. arti. ad 3.

ARTICVLVS II.

b Vtrum humana natura sit nata in Christo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd humana natura sit nata in Christo. sicut enim supra dictum est, illa de persona, vel supposito, & nõ de natura dñr quæ p se existenti solũ cõueniunt: sicut ypostasis res naturæ, & hmõi: sed nasci nõ est solum p se exñtiũ, cũ sit partiũ, supra. n. dist 4. habitũ est quod capillus nasciẽ. ergo nasci nõ solũ ẽ psonæ, vel suppositi: sed ẽt naturæ.

d. 6. q. 1. 1. o. ὑπόστα In exp tione t

¶ 2 Præt. In qd est per se intentum a natura generante verissime dicitur nasci: sed natura quàmuis generet hunc hoĩem, intendit tamen hominem generare. vt dicit Auic. homo aũt naturã cõem I significat. ergo naturæ humanæ maxime conuenit nasci.

¶ 3 Præt. Secundum philosophum. 2. Phisicorum idem specie est quod generat, & quod generatur: sed naturæ est generare. ergo ipsius est etiam generari siue nasci. t. c. 70.

¶ 4 Præt. Christus non dicitur natus de virgine, nisi secundum hoc, quod de virgine accepit: sed non accepit nisi humanam naturam. ergo humana natura dicitur nasci de virgine.

¶ 5 Præt. oẽ quod cœpit esse ex aliqua materia, dicitur generari: sed humana natura in Christo cœpit esse ex aliqua materia. ergo humana natura in Christo dicitur nasci.

SED CONTRA. Est quod dicit Dama. quòd nasci est tantum ypostasis. ergo non est naturæ.

¶ Præt. Sicut se habet diuina natura Christi ad æternam eius generationem, ita & humana natura ad temporalem: sed natura diuina nõ est nata æterna generatione. ergo nec humana tẽporali.

RESPONDEO. Dicendum, quòd nasci fieri quoddam est. nihil aũt fit nisi, vt sit. vnde ſm quod alicui conuenit esse: ita & conuenit ei fieri: esse autem proprie subsistẽtis est. vnde dicitur proprie nasci, & fieri, forma aũt, & natura dicitur esse ex consequenti. nõ enim subsistit: sed inquantum in ea suppositum subsistit esse dicitur, vnde & ex consequenti cõuenit ei fieri, vel nasci, non quasi ipsa nascatur: sed quia p generationẽ accipitur, accidẽtia aũt nõ dicuntur esse nisi p accidens. vnde, & p accidens fieri dicuntur. K

AD PRIMVM. ergo dicẽdum, quòd est duplex pars. est enim pars substantiæ ſm quantitatem. & hoc, vel subsistit in potentia (vt in continuis) vel in actu (vt in his quę per tactum inunguntur) vnde tales partes pñt dici fieri, vel nasci, & præcipue qñ adduntur toti præexistẽti, secus aũt esset si generarẽtur generatione totius, quia tunc totum dicẽretur fieri, & non ipsa, sunt etiam partes substãtiæ in quas diuiditur totum ſm rationem: sicut materia, & forma, & huiusmodi, cum non subsistãt neq; in actu neque in potentia, non dicuntur per se fieri, nisi forte forma sit subsistens, sicut est anima quæ dicitur fieri per creationem præter factionem qua fit cõpositum per generationem. natura autem, humana quæ vt pars significatur, non est nata subsistere: cum non A possit in rerum natura esse nisi in athomo, id est, in suo supposito: & ideo ipsa non potest dici nasci.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd homo non significat tantum naturã prout hic loquimur, sicut patet ex dictis in. 5. dist. & ideo non sequitur ratio. nõ enim natura intendit naturam producere nisi in supposito: & ideo non intẽdit generare humanitatẽ sed hominẽ.

Q. 1. art. 3. o.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut esse suppositi est: ita & agere: & ideo sicut naturæ est generare: non quasi ipsa generet: sed quia virtute eius fit generatio, ita non est ipsius generari, quasi ipsa generetur: sed quia per generationem accipitur. B

¶ Ad quartum dicendũ, quod sicut Christus dicitur homo ratione humanæ naturæ, & tamen humana natura non est homo, ita etiam dicitur nasci ratione humanæ naturæ, quã accepit a virgine: & tñ ipsa humana natura nõ generaẽ, sic. n. dicit Dio. † 2. ca. de di. no. nõ oportet quod eodẽ modo causa & causatũ recipiant prædicationem alicuius generis vel speciei: sicut calor est quo aliquis dicitur calidus: & tamen ipse non est calidus sed calor.

¶ Ad quintũ dicendũ, quòd cũ esse nõ sit naturæ sed suppositi humana natura proprie nõ cœpit esse: sed Christus cœpit esse in humana natura: & sic per consequens natura cœpit esse. C

ARTICVLVS III.

c Vtrum diuina natura in Christo nata sit de Virgine.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod natura diuina in Christo sit nata de Virgine: filius enim dei non dicitur natus de virgine nisi inquantum est incarnatus, sed natura diuina dicitur incarnata, vt supra dist. 5. dictum est, ergo ipsa debet dici nata de virgine.

Q. 2. art. 2. ad 4.

¶ 2 Præt. Quicquid in recto prædicatur de Petro, dicitur nasci ipso nato, sequitur enim: Petrus est natus. ergo homo. ergo animal. ergo substantia: sed natura diuina in recto prædicatur de filio dei. ergo cum filius dei sit natus de virgine, etiam diuina natura debet dici nata de virgine.

¶ 3 Præt. In filio dei non est accipere nisi essentiam & proprietatem: sed absurdum esset dicere, quod ratione proprietatis tantum D dicatur natus de virgine: quia proprietas illa relatio est ſm quã ad patrem qui generat sine matre refertur. ergo est natus ratione diuinæ naturę: & sic idem quod prius.

Hom. 2. supra Missus est.

¶ 4 Præt. Bernar. dicit quod in incarnatione est fortitudo infirmata: sed infirmari magis est remotum a natura diuina quàm nasci. ergo etiam potest dici nasci.

SED CONTRA natura diuina magis conuenit cum generatione Christi ęterna, quàm cum temporali, sed ipsa non est nata de generatione æterna. vt in 1. lib. dist. 5. dictum est. ergo multo minus est nata generatione temporali.

Q. 2. arti. 3. ad 2. & 3.

¶ Præt. Humana natura non proprie dicitur nasci generatione humana. ergo multo minus natura diuina.

RESPONDEO dicendũ, quòd natura humana quàmuis nõ dicatur proprie nasci in Christo de virgine, eo quod nasci non est naturæ, sed ypostasis, tñ consequẽter ad generationẽ se habet, quia est p generationẽ accepta: diuina aũt natura nõ est a Christo p E tẽporalẽ generationẽ accepta. vñ nullo mõ debet dici nata de virgine, nec p se, nec p consequens, si natura proprie accipiaẽ ſm quod pro essentia supponit: tñ quia aliquãdo proprie trahitur ad supponendũ pro psona, sicut in. 5. dist. primi dictũ est, ideo etiam aliquando inuenitur quod natura diuina sit nata, sicut patet in litera. vnde exponendum est sicut Magister exponit.

Q. 1. art. 1. ad 4.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod filius dei vniuit sibi humanã naturã & in se, quia vnio terminata est ad psonã. nõ autẽ ita est de diuina natura, vt patet ex dictis supra, vnde nõ est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quod natura diuina non habet in quãtum est natura quòd prædicetur in recto de persona filii dei, sed ratione simplicitatis diuinæ, quæ non permittit aliquam realẽ diuersitatem in ipso: sed differentia est in modo significandi qui facit, quòd aliquid de persona dicatur quòd de natura dici non potest.

Dist. 1. q. 2. art. 1. circa finem & in 5. dist. q. 2. artic. 2. in fine corp.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in filio dei, non solum est accipere naturam & proprietatem, sed etiam ypostasim, siue personam quàmuis vnum illorum ab altero secundum rem non differat, & ratione ypostasis dicitur filius incarnatus, in quantum sibi carnẽ sociauit in vnitate personæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd fortitudo dicitur infirmata, id est, infirmitatem assumpsisse: & ideo impropria est locutio: nec ad consequentiam trahenda.

De gemina natiuitate Christi qua bis natus est.

QVERI et solet, utrũ debeat dici Christ. bis genit., ut dẽ dei & hoĩs fili. Ad qd dicipõt, Christũ bis natũ esse, duasq; natiuitates habuisse. uñ Aug. † in li. de fide ad Petrũ. Pater deus, de sua natura genuit filium deum, sibi

ARTICVLVS IIII.

d Vtrũ ponendæ sint duæ natiuitates Christi uel una.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non sint ponendæ duæ Christi natiuitates. nasci enim non est naturæ, sed personæ, sed in Christo est tantum vna persona. ergo & vna natiuitas.

3. q. 35. 2. cap. 1. prope princ.

¶ 2 Præt. Cum natiuitas sit generatio quædam per natiuitatẽ aliquis ad esse tendit. Sed in Christo est tantum vnum esse. ergo tantum vna natiuitas.

¶ 3 Præt. Ea quæ non sunt vnius rationis, non debent connumerari, sicut canis cœlestis, & terrestris, non dicuntur duo cines, sed generatio Christi temporalis & æterna, non sunt vnius rationis. ergo non debent dici duæ natiuitates.

SED CONTRA nullus dicitur filius alicuius nisi ratione alicuius natiuitatis: sed Christus dei filius patris & etiam matris. ergo vtrumque est secundum aliquam natiuitatem & non secundum eandem. ergo in Christo sunt duæ natiuitates.

VLTERIVS: videtur quòd Christus nõ debeat dici bis natus: ratione enim eius quòd aduenit alicui post completum esse non dicitur aliquis natus, sicut homo non dicitur nasci, quàmuis capillus per aliquam natiuitatẽ adueniat, sed humanitas Christi aduenit filio dei post completum esse. ergo propter hoc, non debet dici ipse natus, quòd humanam naturam acceperit.

II 2. q.

¶ 2 Præt. Hoc aduerbium bis, importat successionem actuum, sed generationi æternę non succedit temporalis, quia æterna semper est, vnde est simul cum temporali. ergo ratione duplicis natiuitatis non debet dici bis natus.

¶ 3 Præt. Hoc aduerbium bis, importat interruptionem. vnde qui tota die loquitur, non dicitur bis loqui, sed æterna generatio non habet interruptionem. ergo ratione eius non debet dici bis natus.

SED CONTRA. hoc aduerbium bis, numerat actũ cui adiungitur, sed duplex est Christi natiuitas. ergo secundum eas debet dici bis natus.

RESPONDEO dicendum ad primam quæstionẽ, quòd Christus processit a patre æternaliter, & a matre temporaliter, & vtraque processio habet rationem natiuitatis, secundum enim processionem æternam, filius est de substantia patris: & exit ab eo in personã distinctam, & tamen est coniunctus patri propter indiuisionem substantiæ, quia verbum apud deum est: vnde patet quòd saluantur suo modo tria illa, quæ dicebantur supra esse de ratione natiuitatis, & propter hoc dicitur oriri, & gigni, & nasci: sed processio eius temporalis qua procedit a matre habet natiuitatis rationem, sicut cuiuslibet alterius qui ex sua matre nascitur. vnde sicut duæ sunt eius processiones, vt dictum est in 1. libro, ita etiam sunt duę natiuitates.

In corpore primi artic. hui. quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis nasci sit personæ, est tamen eius ratione naturæ. vnde secundum duas naturas quas per generationem accepit, habet duas natiuitates.

Dist. 14. q. 1. arti. 2. o. & ad 4.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis in Christo sit vnum esse. tamen secundum illud habet respectum ad duas naturas, vt supradictum est, & ita natiuitas est duplex secundum duplicem respectum, qui acquiritur personæ ad duas naturas acceptas per generationem.

Dist. 6. q. 2. ar. 2. o.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis non sit vna ratio per vniuocationem æternæ, & temporalis natiuitatis, est tamen vna per analogiam.

AD SECVNDAM quæstionẽ dicendũ, quod bis, cum sit aduerbium, ponit numerum circa actum: cum autem motus & actus numerentur tripliciter, scilicet ex subiecto, quia est alius & ali. agens, & ex terminis, quia est aliud & aliud quod agitur, & ex mensura actus, quia nunc & tunc agit, hoc aduerbium bis, non importat numerum nisi qui causatur ex diuersa mensura. vnde non dicitur bis lectum esse, si duo legant, nec si duo libri simul legantur: sed quando diuersis horis legitur. Quia autem in

in his quæ aguntur in tempore non est alia mẽsura nisi tempus, & hoc non est aliud; & aliud, nisi quando discontinuatur: ideo bis dicitur factum esse, quando aliquid cum interruptione factũ est: æternitas autem & tempus sunt diuersæ mensuræ, secundum diuersam naturam, & non per discontinuationem. vnde quod fit in æternitate & tẽpe potest dici bis factũ esse, quãuis id quod æternũ est, non interrumpatur nec cesset.

> coæqualem & coæternum. Idem quoque unigenitus deus secundo natus est, semel ex patre, semel ex matre. Natus est enim de patre dei uerbum, natus est de matre uerbũ caro factum. Vnus igitur atque idẽ dei filius natus est ante secula & natus in seculo: & utraque natiuitas unius est filii dei, diuina scilicet & humana. De hoc etiam Io. †Dama. ait. Duas Christi natiuitates uenerramur, unam ex patre ante sæcula; quæ est super causam & rationem, & tempus & naturam: & vnã quæ in ultimis tẽporibus propter nos, & secundum nos, & super nos: pp nos, quia pp nostrã salutẽ: secundũ nos, quia natus est homo ex muliere, & tpe conceptionis. s. nouẽ mensiũ: super nos, quia non ex semine, sed ex spũ sancto, & sancta virgine supra legẽ cõceptionis. Ex his manifeste apparet, Christi duas esse natiuitates, eundemq; bis natum fore.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quãuis humana natura adueniat filio dei post esse completum: tñ filius dei totus subsistit in vtraque natura: non autẽ ita est de toto homine ad capillũ. & ideo rõ nõ procedit. Lib. 3. c. 7. circa med.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de his quæ aguntur in tempore. Et similiter ad tertium: & ideo non sunt ad propositum.

ARTICVLVS V.

Vtrum in Christo sint duæ filiationes.

3. q. 35. 5. quod 1. 2. q. 4. AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd in Christo sint duæ filiationes. Multiplicata enim causa multiplicatur effectus; sed natiuitas est causa filiationis. ergo cum in Christo sint duæ natiuitates erunt in ipso duæ filiationes.

¶ 2 Præt. Relatiua sunt quorum esse est ad aliud se habere: sed esse filiationis æternæ non est ad matrem Christi se habere. ergo per eam non refertur ad matrem: sed aliqua filiatione refertur ad matrem. ergo in Christo sunt duæ filiationes.

¶ 3 Præt. Relatiua posita se ponunt, & interempta, se interimunt: sed maternitate interempta a uirgine non interimitur filiatio æterna. ergo oportet ponere aliam filiationem quæ ponatur posita maternitate, & interimatur ea remota.

¶ 4 Præt. Motus diuersificatur per terminos: sed sicut motus habet speciem a terminis, ita relatio. ergo cum Christus sit filius patris, & matris, oportet quòd alia filiatione ad vtrumque referatur.

1. c. 20. ¶ 5 Præt. Philosophus in 5. Meta. probat, quòd scientia non refertur ad scientem, quia cum referatur ad scibile, & hoc sit suum esse inquãtum ad aliquid est; oporteret si diceretur ad scientem, quòd haberet duplex esse. si ergo filiatione refertur Christus ad patrem & matrem; oportet quòd sint duæ filiationes ẽm esse.

Dist. 1. ¶ 6 Præt. Sicut supra magister dixit, Pater posset carnem assumere: sed si de virgine carnem assumpsisset filius virginis diceretur: non autem referretur ad virginem filiatione æterna, quia eam non habet. ergo filiatione temporali. ergo eadem ratione oportet in Christo ponere filiationem temporalem.

SED CONTRA. Filiatio est proprietas personalis: sed in Christo est tantum vna persona. ergo tantum vna filiatio.

¶ Præt. Sicut Christus est filius patris, & matris; ita quilibet alius homo: sed non alia filiatione refertur homo ad patrem & matrem. ergo nec in Christo sunt duæ filiationes.

¶ Præt. Duo accidentia eiusdem rationis, non possunt esse in eodem subiecto. vnde eadem paternitate homo refertur ad multos filios: sed suppositum filiationis in Christo est vnum tantum. ergo in eo non possunt esse plures filiationes: sed vna tñ.

¶ Præt. Quodlibet continuum est maius omnibus suis partibus: sed in quolibet continuo sunt infinitæ partes in potentia. ergo ad hoc, quòd aliquid referatur ad diuersa per diuersas relationes, oportet quòd sint infinitæ relationes in aliquo continuo, quod est inconueniens, & iterum quòd in quolibet continuo sint tot æqualitates quot rebus æquale est.

Dist. 26. q. 2. arti. 2. ad tertium. RESPONDEO. Dicendum, quòd sicut in 1. lib. dictum est, relatio nõ habet ex hoc quòd ad alterum dicitur, quòd sit aliquid in rerum natura: sed hoc habet ex eo, quòd relationem causat, quod est in re quæ ad alterũ dicitur, & quia ex eo res habet vnitatem & multitudinem, ex quo habet esse: ideo secundum, id in quo relatio fundatur iudicandum de ea est, vtrum sit secundum rem vna vel plures. Sunt ergo quædam relationes quæ fundantur super quantitatem: sicut æqualitas quæ fundatur super vnũ in quantitate: & cum vnitas quantitatis non sit nisi vna in re vna, inde est ꝙ per vnam æqualitatem est res æqualis oĩbus quibus dicitur æqualis, aliæ vero relationes fundantur super actionem & passionem, & in istis considerandum est, quòd vna pas- F sio respondet duabus actionibus, quando neutrum agens sufficit per se ad actionem complendam: sicut est in eo, qui vna natiuitate nascitur ex patre & matre. vnde in patre & matre sunt duæ relationes secundum rem, sicut & duæ actiones: sed in nato est vna relatio secundum rem, secundum quam refertur ad patrem & ad matrem: sicut & passio vna. Item cõsiderandum est, quòd quędam relationes, non innascuntur ex actionibus, secundũ quod sunt in actu: sed magis, secundum quod fuerũt. sicut aliquis dicitur pater, postquam ex actione est effectus consecutus: & tales relationes fundantur super id, quod in agente ex actione relinquitur, siue sit dispositio, siue habitus, siue aliquod ius, aut potestas, vel quicquid aliud est hmõi: sed quia hoc, quod relinquitur ex actionibus vnius speciei non potest esse nisi vnum; inde est, quòd tales relationes etiam, secundum rem non multiplicantur secundum diuersas actiones: sed magis sunt vnum, secundum id quod ex actione relinquitur, & propter hoc non sunt diuersæ relationes secundum rem in patre vno, qui generat plures filios, nec in magistro vno, qui docet plures discipulos. Si autem sint plures actiones secundum speciem, causant etiam plures relationes specie differentes: vnde cum Christus non per vnam generationem H passiuam se habeat ad generationem actiuam patris, & ad generationem actiuam matris: sed per aliam, & aliam, & hæ duæ generationes non sunt vnius generis, nedum vnius speciei, nihil (vt videtur) impediret: quin in Christo possent esse duæ filiationes secundum rem differentes; nisi immediatum subiectum filiationis esset suppositum, quod quidem, secundum secundam opinionem non est, nisi suppositum æternum in Christo, & quia ex nullo temporali aduenit rei æternæ aliqua realis relatio: sed rationis tantum: ideo filiatio quæ consequitur Christum ex generatione temporali non est realis: sed rationis tantum; & tamen realiter filius est: sicut & deus realiter dominus ex hoc est, quòd creatura realiter refertur ad ipsum. Vnde concedo, quòd in Christo non est nisi vna filiatio realis, qua refertur ad patrem, & respectus quidam rationis quo refertur ad matrem: tamen prima opinio quæ ponit duo supposita posset ponere duas filiationes: nec tamen poneret duos filios masculine: sed duo filia neutraliter, si latine diceretur. I

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd natiuitas temporalis siue generatio passiua Christi est quædam relatio, quæ secundum rem fundatur in humana natura, & ex hoc nominatur natus, sicut & homo: sed subiectum filiationis non potest esse natura, cũ sit eius quod habet complementum speciei, vt supra dictum est: & ideo duæ natiuitates causant duas filiationes: sed vnam tantum secundum rem, & aliam secundum rationem. Dist. 1. ad q. tum, & 5. o. In pri. ad ali

¶ Ad secundum dicendum, quòd philosophus non accepit esse, secundum quod dicitur actus entis: sic enim relatio non habet esse ex eo ad quod dicitur: sed ex subiecto sicut omnia alia accidentia: sed accipit esse pro quidditate, vel ratione, quam signat diffinitio: ratio autem relationis est, ex respectu ad alterum, vnde ex hoc, quòd filius dei refertur ad matrem, non oportet quòd habeat aliam filiationem ẽm rem: sed aliũ respectũ relationis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd maternitas posita ponit alium K respectum in Christo, & remota remouet illum respectum: sed non oportet quòd ponat aliam filiationem realem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd omnis motus est aliquid secundum rem: non autem omnis relatio. ergo quàmuis ex terminis multiplicentur respectus relationis: non tamen oportet ꝙ multiplicentur relationes secundum rem, sicut motus multiplicantur secundum rem ex diuersitate terminorum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd respectus scientiæ ad scientem, & ad scibile, non est unius rationis: sed respectus eius ad scientẽ inest ei ex hoc, quòd est accidens: respectus autem eius ad scibile inest ei, ex hoc, quòd est scientia. vnde si referretur inquantũ est scientia, ad vtrumque, oporteret quòd essent respectus diuersi secundum speciem: sed respectus filii ad patrem & ad matrem est ad terminos vnius rationis. vnde non oportet quòd sit diuersa relatio secundum speciem, neque secundum rem.

¶ Ad sextũ dicẽdũ, ꝙ si pater carnẽ assumpsisset de virgine esset filius virginis, non quidẽ per aliq̃ realẽ filiationem, cuius suppositũ æternum subiectũ esset: sed per respectum rationis tantum.

Expositio

EXPOSITIO TEXTVS.

HOC est *enim nasci de virgine*. s. hominem assumere. Verum est, si humana natura dicatur homo: & si assumere, dicatur ad se sumere, vel in se: quod diuinę naturæ non conuenit.

DIVISIO TEXTVS.

POstquàm magister determinauit qd conueniat naturę diuinæ ex vnione ad humanam: hic determinat quid conueniat humanæ ex vnione ad diuinam, quòd scilicet adoratur adoratione latriæ. Diuiditur autem hæc pars in duas partes. In prima mouet quæstionem. In secunda determinat eam ibi; *Ideo quibusdam*. Et hæc diuiditur in duas partes ẽm quòd duas opiniones ponit. secunda incipit ibi; *Aliis placet*. Et hæc diuiditur in tres. In primo ponit solutionem. In secunda respondet ad obiectionem factam in contrariam ibi *Nec contra hoc facit*. In tertia cõfirmat solutionem ibi. *De hoc Ioannes ita ait*. Hic est duplex quæstio. Primo enim quæritur de latria. secundo de dulia.

DISTINCTIO. IX.

De adoratione humanitatis Christi. An eadem sit adoratio humanitati & diuinitati exhibenda.

A

PRETEREA, Inuestigari oportet, vtrum caro Christi & anima, vna eadẽq; cum verbo debeãt adoratione adorari; illa. s. quæ latria dicitur. Si enim animæ vel carni Christi exhibetur latria quæ intelligitur seruitus, siue cultus soli creatori debitus: cum anima Chri uel caro, creatura tantum sit, creaturæ exhibetur quod soli creatori debetur: quod facienti in idolatriam deputatur. Ideoq; quibusdam videtur non illa adora- B tione, quæ latria est, carnem Christi vel animam esse adorãdã: sed ea,

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur tria.

Primo. Quid sit latria.
Secũdo. Cui debetur. Et habito quòd soli deo: quæritur.
Tertio. Qualiter sit ei exhibenda.

ARTICVLVS I.

Vtrum latria sit uirtus, uel donum.

22. q. 81. 2. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd latria nõ sit virtus. Omnis enim virtus in libera voluntate consistit: sed seruitus libertati opponitur cum ergo latria sit seruitus, vt dicitur in littera, videtur quòd non sit virtus.

¶ 2 Præt. Omnis virtus consistit principaliter in actu voluntatis. sed latria consistit in actu exteriori. s. in exhibitione sacrificiorum: ergo videtur quòd non sit virtus.

¶ 2 Præt. Ad latriam pertinet reuerentiam deo exhibere. hoc aũt ad donũ timoris pertinet. ergo latria est donũ, & nõ virtus.

¶ Præt. Latria dicitur alio nomine pietas. vt habetur ex littera, sed pietas est donum. ergo latria non est virtus, sed donum.

In. 1. ethicorũ. c. 16. Cap. 1. SED CONTRA. Laudabile secundum philosophum, est proprium virtuti: sed actus latriæ est maxime laudabilis. ergo latria est virtus.

¶ Præt. Omnis actus qui cadit in præcepto legis est actus virtutis, quia intentio legislatoris est inducere hominem ad virtutẽ, vt dr̃. 2. Ethic. sed actus latrię præcipitur per primum mandatũ. ergo latria est virtus.

ca. 6. 22. su. q. 61. 4. II VLTERIVS. Videtur quòd sit virtus generalis. Aug. enim dicit. x. de ci. dei, Verum sacrificium est omne opus quod geritur: vt sancta societate deo iungamur, sed huiusmodi est oẽ opus virtutis. ergo oẽ opus virtutis. est verum sacrificium: sed sacrificiũ: deo offerre proprie pertinet ad latriam. ergo ad ipsam pertinent omnes actus virtutum: & sic ipsa est virtus generalis.

Luc. 17. ¶ 2 Præt. Per omne opus virtutis deo seruiť. Luc. 17. Sic & vos cũ feceritis omnia quæ pręcepta sunt vobis dicite, serui inutiles sumus: sed latria est seruitus deo debita. ergo omne opus virtutũ pertinet ad latriã, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Quicunq; facit aliquid ad gloriam alicuius exhibet ei reuerentiã, sed apostolus prima Corin. 10. docet omnia in gloriam dei facere. ergo per omnia opera virtutis recte facta exhibetur deo reuerentia, sed reuerentiam deo exhibere pertinet ad latriam: ergo ipsa est virtus generalis.

SED CONTRA. Virtus generalis non præcipitur speciali legis præcepto. sed tota lege, sicut patet de iustitia legali, sed latria præcipitur speciali præcepto. s. per primum primæ tabulæ: ergo est virtus specialis.

¶ Præt. Vitio speciali opponitur virtus specialis. vnde philoso- A phus. 5. ethi. probat iustitiã esse specialem virtutem propter hoc quòd ei opponitur auaritia: quæ est speciale vitium. sed latriæ opponiť speciale vitium. s. idolatria: ergo est specialis virtus. cap. 4.

III VLTERIVS. Videtur quòd sit virtus theologica. † Augusti. dicit in enchiri. Si quæratur quomodo colitur deus: respondetur, fide, spe, & charitate. sed latria dicit cultus dei vt ex littera habetur ergo latria est fides spes & charitas, quæ sunt virtutes theologicæ.

¶ Præt. Virtus theologica est quæ habet deũ pro obiecto sicut fides qua crediť deus. & sic de aliis, sed latria habet deũ pro obiecto: quia ea colitur. ergo latria ẽ virtus theologica. cap. 1.

¶ 2 Præt. Oĩs virtus cardinalis tenet medium inter superfluum & diminutum, sed latria non est hmõi, quia deus non potest nimis coli, ergo latria non est virtus cardinalis: sed theologica.

SED CONTRA. Nulla virtus theologica habet actum exteriorem: sed latriæ actus est sacrificium offerre qui est actus exterior. ergo non est virtus theologica. In. 5. Eth. cap. 5.

IIII VLTERIVS, Quæritur ad quam virtutum cardinalium reducatur. & videtur, quod non ad iustitiam de qua magis videtur. Iustitia enim secũdum quòd est specialis virtus vna de quatuor cardinalibus consistit secũdum philosophum, in communicatione actiuæ vitæ. sed in præsenti vita non est nobis communicatio C cum deo. vnde dr̃ Dan. cap. 10. Exceptis diis, quorũ non est cum hominibus conuersatio. ergo nõ potest nobis esse iustitia ad deũ: sed latriam deo exhibemus: ergo non potest esse species iustitiæ.

¶ 2 Præt. Secundum philosophum. 5. ethi. Non est iustitia proprie dicta inter dominum & seruum sicut nec alicuius ad se, quia seruus quod est & quod habet domini est. similiter nec patris ad filium, qui est quasi pars eius, sed nos habemus nos ad deum sicut serui ad dominum: & filii ad patrem. ergo non est iustitia nostri ad deum: & ita latria non est pars iustitiæ. cap. 6.

¶ 3 Præt. Iustitia proprie in ęqualitate consistit: sicut dicit philosophus. 5. ethicorum. sed non est possibile nos æquari deo secundum opus nostrum: ergo non potest esse iustitia nostri ad deũ & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Tullius in rhetorica ponit religionem speciẽ iustitiæ: sed religio secundum quod ipse accipit est idem quod latria, quia religio, secundum eum, est quę superiori cuidam na- D turæ (quam diuinam vocant) cultum cęrimoniamq; affert, ergo latria est species iustitiæ. Ad Hereu. lib 3. dein uen. lib. 2.

¶ Prę. Reddere debitũ actus est iustitiæ: sed latria est cultus deo debitus. vnde exhibet deo quod ei debetur: ergo latria est pars iustitiæ.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem: quòd quando aliquid commune in multis inuenitur si in aliquo eorum secundum specialem modum inueniatur: habet etiam nomen speciale sicut nasus curuus dicitur simus. Similiter cum obsequium diuersis possit exhiberi speciali quodam & supremo modo deo debetur, quia in eo est suprema ratio maiestatis & dominii, & ideo seruitium vel obsequium quod ei debetur: speciali nomine nominatur & dicitur latria. Hoc autem nomen tripliciter sumitur. quandoque enim pro eo quod deo in obsequium exhibetur, sicut sacrificium, genuflectiones & huiusmodi, qñq; autem pro ipsa exhibitione: quandoque vero pro habitu quo exhibetur E obsequium. Et primo modo latria non est virtus: sed materia virtutis, secundo modo est actus virtutis. tertio modo est virtus, & nominatur hæc virtus quatuor nominibus: dicitur enim pietas quãtum ad effectum deuotionis: quod primum occurrit. Dicitur etiam theosebia idest diuinus cultus: vel eusebia idest bonus cultus quantum ad intentionem attentam. Illud enim coli dicitur cui studiose intenditur, sicut ager vel animus vel quicquid aliud. Dicitur etiam latria: idest seruitus quantũ ad opera quæ exhibentur in recognitionem dominii, quod deo competit ex iure creationis, dicitur etiam religio quantum ad determinationem operum ad quæ homo se obligando in cultum dei determinat: quibus tamen nominibus vna & eadem virtus nominatur secundum diuersa quæ ad ipsam concurrunt. θεοσέβεια εὐσέβεια λατρεία

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd secundum philosophum in principio meta. Liber est qui sui causa est: vnde seruus dicitur qui causa alterius ẽ: & seruitiũ quod causa alterius agiť. Sed alterius causa agi est dupliciter: vel sicut finis, sicut seruus nõ lucrať 3. ca. lect. 5.

sibi

sibi, sed domino, vel sicut mouentis, sicut seruus non proprio motu, sed motus, sicut instrumentum domini operatur, seruitiũ ergo quantum ad hoc secundum tollit libertatem voluntatis, & per consequens virtutem, sed quãtum ad primum non, quia homo potest propter alterum operari: quod sibi debet etiã propria voluntate, & secundum hoc latria dicitur seruitus.

¶ Ad secundũ dicẽdũ: ꝙ quàmuis virtus habeat ꝙ sit virtꝰ ex actu interiori, scilicet ex electione, tñ ꝙ sit determinata virtus habet ex actu exteriori, quia nostra electio determinatur per actum exteriorem, qui elicitur ẜm quẽ attingit virtus propriũ obiectum vel materiã, ex quo specificatur actꝰ vel habitus: & ideo virtutes quædã habent actus exteriores non solum interiores: sicut patet de fortitudine & iustitia.

quæ dulia est: cuius duas species: uel modos esse dicunt. Est.n. cuiusdã modi dulia, quæ creaturæ cuilibet exhiberi potest. & est quędã soli humanitati exhibẽda: non alii creaturę: quia Christi humanitas super omnẽ creaturã est uenerãda & diligenda. nõ tamen adeo ut cultus diuinitati debitus ei exhibeat, qui cultꝰ in dilectione & sacrificii exhibitione, atque reuerentia cõsistit: qui latinæ dicitur pietas: grece autem theosebia, idest dei cultus: uel eusebia, idest bonus cultus. Aliis autem placet, Christi humanitatem una adoratione cum uerbo esse adorandam: non propter se: sed propter illum, cuius est scabellum, cui est unita. Nec ipsa humanitas sola, uel nuda

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ uereri inquãtum huiusmodi est actꝰ timoris: sed exhiberi reuerentiã inquantum est deo debitum, est ꝓprie latriæ. vñ non sequitur idẽ esse latria & timoris donũ, sicut etiã pugnare viriliter ẽ actus fortitudinis inquãtũ huiusmodi, sed pugnare in acie regis inquantum miles, hoc debet ei propter fæudum, quod tenet ab eo: & est actus iustitie.

¶ Ad quartũ dicendũ: ꝙ pietas inquantum est donum, consistit in quadam beniuolentia supra modum humanũ ad omnes, sed pietas secundum quòd hic accipitur, consistit in quadam deuotione ad deum cui latria exhibetur: & hoc infra in tractatu de donis melius patebit.

Dist. 3. q. 1. artic. 1. 3. o. & q. 3. arti. 2. — AD SECVNDAM quæstionẽ dicendũ, quòd aliqua virtus dicitur generalis quatuor modis. vno modo quia prædicatur de qualibet virtute, sicut iustitia legalis quæ cõuertitur cũ virtute, & est idẽ subiecto ratione differens, vt dicit philosophus † 5. Eth. (cap. 11) & sic dicitur generalis quantũ ad suam essentiam. Secundo modo dicĩ generalis, inquantum ab ea dependent aliæ virtutes participãtes eius actum, & hoc modo prudentia generalis dicitur, quia ex ea omnes aliæ virtutes morales rectitudinem electionis participant, & sicut actus eius imiscetur actibus omnium aliarum virtutum. nihilominus ipsa in se est specialis, secundũ ꝙ habet specialem rationem obiecti, scilicet eligibile ad opus. Tertio modo dicĩ generalis, inquantũ operatur circa actus omniũ virtutũ, ita ꝙ oẽs cedunt ei pro materia, sicut magnanimitas, quæ operatur magna in omnibus virtutibus, vt dicitur † 4. Ethic. (cap. 8.) & tamẽ in se specialis virtus est. quia rationẽ specialẽ obiecti in omnibus attendit, scilicet dignum magno honore. Quarto, dicitur aliqua virtus generalis inquantum ad eam concurrunt diuersę virtutes, quia scilicet actus eius prçexigit actus multarum virtutũ, sicut etiam ad magnanimitatem præexiguntur aliæ virtutes, q̃a nullus potest dignificare magnis nisi virtuosus sit. Prima ergo generalis, est quasi vniuersalis. Secũda, quasi causæ dãtis ẽe. Tertia, quasi mouentis per imperium. Quarta, quasi totius integralis comprehendentis multa. Sic ergo dicendum est, quòd latria in se considerata est specialis virtus, quia habet specialem rationem obiecti, & actus, scilicet vt exhibeatur aliquid deo in recognitionẽ seruitutis, sicut feudatarius aliquid reddit dño suo, recognitione dñii. vnde actum & obiectum habet formaliter vnũ & specialem quantum ad prædictam rationem: quàmuis materialiter sint multi actus & multa obiecta. Potest autem dici generalis quãtum ad duos vltimos modos. Potest enim vti actibus aliarum virtutum materialiter sub prædicta ratione proprii obiecti, & iterum ad actum eius præexiguntur multæ virtutes alię, sicut fides, quæ ostendit cui exhibenda sit latria: & charitas quæ afficit ad eum cui exhibenda est: & sic possunt multæ aliæ cõcurrere. Quàmuis autem vtatur materialiter actibus aliarum virtutũ sub ratione proprii actus, tamen vtitur q̃busdã actibus qui non sunt proprie alicuius alterius virtutis elicitiuæ, sicut offerre sacrificia: facere prostrationes, & huiusmodi, nisi forte sicut imperantur a charitate & ostenduntur a fide, non autem eliciuntur: & isti videntur proprie actus esse latrię.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ offerre sacrificia est tm̃ de illis quæ pertinẽt ad latriã elicitiue. vnde hoc quod dicitur, oẽ opus quo deo iungimur esse sacrificium, est metaphorice dictum inquãtum deum placabilem reddit, ad quod sacrificium offertur.

¶ Ad secundum dicendum, quod aliud est deo seruire & aliud exhibere aliquid in recognitionem seruitutis. primum enim omnis virtutis cõmune est. Secundum autem proprium est latrię. vñ latria includit seruitiũ in ratione sui obiecti: & propter hoc per se inest ei, & a seruiendo nominatur: aliis autem virtutibus accidit & non pertinet ad proprias rationes ipsarum.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd ẜm quòd actus aliarum virtutũ in gloriã dei sũt: sic materialiter assumunt a latria, vt dictum est.

AD TERTIAM qõnẽ dicendũ, quòd virtutes theologicę, dicũtur proprie illæ q̃ habẽt deũ pro obiecto & fine, vñ nulla virtꝰ theologica habet actũ circa rẽ creatã ꝓprie loquẽdo, charitas.n. nihil in hoĩe diligit nisi deũ: obiectũ aũt circa qđ agit latria ẽ id, quod reddit deo in recognitionẽ seruitutis, quod nõ est deus: vnde nõ est virtꝰ theologica, sed ad cardinales reducitur. (In corp.)

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd deus dicĩ coli fide, spe, & charitate, nõ quasi cultus eliciatur his virtutibus, sed quia dictæ virtutes ordinant ad cultũ, vel etiã quia actus dictarum virtutũ materialiter concedunt in cultum modo prædicto.

¶ Ad ẜm dicendũ, quòd cũ dicitur: colo, vel adoro deũ, quàmuis actus videaĩ transire in deum sicut in obiectũ, transit tñ in rem aliã sicut in obiectum, & in deum sicut in finẽ, quia colere deũ est aliquid exhibere deo in protestationem seruitutis. (In corp.)

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd supfluũ & diminutum, inter q̃ mediat virtus moralis, nõ attenditur ẜm quãtitatẽ absolutã, sed in cõparatione ad rationem rectam. ut.s. fiat aliquid, ẜm quòd debet, quantũ ad omnes circunstantias. Vñ contingit quòd quantũ ad aliquã circunstantiam, virtus aliquã ponit in maximo, sicut magnanimitas quæ est circa maximos honores: & magnificẽtia quæ est circa maximos sumptus, vnde & in latria supfluum est non quòd deus colatur nimis, sed quantum ad has circunstantias exhibere cultum latriæ, cui non debet cultus exhiberi: & sic est idolatria, vel quando non debet, & sic est superstitio, quæ est religio supra modum obseruata.

AD QVARTAM quæstionem dicendũ, quòd ẜm philosophũ (In 5. Eth. cap. 5.) iustitia, ẜm quòd est specialis virtus, cõsistit in bonis quibꝰ homines sibi inuicem coĩcãt in vita ista, sicut sunt pecunia, honores, & huiusmodi, ẜm ꝙ vnus alteri huiusmodi communicare potest, in quibus iudex secundũ legem æqualitatem cõstituit vt vnusquisque habeat quod sibi debetur nõ plus nec minus. & in hac æqualitate cõsistit iustitia. vñ iustitia sic accepta, vt ipse dicit, non est nisi in illis qui nati sunt regulari eadẽ lege, & sub eodẽ principe esse, & æqualiter principari. Vnde ẜm ipsum talis iustitia nõ est domini ad seruum nec patris ad filium: quia seruus & filius res eorum sunt, vñ non est ad eos iustitia sicut nec ad seipsum: tamen est ibi quidam modus iustitiæ, ẜm quòd dominus reddit seruo quod sibi debetur vel econuerso: quod appellatur iustum dominatum, & hoc modo se hẽt ad iustitiam latria, quia cõsistit in hoc, quod reddit deo quod sibi debetur. vnde reducuntur ad iustitiam non quasi species ad genus, sed sicut virtus annexa ad principalem, quæ participat modum principalis. Et per hoc patet responsio ad duo prima, quæ secundum istam viam procedunt.

¶ Ad tertiũ aũt dicendũ, ꝙ prædictus modus iustitiæ qui est filii ad patrem & hominis ad deũ, nõ requirit ęqualitatem vt exhibeatur ẜm dignitatem eius cui exhibetur, sed ẜm possibilitatem reddẽtis. vnde dicit philosophus in. 8. Ethic. (cap. 14.) quòd nõ in omnibus reddendum est qđ est ẜm dignitatem, quemadmodum in his quæ ad eos & parentes honoribus. nullus enim secundum dignitatem alteri retribuit. Secundum potentiam autem famulans iustus esse videtur.

ARTICVLVS II.

Vtrum humanitati Christi exhibenda sit latria.

(3. q. 25. art. 2.) AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd humanitati Christi, non sit latria exhibenda, dicitur enim in glosa super illud Psal. Adorate scabellum pedum &c. Caro Christi non est adoranda illa adoratione latrię, quæ soli deo debetur.

¶ 2 Præt. Ea quę ad naturam pertinẽt in Christo distincta sunt, sed reuerentia non solum debetur personæ, sed naturæ: cum igitur natura humana sit alia a diuina alia sibi debetur reuerentia: ergo non debetur sibi latria quæ tantum deo debetur.

¶ 3 Præt. Sicut dictum est, latria exhibetur deo, inquantum est ipse dominus per creationem; sed creare non conuenit humanitati Christi. ergo non est ei exhibenda latria.

SED CONTRA. Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita deꝰ & homo vnꝰ est Christus; sed eadẽ reuerentia exhibetur animæ hoĩs, & carni eius. ergo eadẽ reuerentia exhibẽda est filio dei, & humanitati assumptæ, & sic adorãda ẽ latria.

sed cũ uerbo cui est unita, nec propter se: sed propter illũ, est adoranda, nec qui hoc facit, idolatriæ reus iudicari potest, quia nec soli creaturæ, nec propter ipsam: sed creatori cum humanitate, & in humanitate sua seruit. De hoc Io. † Dam. ita ait. Duæ sunt naturæ Christi, ratione, & modo differentes; unitæ uero secundũ ypostasim. unus igitur Christus, est deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cũ patre & spiritu sancto una adoratione, cũ incontaminata eius carne; non in adorabilem carnẽ dicentes. adoratur enim in una uerbi, ypostasi, quæ ypostasis generata est, nõ creaturæ uenerationem præbentes. Non enim, ut nudam carnem adoramus: sed ut unitam deitati

De fide Orthod. lib. 3. cap. 8. prope finem. — ¶ Præt. Hoc idem patet per authoritates & exempla in litera posita.

II (3. q. 25. 3.) VLTERIVS. Videtur, quòd nec imaginibus Christi, cultus sit exhibendus latriæ. Exo. 20. Nõ facies tibi sculptile, neque vllam similitudinem. ergo multo minus licet adorare imaginem Christi.

¶ 2 Præt. De nullo alio irridentur in scripturis idolatræ: nisi quia opera manuũ suarũ adorauerunt, quibus ipsi facientes meliores erant: sed similiter imagines quas ecclesia adorat, sunt opera manuum hominum: ergo videtur in similẽ derisionẽ incidere.

¶ 3 Præt. In cultu diuino non sunt exhibenda, nisi ea quæ per legem dei determinantur: sed non inuenitur in sacris scripturis institutum de imaginum adoratione. ergo videtur nimis præsumptuosum fuisse imaginum adorationem inducere.

SED CONTRA. Imago inquantum huiusmodi ducit in imaginatum: sed imaginatum harum imaginum, quas adoramus est Chrs, qui est adorãdus adoratione latriæ. ergo & imago eius.

In Sermo. contra Sabellianos & Arrium. — ¶ Præt. † Basilius dicit, quòd honor imaginis ad protopicum refertur, idest ad principalem figuram. s. ad imaginatum. ergo idem honor vtrique exhibendus est, & sic idem quod prius.

III (3. q. 25. 5.) VLTERIVS. Videtur, quòd beatæ virgini sit latria exhibenda, quia Dama. † dicit, quòd honor matris refertur ad filium. si ergo filius latria est adorandus similiter & mater.

¶ 2 Præt. De ipsa cantatur. Secumq; faciet matrem participem patris imperii, & ab omnibus dicitur domina mũdi & regina angelorum: sed deo exhibetur latria inquantum est dominus & rex. ergo & virgini matri, oportet latriam exhiberi.

(to. 9.) ¶ 3 Præt. † Aug. In lib. vnico de assumptione beatę Mariæ, probat quòd corpus virginis non est incineratum, quia est eiusdem naturæ cũ corpore filii, qđ ex suo sumptũ est. ergo si corpus filii est adorandum adoratione latriæ, videtur quòd similiter mater.

SED CONTRA. Beata virgo est pura creatura: sed latria soli creatori debetur. ergo ei non debetur latria.

¶ Præt. Ipsa adorat deum latria: sed non est eiusdem latriam exhibere & recipere: sicut nec creari & creare. ergo latria non est exhibenda beatæ virgini.

IIII (3. q. 25. 4.) VLTERIVS. Videtur, quòd non sit exhibenda cruci: sicut.n. secundum humanitatem passus est in cruce, ita secundum diuinitatem cœlum est sedes eius: sed cœlum propter hoc non est adorandum latria. ergo multo minus crux, cũ latria debeatur Christo, ratione diuinitatis, non ratione humanitatis.

¶ 2 Præt. Res inanimata indignior est homine: sed honor latriæ non est exhibendus ab homine, nisi ei qui est supra hominem. ergo crux non debet latria adorari.

¶ 3 Præt. Maiorem affinitatem habet ad Christum beata virgo q̃ crux eius: sed virgo non adoraĩ latria. ergo multo minus crux.

SED CONTRA reliquiæ aliorum sanctorum honorantur eodem honore quo ipsi sancti: sed crux est de reliquiis Christi. ergo est adoranda latria sicut Christus.

¶ Præt. Crux est imago Christi crucifixi: sed imago crucifixi Christi, est adoranda latria. ergo & crux.

V (3. q. 25. 6.) VLTERIVS quæritur, vtrum viris sanctis sit exhibendus honor latriæ, & vr̃ ꝙ sic, q̃a latria exhibeĩ deo rõne diuinitatis: sed sancti participatione dicunĩ dii. ergo eis debet latria exhiberi.

¶ 2 Præt. Imago impressa diuinitus est nobilior, quàm quæ facta est humanitus: sed imagines dei quas homo fecit adorantur latria. ergo multo fortius viri sancti, in quibus deus suam imaginem impressit & reformauit.

De ciui. dei cap. 19. — ¶ 3 Præt. Abraã, vt legitur Gen. 18. tres viros qui angeli erãt, vt dicit † Aug. adorauit adoratione latriæ. ergo videtur, quòd & aliis sanctis latria exhiberi possit.

SED CONTRA est quod legitur Act. 14. de Paulo & Barnaba qui prohibuerunt illos qui eis sacrificare volebãt, & in Hester 13. (Cap. 3.) legitur de Mardocheo qui noluit adorare Aman, ne honorem dei videretur transferre ad homines.

VI — A VLTERIVS. Videtur, quòd sine peccato alicui creaturæ possit latria exhiberi. legitur.n. Apoc. vltimo, quòd Ioannes voluit angelum adorare & prohibitus est ab eo: non autem prohibuisset, si eum dulia adorare voluisset, quia hæc angelis sanctis debetur. ergo volebat eum adorare latria, & ita hoc potest fieri sine peccato, vt videtur.

tur Christus, est deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cũ patre & spiritu sancto una adoratione, cũ incontaminata eius carne; non in adorabilem carnẽ dicentes. adoratur enim in una uerbi, ypostasi, quæ ypostasis generata est, nõ creaturæ uenerationem præbentes. Non enim, ut nudam carnem adoramus: sed ut unitam deitati

¶ 2 Præter. Opus, ẜm intentionem iudicatur: sed aliquis adorans angelũ, qui in forma Christi apparet habet intentionẽ bonã, credens ipsum esse Christũ: ergo adorãdo non peccat.

¶ 3 Pręt. Aliq̃s adorat hostiã non consecratã adoratione latriæ, credẽs ipsam esse consecratã, & non peccat, quia ignorantia facti excusat eũ; sed tñ idolatria est, quia Decretalis dicit, † ꝙ sacerdos qui non consecrat & fingit se consecrare: facit populum idolatrare. ergo videtur quòd homo possit creaturæ latriam exhibere sine peccato. (De celebratione missarum. lib. 3. Cap. de homine.)

SED CONTRA. Si aliquis hoc quod debet temporali domino, in recognitionem dominii alteri exhiberet, reus esset infidelitatis apud ipsum: ergo multo amplius peccat, si cultum deo debitum creaturæ impendat.

VII — VLTERIVS. Videtur, ꝙ si creaturę exhibeatur, vniuoce dicatur cũ ea quæ exhibeĩ deo: materia.n. nõ diuersificat speciẽ: sed cultus exhibitus deo & creaturæ nõ differt, vt videtur nisi materialiter: ergo non differt secundum speciẽ, & ita dicitur vniuoce.

C ¶ 2 Præt. Beatitudo vniuoce dicitur, quàmuis a quibusdã quæratur vbi est, scilicet in deo, a quibusdam vbi non est, scilicet in diuitiis. igitur similiter latria dicetur vniuoce, siue exhibeatur cui est exhibẽda, siue cui non est exhibenda.

¶ 3 Præt. Omnis cultus deo debitus est latria: sed idolatria est cultus deo debitus, idolo exhibitus. ergo est latria, & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Idem vniuoce sumptum non potest esse virtus & vitium: sed latria quæ deo exhibetur est virtus, quæ autẽ creaturæ est vitium. ergo non dicitur vniuoce.

¶ Præt. Deus non vniuoce dicitur de deo vero & idolo; sed vterque mouetur ex diuinitate eius cui latriam exhibet. ergo videtur quòd nec latria vniuoce dicatur.

RESPONDEO. Dicendum ad primam quæstionẽ, quòd duplex est modus quo aliquid honoratur: aliquid enim honoratur ratione sui & ratione alterius, ẜm philosophũ.n. in 1. Ethi. (Cap. 6.) Laus D & honor in hoc differunt, ꝙ laus debetur alicui, ꝑp bonitatem quam habet ex ordine ad alterum, vt qñ facit actum congruentem fini: honor autẽ debetur alicui ꝑp bonitatem quam habet ẜm se. vnde ẜm ipsum, laus debetur homini ꝑp actus virtutum qui ordinantur ad felicitatem: honor aũt debetur deo & diuinis. vnde sicut laus non debeĩ nisi actui, vel agenti, qui est dominus actus quasi per electionem agens: ita ẽt nec honor, quàmuis etiã honor non ita debeatur actui sicut laus: sed magis agenti. ergo ratione sui honoratur illud, cuius est per electionem agere: sed ratione alterius honoratur quod ratione honorati est. vnde parti hominis ẜm se considerate non debetur honor nisi ratione alterius. id autem cuius est agere, persona est, vel suppositum, quia actus sunt indiuiduorum. vnde quantum ad primum modũ honoris non debetur humanitati Christi honor, separatim a persona diuina: sed in ipsa & cũ ipsa adoratur, sicut manus cum homine: & ideo ẜm hoc debetur sibi honor latriæ, quantum aũt ad E ẜm modum honoris, qui partibus & etiã rebus inanimatis exhibetur, debetur sibi per se reuerẽtia & honor: & ideo non debetur sibi latria: sed dulia excellens propter singularem modum dignitatis, quem habet ex vnione ad verbum. patet ergo quòd honor quo honoratur aliquid ratione sui, ad humanitatem Christi nõ pertinet, vt per se consideratam: sed solum vt honoratur vno honore cum supposito in quo est, & sic debetur ei latria: sed honor qui debetur ei ratione alterius, pertinet ad eam etiam in se consideratam, & sic debetur ei dulia & quia, secundum primum modum magis proprie dicitur aliquid honorari, quàm secũdum secundum modum: ideo magis proprie dicitur, quòd humanitas Christi adoretur latria, quàm dulia & hoc, secundum secundam opinionem: sed secundum primam opinionem magis proprie diceretur, quòd sit adoranda dulia, quia prima opinio, ponit humanitati aliud suppositum agens, præter suppositum æternũ cui debeatur latria.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd humanitas potest considerari dupliciter, vel prout intelligitur non coniuncta

verbo, & sic non debetur sibi latria, sed hæc consideratio est in intellectu tantum, vel prout intelligitur vnita verbo, & sic potest honorari honore vno cum verbo, & sic debetur ei latria, vel alio: & sic debetur ei dulia & sic loquitur prædicta glosa.

¶ Ad secundum dicendum, quòd honor non debetur alicui ratione sui nisi personę. vnde ratio procedit ex falsis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis creare non sit humanitatis Christi, est tamẽ personæ verbi cum qua simul adoratur.

Ad secvndam quæstionẽ dicendũ; quòd imago potest dupliciter considerari. vel secundum q est res quædam, & sic nullus honor ei debetur (sicut nec alii lapidi vel ligno) vel secundum quòd est imago. Et quia idem motus est in imaginem, inquantũ est imago & in imaginatum, ideo vnus honor debetur imagini, & ei cuius est imago: & ideo cũ Christus adoretur latria, similiter & eius imago.

> in vnam ypostasim dei verbi, duabus reductis naturis. Timeo carbonem tãgere, propter ligno copulatum ignem. Adoro Christi Dei mei simul vtranque naturam, propter carni vnitam diuinitatem. nõ enim quartam appono personã in trinitate, sed vnam personam confiteor verbi & carnis eius. His verbis insinuari videtur, Christi humanitatẽ vna adoratione cũ verbo esse adorãdã. De hoc ẽt † Aug. ex sermone dñi (vbi dicit) Nõ turbet cor vestrũ: (ita dicit) Dicunt hæretici, filiũ nõ natura esse deũ, sed creatum. Quib9 rñdẽdũ est, quia si fili9 nõ est de9 natura: sed creatura, nec colẽd9 est omnino, nec vt deus adorandus: dicente Apostolo. Coluerunt, & seruierunt potius creaturæ quàm creatori: sed illi adhuc replicabunt, & dicent. Quid est quòd carnem eius, quam creaturam esse non negas, simul cum diuinitate adoras, & ei non minus quàm diuinitati deseruis? Ego dominicam carnem immo perfectam in Christo humanitatẽ ideo adoro, quòd a diuinitate suscepta, & deitati vnita est, vt non alium, & alium: sed vnum eundemque deum, & hominem dei filium esse confitear. Deniq; si hominem separaueris a deo, illi nunquam credo, nec seruio, velut siquis purpuram, vel diadema regale iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit: si ea cum rege adorare, quis contempserit. Ita

Ad primvm ergo dicendũ, quòd ante incarnationẽ Christi cũ deus incorporeus esset non poterat ei imago poni (sicut dicitur Isa. 40.) Et ideo prohibitum est in veteri lege ne imagines fierent ad adorandum, & præcipue quia proni erant ad idolatriã ex hoc quòd totus mundus idolatriæ insistebat, sed postquam deus factus est homo: potest habere imaginem cum habeat rationẽ humanitatis assumptæ, quæ simul cum eo adoratur, figuram corporalem: & ideo permissum est in noua lege imagines fieri. (Exod. 20.)

¶ Ad secundum dicendũ, quòd idolatrę credebant in ipsis imaginibus aliquod numen esse, quod ex ui syllabarum ipsis imaginibus acquireretur sub quibus fiebant imagines (sicut Hermes dixit) quòd datum hominibus erat facere deos, vt † Aug. narrat in lib. de ci. dei. (In lib. 8. c. 23.) vnde deseruiebant imaginibus non solum vt imaginibus, sed vt rebus, & præterea non solum vt imaginibus dei, sed vt imaginibus creaturarum, Solis aut Lunæ. vnde patet, quòd non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd apostoli multa tradiderunt quę scripta non sunt in canone, inter quæ vnum est de vsu imaginũ. vnde † Dam. dicit quòd Lucas depinxit imaginem Christi & beatæ Virginis, & Christus suam imaginem Abagaro regi direxit (vt dicitur in Ecclesiastica † historia) (De fide Ortho. lib. 4. c. 17. prope finem. Eccles. hist. li. 1. ca. 15.) Fuit autem triplex ratio institutionis imaginũ in ecclesia. Primo ad instructionem rudiũ, qui eis quasi quibusdam libris edocentur. Secundo, vt incarnationis mysteriũ & sanctorũ exẽpla magis in memoria essent: dũ quotidie oculis repræsentantur. Tertio, ad excitandũ deuotionis affectum, qui ex uisis efficacius incitatur quàm ex auditis.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd cum beata virgo sit per se quædam persona agens, ei debetur honor per se: vnde alia adoratione adoratur quàm filius eius: vnde non potest adorari latria: sed dulia: quia tamen non solum honoratur ratione sui: sed etiam ratione filii vt mater dei: ideo inquantum pertinet ad Christum honoratur yperdulia. (δυλεία ὑπερδουλεία)

Ad primvm dicendum, quòd honor matris refertur ad filium, non sicut ad subiectum, scilicet vt sit vnus motus in matrẽ & in filium sicut est in imaginibus: sed refertur in filium sicut in finem, quia propter filium mater honoratur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd deus est dominus & rex quasi creator, sed virgo non est creatrix: sed quasi creatoris mater: vnde non oportet quòd latria adoretur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd incorruptio quæ opponitur incinerationi debetur Christo, etiam ratione carnis quam assumpsit de virgine, non autem latria: & ideo non est similis ratio.

Ad qvartam quæstionem dicendum, quòd crux Christi etiam ipsa in qua Christus pependit, potest dupliciter considerari, vel inquantum crucifixi imago, & sic adoratur eadem adoratione, sicut crucifixus, scilicet latria, vnde eam alloquimur sicut crucifixum dicentes, O crux aue spes vnica, vel inquantum est res quædam, & sic cum non pertineat ad personam verbi sicut pars eius, non potest eadem adoratione adorari cum verbo: sed adoratur inquãtum est res quædam Christi ratione ipsius, yperdulia, sed aliæ cruces non adorantur nisi vt imago: & ideo adorantur tantum latria.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quàmuis cœlum sit sedes dei, non tamen vnitum est deo in persona, sicut caro Christi. vnde cœlum nec latria nec yperdulia honoratur. nec etiam dulia, cum non sit res viua: sed humanitas Christi, vel latria, vel yperdulia adoratur: & similiter ea quæ ad humanitatẽ Christi referuntur, vt crux, uestis, & huiusmodi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd crux inquantum est res quædã in se considerata, est indignior homine, nec ratione sui adoratur: sed ratione alterius qui in ea crucifixus est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si consideretur honor qui exhibetur cruci inquantum est res quędã ratione Christi, non est tantus quantus ille qui exhibetur virgini, sed cruci exhibetur quidam honor inquantum est imago qui non exhibetur matri. (De ver. dñi ser.)

Ad qvintam quæstionem dicendum, quòd deus est principium, & finis omnium & inquantum est principium adoramus eum latria: inquantum vero finis vltimus fruimur eo, in redeundo autem ad ipsum iuuamur p alias creaturas rationales, scilicet angelos & homines: & ideo quàmuis solo deo fruendũ sit, tamẽ possumus frui homine in deo sicut dicit apostolus & Aug. † (1. Cor.; De doctri. Christiana cap. & 33.) sed in exeũdũ ab ipso sicut a principio creante: nõ iuuamur per aliquam creaturam, quia immediate creauit nos: & ideo honor latriæ est sibi soli exhibendus non alicui in ipso, quantũcunque sit in participatione uę bonitatis nisi honoreẽ vno honore cũ eo, sicut caro Chr̃i & imagines.

Ad primvm ergo dicẽdũ, q viri sancti p participationẽ illã nõ efficiũtur primũ principiũ nostri eẽ, & iõ nõ debeẽ eis latria.

¶ Ad secundũ dicẽdũ, q homines sunt imagines dei p participationẽ suæ bonitatis, facientẽ expressam similitudinẽ, & hoc dat rei bonitatẽ in se: & ideo ratione huius est res ipsa ẽm se honorãda, sed imagines pictæ non sunt imagines per similitudinem in natura, sed per institutionẽ ad significandam, vnde & ex hoc nõ acquiritur eis nisi honor relatus ad alterum.

¶ Ad tertiũ dicendum, q angeli illi non apparuerunt Abrahæ in propria natura: sed in quibusdam corporibus quasi imaginibus assumptis. vnde inquantum erant imagines repræsentantes trinitatem poterant adorari latria: non autem inquantum repræsentabant angelos ipsos.

Ad sextam quæstionẽ dicendũ, quòd cum creaturæ nõ sit exhibenda latria, si exhibetur ei est exhiberi, cui nõ est exhibenda, & hoc facit vitium contrarium latriæ, sicut superfluum medio. vnde sine peccato fieri non potest.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd Ioãnes volebat adorare angelũ dulia, sed ꝓhibitus fuit ꝓpter tria. Primo ad ostendẽdũ dignitatẽ ipsius Ioãnis, qui multis angelis dignior fuit. Secundo ad euitandũ speciẽ idolatriæ. Tertio ad ostẽdendum exaltationẽ humanæ naturæ super angelos in homine assumpto.

¶ Ad secundum dicendũ, q qui adorat hostiã nõ cõsecratã, adorare eã oportet cũ conditione, scilicet si est consecrata, nõ tñ oportet, quòd hæc conditio semper sit actu explicita: sed sufficit quòd habitu teneat illam. vnde non peccat adorans eam, quia non adorat puram creaturam, sed Christum secundum intentionem suã, sacerdos autẽ quantũ in se est facit populum idolatrare, quia offert ei puram creaturam ad adorandum.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd nõ potest diabolus in specie Chr̃i apparens sine peccato adorari, nisi sit conditio actu explicita, nõ .n. sufficit solo habitu, quia ipsa nouitas rei insolitæ, considerationem & attentionem requirit, sicut dicitur de beata virgine Luc. 1. quòd cogitabat qualis esset illa salutatio.

Ad septimam quæstionẽ dicẽdũ, q quãdocunq; aliquod nomẽ imponiẽ alicui actui, vel accidẽti ẽm q determinaẽ ad aliquod vnum, non potest dici de alio nisi improprie vel metaphorice, sicut simitas imponitur curuitati nasi, vnde non potest dici quòd crux sit simum, vel lignum quod est curuum, nisi metaphorice, similiter cũ latria sit nomẽ impositum seruituti diuinæ, non potest quæcunque alia seruitus alteri exhibita dici latria, nisi improprie vel metaphorice. vnde latria non dicitur vniuoce de cultu dei veri & de idolatria.

Ad primvm ergo dicẽdũ, q materia q̃ includitur in ratione spẽi bñ diuersificat spẽm & impedit vniuocationẽ: sicut patet in exẽplo posito de curuitate nasi: & ita est in proposito.

¶ Ad secundũ dicendũ: q hoc nomẽ beatitudo significat aliqđ ꝓpter quod oĩa alia sunt eligenda: & ipsum propter se tm̃ eligatur, oĩs boni sufficientiã habẽs sine hoc, qđ concernat aliquam materiã: & ideo semper remanet habitudo vniuoce dicta: quamuis in diuersis rebus quæratur: sed non est sic in proposito. quia nomen latriæ materiam concernit.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd cum diciẽ quòd idolatria sit cult9 deo debitus idolo exhibitus, hoc quòd dicitur in idolo exhibitus, diminuit de ratione præcedentis. vnde non sequitur. ergo est latria, sicut aratio dicitur scissio quæ debetur terræ, si quis autem vomere scindit aquam, illa scissio est terræ debita, non tamen dicitur aratio nisi equiuoce.

Articvlvs III.

Vtrum latria debeatur deo ratione potentiæ, an sapientiæ an bonitatis.

(3.6.c.120.) Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd latria debeatur deo ratione potentiæ: seruitus enim dominium respicit: sed Deus dicitur dominus propter potentiam cohercendi subditam creaturam: vt dicit Boetius: cum igitur latria sit seruitus, videtur quòd debeatur deo ratione potentiæ. (De trinita. cap. 11.)

¶ Item videtur quòd ratione sapientiæ. debetur enim deo latria inquantum est deus: sed deus secundum Damasce. dicitur ex hoc quòd omnia videt: quod ad sapientiam pertinet. ergo videtur quòd debeatur ei latria ratione sapientiæ. (De fide lib. 1. cap. 3.)

¶ 3 Item videtur quòd ratione bonitatis, quia latriã ei exhibemus inquantum ab ipso sumus: sed quia bonus est, sumus: vt dicit Augu. ergo latria debetur ei ratione bonitatis. (De doctri. Christiana c.32. lib. 1.)

II Vlterivs. Videtur quòd alia latria debeatur patri, & alia filio. Latriam enim dirigit fides: sed fides alium articulum habet de patre, & alium de filio. ergo alia latria est vtrique exhibenda. (art. 2. corp.)

¶ Præt. Honor vt dictum est debetur personæ agenti: sed pater, & filius sunt duæ personæ. ergo duplex honor eis debetur.

¶ Præt. Humanitati Christi exhibetur vnus honor qui & verbo: sed non potest hoc intelligi: vt videtur: ratione naturæ, quia naturæ distinctæ sunt. ergo intelligitur ratione personæ: sed alia est persona patris alia filii. ergo & alius honor debetur vtrisque.

Sed contra. Remota distinctione personarum, adhuc debetur deo latria. ergo debetur ei ratione naturæ: sed natura est vna. ergo & latria est vna.

III Vlterivs. Videtur q non debeatur deo exhiberi latria secundum aliquos corporales ritus: sicut enim dicit Apostolus ad Gala. 4. Homines in veteri lege sub elementis huius mundi seruientes, erant quasi pueri sub pedagogo positi: sed sicut ipse dicit veniente plenitudine temporis, iam non sumus sub pedagogo, ergo non debemus deo latriã exhibere secundũ corporales act9. (22. q. 84. 2.)

¶ 2 Præt. Io. 4. dicitur. Spiritus est deus, & eos qui adorãt eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. ergo non oportet quòd eũ adoremus corporalibus actibus, vel genuflectendo, vel cantando.

¶ 3 Præt. Deus vbique est. ergo non magis debemus ad orientem adorare quàm ad aliam partem.

Sed contra. Nos, & spiritum, & corpus habemus a deo: sed secundum hoc quòd ab eo sumus, eum adoramus. ergo & spiritualiter, & corporaliter eum debemus adorare.

Respondeo. Dicendum, ad primam quæstionem, quòd latria profitetur seruitutem quam debemus deo, quia fecit nos. vnde debetur sibi latria inquantum creator, secundum quòd ipse est finis, & origo prima nostri esse, & hoc est quod dicit Glo. super illud Psal. 7. Domine deus meus in te speraui. Deus per creationem cui latria debetur, & quia ipse creator est inquantum bonus sapiens, & potens, & secundum omnia huiusmodi: ideo ratione omnium debetur sibi latria, & nõ secundum vnum horum tantum.

¶ Vnde patet responsio ad obiecta.

Ad secvndam quæstionem dicendum, q quia pater, & filius, & spiritus sanctus sunt vnus creator: ideo debetur eis vna latria, cum deo debeatur latria inquantum creator.

Ad primvm ergo dicẽdum, quòd fides debetur deo inquantum est res cogitabilis, & quia quæcunque ẽm rem distinguunẽ possunt seorsum cogitari: sed nõ cõuertitur: iõ tres ꝑsonæ: q sunt tres res diuersæ: diuersos fidei articulos habent: sed omnes tres personæ sunt vnus creator. vnde, & vna latria eis debetur.

Ad secundum dicendum, quòd natura diuina est per se subsistens, etiam circumscriptis personis distinctis: quas fides supponit: vnde agere competit ei, & circumscripta distinctione personarum, & per consequens latria.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis duæ naturæ sint distinctæ secundum se, tamen sunt vnitę in persona, & quia vnus honor debetur diuinæ naturæ, & personæ: ideo per consequens vnus honor debetur diuinæ naturæ, & humanæ, cui debetur vnus honor, qui & personæ diuinæ.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd in nobis est triplex bonum, scilicet, spirituale, corporale, & extrinsecum, & quia hæc omnia in nobis a Deo sunt: ideo secundum omnia debemus deo latriã exhibere, & ẽm spũm exhibemus ei debitam dilectionem, secundum corpus prostrationes, & cantus, secundum exteriora autem sacrificia, luminaria, & huiusmodi, quæ deo non propter eius indigentiam exibemus: sed in recognitionem q omnia ab ipso habemus, & sicut eum ex omnibus recognoscimus, ita ẽt eũ ex oĩbus honoramus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd corporalia erant in vet. leg. pure corporalia, quia gratiam non continebãt: erant tamen signa spiritualium: sed corporalia quæ nos deo exhibemus non sunt pure corporalia: sed sunt sacramenta continentia gratiam, & sacramentalia. vnde non est simile de noua, & veteri obseruantia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis deus sit spiritus, est tamen creator corporis: & ideo principaliter ei in spiritu seruire debemus: secundario autem etiam in corpore: & ideo etiam vocaliter oramus: vt sibi nõ solum spiritus: sed etiam lingua carnis obsequatur, vt & nos ipsos, & alios ad laudem dei excitemus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis deus vbique sit, tamen institutum est ab ecclesia vt sacrificium missæ ei offeratur versus orientem propter tria. Primo, propter significationem, quia a deo est nobis mentis illuminatio: sicut lumen corporale ab oriente. Secundo, quia est nobilior pars orbis, & omne quod est nobilius apud nos, deo debemus. Tertio, propter opera quædam notabilia ipsius in oriente, quia ipse mouet Cœlum cuius motus ab oriente incipit, ipse etiam Paradisum in oriente constituit: ipse etiam ab oriente ad iudicium veniet, sicut ad orientem ascendit.

QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de dulia.

Et circa hoc quæruntur tria

Primo. Quid sit.
Secũdo. Vtrum habeat diuersas species.
Tertio. Cui debeatur.

Articvlvs I.

a Vtrum latria, & dulia sint idem.

Ad primvm sic proceditur. Videẽ quòd dulia sit idem quòd latria. deo enim non debetur nisi vnus honor: sed debetur ei dulia, & latria: sicut dicit glo. super illud Psal. 7. Domine deus meus in te speraui. Domine omnium per potentiam: cui debetur dulia: deus omnium per creationem: cui debetur latria.: ergo dulia, & latria sunt idem. (22. q. 103. 3)

¶ 2 Præt. Eadem virtus charitatis est, qua diligitur deus & proximus: sed latria honoraẽ de9, dulia proximus. ergo ẽ eadẽ virt9.

¶ 3 Præt. Differentia secundum materiam non diuersificat speciem: vt dicitur. 10. Meta. sed honor qui debetur deo & proximo, non differunt nisi secundum materiam. ergo non sunt diuersi in specie, & sic idem quod prius. (t.c.25.)

¶ 4 Præt. Magis, & minus non diuersificant speciem. ergo quàmuis sit deus magis honorandus quàm proximus, non propter hoc sunt diuersę species.

Sed contra. Sapientia, & scientia sunt diuersa dona, quia vnum est de æternis, alterum de temporalibus. ergo simili ratione latria, & dulia sunt diuersę virtutes.

¶ Præt. Habitus distinguunẽ p actus, & actus p obiecta: sed dulia, & latria habent diuersa obiecta. ergo sunt diuersę virtutes.

Respondeo. Dicendum, quòd honor debetur alicui ratione excellentiæ quę in ipso est, non est autem vnius rationis excellentia diuina, & humana: & ideo non est honor vnius rationis. vnde oportet quòd latria, & dulia differant specie.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dulia quantum ad proprietatem vocabuli, dicit seruitutem communiter cuicunque debeatur, & quia deo debetur honor uel seruitus secundum modum perfectiorem; ideo nomen duliæ commune contrahitur, & quodammodo appropriatur ad honorem creaturæ, quia non addit aliquam differentiam ad dignitatem pertinentẽ supra cõmune: sicut nomen proprium trahit̃ ad conuersum accidẽtale: conuersum autẽ essentiale ꝓprio nomine dicitur diffinitio: & quia in deo est omnis ratio honoris, qui inuenitur in creatura, sed non conuertitur, ideo latria debetur sibi secundũ id, quod est sibi proprium, dulia autem secundum id, quod est commune sibi, & creaturæ per analogiam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ obiectum charitatis cum sit uirtꝰ theologica est bonitas diuina, quæ eadem est, siue in se siue in altero consideretur, & ideo dilectio dei & proximi ad vnam virtutem pertinent, sed honor exhibetur excellentie absolute quę nõ est vnius rationis in deo & creaturis: sed variatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hæc non est tantum materialis differentia, sed formalis, quia alia ratio reuerentiæ & honoris inuenitur in deo & in homine, & ideo causatur diuersitas secundum speciem.

¶ Ad quartum dicendum: quòd magis & minus non causant diuersitatẽ secundum speciem, sed aliquando consequuntur eam, quando scilicet magis & minus causantur ex diuersitate eorum, quę speciem diuersificant.

etiam in Christo Domino humanitatem non solam vel nudam, sed diuinitati vnitam, scilicet filium vnum deum verum, & hominem verum, si quis adorare contempserit, æternaliter morietur. Item super psalmum nonagesimumoctauum vbi dicit. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, sciendum est, quia in Christo terra est, id est caro, quæ sine impietate adoratur. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est: & de carne Mariæ carnem accepit. Hæc sine impietate a verbo Dei assumpta, adoratur a nobis: quia carnem eius nemo manducat nisi prius adoret, sed qui adorat non terram intuetur, sed potius illum, cuius scabellum est: propter quem adorat. His authoritatibus præmissæ inuestigationis absolutio explicatur.

ARTICVLVS II.

b Vtrum dulia habeat diuersas species.

22. q. 103. 4. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd dulia non habeat diuersas species: dulia enim diuiditur contra latriam, sed latria non diuiditur per species. ergo nec dulia.

¶ 2 Præt. Dulia attendit bonitatem vel excellentiam creatam, sed hoc inuenitur in omnibus communiter quibus debetur dulia. ergo non habet diuersas species.

¶ 3 Præt. Sicut dulia respicit debitum honoris: ita obedientia debitum præcepti, sed obedientia non differt specie secundum diuersos quibus debetur. ergo nec dulia.

¶ 4 Præt. Cum dulia debeatur diuersis secundum infinitos grãdus excellentię, si secundum diuersos quibus, debetur species diuersas haberet: essent infinitæ species duliæ, sed hoc est impossibile. ergo dulia non habet plures species.

ar. 1. cor. & ad 1. SED CONTRA. Dulia debetur deo & creaturæ (vt ex dictis patet) sed non est eadem ratio honoris in vtroque, ergo est ibi diuersa species duliæ.

¶ Præt. Dulia exhibetur rebus inanimatis sicut cruci, & reliquiis, & etiam hominibus, sed in his non potest esse vna ratio honoris: ergo dulia habet diuersas species.

RESPONDEO. Dicendum, quòd habitus diuersificantur per actus, & actus per obiecta. vnde vbi inuenitur diuersa ratio obiecti, oportet quòd sint actus & habitus specie differentes: cum ergo honor debeatur alicui ratione excellentiæ, quam habet: & non sit eiusdem rationis excellentia in diuersis: ideo oportet ꝙ sit alia ratio honoris & alia virtutis secundum speciẽ quæ diuersos honores exhibet. non enim idem honor debetur patri, regi, & magistro, & sic de aliis (vt dicit philosophus in.9.Ethico.) cap. 2. Inter omnes aũt, alias rationes excellentiæ, illa est pręcipua qua creatura honoratur ratione vnionis ad creatorem: sicut humanitas Christi & quæ ad ipsam pertinẽt: & ideo speciali nomine yꝑdulia nominatur: quasi super duliam ad latriam accedens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd excellentia creatoris est vnius rationis, & ideo latria, quæ hoc attendit est vna tantum, nec est simile de dulia, cum in creaturis sint diuersæ rationes excellentiæ.

¶ Ad secundum dicendum: quòd excellentia creata non est vnius rationis in specie, licet sit vna secundum genus: & ideo etiam dulia per species diuiditur.

¶ Ad tertium dicendum, quod obedientia respicit dominium secundum hoc, quòd seruus est quasi instrumentũ domini & mo mouetur ad imperium eius: sed dulia non considerat rationem vnam excellentiæ tantum, sed omnes.

¶ Ad quartum dicendum, quòd gradus excellentiæ possunt accipi dupliciter: vel secundum quantitatẽ tantum: & sic sunt infiniti & non diuersificant speciem duliæ: vel secundum rationem: & sic diuersificant & non sunt infiniti.

ARTICVLVS III.

Vtrum peccatores debeant honorari dulia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd peccatores nõ debeant honorari dulia: honor enim duliæ (vt dicit philosophus in primo Ethic.) cap. 6. est reuerentia exhibita alicui in testimonium virtutis, sed peccatores, etiam prælati, non habent virtutem. ergo qui eos honorant falsum testimonium perhibẽt, quod est peccatum.

¶ 2 Præt. † Greg. in pasto. prima parte ca. 1. dicit quòd in exemplum culpa uehementer extenditur: qñ pro reuerentia ordinis peccator honoratur, hoc autem fieri non debet vt in exemplum culpa trahatur. ergo neque prælatus peccator debet honorari.

¶ 3 Præt. Subditus bonus magis est deo similis, quàm prælatus malus, sed honor non exhibetur homini nisi inquantum habet dei similitudinem: quia rebus diuinis tantum debetur honor (vt dicit philosophus primo Ethic.) ergo minus honorandus est prælatus malus, quàm subditus bonus. tract. 4. 1. In 1. dist. q. 1. 2.

SED CONTRA est quòd Abraam honorauit peccatores habitantes in Sichen, quãdo voluit emere speluncam duplicem.

¶ Item: videtur quòd demonibus dulia debeat exhiberi, quia in eis manet diuina imago: quia bona naturalia eis data manẽt lucidissima: (vt dicit Dion.†) de Diui. nom. c. sed ratione imaginis, homini dulia exhibetur: ergo & demoni est exhibenda.

¶ Item videtur quòd irrationalibus, quia in eis est vestigium: quod est similitudo dei, sicut imago (etsi non adeo expressa) magis autem & minus non diuersificant speciem, ergo debetur eis dulia.

SED CONTRA. videtur ꝙ nec etiam hominibus boni, quia dulia seruitus est, sed non omnibus bonis hominibus seruitutem debemus. ergo nec duliam.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ dulia reuerentiam & honorẽ importat quę creaturæ exhiberi potest, cum autem honor (ut dicit philosophus) 1. Ethi. citatu. 1. nõ debeatur nisi rebꝰ diuinis, nõ debet̃ ꝓprie & directe nisi habẽti grãm & virtutẽ, quę diuinos facit, sed habet aliquis virtutẽ multiplr̃, vel sicut actu virtuosus, & huic directe debet̃ & ꝓprie & ſm se honor, vel sicut habẽs aptitudinẽ naturalẽ ad uirtutẽ: & sic cuilibet habẽti imaginẽ est exhibendus honor nisi sit confirmatus in malo, quia ligatus est in illo ordo ad virtutem: vel sicut ordinatus ad inducendum vel conseruandũ virtutem: & sic debetur omnibus prelatis, qui ad hoc ordinati sunt vt alios dirigant in virtutem.

Vide ad distin. 26. vsque ad distin. 34. inclusiue.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ peccatores, quàmuis non habeãt virtutẽ in actu, tñ habent in habilitate, & prelati habẽt et in hoc ꝙ sunt ordinati ad ipsam causandam vel conseruandam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ prælato dũ est in actu peccati, nõ debet exhiberi dulia: quia apparet in eo aliquid honori contrarium: sed ante, vel post sibi dulia debet exhiberi, quia nescitur in quo statu sit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ subdito bono debetur secundum se maior reuerentia, sed ratione prelationis debetur maior malo ꝓlato, Et est triplex ratio primo, quia prelatus gerit vicẽ dei: vnde, deus in ipso honoratur: secundo, quia ipse est ꝑsona publica & honorat̃ in ipso bonitas ecclesię, vel rei publicę: quæ est maior quã merita vnius singularis personæ: tertio, quia prælatio se habet ad virtutem sicut causa, efficiens in aliis virtutem, & dignius est alterius virtutis causam existere inquantum huiusmodi, quã virtuosum esse, vt dicit philosophus. 9. Ethic.

¶ Ad quartum concedimus.

¶ Ad quintũ dicẽdũ: ꝙ in demonibus est ligata aptitudo naturalis ad virtutem, & ideo non debet eis dulia exhiberi.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ similitudo vestigii non ponit aptidinem ad virtutem, sicut similitudo imaginis, & ideo dulia non debetur ei.

¶ Ad septimũ dicendũ: ꝙ sanctis non seruimꝰ quasi obnoxii eis, sed seruitute reuerentiæ, quia sunt nostri ductores, vel per doctrinam, vel per administrationẽ, vel per intercessionẽ, & exemplum, & saluatur in hoc ratio seruitutis, quantum ad hoc, quòd est causa alterius agere, sicut finis: non autẽ sicut mouentis per coactionem, vel imperium.

EXPOSITIO TEXTVS.

IN *dilectione sacrificii exhibitione & reuerentia.* dilectio refertur ad honorem interiorẽ deo exhibitum. sacrificia ad bona exteriora q̃ in eius honorem assumuntur: reuerentia secundum quòd corpus nostrum ei in obsequium damus sicut in ꝓstrationibus & huiusmodi. *Vna adoratione cum incontaminata carne eius.* ergo videtur, quòd filius sit magis adorandus, quàm pater vel quàm ipsemet ante incarnationem. Dicendum quòd humanitas eius nõ adoratur latria, nisi propter diuinitatem: & ideo non facit ipsum magis adorabilem: sed plura in ipso adorari, quia hoc quod additur (vt supra dictum est) non addit ad bonitatem diuinam. *Nemo carnem eius manducat nisi prius adoret.* Loquitur de manducatione spirituali: quæ sine reuerentia esse non potest; non autem de sacramentali, quia potest aliquis irreuerenter manducare. Vel dicendum, ꝙ loquitur quantum ad id, quod debet fieri secundũ institutionem ecclesiæ, quæ prius proponit carnem Christi adorandam, quàm tribuat manducandam; & non secundum quòd abusiue potest fieri.

DISTINCTIO X.

An Christus secundum quòd homo sit persona uel aliquid.

A

SOLET etiã queri a quibusdã, utrum Christus, secundum quòd hõ sit persona, uel etiam sit aliquid. Ex utraque parte quæstionis argumenta concurrunt. Quod enim persona sit, his ædisserunt rationibus: si secũdum quòd homo, aliquid est, uel persona, uel substãtia, uel aliud est; sed aliud non. ergo uel persona uel substantia: sed si substantia est, uel rationalis, uel irrationalis: sed non est irrationalis substantia: ergo rationalis. Si uero secundum ꝙ hõ est rationalis substantia: ergo ꝑsona (quia hæc est diffinitio ꝑsonæ, substantia rationalis indiuiduę naturæ) Si ergo secundum, quòd homo est aliquid: & secundum quòd homo persona est. Sed econuerso si secũdũ ꝙ hõ persona est, uel tertia in trinitate ꝑsona, uel alia; sed alia nõ: igit̃ tertia in Trinitate persona. At si secundũ, ꝙ homo persona est tertia in trinitate ergo deꝰ. Propter hæc incõuenientia & alia, quidam dicunt Christũ secũdũ hominem non esse b personã, nec aliquid nisi forte, secundũ, sit expressiuũ vnitatis personæ. Secundũ.n. multiplicẽ habet rationẽ. Aliqñ.n. exprimit cõditionẽ, vel proprietatẽ naturæ diuinæ, uel humanæ, aliqñ unitatem personæ, aliqñ notat habitũ, aliqñ causam. Cuius rationem distinctionis diligenter lector animaduertat atque in sinu memorię recõdat, ne eius confundatur sensus, cum de Christo sermo occurrit.

Et si Christus secundũ quòd homo dicatur esse substãtia rõnalis, nõ inde tamẽ sequitur quòd persona sit secũdũ quòd homo.

ILLVD tamen non sequitur qđ in argumentatione superiori indu-

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit Magister. quid cõueniat, vel non conueniat vni naturę ex hoc, quòd est alteri sociata in persona Christi. Hic determinat quid conueniat ipsi personæ Christi ratione humanæ naturæ. Quid enim sibi conueniat ratione diuinæ naturæ dictum est in 1. lib. diuiditur autem hæc pars in duas. Primo quærit vtrum conueniant Christo ratione humanæ naturæ, ea quæ ad dignitatẽ humanæ naturæ pertinere videntur. In secunda de illis quærit quæ pertinent ad defectum dist. 11. ibi. *Solet etiam quaeri.* Prima in duas. Primo inquirit de illlis quæ pertinent ad dignitatem naturalem humanæ naturæ: sicut est personalitas. Secundo de his quæ pertinent ad dignitatẽ gratiæ ibi. *Si vero quaeritur an Christus sit adoptiuus filius.* Circa primum duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo obiicit ad vtranque partem, & soluit ibi. *Quod enim persona sit.* & hæc pars diuiditur in duas secundum duas vias in quibus ad propositam quæstionẽ argumentatur. Secunda incipit ibi. *Sed aliter nituntur.* Circa primum duo facit. Primo ponit obiectionẽ. Secundo soluit ibi. *Propter hæc inconuenientia.* Circa primum duo facit. Primo obiicit ad partem affirmatiuam. Secundo ad partem negatiuam ibi. *Sed contra, si secundum quod homo. Propter hæc inconuenientia.* Hic soluit, & circa hoc duo facit. Primo respondet ad quæstionem. Secundo ad obiectionem ibi. *Illud tamen non sequitur. Sed aliter nituntur.* Hic ponit aliam obiectionem. & primo obiicit. Secundo soluit ibi. *Ad quod dici potest. Si vero quaeritur.* Hic inquirit de illis quæ pertinent ad dignitatem gratiæ. & primo de filiatione secundũ adoptionem. Secundo de prædestinatione ibi. *Deinde si quaeritur.* Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd Christus non sit filius adoptiuus. Secundo obiicit in contrarium ibi. *Sed adhuc opponitur.* Et circa hoc tria facit. Primo ponit obiectionem. Secundo soluit ibi. *Ad hoc dici potest.* Tertio solutionis confirmationem, quantum ad duo. Primo quantum ad hoc, quòd Christus est naturalis filius virginis ibi. *Quod vero naturaliter.* Secundo quantum ad hoc, quòd non sit filius per adoptionem ibi. *Quod autem non sit filius adoptiuus.* Hic est triplex quæstio. Prima quid conueniat Christo, secundum quòd homo. Secunda de adoptione. Tertia de prædestinatione.

QVAESTIO I.

Circa primũ quæruntur duo.

Primo. Vtrũ Christus secundum ꝙ homo sit deus.
Secũdo. Vtrũ Christus secundum ꝙ homo sit persona.

ARTICVLVS I.

a Vtrum Christus secundum quòd homo sit deus.

AD Primũ sic proceditur. Videt̃ quòd Christus secundum quòd homo sit deus. 3. q. 16. 11. Phil. 2. Dedit illi nomen, &c. † glosa. inquantum homo assumpsit nomen dei, non vsurpatiue: sed vere: sed nomẽ quod habet vere, vere dicitur de eo. ergo vere dicitur quòd Christus secundum quòd homo est deus.

¶ 2 Præt. Christus est deus per grãm vnionis: sed grã vnionis non cõuenit ei nisi ſm quòd est homo. ergo est deus secundum ꝙ hõ.

¶ 3 Præt. Christus secundum quòd homo dimittit peccata, vt patet Matth. 9. Vt aũt sciatis q̃a filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Sed hoc est tantum dei (vt dicitur Isaiæ. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. ergo secundum quòd homo est deus.

SED CONTRA. Christus ſm ꝙ deus fuit ab æterno. Si igitur ſm ꝙ hõ est deus, ſm ꝙ hõ fuit ab æterno, quod falsum est.

¶ Præt. Deus, & homo significant naturas disparatas: sed in talibus non potest vnum eorum secundum alterum alicui conuenire. ergo Christus non est deus secundum quòd homo.

II VLTERIVS. Videtur quòd non sit deus secũdum quòd iste homo. oẽ enim quod prædicatur de altero secundum quòd aliquid, oportet quòd sit diffinitio, vel pars diffinitionis aut per se accidens illius secundum quòd prædicatur. sicut cum dicitur. Petrus secundum quòd homo est animal rationale mortale. vel secundum quòd homo est risibile: sed deus nullo dictorum modorum se habet ad istum hominem. ergo hæc est falsa. Christus secundum quòd iste homo est deus.

¶ Præt. Christus secundum quòd deus, caret matre, si ergo Christus secundum quòd iste homo est deus, secundum quòd iste homo caret matre, quod falsum est.

¶ Præt. Remoto eo secundum quod aliquid alicui conuenit: vlterius non conuenit ei: sed remoto a Christo quòd sit hic homo adhuc conuenit sibi esse deum (quia ab æterno fuit deus) non autem ab æterno fuit hic homo. ergo Christus secundum quòd hic homo non est deus.

SED CONTRA. Sicut supra dictum est, ista propositio. iste homo est deus. non est prædicatio accidentalis: sed essentialis: sed prædicatum essentiale potest prædicari de subiecto quocunque cum reduplicatione: sicut sortes inquantum est homo est animal quia animal per se de homine prædicatur. ergo hæc est vera. Christus secundum quòd est hic homo est deus. d. 7. q. 1. 1.

¶ Præt. Hic homo demonstrat suppositum æternum: sed hæc est vera. Christus secundum quòd est suppositum æternum est deus ergo, & hæc est vera. Christus secundum quòd hic hõ, est deus.

III VLTERIVS. Videtur quòd Christus non sit prædestinatus secundum quòd homo, quod enim conuenit Petro secũdum quòd homo, oportet quòd cuilibet homini conueniat: sed esse prædestinatum non conuenit cuilibet homini. ergo nec conuenit Christo secundum quòd homo. 3. q. 24. 2.

¶ Præt.

¶ 2 Præt. Effectus prædestinationis conformitur respondet prædestinationi (alias esset prædestinatio falsa,) sed cum Christus sit prædestinatus esse filius dei, effectꝰ huius prædestinationis est esse filius dei: si ergo Christus secundum quòd homo non est filius dei: nec secundum quòd homo est prædestinatus.

SED CONTRA. Christus est prædestinatus, vt dicit apostolus Ro.1. sed non secundum quòd deus (vt patet ex dictis in 7. di.) ergo secundū quòd homo. 3.q.2.q.1.

RESPONDEO. dicendum, quòd id quod in aliqua propositione reduplicatur: cum hoc quod dico, secundū quòd est illud, per quod prædicatum conuenit subiecto; vnde oportet quòd aliquo modo sit idem cum subiecto, & aliquo modo idem cum prędicato: sicut medius terminus in syllogismo affirmatiuo ad prædicatum quidem habet comparationem: sicut ad id quod per se consequitur ipsum (nihil enim conuenit alicui, secundum quòd est animal nisi illud animali per se conueniat: secundum quemcunque modum dicendi per se) ad subiectum autem comparatur: sicut ad id quod aliquo modo includitur in subiecto: includitur autem in subiecto ipsa substantia subiecti, & antecedentia sicut causæ, & consequentia sicut accidentia: substantia autem subiecti est, & ipsum subiectum & natura eius, & ratione omnium istorum potest aliquid attribui Christo, & cuilibet homini: si enim aliquid attribuitur homini ratione principiorum præcedentium, sic dicimus, quantum ad causam materialem, quòd homo secundum quòd est compositum ex cōtrariis, est corruptibilis, quantum ad causam formalem dicimus, quòd homo secundum quòd habet animam rationalem, est ad imaginem dei: quantum vero ad causam efficientem dicimus, quòd Petrus, secundum quòd natus de tali patre, est hæres eius: quantum autem ad causam finalem dicimus, quòd homo secundum quod est ad beatitudinem ordinatus, oportet quòd sit immortalis, quantum ad animam: si autem attribuatur alicui homini, aliquid ratione accidentium, sic dicimus, quòd homo secundum quòd est coloratus est visibilis: si autem attribuatur sibi aliquid ratione suppositi: sic dicimus, quòd Sortes, ſm quòd Sortes est individuū: si autem ratione naturæ: sic dicimus, quod homo secundum quòd homo est animal.

Secundum hoc ergo dicendum ad primam quæstionem, quòd cum dicitur: Christus, secundum quòd homo est deus, ly homo, potest replicari ratione naturæ, & sic est falsa, quia naturæ humanæ non per se conuenit, inquantum talis natura, vt diuinæ vniatur: si autem replicatur ratione suppositi (cum suppositum humanæ naturæ in Christo sit suppositum æternum, cui per se conuenit esse deum) erit vera; quia tamen hoc nomen homo non importat aliquod suppositum determinatum humanæ naturæ, nisi per demonstrationem adiunctam, & solum cuidam determinato supposito humanæ naturæ conueniat per se esse deum: ideo nisi aliquid aliud addatur, vel intelligatur simpliciter, non est concedendum, quòd Christus secundum quòd homo est deus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd assumptio (vt supra di.5. dictum est) significatur per modum motus: cui autem conuenit per se moueri ad aliquid, non conuenit esse illud: sicut nigro conuenit per se moueri ad albedinem: non tamen conuenit ei per se esse album: similiter assumere nomen dei potest conuenire Christo secundū quòd homo: & tamen esse deum non conuenit ei, secundum quòd homo. q.1.1.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd hoc nomen Christus, significat personam in duabus naturis: vnde non conuenit ei per gratiam, ꝙ sit deus, sed ab æterno: sed ꝙ sit simul deus & hō, hoc est p gratiam vnionis. Vel dicēdum, quòd quàmuis gratia vnionis faciat hominem deum: non tamen ad idem refertur gratia vnionis, & esse deum, quia esse deum conuenit huic homini ratione personæ: gratia autem fit ei ratione naturæ: vnde secundum quòd homo habet gratiam vnionis, si fiat reduplicatio ratione humanæ naturæ: non autem secundum quòd homo est deus; sed secundū quòd talis persona.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dimittere peccata est dupliciter; vel per authoritatem, & sic cum sit solius dei: non est Christi inquantum est homo; si fiat replicatio ratione naturæ, vel per ministerium, & sic cōuenit Christo etiam ratione humanæ naturæ.

AD SECVNDAM quæstionem dicendū, quòd ad hoc ꝙ aliqua prædicatio sit p se; non oportet quòd prædicatū per se conueniat subiecto secūdum omne, quod in nomine subiecti implicatur; sed sufficit si secundum aliquid eorum per se sibi cōueniat: sicut ratiocinari per se conuenit homini: non inquantum habet corpus: sed inquantum animā habet. vnde hæc est per se: homo ratiocinatur; cum aūt dicit, iste homo, demonstrato Christo, includitur ex vi demōstrationis suppositū determinatū humanæ naturæ, quod est suppositum æternum, secundum secundam opinionem: cui supposito per se conuenit esse deum. vnde hæc est per se, secundum secundam opinionem: iste homo est deus, & quia ad veritatem huiusmodi locutionum non exigitur nisi quòd prædicatum per se conueniat ei, quod replicatur: ideo hæc est vera: Christus secundum quòd iste homo est deus. lib. de dua. nat. & vna ꝑsona Xꝑi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut aliquid est de diffinitione speciei, quod non est de diffinitione generis, ita aliquid esset de diffinitione indiuidui si diffiniretur, quod non est de diffinitione speciei; sicut pars materiæ (vt dicit philosophus in 7. Meta.) vnde licet deus non sit pars diffinitionis hominis; esset tamen pars diffinitionis huius hominis Christi, si diffiniri posset ratione personæ verbi. vnde patet, quòd est per se. tex.35.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ cum dicitur, iste homo, demonstratur suppositum duarum naturarum, quarum vtraque caderet in diffinitione eius si diffiniri posset: & ideo ea quæ sunt vtriusque naturæ per se ei conueniunt: & ideo Christus secundum quòd iste homo, est deus, & secundum quòd iste homo, est homo, & similis ratio est de illis, quæ consequuntur ad alteram naturam. I vnde secundum quòd iste homo, est habens matrem, & carens matre: nec vnum excludit aliud, cum nō sint opposita, quia non conueniunt secundum idem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd remoto a Christo toto hoc quod importatur cum dicitur: iste homo, non conueniet ei esse deum, quia includitur ibi natura diuina, & humana (vt dictum est) sed remota altera, scilicet humana natura, sequitur quòd filius dei, non possit dici iste homo: ratione tamen illius, scilicet humanæ naturæ non verificatur prædicta locutio, & est simile (sicut si dicatur) Petrus inquātum homo sentit, quia remoto rationali per intellectum, non erit homo, & remanebit sentiens (vt dicitur in libro de causis.) In hoc dem: q.2.1. Lect.1

AD TERTIAM quæstionem dicendum', quòd quia prædestinatio importat antecessionem: ideo per consequens includit factionem, quia omne quod est, postquàm nō fuit, dicitur factum: vnde dicitur aliquis prædestinatus inquantum præuisus est fieri K beatus: omnia autem quæ factionem important, & motum, conueniunt per se, ei quod accedit ad terminum: cui tamen per se non conuenit esse in termino: sicut moueri ad albedinem, per se conuenit non albo, cui non conuenit esse album; prædestinatio autem quæ de Christo dicitur, est respectu gratię vnionis secundum quam factum est, vt homo esset deus: cuius factionis terminus est esse deum. Accedens autem ad terminum est, quod assumitur ad vnionem, scilicet humana natura: & ideo ratione humanæ naturæ conuenit Christo esse prædestinatum; non autem esse deum. vnde hæc est vera: Christus secundum quòd homo est prædestinatus: hæc autem est falsa: Christus secundum quòd homo est deus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de illis quæ conueniunt alicui ratione humanæ naturæ, secundum rationem speciei; sed prædestinari conuenit Christo ratione humanæ naturæ particulatæ in ipso, vnde obiectio non est ad propositum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd effectus prædestinationis respondet prædestinationi conformiter, quantum ad id, de quo A est prædestinatio; non autem quantum ad conditiones prædestinationis, quia prædestinatio est æterna: effectus autem est temporalis, & sic est in proposito; quia Christus non est prædestinatus, vt sit secundum, quòd homo filius dei: sed ipsa prædestinatio cōuenit ei, secundum quòd homo, vnde patet, quòd huiusmodi locutiones sūt duplices, ex hoc, ꝙ implicatio potest ferri ad hoc, qđ est prædestinatum, vel ad hoc quòd est esse filium dei, de quo est prædestinatio.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus secundū quòd homo sit persona.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus, secūdum quòd homo sit ꝑsona: persona. n. vt dic† Boe. est rationalis naturę indiuidua substātia; sed Christus, secundum ꝙ hō est huiusmodi. ergo secundū quòd homo est persona. 3.q.16.12.

¶ 2 Præt. Quòd cō uenit alicui, secundū quòd homo, conuenit omni homini, secundum quòd est homo; sed Petrus secundum quòd est homo est persona: ergo & Christus.

¶ 3 Præt. Dicimus, quòd Christus secundum quòd homo aliquid operatus est: sicut quòd comedit. & similiter secundum ꝙ deus; sicut quòd mortuū suscitauit, nec sequitur propter hoc, ꝙ Christus sit duo; ergo videtur similiter, quòd si dicamus Christum, secundum quòd hominē esse personam, & similiter secundum quòd deum, quod non sequitur ipsum esse duo, & ita nullum aliud inconueniens.

SED CONTRA. Quicquid conuenit Christo, ſm ꝙ homo, D hoc est assumptum; sed persona non est assumpta, vt ex 5. dist. patet: ergo Christus non est persona secundum quòd homo.

¶ Præt. Impossibile est, quòd idem numero conueniat alicui ſm duas diuersas naturas: sed in Christo est tm̄ vna persona; ergo cū ſm naturam diuinam conueniat ei esse personā; ſm naturā humanā non cōueniet ei, & sic nō erit persona inquantū est homo.

II VLTERIVS. Videtur, ꝙ sit secundum ꝙ homo indiuiduū, Christus. n. ſm ꝙ homo est aliquid: sed non est aliquid vniuersale. ergo est aliquid particulare. ergo ſm ꝙ homo est indiuiduū.

¶ 2 Præt. In indiuiduo nihil est nisi natura speciei, & accidentia indiuiduantia ipsum: sed Christus secundum quòd homo habet naturam humanam, & accidentia indiuiduantia ipsum: ergo secundum quòd homo est indiuiduum.

¶ 3 Præt. Quicquid conuenit naturæ humanæ, conuenit Christo, inquantum est homo: sicut esse passibile, & mortale: sed humana natura in Christo, est quoddam indiuiduum. ergo Christus, inquantum homo est indiuiduum. E

SED CONTRA. Indiuiduum in genere rationalis naturæ nihil aliud est, quàm persona: sed Christus, secundum quòd homo non est persona: ergo nec indiuiduum.

III VLTERIVS. Videtur, quòd Christus, secundum quòd homo sit suppositum, vel res naturæ: suppositum enim, vel res naturę dicitur aliquis ex hoc, quòd habet naturam humanam; sed Christus secundum quòd homo habet humanam naturam: ergo secundum quòd homo est suppositum, vel res naturæ.

¶ 2 Præt. Humana natura ita vere est in Christo, sicut accidentia humanæ naturæ; sed Christus secundum quòd homo est subiectum accidentium humanæ naturæ: ergo & secundum quòd homo est suppositum vel res naturæ.

¶ 3 Præt. Christus secundum quòd homo est res quædam; sed non est res nullius naturæ. ergo est ſm quòd homo res naturæ.

SED CONTRA. Suppositum humanę naturæ est idem, quòd ypostasis, vel persona, sed Christus secundum quòd homo non est ypostasis, vel persona. ergo nec suppositū vel res naturæ.

¶ Præt. In Christo est tantum vnum suppositum; sed Christus secundum quòd deus est suppositum. ergo non secundum quòd homo est suppositū.

RESPONDEO dicendum, ad primā quæstionem, quòd in Christo non est ni si vna persona, quæ est ab æterno; nullū autem æternum conuenit Christo, secundū quòd homo proprie loquendo, vt patet ex prædictis. vnde hæc non est vera: Christus secundum quòd homo est persona, nisi replicetur suppositū hominis, vt dicatur Christus secundum quòd iste homo est persona: hoc enim uerum est. d.5.q.1.1.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd Christus secundum quòd homo, est substantia rationalis naturæ; sed secundum quòd iste homo, est indiuidua substantia rōnalis naturæ: vñ ſm quòd iste homo est persona; sicut secundum quòd iste homo est deus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam nec Petrus, inquantum homo est persona: sed secundum quòd iste homo; quia hæc non est per se. homo est persona; sed hæc. iste homo est persona.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc quòd Christus operatus est secundum quòd homo, & secundū quòd deus, sequitur, quòd in Christo sint duæ operationes; ita etiam si Christus esset persona secundum quòd homo, & secundum quòd deus sequeretur quòd in ipso essent duæ personæ.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut supra di.6. dictum est, indiuiduum inuenitur in subſtantiis, & accidentibus; secundum autem quòd in subſtantiis est, habet de ratione sui, quòd sit subſistens; non autem secundum quòd in accidentibus inuenitur, & vtroque modo inuenitur in Christo. tamen alterum tantummodo, prædicatur; humana enim natura in Christo est quoddam indiuiduum: sed Christus non est illud indiuiduum: sed est indiuiduum subſistens; & hoc modo accipiendo indiuiduum, secundum quòd de Christo prædicatur, est in Christo vnum tm̄ indiuiduum, sicut & vna persona. vnde sicut Christus non est persona ſm ꝙ homo, ita nec indiuiduum. q.1.1. corpore.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus secundum quòd homo est aliquid: non tamen sequitur. ergo secundum quòd homo est aliquid vniuersale, vel particulare, quia hominī accidit esse vniuersale, vel particulare: vnde hæc est per accidens: homo est aliquid particulare: hęc autem per se, iste homo est aliquid particulare. vnde Christus non est aliquod particulare secundum quòd homo: sed secundum quòd iste homo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de ratione indiuidui, secundum quòd de Christo prædicatur est, quòd sit per se subsistens, & hoc non conuenit Christo, secundum quòd homo: sed secundum quòd hic homo. vnde non oportet, quòd sit indiuiduum secundum quòd homo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea quæ conueniunt humanæ naturę, non oportet, quòd eodem modo, quo de natura prędicantur de Christo prædicentur, quia ipsa natura de eo nō prædicatur in recto, & in abstracto: sed oblique, vel concretiue. vnde non sequitur: si humana natura est indiuiduum, quòd Christus, ſm ꝙ homo sit indiuiduum: sed quòd habeat indiuiduam naturam.

AD TERTIAM qōnē dicendū, ꝙ in propositionibus p se, alter est ex parte subiecti, & ex parte ꝓdicati, q̄a ex pte subiecti sufficit, ꝙ ſm vnū tm̄ corū quæ in subiecto continentur, prædicatū per se subiecto conueniat, ex parte aūt prædicati oportet, quòd quicquid

quicquid est in prædicato per se conueniat subiecto. vnde hæc non est per se. homo est animal album. hæc autem est per se. albus homo est animal. secundum hoc dico, quòd in hoc quòd dico suppositum vel res naturæ, duo importantur, scilicet, respectus ad naturam communem, & aliud subsistens, cui inest respectus ille, quorum vnum inest Christo secũdum quòd homo, scilicet, respectus ad naturam cõmunem, non autem alterum, vt patet ex pdictis: & ideo hæc est falsa, Christus secundum q̃ hõ est suppositum vel res naturæ: tamẽ magis accedit ad veritatem quàm aliqua prædictarum, inquantum ista nomina imponuntur p respectum ad naturam communem. vnde si suppositum sumatur adiectiue est vera, Christus enim secundum quòd homo, supponitur humanæ naturæ, vel est aliquod suppositum humanæ naturæ, & hoc etiam valet ad ea quæ dicta sunt de persona, & indiuiduo, & per hoc etiam patet solutio ad primum.

In hoc eodem artic. — Trac. 74. — cap. 2. — In hoc eodem art.

hominem in vnitatem personæ, & hoc fuit gratiæ, non naturæ. vnde Aug. super Ioannem. Quòd vnigenitus est æqualis patri non est gr̃æ: sed naturæ. Quòd autem in vnitatem, personæ vnigeniti, assumptus est homo, gratiæ est, non naturæ. Christus ergo nec dei nec hominis est adoptiuus filius: sed dei naturaliter, & hominis naturaliter, & gratia filius. Quòd vero naturaliter sit hominis filius. † Augu. ostendit in lib. de fide ad Petrum. Ille, scilicet, deus factus est naturaliter hominis filius, qui est naturaliter filius vnigenitus patris dei. Quòd autem nõ sit adoptiuus filius, & tamẽ gratia sit filius, ex subditis probatur testimonijs. Hieronymus super epistolam ad Ephesios ait De Christo Iesu scriptum est, quia semper cũ patre fuit, & nunquam eum vt esset uoluntas paterna præcessit, & ille quidem natura filius est, nos vero adoptione. ille nunq̃ filius nõ fuit: nos anteq̃ essemus, prædestinati sumus, & tunc spũm adoptionis accepimus, quando credidimus in filiũ dei. Hilarius quoque in lib. 3. de Trinit. ait. Dominus dicens, Clarifica filium tuum, non solo nomine cõtestatus est se esse filium dei: sed & proprietate. Nos filij dei sumus sed non talis hic filius. Hic enim verus, & proprius est filius origine, non adoptione; veritate non nuncupatione: natiuitate, non creatione. Augu. † etiam super Ioannem ait. Nos sumus filij gratia, & non natura: vnigenitus autem natura, non gratia. An hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est? Ita sane. † Ambrosius quoque in libro primo de Trinitate, ait. Christus filius est, non per adoptionem: sed per naturam,

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia accidentia non pertinent ad esse rei sicut natura communis: ideo in nomine subiecti, non includitur nisi respectus ad accidens, non autem ratio per se existentis vt significatum eius: sed sicut præsuppositum: & ideo non est similis ratio de subiecto, & supposito.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus secundum quòd homo est quædam res, & etiam secundum quòd homo, est alicuius naturæ, non tamen sequitur quòd sit res naturæ, secundum quòd homo, quia plus est in significatione compositi quàm in significationibus componentium: quod & in istis accidit: sicut non omnis arma gerens, est armiger.

QVAESTIO SECVNDA.

Deinde quæritur de filiatione per adoptionem.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Quæritur de ea ex parte adoptantis.
Secũdo. Ex parte adoptati.

ARTICVLVS I.

Vtrum deo conueniat aliquem in filium adoptare.

3.q.23. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd deo non competat aliquem in filiũ adoptare. Adoptio enim est alicuius extraneæ personæ in filiũ, vel nepotem, vel deinceps legitima assumptio: sed deo non est aliqua persona extranea: quia omnes ipse condidit. ergo ei non competit adoptare.

¶ 2 Præt. Apud nos adoptans non est principium essendi adoptato: sed deus est omnibus principium essendi. ergo non competit ei aliquem adoptare.

¶ 3 Præt. Ille qui filios naturales habet, non adoptat aliquem nisi vt condiuidat hæreditatem cum filiis naturalibus: sed hæreditas dei patris indiuisibilis est: quia est ipsemet. ergo cum ipse habeat naturalem filium, non competit ei aliquem adoptare.

SED CONTRA. Adoptio contingit ex benignitate adoptantis ad adoptatum: sed deus maxime benignus, & amator est hominum. ergo ipsi maxime competit adoptare.

¶ Præt. Quodcũq; facit aliquos filios p gr̃am adoptat: s3 hoc deo cõpetit. Io. 1. Dedit eis ptãtem filios dei fieri. ergo ipse adoptat.

3.q.23.2. II VLTERIVS. Vr̃ q̃ adoptare sit tm̃ dei p̃ris, quia s̃m leges illius est adoptare, cui⁹ est filios generare: sed solius p̃ris in trinitate est filiũ generare naturale. ergo eius solius est filios adoptare.

q.1.2.c. ¶ Præt. Per adoptionem efficimur fratres Christi. Heb. 2. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: sed Christus non est filius nisi dei patris, vt supra dist. 4. dictum est. ergo, & nos per adoptionem solius patris filii sumus.

q.2.2.c. ¶ Præt. Sicut supra dist. 1. dictum est: ideo solus filius incarnatus est, ne nomen filii transiret ad alterum: sed non est magis inconueniens nomen filii transire ad aliam personam, quàm nomẽ patris. ergo nõ debet dici adoptare nisi deus pater, ne nomen patris ad aliam personam transeat.

F SED CONTRA. Oẽ nomen, effectum significans in creaturã dictum de deo, est commune toti trinitati: sed adoptare importat effectum in creatura. ergo toti trinitati competit.

¶ Præt. Secundum hoc quòd adoptamur in filios dei, deus pater noster dicitur: sed tota trinitas dicitur pater noster sicut in 1. lib. dist. 18. dictũ est: ergo totius trinitatis est adoptare. 5.3.

III 4.artic. VLTERIVS. Videtur, quòd per filium tantum fiat adoptio, per hoc quod dicitur ad Gal. Misit deus filium suum factum ex muliere, vt adoptionẽ filiorum reciperemus.

G t.4. ¶ Præt. Secundum philosophum. 2. Metaphi. illud quod est primũ i quolibet genere, est causa eorum quæ sunt post: sed filiatio primo inuenitur in filio. ergo p ipsum omnes efficimur filii: sicut per bonitatẽ filii dei omnes efficimur boni, & sic ex patre cœlesti omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur. ad Ephe. 3. Sed videtur quòd fiat per spiritum sanctum, per hoc quod dicitur Rom. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater.

¶ Præt. Per charitatem efficimur filii dei. 1. Io. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filii dei nominemur, & simus: sed charitas est spiritus sanctus. ergo per ipsum adoptamur.

H RESPONDEO. dicendũ, ad primã q̃onem q̃ adoptatio transfertur ad diuina, ex similitudine humanorũ hõ enim dr̃ aliquid in filium adoptare secundum quòd ex gratia dat eius percipiendæ hæreditatis suæ: cui per naturam non competit, hæreditas autem hominis dicitur illa, qua homo diues est. id autem quo deus diues est: est perfruitio suiipsius, quia ex hoc beatus est, & ita hęc est hæreditas eius. vnde inquantum hominibus, qui ex naturalibus ad illam fruitionem peruenire non possunt, dat gratiam, per quam homo illam beatitudinem meretur, vt sic ei competat ius in hæreditate illa. s̃m hoc dicitur aliquem in filium adoptare.

AD PRIMVM. ergo dicendum, quòd quàmuis nulla persona sit sibi extranea quantum ad esse quod ab eo participat: est tamen sibi extranea aliqua persona quantũ ad ius percipiendę hæreditatis.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd ex hoc ipso, quòd aliquis homo ex alio nascitur, habet ius in hæreditate paterna, vnde non est extraneus, vt adoptari possit: sed non ex hoc quòd aliquis habet esse a deo, competit sibi ius in hæreditate cęlesti: & ideo potest qui habet esse a deo per creationem, ab eo per gratiam in filium adoptari. I

¶ Ad tertium dicendum, quòd accidit adoptioni quæ est apud nos, vt per eam diuidatur hæreditas, inquantum a multis simul tota haberi non potest: sed hæreditas cœlestis tota simul habetur a patre adoptante, & ab omnibus filiis adoptatis, vnde non est ibi diuisio, nec successio.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd adoptare cõuenit toti trinitati, quia vna est operatio totius trinitatis, sicut & vna essentia: sed tamen potest apropriari patri, inquantum habet similitudinem cum proprio eius.

AD PRIMVM. ergo dicendum, quòd quàmuis sit solius patris generare filium qui sit deus: tamen totius trinitatis est producere filios per creationem: & ideo est etiam totius trinitatis p gratiam filios adoptare.

K ¶ Ad secundum dicendum, quòd ex adoptione quæ est per gratiam efficimur fratres Christi, inquantum per hoc efficimur filii dei patris, non autem inquantum efficimur filii Christi, vel spiritus sancti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd filiatio est relatio eius quod est a principio, paternitas autem est relatio principii. tota autem trinitas est principium creaturę. vnde magis potest trahi nomẽ paternitatis ad alias personas respectu creaturæ, quàm filiationis nomen.

AD TERTIAM quæstionẽ dicendum, q̃ hæc præpositio per, potest denotare duplicem causam, scilicet, agentem mediam, & sic sumus adoptati a deo patre per filium, vt appropriate loquamur, quia per eum deus pater multos filios in gloriam adduxit, vt dicitur ad Heb. c. 2. secũdum quòd eum misit in mundum saluatorem: põt ẽt notare formalem cãm: & hoc dupliciter, vel inherentẽ, vel exemplarem, si inherentẽ; sic adoptati sumus per spiritum sanctum cui appropriatur charitas secundum quam formaliter meremur. Ideo dicitur Ephe. 1. c. Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Si vero designat causam exemplarem formalem: sic sumus adoptati per filium. vnde Rom. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filii sui &c. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICV. II.

Vtrũ omnibus creaturis conueniat adoptari, an hoĩes ex ipsa creatione adoptet.

3.q.23.3. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd omnibus creaturis conueniat adoptari. deus enim dicit̃ pater noster, quia creauit nos sicut dicitur Deute. 33. Nunquid non ipse est pater tu⁹ &c. sed non est pater creaturarum per naturam, quia sic solius Christi pater est. ergo est pater per adoptionem. ergo omnibus creaturis conuenit adoptari.

¶ 2 Præt. Ex hoc quod deus aliquid creat, assumit illud in communicationem suorum bonorum ex mera sua bonitate: sed nihil aliud videt̃ esse adoptio. ergo cuilibet creaturę cõuenit adoptari.

¶ 3 Præt. Ex ipsa creatione deus imprimit rationali creaturæ imaginem suam, secundum quam dicitur filius dei: sed non adoptat nos nisi inquantum nos filios suos facit. ergo ex ipsa creatione ad minus homines adoptat.

artic. 1. cor. & ad 3.q. SED CONTRA. Sicut ex dictis patet. adoptio filiorum fit per spiritum sanctum: sed non datur spiritus sanctus ratione creationis. ergo nec adoptio est ratione creationis tantum.

II VLTERIVS. Videtur, q̃ nec angelis conueniat adoptari, quia illi conuenit adoptari, qui non est in domo patrisfamilias, & in ipsam inducitur: sed angeli semper fuerunt in domo dei, quia in cœlo empyreo creati sunt. ergo eis non conuenit adoptari.

¶ 2 Præt. Sicut in litera dicit: nos ideo filii dei adoptiui dicimur, quia cum nati fuerimus filii irę, p gr̃am facti sumus filii dei: sed angeli nunquam fuerunt filii iræ. ergo nunquam fuerunt non filii, ad minus secundum illos qui dicunt, quòd angeli fuerũt creati in gratia. ergo angelis non conuenit adoptari.

¶ 3 Præt. Gal. 4. dicitur. Misit deus filium suum vt adoptionem filiorum reciperemus: sed ad angelos nõ fuit missus filius dei, q̃a non est factus angelus: sicut est factus homo, secũdum quem modum ad hoĩes missus dicitur. ergo angelis non cõuenit adoptari.

artic. 1. cor. & ad 3.q. SED CONTRA. Per spiritum sanctum qui hominibus datur dicũtur homines adoptari, vt patet ex dictis: sed spiritus sanctus habitat in angelis, sicut etiam in hominibus. ergo angeli sicut & homines, dicuntur adoptari.

¶ Præt. Angeli dicuntur fratres, & consortes nostri: sed hoc non est nisi secundum quòd ab eodem patre, & ad eandem hereditatem nobiscum sunt adoptati. ergo eis conuenit adoptari.

III 3.q.23.4. 2. de Trini. VLTERIVS. Videtur etiam quòd Christus sit filius adoptiuus, quia † Hil. dicit. Potestatis dignitas non amittitur dum carnis humanitas adoptatur, & loquit̃ de humanitate Christi, ergo Christus secundum quòd homo est filius adoptiuus.

¶ Præt. Non vr̃ sequi aliquod inconueniens si dicamus Christum filium adoptiuum. neque enim sequitur quòd fuerit filius irę: neque aliquando fuerit non filius, quia angeli nunquam filii irę fuerunt, & tamen dicuntur filii adoptiui. ergo nihil prohibet Christum dicere filium adoptiuum.

¶ Præt. Maior est dignitas filii adoptiui quàm serui: sed Christus secundum quòd homo dicitur seruus, vt patet Phili. 2. ergo multo fortius potest dici filius adoptiuus.

¶ Præt. Per inhabitationẽ sp̃us sancti, homo efficitur filius adoptiuus: sed super Christum requieuit spiritus sanctus, vt dicitur Isa. 11. ergo ipse debet dici filius adoptiuus.

¶ Præt. Aug. in 1. li. de prædestinatione sanctorũ c. 15. dicit. Ea gratia fit ab initio fidei suæ homo quicunq; Christianus, qua gratia ille homo ab initio suo factus est Christus: sed quicunque homo fit ab initio Christianus, fit per gratiam adoptionis. ergo & ille homo factus est Christus per gratiam adoptionis, & ita est filius adoptiuus.

SED CONTRA. Super illo Rom. 1. Qui prædestinatus est filius dei in virtute. dicit Ambr. Volui, & reuolui scripturas, Christum nunquam filium adoptiuum inueni. ergo non est dicendus filius adoptiuus.

¶ Præt. Adoptare totius trinitatis est. si esgo Christus esset filius adoptiuus esset filius trinitatis, quod esse non potest, vt supra distin. 4. dictum est. A

RESPONDEO. dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut supra dist. 8. dictum est, de ratione filiationis est, vt filius producatur in similitudinem speciei ipsius generantis. homo autem inquantum per creationem producitur in participationem intellectus, producit̃ quasi in similitudinem speciei ipsius dei, q̃a vltimum eorum secundum quæ natura creata participat similitudinem naturæ increatæ, est intellectualitas, & ideo sola rationalis creatura dicitur ad imaginem, vt in 2. lib. dist. 16. dictum est: vnde sola rationalis creatura per creationem filiationis nomen adipiscitur: sed adoptio, vt dictum est, requirit, vt adoptato ius acquiratur in hæreditatem adoptãtis. hæreditas autem ipsius dei est ipsa sua beatitudo, cuius non est capax nisi ipsa rationalis creatura, nec ipsi acquiritur ex ipsa creatione: sed ex dono spiritus sancti, vt dictum est: & ideo patet quòd creatio irrationalibus creaturis, nec adoptionem nec filiationem dat: creaturæ autem rationali dat quidem filiationem: sed non adoptionem. q.1.2. q.1.1.5. Hom. 82. in Io. cap. 17. cap. 19. articu. 2. art. 1. corp. artic. 1. cor. & ad 3.q.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filiatio per adoptionem addit supra filiationem per creationem: sicut perfectum supra diminutum, & sicut gratia super naturam, vnde per creationem homo non efficitur filius naturalis neque adoptiuus, sed tãtum dicitur filius creatione, creaturę autem irrationales nullo modo. C

¶ Ad secundum dicendum, quòd communicatio quorumcunque bonorum non sufficit ad adoptionem: sed cõicatio hæreditatis, vñ nec aliqua creatura dicitur adoptari ex hoc, q̃ sibi aliqua bona communicantur a deo nisi communicetur ei hæreditas, quę est diuina habitudo.

¶ Ad tertium dicendum, sicut ad primum.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd beata fruitio sicut excedit naturam humanam, ita & naturam angelicam. vnde sicut hoc hoĩ dat̃ ex gr̃a, & non ex debito suæ naturæ: ita angelo, & propter hoc sicut cõpetit homini adoptari: ita & angelo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd domus dei inquantum filii adoptiui inducuntur, non dicitur cœlum empyreum: sed ipsa beatitudo diuina, secundum quam deus in semetipso quiescit, & facit alios in se quiescere, & in hac domo non semper fuerunt, quia non fuerunt creati beati. D

¶ Ad secundum dicendum, quòd accidit adoptioni; quòd adoptatus fuerit filius iræ, vel quòd fuerit prius tempore non filius. vnde ponit in litera magis ad euidentiam adoptionis, quàm ad necessitatem: sed hoc est de necessitate adoptionis, vt prius natura sit non filius quàm filius, vt filiatio sibi ex natura sua non competat: sed ex gratia quacunque collata, & hoc bene inuenitur in angelo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis missio filii in carnem non fuerit facta ad angelos: fuit tamẽ facta ad eos missio, quæ est in mentem, vt in 1. lib. dist. 3. dictum est.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd Christus nullo modo dicendus est filius adoptionis: quia ei competit ex sua natura: secundum quam æternaliter a patre nascitur habere ius in hæreditate paterna, quia omnia quæ habet pater sua sunt, vt dicitur Ioan. 16. vnde hoc ius non acquiritur ei per gratiam aduenientem vt possit dici filius adoptiuus. q.3.1.

E AD PRIMVM ergo dicendum: quòd humanitas adoptatur non in ipso capite: sed in membris eius. & sic intelligendum est verbum Hyl. Vel dicendum: quòd etsi adoptio aliquo modo possit dici de natura creata, quæ per gratiam trahitur in participationem diuinæ bonitatis: in vnitatem diuinæ personæ, non tamen oportet quòd supposito conueniat, cui naturaliter conuenit esse beatum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sequitur inconueniens, quòd Christus ad minus natura, vel intellectu esset prius non filius quàm filius: sicut est de angelis, quod nullo modo stare potest quantum ad secundam opinionem, quæ ponit quòd nullum suppositum præintelligitur vnioni, nec filiatio conuenire potest nisi supposito perfecto.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ Christus cum dicitur seruus, importat subiectionem tantum. vnde Christus secundum q̃ hõ dr̃ seruus: sicut minor patre. non autem importat acquisitionem p gratiã eius, q̃d ei cõuenit p naturam, sicut filius adoptiuus: & ideo

nomen

nomen seruitutis aliquo modo conceditur in Christo: non autē nomen adoptionis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aliis hominibus per Spiritum sanctum inhabitantem acquiritur ius, in hęreditate cęlesti de nouo quod in eis non competit per naturam: sicut filio dei competit. vnde per Spiritum sanctum inhabitantem nō dicitur adoptari.

¶ Ad quintum dicendum, quòd est similitudo, quantū ad rationē gratiæ, quia vtraque est sine meritis præcedentibus. non autem quātum ad effectum, quia illa est gratia vnionis, secundum quam efficitur naturalis filius: sed gratia qua homo fit Christianus, non facit filium naturalem: sed facit tantum adoptiuum.

per adoptionem nos filij dicimur: ille vero per veritatem naturæ est. Ex his euidenter ostenditur, quòd Christus non sit filius, gratia adoptionis. Illa enim gratia intelligitur cum August. eum non esse filium gratia asserit. Gratia enim sed non adoptionis. imo unionis filius dei est filius hominis & ecōuerso.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum prædestinatio Christi sit de natura an de persona.

DEINDE quæritur de prædestinatione Christi. Et videtur quòd non sit de natura: sed de persona. prædestinatio enim Christi est ad filiationem, quia prædestinatus est filius dei in virtute. Ro. 1. sed filiatio non competit naturæ: ergo prædestinatio non est de natura.

¶ 2 Præt. Eius videtur prædestinari cuius est agere, quia eius est etiam felicitari: sed agere est suppositi & non naturæ. ergo prædestinatio non est de natura.

¶ 3 Præt. Humana natura est vnius rationis in Christo, & in aliis hominibus: sed in aliis hominibus prædestinatio non est de natura: ergo nec in Christo.

SED CONTRA. Ro. 1. dicit glo. quòd prædestinatio est vno modo de eo quod non semper fuit: sed nihil est in ipso Christo, quod non semper fuerit, nisi humana natura. ergo prædestinatio est de natura.

¶ Præt. Ex hoc aliquis p̄destinaē, q̄ p̄uideē deo vniendus p̄ gratiā vnionis: sed humana natura ab æterno est præuisa deo vnienda p̄ grām vnionis. ergo humana natura est p̄destinata in Chr̄o.

II VLTERIVS. Videtur, quòd prædestinatio Christi non sit conformis prædestinationi nostræ, quia secundum Aug. prædestinatio qua nos prædestinamur, est propositū miserendi: sed hoc non competit prædestinationi Christi, quia ipse nunquam fuit miser. ergo prædestinatio sua & nostra non sunt vnius rationis.

¶ 2 Præt. Effectus prædestinationis est gratia: sed gratia Christi est alterius rationis, quàm gratia nostra, quia nostra gratia nō est vnionis in persona sicut sua. ergo nec prædestinatio eius & nostra, sunt eiusdem rationis.

¶ 3 Præt. Operationes differunt penes terminos: sed filiatio naturalis, ad quam terminatur prædestinatio Christi, non est vnius rationis cum filiatione adoptionis: ad quam terminatur nostra prædestinatio. ergo non sunt vnius rationis prædestinationis.

SED CONTRA est quòd vtrique prædestinationi competit vna diffinitio, scilicet prædestinatio est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. ergo sunt vnius rationis.

¶ Præt. Ro. 1. dicit glo. quòd præclarissimum exemplar nostræ prædestinationis præcessit in Christo. ergo est vnius rationis, quia exemplar & exemplatum sunt vnius rationis.

III VLTERIVS. Videtur, quòd prædestinatio eius sit causa efficiens nostræ prædestinationis. Ephe. 1. dicitur. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum: sed per, denotat causam efficientem, quando dicitur pater operari per filium. ergo eius prædestinatio est causa efficiens nostræ prædestinationis.

¶ 2 Item. Videtur, quòd sit causa exemplaris per illud quod dicitur Rom. 8. Quos prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui: sed imago ad exemplaritatem pertinet. ergo est causa exemplaris nostræ prædestinationis: sicut etiam sua resurrectio nostræ resurrectionis.

¶ 3 Item. Videtur quòd finalis, quia nostra prædestinatio videtur esse ordinata ad impletionē corporis Christi, vt patet Eph. 4. vnde ipse videtur esse finis nostræ salutis. ergo & eius prædestinatio nostræ prædestinationis.

SED CONTRA Aeternum non habet causam: sed prædestinatio nostra est ęterna. ergo non hēt cām, Christi prędestinationē.

F ¶ Præt. Christus non est prædestinatus, nisi secundum quòd homo: sed ipse secundum quòd homo non est causa nostri: sed secundum quòd deus. ergo prædestinatio eius non est causa prædestinationis nostræ.

RESPONDEO. Dicendum ad primam quæstionem, quòd prædestinatio accipitur cōiter & p̄prie: cōmuniter pro præscientia & præordinatione cuiuscunq; & sic patet q̄ prædestinatio pōt esse de natura: sēm autem q̄ proprie accipitur importat ordinē prædestinati ad gratiā: gratia autem creaturæ, facit vnionem ad deum, quæ quidem duplex est, scilicet per operationem, secundum quam nos vnimur deo, cognoscendo & amando ipsum & in persona: & secundum hoc humana natura fuit vnita deo: & ideo cum prædestinatio Christi ordinetur ad gratiam vnionis in persona, potest dici quòd natura est prædestinata, vel persona ratione naturæ.

Vtrum persona uel natura prædestinata sit.

DEINDE si quæritur utrum prædestinatio illa quam commemorat Apostolus sit de persona, an de natura. Sane dici potest & personam G filii quæ semper fuit esse prædestinatam secundum hominem assum

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prædestinatio Christi primum effectum habet ipsam vnionem. vnde cum vnio sit naturæ, potest etiā dici prædestinata: quàmuis sibi filiatio non conueniat, quia filiatio non est primus effectus prædestinationis: sed consequitur ad vnionem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de felicitate creaturæ, ex hoc quòd deo vnitur per operationem: sed ipsa natu- H ra beatificatur ex hoc, quòd deo vnitur in persona. Et per hoc ēt patet responsio ad tertium, quia prædestinatio aliorum hominū non est ad vnionem in persona: sed ad vnionem per operationē.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd multa requiruntē in prædestinatione, & ex parte prædestinationis, & ex parte prædestinati, & secundum terminum a quo, & secundum terminum ad quem, secundum quòd potest attendi diuersitas inter prædestinationem Christi & nostrā: ex parte autem prędestinantis, qui deus est, non est diuersitas inter prædestinationem Christi & nostram. est autem differentia ex parte prædestinati, quia in nobis est de persona: in Christo autem de natura, vt dictū est. Similiter est differētia ex parte termini a quo, quia in nobis est, vt liberemur a peccato: sicut dicit glo. super illud Rom. 8. Quos prædestinauit hos vocauit: in Christo autem non, quia neq; contraxit, neque fecit peccatum: sed neutra istarum differentiarum diuersificat rationem prædestinationis: sed solum illa quę est es- I sentialis & specifica: specifica autem differentia cuiuslibet motus, vel operationis accipitur penes terminum ad quem: illud autem quod est prædestinatio non est vnius rationis in Christo & in nobis, quia prædestinatio Christi est ad vnionem in persona: prædestinatio autem nostra ad vnionem per operationē, aut per habitum assimilantem. & hæ duę vniones non sunt vnius rationis: sed se habent secundum prius, & posterius, & perfectum & diminutū: & ideo prædestinatio Christi, & nostra non est vnius rationis, secundum vniuocationem: sed secundum analogiam. Et per hoc facile est respondere ad obiecta.

Ad p... q. co... nis im... diate.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd in ipsa prædestinatione duo sunt. vnum æternum, scilicet ipsa dei operatio, & aliud temporale, scilicet prædestinationis effectus. prædestinatio ergo nostra quantum ad illud quod est æternum in ipsa, causam non habet: sed quantum ad effectum potest habere causam, inquantum scilicet, eius effectus producitur mediantibus aliqui- K bus causis creatis, & secundum hoc prædestinationis nostræ causa efficiens est prædestinatio Christi, inquantum ipse est mediator nostræ salutis, & formalis, inquantum in filios dei ad imaginem eius prædestinamur, & finalis inquantum nostra salus in eius gloriam redundat. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

CHRISTVM *secundum hominem non esse personam nec aliud.* Primum horum conceditur ab omni opinione. Secundum autem non: sed a tertia tantum; quia primæ duæ opiniones dicunt, quòd secundum quod Christus est homo, est aliquid. hoc autem negare est error. *Secundum enim multiplicem.* Ista diuisio accipitur ex comparatione replicationis ad subiectum propositionis, quia potest fieri replicatio, vel eius quod antecedit subiectum, & sic notat causam, vel eius quod sequitur, & sic notat habitū, aut quodcunque aliud accidens: sed specialiter nominat habitum propter rationem

tionem tertiæ opinionis, vel ipsius subiecti, & hoc vel quantum ad naturam, & sic exprimit conditionem naturæ: vel quantum ad suppositum, & sic notat vnitatem personæ in Christo. *Illa tamen personae descriptio.* Contra est quòd directe ponit eam Boetius in materia ista in lib. de du. na. Dicendum, quòd magister verum dicit si capiantur stricte ea quæ in diuisione ponuntur: sed Boetius large accipit, & hoc patet in 1. lib di. 25. Non autem sic dicitur filius natura. Dicitē enim de[9] natura quasi formaliter: sed dicitur filius natura non formaliter: sed quātum ad modum originis, quia per modum naturæ procedit. *Christus nunquam fuit non filius.* Nec prius tempore, sicut nos nec prius natura aut intellectu sicut angel[9], si in gratia creati sunt. *Christum filium virginis esse natura, & gratia.* Contra. Natura, & gr̄a ex opposito diuidunē. ergo qđ est p̄ grām non est p̄ naturā.

1.1.1.

ptum, vt ipsa; scilicet, ens homo esset dei filius, & naturam humanam esse prædestinatam, vt verbo patris personaliter vniretur.

A

DISTINCTIO XI.

Vtrum Christus, sit creatura, siue creatus, uel factus.

SOLET etiam quæri, Vtrū debeat simpliciter dici atque concedi, Christum esse factum, uel creatum. Ad quod dici potest, quòd hoc simpliciter, & absque determinatione minus congruenter dicitur: etsi quandoque breuitatis causa simpliciter denuncietur, nunquam tamen simpliciter debet intelligi, quia vt Aug.† in 1. lib. de Trinit. ait. Cum de Christo B loquimur, quid secundum quid, & pp quid dicatur, prudēs, & diligēs, ac pius lector intelligere debet. Qui Christum, vel dei filiū non esse factum, vel creatū in lib. 1. de Trin.

¶ Præt. Christus est filius matris, sicut & quilibet alius homo: sed alii homines non sunt filii matrum suarum per gratiam. ergo nec Christus. Dicendum ad primum quòd gratia vnionis nō opponitur contra naturam, quia p̄ eam vna persona fit duarum naturarum: & sic quod inest per gratiam vnionis, inest per alterū tram naturarum naturaliter.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christum inquantum hominem nasci ex matre non fuit per gratiæ: sed nasci simul deum, & hominem hoc fuit per gratiam vnionis. *Non talis hic filius.* ergo videtur quòd filiatio dicatur æquiuoce. Dicendū, quòd non vniuoce, nec æquiuoce, sed analogice: sicut & alia quæ dicuntur de deo, & creaturis. *Origine, non adoptione.* Hoc dr̄ cōtra Nestorium, qui cum poneret in Chr̄o duas personas, non potuit ponere vnionem nisi p̄ gratiam, & sic sequeretur q̄ persona hoīs non sit fili[9] dei nisi per gratiam habitualem adoptionis, sicut & nos. *Veritate non nuncupatione.* Hoc dicitur contra Sabellium, qui posuit distinctas personas tantum nominaliter. *Natiuitate non creatione.* Et hoc dicitur contra Arrium qui dicebat filium dei esse creaturam.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister qualiter ea, quæ sunt dignitatis ī humana natura de Christo, possunt vel non possunt dici: hic determinat qūo de deo dici p̄nt ea, quæ ad defectum naturæ humanæ pertinent. Et diuiditur in duas partes. In prima, inquirit vtrum nomē creaturæ, quod de humana natura dicitur, de Chr̄o dici possit. In secunda, vtrum illi defectus qui consequuntur ipsam inquantum creatura, vel alio modo ipsi conuenire possint. dist. 12. ibi. *Post praedicta.* Prima in tres. In prima mouet qōnem. In secunda determinat eam ibi. *Ad quod potest dici.* In tertia excludit obiectiones, quæ contra solutionem fieri possunt, ibi. *Si igitur Christus secundum hominem.* Circa primum duo facit. Primo determinat propositam qōnem. Secundo confirmat determinationem. Et primo quantum ad hoc, q̄ Christus nō possit simpliciter dici creatura, ibi. *Qui Christum, vel dei filium.* Secundo quātum ad hoc, q̄ possit dici creatura cum determinatione, scilicet, inquantum est homo ibi. *Sed addita determinatione.*

A

QVAESTIO PRIMA.

Hic quæruntur quatuor.

Primo. Vtrum filius dei sit creatura.
Secūdo. Vtrum Christus, vel iste homo, possit dici creatura.
Tertio. Vtrum sit creatura secundum quòd homo.
Quarto. Vtrum omnia quæ humanæ naturæ conueniunt, de Christo possint prædicari.

ARTICVLVS I.

Vtrum filius dei sit creatura.

4.6.ca.3.& seq.& c.40.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ filius dei sit creatura. Eccl. 24. Ab initio, & an̄ sęcula creata sum, & loquitur de diuina sapientia: sed filius dei, est dei sapientia. ergo ipse est creatura.

¶ 2 Præt. Omne quod est subiectum deo, vel minus eo est creatu- A ra: sed fili[9] dei est huiusmodi, vt patet Io. 14. Pater maior me est. & 1. Corin. 15. dicitur q̄ filius erit subiectus patri qui subiecit ei omnia. ergo filius dei est creatura.

¶ 3 Præt. Hoc mō se hn̄t actiones adinuicem, sicut termini actionum: sed esse quod est terminus creationis est prius quacunquæ alia forma: ad quam terminantur aliæ actiones. ergo creatio est prior omnibus æliis actionib[9], vel productionibus: sed posterius semper præsupponit prius, cum ergo generatio conueniat filio dei secundū quam dicitur natus: videtur q̄ etiam creatio conueniat ei, vt dicatur creatus. ca.6. prope fin.

¶ 4 Præt. Vt probat Auicēna in sua Meta. Id cuius essentia est suum esse, est per se necesse esse: sed quod est huiusmodi nō habet esse ab alio, quia hoc quod est necesse esse absolute non est propter aliquid aliud, vt etiam dicit Philosophus in 5. Meta. ergo id cuius essentia est suum esse, non habet esse ab alio: sed filius habet esse ab alio. ergo nō est necesse eē: nec sua essentia est suū esse. ergo est creatura. t.com.6.

¶ 5 Præt. Omne quod habet causam sui esse est creatura: sed fili[9] habet causam sui esse, quia pater est causa filii, vt dicit Chrys. & omnes Græci doctores concedunt. ergo filius est creatura.

¶ 6 Præt. Oē qđ gigniē ad hoc gigniē vt sit: sed qđ est, nō gignitur C ad hoc quòd sit, quia iam est. ergo omne quod gigniē antequam gignatur non est: sed omne quod non fuit, & postea est, creatum est. ergo filius cum genitus sit, creatus est.

¶ 7 Præt. Omne quod habet aliquid ab alio, in se consideratum non habet illud, & caret illo si sibi relinquatur: sed filius habet esse ab alio. ergo in se consideratus non habet esse, etsi sibi relinquatur non esset: sed hæc est conditio creaturæ, secundum quam dicitur vertibilis in nihilū, quia omnia in nihilum reuerterentur nisi ea manus conditoris teneret. ergo filius est creatura.

SED CONTRA. Nulla creatura est consubstantialis creatori: sed filius est consubstatialis patri, vt dicitur Io. 10. Ego & pater vnum sumus. ergo filius non est creatura.

¶ Præt. Omnis creatura portatur per potentiam creatoris: sed id quod omnia portat, non portatur. ergo id quod omnia portat non est creatura: sed hoc est filius. Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. ergo filius non est creatura.

¶ Præt. Nihil est in deo quod sit creatura: sed filius est in deo patre cum sit verbum eius, & omne verbum est in dicente. ergo fi- D lius non est creatura.

¶ Præt. Omne qđ dicitur per similitudinem, reducitur ad id qđ proprie dr̄: sed hoīes dn̄r filii dei p̄ assimilationem ad vnicum filiū. Ro. 8. Cōformes fieri imaginis &c. ergo ipse proprie filius dicitur: sed nullus dr̄ proprie filius alicuius nisi habeat eandem naturam specie quam habet pr̄, & vere. ergo filius eius est vere de[9]: sed nulla creatura est huiusmodi. ergo filius non est creatura

RESPONDEO. Dicendum, q̄ filius naturaliter a pr̄e procedit. hoc. n. ipsum nomen filiationis demonstrat, si vera filiatio sit; qđ oportet maxime esse ī illa filiatione, & pr̄nitate, ex qua oīs paternitas, & filiatio in cœlo, & in terra noīatur, ad Ephe. 3. Maxime. n. vera sunt q̄ sunt causa esse veritatis in aliis vt dr̄ 2. Met. Oē autē quod naturaliter procedit ab altero duo habet, vnum est q̄ E æquatur ei a quo procedit, quia natura nō postponit facere opus suū nisi sit ex defectu agentis qui quidem defectus est in eo quòd agens naturaliter non habet perfectam virtutem ad agendum, sicut pueri ad generandum: vel in eo qđ agit per transmutationē exterioris materiæ: vñ effectus non sequitur nisi in fine transmutationis. & sic opoprtet q̄ duratione sequatur suā causam agentem quæ longe sunt a deo: cuius virtus non augetur, neq; materiam ex qua operetur requirit. restat ergo q̄ omne quod naturaliter a deo procedit coæternum sit ei, & ita filius est ab æterno. Aliud est qđ oportet esse in eo qđ naturaliter procedit ab altero q̄ sit simile ei a quo procedit, quia natura intēdit sibi simile producere inquantum pōt. vnde q̄ aliquid naturaliter procedens nō habeat perfectam similitudinem eius, a quo procedit cōtingit, vel ex defectu virtutis agentis, sicut in semine in quo debilitatur calor naturalis, vnde non sufficit ad generandum masculum, sed fęminam: vel ex defectu materiæ, quæ non pōt recipere totam virtutem agentis: sicut accidit in partibus monstruosis, hæc aūt duo a deo longe sunt, vt dictum est: vnde oportet q̄ hoc, quod naturaliter a deo procedit, perfectam similitudinem ad eum habeat. perfecta

t.4.

Hic Paulo supra ī cor.

fecta autem similitudo esse non põt, vbi non est eadem natura secundum speciem: natura autem diuina non potest esse eadem specie, nisi sit eadẽ numero, cum omnino sit immaterialis. vnde oportet ꝙ filius, qui naturaliter a deo patre procedit, habeat eandem numero naturã cum ipso, & per consequens idem esse, & ita omnibus modis ei erit aequalis, & q̃a natura, & esse dei patris nullo modo depẽdet ad nihil vel ad non esse, vt. s. nõ esse pręcedat eã tempore vel natura: ideo nec natura, nec esse filii ad nihil aliquo mõ depẽdet, ex quo patet, ꝙ filius nullo modo potest esse creatura: neque ẽm ꝙ fides de creatione loquitur, ẽm quam ponimus, ꝙ non esse duratione creaturã praecessit; nec ẽm ꝙ quidã philosophi posuerũt creationem, dicentes illud creari, qđ esse habet post non esse, non tempore: sed natura, & hoc est cuius esse depẽdens est ad non esse, q̃a in se consideratum & sibi relictum non est, cum solum ab altero esse habeat: sed de hoc in 1. li. dist. 2. dictum est plenius. (Ibidem.)

oñdit ita inquiẽs. In principio erat uerbũ, & uerbũ caro factũ est. & oĩa p ipsum facta sunt. Neq; dicit oĩa nisi quę facta sũt. s. cõem creaturã. Vnde liquido apparet ipsum a factũ non esse per quẽ facta sunt oĩa, & si factus nõ est, creatura nõ est. Si aũt creatura non est, eiusdem cũ patre substantiae est. Omnis. n. substantia quę deus nõ est, creatura est. & quę creatura non est, deus est. Sed si filius non eiusdẽ substantiae est cũ patre, ergo facta substantia est: & si facta substantia est, nõ oĩa per ipsum facta sunt. at omnia p ipsum facta sunt: facta igitur substãtia non est, sed una cũ patre imperfecta substãtia est. Itẽ in eodem, si uel filiũ fecit pater quẽ non fecit ipse filius, non oĩa per filiũ facta sunt. At oĩa per filiũ facta sunt: ipse igitur factus non est, ut cũ patre faceret oĩa quae facta sunt. Idem in lib. 83. q̃onũ. Dicitur creatura quicquid fecit pater deus per filiũ. qui non põt appellari creatura: q̃m per ipsum facta sunt omnia. (D. 1.) (q. 6t.) † Ambrosius in lib. de Fide ait. (Cap. prim.) Probemus (inquit) creaturã non esse dei filiũ. Audiuimus. n. in Euangelio G dominum mandasse discipulis, pręd icare Euangelium uniuersę creaturae. Qui uniuersam creaturã dicit, nullã excipit: & ubi sunt qui creaturam deum appellant? Nam si creatura esset, sibi mãdaret Euangelium praedicari, & subiectus esset uanitati, quia testante Apostolo: omnis creatura uanitati subiecta. (Ro. 6) Non igitur Christus creatura est: sed creator, qui docendae creaturae discipulis mandat officium.

H

(art. 5.) Ad primum ergo dicendum, ꝙ istud verbum, vel intelligitur de sapiẽtia creata. s. angelica natura, quae est ante tempora secularia, etsi non duratione: tamen ordine naturę, vel intelligitur de filio dei, quantum ad naturam assumptam, quae etsi ante secula creata non fuerit: fuit tamen ab aeterno praeuisa creari.

¶Ad secundũ dicendũ, ꝙ sicut Aug. † docet in 1. de Tri. (Cap. 7.) Omnia quae minorationem, aut subiectionem circa filium dei ponere videntur, vel referenda sunt ad naturam assumptam, ẽm quam minor est patre in forma dei manens aequalis patri, vt dr̃ ad Phil. 2. vel referendum est ad commendationem principii, ẽm ꝙ pater dicitur principium filii, & secundum hoc dicitur maior, quamuis filius non sit minor, vt dicit Hyl. (9. tri. & 11. & cõtra Arrianos đ synodis fidei.)

¶Ad tertium dicendum, † ꝙ ẽm Basi. accipere a patre filius habet commune cum omni creatura: sed habere per naturã est sibi proprium: vnde processio filii a patre, in aliquo conuenit cũ processione, quę est in creaturis communitate analogię, & in aliquo differt, conuenit quidem in respectu originis, qui est esse ab aliquo: differt autem in hoc, ꝙ processio filii a patre est per naturã; aliorum autem per voluntatem: ex hoc sequitur triplex differentia, vt ex dictis patet. (In corpore.) Prima, ꝙ filius est consubstantialis patri. Secũda, ꝙ est coaeternus. Tertia, ꝙ esse suum nullo modo dependet ad nihil, & hęc sequitur ex prima. Vnde considerandum est, ꝙ omnia nomina, vel verba quae important respectum originis absolute recipiuntur in processionẽ diuinã, sicut procedit, exit, est ab alio: illa autem quae important aliquid contrarium tribus praedictis, nullo modo dicuntur: sicut factus, quod repugnat consubstantialitati, quia facere dicitur proprie ẽm operationem quã agens exercet, in id quod est extra, & similiter verbum incipiendi repugnat coaeternitati, & similiter verbum creandi importat dependentiam ad non esse: sed natiuitas ad respectum originis absolute, addit aliquid magis pertinens ad cõsubstantialitatem, quàm ad differentiam substantiae, quia sicut supra di. 8. dictũ est, (d. 8. 1. corp.) nascitur proprie, quod procedit cõiunctum ei, a quo procedit: & ideo omnia illa quae pertinent ad generationem viuorum, quorum est nasci: dicuntur in processione filii: sicut oriri & nasci, gigni & generari, & haec est causa quare processio filii potuit habere nomen proprium; non autẽ processio Spiritus sancti, qui non procedit per modũ nascentis, vnde generatio, vel natiuitas non transumitur ad diuina, secundum quòd praesupponit creationẽ: sed secundum quòd importat consubstantialitatem.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ ratio illa sequitur de eo, quod est ab alio, habẽs aliam naturam ab ipso, quia sic naturę eius quod est ab alio, non debetur esse ex seipsa: vnde ipsa non est suũ esse, vt habeat necessitatem essendi ex se; sed filius est a patre, habens eandem numero naturam. vnde sicut natura patris est suum esse ac per hoc necesse esse, ita & natura filii, nec eius esse est aliquo modo dependens ad nihil, sicut nec esse patris.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ esse filium non est creatum, vnde filius non habet causam sui esse: nec suum esse habet principiũ, quàmuis enim ẽm nos ipse filius habeat principium a quo est, non tamen causam, quia ẽm nos nomẽ principii importat relationem originis absolute: nomen aũt causae, importat respectum originis per comparationem ad esse rei quod a causa procedit. vnde terminus a quo, dicitur principium motus, non tñ causa: sed ẽm graecos nomen causae importat simplicem formae originem: sicut nomen principii ẽm nos, & quàmuis dicamus patrem principium filii: non tamen dicimus filium principiatũ a patre; quia nomine principiati non vtimur nisi in his quae sunt cõstituta in esse p principium. vnde linea non dicitur esse principiatum pũcti, sicut nec motus termini a quo: sed tamen dicitur esse a principio.

¶Ad sextum dicendum, ꝙ filius non habuit esse: antequam generaretur; sed quia generatio eius est aeterna, & esse eius aeternum est.

¶Ad septimum dicendum, quòd sicut creatura non habet esse nisi a deo, ita nec filius habet esse nisi a patre: sed in hoc est differentia, quòd creatura non est illa relatio, secundum quam dicitur esse a deo, per quam habet esse: & ideo potest considerari in se, sine respectu eius ad deum, & sic inuenitur non habens esse, sed filius dei est ipsa relatio, secundum quam habet esse a patre, & ipsa relatio est ipsum esse: & ideo non potest filius considerari, sine respectu ad patrem, vt inueniatur in se non habens esse, vel potens in nihilum decidere.

ARTICVLVS II.

b Vtrum Christus sit creatura.

I Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd Christus sit creatura. (3. q. 16. 6. c. 4.) Leo Papa. Noua & inaudita conuentio: Deus qui erat, & qui est, fit creatura: sed illud quod deus fit, potest de Christo praedicari. ergo Christus est creatura. Dam. etiam dicit de Christo quòd non scandalizabitur ad nomen creaturae.

¶2 Praet. De quocunque praedicatur inferius & superius: sed creatura est superius ad hominem. ergo cum homo praedicetur de Christo, creatura de ipso praedicabitur.

¶3 Praet. Omne quod est, vel est creatum, vel increatum. si ergo Christus est homo, vel erit homo creatus, vel increatus; sed non est homo increatus: sicut nec homo aeternus, quia omne increatum aeternum est. ergo est homo creatus. ergo est creatura.

¶4 Praet. Id quod conuenit parti, transumitur ad praedicationem totius: sicut homo dicitur crispus propter capillos: sed humana natura est quasi pars personae compositae, pro qua supponit hoc nomen Christus. K ergo cum humana natura sit creatura, Christus potest dici creatura.

¶5 Praet. Principalior pars hominis Christi est anima, quàm corpus; sed ratione corporis, quod de virgine traxit, simpliciter dicitur natus de virgine. ergo ratione animae quae creata est a deo debet dici creatura.

¶6 Praet. Sicut repugnat nomen creaturae filio increato, ita repugnat temporaliter nasci aeternaliter nato; sed tamen dicimus Christum temporaliter natum. ergo & simpliciter possumus ipsum dicere creaturam.

Sed contra. Creatura non potest praedicari de aliquo aeterno: sed Christus supponit suppositum aeternum. ergo non potest dici creatura.

¶Pręt. In Chr̃o nihil creatũ ẽ, nisi humana natura: sed humana natura nõ p̃dicat̃ de Chr̃o; ergo Christus non põt dici creatura.

¶Praet. Omnis creatura rõnalis est filius trinitatis p creationẽ, sed Chr̃s si est creatura, est creatura rõnalis. ergo est filius trinitatis per creationẽ; quod supra improbatũ est, distinctione quarta. q. 1.

Respon-

(Le. 4.) Respondeo dicendũ, quòd creatio proprie respicit esse rei. A vnde dicitur in li. de causis. quod esse est per creationem, alia vero per informationem. esse autem simpliciter & per se, est suppositi subsistentis. Alia vero dicuntur esse inquantum suppositũ in eis subsistit vel essentialiter, sicut materia & forma, & sic natura ipsa dicitur esse, vel accidentaliter, sicut accidentia dicuntur esse. esse ergo dictum simpliciter de supposito significat esse psonale ipsius. esse vero secundum ꝙ cõuenit parti vel accidenti, non dicit simpliciter de supposito, sed suppositum dicitur esse in eo: vnde cũ dico: Christus est, significatur esse ipsius, non autem esse ipsius naturae vel accidẽtis vel partis: cum autẽ fiat vnio naturarũ in esse suppositi ẽm secundam opinionem, esse secũdum quòd Christus simpliciter esse dicitur, est esse increatũ, (cap. 6. fi.) vnde non potest dici creatura. non tantũ (D. 1213.) ad euitandum errorẽ Arrii, vt quidam dicunt, sed etiam d ad vitandum falsitatem. potest tamẽ dici quòd aliquid creatum est in Christo, C scilicet humana natura, quia esse quàmuis sit vnum, tamen respectum habet ad naturam humanam & ad partes eius, secundum quas humana natura dicitur esse in Christo, vel partes, aut accidentia eius, vt supra dist. 6. dictum est, (3. 2. 2. corp.) vnde sicut esse aliquo modo ad naturam pertinet: & ad partes & accidentia eius: ita & creatio.

De perfidia & poena Arrij.

ARrii haec fuisse pfidia legitur vt Christum creaturã fateretur, ideo effusa sunt Arrii viscera. atque crepuit medius p stratus in faciem ea quibus Christũ negauerat fęda ora pollutus. His aliisq; pluribus testimoniis instruimur non debere fateri simpliciter B Christum esse factum vel creaturã, sed addita determinatione recte dici potest, vt si dicatur: factus secundum carnem, vel secundum hominem, vt factura humanitati non deo attribuatur. Vt enim ait † Ambrosius in libro primo de Fide non deus factus est, sed deus dei filius natus est, postea vero secũdum carnem homo factus ex Maria est. Misit enim deus filium suum ex muliere factũ sub lege. filium inquit suũ scilicet, nõ vnum de multis: cũ dicit suũ generationis aeternae proprietatem signauit. Postea factum ex muliere asseruit, vt factura nõ diuinitati, sed assumptioni corporis ascriberetur: factum igitur ex muliere dicit, propter carnis susceptionẽ: sub lege, propter obseruantiã legis. Generatio generationi non praeiudicat, nec caro diuinitati. Deus enim aeternus incarnationis sacramentũ suscepit, non diuiduus, sed vnus, & in vtroq; vnus, scilicet diuinitate, & corpore. Non enim alter ex patre, alter ex virgine, sed idẽ aliter ex patre, aliter ex virgine. qui factus est scđm nr̃ae susceptionẽ naturę, nõ secundũ ęternę substãtiã

Ad primum ergo dicendum, quòd verba illa intelligenda sunt cum determinatione, vt dicit Magister in litera, quàmuis illa determinatio causa breuitatis intermittatur.

¶Ad secundum dicendũ, quòd creatura non est superius ad hominem, quia creatio magis respicit esse quàm naturam. esse autẽ non est genus, nec inducitur in significatione alicuius generis, vt dicit Auicen. cum ea quae sunt in vno genere, non conueniãt in vno esse, sed in natura communi. Vel dicendum, ꝙ creatura non est superius ad hominem, significans quid est homo: quia creatio nõ respicit naturam vel essentiã, nisi mediante actu essendi, D qui est primus terminus creationis, humana autem natura in Christo, non habet aliud esse perfectum, quod est esse ypostasis quàm esse diuinae personae. & ideo simpliciter loquendo, creatura dici non potest, quia intelligeretur quòd esse perfectum ypostasis Christi per creationem esset acquisitum.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ cum dicitur: Christus est hõ creatus. locutio est duplex, ex eo ꝙ hoc participium creatus, potest determinare praedicatum in comparatione ad subiectum, & sic potest esse vera, sicut & ista: Christus est factus homo: si autem determinat absolute praedicatum, tunc est falsa, quia in homine non intelligitur tantum natura, sed suppositum aeternũ, cui non conuenit esse creatum, quod enim determinat praedicatum in ordine ad subiectum, est determinatio ipsius inquantũ est praedicatum. vñ oportet ꝙ respiciat praedicatũ formaliter, quia termini in praedicato ponuntur formaliter. determinatio autẽ quae determinat absolute, ponitur circa praedicatum sicut circa subiectũ quoddã. vnde magis respicit suppositum quàm formã. Similiter ẽt hęc est falsa: Christus est hõ increatus, quia priuatio creationis ponit̃ circa praedicatũ rõne vtriusque, & ideo vtraq; falsa E est, nec sibi cõtradicunt, sed haec est uera: Christus ẽ hõ qui nõ est creatus, sed aeternus ex parte deitatis: non tamen aeternus homo, vt aeternitas determinet prędicatum in ordine ad subiectum.

¶Ad quartum dicendũ, ꝙ totũ denominatur a proprietate partis, quãdo illa proprietas nullo modo nata est conuenire nisi parti illi, sicut crispitudo capillis: & claudicatio pedi, sed creatio non tantum naturae, sed etiã psonae nata est cõuenire, & ẽt supposito magis proprie, & ideo non potest dici de supposito quòd sit creatum, quia natura est creata. Et per hoc patet solutio ad quintum; quia nasci de matre, non est natum conuenire supposito hominis, nisi p hoc, quòd corpus traducitur a matre. vnde non habet repugnantiam temporaliter nasci ad aeternaliter nasci, quia vnum, naturam humanam respicit, & alterum diuinam: quarum habet vnã Christus a patre aeternaliter, alteram a matre temporaliter: sed creatum & increatum vtrumque potest respicere suppositum, ratione esse quod est suppositi. Vnde patet solutio ad sextum.

ARTICVLVS III.

Vtrũ Christus secũdum quod homo sit creatura.

Ad tertium sic proceditur. (3. q. 16. 10.) Videtur quòd Christus non possit dici creatura secundum quod homo. quicquid enim praedicatur de altero secundum quod ipsum ẽ, praedicat̃ de eo simpliciter, sed quòd praedicatur de Christo secundum quod homo, praedicat̃ de eo secundum quod ipsum est, quia ipse est essentialiter homo. ergo cum esse creaturam non praedicetur simpliciter, non potest praedicari de eo, ẽm quod homo.

¶2 Praet. Magis est esse filium adoptiuum quàm esse creaturam: sed nõ potest dici quòd Christus ẽm quod homo sit filius adoptiuus. ergo multominus potest dici ꝙ ẽm quod homo sit creatura.

¶3 Praet. Secundum quòd Magister dicit in litera: haec est tropica locutio: Christus est creatura. ergo si Christus ẽm qđ hõ sit creatura, & haec ẽt erit impropria. Christus est hõ, qđ est falsum.

¶4 Praet. Nihil est creatum in Christo nisi humana natura: sed haec est falsa: Christus secũdum quod homo est humana natura. ergo & haec. Christus secundum quod homo est creatura.

¶5 Praet. Ista se compatiuntur, vt Christus sit homo & sit deus. ergo quod nõ cõpatitur secũ hoc quod est esse deũ, non potest p̃dicari de Christo ẽm quòd homo, sicut hoc qđ est carere diuinitate: sed esse creaturam non compatitur secum hoc, quod est esse deum. ergo Christus nõ est creatura secundũ quod homo.

Sed contra. Omne quod non est aeternum, est creatum: sed Christus secundum quod homo non est aeternus, sicut nec deus. ergo secundum quod homo est creatura.

¶Praet. Omne quod factum est, creatum est: sed Christus ẽm qđ homo est factus. ergo est creatus secundum quod homo.

¶Praet. Omnis conditio alicuius naturae, potest praedicari de aliquo secundum nomen significans naturam illam: sed homo significat naturam humanam, cuius conditio est, quod sit creatura. ergo Christus potest dici creatura secundum quod homo.

Respondeo. Dicendum, quòd humana natura se habet ad compositã personã Christi sicut pars, quàmuis proprie pars dici non possit, nec proprie persona composita, vt supra dist. 6. dictum est: (q. 2. 3. cor.) pars autem aliquando habet aliquã dispositionẽ quae nata est cõuenire toti. aliquando vero aliam, quae non est nata conuenire toti, sicut albedo quae inest capillis, potest etiam toti conuenire; crispitudo autem ita conuenit capillis, quòd nullo modo toti, vel alicui alteri parti. ergo secundum dispositiones illas quae insunt tantum parti, denominatur totum simpliciter & proprie, per dispositionẽ partis nullo addito, sicut homo dicitur crispus: sed quantum ad illas dispositiones, quae natę sunt parti & toti conuenire, non denominatur totũ a parte simpliciter, sed addita parte, vt cum dicitur, homo albus secundum capillos. nec hoc proprie, sed figuratiue per sinaedochen, vnde patet, quòd cum creatio naturae & personae nata sit conuenire sicut & esse, vtrique aliquo modo conuenit, non tamen potest dici de Christo ꝙ sit creatura, quia humana natura creata est nisi fiat additio, vt si dicat̃ ẽm hoĩem vel ẽm qđ homo, & tũc etiã tropica est & figuratiua, vt dicit Magister, sicut & haec. Ethiops est albus ẽm dentem.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ illa ratio procedit in his q̃ praedicãt̃ pprie & p se, sed haec nõ ẽ ppria p̃dicatio, vt dictũ ẽ. (In corp.)

¶Ad ẽm dicẽdũ, ꝙ esse filiũ adoptiuũ, nullo mõ natũ ẽ cõuenire nisi psonę. & iõ nõ põt dici filius adoptiuus ẽm humanã naturã sicut dr̃ creatura, quia creaturae nomẽ, & psonae & naturae aptat̃.

¶Ad tertium dicendum, quòd qñ cũ reduplicatione est propria praedicatio; tũc praedicatum per se conuenit ei quod replicatur;

sicut

sicut Christus secundum ꝙ homo, est animal. Hæc enim est per se & proprie. Homo est animal: & ideo simul, modo prædicatum, & reduplicatio de subiecto prædicatur. hæc autem reduplicatio non est nota per se prædicationis: hæc enim non est propria. Hic homo. s. Christus, est creatura: nec ẽt est per se, quia creatura nõ est superius ad hominem significãs quid est homo, vt dictum est: & ideo non oportet, ꝙ si creatura improprie dicatur de Christo, quòd etiam ipse improprie dicatur homo. (art. 2. secundum:)

¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ natura humana in abstracto, non prædicatur de Christo secundum ꝙ homo, sed conditiones eius: & in concreto possunt de Christo prędicari secundum quod homo, vel proprie, vel improprie: creatura aũt in concretione dicitur, qa omne creatũ est creatura. (Alias de fide c. 7. circa med.)

¶ Ad quintũ dicendum, ꝙ quàmuis illud quod conuenit parti, aliquo modo possit dici de toto: non tñ oportet vt qđ remouetur a parte, remoueatur a toto. vnde quàmuis Aethiops ſm dentem habeat albedinem, non potest tñ dici ꝙ sit carẽs nigredine, quia quod non conuenit sibi ſm vnam partem, potest sibi conuenire ſm aliã. & similiter quàmuis Christus sit creatura ſm quod homo, non tamen potest dici, ꝙ ſm quod homo, careat diuinitate, quæ sibi competit per aliam naturam.

vitę. quẽ legimus primogenitũ, & unigenitum. primogenitum, quia nemo ante ipsum: unigenitũ, quia nemo post ipsum. Ex his euidenter traditur, qua intelligentia accipiendum sit, cũ dicitur, Christus *factus*, uel simpliciter, uel cum additamento, ut factura. s. uel creatura, non ad assumentem deum, sed ad assumptum hominem referatur. In deo aũt creatura esse non potest, ut ait Ambro. † in 1. lib. de Tri. Nunquid dicto factus est Christus? Nunquid mandato creatus est Christus? Qũo autem creatura in deo esse potest? Etenim deus naturæ simplicis est, non coniunctæ atque compositæ, cui nihil accidat: sed solum quod diuinum est, in natura sua habeat.

Etsi ergo Christus secundum hominem dicitur creatura: non tñ Christus simpliciter prædicandus est creatura. Nec ex eo ꝙ Christus scđm hoĩem dicit' esse creatura, põt quis progredi sic argumentando. Si scđm ꝙ hõ, Christ⁹ est creatura, uel rõnalis uel irrationalis, uel quæ est deus, uel nõ, nitens per hoc ꝓbare,

G Christũ esse aliquid non diuinũ, qa quod ipse est, secundũ hominem ipse est. Et ideo si secundũ hominem est substantia aliqua non diuina, est utiq; aliquid non diuinum: sed ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis processio. Illa autem locutio tropica est, qua Christus dicitur creatura, uel simpliciter, uel cum adiunctione.

F ad rationem naturæ, nullo modo prędicantur de supposito, neq; in abstracto, neq; in concreto, neq; in diuinis, neq; in humanis: sicut pater non dicit cõe tribus, nec Petrus dicitur forma totius. Differentia aũt quæ est ſm rem, non est oppositionis: sed est, sicut principii formalis ad formatum. & ideo quæ ſm rem ad naturã pertinent, pñt prædicari de supposito: sicut natura prędicat, s. in concreto. quia aũt vnio facta est in supposito, vt. s. sit vnũ & idem suppositũ diuinæ & humanæ naturæ: ideo de illo supposito possũt prædicari ea, quæ cõsequuntur ſm rem vtranq; naturã, sicut & ipse naturæ de ipso prędicant. quia. n. diuina natura prædicantur de filio dei in concreto & in abstracto: ideo ꝓprietates eius pñt vtroq; mõ prędicari de ipso. qa vero humana natura prædicat in cõcreto tm̃: ideo humanæ naturæ proprietates in concreto tm̃ prædicantur. Nec differt vtrum fiat prædicatio de supposito ſm nomen, quod significat diuinam naturam, vt verbum: vel humanã, vt Iesus: vel vtrũque, sicut Christus, quia per omnia supponitur idem suppositũ: sed tamen hoc suppositum non constituitur per naturam humanam, sed humana natura aduenit ei iam ab æterno præexistenti in alia natura. Vnde duo singulariter inueniuntur in compositione humanæ naturæ ad istud suppositum, scilicet quòd vnitur ei, & quòd se habet ad ipsum per modum partis, secundum qđ istud suppositum in duabus naturis subsistit. & ideo a prædicta generalitate excluduntur ea quæ vnionem importãt: & iterum ea, quæ nata sunt de se & personæ, & naturæ conuenire, quæ non possunt prædicari de supposito, nisi cum additione: sicut ea quæ sunt partis de toto. (H)

Ad primum ergo dicendum, ꝙ proprietates creatæ dicuntur de filio dei, non quasi ipsa persona æterna his informetur: sed quia natura assumpta informatur eis: sicut proprietates quibus informantur partes, prædicantur de toto.

I ¶ Ad secundum dicendum, quòd illa ratio concludit, quòd proprietates humanæ naturæ nõ prædicantur in abstracto de Christo, quod & uerum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd assumi est de illis quæ vnionem important: & ideo non oportet quòd dicatur de filio dei.

¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ prædestinatio Christi est respectu vnionis. vnde prædestinatus includit vnionẽ sicut terminũ prædestinationis: & ideo sicut homo vnitus dicitur, ita & prædestinatus vniri: non aũt filius dei. Et præterea prædestinatus includit factionem, vt patet ex prædictis. vnde sicut esse factum non dicitur de filio dei absolute, ita nec esse prædestinatum. (d. 10.)

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut humana natura est creatura, & tamen cũ prædicetur de Christo in concreto, non sequitur quòd Christus sit creatura: ita etiam non sequitur propter hoc, quòd proprietates naturæ humanæ in concreto de Christo prædicentur, quòd Christus sit creatura.

K ¶ Ad sextum dicendum, ꝙ ad veritatem propositionis sufficit ꝙ prædicatum conueniat subiecto quocunq; modo: sed ad hoc, quòd propositio sit per se, oportet quòd cõueniat sibi ratione formæ importatæ per subiectũ. vnde hæc est vera: Deus est passus: non tamen est per se. & quia reduplicatio exigit locutionem per se veram: ideo non est similis ratio de reduplicationibus & propositionibus, quæ sunt sine reduplicatione.

¶ Ad septimum dicendum, quòd aliqua consequuntur humanam naturam, non secundum quod prædicatur de filio dei, & illa non oportet quòd de Christo prædicentur. Et ex dictis patet solutio ad consequentia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ ea quæ sunt humanæ naturæ possint dici de filio dei.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ ea quæ sunt humanę naturæ non possunt dici de filio dei. Omnis enim proprietas, vel accidens naturæ humanæ, est quid creatum: sed filius dei non informatur aliquo creato. ergo non potest prædicari de filio dei aliquod accidens humanæ naturæ. (3. q. 16. 4. opu. 2. c. 7.)

¶ 2 Præt. Quòd proprietates diuinæ naturæ dicuntur de filio dei, contingit ex hoc, quòd filius dei est natura diuina: sed filius dei non est natura humana. ergo proprietates humanæ naturæ non prædicantur de filio dei.

¶ 3 Præt. Humanæ naturæ conuenit assumi a filio dei, & homini cõuenit esse vnitum: sed hoc nõ cõuenit filio dei. ergo non oportet ꝙ ea, quę conueniũt naturę humanæ, dicant de filio dei.

¶ 4 Præt. Hæc est vera. Iste homo est prædestinatus: sed hæc est falsa. Filius dei est prædestinatus. ergo idem quòd prius.

¶ 5 Præt. Omnis proprietas humanæ naturæ est quid creatum: sed creatura non prædicatur de filio dei. ergo nec proprietas humanæ naturæ.

¶ 6 Præt. Ea quæ prædicantur de Christo ſm quod homo, non prædicantur de ipso ſm quod filius dei. ergo videtur eadẽ rõne ꝙ ea quæ prædicantur de homine, non prædicentur de filio dei.

SED CONTRA. De quocunq; prædicatur aliquid, prædicantur de eo oĩa consequentia ad ipsum, ẽt si sit prædicatio accidentalis, sicut si hõ est albus, sequitur ꝙ sit colorat⁹: sed hõ prædicat de deo. ergo quicquid prędicatur de hoĩe prędicatur de filio dei.

¶ Præt. Quæcunq; consequuntur naturã, prædicantur de suppositis naturæ illius: sed filius dei est suppositũ humanæ naturæ. ergo cõsequentia naturã humanã possunt prædicari de filio dei.

¶ Præt. Christus est persona subsistens in duabus naturis, diuina & humana: sed omnia quæ conueniunt diuinæ naturæ, possunt prædicari de Christo. ergo pari ratione, omnia ea quæ conueniunt naturæ humanæ.

¶ Præt. Nihil magis repugnat diuinæ naturæ, quàm mori: sed dicitur quòd filius dei est mortuus. ergo & omnia alia possunt dici de filio dei, quæ conueniunt humanæ naturæ.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ natura, & suppositum naturæ, in quibusdam differunt re & ratione, sicut in compositis: in quibusdam autem ratione & non re, sicut in diuinis: sed differentia quæ est ſm rationem, est differentia oppositionis, quia natura & suppositũ habent intentiones oppositas. & ideo ea quæ pertinẽt

EXPOSITIO TEXTVS.

OMNIA *per ipsum facta sunt*. Videtur hoc non esse ad propositum, quia August. intendit de filio Dei, inquantum est filius Dei. Et dicendum, quòd quia non est in Christo aliud suppositum, nisi persona filii dei, ideo sicut de filio dei dici non potest, quòd sit creatura, ita nec de Christo. *Nam si creatura esset, sibi mandaret prædicari euangelium*. Videtur quòd hoc non sequatur: quia angeli & lapides sunt creaturæ, quibus non est euangelium prædicandum. Dicendum quòd intelligitur de creaturis quæ sunt homines, quibus est prædicandum euangelium, vel vt emundentur, vel vt perficiantur vel vt conseruentur. Christus autem homo est. *Vanitati subiecta*. intelligitur de illa vanitate, secundum quam omnia in nihil tenderẽt nisi manu omnipotentis continerentur. *Non vnum de multis*. Contra. vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et dicendum. quòd vnus est de multis quantum ad similitudinem filiationis secundum quòd etiam dicitur primogenitus, sed non vnum de multis proprietate natiuitatis secundum quòd dicitur vnigenitus. *In deo creatura esse non potest*. Contra Ro. 11. In ipso sunt omnia. Dicendum quòd sunt in ipso creaturæ, non per essentiam, sed sicut in causa per similitudines ideales, quæ secũdum quòd in deo sunt, creaturæ non sunt. *Sed ex tropicis locutionibus*. Cuius ratio est, quia non sunt simpliciter veræ, sed secundum quid. vnde etiam Dionysius dicit in epistola ad Titũ, quòd symbolica theologia non est argumentatiua.

DISTINCTIO. XII.

A

An homo ille semper fuerit, uel cæperit esse.

POST prædicta quæritur, vtrum homo ille cæperit esse, vel semper fuerit, sicut simpliciter enunciamus, Christum vel dei filium semper fuisse: nec cæpisse. De hoc Aug. † dicit ita super Io. Habuit aliquando dei filius, quod nondũ habuit idem ipse homo filius, quia nondum erat homo. Idem in eodẽ. Prius quàm mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator dei & hominum homo Christ⁹ Iesus. Itẽ sup psal. Christus noster, & si forte hõ recens est, (B) tamẽ est æternus deus. Alibi uero

A non fuit, prius quàm mundus esset. ergo incępit esse.

¶ 2 Præt. Iste, demonstrat suppositum vtriusque naturæ, diuinæ, scilicet & humanæ: sed ratione diuinæ naturæ potest dici. Iste homo semper fuit. ergo cum incipere conueniat humanæ naturæ, sicut etiam esse ab æterno diuinæ, ratione humanæ naturæ, potest dici iste homo incæpit esse.

¶ 3 Præt. Antequã mundus fieret, erat verum dicere. nullus homo est. ergo hæc erat falsa: aliquis homo est. vel iste homo est, nunc autem est uera. ergo iste homo cæpit esse. (Tra. 106. circa me.) (Tra. 105. circa fi.) (Psal. 80. circa me.)

¶ 4 Præt. Quod incæpit esse in aliqua specie, incæpit esse simpliciter, sed iste hõ incæpit esse in specie humanã. ergo incæpit esse simpliciter.

¶ 5 Præt. Nasci temporaliter, est mutari de non esse in esse: sed iste homo est natus in tempore. ergo est mutatus de non esse in esse: sed omne tale incæpit esse. ergo iste homo incæpit esse.

¶ 6 Præt. Iste homo supponit personam compositam: sed persona composita non fuit ab æterno, quia quando non est compositio, non potest esse aliquod compositum. ergo iste homo non fuit semper. ergo incæpit esse.

SED CONTRA. Nullum æternũ incæpit esse, sed iste homo supponit suppositum æternum. ergo non incæpit esse.

¶ Præt. Omne quod incæpit esse, est creatura: sed iste homo non est creatura, vt dictum est supra. ergo iste homo non in- (d. 11. 3.)

C cæpit esse.

¶ Pręt. Io. 8. dicit ille homo de quo loquimur, Antequam Abraam fieret ego sum. & simili ratione potuisset vere dicere. Antequam mundus fieret ego sum: sed nullum tale incępit esse. ergo iste homo non incępit esse.

RESPONDEO. Dicendũ, ꝙ quidã distinguunt istã. Iste homo incępit esse: ex hoc ꝙ hoc pronomen iste, potest demonstrare ꝑsonã verbi, vel singulare hominis, & primo modo est falsa. Secundo modo est vera. Sed cum dicitur, iste homo, hoc pronomẽ iste, nõ potest demõstrare, nisi id qđ supponit per hoc nomẽ hõ. suppositũ autẽ ꝑ hoc nomẽ homo, nõ est aliud quàm ꝑsona verbi ſm secundã opinionẽ. vnde ſm eã non potest stare, quia q̃uis ponat in Chr̃o esse aliqd singulare, præter ꝑsonã verbi. s. humanã naturã, tamẽ illud singulare nõ supponitur ꝑ hoc nomen homo, nec prædicat de Chr̃o, sicut 6. dist. dictũ est, & ideo patet ꝙ ista distĩctio est ſm primã opinionẽ bona, & ideo hac omis- (q. 1. 1. cor.)

D sa, quidã dicũt, ꝙ hoc verbũ incipit, potest notare incæptionẽ respectu suppositi simpliciter, & sic est falsa. quia suppositũ illud est æternũ, vel respectu suppositi ratione formæ significatę, & sic est vera. & ponunt exemplũ de hac. Scutum album incipit esse hodie, supposito ꝙ scutũ ab heri factũ hodie dealbetur, Sed hoc dictum non videtur habere efficaciam propter duo. primo quia & si humana natura habeat aliquid simile accidenti in Christo, tamen hoc nomen homo, non est adiectiuum sed substantiuum, etiam si natura humana esset pure accidentaliter adueniens, & in talibus plus facit modus significãdi, quàm proprietas rei significate. Secundo quia dato quòd esset adiectiuum oportet quòd prædicatum conueniret ei quod copulatur vel supponitur, per nomen positum in subiecto, vel ratione sui, vel ratione alicui⁹ quod in eo est, illã autem prædicata, quæ nata sunt ipsi supposito conuenire non prædicantur simpliciter de eo ratione alicuius quod in ipso est, neque secundum partem, neque secundum accidens aut naturam, nisi ei secundum se conueniant, quia tunc

E sequeretur, ꝙ affirmatio & negatio verificentur de eodem, si ratione alicuius existentis in ipso verificaretur quod ratione sui de eo vere negatur, & hoc patet in proposito ei enim quòd supponitur cum dicitur: isti homini, conuenit esse semper de eo nõ potest verificari negatio, vt dicatur: non fuit semp simpliciter loquendo, & per consequens, nec aliquid quod negationem dictã implicet sicut verbũ incipiendi, vnde dicendũ est, ꝙ hæc ẽ simpliciter falsa. iste hõ incæpit esse, & est ſm qd uera. s. cũ determinatione humanæ naturæ, sicut & hæc. iste hõ est creatura, est falsa, nisi ei determinatio addatur, & tunc etiã est tropica ut supra dixit Magister, vnde hic non intendit eam distinguere tanquam multiplicem, sed dicere quomodo potest esse vera & falsa.

AD PRIMVM ergo dicendũ: ꝙ ſm regulã a magistro præcedenti dist. datam, intelligenda est illa authoritas cum determinatione etiam quamuis causa breuitatis non apponatur. (d. 11. in fin.)

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ quàmuis illud suppositum sit utriusque naturæ suppositũ: tamẽ quantũ ad aliqua se habet aliter ad naturam

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM ostendit Magister, quòd nomen creaturæ non prædicatur de Christo simpliciter, sed cum determinatione. Hic inquirit de defectibus qui consequuntur naturam humanam, secundum quod creatura est. Et diuiditur in duas partes. Primo inquirit de defectu, qui communiter consequitur omnem creaturam, scilicet incipere esse. Secundo de defectibus qui consequuntur specialiter humanam naturam ibi. *Solet etiam queri utrum alium hominem*. Circa primum tria facit. Primo mouet quæstionem. Secundo obiicit ad vtramque partem ibi. *De hoc Aug. inquit ita*. Tertio determinat eam ibi. *His autem authoritatibus. Solet etiam queri*. Hic prosequitur de defectibus, qui pertinent ad humanam naturam tantum. Et diuiditur in duas partes. Primo inquirit de defectu culpæ. Secundo de defectu naturæ, qui est sexus fœmineus ibi. *Solet etiam quaeri quamuis curiose*. Circa primum duo facit. Primo quærit de defectu culpæ, quantum ad originem, scilicet vtrum aliunde quàm de peccatoribus, carnem assumere potuisset. Secundo de defectu culpæ quantum ad actum, vtrum scilicet peccare potuisset ibi. *Ideo non immerito quaeritur*. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionem, Secundo determinat ibi. *Hic distinctione opus est*. Tertio obiicit contra determinationem ibi. *Quidam tamen*. Et primo obiicit per rationem. Secundo per authoritatem ibi. *Inducunt authoritates*. & vtrunque soluit, vt patet in litera. *Solet etiam quaeri*. Hic inquirit de defectu naturæ qui est sexus femineus. Et primo mouet quæstionem. Secũdo soluit ibi. *Quidam arbitrantur*.

QVAESTIO PRIMA.

Hic quæruntur tria.

Primo. De conceptione.
Secundo. De potentia peccandi.
Tertio. De congruitate assumptionis, respectu sexus fœminei. De congruitate tamẽ assumptionis respectu generis Adæ. di. 2. dictum est. (q. 1. art. 2.)

Circa primum quæruntur duo.

Primo. Vtrum iste homo demonstrato Christo, incæpit esse.
Secundo. Vtrum incæpit esse deus.

ARTICVLVS I.

a Vtrum hæc sit uera: iste homo incæpit esse.

AD PRIMVM sic proceditur. videtur quòd hæc sit vera. Iste homo incępit esse. Omne enim quòd non semper fuit & est: incæpit esse: sed sicut dicit Aug. in litera, mediator dei & hominum, homo Christus (3. q. 16. 9.)

naturam diuinam, quàm ad humanam, quia est idem re cum diuina, & constitutum in esse per ipsam, secundum modum intelligendi. vnde quandocunque fuit natura diuina, fuit ipsum suppositum; non autem ita se habet ad naturā humanam: & ideo non oportet quòd incipiente humana natura, ipsum incipiat.

legitur quòd puer ille creauit stellas, & Chrs dicit se esse principiū, & esse ante Abraam. His ergo authoritatibus, in nullo resultātes dicimus, hominem illum inquātum homo est, esse cœpisse, & inquantū uerbū est, semper fuisse. Hic enim absque distinctione non est referenda responsio. Nam ipse Aug.† huiusmodi utitur distinctione in pluribus locis dicens, per Christū omnia esse facta inquantum est uerbū; scdm id uero qđ hō est, ipsum esse factū & glorificatū. Si igit ad personā respicis, cōsidēter dic hoīem illū semper fuisse. Si uero ad naturam hominis, concede eum cœpisse.

Super Ioā. Tract. 1. & 105

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ ab æterno verū fuisset dicere. nullus homo est, quia suppositum æternū nondum erat suppositum humanæ naturę. vnde non poterat sumi sub dicta distributione; sicut nunc potest propter vnionem. vnde quàmuis ab æterno non erat verū dicere: aliquis homo est æternus: modo tamen est verū dicere: aliquis, vel iste hō est ab ęterno.

¶ Ad quartū dicendum, ꝙ nasci temporaliter ex matre, nō est natum cōuenire supposito, nisi ratione corporis, vt supra dictū est: & ideo ratione eius verificatur simpliciter de supposito: sed incipere esse, non potest verificari de eo ratione corporis simpliciter, sed cum determinatione: & ideo hęc est vera simpliciter: iste homo est natus temporaliter, non tamen ista: iste homo incœpit esse, sed est verum secundum quid.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ in aliis suppositis quæ sunt supposita tantum vnius naturæ, sequitur, ꝙ si incipiunt esse in aliqua specie, ꝙ incipiunt esse simpliciter: sed nō est ita in proposito. vñ quantū ad hoc, similitudinē hēt humana natura in Chro cū accidente: & iō sicut non sequit. iste hō incœpit esse albus. ergo incœpit esse, ita nec sequitur: iste incępit esse homo. ergo incœpit esse.

¶Ad sextum dicendum, ꝙ quia compositio nō semper fuit: ideo hæc est falsa. persona semper fuit composita: sed tñ hæc est vera. persona composita semper fuit, quia ad veritatem propositionis sufficit, ꝙ prædicatum conueniat subiecto, nec oportet ꝙ conueniat ei ratione formæ significatæ, vel appositæ, nisi sit prædicatio per se: & ideo, quia personæ conuenit semper fuisse; quāuis non ratione compositionis. hæc est simpliciter vera. persona cōposita semper fuit: sed ad veritatem propositionis exigitur, ꝙ totū qđ est in prędicato, conueniat subiecto: & ideo compositio quā significat hoc nomen compositum, non conuenit ab æterno personæ: & ideo hæc est falsa. persona ista semper fuit composita.

¶Ad septimum dicendum, quòd idem iudiciū est de ista. homo incœpit esse deus. & homo factus est deus, & eædem rationes
q.2.2. vtrobique fieri possunt: & ideo requiratur supra dist. 7. vbi inquisitum est: vtrum homo factus sit deus.

QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de potentia peccandi.

Et circa hoc duo quæruntur.

Primum. Vtrum iste homo potuit peccare.
Secundo. Vtrum habuit potentiam peccandi.

ARTICVLVS I.

a *Vtrum Christus potuit peccare.*

3.q.15.1. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ potuit peccare. Ber.n.dicit, ꝙ tantū descendit filius dei, quantū descendere potuit pter pctm̄: sed vltimus gradus circa pctm̄ ē posse peccare. ergo ipse potuit peccare.

¶ 2 Præt. Nihil laudis Christo homini subtrahendum est: sed in laudē viri iusti dicitur Eccl.31. Qui potuit transgredi, & non est transgressus. ergo hoc Christo conuenire debet.

¶ 3 Præt. Sicut peccatum requirit voluntatem, ita & meritū:
1.lib.retracta.c.14. sed secundum † Aug. Nullus peccat in eo, quod non potest vitare. ergo etiam nullus meretur vel laudatur de hoc quod dimittere non potest. Si ergo Christus non potuit peccare, non est laudandus de hoc, quod non peccauit.

Cap.11. ¶ 4 Præt. Philosophus dicit in 4. Topi. quòd deus & studiosus potest praua agere: sed in Christo non inuenitur aliquid, quare non potuerit peccare, nisi quia deus est, & quia bonus perfecte fuit. ergo potuit peccare.

F ¶ 5 Præt. Io.7. dicitur a Christo. Si dixero, quia non noui eum, ero similis vobis mendax: sed potuit illa verba dicere sine additione, sicut dixit cū additiōe. ergo potuit mētiri. ergo & peccare.

SED CONTRA. Heb.2. Eum qui paulominus &c. dicit glo. quia natura humanæ mentis quam deus assumpsit, & quæ nullo modo peccato deprauari potuit, solus deus maior est: sed quicunq; potest peccare, mēs eius potest peccato deprauari. ergo Christus nō potuit peccare.

Si deus alium hominem assumere potuerit, uel aliunde quàm de genere Adæ.

G SOLET ēt quæri: utrum alium hominē, uel aliunde hominē, q̄ de genere illius Adę, deus assumere potuerit. Ad qđ sane dici pōt, ipsum & aliam aīam, & aliā carnē potuisse assumere, quia gratia tm̄ assumpta est anima illa & caro a uerbo dei. Vt.n. ait August. † in rebus per tempus

¶Præt. Hæc est perfectio naturæ glorificatæ, vt iam peccare non possit: sed Christus ab instanti suæ conceptionis fuit verus comprehensor. ergo nunquam peccare potuit.

Lib. 13. Tri. cap. med. ¶ Præt. Quicquid fecit ille hō, pōt dici deus fecisse: si ergo ille homo peccasset, sequeretur ꝙ deus peccasset, quod est impossibile. ergo primum.

De fide. 3. cap. & lib. 12. RESPONDEO. Dicendum, ꝙ simpliciter loquendo, Christus nullo modo peccare potuit. vnde Dam.† dicit in 3.lib. ꝙ impeccabilis est deus Iesus: potest.n. considerari vt viator vel vt comprehensor, & vt deus: vt viator quidem, dux videtur esse dirigēs nos secundum viam rectam. In quolibet autem genere oportet
H primum regulans torqueri non posse, quia aliàs esset error in omnibus, quæ ad ipsum regulantur: & ideo ipse Christus tantam gloriæ plenitudinem habuit, vt etiam inquantum viator peccare non posset. vnde etiam & illi qui proximi sibi fuerunt, confirmati sunt, vt apostoli etiam viatores existentes, mortaliter peccare nō poterint, quàmuis potuerint peccare venialiter. Secundū vero quòd fuit comprehensor; mens eius totaliter est coniuncta fini, vt agere non posset nisi secundum ordinem ad finem, sicut in 2.lib.dist.7. de angelis confirmatis dictum est, ſm aūt quod fuit deus, & anima eius, & corpus fuerunt quasi organum deitatis, secundum quod dicit Dam. † deitas regebat animam & anima corpus. vnde non poterat peccatum attingere ad eius animā, sicut nec deus potest peccare: tamen sub conditione potest concedi quòd peccare potuit, scilicet si voluisset, quàmuis hoc antecedens sit impossibile, quia ad veritatem conditionalis non requiritur, neque veritas antecedentis, neque consequentis, sed ne-
I cessaria habitudo vnius ad alterum.

q.1.12. port. Damasc. 3. de fide 19. post medium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut deus non potuit descendere ad hoc, quòd peccaret: & ideo Christus nunquā peccauit: ita etiam non potuit descendere ad hoc quòd peccare posset: & ideo etiam Christus nunquam peccare potuit, & etiam si deus ad hoc descendere potuisset: non tamen conueniebat, quia hoc magis impediebat finem incarnationis, secundum quam est dux & rex nostrorum operum, quàm iuuaret.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliquid potest pertinere ad laudem inferioris, quod attributū superiori magis est in vituperiū, vt dicit Dio.4.c.de di.no. sicut furibundum laudabile est in cane: sed vituperabile in homine. vnde etiam philosophus dicit in 10.Ethic. quòd laudes hominum translatæ in deos, derisiones videntur: tamen hoc quod posse peccare pertinet ad laudē, est per accidens, inquantum ostendit opus quod laudatur, ex necessitate factum non esse: sed quàmuis remoueatur a Christo poten-
K tia peccandi: non tamen ponitur coactio, quæ volūtario contrariatur, & laudis rationem tollit.

¶Ad tertium dicendum, quòd impotentia coactionis quæ opponitur voluntario, tollit rationem meriti & demeriti; non impotentia quæ est ex perfectione in bonitate vel malitia, quia hoc voluntariū non tollit: sed ponit voluntatē confirmatam ad vnū.

In lib. perplexorum. ¶Ad quartum dicendum, quòd sicut dicit Rabi Moy.† verbum philosophi intelligendum est cum conditione, quia scilicet posset si vellet.

¶Ad quintum dicendum, quòd Christus potuisset si voluisset illa verba exprimere: sed velle non potuit.

ARTICVLVS. II.

b *Vtrum Christus habuit potentiam peccandi.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non habuit potentiam peccandi. ſm.n. quamlibet potentiā est

est aliquis potens: sed Christus non potuit peccare. ergo non habuit peccandi potentiam.

lib. de libertate arb. ¶ 2 Præt. Potentia peccandi, secundum Ansel. † non est libertas arbitrii, nec pars libertatis, sed diminuit libertatē: sed in Christo libertas non fuit diminuta. ergo ipse non habuit potentiam peccandi.

ortis illa sumpta est gratia, qua homo in vnitate personæ coniunctus est deo. Potuit igitur deus aliam animam, & aliam carnem assumere: & carnem vtique aliunde, quàm de genere Adę. vnde Aug. † in li.4. de Trin. Poterat vtique deus hominem aliūde suscipere, in quo etiam mediator dei & hominum, non de genere illius Adæ, qui peccato suo genus obligauit humanū, sicut ipsum quem primo creauit, non de genere alicuius creauit. Poterat ergo vel sic, vel alio quo vellet modo creare vnum hominem, de quo vinceretur victor prioris: sed melius iudicauit, & de ipso, quod victum fuerat, genere assumere hominem, per quem hominis vinceret inimicum: & tamen ex virgine cuius conceptum spiritus, non caro, fides, nō libido præuenit, nec interfuit carnis concupiscentia, qua cæteri concipiūtur qui originale trahunt peccatum: sed credendo non concumbendo sancta est fœcundata virginitas. Ex his aperte ostenditur, & alium, & aliunde hominem deum assumere potuisse.

¶ 3 Præt. Potētiam peccādi est radix peccati, & principium: sed in Christo non fuit aliquod principium, & radix peccati. ergo ipse non habuit potentiam peccandi.

cap.3.18.in ¶ 4 Præt. Christus etiam secundū quod hō, fuit maxime deo similis: sed deus non potest peccare, nec potentiam peccandi habet. ergo nec Christ⁹ secundum quod hō.

4.Top.c.11. prauorum. SED CONTRA. Philosophus dicit, ꝙ potestates prauorum sunt eligēdæ: sed omnia bona hominum Christus habuit. ergo potentiā peccādi.

Dam.de fide lib.3.ca. 6. circa me. ¶ Præt. Sicut dicit Damasc. Fili⁹ dei assumpsit quicquid in nostra natura plantauit. Plantauit autem in ea, potentiam peccandi, quia potentia peccandi a deo est, quàmuis volūtas peccandi non sit ab eo. ergo potentiam peccandi habuit.

lib.3. de fide cap. 18. ¶Præt. Potentia peccādi, est potētia qua peccatur, hoc autem est liberum arbitrium. cum igitur Christus habuerit liberū arbitrium secundum ꝙ hō, vt dicit Dam. oportet ꝙ habuerit potentiam peccandi.

¶ Præt. Anima Christi creatura est: sed secundum Dam. anima creatura vertibilis est vel secundum electionē, vel secundum substantiam. ergo anima Christi vertibilis est secundum electionem cum vim electiuam habeat: sed vertibilitas electionis est potentia peccandi. ergo Christus habuit potentiam peccandi.

RESPONDEO. Dicendum, quòd actus se habet ad potentiam dupliciter, quia actus egreditur a potentia, & iterum p actus specificatur potentia: & ideo cum dicitur potentia aliquid agēdi, vt potentia videndi, dupliciter potest intelligi, quia potest designa-
D.1175. ri vel ordo potentiæ d ad actum, secundum quod actus sumitur vt effectus potentiæ: vel designatur potentia ipsa specificata per actum, secundum quod actus sumitur loco differentiæ specificæ ipsius potentię. Et primo modo non potest dici, quòd ille qui habet visum impeditum, habeat potentiam videndi, sicut non potest dici quòd possit videre: sed secundo modo potest dici, quòd habeat potētiam videndi, sicut quòd habeat potentiam visiuam. Hæc autem distinctio, vt ex dictis patet, habet locum in illis actibus quibus specificantur potentiæ. huiusmodi autem sunt actus, ad quos potentiæ ordinantur. Sed liberum arbitrium non ordinatur ad peccatum, immo peccatum incidit ex defectu eius, vnde peccare non specificat potentiam liberi arbitrii: & ideo cum dicitur, quòd aliquis habet potentiam peccandi, non intelligitur quòd habeat liberum arbitrium, sed quòd habeat ipsum ordinatum ad peccandum, ita vt peccare possit. & ideo sicut de Christo non dicitur, quòd possit peccare: ita nec quòd habet potentiam peccandi proprie loquendo, & secundum se: sed potest concedi sub hoc sensu, vt dicatur habere potentiam peccandi, quia habet potentiam, quæ in aliis est potentia peccandi. Et hoc modo sustinendo, facile respondetur ad primas quatuor rationes.

¶ Ad quintum dicendum, quòd potestates multorum sunt eligendæ per accidens, non quia sunt multorum: sed quia eædem sunt ad bona: magis autem essent eligendæ, si essent bonorum tantum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd potentia peccandi, inquantum peccandi, non est a deo, vt in 2.li.dist.vltima dictum est: sed

A quantum ad subiectum potentiæ tantum.

¶Ad septimum dicendum, quòd liberum arbitrium, vt ex dictis patet, nō potest dici simpliciter potentia peccandi, nisi in his qui peccare possunt.

¶ Ad octauum dicendum, quòd illa vertibilitas in Christo, perficitur per gratiæ plenitudinē: sicut & potentia materiæ terminatur per actū formæ totam potentialitatem materię tollentis, vt patet in cælo.

B *Si homo ille potuit peccare, uel non esse deus.*

IDEO non immerito quęritur, utrum homo ille potuerit peccare, uel non esse Deus. Si enim potuit peccare, potuit & damnari; si po-
B tuit damnari, potuit non esse deus. Ergo si potuit peccare, potuit non esse deus: quia esse deum, & posse & uelle iniquitatem, simul esse nequeunt. Hic distinctione opus est, utrum de persona, an de natura agatur. Si enim de persona agitur, manifestum est, quia peccare non potuit: nec Deus non esse potuit. Si uero de natura, discutiendum est, utrum agatur de ea, ut uerbo unita, an de ea tanquam non unita uerbo, & tamen enti, id
C est, an de ea secundū quod fuit unita uerbo: an de ea secundum quod esse potuit, & non unita uerbo. Non est.n. ambiguum, animam illam entem unitam uerbo, peccare non posse; & est sine ambiguo uerum, eandem & si esset non unita uerbo, posse peccare.

QVAEST. III.

Deinde quæritur de cōgruitate, quātum ad sexum.

Et circa hoc quæruntur duo.
Primo. In quo sexu humanam naturā assumere debuit.
Secundo. De quo sexu, vtrum scilicet de viro, vel de muliere.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus debuit aliquē sexū accipere.

AD Primum sic proceditur. Videtur quòd non debuerit aliquem sexum accipere, quia ipsum corpus Christi verum, præsignat corpus mysticum: sed in corpore mystico, quod est ecclesia, non est differentia sexuum: quia sicut dicit Apostolus Gal. 3. in Christo non est masculus, neque femina. ergo nec ipse sexum assumere debuit.

D ¶2 Præt. Sexus ordinatur ad generationem carnalem: sed Christus non venerat, vt esset principium humani generis per generationem carnalem, sed spiritualem. ergo sexum sumere non debuit.

¶ 3 Præt. Spiritus creatus indifferenter se habet ad vtrumque sexum: sed plus distat spiritus increatus a differentia sexuum, quàm spiritus creatus. ergo ipse deus se habet indifferenter ad vtrūque sexum. ergo vel vtrūque assumere debuit, vel neutrum.

SED CONTRA. Christus debuit fratribus assimilari, quantum ad naturalia, vt dicitur Hebr.2. sed sexus est de naturalibus hominis. ergo debuit sexum assumere.

¶Præt. Quod est inassumptibile, est incurabile, vt dicit † Dam. sed sexus præcipue curatione indigebat, in quo maxime peccatū originale regnat. ergo debuit assumere sexum. Dam. lib.3 de fide cap. 6. circa medium. II

VLTERIVS. Videtur quòd debuit assumere femineum. Re-
E paratio enim respondet ruinæ: sed prima ruina fuit per feminā. ergo & principium reparationis debuit esse per feminam. hoc autem est Christus. ergo &c.

¶ 2 Præt. Christus assumpsit defectus naturæ nostræ: sed fragilitas sexus feminei est quidam defectus. ergo debuit ipsum assumere.

¶ 3 Præt. Dicitur in quodam sermone de virginibus. Quanto infirmius vasculum, quod reportat ab hoste triumphum, tanto magis deus laudatur: sed in victoria Christi, est deus maxime laudandus. ergo decuit quòd sexum infirmiorem, scilicet femineum assumeret.

SED CONTRA. Christus fuit caput ecclesię: sed mulier non est caput viri, sed econuerso secundum Apostolum. ergo non debuit esse mulier.

¶Præt. Christus, vt esset doctor ecclesię, promittitur Ioel.2. sed mulieri non conuenit docere in ecclesia, vt patet 1.Cor.14. ergo Christus non debuit sexum femineum assumere.

RESPONDEO ad primam quæstionem, quòd Christus venit ad reparandam humanam naturam, quā per assumptionē re

parauit: & ideo oportuit, quòd quicquid per se consequitur ad humanam naturam, assumeret, scilicet omnes proprietates, & partes humanæ naturæ, inter quas est etiam sexus: & ideo decuit quòd sexum assumeret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in corpore mystico dicitur nō eē masculus, aut fœmina, nō quia non sit differentia sexuum: sed quia indifferēter se hēt vterq; sexus ad ipsum corpus mysticum: quia corpus mysticū non est vna persona, sicut est ipse Christus. vnde in eo nō potuit esse vterq; sexus, quia hoc esset monstruosum & innaturale.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non assumpsit sexum ad vsum, sed ad pfectionem naturæ: sicut ēt erit in sanctis post resurrectionem, quando neq; nubent, neque nubentur.

¶ Ad tertium dicendū, quòd æqualiter se habet, quantum ad potentiā: sed non quantū ad congruentiam.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd non loquitur hic de potentia dei, quia ipse potuit assumere quale corpus voluit, de congruitate autem loquendo, quia Christus venit vt doctor, & rector, & propugnator humani generis, quæ mulieri non competunt: ideo nec competens fuit, quòd sexum fœmineū assumeret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd reparatio debet respondere ruinę per oppositum. vnde sicut principium perditionis fuit natura fragilior, ita principiū reparationis debet esse natura fortior: sicut sanatio in corpore hominis est per virtutē cordis, quod habet fortiorem sanitatem. Vel dicendum, quòd per mulierem nō intrauit in mundum peccatum originale, sed per virum, sicut in li. 2. dictum est, quàmuis a muliere initium habuit peccatum: ita etiam per virum habuit perfici opus salutis nostræ, quod aliquo modo initiatum est per mulierem, scilicet beatā Virginem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus nō assumpsit omnes defectus: sed illos qui conueniebant ad finem assumptionis, scilicet ad opus redemptionis, vt infra dicetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd laus dei non tantū est ex infirmitate victoris, sed etiam ex magnitudine victoriæ, & congruentia pugnæ, sm quæ in victoria Christi deus maxime laudatur.

Quorundam oppositio, quòd potuit etiam unita deo peccare.

VIDAM tamē probare conantur eam ēt unitam uerbo, pōsse peccare, qa liberum arbitrium habet, & ita potest flecti in utramq; partem. Quod friuolum est, cum & angeli liberū arbitrium habeant, & tamen in gratia a Deo sunt confirmati, ut pecca re nequeant: quanto magis ergo ille homo, cui Spiritus sanctus est datus sine mensura? Inducunt quoq; authoritatem ad probādum idem. Scriptum est enim in lib. Sapiētię. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala & non fecit. sed hoc accipiendum est secundum membra, uel partim de capite, partim de membris: de capite. Non est transgressus, & non fecit malum: de membris, Potuit transgredi, & facere malum.

Eccl. 31.

ARTICVLVS II.

Vtrum debuerit carnem assumere ab utroque sexu.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd debuit ab vtroque sexu carnem assumere: quia ut dicit Apostolus Hebræ. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari, & præcipue in naturalibus: sed naturaliter alii homines generantur ab vtroque sexu. ergo & Christus ab vtroque sexu carnem assumere debuit.

¶ 2 Præt. Illa solum videntur in humana natura Christo repugnare, quæ ad peccatum pertinent: sed commistio sexuum potest esse sine omni peccato, & sine omni corruptela, cum in paradiso ante peccatum fuisset, secundum Aug. ergo debuit per commistionem sexuum carnem assumere.

¶ 3 Præt. Christus præcipue venit ad tollendum originale peccatum: sed per commistionem sexuum traducitur originale. ergo debuit per commistionem sexuum carnem assumere.

SED CONTRA. † Ansel. dicit, q̄ decuit vt mater Christi ea puritate niteret, qua maior sub deo non potest intelligi: sed maxima puritas est virginalis. ergo de virgine nasci debuit, & ita non per commistionem sexuum.

De concep. Virg. c. 18.

¶ Præt. Sequeretur quòd Christus haberet duos patres, quod nusquam inuenitur.

VLTERIVS. Videtur quòd debuit assumere corpus de virotm, qula reparatio debet respondere conditioni: sed in conditione humani generis est aliquid formatum ex viro tantum. ergo & sic debuit esse in reparatione.

¶ 2 Præterea. Generans est simile generato: sed Christus debuit esse masculini sexus. ergo de masculo debuit eius corpus assumi.

Si deus potuit assumere hominem in sexu mulebri.

SOLET ēt quæri, quāuis curiose, a nōnullis. Si deº humanā naturā potuit assumere scdm muliebrē sexū. Quidā arbitrantē eū potuisse assumere hoīem in femineo sexu, ut assūpsit i uirili: sed opportunius atq; cōuenientius factū est, ut de fœmina nasceretur, & uirum assumeret, ut ita utriusq; sexus liberatio oīderetur. Vnde Aug. † in lib. 83. quæstionū. Hominis liberatio in utroque sexu debuit apparere. ergo quia uirum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est: consequens erat, ut fœminei sexus liberatio hinc appareret, quòd ille uir de fœmina natus est. Sapientia ergo dei, quæ dicitur unigenitus filius, homine suscepto in utero, & de utero uirginis, liberationē hominis indicauit.

SED CONTRA. Christus venit vtrū que sexum saluare: sed *ipse fuit vir*. ergo debuit ex muliere carnem assumere.

RESPONDEO. Dicendum ad primam quæstionem, q̄ nullo modo congruebat, quòd per commistionem sexuum carnem assumeret. Primo propter dignitatem matris, vt purissima esset, & ita virgo. Secundo propter dignitatem patris, vt non esset alius pater sui filii. Tertio propter dignitatem concepti, quia non decuit, vt illa caro formaretur, nisi a Spiritu sancto. Quarto propter vnitatē personæ, ad quam caro illa assumpta est. vnde decuit vt sicut per virtutem infinitam assumpta est, ita per virtutem infinitam formaretur. hoc autem esse non potuisset, si per commistionem sexus concepta fuisset: quia vel semen viri fuisset ibi pro nihilo, vel fuisset agens in conceptione.

q. 16

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd debuit fratribus assimilari in his, quæ non derogant dignitati eius, vel perfectioni naturæ assumptæ, vel quę faciunt ad opus redemptionis: sed hoc non est huiusmodi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd commistio sexuum, quamuis possit fieri sine peccato: tamen non potest esse in statu naturæ corruptæ *sine vitiosa libidine*, quæ est principium peccati: Christus autem non venerat reparare naturam tunc, quantum ad actum naturæ, quia hoc erit in resurrectione gloriosa: sed quantum ad actum personæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Christus per suam innocentiam culpam nostram abstulit: ita purissimum oportuit esse eius conceptum, qui conceptionis vitium tollere venerat.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd decuit vt de muliere carnem assumeret. Primo vt vterque sexus glorificaretur Christi incarnatione, vt in obiectione tactum est. Secundo ad complectionem vniuersi, quia generatio viri de muliere tantum, nusquam fuerat: sed mulieris de viro fuerat, scilicet in Eua, & viri de vtroque sicut in Abel & aliis, & viri de neutro sicut in Adam. Tertio vt naturalem habitudinem haberet ad genus humanum: si enim ex viro fuisset non per actionem viri, non esset filius eius, nec naturalis nepos Abrahæ: sicut est naturalis filius virginis ex hoc solo, quòd carnem ab ea sumpsit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ non oportet, quòd per omnia reparatio similis sit conditioni: sed quantum attinet ad finem reparationis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non oportet quòd in sexu generans assimiletur genito: sed in natura speciei.

EXPOSITIO TEXTVS.

HIC *distinctione opus est*. Hic non dicit Magister, quin locutio sit simpliciter falsa: sed vt ostendat quantum potest habere de veritate. *An de ea secundum quod potuit esse*. patet quòd hoc, quod potuit esse aliter, non mutat aliquid de veritate eius quod est. nec ista consideratio humanæ naturæ, vt non vnita est in re; sed in intellectu tantum. *Quidam arbitrantur &c.* hoc dicit sub dubitatione

bitatione propter inconueniens, ad quod tertia opinio ducebat: vt supra dist. 8. habitum est. Et tamen simpliciter concedendum est, quòd potuit assumere sexum fœmineum de potētia absoluta loquendo, quàmuis non fuisset ita congruum.

DIVISIO TEXTVS.

DISTINCTIO. XIII.

Si Christus secundum naturam hominis in sapientia & gratia proficere potuit, uel profecit.

POSTquàm magister determinauit de his quę conueniunt deo incarnato ratione vnionis, hic determinat ea quæ cō sequuntur ipsum secundum alteram naturarum. Et quia de *his quę cōueniūt* ei ratione diuinæ naturæ, quæ in incarnatione minorata non est, determinatum est in primo lib. restat vt hic determinetur de his quæ conueniunt Christo secundum naturam, quæ per incarnationem est exaltata. diuiditur autē hæc pars in tres partes. In prima determinat de his, quæ cum humana natura assumpsit. In secunda de his, quæ per naturam humanam operatus est. dist. 17. *Post prædicta*. In tertia de morte, quam in humana natura sustinuit, distin. 21. *Post prædicta considerandum*. Prima diuiditur in duo. Primo determinat de perfectionibus quas cum humana natura assumpsit. Secundo de defectibus cum eadē assumptis, dist. 15. ibi. *Illud quoque*. Prima diuiditur in duas partes. Primo determinat de perfectionibus cum humana natura assumptis, quantum ad earum plenitudinem. Secundo per comparationem ad perfectionem diuinæ naturæ, dist. 14. ibi. *Hic quæri opus est*. Prima in duas. Primo determinat plenitudinem perfectionis quantum ad gratiam affectus, & scientiam intellectus, quam Christus accepit in instanti conceptionis. Secundo obiicit in contrarium, ibi. *Huic autem uidetur obuiare*. Et hæc diuiditur in duas partes. In prima obiicit in contrarium per authoritates canonis. In secunda per authoritates sanctorum, ibi. *Aliter tamen scriptum reperitur*. Circa primum tria facit. Primo facit obiectionem; secundo soluit eam, ibi; *Ad quod sane dici potest*: tertio solutionem per authoritatem confirmat & explanat, ibi; *Vnde Greg. Alibi tamen scriptum est*. Hic obiicit per authoritatem Ambro. & tria facit. Primo ponit authoritatem. Secundo exponit & ostendit quomodo proposita authoritate partim ędificatur fides, partim potest sumi errandi materia, ibi. *Sed verba Ambr.* Tertio ostendit quomodo exponenda sit, ne error indē sequatur, ibi. *Sed ex qua causa*. Hic incipit quæstio de gratia Christi: quia de scientia eius in sequenti distinctione quæritur. & quæruntur tria. Primō de gratia eius, secundum quòd est singularis homo. Secundo, de gratia, secundum quòd est caput ecclesiæ. Tertio de gratia vnionis.

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur duo.

Primo. Vtrum in eo sit gratiam habitualem ponere, qua anima eius perficiebatur quæ dicitur singularis hominis.

Secūdo. De plenitudine illius gratiæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Christo fuerit gratia habitualis perficiens animam eius.

3. q. 7. 1. ver. q. 29. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo gratia dicta nō fuerit. Sicut enim se habet filiatio adoptionis ad filiationem naturālē, ita se habet bonitas gratuita ad bonitatem naturalem: sed Christus, sicut ex vnione habuit quòd esset filius naturalis, ita habuit quòd esset naturaliter bonus. ergo sicut non ponitur in eo filiatio adoptionis, ita non debet poni bonitas gratuita.

¶ 2 Præt. Gratia datur hominibus vt assimilentur Deo: sed Christus nunquam fuit dissimilis Deo. ergo gratia nunquam indiguit.

¶ 3 Præt. Vbi est lux solis, non indiget lumine candelæ, quia maior lux offuscat minorem, sed in Christo fuit lux diuinitatis, quasi lux solaris. ergo non oportuit in eo ponere lumen gratiæ.

¶ 4 Præt. Dam. dicit in. 3. lib. quòd sicut anima regit carnem, & operatur per eam sicut per instrumentum, ita diuinitas regebat animam Christi: sed instrumentum non indiget aliquo habitu, quo regatur in opere, quia regitur per agens principale. ergo & anima Christi nō indigebat habitu gratiæ.

Epist. 57.

¶ 5 Præt. Gratia ad hoc datur hominibus, vt per eam peccatū vitetur, & gloria adipiscatur: sed ex hoc ipso quòd Christus *fuit deus*, habuit q̄ peccare non posset, vt in precedenti distinctione dictū est, & iterum habuit plenum ius in gloria diuina, vt dictum est distin. 10. ergo gratia non indiguit.

SED CONTRA. Sicut anima est perfectio corporis, ita gratia est perfectio animæ: sed non minus debuit habere animam perfectam, quàm corpus perfectum. ergo sicut assumpsit corpus cum anima: *ita assumere debuit animam cum gratia*.

¶ Præt. Omne meritum est per gratiam, sed Christus meruit sibi & nobis, vt infra dist. 18. dicetur. ergo ipse habuit gratiam.

q. 1. 5. & 6

¶ Præt. De ipso in psalmo dicit. Diffusa est gratia in labiis tuis. Et unxit te oleo letitię, quæ omnia gratiam in ipso ostendunt. ergo & ipse habuit gratiam.

RESPONDEO. Dicendum, quòd gratia principaliter duo facit in anima. Primo enim perficit ipsam formaliter in esse spirituali, secundum quam deo similatur, vnde & vita animæ dicitur. Secundo perficit eam ad opus, secundum quod a gratia emanant virtutes, sicut vires ab essentia: quia non potest esse operatio perfecta, nisi progrediatur a potentia perfecta per habitum, & propter hæc duo oportet ponere gratiam in anima Christi: quia cum sit perfectissima in esse spirituali, oportet quòd sit aliquid perficiens illam formaliter in esse illo. Deitas autem non est formaliter, sed effectiue perficiens ipsam: vnde oportet aliā formam creatam in ipso ponere, qua formaliter perficiatur, & hæc est gratia: similiter etiam cum alia sit eius operatio secundum humanitatem & secundum diuinitatem, sicut & alia natura, oportet quòd operatio eius humana habeat habitum perficientem, alias esset imperfecta: & ideo in Christo oportet ponere gratiam & virtutes.

IV

q. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filiatio refertur ad personam: & quia extraneitas respectu diuine glorię, quam nomē adoptionis importat, nullo modo conuenit personæ illi, ideo nomen adoptionis de Christo non conceditur: sed gratia est perfectio naturæ, cum subiectum eius sit anima, quæ est pars humanæ naturæ, ideo quàmuis gratia importet aliquid etiam non naturaliter inhęrens, tamen potest ratione humanæ naturæ Christo conuenire.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gratiæ est, facere deo similem, nec oportet vt de dissimili faciat similem, sed de non simili similem, nec ita quòd semper negatio similitudinis, similitudinem tempore præcedat; sed natura, sicut potentia est ante actum, sicut Sol præcedit lucem suam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd lux Solis & lux candelæ, utrumque est actiue illuminans: sed deitas & gratia non sic se habent, sed vnum illuminat actiue, alterum formaliter, & ideo sicut solem & lumen solis in aere necesse est esse simul, & vnum alterum efficit & non offuscat: ita ex diuinitate Christi sequitur ipsa gratia, & non offuscatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut philosophus dicit in. 8. Ethico. duplex est instrumentum, scilicet animatum & inanimatum: inanimatum, sicut securis: animatum, sicut seruus qui mouetur ad imperium domini. Instrumentum ergo inanimatum ita agitur quod non agit, & dicitur inanimatum anima rationali, & ideo non indiget habitu regente in operatione: sed in strumentum animatum agit & agitur. vnde sicut seruus indiget habitu ad hoc, vt imperium domini sui debito modo exequatur, ita etiā anima Christi ad hoc, quòd perfecte diuina operaretur.

cap. 8.

¶ Ad quintū dicendum, quòd sicut omnis forma est per se ordinata ad perficiendū (q̄ autem abiiciat contrarium, est ei per accidēs) ita etiam est de gratia respectu peccati. vnde quàmuis Christus

nunquam peccauerit nec peccare potuisset, etiã si gratiam habitualem non habuisset ex vnione ad verbũ:tamen gratia indiguit ad perfectionem, vt dictum est, & iterum quàmuis ex hoc ipso, quòd deus erat, sibi gloria debebat: tamen oportuit, quòd esset aliquid formaliter perficiens ipsam animam ad actus gloriæ, & hæc fuit gratia, quia gratia consummata in anima, est idem qꝫ gloriæ lumen, & ẽt perficiens eam ad actus viæ.

in sanctis uero quasi solus tactus est, quibus spiritus datus est ad mensuram, cum de illius plenitudine acceperunt. Acceperunt autẽ de illius plenitudine, non secundum essentiam: sed secundum similitudinem. Quia nunquam illã eandem essentialiter: sed similem acceperunt gratiam. Puer ergo ille plenus sapientia, & gratia fuit ab ipsa cõceptione. vnde Hier. † recte dicit Nouum faciet dominus super terram: mulier circundabit uirũ; quia in utero uirginis perfectus uir extitit; non solum propter animã & carnem: sed etiam propter sapientiam & gratiam qua plenus erat.

ARTICVLVS II.

b Vtrũ Christus habuerit gratiæ plenitudinem.

3.q.7.9. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus non habuit gratiæ plenitudinem: Christus.n. non habuit fidẽ nec spem: sicut infra determinabitur, nec iterum pœnitentiam, quia nunquam peccauit: sed hæc omnia ad gratiã pertinent. ergo ipse non habuit gratiæ plenitudinem.

Sup Hier. c. 31.

d.36.2.3.d. 26.q.2.3.q. 1.

Cap.10. ¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 10.Ethic. quòd virtutes morales non sunt in diis: sed Christus fuit verus deus. ergo non habuit virtutes morales, scilicet temperantiam &c.

¶ 3 Præt. Virtutes ordinantur ad actum; sed actus quarundam virtutum Christo non conueniunt, sicut magnificentia, quæ consistit in magnis sumptibus, quia pauper pro nobis factus est. ergo non habuit omnes virtutes, & ita nec gratiæ plenitudinem.

SED CONTRA Io.1. Vidimus eum plenũ gratiæ & veritatis.

¶ Præt. Maior gratia fuit in Christo, quàm in aliquo alio homine: sed de quibusdã aliis legitur, quòd fuerunt gratia pleni, sicut de matre eius. Luc.1. Et de Stephano. Act.6. ergo multo magis Christus habuit gratiæ plenitudinem.

¶ Præt. Spiritus sanctus in hoĩe per gratiam inhabitare dicitur. sed Lu.3. dicitur qꝫ Christus plenus Spiritu sancto regressus est a Iordane. ergo ipse habuit gratiæ plenitudinem.

II

3.q.7.11. VLTERIVS. Videtur, quòd gratia eius fuerit infinita. Io.3. dicitur qꝫ non ad mensurã dat ei deus Spiritum sanctũ: sed omne finitum mensuram habet, ergo cum Spiritus sanctus dicatur dari hominibus, secundum quòd gratiam accipiunt. videtur qꝫ gratia eius fuerit infinita.

¶ 2 Præt. Omni finito potest aliquid maius intelligi, & deus aliquid maius facere: sed in litera dicitur quòd deus illi maiorẽ gratiam conferre non potuit, nec potest plenior intelligi. ergo est infinita.

¶ Præt. Omne finitum multotiens sumptum, æquatur alteri finito, vel excedit ipsum. si ergo gratia Christi fuit finita, tunc gratia alterius hominis posset tantum augeri, quòd æquaretur gratiæ Christi, vel excederet ipsam, quòd est inconueniens. ergo gratia Christi est infinita.

¶ 4 Præt. A causa finita non est effectus infinitus: sed meritum Christi fuit infinitum, quia sufficiens ad redemptionem totius humani generis, quod est infinitum potentia. ergo & gratia quæ est causa meriti fuit infinita.

SED CONTRA. Nullum creatum est infinitum, gratia Christi fuit creata. ergo non fuit infinita.

¶ Præt. Nullo infinito est aliquid maius, si igitur Christus secundum quòd homo habuisset gratiam infinitam, secundum qꝫ homo non fuisset minor patre, quod est contra fidem.

III

3.q.7.12. VLTERIVS. Videtur quòd gratia illa potuerit augmentari. Omni infinito possibilis est additio. si ergo gratia Christi facta fuit, quia creata est, potuit ei fieri additio, & ita potuit augeri.

¶ 2 Præt. Quantũcunque additur intellectuali naturæ de perfectione, tanto magis augetur eius capacitas. vnde secundũ philosophum in 3. de anima, quanto intellectus magis intelligit difficilia, plus etiam potest intelligere: sed capacitas amplioris gratiæ facit possibilitatem ad augmentum. ergo quantũcunque homo habeat perfectam gratiam, remanet possibilitas ad augmentum, & ita videtur, quòd Christus potuit proficere in gratia.

¶ 3 Præt. Missio visibilis est signum missionis inuisibilis; sed ad Christum facta est visibilis missio Spiritus sancti in 30. anno. vt supra Luc. 3. ergo tunc fuit ei facta inuisibilis missio Spiritus sancti: sed Spiritus sanctus non mittitur visibiliter ad ali-

F quem nisi ratione nouæ gratiæ datæ, vel ratione augmenti gratiæ: ergo Christus creuit in gratia, cum primũ gratiã habuerit.

¶ 4 Præt. Sicut requirebatur in ipso perfectio animæ, ita & perfectio corporis: sed ipse creuit in perfectione corporis. ergo & creuit quantum ad gratiam quæ est perfectio animæ.

Authoritatem ponit quæ uidetur obuiare.

HVIC autem sententiæ uidetur obuiare, quod in Euangelio Lucę legitur. Iesus proficiebat sapiẽtia, & ætate, & gratia, apud deũ & hoĩes. Si.n.

G proficiebat sapientia & gratia, non uidet a conceptione habuisse b plenitudinem gratiæ sine mensura. Ad quod sane dici põt, ipsum secundũ hominẽ, tantã a conceptione accepisse sapientiæ & gratiæ plenitudinẽ, ut deus ei plenius conferre non potuerit: & tñ uere dicit profecisse sapiẽtia & gr̃a, nõ quidẽ in se; sed in alijs, qui de eius sapientia, & gratia proficiebant, dum eis sapientiæ, & gratiæ munera secundum processum ætatis magis, & magis patefaciebat. Vnde Greg. † in quadam homel ait. Iuxta hominis naturam proficiebat sapientia, non quòd ipse sapientior ex tempore esset, quia a prima cõceptionis hora spiritu sapientiæ plenus permanebat; sed eãdem qua plenus erat sapientiam cęteris ex tempore paulatim demõstrabat. Iuxta hominis naturam proficiebat ætate de infantia ad iuuentutem. Iuxta nominis naturam proficiebat gratia, non ipse quòd non habebat per accessum tẽporis accipiendo: sed pãdendo gratiæ donum qđ habebat. Apud deum, & homines proficiebat, quia quantũ proficien-

Fœmina

Luc. 2

SED CONTRA est qđ dicitur Hier. 31. Mulier circundabit virum: vbi dicũt sancti, quòd Christ' ab initio conceptionis fuit plenus omni gratia. ergo gratia non creuit in ipso.

¶ Præt. Christus fuit ab instanti conceptionis suæ perfectus comprehensor; sed comprehensores sunt in statu non in augmento gratiæ. ergo gratia in ipso nõ creuit.

RESPONDEO. Dicendum ad primam quæstionem, quòd illud plene haberi dicitur, quod secundum omnes differentias & modos & effectus suos habetur, & secundum hoc, Christus plenitudinẽ gratiæ habuit. hæc autem plenitudo potest attendi secundum rationem causæ finalis, efficientis, & formalis. Finis autem gratię est,

H vt coniungat nos deo. quia igitur Christus secundum quòd homo coniunctus fuit diuinitati non solum per cognitionem, amorem, & fruitionem: sed etiam per vnionem in persona: ideo gratia ipsius plenissime consecuta est finem suum. Et hæc est plenitudo causæ finalis. Item videmus quòd aliquid habet lucem corporalem tantum vt luceat, sicut quidam vermes & putredines quercus, vel carbunculus, aliquid autem vt alia illuminet, sicut lumen candelæ, aliquid autem vt alia illuminantia faciat, aliquid autem vt omnis illuminatio ab eo sit; sicut est de Sole, ita etiam est & de gratia Christi, quia ipse habet gratiam per quam in se perfectus est, & ex ipso in alios redundat. Et eorũ in quos redundat quosdã facit cooperatores dei; vt & ipsi alios per ministerium ad gratiam inducant, vt dicitur. 1. Cor. 3. & iterum ex ipso in omnes redundat, quia de plenitudine eius omnes accepimus. Ioan. 1. & hæc est plenitudo causæ efficientis. Similiter etiam aliqui formaliter gratia perfecti sunt, quantum

I ad omnes virtutes, & quantum ad expulsionem omnium peccatorum mortalium, & hæc est plenitudo sufficientiæ, quæ fuit in Stephano & aliis sanctis, secundum quòd aliquis impletur deo, ita vt nihil in eo a deo auersum maneat, in tota autem ecclesia est plenitudo copiæ, quia nulla gratiarũ ei deest, quin sit in aliquo membrorum suorum, de qua plenitudine dicitur Ephe. 4. Vt impleret omnia; alicui etiam data est gratia, quæ nõ solum omnia mortalia: sed etiam venialia repelleret; & hæc est plenitudo specialis prærogatiuæ, quæ fuit in beata virgine, secundum quam plena deo fuit, vt nihil in ea esset quod ad deum non ordinaretur: sed Christo vlterius data est gratia perficiens ipsum, non solum quantum ad omnes virtutes: sed etiam quantum ad omnes vsus virtutum; & quantum ad omnes effectus gratiæ gratis datæ: & iterum ad omnis peccati remotionem non solum actualis, sed etiam originalis, & potentiæ peccandi: & hæc est plenitudo Christi singularis, secundum rationem causæ forma-

K lis. Prima igitur plenitudo respicit gratiam vnionis. Secunda, gratiam capitis. Tertia, gratiam singularem ipsius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille virtutes habent aliquid perfectionis, & hoc in Christo præcipue est, & aliquid imperfectionis, & secundum hoc Christo non conueniunt: sed hoc infra melius patebit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtutes morales Christo non conueniunt, quantum ad vsus quosdam, qui in nobis sunt, sicut quòd per eas domantur passiones, quibus caro contra spiritum concupiscit, quod in Christo non fuit: sed quantum ad alios vsus secundum quos erunt in patria plenissime fuerũt in Christo. Et etiam quantum ad quosdam vsus viæ, qui eius perfectioni non derogabãt, inquãtũ erat verus viator, & comprehensor. Locis in arg. to citat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est de necessitate magnificentiæ, secundum quòd a philosopho accipitur, quòd homo habeat multas diuitias: sed vt sit sic dispositus, quòd quando oportet & decet optime eas dispensare velit, & hoc in Christo perfecte fuit.

Ad secun-

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd gratia dicitur donum gratis hõi collatum, donum autem hoĩ Christo sine meritis præcedẽtibus collatum fuit, & creatum, & increatum. Increatum fuit ipse spiritus sanctus, quia in eius anima requieuit, vt dicitur Isaiæ. 2. & ipsa persona verbi, quia datum est naturæ humanæ, vt in persona verbi esset eius, & secundum hoc est datum ei nomen, qđ est super omne nomẽ. Phi li. 2. & sic simpliciter gratia Christi est infinita. Creatum aũt donũ ei' est ipsa gratia, qua formaliter anima eius perficiebatur, & hæc quodã modo fuit finita, & quodammodo infinita, quia ſm essentiã finita fuit: sed tribus modis infinita dici põt. vno modo ex coniunctione ad diuinitatem, inquantum concurrit ad eundem actũ cum ipsa, vt actus gratia illa informatus non tm̃ sit actus hoĩs: sed etiam dei: secundo, quantum ad rõnem gratiæ. In his enim quæ mole magna non sunt, non est accipere finitum, & infinitũ ſm numeralem, vel dimensiuam quantitatem: sed ſm aliquid, quod est limitatum, & non limitatum. Limitatur aũt aliquid ex capacitate recipientis. vnde illud qđ non habet esse receptum in aliquo: sed subsistens, non habet esse limitatum: sed infinitum sicut deus, si autem esset aliqua forma simplex subsistens, quæ non esset suum esse, haberet quidem finitatem quantum ad esse, quod esset particulatum ad formam illam: sed illa forma non esset limitata, quia non esset in aliquo recepta: sicut si intelligatur calor per se existens: sed ſm hoc etiam formę vniuersales intellectę habent infinitatem: sed si forma talis sit recepta in aliquo, de necessitate limitata est, quantũ ad esse debitum illi formæ; non solum quãtum ad esse simpliciter, quia non solum nõ hẽt plenitudinem essendi simpliciter: sed nec totum esse, quod naturæ illius est possibile fore: sed possibile est, vt nõ sit limitata quantũ ad rõnem illius formæ, vt scilicet, habeat illam formam ſm omnem modum completionis ipsius, vt nihil sibi desit de pertinentibus ad perfectionem illius formæ, & hoc erit si ex parte recipientis non sit defectus, vel ex parte agentis, & hoc modo dr̃ gratia Chr̃i infinita, quia quicquid ad gratiæ perfectionem pertinere potest, totum in Christo fuit, tertio quantum ad effectus, quia non limitatur ad aliquos determinatos effectus: sed potest per gratiam, infinitis operari redemptionem: sicut dicitur in lib. † de causis. qꝫ virtus intelligentiæ est infinita inferius, & hic modus respicit gr̃am capitis, secũdus aũt gratiã singularis hoĩs: sed primus gr̃am vnionis,

Alias Beda 1.Lu.ho.11.

Lect.16.

D AD PRIMVM. ergo dicendum, qꝫ videtur intelligi illa authoritas quantum ad ſm modum dictum, hoc enim intendit dicere, qꝫ in Christo non est gr̃a limitata, quantum ad aliquem modum perfectionis eius: sed habet ipsam quantum ad oẽs. vel intelligitur de gratia vnionis, per quam eleuatur ad infinitum bonum, scilicet, vt sit verus deus.

q.3. qꝫ non ad mensurãm dat ei spũm sc̃ũm.

In hac eadem q.in.c. ¶ Ad secundum dicendum, qꝫ verba illa intelligenda sunt quantum ad rationem gratiæ, quia oẽ quod pertinet ad perfectionem gr̃æ, collatũ ei fuit. vñ multa alia posset deus facere. sed nõ pertinerent ad rõnem gratiæ: sicut posset hoĩ multas d alias perfectiones naturales, & essentiales addere: sed hæc non essent de rõne hominis, & esset tunc alia species, & non homo. Vel dicendũ, qꝫ licet, quantum est in se, posset facere maiorem d gratiam, quantum ad essentiam, quàm sit Christi, tamen nulla maior posset esse, cuius capacitas creata sit capax, nec posset facere aliquam capacitatem, quæ non esset creata.

D.310. 252.

D.537.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuersis speciebus aptantur diuersæ quantitates, & hoc patet de quantitatibus dimensiuis, quia est aliqua quantitas determinata hoĩ, vltra quam, non inuenitur aliqua quãtitas hoĩs maior: sed inuenitur quantitas arboris maior illa, quæ quàmuis finita sit, nullo modo ad eam pertingere põt homo quantumcũq; crescat. Similiter est in quantitatibus virtualibus, quàmuis enim caliditas ignis non excedat in infinitum caliditatem aeris, tñ est aliquis terminus caliditatis aeris, quẽ non transgreditur manens aer, vñ nullo modo põt tantum intendi, d qꝫ æquetur caliditati ignis: nisi aer fiat ignis, & similiter est in oĩbus qualitatibus, quæ cõsequntur alias perfectiones, vel disponunt ad eas, quia diuersis perfectionibus ſm speciẽ respondent diuersi gradus perfectionũ, vel dispositionum. Perfectio aũt ad quam disponit gr̃a, est coniunctio ad deum, & hæc est multiplex. s. in ænigmate, & p speciem. vnde quantuncũq; crescat gratia viatoris, non põt esse similis gratiæ cõprehensoris ſm actum, quàmuis virtute possit esse maior, & eadem rõne, quan-

D.416. 91

A tũcũq; crescat gratia puræ creaturæ, non põt peruenire in gratiã creaturæ assumptæ in vnitatem personæ, quæ ad vnionem disponit quodammodo, nisi & ipsa assumeretur. Et quia non est altior modus possibilis creaturæ, quo coniungatur deo, q̃ per vnitatem personæ: ideo dictum est supra, quòd capacitas creata non potest ampliorem gratiam recipere.

In hac ead. quæstiuncula ad 2.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd infinitas efficaciæ quæ est in merito, contingit ex hoc, quòd ad actionem illam concurrit diuina persona, quia non est tantum hoĩs actio: sed dei & hominis secundum qꝫ Dionisius actionem Christi nominat dei virilem.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, qꝫ augmentum non competit rei secundum quod est in termino: sed secundum qꝫ est in via ad terminum, quia ſm quod res est in termino, tota potentialitas capacitatis eius est impleta ex fine implẽte: & ideo non habet vlterius quo crescat, & quia aĩa Christi fuit ab initio conceptionis fini vltimo vnita, non solum per fruitionem perfectam: sed etiam communicando in persona verbi: ideo gratia eius crescere non potuit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cuilibet finito potest fieri additio, mathematice loquendo, quia ratio quantitatis, quam solam mathematicus considerat, non prohibet, quin possit infinito aliquid addi. Prohibet autem additionem talem, forma quam

C considerat naturalis; & ideo secũdum naturalem non est verum: sed secundũ imaginationem tantum, & similiter est in proposito, vt ex dictis patet, quia nec gratia põt esse maior q̃ comprehensoris: nec gloria maior quàm creaturæ vnitæ deo in persona.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc intelligendum est de capacitate intellectualis naturæ circa finem, vltra quam nulla capacitas alicuius rei extenditur, sicut intellectus in statu viæ, quantuncumque proficiat nunquam peruenit ad modum intelligendi, qui erit in patria.

In hoc eod. art. quæstiũcula. 2. ad 3

¶ Ad tertium dicendum, quòd missio visibilis, signum fuit inuisibilis missionis, non tunc factæ: sed ab initio conceptionis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus non assumpsit corpus gloriosum, ita quòd esset in vltima sui perfectione: accepit autem animam gloriosam: & ideo secundũ corpus proficere potuit non autem secundum animam.

QVAESTIO SECVNDA.

Deinde quęritur de gratia capitis.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrum Christus secundum quòd homo, habeat talem gratiam, quòd sit caput.

Secũdo. Quorum sit caput.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus sit caput ecclesiæ, secundum quòd homo.

E AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit caput ecclesiæ secundum quòd homo. A capite enim spiritus animalis ad mẽbra diffunditur: sed spiritus sanctus non diffunditur in ecclesiam a Christo, secundum qꝫ homo: sed inquantum deus, quia vt dicit Augu. in 15. † de Tri. Ipse accepit spiritũ sanctum vt hõ & effudit vt deus, ergo ipse nõ est caput, vt hõ: sed vt de'. De ver. q. 29. 4. cap. 19.

¶ 2 Præt. Sensus, & motus traducuntur a capite in membra: sed gratia, quæ motum vitæ facit in corpore ecclesiæ, non est per traductionem ab vno in alium. ergo Christus secundum quòd homo, non est caput ecclesiæ.

¶ 3 Præt. Gratia a solo deo creatur in nobis, quia secundũ † August. natura mentis humanæ immediate a deo formatur: sed vita ecclesiæ est per gratiam: cum igitur de ratione capitis sit, vt membra, quantum ad aliquem actum, viuificet: videtur qꝫ Christus secundum quòd homo, non possit dici caput ecclesiæ. to. sup Gene. c. 3. 4. 5.

¶ 4 Præt. Capitis nõ est aliud caput: sed caput Christi est deus. 1. Cor. 11. ergo Christus non est caput.

¶ 5 Præt. Caput recipit influentiam ab alio membro, scilicet, a corde: sed Christus non recipit influentiã ab alio membro ecclesiæ.

sia. ergo Christus non debet dici caput.

¶ 6 Præt. Caput potest dici membrum totius corporis, & commembrum aliis membris: sed Christus, vt videtur, non potest dici membrum ecclesiæ, quia sic virtus eius partialitatem haberet respectu totius ecclesiæ, & ecclesia esset perfectior Christo. ergo Christus non debet dici caput.

AD OPPOSITVM est Eph. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius. ergo cum ecclesia sit corpus eius secundũ humanam naturã, prout sibi conformis est, videtur ꝙ ipse secundum humanam naturam sit caput.

Luc. 2. te ętate patefaciebat hominibus dona gratiæ quæ sibi inerãt, & sapientiæ: tantum eos ad laudem dei excitabat, & sic deo patri ad laudem, & hominibus ad salutem proficiebat. In aliis ergo, non in se, proficiebat sapiẽtia & gratia. Vnde in eodẽ Euangelio, puer ille plenus sapientia & gratia perhibetur. Sic ergo dicitur profecisse sapientia & gratia, ut aliquis rector ecclesiasticus dicitur proficere in cura sibi credita, dum per eius industriam alij proficiunt.

¶ Præt. Rex dicitur esse caput regni, & Pontifex ecclesię sibi commissæ: sed Christus, secundum ꝙ homo, est rex, & pontifex totius humani generis. ergo ipse secundum quòd homo, est caput.

¶ Præt. Illud quod est dignissimum in quolibet genere, dicitur caput, sicut leo est caput animalium: sed Christus, etiam secundum humanam naturam, præcellit omnes homines. ergo etiam secundum quòd homo, est caput totius ecclesiæ.

RESPONDEO. Dicendum, quòd Christus dicitur caput ecclesiæ per similitudinem capitis naturalis. Inueniuntur enim in capite naturali tres conditiones, respectu aliorum membrorum singulariter. Prima est, quòd excellit ea dignitate in tribus, scilicet in altitudine situs in nobilitate propriæ virtutis, quia scilicet nobiliores vires, scilicet imaginatio, & memoria, & huiusmodi, habent locum in capite: & etiam in perfectione, quia in capite congregantur omnes sensus, cũ in aliis membris sit solus tactus. Secunda est, quòd a capite sunt oẽs vires animales in aliis membris, & sic dicitur esse principium aliorum membrorum, dãs aliis sensum, & motũ. Tertia est, quòd dirigit omnia membra in suis actibus, propter imaginationem & sensus, qui in eo abũdant formaliter. Habet autem quartam proprietatem communem cum aliis membris, quòd est conformis cum eis in natura. Ratione ergo primæ proprietatis, scilicet perfectionis, omne quod est perfectissimum in quacunq; natura, dicitur caput, sicut leo in animalibus. Ratione autem secundæ, omne principium dicitur caput, sicut fons caput fluminum: & sicut dicitur caput libri, vel caput viæ. Ratione aũt proprietatis tertiæ, omnis rector dicĩ caput, sicut rex, dux, vel pontifex. Quantum igitur ad has tres proprietates capitis, potest Christus dici caput, & secundum humanam naturam, & secundum diuinam: quia secundum diuinam naturam in eo est plenitudo omnis deitatis, vt dicit Apostolus Col. 1. vnde est super omnes deus benedictus in sæcula. Rom. 9. & similiter ab ipso inquantum deus, est nobis omnis spiritualis gratia. Item inquantum deus, dirigit nos in seipsum. Sed etiam hęc conueniunt ei secundum humanam naturam, quæ in Christo dignissima est ratione altitudinis, quia est vsque ad vnionem in diuina persona exaltata. Ratione propriæ operationis, quia dignissimũ actum habuit in ecclesia, scilicet, redimere ipsam, & ædificare eã in sanguine suo: & etiam ratione perfectionis, quia omnis gratia in eo est, sicut omnes sensus in capite. Similiter etiam dicitur caput ratione secundę proprietatis, quia per ipsum, sensum fidei, & motũ charitatis accepimus: quia gratia, & veritas p Iesum Christum facta est. Ioannis 1. & similiter direxit nos doctrina, & exemplo, quia cœpit Iesus facere, & docere. Act. 1. Sed quarta conditio Christo conuenit secundum humanam naturam tantum, & hæc complet in ipso rationem capitis: quia Christus secundum humanam naturam, habet perfectionem aliis homogeneã, & est principium quasi vniuocum, & est regula conformis, & vnius generis, vnde communiter loquendo, Christus secundum ꝙ deus, potest dici caput ecclesiæ simul cum patre, & spiritu sancto: sed proprie loquendo, est caput secundum humanam naturam: & dicitur gratia capitis, secundum quam prædictæ proprietates ei conueniunt, præcipue secundum quòd influit aliis membris.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dare spiritũ sanctum
D. 430. 680. cõtingit dupliciter. s. authoritate, & ministerio. Authoritate quidem, tm̃ dei est: sed ministerio dñr etiam homines dare, inquantum scilicet, per ministerium eorum datur a deo, sicut dicit Paulus. Gal. 3. Qui tradidit vobis spiritum, vt supra in 1. lib. di. 15. Magister dixit; & hoc modo Christus secundum quòd homo, spi-

F ritum sanctum ministerio dare potuit, vt dicitur Ro. 15. Dico .n. Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc, quòd de Christi plenitudine omnes accepimus, est aliquid simile traductioni, quàmuis non sit proprie traductio. Est igitur similitudo quantũ ad ipsum spiritũ sanctũ increatũ, q idẽ numero est ĩ capite & ĩ mẽbris, & aliquo modo a capite ad mẽbra descẽdit, non diuisus, sed vnus. Est autem dissimilitudo quãtum ad ipsum donum, secundum quod Spiritus sanctus in nobis inhabitat, quia istud non traducit̃ de subiecto in subiectũ.

Prædictis uidetur aduersari quod Ambrosius ait.

ALIBI tamen scriptum reperitur, quòd secundũ sensum hominis profecerit, sicut ætate hominis profecit. Ait enim Ambro. † in lib. 3. de Spiritu sancto sic. Deus perfectionem naturæ assumpsit humanæ. Suscepit sensum hominis: sed nõ sensu carnis fuit inflatus. Sensu hominis animam dixit conturbatam; sensu hominis esuriuit & rogauit. sen- (Aliás, incar.)

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ in aliqua actione potest aliquid esse medium dupliciter, s. quantum ad perfectionem, & quantum ad dispositionem tantum: sicut natura est medium in operatione, qua deus producit animam sensibilem, quia ipsa perfectio vltima sit mediate natura: sed in operatione, qua pducit animã rationalem, natura non est medium, nisi quantum ad dispositionem. Similiter dico, quòd deus immediate format mentem nostram, quantum ad ipsam perfectionem gratiæ, & tamen potest ibi cadere medium disponẽs: & sic gratia fuit a deo mediante ho-
H mine Christo. Ipse enim disposuit totum humanum genus ad susceptionem gratiæ, & hoc tripliciter. Vno modo secundum operationem nostram in ipsum, quia secundum quod credimus ipsum deum & hominem, iustificamur. Rom. 3. Quem posuit deus propitiatorem per fidem &c. Alio modo per operationem ipsius in nos, inquã tum scilicet, obstaculum remouet, pro peccatis totius humani generis satisfaciendo: & etiam inquãtum nobis suis operibus gratiam, & gloriam meruit, & inquantum pro nobis interpellat apud deum. Tertio modo ex ipsa eius affinitate ad nos, quia ex hoc ipso, quòd humanam naturam assumpsit, humana natura est magis deo accepta.

¶ Ad quartum dicendum, quòd caput Christi dicitur deus, non secundum completam rationem capitis: est enim caput ipsius secundum quod est principium eius: principium autem eius est secundum diuinitatem, & secundum humanitatem: sed inquantũ est principium eius secundum humanitatem, sic deficit quar-
I ta conditio capitis, quę est conformitas in natura: inquantum autem est principium eius secundum diuinitatem, sic deficit prima conditio, quia sic non habet maiorem dignitatem.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cor est principium virium vitalium in toto corpore: & est primum principium omnium membrorum quantum ad esse, vt dicit Philosophus: (Lib. 16 animal.) sed caput est principium virium animalium, quæ pertinent ad sensum, & ad motum. Et quia cum dicimus Christum principium esse membrorũ ecclesiæ, non intendimus quantum ad esse naturale, secundum quòd sunt homines: sed quantum ad fidem, & charitatem, per quam ecclesiæ membra vniuntur: ideo accomodatius dicitur caput, quàm cor.

¶ Ad sextum dicendum, quòd in nomine capitis, importatur principium, & origo alicuius rei, in nomine autem membri, importatur partialitas, quæ repugnat rationi primæ originis: quia in prima origine sunt omnia virtute, quæ inueniuntur in origina-
K tis. & ideo non potest dici membrum, quia non recipit ab aliquo alio influentiam, quia in corpore naturali caput non solum influit aliis membris, sed etiam ab aliis recipit, vt nutrimentum, & alia obsequia, ideo & caput dicitur, & cõmembrum: sed Christus secundum quòd homo, non recipit aliquid ab aliis membris ecclesiæ, sed a solo deo. vnde non potest dici cõmembrum, secundum quòd caput ecclesiæ dicitur ipse secundum humanitatem: potest autem dici membrum secũdum humanitatem, secundum quòd ipse est caput ecclesiæ secundum diuinitatem. & sic dicit Apostol'. 1. Cor. 12. Vos estis corpus eius, & membrũ de mẽbro.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus secundum quòd homo, sit caput Angelorum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus secundum quòd homo, non sit caput angelorum. De ratione enim capitis est conformitas ad membra, vt dictum est: sed Christus 3.q.8.4.

stus non est conformis angelis in natura, quia nusquam angelos apprehendit, vt dicitur. Heb. 2. ergo nõ est caput angelorum.

¶ 2 Præt. Christus dr̃ Heb. 2. caput hoium, secundum quod ab ipso aliquam influentiam recipiunt: sed angeli cum sint beati, non indigent vt eis aliquid influatur. ergo Christus secundum quod homo, non est caput angelorum.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur in libro de motu cordis, Intelligentiæ sunt receptiuæ carũ illuminationũ quæ sunt a deo, prima receptione: animæ autẽ secunda. Sed quod recipit prima receptione, nõ recipit ab eo, quod recipit secũda receptione. ergo angeli qui intelligentiæ dicuntur, non recipiũt ab aliqua anima, & ita nec a Christo secundum quod homo. ergo Christus secundum quod homo, non est caput angelorum.

SED CONTRA. Col. 2. Qui est caput omnis principatus, & potestatis. & loquitur de Christo secundum quod homo: & ita Christus secundum quòd homo, est caput angelorum.

su hominis ꝓfecit, sicut scriptũ est. Iesus proficiebat ætate, & sapiẽtia, & gratia. Quomodo proficiebat sapientia dei? Profectus ætatis, & profectus sapientię, non diuinæ, sed humanæ est. Ideo ætatem commemorauit, vt secundum hominem crederes dictum. Aetas enim non diuinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat ætate hoĩs, ꝓficiebat hoĩs sapiẽtia. Sensus autẽ hoĩs ꝓfecit: & qa sensus, iõ sapiẽtia. Qui sensus ꝓficiebat? Si humanus: ergo ipse per ĩcremẽtũ susceptus ẽ. Si diuinus: ergo ĩmutabilis p profectũ. Quod .n. proficit, mutatur in melius: sed qđ diuinum est, nõ mutatur. Quod ergo mutatur, non est diuinum. Sensus igitur proficiebat humanus. Sẽsum ergo suscepit humanum. Non poterat cõfortari virtus dei, nec crescere deus, nec altitudo sapientiæ dei impleri. Quæ igitur implebat,

¶ Præt. Dion. dicit. 7. c. cę. Hierar. quòd Seraphim a Christo Iesu quærunt, & discunt, & illuminantur. ergo influit angelis, & ita videtur esse caput eorum.

¶ Præt. Ecclesia vna est constituta ex angelis, & hominibus: sed vnius corporis non sunt duo capita. ergo Christus etiam est caput angelorum.

I 3.q.8.3. VLTERIVS. Videtur quòd non sit caput omnium hominum. Caput enim vnum refertur ad vnum corpus: sed omnes homines non conueniunt in aliquo vno secundum numerum, quia & ipsi differunt: & fides, & spes, & charitas, qua connectuntur adinuicem, numero diuersæ sunt in diuersis. ergo non est caput omnium hominum.

¶ 2 Præt. Corpus Christi verum, est figura corporis Christi mystici: sed in corpore vero non est aliquod membrum impurum. ergo cum multi homines sint corrupti per peccata, videtur quòd eorum caput non sit Christus.

¶ 3 Præt. Corpus Christi verum, totum fuit glorificatum: sed sunt multi etiam existentes in gratia, qui nunquam erunt in gloria, quia non persistent. ergo Christus non est caput omnium.

¶ 4 Præt. Caput, cum sit principium membrorum, non sequitur alia membra: sed multi sancti præcesserũt Christi incarnationẽ. ergo Christus secũdum quod homo, non est caput oĩum hoĩum.

SED CONTRA. Christus satisfecit pro tota humana natura: sed omnes homines communicant in natura humana. ergo Christus omnibus influit, & ita videtur quòd ipse sit caput omnium.

¶ Præt. Per Christum omnes resurgemus: sed hoc non esset, nisi esset caput oĩum. ergo ipse est oĩum caput, secundum qđ homo.

III 3.q.8.2. VLTERIVS. Videtur quòd sit caput tantum animarum, quia capitis ad membrum oportet esse continuationem: sed corpora aliorum hominum non continuãtur ad corpus Christi. ergo & ipse non est caput hominum quantum ad corpus, sed quantum ad animas tantum.

¶ 2 Præt. Ipse influit sensum spiritualem, secundum quod est caput: sed huiusmodi sensus nõ sunt susceptiua corpora. ergo Christus ẽm ꝙ homo, non est caput hominum quãtum ad corpus, sed quantum ad animas tantum.

¶ 3 Præt. Secundum corpus non differimus a brutis, sed solum secundum animam rationalem: sed Christus non dicitur caput irrationalium, secundum quod homo. ergo ipse non est caput nostrum quantum ad corpora.

SED CONTRA Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ &c. & sic influit nobis quantum ad corpus. ergo ipse non est tantum caput animarum.

¶ Præt. Ipse est caput nr̃m ẽm qđ est conformis nobis in natura: sed humana natura non consistit solũ in aĩa, sed in aĩa & corpe si-

A mul. ergo Chr̃s est caput nr̃m ẽm corpa, & non ẽm aĩas tantũ.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ Christus ẽm ꝙ homo, est caput angelorum: non tñ ita proprie, nec eodem modo sicut hoĩum, pp duas conditiones. Primo, quãtum ad conformitatem naturæ, quia cum hoibus cõuenit etiam ẽm spẽm in natura: cum angelis aũt nõ ẽm speciem, sed ẽm genus intellectualis naturæ. Secũdo, quãtũ ad influentiam, quia nõ influit angelis remouendo prohibẽs, aut merendo grãm, aut orando pro eis, quia iã beati sunt: sed in his quæ ad actus Hierarchicos pertinent, ẽm qđ vnus angelus illuminat alium, purgat, & perficit. vt in 2. lib. dist. 6. dictum est. hoc enim multo eminentius a Christo recipiunt. (Isa. 8.) (2. d. 9. ar. 2.)

non erat dei, sed nostra sapientia. Nam quomodo implebatur, qui vt omnia impleret descendit? Per quẽ autem sensum dixit Isaias, quòd patrẽ puer nesciebat, aut matrem? Scriptum enim est. Priusquam sciat puer vocare matrem, aut patrem, accipiet spolia Samariæ. Sapiẽtiam enim dei futura, & occulta non fal-
B lunt. Expers autem agnitionis infantia, per humanam vtique imprudentiam, quod adhuc non didicit, ignorat. Sed verendum est, inquã, ne si duos principales sensus, aut geminam sapientiam Christo tribuimus, Christum diuidamus. Nũquid cum & diuinitatem eius, & carnem adoramus, Christum diuidimus? Nunquid cum in eo imaginem dei, crucemque veneramur, diuidimus eum? Apostolus qui certe de eo dixit, quoniam & si cru-
C cifixus est ex infirmitate nostra, vi-

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis non sit eis conformis in natura speciei, est tamen eis conformis in natura generis, vt dictũ est. (In cap. huius articu.) (2. Cor. 13.)

¶ Ad ẽm dicendum, ꝙ beatitudo angelorũ nõ excludit, quin vn' ab alio recipiat, vel etiã a Chr̃o: sed excludit indigentiã recipiendi, qa præsto est eis omne id quo indigent, ne alicuius rei penuriam patiantur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc intelligitur quantum ad receptionem naturalium: & tamen anima Christi inquantum deo vnita fuit, etiam quantum ad naturalia, lumen ab angelis non recipit, sed immediate a deo.

AD SECVNDAM quæstionem dicẽdum, quòd in corpore naturali inuenitur quadruplex vnio membrorum adinuicẽ. Prima est secundum conformitatem naturæ: quia oĩa membra constãt ex eisdem similibus partibus, & sunt vnius rationis, sicut manus & pes ex carne & osse: & sic dicuntur membra vnum, sicut genere, vel specie. Secunda est p colligationẽ eorũ adinuicẽ p neruos, & iuncturas, & sic dicunt̃ vnum continuatione. Tertia
D est, secundum quod diffunditur vitalis spiritus, & vires animæ per totum corpus. Quarta est, secundũ quod omnia membra perficiũtur per animam, quæ est vna numero in omnibus membris: & hæ quatuor vniones inueniũtur in corpore mystico. Prima ẽ, inquãtum omnia membra eius sunt vnius naturæ, vel specie, vel genere. Secunda est, inquantum colligata sunt adinuicem per fidem, quia sic continuantur in vno credito. Tertia est, secundum quod viuificantur per gratiam, & charitatem. Quarta est, secundum quod in eis est spiritus sanctus, qui est vltima perfectio, & principalis totius corporis mystici, quasi anima in corpore naturali. Prima aũt dictarum vnionum non est vnio simpliciter, quia illud in quo est vnio hæc, non est vnum numero, sicut est in tribus sequentibus, quia per fidem, & charitatem in vno credito, & amato secundũ numerũ vniuntur: similiter spiritus sanctus vnus numero omnes replet. Homines igitur infideles, nõ pertinent ad vnionem corporis ecclesiæ, secundum quod est vnum simpliciter:
E & ideo respectu horum Christus caput non est nisi in potentia, secundum scilicet, quòd sunt vnibiles corpori. homines aut fideles peccatores pertinent quidem aliquo modo ad vnitatem ecclesiæ, inquantum continuantur ei per fidem, quæ est vnitas materialis: non tamen possunt dici membra proprie, nisi sicut membrum mortuum, scilicet equiuoce. Et ideo quia vnitas corporis ex membris consistit: ideo quidam dicunt, quòd non pertinent ad vnitatem corporis ecclesiæ, quàmuis pertineant ad vnitatem ecclesiæ: & sicut operationes quæ sunt ad alterum, possunt aliquo modo fieri per membra arida, vt percutere, vel aliquid huiusmodi, non tamen operationes quæ sunt animæ in membris: ita nec mali recipiunt spiritualis vitæ operationem a spiritu sancto: sed tamen spiritus sanctus per eos operatur spiritualem vitam in aliis, secundum quod aliis sacramenta ministrant, vel alios docent: sed homines fideles in gratia existentes vniuntur secundum tertiam vnionem, quæ est formalis respectu huius secundæ: & iterum secundum quartam: quæ est completiua totius. & ideo horũ proprie

proprie dicitur Christus caput.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut in corpore naturali vires diffusæ per omnia membra, differunt numero secundū essentiam, sed conueniunt in radice vna secundum numerum, & præter hoc habent formam vnam vltimam numero: ita etiam omnia membra corporis mystici habēt pro ultimo complemento spiritum sanctum, qui est vnus numero in omnibus: & ipsa charitas diffusa in eis per spiritū sanctū, quàmuis differat in diuersis secundum essentiam, conuenit tamen in vna radice secundū numerum. Radix autē operationis ꝓprie, est ipsum obiectum ex quo speciem trahit, & ideo inquantum est idem numero amatum & creditum ab omnibus, secundum hoc vnitur omnium fides & charitas in vna radice secundū numerum, non solum prima, quæ est spiritus sanctus: sed etiam proxima, quæ est proprium obiectum.

uit tamen ex virtute dei: ipse dixit, quia non diuisus est Christus. Nunquid etiā cum dicimus, quia animā rationalem intellectus nostri suscepit capacē, diuidimus eū? Nō. n. ipse deus uerbū pro aīa rōnali & intellectus capaci in carne sua fuit, sed animam rationalem & intellectus nostri capacē & ipsam humanā & eiusdē substantię, cuius nostrę sunt aīę, &

¶ Ad secundum dicendum, quòd per corpus Christi verum, significantur ea, quæ sunt membra corporis mystici, non autem ea quæ sunt mēbra æquiuoce, id est, s̄m similitudinē tm̄ & sitū.

¶ Ad tertium dicendum, quòd membrum non iudicatur secundum id quod de eo fieri potest, sed secundum id quod est. vnde manus, antequam abscindatur, membrum est, quāuis sit futura abscindi. & sit̄r q̄ est in gr̄a, mēbrū est, quàmuis postea abscindat̄.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis Christus nondum fuisset incarnatus tempore patrum veteris testamenti secundum rem, erat tamen iam incarnatio ipsa in dei ordinatione, & in fide ipsorum, secundum quam fidem iustificabantur: quia tempora mutata sunt, & non fides. vt dicit Aug. † sed tamen non fuit tanta influentia ante incarnationem, quanta est modo: quia tūc non erat remotum obstaculum, nec sacramenta gratiæ exhibita erant, sicut modo sunt. (In expos. psal. 50.)

¶ Ad quintum dicendum, quòd Christus satisfecit pro tota humana natura sufficienter, non tamen efficienter: quia non omnes illius satisfactionis participes fiunt, quod ex eorum importunitate est, non ex ipsius insufficientia satisfactionis.

¶ Ad sextū dicendum, ꝙ resurrectio ad vitā naturalē erit oībus cōis, nō autē ad vitā gl'iæ: quia mali in vita naturali tm̄ cōformitatē habuerūt cū mēbris ecclesiæ, nō autē in vita gratiæ. vnde ex hoc non sequitur quòd sint membra proprie loquendo.

Ad tertiam quæstionē dicendū, ꝙ Christus est caput hominū quantū ad animas, & quantū ad corpora, sed principaliter animarū, & secundario corporū, tū ratione conformitatis ad mēbra, quæ per assumptionē humanæ naturæ est, quia corpus assumpsit aīa mediāte, tū etiā ratione spiritualis influentiæ, quæ ꝑuenit ad corpus mediāte anima, inquātū corpus est instrumentū animæ s̄m gratiam operantis: & ex hoc relinquitur ordo in corpore ad gloriosam resurrectionem.

Ad primum ergo dicendum, quòd corpora nostra aliquo modo habēt continuationem cū corpore Christi, non quidē s̄m quantitatē, aut secundum perfectionem naturalē: sed inquantū spiritus sanctus habitat in nobis, qui plenissime fuit in Christo. prima Cor. 6. Nescitis qm̄ mēbra vestra tēplū sunt spūs sancti?

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ quàmuis corpus nō recipiat influētiā spiritualē immediate, recipit tn̄ mediante anima: ut dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam secundum corpora a brutis differimus, inquantum corpora nostra sunt perfecta anima rationali, non autem corpora brutorum.

QVAESTIO TERTIA.

Deinde quæritur de gratia vnionis.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrum gratia vnionis sit aliqua gratia creata.

Secundo. De cōparatione istius gratiæ ad alias Christi gratias.

ARTICVLVS I.

Vtrum gratia unionis sit creata.

3. q. 2. 7. 3. d. 5. 1.

AD primum sic procedit. Videtur quòd gratia vnionis non sit creata. Gratia enim creata, est gratia habitualis, sed habitus ordinatur ad operationem. cum ergo vnio in persona nō sit secundum operationē, sed
F secundum esse: videtur quòd gratia vnionis nō sit gratia creata.

¶ 2 Præt. Quilibet nostrum deo vnitur per gratiam creatam. si igitur gratia vnionis in Christo fuisset creata gratia, tunc non alio modo esset deo vnitus quàm nos, & sic sequeretur error Nestorii.

carnem nostræ similem: eiusdemq; cuius caro est nostra substātię suscipiens, perfectus etiam homo fuit.

De intelligētia præmissorū uerborum.

HAec verba Ambrosii pia diligētia inspicienda sunt,
G quę ex parte, hominis ignorantiam instruunt & illuminant;

¶ 3 Præt. Vnio, est humanitatis ad diuinitatem secundū corpus & animam, sed corpus nō est susceptiuum creatæ gratiæ. ergo gratia vnionis non est aliqua gratia creata.

¶ 4 Præt. In his quę fiūt per miraculum, nō requiritur aliqua dispositio ex parte facti, sed totum est ex parte infinitæ virtutis agentis. ita enim deus potuit de lapide, sicut de aqua, vinum facere: sed vnio humanitatis ad diuinitatem est maxime miraculosa. ergo non requiritur aliqua gratia creata, quæ disponat ad hanc vnionem.

¶ 5 Pręt. Inter personam & naturam nō cadit aliquod accidens medium, sicut nec inter materiam & formam, quia s̄m formam substantialem & materiā est esse substantiale, quo non est prius aliquod esse accidentale, sed vnio humanæ naturæ est ad deum, sicut naturæ ad personam. ergo non cadit aliquod medium, sed gratia creata est accidens. ergo gratia vnionis non est gratia creata.

Sed contra † Aug. dicit, quòd quicquid conuenit filio (In enchi diō ad Laurentium. 25. & 11)
H dei per naturam, conuenit filio hominis per gratiam: sed esse deum conuenit filio dei per naturam. ergo conuenit filio hominis per gratiam: & hæc est gratia vnionis quæ non semper fuit. ergo est gratia creata.

¶ Præt. Maior est unio in persona, quàm per fruitionem: sed humana natura non potest exaltari ad vnionem fruitionis, nisi per gratiam habitualem. ergo multo minus ad vnionem in ꝑsona.

¶ Præt. Cum deus sit in qualibet creatura per essentiam, præsentiam, & potentiam, & in animabus sanctis per gratiam, aut in anima Christi est alio modo, aut non. si non: ergo non est magis assumpta a diuina persona, quàm anima Petri. Si autem alio modo, sed deus quantum in se est, habet se eodem modo ad omnia, sed res diuersimode se habent ad ipsum, vt dicitur in libro de causis. (Lect. 14) Et secundum hoc quòd diuersa diuersimode se habēt ad ipsum, secundum hoc diuersis diuersimode ipse comparatur. ergo oportet quòd in anima Christi sit aliqua alia dispositio, per quàm deus est in eo per vnionem. ergo oportet ponere aliquā aliam gratiam creatam.

I ¶ Præt. Cum spiritus sanctus datur hominibus, aliquis nouus effectus in creatura intelligitur. ergo & similiter s̄m quod ꝑsona filii carni vnitur, oportet aliquem effectum de nouo intelligi: & ita videtur quòd gratia vnionis sit quid creatum.

Respondeo. Dicendū, ꝙ sicut Magister dixit supra. 2. lib. dist. 26. (in 1. p. textus.) gratia dicitur dupliciter. Vno modo gratia gratis dans. quod est ipsa gratuita dei voluntas, aliquid sine meritis dans. Alio modo dicitur gratia donum aliquod gratis datum. secūdū ergo primum modum, gratia vnionis dicitur ipsa diuina voluntas, sine aliquibus meritis naturam humanam filio dei vniens in persona. & sic gratia vnionis est gratia increata. Si autem dicatur gratia donum aliquod gratis datum, sic gratia vnionis potest intelligi dupliciter. Vno modo potest dici ipsa vnio, quæ est quid creatum, vt supra dist. 5. dictum est. (art. 1. in fine.) Alio modo potest intelligi
K gratia vnionis, aliqua qualitas ad vnionem disponens. sed aliquid potest disponere ad aliquam perfectionem tripliciter. Vno modo ita, quòd cadat medium inter subiectum & perfectionem illam, quasi instrumentum perfectionis illius: sicut diaphaneitas disponit ad lucem. & hoc modo non potest natura aliquid disponere ad vnionem, quia natura vnitur personę immediate quātum ad esse. Alio modo disponit aliquid ad formam, sicut præparando materiam ad receptionem formæ: ita quòd præexistat in materia ante formam ordine fiendi, non ordine essendi: sicut calor disponit ad formam ignis, non quia medium cadit inter formam & materiam, sed materia appropriatur ad formam ignis per aduentum caloris: & sic etiam non potest aliquid disponere naturam ad vnionem in persona, quia natura humana secundum id quod est talis natura, assumptibilis est a diuina persona. Tertio modo aliquid disponit aliud ad perfectionem aliquam, sicut quod facit ad bonitatem & decentiam perfectionis illius, sicut decor personæ facit ad dignitatem regiam, secundum quòd dictum est. Species Priami digna est imperio, (Porphyr in cap. specie.) & hoc modo

modo gratia vnionis potest dici omne illud, quod decet naturam humanam deo vnitam sic ex parte corporis, sicut ex parte animæ, & sic etiam gratia vnionis est quid creatum: tn̄ sancti loquentes de gratia vnionis, videntur intelligere secūdum primum modum, prout gratia dicitur diuina voluntas gratis, & sine meritis dans. & sic secūdum diuersas vias, ad argumenta vtriusque partis oportet respōdere.

ex parte errandi fomitem male intellecta ministrāt. His enim, euidenter tradit duos in Christo esse principales sensus, siue geminam sapiētiam. Neque ideo vnitas, & singularitas ꝑsonæ diuidit: sed iuxta duas naturas duas habet sapientias: vnā non creatam, sed genitam, quæ ipse est: alteram non genitam, sed creatam, & per gratiam ei collatā. Nam & Isaias de eo protestatur. (Isa. 11.) Requiescet super eum spiritus sapiētiæ, & intellectus &c. spiritu ergo sapientiæ & intellectus, idest sapientia & intelligentia per spiritum sanctum gratis data, Christus erat sapiens secundum animam. secundum deum vero, sapiens erat sapientia æterna, quæ ipse est. Et sicut inquantum deus est, bonus est in bonitate naturali quæ ipse est, & iustus iustitia naturali quæ ipse est: ita sapiens est sapientia naturali quæ ipse est. Anima vero eius sicut bona est, & iusta, bonitate, uel iustitia gratis data, quæ ipse uel ipsa non est, ita sapiens est, sapientia gratis data, quæ ipsa non est. Et licet in Christo gemina sit sapientia, una tamen eademque persona est, quæ inquan-

Ad primum ergo dicendum, quòd gratia creata disponit ad operationem: sicut operatiōis principium: sed ad vnionem non quasi principium vnionis: sed sicut faciens ad congruentiam vnionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vnio nostri ad deum, est ꝑ gratiam habitualem creatam, sicut ꝑ causam, & sicut per id, ī quo est vnio, quia in ipsa similitudine gratiæ anima deo conformatur & vnitur: sed si gratia vnionis dicatur aliquid creatum, ipsa non est id, in quo est vnio, cum vnio sit in persona, & non solum in aliqua similitudine, neque etiam facit vnitatem: sed consequitur vnitatem in persona, secundum quod ipsa vnio, gratia vnionis dicitur. vel est id quod naturam vnitam decet, si gratia habitualis, gratia vnionis dicatur: & ideo non est simile de Christo, & de nobis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gratia illa habitualis, etiam quodammodo redundat in corpus, secundum quod est instrumentum animæ, vt supra dictum est. (Hac eadem dist. q. 2. ar. 2. q. 3. in c.) vnde sicut in corpore perfecto anima rationali, manet post mortem ordo ad resurrectionem, & vlterius ad gloriam, si anima quæ fuit eius perfectio gratiam habuit, ita etiam corpus Christi inquantum est tali anima perfectum, habet quendam ordinem ad vnionem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ratio illa procedit de dispositione secundum medium modum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illa ratio procedit secundum primum modum dispositionis, vt per se patet.

¶ Ad sextum dicendum, quòd cum dicitur, quòd esse deum conuenit filio hominis per gratiam vnionis: vel gratia vnionis intelligitur ipsa vnio gratis facta, quæ non semper fuit & creata est, vel intelligitur ipsa gratuita dei voluntas, quæ quidem in se semper fuit: sed effectus eius non semper fuit.

¶ Ad septimum dicendum, quòd vnio quæ est per fruitionem, est vnio per operationem: & quia ad operationem perfectam, nō potest natura humana nisi mediante aliquo habitu: ideo oportet aliquam habitualem gratiam, quæ sit principium illius vnionis: sed vnio in persona est vnio ad esse. quòd autem inter humanam naturam & esse quod habet in persona non potest cadere medium (In corpore huius artic.) qđ sit principiū illius esse: & ideo non pōt ibi esse alia gr̄a quę sit principiū illius vnionis, vel sicut disponens nisi ꝑ modum dictū.

¶ Ad octauum dicendum, quòd hoc qđ deus est in anima Christi, vel in natura assumpta alio modo quàm in aliis creaturis, nō est per aliquam dispositionem aduenientem: sed per ipsum esse personæ diuinæ quod communicatur naturæ humanæ.

¶ Ad nonum dicendum, quòd spiritus sanctus dicitur dari de nouo, non secundum mutationem suam: sed secundū mutationem creaturæ, quæ est in perceptione doni ipsius, & ita etiam filius dei dicitur vniri naturæ humanæ, non per mutationem filii dei: sed per mutationem humanę naturæ, siue exaltationem ipsius, non ad aliquod donum creatum, sed ad ipsum esse increatum diuinæ personæ.

ARTICVLVS II.

b Vtrum gratia unionis sit idem quòd gratia capitis.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd gratia vnionis sit idem ꝙ gratia capitis. Christus enim dr̄ caput ecclesiæ, s̄m qđ de eius plenitudine oēs accepimus: sed plenitudo eius est s̄m qđ ipse est vnigenitus a patre. vt dr̄ Io. 1. cū igitur vnigenitus sit a pątre per gratiā vnionis: videtur ꝙ gratia vnionis sit idem quod gratia capitis.

¶ 2 Præt. Medium communicat cum extremis: sed Christus se-
A cundum quod est caput ecclesię, medium est inter deum & homines, quia caput viri Christus, caput Christi deus. ergo est caput secundum quod communicat cum vtroq;. sed hoc habet per gratiam vnionis per quam est deus & homo. ergo gratia vnionis est gratia capitis.

¶ 3 Præt. Christus est caput ecclesiæ secundum quod homines excedit: sed excedit humanam naturam ꝑ gratiam vnionis. ergo est caput ꝑ gratiam vnionis.

Sed contra. Gratia capitis conuenit Christo in comparatiōe ad alios: sed gratia vnionis in seipso tātum. ergo vna non est alia.

¶ Præt. Gratia capitis operata est a constitutione mundi, ex quo homines membra eius esse cęperūt, non autem gratia vnionis. ergo vna non est alia.

Vlterius. Videtur quòd sit eadem gratia capitis, & gratia singularis ipsius, quia eadem scientia est, qua quis est sciens & alios docens, & secundum Philosophum. 5. Ethi. eadem per essentiam est virtus, qua quis in se perfectus est, & iustitia legalis qua perficitur in ordine ad bonum commune. ergo similiter eodem habitu Christus fuit in seipso perfectus, & in alios perfectionem influens. (II 3. q. 8. 5. de Ver. q. 29. cap. 4. & sequentibus.)

¶ 2 Præt. Gratia est vita animæ: sed vnius subiecti est vna vita. ergo & gratia vna. & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Sicut caput comparatur ad alia membra, ita alia membra ad caput: sed non distinguitur in membris Christi gratia per quam perficiūtur in se, a gratia secundum quam sunt membra. ergo nec Christus debet distingui gratia per quam est caput, a gratia singulari ipsius, secundum quam perficitur in se.

Sed contra. Sicut per Adam intrauit peccatum in mundum, ita per Christum gratia & iustitia. Rom. 5. Sed in Adam distinguitur aliud peccatum actuale, quod est singulare ipsius, & originale quod transfudit in posteros. ergo & in Christo debet alia, & alia gratia distingui.

¶ Præt. Ad diuersos actus diuersi habitus ordinantur: sed alius actus est bene operari, & alius influere. ergo & alius habitus gra-
D tiæ. & sic idem quod prius.

Vlterius. Videtur, quòd gratia singularis personæ, præcedat gratiam vnionis, quia gratia singularis personæ facit ad congruitatem vnionis: sed anima quæ facit ad congruitatem vnionis corporis prius intelligitur vniri corpori, quàm ipsa vnita adinuicem, intelligātur vniri diuinæ personę. ergo similiter prius etiam secundum intellectum est gratia singularis in natura humana, quàm gratia vnionis. (III)

¶ 2 Item. videtur ꝙ sit prius gratia capitis, quia prius consideratur aliquid in se perfectum quàm alteri perfectionem largiēs: sed gratia singularis est qua in se perfectus est. gratia autem capitis secundum quam perfectionem alteri largitur. ergo gratia singularis est prior quàm gratia capitis.

¶ 3 Item. videtur quòd gratia vnionis sit prior quàm gratia capitis, quia ex hoc est caput quod iustificat: sed per fidem incarnationis iustificat, vt supra dictum est. ergo incarnatio præcedit gra-
E tiam capitis.

Sed contra. Gratia capitis operata est ante incarnationem. non autem gratia vnionis, nec gratia singularis personę. ergo gratia capitis est prior illis duabus.

¶ Item. videtur quòd gratia vnionis sit prior quàm gratia singularis, quia ex hoc quòd fuit vnigenitus a patre, fuit plenus gratia & veritate: sed vnigenitus a patre fuit per gratiam vnionis. ergo gratiam singularis personæ habuit per gratiam vnionis, & sic illa est prior.

Respondeo, dicendum ad primam quæstionem, quòd si gratia vnionis dicatur gratia habitualis quodammodo disponēs ad vnionem: sic eadem ēst per essentiam gratia vnionis, capitis, & singularis illius hominis, solum ratione differens, quia inquantū perficiebat animam Christi ad actus meritorios, dicitur gratia illius singularis hominis, inquantum vero tanta erat huius gratiæ copia, vt in alios redundare posset, dicitur gratia capitis. inquantum vero gratiam, tam plenam decebat inesse assumptæ naturæ potest quodāmodo dici gratia vnionis. Si vero gratia dicatur voluntas

luntas dei gratuita, sic iterum constat quòd est vna. Aliis autem modis accipiendo gratiam vnionis, constat quòd per essentiam differt, nisi quatenus intelligitur caput vt deus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis ex hoc quòd est vnigenitus, habeat plenitudinem capitis, nõ tamen ipsa vnio est illa plenitudo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum aliam rationem deus dr caput Christi, & Christus viri vt supra dictum est. Et præterea ipse secundum quòd est homo est medium, & sapit naturã extremorum, inquantum est deo similior aliis hominibus, p maiorem gratiã quam habet.

Hac eadem dist. q. 2. ar. 1. ad 4.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non solum excedit alios homines secundum qp deus: sed secundum quòd pleniorem gratiam creatam omnibus aliis habet.

AD SECVNDAM quæstionem patet solutio ex dictis. Et similiter ad duo prima argumenta, quæ procedunt de vnitate secũdum essentiã.

In hoc eodẽ ar. in ca.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis gratia mẽbri habeat diuersas operationes non tamen ex hoc qp est membrum requiritur aliqua abũdantior plenitudo: & ideo non distinguitur gratia membri, a gratia singulari.

¶ Ad quartum dicendum, quòd peccatum actuale Adæ, fuit causa originalis in ipso & in aliis. Et iterum non sunt respectu eiusdem: sed vnum est per se naturæ, alterum est per se personæ, vt in 2. lib. dictum est. non sic autem est in proposito, quia neutra gratia est causa alterius, & vtrũq; respicit personam Christi median te humana natura: & ideo non oportet qp differãt per essentiam.

dist. 31. q. 1 1. ar. 1. in c.

¶ Ad quintum dicendum, quòd secundum illos actus quilibet meruit, & etiam in alios influxit, quia merendo pro aliis satisfecit. & aliis gratiam meruit secundum qp caput nostrum dicitur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd iste tres gratiæ Christo attribuuntur secundum diuersas ipsius considerationes. potest enim considerari in se, vel in comparatione ad alios. si in se consideratur, sic vel inquantum deus, & sic attribuitur ei gratia vnionis, vel inquantum homo, & sic attribuitur ei gratia singularis. si autem in comparatione ad alios, sic attribuitur ei gratia capitis, & quia prius cõsideratur aliquis in se, quàm in comparatione ad alios: ideo gratia secundum quam est caput sequitur alias duas gratias, & quia omnis gratia, & perfectio humanitatis ex hoc sibi debetur, quia deo vnitus est hõ ille in persona. ergo gratia vnionis præcedit secundum ordinem naturæ, & intellectus gratiam singularem, quamuis simul in eodem tempore sint istę tres gratiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima complet rationem humanæ naturæ: & ideo præintelligitur vnio animæ ad carnem, vnioni humanæ naturæ ad deitatem, quia prius est cõsiderare aliquid in se quàm alteri vnitum: sed gratia nihil facit ad rationem humanæ naturę, quia inquantum huiusmodi assumptibilis est: & ideo non est simile. Secundum & tertium patet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd etiam in antiquis patribus non operabatur gratia capitis, nisi secundum quòd præsupponebatur in fide ipsorum gratia vnionis, quia per fidem incarnationis iustificabantur. Quintum patet.

EXPOSITIO TEXTVS.

Homilia 3.

IN SANCTIS vero quasi solus tactus. Hoc videtur esse falsum. quia† Orige. super Leuit. distinguit quinque sensus spirituales dicens, quòd visus spiritualis est, ut videamus quæ loquitur: odoratus per quem odoramus bonum odorem Christi: gustus vt gustemus eius dulcedinem: tactus vt palpemus cum Ioanne verbum vitæ. hæc autem omnia sunt in omnibus sanctis. ergo non solum habent tactum. Dicendum quòd sẽsus spirituales possunt distingui per similitudinem ad actus sensuũ corporalium: & sic sunt in omnibus sanctis. vt dicit † Origen. vel per similitudinẽ ad quasdam proprietates sensuum, secundum quòd tactus est necessarius: alii autem non. & sic quia in aliis sanctis sunt omnia quæ sunt de necessitate salutis: in Christo autem omnia simpliciter, quæ pertinent ad perfectionem gratiæ: ideo in Christo dicuntur omnes sensus esse: in aliis autem solus tactus. *Quibus datus est spiritus ad mẽ.* Cõtra Iaco. 1. Qui dat omnibus affluenter. dicit glo. omnia dat non in mẽsura. Quia dona eius nõ sunt ad mensurã. Et dicendũ qp cũ mensura dari, potest accipi vel ex largitate dantis, & sic nulli dat cũ mensura, quia omnibus dat ex largitate infinita: vel ex capacitate recipientis, et sic dat cuilibet cũ mensura: quia nulli dat vltra quàm capax sit, vel secundum rationem dati. & sic Christo non dat cum mensura, quia gratia eius quantum ad rationem gratiæ non est limitata: sed aliis dat cum mensura. vt patet ex dictis. *Non secundum essentiam, sed secundum similitudinem.* Contra. ergo pari ratione, Petrus potest dici caput, quia quilibet sanctus est alii similis in gratia. Dicendum quòd sumitur ibi similitudo actiue, inquãtum, scilicet Christus sibi alios assimilat in gratia, vt dictum est. quod alii non conuenit. *Vt quantum ad uisum hominum.* Videtur quòd hæc non fuit intentio. Ambro. quia per hoc nihil probaret: sicut etiam dei sapientia proficit, secundum quod se magis ostendit. Dicendum quòd quàmuis dei sapientia magis se quàm prius ostendit in aliquibus effectibus: tamen ipsa semper creditur esse æqualis, quod non fuit de sapientia Christi, quia videbatur quandoque sapientior, quàm prius fuisset: & ideo dicit duo, ad visus hominum, & sensus ostensionem: tamen vtrum aliquo alio modo profecerit in sapientia, in sequenti distinctione dicetur.

Hom.

dist. 35. & 36. per totum.

DISTINCTIO XIIII.

Si anima Christi habuerit sapientiam parem cum deo, & si omnia scit quæ deus.

HIc quæri opus est, cum anima Christi esset sapiens sapientia gratuita: vtrum habuerit sapientiam æqualem Deo, siue omnium rerum scientiam habuerit, uel habeat, id est, utrum omnia sciat quæ deus scit. Quibusdam placet, quòd nec cum deo patre habeat scientiam: nec omnia sciat quæ deus: quia in nullo creatura æquatur creatori. Cũ igitur anima illa creatura sit, in nullo æquatur creatori. ergo nec in sapientia. Non ergo habet cum deo æqualem sapientiam: nec scit, omnia quæ deus. Item, si anima illa æqualem habet cum deo sapientiã, non ergo deus in omni bono maiorem habet sufficiẽciam quàm eius creatura. Ind ucunt etiam auctoritates ad idem probandum. Ait enim propheta ex pſona hominis assumpti. Mirabilis facta est scientia tua ex me, & nõ potero ad eam. Quod exponens Cassiodorus, ait. Veritas humanæ conditionis ostenditur:

Pſal. 137.

3. q. 9 1. de ver. q. 20. 1

QVAESTIO I.

Hic quæruntur quatuor.

Primo. Quam scientiã habuit. & quia habuit diuinam: & humanam: de diuina in primo lib. dictum est.

Propter hoc. Secundo. Quæritur de perfectione humanæ scientiæ ipsius, qua videt verbum.

Tertio. De perfectione scientiæ ipsius, qua videt res i propio genere.

Quarto. De ipsius potentia.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Christo sit aliqua scientia creata.

DE PRIMVM sic proceditur. Videtur qp in Christo non sit aliqua scientia creata. Vbi enim est cognitio perfecta, non est opus cognitione imperfecta: sicut qui scit aliquid per demonstrationem, nõ indiget scire illud per syllogismum dialecticum: sed omnis cognitio creata est imperfecta respectu scientiæ diuinæ. ergo cum in Christo sit scientia dei increata, videtur qp non oportet ponere in ipso aliquam aliam scientiam.

¶ 2 Præt. Luminare minus offuscatur per luminare maius: sed scientia non solum se habet vt lux, sed vt luminare illluminans. ergo scientia minor offuscatur per scientiam maiorem: & ita sciẽtia creata non debet esse in eodem cum scientia increata dei.

D

¶ 3 Præt. Omnis perfectio est nobilior perfectibili: sed omnis sciẽtia est perfectio sciẽtis. cum igitur nihil creatum sit nobilius anima Christi: nulla creata scientia est in eo.

SED CONTRA. Plus cõuenit natura sensitiua & intellectiua in homine, quàm natura diuina & humana in Christo: sed cognitio intellectiua in homine non excludit sensitiuam, quæ est minus perfecta. ergo nec diuina cognitio in Christo excludit humanam.

¶ Præt. Non est substantia sine sua operatione. vt dicit † Dama. & philosophus: sed in Christo est intellectus creatus. f. anima rationalis. ergo & cognitio creata, quę est eius operatio.

VLTERIVS. videtur quòd si est in eo aliqua cognitio creata, qp illa non sit habitus, sed actus tãtum. Ad Heb. 2. dicit glosa, qp natura mentis humanæ naturæ in Christo nihil est altius, vel excellentius: sed quædam creaturæ propter sui perfectionem, non indigent aliquo habitu ad cognoscendum, sicut angeli, vt dicit Maximus super cę. hierar. † Diony. ergo multo minus aia Chri.

E

¶ 2 Præt. Anima Christi est nobilior, quàm intellectus agens alicuius alterius hominis: sed intellectus agens non facit operationem suam mediante habitu aliquo. ergo nec anima Christi aliqua habituali scientia cognoscit.

¶ 3 Præt. Vires naturales non exeunt in actum mediãte aliquo habitu, sicut patet in calore ignis: similiter nec deus. sed anima Christi magis accedit ad dei similitudinẽ, quàm aliqua res creata. ergo & ipsa non habet operationem cognitionis mediante aliquo habitu.

SED CONTRA. Christus assumpsit integre naturam nostrã, sed de integritate naturæ est intellectus possibilis. ergo assumpsit intellectum possibilem. sed possibilis intellectus non intelligit perfecte, nisi perficiatur aliquo habitu. ergo cum Christus perfecte intellexerit, in eo fuit habitualis scientia.

¶ Præt. Christus vere dormiuit: nec tunc aliquid amisit eorum quæ sciuit. cum ergo scientia dormientis sit scientia in habitu.

ret ibi. *Ad id uero quod dicunt. Si uero quæritur.* Hic comparat animam Christi ad deum secundum potentiam. Et tria facit. Primo determinat veritatem. Secundo obiicit in cõtrarium, ibi; *Sed si illa anima.* Tertio soluit, ibi; *Ad quod dicimus.*

A videtur quòd Christus habuit habitualem scientiam.

VLTERIVS. Videtur qp anima Christi mediante aliquo habitu non cognouerit verbum. Ad cognitionem enim non requiritur aliud, nisi vt cognoscibile cognoscenti vniatur: sed verbũ vnitum est animæ Christi non mediante aliquo habitu. ergo cognouit verbum non per aliquem habitum.

III

¶ 2 Præt. Habitus scientiæ consistit ex speciebus, quæ sunt similitudines rerum cognitarum: sed anima Christi non videt verbum per aliquã similitudinem, sed per seipsum. ergo non cognoscit ipsum per aliquem habitum creatum.

1. co. 2.

¶ 3 Præt. Propter qđ vnumquodque, illud magis. igitur si cognoscit anima Christi verbum mediante aliquo alio, ille habitus magis cognoscit verbum, & erit ei magis proximus quàm anima Christi: quod est inconueniẽs.

B

SED CONTRA. Gloria correspõdet gratiæ: sed in Christo fuit habitus gratiæ. ergo & habitus gloriæ. sed tota gloria consistit in visione verbi, vt dicit † Aug. ergo anima Christi aliquo habitu cognoscit verbũ.

C

Super pſal. 90.

¶ Præt. Eiusdem naturæ est anima Christi, & anima nostra: sed anima nostra non potest pertingere per naturalia sua ad videndũ deũ. ergo nec anima Christi: & ita oportet qp sit aliquid superadditum naturæ, quo videt deũ. ergo videt mediãte aliquo habitu.

VLTERIVS. Videtur qp oporteat alium habitum scientiæ ponere, quo cognoscit verbum, & quo cognoscit res i verbo. Verbũ enim representat res quæ in eo cognoscuntur, sicut speculum species in eo resultantes. sed qui videt speculum non tantum imprimitur in eo similitudo speculi, sed etiam rerum similitudines in speculo resultantes. ergo & in eo qui videt res in verbo, oportet ponere alium habitum specierum rerum visarum in verbo, & ipsius verbi.

¶ 2 Præt. Omnis scientia est secundum assimilationem scientis ad rem scitã, vt dicũt philosophi. Si igitur aliquis videt res alias in verbo, oportet quòd intellectus assimiletur illis rebus: & sic cum habitus cognitiuus consistat in prædicta assimilatione, quæ est per species intellectuales, sequitur idem quod prius.

¶ 3 Præt. Ponamus qp aliquis videns in verbo, desinat videre verbum: sicut Paulo contigit, vt dicitur, constat qp iste non obliuiscitur eorum quæ vidit in verbo. ergo cognoscit ea, non in verbo: quia non vidit verbum. ergo cognoscit ea in speciebus propriis. & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Vbi vnum propter alterum, ibi tantum vnũ. vt dicit philosophus: sed qui videt res in verbo, non cognoscit eas nisi per verbum cognitum. ergo non est ibi nisi vnus habitus.

3. thopicorũ. cap. 3.

¶ Præt. Vbi est vnus actus, non sunt plures habitus: sed eodem actu cognoscit anima verbum, & ea quæ videt in verbo. ergo nõ est ibi quantum ad hoc, diuersus habitus.

VLTERIVS. Videtur qp præter hãc scientiam, qua cognoscit res in verbo, nõ habeat aliam scientiam in rebus. Vnius enim & secundum idem, & respectu eiusdem, est tantum vna perfectio, sed Christus secundum humanam naturam habet cognitionem in verbo de rebus creatis. ergo ipse secundum humanam naturam non habet earundem rerum aliam cognitionem, vel scientiam.

3. q. 9. 3.

¶ 2 Præt. 1. Corinthi. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: sed cognitio qua cognoscuntur res in verbo, est perfecta respectu alterius modi cognitionis rerum. ergo cum ipsa non est alia in Christo cognitio.

¶ 3 Præt. Propter hoc quòd Christus habet visionem comprehẽsoris, nõ ponitur i eo hdes, quæ est viatoris cognitio diuinorũ: sed scientia rerum in verbo, est proprium comprehensoris. ergo cum ea non oportet ponere aliam cognitionem, quæ competit viatoribus.

SED CONTRA. Cognitio matutina in angelis, qua cognoscunt res in verbo, non excludit vespertinam, qua cognoscunt res in propria natura: sed anima Christi perfectior est in cognoscẽdo, q aliquis angelus. ergo & ipsa habet duas cognitiones.

¶ Præt.

¶ Præt. Plus distat a perfectione cognitionis in verbo cognitio sensitiua, quàm cognitio intellectiua in proprio genere : sed cognitio in verbo non excludit in Christo sensitiuam cognitionem, ergo multo minus cognitionem rerum in proprio genere.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionē : quòd cū in Christo sit vna persona & duæ naturæ: considerandū est, vtrum ea quæ attribuuntur Christo, pertinent ad rationem personæ: vel ad rationem naturæ. & siquidem ad rationē personæ : sic oportet in Christo illud tantum vnum ponere : sicut vnum tantum est: vnum suppositum: vna y postatis. & sic de aliis. Si autem pertinent ad naturam: aut ad alterā tantum: aut ad vtramque. si ad alteram tantum: sic iterum est vnum tantum. sicut vna immensitas : & vna anima. si autem ad vtramque. sic quia naturæ in Christo sunt integræ, oportet ponere talia esse duo: sicut duas volūtates : duo libera arbitria. vnde cum sciētia pertineat ad diuinam naturam & humanam, oportet in Christo ponere duas scientias: vnā creatam: & aliam increatam.

¶ Ad primum ergo dicendum: quòd scientia est de his, quæ consequuntur humanam naturam secundum animam, quæ est pars eius. vnde licet in Christo sit scientia diuina q̄ est perfectissima: tamen ea non formaliter perficitur humana natura: & ideo oportet creatam cognitionem vel scientiam in ea ponere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd diuersa luminaria, per radios suos sunt nata informare easdem res: & sunt eiusdem rationis in illuminando. vnde effectus minoris lucis non perficitur: quia sensus repletur luce maiori. sed scientia creata & increata non sunt vnius rationis, nec idem informant: & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendū, quòd nihil prohibet aliquid esse dignius alio secundum quid: quod est indignius simpliciter. sicut etiam color corporis Christi, secundum quid est dignior ipso corpore, inquantum se habet ad ipsum: sicut actus ad potentiam: cum sit forma accidentalis ipsius : tamen corpus Christi est dignius simpliciter . & similiter se habet scientia creata ad animam Christi.

¶ Ad secundam quæstionem dicendum, quòd nulla potentia passiua potest in actum exire, nisi completa per formam actiui, per quam sit in actu: quia nihil operatur nisi secundum quòd est in actu. impressiones autem actiuorū possunt esse in passiuis dupliciter. vno modo per modum passionis: dum. s. potentia passiua est in transmutari. alio modo per modum qualitatis & formæ : quando impressio actiui iam facta est connaturalis ipsi passiuo : sicut etiam philosophus in prædicamentis, distinguit passionem & passibilem qualitatem. sensus autem potentia passiua est: quia non potest esse in actu omnium ad quæ se extendit sua operatio per naturam potentiæ. nō enim potest esse aliquid quod actu habeat omnes colores: & sic patiēdo a coloribus fit in actu: & eis assimilatur: & cognoscit eos. Similiter etiam intellectus est cognoscitivus d omnium entium : quia ens & vnum conuertuntur : quod est obiectum intellectus. nulla autem creatura, potest esse in actu totius entitatis: cum sit ens finitum ; hoc enim solius dei est: qui est fons omnium entium : omnia quodammodo in se præhabens: vt dicit † Diony. & ideo nulla creatura potest intelligere sine aliquo intellectu: qui sit potentia passiua: ideſt recepti ua. vnde nec sensus, nec intellectus possibilis operari possunt, nisi per sua actiua perficiantur vel moueantur. sed quia sensus non sentit, nisi ad præsentiam sensibilis : ideo ad eius operationem perfectam sufficit impressio sui actiui per modum passionis tantum. In intellectu autem requiritur ad eius perfectionem, quòd impressio sui actiui sit in eo non solum per modum passionis : sed etiam per modum qualitatis & formæ connaturalis perfectæ. & hanc formam habitum dicimus. Et quia quod est naturale firmiter manet : & in promptu est homini vti sua naturali virtute, & est eidem delectabile : quia est naturæ conueniens: ideo habitus est difficile mobilis sicut scientia. & eo potest homo vti cum voluerit & reddit operationem delectabilē : sicut autē in sensu visus est duplex actiuū. vnum quasi primum agens & mouens : vt lux. aliud quasi mouens motum : sicut color factus visibilis actu per lucem, ita in intellectu est quasi primum agens lumen intellectus agentis, & quasi mouens motum, species per ipsum facta actu intelligibilis: & ideo habitus intellectiuæ partis conficitur ex lumine & specie intelligibili eorum quæ per speciem cognoscuntur: quia igitur intellectus Christi perfectissimus fuit in cognoscendo : oportebat, quòd in Christo habitus esset quo cognosceret, vt sic impressio actiui non solum esset in ipso per modum passionis : sed etiam per modum formæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ hō indiget ad intelligendum lumine intellectuali, & in naturali cognitione rerum naturaliū, vt per ipsum fiāt intelligibiles actu cū sint intelligibiles in potentia, & in cognitione supernaturali, vt per lumen in fusum ad ea quæ sunt supra se eleuetur : angelus autem non indiget habitu in cognitione naturali, quia non abstrahit a fantasmatibus species : sed habet eas innatas, indiget tamen eo in cognitione super naturali. vnde dicitur Iob 25. Nunquid est numerus militum eius, & super quem non fulget lumen illius ? & ideo angeli in cognitione naturali, non indigent habitu secundū quod ad habitum requiritur lumen: exigitur autem secundum quod requiritur species rerum propter hoc, quia habent esse limitatum. vnde dicitur in libro de causis, quòd omnis intelligentia est plena formis. anima autem Christi quòd sit superior angelis, non habet ex natura animæ, quia sic quælibet anima esset superior angelo, sicut nec corpus eius habet ex natura corporis, q̄ sit nobilius nostris animabus: sed habet ex vnione. vnde omnia quę superadduntur a deo in anima Christi & in angelis, sunt eminentius in anima Christi, quàm in angelis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd anima intellectiua, comparatur ad res intelligendas dupliciter. Vno modo vt faciens eas intelligibiles actu, quia non omnes res prout sunt in sua natura, sunt actu intelligibiles, sed solū res immateriales. vnde & res materiales intelligibiles efficiuntur per hoc, quòd abstrahuntur a materia particulari, & a conditionibus eius, vt sic quodammodo intellectui qui immaterialis est, assimilentur. Alio modo comparatur ad res, vt cognoscens eas, & secundum hoc oportet, quòd sit similis ipsis rebus, vt per propriam rationem cuiuslibet rei, de ea determinatam cognitionem habeat : ad hoc autem quòd aliquid assimilet multa, sufficit, quòd habeat in actu illam solam formam, secundum quam dicitur esse similitudo: sicut per calorem, ignis multa sibi assimilat, sed ad hoc quòd aliquid sit simile multis, oportet quòd actu omnium illorum multorum formas habeat: sicut si in pariete sint diuersarum rerum similitudines : & ideo anima intellectiua potest facere omnia intelligibilia, per vnam naturam luminis quam actu habet, sine hoc, quòd aliquid aliud ab alio recipiat: & ideo potentia qua hæc efficit, est simpliciter actiua, & dicitur intellectus agens, qui non operatur aliquo habitu mediante : sed cum essentia animæ sit limitata, non potest per eam assimilari omnibus quiditatibus rerum intellectarum. vnde oportet quòd ista assimilatio compleatur per hoc, quòd aliquid aliunde recipit : & ideo potentia qua perficitur, quasi passiua est, secundum quod omne recipere dicitur pati, & vocatur possibilis intellectus, qui operatur aliquo habitu mediante : quāmuis autem possibilis intellectus in Christo, sit nobilior simpliciter ex vnione, quàm intellectus agens in nobis : tamen non est nobilior ex ratione potentiæ: sicut nec sensus eius, nobilior est intellectu nostro ex ratione potentiæ. vnde non sequitur, quòd si intellectus agens in nobis, non est subiectum alicuius habitus, quòd nec possibilis intellectus in Christo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd potentiæ naturales operantur circa aliqua determinata. vnde possunt secundum naturam suā esse in actu simpliciter respectu illorum : & ideo non oportet, quòd eis aliquid addatur ad producendum suum effectum : sed anima humana habet operationem circa ens simpliciter: & ideo cum habeat possibilitatem in suo esse : oportet quòd eius possibilitas perficiatur, per aliquid additum ad hoc, quòd operetur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd habitus scientiæ ex duobus constat, vt dictum est, scilicet ex lumine intellectuali, & ex similitudine rei cognitæ : in cognitione autem qua anima Christi, sive quælibet anima videt verbum per essentiam, non d potest esse habitus, quantum ad speciem quæ sit similitudo cogniti : cum enim omne quod recipitur in aliquo, sit in eo per modum recipientis, essentiæ diuinæ similitudo, non potest in aliqua creatura recipi: quæ perfecte representet ipsam, propter infinitam distātiam creaturæ ad deum. Et inde est, quòd illud quod est in deo vnum & simplex, creaturæ diuersis formis & perfectionibus representant : vnaquæque earum deficiente a perfecta

perfecta representatione diuinæ essentiæ. similitudo autem alicuius rei recepta in vidente, non facit eum videre rem illam, nisi perfecte eā representet: sicut similitudo coloris in oculo existēs, non facit videre lucem perfectam, quia in colore non est nisi quædam obumbrata participatio lucis. Et ideo quicunque intellectus cognoscet verbum per similitudinem aliquam, non diceretur videre essentiam verbi : & ita patet, quòd anima Christi, & quælibet alia anima quæ videt verbum per essentiam, nō videt ipsum mediante aliqua similitudine.

Similiter non potest ex parte luminis in illa visione esse habitus, quantum ad effectum lucis intellectualis, cuius est intelligibilia facere in actu, quia res immateriales secundum se, sunt intelligibilia in actu : sed oportet quòd sit ibi quantum ad alium effectum, qui est perficere intellectum possibilem ad cognoscendum, quod in nobis faciunt species illuminatæ lumine intellectus agentis, sed quia illa visio excedit omnem facultatem naturæ creatæ : ideo ad illam visionem non sufficit lumen naturæ, sed oportet vt superad datur lumen gloriæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non eadem est vnio, qua vnitur verbum animæ Christi in persona, & qua vnitur ei vt visibile videnti: quia vnitur corpori in persona, non tamen videtur a corpore. & ideo licet in vnione illa, qua vnitur anima verbo in persona, non cadat aliquod medium : non tamen oportet quòd in visione non cadat aliquod medium, non quidem dico medium, sicut in quo videtur, vt speculum vel species: sed sicut sub quo videtur, sicut lumen.

¶ Ad secundum dicendum, quòd habitus scientiæ non tantum consistit in speciebus : sed etiam in lumine, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud lumen non est quid subsistens, vt possit vniri verbo quasi cognoscens verbum : sed est illud quo assimilatur anima verbo formaliter, vt possit in visione vti, sicut in gratia est similitudo quædam animæ ad deū : & hęc est nobilior anima secundum quid, & non simpliciter, vt dictum est.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd illud in quo aliquid videtur, est ratio cognoscendi illud quod in eo videtur. Ratio autem cognoscendi est forma rei inquantum est cognita, quia per eam fit cognitio in actu. vnde sicut ex materia & forma est vnum esse, ita ratio cognoscendi & res cognita sunt vnū cognitum : & propter hoc vtriusque, inquantum huiusmodi, est vna cognitio secundum habitum, & secundum actum. & ita non est alius habitus quo cognoscitur verbum, & ea quæ in verbo videntur : sicut nec alius habitus quo cognoscitur medium demonstrationis, & conclusio, secundum quod medium ad conclusionem ordinatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando videntur res in speculo, species istarum rerum non imprimuntur a rebus in sensum, sed a speculo. vnde imprimuntur omnes istæ species in sensum, vt conclusæ in vna specie speculi, non quia sit alia species speculi, & alia species rei visæ in speculo : sed in visione verbi non imprimitur aliqua similitudo a verbo in animam, per quam videatur, vt dictum est : sed ipsum per essentiam suam animæ vnitur. & ideo in ipsa essentia verbi videntur aliæ res, quia essentia verbi habet rōné speculi, quæ fit in visu a speculo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd anima assimilatur rebus, quas cognoscit in uerbo, non per aliquas formas illarum rerum impressarum in anima, sed per hoc quòd verbum ipsum efficitur vt forma animæ videnti, inquantum videtur ab ea, & ipsum verbum est similitudo omnium illarum rerum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut abeuntibus rebus sensibilibus remanent impressiones rerum secundum quas est imaginatio, ita etiam abeunte verbo in ipso qui desinit videre verbum, remanet impressio in anima eius a verbo, per quam cognoscuntur ea quæ in verbo videbat per species illarum rerum, & hæc erit quasi reliquiæ præteritæ visionis.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd secundum Philosophum in tertio de anima, Intellectus possibilis est in potentia ad omnia intelligibilia : omne autem quod est in potentia ad formā aliquam, remanet imperfectum, nisi illa forma fiat in eo. vnde cum intellectus Christi non sit imperfectus, oportet quòd formæ rerum, ad quas intellectus possibilis est in potentia, sint descriptæ in eo : sed secundum quod cognoscit verbum, non depingitur in eo neque similitudo verbi, neque res quæ videntur in verbo, vt dictum est. vnde oportet quòd præter visionem, qua videt res in verbo, habeat aliam scientiam de rebus, secundum quod cognoscit eas per proprias similitudines in propria natura. & sic habemus tres scientias Christi. Vna est diuina, quæ est increata. Alia qua cognoscit res in verbo & verbum ipsum, quæ est scientia comprehensoris. Tertia qua cognoscit res in propria natura, quæ cōpetit ei secundū quē est homo in solis naturalibus consideratus. Io. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd istæ duæ scientiæ vltimæ non sunt vnius rationis, nec vnius speciei : & ideo non est inconueniens quòd sint in eodem, non ratione eiusdem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum Apostoli intelligendum est de perfecto & imperfecto in eadem specie. non tamen est inconueniens, quòd in eodem sint perfectiones, quarum vna sit maior altera diuersarum specierum. Vel dicendum, quòd scientia rerum in proprio genere, non habet aliquam imperfectionem ex parte cognoscentis. vnde etiam in beatis est, quāmuis sit inferior, illa scientia qua videtur res in verbo propter ignobilius medium cognoscendi. vnde non est simile de fide, quæ importat imperfectionem ex parte credentis. Et per hoc patet responsio ad tertium.

ARTICVLVS II.

b Vtrum anima Christi uidendo uerbum comprehendat ipsum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi verbum videndo comprehenderit. Sicut enim dicit † Isidoro. Trinitas sibi soli nota est, & homini assumpto : sed visio qua deus videtur, soli deo est conueniens, & nulli alii puræ creaturæ, quia est visio comprehensionis. ergo homo assumptus comprehendit Trinitatem. 3. q. 10. 1.

¶ 2 Præt. Maius est vniri deo quantum ad esse personæ, quàm quantum ad visionem : sed sicut dicit† Dam. Tota diuina natura vnita est carni in persona filii. ergo multo fortius tota diuina natura vnita est animæ per modum visibilis : & ita anima Christi comprehendit deitatem verbi. lib. 3. de f de cap. 6.

¶ 3 Præt. Verbum est simplex, non diuisibile, sed simplex non potest ab aliquo capi quin comprehendatur, quia non potest esse partim intra capientē, & partim extra. cum igitur anima Christi verbum videndo capiat, videtur quòd ipsum comprehendat.

SED CONTRA. Secundum †Aug. Illud proprie comprehenditur, cuius fines conspiciuntur: sed verbi, cum sit infinitum, fines conspici non possunt. ergo non potest comprehendi ab anima Christi. libro de uidendo deū, ad paulinū, circa mediū vel cap. 9.

¶ Præt. Nulla potentia substantiæ finitæ est infinita: sed anima Christi, cum sit creata, est substantia finita. ergo omnis virtus eius est finita. ergo & capacitas eius : sed capacitas finita non comprehendit infinitum, cum igitur verbum sit infinitum, non potest comprehendi ab anima Christi.

VLTERIVS. Videtur quòd in verbo nō cognoscat omnia, quæ cognoscit verbum. Marci 13. De die illa nemo scit, neque filius, sed solus pater : sed non loquitur de filio secundum diuinam naturam, secundum quam habet eandem scientiam cum patre. ergo loquitur de filio secundum humanam naturam. ergo Christus secundum animam non scit omnia quę scit deus. II 3. q. 10. 2.

¶ 2 Præt. Deus scit infinita: sed aia Christi cum sit finita, non potest comprehendere infinita. ergo non omnia scit, quæ deus scit.

¶ 3 Præt. Ex infinitate diuinæ potentiæ est, quòd potest infinita facere : sed anima Christi non comprehendit infinitatem diuinæ potentiæ. ergo non comprehendit omnia quæ deus potest facere : sed deus scit omnia quę potest facere. ergo anima Christi non habet scientiam omnium quæ scit deus.

¶ 4 Præt. Quanto aliquis intellectus est altior, tanto potest ex vno plura cognoscere. & propter hoc dicitur scientia superiorū esse vniuersalior, quàm inferiorum in lib. de cau. & à Dion: sed intellectus diuinus est altior in infinitū, quàm anima Christi. ergo in infinitum plura potest ex ipsō cognoscere, quàm anima lect. 4.

Christi ex visione vnius diuinæ essentiæ.

SED CONTRA. Apoc.5. Dignus est agnus qui occisus est accipere diuinitatem & sapienti am. glo. ideſt omnem cognitionẽ. ergo cum agnus sit occisus ſm humanam naturam, videtur ꝙ Christus ſm humanam naturam omnem cognitionem habeat.

¶ Præt. Nullum bonum est quod anima Christi non amet, quia habet perfectã charitatem, sed non amatur nisi cognitũ. ergo nullum bonum est, quod non cognoscat. sed omne quod est inquantum est, bonum est, ergo cognoscit omnia.

III 3.q.10.4.

VLTERIVS videtur, ꝙ cognoscat omnia ita limpide: vt deus. Limpiditas enim visionis impeditur per obscuritatem potentiæ videntis aut ipsius medii: sed in potentia intellectiua Christi non est aliqua obscuritas, cum eius anima sit speculum clarissimum & mundissimum, medium autem est idem in quo videt deus & ipsa anima Christi. ſ. ipsa essentia diuina. ergo anima Christi non minus limpide videt quàm deus.

¶ 2 Præterea. Si deus magis limpide videt: quàm anima Christi: limpiditas in infinitum limpiditatem excedit: sed inter infinite distantia possunt esse infinita media. ergo possunt esse infinitæ creaturæ, magis limpide cognoscentes quàm anima Christi.

¶ 3 Præt. Limpiditatis defectus in intelligendo contingit ex hoc, ꝙ virtus intellectiua non potest sufficienter supra rem intelligẽdã, siue cõtingat ex excellentia rei intelligendæ ad quam non pertingit intellectus: siue ex defectu eius, quia intellectus agens non potest perfecte eis dare rationem intelligibilis: sicut sunt ea quæ non habent esse perfectum sicut tempus & motus: sed anima Christi sufficienter potest super omnem naturam creatam. ergo omnia quæ in verbo videt, videt in termino limpiditatis. ergo deus non magis limpide videt quàm anima Christi.

SED CONTRA. Quanto magis visus est acutior, tanto visio limpidior: sed visus diuinus est in infinitum acutior & potentior in intelligendo quàm visus animę Christi. ergo in infinitum limpidius videt.

¶ Præt. Maior lux maiorem visionis claritatem causat. sed lux increata qua videt deus, in infinitum est maior quàm lux creata intellectus Christi. ergo deus in infinitum limpidius videt.

IIII 1.q.12.10. 1. Thopico 2.ca.25.

VLTERIVS videtur quòd anima Christi non vno intuitu omnia videat quæ in verbo cognoscit, quia sicut dicit philosophus scimus plura: intelligimus vero vnum. sed non videt anima Christi aliqua in verbo nisi intelligendo. ergo non potest vno intuitu omnia videre.

¶ 2 Præt. Anima Christi in verbo videt omnia quæ videt verbũ: sed verbum videt infinita. ergo & anima Christi videt infinita: si igitur simul actu omnia videret quæ ibi videt esset pertransire actu infinita, quod non contingit.

¶ 3 Præt. Quantitas virtutis commensuratur operationi: sed anima Christi est finita. ergo non potest in operationem infinitã nec in infinitas operationes simul. sed si omnia infinita videt simul anima Christi diuersis operationibus secundum diuersa obiecta, habet infinitas operationes simul. si autem vna operatione habet infinitam operationem quod est impossibile. ergo non videt actu omnia simul quæ videt in verbo.

¶ 4 Præt. Angeli beati non vident simul actu quicquid vident in verbo, vnde & vnus aliũ illuminat. sed visio qua anima Christi videt in verbo est similis illi visioni. ergo non omnia simul videt in verbo.

1. Ethicorũ tractatu. 2. cap. 4.

SED CONTRA. Philosophus dicit in. 1. Ethi. quòd felicitas nõ consistit in habitu sed in operatione. sed Christus est perfecte felix & beatus. ergo est in actu omnium eorum quæ cognoscit.

¶ Præt. Quæcunque cognoscuntur, cognoscuntur vel habitu uel actu: sed Christus nõ videt per aliquem habitum specierum ea quæ videt in verbo. si ergo non videt actu, nullo modo cognoscit nisi in potentia.

¶ Præt. Quæcunque videntur in vna specie simul videntur, sicut homo simul videt quantitatem & colorem. sed omnia quæ videt anima Christi in verbo, videt in vna essentia verbi quasi in vna specie. ergo anima Christi omnia simul videt.

RESPONDEO. Dicendum ad primam quæstionem, quòd illud proprie comprehenditur quod attingitur ab intellectu secundum totam rationem suæ cognoscibilitatis. & hoc est fines eius

F conſpici, non quidem rei, quia sic deus seipsum non comprehenderet, quia fines non habet. sed quia secundum omnem rationem qua cognoscibilis est seipsum cognoscit, ideo comprehendere seipsum dicitur: & quia vnumquodque est cognoscibile secundum quod est ens, ideo dicta compræhensio contingit quando adæquatur ad essentiã rei efficacia intellectꝰ in ſtelligẽdo. cũ autẽ intellectus duo habeat in intelligendo. ſ. lumẽ ſtellectua le quo intelligere potest, & ſimilitudinẽ rei intellectę qua ſua intellectualis operatio determinatur ad hanc rem cognitam: quodcunque horum

G excedatur a re ſecundum quòd est in ſuo eſſe, intellectus illam rem non compræhendet. sed in hoc differt ꝙ si excedat res similitudinem intellectus, qua rem ipſam intelligit, tunc intellectus non attingit ad uidendum essentiam illius rei, quia vt dictum est, per ſimilitudinem illam intellectus determinatur ad rem cognitam, sicut ſi species intelligibilis repreſentaret hominem inquantum est ſenſibilis, & non inquantum est rationalis, tunc enim non videtur eſſentia hominis. quocunque enim ſubtracto de eſſentialibus rei, manet eſſentia alterius ſpeciei: ſi autem res excedat lumen intellectus & non ſpeciem, tunc videbitur quidem essentia rei, ſed non modo perfecto vt cognoſcibilis est, eo ꝙ vt dictum est, ex lumine intellectuali

H est efficacia intelligendi: ſed quia eſſe quod recipitur in creatura deficit ab eminentia eſſe creatoris, ideo omnis intellectus creatus cognoſcens deum per ſimilitudinem aliquam ſiue impreſſam, ſiue a rebus acceptam, non videt eſſentiam dei. ſed ad hoc quòd videat deum oportet quòd ipſa dei eſſentia coniungatur intellectui vt forma qua cognoſcit determinate quod est in omnibus beatis: ſed quia lumen intellectuale facit intelligentem ſimpliciter, ideo oportet quòd omnis intellectus intelligat per lumen qđ sit in ipſo. vnde per lumẽ intellectuale quod est in intellectu creato receptum quo deum videt, deficit ab eſſe diuino. & ideo quàm uis eſſentiam dei videat, non tamen perfecto modo videt. & propter hoc intellectui creato communicari non potest quòd a deũ comprehendat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Iſido. loquitur de perfecta cognitione trinitatis, quæ trinitas, de ſeipſa perfectam cognitionem habet ſimpliciter. ſed anima Christi habet de ea cognitionem perfectam in genere creaturæ.

¶ Vel dicendum, quòd non loquitur de cõprehenſione ipſius trinitatis ſecundum ſe, ſed quantum ad omnia quę in ſeipſa trinitas

I cognoſcit, quia omnia illa cognoſcit in ea anima Christi. non autem aliqua alia creatura, vel ſi intelligatur de cõprehenſione trinitatis in ſe: tunc homini aſſumpto conuenit: non ratione naturę humanæ, ſed ratione diuinæ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut nihil est de *diuina natura* quod non ſit humanæ naturæ vnitum in perſona verbi, non tamen humana natura adæquatur diuinæ naturæ: propter quod *diuina natura tota dicitur vnita humanæ naturæ* non concluſa in humana natura. ſimiliter quia nihil eſt de natura verbi qđ anima Christi non uideat: nec tamen ei adæquatur: potest dici, quòd anima Christi totam naturam uerbi uidet, non tamen eam compræhendit, quia eam non totaliter uidet. Illud enim totaliter uidetur, cuius uiſibilitas non excedit modum uidentis, ut ſcilicet uidens ita perfecte uideat, ſicut res perfecte uiſibilis eſt. unde qui habet opinionem tantum de quo ſcientia

K haberi potest non totaliter cognoſcit illud. & ideo nullus intellectus creatus potest eſſentiam dei totaliter videre, quia eius efficacia non est tanta in intelligendo, quanta est ueritas ſiue claritas diuinæ eſſentiæ ſecundum quam viſibilis est, quod ſolius diuini est intellectus, & ideo ipſe ſolus ſeipſum totaliter cognoſcit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non negatur verbum ab anima Christi compræhendi, quia partem eius videat & partem eius non videt. ſed quia non ita perfecte uidet ſicut uiſibile eſt, ſicut etiam duorum qui unam concluſionem ſciunt, unus perfecte ſcit, non quia alter concluſionis partem ſciat, & partem ignoret, ſed quia unus ſcit per medium efficacius quàm alter.

AD SECVNDAM quæſtionem dicendũ, quòd quidam dixerunt omnẽ intellectũ uidentẽ deũ uidere omnia quæ uidet deus. ſed hoc non eſt neceſſarium, quia cum res uidentur in deo, deus

A deus est quaſi medium cognoſcendi illas res. non est autem neceſſarium, quòd qui cognoſcit aliquod medium, cognoſcat omnia illa, quæ per medium illud cognoſci poſſunt, niſi plenarie medium illud, ſecundum totam virtutem ſuam cognoſcat. & ideo ipſe deus qui ſeipſum comprehendit, omnia quæ in eo ſunt, qualitercunq; cognoſcit, ſed *diuerſimode*: quia ea quæ ſunt, erunt, vel fuerunt ſecundũ quodcunq; tempus, ſcit ſcientia viſionis: quia illud proprie videtur, quod habet eſſe extra videntem. Et quàmuis eſſentia, per quam videt, ſit vna: tamẽ qa per diſtinctas rationes ideales ea videt: ideo diſtinctam cognitionem de eis habet, dum vnumquodque cognoſcit ſecundum propriam ideam, ſicut bonum: vel per oppoſiti ideam, ſicut malum. diſtinctio autem harum rationum est ex diuerſo reſpectu exemplaris, ſcilicet diuinæ eſſentiæ ad res viſas. Sed ea quæ nec ſunt, nec fuerunt, nec erunt: & tamen potuiſſent eſſe, vel fuiſſe, vel futura eſſe, cum in ſeipſis non ſunt, nulla

B *in ſeipſis diſtinctionem habent*, nec ſunt niſi in potentia ipſius dei, in qua vnum ſunt. vnde non poſſunt eſſe reſpectus diuerſi, ſecundum quos diſtinguãtur rationes horum poſſibilium. & ideo hæc deus non cognoſcit per ideas diſtinctas, ſed per cognitionem ſuæ potentiæ, in qua ſunt. & ideo dicitur hæc cognoſcere ſimplici intelligentia, quia intelligentiæ eſt concipere etiam ea, quæ non ſunt extra concipientem. Sed quia omne quod agit aliquid, vel poteſt agere, agit illud ſecundum quòd eſt ens actu: ideo impoſſibile eſt, quòd aliquis ſciat omnia, quæ ex aliqua cauſa poſſunt produci, niſi comprehendat eius entitatem. & quia *nullus intellectus creatus*, comprehendit eſſentiam diuinam: ideo nullus creatus intellectus poteſt ſcire omnia, quæ deus poteſt facere: & hæc ſunt illa quæ deus ſcit ſimplici intelligentia. ſed ea quæ ſunt, fuerunt, vel erunt, deficiunt ab infinitate diuinæ potentiæ, quia plura facere poſſet. vnde non prohibetur aliquis creatus intellectus cognoſcere ea omnia: ſed vnuſquiſque tanto plura eorum in verbo cognoſcit, quanto perfectius verbum intuetur. Et quia anima Christi perfectiſſime inter creaturas verbum intuetur, ad terminum huius cognitionis peruenit, ſcilicet, quòd ſcit omnia quæ fuerunt, vel erunt, non ſolum facta, ſed cogitata vel dicta. & quia comprehendit quamlibet eſſentiam creatam: ideo ſcit omnia, quæ ſunt in poten D tia ſeminali creaturæ cuiuſcunque eo modo, quo deus ſcit quæ ſunt in potentia ſua. ſic ergo dicendum eſt, quòd videt in verbo omnia, quæ videt verbum ſcientia viſionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dicitur filius neſcire, quia non facit nos ſcire ex eo, quòd ad nos mittitur. ſimiliter nec Spiritus ſanctus, ſed ſolus pater ſcire dicitur, quia ipſe non mittitur. vnde ſcientia patris intelligitur quantum ad hoc, quòd in ſe ſcit, a qua ſcientia non excluditur filius, & Spiritus ſanctus, vt ſic intelligatur de filio non ſolum inquantum homo, ſed etiam inquantum deus: vel poteſt intelligi de filio ſecundum humanam naturam, ſecundum eundem modum loquendi.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd deus infinita non ſcit per viſionis ſcientiam: ſciret tamen ſi generatio in futurum nunquam ceſſaret, qđ deo eſt poſſibile. & hac poſitione facta, anima Christi ſciret infinita ſcientia viſionis, vt quidam dicunt: nunc autem ſcit infinita ſimplici intelligentia, inquantum ſcit omnia quæ fieri poſſunt per potentiam creaturæ, quæ infinita ſunt ad minus ſecundum numerum: nec hoc impeditur per hoc, quòd eſt eius ſubſtantia finita, propter duo. Primo, quia iſta infinita quæ ſciret, ſi generatio ſemper duratura eſſet, non cognoſceret per infinita, ſed per vnum, ſcilicet verbum: nec tamen comprehenderet illud verbum, quia ex illo vno poſſent adhuc multo plura educi: poſſet enim aliquas alias ſpecies facere. Ea autem infinita, quæ ſunt in potentia creaturarum, iterum cognoſcit comprehendendo ipſas creaturas, quæ infinitæ non ſunt: virtus autem cognoſcentis proportionatur medio cognoſcendi, magis quàm ipſis cognitis. Secundo, quia contingit aliquam virtutem limitatam eſſe quantam ad eſſe: ſed non quantum ad rationem illius virtutis, ſicut ſupra de gratia dictum eſt: quia ratio virtutis determinatur ad obiectum. ideo contingit aliquam virtutem finitam, quantum ad eſſentiam, poſſe in infinita obiecta: ſed non operari modo infinito, quia efficacia in-

creauerit, habet ſcientiam, ergo ſui creaturæ, non ſui creandæ, quia non eſt creanda, ſed creata.

d Quare deus non dedit illi potentiam, ut ſcientiam.

I VERO quæritur, quare Deus non ei dederit potentiam faciendi om

nia, ut ſcientiam: reſpõderi poteſt, quia naturaliter capax eſt ſcientiæ: & ideo ei id cõgrue datum eſt ſine meſura, cuius ipſa naturaliter capax est. Non est autem ei datum poſſe facere omnia quæ deus fecit: ne anima, omnipoteus, & per hoc deus putaretur. Veruntamen forte

B nec potentiam faciendi omnia, ei deus præſtare potuit, etſi potentia finita in agendo, non poteſt eſſe niſi ab eſſentia infinita, cum vnumquodque agat, ſecundum quòd eſt ens actu: ſicut virtus Solis eſt ad producendum infinitas herbas, quia quantũcunque producat, nunquàm virtus ſua exhauritur: non tamen agit efficacia infinita. ita etiã anima Christi, quàmuis finita ſit in eſſentia, nõ tamẽ prohibetur d qn infinita cognoſcere poſſit, ſed quòd non poſſit cognoſcere ea limpiditate infinita. D. 1215.

¶ Ad tertium dicendum, quòd deus poteſt facere multa, quæ nũquàm faciet, & illa ſcit deus ſcientia ſimplicis notitiæ, non autem ſcientia viſionis. ſcientia autem animæ Christi non perficitur etiam in numero ſcitorum ſcientiæ diuinæ, quæ eſt ſimplicis notitiæ, ſed ſolum ſcientiæ viſionis, vt dictum eſt. hoc eodem ar. in c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd deus ſcit ex ipſa ſua eſſentia, quæ poteſt deus facere, quæ tamen anima Christi nõ ſcit: & ideo quantum ad hoc, deus plura ſcit.

¶ Præt. Hoc habet locum in illis, quæ minor intellectus non cõprehẽdit. Si enim omnia comprehendit, tunc omnia ſcit inferior intellectus in illis, quæ ſuperior, non tamen ita bene. & ideo cum anima Christi comprehendit creaturas, ſcit omnia quæ ſunt in creatura vel actu, vel potentia ipſius, non tamen ita limpide, ſicut deus.

C AD TERTIAM quæſtionem dicendum, quòd claritas, vel limpiditas viſionis contingit ex tribus. Primo, ex efficacia virtutis viſiuę, quia *qui ſunt fortioris viſus*, magis limpide videnti. Secundo, ex claritate lucis, ſub qua claritate viſibile videtur: ſicut clarius videtur aliquid in lumine ſolis, quàm in lumine lunæ. Tertio, ex comparatione viſibilis, vel *eius in quo aliquid videtur* ad videntem: quia quod a remotiori videtur, minus clare videtur. & propter hæc tria, non poteſt anima Christi ita limpide videre ea quæ videt in verbo, ſicut ipſum verbum. primo quia non habet tantam virtutem in ipſo intelligendo: ſecundo quia lumen ſub quo videt, deficit a lumine increato: tertio quia eſſentia diuina, quæ eſt exemplar rerum, in quo res videntur, eſt magis coniuncta deo, quàm alicui creaturæ, quia eſt idem ſecundum rem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima Christi eſt ſpeculum clariſſimum reſpectu creaturarum, non tamen pertingit ad claritatem diuinam. Nec ex hoc ſequit, quòd ſit in eo aliqua obſcuritas: ſicut nec in minus albo eſt aliqua nigredo, ſed albedo minus intenſa.

¶ Ad ſm dicendũ, quòd quãuis limpiditas cognitionis diuinæ, in infinitum excedat limpiditatem cognitionis animæ Christi: non tamen ſequitur, quòd poſsit eſſe alia creatura limpidius cognoſcens, quàm anima Christi: quia peruenit ad vltimum gradum creaturæ poſsibilem, ſicut ſupra dictum eſt de gratia eius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd limpiditas intelligendi, non eſt tantum ex parte intelligibilis, ſed ex parte intelligentis. Vnde quàmuis aliqua res ab anima Christi ſciatur ſecundum omnem ſuam cognoſcibilitatem: tamen melius cognoſcitur ab *ipſo deo*, quantum ad modum intelligentis, eo quòd minimum in telligibile intelligit claritate infinita: ſicut etiam rem paruam creat potentia infinita.

AD QVARTAM quæſtionem dicendum, quòd ratio, E quam aſsignant philoſophi, quare intellectus noſter non poteſt ſimul plura intelligere, eſt hæc: quia oportet quòd intellectus figuretur ſpecie: ei intelligibilis. impoſsibile eſt autem quòd ſimul figuretur pluribus ſpeciebus: ſicut impoſsibile eſt quòd corpus ſimul figuretur pluribus figuris. & ideo ſi aliqua cognoſcuntur per vnam ſpeciem, *illa nihil prohibet ſimul cognoſci*: ſicut homo intelligens quidditatẽ hominis, ſimul intelligit animal & rationale: & propter hoc etiam intelligens propoſitionem, ſimul intelligit prædicatum & ſubiectum, quia intelligit ea vt vnum. & ideo cum anima Christi intelligit omnia quæ ſunt in vno, ſcilicet verbo: etiam ſimul & vno intuitu omnia cognoſcit actu. Et ſimiliter eſt de aliis beatis, quantum ad omnia quæ in verbo uident: ſecus autem eſt de illis quę vident per ſpecies diuerſas, quæ ſimul videre poſſunt.

AD PRIMAM ergo dicendum, quòd quando plura intelliguntur in vno, omnia illa ſunt vt vnum intelligibile: & per hoc ſeruatur verbum Philoſophi.

dist. 13. q. 1. ar. 2. q. 2. in c.

¶ Ad secundum dicendum, q verbum nō videt infinita p scientiam visionis, vt dictum est. & de hac verum est, quòd anima Christi videt quæcunque videt verbum, si tamen infinita viderit, prædicta positione facta quod generatio semper duraret, non sequeretur quòd transiret in infinita: quia non videret, ea pertranseundo de vno in aliud: sed in vno simplici, tam deus quàm anima Christi. (hoc eodem ar. q. 2. in c.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnia quàm aīa Christi videt in verbo, videt vna operatione, nō tamen illa operatio est infinita in se, sed materialiter, quia transit super infinita, prædicta positione stante de duratione mundi, sicut etiam dictum est de virtute intelligendi.

> tiam faciendi aliqua, quæ non potest facere. Scit igitur & anima Christi omnia quę scit in uerbo dei. quod liquidius & præsentius omni creatura contemplatur vt ei unita, in quo etiam angeli & quæ dei sunt, & quæ futura sunt cognoscunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd vnus angelus non illuminatur ab alio de his, quæ illuminatus videt in verbo: sed de his quæ nō videt: quæ superior videt vel in uerbo vel in lumine alterius angeli magis sibi proportionato: in quo sunt formæ magis particulares, sicut inferiores angeli illuminantur a mediis, de his quæ ipsi in verbo non vident, medii autem vident vel in verbo vel per illuminationem superiorum angelorum.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima Christi secundum illam scientiā qua cognoscit res in propria natura, cognoscat omnia.

3. q. 11. 1. De Ver. q. 20. 6. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod secundū illā scientiā qua anima Christi scit res in propria natura, sciat omnia. omnis enim potentia, quæ non est reducta ad actum, est imperfecta: sed intellectus possibilis animæ Christi, est in potentia ad omnia intelligibilia, quia est quodammodo omnia fieri, vt dicitur in 3. de anima. ergo si non omnia sciret per proprias similitudines, remaneret imperfectus.

¶ 2 Præt. Hæc est natura intellectus per quā differt a sensu, vt dicitur in 3. de anima, quòd quanto intellectus plura & difficiliora intelligit, tanto magis potest alia leuiora intelligere: sed quod est huiusmodi nihil prohibet quin omnia capere posset. ergo anima Christi etiam in propria natura omnia cognoscit. (Lect. 7. t. c. 4. 5. & lect. 10. t. c. 18. lect. 7. t. c. 7.)

¶ 3 Pręt. Magis impediunt se opposita, vt nō possint esse simul q̃ quælibet alia: sed species oppositorum non impediunt se, quin sint simul in anima, quia simul homo habet scientiam albi & nigri. ergo multo minus aliquæ aliæ species impediunt se inuicē vt non possint esse simul, & sic idem quod prius.

SED CONTRA, Non possunt omnia cognosci in quo nō sunt omnia: sed omnia non possunt esse in vno habitu creato. ergo cū scientia quam habet Christus de rebus in propria natura sit per aliquem habitum creatum, non potest per illam scientiam omnia cognoscere.

¶ Præt. Per illam scientiam Christus conformatur nobis: sed nos non possumus scire omnia. ergo nec Christus secundum hanc scientiam sciuit omnia.

II 3. q. 15. 4. VLTERIVS videtur, quòd hanc scientiam Christus habuit minorem angelis. quia quanto intellectus est simplicior: tanto eius naturalis scientia maior: sed intellectus angelicus est simplicior quàm animę Christi, quia intellectus Christi non excedit terminos humanæ naturæ, vltra quos est simplicitas intellectus angelici. ergo intellectus habet maiorem scientiam quàm est scientia naturalis animæ Christi.

¶ 2 Præt. Quanto intellectus est magis propinquus materiæ, tanto est debilior in cognoscendo: sed intellectus Christi cum sit forma materialis corporis Christi est magis propinquus materiæ quàm angelicus. ergo debilius cognoscit, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Sicut dicit Isaac. Rō orit in vmbra intelligētię, intelligentiā autē vocat angelū. cū ergo Christus habeat intellectum rationalē, videtur quòd eius sciētia sit minor quàm angelorum.

SED DONTRA. Hebr. 2. dicitur, quòd Christus minoratus est ab angelis solum propter passionem. ergo scientiam habet eis potiorem

¶ Præt. Sicut dicit † Dionysius 7. cap. eccle. hier. ipse Christus secundum quòd homo docet angelos. ergo maiorem scientiam habet quàm illi.

III 3. q. 11. 3. VLTERIVS videtur, quòd Christus nō habuit scientiā per modum collationis, quia sicut dicit † Damas. In Christo nō in-

F quirimus consilium neque electionem: sed hæc pertinent ad collationem practicam. ergo eadem ratione non fuit in ea collatio quantum ad speculatiuam.

¶ 2 Præt. Discursus rationis opponitur deiformitati: sed anima Christi tota fuit deiformis. ergo non habet scientiam collatiuam.

¶ 3 Præt. Discursus rationis, vt dicit Isaac, contingit ex hoc, quod habet lumen obumbratū: sed in anima Christi nulla fuit obumbratio, nec obscuritas. ergo nec habuit scientiam per modū collationis.

Quomodo intelligenda sint uerba Ambrosi i super Lucam.

> SED si anima illa non habet tantam potentiam quantā & deus: nec homo assumptus quantam & deus: quomodo ergo intelligitur illud Ambrosii

G SED CONTRA. Christus assumpsit omnia naturalia quæ consequuntur naturam humanam. ergo assumpsit rationem: sed rationis actus est inquirere & conferre. ergo ipse habuit scientiam collatiuam.

¶ Præt. Opponere & respondere pertinent ad scientiam collatiuam: sed Christus exercuit officium opponentis & respondētis, vt dicitur Lucæ. 2. ergo ipse habuit scientiam collatiuam.

IIII 3. q. 11. VLTERIVS videtur, quòd per plures habitus hæc scientia diuisa fuerit, quia scientia sua fuit vniuoca scientiæ nostræ: sed nostra scientia est de omnibus quæ Christus sciuit per plures habitus. ergo & scientia Christi.

¶ 2 Præt. Sicut dicit Philosophus. 3. de anima, scientię secantur sicut & res: sed Christus habuit scientiam de diuersis rebus. ergo habuit diuersos habitus scientiarum. (t. c. 38.)

¶ 3 Præt. Scientiæ diuiduntur sm diuersas rationes cognoscēdi:
H sed quantum ad hanc scientiam pertinet, ipse non eadem specie siue ratione omnia cognouit: sed pluribus. ergo non habuit vnum tantum habitum scientię, sed plures.

SED CONTRA. Scientia Christi fuit perfectissima: sed scientia quanto magis est vna, tanto magis est perfecta, vt patet per Dio. & per librum de causis. ergo magis sciuit omnia per vnum habitum. (lect. 10.)

¶ Præt. Scientia regitiua plurium artium non diuersificatur p illas artes, sed est vnus habitus: sicut patet de militari respectu omnium scientiarum quæ sub ea sunt: sed scientia Christi fuit regitiua, & quasi architectonica respectu omnium humanarum scientiarum. ergo ipse per vnum habitum omnia sciuit, quæ ad hanc scientiam pertinent.

V 3. q. 11. VLTERIVS videtur: quòd in ista scientia profecerit. Hebr. 10. Didicit ex eis quę passus est obedientiam: sed discere est in scientia proficere. ergo in scientia profecit.

I ¶ 2 Pręt. Non perficere in his quæ quis proficere potest, est magnus defectus: sed in omni scientia, qua quis non omnia scit potest proficere. ergo cum Christus secundum hanc scientiam non omnia sciuerit, videtur quòd potuerit proficere, & ita profecerit in ea.

¶ 3 Præt. Intellectus agens in ipso abstrahebat species a fantasmatibus. & hic est actus eius, aliàs frustra assumpsisset eum: sed species abstracta a fantasmatibus recipitur in intellectu possibili. ergo semper in Christo plures species recipiebantur in intellectu possibili eius. ergo proficiebat in scientia.

¶ 4 Præt. Hoc patet per authoritatem † Ambr. superius inductā. (in litera precedentis distinctionis. Damas. de fide. 22. post)

SED CONTRA. † Damas. dicit. Qui dicunt Christum proficere sapientia & ætate, vt additamentum suscipientem, non eam quæ secundum ypostasim est vnionem venerantur: sed illa vnio omnino veneranda est. ergo non debemus dicere q in sciētia profecerit.

K VI 3. q. 11. VLTERIVS videtur, quod ab angelis quantum ad hanc sciētiam accepit Dion. enim 4. cap. cælestis hierarchiæ dicit. Per angelos videmus eum sub paternis legibus ordinatum: sed qđ ordinatur, aliquid ab ordinante accipit. ergo Christus aliquid ab angelis accepit.

¶ 2 Pręt. Luc. 22. dicitur quòd apparuit angelus domini confortans eum: sed confortatus accipit aliquid a confortante. ergo & Christus ab Angelo.

¶ 3 Præt. Christus dum fuit in terra, voluit subdi legalibus ordinationibus factus sub lege. Gal. 4. Sed legalis obseruantia est minoris dignitatis quàm cælestis hierarchia. ergo & ordini cælestis hierarchiæ subdi debuit. hæc autem est lex cælestis hierarchiæ, vt homines ab angelis suscipiant, vt dicit † Dio. ergo ipse ab angelis suscepit. (4. c. cælestis hi.)

¶ 4 Præt. Corpus eius impressionē suscepit a corporibus cælestibus. ergo pari ratione anima a spiritibus cęlestibus.

SED CONTRA. Superioris non est ab inferiori recipere: sed Christus, etiam secundum humanam naturam angelis superior

superior fuit & caput: vt supra dictum est. ergo ab eis non recepit (dist. 13. q. 1. a. 2. q. 1. per totam.)

¶ Præt. Quod immediate accipit a verbo, non habet necesse ab angelis accipere. sed anima Christi immediate accipit a verbo sibi vnito: ergo non recipit ab angelis.

RESPONDEO ad primam quæstionem dicendo, quòd cognitio rerum in proprio genere, & cognitio rerum in verbo differunt, non quantum ad res cognitas: sed quantum ad mediū cognoscēdi, quod est id, in quo res cognoscitur. Quia cognitio quæ est rerum in verbo, habet mediū cognoscendi ipsum verbum. Cognitio autem rerum in proprio genere, habet mediū cognoscendi rerum similitudines, quæ sunt in intellectu: mediū autem cognoscendi; quod est lumē sub quo res videtur, vtrobiq; creatum est. hoc enim vel est lumen naturale. sicut in his quæ cognoscuntur per rationem naturalem, vel lumen gratiæ: sicut in his quæ cognoscuntur per fidem & reuelationem: Christus autē perfectus fuit sm animam & sm naturam & sm gratiam: nō autem perfectio animæ quantum ad naturam esset in ipso: nisi omnia cognosceret hoc genere cognitionis, quæ per rationem naturalem cognosci possunt: nec etiam esset perfectus in gratia, nisi omnia quæ ad reuelationem gratiæ pertinent in hominibus siue in angelis cognouisset, & ideo anima eius hoc genere cognitionis omnia cognouit: sed quia similitudo creata deficit a representatione substantiæ increatæ: ideo hoc genere cognitionis nō cognouit ipsam essentiam increatam: nec alia omnia quæ ad perfectionem intellectiuæ partis nō pertinent: neque sm naturam: neque secundum gratiam: sicut sunt gesta particularium hominum, & huiusmodi, quæ tamen omnia cognouit in verbo. Et ideo dicendum, q hoc genere cognitionis non cognouit omnia simpliciter.

> super Luc. vbi angelus de nascituro filio virginis ait. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur? nō ideo, inquit, erit magnus, quòd ante partum virginis magnus non fuerit, sed quia potentiam quā dei filius naturaliter habet, homo erat ex tpe. accepturus, vt vna sit persona homo & deus. Ecce aperte dicit, quòd homo erat accepturus ex tempore potentiam, quam habuit dei filius naturaliter. Sed si homo accepturus illam potentiam erat. ergo uel persona, uel natura hominis: sed persona non, quia semper habuit, & habet.

(Et Beda ibi, homi. 23.)

AD PRIMVM ergo dicendum, q ex hac ratione non concluditur nisi q cognouerit omnia quæ per rationem naturalē cognosci possunt, quia sicut materia prima est in naturali potentia tantum ad illas formas, quæ per agens naturale produci possunt, quàmuis deus alia ex materia illa facere possit: ita etiam intellectus possibilis est in potentia naturali eorum tantum, quæ per lumen intellectus agentis cognosci possunt: sed si hæc tantū cognosceret, imperfectus non esset: sed deus ex liberalite suā infundit amplius lumen gratiæ, per quod etiam plura intellectus possibilis cognoscit.

¶ Ad secundū dicendū, q per ea quæ intellectus intelligit, non ampliatur capacitas, nisi respectu eorū intelligibilium, quæ sunt eiusdem generis, sicut quantumcūq; homo sit instructus in scientiis phisicis, nunquàm peruenit ad cognitionem eorum quæ sunt fidei vel prophetiæ, nisi lumen amplius addatur, & ita quantumcunq; ampliatur capacitas eius ad intelligendum res in proprio genere, nunquàm perueniet ad videndum diuinam essentiam vel res aliquas in ea.

¶ Ad tertium dicendum, q non negatur omnia cognoscere huiusmodi cognitionis genere anima Christi: quia species se inuicē in intellectu impediant: sed quia quædam cognoscibilia excedūt omnē speciē creatā, sicut essentia diuina: quorundam vero similitudines & cognitiones nō sunt de pfectione intellectus humani.

AD SECVNDAM quæstionē dicendū, q ad cognitionē intellectiuā tria requiruntur. s. potentia intellectus, lumen quo intelligit, & similitudo rei per quam cognitio rei determinatur: & sm hæc tria potest aliqua cognitio esse altera potior tripliciter. Primo quantū ad efficaciam cognoscēdi siue certitudinem cognitionis siue limpiditatem, quod idem est, quæ ex ipso lumine consequitur, & sic cum Christus abundanter lumen gratiæ habuerit magis quàm angeli, habuit limpidiorem cognitionem quàm angeli. Secundo potest esse aliqua cognitio potior alia, quantum ad similitudinē cognitorum, quæ attenditur sm species, & sm hoc etiam Christus perfectiorem cognitionem habuit quàm angeli: quia pluriū species sibi infusę fuerunt quàm angelis cōcreatæ & infusæ. vñ et de his quæ ad illuminationes hierarchicas ptinēt: Chrs angelos illuminauit, vt dicit † Dio. de cęl. hier. 1. lib. c. 7. Tertio potest esse aliqua cognitio altera nobilior quantum ad genus cognitionis, quod consequitur naturam potentiæ intellectiuæ, & quia Christus cognouit intellectu possibili cuius est obiectum fantasma, ideo cognouit ea cum cōtinuo & tempore, vtēs fantasmatibus quasi obiectis intellectus: non quidem sicut ab eis speciem accipiens: sed sicut species circa ea ponens: sicut contingit in eo, qui habet habitū & actu aliqua considerat. hoc aūt genere cognitionis angeli non cognoscunt: sed aliquo altiori secundum ordinem naturæ. s. sine continuo & tempore.

A AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ista cognitio non fuit solum in Christo sm proportionem virtutis, quę debetur humanę naturæ: sed sm q humana natura perfecta est per gratiam, quæ fuit potior in Christo quàm in angelis. vnde & perfectiorem sciētiam habuit simpliciter.

¶ Ad sm dicendum q ex hoc quòd intellectus possibilis est propinquius materię, non habet defectum in cognoscendo, nisi quantum ad genus cognitionis: quia enim talis est natura eius, vt corpori vniatur vt forma: ideo tali genere
B cognitionis cognoscit vtendo. s. corporis instrumentis, sed multitudo cognitorum non est ex natura intellectus possibilis, sed ex speciebus intelligibilibus: limpiditas vero ex lumine intellectus agentis vel ex aliquo superiori lumine.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd obumbratio illa intelligitur quātum ad hoc, quòd intelligit cum continuo tempore.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd ex hoc ipso q intellectus noster accipit a fantasmatibus, sequitur in ipso quòd scientiam habeat collatiuam inquantum ex multis sensibus fit vna memoria, & ex multis memoriis vnum experimentum, & ex multis experimentis vnū vniuersale principiū, ex quo alia cōcludit, & sic acquirit scientiam, vt dicitur in. 1. Meta. & in fine posteriorum. vnde secūdum quòd se habet intellectus ad fantasmata, sm hoc se habet ad collationem. habet autem se ad fantasmata dupliciter. Vno modo sicut accipiens a fantasmatibus scientiā quod est in illis, qui nondum scientiam habent secundnm motum qui est a rebus ad animam. Alio modo secundum motum qui est ab anima ad res: inquantum fantasmatibus vtitur quasi exemplis, in quibus inspicit quod considerat: cuius tamen scientiām prius habebat in habitu. similiter etiā est duplex collatio: vna qua homo procedit ex notis ad inquisitionem ignoti, & talis collatio non fuit in Christo: alia secundum quam homo ea quæ habitu tenet in actum ducens ex principiis considerat conclusiones: sicut ex causis effectus, & talis collatiua scientia fuit in Christo. (Pri. Met. in prohemio lect. 1. circa medium. 2. post t. c. 37.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dama. loquitur quantum ad primum modum collationis. vnde subdit. Non enim habuit ignorantiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd discursus rationis non opponitur deiformitati, quę est per gratiam, sed quæ est per ordinem naturæ. deus enim non accipit cognitionem a fantasmatibus. vnde anima recedit a dei similitudine quantum ad hoc, magisquàm
D angeli, inquantum est forma corporis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vmbra illa, vt dictum est, refertur ad genus cognitionis, non ad limpiditatem in cognoscendo.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, q ex limpiditate cognitionis contingit, quòd scientia est magis vnita & simplex: quia quanto limpidius videt intellectus, tāto ex paucioribus potest cognoscere plura. vnde cū anima Christi habuit limpidissimam cognitionem inter omnes creaturas, scientia eius fuit magis vnita: & per formas magis vniuersales q̃ aliqua scientia creaturę. diuisio autem habituum in diuersis rebus cognoscendis, contingit in nobis ex hoc, q formæ intelligibiles in nobis sunt minime vniuersales. vnde oportet q diuersas res per diuersas species cognoscamus: & diuersæ species sm genus faciunt diuersos habitus scientiarum, & propter hoc, angeli qui habent scientiam magis vniuersalem, vtpote non acceptam a rebus, non habent cognitionem de rebus per diuersos habitus:
E quia ergo anima Christi habuit scientiam magis vniuersalem quàm aliquis angelus: ideo non habuit diuersos habitus quibus cognosceret: sed vno habitu omnia cognouit, quæ ad hanc scientiam pertinent: quàmuis diuersis speciebus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q scientia Christi etiā rerum in proprio genere, fuit multo altior quàm scientia nostra.

¶ Ad sm dicendum, q non omnis diuersitas rerum facit diuersas scientias: sed diuersitas quæ requirit diuersam rationē cognoscendi: sicut naturalia distinguūtur a mathematicis. sed ratio cognoscendi in Christo fuit magis vnibilis quàm in nobis, & ideo per vnam rationem potuit plura cognoscere.

¶ Ad tertium dicendū, q non quælibet specierum diuersitas facit habitum diuersum, aliàs oporteret quòd quot sunt res, tot essent scientiæ: sed diuersitates specierum, quæ non reducuntur ad eundem modum cognitionis secundum genus, quæ quidem diuersitas contingit ex hoc, quòd lumen intellectus nostri

est particulatum & debile. & ideo in Christo non fuit talis diuisio habituum, propter luminis claritatem.

¶AD QVINTAM quæstionē dicendū, ꝙ cum eminentia scientiæ, vt dictum est, consistat in tribus: scientia Christi nunquàm creuit, quantum ad genus cognitionis: quia illud genus cognitionis sequitur naturam humanam, quę in ipso semper permansit, nec iterum quantum ad numerum scitorum: quia omnia sciuit a primo instanti suæ conceptionis, quæ ad hanc scientiam pertinent: creuit autem quantū ad aliquem modum certitudinis. Cum enim anima nostra secūdum naturam sit media inter intellectum purum, qualis est in angelis, & sensus: dupliciter certificatur de aliquibus. Vno modo ex lumine intellectus, qualis est certitudo in demonstrationibus illorum, quę nunquàm visa sunt. Alio modo ex sensu: sicut cum aliquis est certus de his quæ videt sensibiliter. & talis certitudo acquiritur alicui, etiam quantuncūque per certissimam demonstrationem aliquid sciat, quando videt sensibiliter, quod prius non viderat. vnde anima delectatur in visis, etiam quæ sciuit: & hæc vocatur certitudo experimentalis. & quantum ad hanc creuit scientia Christi, inquantum quotidie aliqua videbat sensibiliter, quę prius non viderat, non aūt creuit quantum ad essentiam.

hoc eodem arti. q. 2. in corpore.

ergo natura ∴ Si natura, ergo anima. Nam de carne constat, ꝙ accipere non posset. Ad quod dicimus illud esse accipiendum de persona, sed non inquantum est dei: immo inquātū est hominis psona. Vna est enim persona dei & hoīs, filii dei & filii hoīs: q̄ inquātū est dei psona, semper naturaliter oīpotētiā habuit. sed inquātū est hoīs, nō semper fuit. Illa ergo persona quæ semper fuerat dei, futura erat hominis persona. & secundū hoc quòd futura erat hominis persona, accepturа erat ex tpe potentiā, quā naturaliter & semper habuerat inquantum dei persona. Secūdū hanc distinctionem, illud & similia sane accipi possunt. Quæ distinctio in pluribus quæstionum articulis est necessaria
G aduersus quorundam perplexam uerbositatem. Sed cum de rebus cōstat, in uerbis frustra habetur cōtrouersia.

H ¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illud discere, est referendū ad experientiam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ anima Christi quamuis hoc genere cognitionis non omnia sciuisset: tamen non poterat quantum ad ea proficere, tum quia quædam sunt, quæ hoc genere cognitionis cognosci non possunt, sicut essentia dei: tū quia quædam contingentia singularia non sunt de perfectione scientiæ, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ per lumen intellectus agentis in Christo, nō fuit aliqua species de nouo recepta in intellectu possibili eius: sed fuit facta conuersio noua ad species, quæ erant in phantasia: sicut est in eo, qui habet habitum scienti eorum: quę imaginatur, vel videt.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ † Amb. intelligit profectū scientię Christi quantū ad experientiā, ſm nouā conuersionē ad sensibile præsens: vel sicut supra magister determinauit.

I ¶AD SEXTAM quæstionem dicendū, ꝙ ſm doctrinam † Dio. in cæl. hier. Angeli, a quibus alii cognitionem accipiunt, abundantiori lumine pleni sunt, quasi propinquius diuinam claritatem cōtemplantes. Oportet enim recipiēs esse potentia respectu eius a quo recipit, & ita minus in actu eius qđ recipere debet. vnde cum anima Christi abundantius intellectuale lumen habuerit, quàm angeli, vt patet ex prædictis, constat etiam ꝙ Christus mortale corpus gerens, nihil cognitionis accepit ab angelis. Sed ipse non solum secundum deitatem, sed etiam ſm animam omnes angelos illuminauit, sicut etiam nunc illuminat. Non enim minoris gloriæ erat illa anima, aut minoris cognitionis in statu illo, quàm modo sit: cum a principio suæ conceptionis perfectus comprehensor fuerit.

3. ca. c.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut ipsemet † Dio. se ibidem exponit, dicitur Christus per angelos ordinatus: nō quia ipse ab eis illuminationem accepit, sed quia de his quæ ad ipsum pertinebant, circa ipsum gerenda ꝑ angelos alii instruebātur: sicut Ioseph de fuga in ægyptū, & de reditu de ægypto, vt dicitꝰ Mat. 2. Ipse enim per se in his eos instruere non volebat, vt vlterius ab aliis pueris nō differret, & vt veritas assumptæ naturæ ꝓbaretꝰ.

K ¶Ad ſm dicendū, ꝙ quàmuis angeli Christum nō illuminarētꝰ, tamen ei ministrauerunt, vt patet Matt. 4. & ad hoc ministeriū illa confortatio partiebat. Non enim confortabatur instruendo, sed eo modo quo ex colloquio, & præsentia amicorū & familiarium, homo naturaliter confortatur in tristitiis: vt in hoc quoq; veritas assumptæ naturæ appareret.

¶Ad tertium dicendū, ꝙ deus venerat nos liberare, sicut a morte, ita & a legis onere, & ideo sicut mortem pro nobis subiit, vt nos a morte liberaret: ita & legalia in seipso recepit, vt eos qui sub lege erant, redimeret. ad Gal. 4. Non autem venit vt nos ab ordine cęlestis hierarchiæ educeret: & ideo non est similis ratio. Et præterea, Christus a legalibus nihil accepit ſm animam, sed tantū in corpore eius gerebatur exterius, sicut circuncisio, & huiusmodi: sed leges cęlestis hierarchiæ ad animā pertinent. Christi autē anima non subiacebat alicui imperfectioni: sicut corpus subiacebat passibilitati.

¶Et per hoc patet solutio ad quartum: quia enim corpus eius nondum erat glorificatum, poterat aliquam impressionem a corporibus cęlestibus accipere, anima autem quæ glorificata erat, & sup angelos exaltata, nihil poterat ab eis accipere.

ARTIC. IIII.

b Vtrū anima Christi habuit omnipotētiā, sicut & omniū sciētiā.

AD QVARTVM sic proceditur: Videtur quòd anima Christi habuit omnipotentiā, sicut & omnium scientiam. primo per hoc quod dicitur Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra: & loquitur secundum humanam naturam. ergo ſm humanā naturā habuit oīpotētiā.

¶ 2 Pręt. Christus habuit omnium scientiā: sed scientia est practica & speculatiua. ergo & ipse habuit de omnibus rebus scientiam practicam: sed scientia practica est secundum quam aliquis scit facere aliquid, & potest facere: quia scientia practica est causa rerum. ergo anima Christi habuit omnipotentiam.

H ¶3 Præt. Anima humana est imago trinitatis per potentiā, voluntatem, & scientiam: sed anima Christi inquantum fuit imago dei, capax fuit omnis scientiæ. ergo pari ratione oīpotentiæ.

¶4 Præt. Sicut potentia dei est infinita, ita & scientia: sed infinitas scientiæ non prohibet, quin omnium scientia Christo communicata sit. ergo nec infinitas potentiæ prohibet, quin sibi omnipotentia communicata sit.

¶ 5 Præt. Sicut in anima humana est possibilitas ad recipiendū omnia per intellectum possibilem, quo est omnia fieri: ita est in ea possibilitas ad faciendum omnia per intellectum agentem, quo est omnia facere: sed Christo est communicata omnium sciētia, inquantum anima eius est receptiua omnium. ergo similiter debuit sibi communicari omnipotentia.

SED CONTRA. Potentia habet rationē principii, vt dicitur in. 5. Meta. sed nō potuit cōmunicari animæ Christi ꝙ esset principium omnium, quia sic esset primum principium, quod est solius dei. ergo non potuit communicari omnipotentia. lect. 18.

I ¶Præt. Per potētiā dei, anima Christi cōseruatur in esse, sed nō potuit sibi coīcari, vt ipsa seipsam conseruaret in esse, quia sic nō esset creatura. ergo non potuit sibi omnipotentia communicari.

¶Præt. Nullius substantiæ finitæ est virtus actiua infinita: sed anima Christi est substantia finita. ergo non potuit sibi communicari infinita potentia, quæ est omnipotentia.

RESPON. Dicendum, ꝙ vnūquodq; est actiuū ſm ꝙ est ens actu. vnde quanto aliqua habent deficientius esse, tanto minus sunt actiua, sicut patet de materia prima: in qua non est d actiua potētia: quia tenet vltimū gradū in entibus, & ideo potētia actiua cōmēsuratꝰ essentiæ. Et pp hoc, sicut aīæ Chrī nō potuit cōicari ꝙ haberet infinitatē essentiæ: ita nec oīpotētia d sibi coīcari potuit, nec alicui creaturæ coīcari pōt. credo tñ ꝙ oīs potētia, q̄ alicui creaturæ cōicari pōt, sibi cōicata fuit multo abundantius: vt. s. materia elemētaris magis obediret sibi ad nutum, q̄ actiuis qualitatibus: vel etiā virtuti cęlesti, & ꝙ magis potuisset mouere cęlum, quàm aliquis angelus: si tamen angeli mouent orbes. D.

K ¶ Ad primū ergo dicendū, ꝙ oīpotētia data est Christo, quātū ad psonā, ab eterno: sed quantū ad naturā humanā, in ipsa cōceptione. nō ꝙ natura humana, vel aliqua pars eius oīpotētia īformaretꝰ, vt oīpotēs dici posit: sed ſm modū, quo & alias proprietates communicāt sibi naturæ, propter vnitatē hypostasis: tamē in resurrectione manifesta est. & ideo tunc data dicitur ſm illū modum loquendi, quo res dicitur fieri, quando innotescit.

¶Ad ſm dicendū, ꝙ Christus habuit oīum rerū sciētiam, nō tā tū speculatiuā, sed etiā practicā: nō quidē qua ipsas res faceret, sed sciuit qualiter a deo sunt factæ. sciētia aūt practica, q̄uis sit quodāmodo causa operationis, inquantū dirigit in opere: non tñ est sufficienter causa, quia ab ipsa nō producitur res, nisi adsit potentia actiua rei. vnde Christus habuit omnem scientiam practicam quidem, sed non practice, quia non ordinauit ad opus.

¶Ad tertiū dicēdū, ꝙ vniuersalitas possibiliū deo, cōmēsuratꝰ diuinæ essentiæ, qa ſm hoc infinita pōt, qa hēt esse nō limitatū: sed vniuersalitas corū q̄ scit scia visionis, nō cōmēsuratꝰ essentiæ eius

tius: etiā si mundus duraret semper, per hunc modum quo modo est, quia semper posset plura facere secundum vnumquodq; tempus q̄ quæ fecit & plures species, & plura rerū genera, & plures mundos: & ideo quāuis omnium scientia qua deus scit scientia visionis, sit communicata animæ Christi: non tamen omnipotentia qua deus potest facere, sibi cōicari potuit, sicut nec essentia infinita.

¶Ad quartū dicendum, quòd in omnipotentia includūtur omnia ad quæ diuina potentia se extendit ex infinitate suæ essentiæ, secundum quam est actiua infinitorum, secundum quemlibet modum: sed in scientia oīum quæ dicitur Christo cōmunicata non includunt omnia quæ deus potest facere, vt dictū est. & ideo omnipotentia communicari non potuit, nisi habenti essentiam infinitam, sicut nec scientia omniū simpliciter quæ deus potest facere nisi comprehendenti essentiā infinitam, ut prius dictum est.

di. 14. q. 1. arti. 2. q. 2. in corpore.

Cap. 24.

¶Ad quintū dicendum, quòd potentia intellectus agentis non est vt faciat omnia simpliciter: sed vt faciat omnia esse intelligibilia: & ideo rō nō ē ad ꝓpositū.

EXPOSITIO TEXTVS.

IN *Nullo, creatura creatori aequatur.* Intelligendū est quantū ad rationem rei habitæ, & quantū ad modū habēdi, quia & si aliquid idē cōueniat deo & creaturæ: non tñ ſm eundem modū uel eandē rationē. *Nemo nouit quae sunt dei &c.* Non excluditur per hoc pater & filius qui habent eandem cognitionem quam & Spiritus sanctus. *Naturaliter capax est scientiae.* Est enim facta anima ad cognoscendum omnia: non autem ad faciendum omnia.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM Magister determinauit de his quæ Christus cū natura humana assumpsit ad dignitatē pertinentia, hic determinat de his assumptis quæ pertinent ad defectum. Et diuiditur in duas partes. Primo determinat de defectibus quos Christus cum humana natura assumpsit. Secundo determinat modū quo huiusmodi defectus in Chro fuerūt. di. 16. ibi *Hic oritur quaestio.* Prima in duas. Primo determinat veritatē. Scđo excludit errorem ibi. *Sed quia nonnulli.* Prima in duas Primo ostendit quos defectus cū humana natura assumpsit Christus. Scđo ostendit quæ fuit cā assumptionis ibi. *Hos autem defectus.* Prima iterū in duas partes. Primo ostēdit ꝙ Christus in natura nostra accepit defectus pœnales, & non culpæ. Scđo oñdit quos de pœnalibus defectibus nō assumpsit ibi. *Tradit authoritas.* Circa qđ duo facit. Primo oñdit quos defectus pœnales non suscepit ex parte aīæ. Scđo quos defectus

A corporales nōn suscepit ibi. *Sunt enim plura aegritudinum.* Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ Christus non suscepit ignorantiam aut difficultatē ad bonū faciendū. Scđo ostendit ꝙ hæc non sunt culpa: sed pœna ibi. *Sed forte dicit aliquis. Sed quia nonnulli.* Hic excludit errorem. & duo facit. Primo obiicit contra errantes. Scđo soluit illa quæ ꝑ se illi inducebant ibi. *Quidā tamen reperiuntur.* & hæc diuidit in duas. Primo soluit obiectiōes de passionib⁹, quas dixerāt esse animæ tm: sicut tristitia & hmōi. Scđo soluit de illis quæ sunt animæ per corpus, sicut dolor sensibilis ibi. *Veruntamen magis.* Circa primū tria facit. Primo ponit obiectionem. Secundo soluit ibi. *Ne autem in sacris.* Tertio solutionē confirmat ibi. *Vnde lex. Veruntamen magis.* Hæc pars etiam diuiditur in duas. Primo ponit obiectionem. Secundo soluit. *Sed si excussa.* Hic est duplex quæstio. Primo de his defectibus in generali. Secundo specialiter de passionibus animæ.

DISTINCTIO. XV.

De hominis defectibus, quos assumpsit Christus in humana natura.

A

ILLVD quoque prætermittēdum non est quòd dei filius naturam hominis accepit passibilem, animā passibilem: carnem passibilem & mortalem. Vt enim probaretur uerum corpus habere suscepit defect⁹ corporis, scilicet famem, & sitim, & huiusmodi: & ut ueram animam probaretur habere suscepit defectus animæ, scilicet tristitiam timorem dolorē & huiusmodi. Omnis autem sensus animæ est. Non enim caro sentit: sed anima utens corpore uelut instrumento. vnde Augu. super Gene. in lib. 12. non corpus sentit: sed anima per corpus: quo uelut nuncio utitur ad confirmandū in seipsa quod extrinsecus nunciatur. Sicut ergo anima quod foris est per corpus, tanquā instrumentum uidet, uel audit: ita etiam per corpus quædam sentit mala, quæ sine corpore nō sentiret, ut famem & sitim, & huiusmodi. vnde non immerito defectus corporis dicuntur. Quædam autem non per corpus: immo etiam sine corpore sentit ut est timor, & huiusmodi. Sētit igitur anima dolores: sed quosdam per instrumentum corporis: quosdā uero non. Suscepit autem Christus sicut ueram naturā hominis, ita & ueros defectus hominis: sed non omnes. Assumpsit enim defectus pœnæ: sed non culpæ. Nec tamen omnes defectus pęnæ: sed eos omnes quos homini eum assumere expediebat, & suæ dignitati non derogabat. Sicut enim per hominem homo factus est, ita per eum hominis defectus suscepit. Suscepit enim de nostro, ut de suo nobis tribueret, & ut nostrum tolleret. Suscepit nostrā uetustatem, ut suā
B nobis infunderet nouitatem. Simplam accepit ille uetustatem, idest pœnæ, ut nostram duplam consumeret, idest pœnæ, & culpæ.

b Qualiter accipiendum sit illud, quod ait Leo Papa.

TRADIT authoritas, ꝙ dominus noster in se suscepit omnia infirmitatis nostræ præter peccatum. Quod nisi accipiatur de illis tantum quæ
C eum sumere pro nobis oportuit & decuit, falsum esse probabitur. Nō enim assumpsit ignorātiam aliquā cum sit ignorantia quædā quæ defectus est: neque peccatum est, scilicet ignorantia inuincibilis. Nam uincibilis peccatum est: si tamen de his est quæ nobis expedit scire. Sunt enim quædam quorum scientia non affert, uel ignorantia non impedit salutem. Et forte talium rerum ignorantia defectus non est. Constat autem in nobis esse igno-
D rantiam atque difficultatem uolendi, uel faciendi bonum, quæ ad miseriam nostram pertinēt. vnde August. in lib. 3. de libe. arbi. Approbare inquit falsa pro ueris ut erret inuitus, & resistente atque torquente dolore carnalis uinculi: non posse a libidinosis operibus temperare: non est natura instituti homi-

Epist. 10. ad Flauia. & serm. de nati. do. Exultem⁹ & Dama. lib. 4. Ortho. fid. c. 14.

Cap. 18. Et lib. 1. retract. c. 9.

QVAESTIO. I.

A

Circa primū quęruntur tria.

Primo. Vtrum Christus debuerit assumere naturam humanam cum huiusmodi infirmitatibus.

Secūdo. Vtrum omnes nostros defectus suscipere debuerit.

Tertio. Vtrum hos defect⁹ quos assumpsit contraxerit.

ARTICVLVS. I.

Vtrum Christus naturam humanam cum defectibus, & infirmitatibus accipere debuit.

E AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus humanam naturam cum infirmitatibus huiusmodi defectuum suscipere non debuit. Christus. n. per suam incarnationem votis antiquorum patrum satisfecit. Isaiæ 51. dicitur ad exprimendum desiderium sanctorum patrum. Consurge consurge induere fortitudinem &c. ergo non debuit venire indutus infirmitate carnis. 3. q. 14. 1.

¶ 2 Præt. Huiusmodi defectus pœnæ sunt: sed pœna non est iusta, nisi vbi culpa est: cum igitur absq; omni culpa fuerit, videtur quòd pœnales defectus suscipere non debuit.

¶ 3 Præt. Contraria contrariis curantur: sed Christus venerat curare nostras infirmitates. ergo debuit contraria assumere, scilicet robur & fortitudinem.

¶ 4 Præt. Ipse venerat ad vincendum diabolum: sed vincere est opus fortitudinis. ergo non debuit assumere infirmitatem.

¶ 5 Præt. Sicut culpa derogat iustitiæ, ita infirmitas derogat virtuti: sed Christus non debuit assumere defectus culpæ, ne derogaretur diuinæ iustitiæ. ergo similiter nec debuit suscipere infirmitates pœnales, ne derogaretur diuinæ virtuti.

¶ 6 Præt. Ipse venerat ad hoc, quòd homines in diuinam cognitionem adduceret: sed per infirmitates magis a sui cognitione abducebat: vt dicitur Isa. 53. Vidimus eum despectum. & sequitur. vñ nec reputauimus eũ. ergo non debuit huiusmodi infirmitates assumere.

SED CONTRA.

Heb. ii. In eo in quo passus est & tẽtatus, potens est & his qui tentantur auxiliari: sed Christus ad auxiliandum hominibus venerat. ergo debuit eorum defectus suscipere.

de bono per seu. c. 11. de natura & gr. c. 67. ¶ Præt. Christus venerat ad redimendũ genus humanũ: sed opus redemptionis cõgrue compleri nõ poterat: nisi per passionem: vt infra dicetur: ergo debuit defectus assumere, secundum quos passibilis fuit.

¶ Præt. Christus ad hoc venerat, vt esset mediator inter nos & deum: ergo debuit communicare cum vtroque: sed cum deo communicauit in iustitia. ergo nobiscum debuit communicare in pœna.

nis sed pœna dãnati. Ex qua miseria peccantibus iustissime inflicta liberat dei gratia: quia sponte homo libero arbitrio cadere potuit: non autem surgere. ad quam miseriam pertinet ignorantia & difficultas: quã patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suę: nec ab isto malo quisquàm nisi gratia dei liberatur. Ecce euidenter dicit hic † Aug. ignorantiam qua quisque inuitus falsa pro veris approbat: & difficultatem qua non potest temperare se a malo: ad miseriam nostram pertinere, & pœnam esse hominis. hæc autem Christus non habuit. Non igitur accepit omnes defectus nostræ infirmitatis præter peccatum.

RESPON. Dicendum, quòd Christus ad hoc venit, vt humanum genus in deum reduceret, a quo per peccatum abductum erat. Et ideo, sicut mediator ea quæ dei sunt in nos transfundit. s. gratiam & iustitiam: & ea quæ nostra sunt quodãmodo in deũ non autem nostra: quæ a nobis tantum sunt: non a deo. s. peccata: quia per hæc ad deum non ordinamur, sed magis deordinamur ab eo: sed ea quæ a deo in nobis sunt quæ omnia in se ordinata sunt, & ad ipsum nos ordinantia: & ideo ea quæ fecit in nobis deus transtulit in deum: non quidem in naturam diuinam: sed in personã ea assumendo. Fecit autem deus in nobis naturam & perfectiones naturæ & defectus pœnales: & etiam quosdam naturales: sicut indigentiam cibi: quã etiam homo in statu innocentiæ habuisset: & ideo hos defectus simul cum natura in sua persona suscepit, hæc enim in sua persona suscipere, est ipsa deo representare ad placandum ipsum nobis.

¶ Ad primum ergo dicendum: quòd desiderium sanctorum patrũ fuit, vt veniret in fortitudine spirituali. s. gratiæ & sciẽtiæ & virtutis: quę p hi⁹ defectus, quos Chrs assumpsit, nõ impeditur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis culpa nõ pręcesserit in ipso, tamen præcessit in natura humana quam deo reconciliare venerat. & ideo inquantum consideratur vt gerens vicem totius naturæ in satisfaciendo pro ipsa quicquid in natura humana ad defectum pertinens, rationem iustæ pęnæ habet, etiam in ipso habuit.

¶ Ad tertium dicendum: quòd infirmitas curatur optime per curationem suę causæ, & per consequens per contraria causæ. Causa autem horum defectuum in nobis est culpa: & ideo per cõtraria culpæ hos defectus curarẽ debuit. s. p gratiã & virtutes.

¶ Ad quartum dicendum, quòd venerat vincere fortem per iustitiam satisfaciendo, & ideo oportuit quòd haberet defectus, secundum quos satisfaceret. Et præterea per fortitudinem oppositam istis defectibus non vincitur diabolus: sed per fortitudinem virtutis & gratiæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd culpa non solum repugnat deo: quia in ipsum nõ cadit: sed etiam quia ab ipso separat: quia est peruersitas voluntatis secundum quam anima nata est deo coniungi: sed infirmitas quàmuis in deum non cadat, tamen a deo non separat: & ideo non est similis ratio.

¶ Ad sextum dicendum, quòd Christus non venerat manifestare se sm humanã naturã: sed secundũ diuinã. vnde dixit: ego nõ quæro gloriã meã: sed eius qui me misit: gloriam autẽ dei magis clarificauit per assumptã infirmitatẽ: inquantũ inuentum est ꝙ id quod est infirmius dei: est potentius hominibus. i. Corint. i.

ARTICVLVS II.

b Vtrum omnes defectus præter peccatum accipere debuit.

3. q. 14. 4. d. AD SECVNDVM sic proceditur. videtur quòd Christus debuit omnes defectus pręter peccatum assumere. Heb. 2. dicitur, quòd debuit per omnia fratribus assimilari vt misericors fieret: sed misericordia respicit omnem miseriam: ergo debuit omnes nostros defectus assumere.

¶ 2 Præt. Sicut dicit Dama. quod est inassumptibile est incurabile: sed ipse venerat omnes nostros defectus curare: ergo debuit omnes suscipere. li. 3. ca. 11. pria.

Quod ignorantia talis & difficultas non sit peccatum.

SED forte aliquis dicet, illa esse peccatum. Cui obuiat quod Augu. tradere videtur: hoc. s. deum inculpabiliter G ante peccatum in exordio cõditionis homini potuisse tradere, vt essent ei naturalia: ita in li. † retractationum inquiens. Ignorantia & difficultas etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpãdus deus, sed laudãdus esset. Sed si hæc hõ in primordio naturaliter habuisset: nũquid in eo essent defectus & pœne? Si defectus & pęna ei indita fuisset ante peccatũ: iniuste cũ eo

¶ 3 Præt. in susceptione nostrorum defectuum, manifestatur Christi humilitas: sed ipse humilitus est quãtuncũq; humiliari potuit: vt dicit † Ber. ergo ipse debuit omnes nostros defectus suscipere.

¶ 4 Præt. Omnes defectus ęqualiter decent dei maiestatẽ: si ergo aliquos suscepit: eadem ratione omnes suscipere debuit. li. 1. ca. fi. li. 3. ar. ca. & li. de no per. c. 11.

¶ 5 Præt. Ipse curauit naturam nostrã per gratiam & infirmitatem: quam accepit: sed ipse accepit omnem gratiam: ergo omnem defectũ suscipere debuit.

H SED CONTRA. Christus qui totam humanam naturam curare venerat, debuit integram naturam habere: sed quidam defectus sunt qui integritati naturæ repugnant; sicut cecitas & defectus membrorum. ergo nõ omnes defectus debuit habere.

¶ 2 Præt. Christus debuit esse perfectus in gratia: sed quidam defectus sunt, qui perfectioni gratiæ repugnant: sicut ignorantia & difficultas ad bonum. ergo nõ omnes defectus habere debuit.

¶ 3 Præt. Contraria nata non sunt fieri in eodem: sed quædam infirmitates sunt sibi contrariæ ex contrariis causis causatæ. ergo non potuit omnes nostras infirmitates habere.

RESPON. Dicendũ, quòd sicut dicit † Dam. Christus habuit in se omnes naturales, & indetractibiles passiones, dicuntur autem passiones naturales quæcunque vniuersaliter hũmanã naturam consequuntur: siue ex conditione naturæ: sicut indigentia cibi & potus: siue quæ pro peccato primi parentis in totam naturam deuenerunt ex principiis naturæ sibi relictæ causata: sicut fames, sitis, labor, dolor, & huiusmodi. Indetractibiles autẽ passiones sunt quæ defectus gratiæ non important: sicut importat pronitas ad malum & difficultas ad bonum & huiusmodi quę ex carentia gratię vel perfectionis contingunt. Ex hoc enim laus Christi minueretur, si perfectus in virtutibus non fuisset: secundum quas est laus & vituperium, siue detractatio secundum earum opposita. Vnde duo genera defectuum non assumpsit: illa s. quæ non vniuersaliter humanam naturam consequuntur, sicut lepra, cecitas, febris, & huiusmodi. contingũt enim ex particularibus corruptionibus in singulis personis: & hos defectus assumere non debuit, quia ad curandum naturæ morbum venit. Item illa non assumpsit, quæ ad imperfectionem gratiæ pertinent: sicut ignorantiam, difficultatem ad bonum, & huiusmodi: quia ipse venerat ad hoc vt de plenitudine suę gratię omnes acciperemus. li. 3. c. 20. cip. I

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd debuit fratribus assimilari quantum ad illa, in quæ omnes fratres conueniunt: quæ ad defectum gratiæ non pertinent. non enim fuit fratribus similis nisi in natura speciei: & ideo quantum ad actus & defectus qui consequuntur totam speciem, debuit fratribus assimilari. K

¶ Ad secundum dicendum: quòd sicut deus curauit omnes in hoc quòd assumpsit naturam in qua omnes conueniunt: ita curauit omnes defectus in hoc, ꝙ assumpsit illos defectus, in quibus omnes conueniunt: ex quibus quasi causis primordialibus alii oriuntur. Ex passibilitate enim naturæ quã assumpsit, sequitur febris & omnia huiusmodi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd humiliari debuit inquantum potuit decenter: non autem fuit decens, vt qui venerat alios in gratiam adducere, defectum vel imperfectionem gratiæ pateretur: neque qui naturam in aliis integrare venerat, ipse in his in quibus alii integri sunt, defectum pareretur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis omnes defectus æqualiter sint indecentes diuinæ maiestati quantum ad suam naturam: non tamen quantum ad naturam assumptam: vt patet ex dictis.

¶ Ad

¶ Ad quintum dicendum, quòd aliqui defectus sunt, qui plenitudini gratiæ repugnant: & ideo ex hoc quòd habuit omnẽ gratiam, magis debet concludi, quòd non habuit omnes defectus, quàm quòd habuit. Vel dicendum, quòd quia alios reintegrare venerat, debuit in perfectionibus potentior esse non in defectibus, quia plus indiguisset ipse reformari, quàm reformare: & ideo habuit omnem gratiam non tamen oẽm defectum.

ARTICVLVS. III.

c Vtrum hmõdi defectus susceperit uel contraxerit.

3. q. 14. 3. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd huiusmodi defectus contraxerit. Illud enim proprie contrahitur quod cum alio trahitur: sed ipse hos defectus cũ natura traxit. ergo eos contraxit.

¶ 2 Præt. Id quod ex ratione originis habetur, proprie contrahitur: sed ex ratione suæ originis Christus habuit hos defectus, quia ex ratiõe suæ originis matri similis est natus, quæ his defectibus subiacuit. ergo ipse istos defectus contraxit.

¶ 3 Præt. Illud cũ natura contrahitur qđ ex principiis naturæ causatur: sed huiusmodi defect⁹, vt fames, sitis, & huiusmodi, ex principiis naturæ causantur, quia ex actibus contrariorũ in inuicem, ex quibus homo naturaliter constat. ergo hos defectus contraxit.

¶ 4 Præt. Verbum contrahendi, secundum quòd hic loquimur, videtur traductionem importare: sed Christus habuit huiusmodi defectus per traductionem corporis ex corpore, non ex conditione animæ. ergo Christus hos defectus contraxit.

¶ 5 Præt. Sicut culpa originalis contrahitur a patre, ita istæ pœnalitates contrahuntur ex matre: sicut dictũ est in 2. lib. sed Christus ex matre passibili natus est, quàmuis non ex patre peccatore. ergo huiusmodi pœnalitates contraxit.

SED CONTRA. Quod voluntarie assumitur non contrahitur: sed Christus voluntarie assumpsit hos defectus, sicut & ipsam naturam. ergo non contraxit eos.

¶ Præt. Nos dicimur cõtrahere hos defectus, quia nobis debentur propter culpam originalem: sed in Christo culpa originalis non fuit. ergo Christus hos defectus non contraxit.

RESPONDEO. Dicendum, quòd illud proprie contrahitur quod ex necessitate alio tracto trahitur. Et quia ex hoc ipso, ꝙ humanam naturam trahimus ex parentibus per vitiatam originem, sequitur de necessitate, quòd hos defectus habeamus: ideo dicimur hos defectus contrahere, Christus autem potuit humanam naturam sine his defectibus assumere, sicut cum defectus assumpsit: & ideo non fuerunt in eo ex hoc ipso, quòd humanam naturam a parentibus traxit: sed sicut voluntarie assumpsit naturam humanam, ita & hos defectus, & propter hoc dicitur assumpsisse hos defectus non contraxisse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc coniunctio con, nonsolum notat simultatem temporis in hoc quòd dicitur aliquid contrahi: sed ordinem necessariæ consecutionis vnius ad alterum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd generatum inquantum huiusmodi assimilat ei, quod generat ipsum actiue, quia agens similat sibi patiens: quòd autem aliquando natus assimilatur matri ex qua generatur materialiter, est ex defectu virtutis actiuæ, quę non potest materiam contrahere ad sui similitudinem. vnde vincunt motus materiæ, & assimilatur filius matri. Neutro istorum modorum fuit necessarium, quòd Christus matri assimilaretur, tum quia mater non fuit agens in generatione: sed solum materiam ministrauit: tum quia nõ fuit aliquis defectus ex parte virtutis agẽtis, scilicet Spiritus sancti: & ideo quòd assimilatus est matri in his defectibus, hoc fuit ex sola eius voluntate. Rom. 8.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex principiis naturæ sibi relictæ, idest priuatę illo dono gratiæ, quod naturæ primo conditæ datum fuerat, ut in 2. lib. dictum est, huiusmodi defectus causantur: sed Christus poterat naturã humanam accipere, cum illa perfectione, quam gratis in sua cõditione natura humana acceperat: & ideo non de necessitate contraxit: sed volũtarie assumpsit. dist. 30. q. 1. art. 1. in corpore.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd verbum contrahendi, non solum importat traductionem: sed necessariũ ordinẽ ad aliud tractum, vt dictum est. Cap. 53.

Ad quintum dicendum, quòd illud habet veritatem in illis, qui secundum legem naturæ nascuntur: Christus autem non sic ex virgine natus est: sed supra naturam: & ideo ratio non sequitur.

agi uideretur, si ante culpam sentiret pęnam. Ob hoc sane dicimus, illa non fuisse defectus uel pœnas, si homini naturaliter infuissent: sicut nõ fuit homini ante peccatum nondum gratiam adepto defectus siue pœna, non posse proficere. Sed postquam gratiam recepit, per quã proficere potuit, & ad tempus etiã B profecit: eamq; culpa sua postamisit: simulq; proficiendi facultatem perdidit, defectus fuit ei & pœna, non posse proficere, scilicet malum declinare & bonum facere. Omnes igit defectus nostros suscepit Christus præter peccatum, quos ei conueniebat suscipere, & nobis expediebat. Sunt enim plura ægritudinum genera & corporis uitia, a quibus omnino immunis extitit, quos enim defectus habuit, uel ad ostensionem ueræ humanitatis, ut timorem & iustitiam, uel ad impletionẽ operis ad quod uenerat, ut passibilitatem, & mortalitatem: uel ab immortalitatis desperatione spẽ nostrã erigendã, ut mortẽ suscepit.

c Quòd sola uoluntate illos defectus suscepit, non necessitate conditionis suæ.

HOs autem defectus, non conditionis suæ necessitate, sed miserationis D uoluntate suscepit, ueros quidem habuit defectus sicut & nos: sed nõ ex eadem causa. Nos enim ex peccato originali hos defectus trahimus, sicut Apostolus insinuat dicens. Corpus quidem propter peccatum mortuum est, idest necessitatem moriendi habet in se: Christus autem non ex peccato huiusmodi habuit defectus, qa sine peccato est conceptus & natus, & in terris conuersatus: sed ex sola miserationis uoluntate de nostro in se transtulit uerã infirmitatem: sicut uerã carnẽ accepit quam sine omni infirmitate assumere potuit: sicut eandem absque culpa accepit.

B Authoritatibus probat Christum secundum hominem uere dolores sensisse & timuisse.

C SED quia nonnulli de sensu in passione humanitatis Christi male sensisse inueniuntur, asserentes similitudinem atque imaginem passionis, & doloris, Christum hominem pertulisse: sed nullum omnino dolorem, uel passionem sensisse, authoritatum testimoniis eos conuincentes, indubitabile faciamus, quod supra diximus. Propheta Isaias dicit. Vere languores nostros ipse tu-

QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de passionibus quas assumpsit ex parte animæ.

Et circa hoc quæruntur tria.

Primo. Si aĩa Christi fuerit passibilis, & cuius proprie sit pati.
Secundo. De passionibus animalibus, quæ consequuntur ex interiori apprehensione vt tristitia, & huiusmodi. E
Tertio. De passionibus quæ sunt secundum sensum corporalem, sicut est dolor.

ARTICVLVS I.

a Vtrum omne corpus pati possit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd omne corpus possit pati: omne enim quod mouetur patitur, quia motus in eo quod mouetur, est passio, vt dicitur in 3. phi. sed omne corpus mouetur. ergo omne corpus patitur. t. c. 19.

¶ 2 Præt. Omne quod recipit patitur, cum pati dicatur a patim, quod est recipere: sed corpora cœlestia aliquid recipiunt, scilicet illuminationem: ergo patiuntur. ergo & alia multo magis quæ sunt sub eis.

¶ 3 Præt. Omne quod est potentius, natum est agere in minus potens,

potens: sed omni corpore est aliquid potentius & omni substantia creata. ergo omnis creaturæ est pati.

lib. 6.ca. 9. Sed contra. Omne passibile est corruptibile, quia passio magis facta abiicit a substãtia, vt dicitur in Topi: sed nõ omne corpus est corruptibile. ergo non omne corpus est passibile.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur in primo de generatione. c. 26. oẽ agens est contrarium patienti: sed non omne corpus habet contrarium. ergo non etiam omne patitur.

II. Vlterius quæritur vtrum anima sit passibilis. & videtur quòd non: sicut enim formæ est agere: ita materiæ est pati, sed anima non est composita ex materia, vt in 1. li. di. 8. dictum est. (q.5.ar.2. p totum.) ergo non potest pati.

¶ 2 Si dicatur quòd patitur per accidens ad passionem corporis, Contra: passionis terminus est corruptio: sed anima non corrumpitur corrupto corpore. ergo etiam nõ patitur corpore patiente.

¶ 3 Præt. Ex hoc anima mouetur per accidens localiter ad motum corporis, quia est in loco corporis per accidens: sed nullo modo habet qualitatem corpoream, neque per se, neque per accidens. ergo nullo modo alteratur, corpore per accidens alterato. sed passio proprie dicitur in motu alterationis vt dicitur in 1. de generatione. ergo anima non patitur per accidens, passo corpore.

Sed contra. Ad motum totius, per accidens mouetur pars: sed anima est pars totius compositi, quod patitur. ergo & ipsa aliquo modo patitur.

III. 3. q. 15. 4. Vlterius videtur quòd anima Christi non possit pati, quia nihil est dignius quàm anima Christi: sed agens est digni⁹ patiente secundum Augustinum 12. super Gen. (ad litteram c. 16.) ergo anima Christi non fuit passibilis.

¶ 2 Præt. Virtus reddit animam quietam a passionum tumultibus, & quanto virtus est perfectior, tanto passiones in animã minus dominantur: sed in Christo fuit perfectissima virtus. ergo nullo modo fuit in anima eius, passio.

¶ 3 Præt. Impassibilitas est de ratione beatitudinis, vnde ponitur inter dotes corporis: sed anima Christi fuit beata. ergo nõ fuit passibilis.

De fide orth. lib. 8. c. 26. post pri. Sed contra Ioan. Dam. dicit quòd anima, corpori inciso compatitur, & dolet. & hoc est quia vnitur corpori passibili: sed anima Christi coniuncta est corpori passibili. ergo anima eius fuit passibilis. quia nihil compatitur quod non est passibile.

¶ 2 Præt. Christus assumpsit in natura nostra defectus, qui totã naturam consequuntur, qui imperfectionem gratiæ non important: sed passibilitas animæ est huiusmodi. ergo Christus passibilem animam assumpsit.

¶ 3 Præt. Chistus venit magis curare defectus animæ in nobis, quàm defectus corporis: sed ipse suscepit naturam passibilem, vt impassibilitatem nobis acquireret. ergo debuit assumere animã passibilem, vt per hoc impassibilitatem animæ acciperem⁹.

†Dam. li. 2. de fide cap. 22. paulo post princ. Respondeo. Dicendum ad primam quæstionem quòd cũ dicit Damas. † quòd passio est motus ab vno in aliud: non quilibet motus est passio, sed solum alteratio propriè loquendo, vt dicit Philosophus in primo de generatione. (1. c. 24.) quia in hoc solo motu, aliquid a re abiicitur, & aliquid imprimitur, quod est de ratione passionis. Motus enim localis est secundum id, quod est extra rem, quod est locus. Motus autem augmenti est secundum hoc, quòd ex eo quod iam est scilicet nutriméto, producitur augmentatum in maiorem quantitatem. Ad hoc autem quòd sit alteratio, requiritur ex parte alterati, quod sit res per se subsistens. aliter enim subiectum motus esse non posset, & quod sit corpus, quia solum tale mouetur vt in 6. phi. probatur. (lect. 5. t. c. 32.) Et vlterius q; habeat naturam contrarietati subiectam, quia alteratio est mot⁹ inter contrarias qualitates. Ex parte vero terminorum alterationis requiritur, quod vna qualitate expulsa, alia introducatur,

F sic enim de qualitate in qualitatem transitur. Sed vlterius ad rationem passionis requiritur, quòd qualitas introducta sit extranea, & qualitas abiecta sit connaturalis, quod contingit ex hoc quod passio importat quandam victoriam agentis super patiẽs, omne autem quod vincitur quasi trahitur extra terminos proprios, ad terminos alienos, & ideo alterationes quæ contingunt preter naturam alterati, magis proprie dicũtur passiones, sicut ægrotationes quàm sanationes, sicut patet per † Dam. 3. lib. & p Philosophum 5. Meta. (t. c. 16.) vnde patet, quòd illorũ corporum tantũ est proprie pati, quæ possunt extra naturam suam trahi. & hæc sunt corruptibilia.

Ad primum ergo dicendum, quòd non omne moueri est pati nisi communiter & large loquẽdo, sicut etiam omne moueri quoddam corrumpi est secundum † Aug. & secũdum Philosophum 8. Phi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in illuminatione non abiicitur aliqua qualitas, sed inquantum recipitur, & ideo non est passio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd deus qui est superior omni substantia creata, influit rebus ad perfectionem naturæ ipsarum, & ideo secundum quod ab ipso recipiunt, non dicuntur proprie pati, neque secundum quod corporalia a quibuscunque spiritualibus recipiunt.

Ad secundam quæstionem dicendum, quod ex dictis ex facili potest patere qualiter in anima possit esse passio, quia cum anima sit quid incorporeum, sibi proprie non accidit pati nisi secundum quod corpori applicatur, applicatur autem corpori & secundum essentiam suam secundum quod est forma corporea, & secundum operationem suarum potentiarum prout est motor eius. I Secundum autem quòd applicatur corpori vt forma, sic non consideratur vt quid subsistens. sed ut adueniens alteri, vnde sic non patitur per se, sed per accidens, sicut aliæ formæ mouentur motis subiectis compositis. In viribus autem animæ quantum ad operationem applicantur corpori solum vires partis sensitiuæ & nutritiuæ, sed quia operatio virium nutritiuæ partis est in mouere non in moueri: ideo secundum eas anima non patitur: sed magis agit. Relinquitur ergo quòd pati sit proprie animæ secũdum partem sensitiuam, vt dicitur in 7. Phi. sed quia huiusmodi vires non sunt subsistentes: sed formæ organorum corporalium: ideo non dicuntur pati per se, nec anima secundum eas: sed per accidens inquantum compositum patitur vt dicitur in primo de anima. Sed quia potentiæ apprehensiuæ sensitiuæ sunt tantum in recipiendo speciem, quæ quidem non recipitur in sensu per modum rei: sed per modum intentionis, & ideo in operatione harum virium est quidem aliquo modo pati quantum ad hoc, quod sunt vires materiales, & quantum ad hoc quod aliquid recipitur. K Et propter hoc dicitur in secundo de anima, quòd sentire est quoddam pati. Sed quia sensus non mouetur a sensibili secundum conditionem mouentis, cum forma sensibilis non recipiatur in sensu secundum esse materiale prout est in sensibili, sed secundum esse spirituale quod est proprium sensui, vnde non habet contrarietatem ad sensum, sed est perfectio eius nisi secundum quod excedit proportionẽ sensus: ideo non proprie dicitur pati, nisi secundum quod excellentia sensibilium corrumpit sensum aut debilitat. Relinquitur ergo quod passio proprie dicatur secundum vires appetitiuas sẽsitiuas, quia hæ vires & materiales sunt, & mouentur a rebus secundum proprietatem rei, quia non est appetitus intentionis: sed ipsius rei, & secundum hoc habet res conuenientiam ad animam vel contrarietatem: & ideo dicit † philosophus in 2 Ethi. (c. 5.) quod passio est quam sequitur delectatio vel tristitia. & Remigius dicit, quòd passio est motus animæ per susceptionem boni vel mali. Sed quia accidit delectatio secundum coniunctionem

lit, & dolores nostros ipse portauit. Et veritas ipsa in euãgelio ait. Tristis est anima mea usque ad mortem. vbi etiam legitur. Cœpit iesus pauere & tædere, Propheta etiam ex persona Christi ait. (ps. 87.) Repleta est malis anima mea, Quod exponens Aug. ait. Non vitiis & peccatis, sed humanis malis, id est, doloribus fuit repleta anima Christi; quibus ipsa compatitur carni. Non enim dolor corporis potest esse sine anima. dolere autem anima, etiam non dolente corpore, potest. Hos autem humanæ infirmitatis defectus sicut ipsam carnẽ ac mortem non cõditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit. Ambr. etiam in lib. 2. de fide. (de fide c. 3.) sic ait. Scriptum est. Pater si possibile est transeat a me calix iste. Timet ergo Christus: & dum Petrus non timet, Christus timet. Petrus dixit, animam meam pono pro te, Christus dicit, anima mea turbatur. Vtrũque verum est & rationis plenũ, quòd & ille qui est inferior non timet: & ille qui superior est, gerit timentis affectum. Idem in eodẽ. Vt homo turbatur, ut homo flet, G ut homo crucifigitur. Per naturã hominis, & tædiauit & resurrexit Christus. Non turbatur eius virtus, non turbatur eius diuinitas: sed turbatur anima: secundum humanæ fragilitatis assumptionẽ turbatur. Nam qui suscepit animam, suscepit etiam animæ passionem. Non enim eo quo deus erat aut turbari aut mori posset. Idem in eodẽ. Suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nomino, qui crucem prædico. Vt homo habuit tristitiam quam meo suscepit affectu, H mihi compatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me, & in me doluit, qui p se nihil habuit quod doleret. Doles igitur domine Iesu mea vulnera, non tua, quia tu non pro te, sed pro me doles. Hierony. (Ad Damasum circa med.) quoque in explanatione fidei ait: Nos ita dicimus hominem passibilem a dei filio susceptum, ut deitas impassibilis permaneret. Passus est enim dei filius non putatiue, sed uere, omnia quæ scriptura testatur, secundum illud quod pati poterat, scilicet secundum substantiam assumptam. Licet ergo persona filii susceperit passibilem hominẽ: ita tamen eius habitatione secundum suam substantiam nihil passa est, ut tota Trinitas, quam impassibilẽ necesse est confiteri. His, aliisque authoritatibus perspicuum fit Christum uere passibilem assumpsisse C hominem, atque in eo defectus, & affectus nostræ infirmitatis suscepisse: sed uoluntate, non necessitatis conditione.

Hic ponit quæ prædictis aduersari uidentur.

Qvaedam tamen reperiuntur in sanctorũ tractatibus, quæ præmissis aduersari uidentur. Nam super illum locum Psal. (Psal. 21.) Clamabo, & non B exaudies. August. tradere uidetur, Christum nec uere timuisse, nec uere tristatum esse, sic dicens. Quomodo hoc dicit, qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius? Sed nobis de corpore suo hoc dicit. Corporis enim sui, idest Ecclesiæ, gerebat personã: sicut & alibi cum dixit: Transeat a me calix iste, pro nobis loquitur: nisi forte putetur timuisse mori. Sed nõ uere timebat dominus pati, tertia die resurrecturus: cum arderet Paulus dissolui, & esse cum Christo. (Phil. 1.) Non n. fortior est miles, quàm Imperator. Miles ergo coronandus gaudet mori, & dominus coronat⁹ timet mortem? Sed infirmitatem

conuenientis, & connaturalis: ideo adhuc magis proprie dicuntur passiones illæ affectiones sensitiuæ, ad quas sequitur tristitia, vel etiam quæ sunt cum vehementia siue delectationis, siue tristitiæ, vt dicit philosophus 5. Meta. (Lect. 10. t. c. 26.) quia sic trahitur anima extra modum suum naturalem: & sic loquimur hic de passionibus. Sed in viribus intellectiuæ partis, quàmuis non sit propria passio, quia immateriales sunt: tamen ibi est aliquid de ratione passionis, quia in apprehensione intellectus creati est receptio, & secundum hoc dicitur in † 3. de anima, (t. c. 2.) quòd intelligere, est pati quoddam. In appetitu autem intellectiuo adhuc est plus de ratione passionis, quia voluntas mouetur a re secundũ quod est bona, vel mala, quæ sunt cõditiones rei: intellectus autẽ mouetur secundum apprehensionem veri, vel falsi, quę nõ sunt rei per se, sed secundũ quod sunt in anima, quia bonum & malũ sunt in rebus, verũ & falsum sunt in anima: vt dicitur in † 6. Meta. (t. c. 8.) vnde magis recipit anima a re secũdum affectũ, & vehementius mouetur, quàm secundum intellectum: sicut dicit Dion. 2. cap. de di. no. quòd Ierotheus patiendo didicit diuina, idest ex affectu circa diuina in intellectum deuenit. Et quia mouetur affectus a re secundum proprietatem rei, quã res habet in se ipsa: ideo per hunc modum contingit, quòd res habeat contrarietatẽ, vel conuenientiam ad animam: sed secundum quod apprehenditur ab intellectu, omnis res habet conuenientiam, inquantũ apprehenditur vt verum. & ideo in operatione apprehensiuæ semper est delectatio: in operatione autem affectiuæ est delectatio, & tristitia, D & sic etiam tristitia magis adhuc proprie dicitur passio: sicut in affectu sensibili dictũ est, & similiter accipitur hic passio. De passione autem animæ, secundum quod ab igne infernali patitur, dicendum est in quarto, sic enim anima per se patitur.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de passione proprie dicta, & concludit, quòd anima hoc modo passionis non patitur per se, sed per accidens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis per corruptionem corporum, anima non corrumpatur simpliciter quantum ad substantiam, corrumpitur tamen compositio, secundum quam actu est forma corporis, & ẽt vires affixæ organis, vt quidam dicunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima dicitur esse in loco per accidens, inquantum est pars compositi, quod est in loco per se, & sic mouetur per accidens in loco: & sic etiam valitudo quæ est compositi, est animæ per accidens, inquantum est pars eius, & sic etiam per accidens patitur ad passionem corporis.

E Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd anima Christi media fuit inter diuinitatem & carnẽ. Et quia beatitudo inerat illi animæ ex diuinitate, corpus autẽ eius erat passibile: ideo passibilitas inerat illi animæ ex parte illa, qua coniungibilis erat corpori: beatitudo autem ex parte illa, qua coniungebatur diuinitati. Coniungebatur autem corpori dupliciter, scilicet secundum essentiam, inquantũ est forma: & secundum potentias, non tamen omnes, sed quasdam. vnde anima Christi, secundum essentiam, tota patiebatur ex læsi corporis passione: sed quantum ad potentias, patiebatur quidem passione imperfectionis, secundum operationes virium affixarum organis, secundum alias vero vires, quibus anima conuertebatur in deum, qualiter pateretur, dicetur infra 3. artic.

Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis anima Christi nihil sit dignius: non tamen impedit, quin per accidens possit pati alio patiente.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfecta virtus omnino non A tollit animales passiones, quia etiam aliquando vtitur eis, sicut fortitudo ira, vt dicit philosophus in 3. Ethic. (Cap. 3.) sed facit vt nulla passio in eo surgat, quæ rationem impediat. In Christo autem amplius fuit: quia enim fuit perfecta obedientia virium inferiorum ad superiores; ideo nulla passio surgebat in eo, nisi ex ordine rationis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima Christi habuit vtrũque statum, scilicet viatoris, & comprehensoris. vnde secundũ aliquid fuit beata, & secundum aliquid non fuit beata. ex illa .n. parte qua nata est anima corpori cõiungi, nõ erat beatificata, aliàs ex anima in corpus claritas gloriæ descendisset, sicut erit in aliis glorificatis: & iõ ex parte ista poterat pati, & habebat statum viatoris. Sed ex parte illa qua cõiungebatur verbo p fruitionem, erat glorificata, & habebat statum comprehẽsoris.

Articvlvs II.

b Vtrũ Christus tristitiã habuerit.

Ad secundum sic proceditur. (3. q. 15. 6.) Videtur quòd Christus non habuerit tristitiam. Isa. 42. dicitur de deo. Non erit tristis, neque turbulentus.

¶ 2 Præt. Omnis tristitia est perturbatio quædam: sed in sapientem non cadit perturbatio. ergo neque in Christo, qui fuit maxime sapiens, fuit tristitia. Secundam probat Seneca tripliciter. Primo sic, Fortius non perturbatur a debiliori: sed virtus est fortior malitia. ergo non perturbatur ab ea, nec a virtute: quia virtus non est virtuti contraria. ergo nullo modo. Secundo sic, Nullus perturbatur nisi de eo, quòd bonum suum perdit, vel diminuitur: sed sapiẽs nõ perdit bona sua, nec ei possunt auferri, quę sunt bona animæ, quia bona corporis non reputat sua. ergo non pturbatur. Tertio sic, Quia fortuna nihil eripit, nisi quod dedit: sed non dedit virtutem. ergo ipsam auferre nõ potest. & sic idem quod prius. (Cap. 3.)

¶ 3 Præt. Philosophus in 3. Topi. Idem sine tristitia, quàm cum tristitia magis eligendũ est: sed Christus cũ fuerit sapiẽtissimus, optime sciuit eligere. ergo non elegit aliquid pati cum tristitia.

Sed contra. Matth. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem.

¶ Præt. Fletus est signum tristitiæ: sed Christus fleuit. Io. 11. ergo ipse fuit tristis.

Vlterius. Videtur quòd in Christo non fuerit ira. II 3. q. 15. 9. Ira enim vitium est: sed in Christo nullum fuit vitium, sed summa mansuetudo. Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum &c. ergo in Christo non fuit ira.

¶ 2 Præt. Sicut † Grego. dicit. Ira per vitium excæcat oculum mentis, ira per zelum turbat: sed in Christo oculus mentis neq; excæcatus, neque perturbatus fuit. ergo in Christo non fuit ira. (Lib. 5. moral. cap. 33.)

¶ 3 Præt. Secundum philosophum, & † Damascenum, Ira est appetitus vindictæ: sed Christus non fecit aliquid ad vindictam. ergo in Christo non fuit ira. (2. Rethor. cap. 3.)

Sed contra. In Christo fuit ira per zelum, vt patet Io. 2. ergo in eo fuit ira.

¶ Præt. Nulla virtus defuit Christo, nec aliqua virtutis perfectio: sed de perfectione aliquarum virtutum est ira, sicut fortitudinis, vt dicitur in 3. Ethi. ergo in Christo fuit ira. (Cap. 10.)

III 3. q. 15. 7. Vlterius. Videtur quòd in Christo non fuerit timor. Timor enim maxime opponitur fortitudini: sed in Christo fuit perfectissima fortitudo. ergo in ipso non fuit aliquis timor.

¶ 2 Præt. † Aug. dicit in lib. 83. quæstionum, quòd signum perfectionis, est absque timore esse: sed Christus fuit perfectissimus. ergo in eo non fuit passio timoris. (q. 36.)

¶3 Præt. Si dicatur quòd timor inerat ei secundum sensualitatem. Contra. timor est de futuro malo: sed sensualitas in Christo non poterat futurum comprehendere. ergo in Christo non poterat esse timor: sed tantum dolor de præsenti.

SED CONTRA. Mar.14. Cœpit Iesus pauere & tedere. ergo,

¶ Præt. Eiusdem est dolor & timor: sed in Christo fuit verus dolor. ergo & verus timor.

Sup Matt. c.26.

RESPONDEO. Dicendum ad primam quæstionem, quòd hic quæritur de tristitia secũdum quòd est passio animalis in parte sensitiua: & ideo dicendũ, quòd quia Christus voluntarie assumpsit naturam nostram, vt per eã nos redimeret: ideo talé assumpsit, qualẽ oportuit esse ad finem redẽptionis nostræ. vnde quãuis in aliis beatis per quandam redundantiã ex gloria eius quæ inerat ei secundum fruitionem dei, non impediebat passibilitatẽ animæ eius, secundũ quòd erat pars humanæ naturæ, & similiter lætitia quæ inerat in superiori parte per fruitionem, non redundabat in inferiores: & ideo cum accidebat aliquid contrarium delectationi inferiorum partium, erat de eo tristitia. Sed tamen aliter in ipso, & in nobis: quia in nobis inferiores vires non sunt perfectæ subiectæ rationi: & ideo quandoque præter ordinem rationis insurgunt in nobis passiones tristitiæ, quas quidem virtus refrenat in virtuosis: sed in aliis etiam rationi præualent: sed in Christo nunquam surgebat motus tristitiæ nisi secundum dictamen superioris rationis, quando scilicet dictabat ratio, quòd sensualitas tristaretur secundum conuenientiam naturæ suæ. & ideo non fuit in eo tristitia rationẽ peruertens, nec fuit necessaria: sed voluntaria quodammodo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per illam authoritatem Isaiæ, excluditur a Christo tristitia, rationem impediens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perturbari dicitur ex toto turbari, & hoc est, quando turbatio inferioris partis ad superiorem peruenit, vt eius ordo turbetur, & hoc non est in aliquo sapiente, nec in Christo fuit: & sic concludunt rationes Senecæ.

Cap.14.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnis tristitia, vt dicitur in 7. Ethi. inquantum in se est, fugienda est, inquantum huiusmodi: potest tamen eligi tristitia, inquantum ad aliquod bonum ordinat: sicut tristitia pœnitentis ad salutem, & ita etiam Christus elegit tristitiam, inquantum utilis erat ad redemptionem humani generis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendũ, quòd ira tripliciter dicitur: quandoque enim ira ponitur pro habitu, vel actu vitii, quod opponitur mansuetudini, quod in 4. Eth. †irascibilitas dicitur, quod contingit ex hoc quòd virtus, vt in †2. dicitur, quãdoque magis opponitur vni extremorum: sicut mansuetudo superfluitati iræ, magis quàm diminutioni: & ideo oppositum vitium nominatur ira, & sic ira non fuit in Christo. Alio modo dicitur ira voluntas vindicandi aliquod malefactũ, & sic ira non est passio, proprie loquendo, nec est in irascibili: sed in voluntate, & sic ira est in deo, & beatis, & in Christo fuit. Tertio modo dicitur ira proprie quædam passio vis irascibilis, quæ contingit ex hoc, quòd vis irascibilis tendit ad destructionem alicuius, quod apprehenditur contrario volito, vel desiderato. Et siquidem sit ex ordine rationis insurgens, vel ordinata ratione, sic dicitur ira per zelum, & sic fuit in Christo: si autem sit inordinata, sic erit ira per vitium, quæ in Christo nullo modo fuit.

Lib.4. cap. 14. Cap.8.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ratio illa procedit de ira secundum primum modum dicendi: sic enim opponitur mansuetudini: secundum autem quòd est passio non opponitur: sed est materia eius circa quam, quia etiam mitis irascitur quũ oportet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut in Christo delectatio superioris partis non tollebat tristitiã sensitiuæ partis, ita etiã & ira sensitiuæ partis nõ impediebat in aliquo vsum rationis, quia quando diuinitas permittebat vnicuique partium humanitatis Christi agere quæ sunt ei propria, vt dicit † Dam. vna pars aliam non impediebat: sicut in nobis accidit, q̃ vna pars impedit aliam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ira inordinata cõsistit in vindicta: sed ira ordinata vindictam ad iustitiam ordinat, vt.s. vindictam non quærat, sed iustitiam, & tantũ puniat, quantũ iustitiæ ordo permittit.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̃ timor etiam multipliciter dicit. Vno modo nominat habitum, vel doni, vel vitii, quod opponitur fortitudini, & dicitur timiditas in 3. Ethic. & sic habitus doni fuit in Christo: non autem habitus vitii. Alio modo sumitur pro actu, vel vitii, vel doni, & sic similiter dicẽdũ vt prius. Alio modo dicitur quædam passio in irascibili quæ consurgit ex hoc, quòd appetitus sensitiuus refugit aliquod nociuum apprehensum, & sic loquimur hic de timore. vnde dicẽdum, quòd hoc modo fuit timor in Christo per eundem modum, sicut & de tristitia, & ira dictum est, inquantum, scilicet ex dictamine rationis, & deitatis adiunctæ, appetitus sensibilis refugiebat ea, quæ sunt sibi contraria.

Pfal.93. post med. 3.q.46.8. Matth.26. Lib.3. de anima t.co.6. Capit Marc.14. pri. Top. cap.12. Capª

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de timore secundum quod est vitium, quia passio timoris est materia circa quam est fortitudo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnis timor ex aliqua imperfectione est, quia ex imperfectione est, quòd aliquid ab aliquo læditur posit. Christus autem quàmuis fuerit secundum animã perfectissimus: tamen lædi poterat ex parte corporis: & ideo ex parte ista patiebatur imperfectionem, & timere poterat.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in homine appetitus sensibilis mouetur ex imaginationis siue æstimationis apprehensione immediate: sed mediate etiam ex apprehensione rationis, inquantum eius conceptio in imaginatione imprimitur: & ideo quãdo ratio in Christo præuidebat læsionem corporis, fiebat species læsiui in imaginatione, & appetitus sensibilis ad timorem mouebatur.

ARTICVLVS. III.

c Vtrum in Christo fuerit uerus dolor in sensu.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit verus dolor in sensu, quantumcunque enim est vis resistens læsiuo tantum, dolor diminuitur ex læsione proueniens: sed in Christo fuit infinita vis ad resistendum læsiuo, scilicet virtus diuinitatis, ergo in eo dolor esse non poterat. 3.q.15.

¶ 2 Præt. Dolor non est de re voluntaria: sed Christus voluntarie passionem sustinuit. ergo in eo dolor passionis non fuit.

¶ 3 Præt. Christus magis perfecte videbat deum, quàm Paulus: sed Paulus in raptu propter visionem dei non sentiebat ea quæ in corpore gerebantur. ergo nec Christus dolorem habebat ex corporis læsione.

SED CONTRA. Isa.53. Vere dolores nostros ipse tulit.

¶ Præt.

¶ Præt. Ad veritatem doloris non requiritur nisi læsio & sensus læsionis: sed corpus Christi læsum fuit, & sensum læsionis habuit. ergo fuit in eo verus dolor.

II

VLTERIVS videtur, q̃ dolor vsque ad superiorem rationem non peruenerit. iudicare enim de dolore non est pati dolorem: sed in sanctis est tantum iudicium de doloribus secundum rationem, vt patet per † Dionysium in epistola ad Ioannẽ Euãgelistam: cum ergo Christus in sanctitate perfectus fuerit, ipse secundum superiorem partem rationis dolorem nõ habuit.

¶ 2 Præt. Secundũ philosophum intellectus nullius partis corporis est actus: sed dolor passionis non est in anima nisi ex coniunctione ad corpus. ergo in parte intellectiua nõ fuit dolor passionis.

¶ 3 Præt. Secundũ philosophum, delectationi quæ est secundum intellectũ, non est aliquid contrariũ: sed dolor est contrarius delectationi. ergo non est in parte intellectiua

¶ 4 Præt. Tunc anima perturbatur, quãdo vsque ad rationem peruenit passio: sed in Christo nulla fuit perturbatio. ergo dolor non peruenit vsque ad rationem.

¶ 5 Præt. Impossibile est eidem secundum idem contraria inesse: sed dolor est delectationi contrarius. ergo impossibile est quòd secundum superiorem partẽ qua gaudebat de dei visione, doleret.

SED CONTRA. Maior est colligatio potentiarum animæ adinucem quàm membrorum: sed vno membro patiente alia compatiuntur. 1. Corinth. 12 ergo vna potentia animæ patiente, multo fortius aliæ compatiuntur.

¶ Præt. Maior est affinitas potentiarum animæ ad essentiam quàm animæ ad corpus: sed anima secundum essentiam suam cõpatitur patienti corpori: ergo & omnes patientiæ patiuntur simul cum essentia.

¶ Præt. In psal. 87. Repleta est malis aía mea. dicit gl. exponẽs de Christo. i. doloribus. ergo secundum omnes partes animæ dolor inerat.

III

3.q.46.6. In off. eius

VLTERIVS videtur, quòd dolor Christi nõ fuerit maior omnibus doloribus, quia quanto pæna est acerbior & diuturnior, tãto pœna ex dolore resultans est maior: sed aliqui sancti diuturniorem & acerbiorem pœnam perpessi sunt, sicut patet de Laurẽtio & Vincentio. ergo Christi dolor non fuit maximus.

¶ 2 Præt. In aliis sanctis, dolor mitigabatur ex contemplatione diuina & amore: sicut de Stephano cantatur. Lapides torrentis illi dulces fuerunt, sed in Christo fuit maxima charitas, & perfecta dei cõtemplatio. ergo dolor eius maxime mitigabatur, & ita fuit *minimus*.

¶ 3 Præt. Innocentia patientis minuit dolorem pœnæ. vnde pueri qui sunt in limbo, non affliguntur de carentia visionis diuinæ, quia eis redditur nõ pro culpa, quã ipsi commiserunt: sed Christus sine culpa passus est: ergo videtur quòd dolor suus fuit mitissimus.

¶ 4 Præt. Quanto maior est recompensatio de bono amisso, tanto leuius damnum amissionis portatur: sed Christus habebat recompensationem maximam de amissione corporalis vitæ per passionem. s. salutem humani generis. ergo dolor ille fuit minimus.

¶ 5 Præt. Quanto est præciosius quod ammittitur, tanto est maior dolor de amissione: sed deus quem homo per peccatum amittit est dignior quàm vita corporalis Christi. ergo dolor qui est de amissione dei, est maior quàm dolor Christi de amissione vitæ corporalis.

¶ 6 Præt. Quanto aliquid est magis dispositum ad patiendum tanto minus dolet de passione: sed Christi corpus magis fuit dispositum ad patiendum quàm corpus Adæ. ergo Adam magis debuit & tristitiam, sed non secundũ passionẽ neque ex necessitate conditionis. unde Aug. †ex his causis volens assumi dictorum intelligentiã, dicit, Christum non uere timuisse uel tristatum esse, & incontinenti ueram tristitiam habuisse. His uerbis infirmos in se præfigurans dominus ait. Pater si fieri potest, transfer a me calicem istum. Non enim uere timebat dominus pati, tertia die resurrecturus, cum arderet Paulus dissolui, & esse cum Christo. Iste gaudet coronandus, & tristis est dominus coronaturus. Ecce hic uidetur Aug. tristitiam & timorem a Christo remouere. Continuo autẽ subiũxit: Sed tristitiam sic assumpsit quomodo carnem. Fuit enim tristis ut euangelium dicit. Si enim nõ tristis fuit, cum euangelium dicat, tristis, est anima mea usque ad mortem &c. ergo & quando dicit, dormiuit Iesus, non dormiuit. uel quãdo dicit manducasse, non manducauit. Et ita nihil sanum relinquetur, ut dicatur etiam quia corpus eius non erat uerum. Quicquid ergo de illo scriptum est, uerum est, & factũ est. ergo & tristis fuit. Sed uoluntate tristitiam suscepit ueram, quomodo uoluntate carnem ueram. ecce aperte noscis eundem sibi in his ver bis contradicere, nisi uarias dictorũ discerneret causas, ex intelligentia uerborum assumenda est. Si enim discernatur intelligentiæ causa præ dictorum uerborum, nihil occurrit contradictionis.

De quibusdam Hylarij capitulis ualde obscuris, quæ uidentur communi sententiæ obuiare.

VEruntamen, magis mouẽt ac difficiliorem afferunt quæstionem uerba Hilarij, quibus uidetur tradere ictus, & uulnera, & huiusmodi, sic in Christum incidisse, ut passionis dolorem non incute

SED CONTRA. Treñ. i. dicitur in persona Christi. O vos oẽs qui transitis &c. quasi diceret, non. est go dolor suus fuit maximus omniũ dolorum.

¶ Præt. Christus fuit optime complexionatus, quod patet ex hoc, quia habuit nobilissimã animam, cui respondet æqualitas cõplexionis in corpore, sed quanto homo habet meliorem cõplexionem in corpore: tanto magis sentit. læsiones corporis, quia habet meliorem tactum: cum igitur dolor sit sensus læsionis, videtur quòd in Christo fuerit maximus dolor.

¶ Præt. Virtuosi hominis est, suam vitam diligere, vnde & peccatores seipsos odiunt intantum q̃ seipsos interficiunt, vt probat philosophus in. 9. Ethi. sed Christus fuit virtuosissimus. ergo maxime suam vitam dilexit. ergo dolor de amissione vitæ suæ fuit maximus. cap. 5.

RESPONDEO. Dicendum ad primam quæstionẽ, q̃ sicut delectatio sensibilis causatur ex coniunctione cõuenientis ſm sensum: ita dolor sensibilis causat ex cõiũctione eius, quod non est conueniens sensui, sed inter omnes alios sensus solus tactus est discretius eorum, ex quibus consistit temperamentum corporis. vnde quod est conueniens secundum tactum, est conueniens ipsi temperamento corporis, & propter hoc, completa delectatio sensibilis est in sola perceptione tactus. Et similiter illud quod est inconueniens tactui est contrarium temperamẽto corporis, & ideo dicit philosophus in. 3. de anima. quòd corrumpentia tactum corrumpũt animal: nõ autem corrumpentia auditum nisi simul cõtingat ex accidenti & tactum corrumpi, & ideo in solo tactu est dolor, qui accidit ex læsione temperamẽti ipsius corporis. Vnde cum in corpore Christi fuerit vera læsio, quia fuit diuisio continui per clauos, & fuerit ibi verus tactus, de necessitate oportet dicere quòd fuerit ibi verus dolor. Qualiter autem exponenda sint verba † Hilarii in fine dicetur. t.co. 67. & 68.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd quamuis in corpore Christi esset vis deitatis infinita ad resistendum potestatem habens, non tamen resistebat, sed dimittebat carnem pati quicquid proprium, vt dicit Dam. & ideo fuit ibi læsio, & per consequens dolor. 13 l. d max ca. 20. in fi. nc.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ voluntas rationis non excludit dolorem sensus, sicut aliquis vult secundum rationem comburi vt sanetur, sed tamen in combustione dolorem sensibilem experitur, ita & fuit in Christo.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ non potest esse tanta vis contemplationis, q̃ dolorem sensibilem ex læsione corporis tollat, si corpus lædatur, nisi per eam abstrahantur vires inferiores omnino a suis actibus per modum quo vna potẽtia intẽse operãs, abstrahit aliã a suo actu; & hoc modo accidit in raptu Pauli, sed in Christo vna vis non tollebat aliam a suo actu, nisi secundum q̃ ratio & deitas coniuncta ordinabat, & ideo perfectio cõtemplationis dolorem sensibilem non tollebat.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ in dolore & tristitia duo inueniuntur. s. contrarietas contristantis & dolorem inferentis ad contristatum & dolentem, & percæptio eius. Et quantum ad hæc duo tripliciter differunt. Primo quantum ad contrarietatem, quæ quidem in dolore attenditur quãtum ad ipsam naturam dolentis, quæ per læsiuum corrumpitur, sed in tristitia quantum ad repugnãtiam appetitus ad aliquid quod quis odit. Secundo quãtum ad percæptionem, quæ quidem in dolore semper

In corpore illius act.

per est secundum sensum tactus, vt dictum est: in tristitia autem secundum apprehensionem interiorem. Tertio quantum ad ordinem istorum duorum, quia dolor incipit in læsione, & termi natur in perceptione sensus, ibi enim completur ratio doloris: sed ratio tristitię incipit in apprehensione, & terminatur in affectione. vnde dolor est in sensu sicut in subiecto: sed tristitia, in appetitu.

Ex quo patet, quòd tristitia est passio animalis: sed dolor est magis passio corporalis. quandoque tamen tristitia, large loquendo, dolor dicitur. vnde etiã Aug. distinguit dolorem animæ p corpus, qui proprie dicitur tristitia: & dolorem animæ p corpus, qui proprie dicitur dolor. Loquendo igit de dolore proprie dicto, sic quantum ad læsionem quæ est materiale in ipso, se extendit in Christo ad omnes potentias animæ, secundum quod in essentia animæ radicantur, ad quam etiam læsio corporis peruenit, secũdum quod est eius forma. Sed quantũ ad perceptionem læsionis, quæ est formale in dolore, sic consistit in solo tactu, cuius est solius percipere læsiuum, inquantum lædit, scilicet inquãtum corporaliter coniungitur. Loquendo autem de dolore secũdum quod large etiam tristitia dolor dicitur, sicut ex dictis patet, tristitia non potest esse in ratione sicut in subiecto: sed solum sicut in ostendente id, quod est voluntati repugnans, nisi ratio accipiatur prout comprehendit vim apprehensiuam & affectiuam, in qua est tristitia sicut in subiecto, quãmuis non tristitia quæ est passio, quæ solum est in sensitiua parte, vt prius dictum est. Nulla autem virtus apprehensiua ostendit, nisi suum obiectum: obiectum autem superioris rationis sunt bona æterna, ex quibus nihil erat contrarium voluntati Christi. vnde in ratione superiori, secundum quod ad obiectum suum cõparatur, non poterat esse tristitia in Christo: poterat autem esse quantũ ad rationem inferiorem, cuius obiectum sunt res temporales, in quibus aliquid contrarium voluntati eius aliquo modo accidere poterat, vt infra dist. 17. patebit. sic ipsa læsio erat contra aliquam voluntatem Christi, qua naturaliter mortem refutabat, & similiter etiam mala humani generis ei displicebant. vnde in ratione inferiori poterat esse tristitia, etiam secũdum quę ad obiecta sua comparatur. Et quia vnaquæque potentia ad naturam pertinet, secundum quod in essentia animæ radicatur, quæ est essentialis pars naturæ totius, rationem autem potentię habet operationem ad obiecta: ideo dicitur a quibusdam, quòd passio doloris perueniebat usque ad rationem superiorem inquantum est natura, secundum quod læsio corporis ad essentiam animæ perueniebat: & vlterius ad omnes potentias, secundum quod in essentia animæ radicantur. non autem perueniebat ad eam inquantum est ratio, quia secundum quod ad obiectum suum comparatur, nullum detrimentum ex passione corporis sentiebat, cum in contemplatione diuinorum non impediretur. Et hoc etiam quidam aliis verbis dicunt, scilicet quòd patiebatur, vt est natura corporis, non autem vt est principium humanorum actuum, & sic etiam dicunt, quòd inferior ratio compatiebatur & vt est natura, & ut est ratio. Quamuis etiam aliter possit intelligi distinctio, qua distinguitur ratio, vt natura, & vt ratio quia ratio vt natura, dicitur secundum quod iudicat de eo, quod est secundum se bonum vel malum, naturæ conueniens vel noxium. Ratio autem ut ratio, secundum quod iudicat de eo quod est bonũ, vel malum in ordine ad alterum. Contingit enim quandoque aliquid in se consideratum, esse naturæ noxium, quod tamen in ordine ad finem aliquem eligendum est, sicut vstionem quæ est propter sanitatem. Et sic etiam mors Christi erat quidem in se mala, inquantum erat nocumẽtum naturæ, in ordine autem ad finem redemptionis humani generis, erat optima. Et sic etiam ratio inferior vt ratio, non tristabatur de morte: sed solum vt natura. & sic dicta distinctio erit de ratione, secundum quod comparatur ad obiectum.

sup psa. 44

hic paulo supra.

paulo sup. in hoc cor.

q. 1. ar. 2. q. 2. c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod intentio Dio. fuit dicere, quòd sancti nullo modo quantum ad rationem, mouentur a rectitudine rationis, quod omniũ virtuosorum est: & etiam a tranquillitate mentis, quod perfectorum est. & ideo dicit eos quãtum ad rationem, non pati, non quin experientia doloris aliquo modo usque ad rationem perueniat, & hanc experientiam, iudicium de passionibus nominat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd intellectus dupliciter potest considerari, vel vt est potentia quædam: & sic potentia determinat ad actũ, cum operatio intellectus non exerceatur mediante aliquo organo corporali, dicitur quòd intellectus non est actus alicuius partis corporis: vel potest considerari inquantum hęc potentia radicatur in essentia animæ. & sic cum anima secundum suam essentiam, sit forma corporis, & intellectus, & omnes aliæ vires sunt actus corporis, & per accidẽs ad passionem corporis patiuntur dupliciter, tum ex ordine ratio nis ad essentiam: tum ex ordine intellectus ad alias potentias, quæ operantur per organum corporale, ex quarum impedimento accidit impedimentum in operatione intellectus, sicut in freneticis patet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd delectatio intellectus dicitur dupliciter. Vno modo ita, quòd erit intellectus quantum ad subiectum, & quantum ad obiectum: & hæc est illa delectatio, qua intellectus delectatur in hoc quod intelligit. & quia vtrumque cõtrariorum intelligitur secundum quod est intelligibile, & perfectio intellectus, nec aliquam læsionem intellectui afferre potest, sicut in sensu accidit: ideo tali delectationi non est tristitia contraria. Alio modo delectatio intellectus dicitur quantum ad subiectum, sed non quantum ad obiectum: quia non delectatur per hoc quod intelligit, sed de aliquo delectabili apprehenso, quando scilicet intellectiua pars delectatur de aliquo, quod in ipsis rebus accidit consonum voluntati: & sic hæc delectatio non est de vno contrariorum secundum quod est in anima, secundum quod non habet contrarium, quia intentiones contrariorum in anima non sunt contrariæ, cum sint simul: sed secũdum quod est in re, secundum quod habet contrarietatem. vnde & tali delectationi rationis potest esse tristitia cõtraria in parte intellectiua existens, sicut est in dæmonibus, & animabus dãnatorum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd homo dicitur perturbari, quãdo peruenit passio usque ad rationẽ, immutans ipsum a sui æquabilitate, non autem quãdo peruenit experientia doloris, vel passionis, ad rationem.

¶ Ad quintum dicendum, quòd fruitio deitatis, & gaudium cõsequẽs, erat in superiori parte rationis in ordine ad suum obiectum: dolor autem non perueniebat ad superiorem rationem, vt dictum est, nisi secundum quod fundatur in essentia animæ: sed in ratione inferiori, & in sensualitate, & in sensu erat tristitia, & dolor, etiam secundum comparationem ad obiecta, inquantum secundum has potentias dolebat de pœna corporis, & aliis huiusmodi, qui tamen dolor erat quodammodo materia gaudii fruitionis, inquantum gaudium illud se extẽdebat ad omnia illa, quæ apprehenduntur vt deo placita. & sic patet quòd dolor, qui erat in anima Christi, nullo modo gaudium fruitionis impediebat neque per modum contrarietatis, neque per modũ redundantiæ. Tristitia enim contrarium gaudium impedit, sicut quodlibet contrarium impeditur a suo contrario: tristitia autem quæ erat in anima Christi, nullo modo gaudio fruitionis contraria erat, quod patet ex tribus. Primo, quia non inerat eidem secundum idem: sed vel in diuersis potentiis erant, vel in eadem secundum diuersam operationem. Secũdo, quia nõ erant de eodem. Tertio, quia vnum erat materia alterius: sicut accidit in pœnitente qui dolet, & de dolore gaudet. Sed vlterius: omnis tristitia secundũ philosophum in 7. Ethi. impedit omnẽ delectationẽ p quandam redundantiam secundum quod nocumentum vnius potentiæ, redundat in aliam: talis autem redundãtia, vt dictum est, non fuit in Christo, nisi quando ipse volebat. vnde gaudium, quod erat in superiori ratione per comparationem ad obiectum non redundabat in vires inferiores, vt ab eis dolor & tristitia tollerentur, neq; vlterius in corpus, vt a læsione immune esset, nec per cõsequens in animam, nec in potentias secundum quod in essentia animæ radicantur, prout læsio corporis ad essentiam animæ, & ad potentias in ea radicatas pertingit.

l. vbi su

erius q. r. 2. c.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd magnitudo doloris sensibilis Christi potest considerari ex tribus. Primo, ex ipsa natura passionis, & sic habuit magnam acerbitatem, tum ex complexione patiẽtis quæ erat tẽperatissima, vnde habebat optimum tactum, & per consequens erat in eo vehemens sensus læsionis: bonitas enim tactus attestatur etiam bonitati complexionis & bonitati mentis, vt dicitur in 2. de anima, tũ ex genere pœnæ, quia in locis maxime sensibilibus fuit læsus, scilicet in manibus, & pedibus, tum etiam ex multitudine passionũ, quia per totum corpus læsionem sustinuit. Secundo, ex puritate doloris, quia in aliis patientibus mitigatur dolor sensibilis ex influxu superiorum virium in inferiores, vel propter contemplationẽ quæ abstrahit inferiores vires aliqualiter a suis actibus, vel etiam propter complacentiam voluntatis ex amore eius, propter quod patitur. In Christo autem non fuit talis habitudo potentiarum ad inuicem, vt dictum est, immo vnicuiq; permittebatur agere quæ propria sibi erant, vt dicit Dama. † & ideo dolor suus fuit absq; omni admistione alicuius mitigantis. Tertio ex volũtate patientis: quia enim voluntarie patiebatur, vt satisfaceret pro peccato totius humani generis: ideo dolorem excedentem omnes alios dolores assumpsit. Similiter etiam dolor animalis, qui tristitia dicitur, qui erat in appetitu sensitiuo, vel in ratione vt natura, ex his duobus vltimis habebat magnitudinem, & tertio ex turpitudine mortis, & ex dilectione vitæ corporalis, quæ optima erat, & ex magnitudine eorum qui eum lædebãt, & ex defectibus humani generis, quibus ex maxima charitate compatiebatur.

94.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd potest inueniri passio alicuius sancti quę fuit magis dolorosa, quantum ad aliquid, vel quantum ad diuturnitatem, vel aliquid huiusmodi: sed non simpliciter omnibus pensatis.

Ad secundum dicendum, quòd in Christo non refundebatur gaudium contemplationis in sensum: sicut in aliis accidit, vt dictum est.

In c. ar. 1. c. illius

¶ Ad tertium dicendum, quòd innocentia patientis minuit quidem dolorem secundum numerum, quia non dolet de tot: sicut peccator qui dolet de pœna, & de læsa conscientia: sed addit dolorem, quantũ ad intensionem pœnæ per se loquendo, & inquantum apprehendit eam, vt magis indebitam. Sed pueri non affliguntur de carentia diuinæ visionis, quia nõ est carentia alicuius eis proportionati, vt in 2. lib. dictum est, cum gratiam non habeant, nec ex eis fuit, quòd non habuerunt.

d. 33. q. 2. ar tic. 2.

¶ Ad quartum dicendum, quòd recompensatio facit gaudium in ratione, vt ratio considerata quæ apprehendit hoc malum in ordine ad aliud bonum, & inquantum gaudium eius refunditur in alias vires, secundum hoc mitigatur dolor aliarum virium: in Christo autem hoc non fuit: & ideo non sequitur.

¶ Ad quintũ dicendum, quòd sicut gaudium comprehensoris supat omne gaudium viatoris, ita dolor, vel tristitia damnati superat omnem dolorem viatoris: vnde cum Christus nõ assumpserit nisi dolorem viatoris, dolor damnati, siue quem habet, quantum ad pœnam damni, siue quem habet quantũ ad pœnam sensus est maior, quàm fuerit dolor Christi, quia ille dolor facit damnatum miserum, quod absit, vt de Christo dicatur: sed dolor quem habet aliquis viator de peccato nõ est tantus, quantus est dolor Christi: rũ quia mitigat ex spe veniæ: tum quia non est tanta perceptibilitas dolentis, quàm uis sit maius bonum amissum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quãmuis in Christo fuerit maior dispositio ad patiendum, quàm in Adam fuisset: tamen in eo etiam fuit maior sensus læsionis, quàm in Adam fuisset: & ideo maior dolor.

¶ Ad septimum dicendum sicut ad quintum.

EXPOSITIO TEXTVS.

Lib. 1. de anima. t. 13 & 64.

ON *sentit corpus: sed anima.* Contra: sentire est coniuncti secundum philosophum. ergo neque corporis neque animæ, sed omnis. Dicendum quòd eorum quę sunt coniuncti, quædam insunt toti ratione animæ, vt sentire, & huiusmodi, & hæc attribuuntur animæ eo modo loquendi, quo dicitur calor calefacere, quia est principium calefaciendi: quædam autem insunt toti ratione corporis, vt dormire & huiusmodi, & hæc attribuuntur corpori, & non animæ. *Quædam autem non per corpus.* Contra. In 1. de anima dicitur. destructo corpore, anima non reminiscitur, neque amat, & est similis ratio de illis quæ hic inducuntur. Dicendum quòd amor, timor, & huiusmodi, omnia æquiuoce sumuntur: quandoque. n. nominant passionem proprie dictam, & sic sunt in parte sensitiua: & ideo non possunt esse sine corpore: quandoque autem sumuntur pro actu voluntatis aliquid eligentis, vel repudiantis, & sic possunt esse sine corpore: sicut & voluntas. *Susceptis nostram uetustatem.* Contra. simile non consumit suum simile. ergo vetustas vetustatem consumere non potuit. Dicendum, quòd duplex vetustas est, scilicet culpæ, & pœnæ, quæ ad veterem hominem pertinent. vetustas ergo pœnæ non opponitur nouitati gratiæ: immo materialiter se habet ad ipsam, inquantum meritum consistit in pœna decenter tolerata, & ita vetustas pœnæ cum nouitate gratiæ, opponitur vetustati culpæ, & delet eam, & per consequens vetustatem pœnæ, quæ ex vetustate culpæ causatur, consumet in statu gloriæ, propter hoc simplex vetustas potuit delere duplam, quæ dupla vetustas non potuisset, quia non habuisset nouitatem adinstam. *Non enim assumpsit ignorantiam.* Contra. Dam. † naturam ignorantem, & seruilem accepit.

t. co. 66.

Lib. & cap. supra.

Lib. 3. de fide. cap. 21. in princip. Serm. 4. Lib. & cap. vbi supra.

¶ 2 Præt. Leo Papa in Ser. Epipha. Adoraverunt infantem, in nullo ab aliis pueris segregatum. ergo ignorantem sicut alii.

¶ Dicendum ad primum, quòd ipsemet † Dama. seipsum exponit: dicit enim naturam assumptam ignorantem, si secundum in tellectum separetur assumptũ ab assumente, ideſt si considereturilla natura assumpta quasi non fuisset assumpta, & tunc ignorãs fuisset sicut est in aliis hominibus.

Ad se-

¶ Ad secundum dicendum, quòd intelligitur quantum ad corporalia, vel secundum apparentiam. *Nunquid in eo esset defectus.* scilicet culpæ: aliàs authoritas non probaret intentionem magistri. *Quos enim defectus habuit.* Et videtur quòd prima causa non valeat, quia vera humanitas potuit esse sine his defectibus, sicut fuit in primo statu, & erit in vltimo.

¶ 2 Item videtur, quod nec secūda, quia opus redēptionis ad quod venerat, per mortem impleuit. ergo non oportebat quòd famem, sitim, & alia huiusmodi assumeret.

¶ Itē videtur quòd nec tertia, quia magis videtur desperationem inducere infirmitas salutis ei⁹, qui saluare venerat.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd veritas humanitatis necessaria erat, quòd ostenderet, quia exigebatur ad redēptionē quòd esset deus & homo: nec humanitas secundum statum primum, & vltimū erat in nobis nota, sed secundum statum secundum. & ideo oportuit quòd assumeret defectus qui nobis insunt secundum istum statum.

ligenter intendas, atque ipsius Scripturæ circunstantiam inspicias, dictorum rationem, atque uirtutem percipere utcunque poteris, & intelligentiam arguere non attentabis. Intelligitur enim ea ratione dixisse dolorem passionis in Christū non incidisse, & uirtute corporis Christi excepisse uim pęnę sine sensu pœnæ, quia causam, & meritum doloris in se non habuit. Quod uidetur notasse ubi ait. Non habens naturam ad dolendum. Et ideo nō iudicanda est caro illius secundum naturam nostri corporis, nec in eo etiam dominium habuit passio. Ita etiam non habuit naturam ad timendum, uel tristandum, quia non habuit talem naturam in qua esset causa timoris, uel tristitiæ. Itaq; necessitas timendi non fuit in eo, sicut est in nobis: nec natura doloris fuit in eo sicut in nobis. Tristitiā tamen in eo fuisse consequenter asserit: sed causam eius extitisse non suam mortem, sed defectum Petri, & aliorum apostolorū. Dicit enim Christum nō propter mortem, sed usque ad mortem tristem fuisse. His uerbis interrogo quid sit tristē esse usque ad mortem. Non enim G eiusdem significationis est, tristem esse propter mortem: & usque ad mortem. Quia ubi propter mortem tristitia est, illic mors causa tristitiæ est. Vbi uero tristitia usque ad mortem est, mors non tristitiæ causa est, sed finis. A Deo autem non propter mortem suscepta est tristitia, ut sit destituta per mortem. Non ergo sibi tristis est, sed illis qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri, quos monet otare ne inducantur in tentationē, H qui ante polliciti erant se non scandalizari.

¶ Ad secundum dicendum, quòd alii defectus quos assumpsit, fundantur super eandem causam, scilicet supra passibilitatem naturæ: & ideo simul cūm defectibus, quibus opus redemptionis completum est, illi assumpti fuerunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd infirmitas carnis desperationem non inducit, propter diuinitatis virtutem adiunctam: sed magis spem erigit, quia sicut in ipso, ita & in nobis infirmitas tolletur. *Doles ergo domine Iesu.* Contra. Etiam sua vulnera doluit, vt dictum est.

¶ 2 Item quæritur, Si sua & nostra vulnera doluit, quis fuerit maior dolor.

¶ Dicendū ad primū, quod ratio, ut ratio, non dolebat de suis vulneribus propter bonum quod sequebatur: dolebat autem sensualitas & ratio considerata vt natura.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non sunt vnius rationis dolor corporalis passionis Christi, & dolor animalis qui tristitia dicitur, secundum quem nostris defectibus cōpatiebatur, & ideo nō sunt comparabiles. Si autem sumatur dolor passionis animalis, tunc dicendū, quod fuit maior dolor compassionis, quàm passionis: quia charitas, qua de nostris malis dolebat, præponderat æqualitati complexionis suæ, qua dolebat de passione sua. Et iterum, pretiosior ei erat honor diuinus, qui lædebatur culpis nostris, quantum ex nobis erat, quàm sua vita corporalis: & etiam in huius signum illum dolorem sustinuit, vt istum tolleret.

Aut contristatur quis per passionem. Videtur quòd in Christo non fuit propassio. Matth. 7. dicit glo. quòd propassio est subitus motus cui non consentitur: hoc autem est veniale peccatum.

¶ 2 Item tristitia semper videtur esse passio, quia est in genere passionis.

¶ 3 Item videtur, quòd nunquam sit passio, vt dicit Dama. sed passionis sensus.

¶ Dicendū, quod passio importat immutationem patientis: non autē dicitur aliquis immutari simpliciter, quando id quod est principale in ipso, permanet immutatum. & ideo simpliciter loquendo, quādo ratio non immutatur a sui æqualitate, vel æquitate, non dicitur passio, sed propassio, quasi imperfecta passio. & hoc modo fuit in Christo.

¶ Et ideo dicendum ad primum, quòd propassio propriè loquendo, est immutatio inferioris partis tantū: & quando talis immutatio in nobis accidit, non pręordinatur a ratione. ideo glo. secundum statum potentiarum in nobis loquens, dicit propassionem subitum motū. In Christo autem aliter fuit, vt ex dictis patet: nec tamen est verum, quòd omnis subitus motus sensualitatis sit peccatum veniale: sed tunc tantum, quando est tendens in il-F licitum, quod in Christo nullatenus fuit.

¶ Ad secundum dicendum, quod dicitur non esse passio, quia non est perfecta passio, quàmuis sit de genere passionis: sicut ea quæ parua sunt, quasi pro nihilo reputantur, sicut dicit Dama. quòd proprie passio est, quando habet aliquam magnitudinem perceptibilem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Damas. loquitur de passionibus corporalibus, non animalibus. *Vnigenitus deus hominem uerum.* Verba hæc Hilarii videntur a Christo dolorem passionis, & timorem excludere, quæ tripliciter soluūtur. Quidā enim dicunt Hilar. hoc retractasse, & hoc dicebat Vuillelmus ep̄s Parisieñ. quod viderat epistolā retractationis, & fuerat sibi scriptū a quodā qui eā legerat: & hoc videt̄ probabile ex his authoritatib⁹, quas in lr̄a magister inducit, quarum vna incipit ibi. *Interroga quid sit.* Alia est notula, quæ incipit ibi. *Cū hæc passionum genera.* quibus expresse dicit, humanitatem Christi his infirmitatibus subiacuisse, qđ tamen litera negat, vt videtur. Alii dicunt, quod loquitur de Christo quantum ad deitatem, quia disputat contra illos in his verbis, qui dei filium creaturam dicebant. sed huic non consonant verba authoritatis, quæ faciunt mentionem de Christi carne. Solutio autem Magistri consistit in hoc, quòd simpliciter noluit remouere a Christo dolorem, sed tria quæ sunt circa dolorē. Primo dñium doloris, quod patet ex hoc quod dicit, *Quā igitur infirmitatē dominatā.* Secūdo, meritū doloris; qđ patet ex hoc qđ dicit, *Non tamen uitiosæ infirmitatis.* Tertio necessitatē doloris, quod patet ex hoc quod dicit. *Videamus an ille ordo passionis.* Et secundū hoc soluuntur tria difficilia, quæ in verbis eius videntur esse. I Primum est quòd dicit, *Poena in eo desæuit sine sensu poenæ.* Et hoc nominat supra naturam passionis, quæ scilicet sensum pęnæ infert, qui est dolor, quod non potest intelligi de sensu exteriori, quia sic poneretur corpus illud insensibile esse: sed oportet quòd intelligatur quantum ad sensum rationis, qui non fuit immutatus per huiusmodi passiones a sua æqualitate. & propter hoc dicitur, quòd pęna in ipso dominium non habuit. uel etiam quòd ipsum uerbum non est affectum huiusmodi passionibus secūdum secundam solutionem, ut uidetur dicere in notula affixa. Aliud difficile est, quòd dicit, *Nō habēs naturā ad dolēdum.* Et hoc dicitur, quia non erat in natura illa ordo ad dolorem ex aliquo merito peccati, sicut est in nobis: & per hunc modum dixit supra, quòd dominici corporis ista est natura, ut feratur in vndis. Hoc enim non est de natura corporis in se considerati, sed ex virtute adiunctæ diuinitatis. Tertium difficile est, quòd dicit. *Neque enim fieri potest.* Vbi uidetur ab ipso excludere timorem, & K tristitiam consequenter: sed uel hoc soluendum est sicut in supra dicta authoritate, scilicet quòd loquitur de timore prout est passio, & non prout est propassio. Vel dicendum, quòd excludit necessitatē timoris. Habebat enim in ratione, unde timorem & tristitiam a sensualitate excluderet, si uoluisset: quia ut supra dictum est, sensualitas nata est moueri ad tristitiā, & timorē, & ad opposita, non solum ex apprehensione imaginationis, sed etiam ex apprehensione rationis. *Pati potuit, & passibilis esse non potuit.* Contra. Philosophus in lib. de som. & vigi. Cuius est potentia, eius est actus. ergo quod patitur, est passibile. Dicendum, quòd pati significat passionem per modum actus, vnde ad suppositum refertur, secundum quòd suppositum est cuiuscunque naturæ. & quia passio inest sibi ratione humanæ naturæ, ideo dicitur quòd pati potuit. passibile autem potentiam significat ad patiendum vt informantem id de quo dicitur. Et quia verbū s̄m se nō informatur potētia patiēdi, ideo dicitur, quod passibile esse non potuit, scilicet secundum se, quàmuis passibile fuerit ratione naturæ assumptæ.

Cap. 9.

t.c. 126. 127 & 128.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit Magister de defectibus quos Christus cum natura assumpsit. Hic inquirit per quē modū illi defectus fuerunt in Christo, vtrum scilicet in Christo fuerit necessitas patiēdi, vel moriendi. & diuiditur in duas partes. Primo determinat quæstionem, ostēdens quod Christus necessitatē moriendi assumpsit. Et quia necessitas moriendi ad secundum statum pertinet: ideo gratia huius, secundo ostendit qđ Christus de singulis statibus aliquid accepit ibi. *Et est hic notandū.* Circa primū tria facit. Primo ponit dubitationem. Secūdo soluit ibi. *Ad quod dici potest.* Tertio solutionē confirmat ibi. *Vnde super epistolam ad hebræos.* Hic orit̄ duplex quæstio. Primo ð necessitate moriendi, quam Christus ex secundo statu assumpsit. Secundo de his, quæ Christus habuit de vltimo statu. De immunitate enim peccati, & de plenitudine gratiæ, quæ ad alios status pertinent, supra dictum est.

DISTINCTIO XVI.

A

An in Christo necessitas fuerit patiendi & moriendi, quæ est defectus generalis.

HIc oritur quæstio ex prædictis ducens originem. Dictum est enim supra quòd Christus in se nostros defect⁹ suscepit præter peccatum. Est[a] autem hominis quidam generalis defectus, qui peccatum non est, scilicet necessitas patiendi, uel moriendi, unde nostrum corpus non tantū mortale: sed etiam mortuum dicitur, quia non tantum aptitudinem moriendi; sed etiam necessitatem habet. Ideo quæritur: utrum necessitas talis in Christi corpore fuerit, de aptitudine enim moriēdi, quòd in eo fuerit ambiguum nō est, quæ etiam ante peccatum in homine fuit, quando aliquis in eo defectus non fuit. Nec igitur mortalitas illa, tunc in eo fuit defectus, quia naturæ eius erat. Vnde etiam quidam, talem mortalitatem in nobis non esse defectum non improbe tradunt: sed necessitatem morien-B di, uel patiendi, quæ etiam mortalitas dicitur uel passibilitas. Dicitur enim homo nunc passibilis, uel mortalis non modo ꝓpter aptitudinem, sed propter necessitatem. [b] Sed nunquid hic defectus fuit in Christi carne? Anima quoque eius cū passibilis extiterit ante mortē, nunquid necessitatem patiendi habuit? Si enim necessitas patiendi, uel moriendi fuit in Christo, non uidetur sola uoluntate miserationis defectus nostros accepisse. Ad C quod dici potest, Christum uolun-

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur tria.

Primo. Vtrum necessitas moriendi sit tantum ex peccato, vel etiam ex natura.

Secundo. Vtrum in Christo fuerit necessitas moriendi.

Tertio. Vtrum illa necessitas fuerit sub voluntate humana.

ARTICVLVS I.

a Vtrum necessitas moriendi, tantum sit homini ex peccato.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd necessitas moriendi sit tantum homini ex peccato. Ro. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, id est necessitati mortis addictum. ergo.

¶ 2 Præt. In humana natura est mors consecuta culpam. Ro. 5. Per peccatum mors: sed necessitas peccati inducta est homini per peccatum tantum. ergo & necessitas moriendi.

¶ 3 Præt. Materia debet esse secundum naturam proportionata formæ: sed forma corporis humani, anima scilicet rationalis est incorruptibilis. ergo & ipsum corpus humanum. ergo necessitas moriendi non est ex natura, sed ex peccato.

¶ 4 Præt. Corpus humanū maxime ad æqualitatē commistionis peruenit, sicut philosophi tradunt: sed vbi est æqualitas commistionis vnum contrarium, cum non prædominetur alteri, non potest agere ad corruptionem misti. ergo corpus hominis per naturam est incorruptibile, & sic idem quod prius.

¶ 5 Præt. Pœna non est inducta, nisi propter peccatū: sed mors & necessitas moriendi quædam pœna est, quia omne terribile pœnale est: finis autem terribilium mors, vt dicitur in 3. Ethic. ergo sunt tantum ex peccato.

SED CONTRA. Omne compositum ex contrariis est secundum naturam necessitatem habens ad corruptionem: sed corpus humanū est hmōi. ergo ex natura habet necessitatem moriendi.

¶ Præt. Sicut probatur in 1. Cę. & mun. generabile naturaliter est corruptibile, & corruptionis necessitatem habens: sed corpus humanum est generatum per naturam. ergo naturaliter est necessitatem corruptionis habens.

¶ Præt. Elementa quæ sunt in corpore humano, sunt eiusdē speA ciei cum aliis elementorum partibus: sed elementa in commistionem aliorum corporum venientia, sunt de necessitate corruptibilia secundum naturam. ergo & elementa quæ sunt in corpore humano: sed corruptis componentibus corrumpitur compositum. ergo corpus hominis secundum naturam habet necessitatem moriendi.

RESPONDEO. Dicendum, quòd necessitas moriēdi partim homini est ex natura, partim ex peccato. Ex natura quidem, quia corpus hominis compositū est ex contrariis quæ nata sunt agere, & pati adinuicē, ex quo accidit dissolutio compositi: sed tamen in statu innocentiæ donū quoddam a deo gratis datum, animæ inerat vt ipsa præter modum aliarum formarum, secundū modum suum vitā indeficientem corpori largiretur, sicut ipsa incorruptibilis est, & non secundum modum corporis corruptibilem, quādiu ipsa manebat deo subdita, & corpus ei omnino subdebat̄, nec aliqua dispositio in corpore accidere poterat quæ viuificationem animæ impediret: sed propter peccatum istud donum ablatū est: & ideo relicta est humana natura, vt dicit † Dio. in eccle. Hierar. in statu, qui debetur ei ex natura suorum principiorum s̄m quod dictum est ei Geñ. 3. Terra es & in terrā ibis: & ideo post peccatum, necessitas moriendi inest homini ex peccato, sicut ex remouente prohibens, quod erat gratia innocentiæ: ex natura autem materiæ, sicut ex eo quod per se necessitatem mortis inducit. Cap. 3. par. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc dicitur, inquantum per peccatum prohibens mortem remotum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum non inest homini ex aliquo principiorum naturalium, immo est contra naturam rationis. vnde non est simile de peccato & morte, quæ ex principio D materiali consequuntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd materia debet esse proportionata formæ, non vt habeat conditiones formæ: sed vt sit disposita ad recipiendum formam secundum modum suum. vnde non oportet si anima hominis est immortalis, quòd etiam corpus secundū naturam sit immortale.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd impossibile est, quòd complexio perueniat ad tantam æqualitatem, quin alterum contrariorum prædominetur: quia aliàs non fieret mistio, nisi vnum in alterum ageret dominans ad medium reducendo, altero resistente: & præcipue hoc oportet in corpore humano, quod calor dominetur propter operationes animæ, quæ indigent calore sicut instrumento, vt dicitur in 2. de anima. t. co. 41.

¶ Ad quintum dicendum, quod mors vel necessitas moriendi dicitur esse pœna per comparationem ad statum innocentiæ, in quo inerat ei posse nō mori. Si tn̄ in principio conditionis naturæ hu-E manæ, dictum donum gratiæ humanæ naturæ non fuisset collatum, necessitas quidē moriendi fuisset: sed tamen naturalis defectus non pœna, vt supra probauit Magister ex verbis Augustini in præcedenti di. Et ideo quia philosophi illud donum non cognouerunt, dixit Señ. quòd mors est hominis natura, non pœna.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo fuit necessitas moriendi.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod in Christo non fuerit necessitas moriendi: necessitas enim coactionem importat: sed quod est in potestate alicuius constitutū non est coactū. cū igitur Christus de seipso dicat Io. 10. Potestatē habeo ponendi animā &c. non fuit in eo, vt videtur necessitas moriendi. 3. q. 46. 1. 3. d. 20. q. 1. 3.

¶ 2 Præt. Christus mortuus est, quia voluit, vt dicitur Isa. 53. sed non fuit in eo necessitas volendi. ergo nec necessitas moriendi. opu. 2. c. 7.

¶ 3 Præt. Necessitas moriendi venit ex peccato. Roma. 8.

Corpus quidem mortuum est propter peccatum. glo. necessitati mortis addictum: sed in Christo non fuit peccatum. ergo nec necessitas moriendi.

¶ 4 Præt. Supra dixit magister in præcedenti distinctione, quòd Hilarius a Christo necessitatem dolendi remouit: sed dolorem passionis secuta est mors. ergo nec in eo fuit necessitas moriendi.

¶ 5 Præt. Potentius nõ de necessitate ab aliquo minus potente patitur: sed Christus fuit potentior quolibet alio passionem, vel mortem inducente. ergo ipse non habuit necessitatem moriendi, vel patiendi.

SED CONTRA. Cap.9. Ro.8. Deus misit filium suũ in similitudinem carnis peccati: sed conditio carnis peccati est, quòd habeat necessitatem moriendi, quæ tamen peccatum non est. ergo fuit in carne Christi.

¶ Præt. Hebræ. 2. dicitur, quòd ipse in passione assimilatus est fratribus, idest aliis hominibus: sed mater, de qua Christus carnem sumpsit, & alii homines habent necessitatẽ moriendi, & patiendi. ergo etiam in Christo talis necessitas fuit.

¶ Præt. Necessitas moriendi, vel patiendi est defectus totam humanam naturam cõsequens, nec est culpa diminutionem gratiæ importans, quia est tantum ex parte corporis: sed omnes tales defectus assumpsit, vt supra dictum est. d. 15. q. 1. ar. 1. o. ergo assumpsit necessitatem moriendi.

RESPONDEO. Dicendum, quòd secundum † philosophum, 2. perhi. c. 2. Necessarium idem est, quòd impossibile non esse. vnde necessitas excludit potentiam ad oppositum: hæc autem potentia ad oppositum excluditur triplici ratione. Primo ex hoc, quòd talis potentia repugnat naturæ illius rei, sicut potentia deficiendi repugnat naturæ diuinæ: & ideo dicimus deum necessario æternum. & hæc est necessitas absoluta. Secundo, impeditur ex aliquo impediente, & sic est necessitas coactionis. Tertio, quia hoc, cuius dicĩ esse potentia, repugnat fini intẽto: sicut nõ curari, repugnat ei quod est sanari. vnde dicimus, quòd non potest non curari, si debeat sanari. & hæc est necessitas ex conditione finis. Necessitas aũt patiendi, vel moriendi, dupliciter potest attribui Christo, quia potest remouere potentiam non moriendi a natura humana: & sic vere ei attribuitur, quia natura humana, quantum ad statum suæ passibilitatis, in quo statu Christus eam assumpsit, non habet potentiam non moriendi. vnde in Christo quantum ad humanam naturam fuit necessitas moriendi. Item potest remouere potentiam non moriendi a Christo ratione personæ, & sic ei falso attribuitur: quia virtus diuinitatis Christi repellere poterat omne inducens mortem, vel passionem. Erat tamen in Christo necessitas patiendi, etiã ratione personæ, ex conditione finis, scilicet si humanum genus redimendo liberare vellet: & sic ideo quidam dicunt Christum habuisse necessitatem patiendi, attendentes naturam humanam: quidam vero dicunt non habuisse aliam necessitatem, nisi ex conditione finis, attendentes personam diuinam. Sed quia mors inest Christo ratione humanæ naturæ: ideo sicut simpliciter concedimus, quòd Christus mortuus est, ita similiter concedere possumus simpliciter, quòd necessitatem moriendi habuit non solum ex causa finali, sed etiam necessitatem absolutam, vt moreretur etiam si non occideretur, vt quidam dicunt. Vnde August. Si non occisus fuisset, naturali morte dissolutus fuisset, & idem opus redemptionis fuisset, quod per passionem fecit, & cum hoc necessitatẽ coactionis quantum ad mortem violentam quam sustinuit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut infra 21. dist. dicit Magister, hoc Christus dixit de potestate in se manentis dininitatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum dicitur. Christus mortuus est, quia voluit. ly Quia, potest dicere causam, & hoc vel respectu mortis absolute, & sic referendum est ad voluntatem diuinitatis: vel respectu mortis violenter illatæ, & sic potest referri ad voluntatem humanam, per quam voluntarie se obtulit persecutoribus. potest etiam dicere concomitantiam, & sic refertur etiam ad voluntatem humanam, per quam mortem acceptauit. & hoc non excludit necessitatem moriendi, quia hoc idem accidit in Petro, & in aliis sanctis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd necessitas moriendi non solum

tate non necessitate suæ naturę hos defectus, sicut alios suscepisse, scilicet necessitatem patiendi in anima: simul autem patiendi & moriendi in carne. Verum hanc necessitatem non habuit ex necessitate suæ conditionis, quia a peccato immunis fuit: sed ex sola uolũtate accepit de nostra infirmitate ponẽs tabernaculũ suum in Sole, scilicet sub temporali mutabilitate & labore. Vnde sup epistolã ad Hebræos authoritas dicit, quòd sicut omnibus aliis iure, & lege naturæ statutum est semel mori, ita Christus eadem necessitate, & iure naturæ semel oblatus est, & non sæpe. Nec ideo dicit iure naturæ, quòd ex natura suæ conditionis hunc defectũ contraxerit, qui etiam non prouenit nobis ex natura, secũdum quòd prius est nobis instituta: sed ex ea G peccato vitiata. Et ideo dicitur hic defectus naturalis, quia quasi pro natura inoleuit in omnibus diffusus.

F venit in humanam naturam ex peccato: sed etiam aliàs potuisset esse in humana natura, vt † supra dictum est. ar. præ tiis. & ideo Christus potuit hunc defectum assumere sine peccato, & alios huiusmodi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Magister voluit supra excludere a Christo necessitatem patiendi ratione personæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd corpore Christi fuit secundum quid potentior clauus & lancea, inquantum scilicet clauus fuit durus, quod pertinet ad potentiã naturalem: & caro Christi mollis, quod pertinet ad naturalem impotentiam secundum † philosophum in prædicamẽtis. In cæ quali.

ARTICVLVS III.

c Vtrum necessitas moriendi, uel patiendi, subsit in Christo uoluntati humanæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd necessitas patiendi, vel moriẽdi subfuerit in Christo voluntati humanæ. Nihil enim sequitur ad voluntatem præcedentem, nisi quod voluntati subest: sed Dam. † dicit in 3. lib. ꝙ naturalia in Christo, Lib. 3. de cap. in fine H sequebantur ad voluntatem. ergo si necessitas moriendi fuit in Christo aliquo modo naturalis, suberat voluntati Christi.

¶ 2 Præt. Sicut inferiores vires sunt sub ratione, ita corpus est sub anima: sed inferiores vires in Christo obediebant, & omnino subiiciebantur voluntati rationis. ergo & corpus quantũ ad omnia quæ in ipso accidere poterant, subdebatur voluntati animæ.

¶ 3 Præt. Auicenna dicit in 6. lib. de naturalibus, quòd animæ alicuius spiritualis viri magis obedit materia, quàm contrariis agentibus in natura: sed anima Christi maxime fuit spiritualis. ergo cum mors in corpore eius acciderit ex aliquo agente contrario, videtur quòd volũtas eius humana poterat repellere mortem in illis passionibus inductis.

¶ 4 Præt. Ex voluntate sua humana per gratiam sanitatis, quã abundantissime habuit, aliis sanitatem conferebat: sicut Matth. 8. dicit leproso; Volo, mundare: sed non minus poterat in corpus proprium, quàm in alienum. ergo & poterat secundum huma- I nam suam voluntatem præseruare corpus a læsione & morte.

¶ 5 Præt. Maior virtus fuit in aĩa Christi, q̃ in qualibet alia creatura: sed aliqua virtus creaturæ põt præseruare corpus a morte, sicut lignum vitæ. ergo multo fortius poterat hoc anima Christi.

¶ 6 Præt. Moyses ex vi contemplationis diuinæ ieiunauit quadraginta diebus, quibus, vt videtur, conseruabatur corpus a consumptione ex virtute animæ: sed in Christo fuit anima multo potentior, quàm in Moyse, Quia amplioris gloriæ præ Moyse habitus est, ut dicitur Heb. 3. ergo eius anima poterat conseruare corpus immune ab omni corruptione.

SED CONTRA. Corpus humanum non præseruatur omnino a morte, nisi per gratiam innocentiæ, sicut in primo statu: vel per gloriam, sicut in vltimo statu. sed vtrumque istorum dare solius dei est. ergo anima Christi corpus suũ non poterat a corruptione præseruare, & ita necessitas moriẽdi sibi non subdebatur.

¶ Præt. Secundum naturam, corruptibile non potest fieri incor- K ruptibile: sed anima Christi non poterat in ea quæ sunt supra naturam. ergo cum corpus suum esset corruptibile, non poterat eum a corruptione præseruare.

¶ Præt. Facere miracula est signum omnipotentiæ: sed anima Christi non habuit omnipotentiam. ergo non potuit propria virtute aliquod miraculum facere: sed quòd corpus corruptibile nõ corrumpatur est maximum miraculum. ergo hoc non subiacebat voluntati animæ Christi.

RESPONDEO. Dicendum, ꝙ eius solius est immutare legẽ, & cursum naturæ impositũ, qui naturã instituit & ordinauit, qđ solus deus fecit: & ideo neq; aliqua virtus corporalis, nec spũalis aut animæ, aut angeli, nec ẽt animæ Christi potuit ad immutationẽ legis naturæ impositæ diuinitus, nisi per modũ orationis, aut intercessionis: & ideo hoc fuit signum deitatis Christi, ꝙ imperando signa perficiebat, & non orando, sicut alii sancti: & ideo cum secundum legem, & cursum naturæ mors Christi corpus consequeretur, vt dictũ est, & vt dicit Magister in litera, dicendum, quòd necessitas moriendi in Christo non subdebatur vo- art. præ in corp. luntati

luntati eius humanæ: sed solum diuinæ, vt vna opinio dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uerbum Dama. est intelligendum de voluntate diuina, quæ fuit illius personæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sensibiles vires natæ sunt obedire rationi: & quanto ratio magis fuit virtute perfecta, tanto magis sibi obediuit. Et quia Christus perfectissimam virtutem habuit: ideo huiusmodi vires omnino sibi subdebãtur quãtum ad rationẽ: sed vires naturales vel aĩæ vegetabilis vel etiam corporis, non sunt natę obedire rationi: & ideo non est similis ratio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Auicenna ponit, quòd mundus factus est a deo mediantibus angelis: vnde ponit quòd spiritui angelico materia obedit ad nutum, & per consequens animæ, inquantum angelis assimilatur. hæc autem repugnant fidei & dictis aliorum Phylosophorum qui dicunt, ꝙ angeli non possunt in hęc inferiora effectum aliquem nisi mediantẽ motu cæli, quòd etiam repugnat fidei quantũ ad aliqua, quæ possunt angeli facere, vtendo virtutibus rerũ naturalium in mouendo inferiora, vt patet ex 2. dist. 8. Vnde in hoc non est standum authoritati Auicen. quæst. 1. ar. 5. 4.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus etiam miracula sanitatis non poterat facere virtute humanitatis, sed diuinitatis sibi coniunctæ.

¶ Ad quintum dicendum: quòd lignum vitæ non poterat immortalitatem conferre principaliter: sed remouebat quoddam ex quo sequitur corruptio, scilicet extraneitatem a cibo assumpto, vt in 2. lib. dist. 19. dictum est. quæst. 1. ar. 4. c. & in corp. ad 5.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quàmuis Moyses non affligeretur ex ieiunio quadraginta dierum: quia vires sensibiles suspensæ erant propter contemplationem dei, tamen calor naturalis agebat & fiebat deperditio, quàmuis non tanta, quia quando vires intellectiuæ vehementer contemplantur, etiam vires naturales in suis actibus impediuntur. vel si nulla fiebat consumptio, hoc non fuit nisi virtute diuina, per miraculum.

b De statibus hominis, & quid de singulis Christus accepit.

EST hic notandum, Christum de omni statu hominis aliquid accepisse, qui omnes venit saluare. Sũt enim quatuor status hominis. Primus ante peccatum, secundus post pec- B catum, & ante gratiam. Tertius sub gratia. Quartus in gloria. De primo statu accepit immunitatem peccati. Vnde Augustinus illud Ioannis euangelistæ exponens. Qui desursum, venit, super omnes est, dicit Christũ venisse desursum, id est, de altitudine humanæ naturæ ante peccatũ. Quia de illa altitudine assumpsit dei verbũ humanã na-

QVAESTIO SECVNDA.

Deinde quæritur: utrum cum necessitate moriendi potuit habere ea quæ pertinent ad statum gloriæ, Et quia supra dictum est de his quæ pertinẽt ad gloriam animæ, ideo quæritur de his quæ pertinent ad statũ gloriæ corporis, quã in transfiguratione ostẽdit Mat. 17.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. Vtrum illa claritas fuerit vera vel imaginaria.

Secũdo. Vtrum fuerit gloriosa.

ARTICVLVS I.

Vtrum claritas quæ fuit in Christi corpore in transfiguratione fuerit uera, & utrum fuerit imaginaria.

II. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd illa claritas non fuerit vera. in illud enim dicitur aliquid trãsfigurari, quòd non secundum veritatem ei inest. sicut dicitur. 2. Corin. 11. quod angelus sathanæ transfigurat se in angelum lucis: sed Christus dicitur transfiguratus secundum quòd illam claritatem demonstrauit vt patet Matth. 17. ergo claritas illa non secundum veritatem ei inerat.

¶ 2 Præt. Marc. 9. Non gustabunt mortem nisi videant regnũ dei. glo. Be. idest glorificationem corporis in imaginaria repræsentatione futuræ beatitudinis: sed quod est imaginariũ non est verum. ergo illa claritas non secundum veritatem ei inerat.

¶ 3 Præt. Impossibile est quòd idem corpus sit simul opacum & lucidum: sed secundum veritatem rei corpus Christi opacum erat. ergo claritas non inerat ei secundum rei veritatem.

¶ 4 Præt. Claritas sensibilis maxime corrumpit visum: sed claritas illa fuit maxima, quia super illud Matth. 17. Resplenduit facies eius sicut sol, dicit glo. Hiero. Deus non potest in vita tã clarum quid facere. cum ergo oculi apostolorum nõ fuerint læsi in visione illius claritatis, non fuit illa claritas sensibilis: sed A solum imaginaria.

¶ 3 Præt. Testes transfigurationis transfigurationi conformantur: sed super illud Luc. 9. Apparuerunt Moyses & Helias. dicit glo. Sciendum est, non corpora vel animas Moysi & Heliæ ibi apparuisse: sed ex subiecta creatura illa corpora fuisse formata. põt etiã credi ut angelico minist. hoc factum esset, vt angeli eorum personas assumerent. ergo nec ipsa claritas secũdum quam fuit facta trãsfiguratio, fuit vera: sed imaginaria. Io. 3.

SED CONTRA. † Aug. dicit & supra habitum est dist. præce. quòd si vnum eorum quæ euangelium de Christo dicit verum non fuit, nec alia oportet dicere vera fuisse. In Ifa. si ergo nõ fuit vera claritas, cum euangeliũ hoc dicat, relinquitur quòd non vere comederit, nec vere passus sit, quod est hereticum.

¶ Præt. In operibus veritatis non est credendum aliquid false & præstigiose factum: sed si illa claritas non fuisset vera, fuisset quoddam præstigium illudens oculos. ergo nullo modo hoc dicendum est.

¶ Præt. Super illud Luc. 9. Faciamus hic tria tabernacula, dicit glo. quòd Moyses & Helias fuerunt testes de cælo: sed non fuissent veri testes nisi ibi vere fuissent. ergo ibi vere fuerunt. & sic vere ibi claritas fuit.

RESPONDEO. Dicendum, quòd claritas illa fuit sensibilis se- C cundum veritatem in corpore Christi existens ad ostensionem claritatis quam promiserat in sanctis post resurrectionem futurã dicẽs. Fulgebũt iusti tanquã sol in regno patris eorũ. Matt. 13.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd figura dupliciter dicitur. Vno modo dicitur qualitas resultans ex terminatione quãtitatis, & sic non dicitur Christus transfiguratus, quia eadem lineamenta corporis in ipso erant, & quia figura alicuius rei signum ipsius ponitur, sicut patet de imaginibus quæ præcipue fiunt secundum repræsentationem figuræ. inde translatum est nomen figuræ vt ponatur pro quolibet signo, quod instituitur ad aliquid significandum secundum assimilationem ad aliud. Hoc autem potest fieri & de eo quod est in rei veritate, sicut vna res est imago vel figura alterius. & de eo quod est in imaginatione tantum. dicitur autem Christus figuratus quia claritatem sibi veraciter inherentem assumpsit ad tempus, in figuram futuræ claritatis quæ erit in sanctis.

D ¶ Ad secundum dicendum, quòd Beda dicit imaginarium, nõ qđ est tm̃ in imaginatiõe, sed quod est imago, & figura alterius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est inconueniens id quod est in se opacum in intrinsecis, habere claritatem in superficie, vel extersione sicut ęs politum, vel ex aliquo extrinseco superinducto, sicut ex reuerberatione solis vel alicuius huiusmodi, & sic fuit claritas in Christo nõ quidem superinducta ex aliquo corpore superlucenti: sed miraculose ab ipso deo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd claritas illa erat similis gloriosi corporis claritati, quæ visum non corrumpit sed demulcet. Vnde apoc. 21. comparatur claritati iaspidis, quę visum demulcet & delectat. & hoc quidem contingit quia est alterius generis quàm ista claritas naturalis: prouenit enim ex claritate spirituali animæ, quæ quidem non corrumpit proportionem oculi ad vim animæ: sed magis confortat. vnde hoc quod dicit Hieronymus, quòd deus nõ posset in hac vita tam clarum quid face- E re, intelligendum est ideo dictum esse, quia claritas huius vitę, scilicet naturalis, non est proportionabilis claritati patriæ: sed alterius generis existens.

¶ Ad quintum dicendum, quod illa gl. punctata est a magistris: vnde dicendum est, quòd vterque illorum vere ibi apparuit: sed Helias in anima & corpore, Moyses autem in anima tantum, quæ apparere potuit vel per aliquod corpus assumptũ, sicut angeli apparẽt, vel quia est potẽs, maxime Deo ordinãte, facere aliquã in oculis speciẽ, illum hominẽ cuius est anima, repsentãtẽ.

ARTICVLVS II.

Vtrum claritas illa fuerit gloriosa.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videĩ ꝙ claritas illa non fuit gloriosa. Matth. 17. super illud. trãsfiguratus est &c. Glo. Be. dicit. in corpore mortali ostendit nõ immortalitatem, sed claritatem, similẽ futuræ immortalitati: sed claritas gloriosa est claritas immortalitatis. ergo illa claritas non fuit gloriosa. 3. q. 45. 2.

¶ 2 Præt. Idem non poteſt eſſe ſubiectum pœnalitatis & gloriæ; ſed corpus Chriſti erat ſubiectum pœnalitatibus, ergo non poterat in eo eſſe claritas glorioſa.

¶ 3 Si dicatur, ꝙ claritas illa redundabat ex gloria animæ. Contra 2. Cor. 3. Tanta erat claritas in facie Moyſi, ꝙ non poterat inſpici niſi velaretur. Et Matth. 1. ſuper illud. Non cognoſcebat eam donec peperit. dicit glo. Ioſeph Mariam facie ad faciem videre non poterat, quam ſpiritus ſanctus repleuerat: ſed Maria & Moyſes non habebãt animã glorificatam. ergo non eſt verum ꝙ illa claritas ex glorificatione animæ proceſſit.

turam dum nõ aſſumpſit culpam; cuius aſſumpſit pœnam. Sed pœnam aſſumpſit de ſtatu ſecundo & alios defectus. de tertio vero, gratiæ plenitudinem. de quarto, non poſſe peccare, & dei perfectam contemplationem. Habuit enim ſimul bona viæ quædam, & bona patriæ, ſicut & quædam viæ mala.

¶ 4 Præt. Proprietas corporis glorioſi non ſolum eſt claritas, ſed etiam agilitas, & impaſſibilitas, & ſubtilitas. ſi igitur claritatem aſſumpſiſſet, quæ eſt glorioſi corporis proprietas, debuiſſet etiam alias proprietates aſſumere.

¶ 5 Præt. Claritas glorioſa non videtur ab oculo non glorificato: ſed oculi Apoſtolorum qui viderunt Chriſti claritatem non erant glorificati. ergo illa claritas non fuit glorioſa.

¶ 6 Præt. Claritas glorioſa non eſt corpori naturalis: ſed claritas illa fuit corpori Chriſti naturalis, quod patet per verba Hylarii ſuperinducta, vbi dicit. Si dñi corporis ſolum iſta natura ſit &c. & glo. Matth. 17. dicit. Speciem quã habebat per naturam oſtendit, non amittens carnem quam aſſumpſerat voluntate. ergo claritas illa non fuit glorioſa.

H ¶ 7 Præt. Claritas illa non ſolum fuit in corpore Chriſti: ſed etiã in veſtibus eius, vt patet ex textu Euangelii: ſed in veſtimentis non põt eſſe glorioſa claritas. ergo nec in corpe Chri tũc fuit.

SED CONTRA. Phil. 3. ſuper illud. Cõfiguratũ corpori claritatis dicit glo. Aſſimilabimur claritati quam habuit in transfiguratione: ſed aſſimilabimur claritati glorioſæ. ergo tunc habuit claritatem glorioſam.

¶ Præt. Matth. 17. dicit gloſa, quòd apparuit in ea claritate quã habebit peracto iudicio: ſed tunc habebit claritatem gloriæ, ergo & in ea tunc apparuit.

¶ Præt. Claritas non glorioſa non oſtendit gloriam reſurrectionis: ſed ad hoc Chriſtus transfiguratus eſt ut gloriam reſurrectionis oſtenderet, ut dictum eſt. ergo erat claritas glorioſa.

I RESPONDEO. Dicendum, quòd Hugo de ſancto victore dicit, quòd Chriſtus aſſumpſit omnes proprietates ſeu dotes corporis glorificati adhuc corpus paſſibile gerẽs: quàmuis in Chriſto non proprie habebant rationem dotis: ſicut ſubtilitatem in natiuitate, quando egreſſus eſt de vtero virginali, clauſtris pudoris manentibus clauſis. Agilitatem autem, quando ſuper vndas maris ambulauit, claritatem autem in transfiguratione. Impaſſibilitatem in cena, quando corpus ſuum ad edendum diſcipulis ſine hoc quòd diuideretur dedit. Et hoc quidem non poteſt intelligi quantum ad ipſas qualitates ſiue habitus glorioſi corporis, quia contrariantur conditionibus, & proprietatibus corporis paſſibilis. Chriſtus autem ſemper ante reſurrectionem corpus paſſibile habuit. nec hoc quòd corpus eius a diſcipulis edentibus non diuidebatur, fuit propter impaſſibilitatem: ſed quia non in propria ſpecie comedebatur; ſed in ſpecie panis, in qua fiebat fractio. vnde cum contraria non ſint ſimul in eodem, non poterat tunc habere qualitates corporis glorioſi: ſed actus illarum proprietatum fuerunt in eo, non quidem procedentes ex aliqua inhærente, ſed ſupernaturaliter diuino miraculo, vt dicit K Dioniſius in Epiſtola 4. ad Gaium. Super hominem operatur ea quæ ſunt hominis, & hoc monſtrat virgo ſupernaturaliter concipiens. & aqua inſtabilis materialium & terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem. Dicendum ergo, quòd ille fulgor non fuit proueniens ex aliqua proprietate corporis glorioſi exiſtente in corpore Chriſti: ſed fuit miraculoſe & diuinitus inductus in corpore Chriſti. Fuit tamen ille fulgor eiuſdem generis cum fulgore corporum glorificatorum, non tamen ita perfectus; ſic claritas viæ aſſimilatur claritati patriæ. In Moyſe autem fuit claritas ſimilis claritati patriæ ſicut fides viſioni non eiuſdem generis: & ideo aſpectum intuentium offendebat, quod non fuit de claritate Chriſti, & huius ratio eſt, quia anima Chriſti glorificata erat, non autem anima Moyſi, vnde & corpori eius poterat conuenienter attribui claritas glorioſa, non autem corpori Moyſi, ne prius eſſet gloria in corpore quàm in anima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex gloſa iſta habetur, ꝙ non fuerit habitus claritatis, ſicut in corporibus immortalibus: ſed fuit actus ſplendoris ſimilis ex diuino miraculo. Per quod

F patet etiam ſolutio ad ſecundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non poteſt eſſe quòd claritas illa fuerit i corpore ex gloria animæ, quia anima Chriſti adhuc erat paſſibilis ex illo reſpectu, quo eſt forma corporis. vnde gloriam in corpus non transfundebat vt dictum eſt.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd etiam actꝰ aliarum dotium Chriſtus oſtẽdit: ſed aliter vt dictum eſt: ſed tamen ſecũdum illa nõ dicitur transfiguratus, quia aliæ dotes non pertinent ad aſpectum, ſecundum quem præcipue de figura alicuius iudicamus, ſicut claritas, per quam aliquid in ſeipſo videtur.

DISTINCTIO. XVII.

C

Si omnis Chriſti oratio uel uoluntas impleta ſit.

POſt prædicta cõſiderari oportet: vtrũ Chrs aliqd voluerit, vel orauerit qđ fa-

G ctũ nõ ſit. Hoc.n. extimari põt p hoc

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc intelligitur quando corpus glorioſum non vult ſe oſtendere.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd illa claritas dicitur ſibi fuiſſe naturalis, inquantum corpus illud ordinatum erat ad illam claritatem habendam, ſicut virtutes dicuntur animæ naturales, vel inquantum erat conformis claritati animæ vel ratione diuinitatis.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd in veſtibus erat ſplendor ex claritate corporis procedens.

EXPOSITIO TEXTVS.

SICVT *aliis hominibus.* Similitudo attenditur inquãtum aliis hoibꝰ neceſſitas moriendi ineſt natura, non inquantum eſt ex peccato. *Sunt enim quatuor ſtatus.* Contra. Boetius aſsignat tres. Dicendum ꝙ Boetius aſsignat ſtatus humanæ naturæ quantum ad conditiones corporis principaliter, quod quidem in primo ſtatu erat animale. in ſecundo corruptibile. in tertio ſpirituale. Magiſter autem aſſignat principaliter quatuor ſtatus quantum ad conditiones animæ, vt patet, *Immunitatem peccati.* Non quantum ad potentiam peccandi: ſed quantum ad actum. Boetius vero dicit, quòd de primo ſtatu accepit ea, quæ ad vitam animalem pertinent, ſcilicet, comedere dormire & huiuſmodi.

DIVISIO TEXTVS.

I POſtquam magiſter determinauit de his quæ Chriſtus cum natura humana aſſumpſit. Hic determinat de his, quæ per humanam naturam fecit: operis autẽ humani voluntas principium eſt, ſine quo opus nec meritorium, nec laudabile eſt: & ideo diuiditur hæc pars in duas partes. Primo determinat de voluntate Chriſti. Secundo de merito eius quod ex voluntate proceſſit. 28. diſt. ibi. *De merito quoque Chriſti.* Prima in 2. Primo determinat de voluntate Chriſti. Secundo remouet quædam dubia, que ex dictis oriri poſſent ibi. *Cæterum.* Prima in tres. Primo ponit dubitationem de efficacia voluntatis Chriſti & orationis, quæ eſt ſignum voluntatis. Secundo ſoluit diſtinguendo voluntatem Chri ibi. *Quocirca, ambigendum non eſt.* In tertia ſolutionem confirmat, oſtẽdens diuerſas voluntates eſſe in Chriſto ibi. *Ex affectu &c. Cæterum non parum.* hic remouet quædã, quæ poſſent eſſe ex dictis dubia. & Primo remouet dubium quod oritur ex dictis Ambroſii. Secundo dubium quod oritur ex dictis Hyl. ibi. *Illud etiam non ignorandum.*

QVAESTIO PRIMA.

Hic quæruntur quatuor.

Primo. De pluralitate voluntatum Chriſti.
Secũdo. De conformitate vel contrarietate earum adinuicem.
Tertio. De oratione quæ voluntatem exprimit.
Quarto. De dubitatione quã ponit Ambroſius in Chiſto, quantum ad aliquam voluntatum Chriſti.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Chriſto fuerit uoluntas alia quàm diuina.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd in Chriſto non ſit niſi vna voluntas, ſcilicet diuina. velle enim cum ſit agere perſonę eſt, ſed in Chriſto eſt tantum vna perſona, ſcilicet diuina, ergo & tantum vna voluntas, ſcilicet, diuina.

¶ Præt.

Lib. 3. de fi de cap. 18. ¶ 2 Præt. Voluntatis eſt ducere & non duci: ſed in Chriſto affectus humanus diuina volũtate ducebatur, quæ eo ſicut miniſtro vtebatur, vt dicit Dama. † ergo affectus humanus non debet dici voluntas in Chriſto.

¶ 3 Præt. Quanto aliquis homo eſt magis ſanctus, tanto ſua voluntas magis vnitur diuinę, quia qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt. 1. Cor. 6. ſed Chriſtus homo fuit ſanctiſſimus. ergo voluntas ſua humana fuit perfecte vna cũ voluntate diuina.

SED CONTRA. Chrs aſſumpſit naturã noſtrã, vt eã curaret, quia qđ inaſſumptibile eſt, incurabile eſt, vt dicit Dama. † ſed voluntas noſtra per quam pctm̃ intrauerat maxime curatione indigebat. ergo ipſam aſſumpſit. ergo eſt in Chriſto aliqua volũtas præter voluntatem diuinam. (Lib. 3. de fi de cap. 6.)

¶ Præt. Sicut ſe habet vnitas voluntatis ad vnitatem naturę, ita ſe habet pluralitas ad pluralitatẽ: ſed in tribus perſonis eſt vna voluntas, qa eſt vna natura. ergo & in Chriſto ſunt plures voluntates, quia ſunt plures naturæ, q̃uis ſit vna perſona. (De ciuit. li. 19. cap. 4.)

quod ipſe ait. Pater ſi poſſibile eſt transfer a me calicem iſtum. verumtamen non ſicut ego volo: ſed ſicut tu vis. Hic nanque voluntatem ſuã a patris voluntate diſcernere videtur. Quocirca, ambigendum non eſt diuerſas in Chriſto fuiſſę voluntates iuxta duas naturas, diuinam ſcilicet voluntatẽ & humanam. Et hu- B mana voluntas eſt affectus rationis uel affectꝰ ſenſualitatis. Et alius eſt affectus animæ ſecũdum rationem, alius ſecundum ſenſualitatem. uterque tamen dicitur humana uoluntas. Affectu autem rationis id uolebat quod uoluntate diuina, ſcilicet, pati & mori: ſed affectu ſenſualitatis non uolebat, immo refugiebat. Nec tamen in eo caro contra ſpiritum uel contra deum concupiſcebat. Quia ut ait Aug. † Non nullum eſt uitium, cum caro cõcupiſcit ad- C uerſus ſpiritum. Caro autem dicta eſt concupiſcere, quia hoc ſecundum ipſam agit anima, ſicut anima per aurem audit, & per oculum uidet. Caro.n. nihil niſi per animã concupiſcit. Sed concupiſcere dicitur cum anima, carnali concupiſcentia ſpiritui reluctatur habẽs carnalem delectionem de carne, & a carne aduerſus delectationem quam ſpiritus habet. Ipſius autem carnalis concupiſcentiæ cauſa non eſt in anima ſola, nec in carne ſola. Ex utroque enim fit, quia ſine utroque delectatio talis non ſentitur. Talis igitur rixa, taliſque concertatio in anima Chriſti nullatenus eſſe potuit. Quia carnalis concupiſcentia ibi eſſe nequit. Dei ẽt uoluntas erat & rõni placebat, ut id ſecũdum carnem uellet, quatenꝰ ueritas humanitatis in eo probaret. Nã qui hoĩs naturã

II 3. q. 58. 2. Vbi ſupra. VLTERIVS videtur quòd in Chriſto non ſit aliqua voluntas humana præter voluntate rationis, quia ſicut dicit Dam. † in 3. lib. voluntas naturam ſequitur: ſed in Chriſto ſunt tantum duæ naturæ. ergo & tantum duæ voluntates. ergo non eſt tertia præter voluntatem diuinam & rationis.

¶ 2 Præt. Sicut rõ eſt alia virtus apprehẽſiua a ſenſitiua apprehenſione, ita ſenſus interior a ſenſu exteriori: ſed nõ eſt alia volũtas conſequens apprehenſionẽ ſenſus exterioris ab ea, quę conſequit̃ apprehenſionẽ ſenſus interioris. ergo non oportet ponere aliã voluntatẽ, quæ conſequat̃ apprehẽſionẽ rationis & ſenſitiuę partis.

T. co. 42. ¶ 3 Præt. Philoſophus dicit in 3. de anima & Dama. † quòd volũtas ſolum in ratione eſt. in ſenſibili aũt deſiderium & animus D .i. iraſcibilis, & concupiſcibilis: ſed ſenſualitas eſt a rõne diſcreta, vt patet di. 24. 2. lib. ergo nõ eſt aliqua voluntas ſenſualitatis.

¶ 4 Præt. Senſualitas ſignatur per ſerpentem in qua eſt primus motus peccati: ſed in Chriſto nõ eſt aliquid ſerpentinum nec aliquod peccatum. ergo in ipſo non eſt voluntas ſenſualitatis.

¶ 2 Præt. Motus ſenſualitatis ſunt ſubiti: ſed in Chriſto nõ fuit aliquid ſubitum, quia totum ab ipſo fuit præuiſum. ergo in ipſo non fuit voluntas ſenſualitatis.

SED CONTRA. ſenſualitas eſt medium inter corpus & rationem: ſed poſitis extremis ponitur medium: cum igitur in Chriſto fuerit corpus humanum & anima rationalis, oportet quòd in ipſo fuerit ſenſualitas.

T. com. 30. & 31. ¶ Præt. Philoſophus dicit in 2. de anima. Sicut trigonum in tetragono, & tetragonum in pentagono, ſic nutritiuum in ſenſitiuo & ſenſitiuum in intellectiuo: ſed in Chriſto fuit anima intellectiua. ergo in Chriſto fuit ſenſitiua quantum ad omnes ſui par E tes. ergo & voluntas ſenſualitatis quæ eſt pars ſenſitiua.

III Dama. lib. 2. de fide, c. 22. cir. me. θέλησις Voluntas. βούλησις Conſilium. VLTERIVS videtur quòd in Chriſto ſint plures voluntates rationis, quia Dama. † in 2. lib. diſtinguit duas voluntates rationis ſcilicet Theleſim, ideſt volũtas naturalis, & Buleſim, ideſt voluntas rationalis: ſed nihil eorum quæ ad perfectionem humanæ naturæ pertinent Chriſto defuit. ergo in Chriſto fuit duplex rationis voluntas.

Cap. 2. ¶ 2 Præt. peccatum proprie eſt in voluntate. dicitur autem eſſe aliquando in ſuperiori rõe. aliquando aũt in inferiori. ergo vtrique rationi rñdet ſua voluntas, quas oportet in Chro ponere.

¶ 3 Præt. Philoſophus in 6. Ethi. ponit diuerſas potentias apprehenſiuas in parte intellectiua. ſ. ſcientificum, quod cognoſcit neceſſaria, & ratiocinatiuum ſiue opinatiuum, p quod comprehendimus cõtingẽtia operabilia a nobis: ſed apprehenſionem ſequit̃ ſuus appetitus. ergo in parte intellectiua ſunt plures volũtates.

¶ 4 Præt. Omnis virtus humana eſt in ratione ex qua habet hõ ꝙ ſit homo: ſed dicit̃ a magiſtris ꝙ eſt quædam iraſcibilis & concupiſcibilis humana. ergo oportet eas ponere in ratione: ſed hæc pertinent ad voluntatem. ergo in ratione ſunt plures volũtates.

¶ 5 Præt. In parte intellectiua eſt liberũ arbitriũ, quod eſt electiuum eorum quæ ſunt ad finem, & voluntas quæ eſt finis vt dr̃ in 3. Ethi. neutrũ aũt horum defuit Chriſto. ergo idẽ quod prius. Cap. 5.

¶ 6 Præt. Hugo de ſancto Victore, ponit in Chriſto præter voluntatem ſenſualitatis & ratiõis, & diuinam voluntatem pietatis, pietas aũt in ratione eſt ergo vr̃ ꝙ ſint plures voluntates in rõne. (Sup Gene. ad literam cap. 12. lib. 10.)

SED CONTRA. Eſt qđ Philoſophus in 3. de aĩa. volũtatẽ rõnis non diſtinguit ſicut diſtĩguit appetitũ partis ſenſitiuę. (T. com. 42.)

¶ Præt. Homo dicitur minor mundus, quia aſſimilat̃ vniuerſo: ſed in vniuerſo eſt tm̃ vnꝰ primꝰ motor. ergo & in homine: ſed primꝰ motor ẽ volũtas rõnis, q̃ mouet oẽs alias vires ſm Anſel. ergo oportet ponere vnã tm̃ voluntatẽ rationis in Chriſto, & in oĩbus aliis hoĩbus. (In lib. de ſimilitud. ca. 2. 3. & 5.)

RESPONDEO. Dicendũ ad primã quæſtionẽ ꝙ volũtas conſequitur naturam humanam. qđ quidem Dam. † in 3. lib. probat quinq; rationibus. Primo quia quælibet natura habet motũ proprium. motus autem rationalis naturæ proprius eſt vt libere in aliquid tẽdat, quod voluntatis eſt. Secundo, quia nullus addiſcit velle, ſicut nec alia naturalia. Tertio, quia natura in hoĩe non ducit ſicut in aliis: ſed ducit̃. vñ oportet hoĩ libertatem ineſſe in ſuo motu. & hoc eſt voluntatis. Quarto, quia hõ ſm ſuam naturã ad imaginem dei factus eſt, cõſiſtit aũt imago in memoria, intelligẽtia & voluntate. Quinto, qa inuenit̃ in oĩbus hñtibus naturã. vñ Chrs cũ naturã nr̃am integram aſſumpſerit, aliàs non eſſet verꝰ hõ, cõſtat ꝙ voluntatẽ aſſumpſit: & ita in Chro eſt voluntas humana & diuina, non quidem componentes vnã voluntatẽ, ſicut Eutices dixit, quia tunc neutra eſſet in eo: ſed vtraque diſtincta manens in ipſo. & ſic in Chriſto ſunt duæ voluntates. (Lib. 3. de fi de cap. 18.)

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ q̃uis velle ſit perſonæ, tamẽ hoc eſt per potẽtiam naturalem, quę eſt principium illius actus: & ideo quia in Chriſto ſunt duæ naturæ, ſunt duæ voluntates, tamen eſt vnus volens propter vnitatem perſonæ.

¶ Ad ſcđm dicendũ, ꝙ volũtas dĩna nõ ducit affectũ humanũ cogendo ipſum: ſed dirigẽdo, & hoc nõ excludit rõnem volũtatis.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ voluntas dr̃ tribus modis. Aliqñ ipſa potentia uolendi: aliquando ipſe actus volendi, aliquando autem ipſum volitum: & quantum ad hoc vnitur voluntas ſancti hominis voluntati dei, non autem quantum ad duo prima.

AD SECVNDAM quæſtionẽ dicendũ, ꝙ in Chro fuerunt oĩa q̃ ſunt de perfectione humanæ naturæ, ſicut aũt de pfectione humanæ naturæ inquantum homo eſt homo, eſt rationis voluntas, ita de perfectione hominis inquantum animal eſt appetitus ſenſibilis: & ideo oportet appetitum ſenſitiuę partis in Chriſto ponere: ſed iſte appetitus in aliis animalibus non habet rationem volũtatis, quia aguntur inſtinctu naturæ potius quàm agant, vt dicit Dama. † & ita nõ habent liberum motum, quem voluntas requirit, tamen appetitus ſenſibilis põt in hoĩe dici voluntas, inquantum eſt obediens rationi, vt dicitur in 1. Ethi. & ideo participat aliqualiter libertatẽ voluntatis, ſicut & rectitudinem rationis, vt poſſit dici volũtas participatiue, ſicut dicitur ratio per participationem. Et ita in Chriſto quantum ad humanam naturam dicimus duas voluntates ſcilicet, ſenſualitatis & rationis. (Vbi ſupra. cap 9.)

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ in Chro ſunt duæ naturæ integrę, quarũ vna nõ eſt pars alterius, ex quibꝰ immediate perſona cõponit̃: ſed tñ altera naturarũ. ſ. humana diuidit̃ in multas partiales naturas, ſicut in naturã corporis & aĩę, in ſenſitiuã & rõnalẽ, & ſm hoc etiam voluntas humana diuidit̃ in duas volũtates. (D. 23 1.)

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut appetitus rationis non ſequitur quamlibet apprehenſionem rationis: ſed quando aliquid apprehenditur vt bonum, ita & appetitus ſenſibilis non ſur-

git nisi quando apprehenditur, vt conueniens: hoc autem non fit per exteriorem sensum, qui apprehendit formas sensibiles: sed per æstimationem quæ apprehendit d rationem conuenientis, & nociui, quas sensus exterior nõ apprehendit: & ideo in parte sensitiua non est nisi vnus appetitus secundum genus: qui tamen diuiditur sicut in species, in irascibilem & concupiscibilẽ, quarum vtraque sub sensualitate cõputatur. (D.226.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas per essentiã, est in ratione per essentiam. & voluntas participatiue, est in ratione per participationẽ.

(Ioan. 21.)

¶ Ad quartũ dicendum, quòd sensualitas dicitur serpens, & principium peccati, non quantum ad naturam potentiæ, quã Christus assumpsit: sed quantum ad corruptionem fomitis, quæ in Christo non fuit. (Super Ioã. Tract. 123.)

¶ Ad quintũ dicendum, quòd in Christo aliqd accidit nõ præuisum a sensu interiori, vel exteriori, quãuis præuisum ab eo per rationem, vel per scientiã diuinã: & ideo in ipso mot° sensualitatis fuit quidem subitus respectu sensus: sed non respectu rationis, vel diuinitatis. (Matth. 26.)

suscepit, quæ ipsius sunt, subire debuit. Ideoq; sicut in nobis duplex est affectus, mentis, scilicet & sensualitatis, ita & in eo debuit esse geminus affectus, ut mentis affectu uellet mori, & sensualitatis affectu nollet: sicut in uiris sanctis fit. Petro enim ipsa ueritas dicit. Cum senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet te quò tu non uis, scilicet ad mortem, quod exponens † August. dicit, quòd Petrus ad illam molestiam nolens est ductus, nolens ad eam uenit: sed uolens eam uicit, & reliquit affectum infirmitatis quo nemo uult mori, quia adeo est naturalis, ut eũ Petro nec senectus abstulerit. unde etiam dominus ait. Transeat a me calix iste. sed uicit eum uis amoris. ergo & in Christo secundum humanitatem, & in membris eius geminus est affectus. unus rationis charitate informatus, quo G propter deum quis mori uult, alter sensualitatis carnis infirmitati propinquus: & ideo coniunctus, quo mors refugitur: ut enim ait August. † Paulus mentis ratione cupit dissolui, & esse cum Christo: sensu autem carnis refugit, & recusat. hoc habet humanus affectus, quoniam diligit uitam, odit mortem. Secundum affectum istũ Christus noluit mori, nec obtinuit quod secundum istum affectum petiit. (Ep. 1. 6.)

b Authoritatibus probat diuersas in Christo uoluntates.

EX affectu igitur humano quem de uirgine traxit, uolebat non mori, & calicem transire orabat. H unde Beda. Orat transire calicem, quia homo est deus. Pater si fieri potest, trãsfer a me calicem istum.

Ad tertiam quæstionem dicendum, q distinctio potentiarum attenditur secundum diuersas rationes: obiectum autem voluntatis est bonum ſm rationem boni. vnde cum illa ratio sit communis omnibus, non potest esse, q appetitus rationis ſm diuersas potẽtias distinguatur: & ideo in Christo, & in aliis hominibus est tantũ vna potentia voluntatis: possunt autẽ esse diuersi respectus illius voluntatis, ſm quos inuenitur aliquando distingui voluntas rationis. Magister autem attendens ad naturam potentiæ, voluntatem rationis in Christo non distinguit.

Ad primum ergo dicendum, q Telesis secundum Dama. est voluntas naturalis, quæ. s. in modum naturæ mouetur in aliquid, secundum bonitatem absolutam in Christo consideratam. Bulisis autẽ est appetitus rationalis, qui mouetur in aliquod bonũ ex ordine alterius. & hęc duo a magistro aliis nominibus dicuntur voluntas vt natura, & voluntas vt ratio, secundum quæ tamen non diuersificatur potentia voluntatis, quia diuersitas ista est ex eo q mouemur in aliquid sine collatione, vel cum collatione. Conferre autẽ non est per se voluntatis, sed rationis. vnde ista diuisio voluntatis non est per essentialia, sed per accidentalia, & propter hoc non sunt diuersæ potentiæ, sed vna differẽs secundum respectum ipsius ad apprehensionem præcedentẽ, quæ potest esse cum collatione, vel sine collatione: tamen vtraq; istarum in Christo fuit, scilicet voluntas vt naturalis, quæ est Thelesis: & voluntas vt ratio, quæ est Bulisis.

¶ Ad secundum dicendum, q peccatum dicitur esse in ratione, non quia in ipsa completur, sed in voluntate consequente rationem: ratio autem superior & inferior, non sunt diuersæ potẽtiæ, quia non distinguuntur secundum rationem obiecti, vt in 2. di. 24. dictum est: sed illa distinctio est rationis secundum ordinem ad habitus diuersos, secundum quòd ex diuersis mediis ad idem procedit. s. rationibus temporalibus & æternis. Medium aũt ex quo procedit ad aliquid, pertinet ad rationẽ, nõ ad voluntatem: vnde quãuis in ratione faciat aliquam diuersitatẽ, vel distinctionem saltem per officia in voluntate, nullam distinctionẽ causat. (q.2.ar.2.)

¶ Ad tertium dicendum, q obiectum intellectus est d verum, cuius differentiæ sunt necessariũ & contingens: non aũt sunt differentiæ boni inquantũ hmõi, qđ est obiectũ appetitus: & iõ necessariũ & cõtingẽs magis pñt diuersificare d intellectũ q̃ volũtatẽ. (D.752.) (D.1115.)

¶ Ad quartum dicendum, q obiectum appetitus sensibilis non est bonum simpliciter, sed est bonum particulare: & quia aliam rationem particularis boni habet delectabile & arduum: ideo pœnes has duas rationes boni diuiditur appetitus sensibilis, & non rationalis, qui habet pro obiecto bonum simpliciter. vnde F irascibilis, & concupiscibilis non sunt humanæ per essentiam; sed per participationem.

¶ Ad quintum dicendum, q voluntas quæ est finis & liberũ arbitrium, non sunt diuersæ potentiæ: sicut in 2. lib. dictum est: sed differunt sicut bulisis & thelesis, quia ad liberũ arbitriũ pertinet eligere aliquid in ordine ad finẽ: volũtas aũt est de fine absolute. Ex his quæ dicta sunt potest videri quomndo volũtas in Christo distinguatur. voluntas enim aliqua vel attribuitur sibi ratione personæ suæ, vel ratione membrorũ, quorũ personã in se trãsfert, Si aũt rõne personæ suæ, aut ſm diuinam naturam, aut ſm humanam, si ſm humanam, aut sensualitatis, aut rationis: si rationis, aut secundum absolutam, aut secundum collatiuam. (d.24.q. ar.3.c.)

¶ Ad sextum dicendum, quòd voluntas pietatis est voluntas vt natura, inquantum refugit ea quæ sunt nociua sibi vel aliis, non considerato ordine rerum ad finem. (Glo. Mt. 14.)

ARTICVLVS II.

Vtrum uoluntas humana in Christo diuinæ uoluntati semper conformis fuerit in uolito.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas humana in Christo semper diuinæ voluntati conformabatur in volito, quanto enim est maior conformitas voluntatis humanæ ad diuinam, tanto est maior rectitudo voluntatis, quæ in hoc consistit: sicut patet p glo. super illud Psal. 32. Rectos decet collaudatio: sed Christus habuit rectissimam voluntatem. ergo conformabatur diuinę voluntati etiam quantum ad volita. (3.q.18.)

¶ 2 Præt. Voluntas beatorum conformatur deo quantum ad volita, quia omnia habent quæ volunt: sed Christus fuit verus comprehensor. ergo quantum ad volitum diuinæ voluntati eius voluntas conformis erat.

¶ 3 Præt. Ex hoc licet nobis aliud velle, quàm deus vult, quia nescimus quid deus velit in aliquibus: sed Christus sciebat in omnibus quid deus vellet. ergo quantum ad omnia volita, voluntatem humanam diuinæ conformabat.

Sed contra. Christus fleuit de destructione Hierusalẽ, ergo volebat eam non destrui: sed deus volebat eam destrui. ergo voluit aliquid quod deus non voluit.

¶ Præt. Ipse dixit, Non mea voluntas: sed tua fiat. ergo volebat secundum voluntatem humanam aliquid, quod non volebat secundum diuinam.

II Vlterius. Videtur quòd voluntas sensualitatis sit cõtraria voluntati rationis in Christo: sicut enim dicit Augu. in de Tri. | Voluntatum cõtrarietas est ex contrarietate volitorum, nõ ex contrarietate naturarum, vt Manichæi dicunt: sed volita sensualitatis & rationis in Christo fuerunt contraria, quia sensualitas refutabat mortem, quã ratio eligebat. ergo contrariabatur voluntas sensualitatis, voluntati rationis in Christo. (3.q.18.)

¶ 2 Præt. Sicut dicit Dama. † In Christo vnicuique potentiæ permittebatur agere, quod erat sibi proprium & naturale: sed naturale est appetitui sensualitatis, vt appetat hoc, quod est delectabile secundum sensum, ergo hoc appetebat in Christo. sed ex hoc est pugna sensualitatis contra rationem in nobis, q sensualitas appetit delectabilia secundum sensum. ergo in Christo huiusmodi pugna fuit. (Lib. 3. de ca.)

¶ 3 Præterea. Quicunque affligitur in hoc, in quo alius delectatur, habet contrariam voluntatem illi: sed voluntas rationis Christi delectabatur in ieiunio, sicut in opere virtutis in quo sensualitas affligebatur, quia esuriit, vt dicitur Matth. 4. ergo sensualitas rationi contrariabatur in Christo.

Sed

Sed contra. In rebellione sensualitatis ad rationem consistit primus motus, qui est peccatum veniale: sed in Christo nõ fuit aliquod peccatum. ergo non fuit in Christo contrarietas sensualitatis ad rationem.

¶ Præt. Aug. super Gen. dicit. *Omne animal fuit in arca* Noæ, quia omnes motus fuerunt pacati in Christo: sed hoc nõ contingit in illis, in quibus est pugna sensualitatis cõtra rationem. ergo in Christo talis pugna non fuit.

III Vlterius. Videtur quòd volũtas rationis erat sibi cõtraria. Mediũ enim communicat cum vtroque extremorũ: sed volũtas rationis media erat in Christo inter volũtatem diuinam, & sensualitatem. ergo conformabatur vtriq;: sed sensualitas volebat contrariũ eius quod deus volebat. ergo volũtas rationis volebat contraria.

¶ 2 Præt. Voluntas vt natura, vult illud quod est ad conseruationem naturæ: sed voluntas vt ratio in Christo uolebat mortem, & alia huiusmodi quæ ad corruptionem naturæ pertinent. ergo in voluntate rationis erat contrarietas in Christo.

Ecce habes voluntatem humanam expressam. Vide iam rectum cor: Sed non vt ego volo, sed quod tu vis. vnde alibi. Non ueni facere uoluntatem meam, quam scilicet tẽporaliter sumpsi de virgine: sed voluntatem eius qui misit me, quã scilicet æternus habui cum patre. B Hic apte dicit duas in Christo fuisse uoluntates, secundum quas diuersa uoluit. Hieronymus quoq; super illum locum. Spiritus autem promptus est, caro autem infirma: dans intelligi hic duas uoluntates exprimi, ita ait. Hoc contra Euthicianos, qui dicunt in Christo unã tantum uoluntatem. Hic autem ostẽdit humanam, quæ propter infirmitatem carnis recusat passionẽ, & diuinam. quæ prompta est perficere dispensationem. Aug. etiam duas in Christo asserit uoluntates, dicens. Quantum distat deus ab homine, tãtum uoluntas dei a uoluntate hominis. Vnde hominem gerens Christus, ostendit priuatam quandam hominis uoluntatem, in qua & suam & nostram figurauit, qui caput nostrum est, & ad eum sicut membra pertinemus. Pater, inquit, si fieri potest, transfer a me calicem istum. Hæc humana uolũtas erat proprium aliquid, & tanquàm priuatum uolens. Sed quia rectum uult esse hominem, & ad deum dirigi, subdit. Nõ quod ego uolo, sed quod tu uis. Ac si diceret, Vide te in me, quia potes aliquid proprium uelle, ut deus aliud uelit. Conceditur hoc humanæ fragilitati. Idem alibi. Christus etiã in passione sua duas expressit in se uoluntates, secundũ duas naturas. Ait enim, Pater si fieri potest, transfer a me calicem C istum. Ecce habes hominis uoluntatem, quam ad diuinam continuo dirigens ait, Veruntamẽ non (ps. 32. ser. 1. ps. 93. post med.)

Sed contra. Contraria non possunt esse in eodem simul: sed voluntas rationis est tantum vna potentia, vt dictum est. ergo non potest esse in ea aliqua contrarietas. (In art. præced. in cor. 3. quæst.)

¶ 2 Præt. Voluntas sequitur apprehensionem rationis: sed in ratione Christi non fuit aliqua contrarietas, sed fuit determinata ad vnum. ergo nec in voluntate.

¶ 3 Præt. Sicut dicit Aug. in libro Confes. Contrarietas uolũtatis causatur ex imperfectione voluntatis, quia voluntas non est perfecta neque istius, neque illius: sed in Christo non fuit voluntas imperfecta. ergo voluntas rationis nõ cõtrariabatur sibi.

Respondeo. Dicendum ad primam quæstionem, quòd cũ voluntas sequitur rationem, processus voluntatis proportionatur processui rationis. Ratio autem habet aliquod principium per se notum, ad quod resoluendo, reducit illud cuius cognitionem quærit. Et quando ad illud reducere poterit, habet certitudinem de re, & sententiat quod ita est: sed antequam ad illud principium reducere possit, mouetur aliquibus verisimilitudinibus: & siquidem rationibus illis detineatur tanquam certis, decipitur & errat. Si autem illis non detineatur, tunc habet opinionem vnius partis cum formidine alterius. Finis autem, vt dicit Philosophus in. 7. Ethi. se habet in voluntariis, sicut principium in speculatiuis. *vnde quando voluntas reducit* aliquod cõsiliabile in finem, in quo totaliter quiescit, sententialiter acceptat illud. Si autem reducat in finem, in quo non totaliter quiescit, trepidat inter vtrunque. Sed si consideretur hoc quod est ad finem, sine ordine ad finem, mouetur voluntas in ipsum secundũ bonitatem, vel malitiam, quã in eo absolute inueniet. Sed quia voluntas non sistit in motu, quem habet circa huiusmodi, cum non feratur in ipsum sicut in finem: ideo non sententiat finaliter secundum prædictum motum suum de illo, quousque finem in quem illud ordinat, non consideret. vnde voluntas non simpliciter vult illud: sed vellet, si nil inueniretur repugnans. Voluntas autem vt natura, mouetur in aliquid, vt dictum est, absolute. vnde si per rationem non ordinetur in aliquid aliud, acceptabit illud absolute, & erit illius tanquam finis. Si autem ordinet in finem, non acceptabit aliquid absolute, quousque perueniat ad considerationem finis, quod facit voluntas vt ratio. Patet igitur quòd voluntas vt natura, imperfectevult aliquid & sub conditione, nisi feratur in ipsum sicut in finem: sed eorum quæ ordinantur ad finem, habet voluntas vt ratio, vltimum iudicium & perfectum. His visis potest patere, qualiter voluntas rationis diuinæ voluntati in Christo conformatur in volito, quia voluntas vt natura, nunquam in Christo mouebatur in aliquid sicut A in finem, nisi quod deus vult. & cum voluntas vt ratio, nunquã moueatur in aliquid, nisi ex ratione finis, patet quòd etiam volũtas vt ratio, conformabatur diuinæ uoluntati in volito: sed voluntas vt natura, mota in aliquid non sicut in finem, quod quidem non eodem modo se habet in bonitate & malitia secundum se consideratum, & in ordine ad finem, non conformabatur diuinæ voluntati in volito: quia si Christus volebat non pati, deus autem volebat eum mori: mors autem secundum se mala erat, sed relata ad finem bona. hoc autẽ vt dictum est, non est perfecte velle aliquid, sed sub conditione: vnde a magistris, velleitas appellaẽ. Patet igitur, quòd secundum voluntatem rationis conformabatur diuinæ voluntati in volito, quãtum ad omne quod perfecte & absolute volebat, nõ autem quantum ad id quod volebat imperfecte. Similiter etiam nec voluntas sensualitatis conformabatur diuinæ voluntati in volito in his, quæ erant nociua naturæ, quia sensualitatis non est ordinare ad finem, ex quo illa habebant quòd essent bona & deo accepta: tamen sensualitatis voluntas & rationis conformabatur diuinæ voluntati in actu volendi, quàmuis non in uolito: quia quàmuis deus non vellet hoc quod sensualitas, uel uoluntas ut natura, uolebat in Christo, uolebat tamen illum actum utriusque, inquantum secundum † Damas. permittebat unicuique partium animæ pati, & agere quod sibi erat naturale & proprium, quantum expediebat ad finem redemptionis, & ostensionem ueritatis naturæ. (cap. 12.) (ar. præced. quæst. 3. 1. & d. 15. q. 2. ar. 3. q. 2.) (paulo superius) (Li. & c. ut supra.)

Ad primum ergo dicendum, quòd conformitas, quæ est in D uolitione, non facit rectitudinem d uolũtatis: quia aliquis potest peccando uelle illud uolitum, quod uult deus, & meretur in hoc quod illud uult, ut in fine primi li. dictum est. Sed rectitudo uoluntatis causatur ex conformitate in modo uolendi, ut scilicet uelit ex charitate sicut deus: & iterum in causa finali, ut propter idem uelit: & iterum in causa efficiente, ut scilicet deus uelit ipsum uelle, ut dictum est. (D. 422. 492.)

¶ Ad secundum dicendum, quòd in beatis qui sunt solum comprehensores, qñ erunt dotati impassibilitate, nihil eis quantũ ad sensitiuam partem læsiuum occurret: & ideo non erit aliquid, in quo eorum sensualitas a diuina uoluntate discordet. secus autem fuit in Christo, qui simul beatus & passibilis fuit. & similiter nec uoluntas ut natura, quantum ad ea, quæ ad ipsos pertinent, quia ab omni malo liberati erunt: sed mala damnatorum uellent imperfecte modo prædicto, scilicet uoluntate conditionata, non esse, in quo etiam, quàmuis non conformentur quantum ad uolitum diuinæ uoluntati conse- E quenti, conformantur tamen diuinæ uoluntati antecedenti, quæ uult omnes homines saluos fieri: & quantum ad hoc est similitudo inter uoluntatem hominis Christi, & uoluntatem beatorum. (1. d. 48. q. 1. art. 2.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis Christus sciret quid deus uellet in quolibet, non tamen qualibet sua ui apprehendebat diuinam uoluntatem, nec rationem quare deus id uellet secundum ordinem ad finem aliquem: & ideo non oportebat quòd quælibet uis eius conformaretur diuinæ uoluntati in uolito.

Ad secvndvm quæstionem dicendum, quòd pugna, siue contrarietas sensualitatis ad rationem, causatur in nobis ex tribus. Primo ex diuersitate uolitorum. Secundo, quia sensualitas in suum uolitum effrænate & sine regimine rationis fertur. Tertiò ex hoc, quòd sensualitas effrænate tendens in suum uolitum, retardat motum rationis, & impedit uel in toto, uel in parte: & hæc duo ultima in Christo non fuerunt, quia

nunquam motus sensualitatis in aliquid ferebatur nisi præordinaretur a ratione, & sic quàmuis voluntas rationis non vellet illud volitum in quod sensualitas tendebat: volebat tamen quòd
In hoc art. com. quæst. princ. sensualitas in id tenderet: sicut dictum est de voluntate diuina & humana. Similiter nec motus sensualitatis impediebat mortum
De fid. c. 3. rõnis, quia non erat violenta refusio in Christo de potentia in potentiam.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod contraria nata sunt fieri circa idem. vnde quãuis motus sensualitatis, & rationis in cõtraria tendant: non tamen sunt contrarii, nisi quatenus ex sensualitate, redũdat in rationem aliquod impedimentũ, vel quãtum ad actũ quo regit alias potẽtias: & hoc est quando effrenate sensualitas in suum obiectũ fertur, vel quantum ad proprium actum rõnis, & hoc est quãdo sensualitas extinguit, vel retardat motũ rationis: quæ duo in Christo non fuerunt, sicut in nobis sunt: & ideo nulla fuit i Christo pugna vel contrarietas sensualitatis ad rationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd naturale est sensualitati humanæ, quòd ferat̃ in delectabile sẽsus secundum regimen rationis: sed q̃ immoderate feratur, hoc facit corruptio fomitis, & hinc est peccatum veniale in sensualitate.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa ratio probat diuersitatem volitorum tantum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd secundum voluntatem rationis, Christus diuersa volebat: non tamen vno modo: sed alterum absolute: alterum autẽ sub conditione & imperfecte: & ideo non erat contrarietas in voluntate, quia cõtrarietas in habitu, vel in actu est, ex contraria ratione obiecti. Ratio autem secundum quam vnum contrariorum volebat voluntas vt ratio, & alterum volebat vt natura, non habet contrarietatem. Quod enim aliquid ex ordine ad finem bonitatem habeat, quod sine illo ordine in se malum esset non habet aliquam repugnantiam secundum quæ vt dictum est, in diuersa ferantur voluntas vt ratio, & voluntas vt natura. Vnde patet respõsio ad duas primas rationes, quæ concludunt diuersitatem volitorum. Et similiter ad tertiam quæ est ad oppositum, quæ concludit de contrarietate voluntatis,

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut in Christo erat ratio determinata ad vnum, quãtum ad vltimum iudicium, ita & volũtas erat determinata tantum ad vnum, quantũ ad vltimum consensum & absolutum: tamen in ratione erat apprehensio diuersarũ & contrariarum rationum circa eandem rem, diuersimode consideratam, & sic etiam erat de motu voluntatis.

¶ Ad quintũ dicendũ, q̃ Aug. loquitur qñ volũtas tendit in duo quãtũ ad vltimũ & absolutũ consensum, qđ in Christo nõ fuit,

ARTICVLVS III.

Vtrum Christo fuerit conueniens orare.

3.q.21.1. Lib.3. de fi

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ orare non fuerit cõpetẽs in Christo, quia sicut dicit Dam.† Oratio est ascensus intellectus in deum: sed ascendere in deum cum sit distantis a deo, non competit intellectui Christi qui semper deo coniunctus erat. ergo Christo non competit orare. de ex. in pri.

¶ 2 Præt. Nullus petit aliquid a seipso: sed sicut Dama.† dicit, oratio est petitio decentium a deo. cum ergo Christus sit deus, & nõ alius deus præter eum, orare non pertinet ad ipsum. Lib. & vt supra

¶ 3 Præt. Oratio est expressio volũtatis, qa est de eo qđ quis absolute vult, aliàs est fictio: sed Christus quicquid absolute volebat, hoc sciebat deum velle. ergo non oportebat quòd de hoc ipso rogaret.

SED CONTRA. eius qui non potest omnia de se, est orare, sed Christus secũdũ quod homo omnia non poterat, vt supra di. 14. dictum est. ergo eius ẽm q̃ homo est orare. q.1.an.

¶ Præt. Officiũ pontificis est preces addeũ fidere: sed Christus est pontifex, vt dicitur Hebr. 2. ergo eius est orare. Lib. 10. de Trin. post princi.

VLTERIVS. Videtur q̃ non sit eius orare pro se: sed tm̃ pro aliis: officium. n. sacerdotis est eodem mõ orare, & hostias offerre: sed Christus obtulit hostiam non pro se: sed p aliis, vt dicitur Heb. 7. Ergo nec pro se orauit. Vbi sup. II 3.q.21.

¶ 2 Præt. In quolibet genere mouẽtiũ est deuenire ad primum mouens, quod non mouetur ẽm illũ motũ: sicut alterãtia reducũtur ad primum alterans non alteratum: sed Christus est primus inter orantes. ergo ipse est orans, & pro eo non oratur, Psal. 1. Loco supra citato.

¶ 3 Præt. Nullus sapiẽs orat cõtrariũ eius qđ vult: sed in Christo nihil accidebat nisi qđ ipse volebat. ergo ipse non pro se orauit.

SED CONTRA. Oratio sit non tantum contra infirmitatẽ culpæ, sed etiam contra infirmitatem pœnæ: sed Christus circundatus erat infirmitate pœnæ, quàmuis non infirmitate culpæ. ergo pro se orare poterat.

¶ Præt. Per orationẽ aliquis sibi meretur: sed Christus sibi meruit claritatem corporis, ergo Christus pro se orare potuit. III 3.q.21.

VLTERIVS. Videtur q̃ oratio qua pro se orauit fuit actus sensualitatis, eius. n. est orare, cuius est velle: sed nõ mori in Christo absolute non volebat nisi sensualitas. ergo oratio qua mortẽ petebat a se excludi, erat actus sensualitatis. lib. & cap. vt supra.

¶ 2 Præt. Magister dicit in litera q̃ ex defectu humano quẽ ex virgine cõtraxit, calicem transire orabat: sed affectũ rationis nõ traxit ex virgine, quia anima rationalis fit per creationem, & nõ ex traduce. ergo hoc orauit per affectum sensualitatis.

¶ 3 Præt. Catuli Leonum quærunt a deo escam sibi, & pulli coruorum inuocant eum, vt dicitur in Psalmo: sed in eis non est nisi affectus sensualitatis. ergo & Christus orare potuit per sensualitatem tantum. Psal. 1 & 146

SED CONTRA. Eius est orare, cuius est deum cognoscere. hoc autem est tantum rationis. ergo rationis est tantum orare in Christo.

¶ Præt. Oratio ad vitam contemplatiuam pertinet: sed vita contemplatiua non habet aliquam communitatem cum sensualitate. ergo oratio in Christo non fuit actus sensualitatis. In fin. huius Illarii. 3.q.11.

VLTERIVS Videtur quòd non omnis Christi oratio fuit exaudita, per id quod dicitur in Psal. 21. Clamabo per diẽ & nõ exaudies, quod glo. exponit de Christo.

¶ 2 Præt. Oranit vt discipuli seruarentur a malo. vt patet Io. 17. Et omnes qui crediturí erãt per verbum eorum in ipsum. hoc autem non fuit implerum: nec quantum ad ipsos Apostolos, nec quantum ad alios credentes: nec de malo culpæ, nec de malo pœnæ. ergo non omnis Christi oratio fuit exaudita.

¶ 3 Præt. Vt dicit Luc. 23. orauit pro crucifixoribus vt pecca tum eis non imputaretur: sed vt parceretur: sed nõ oĩbus remissum fuit illud peccatum: quia non omnes conuersi sunt ad fidem sine qua nõ est peccatorum remissio. ergo sua oratio non fuit exaudita.

¶ 4 Præt. Orauit vt calix ab eo transferretur. vt patet Matthæi 26. Hoc autem non fuit factum. ergo &c

SED CONTRA. Heb. 5. Exauditus est pro sua reuerentia.

¶ Præt. Oratio sua non fuit minus efficax quàm aliorũ sanctorum: sed aliis sanctis ipse dicit Petite, & accipietis. Io. 16. ergo & ipse quod petiit accepit.

¶ Præt. Io. 11. Ego autem sciebam: quia semper me audis.

RESPONDEO. ad primam quæstionem dicẽdum, quòd Christo secundum q̃ deus non competit orare, nec obedire, nec aliquid quod minoratio nem sonat, aut quod ad diuersitatem volũtatis pertinet: sed secundum quòd homo competit sibi orare propter tria: vt dicit Dam.† Primo p̃p veritatem humanæ naturę insinuandam, secũdum quam minor est patre, & obediens ei, & orans ipsum. Secundo ad exemplum orandi nobis præbendum, quia omnis eius actio, nostra est instructio, cum sit nobis data vt quasi exemplum virtutis. Tertio ad ostendendum quòd a deo veneratur, & sibi contrarius non erat, dum eum orando principium recognoscebat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ascendere est proprie tendere in aliquid quod supra ipsum erat: intellectus autem Christi non tendit in aliquid quod supra ipsum esset quantum ad contemplationem, quia quicquid de deo vnquam contemplatus est, hoc contemplatus est a primo instanti conceptionis: & secundum hoc dicit Dama.† quòd intellectus Christi, ascensione quæ est in deum non indigebat: sed tamen potentia diuina quam orãdo improrabat supra ipsum erat, & sic ascendens in deum orabat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in aliis hominibus est vna intellectualis voluntas cuius est orare: quæ habet etiam imperium super alias vires in ipso existentes: & ideo eius non est orare: sed imperare respectu eorum quę per ipsum fieri possunt: sed non omnia quæ erant in Christo erant subiecta rationi, & voluntati rationis: sed aliquid supra ipsam scilicet, deitas. vnde sicut in aliis hominibus ratio, & voluntas imperant aliis viribus: ita ĩ Christo orabat deitatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquid orauit Christus, quod absolute fieri rationis voluntate volebat, quàmuis non omnia, vt dicetur. & quàmuis sciret hoc esse in dei voluntate, nihilominus orabat, quia sciebat deum velle hoc impleri per suam orationem, sicut etiam deꝰ vult aliquem saluare orationibus alicuius sancti. vnde non est superfluum quòd ille sanctus pro eo orat.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ oĩo semper est ad supplendum aliquem defectum. Christus autem non patiebatur aliquem defectum quãtum ad bona spiritualia, quia beatus erat: patiebatur autem defectum inquantum passibilis erat in anima, & in corpore. vnde omnis oratio Christi quæ erat pro bonis spiritualibus, non erat p se, sed pro aliis: sicut illud vt sint vnum in nobis sicut & nos vnum sumus. Ioã. 17. Sed oratio quæ erat pro his quæ pertinẽt ad corpus, etiam erat ipsi pro seipso, sicut patet p illud Psa. Re Psal. 140. suscita me &c. Quę quidem oratio, & si fit pro se, idest, vt ipse resuscitaretur, tamen est pro aliis inquantum ad aliorum salutem tendit, Quia resurrexit propter iustificationem nostram. Rom. 4. & instructionem, quia eius exemplo ab ipso deo petere debemus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ oratio effundit̃ pro quolibet defectu amouendo: sed hostia præcipue contra peccatum offertur, vt per eam deꝰ placatus, aliquid cõcedat: Christus autem quàmuis aliquẽ defectũ pœnæ habuerit, nõ tamen habuit defectum culpæ: & ideo pro se orauit, nõ autem pro se hostiam obtulit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd orans pro quo non oratur est ipse Christus secũdum quòd beatus, non autem secũdum ea quæ ad statum viatoris pertinent. Supra in corp. istius quæst.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in Christo non erat aliquid, quod voluntate rationis absolute & simpliciter non vellet tunc esse in se, erat tamen in ipso passibilitas quam volebat, peracto redemptionis opere p̃ gloriam resurrectionis a se remouere, & erat in eo aliquid scilicet, passio imminens, quam volebat etiam tunc non in esse voluntate sensualitatis & rationis vt natura.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd actus sensualitatis dicitur dupliciter. Vno modo sensualitatis sicut principii elicientis actum, & sic oratio non potest esse actus sensualitatis in Christo, vt probabant rationes secundo inductæ. Alio modo dicitur sensualitatis vt obiecti: idest de eo quod sensualitas volebat, & sic erat aliqua eius oratio sensualitatis, quia ratio orans, erat quasi aduocatus sensualitatis, proponens deo appetitum sensualitatis. hoc autem non faciebat quasi ratio vellet hoc quod pro sensualitate petebat: sed vt doceret omnem hominis voluntatẽ deo subdendam esse, & in omnibus necessitatibus ad eum recurrendum. vnde subdit. Non mea voluntas, sed tua fiat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando aliquis orat pro per suam vtilitatem, ratio non petit nisi hoc quod vult: & ideo tunc cuius est orare eius est velle: sed Chꝛs hoc non petebat p̃ suam vtilitatem, vt scilicet, ipse effectũ huius petitionis consequeretur: sed propter vtilitatẽ aliorum vt dictũ est: & ideo ratio non petebat hoc, secũdum quòd ipsa volebat: sed secundum quòd sensualitas appetebat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex sensualitate orauit, quàmuis sensualitas non oraret, quia appetitus sensualitatis erat causa quare orationem proponebat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud querere & inuocare non designat orationẽ proprie dictam: sed ordinationem quæ est in his, sicut

ſicut & in omnibus aliis creaturis ad recipiendum a deo ea, quæ ad conſeruationem ſui pertinent.

AD QVARTAM quæſtionẽ dicendũ, ꝙ oĩs oratio quã Chrs obtulit hac intẽtione, vt ipſam impetraret, fuit exaudita: ſed cum aliquis impetrare non intendat, quod abſolute non vult: hæc ſola oratio Chriſti exaudita fuit, quæ erat de eo quod Chriſtus abſolute voluit. hoc autem dicitur aliquis ſimpliciter & abſolute velle, in quo vltimus eius conſenſus ſtat: vltimus autem conſenſus eſt ſecũdum ſupremam partem appetitus in homine. Appetitus autem rationis eſt ſupra appetitum ſenſus: & in appetitu rationis eſt ſupremum quod in finem tẽdit, vel in aliquod coniunctum fini. Et ideo hoc ſolum Chrs abſolute voluit, quod ſm rationem voluit vt finẽ, & vt in ordine ad finem: & oĩs talis ſua oratio fuit exaudita. Quod aũt ſm ſenſualitatem voluit, abſolute non voluit: & ideo ratio non ad hoc orãdo propoſuit vt impetraret. nec tamen fuit ſimulatio, quia appetitum ſenſualitatis exprimebat, ratione iam dicta. Similiter quod uolebat ratio vt natura, ſi in eo nõ ſicut in fine qeſcebat, nõ ſimpliciter volebat, vt prius dictũ eſt. Et iõ etiam hæc non ad hoc propoſuit orando vt impetraret, & pp hoc huiuſmodi oratiões nõ fuerunt exauditæ. (In corp. q. pced. ar. 2.)

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ hoc dixit Chrs in perſona eccleſiæ: vt dicit glo. Vel loquitur de oratione exprimente voluntatem ſenſualitatis, aut velleitatem rationis vt natura.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd voluntas rationis vt natura, eſt de eo quod habet in ſe bonitatem non conſiderato ordine eius ad aliud. vnde volũtas talis in Chro fuit de ſalute omnium hoium, ſicut voluntas fuit in deo: ſed ſecundum hanc, ſimpliciter & abſolute dicitur aliquis velle. hanc autem voluntatem Hugo de ſancto Victore dicit voluntatem pietatis. ſed voluntas vt ratio, eſt de eo quod habet bonitatem, etiam in ordine ad aliud. & ſecundum hanc volũtatem non volebat Chriſtus oẽs ſaluari: ſicut nec deus voluntate conſequente, & ſm hanc dr aliquis ſimpliciter & abſolute velle. & ideo orõ Chri quæ fuit ſm hãc voluntatẽ, fuit exaudita, non aũt quæ fuit ſm primam. & ideo dicit Hieron. ꝙ Chrs exauditus eſt pro prædeſtinatis, non aũt pro non prædeſtinatis.

¶ Et ſimiliter dicendum eſt ad tertium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in illa oratione ratio expreſſit motum ſenſualitatis, & non ſuum. vnde illud quod orabat non ſimpliciter voluit.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum Chriſtus, ſecundum quòd homo, dubitauerit.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus, ſecundũ quòd homo, dubitauit: per hoc quod dicit † Ambroſius in litera. quòd, vt homo, dubitabat. (q. 15. 8.)

¶ 2 Præt. Quicunque neſcit omnia, poteſt dubitare: ſed Chriſtus ſecundum aliquam ſcientiam neſciuit omnia, vt ſupra diſt. 14. dictum eſt. ergo ſecundum illam potuit dubitare. (q. 1. arti. 3.)

¶ 3 Præ. Vbicunq; eſt timor, ibi eſt dubitatio: ſed in Chro fuit verus timor, vt ſupra dictũ eſt di. 15. Ergo in Chro fuit dubitatio.

¶ 4 Si dicatur quòd dubitabat ſecundum ſenſualitatem, & non ſecundum rationem. Cõtra. Senſualitas ſequitur aprehenſionem ſenſitiuæ partis: ſed futurum periculũ, de quo erat paſſio, nõ præſciebat ſenſus. ergo ſenſualitas de ipſo non dubitabat, ſed ratio. (q. 2. arti. 2. q. 3.)

¶ 5 Si dicatur quòd ſenſualitas dubitabat ex apprehenſione rationis, vel ex ſcientia deitatis. Cõtra. Chriſtus non præſciuit magis tũc ſibi futuram paſſionem, quàm a principio: ſed a principio ſenſualitas in ipſo non trepidabat. ergo nec tunc.

SED CONTRA. Dubitare, eſt ignorantis: ſed in Chriſto non fuit ignorantia, ſicut ſupra dictum eſt. ergo nec dubitatio.

¶ 2 Præt. Dubitatio ligat rationem ne poſſit procedere, ſicut dicitur in 3. Meta. ſed in Chriſto non fuit ratio ligata. ergo non fuit in ipſo dubitatio rationis. (d. 15. q. 1. arti. 2. tex. c. 1)

¶ 3 Præt. Vbi eſt ſumma ſecuritas, ibi non eſt aliqua dubitatio: ſed in Chriſto fuit ſumma ſecuritas. Pſal. Si cõſiſtant aduerſum me caſtra &c. ergo in ipſo non fuit dubitatio. (Pſal. 26.)

RESPONDEO. Dicendum, quòd dubitatio dupliciter dicitur. Primo enim & principaliter ſignat motum rationis ſupra vtraq; parte cõtradictionis, cũ formidine determinãdi alterum. Secũdo tranſlatum fuit hoc nomen ad ſignificandum formidinem affectus in aggrediendo, vel ſuſtinendo aliquod terribile. Primo autẽ

F modo dicta dubitatio contingit ex defectu medii ſufficientis ad veritatem inueniendã, & ideo cõtingit ex defectu ſcientiæ: & propter hoc in Chriſto non fuit. Secundo autem modo dicta, contingit ex infirmitate eius, quod læſiuum imminens euadendi facultatem non videt. Et quia Chriſtus habebat infirmitatem in carne, vt ſupra dictũ eſt, & læſiuum mortis imminẽs ſenſualitas trepidabat: ideo erat talis dubitatio in Chriſto quantum ad ſenſualitatem, quàmuis eſſet ſumma ſecuritas quantum ad rationem, quæ auxilium diuinum imminere videbat, quod (d. 15. tot. d. 15. tic. 3.)

DISTINCTIO XVIII.

B

Si Chriſtus meruerit ſibi & nobis, & quid ſibi, & quid nobis

DE MERITO etiam Chriſti pretermittendum non eſt, de quo quidem dicere ſolent, quòd non ſibi, ſed membris tantum meruerit. Meruit quidem membris redemptionem a diabolo, a peccato, a pœna, & regni reſurrectionem, vt amota ignea rõphea, liber pateret introitus: ſed & ſibi meruit impaſsibilitatis & immortalitatis gloriam, ſecundum carnẽ,

G ſenſualitas apprehendere non poterat.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Ambroſius loquitur quantum ad ſenſualitatis timorem, quem dum oſtendit, videbatur hominibus dubitare, etiam quantum ad rationem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non oĩs neſcientia dubitationẽ cauſat: ſed qñ aliqs rationẽ eius qđ quærit, & de quo cõtraria apparent, videre non põt. & ideo in Chro non fuit talis dubitatio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dubitatio prout pro timore ponitur, in Chriſto fuit quantum ad ſenſualitatem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſenſualitas mouetur etiam ex his quæ ratio apprehendit, quia formantur formæ particulares in imaginatione, ex quibus ſenſualitas nata eſt moueri.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis mors a principio conceptionis eſſet præuiſa, non tamen præuidebatur vt imminens: & ideo dubitationem non faciebat, ſed ſolum quando iam imminebat. Alias concedimus: quia procedunt de rationis dubitatione. H

EXPOSITIO TEXTVS.

ANIMA *per aurem audit.* ideſt, eſt principiũ audiendi homini per aurem. *Sicut in viris ſanctis fuit.* videtur quòd magis fuit in impiis, quia ſeipſos interficiunt, ſuorum peccatorum pondere afflicti, vt dicitur in 9. Ethi. (cap. 5.) Dicendum, quòd volũtas ſenſualitatis ſemper refugit mortem. ſimiliter voluntas rationis vt natura: ſed voluntas rationis vt ratio, quandoq; appetit mortem, & hoc dupliciter, vel propter amorem futuræ vitæ, & hoc eſt in ſanctis: vel propter remorſum læſæ conſcientiæ, & hoc fit in peccatoribus. *Pius mentis affectus.* Contra. Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. Dicendum, ꝙ pius effectus bonorum refugit ueſtitum corporis quantum ad cor-
I ruptionem, ſed amat quantũ ad naturam. Vel dicendum, ꝙ non vult expoliari propter ſe, ſed vt cum Chriſto ſit: cum quo ſi eſſe poſſet non expoliatus, ſed ſuperueſtitus, melius vellet. *Sed quia modicum geſſit dubitationis.* Contra eſt quod ſupra dixit † Augu. (In li.) diſt. 15. Quia eadem ratione omnia quæ de Chriſto dicuntur, nõ fuerunt vera. Dicendum, quòd erat vera dubitatio quantum ad ſenſualitatem, quę faciebat apparere dubitationem in ratione, in qua dubitatio non erat. *Intende lector.* Verba Hil. ſunt exponenda ſecundum quòd ratio pro ſe, nõ pro ſenſualitate proponebat, ſic enim non pro ſe, ſed pro ſuis orabat: ſecundum autem ꝙ pro ſenſualitate proponebat, ſic orabat pro ſe, vt iam dictum eſt. (artic.)

DIVISIO TEXTVS.

K POSTQVAM determinauit Magiſter de voluntate Chriſti, quæ eſt principium merendi: hic determinat de merito ipſius. Diuiditur autem hæc pars in duas. Primo determinat de merito ipſius Chriſti, ſecundum quòd ordinatur ad conſecutionem boni. Secundo, ſecundum quòd ordinatur ad remotionem mali. diſtin. 29. ibi. *Nunc igitur quæramus.* Prima adhuc diuiditur in duas. Primo determinat de merito Chriſti, ſecundum quòd ſibi aliquid meruit. Secundo de merito ipſius, prout nobis meruit, ibi. *Ad quid ergo pati voluit?* Prima in duas. Primo oſtendit quid ſibi meruit. Secundo inquirit, vtrum hoc ſine merito habere potuiſſet, ibi. *Si vero quæritur, vtrũ Chriſtus.* Prima ĩ duas. Primo oſtẽdit quid ſibi meruit in ſeipſo. Secundo quid meruit in aliis, ibi. *Nec tantum glorificationem.* Prima in duas. Primo oſtendit quomodo Chriſtus ſibi meruit glorificationem corporis, & impaſſibilitatem animæ & corporis in inſtanti ſuæ conceptionis. Secũdo oſtendit quomodo hoc meruit per paſſionem, ibi. *Nec ſolum meruit.* Circa primum duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo mouet quandam dubitationem, ibi. *Vtrum anima.* *Ad quid igitur.* Hic oſtendit quid nobis meruit per paſſionem. Circa quod duo facit. Primo enumerat vtilitates quæ nobis ex paſſione Chriſti proueniunt. Secundo proſequitur vnam, quæ pertinet ad conſecutionem boni ibi. *Decreuerat deus.*

QVAESTIO. I.

A

Hic quæruntur ſex.

Primo. Vtrum in Chriſto ſit aliqua operatio præter diuinam.

Secũdo. Vtrum per illam potuit mereri.

Tertio. Vtrum ab inſtanti conceptionis meruit.

Quarto. Quid ſibi meruit.

Quinto. Vtrum per paſſionem mereri potuit.

Sexto. Vtrum nobis meruit apertionem ianuæ.

(Phil. 2.) ſicut ait Apoſtolus. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens, uſque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus illum exaltauit, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Aperte dicit apoſtolus Chriſtum propterea exaltatum per impaſſibilitatis gloriam, quia eſt humiliatus per paſſionis obedientiam. Humilitas ergo paſſionis, meritum fuit exaltationis, & exaltatio præmium humilitatis Vnde Aug † exponẽs præmiſſum capitulum ait. (Super Ioã. Tra. 104.) Vt Chriſtus reſurrectione clarificaretur, prius humiliatus eſt paſſione. Humilitas claritatis eſt meritum, claritas humilitatis eſt præmium. ſed hoc totum factum eſt in forma ſerui. In forma enim dei ſemper fuit, & erit claritas. Itẽ Ambroſius idem capitulũ tractans ait. (Phil. c. 2.) Quid & quantum humilitas mereatur, hic oſtenditur. His teſtimoniis euidens fit, quòd Chriſtus per humilitatem & obedientiam paſſionis, meruit clarificationẽ corporis. nec id ſolũ: ſed impaſſibilitatem etiam animæ. Anima enim ipſius ante mortem erat paſſibilis, ſicut caro mortalis: ſed poſt mortẽ merito humilitatis, & anima impaſſibilis facta eſt, & caro immortalis. Vtrũ autem anima facta ſit impaſſibilis, quando caro facta eſt immortalis, ſcilicet ipſo reſurrectionis momento, de authoritate nobis certũ non eſt: ſed uel mox poſt B carnis ſeparationem anima impaſſibilitate donata eſt, aut in reſurrectione quando caro refloruit.

c Quod a conceptu meruit Chriſtus ſibi hoc quod per paſſionem.

NEC ſolum meruit Chriſtus quãdo patri obediẽs crucem ſubiit: ſed etiã ab ipſa conceptione, ex quo homo factus eſt per charitatem, & iuſtitiam, & alias uirtutes, in quarum C plenitudine fuit ſecundum hominem conditus, ſibi tantum meruit, quantum poſt per martyrii tolerantiam. Tanta enim plenitudo ſpiritualium chariſmatum in eo fuit, ꝙ in eis proficere non potuit. Et ideo melior ipſius anima fieri non potuit, quàm ab initio ſuæ conditio-

ARTICVLVS I.

Vtrũ in Chriſto ſit aliqua operatio, præter diuinam.

AD Primũ ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto ſit tm̃ vna actio. (3. q. 19. 1.) Dion. n. actionem Chriſti nominat theandricam, ideſt dei virilẽ: (θεανδρικὴ) hoc autem non diuerſas actiones, ſed vnam ſignat. ergo in Chriſto eſt tantum vna actio diuinitatis, & humanitatis.

¶ 2 Præt. Actiones, vt dicit philoſophus, ſuppoſitorum ſingularium ſunt: ſed in Chriſto eſt tantum vnum ſuppoſitum. ergo tantum vna actio. (In prologo metaph.)

¶ 3 Præt. Cuius eſt eſſe, eius eſt agere: ſed in Chriſto propter vnitatem ypoſtaſis eſt tantum vnum eſſe. ergo tantũ vna actio.

¶ 4 Pręt. Inſtrumenti & principalis agentis eſt tantũ vna actio: ſed ſicut dicit † Dam. Caro eſt inſtrumentum diuinitatis. ergo eſt vna actio Chriſti ſecundum diuinitatem & humanitatem. (li. 3. de fide ca. 16. poſt medium.)

¶ 5 Præt. Vbi eſt idem actiuum eſt eadem actio, quia actiones diuerſificantur penes terminos: ſed in Chriſto eſt idem opus operatum diuinitatis & humanitatis: ſicut mundatio leproſi, quem diuinitas tactu corporali mundauit, vt dicitur Mat. 8. Ergo in ipſo eſt tantum vna actio.

SED CONTRA. Sicut ſe habet vnitas actionis ad vnitatem naturæ, ita pluralitas ad pluralitatem: ſed in diuinis perſonis, propter vnitatem naturæ eſt vna actio. ergo & in perſona Chriſti, propter diuerſitatem naturarum eſt diuerſa actio.

¶ Præt. Magis diſtant diuina natura & humana in Chriſto, q̃ E diuerſæ potentiæ animæ in Chriſto: ſed diuerſarum potentiarũ in Chriſto ſunt diuerſæ actiones. ergo multo fortius duarum naturarum ſunt diuerſæ actiones.

¶ Præt. Actio diuinæ naturæ eſt ipſa diuina eſſentia, & eſt æterna. Actio autem humanæ naturæ in ipſo eſt accidens, & aliquid tempore menſuratum. ergo ſunt duæ actiones in Chriſto.

RESPONDEO. Dicendum, quòd quidam negauerunt in Chriſto duas eſſe actiones, & ad hoc ponendum, diuerſi, diuerſis rationibus moti ſunt. Quidã enim Euticiani dicebant in Chriſto vnam tantum naturam eſſe compoſitam ex diuina & humana: & ideo ſequebatur, quòd etiam Chriſtus haberet vnam tantum actionem compoſitam. ſed ex hoc ſequitur, quòd ſua actio non fuerit neque diuina, neque humana, neque nobis, neque patri conformis, & ita fruſtratur opus redemptionis, ad quod exigitur diuina actio, & humana. unde hoc eſt hæreticum ſicut & primum, vt dicitur diſt. 5. (li. 1. art. 2.) Alii vero negauerunt duas actiones in Chriſto: dicentes in comparatione ad diuinam, humanam opera-
A tionem non eſſe dicendam actionem: ſed potius paſſionem, quod repellit † Dama. lib. 3. Quia ſi propterea humana operatio Chriſti non eſt dicenda actio, quia diuina eſt actio, eadẽ ratione, quia natura diuina eſt bona, natura humana non eſſet bona: non. n. oportet, ꝙ ſi diuina natura excedit humanam in bonitate, quòd (Lib. & cap. vbi ſupra.) propter hoc humana ſit mala, aut non bona. Alii vero viderunt, quòd actio dependet a natura quę eſt principium actionis, & a perſona quę agit: ideo voluerunt in Chriſto nõ eſſe dicendum vnam actionem, ne vnitatem naturæ ponere videantur: ſimiliter nec eſſe plures, ne videantur ponere perſonarum pluralitatem. Sed ex hoc ſequitur, vt dicit Dam. quòd Chriſtus non ſit, neque vnius, neq; duarum naturarum, quod eſt abſurdum. Et dicendum propter hoc, ꝙ ſimpliciter in Chriſto oportet concedere duas actiones, q̃a ad diuerſitatem cauſarũ ſequitur diuerſitas in effectibus: cauſa autem actionis eſt ſpecies, vt dicitur in 3. phi. (t. c. 17.) quia vnumquodque agit ratione alicuius formæ quam habet: & ideo vbi ſunt diuerſæ formę, ſunt etiam diuerſę actiões: ſicut ignis deſiccat, & calefacit per caliditatem & ſiccitatem, & homo audit & videt per viſum & auditum. Et ſimiliter Chriſtus ratione diuerſarum naturarum habet diuerſas actiones.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actionem Chriſti dicit
D Dio. dei virilem, non quia ſit ſimpliciter vna actio deitatis, & humanitatis in Chriſto: ſed quia actiones duarum naturarũ quantum ad tria vniuntur. Primo, quantũ ad ipſum ſuppoſitum, agẽs actionem diuinam & humanam, quod eſt vnum. Secundo, quantum ad vnum effectũ qui dicitur opus operatum, vel Apoteleſma (ἀποτέλεσ) ſecundum † Dam. ſicut mundatio leproſi. Tertio, quantũ ad hoc quòd humana actio ipſius Chriſti participabat aliquid de perfectione diuinæ naturæ: ſicut intellectus eius aliis eminentius intelligebat ex virtute diuini intellectus, ſibi in perſona coniuncti, quãuis diuina actio in nullo infirmaretur ex conſortio humanę.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quàmuis agere ſit ſuppoſiti: tamen forma ſiue natura eſt principium, vel cauſa agendi ſuppoſito: ſicut & aliarum proprietatum in ſuppoſito exiſtentium. vnde ſicut idem ſuppoſitum eſt ſubiectum diuerſarum proprietatum propter diuerſa eius principia cauſantia illas proprietates, ita idem ſuppoſitum habet diuerſas actiones, propter diuerſas formas ſiue naturas.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnitas rei conſequitur eſſe ſuum. vnde eodem modo prædicatur de re ens, & vnum, quod conuertitur cum ente: non autem ex actione ſua habet res vnitatem: & ideo non poteſt eſſe, quòd ſit ſuppoſitum vnum, & eſſe eius non ſit vnum: poteſt autem eſſe quòd ſit ſuppoſitum vnum, & actio eius non ſit vna.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non poteſt eſſe eadem actio numero per eſſentiam principalis agẽtis & inſtrumenti, quia idem accidens non eſt in diuerſis ſubiectis: ſed dicitur vna ſecundum quid, inquantum ſcilicet inſtrumentum non agit niſi motum a principali agente, & agit in virtute principalis agentis, & hoc modo in ipſa actione humanitatis Chriſti eſt aliqua virtus, inquantum ipſa humanitas eſt inſtrumentum deitatis. (D. 35.)

¶ Ad quintum dicendum, quòd actionis vnitas non ſolũ dependet ex termino: ſed etiam ex multis aliis cauſis: & ideo nõ oportet quòd ſi ſit idem actiuũ, quòd ſit eadem actio. Contingit autẽ quòd idem actiuũ ex diuerſis actionibus cauſatur quadrupliciter,

ter. Vno modo quando vnus agens non est sufficiens ad complendum effectum: sed multi simul, sicut multi simul trahunt nauem, quam nullus per se trahere posset. & tūc omnes illi sunt quasi vnus agens non simpliciter, sed vnitate aggregationis. & similiter actio eorum non est vna simpliciter, sed quasi vna congregata ex multis.

Ezech. ho. 6. post. pri.

Alio modo quando vnus agens potest pficere effectum. sed non simul vna operatione: sed multis operationibus successiuis: sicut est in generatione habituum acquisitorum, & tunc vltima actio complens effectum agit in virtute omnium precedentium disponentium ad illum effectum. & his duobus modis non fuerunt in Christo plures actiones ad vnum effectum. Tertio modo quando effectus non est vnus simpliciter: sed vnus subiecto, sicut vulnus adustū, & ideo actiones causantes sunt diuersae simpliciter, conueniunt tamen in supposito, scilicet incisio & adustio, & a diuersis formis per essentiā causant, scilicet ab acumine ferri, & a calíditate. Quarto modo, quando duae actiones sunt diuersorum agentium ordinatorū, quorum vnum mouet aliud, & vnum est instrumentū alterius. & hi duo vltimi modi sunt in Christo secundum quod diuersae eius actiones ad idem opus operatum terminabantur.

nis extitit, quia proficere in meritis non valuit. vnde Grego.† ait. nō habuit omnino Christus iuxta animae meritum quo potuisset proficere. In membris autem quae nos sumus quotidie proficit. Non ergo plus meruit sibi per crucis patibulum quàm a conceptione meruit p gratiam virtutum. Non igitur profecit secundum animae meritū quā- G tum ad virtutem meriti, profecit tamen quantum ad numerum meritorum. Plura enim habuit merita in passione quàm in conceptione: sed maioris virtutis non extiterunt in merendo plura quàm ante fuerant pauciora. Meruit ergo a conceptione non modo gloriam impassibilitatis & immortalitatis corporis: sed etiam impassibilitatem animae. Per quid? Per obedientiam & H voluntatem perfectam, quam non tunc primum habuit, nec maiorē cum pati cæpit & mori. Obediens enim perfecte & bonus extitit secū dum hominem ex quo fuit homo.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus potuerit mereri.

3.q.19.3. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus I non meruerit. Christus enim semper fuit comprehensor: sed comprehensoris qui est in termino, non est mereri, quia meritum est via ad terminum. ergo Christus non meruit.

¶ 2 Præt. Non potest esse idem meritum & premium, sicut nec causa & causatum: sed actus charitatis perfectæ est præmium quia est ipsa fruitio. ergo cum in Christo fuerit charitas consumata per ipsam mereri non potuit, & ita nullo modo merebatur, cum omnis meriti principium sit charitas.

¶ 3 Præt. Anima Christi a principio suæ conceptionis fuit beata, sicut modo est: sed modo non meretur. ergo nec vnquam mereri potuit.

¶ 4 Præt. Quicunque meretur merendo proficit quantum ad illud, quod est merendi principium, quia charitas per meritum augetur: sed Christi charitas augeri non potuit: nec ipse in spiritualibus bonis proficere. ergo ipse non merebatur. K

¶ 5 Præt. Naturalibus non meremur propter hoc quòd sunt determinata ad vnum: sed liberum arbitrium in Christo erat determinatum ad bonum. ergo ipse per liberum arbitrium mereri non potuit, & ita nullo modo, cum omne meritum sit ex libero arbitrio.

¶ 6 Præt. Nullus meretur id quòd suū est, & propter hoc apud homines filii non merentur a patribus sed serui, quia ea quæ patris sunt hereditario iure competunt filio: sed omnia quæ patris sunt Christi sunt. vt dicitur Matth. 12. & Ioan. 16. Ergo ipse apud patrem non merebatur.

¶ 7 Præt. Nullus meretur a seipso: sed quicunque meretur, meretur aliquid a filio dei. cum ergo Christus sit filius dei, ipse nullo modo mereri poterat.

SED CONTRA. sup illud psal. 15. Conserua me domine quoniam speraui in te. glo. Ecce meritum quo seruari debet, & loquitur de Christo. ergo Christus aliquid meruit.

¶ Præt. Omnis viator habens charitatem meretur: sed Chri- F stus fuit huiusmodi. ergo.

¶ Præt. Vbicunque est difficultas in operatione virtutum, ibi est meritum: sed Christus habuit difficultatem in operibus virtuosis, non quidem ex parte animæ: sed ex parte corporis quod affligebatur. ergo ipse merebatur.

Habuit igitur anima illa aliquod bonum in se post mortem, quod nō habuit ante. Non igitur melior, & beatior fuit quàm ante. Absit quod melior fuerit, quia non sanctior. nec gratia cumulatior. nec etiam beatior fuit in dei contemplatione in quo precipue beatitudo consistit. Potest tamen dici in hoc fuisse beatior: quia ab omni miseria immunis. ex quo nequit inferri simpliciter quòd beatior fuerit.

d De eo quod scriptum est donauit illi nomen quod est super omne nomen.

NEc tantum gloriam impassibilitatis & immortalitatis meruit: sed etiam donari sibi nomen quod est super omne nomen, scilicet honorificentiam quod vocatur deus. hoc tamen nomen ante mortē habuit. Habuit.n. hoc nomen dei filius inquantum deus est ab æterno per naturam: inquantum uero est homo factus ha-

RESPONDEO. Dicendum, quòd in iustitia duæ personæ requirūtur, scilicet faciens iustitiā, & patiens iustitiam. Facientis autem iustitiam reddere vnicuique quod suum est, actio est propria, patientis autem iustitiam actio propria est facere sibi debitum quod est ei per iustitiam reddendū. & hoc proprie mereri est. vnde & id qđ secundum iustitiam redditur merces dicitur. sed quia iustitia reddit vnicuique qđ ei debetur & in bonis & in malis. bona autē simpliciter sunt ea quæ ad vitā æternam pertinent, & mala simpliciter ea quæ ad miseriam æternam pertinent: inde est quòd secundum theologos meritum proprie dicitur respectu horum: quāuis magis proprie respectu bonorum dicatur meritum: demeritum vero respectu malorum. Ad hoc igitur quòd aliquis mereatur, tria necessaria sunt, scilicet agens, qui meretur, actio per quam meretur, & merces quam meretur. Et ideo ad meritum tria requiruntur. Primum est secundum comparationem merentis ad mercedem, vt scilicet ille qui meretur sit in statu acquirendi mercedem, & propter hoc, illi qui sunt omnino in termino, nihil merenť, quia nihil acquirere possunt. Secundum est ex comparatione agentis ad actionem. vt scilicet sit dominus suæ actionis. aliàs per actionem suam non dignificatur ad aliquid habendum nec laudatur. & ideo ea quæ agunt per necessitatem naturæ, vel etiam per violentiam non merentur. Tertium est secundum comparationem actionis ad mercedem. vt scilicet æquiparetur mercedi, non quidem secundum d æqualitatē quantitatis, quia hoc requiritur in iustitia cōmutatiua, quæ consistit in emptionibus & uenditionibus: sed secundum æqualitatem proportionis, quæ requiritur in iustitia distributiua: secundum quam deus æterna præmia partitur. Actio autem proportionata ad vitam æternam est actio ex d charitate facta: & ideo per eam ex condigno meretur quis ea, quæ ad vitam æternam pertinent. opera autem bona quæ nō sunt ex charitate facta deficiunt ab ista proportione, & ideo per eam ex condigno non meretur quis vitam æternam, sed improprie his dicitur aliquis mereri, secundum quod habent aliquam similitudinem cum operatione informata charitate. Et siquidem sit similitudo illa in substantia actus & in intentione. vt cum aliquis existens in mortali peccato dat eleemosynam propter deum dicitur meritum congrui. Si vero sit similitudo in substantia act⁹, & non in intentione, sic dicitur meritum interpretatum, sicut cum quis dat pauperi eleemosynam propter inanem gloriam. Et hæc tria in Christo reperiuntur. ipse enim quàmuis quantū ad aliquid in termino perfectionis fuerit, scilicet quātum ad operationem animæ, quibus erat beatus & comprehensor, tamen quantum ad aliquid defectum patiebatur eorum quæ ad gloriā pertinent, inquantum scilicet erat passibilis anima & corpore, & inquantum erat corpore mortalis. & ideo secundum hoc erat viator in statu acquirendi. Similiter & omnis actus eius informatus erat charitate. & iterum actus sui dominus erat per libertatem uoluntatis, & ideo omni actu suo meruit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis esset comprehensor quantum ad aliquid, erat etiam viator quntum ad aliquid, & sic mereri potuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd idem non potest esse meritū & præmium respectu eiusdem, & secundū idem. vnde ipse motus charitatis hominis Christi, in quo consistit præmium eius, quantum ad beatitudinem animæ, potest esse meritum respectu beatitudinis corporis, quod in aliis beatis non contingit, quia nō sunt in statu acquirendi d secundum aliquid sui: & ideo nec sibi, nec aliis merentur, quia quod impetrāt modo nobis, contingit ex hoc quòd, pri⁹ dum viuerēt, meruerunt vt hoc impetrarent.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus est modo tantū comprehensor, tunc autē erat & viator & cōprehēsor: & ideo tūc mereri potuit, nunc autem non.

¶ Ad quartū dicendum, quòd ille qui meretur, nō oportet quòd proficiat quantum ad rationem merendi. hoc enim accidit sibi ex hoc quòd radix merendi, scilicet charitas, non est in suo merito: sed oportet quòd omnis qui meretur, pficiat quantum ad mercedem quam meretur, vt scilicet eā sibi debitam faciat, vel simpliciter, vel quātum ad aliquem modum, quo sibi prius debita non erat.

¶ Ad quintum dicendum, quòd liberum arbitrium Christi non erat determinatum ad vnum secundum numerum: sed ad vnum secundum genus, scilicet ad bonum, quia in malum non potest: sed tamen hoc potest facere & non facere: & hoc non excludit libertatem arbitrii, quia posse peccare, nec est libertas arbitrii, nec pars libertatis, vt dicit Ansel.† Et hæc quidem determinatio ex perfectione liberi arbitrii, contingit secundum quod per habitum gratiæ, & gloriæ terminatur in eo, ad quod est naturaliter ordinatum, scilicet in bono: quia liberum arbitrium, quàmuis in nobis se habeat ad bonum, & ad malum, non tamen est propter malum, sed propter bonum. Vel dicendum, quòd si etiam esset determinatum ad vnum numero, sicut ad diligendum deum, qđ non facere non potest: tamen ex hoc non amittit libertatem aut rationem laudis siue meriti, quia in illud non coacte, sed sponte tendit: & ita est actus sui dominus.

¶ Ad sextum dicendum, quòd Christus non meretur secundum diuinitatem, secundum quam habet quòd omnia sunt sua: sed meretur secundum humanitatem, ex qua non habet quòd omnia sunt sua.

¶ Et per hoc patet solutio ad septimū: quia a filio dei meremur ratione diuinitatis suæ, ex qua parte ipse non merebatur.

(Margin:).280. — b.2. contra maxi. c. — lib. 3. c. — dialog. lib. arb. 1. — D. — D.)

buit ex tempore per gratiam. Verū † Augu. dicit, homini donatum est illud nomen, non deo: quia illud nomen habuit cū in forma dei erat tantum. Sed cum dicitur, propter quod deus illum exaltauit, & dedit illi nomen quod est super omne nomen: satis apparet propter quid exaltauerit, scilicet propter obedientiam, & in qua forma exaltatus sit. In qua enim forma crucifixus est, in ea exaltatus est, & in ea donatū est ei nomen, ut cū ipsa forma serui, nominetur unigenitus filius dei. Hoc illi donātum est, ut homini, quod iā habebat idem ipse deus. Hoc igitur per gratiam accepit, ut ipse ens homo, uel subsistens in forma serui, idest in anima & in carne nominetur, & sit deus. Sed nunquid hoc meruit? Supra enim dictum est, quia hoc tantum bonū homo ille non meruit. Quomodo ergo hic dicitur, pp̄ter obe-

ARTICVLVS III.

c Vtrum Christus ab instanti suæ conceptionis potuerit mereri.

434.3. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non potuerit mereri in instanti suæ conceptionis. Nullus enim meretur nisi agendo: sed prius est esse rei, quàm eius agere. ergo in primo instanti conceptionis, quando Christus primo habuit esse secundum humanam naturam, non potuit mereri.

¶ 2 Præt. Opus meritorium cum deliberatione est, cum sit ex electione liberi arbitrii quæ sequitur consilium: sed deliberatio cum sit quidam motus, requirit tempus. ergo in primo instanti conceptionis mereri non potuit.

¶ 3 Præt. Quicquid Christus habuit in primo instanti suæ conceptionis, habuit ab alio, non a se: sed meriti sui ipse causa fuit. igitur in primo instanti conceptionis non meruit.

¶ 4 Præt. Sicut meritum est per liberum arbitrium, ita & peccatum: sed diabolus non potuit peccare in primo instanti suæ creationis. ergo nec anima Christi in primo instanti creationis suæ potuit mereri: sed primum instans conceptionis fuit primū A instans creationis animæ. ergo in illo instanti mereri nō potuit.

¶ 5 Præt. Christus quantum ad corpus, in pueritia erat similis aliis pueris: sed alii pueri propter imbecillitatem organorum corporalium non habent perfectam imaginationem, nec vsum liberi arbitrii. per consequens ergo nec Christus, & ita tūc, vt videť, mereri non potuit.

SED CONTRA. Christ⁹ in primo instanti suæ conceptionis fuit vir. Hier. 31. Nouum faciet dn̄s super terram, femina circundabit virum; sed pfecti viri est mereri. ergo Christus in primo instāti suæ conceptionis potuit mereri.

¶ Præt. Perfectior est anima pfecta prima & secunda perfectione, quàm perfecta solum perfectione prima: sed Christo non accreuit aliqua spiritualis perfectio. ergo cum operatio sit perfectio secūda, & habitus perfectio prima, quādocunque habuit habitum virtutis, habuit actum eius: sed actu virtutis merebatur. ergo Christus in instanti cōceptionis merebatur. Phil. c.2.

dientiam donatū est ei hoc nomen? Secundum tropum illum in Scriptura creberrimum hoc accipiendum est, quo dicitur res fieri, quando innotescit. Post resurrectionem uero, quod ante erat in euidēti, positum est, ut scirent homines & demones. Manifestationē ergo illius B nominis donauit ei deus post resurrectionem: sed illam meruit per obediētiam passionis, qui eo quòd obediuit patiendo, exaltatus est resurgēdo, & per hoc manifestatum est nomen. Hoc eodem tropo dominus usus est etiam post resurrectionem dicens: Donata est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Non quòd tūc primo acceperit: sed quā ante habebat, tunc manifestata est potestas. Cæterum† Ambrosius dicit, nomen illud donatum esse deo, C non homini. Et uidetur secus uerborum superficiem oppositus August. Sed intelligentia non obuiat,

RESPONDEO. Dicendum, quòd Christo debemus attribuere secundum animam, omnem perfectionem spiritualem quæ sibi potest attribui. vnde cum possibile sit ipsum in primo instanti suæ conceptionis actum meritorium perfecisse: dicendum est, Christum in primo instanti suæ conceptionis meruisse. Quòd .n. aliqua res in primo instanti, in quo est, non possit suam actionem habere, non potest contingere nisi tribus modis. Primo ex hoc quòd deest sibi aliqua perfectio, quæ requiritur ad agēdum; sicut catulus in primo instanti suæ natiuitatis non potest videre, quia non habet organum videndi completum. Alio modo propter aliquod impediens extrinsecum: sicut aqua generata in ali- D quo loco concluso impeditur, vt non possit pprio motu moueri. Tertio ex natura operationis quę successionem habet, & tunc in primo instāti, quo res est, incipit illam actionem: non tamen illa actio est in illo instanti, sed in tempore: sicut patet quòd primū instans in quo ignis est ignis, quod est vltimum instans suæ generationis, est primum instans motus sui sursum: sed tamen motus eius non est in illo instanti, quia motus successiuorū est. Constat autem ꝙ in Christo non deficiebat aliqua perfectio ex parte ipsius agentis, quæ est necessaria ad meritorium actum: & iterum nihil erat, quod impedire posset: ipse etiam motus charitatis quo mouebatur, indiuisibilis erat, & non successiuus: & ideo in ipso instanti conceptionis mereri potuit. Quidam autem dicunt, quòd in ipso instanti conceptionis non meruit, quantum ad vsum virtutum: sed solum habuit meritum in radice, scilicet in habitu charitatis, & aliarum virtutum, ex quibus dignus fuit gloria: sed quantum ad vsum virtutum non meruit in ipso instanti, sed post ipsum instans. Et ad hoc mouentur rationibus in- E ductis in obiiciendo. Sed prima opinio magis mihi placet, & secundū eam respondendum est ad argumenta in contrariū facta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd esse est prius, quàm agere natura, non tempore de necessitate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd deliberatio & consilium, vt dicit philosophus, † nō sunt de fine: sed de his quæ sunt ad finem, 3. Ethi. cap. 6. quando non est certum quę expediunt ad finem intentum: in ipsa autem intentione finis aliquis meretur, vnde non exigitur deliberatio ad meritum, etiam in aliis hominibus, quātum ad appetitum finis. Et preterea, in Christo nō exigebatur deliberatio, etiam quantum ad ea quæ sunt ad finē, quia de his certus erat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud quod Christus habuit in primo instanti suæ conceptionis, scilicet meritum, & ab alio habuit inquantum scilicet ad meritum exigitur gratia: & a seipso habuit, inquantum meritum procedit ex libero arbitrio. Non enim semper necessarium est, vt causa causatum præcedat tempore: sed quandoque sufficit, quòd præcedat natura.

¶ Ad quar-

¶ Ad quartum dicendum, quòd motus voluntatis in finem bonum, est sibi naturalis. vnde in primo instanti d creationis suę, potest habere motum in bonum finem, quia ad finem naturaliter desideratum appetendum nõ indigemus deliberatione, & in hoc potest esse meritum: sed peccatum contingit ex hoc, quòd voluntas mouetur in aliquid quod non competit fini naturaliter desiderato. vñ oportet quòd contingat ex falsa collatione illius ad finem: & ideo requiritur ad peccatum collatio eius qđ habet apparentẽ bonitatem ad id, quod est per se bonum naturaliter desideratũ. vnde in primo instãti creationis, non potest mens peccare. D.155.

D.1218. ¶ Ad quintum dicendum, quòd Christus non d habebat a sensibus acceptã sciẽtiam: sed infusam, & ita habitus scientiæ perfectæ poterat esse etiam cum infirmitate organorum: & iterum dictũ est, quòd infirmitas corporis ĩ ipso, non refundebatur in mentem, sicut nec mẽtis gloria corporis infirmitatẽ tollebat: & ideo imperfectio organorum corporalium, vsum rationis non tollebat in ipso.

licet diuersum sapiat. Nam Ambrosius de naturali donatione id dictũ intelligit, qua eternaliter pater generãdo dedit filio nomen, quod est super omne nomẽ, scilicet, esse deũ per naturam, quia genuit ab eterno filium plenum, & sibi equalem deum, quod tamen nomen apostolus propter passionis obedientiam Christo donatum dicit. Sed præmisso locutionis modo accipiendũ est.

Si Christus sine omni merito illa habere potuit.

Si uero quæritur, vtrũ Christus illam immortalitatis & impassibilitatis gloriã & nominis dei manifestationem sine omni merito habere potuerit. Sane dici potest, quia humanam naturam: ita gloriosam suscipere potuit, sicut ĩ resurrectione extitit, no-

menque suum etiam aliter hominibus manifestare potuit. Sed homo passibilis esse non potuit sicut fuit, & ad illam gloriam sine merito peruenire. Potuit quidem puenire ad illam sine merito passionis, quia potuit consumpta mortalitate immortalitatis gloria vestiri: sed non sine G merito iustitiæ & charitatis aliarũque virtutum. Non enim Christus homo esse potuit in quo plenitudo virtutum & gratiæ non fuit. Nec virtutes ei inesse potuerunt mortalitatis cilitio induto, quin per eas mereretur. Habens igit has virtutes secundum hominem passibilem ac mortalem, non potuit non mereri gloriam immortalitatis. Nõ potuit igitur factus mortalis sine merito gloriam impasibilitatis & immortalitatis ac manifestationem dei no- H minis consequi. Potuit tamen hoc assequi sine merito pasionis, quia per passionem nil sibi meruit quod nõ ante per virtutes sibi meruerit.

De causa mortis, & passionis Christi.

AD Quid ergo voluit pati & mori, si ei virtutes ad merendum illa sufficiebant? Pro te, non pro se. Quomodo B pro me? Vt ipsius passio & mors tibi esset forma & causa. Forma virtutis & humilitatis: causa gloriæ & libertatis. Forma vero deo vsq; ad mortem obediẽtiæ, & causa tuæ liberationis ac beatitudinis. Meruit enim nobis per mortis ac passionis tolerantiam, quod per præcedentia non meruerat, scilicet, aditum Paradisi, & redemptionẽ a peccato, a pœna, & a diabolo, & per mortem eius hæc nos adepti sum⁹, scilicet redemptionem, & filiorum C gloriæ adoptionem. Ipse enim moriendo factus est hostia nostræ liberationis. Sed quomodo p mortem nos a diabolo, & a pc̃tõ redemit, & aditum gloriæ aperuit? Decreuerat deus in mysterio, vt ait Ambrosius, propter primum peccatum nõ intromitti hominẽ in Paradisum, scilicet ad dei contemplationẽ non admitti, nisi in homine vno tanta existeret humilitas, quæ omnibus suis proficere posset, sicut in primo homine tãta fuit superbia, quę omnibus suis nocuit. Non est autem inuẽtus inter homines aliquis, qui id posset implere, nisi Leo de tribu iuda, qui aperuit librũ, & soluit signacula, implendo in se omnem iustitiam, idest, consummatissimã humilitatem; quia maior esse non potest. Nam oẽs alij debitores erant, & vix vnicuique sua virtus sufficiebat & humilitas. Nullus ergo eorum hostiam poterat offerre sufficiẽtem nostræ redemptioni, vel reconciliationi. Sed Christus homo

ARTICVLVS. IIII.

d *Vtrum Christus meruerit sibi immortalitatem.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus nõ meruerit sibi immortalitatem corporis. Mereri enim est extranei, cui non debetur merces nisi per meritum, sicut & adoptari est extranei, cui nõ debetur hæreditas nisi per adoptionem: sed Christus ad bona patris quæ sunt sua non dicitur adoptari quasi extraneus. ergo eadem ratione, nec immortalitatem vel aliquid huiusmodi, meruit.

¶ 2 Præ. Præmium est dignius merito: sed bonus motus animæ Christi quo merebatur est dignior quolibet corporali. ergo non merebatur immortalitatem corporis.

¶ 3 Præt. Christus non erat debitor mortis, quia non habebat peccatum, quod mortis debitores facit. ergo cum nullus mereatur illud malum euitare, cuius nõ est debitor, videtur quòd ipse immortalitatem non meruit.

SED CONTRA. est quòd in litera dicitur, quod claritas corporis est præmium humiliationis: sed immortalitas corporis ad claritatem corporis pertinet. ergo etiam immortalitatẽ meruit.

¶ Præt. Bona gloriæ nulla creatura habet sine merito: sed immortalitas pertinet ad gloriam. ergo ipsam Christus meruit.

II. VLTERIVS videtur, ꝙ impassibilitatem animæ Christus nõ meruerit. Id enim quod nobis est naturale non meremur: sed anima secundum suam naturam est impassibilis. ergo impassibilitatem non meruit.

¶ 2 Præt. Omne quod inest alicui per accidẽs, ex hoc ipso ꝙ accidens remouetur ei non inest: sed anima patitur sicut & mouet per accidens. s. per corpus. ergo ex hoc ipso ꝙ separatur a corpore fit impassibilis: sed Christus non meruit animam a corpore separari: quia meritum mortis peccatum est. ut dicitur Ro. 6. ergo non meruit impassibilitatem animæ.

¶ 3 Præt. Impassibilitas animæ pertinet ad beatitudinem animæ, sicut impassibilitas corporis ad beatitudinem corporis: sed anima Christi a principio fuit beata. ergo impassibilitatem animæ non meruit.

SED CONTRA. anima Christi post resurrectionem fuit impassibilis; sed ante fuit passibilis. ergo sicut gloriam resurrectionis: ita & animæ impassibilitatem meruit.

¶ Præt. Animæ damnatorum sunt passibiles, quia impassibilitatem non meruerunt. ergo cum anima Christi non fuerit passi- F bilis post resurrectionem. videtur ꝙ impassibilitatem meruerit.

VLTERIVS videtur ꝙ non meruerit exaltationem: quia ex hoc ipso ꝙ humana natura assumpta fuit exaltata est: & nomen diuinitatis sibi debetur: sed assumptionem non meruit. ut supra dist. 4. dictum est. ergo nec exaltationem.

¶ 2 Præt. Nomẽ qđ est super omne nomẽ, est nomẽ in quo flectit omne genu, sed hoc est nomẽ Iesus, vt dicitur Phili. 2. cum ergo hoc nomen non meruerit: sed ante conceptionem sibi impositum fuerit. videtur quòd non meruerit nomẽ quod est super omne nomen.

¶ 3 Si dicatur quòd meruit quantum ad manifestationẽ. Contra: hoc etiam ante manifestum erat: vnde demones ante eũ confessi fuerunt, & pueri & prophetæ prædixerunt. ergo hoc ipse nõ meruit.

¶ 4 Præt. Meritum ordinat ad præmiũ: sed facere aliqd propter æstimationẽ hominum pertinet ad vanam gloriam, quę in ipso non fuit. ergo exaltationem quãtum ad manifestationem hoĩum non meruit.

SED CONTRA Luc. 14. Qui se humiliat exaltabit: sed Christus se humiliauit. ergo exaltari meruit.

¶ Præt. Ipse fecit se dignum tali exaltatione quæ est in manifestatione ad homines per ea quæ gesit. ergo meruit ipse hanc exaltationem.

VLTERIVS videtur, quòd etiam præmium substantiale animæ, scilicet fruitionem diuinam ipse meruerit. maioris enim meriti maius est præmium: sed meritum Christi fuit maius omniũ sanctorum meritis. ergo & maior fuit merces quam meruit. nihil autem maius cadit sub merito quàm fruitio dei, quam sancti merentur. ergo ipse etiam meruit ipsam. 11.16.q.1.articu.2.

I ¶ 2 Præt. Gloriosius est aliquid p seipsum habere, quàm ab alio habere omnia: sed quod quis meretur quodammodo habet per seipsum: cum igitur Christus fruitionem diuinam gloriosissime habuerit, videtur quòd eam meruerit.

¶ 3 Præt. Secundum illos qui ponunt Angelos in solis naturalibus creatos, simul in eis fuit meritum & præmium: sed nihil prohibet Christum meruisse fruitionem diuinam, nisi quia ab initio suæ conceptionis eam habuit. ergo videtur quòd in ipso instanti suæ conceptionis mereri potuerit, vt simul in eo esset meritum, & præmium.

SED CONTRA. nullus meretur secundum quòd est comprehensor: sed Christus quantum ad fruitionem erat comprehẽsor. ergo nunquam fruitionem meruit.

¶ 4 Præt. Ex hoc ipso quòd intellectus eius erat deo coniunctus in persona, sibi debebatur fruitio: sed vnionem non meruit. ergo nec fruitionem.

K RESPONDEO. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut prędictum est, meritum secundum se est operatio eius qui iustitiã patitur, secundum quam facit suum id quod sibi reddendũ est. Non autem datur aliquid alicui q habet illud eo modo quo habet, nec aliquis facit suum quod suum est, eo modo quo suum est. vnde ad meritum secundum quòd theologi de ipso loquũtur in ordine ad ea quæ sunt bona simpliciter, quatuor requiruntur quantum ad id, quod aliquis mereri dicitur. Primum est, quòd illud sit de pertinentibus ad beatitudinem. Secundum est, quòd illud d sit non habitum quod per meritum acquiritur reddendum iustitia mediante. Tertium est, quòd illud sit non debitum quòd merendo quis sibi debitum facit. Quartum, quòd id quod quis mereri dicitur sequatur ad minus ordine naturæ ad ipsum meritum: & ideo gratia quæ est merẽdi principium, & alia naturalia quæ exiguntur ad meritum, sub merito non cadunt. Hęc autem quatuor in Christi immortalitate inueniuntur, quia est de his quæ pertinent ad beatitudinem corporis. Item nõ fuit ab eo semper habitum, quia a principio mortale corpus assumpsit. Itẽ non fuit sibi debitum ratione naturæ, quàmuis esset sibi debitum ratione personæ. Item immortalitas non exigitur ad merendum, & propter hoc immortalitatem meruit.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ q̃uis immortalitas, & oĩa alia bona quę sunt in potestate pr̃is, eẽnt in ptãte filii quantũ ad diuinam personam, non tamẽ ratione humanę naturę: vnde nos merendo facimus nobis debitũ de eo, qđ non erat debitũ neq; naturæ, neq; psonę. Chr̃s aũt fecit merẽdo debitũ naturæ, de nõ debito naturę q̃uis esset debitũ personæ. Nec est simile de adoptione, quia adoptio respicit personam, sicut & filiatio. Meritum autem in operatione consistit, quæ variatur secundum varietatem naturæ, vt prius dictum est.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd quàmuis actus mẽtis, quo Christ⁹ merebatur, sit simpliciter meli⁹ quàm immortalitas corporis, tamen illa est melior quantum ad statum, inquãtum scilicet, pertinet ad statum beatitudinis. Actus vero mentis secũdum quòd in eo consistit meritum, pertinet ad statum viatoris. Vel dicendum, quòd hoc habet veritatem in premio substantiali animæ, & non in aliis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus quàmuis non haberet necessitatem moriendi ex peccato, habebat tamen ex principiis naturalibus, vt † supra dictũ est: & ideo humanæ naturæ in Christo immortalitas non erat debita. Vel dicendum, quòd priuatio culpæ quàmuis auferat meritum mortis, non tamen dat immortalitatem, qua imposibile est mori, qualis est immortalitas quã meruit Christus, sicut patet in Adam quantum ad primum statum, in quo non erat prædicta immortalitas.

D.195. AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd d anima dupliciter dicitur pasibilis. Vno modo secundum iustitiam diuinã sicut patitur in inferno ab igne corporali: & hæc est communis animæ, & omni spiritui creato in suis tantum naturalibus considerato. Alio modo dicitur anima pasibilis secundum naturam. & hoc vel per accidens ex pasione corporis, vt supra † dictũ est, quòd læsio corporis ad animam pertingit quodammodo, inquãtum est forma eius: vel per operationem propriam, siue illa sit cõmunis animæ & corpori, sicut in delectationibus & tristitiis, quæ sunt secundum partem sensitiuam: siue sit propria ipsi animæ, sicut in delectationibus & tristitiis intellectiuę partis. Quia autẽ anima secundum suam naturam est forma corporis, formæ autẽ est vt sit materiæ proportionata: ideo in ipsa natura animæ, etiã sine corpore existentis, est vt sit nata pati ad pasionem corporis, quàmuis non patiatur actu sine corpore, quãtum ad illas pasiones, quæ naturaliter ei inesse possunt vel ex corpore, vel cum corpore. Hæc autem aptitudo non tollitur per id, per quod natura p E gratiam reformatur. quàmuis enim homo reformetur quantum ad actus personales per gratiam, non tamen reformatur quãtum ad naturam nisi per gloriam, quæ omnes defectus naturę tollit. Cuius signum est, quòd reformati p gratiam, in actu naturali defectum patiuntur, quia in originali peccato generant. vnde oportet quòd istam aptitudinem naturalem ab anima habitus gloriæ tollat, per quem anima perficitur non solum in potentiis, quantum ad actus personales: sed inquantum est natura quædam. vnde ex ipsa glorificata, in corpus gloria trãsfunditur. Per habitum etiam gloriæ excluditur & tristitia intellectiuę partis: & iterum posibilitas peccandi, per quam est posibilitas ad pasionem ex iustitia diuina. vnde constat quòd impasibilitas animæ, ad gloriam pertinet, & quòd Christus gloriam animæ, inquantum est natura corporis: non habuit a principio suę cõceptionis, quia corpus pasibile fuit, quàmuis haberet animam gloriosam quantum ad operationes, quibus deo fruebatur, ideo sicut meruit immortalitatem corporis: ita etiam meruit impasibilitatem animæ. 15.q.2.ar.3.in resp. 12.q.2.

A AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima secundum suam naturam est impasibilis, vt pati non posit, quantum ad pasiones proprie dictas, de quibus loquimur, sine corpore. est tamen secundum naturam suam pasibilis, idest, potens pati has pasiones in corpore & per corpus. Vnde hæc determinatio; p naturã; põt determinare passibilitatem, vel quantum ad potentiam, & sic falsa est propositio: vel quãtum ad actum, et sic vera est, quia pasibile est potens pati.

¶ Ad secũdũ dicẽdũ, ꝙ q̃uis per accidens inesset aię pasio, nõ tñ p accidens aptitudo ad patiendum simul cũ corpe: & iõ quàmuis ea sepata a corpe, tollat pasio secundum actum, nõ tamen tollitur aptitudo patiendi. Vnde si iterum corpori vniretur, non faceret cõiunctum sibi corpus impasibile: sed in eo per accidens pateretur sicut & prius, nisi quando glorificata est: tunc enim si corpori vnit, corpus impasibile facit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd impasibilitas animæ pertinet ad beatitudinem animæ, inquantum est natura & forma corporis. & talem beatitudinem anima Christi non habuit a principio sue cõceptionis: sed beatitudinẽ q consistit in actu fruitionis.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut dicit philosophus in 1. Ethi. in felicitate aliquid inuenitur essentiale ipsius, sicut virtutes quæ faciunt operationem perfectam. Aliquid autem quod facit ad bene esse felicitatis, sicut diuitiæ, & amici, & huiusmodi. Similiter dico, quòd aliqua sunt quæ sunt de substantia beatitudinis, sicut dotes animæ, & corporis: aliquid autem quod est de bene esse ipsius, sicut manifestatio beatitudinis ad alios, in quo etiam gloria consistit, quia gloria est clara cum laude notitia. Glo. Ro. vltimo. Sicut etiam philosophus dicit quòd de bene esse ipsius felicitatis est, vt felix etiã post mortem viuat in memoriis hominum. Quia in Christo debuit esse completissima beatitudo: ideo non solum in seipso beatificatus est, sed ad perfectionem suę beatitudinis etiam sua beatitudo aliis ostensa fuit. & secundum hoc dicitur exaltationem meruisse. quæ quidem exaltatio in tribus consistit, scilicet, In notitia cordis, secundum quòd dicitur accepisse nomen super omne nomen, quia nomen de re notitiam facit. Item in reuerentia corporis, quantum ad genuflexionem. Itẽ in confessione oris: & hoc est quod dicit Apostolus. Et omnis lingua confiteatur &c. Cap. 17. In fine. 1. Ethi. c. 15 D

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis fuerit exaltatus ab initio suę conceptionis, non tamen sua exaltatio fuit tunc manifesta: & res in sacra Scriptura tunc fieri dicit, qñ innotescit. Phil. 2.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nomen super omne nomen, dicitur esse vel quãtum ad id a quo imponitur, & sic est nomen Iesus, vel Christus, quia vtrunq; exponitur ex vnione humanæ naturę ad diuinam: quia secũdum hoc vnctus dicitur, quòd deo est vnitus, & secundum hoc etiam a peccatis saluos facere potest: vel quantum ad id cui nomen imponitur. & sic hoc nomen; Deus; est super omne nomem, quia imponitur sibi secundum diuinam naturam. & hæc omnia quàmuis fuerint in eo secundum rei veritatem a principio conceptionis, non tñ erant in notitia hominum. E

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd ante resurrectionem erat quidem manifesta Christi exaltatio non omnibus, sed paucis. & quibusdam etiam non per certitudinem: sed per quandam coniecturam, sicut demonibus, & aliquibus Iudęis: sed post resurrectionem suã altitudo toti mundo innotuit per certitudinem fidei.

¶ Ad quartum dicendum, quòd meritum non fit propter præmium, nisi ad quod ordinatur principaliter: hoc autem est illud, quod est de substantia beatitudinis. vnde etiam quàmuis honor ciuilis sit, quo præmiatur virtus ciuilis: tamen ciues propter illum honorem non operantur virtutis opera, sed propter bonum ipsius virtutis.

AD

¶ Ad qvartam quæstionem dicendum, quòd gloria animæ consistit in hoc, quòd anima ipsi deo vnitur per visionem & amorem. & quia posterior vnio præsupponit priorem: sicut hoc quòd deus est in sanctis per gratiam: præsupponit hoc quòd in omnibus est per essentiam, præsentiam, & potentiam: ideo eadem ratione vnio quæ est in

Col. 2, heb. c. 9, glo. or,

persona: quæ est vltima & completissima: præsupponit omnem aliam vnionem ad deū; vnde ex hoc ipso quòd aia Christi erat deo in persona coniuncta; debebatur sibi fruitionis vnio: & non per operationem aliquam, ei facta debita: & ideo quia meritum consistit in operatiõe quæ facit nobis aliquid debitū, Christus fruitionem non meruit. Secus autem est de gloria corporis: quia gloria corporis non consistit in vnione ad deum: vnde sine ea corpus diuinitati vnitum esse potuit: & fuit dispensatiue propter opus redemptionis implendum. Et propter hoc fruitionem in qua consistit gloria animæ, Christus semper habuit: & ipsam non meruit sicut meruit gloriam corporis.

A Ad primvm ergo dicendum, quòd hoc quod Christus sibi beatitudinem quæ est in fruitione non meruit: non fuit ex insufficientia meriti: sed ex perfectione merentis.

¶ Ad secundum dicendum: quòd Christus magis habuit ex seipso quòd ex vnione habuit quàm aliquis habeat id quod ex operatione acquirit, quia habuit illud naturaliter. & ideo etiam glorioſius habuit fruitionem quàm aliquis alius.

¶ Ad tertium dicendum, quod secundum illam opinionem, angeli non semper habuerunt beatitudinem, nec iterum aliquid erat in eis vnde eis deberetur. & ideo mereri potuerunt simul

5. q. 2. a. 2. o.

quando acceperunt gratiam, vt in 2. lib. dictum est. non est autem ita de Christo qui semper beatus secundum animam fuit, & cui ex ipsa vnione debebatur gloria.

Articvlvs v.

Vtrum Christus meruerit sibi per passionem.

3. q. 20. 2. sup. d. 18. q. 1. a. 2. o.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quòd Christus I per passionem non meruerit sibi. Mereri enim est aliquid sibi debitum facere: sed qui sibi semel aliquid debitum fecit. puta emendo, non vlterius emit illud. ergo & qui meruit aliquid semel, vlterius non potest mereri illud: sed Christus ab instanti conceptionis meruit sibi ea quæ dicta sunt. ergo per passionem nihil sibi meruit.

¶ 2 Præt. Meritum facit vel de non debito debitum, vel de debito magis debitum: sed ea quæ Christus meruit non fuerunt sibi magis debita post passionem quàm ante, quia per primum meritum fuerunt sibi facta sufficienter debita. ergo per passionem sibi Christus nihil meruit.

¶ 3 Præt. Passio in corpore Christi fuit: sed meritum non est nisi in anima. ergo per passionem Christus nihil sibi meruit.

¶ 4 Præt. Meriti principium est in nobis, quia voluntarium est

cap. 4.

cuius principium est intra, vt dicitur in 3. Ethicorum: sed principium passionis non est in patiente, sed in agente. ergo Christus per passionem non meruit.

¶ 5 Præt. Omne meritum consistit in charitate: sed pati passiones laudabiliter non est opus charitatis, sed patientiæ, vel fortitudinis. ergo Christus per passionem non meruit.

Sed contra. Est quod dicitur in litera, quòd passio claritatis est meritum.

¶ Præt. Actibus virtutum meremur: sed Christus est passus ex maxima charitate. Io. 15. Maiorem hac dilectionem. ergo ipse per suam passionem meruit.

¶ Præterea. Passio sua, maior fuit aliorum sanctorum passionibus, vt supra distinctio. 15. dictum est. sed alii sancti suis

dist. 15. q. 2. 3. quæstiũ. 3. ad 1.

passionibus meruerunt. ergo & Christus per suam passionem meruit.

sup. arg. 1. huius arti.

Respondeo dicendum, quòd mereri sicut dictum d est, est facere aliquid sibi debitum, hoc autem contingit tribus modis. Vno modo quando aliquis facit de non debito debitum, sicut aliquis primo motu charitatis meretur uitam æternam; fa-

ciens eam debitam sibi, quæ prius ei debita non erat. Alio modo quod erat minus debitum faciendo sibi magis debitum, quod contingit in eo, in quo charitas augetur. Tertio contingit quando aliquid quod est vno modo debitum sibi, facit alio modo debitum sibi, sicut puer baptizatus cui debetur vita æterna ex habitu gratiæ in baptismo infusæ, quádo vsum libert arbitrii habere incipit, facit sibi debitam eã ex actu. Primo igitur modo Christus meruit in primo instanti suæ conceptionis claritatem corporis, quæ quidem non erat ei debita, neque ex cõditione naturæ in se consideratæ, neque consequebatur ex necessitate vnionis, sicut gloria fruitionis, vt dictum est. Secundo autẽ modo Christus mereri nõ potuit, quia charitas non est augmentata in Christo. Tertio modo meruit in omnibus actibus suis post primum instans suæ conceptionis, quia fecit sibi debitum aliquibus actibus, quod prius aliis actibus debebatur. Actus autem quo quis meretur est ille, cuius agens est dominus, vt supra dictum est, & qui est proportionatus mercedi. Est autem homo dominus suorum actuum per voluntatem, quam quia charitas perficit in ordine ad finem vltimum, ideo actum fini proportionatum facit, scilicet beatitudini, quæ proprie merces est nostrorum meritorum. & ideo omnis actus voluntarius charitate informatus est meritorius. Cum igitur Christus passionem suam voluntarie sustinuerit (oblatus enim est quia ipse voluit, Esa. 53. & voluntas ista charitate fuerit informata) non est dubium quòd per suam passionem meruerit.

q. 1. a. 2. q. 2. a. 2.

dist. 2. q. 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd emptio est principaliter propter habendam rem quæ emitur; & ideo postquam semel empta est, vlterius non emitur: sed actio qua quis meretur, non est principaliter propter præmium consequendum: sed propter bonum charitatis. vnde homo habens charitatem etiam operaretur si nulla retributio sequeretur. vnde etiam postquàm meruit aliquid operatur, & id quòd sibi primo vno modo debebatur: postea alio modo sibi debetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non oportet quòd faciat sibi magis debitum, quia hoc est secundum intensionem charitatis, quæ est radix merendi, sed facit sibi pluribus modis debitum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis passio sit in corpore, tamen voluntas acceptans passionem fuit in anima.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd passio inquantum passio, non est meritoria, quia sic principium eius est extra: sed est meritoria inquantum est accepta per voluntatem, sic enim est voluntaria, & principium eius est intra. Acceptatur autem passio a voluntate dupliciter. vel sicut voluntarium absolute: sicut in Christo qui se volũtarie obtulit passioni, vt nostræ redemptionis opus expleretur, vel sicut voluntarium mistum: sicut quando aliquis etsi vellet non pati: tamen magis vult sustinere passionem, quã aliquid contra deum faciat.

Lib. 3. de fide cap. 15.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis meritum sit in charitate sicut in radice, non tamen meremur sola charitate, sed eriam aliis virtutibus, inquantum earum actus sunt a charitate imperati.

Articvlvs vi.

f Vtrum Christus potuerit nobis mereri.

Cap. de spe tię parti. 7.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quòd Christus nobis mereri non potuit. Sicut enim laus requirit voluntarium, ita & meritum: sed propter hoc quòd laus requirit voluntarium in laudato, ideo vnus non laudatur propter actum alterius. ergo similiter nec vnus alteri mereri potest, & sic Christus nihil nobis meruit.

Hicin cor.

¶ 2 Præt. Ezech. 18. dicitur. Aía quæ peccauerit ipsa morietur. ergo eadem ratione anima quæ operatur ipsa præmiabitur, & ita videtur quòd Christus nobis mereri non potuit.

¶ 3 Præt. Christus non meruit secundum quod deus: sed secundum quod homo habens charitatem: sed vnus habens charitatem non meretur alteri nisi ex congruo, quod non est per se loquendo meritum. ergo &c.

Sed contra. Christus secundum quod homo, est caput nostrum. ergo nobis aliquid influit: sed non nisi meritoriæ. ergo Christus nobis aliquid meruit.

¶ 2 Præt. Nullus pervenit ad gloriam sine merito, sed pueri baptizati pervenient ad gloriam. ergo cum non perueniant per meritũ proprium, pervenient per meritum Christi, & ita Chrs nobis aliquid meruit.

II

Vlterivs. Videtur q̃ non meruit nobis ianuæ apertionem: quia Enoch & Helias ante Christi incarnationem in paradisum introierunt. ergo ante Christũ ianua erat aperta.

¶ 2 Præt. Quicunque meretur paradisum, meretur etiã apertionem ianuæ paradisi: sed antiqui patres meruerunt paradisum, cum haberent charitatem ita perfectam sicut & nos, & eum propter paradisum omnia operarentur. ergo meruerunt apertionem ianuæ paradisi.

¶ 3 Præt. Posita causa sufficienti non requiritur aliquid aliud ad effectum. si ergo Christus sufficienter meruit nobis apertionem ianuæ paradisi, videtur q̃ non oporteat nos aliquid propter paradisum operari, quod est falsum. ergo & primum.

Sed contra. Ante Christum nullus in paradisum intrauit, quia sancti patres ad limbum descendebant: sed postea homines in paradisum intrauerunt, sicut dicitur Lu. 23. Hodie mecũ eris in paradiso. ergo paradisi aptionẽ Chrs meruit.

dist. 20.

¶ 2 Præt. Per peccatum Adæ clausa est ianua paradisi, vt patet Gen. 3. sed Christus pro peccato Adæ satisfecit. ergo ipse apertionem ianuæ nobis meruit.

III

Vlterivs. Videtur q̃ non tantum per passionẽ apertionem ianuæ nobis meruit: charitas enim eius in passione non fuit maior, quàm ante. si ergo per passionem meruit, & etiam ante meruit.

¶ 2 Præt. In baptismo cæli aperti sunt super eum: sed baptismus passionem præcessit. ergo ante passionem cæli apertionem nobis meruit.

¶ 3 Præt. Videtur q̃ per ascensionem, per id quod dicitur Mich. 2. Ascendet pandens iter ante eos.

Sed contra. Christus satisfaciẽdo, nobis ianuã aperuit, sed satisfecit per passionem. ergo per passionem ianuæ apertionem meruit.

¶ 2 Præt. Clausio ianuæ fuit decretum, quod erat contrarium nobis, sed hoc tulit Christus de medio affigens illud crũci. Col. 2. ergo per passionem ianuæ apertionem nobis meruit.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut dicit Damas. in 3. lib. Caro Christi & anima erat quasi instrumentum deitatis, vnde quamuis esset alia operatio dei & hominis, tamen operatio humana habebat in se vim diuinitatis, sicut instrumentum vi agit principalis agentis. Et propter hoc dicit Damas. q̃ ea quæ hominis sunt, supra hominẽ agebat, vnde & actio Christi meritoria, quamuis esset actio humana, tamen agebat in virtute diuina, & ideo erat potestas supra totam naturã, quod non poterat esse de aliqua operatione puri hominis, quia homo singularis est minus dignus quàm natura communis: quia diuinus est bonum gentis, q̃ bonũ vnius hominis: & quia omnes homines sunt vnus homo in natura communi, vt dicit Porphy. inde est. q̃ meritum Christi quod ad naturam se extendebat, etiam ad singulos se extendere poterat, & ita aliis mereri potuit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Christum mereri pro alio dicitur dupliciter, Aut ita q̃ ipse mereatur loco alterius, i. q̃ pertinet ad aliud vt mereatur, & sic Christus pro aliis non meruit: quia meritum oportet q̃ procedat ex voluntate merentis, vt obiectio procedebat. Aut ita q̃ ipse aliquid alteri mereatur, quod sub merito illius nõ cadit: & sic Christus alijs meruit ea, quæ ipsi sibi mereri non potuerunt.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ membra & caput ad eandem personam pertinent: vnde cum Christus fuerit caput nostrũ propter diuinitatem & plenitudinem gratiæ in alios redundantem, nos autem sumus membra eius, meritum suum nõ est extraneum a nobis, sed in nos redundat propter vnitatem corporis mystici.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus ea quæ sunt hominis agebat supra hominem, vt dictum est.

Ad secvndam quæstionem dicendum, q̃ sicut clausio ianuæ est obstaculum prohibens ab ingressu domus: ita p similitudinẽ dicitur ianua paradisi clausa, inquãtũ est aliquod obstaculũ prohibens ab introitu paradisi. Obstaculũ autẽ pot esse duplex, Vnũ ex parte personæ, quod est per peccatũ actuale: aliud ea parte naturæ, quod est per peccatũ originale. Primum quidem obstaculum non est commune omnibus, sed tñ peccatoribus sed ẽm obstaculum est omnibus commune, & hoc quidem obstaculum auferri non potuit nisi per eum, cuius apertio in totam naturã potuit. s. Christũ: et ideo ipse nobis quantũ ad hoc apertionem ianuæ meruit, quæ per peccatum primi hominis toti vitiatę naturę clausa erat.

confugerant, secure ad propria remeare licebat. Ecce aliquatenus ostensum est, qualiter per Christi mortem aditus regni sit nobis paratus.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ est duplex paradisus. s. celestis quę est ipsa visio dei, & terrestris. Per peccatum autẽ primi hominis clausa fuit ianua paradisi terrestris in signũ, q̃ humanę naturę claudebat'ostiũ paradisi cęlestis. Enoc ergo & Helias, quamuis paradisum terrestrem ante passionem ingressi sint, non tamen paradisum cælestem, de cuius ianua hic loquimur.

¶ Ad ẽm dicendum, q̃ antiqui patres meruerunt introitum paradisi quãtũ ad id quod personę est, sicut & nos, tñ q̃ remouereť impedimentũ, quod erat ex parte naturæ, mereri nõ potuerunt, & ideo semper remanebat eis ianua clausa.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quãuis remotũ sit impedimentũ, quod erat ex parte naturę per Christum, tamen oportet q̃ per actum meritorium efficiatur homini paradisus debitus quãtũ ad id quod est personę, & ideo oportet q̃ homo agat ad hoc, vt paradisum intrare mereatur.

In quæst. 5a periori huius. art. cor.

¶ Ad tertiam quæstionem dicendũ, q̃ obstaculũ quod ianuã paradisi claudebat, vt dictum est, fuit peccatum totam naturã inficiens: & ideo quia peccatũ per satisfactionẽ tollit, neq; satisfactio potuit congrue aliter fieri nisi per passionem Christi, vt infra dicetur, ideo per passionẽ ipsius tñ aperta est nobis ianua, & non per alia quę prius operatus est, tñ per alia quæ prius operatus est meruit nobis conuersionem ad ipsum, inquantum meruit se nobis manifestari, per quam nos proficimus, & non ipse.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ meritum satisfactionis non cõsistit tñ in charitate, sed requirit passionẽ Chri, vt infra dicet: per satisfactionem autẽ oportebat nobis ianuam aperiri.

¶ Ad secũdum dicendũ, q̃ in baptismo aperti sunt cęli: quia baptismus est id, per quod efficimur participes passionis Chri consepulti cum ipso in mortem. Ro. 6. Vnde baptismus non aperit ianuam, nisi suppposita passione.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ascensio non aperuit ianuã quãtum ad id quod est essentiale paradiso. s. visionẽ dei: quia etiã ante ascensionem deum viderunt sancti educti de limbo, sed quantum ad locum congruentem beatis.

Exposito textvs.

Tamota *igneæ romphææ*. Quæ quidem posita in paradiso terrestri significabat impedimẽtum, quod prohibebat ingressum paradisi cęlestis. *Sed vel mox post carnis &c.* Hoc probabilius est: quia etiam aliæ animę sanctorum, quæ nihil purgabile habent, mox post separationem a corpore impassibiles fiunt. *In qua forma crucifixus est, in ea exal.* Contra. Exaltatio est vsque ad æqualitatem patris, quod non conuenit sibi secundum humanam naturã, in qua crucifixus est. Dicendum, quòd exaltatio potest dupliciter intelligi, aut quantum ad cognitionem nostram, & sic debetur personę rationę vtriusque naturę: aut quantum ad rem, & sic cum exaltatio duo importet, terminum ad quẽ, & motum ad ipsum, terminus conuenit personę secundum quod dicitur exaltari vsque ad æqualitatem patris, naturæ autem assumptę secundum quòd dicitur exaltari ad potiora bona patris: motus autem conuenit tantum naturæ, & ideo exaltatio conuenit personę rationę naturę. *Non est autem inuentus aliquis inter homines.* Quia meritum vnius puri hominis non poterat in totam naturam. *Vix vnicuique sua.* Quia iustitiæ nostrę imperfectionem habent admistam, & ideo vix valent quantum ad personale meritum, nullo autem modo ad merendum pro tota natura. *Impleto autem dei decreto.* Decretum dicitur dei præceptum, quod Adam transgressus est, quod Christus ob ediendo impleuit. Vel decretum dicitur sententia mortis, quam in Adam tulit: & hoc etiam decretum Christus impleuit quando mortem sustinuit. Chirographum autẽ dicitur memoria præuaricationis Adę, siue reatus ipsius, quod Christus pro nobis satisfaciendo deleuit. *Tantum enim fuit peccatum.* De hoc infra dist. 20. quęre.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit Magister de merito Christi secundum quòd ordinatur ad bonum consequendum sibi & nobis, hic determinat de merito ipsius secundum q̃ ordinatur ad remotionem mali in nobis: ipse enim in se neque subiectus est culpę, neque debitor est pœnę. Diuiditur autem in duas partes. In prima, ostẽdit quomodo p passionẽ Christi liberamur a malis. In secunda, de cã passionis Christi dist. 20. *Si vero quæritur*. Prima ī duas. Primo, ostẽdit quomodo per meritũ passionis Christi ipsi mũs liberati a malo. Secundo, determinat de his, quæ dicuntur de Christo ratione huius liberatiõis, ibi, *Vnde & ipse vere dicitur*. Prima, in duas. Primo, ostẽdit quomodo per passionem Christi liberati sumus a malo culpę, & a potestate inimitantis ad culpam. s. dęmonis. Secundo, ostendit quomodo per dictã passionem sumus liberati a malo pœnæ, ibi. *A pœna redemit*. Circa primum duo facit. Primo, ponit intentum. Secundo, exequitur propositum, ibi. *Sed quomodo a peccatis*. Circa qd duo facit. Primo, prosequitur modum, quomodo per Christi passionem & mortem liberati sumus a peccato. Secũdo, quomodo liberati sumus a potestate diaboli, ibi. *A diabolo liberamur*. Circa quod tria facit. Primo, ostendit quantum ad quid liberati sumus a potestate diaboli. Secundo, exponit modum liberationis, ibi. *Vnde Augustí, causam & modum*. Tertio, q̃ hoc fieri non poterat, nisi per deum & hominem, ibi. *Factus est igitur homo mortalis. Et a pœna redemit*. Hic ostendit, quomodo sumus liberati a pœna per Christi passionem. Circa quod duo facit. Primo, ostendit a qua pœna nos liberauit. Secundo, modum liberationis, ibi. *Peccata quoque nostra. Vnde ipse vere mediator*. Hic determinat de his, quæ dicuntur de Christo ratione dictę liberationis. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit qua te dicatur redemptor. Secundo, quare dicitur mediator, ibi. *Qui solus dicitur mediator*. Circa quod tria facit. Primo, ostendit rationem quare dicitur mediator. Secundo, ostendit q̃ ipse solus est mediator, non pater, vel Spiritussanctus, ibi. *Sed cum peccata deleat*. Tertio, ostendit secundum quam naturã ipse sit mediator, ibi, *Vnde & mediator dicitur*.

Rom. 3.

Rom. 5.

DISTINCTIO XIX.

A

Hic qualiter a diabolo & a peccato redemit nos per mortem, quæritur.

VNC igitur quærantus, quomodo per mortem ipsius a diabolo, & a peccato, & a pœna, redempti sumus. A diabolo igitur, & a peccato per mortẽ Christi liberati sumus: quia ut ait Apostolus, In sanguine ipsius iustificati sumus, & in eo q̃ sumus iustificati, i. a peccatis soluti, a diabolo sumus liberati, qui nos in uinculis peccatorum tenebat. Sed quomodo a peccatis, per eius mortem soluti sumus? Quia per eius mortem, ut ait Apostolus Commẽdat in nobis charitas dei, i. apparet eximia, uel commendabilis charitas dei erga nos in hoc, q̃ filium suum tradidit in mortem pro nobis peccatoribus. Exhibita autem mus fidem de passione, sic etiam habemus fidem de creatione mundi, & tamen non dicitur, q̃ per bona creationis a peccato mundemur, quàmuis, Fides corda purificet, vt dicitur Act. 15. ergo videtur, q̃ nec etiam ista ratione dicendum sit, q̃ per passionẽ a peccatis liberati simus, vt dicit Magister.

Li. 4. de Trinitate.

SED CONTRA Apoc. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: sanguinem autem in passione fudit. ergo per passionem a peccatis nos liberauit.

¶ 2 Præt. Signum respondet signato: sed ritus ve. legis fuit signum & figura Christi: cum igitur in ver. le. non fuerit sine sanguinis effusione remissio, vt dicitur Hebre. 9. nec peccatorum remissio fit, nisi per sanguinis Christi effusionem.

De ago. c. 2. de baptis. parti. lib. 2. cap. 3. to. 7. cap. 31.

VLTERIVS. Videtur q̃ non omnia peccata per Christi mortẽ deleta sint. Nullus enim damnatur, nisi pro peccato: sed multi post Christi passionem damnantur. ergo non quicquid culparum erat deleuit.

D. 18. q. 2. a. 6. q. 1. cor.

¶ 2 Præt. Quod semel deletum est, vlterius deleri non potest: sed peccata prędecedentium patrum deleta erant, & quantũ ad actualia per pœnitentiã, & quantum ad originale per circũcisionem. ergo per passionem Christi non omnia peccata humani generis deleta sunt.

¶ 3 Præt. Peccatum non potest deleri antequam fiat, quia tũc nũquam fieret: sed multa peccata facta sunt post Christi passionem. ergo non omnia peccata deleuit.

Di. 13. q. 1. art. 2. q. 2. cor.

¶ 4 Præt. Pœnitentia, & baptismus, & alia bona opera, nobis indicuntur ad peccatorum remissionem: hoc autem nõ esset, si omnia peccata per mortem Christi deleta essent. ergo videtur, q̃ non omnia deleta fuerunt.

¶ 5 Præt. Eorum quæ sunt equalia, vnum non destruit alterũ: sed quãtum bonum fuit passio Christi ex parte patientis, tantum malum fuit occisio ipsius ex parte occidentium: quia occidebatur deus, qui erat infinitum bonum. ergo videtur q̃ illud peccatum per Christi mortem expiari non potuit.

SED CONTRA Coll. 2. Viuificauit nos cum illo, donãs nobis omnia delicta: sed donare delicta est remittere peccata. ergo per Christum omnia peccata sunt dimissa.

¶ 2 Præt. Passio Christi quantum in se est, æqualiter se habet ad omnia peccata delenda: si ergo aliqua peccata non deleuit, nulla deleuit, quod est absurdum.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, q̃ delere peccatum dicitur dupliciter. Vno modo formaliter, sicut albedo dicitur delere nigredinem per hoc, quòd aduenit in subiecto, & sic gratiæ est delere peccatum. Alio modo dicitur effectiue: & hoc contingit tripliciter, secundum tria genera causæ efficientis: dicitur enim causa efficiens, vno modo perficiens effectum, & hoc est principale agens inducens formam, & sic solus deus peccatum delet: quia ipse solus gratiã infundit. Alio modo, dicitur efficiens disponẽs materiam ad recipiendum formam, & sic dicitur peccatum delere ille, qui meretur peccati deletionem: quia ex merito efficitur aliquis dignus quasi materia dispositа ad recipiendum gratiã, per quam peccata deleantur. Hoc autem contingit dupliciter, vel sufficiẽter, vel insufficiẽter. Sufficiẽter quidẽ dispositа est materia, quando fit necessitas ad formã: & similiter aliquis sufficienter per meritũ disponitur ad aliquid, quando illud efficitur sibi debitũ, & hoc est meritum condigni, & sic nullus homo neque sibi, neque alteri potest mereri gratiam, vel peccati deletionem. Non sibi, quia antequàm gratiam habeat nõ est in statu merendi, vt patet ex dictis. Alijs nõ, quia actio vnius non potest sufficienter transire in alterum, nisi inquantum habet aliquam comunitatem cũ illo, qui potest esse vel per cõmunionem in natura, vel per cõiunctionem affectus: sed prima coniunctio est essentialis, secunda autem accidentalis. Purus autem homo, non potest in naturam, quia vt supradictũ est, est infertor q̃ natura: & ideo nõ potest actio eius in altum hominem transire secundum q̃ coniungitur ei in natura, sed solum q̃tum ad coniunctionem affectus, quę est coniunctio accidentalis, & propter hoc non põt alteri sufficienter mereri, sed ex congruo. Solus aũt Christus alijs põt sufficiẽter mereri: quia põt in naturã inquantũ deus est, & charitas sua quodammodo est infinita, sicut & gratia, vt supradictum est. In hoc aũt pro tota natura meruit, in quo debitũ naturæ. s. mortis, quę pro peccato ei debebatur, exoluit ipse peccatum non habens, vt sic non pro se mortẽ soluere teneretur, sed pro natura solueret: vnde satisfaciendo pro tota natura sufficienter meruit pctõrum remissionẽ aliis qui peccata habebant. Tertio modo, dicitur agens instrumentale, & hoc modo sacramenta delent peccata: quia sunt instrumenta diuinę misericordię saluantis.

Rom. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ea quę hominis erant, Christus supra hominẽ faciebat ẽm q̃ eius actio habebat virtutem ex diuino consortio, vt supradictum est: & ideo quãuis passio eius esset ẽm q̃ homo, tñ per passionẽ peccata deleuit, sicut per contactum corporalem leprosum mundauit.

¶ AD ẽm dicendum, q̃ quãuis passio esset in corpore, tñ erat in spiritu acceptante passionem: & ideo per passionem meruit nostrorum spirituum emundationem.

¶ AD tertium dicendũ, q̃ Christus est vniùs naturę nobiscũ, vnde eius actio in nos est aliquo modo vniuoca. i. similitudinẽ habens cũ effectu. Quãuis aũt in iustificatione peccata deleantur, tamen iustificatio nominat illam mutationem de culpa in gram ẽm terminum ad quẽ: peccati aũt deletio ẽm terminum a quo. Et ideo attribuitur peccati deletio morti, quę vitam passibilem vitę peccatrici similẽ in pœna a Christo admit. Iustificatio autem resurrectioni, per quam nona vita in Christo inchoata est. Et hoc est quod Apostolus dicit, quòd resurrexit propter iustificationem nostram, & traditus est propter delicta nostra.

¶ AD quartum dicendum, q̃ Christus inquantum nobis influxit per meritum, dicitur caput nostrum, vt supra dist. 13. q. 2. pri. cor. dictum est. Ex capite autem nõ recipitur influxus in membris diuisis, sed in membris coniunctis. capiti, quantumcũq; caput ex se sufficiens sit ad influendum. Vnde quãuis meritum Christi sit sufficiens ad delendum peccata, tamẽ ad efficientiam deletionis requiruntur ea q̃ capiti cõiungunt: huiusmodi autem sunt fides, & charitas. Et ideo magister assignat fidẽ passionis, & charitatẽ quasi causas efficientię deletionis culpę: causam tamen sufficientię assignat in hoc qd dicit, q̃ mors Christi est verum sacrificiũ, per quod peccata delentur. Vnde quãuis ex aliis diuinis beneficiis, & sanctorum exemplis charitas excitetur, nõ tamen cõsungit merito sufficienti ad culpę deletionẽ inquãtum ex eis excitatur, sed inquãtum excitat ex passione Christi.

Lib. 13. de Trin. c. 13

¶ Similiter. dicendum ad quintum de fide.

Matth. 12. March. 3. Epha. 1.

AD SECVNDAM quęstionem dicendum, q̃ ad hoc q̃ aliquid ī alterũ effectũ inducere possit, duo requiruntur, vnum ex parte agentis. s. q̃ habeat virtutem sufficientem ad inducendum illum effectum: alterum ex parte recipientis, vt. s. dispositum sit ad suscipiendũ actionem. Christi autem qui in nobis meruit deletionem peccatorũm, inuenitur sufficientia ad delendũ omnia peccata nostra ex duobus. s. ex actione, in qua meritum consistit quæ agit vi diuina, eo q̃ est actio dei & hominis, vt dictum est, & ex hoc habet infinitam in merendo efficaciam. Et iterum ex eo q̃ passio abstulit. s. animam deo vnitam, quę etiam habebat infinitum valorem ex hoc, q̃ est deo vnita, & ex hoc est infinita efficacia in satisfaciendo. Ex parte autem nostra requiritur, vt nos pręparemus ad meriti Christi effectum in nobis suscipiendum per fidem intellectus, & charitatem affectus, & per imitationem operis, quod quidem non contingit in omnibus: & ideo quo ad sufficientiam satisfactionis & meriti omnia peccata per Christi passionem deleta sunt, non autem quantum ad efficientiam.

q. 1. arti. 1. q. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in illis qui damnãtur, est indispositio ad recipiendum effectum meriti Christi, vnde ex hoc contingit quòd eorum peccata non delentur, non ex insufficientia meriti passionis Christi.

¶ AD secundum dicendum, q̃ etiam in sanctis qui fuerunt ante incarnationem, habuit effectum passio Christi inquantũ fidem habebant passionis ipsius, per quam iustificabantur. Quia autem passio nondum erat in rerum natura, sed in fide eorum, inquantum personali actione in Christum credebãt: ideo illa iustificatio, qua per fidem passionis Christi iustificabantur, non se extendebat nisi ad remouendum personale impedimentum, non autem ad remouendum impedimentum naturę: & propter hoc ipsi quidem a peccato mundabantur, sed paradisi ianuam non intrabant: quia nondum erat amotum impedimentum naturę.

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

Primo, Vtrum per passionẽ Christi simus liberati a peccato.
Secundo, Vtrum per ipsum simus liberati a potestate diaboli.
Tertio. Vtrum per ipsum simus liberati a pœna.
Quarto, Vtrum ratione illius liberationis, Christus dicendus sit redemptor.
Quinto, Vtrum Eadem ratione sit mediator.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato.

3. q. 49. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ per passionem Christi nõ simus liberati a peccato, Christus enim, non est passus secundum diuinam naturam, sed secundum humanam: sed peccata delere solius est dei, vt patet Isa. 43. quia ipsius solius est gratiam dare, per quam delentur peccata. ergo per passionem Christi, peccata nostra deleri non potuerunt.

¶ 2 Præt. Corporale non potest agere in spirituale: sed passio Christi fuit quoddam corporale, ergo non potuit agere in animas nostras ad delenda peccata.

¶ 3 Præt. Liberatio a peccato dicit esse iustificatio: sed hęc attribuitur resurrectiõi, Resurrexit. n. propter iustificationem nostram. ergo liberatio a peccato non debet attribui passioni, sed resurrectioni. Rom.

¶ 4 Præt. Sicut passio Christi excitat in nobis charitatẽ, ita & alia beneficia dei: quia ipse nobis temporalia & spiritualia bona attribuit. Similiter etiam sanctorũ exempla nos ad charitatem excitant, & tamen nõ dicitur, q̃ per omnia beneficia dei a peccato liberemur, ergo neque debet dici, q̃ per passionẽ liberemur a peccato, quia nos ad charitatem excitat, vt dicit Magister. Rom.

¶ 5 Præt. Sicut habemus fidem de passione, sic etiam habemus fidem de creatione mundi, & tamen non dicitur, q̃ per bona creationis a peccato mundemur, quàmuis, Fides corda purificet, vt dicitur Act. 15. ergo videtur, q̃ nec etiam ista ratione dicendum sit, q̃ per passionẽ a peccatis liberati simus, vt dicit Magister.

SED CONTRA Apoc. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: sanguinem autem in passione fudit. ergo per passionem a peccatis nos liberauit.

¶ 2 Præt. Signum respondet signato: sed ritus ve. legis fuit signum & figura Christi: cum igitur in ver. le. non fuerit sine sanguinis effusione remissio, vt dicitur Hebre. 9. nec peccatorum remissio fit, nisi per sanguinis Christi effusionem.

VLTERIVS. Videtur q̃ non omnia peccata per Christi mortẽ deleta sint. Nullus enim damnatur, nisi pro peccato: sed multi post Christi passionem damnantur. ergo non quicquid culparum erat deleuit.

D. 18. q. 2. a. 6. q. 1. cor.

¶ 2 Præt. Quod semel deletum est, vlterius deleri non potest: sed peccata prędecedentium patrum deleta erant, & quantũ ad actualia per pœnitentiã, & quantum ad originale per circũcisionem. ergo per passionem Christi non omnia peccata humani generis deleta sunt.

¶ 3 Præt. Peccatum non potest deleri antequam fiat, quia tũc nũquam fieret: sed multa peccata facta sunt post Christi passionem. ergo non omnia peccata deleuit.

Di. 13. q. 1. art. 2. q. 2. cor.

¶ 4 Præt. Pœnitentia, & baptismus, & alia bona opera, nobis indicuntur ad peccatorum remissionem: hoc autem nõ esset, si omnia peccata per mortem Christi deleta essent. ergo videtur, q̃ non omnia deleta fuerunt.

¶ 5 Præt. Eorum quæ sunt equalia, vnum non destruit alterũ: sed quãtum bonum fuit passio Christi ex parte patientis, tantum malum fuit occisio ipsius ex parte occidentium: quia occidebatur deus, qui erat infinitum bonum. ergo videtur q̃ illud peccatum per Christi mortem expiari non potuit.

SED CONTRA Coll. 2. Viuificauit nos cum illo, donãs nobis omnia delicta: sed donare delicta est remittere peccata. ergo per Christum omnia peccata sunt dimissa.

¶ 2 Præt. Passio Christi quantum in se est, æqualiter se habet ad omnia peccata delenda: si ergo aliqua peccata non deleuit, nulla deleuit, quod est absurdum.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, q̃ delere peccatum dicitur dupliciter. Vno modo formaliter, sicut albedo dicitur delere nigredinem per hoc, quòd aduenit in subiecto, & sic gratiæ est delere peccatum. Alio modo dicitur effectiue: & hoc contingit tripliciter, secundum tria genera causæ efficientis: dicitur enim causa efficiens, vno modo perficiens effectum, & hoc est principale agens inducens formam, & sic solus deus peccatum delet: quia ipse solus gratiã infundit. Alio modo, dicitur efficiens disponẽs materiam ad recipiendum formam, & sic dicitur peccatum delere ille, qui meretur peccati deletionem: quia ex merito efficitur aliquis dignus quasi materia dispositа ad recipiendum gratiã, per quam peccata deleantur. Hoc autem contingit dupliciter, vel sufficiẽter, vel insufficiẽter. Sufficiẽter quidẽ dispositа est materia, quando fit necessitas ad formã: & similiter aliquis sufficienter per meritũ disponitur ad aliquid, quando illud efficitur sibi debitũ, & hoc est meritum condigni, & sic nullus homo neque sibi, neque alteri potest mereri gratiam, vel peccati deletionem. Non sibi, quia antequàm gratiam habeat nõ est in statu merendi, vt patet ex dictis. Alijs nõ, quia actio vnius non potest sufficienter transire in alterum, nisi inquantum habet aliquam comunitatem cũ illo, qui potest esse vel per cõmunionem in natura, vel per cõiunctionem affectus: sed prima coniunctio est essentialis, secunda autem accidentalis. Purus autem homo, non potest in naturam, quia vt supradictũ est, est infertor q̃ natura: & ideo nõ potest actio eius in altum hominem transire secundum q̃ coniungitur ei in natura, sed solum q̃tum ad coniunctionem affectus, quę est coniunctio accidentalis, & propter hoc non põt alteri sufficienter mereri, sed ex congruo. Solus aũt Christus alijs põt sufficiẽter mereri: quia põt in naturã inquantũ deus est, & charitas sua quodammodo est infinita, sicut & gratia, vt supradictum est. In hoc aũt pro tota natura meruit, in quo debitũ naturæ. s. mortis, quę pro peccato ei debebatur, exoluit ipse peccatum non habens, vt sic non pro se mortẽ soluere teneretur, sed pro natura solueret: vnde satisfaciendo pro tota natura sufficienter meruit pctõrum remissionẽ aliis qui peccata habebant. Tertio modo, dicitur agens instrumentale, & hoc modo sacramenta delent peccata: quia sunt instrumenta diuinę misericordię saluantis.

Rom. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ea quę hominis erant, Christus supra hominẽ faciebat ẽm q̃ eius actio habebat virtutem ex diuino consortio, vt supradictum est: & ideo quãuis passio eius esset ẽm q̃ homo, tñ per passionẽ peccata deleuit, sicut per contactum corporalem leprosum mundauit.

¶ AD ẽm dicendum, q̃ quãuis passio esset in corpore, tñ erat in spiritu acceptante passionem: & ideo per passionem meruit nostrorum spirituum emundationem.

¶ AD tertium dicendũ, q̃ Christus est vniùs naturę nobiscũ, vnde eius actio in nos est aliquo modo vniuoca. i. similitudinẽ habens cũ effectu. Quãuis aũt in iustificatione peccata deleantur, tamen iustificatio nominat illam mutationem de culpa in gram ẽm terminum ad quẽ: peccati aũt deletio ẽm terminum a quo. Et ideo attribuitur peccati deletio morti, quę vitam passibilem vitę peccatrici similẽ in pœna a Christo admit. Iustificatio autem resurrectioni, per quam nona vita in Christo inchoata est. Et hoc est quod Apostolus dicit, quòd resurrexit propter iustificationem nostram, & traditus est propter delicta nostra.

¶ AD quartum dicendum, q̃ Christus inquantum nobis influxit per meritum, dicitur caput nostrum, vt supra dist. 13. q. 2. pri. cor. dictum est. Ex capite autem nõ recipitur influxus in membris diuisis, sed in membris coniunctis. capiti, quantumcũq; caput ex se sufficiens sit ad influendum. Vnde quãuis meritum Christi sit sufficiens ad delendum peccata, tamẽ ad efficientiam deletionis requiruntur ea q̃ capiti cõiungunt: huiusmodi autem sunt fides, & charitas. Et ideo magister assignat fidẽ passionis, & charitatẽ quasi causas efficientię deletionis culpę: causam tamen sufficientię assignat in hoc qd dicit, q̃ mors Christi est verum sacrificiũ, per quod peccata delentur. Vnde quãuis ex aliis diuinis beneficiis, & sanctorum exemplis charitas excitetur, nõ tamen cõsungit merito sufficienti ad culpę deletionẽ inquãtum ex eis excitatur, sed inquãtum excitat ex passione Christi.

Lib. 13. de Trin. c. 13

¶ Similiter. dicendum ad quintum de fide.

Matth. 12. March. 3. Epha. 1.

AD SECVNDAM quęstionem dicendum, q̃ ad hoc q̃ aliquid ī alterũ effectũ inducere possit, duo requiruntur, vnum ex parte agentis. s. q̃ habeat virtutem sufficientem ad inducendum illum effectum: alterum ex parte recipientis, vt. s. dispositum sit ad suscipiendũ actionem. Christi autem qui in nobis meruit deletionem peccatorũm, inuenitur sufficientia ad delendũ omnia peccata nostra ex duobus. s. ex actione, in qua meritum consistit quæ agit vi diuina, eo q̃ est actio dei & hominis, vt dictum est, & ex hoc habet infinitam in merendo efficaciam. Et iterum ex eo q̃ passio abstulit. s. animam deo vnitam, quę etiam habebat infinitum valorem ex hoc, q̃ est deo vnita, & ex hoc est infinita efficacia in satisfaciendo. Ex parte autem nostra requiritur, vt nos pręparemus ad meriti Christi effectum in nobis suscipiendum per fidem intellectus, & charitatem affectus, & per imitationem operis, quod quidem non contingit in omnibus: & ideo quo ad sufficientiam satisfactionis & meriti omnia peccata per Christi passionem deleta sunt, non autem quantum ad efficientiam.

q. 1. arti. 1. q. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in illis qui damnãtur, est indispositio ad recipiendum effectum meriti Christi, vnde ex hoc contingit quòd eorum peccata non delentur, non ex insufficientia meriti passionis Christi.

¶ AD secundum dicendum, q̃ etiam in sanctis qui fuerunt ante incarnationem, habuit effectum passio Christi inquantũ fidem habebant passionis ipsius, per quam iustificabantur. Quia autem passio nondum erat in rerum natura, sed in fide eorum, inquantum personali actione in Christum credebãt: ideo illa iustificatio, qua per fidem passionis Christi iustificabantur, non se extendebat nisi ad remouendum personale impedimentum, non autem ad remouendum impedimentum naturę: & propter hoc ipsi quidem a peccato mundabantur, sed paradisi ianuam non intrabant: quia nondum erat amotum impedimentum naturę.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ passio Christi quantum ad sufficientiam potest delere peccata, etiam antequam fiat, sed efficientia deletionis non est, nisi postquā aliquis a peccato cōmisso auertitur: sicut medicina sufficiens ad sanandum paratur interdum antequam aliquis infirmetur, sed non sanatur per ipsam actu, nisi postquam infirmꝰ fuerit.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ baptismus, pœnitentia, & alia sacramēta, exiguntur ad deletionem peccatorum, sicut instrumentaliter agentia ad deletionē culpe. vnde agūt in virtute passionis dñice, & ipsam passionis virtutem in nos quodāmodo trāsfundūt.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ quāuis ille qui occidebat esset deus, non tamen cognoscebāt occisores ipsum esse deū: quia, Si cognouissent nunquā dominum gloriæ crucifixissent. 1. Cor. 2. vnde eorum peccatum ex ignorantia minuitur, q̄uis nō ex toto excusetur. Et etiam quāmuis habeāt æqualitatē, eorū peccatū & meritum Christi secūdum quid, scilicet quantum ad obiectum actus: quia vitam corporalem quam Christus charitatiue dedit, illi nequiter extinxerūt, non tamen habent equalitatem quātum ad modū: quia multo maior fuit charitas ex parte Christi animam ponētis, q̄ nequitia ex parte illorum, qui illam animam nequiter extorserunt: & iterum bonum est efficacius quàm malum, quod non nisi virtute boni agit, vt dicit Diony. 4. cap. de diuinis nominibus.

Articvlvs II.

b *Vtrum simus liberati a diabolo per passionem Christi.*

3. q. 49. 2. Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd per Christi passionem, non simus liberati a diabolo. Libertas enim hominis in hoc consistit, q̄ cogi non potest: sed sicut nunc liberum arbitrium cogi non potest a diabolo, ita nec ante Christi passionem. ergo passio Christi non liberauit nos a potestate demonis.

¶ 2 Præt. Diabolus non habuit potestatem in res ipsius Iob, neque in carnem eius, nisi cum accepit eam a deo: sed modo etiam accepta potestate a deo, potest homines affligere in rebus, & in personis. ergo in nullo sumus modo magis liberi ab eius potestate quàm ante.

¶ 3 Præt. Ante passionem Christi, demon aliter non nocebat hominibus nisi tentando quantum ad animam, & vexando quantum ad corpora: sed hoc etiam quotidie facit. ergo in nullo eius virtus est diminuta.

¶ 4. Præt. Illi proprie sub diaboli seruitute detinentur, qui ipsi seruitutem latriæ impendunt: sed adhuc hodie sunt idolatræ multi. ergo humanū genus nō est liberatū a seruitute diaboli.

¶ 5 Præt. Apostolus dicit 2. Thi. 3. q̄ In nouissimis diebus, instabunt tempora periculosa, & erunt homines &c. & etiam tempore antichristi magis prævalebit quàm vnquam fecerit. ergo videtur, quòd per passionem Christi, non sit virtus demonis extincta.

Sed contra Ioan. 12. instante passione dixit dominus, Princeps mundi huius eijcietur foras. ergo per passionem Christi principatus sui, dominium amisit.

b Cur deus homo mortuus.

Actvs est igitur homo mortalis, vt moriēdo diabolū vinceret. Nisi enim hō esset qui diabolum vinceret, non iuste, sed violēter homo ei tolli videretur, qui se illi sponte subiecit. Sed si eum homo vicit, iure manifesto hominem perdidit: & ut hō vincat, necesse est, ut deus in eo sit, qui eum a peccatis immunē faciat. Si enim homo per se esset, vel angelus in homine, facile peccaret, cū vtrāque naturā p̄ se cōstet cecidisse. Ideo dei filius hominem passibilē sumpsit, in quo & mortē gustauit: quo cælū nobis aperuit & a seruitute diaboli. i. a peccato (seruitꝰ enim diaboli peccatum est) & a pœna redemit. A qua pœna? Temporali, & æterna. Ab æterna quidem, relaxando debitum: a temporali uero, pēnitus nos liberabit in futuro: q̄n Nouissima mors inimica destruet. Adhuc enim expectamus redemptionē corporis: secundum animā uero iam redempti sumus ex parte, non ex toto, a culpa, nō a pœna. Nec omnino a culpa. Nō. n. ab ea redempti sumus ut non sit, sed ut non dominetur.

c Quomodo pœnam nostrā portauit.

Peccata enim nostra. i. pœnam peccatorum nostrorum, dicitur in corpore suo super lignum portasse: quia per ipsius pœnam quā in cruce tulit, omnis pœna tēporalis quæ pro peccato cōuersis debetur, in baptismo penitus relaxatur, ut nulla a baptizato exigatur, & in pœnitentia minoratur. Non. n. sufficeret ilā pœna, qua pœnitētes ligat Ecclesia, nisi Christi pœna cooperaret, qui pro nobis soluit. Vnde peccata iustorum, qui fuerunt ante aduentum in sustentatione dei fuisse usque ad Christi mortem, dicit Apostolus ad ostensionem eius iustitiæ in hoc tempore. Ecce ex parte expositū est, quomodo, & quid Christus per mortem nobis meruit & impetrauit.

Col. 1. Timo. 1. II. Rom.

¶ 2 Præt. Victoris est aduersarium æ potestate dominij eijcere: sed Christus per passionem victor fuit. Apoc. 4. Vicit leo de tribu Iuda. ergo potestatem demonibus abstulit.

¶ 3 Præt. Diabolus per peccatum, homini dominatur: sed Christus per passionem homines a peccato liberauit: ergo & a potestate demonis.

Respon. Dicēdum, q̄ potestas demonis in duobꝰ consistit. s. in impugnando & detinendo deuictos. Ex eo autem, quòd quis impugnatur, nondum seruus factus est, sed ex eo, q̄ victus est, vt pateat 2. Pet. 2. Deuicerat autem diabolus totū humanū genus in primis parentibus, & eis dominabat, dum eos ad hoc secundum suum votum deduxerat, vt nullus paradisi ianuam introiret, denunciat etiam vnumquemque singulariter, dum eū ad peccatū inclinat: quia, Qui facit peccatū seruus est peccati, potestatē igitur diaboli qua victos detinet Christus per passionem ex toto amouit, quantū ad sufficientiam, licet non quantum ad efficientiam, nisi in illis, qui vim passionis suscipiunt per fidem, charitatem & sacramenta: & per hoc dicitur dominium diaboli euacuasse. Sed potestatem qua impugnat non ex toto euacuauit, sed debilitauit dum ipsum hostem vicit &, hominibus auxilia multa ad resistendum tribuit, sicut sacramenta, gratiam abundatiorem, & alia huiusmodi.

Ad primvm igitur dicendū, quòd quāmuis ante passionem Christi non posset cogere liberum arbitrium sicut nec modo, tamen poterat magis inclinare, inquantum homo erat debilior ad resistendum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc quòd homines in rebus & personis affligit, vel est ex merito culpæ ipsorum, vel ad probationem iustorum & exercitium patientiæ ipsorum, & non est ex insufficientia passionis Christi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quāmuis modo tentet sicut & ante, non tamen ita de facili superat, inquantum homo plura remedia habet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc quòd idolatræ adhuc manent sub seruitute demonis contingit ex hoc quòd auxilia quæ sunt ex passione Christi accipere negligunt.

¶ Ad quintum dicendum, quòd multitudo malorum qui erunt in vltimis temporibus non erit ex hoc, quòd virtus passionis Christi deficiat, sed quia armaturam Dei qua armati sunt per passionem Christi abijcient, vel contemnent: quia Refrigescet charitas multorum. Matth. 24. & ideo non est mirum si deuincantur.

Articvlvs III.

c *Vtrum per passionem Christi a pœna æterna liberati simus.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd per passionem Christi non simus liberati a pœna æterna. Pœna enim æterna est pœna inferni: sed In inferno nulla est redemptio, igitur a pœna æterna Christi passio non liberat. 3. q. 49.

¶ 2 Præt. Si Christus non fuisset passus, nullus in infernum iuisset nisi peccasset mortaliter: sed nunc etiam Christo passo, solum mortaliter peccantes in infernū vadunt. ergo Christi passio non liberauit nos a pœna æterna.

¶ 3 Præt. Pœna quæ finiri potest, æterna non fuit: sed pœna a qua Christus homines liberauit finita est. ergo a pœna æterna non liberauit.

Sed contra. Peccatum est causa mortis æternæ: sed Christus liberauit a peccato. ergo & a pœna æterna.

¶ Præt. zach. 9. Tu autem in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu &c.

Vlterivs. Videtur quòd nō libauit nos a pœna temporali: quia adhuc p̄ peccatis pœna temporalis iniūgitur pœnitentibꝰ. ergo ab ea per Christum non sumus liberati.

Si solus Christus debeat dici redemptor, ut solus dicitur mediator.

Nde ipse vere dicit mūdi redemptor, dei & hominū mediator. Sed mediator in scriptura dr̄ solus filius, redēptor vero aliquādo etiā pater, vel Spiritussanctꝰ. sed hoc propter vsum ptātis, non propter exhibitionē humilitatis & obediētiæ. Nā secūdū potestatis simul & obediētiæ vsum, filius ꝓprie dr̄ redēptor: quia & in se expleuit per quæ iustificati sumus, & ipsam iustificationē est operatus potētia deitatis, cū p̄re & spiritu sctō. Est igit redēptor inquantū est deus ptātis vsu, & inquantū hō, humilitatis effectu. Et sæpius dicitur redemptor secundum humanitatem: quia secundum eam, & in ea suscepit, & impleuit illa sacramēta quę sunt causa redemptionis nostræ. Proprie igitur filius dicitur redemptor quod bonum temporale, quia bonū temporale nō est natum manere semper. Hæc aūt tpalis pœna in homine est duplex, quędam quę vniuersaliter inuenitur in tota humana natura, *sicut necessitas moriendi, passibilitas, inobedientia carnis ad spiritum & hinōi*: & hæc quidem pœna naturæ humanæ debetur ex originali peccato, nihilominus huius ex principiis naturę consequuntur gratia innocentiæ destitutæ. Has igitur pœnas per suam passionis pœnam Christus ab omnibus sufficienter excluſit, quātis non efficaciter ab omnibus. Illis qui eius passionis participes nō sunt: nec tamen ita, q̄ statim post passionē ab omnibus auferantur, vel ita q̄ auferantur ab illis qui sacramenta passionis eius percipiunt statim post perceptionem sacramenti, sed in fine mundi ab omnibus sanctis simul auferētur: *quia iste pœnæ debentur naturæ, in qua omnes sunt vnum*, vnde tunc non solum hominum, sed totius mundi natura reparabitur per resurrectionem: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis i libertatem gloriæ filiorum dei. Rom. 8. Alie autem pœnę sunt, quæ aliquibus hominibus speciliter infliguntur. Et hę pœnæ dupliciter ad eos comparantur. Vno modo, vt vindicantes culpā secundum q̄ culpa facit debitum huius pœnæ, & hoc modo Christus oēs istas pœnas sua morte quantū ad sufficientiā abstulit remouendo causam. Sed ad hoc, q̄ aliquis his pœnis quātum ad efficaciā liberet, exigitur q̄ passionis Christi participeps fiat, quod quidem contingit dupliciter. primo quidem, per sacramentum passionis. s. baptismū, in quo consepelimur Christo in mortem, vt dicitur Rom. 6. in quo diuina virtus operatur salutem, quę inefficaciam nescit, & ideo omnis talis pœna in baptismo tollitur. Secundo, aliquis fit particeps Christi per realem conformitatem ad ipsum. s. inquantū Christo patiente patimur, quod quidem fit per pœnitentiam. Et quia hæc conformatio fit per nram operationem, ideo cōtingit q̄ est imperfecta & perfecta. Et q̄n quidē est perfecta cōformatio sm proportionem ad reatū culpæ, tunc pœna totaliter tollit siue hoc sit in contritione tm̄, siue etiam sit in alijs partibus pœnitentiæ. Quando aūt nō est perfecta conformatio, tunc adhuc manet obligatio ad aliquam pœnam, vel hic, vel in purgatorio. Non tamen oportet, q̄ sit conformatio ad passionē Christi secundum expectientiam tantæ pœnæ, ad quantam aliquis obligatur ex culpa: quia passio capitis in membra redūdat, & tanto plus, quanto est ei aliquis per charitatem magis coniunctus, vnde ex vi passionis Christi diminuitur quātitas debitę pœnæ, & secundum hoc dicitur has pœnas auferre, inquātum eas diminuit. Alio modo, dictæ pœnę comparantur ad eos, quibus infliguntur, vt medicinæ: quia pœnæ sunt quædam medicinæ, vt dicitur 2. Eth. vel sibi, inquantū. 2. cap. 3. p̄seruant a culpa, seu ad virtutem promouent, vel alijs, inquantum. s. est alijs exemplum, vt vnus pro alijs aliqualiter satisfaciat, & hoc modo per passionem Christi pœna temporalis non est neque totaliter ablata neque diminuta, sed magis augmentata charitate crescente, quātum ad præsentem statum, in quo & peccare possumus, & proficere nobis, & alijs: sed in futuro quando erit terminus vię omnino pœna tollet̄ per virtutem passionis Christi.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ pœna tpalis iniungit vel vt satisfactoria, & hoc siue vt aliquis passioni Chri p mutationē cōformet, vnde vbi est cōformitas per sacramentū baptismi, nō iniungit aliqua pœna satisfactoria, vel ēt iniungit vt medicina p̄seruans, vel promouēs, & nō tanquā debita.

A quia in eo qui punitur non est virtus ad liberandū se a pœna illa: tum, quia non est dispositio vt virtus liberans in eo effectum habere possit, q̄ ideo nullo modo terminari potest, sed pœna limbi erat æterna inquantū deficiebat in puncto virtus ad liberandum. vnde in æternum duraret, nisi liberatio affuisset, quāuis esset dispositio ad recipiendum effectum liberātis, & in deo terminari poterat: sed pœna purgatorij neutro modo ē eterna: quia per virtutem gratię, quam ille qui punitur, habet, pœna illa purgat, & terminatur purgatiōe cōpleta.

Ad secvndam quæstionē dicendū, q̄ pœna tēporalis dicitur, per quam priuatur aliquod bonum temporale, quia bonū temporale nō est natum manere semper. Hæc aūt tpalis pœna in homine est duplex, quędam quę vniuersaliter inuenitur in tota humana natura, *sicut necessitas moriendi, passibilitas, inobedientia carnis ad spiritum & hinōi*: & hæc quidem pœna naturæ humanæ debetur ex originali peccato, nihilominus huius ex principiis naturę consequuntur gratia innocentiæ destitutæ. Has igitur pœnas per suam passionis pœnam Christus ab omnibus sufficienter excluſit, quātis non efficaciter ab omnibus. Illis qui eius passionis participes nō sunt: nec tamen ita, q̄ statim post passionē ab omnibus auferantur, vel ita q̄ auferantur ab illis qui sacramenta passionis eius percipiunt statim post perceptionem sacramenti, sed in fine mundi ab omnibus sanctis simul auferētur: *quia iste pœnæ debentur naturæ, in qua omnes sunt vnum*, vnde tunc non solum hominum, sed totius mundi natura reparabitur per resurrectionem: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis i libertatem gloriæ filiorum dei. Rom. 8. Alie autem pœnę sunt, quæ aliquibus hominibus speciliter infliguntur. Et hę pœnæ dupliciter ad eos comparantur. Vno modo, vt vindicantes culpā secundum q̄ culpa facit debitum huius pœnæ, & hoc modo Christus oēs istas pœnas sua morte quantū ad sufficientiā abstulit remouendo causam. Sed ad hoc, q̄ aliquis his pœnis quātum ad efficaciā liberet, exigitur q̄ passionis Christi participeps fiat, quod quidem contingit dupliciter. primo quidem, per sacramentum passionis. s. baptismū, in quo consepelimur Christo in mortem, vt dicitur Rom. 6. in quo diuina virtus operatur salutem, quę inefficaciam nescit, & ideo omnis talis pœna in baptismo tollitur. Secundo, aliquis fit particeps Christi per realem conformitatem ad ipsum. s. inquantū Christo patiente patimur, quod quidem fit per pœnitentiam. Et quia hæc conformatio fit per nram operationem, ideo cōtingit q̄ est imperfecta & perfecta. Et q̄n quidē est perfecta cōformatio sm proportionem ad reatū culpæ, tunc pœna totaliter tollit siue hoc sit in contritione tm̄, siue etiam sit in alijs partibus pœnitentiæ. Quando aūt nō est perfecta conformatio, tunc adhuc manet obligatio ad aliquam pœnam, vel hic, vel in purgatorio. Non tamen oportet, q̄ sit conformatio ad passionē Christi secundum expectientiam tantæ pœnæ, ad quantam aliquis obligatur ex culpa: quia passio capitis in membra redūdat, & tanto plus, quanto est ei aliquis per charitatem magis coniunctus, vnde ex vi passionis Christi diminuitur quātitas debitę pœnæ, & secundum hoc dicitur has pœnas auferre, inquātum eas diminuit. Alio modo, dictæ pœnę comparantur ad eos, quibus infliguntur, vt medicinæ: quia pœnæ sunt quædam medicinæ, vt dicitur 2. Eth. vel sibi, inquantū. 2 cap. 3. p̄seruant a culpa, seu ad virtutem promouent, vel alijs, inquantum. s. est alijs exemplum, vt vnus pro alijs aliqualiter satisfaciat, & hoc modo per passionem Christi pœna temporalis non est neque totaliter ablata neque diminuta, sed magis augmentata charitate crescente, quātum ad præsentem statum, in quo & peccare possumus, & proficere nobis, & alijs: sed in futuro quando erit terminus vię omnino pœna tollet̄ per virtutem passionis Christi.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ pœna tpalis iniungit vel vt satisfactoria, & hoc siue vt aliquis passioni Chri p mutationē cōformet, vnde vbi est cōformitas per sacramentū baptismi, nō iniungit aliqua pœna satisfactoria, vel ēt iniungit vt medicina p̄seruans, vel promouēs, & nō tanquā debita.

¶ Et per hoc, patet etiam solutio ad secundum.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd sicut causalitas iustificationis attribuitur resurrectioni quantum ad terminum ad quē, passioni autē quantum ad terminū a quo, ita glorificationi, causalitas attribuitur resurrectioni, quantum ad gloriam quæ dabit, sed passioni quātum ad pœnalitates quę tollunt.

Augu. psal. 103. ibi dra eo ite,

¶ Ad quartum dicendum, q̄ in causis quę agunt ex ordinatione sapiētiæ, non est necessariū, q̄ posita causa statim ponat effectus, sed tūc effectus ponitur, quando sapientiæ ordo requirit, & taliter agit passio Christi.

1. Tim. 2.

Rom. 5.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum Christus debeat dici redēptor, ratione præ dictæ liberatiōis.

3. p. q. 48. 4.

AD QVARTŪ sic procēditur. Videtur, q̄ ratione prædictę liberationis Christ⁹ non debeat dici redemptor. Redemptio enim emptionem significat iteratam: sed Christus nos nūquam alias emerat, ergo nec redimere dicendus ē ex hoc quòd nos liberauit.

Aug. tract. 110.

¶ 2 Præt. Nullus qđ suum est emit, nisi forte soluendo precium ei qui iniuste detinebat: sed diabolus iniuste nos detinebat, ei autem Christus proprii sanguinis precium non soluit, ergo nullo modo nos redemit.

¶ 3 Præt. Ab eo qui aliquid vsurpauit, non oportet, quod suum est emere, sed violenter auferre, si facultas adsit: sed Christo nos liberandi de potestate diaboli facultas non defuit, ergo non liberauit nos per modum emptionis.

CONTRA. Apocal. 4. Redemisti nos deo in sanguine tuo dicitur de Christo, ergo ipse est redemptor.

¶ Præt. Vbicūque est aliqua commutatio, ibi videtur emptio: sed in passione Christi fuit quædam commutatio, quia accepit mortem & largitus est vitam, ergo fuit ibi emptio.

II. 3. q. 48. 5.

VLTERIVS. Videtur, q̄ non solus filius sit dicendus redemptor. Eius enim est redimere cuius est precium dare: sed deus pater dedit nobis filium in preciū redemptionis. Gal. 4. Misit deus filium suum factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret, ergo deus pater redemit,

¶ 2 Præt. Eius est redimere ab hoste, cuius est hostem vincere; sed Christus per potentiam quam habet simul cum patre, hostem qui nos detinebat vicit, ergo pater nos redemit.

¶ 3 Præt. Omne nomen significans effectū in creatura est cōmune toti trinitati; sed redemptor est huius, ergo,

SED CONTRA. Redempti sumus per passionem Christi 1. Pet. 1. Redempti estis preciosō sanguine agni; sed solus filius passus est, ergo solus filius nos redemit.

¶ 2 Præt. Ad hoc incarnatus est, vt nos redimeret; solus autem filius incarnatus est. ergo ipse est redemptor.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd per peccatum primi parentis totum humanum genus alienatum erat a Deo, vt dicitur Ephe. 2. non quidem a potestate dei, sed a visione faciei dei ad quam filij & domestici admittūtur. Et iterum in potestatem diaboli vsurpantis deuenerāmus, cui consentiendo homo se subdiderat: quantum in ipso erat, quāmuis de iure non posset: quia suus non erat, sed alterius. Et ideo per suam passionem Christus duo fecit, liberauit enim nos a potestate hostis, vincendo ipsum per contraria eorum quibus hominem vicerat, scilicet humilitatem, obedientiam, & austeritatem pœnæ, quæ delectationi cibi veriti opponitur. Et iterum, satisfaciendo pro culpa deo coniunxit, & domesticos dei & filios fecit, vnde ista liberatio duas rationes habuit emptionis: inquantū enim apostatæ diaboli eripuit dicit nos redemisse, sicut rex regnum occupatum ab aduersario per laborē certaminis: inquantū vero deū nobis placauit dicitur nos redemisse sicut precium soluens suæ satisfactionis pro nobis, vt a pœna & peccato liberemur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ iteratio importat per prępositionem, nō refertur ad actū emptionis quasi alias empti fuerim⁹, sed ad terminum actus, quia alias sui fueramus in statu innocētiæ. Emere enim est aliquid suum facere,

¶ Vel dicendum, q̄ dicitur redemptio habito respectu ad illam vēditionem, qua nos diabolo q̄ consensum peccati vendideramus, a qua vēditione hæc emptio secūda est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd precium sanguinis sui non diabolo, sed deo obtulit, vt pro nobis satisfaceret. A diabolo autem nos per victoriam suę passionis eripuit, vt dictum est,

¶ Ad tertium dicendum, quòd quāmuis diabolus nos iniuste vsurpauerit, nos tamen in eius potestate deuenimus ex quo ab eo victi sumus, & ideo oportuit etiam vt ipse vinceretur per contraria eorum quibus vicit: non enim violenter vicit, sed ad peccatum fraudulenter inducens.

3. q. 26. 1.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd effectus redemptionis potest attribui causæ proximæ, & causæ remotæ. Si attribuatur causæ proximæ, sic Christus non redemit per ea, quæ in humana natura fecit & sustinuit: quibus & patri satisfecit pro omnibus hominibus, & hostem vicit eius tentationibus resistendo. Si autem referantur ad causam primam & remotam, sic attribuitur toti trinitati, inquantum tota trinitas acceptauit nostram redemptionem & filium dedit nobis redemptorem, inquantum per virtutem diuinitatis habuit passio efficaciam ad satisfaciendum pro toto genere humano: sed quia ille proprie dicitur emere qui emptionis precium soluit magis quàm ille qui emptorem mittit, ideo proprie loquendo dicitur Christus tantum redemptor: quāmuis etiam tota trinitas possit dici redemptor. Et per hoc, patet solutio ad vtrāque partem.

ARTICVLVS V.

e Vtrum Christus reconciliauerit nos deo.

3. p. q. 49. 1.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus non reconciliauerit nos Deo, quod mediatoris est officium. Nullus enim reconciliatur diligenti, sed odienti; sed deus pater nos diligebat: quia ipse Diligit omnia quæ sunt, & nihil odit eorum quæ fecit, Sapien. 11. ergo Christus nos ei non reconciliauit.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Pret. Ioan. 3. Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. ergo magis amor patris est causa passionis quàm eonuersio, & ita videtur quòd per mortem Christi non simus Deo reconciliati.

¶ 3 Præt. Mat. 22 dicitur, q̄ homo rex cuius filiū cultores vineæ occiderāt, veniēs pdidit homicidas illos, & per illū hominem significat deº pater, cuius filius occisus ē. ergo per mortē christi sunt inimicitiæ, magis auctæ, quàm ablatę.

Aug. in Expo. 3. ad Gal. & glos. 2. Timot. 2.

¶ Sed contra Ro. 5. Cū inimici essemus recōciliati sumº Deo per mortē filii eius.

¶ Præterea. per satisfactionem deo recōciliamur, sed christus per passionem suam pro nobis satisfecit. ergo nos Deo reconciliauit.

Augus. con fess. lib. 10. cap. 24. 3. q. 26. 2.

¶ VLTERIVS vē, quòd ipse non sit mediator secundum humanam naturā. Non enim est idem extremum & medium: sed humana natura est extremum istius recōciliationis, quæ fit hominis ad deum. secundum ergo quod homo Christus non est mediator.

¶ 2 Præt. Mediū compositum est ex extremis: sed compositum ex humana natura & diuina, non est in Christo nisi persona. ergo non ratione humanæ naturæ, sed ratione compositæ personæ est mediator.

¶ 3 Præt. Secundū hoc est mediator, secundum qđ nos Deo coniunxit: sed non potuisset nos deo coniungere nisi inquantum est deus. ergo secundum quod deus, est mediator.

¶ Sed contra. Mediator non est vnum cū his inter quos mediat; sed christus secundum quod deus, est vnum cum patre. Io. 11. ergo secundum quod deus, non est mediator.

¶ Præt. Secundum hoc est mediator, secundum quod est redemptor: sed redemit nos secūdum humanam naturam. ergo & secūdum ipsam est mediator.

3. q. 26. 1.

¶ VLTERIVS videtur quòd non soli Christo conuenit esse mediatorem. ille enim est mediator, qui inter nos & deum pacem facit, hic autem est spiritus sanctus, qui est amor, quo deus nos diligit, & in quo nos deum diligimus, quantum ad charitatis donum; in quo ipse nobis datur. ergo videtur quòd Spiritussanctus debeat dici mediator.

¶ 2 Præt. Medium est quod conuenit cum extremis: sed demones conueniunt cum deo in hoc, quod sunt immortales, nobiscū autem in hoc, quòd sunt miseri, ergo demones sunt mediatores, non solum Christus.

¶ 3 Præt. Angeli beati conueniunt etiam nobiscum, & cum Deo, cum Deo quidem inquantum sunt immortales, & beati, nobiscum vero inquantum sunt creaturæ. ergo & ipsi sunt mediatores.

¶ 4 Præt. Dio. probat in 4. cap. cę. hierar. quòd diuinæ illuminationes non deferuntur ad nos, nisi mediantibus angelis, ergo ipsi sunt mediatores.

¶ 5 Præt. Sacerdos est medium inter deum & populū; & similiter alii sancti, inquantū pro peccatoribus intercedunt. ergo nō solum Christus est mediator.

¶ sed cōtra. Officium mediatoris est reconciliare discordes, sed solus Christus soluit inimicitias, quæ erant inter nos & deum, Col. 1. ergo ipse solus est mediator.

¶ Præt. Ex hoc dicitur mediator, quia pro nobis satisfecit, sed solus Christus pro humana natura satisfecit. ergo ipse solus est mediator.

RESPONDEO. dicendum ad primam quæstionem, quòd dilectio dei ad nos secundum effectum indicatur. Cum enim ipse quantum in se est, ad omnes æqualiter se habeat, secundū hoc aliquos dicitur diligere, secundum quod eos suæ bonitatis participes facit, vltima autem & completissima participatio suæ bonitatis consistit in visione essentiæ ipsius, secundum quam ei coniungimur socialiter, quasi amici, cum in ea suauitate beatitudo consistat, vnde illos dicitur simpliciter diligere, quos admittit ad dictam visionem, vel secundum rem, vel secundum causam; sicut patet in illis, quibus dedit spiritum sanctum quasi pignus illius visionis. Ab hac igitur participatione diuinæ bonitatis. sa vi sione essentiæ ipsius, homo per peccatum mediator non esset. Verus igitur mediator Christus inter mortales peccatores, & immortalem iustum apparuit, mortalis cum hominibº, iustus cum deo, per infirmitatem ppinquās nobis, p iustitiā deo. Recte igit mediator dictº est, qa inter deū imortalē & hōiem mortalē, est Deº & hō, recōcilians hoīem Deo, intātum mediator, inquātū est homo, inquātum aūt verbū nō est medius, qa vnus cum patre deus. Si ergo Christus secundum vos o heretici vnā tantū habet naturā, vnde medius erit? Et nisi ita sit medius, vt deus sit pp naturā diuinitatis, & homo pp humanitatis naturā, qūo in eo humana reconciliantur diuinis? Nā ipse veniens prius in se humana sociauit diuinis, per vtriusq; naturæ cōiunctionē in vna psona. Deinde oēs fideles per mortē recōciliauit deo, dū sanati sūt ab impietate qcūq; humilitatē christi credēdo dilexerūt, & diligēdo imitati sūt inquantū eis actu suā bonitatē cōmunicat, quas antequam essent dilexit secundū propositū cōmunicandi eis suam bonitatē, ita ēt dicitur deus homines dilexisse, quantū ad propositū cōcandi, vel concedendi hominibus suā visionē, ex qua dilectione filiū dedit, sed per mortem filii dilexit eos, quasi actualiter ad visionem sui admittēs, remoto impedimēto, qđ nos a vitione dei impediebat.

Ibid. ca 43. & de Con. euang. li. 1. cap. 35.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex parte illorum qui occiderunt christum non fuit aliquid quod misericordiam prouocaret, sed magis iram, sed ex parte christi, qui pro nobis mortem sustinuit, fuit immensa charitas quæ fecit passionem ex parte patiētis Deo acceptam, & sic per ipsam sumus reconciliati.

¶ Ad secundum quæstionem dicendum, quòd in medio est duo considerare. s. rationem quare dicatur medium, & actum medii: dicitur autem aliquid medium ex hoc, quòd est inter extrema. Actus autem medii est extrema coniungere. Mediator igitur dicitur aliquis ex hoc, quòd actum medii exercet in coniungendo disiunctos. Non potest autem actum medii exercere nisi aliquo modo natura mēdii in ipso inueniatur, vt scilicet sit inter extrema. Esse autem inter extrema conuenit quantum ad duo. s. quantum ad hoc quòd medium participat vtrunque extremorum. Et secundum ordinem inquantum est sub primo, & supra vltimum: & hoc exigitur ad rationem medii proprie dicti, quia medium dicitur secundum respectum ad primum & vltimum, quæ ordinem dicunt: Christo autem secundum humanam naturam hæc tria conueniunt, ipse enim secundum humanam naturam pro hominibus satisfaciens, homines Deo coniunxit. Ipse etiam ab vtroque extremorum aliquid participat inquantum homo. A Deo quidem beatitudinem, ab hominibus autem infirmitatem. Ipse etiam inquantum homo, supra homines fuit per plenitudinem gratiarum & vnionem, & infra Deum, propter naturā creatam assumptam; & ideo proprie loquēdo, ratione humanæ naturæ est mediator: ratione autem compositæ personæ, potest etiam dici mediator quantum ad duas dictarum conditionum. s. inquātum coniunxit homines deo, & inquantum vtrique extremorū communicat in natura plenarie, nō participatiue: sed tertia conditio deficit, quia secundum personam non fuit minor patre. Sed quantum ad diuinam naturam nullo modo competit sibi ratio mediatoris, quia secūdum diuinam naturam, neque est inter extrema participatiue, neque secundum ordinem, neque iterum cōiungit vt causa proxima, sed vt causa prima, vt dictum est.

Paulo supe rius.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd humana natura prout est in Christo, nō est extremum, quia ipsa non eget reconciliatione, cum in ipsa peccatum non sit,

¶ Ad secundum patet solutio per id, quod dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis nos deo coniungere non potuisset nisi Deus fuisset, quia humana natura ex diuina sibi coniuncta in persona, maiorē efficaciam habebat, tamen satisfactionem, qua Deo reconciliati & coniuncti sumus, non exhibuit, nisi per humanam naturam, & ideo secundum ipsam, est proxima causa coniunctionis. F

¶ Ad tertiā quæstionem dicendum, quòd quantum ad hanc reconciliationē, qua humana natura reconciliata est Deo, solus Christus est mediator, quia in ipso solo est reperire conditiones mediatoris prædictas.

1.Pe.1. ¶ Ad primum ergo dicendum, quòd spiritussanctus quàmuis coniungat sicut causa prima, non tamē est medium inter extrema, nec cōiungens proximum, & ideo non est proprie loquendo mediator.

Summatim intelligentiæ præmissæ perstringit.

Ecce hic aliquatenus insinuat, quare Christus solus dicitur mediator Dei, & hominum, & secundum quam naturā mediet, scilicet humanam, & cui mediet. s. deo trinitati. Trinitati enim nos recōciliauit per mortem, per quam etiam nos redemit a seruitute diaboli. Nam vt Petrus ait, Non corruptibilibus auro vel argento redempti sumus, sed præcioso sanguine agni immaculati. G

¶ Ad secundum dicendum, quòd dæmones communicant cum Deo in immortalitate, nobiscum autem in miseriis, vnde ad hoc se medios interponūt, vt nos ad immortalitatem & æternam miseriam adducant, & hoc faciunt, a Deo nos seiungendo, & nō coniungendo. Et quia recedendo ab vno primo inuenitur multitudo, ideo ipsi non sunt vnus, sed plures medii, non mediatores, sed separatores. Christus autem cum Deo habuit communē beatitudinem, nobiscum autem mortalitatem, & ideo ad beatitudinem nos ducit æternam, mortalitate quam habuit ad tempus cōsumpta, & hoc est quod dicit Aug. 9. de ciuita. Dei. H

¶ Ad tertium dicendum, quòd angeli sunt beati & immortales, vnde non conueniunt nobiscū in hoc, quod a nobis amouendū est per actum mediatoris: non enim ad hoc datur mediator vt faciat nos non esse creaturas, & ideo quàmuis conueniant nobiscū in hoc quòd sunt creaturæ, nō tamē cōpetit eis ratio mediatoris.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud quod angeli nobis a Deo deferunt, quasi medii inter nos & Deum, non est hoc, per quod Deo cōiungimur, quia gratia non est nobis ab angelis nec satisfactio, sed illa trāsfusio cōiunctionē p̄supponit, vel ad eā p̄parat, & ideo ipsi non sunt mediatores, sed eorū officiū sequitur vel disponit ad officiū mediatoris, & ideo ipsi sunt ministri mediatoris. I

¶ Ad quintum dicendum quòd aliquis sanctorum non potest esse mediator, cōiungens totam humanam naturam Deo, quàmuis vnam specialem personam deo possit coniungere, non quidē merendo ei gratiam ex condigno, sicut Christus fecit, sed ex cōgruo tantum, inducendo ad bonum.

EXPOSITIO TEXTVS.

MORTE quippe sua vna. Hic est tertius modus quo per passionem a peccatis liberamur: duo enim prius positi pertinent ad efficientiam iustificationis ex parte nostra, hic autem pertinet ab sufficientiam ex parte sua, quia sua satisfactio fuit sicut quoddam sacrificium ad delendū omnia peccata quantum in se est sufficiēns *Culparum Cyrographa* Cyrographum dicitur a cyros, quod est manus, & graphos, quod est scriptura, quasi manualis scriptura, quæ memoriā debitorum facit & obligationem ad soluēdum: dicuntur autem cyrographa nostrorum peccatorum per mortem Christi deleta, inquantum memoria nostrorum delictorum amota est secundum quod deus eorum non recordatur ad puniendum, vel inquantum obligatio penæ, siue reatus amotus est. *In baptismo penitus laxatur.* Cōtra requiritur gemitus interior. Dicendum, quòd non requiritur inquantum est pœna, sed inquantum consequitur ex displicentia veteris vitæ, cuius si non peniteat, non potest nouā vitam inchoare, sed victus abscedit. *Impleuit illa sacramenta.* Sacramentum hic dicitur, non sacrum signum sicut, baptismus & huiusmodi, sed sacrum secretum sicut passio incarnatio & huiusmodi. *Si ergo Christus secundum vos o heretici.* Hæc sunt verba Vigilantii qui ponit Christum mediatorem ratione personæ cōpositæ vt dictum est: possumus tamen dicere, quòd si haberet humanam naturam tātum, secundum illam non esset sufficiens mediator, quia non haberet vnde satisfaceret pro tota natura humana, sicut nec alii qui sunt puri homines. K

DIVISIO TEXTVS.

Postquam determinauit Magister quomodo per Passionem Christi liberamur a malis. hic determinat de causis passionis. Diuiditur autem in duas partes. Primo, assignat passionis cōgruētiæ causam. Secundo, determinat de causa ipsius efficiente ibi. *Christus ergo sacerdos & hostia.* Prima in duas. In prima assignat causam congruentiæ ex vtilitate nostra. In secūda, ex decentia iustitiæ ipsius ibi. *Est & alia ratio.* Et circa hoc tria facit. Primo, assignat cōgruentiā passionis ex iustitia Dei. Secundo, prosequitur iustitiæ ordinem ibi. *Sed qua iustitia.* Tertio, ostendit quòd etiam isto ordine prætermisso, nulli iniuria fieret, vt sic iustitiæ processus commendabilior appareat, inquantum non fuit necessarius ibi. *Si enim tres illi Christus. Ergo sacerdos.* Hic determinat de causa efficiente passionis, & primo quantum ad ipsam operationem causæ efficientis. Secundo, quantum ad opus operatum ibi. *Passio ergo Christi.* Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quomodo opus operatum ex diuersis causis processit. Secundo inquirit, vtrum ipsum opus operatum sit licitū vel malum ibi: *Cum autem passio Christi.*

DISTINCTIO XX.

A

Quòd alio modo potuit liberare hominem, & quare potius isto.

Si vero quæritur: vtrū alio modo posset deus hominem liberare, quàm per mortem Christi: dicimus & alium modum fuisse possibilem deo, cuius potestati cuncta subiacent, † Aug. Tri. Sed nostræ miseriæ sanandæ conuenientiorem modum alium non fuisse, nec esse opportuisse. Quid enim mentes nostras tantū erigit, & ab immortalitatis despe-

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

Primo. De reparabilitate humanæ naturæ.
Secūdo. An alius quàm Christus potuit satisfacere pro humana natura.
Tertio. Vtrum satisfactio conuenienter facta sit per Christi passionem.
Quarto Vtrum potuit humanum genus alio modo liberari.
I Quinto. De passione Christi per comparationem ad causam efficientem.

ARTICVLVS I.

Vtrum humana natura fuerit reparanda.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd humana natura non fuerit reparanda, peccatum enim hominis non fuit grauius quàm peccatum angeli: sed post peccatum angeli, bona naturalia ipsius integra remanserunt, vt dicit Dion. 4. ca. de di. no. ergo in homine natura integra permansit, & ita reperatione non indiguit.

¶ 2 Præt. Id quod consequitur humanam naturam, inuenitur in omnibus habentibus humanam naturam: sed non omnes homines erant reparandi, cum multi fuerint præuisi damnati. ergo naturę humanæ reparatio non debetur.

¶ 3 Præt. Natura angelica non est minus præciosa quàm natura humana: sed natura angelica post peccatum reparata non fuit, ergo nec humana natura reparanda erat.

¶ 4 Præt. Primus homo per peccatū meruit vt ipse & sua posteritas in æternum a diuina visione separaretur: sed ad iustitiam dei pertinet, ut reddat vnicuique secundum sua merita, ergo hoc reddere debuit, vt in æternum excluderetur humana natura, & humanum genus a diuina visione, & sic reparari non debuit humana natura.

¶ SED CONTRA. Nō decet diuinā sapientiā vt aliqua creatura suo fine frustretur, quia tunc vane facta esset: sed finis ad quem facta est humana natura, est vt videat Deum & fruatur eo. cum igitur ad hunc finem peruenire nō potuisset nisi reparata fuisset, quia per peccatum primi hominis ab hoc fine deordinata fuit, congruum fuit vt repararetur.

¶ 2 Pręt. Non est decens vt aliqua perfectio vniuerso deesset: sed de perfectione vniuersi est creatura rationalis beata, composita ex anima & corpore. ergo congruum fuit ad perfectionem vniuersi, quòd natura talis, scilicet humana repararet ad beatitudinem, a qua per peccatum abducta erat.

II. 3.q.48.2. ¶ VLTERIVS. Videtur quòd non debuerit per satisfactionem reparari, Per eadem enim res reparatur, per quæ constituitur: sed humana natura instituta fuit solo verbo dei, quia dixit & facta sunt. ergo solo verbo debuit reparari, & mandato, & non per aliquam satisfactionem creaturæ.

¶ 2 Præt. Sicut in opere conditionis, maxime manifestatur potentia, ita in opere reparationis, maxime manifestatur diuina misericordia: sed maioris misericordiæ est peccatum absque omni pœna satisfactionis dimittere, quàm satisfactionē requirere. ergo absque omni satisfactione, debuit humana natura reparari.

Eph.cap.2. ¶ 3 Præt. Eius est pro peccato satisfacere, cuius est peccatum facere: sed humana natura non est corrupta per actum, quem natura fecit, sed per actum quem fecit persona. ergo satisfactio aliqua non debet exigi pro natura, sed solum pro persona.

¶ Sed contra. Culpa ordinatur per pœnam: sed si peccatum remitteretur absq; omni satisfactione, remaneret culpa sine pœna. ergo remaneret aliquid inordinatum in vniuerso, quod est inconueniens.

¶ 2 Præt. Satisfactio est medicina peccati: sed dimittere morbū absque medicina, non est sapiētis medici, ergo non decuit deum naturam humanam sine satisfactione reparare.

III. 3.q.46.1. 3.d.16.q.1.2. ¶ VLTERIVS. Videtur, quòd non fuerit necessarium naturam humanam reparari modo dicto: Solus enim deus naturam reparare potest: sed in deum non cadit necessitas sicut nec coactio, ergo nō fuit necessarium naturam humanam reparari modo dicto.

¶ 2. Præt. Quanto aliquid est magis necessarium tanto est minus voluntarium, & quanto est minus voluntarium, tanto est minus gratiarum actione dignum: sed opus reparationis humanæ est maxime dignum vnde gratias deo agamus. ergo nullo modo est necessarium.

¶ 3. Præt. Ad misericordiam dei pertinet vt peccatū citra condignum puniat, aliquid de pœna peccato debita diminuēs: sed per quam rationem dimittit partem, per eandem potest dimittere totam. ergo non est necessarium quòd per satisfactionem humanam naturam reparauerit.

¶ 4. Præt. Eadem ratione dona gratis dantur, & debita gratis remittuntur, vnde sicut iudex non potest rem vnius alteri dare, ita nō potest offensam alteri factam sine pœna dimittere: princeps autem cuius sunt omnia, pōt pęnas relaxare, sed deus gratis dat dona hominibus, nec ex hoc sequitur aliqua inordinatio, ergo & potest pœnas debitas dimittere, præcipue cum pœna ex hoc debeatur, quia per culpam ipse offenditur.

¶ SED CONTRA. Impossibile est aliquid esse frustra factū a sapiēte, & omnipotente, & optimo artifice: sed si natura humana non repararetur, esset frustra facta, ergo necesse est eam reparari.

¶ 2 Præt. impossibile est aliquid esse inordinatum in vniuerso: sed si culpæ humanæ naturæ nō adhiberetur pena vel satisfactionis vel condemnationis, esset aliquid inordinatum in vniuerso. ergo necessarium est, si a damnatione humana natura reparatur quòd hoc fiat per modū satisfactionis, cū culpa per pœnā ordinetur.

RESPONDEO, Dicendum ad primam quæstionem, quòd congruentissimum fuit humanam naturam ex quo lapsa fuit reparari. Fuit enim conueniens quantum ad ipsum deum, quia in hoc manifestatur misericordia dei, potentia, & sapientia, Misericordia quidem siue bonitas, quia proprii plasmatis non despexit infirmitatem. Potentia vero, inquantum ipse omnium nostrorū defectum sua virtute vicit. sapientia autem, inquantum nihil frustra fecisse inuenitur. Conueniens etiam fuit quantum ad humanam naturam, quia generaliter lapsa erat. Similiter etiam ex perfectione vniuersi, quod totum quodammodo ad salutem hominis ordinatur. A

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd naturale dupliciter dicitur. Vno modo id, quod cōsequitur ex pricipiis speciei, & hoc non mutatur per peccatum, nec in homine nec in demone, sicut nec species. Alio modo dicitur naturale id, ad quod natura est ordinata, & quantum ad hoc, naturale per peccatū tollitur, inquantum auferē beatitudo, ad quam natura ordinata est, & diminuit habilitas ad ipsam: & sic natura corrupta erat, quia non poterat perduci ad beatitudinem ab aliquo illius naturæ corruptæ, nisi natura repata esset. Ad secundum dicendum, quod hoc, quòd omnes homines non reparantur non est ex insufficiētia medicinæ reparantis, cum sit sufficiens quantum in se est, ad reparandum omnes, qui naturam humanā hñt, vel habere possunt, sed ex defectu eorū qui reparationis effectū in seipsis ipediunt, sicut ēt carētia visus qui humanā naturā cōsequitur, causatur in cęcis natis ex defectu materię.

¶ Ad tertium dicendum, quòd natura angeli non tota corruerat, & iterum angelus peccans, statim in malo confirmatus fuit, non autem homo, & ideo natura humana reparari debuit, non autem natura angelica: de hoc etiā sunt plura notata supra.

¶ Ad quartum dicendum, quòd exclusio a visione Dei potest dici æterna, propter duo. Aut quia in eo qui excluditur non est virtus ad finiendum istam exclusionem, neque dispositio ad recipiendum effectum alicuius terminantis, & sic efficitur æterna in obstinatis, qui sunt in inferno, vnde ipsi nunquam reparabūtur. Aut dicitur æterna, quia nō est virtus in excluso, ad terminandū exclusionem, quàmuis sit in eo dispositio ad recipiendum effectū alicuius terminantis, & sic homo per peccatum originale & per peccatum etiam actuale mortale, meretur exclusionem æternā, quàmdiu est in vita ista, sed quando transit a vita ista, si sine gratia transit, efficitur æterna secundum primum modum. D

¶ Ad secundā q̄stionē, dicendum quòd congruum etiam fuit, quòd natura humana per satisfactionem repararetur, primo ex parte Dei, quia in hoc diuina iustitia manifestatur, quòd culpa per pœnā diluitur: secūdo ex parte hominis qui satisfaciens, perfectius integratur, non enim tantæ gloriæ esset post peccatum, quantæ erat in statu innocentiæ, si non plenariæ satisfecisset: quia magis est homini gloriosum vt peccatum commissum satisfaciendo plenarie expurget, quàm si sine satisfactione dimitteretur, sicut etiā magis homini gloriosum est, quòd vitam æternam ex meritis habet, quàm si sine mæritis ad eam perueniret, quia quod quis meretur, quodāmodo ex se habet, inquantū illud meretur. Similiter satisfactio facit vt satisfaciēs sit quodāmodo causa suæ purgationis. Tertio etiā ex parte vniuersi, vt. s. culpa per pœnam satisfactionis ordinetur, & sic nihil inordinatum in vniuerso remaneat. E

¶ Ad primum igitur dicendum, quòd esse rei præcedit operari ipsius, & ideo non potest esse, quòd aliquis per suam operationem in esse constituatur, nec quod sit aliquo modo causa suiipsius, sed sicut homo est causa suæ corruptionis peccando, ita & decens est vt sit quodāmodo causa suæ purgationis satisfaciēdo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc quòd deus per satisfactionem hominem reparari voluit, maxime manifestatur eius misericordia, quia non tantū culpam ab eo voluit remouere, sed etiam ad pristinam dignitatem humanam naturam integraliter reducere, quæ quidem dignitas perpetuo in natura manet, sed pœna ad modicum transit, vnde magis manifestatur misericordia in perducendo ad æternam dignitatem, quàm in dimittendo temporalem culpam.

Ad ter-

Christi: dicimus & alium modum fuisse possibilem deo, cuius potestati cuncta subiacent,

...

¶ Ad tertium dicendum, quòd naturæ prout consideratur in nuda contemplatione, non est agere, sed agere est personæ subsistentis in natura. sicut igitur peccatum naturæ inductum est ex actione personæ peccantis, ita oportet, quòd actus personæ satisfacientis, pro natura satisfaciat.

¶ Ad tertiã quæstionem dicendum, quòd reparatio humanæ naturæ a Deo facta est, vnde potest dupliciter cõsiderari, scilicet ex parte Dei, & ex parte ipsius naturæ reparandæ. Ex parte aũt Dei potest attẽdi triplex necessitas: vna est necessitas coactionis, & hæc respectu nullius potest deo attribui, quia nõ potest in eo aliquid violentũ eé, neq; extra naturam, cũ sit immutabilis, vt dicit philosophus. 5. Meta.

T.com.6. ¶ Alia necessitas est absoluta, & hæc quidem cadit in deo respectu ipsorum, quæ in ipso sunt, quæ scilicet naturam suam consequuntur, quia impossibile est, ea aliter se habere, sicut necessarium est deum esse vel esse bonum & alia hmõi: sed hæc necessitas nõ est dei respectu alicuius effectus, quia non agit ex necessitate naturæ, sed ex libertate voluntatis.

¶ Tertia necessitas est ex suppositione, non quidẽ finis, qa nõ est dubium quin Deus ad aliquem finem posset inducere multis aliis viis, etiam quàm illis quæ modo determinatæ sunt ad finẽ aliquem, sed ex suppositione alicuius qđ est in ipso. s. præscientię vel voluntatis, quæ mutari non possunt, secundum quem modũ dicitur, quòd necessarium est prædestinatum saluari, & hæc dr necessitas immutabilitatis a quibusdã, & per hunc modũ necessariũ fuit ex parte Dei humanã naturã reparari, quia ipse puderat & ordinauerat reparandam, sed hæc necessitas, vt dictũ est, est ne cessitas cõditionis, nõ absoluta siue cõsequentiæ, nõ consequẽtis. Et similiter ex parte hõis põt considerari triplex necessitas, vna necessitas absoluta, quæ est respectu eorũ quæ naturaliter homini insunt, sicut hominẽ necessarium est esse risibilẽ, & alia hmõi, & sic non est necessarium humanam naturam reparari, quia reparatio non sequitur ex principiis naturalibus. Alia est necessitas coactionis, & hæc quidem est respectu eorum quæ homo maiori virtute coactus facit & inuoluntarius simpliciter, vel secundum quid, & talis necessitas non fuit in natura humana respectu reparationis, quia Deus ad virtutem non cogit. Tertia vero necessitas est ex suppositione finis, sicut necessarium est homini habere nauẽ, si debet ire vltra mare, & hac necessitate necessariũ fuit humanã naturã repari, si. s. ad visionẽ dei admitti debuit.

In corpore superiori. ¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non omnis necessitas est coactionis, vt patet ex dictis, & iõ in processu é fallacia cõsequẽtis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd necessitas quæ est ex suppositione voluntatis, immutabiliter aliquid volentis, nõ minuit rationem voluntarii, sed auget tanto magis, quanto ponitur firmius inhærens volito, vt moueri non possit.

¶ Ad tertium dicendũ, quod quãtum est de potentia Dei, deus posset peccatum absque omni pena dimittere, nec iniustus esset si hoc faceret, sed quantum est ex parte istius qui peccauit secundum ordinem quem nunc Deus imposuit rebus, nõ potest peccatum congrue sine pena dimitti, nec sequitur quòd si cõgrue pars penæ dimittitur, quod etiam cõgrue tota dimittitur propter duo. Primo quia effectus habet aliquid & ab agente & a recipiente, vnde sicut in collatione diuinorum donorum, donum ex parte dantis eleuat recipientẽ supra statum suum, ex parte autem recipientis est infra modum quo deus influit, ita in remissione peccatorum oportet quòd sit aliquid ex parte misericordiæ remittentis, ut aliquid de pœna debita dimittatur, & aliquid ex parte recipientis, vt. s. in aliquo puniatur. Secundo, quia remissio pœne quæ fit aliis hominibus præcipue pœnæ satisfactoriæ, fundatur supra virtutem satisfactoriã Christi, quæ superabundauit ad amouendas omnes pœnas quantum in se fuit, vnde oportet quòd particulata satisfactio, fundetur supra satisfactionem Christi condignam, sicut imperfectum in quolibet genere oritur ex perfecto.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in eo cui deus dat sua dona gratis, non est aliquid quod donis illis repugnet, faciens collationem donorum indecẽtem, sed in eo qui peccauit est aliquod quod repugnat impunitati, & ideo ex parte creaturę non est simile.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum aliqua pura creatura potuerit satisfacere pro humana natura.*

¶ Qua iustitia sit victus diabolus.

SED qua iustitia? Iesu Christi. Et quomodo victus est ea? Quia in eo nihil digNum morte inueniens, occidit eũ tamẽ. Et vtiq; iustum est, vt debitores quos tenebat liberi dimittãtur in eũ credentes, quem, sine vllo debito occidit. Ideo autem potentia vincere noluit, quia diabolus vitio peruersitatis suæ, amator est potentiæ, & desertor oppugnatorque iustitiæ, in quo homines eum magis imitantur, qui neglecta vel etiam perosa iustitia, potẽtiæ magis studeant, eiusque adeptione lætantur, uel cupiditate inflammantur. Ideoque placuit Deo ut non potentia: sed iustitia vincens, hominem erueret, in quo homo eum imitari disceret. Post vero in resurrectione secuta est potẽtia, quia reuixit mortuus, nunquam postea moriturus. Sed nõne iure æquissimo vinceret diabol⁹, si potentia tm̃ Christus cũ illo agere uoluisset? Vtiq;. Sed posposuit Christus quod potuit, ut prius ageret quod oportuit: iustitia ergo humilitatis hoiem liberauit, quẽ sola potẽtia æquissime liberare potuit.

3.q.19. AD secundũ sic proceditur, videtur quòd aliqua pura creatura satisfacere poterat pro humana natura. Sicut enim pro peccato debetur satisfactio, ita pro beneficio debetur gratiarum actio: sed sufficit deo gratiarum actio quantũ homo potest sibi reddere, etiam si non sit suis beneficiis æqualis, quia vt dicit philosophus. 8. Ethi. secundum potentiam famulans homo diis & patribus, videtur iustus esse, quàmuis ad æqualia non possit. ergo videtur quòd similiter sit sufficiens satisfactio, quã homo potest reddere ad expiandum peccatum.

Aug. 13. de ci. ¶ 2 Præt. Bonũ est potentius ad agendũ q̃ malum, qa malũ agit virtute boni, vt dicit Dio. 4. cap. de di. no. sed vna pura creatura potuit per actum malum totam humanã naturam inficere. ergo multo fortius potest per vnum bonum actum pro tota humana natura satisfacere vna pura creatura.

¶ 3 Præt. Magnę crudelitatis videtur esse in domino vel iudice, exigere ab aliquo plus quam possit: sed a Deo longe est omnis crudelitas. ergo nõ exigit ab aliquo plus quàm possit. ergo satisfactionẽ quã deus ab hõie requirebat, purus hõ facere poterat.

¶ 4 Præt. Natura non reparatur nisi in indiuiduis vt supradictũ est: sed vnus homo est ita bonus sicut humana natura quæ est in ipso. ergo vnus homo satisfacere poterat pro natura humana quæ est in ipso, & omnes pro humana natura in omnibus indiuiduis existente.

¶ 5 Præt. Natura angelica est supra humanam: sed quod melius est potest accipi pro recompensatione minus boni. ergo angelus poterat pro humana natura satisfacere.

¶ SED cõtra. Ille solus reparare potuit, qui potuit condere: sed solus deus humanam naturam condere potuit. ergo ipse solus potuit reparare. ergo ad hoc quòd naturam aliquis satisfaciendo repararet, oportuit quòd esset Deus.

¶ Præt. Homo in instanti suæ conditionis tantæ erat dignitatis quòd nulli creaturę debitor erat ratione suæ beatitudinis: sed esse debitor & obnoxius ratione suæ beatitudinis ei, qui ipsum ad beatitudinem reparauit. ergo si per aliquam puram creaturam facta esset reparatio, nõ esset homo redditus pristinæ dignitati.

¶ Præt. Nullus pro alio reddere potest quod pro seipso debet. sed quælibet creatura totum quod est, deo debet. ergo nulla pura creatura potest pro alia sufficienter satisfacere.

Super. 1. arti. 2. ob. RESPONDEO dicendum: quòd sicut dictum est, oportebat quòd pro peccato humanæ naturæ fieret condigna satisfactio: quia aliter homo non restitueretur pristinæ dignitati: tum quia est conueniens esse vnum primum in genere satisfactionis perfectũ, supra quod omnes aliæ imperfectæ satisfactiones fundentur. Ad hoc autem quòd satisfactio esset condigna, quod per peccatum habuerat virtutem infinitam: quia peccatum pro quo fiebat satisfactio infinitatem quandam habebat ex tribus. Primo, ex infinitate diuinæ maiestatis, inquantum offensa fuerat per contemptum inobedientiæ: quanto enim maior est in quem peccatur, tanto est grauior culpa. Secundo, ex bono quod per peccatum auferebatur quod est infinitum. i. ipse deus, cuius participatione fiunt homines beati. Tertio, ex ipsa natura, quæ corrupta erat, quæ quidem infinitatem quandam habet, inquantum in ea possunt suppposita in infinitum multiplicari. Actio autem puræ creaturæ non potest habere infinitam efficaciam: & ideo nulla pura creatura poterat sufficienter satisfactionem facere.

3. q. 48. ar. 1. ¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ impossibile est, ut homo ad hoc perducatur, vt semper Deo debitor nõ sit gratiarũ actionis, quasi ab eo habẽs totum quod est: ideo non exigitur in gratiarũ actione, vt sit æquualens donis præcedentibus: sed possibile, est hominẽ esse in tanta dignitate, quanta fuit in statu innocẽtiæ, & ideo ad perfectam reparationẽ per quam totum reparatur quod repararí potest, exigitur, quòd satisfactio sit æquualens culpæ.

Ad

¶ Ad secundum dicendum, q̃ comparando bonum, & malum ad effectus eius: proportionabiliter respondentes, bonum potentius est, quàm malum: quia bonum agit virtute sua, malum autem non nisi per virtutem boni: sed tamen homo potest facilius in actum malum, quàm in actum perfectę bonũ, quia plura requiruntur ad bonũ, quàm ad malum, quod ex vno singulari defectu cõtingit: & ideo prius homo potuit in actum malum, qui erat proportionatus ad corrumpẽdum totam humanam naturam: non autẽ potuit in actũ bonũ ita perfectę, quòd esset proportionatus ad reparationem.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd esset crudelitas in dño exigere plus quàm possit: nisi cũ hoc etiã seruo detur, vnde soluere possit quod exigit: vnde in hoc maxime eius misericordia cõmendatur, quòd ab homine perfectam satisfactionem exigit, vt perfecte reparetur: & quia hoc per se nõ poterat, ei filiũ suum, qui posset, dedit.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ quàmuis natura non sit corrupta, nec reparatione indigens, nisi secũdum quod est in persona: tamen aliqua corruptio debetur naturæ, non secundum quod est determinata in hac persona: sed secundum hoc, quod est in omnibus illis, qui per vitiatam originem ab Adam humanam naturam acceperunt, vnde pro ista communi corruptione non potest vnus solus satisfacere, nec etiam simul omnes, quia natura excedit etiam illos omnes, qui naturam humanam habent, cum ad plures se extendere possit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd angelus quàmuis sit homine superior quantum ad naturam, non tamen quantum ad gloriam, in qua æquale: angelis erimus: & ideo angelus ad gloriam non potest humanam naturam reparare. Et etiam cum sit creatura quicquid potest, deo debet.

ARTICVLVS III.

Vtrum debuerit fieri satisfactio per passionem Christi.

3. q. 48. ar. 1. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd satisfactio non debuit fieri per passionem Christi. Minus enim peccatum non expiatur per maius, sed magis aggranatur: sed maius fuit peccatum occidentium Christum, quàm comestio pomi vetiti, qua natura humana corrupta est, ergo corruptio humanę naturę nõ põt expiari per passionẽ Christi.

¶ 2 Præt. Nihil corporale est æquiualens rei spirituali: sed vita Christi, quam per passionem Christus dedit, fuit vita corporalis. ergo non fuit sufficiens ad recompensandum vitam spiritualem, quæ per peccatum amissa erat.

¶ 1. art. 1. ¶ 3 Præt. Peccatum primi hominis, per quod natura humana corrupta est, fuit peccatum superbię, vt in 2. lib. dis. 22. dictum est: sed maior fuit humilitas Christi in assumptione humanæ naturæ, quando Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, quàm superbia Adæ. ergo ex ipsa assumptione humanæ naturæ sufficienter fuit satisfactum pro peccato hominis: & ita non fuit conueniens, quòd Christus pateretur.

¶ 4 Præt. Bernar. dicit, quòd vna gutta sanguinis Christi fuit sufficiens precium nostræ redemptionis: sed aliquid de sanguine Christi effusum est in circumcisione, ergo non oportebat, quòd vlterius pateretur.

¶ 5 Præt. Tanta potest esse contritio in nobis peccantibus, quòd totum peccatum dimittitur, & quantum ad pœnam, & quantum ad culpã: sed in Christo ab instanti suæ cõceptionis fuit perfectissima charitas, quæ cõtritioni vim tribuit expurgandi peccatum, ergo Christus ab instanti suæ conceptionis sufficienter satisfecit p̃ omnibus peccatis nostris: & ita nõ oportuit, quòd per passionẽ mortis satisfaceret. Dist. præce.

¶ 6 Præt. Pœna, qua quis punitur quantitatẽ accipit quantum ad virtutem satisfaciendi, & ex cõditione patientis: sed Christus inquãtum deus est, & homo habet infinitã dignitatẽ. ergo quęlibet pœna, quam sustinuit, s. fames, fatigatio, & huiusmodi, fuit sufficiẽs ad satisfaciẽdũ pro toto humano genere, ergo non oportuit, quòd mortem pateretur.

SED CONTRA, Hebr. 2. Decebat eũ per passionem consumari. *Augustin psal. 93: nõ lõge a principi.

¶ 2 Præter. Homo erat debitor: mortis. ergo si debuit pro aliis satisfacere recompensando, oportuit quòd ipse mortem, quam non debebat exoluere.

¶ 3 Præt. Christus non solum debuit hostem vincere, sed etiã exemplum vincendi nobis dare. ergo debuit in difficillimis victor existere: sed difficillimum est mortẽ sustinere. ergo debuit per passionem mortis nos liberare.

RESPON. Dicendum, quòd Christi satisfactio fuit non pro vno homine tantum, sed pro tota humana natura. vnde duas conditiones concernere debuit, vt esset vniuersalis respectu omniũ satisfactionũ quodammodo, & vt esset exemplaris omnium satisfactionum particularium. Vniuersalis autẽ erat non per prædicationem de multis, quasi per multas particulares satisfactiones multiplicata: sed habens virtutem respectu omnium, vnde non oportebat, quòd ipse omnes pœnas, quę ex peccato quocumque modo consequi possent assumeret in seipso; sed illam, ad quam omnes ordinantur: & quæ continet in se virtutę omnes pœnas, quàmuis non actu. Finis autẽ omnium terribilium est mors, vt dicit Philosophus 3. Ethico, & ideo per passionem mortis debuit satisfacere. Inquantum vero fuit exemplaris respectu nostrarũ satisfactionum, debuit habere magnitudinem excedẽtem omnes alias satisfactiones, quia exemplar debet esse prestantius exemplato: & ideo secundum maximam pœnarum debuit satisfacere, scilicet mortem. Cap. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passio Christi non fuit satisfactoria ex parte occidentium Christum, sed ex parte ipsius patientis, qui ex maxima charitate pati voluit, & secundum hoc fuit deo accepta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vita corporalis Christi habebat quendam infinitum valorem ex diuinitate coniunctum, inquantum non erat vita puri hominis, sed Dei, & hominis: & ideo poterat esse sufficiens recompensatio vitę spiritualis, & precipue ratione charitatis eximię, ex qua offerebatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in peccato Adę nõ solum fuit superbia, sed delectatio: & ideo in satisfactione non solum debuit esse humilitas, quod in incarnatione factum est, sed etiã acerbitas

De causa inter Deum, & hominem, & diabolum.

NI enim tres illi in causam venirent, scilicet deus, homo, & diabolus. diabolus, & homo quid aduersus deũ dicerent, non haberent. Diabolus enim de iniuria dei cõunceretur; quia seruum eius, scilicet hominẽ, & fraudulenter abduxit, & violenter tenuit. Homo etiã iniuriosus deo cõuinceretur: quia præcepta eius contempsit: & se alieno domino mancipauit. De hominis iniuria etiam conuinceretur diabolus: quia illum & prius fallaci promissione decepit. & post, mala inferendo læsit, Iniuste igitur diabolus quantum ad se hominem tenebat: sed homo iuste tenebatur: quia diabolus numquàm meruit habere potestatem super hominem: sed homo meruit per culpam pati diaboli tyrannidem. Si igitur deus, qui vtrique præerat potentia homine liberare uellet, sola iussionis uirtute hominem poterat rectissime liberare: sed ob causam præmissam iustitia humilitatis uti uoluit, qui dum in carne mortali crucifixus est, iustificati sumus, idest per remissionẽ peccatorum eruti de potestate diaboli, & ita a Christo iustitia diabolus uictus est, non potentia. Quomodo autem in eius sanguine nobis peccata sint dimissa, supra expositum est.

e De traditione Christi, quæ dicitur facta a patre, a filio, a iuda, & a iudæis.

HRISTVS ergo est sacerdos, idemque hostia, & precium nostræ reconciliationis, qui se in ara crucis non diabolo, sed deo trinitati obtulit. pro omnibus quantum ad precij sufficientiam: sed pro electis tantum quantum ad efficiẽtiam: quia prædestinatis tantum salutem effecit. De quo & etiã legitur, quòd sit traditus a patre, & q̃ seipsum tradidit, & q̃ iudas tradidit eum, & iudæi. Ipse se tradidit, quia sponte ad passionem accessit. & pater eum tradidit, quia uoluntate patris, immo totius trinitatis passus est. Iudas tradidit prodẽdo, & iudæi instigando. Et fuit actus iudæ, & iudæorum malus, & actus Christi, uel patris bonus. Opus Christi, & patris bonum, quia bona patris, quod totum peccatum dimittitur, & quantum ad pœnam, & quantum ad culpã: sed in Christo ab instanti suæ cõceptionis fuit perfectissima charitas, quæ cõtritioni vim tribuit expurgandi peccatum, ergo Christus ab instanti suæ conceptionis sufficienter satisfecit p̃ omnibus peccatis nostris: & ita nõ oportuit, quòd per passionẽ mortis satisfaceret. Dist. præce.

¶ 6 Præt. Pœna, qua quis punitur quantitatẽ accipit quantum ad virtutem satisfaciendi, & ex cõditione patientis: sed Christus inquãtum deus est, & homo habet infinitã dignitatẽ. ergo quęlibet pœna, quam sustinuit, s. fames, fatigatio, & huiusmodi, fuit sufficiẽs ad satisfaciẽdũ pro toto humano genere, ergo non oportuit, quòd mortem pateretur.

SED CONTRA, Hebr. 2. Decebat eũ per passionem consumari. *Augustin psal. 93: nõ lõge a principi.

¶ 2 Præter. Homo erat debitor: mortis. ergo si debuit pro aliis satisfacere recompensando, oportuit quòd ipse mortem, quam non debebat exoluere.

¶ 3 Præt. Christus non solum debuit hostem vincere, sed etiã exemplum vincendi nobis dare. ergo debuit in difficillimis victor existere: sed difficillimum est mortẽ sustinere. ergo debuit per passionem mortis nos liberare.

RESPON. Dicendum, quòd Christi satisfactio fuit non pro vno homine tantum, sed pro tota humana natura. vnde duas conditiones concernere debuit, vt esset vniuersalis respectu omniũ satisfactionũ quodammodo, & vt esset exemplaris omnium satisfactionum particularium. Vniuersalis autẽ erat non per prædicationem de multis, quasi per multas particulares satisfactiones multiplicata: sed habens virtutem respectu omnium, vnde non oportebat, quòd ipse omnes pœnas, quę ex peccato quocumque modo consequi possent assumeret in seipso; sed illam, ad quam omnes ordinantur: & quæ continet in se virtutę omnes pœnas, quàmuis non actu. Finis autẽ omnium terribilium est mors, vt dicit Philosophus 3. Ethico, & ideo per passionem mortis debuit satisfacere. Inquantum vero fuit exemplaris respectu nostrarũ satisfactionum, debuit habere magnitudinem excedẽtem omnes alias satisfactiones, quia exemplar debet esse prestantius exemplato: & ideo secundum maximam pœnarum debuit satisfacere, scilicet mortem. Cap. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passio Christi non fuit satisfactoria ex parte occidentium Christum, sed ex parte ipsius patientis, qui ex maxima charitate pati voluit, & secundum hoc fuit deo accepta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vita corporalis Christi habebat quendam infinitum valorem ex diuinitate coniunctum, inquantum non erat vita puri hominis, sed Dei, & hominis: & ideo poterat esse sufficiens recompensatio vitę spiritualis, & precipue ratione charitatis eximię, ex qua offerebatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in peccato Adę nõ solum fuit superbia, sed delectatio: & ideo in satisfactione non solum debuit esse humilitas, quod in incarnatione factum est, sed etiã acerbitas

acerbitas doloris, quod in passione accidit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quàmuis gutta sanguinis quã in circuncisione fudit, esset sufficiens ad oẽm satisfactionem considerata conditione personę, non tamen quantum ad genus pœnę: quia pro morte, ad quam humanum genus obligatũ erat, oportebat quòd mortem exoleueret.

¶ Ad quintum dicendum, quòd contritio non tantum habet vim ex charitate, sed etiã ex dolore, & ideo ratione charitatis delet culpam: ratione autem doloris computatur in satisfactione pœnę.

¶ Ad sextum dicendum, quòd aliæ pœnę, quas Christus sustinuit, quãmuis sufficiẽtes essent ad satisfaciendum pro humana natura, cõsiderata conditione patientis: non tamen cõsiderato genere pœnę: quia in pœnis illis non cõtinebantur omnes aliæ pœnę, sicut in passione mortis continentur.

Tom.9. tract.7.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fuerit possibilis alius modus satisfaciendi.

3.q.46.2.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd alius modus nõ fuerit possibilis. Hebr.2. Decebat eum per passionem consummari. dicit glos. Nisi Christus pateretur, homo non redimeretur.

Cap.10. cir ca med.

¶ 2 Pręt. Anselm. in lib. Cur deus homo. Non potuit transire calicem, nisi biberet, nõ quia mortem vitare nequiuerit, sed quia aliter mundus saluari non posset. ergo videtur quòd alius modus possibilis non fuit.

Supr.qõ.1. art.1.q.2.

¶ 3 Pręt. Minimum inconueniens est deo impossibile: sed inconueniens est peccatum dimittere sine debita satisfactione, vt dictum est. Cum igitur debita satisfactio non potuerit esse nisi per modum illum, videtur quòd alius modus possibilis non fuit.

¶ 4 Pręt. Fidei non potest subesse falsum: sed antiqui patres crediderunt Christum passurum. ergo non potuit aliter esse.

SED CONTRA, Greg.2. lib. Moral. Qui fecit nos de nihilo, reuocare etiam sine morte, & passione sua nos potuit.

¶ Præt. Luc.1. Non erit impossibile apud deum omne verbũ. ergo quocumque alio modo potuisset nos liberare.

II. 3.q.46.3.

VLTERIVS Videtur quòd alius modus fuisset conuenientior. Si enim Christus mortem subiisset naturalem, nihilominus genus humanum redemptum fuisset, quia mortem soluisset, quam nõ debebat: sed hoc fuisset sine omni peccato alicuius. ergo videtur quòd hic fuisset modus conuenientior; quia vnumquodque tanto est conuenientius, quãto ad ipsum pauciora inconuenientia sequuntur.

¶ 2 Pręt. Diabolus nos omnino iniuste inuaserat, nec aliquod ius in nobis habebat: sed nihil est conuenientius, quàm quòd vis vi repellatur. ergo conuenientissimus modus fuisset, vt per potentiam nos eriperet a potestate diaboli non redimendo.

¶ 3 Pręt. Ipse venerat a dęmonis potestate hominem liberare, non autem a potestate homipis. ergo conueniẽtius fuisset, quòd a dęmone passus fuisset, quàm ab homine.

¶ 4 Pręt. Christus ad hoc venit, vt homines ad se traheret: sed plures eum sequerentur, si per viam delitiarũ incessisset, quàm ꝙ per viam passionis de hoc mundo exiuit. ergo videtur quòd ille fuisset conueniẽtior modus.

SED CONTRA. Super illud psal.21. Et non ad insipientiam mihi, dicit glos. Nullus cõueniẽtior modus nostrę redemptionis fuit, quàm quòd homo, qui per superbiam ceciderat, per humilitatem resurgeret.

¶ 2 Pręt. Optimi est optima adducere: si igitur deus est optimus, modum optimum nostrę liberationis elegit.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, quòd quantum ex parte dei est, fuit alius modus nostrę liberationis possibilis: quia eius potentia limitata non est, quem si elegisset, cõueniẽtissimus fuisset: non tamen habuisset rationem redemptionis, sed liberationis tantum: quia liberatio non fuisset facta per solutionem precij. Ex parte autem hominis non fuit alius modus possibilis, nisi quę deus ei dedit, quia per se satisfacere non poterat, sed solum diuino munere: sed ex parte nostra simul & dei fuit quidem alius modus possibilis, sed nullus ita conueniens.

In eodem facto inuenimus Deum, quo Iudam: Deum benedicimus, Iudam detestamur. Quia cogitauit Deus salutem nostram, Iudas cogitauit pretium quo vendidit dominum, filius pretiũ quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio diuersa facta facit, cum tamẽ sit vna res ex diuersis. Eccevnã dicit rẽ ibi fuisse & diuersa facta: qa ibi vna fuit passio, sed diuersi actus. Et actus quidem Iudæ, ac Iudæorum mali, quibus operati sunt Christi passionem, quę bonũ est, & opus Dei est.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ si homo alio modo liberaretur, non redimeretur: quia redemptio sufficiẽtę satisfactionem importat, sed tamen alio modo liberari potuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Ansel. loquitur quantũ est ex parte nostra, suppositа dei ordinatione.

Quòd Christi passio dicitur opus Dei & iudeorum, & quomodo.

ASSIO ergo Christi, & opus Iudæorum dicitur, quia ex actibus eorum

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis sit inconueniens ex parte nostra tecundum ordinem, quem deus rebus posuit, vt peccatum sine satisfactione dimittatur, tamen si ipse faceret, conuenientissimum esset, quia ipse simul cum hoc faceret, aliquam conuenientiam in re poneret.

¶ Ad quartum dicendum, quòd fides antiquorum fuit de passione Christi futura, prępsuppositа dei ordinatione quòd ita fieret, ex cuius suppositione passio Christi necessitatem haber, vt dictum est.

Sup. q.1.a.

AD SECVNDAM quęstionem dicendum, quòd quantum est ex parte nostra conuenientior modus esse non potuit: sed tamen deo non aufertur potentia, quin potuisset alium modum conuenientiorem fecisse, cuius potentia limitata nõ est: sed hoc esset secundum alium ordinem rebus impositum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus pro omnibus peccatis quantum ad sufficientiam debuit satisfacere nõ solum pro originali, sed etiam pro actuali, pro quo insligitur violenta mors, & ideo vt sua satisfactio omnem comprehenderet, decẽs fuit vt morte turpissima quantum ad genus mortis moreretur, vt sic non solũ sub angelis descenderet per mortem, sed etiam sub hominibus per genus mortis, quantum ad acerbitatem simul, & turpitudinem. Nec peccatum aliorum aliquid de conuenientia satisfactionis adimit, quia satisfactio non est ex passione ex parte instigentium passionem, sed ex parte patientis:

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis diabolus nos iniuste detineret, tamen nos iuste ab ipso detinebamur, eius tyrannidem propter nostram culpam patientes. vnde ex parte nostra fuit congruum, vt satisfaciendo nos eriperet, vt non solum ipse iuste nos liberaret, quod esset si violẽtia vteretur, sed etiam nos iuste liberaremur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut peccatum hominis fuit commissum ab homine instigante diabolo, ita etiã conueniẽs fuit vt medicina morbo responderet, quòd Christus occideretur ab homine, suadente diabolo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd satisfactio debet esse pœnalis, & ideo vt pro nobis satisfaceret, oportuit quòd in hoc mundo pœnas sustineret, & non delitiis vteretur.

¶ Vel dicendum, quòd Christus ad hoc venit, vt a terrenis bonis, pro quibus homines a deo recesserant, ad cęlestia nos reuocaret: & ideo decuit vt terrena bona abiiceret, quatenus ea contemnendi nobis exemplum daret.

ARTICVLVS V.

Vtrum deus pater filium tradiderit ad passionem.

3.q.47.1.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd deus pater filium non tradiderit ad passionem. Maxima enim crudelitas est filium innocentem tradere: sed Christus fuit innocentissimus,

essimus, cum ergo crudelitas non sit in deo, videtur, ꝙ ipse Christum ad passionem non tradiderit.

¶ 2 Pręt. Si pater Christum in mortem tradidit, hoc non fuit, nisi quia Christus ex obedientia ad patrem mortuus est: sed quicumque facit aliquid ex obedientia facit ex debito. ergo Christus debitor mortis fuit: & sic non fuit mors eius deo gratissima: debitũ enim diminuit de gratitudine actꝰ.

Lib.de vnit. Trini. ad Optatũ, c.14.to.6.

¶ 3 Pręter. Si pater tradidit filium, ergo voluit eum mori: sed hoc etiam voluerunt iudęi. ergo conformauerũt voluntatem suam, voluntati diuinę. & ita nõ peccauerũt.

¶ 4 Pręt. Philos. dicit in 6. Ethic. quòd peruenire ad bonũ finem per mala media, est mali cõsiliatoris: sed consilium diuinum est optimum. ergo si ex consilio voluntatis patris Christus esset mortuus, non esset hoc consilium expletum mediantibus malis actibus iudęorũ, quod tũ falsum est. ergo pater filium ad passionẽ non tradidit.

Cap.10.

SED CONTRA Ro.8. Proprio filio suo non pepercit, &c.

¶ 2 Pręt. Omnis pœna est a deo: sed passio Christi quędam pœna fuit. ergo fuit a deo.

II

VLTERIVS. Videtur quòd passio Christi non fuerit bona: quia secundum Boet. cuius generatio est bona corruptio est mala: sed generatio Christi fuit optima. ergo passio mortis ipsius fuit pessima.

¶ 2 Pręt. Omne iniustum est malum: sed Christus iniuste passus est. 1. Pet. 2. Tradebat autem iudicanti se iniuste. ergo illa passio Christi fuit mala.

¶ 3 Pręt. Sicut eadem materia non potest esse in naturalibus sub contrariis formis, ita vnus actus in moralibus nõ potest esse bonus, & malus: sed opus iudęorum, vt dicitur in litera, fuit passio Christi. ergo cum opus iudęorum fuerit malũ, passio Christi non potest dici bona.

SED CONTRA. Nihil est deo acceptum, nisi bonum: sed mors Christi fuit deo acceptissima: quia ipse, Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam deo in odorem suauitatis. Ephes.5. ergo passio Christi fuit bona.

¶ 2 Pręt. Omne quod est ex charitate, est bonum: sed Christus ex maxima charitate fuit mortuus, & passus. ergo passio sua fuit optima.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, quòd in passione Christi fuit tria considerare. Vnum, ex parte patientis: quia scilicet voluntarie passus est ex charitate. Aliud autem, ex parte occidentium, qui ex iniqua voluntate eum occiderunt. Tertium est, ex parte ipsorum, pro quibus passus est, scilicet effectus salutis in toto humano genere. Et secundum hoc, triplicter deus pater, immo tota Trinitas eum tradidit. Vno modo, pręordinando passionem eius ad salutem humani generis. Secundo, Christo homini voluntatem dando, & charitatem, ex qua pati voluit. Tertio, dando potestatem, & non cohibendo voluntatem occidentium, sicut dicitur Io.19. Non haberes in me potestatem, nisi data tibi fuisset desuper.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd deus pater non tradidit Christum in mortem, quasi cogendo ipsum mori: sed dando ei voluntatem bonam, qua mori vellet: & ideo non sequitur, ꝙ fuerit aliqua crudelitas in deo.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Christus non fuit debitor mortis ex necessitate, sed ex charitate ad homines, qua hominis salutem voluit: & ex charitate ad Deum, qua eius voluntatem implere voluit, sicut dixit Matth.26. Non sicut ego volo, sed sicut tu. & hoc debitũ nõ diminuit aliqd de gratitudine actꝰ.

D.412.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ conformitas d voluntatis humanę ad diuinam, non est simpliciter in nolẽdo, quod deus vult: sed in volendo eodẽ modo, idest, ex charitate, sicut Deus vult, vel ad eundem finem: vel in volendo id quod deus vult nos velle. & hoc modo iudęi voluntatem suam diuinę non conformauerunt, quia Christum ex nequitia occiderunt ad impediẽ

A dam salutem, quam ex eius prædicatione sequi videbant.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ facere aliquod malum propter bonum finem consequendum, est mali consiliatoris: sed vti malitia aliorum, quam ipse non facit, ad bonum finem, hoc est summę sapientię.

AD SECVNDAM quęstionem dicendum, ꝙ iudicium absolutè est de re, quando consideratur ipsa, secundum quòd est actu in rerũ natura existens: & hoc est quando considerantur cum omnibus circũstantiis, quę sunt in ipsa. sed quando considerantur res secundum aliquid, quod in re est sine consideratione aliorum, illud iudicium non est de re simpliciter, sed secũdum quid. Si igitur considere tur passio, secundũ quòd est in patiente cum omnibus, ꝙ circumstant, scilicet charitate Christi, & efficacia ipsius, sic est dicenda simpliciter bona. Si autem considereretur secundum quòd est passio tantum, scilicet inquantum admit vitam nihil aliud considerando, sic est malum in genere mali naturę: vnde dicenda est bona simpliciter, & mala secundum quid.

C

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passio Christi, inquantum est corruptionis inductiua sic est mala, & hoc est considerare ipsam secundum quid: sed inquantum est passio volita, & ad humanam salutem ordinata, sic est optima.

¶ Ad secũdum dicendum, ꝙ iniuste illata est ex parte occidentium, sed ex parte ipsius patientis, ex iustissima voluntate procedit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ opus operans iudęorum est malum simpliciter: sed passio, quę est opus operatum est quidem simpliciter bona, secundũ quòd est in patiente: quàmuis possit dici mala secundum quid, secundum quòd est in actione illorum, sicut in causa, & secundum quòd est corruptiua naturę: & ita non est ponere contraria circa idem.

D

EXPOSITIO TEXTVS.

VIA *sic iustitia superatur est diabolus*. Contra. Iustitia dei non potest esse sine potentia, nec eõuerso. Dicendum, ꝙ intelligendum est non potentia tantum: sed si etiam potentia tantum diabolum superasset, adhuc esset iustitia ex parte dei liberantis, quàmuis non esset ex parte nostra. *Peccantem peccati author ilico inuasit*. Contra. Magis peccauit diabolus, quàm homo. ergo magis debuit ipse inuadi, quàm homo. Dicendum, ꝙ ambos inuasit sententia iudicis secundum culpę modum: sed hominem inuasit, & peccati author: tum, quia homo illi se subdidit: tum, quia homo ex ordine naturę sub angelis erat. vnde etiam homini ad exercitium datur. *Predestinatus tantum effecit saluum*. Contra. Aliqui etiam non predestinati gratiam accipiunt. Dicendum, quòd loquitur de salute finali, per quam homo ab omni malo liberatur. Hic distinguendum est, quia potest intelligi de opere operante, & sic malum operati sunt. Vel dicendum de opere operato, & sic bonum operati sunt.

E

DIVISIO TEXTVS.

POST QVAM determinauit Magister de his, quæ Christus cum humana natura assumpsit, scilicet gratia, & scientia, & defectibus: & de his, quę per humanam naturã operatus est, scilicet de meritis, hic determinat de morte, quam in humana natura sustinuit. Diuiditur autem hęc pars in duas. Primo determinat ea, quę ad mortem Christi pertinent. Secundo ea, quę ad mortẽ Christi consequuntur. dist.22. ibi, *Hic quæritur*. Prima diuiditur in duas. Primo inquirit, vtrum mors fuerit in Christo secundum separationem deitatis a carne. Secundo supposito, quòd non, ostẽ-

DISTINCTIO XXI.

A

Si in Christo diuiso in morte fuit anima, uel carnis a uerbo.

POST prædicta considerãdum est, vtrũ in morte a uerbo sit separata anima, uel caro. Quidã putauerũt tunc carnẽ sicut ab anima

ostenditur qua ratione Christus dicatur mortuus, ibi. *Recedente uero.* Circa primum duo facit, Primo, mouet quęstionem. Secundo, determinat eam, ibi. *Quidam putauerunt.* Et circa hoc duo facit. Primo, excludit errorem. Secundo, veritatem confirmat, ibi. *Sicut August. super Ioan.* Circa primum duo facit. Primo, excludit probationem erroris sumptam ex ratione, & authoritate August. Secundo, probationem sumptam ex authoritate Athan. ibi. *Alij quoque.* Circa primum tria facit. Primo, ponit rationem ipsarum. Secũdo, authoritatem quę videtur ꝓ eis In psal. 48. concion. 2. facere, ibi. *Huic suæ probabilitati.* Tertio, soluit, ibi. *Quibus respondemus.* *Alij quoque.* Hic tria facit. Primo, ponit obiectionem ex authoritate Athanasij. Secundo, ostẽdit, quòd illa authoritas non facit pro eis, ibi. *Quibus respondemus.* Tertio authoritatem Athanasii exponit, ibi. *Sciendum est igitur.* Hic est duplex quęstio. Prima, de morte Christi. Secunda, de resurrectione eius.

ma, ita a diuinitate in morte fuisse diuisam. Si enim, inquiunt, anima media diuinitas carnẽ sibi vniuit, sicut superius prætactum est, ergo quando diuisa est caro ab anima, diuisa est etiam a diuinitate: quia nõ potuit ab anima seiungi, per quam uerbo erat unita, quin a uerbo diuideretur. Fuit autẽ diuisa in morte ab anima, alioquin uera mors ibi non fuisset: quia, ut ait August. mors quam timent homines, separatio est animæ a carne: mors autem quam nõ timent, separatio est animę a Deo. Vtraque uero diaboli suasionibus homini propinata est. Si ergo in Christo homine uera mors fuit, diuisa est ibi anima, ac per hoc diuinitas a carne. Huic suæ ꝓbabilitati addũt authoritatis testimonium. Ambr. enim tractans de Christi derelictione, qui in cruce uoce magna clamãs dixit, Deus, Deus meus quare me dereliquisti, ait: Clamat homo separatione diuinitatis moriturus. Nam cum diuinitas mortis uerbi libera sit, uti- G que ibi mors esse non poterat, nisi uita discederet, quia uita diuinitas est. Hic uidetur tradi, ꝙ diuinitas separata sit in morte ab homine, quæ nisi discessisset, homo ille mori non posset: quod illi ad carnem referunt, quam dicunt a Deo separatam. Quibus respondemus, illam separationem sic esse accipiendã, sicut intelligitur derelictio quæ illis uerbis significatur, Vt quid me dereliquisti? Quomodo igitur erat derelictus a patre, cum in cruce se derelictum clamabat? Non recesserat Deus ab homine, ita ꝙ esset soluta unio Dei & hominis; alioquin fuit quoddam tempus quando Christus adhuc uiuus homo erat, & non deus, quia adhuc uiuus se derelictum clamabat, non derelinquendum. Si ergo illa derelictio, unionis intelligatur solutio, ante facta fuit solutio dei, & hominis, quàm Christus mortuus esset. Sed quis hoc dicat? Fateamur igitur, deum quodammodo illum hominem in morte deseruisse: quia potestati persequentium eum exposuit ad tempus, non suã potentiam exercendo, illum defendit, ut non moreretur. Separauit se diuinitas, quia subtraxit protectionem, sed non soluit unionem. Separauit se foris, ut non adesset ad defensionem, sed non intus defuit ad unionem. Si non ibi cohibuisset potentiã, sed exer- B cuisset, non moreretur Christus. Mortuus est Christus diuinitate recedente, idest effectum potentiæ in defendendo non exhibente. Hic est hircus apopõpæus, qui altero hirco immolato in solitudinem mittebatur, ut legitur in Leuitico. Hirci enim duo, humani-

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum in morte Christi fuerit separata deitas ab humanitate.

¶ Secundo, Vtrum corpus Christi fuerit dissolutum, vel incineratum.

¶ Tertio, Vtrum debeat simpliciter concedi quòd Christus, vel filius dei sit mortuus.

a Vtrum in morte Christi deitas a carne separata sit.

3.q.50.a.2. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ in morte Christi deitas a carne separata sit. Remoto enim medio separantur extrema quę per medium coniunguntur: sed sicut in 2. dist. dictum est, diuinitas q.2. artic. 1. q.1. cor. coniungebatur carni mediante anima. ergo separata anima a carne separatur etiam diuinitas.

q.1. artic. 3 q.22. ¶ Pręt. Sicut in 2. distinct. dictum est, corpus insensibile nõ est assumptibile: sed separata anima caro remanet quoddam corpus insensibile. ergo non potuit remanere deitati vnita, cum nihil possit esse vnitum, quod non est assumptibile.

¶ 3 Pręt. Nulla res est mortua, quę habet in se vitam: sed si deitas in morte a carne separata nõ fuisset, habuisset in se vitam, quę etiam est fons indeficiens vitę. ergo mortua non fuisset.

¶ 4 Pręt. Vnio humanę naturę ad diuinam est per gratiã: sed corpus non est capax gratię, nisi mediãte anima. ergo corpus separata anima non potest remanere deitati vnitum.

SED CONTRA. Filius dicitur iacuisse in sepulcro, aliàs de hoc non esset fides, quę habet obiectum veritatem increatam: sed hoc non dicitur, nisi quia corpus in sepulcro fuit. ergo deitas a corpore separata non fuit.

¶ 2 Pręt. Leo Papa dicit. Tanta fuit vnio dei & hominis, vt nec supplicio posset diminui, nec morte distingui: sed supplicium pati, & mori corporis est. ergo corpus in morte a diuinitate non est separatum.

3.q.50.3. VLTERIVS. Videtur quòd deitas sit separata ab anima. Vtraque enim mors, vt dicitur in litera, scilicet qua separatur corpus ab anima, & qua separatur anima a deo, diaboli suasu homini propinata est: sed Christus in se accepit mortem, qua separatur corpus ab anima, vt a nobis excluderet quod suasu dæmonis in nobis deuenit. ergo simpliciter debuit pati mortem, quę est separatio animę a deitate.

¶ 2 Pręt. Quicumq; deponit aliquid, illud a se separat: sed fi- F lius dei dicit de seipso Ioan. 10. Ego pono animam meam. ergo eam a se separauit.

¶ 3 Pręt. Sicut supra distinct. 5. dictum est, vniens est vnitum, sicut ratione vnionis deus est homo. si igitur anima esset deo vnita post mortem, posset dici, ꝙ deus esset anima. q.1.ar.

¶ 4 Pręt. Ratione vnionis dei ad hominem est communicatio idiomatũ, vt dicit Damasc. sed animę idiomata nõ dicuntur de filio dei: non enim potest dici quòd filius dei sit forma corporis. ergo non remanet post mortem anima verbo vnita. Super cap. Paternum.

¶ 5 Pręter. Si esset verbum vnitũ animę & corpori, cum illa sint ad inuicem diuisa, essent duę vniones verbi ad illa duo: sed ante mortem erat tantũ vna vnio. ergo aliqua vnio facta est de nouo in morte Christi, quod est inconueniens.

¶ 6 Pręt. Anima & corpus separata fuerunt duo quidem. si ergo verbum vtriq; H vnitum remansit, videtur ꝙ fuerunt duo, vel tria Christus in morte, quia vniens est vnitum.

SED CONTRA. Maior est coniunctio animę ad deum per vnionem in persona, quàm quę est per fruitionem: sed anima deo coniuncta per fruitionem, numquàm ab ipso separatur. ergo multo minus coniuncta ei per vnionem in persona.

¶ 2 Pręt. Filius dei dicitur descendisse ad inferos: sed hoc nõ conuenit sibi nisi ratione animę. ergo filius dei post mortem habuit animam sibi vnitam.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, quòd corpus Christi in morte non fuit separatum a deitate, cuius ratio ex tribus accipi potest. Primo, ex parte dei: quia cum sit immutabilis, ei quod perfecte sibi coniunctum est, incommutabilitatem pręstat, vt scilicet immutabiliter ei adhęreat. Secundo, ex parte ipsius assumpti: quia per mortem, quam ex obedientia patris sustinuit, non debuit suam dignitatem amittere, sed magis clarificare. Tertio, ex fine assumptionis, quia ea quę post mortem ipsius circa ipsum acta sunt, salutaria nobis I non fuissent, nisi deitas adiuncta esset.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut supra dist. 2. dictum est, anima quantum ad vnibilitatem corporis, est mediũ necessitatis, quia corpus non esset vnibile, nisi inquantum est animatum: sed quantum ad vnionem in actu est medium congruentię, quo remoto non necessario vnio tollitur, vt supra dist. 2. dictum est: & ideo quia separata anima a corpore adhuc remansit in corpore ordo ad animam, & vnibile remansit & vnitum. q.2. q.1.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quàmuis esset actu insensibile, tamen hoc habebat supra alia corpora insensibilia, ꝙ inerat ei ordo ad animam humanam.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ deitas non potest esse forma corporis. Ad hoc autem ꝙ corpus sit viuum, oportet ꝙ sit aliquid viuificans formaliter.

K ¶ Ad quartum dicendum, quòd corpus non est susceptiuum gratię habitualis, quia illa ordinatur ad actus spirituales, qui non possunt corpori communicari. Hęc autem gratia est medium congruentię ad vnionẽ ex parte animę: sed gratia vnionis, quę est ipsa vnio gratis facta, potest esse in corpore: quia ista gratia ordinat ad esse in persona diuina, cuius particeps est corpus sicut & anima: ideo etiam corpus potest remanere vnitum anima separata, in quo etiam manet aliquis ordo ad gloriam ex eo, quòd fuit instrumentum animę habentis gratiam, vt dictum est, vt sic etiam habitualis gratia quodammodo in corpus redundet, vt supra dist. 13. dictum est.

AD SECVNDAM quęstionem dicendum, ꝙ propter easdem rationes anima a verbo in morte Christi separata non fuit, & adhuc amplius inquantum anima immediatius, & pluribus modis verbo vnitur, quàm corpus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mors animę est secundum separationem animæ a deo per peccatum opposita coniunctioni, quæ est per charitatem, quam mortem Christũ assumere non decuit, sicut nec peccatum, vt supra dist. 15. dictum est. & ideo hæc ratio non est ad propositum: quia etiam si esset separatio perfecta animæ a verbo quantum ad coniunctionem, quæ est in persona, adhuc anima non esset mortua, sed viua, inquãtum remaneret deo per charitatem coniuncta. q.1. art.1. cor.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ filius dei dicitur animam ponere, non quidẽ a se, sed a carne, a qua in morte separata fuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima non nominat personam, sed partem naturæ. vnde anima non est vnita verbo, sicut importans id, in quo facta est vnio, sicut est de hoc nomine homo: & ideo non potest dici, quòd filius dei sit anima, sicut potest dici, quòd sit homo, secundum quod est habens animam.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut ea, quæ dicuntur de natura humana, secundũm rationem naturæ, nõ possunt prædicari de filio dei, vt quòd dicitur esse communis Christo, & aliis hominibus, ita etiam ea, quę prædicantur de anima Christi, inquantum est pars naturę, non possunt dici de filio dei, sicut quòd est forma, vel aliquid huiusmodi. Ea autem, quæ prædicantur de ipsa, inquantum est quid subsistens, possunt de filio dei prædicari, sicut quòd descendit ad inferos, & alia huiusmodi.

q.1. art.5. cor. ¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut supra distinct. 8. dictum est, relationes secundum rem multiplicantur, secundum multiplicationem illorum, supra quæ fundantur relationes: vnde contingit, quòd relatio ex parte vnius extremi est vna, quæ ex parte alterius multiplicatur, sicut de illo, qui vna paternitate ad multos filios refertur, qui ad ipsum multis filiationibus referuntur: ita etiam est hoc, quia ex parte ipsius filij dei est vna tantum, quàmuis non sit ex parte ipsius relatio realis, sed rationis tãtum. Ex parte autem assumptorum, quæ diuisa sunt, sunt duæ vniones in actu post mortem: ante autem erat vna in actu, & multæ in potentia: vnde non oportet, quod aliqua vnio fiat ibi de nouo, sicut nec in diuisione cõtinui fit aliquid D.515. de nouo, d inquantum id, quod prius erat multa potentia, vnum autem actu, fit actu plura.

¶ Ad sextum dicendum, quòd sicut humana natura non est hypostasis in Christo, quàmuis possit dici singulare, & indiuiduum, vt supra dist. 6. dictum est: ita etiam anima, & corpus q.1. art.1. cor. D.176. non sunt duæ completę hypostases: sed vnitæ vni hypostasi filij dei, quàmuis possint dici duo singularia, vel duo indiuidua: sed non sequitur ex hoc, quòd Christus sit duo, quia neutrum illorum de Christo prędicatur, vel de filio dei.

ARTICVLVS II.

Vtrum corpus Christi post mortem debuerit dissolui.

3.q.51.3. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi post mortem debuit dissolui, siue incinerari. Hebræ. 2. dicitur, Christus debuit per omnia fratribus assimilari: sed alij homines, qui dicuntur fratres Christi secundum corpus incinerantur. ergo & corpus Christi incinerari debuit.

¶ 2 Præt. Sicut separatio animæ a carne fuit inflicta homini propter peccatum primi parentis, ita etiam incineratio: quia dicitur Gen. 3. Terra es, & in terram ibis: sed Christus pro nobis sustinuit mortem, vt debitum naturę solueret, ergo similiter corpus eius incinerari debuit.

¶ 3 Pręt. Humilitas est meritum exaltationis Phili. 2. sed corpus Christi fuit maxime exaltandum. ergo debuit vsq; ad incinerationem humiliari.

¶ 4 Præt. Omne compositum ex cõtrariis, naturaliter est dissolubile in contraria: sed corpus Christi fuit ex cõtrariis compositũ, quia fuit eiusdem naturæ, cuius sunt corpora nostra. ergo cum incineratio nihil aliud sit, quàm resolutio corporis A ad contraria, ex quibus cõstituitur, videtur quòd corpus Christi incinerari debuit.

¶ 5 Præt. Anima non recedit a corpore, quandiu in corpore manet æqualitas complexionis, quæ requiritur vt dispositio in corpore animato, quia per hanc dispositionem materia fit necessaria ad talem formã: sed in morte Christi anima recessit a corpore. ergo in corpore non remansit illa æqualitas, quæ exigitur ad corporum animationem: sed ablata æqualitate complexionis vnũ contrariũ supat aliud, & corrumpit illud, & sic sequitur corporis dissolutio, & incineratio, ergo corpus Christi fuit corruptum, & incineratum. ἀποπομπαῖος Emissarius Leuit. 16.

SED CONTRA. Psal. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: hoc autem non potest intelligi de corruptione mortis, quia ipse mortuus fuit. ergo intelligitur de corruptione incinerationis.

¶ 2 Præt. Corpori non debetur incineratio, nisi propter corruptionem fomitis: sed in Christo numquàm fuit corruptio C fomitis, quia natus, & conceptus fuit sine originali. ergo corpus Christi non debuit incinerari.

¶ 3 Præt. Anima coniuncta corpori ipsum seruat ab incineratione: sed virtus diuina est maior, quàm virtus animæ. ergo cum corpori Christi sit coniuncta deitas, videtur quòd nõ debuit incinerari.

RESPON. Dicendum, quòd mors, & incineratio, & huiusmodi defectus, sunt pœnę originalis peccati: in Christo autem numquàm fuit originale: vnde Christus non contraxit huiusmodi defectus ex necessitate suæ originis, quia sine originali conceptus fuit, nec in eo fuerunt, quia ipse esset debitor eorum, quia peccatum in eo numquàm fuit: sed voluntarie defectus humanæ naturæ assumpsit ad complendum opus nostrę redemptionis, & vt in his nobis mereretur. Vnde, cum opus redemptionis esset in passione completum, quia dixit, Consummatum est. Ioan. 19. & corpus sine anima non est in statu merendi; ideo corpus eius incineratum non fuit.

D AD PRIMVM ergo dicendum, quòd assimilatio illa intelligitur quantum ad illa, quę sunt de veritate naturę, & quãtum ad ea, quę pertinent ad opus redemptionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per passionem, qua separata est anima a carne, remouit a nobis mortem, & omnes alios defectus humanæ naturæ, quantum ad sufficientiam causæ: & ideo non oportuit, quòd ad remouendum incinerationem, corpus eius incineraretur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd humilitas illa fuit necessaria ante opus redemptionis, & quando Christus erat in statu merendi, non autem postea, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ compositum ex cõtrariis, necessario in ipsa resoluitur, nisi sit aliquid prohibens. In Christo autem erat aliquid prohibens, scilicet virtus diuinitatis, & puritas a corruptione fomitis.

E ¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quàmuis illa temperies complexionis, quæ est necessitas ad formam animæ fuerit amota in morte, non tamen inde secuta est dissolutio, & putrefactio corporis, ratione prædicta.

ARTICVLVS III.

c Vtrum filius Dei debeat dici mortuus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus vel filius dei, non debeat dici mortuus. Ea enim, quæ habent repugnantiam intellectuum ad filium dei, de eo non prædicantur: sed cum dei filius sit vita, sicut dicitur Io. 14. mortuum esse habet repugnantiam intellectus cum ipso. ergo nõ debet dici, ꝙ sit mortuus.

¶ 2 Præt. Esse creaturam conuenit alicui, secundum quòd est a deo: sed corrumpi secundum quòd est ex nihilo, ergo magis pertinent

pertinent ad defectum creaturæ ea, quæ corruptionem important, quàm nomen creaturæ: sed nomen creaturæ non dicitur de Christo, vt supra dist. 11. dictum est. ergo multo minus poterit dici, quòd sit mortuus.

¶ 3 Præt. Filius dei est diuina essentia: sed non potest dici, q diuina essentia sit mortua. ergo non debet dici, quòd filius dei sit mortu⁹.

¶ 4 Præt. Contradictoria non sunt vera de eodem: sed

* Cap. 16. de filio dei vere dicitur, quòd est immortalis, & per consequens nõ est mortuus. ergo non poterit dici, quòd fuerit mortuus.

¶ 5 Præt. Illud qđ est partis non prædicatur de toto: sed mori est corporis, a quo anima separatur. ergo videtur quòd Christus non possit dici mortu⁹.

SED CONTRA est quod dicitur in Symbolo. Crucifixus, mortuus, &

Athanas⁹. sepultus.

¶ 2 Præter. Nullus homo dicitur mortuus, nisi ex eo q anima eius a corpore separata est: sed anima Christi est a corpore separata. ergo ipse est mortuus.

¶ 3 Præt. Sicut supra dictum est, redemptio non potuit conuenienter fieri, nisi per mortem filij dei. ergo si ipse non est mortuus, videtur quòd non simus adhuc redempti, quod est hæreticum.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dist. 11. dictum

q. 1. art. 4. cor. est, ea quæ solum ad naturam pertinent, simpliciter & sine determinatione de Christo dici possunt: mors autem in nobis est secundum separationem animæ a corpore, & passio est secundum læsionem corporis, vel etiam secundum immutationem animæ, quę sunt partes humanę naturę: & ideo simpliciter d

D. 906. concedendum est, q Christus mortuus est, & passus,

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est ibi aliqua repugnantia intellectuum: quia mors cum sit cõditio naturæ refertur ad humanam, vnde non opponitur diuinæ vitæ.

¶ Ad secundum dicendum, q nomen creaturę non magis se habet ad naturam, quàm ad personam: & ideo non potest dici simpliciter ratione naturę, sicut supra dictum est, præcipue cũ creatio respiciat esse, quod magis videtur pertinere ad suppositum, d quàm ad naturam: & ideo quòd magis, vel minus

D. 1213. ad defectum pertineat, non facit ad propositum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnio non est facta in natura, sed in persona: & ideo ea quę sunt naturę, possunt prędicari de persona, non autem de alia natura.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hęc est simpliciter vera, Filius dei, vel Christus est immortalis: & similiter, Filius dei est mortuus: quia ea quę sunt vtriusque naturę, possunt affirmari de persona: sed tamen hęc, Christus non est mortuus, est vera secundum quid, & falsa simpliciter: quia ad veritatem affirmatiK nę sufficit, quòd secundum aliquam naturam cõueniat, quod de persona dicitur: sed ad veritatem negatiuæ oportet quòd secundum neutram conueniat. Vnde hęc est falsa simpliciter, Christus non est animal, & vera secundum quid, scilicet secundum diuinam: non est autem inconueniens, quòd vnum contradictoriorum dicatur de aliquo simpliciter, & alterum secundum quid.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ea, quę sunt partis tantum, & parti nata conuenire, dicuntur de toto ratione partis: sicut homo dicitur crispus pp capillos: & ita mors, quę est conditio corporis, de persona potest prędicari. Tamen sciendum est, quòd sicut generari est compositi, ita & corrumpi, quàmuis subiectum generationis, & corruptionis sit materia.

QVAESTIO II.

A Deinde quæritur de resurrectione Christi. Et circa hoc quæruntur quatuor.

Primo, De necessitate resurrectionis. * Liberalijde.
Secundo, de tpe.
Tertio, De argumẽtis resurrectiõis in communi.
Quarto, De eis in speciali.

ARTIC. I.

a Vtrũ necesse fuerit Christum resurgere.

DPRIMum sic proceditur. Videtur quòd nõ fuerit necessariũ Christum resurgere: qa sicut dicit Dam, resurrectio est eius quod cecidit & dissolutum est, iterata surrectio: sed Christus nõ cecidit per peccatum, nec eius corpus dissolutum est. ergo non debetur ei resurrectio.

¶ 2 Præt. August. dicit, quòd per verbum dei fit resurrectio animarum, per verbum incarnatum fit resurrectio corporum: sed verbum caro factum est in incarnatione. ergo non fuit necessaria resurrectio neque ad resurrectionem corporum, neq; ad resurrectionem animarum.

¶ 3 Præt. Post vltimam consummationem non est aliquid necessarium: sed vltima consummatio facta est in passione, quia tunc dixit, Consummatum est. Io. 19. ergo nõ oportuit quòd postea resurgeret.

¶ 4 Præt. Ad hoc Christus humanam naturam assumpsit, vt ipsam restauraret: sed plena restauratio facta est in passione, quia & ianua aperta est, & liberati sumus a peccato, pœna, & seruitute diaboli. ergo non oportuit vt iterato corpus assumeret.

SED CONTRA. 1. Cor. 15. Si Christus non resurrexit, inanis est fides nostra: sed sine fide non iustificamur. ergo necessarium fuit Christum resurgere.

¶ 2 Præt. Greg. dicit, quòd vitam nostram resurgendo reparauit. ergo necessarium fuit, q Christus resurgeret.

RESPON. Dicendum, quòd necessitas resurrectionis Christi ex tribus apparet. Primo, ex ipsa conditione naturæ assumptę. Anima enim & corpus sunt partes humanę naturę: omnis autem pars est imperfecta respectu totius, vt patet per Philosophum in 3. physic. vnde nec corpori sine anima, nec animæ sine corpore ineſt omnis perfectio, quam nata sunt habere. Et quia naturę assumptę debebatur omnis perfectio, quam contingit in natura reperire: ideo ei debebatur, q corpus animæ semp esset coniunctum, q autem ad tempus separata fuerunt, hoc fuit propter necessitatem nostrę redemptionis. Secundo, ex merito passionis eius: quia ex humilitate passionis meruit gloriam resurrectionis. Tertio, ex parte nostra, vt scilicet in capite gloriosa resurrectio inchoaretur, quę in membris futura erat. Et iterum vt illis, qui sunt in patria, non solum sit gloria de visione diuinitatis, sed etiam de visione humanitatis glorificatę in Christo quantum ad corpus, & quantum ad animam.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd illa diffinitio est resurrectionis, secundùm quod in aliis hominibus inuenitur: sed resurrectio Christi potest sic proprie diffiniri. Resurrectio est corporis facti incorruptibilis ad animam iterata vnio.

¶ Vel potest dici, quòd quàmuis Christus non ceciderit per peccatum, cecidit tamen a vita naturę per mortem: & corpus quàmuis non sit dissolutum per incinerationem, est tamen facta dissolutio corporis & animę.

¶ Ad secun-

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum caro factum, est proxima dispositio ad resurrectionem nostram, sed verbum caro factum est & a morte resurgens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in morte Christi facta est cõsumatio omnium eorum, quæ exigebantur ad sati factionem: quę quidem per resurrectionem non est acta, sed magis nouę vitę inchoatio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quãtum Christus naturam nostrã ad hoc assumpsit, vt eam reararet, non tamẽ legitur, quòd reparata natura debeat eam, vel aliquam eius partem abijcere, sed magis perpetuo tenere, sicut perpetua est reintegratio facta in natura.

¶ Vel dicendum, quòd quãmuis per passionem proprię loquendo sit facta reparatio quãtum ad amotionem mali, tamen per resurrectionem oportuit, quòd consumaretur quantum ad perfectionem in bono.

men, nisi hoc fateantur, quòd totus homo sit assumptus, non pro eis facit illa authoritas, quæ totum dicit assumptum: Sciendum est igitur, Athanasium id dixisse contra illorum perfidiam, qui resurrectionem Christi negabant: putantes in morte detineri, qui solus inter mortuos liber est. Ideo illum maledicit qui non confitetur totum hominem denuo assumptum resurrexisse, idest Christum animam corpori denuo coniunxisse: & in illis duobus denuo coniunctis, in resurrectione vere secundum hominem vixisse sicut ante mortem. Nam in morte separata est anima a carne. vnde uere dici-

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus debuerit tertia die resurgere.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non debuit tertia die resurgere. Caput enim, est conforme membris in natura: sed per resurrectionem natura reparatur quantum ad passibilitatem & mortalitatẽ: ergo Christus debuit simul cum alijs resurgere: & non tertia die.

¶ 2 Præt. Vt dicit glo. Hebre. 11. ad hoc est dilata resurrectio omnium in finem mundi, vt simul resurgentibus sit maius gaudium: sed de resurrectione nullius sancti est tantum gaudium sicut de resurrectione Christi. ergo etiam ipse debuit usque ad finem mundi suam resurrectionem differre, & non tertia die resurgere.

¶ 3 Præt. Separatio animę a corpore in Christo non fuit facta, nisi propter redemptionem humanę naturę: sed in instanti mortis, redemptio soluto precio completa est. ergo debuit statim resurgere.

¶ 4 Præt. Plus conferendum fuit Christo, quàm alicui alteri homini: sed quidam homines qui viui inuenientur in fine mundi, statim post mortem resurgent. ergo multo magis Christus resurgere debuit statim: & non in tertium diem resurrectionem differre.

¶ 5 Præt. Matth. 12. dominus dicit: Sicut fuit Ionas in uentre ceti sic erit filius hominis in corde terrę: sed non fuit in corde terræ nisi quandiu fuit mortuus. ergo tribus diebus, & tribus noctibus mortuus fuit. ergo non resurrexit tertia die, sed magis quarta, uel quinta.

¶ 6 Præt. Nox contra diem diuiditur, sed Grego. videtur dicere in homel. pasche Christũ de nocte resurrexisse: sicut Sanson de nocte portas Gaze tulit. ergo Christus non resurrexit tertia die: immo magis secunda nocte.

SED CONTRA in Symbolo dicitur. Resurrexit tertia die, secundum scripturas.

¶ 2 Præt. Ro. 6. dicit glo. Quieuit in sepulchro vna die: & duabus noctibus: quia nostram duplicem vetustatem sua simpla consumpsit. ergo tertia die resurrexit.

¶ 3 Præt. Conueniens erat, ut ueritas mortis nobis manifestaretur: sed In ore duorum vel trium testium stat omnę verbum. ergo conueniens fuit, ut tertia die resurgeret.

D. 19. q. 1. pti. cap. RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, Christus nõ sustinuit mortem, quia debitor mortis esset, sed ut mortem nostram sua morte destrueret. Ad hoc autem q mors nostra destrueretur, duo requirebantur: vnum scilicet, ut ipse non debitor mortis mortem quam nos debebamus pro nobis solueret. Aliud est, vt nos virtutem mortis ipsius cognoscere-mus, vt per fidem mortis, virtus mortis in nobis effectum ha-

A beret. vnde non oportuit, quòd mors detineretur, nisi quantum congruebat ad ostendendam mortis veritatem: quę sufficienter manifestata fuit, & congruenter per hoc, quòd tertia die resurrexit: tum, quia sua morte duas nostras mortes destruxit: vt tangit glo. inducta. tum, quia confirmatio, quæ fit per testes, ternario testium approbatur, cũ, quia perfectio in ternario consistit: ut dicitur in primo de cęlo & mundo: alias etiam cõgruentias, non difficile est assignare.

AD PRIMVM ergo dicendum, q alij homines, debitores mortis erãt, & mors in eis non fuit ex necessitate finis, sed ex necessitate culpæ. non autẽ sic est in Christo: & ideo non oportuit, q Christi resurrectio vsque in finem mũdi differretur. T.com. 5.

¶ Vel dicendum, quòd illud quod est vltimum in operatione oportet esse primum in intentione: vnde oportet quòd resurrectionem, quã in fine mundi consequemur primo intendamus. intentio autem, & dirigitur & excitatur & roboratur ex inspectione alicuius exemplaris, in quo finis secundum rem præcedat: unde sicut intentio nostra qua intendimus in gloriam animę excitatur ex inspectione diuinæ gloriæ: quę est exemplar nostræ futurę beatitudinis, ita oportuit quòd gloria resurrectionis in aliquo exemplari nobis proponeretur, ad cuius conformitatem tenderemus, & hęc est resurrectio Christi. vnde dicitur Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrę, configuratum corpori claritatis &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gaudium de resurrectione Christi mouet, ut exemplar ex quo dirigimur in finem, non autem ita est de alijs sanctis: & ideo non est simile de Christo, & de illis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non solum oportebat. quòd per mortem fieret redemptio: sed ad hoc quòd redemptionis eius participes essemus oportuit, vt veritas mortis nobis ostenderetur, & hoc non fuisset, si statim post mortem resurrexisset.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mortis aliorum hominum cognitio, non est nobis necessaria ad salutem, sicut fides de morte Christi: & ideo resurrectio non est similis de ipso, & de illis, qui viui inuenientur in fine mundi.

¶ Ad quintum dicendum, quòd dies, ut in 2. lib. dist. 13. dictum est, diuersis modis accipitur. Aliquando enim pro die naturali, quæ continet spatium. 24. horarum: vnde includit diem, & noctem. Aliquando autẽ, pro die artificiali: & sic Christus fuit mortuus vna die integra, scilicet die sabbathi, & duabus integris noctibus, scilicet precedente diem sabbathi, & sequenti: & adhuc plus per quandam partem sextæ feriæ, & sic loquitur glo. Rom. 6. Si autem loquamur de die naturali: sic accipiendo partem pro toto fuit mortuus tribus diebus, & tribus noctibus. illa enim pars diei passionis Christi a nona, & deinceps computatur pro tota die naturali, cuius est pars: vnde computatur pro vna die artificiali, & pro vna nocte, similiter nox post sabbathũ computatur pro tota die naturali sequente: & sic computatur pro vna die, & vna nocte artificiali: quibus si coniungatur vna dies integra: scilicet dies sabbathi, & vna nox integra, scilicet nox precedens inuenitur, quòd Christus fuit mortuus tribus diebus, & tribus noctibus. In exposi. lit.

¶ Ad sextum dicendum, quòd Christus creditur resurrexisse in sepulchro quando adhuc est lux tenebris permista: & ideo aliquando dicitur resurrexisse in die: & aliquando in nocte.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus debuerit probare resurrectionem suam argumentis.

3. q. 55. Ibidem 5.

DE tertiũ sic procedit. Videt quòd Christ⁹ resurrectionem suam argumẽtis probare non debuit. Ambrosius enim dicit. Tolle argumenta vbi fides quæritur: sed de resurrectione quærit fides, ergo argumẽta fieri ad resurrectionẽ non debent.

Lib. 1. de fide, capi. 5. tom. 1.

¶ 2 Præt. Aut argumenta illa fuerũt sufficientia ad probãdum resurrectionem, aut non. si non, hoc videtur in imperfectionem inducentis argumẽta redundare. Si autem fuerunt sufficientia, & argumentum sufficiens facit scientiam, vel agnitionem quæ non stat simul cum fide, quæ est de non apparentibus, videtur quòd euacuauerunt fidem, & abstulerunt meritum eius.

¶ 3 Præt. Sicut est fides de resurrectione, ita & de aliis articulis: sed ad alios articulos non induxit aliqua argumenta probantia, ergo neque ad resurrectionem inducere debuit.

¶ 4 Præt. Argumenta ex quibus contrarium videtur sequi potius confundunt intellectum quàm elucidant: sed in argumentis a Christo ostensis quasi contraria innuebantur, per hoc enim quòd comedit, ostendebat in se animalem vitam: per hoc autem quòd ianuis clausis intrauit, ostendit spiritualem vitam. ergo videtur quòd argumenta incongruenter adducta fuerint.

¶ 5 Præt. Sicut subtilitas est de gloria resurrectionis, ita & claritas: sed Christus gloriam resurrectionis solum per subtilitatem probauit, quando intrauit ad discipulos ianuis clausis, ergo videtur quòd insufficienter ostenderit.

D SED CONTRA est quod dicitur Act. 1. Præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis.

¶ 2 Præt. Apostoli debebant esse testes resurrectionis: sed nullus potest esse testis idoneus eorum, de quibus certitudinem per visum & auditum non habet. ergo videtur quòd ipse eis argumenta præbere debuit, quibus certificarentur de sua resurrectione.

¶ 3 Præt. Magis necessarium erat, quòd apostoli haberent fidem de resurrectione quàm alij homines, quia ipsi erant qui fidem prædicare debebant: sed alijs hominibus facta est fides de resurrectione Christi per argumenta miraculorum, Marci. vlt. Sermonem confirmante sequentibus signis. ergo apostolis per argumenta aliqua fides de resurrectione fieri debuit.

RESPOND. Dicendum, quòd sicut dicit Dion. 1. cap. celest. hierar. Lumen diuinum non recipitur in nobis nisi secundum nostram proportionem, fides autem causatur in nobis ex influentia diuini luminis & ideo oportet quòd istud diuinum lumen secundum nostram proportionem in nobis recipiatur. Cognitio autem nostra naturaliter ex sensu oritur, & per principia rationis procedit: vnde licet illa quæ fides tenet, sint supra rationem & sensum, inquantum sunt fidei subiecta, ratione cuius exigitur ad eorum cognitionẽ quòd infundatur altius lumen, fidei scilicet: tamen ex parte nostra fuerunt aliqua adminicula fidei exhibenda. Attenditur autem triplex gradus in credendo. Primus est, vt aliquis rationem transcendens his quæ non videtur nec sensu, nec ratione assentire paratus sit: & sic adminiculantur fidei miracula, quæ ex eo q̃ humana ratione non comprehenduntur, ostendunt aliquid supra rationem esse ei incomprehensibile. Secundus gradus est, vt homini ea quæ credenda sunt, determinentur. Et quia fides nõ innititur nisi veritati primæ, inde est, quòd quantum ad hoc adminiculatur fidei authoritas, per quam ostenditur diuinitus esse dictum. Tertius gradus est, vt fidem quam habet alijs testificetur: & quantum ad hoc requiritur sensibilis cognitio eorũ quæ testificanda sunt, alias non esset idoneum testimonium. Primum gradũ ascendunt, qui de nouo ad fidem conuertuntur, & ideo signa infidelibus data sunt. 1. Cor. 14. Secundum autem gradum ascẽdũt, qui in fide instruendi sunt: & ideo eis ex authoritate fides cõfirmatur, sed apostoli testes fuerunt fidei, & ideo prius inducti sunt ad credendũ per miracula, sicut dicitur Io. 2. Hoc fecit initium signorum &c. postea instructi sunt per authoritatem, vt patet in discipulis cuntibus in Ema⁹. Lu. vl. Et deinde per visibiles apparitiones idonei testes effecti sunt 1. Io. 1. Quod vidimus, & audiuim⁹. Sed quia ad resurrectionem, cum sit quædam mutatio, exigitur quòd idem sit quod de vno extremo ad aliud transit: ideo dominus duo per apparitiones probare voluit, idest, identitatem resurgentis, & conditionem resurrectionis. Conditionem autem resurrectionis probauit quantum ad tria, scilicet quantum ad veritatem vitæ per hoc, quòd cum eis locutus est. Similiter quantum ad veritatem corporis, per hoc quòd eis se palpabilem præbuit: & quantum ad gloriam per hoc, quòd ianuis clausis intrauerit. Identitatem etiam probauit & quantum ad naturam per hoc quòd comedit, & quantum ad personam per hoc, q̃ se eis visibilem præbuit in eadem effigie in qua prius eum soliti erant videre, & quantum ad accidentia per hoc, quòd eis cicatrices ostendit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ intentio Ambrosii est dicere, q̃ fides non assentit alicui, vel dissentit propter argumenta, sed propter veritatem primam: non autem quin possint induci adminiculantia fidei argumenta.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ argumenta illa sufficienter probabant illud, ad quod probandum inducebantur, vt dictum est: sed fides non est directe de illo quod probabatur sicut de obiecto, sed de diuinitate quæ probari non potest homini in via. Vnde Thomas, de quo dictum est. Quia vidisti, credidisti, vidit, & deum confessus est: & propter hoc argumenta illa ex suppositione fidei procedebant, q̃. s. homo ille, in quo naturæ veritas, vel aliquid huiusmodi ostẽdebatur, esset deus, vnde non tollebatur neque meritum, neque ratio fidei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd articuli fidei quidam sunt de diuinitate tantum: & isti non possunt ad sensum probari, sed vel per miracula, vel per auctoritates: & sic probati sunt. Quidam autem sunt de humanitate vnita diuinitati: & isti etiam ad sensum omnes probati sunt. Sed quia passio, & ascensio in seipsa visa est, resurrectio autem non: ideo signa resurrectionis visibiliter ostendi oportuit, ex quibus conferendo ad veritatẽ resurrectionis perueniretur: & propter hoc ista probatio dicta est argumentatiua, non autem probatio ascensionis, vel passionis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non erant in argumentis aliquæ contrarietates: quia comestio referebatur ad naturam, & introire ianuis clausis referebatur ad gloriam: & ita non erat respectu eiusdem.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in alijs corporibus etiam secundum naturam inuenitur claritas, & impassibilitas sicut in corporibus cęlestib⁹: sed subtilitas in nullo naturali corpore inuenitur: agilitas autem ostendi visibiliter non potest, quia sensus particularium est: agilitas autem est, vt possit undecunque velit moueri, & præterea loca multum distantia videri non possunt, & iterum quia similе agilitati in radio Solis inuenitur. Vnde dicendum, quòd discipulis euntibus in Emaus agilitatẽ demonstrauit in hoc, q̃ ab oculis eorum statim euanuis. Luc. vlt.

ARTI-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum argumentum sumptum ex visibili apparitione fuerit conueniens.

3. q. 55. 1. De dominica incarnatione sacramẽ. cor. 5. medio.

DE Quarto sic p̃ceditur. Videt quòd argumẽtum sumptum ex visibili apparitione non fuit conueniens: quia ad veritatem resurrectionis exigitur, q̃ sit verum corpus humanum quod resurgit: sed angeli qui non habent vera corpora humana apparuerunt multis in veteri te. ergo per apparitionem visibilẽ non ostenditur vere. test. resurrectionis.

¶ 2 Præt. Omne corpus videtur secundũ formã quã habet: sed forma corporis Christi est forma gloriosa. si ergo apparuit eis, in forma gloriosa ipsum viderunt, sed claritas glorioſi corporis non est proportionata oculo non glorificato, cum sit maior claritate solis. ergo Christus a discipulis videri non potuit.

¶ 3 Præt. Discipuli euntes in Emaus, viderunt eum in effigie peregrini: aut ergo illa effigies inerat ei secundum veritatem, aut erat tantum in oculis videntium. si erat in corpore Christi, cum in eo esset effigies propria, tunc due effigies erant simul in vno corpore, quod est impossibile. Si autem erat tantum in oculis videntium, ergo erat præstigiosa apparitio: sed ea quæ præstigiose apparent non demonstrant veritatem rei. ergo per hoc non poterat demonstrari veritas resurrectionis.

SED CONTRA. Inter omnes sensus maiorem certitudinem facit visus. vt dicitur in 1. meta. sed Apostoli qui erant testes resurrectionis debebant habere certissimam fidem de resurrectione. ergo debuit eis fieri argumentum ex visu. T. com. 1.

¶ 2 Præt. Hoc patet per id quod dicitur. 1. Io. 1. Quod vidimus & audiuimus &c.

II 20. 1. Ho. 6. Ioan. 20.

VLTERIVS. Videtur q̃ non debuit seipsis palpabilem exhibere. Palpabile enim incorruptibili contrarium est vt dicit Greg. sed contraria non possunt esse in eodem. cum ergo corpus Christi esset incorruptibile videtur, q̃ non debuerit ipsum palpabilem exhibere.

¶ 2 Præt. Differentiæ tangibiles sunt, calidum & frigidum & huiusmodi contraria: sed in glorificatis corporibus nõ erunt huiusmodi contrarietates, vt dicitur, nec etiam in elementis post mundi innouationem. ergo corpus Christi palpari non potuit.

¶ 3 Præt. Hoc solum palpabile est, quod est resistens tactui, & cui tactus resistit: vnde aer quàmuis sit tangibilis non tamen est palpabilis: sed corpori Christi non resistebat aliud corpus: quia, ianuis clausis intrauit. ergo palpari non potuit.

¶ 4 Præt. Spiritus angeli, vel dęmonis posset assumere corpus solidum, quod palpari posset. ergo per palpationem non sufficienter probatur veritas corporis.

¶ 5 Præt. Alij sensus sunt magis spirituales quàm tactus. ergo magis per eos debuit veritatẽ resurrectionis probare, quàm per tactum.

SED CONTRA. Lu. vlt. Palpate & videte &c. T. com. 94.

¶ 2 Præt. Inter alios sensus homo certissimum habet tactũ: vt dicitur in 2. de anima, cum igitur cognitio resurrectionis debuerit esse certissima in Apostolis, per tactum debuit eis ostendi.

III 3. q. 54. 4.

VLTERIVS. Videtur quòd non debuerit per cicatrices suam resurrectionem probare: quia per suam resurrectionẽ Christus nostram demonstrauit: sed a resurgentibus omnis corruptio removebitur: cum igitur cicatrix sit quædam corruptio, videtur quòd Christus per cicatrices suam resurrectionem probare non debuit.

¶ 2 Præt. Status resurgentium est status immutabilis. ergo Christus in seipso non debuit demonstrare, nisi quod semper in se futurum erat: sed cicatrice non semper in Christo debebant remanere: quia dicit Dama. quòd tantum secundum dispensationem in Christo fuerunt. ergo cicatrices ostendere non debuit. Lib. 4. de fide cap. 19. versus finẽ

¶ 3 Præt. Hiero. dicit ad Marcellam, quòd non meretangere Christum, qui resurrectionẽ eius non credit: propter, quod dictum est Magdalenę, Noli me tangere. Ioan. 20. Sed Thomas resurrectionem non credebat. ergo Christus cicatrices vulnerum ei palpabiles exhibere non debuit. To. 3. epistolarum. Super Psa. 140. ibi, sicut ablacta tus est.

SED CONTRA. Leo Papa. Quis dubitet a mortuis rediisse saluatorẽ cuius præsentiã aguuit oculus, attrectauit manus, digitus perscrutatus est? ergo cum omnem dubitationem sue resurrectionis auferre debuerit, videtur, quòd cicatrices digito perscrutandas præbere debuit. 1. ser. de assẽ. clarius. Aug. Serm. 5. Octauę Paschę to. 5.

¶ 2 Præt. Decet victorem insignia suæ victoriæ, & habere, & ostendere: sed sicut dicit Augustinus in lib. de ciui. dei, cicatrices vulnerum Christi fuerunt victoriæ suæ indicia. ergo decuit vt eas haberet, & ostenderet.

VLTERIVS. Videtur quòd non debuit per manducationem suam resurrectionem ostendere. comestio enim spectat ad vitam animalem: sed per resurrectionem transitur ad vitam animalem, vt dicunt saraceni & iudei. ergo Christus per comestionem, resurrectionem probare non debuit. IIII quodl. 3. 5.

¶ 2 Præt. Cibus comestus conuertitur in corpus comedentis: sed in corpus Christi non potuit aliquid conuerti: quia iam erat extra statum generationis & corruptionis. ergo, videtur quòd comedere non debuit.

D ¶ 3 Præt. Angeli qui apparuerunt abrahæ manducauerunt, nec tamen in eis fuit veritas humanæ naturæ. ergo per comestionem veram resurrectionem humanæ naturæ probare non debuit.

SED CONTRA. Act. 10. Dedit eum notum fieri non omni populo: sed nobis qui manducauimus & bibimus cũ eo, postquam resurrexit a mortuis &cæt. & per hoc testificatus est Petrus resurrectionem. ergo & hoc argumentum debuit exhibere suæ resurrectionis.

¶ 2 Præt. Veritas incarnationis probatur per id, quod est infimum in partibus hominis, scilicet per carnem: vnde dictum est, Verbum caro factum est. Ioan. 1. ergo etiam veritas humanę naturæ debuit probari in Christo per id quod est infimum in operibus animę. Hę autem sunt operationes vegetabilis animę: quarum prima in animalibus est comestio. ergo per hoc veritatem, resurrectionis probare debuit.

E RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, quòd ad veritatem resurrectionis exigitur, quòd idem numero resurgat: indiuiduatio autem secundum quam est aliquid vnum numero ex diuersis accidentibus manifestatur, quorum collectio in alio non inuenitur. Et quia visus, vt dicit Philosophus in principio meta. plures nobis rerum differentias ostendit, ideo quòd sit idem numero numquam melius quàm per visum manifestatur, & ideo visibilis apparitio fuit vnum de argumentis resurrectionis. T. com. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd apparitio visibilis non inducebatur ad probandum veritatem carnis: quia hoc per alia argumenta probatur, sed ad probandum identitatem suppositi supposita veritate corporis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum opinionem Prepositioni, quę probabilior videtur, corpus glorificatum est omnino in potestate animæ, quãtum ad omnes actiones eius, visibile autem videtur secundum qđ agit in visum: & ideo di-

cebat, quòd in potestate corporis gloriosi est, quòd videatur, vel non videatur: & iterum quando videtur, quòd videatur sub forma gloriæ, vel non. Cum enim sit in eo forma naturalis corporis, & forma gloriæ, potest secundum vnam tantum immutare visum, vel secundum vtramque, & immutare visum secũdũ formam gloriæ secũdum proportionem visus, vt non corrumpatur, sed delectetur, sicut ex visibili ꝓportionato. Alij vero dicũt, ꝙ non potest videri nisi per miraculum, sed primum est probabilius.

Alias lib. de dom. incarnationis sacra. ca. 5. fi.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ discipulis Christus formã naturalem sui corporis ostendit, qua est quodammodo corp⁹ coloratum, & non formam claritatis gloriæ. Q͞d autẽ ipsi eum non cognouerunt, fuit ex interiori eorum dispositione, quia eũ resurrexisse nõ credebãt: vnde nõ ponebant se ad perquirendum indicia propria, quibus possent ipsum cognoscere. Sicut etiam accideret, si videremus aliquem, quẽ mortuum crederemus, quàmuis notus fuisset nobis, & maxime si videremus illum in alio habitu. Vnde quàm cito eis ostendit signum fractionis panis speciale sibi, cognouerunt eum propter specialem modum frangendi: quia vt dicitur, sua fractio erat similis incisioni cultelli. Et hac infidelitate, vel dubitatione tenebantur oculi eorum ne eum cognoscerent: & ista detentio dicitur acrisia, de qua dicitur in glo. Gen. 19. non quòd esset aliquod impedimentum ex parte visus corporalis in discipulis, sicut potuit esse in Sodomitis.

Serm. 3. de Trin. in cœna domini.

1. auidẽtia. ἀκρισία Tom. 2.

¶ Vel potest dici, quòd quàmuis visui repræsentaretur propria species, in qua soliti erant eum videre, tamen virtute diuina impediebantur vires interiores, ne sequerentur iudicium de persona illa quæ esset: & sic ea quæ exterius agebantur, cõformabantur his quæ interius contingebant in ipsis, vt præsentem haberent, & non cognoscerent, quia amabant, sed dubitabant, vt dicit Greg.

Hom. 23.

Ad secvndam quæstionem dicendum, ꝙ propter vehementiam imaginationis contingit aliquando, ꝙ illud quod imaginatio apprehendit, videtur esse præsens in visu nõ solum in dormiendo, sed etiam in vigilando. Similiter etiam contingit, ꝙ ex oppositione aliquorum corporum videtur aliqua effigies ac si esset hominum, vel aliorum animalium. Iterum etiam apparitiones visibiles dæmonum, & etiam angelorum consueuerunt fieri per corpora aerea inspissata, vnde statim cum volunt dissoluuntur: & ideo dominus ad ostẽdendum veritatem resurrectionis, palpationẽ visui adiunxit, vt excluderetur visio per immutationem visus ab imaginatione, & visio vmbrarum, & visio spirituum apparentium.

Ad primvm dicendum, ꝙ omne corpus tangibile est per naturam corruptibile. Vnde secundum philosophos cælum est visibile, sed non tangibile: sed quod est per naturam corruptibile, potest esse per gloriam incorruptibile. Vnde quãuis corruptibile & incorruptibile sint contraria simpliciter, propter quod dicit Greg. ꝙ ostendit in se duo contraria, tamẽ corruptibile per naturam, & incorruptibile per gratiã nõ sunt contraria. Vnde sicut corpus gloriosum habet in potestate sua, ꝙ possit videri & non videri, ita habet in potestate quòd possit palpari & non palpari, & vtrũque sine miraculo: sed palpatur per naturam corporis, non palpabile autem est, inquantum corpus est instrumentum animæ gloriosæ.

Hom. 26. Ioan. 20.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ palpatio non pertinet ad sensum tactus, inquantum est discretiuus calidi & frigidi, & huiusmodi contrariorum, sed inquantum est discretiuus corporum solidorum, quæ habent potentiam naturalem resistendi diuidenti: & hæc quidem soliditas est in corporibus gloriosis, etsi non sint qualitates illæ contrariæ. Vel dicendum, ꝙ qualitates illæ sunt in corpore glorioso, & erunt in elementis gr̃ũ

F ad substantiam, sed non quantum ad actionem quòd vnum agat in alterum: continebuntur enim per formam gloriæ ne agant, sicut continentur per formam naturalem ne dissoluant coniunctum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quãuis glorioso corpori nullum corpus nõ gloriosum possit resistere, tamen corp⁹ gloriosum põt resistere cuilibet alteri corpori: & secundũ hoc potest palpari quando vult.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quãuis spiritus possit corpus solidum accipere, non tamen põt assumere corpus solidũ, in quo appareant omnes operationes vitæ, sicut pfecte ĩ Christi corpore apparebãt: quia opus artis non potest esse simile operationi naturæ. Vnde quãuis statim non perciperet deceptio, si Christus corpus solidũ assumpsisset,

D. 13. Loco citato. cipio.

ergo quicquid patitur caro vnita uerbo, debebat dici pati Deus, licet uerbum nec mori, nec corrũpi, nec mutari potuerit: sed quicquid horum passus est, in carne passus est. De hoc etiam Ambrosius in tertio libro de Spiritusancto ait. Quod uerbi caro patiebatur manens in carne, uerbum in se pro corporis assumptione referebat, ut pati diceretur: quia caro patiebatur, sicut scriptum est, Christo in carne passo. Hic docetur qua ratione deus, uel dei filius passus, uel mortuus dicitur, nõ quia mortem senserit inquantum deus est, sed quia caro ei unita mortua est, secundum quam rationem dicit August. Siquis dixerit, atque crediderit filium Dei Deum passum, anathema sit. Cuius dicti causam ex qua intelligentia sumenda est aperiens, in eodem subdit. Siquis dixerit, quòd dolorem in passione sentiebat filius Dei Deus, & non caro tantum cum anima quam sibi acceperat, anathema sit. Sane igitur dici potest, quòd mortuus est G Deus, & non mortuus: passus est Dei filius, & non passus: passa est tertia persona, & non passa: crucifixum est uerbum, & non crucifixum: secundum alteram naturam passus est, secundum alteram impassibilis. Vnde Ambrosius. Generalis est ista fides, quia Christus Dei filius & natus ex Virgine, quem quasi gigantem propheta describit, eo quòd biformis geminæque naturæ unus sit

H tamen ex longa mora, qualem contraxit Christus cum discipulis, non potuisset latere: quia illa quæ fiunt per artem dæmonis præter viam naturæ, non sunt diuturna.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ per tactum cognoscimus calidum & frigidum, durum & molle, & huiusmodi qualitates, ex quibus naturaliter constituitur corpus: & ideo quàmuis tactus sit minus spiritualis inter alios sensus, tamen per eum veritas naturæ resurgentis certius probari potuit.

Ad tertiam questionem dicendum, ꝙ cicatrices signa erant mortis Christi: vnde secundum hoc accidens ostendebatur, ꝙ ille idem qui mortuus fuerat, resurrexit.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ secũdum Augustinũ 22. de ciui. dei, huiusmodi cicatrices vulnerũ remanẽt in victoribus, & in Christo remãserunt ad decorẽ quasi insignia victoriæ suæ, non ꝙ aliqua corruptio, vel defectus ex istis cicatricibus ĩ eis sit. Vnde etsi aliquibus sanctis sunt amputata aliqua mẽbra, nõ oportet ꝙ sine illis resurgant, sed quòd in loco incisionis aliquod vestigium ad decorem gloriæ remaneat.

cap. 20.

I ¶ Ad secũdum dicendũ, ꝙ cicatrices istæ, vt probabilius videtur, semper in corpore Christi remanebunt ad decorẽ. Q͞d aũt dicuntur dispẽsatiue assumptæ, hoc est non quia ad tempus assumptæ sunt, sed quia non est de necessitate materiæ, ꝙ in Christo remaneant, sicut in nobis accidit, sed propter aliquẽ finem, in omnibus quidem victoribus propter decorẽ: in Christo aũt propter hoc, & propter alia quatuor. Primo, vt veritatem resurrectionis astrueret. Secundo, vt eas patris eius aspectui præsentaret, pro nobis implorãs. Tertio, vt nobis suæ misericordiæ & charitatis mõstraret indicia. Quarto, vt in iudicio per eas impijs ostenderet, quàm iuste damnentur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ Thomas ad solũ aspectũ vulnerũ credidit: vnde dictum est ei, Io. 20. Quia vidisti me credidisti: sed tamen tetigit eum, vt a nobis omnem dubitationem excluderet: quia testis erat futuræ resurrectionis. Vnde Leo papa K dicit. Suffecerat ad fidem propriam q͞d viderat, sed nobis operatus est vt tangeret quod videbat. Gloriosa autem Magdalena non eligebatur vt testis resurrectionis in populis: quia non decet mulierem docere in Ecclesia. 1. Cor. 14. & ideo non est permissa tangere.

¶ Ad quartã quæstionẽ dicendum, ꝙ per comestionẽ ostendit verã remansisse naturã humanã ex illis vitæ operibus, quæ infima sunt, vt prius dictum est.

Ad primvm igitur dicẽdum, ꝙ magis difficile erat ad credẽdũ veritatẽ resurrectionis, q̃ gloriam resurgentis resurrectione supposita: & ideo maxime facta sunt argumẽta ad probandũ veritatẽ naturæ humanæ, quæ manet in statu gloriæ q̃tũ ad oẽs potentias & mẽbra, vt sit natura integra, q̃uis non remaneãt oẽs vsus potentiarũ & membrorũ, quia nõ inest necessitas. Et ideo ista comestio nõ fuit necessitatis, sicut ẽ ĩ aĩali vita, sed magis fuit ptãtis. i. naturalis potentiæ ostensiua.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ fuit ibi comestio quantum ad diuisionem

diuisionem cibi, & quãtum ad traiectionem in ventrem, non autem quantum ad conuersionem in humores: cibus autem ille, vt dicit Aug. in spiritualẽ naturam conuersus est. i. in vaporem resolutus, sicut aqua per radium Solis.

lib. 3. de mirabilibus sa[crae] scriptu[rae] cap. 14.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in angelis non est comestio ad ostendendum potentiam naturalem nutritiuam, quia eam non habent sicut Christus eam habuit: & ideo nõ est simile. Et quãuis vnum istorum argumentorum ex se non sufficeret, tamen omnia simul certitudinem faciebant: & ideo etiã argumenta multiplicata sunt.

consors diuinitatis & corporis. Idem ergo patiebatur, & non patiebatur: mouebatur, & non mouebatur: sepeliebatur, & non sepeliebatur: resurgebat, & non resurgebat. resurgebat secundum carnem quæ mortua fuerat, non secundũ verbũ quod apud deũ semper manebat.

DISTINCTIO XXII.

A

Si Christus in morte fuit homo.

Hic quæritur, Vtrum in illo triduo mortis Christ⁹ fuerit homo. Quod non uidetur quibusdam: quia mortuus erat, & homo mortuus non est homo. Addunt etiam, si tunc erat homo, uel mortalis, uel immortalis: sed mortalis non, quia mortuus: nec immortalis, quia tantũ post resurrectionem. ergo non erat homo. Quibus respondemus, quia licet homo mortuus fuerit, erat tamen in morte deus homo nec mortalis quidem, nec immortalis, & tamẽ uerè erat homo. Illæ enim, & huiusmodi argutiæ in creaturis locum habent, sed fidei sacramentum a philosophicis argumẽtis est liberum. Vnde Ambro. Aufer argumẽta, ubi fides quæritur. In ipsis B gymnasijs suis iã dialectica taceat: piscatoribus creditũ, nõ dialecticis. Dicimus ergo in morte Christi Deũ uere fuisse hominẽ, & tñ mortuũ, & hominem quidem nec mortalẽ, nec immortalem: quia unitus erat animæ, & carne seiunctus. Alia enim ratione dicitur Deus homo, uel homo Deus, quàm Martinus, uel Ioannes. Homo enim dicitur Deus, & econuerso propter susceptionem hominis, idest, animæ & carnis. unde Augustinus. Talis erat illa susceptio, quæ Deum ho- C minem faceret, & hominem Deũ.

EXPOSITIO TEXTVS.

Nemo *tollit eã a me.* Cõtra. Ergo Christ⁹ nõ fuit per violentiam crucifigẽtium occisus. Dicendum, ꝙ illi quantũ in eis erat, violentiam intulerunt, quãuis Chr̃o violẽtia inferri nõ potuit ex parte personæ, sed solum ex parte corporis humani. *Item homo in illo mutatus est.* Contra. Naturæ manserunt vtrinque in vnitate. Dicendum, ꝙ humana natura in Christo per hoc quòd est assumpta in vnitatem diuinæ personæ, non est mutata a sua naturali conditione, sed accepit ampliorem perfectionem, secũdum quam facta est melior.

DIVISIO TEXTVS.

Postqvam determinauit magister de his quæ pertinent ad mortem Christi, scilicet, secundum quam rationem dicatur mortuus, hic determinat ea quæ consequuntur ad mortem Christi. Diuiditur autem in duas partes. In prima determinat de morte Christi per comparationem ad eius humanitatem absolute. Secundo, per comparationem ad locum, ibi. *Hic quæritur si Christus in morte.* Circa primum tria facit. Primo, mouet quæstionem, vtrum Christus in triduo fuerit homo. Secundo, ponit aliorũ opinionem, ibi. *Quod non videtur quibusdam.* Tertio, ponit opinionem suã. *Quibus respondemus. Hic quæritur si Christus.* Hic inquirit de morte per comparationem ad locum in quo erat, & duo facit. Primo, ostendit quòd erat secundum humanitatem in sepulcro, & in inferno, & secundum diuinitatẽ vbique. Secundo, inquirit vtrum de illo homine possit prædicari esse vbique, ibi. *Solet etiam quæri.* Circa primum duo facit. Primo, ostẽdit ꝙ Christus erat in diuersis locis s̃m diuersa. Secundo, inquirit vtrũ fuerit in illis locis totus, ibi. *Vtique totus.*

¶ Hic est triplex quæstio. Prima, de morte Christi per comparationem ad eius humanitatem. Secunda, de descensu ad inferos. Tertia, de ascensione eius in cælum.

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur duo.

Primo. Vtrum Christus in illo triduo mortis fuerit homo.
Secundo. Vtrum fuerit vbique hõ tunc, vel etiã ante, vel nũc.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus in triduo quo iacuit in sepulchro, potuerit dici homo.

3. q. 50. 4. quodl. 2. 1.

Ad primvm sic proceditur, Videtur ꝙ Christus in illo triduo fuerit homo. Rationale enim est differentia completiua hominis: sed Christus pote- A rat dici rationalis in illo triduo propter animam rationalem sibi vnitam. ergo poterat dici homo.

¶ 2 Præt. Omnis persona subsistens in natura humana potest dici homo: sed persona filij dei subsistebat in natura humana, quia habebat omnes partes humanæ naturæ sibi vnitas. ergo poterat dici homo.

¶ 3 Præt. Ad hoc ꝙ aliquis dicatur homo, oportet ꝙ anima & corpus sint sibi vnita: sed in illo triduo anima & corpus erant vnita in vnã hypostasim filij dei. ergo poterat dici homo.

Lib. 1. de fide catholi. cap. 5.

¶ 4 Præt. Omnis sacerdos est homo: Christus in illo triduo fuit sacerdos, quia dictum est ei, Tu es sacerdos in æternum. ergo Christus in illo triduo erat homo.

¶ 5 Præt. Cum omnia esse desiderent, ut philosophus dicit in 2. de generatione, nullus desiderat non esse, sed semper verius esse: sed sancti desiderãt mori, vt patet Phil. 2. Cupio dissolui & cæt. ergo ꝑ mortem non desinunt esse id quod fuerant, sed verius esse incipiunt, & ita post mortem possunt dici homines.

tex. cõ. 59.

De tri. li. 1. cap. 13.

¶ 6 Præt. Petrus est nomen cuiusdam singularis in natura humana: sed post mortem Petri inuocamus eum dicentes, Sancte Petre ora pro nobis. ergo post mortem potest dici homo, & sic videtur quòd eadem ratione Christus.

¶ 7 Præt. Philosophus dicit in 9. Ethi. ꝙ homo est intellectus suus: sed intellectus hominis manet post mortem. ergo potest post mortem dici homo. cap. 9.

Sed contra. Pars non prædicatur de toto, nec econtra: sed post mortem Christi manserunt tantum partes humanæ naturæ. ergo ratione illarum partium Christus non poterat dici homo.

D ¶ 2 Præt. Homo est nomen speciei: sed species & genera sumuntur a forma totius, forma autem totius resultat ex compositione partium. cum ergo anima & corpus non fuerint in illo triduo adinuicem composita, Christus non poterat dici homo.

¶ 3 Præt. Viuum est superius ad hominem, vt dicitur in lib. de causis, mortuum autem opponitur viuo: sed Christus erat mortuus. ergo non erat homo.

Lec. 1. de ꝑ ti. 1.

Respon. Dicendum, ꝙ opinio fuit Magistri, & etiam Hugonis de sancto Victore, ꝙ Christus in illo triduo fuit homo, sed ad hoc mouebantur diuersis vijs. Hugo enim dicebat ꝙ tota personalitas hominis est in anima, & ipsa erat homo proprie loquendo: & ideo anima post mortem potest dici homo non solum in Christo, sed etiam in alijs hominibus. Hæc autem positio non potest esse vera: quia postquàm aliquid est completum in specie sua & personalitate, non potest ei aduenire aliquid, vt componat cum eo naturam aliquam, sed vel E adiungitur ei in persona & nõ in natura, quod est singulare in Chr̃o, vel adiungit̃ ei accidentaliter: vnde ex hac positione sequitur, ꝙ vel ex anima & corpore nõ efficiatur vna natura, & sic anima nõ erit forma corporis, nec viuificabit corpus formaliter: vel iterum ꝙ anima adiungitur corpori accidẽtaliter, vt nauta naui, vel homo vestimento, sicut dicebãt antiqui philosophi, quorũ Plato, vt Grego. Nysenus narrat, dicebat ꝙ hõ nõ est aliquid cõpositum ex anima & corpore, sed est anima vtens corpore. Et quia hæc inconuenientia sunt, ideo Magister non voluit, ꝙ alij post mortem essent homines, sed solũ hoc voluit de Christo: quia etiã post mortẽ anima & corp⁹ aliquo mõ manent vnita in Christo inq̃tum vtrũq; manet vnitũ verbo. Sed hæc etiam positio nõ potest stare, si proprie accipiatur hoc nomen, homo, propter duas rationes. Primo, quia ad hoc ꝙ sit hõ, oportet ꝙ sint aĩa & corpus cõiuncta ad cõstituendũ naturam

Lib. 2. de sacramentis par. 1. c. 11.

Lib. 1. phi. cap. 1.

naturam vnam, quod fit per hoc, quòd corpus informatur anima, quod in illo triduo non fuit: secundo quia recedente anima illa caro non dicebatur nisi æquiuoce caro, vnde nec illud corpus erat humanum corpus nisi, æquiuoce: & ideo omnes moderni tenent, quòd Christus in triduo non fuerit homo. Sciendum tamen, quòd Magister nō voluit, quòd Christus in triduo illo diceretur homo nisi æquiuoce, vnde dicit, quòd non secundū eandem rationē dicebatur homo post mortem, sicut ante, vel sicut alij homines. Et secundum hoc, ex opinione Magistri non sequitur aliquod inconueniens secundum rem: quia secundum Philoso. 4.
Tex. cō. 11. meta. non est incōueniens vt qd nos dicim⁹ hominem, alij dicant non hominem quantū ad conuenientiam nominis, sed solum est improprietas in modo loquendi: quia non est in vsu huius nominis homo, ꝙ significet corpus & animam diuisam.

Cum ergo illa susceptio per mortē non defecerit, sed deus homini, & homo deo, sicut ante unitus erat uere, & tūc deus erat homo, & ecōuerso, quia unitus animę & carni: & homo mortuus erat, quia anima a carne diuisa erat. Propter separationem animæ a carne homo, mortuus, sed propter utriusque secum unionem, homo. Non autem sic erat homo, ut ex anima & carne simul iunctis subsisteret. Ex qua ratione dicitur aliquis alius homo, & ipse forte ante mortem hoc etiā modo erat homo, & post resurrectionem fuit. In morte uero homo erat tantum propter animæ & carnis secum unionem, & mortuus propter inter illa duo diuisionem.

Ad primum ergo dicendum, quòd rationale secundum quòd est differentia, est ipsius compositi, vt dicit Auicē. quàmuis sumatur ab anima: & ideo post mortem sicut non erat homo, ita non erat rationale secundum ꝙ rationale nominat differentiam hominis, sed solùm secundum ꝙ nominat potentiam animæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non subsistebat in natura humana, quia non erant omnes partes humanę naturæ: nō enim erat caro, & os nisi æquiuoce vt dictum est. Et iterum, non erat vnio animæ ad corpus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad hoc, quòd sit homo non, solum oportet, ꝙ anima & corpus vniantur in persona, sed etiam ad constitutionem vnius naturæ.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Christus dicitur sacerdos in æternum: quia eius sacerdotio aliud sacerdotium non succedit. Vel aliter dicendum, quòd Christus vt dicitur Heb. 9. erat Assistens pontifex futurorum bonorum spiritualium, & ideo illud sacerdotium est etiam animę Christi separatæ a corpore.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Paulus desiderabat verius esse, quantum ad animam: quod erat nobilius, quàm esse in mortali corpore.

¶ Ad sextum dicendum, quòd illę locutiones sunt synodochichę: quia ponitur totum pro parte.

Vbi supra. ¶ Ad septimum dicendum, quòd Philosophus loquitur figuratiue & non proprie: vnde ipse dicit, quòd ita dicitur intellectus, sicut ciuitas rex, quia totum quod est in ciuitate dependet ex voluntate regis.

ARTICVLVS II.

b Vtrum Christus ubique fuerit homo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus vbique fuerit homo. Secundum Dama. enim, naturę communicāt sibi sua idiomata: sed Christus vbiq; est deus, ergo vbique est homo.

¶ 2 Pręt. Quęcūque sunt vnum in supposito, vbicumque est vnum est aliud: sed homo & filius dei sunt idem supposito. ergo cum filius dei sit vbique, vbique etiam erit homo.

¶ 3 Pręt. Sicut Petrus vere est homo, ita & Christus: sed vbicumque est Petrus ibi est homo. ergo ubicūque est Christus ibi est homo, sed Christus est vbique. ergo vbique est homo.

¶ 4 Pręt. Omne quod est, aut est homo aut non homo. si ergo Christus non est vbiq; homo, erit alicubi nō hō, qđ est falsum.

¶ 5 Præt. Esse vbique, non magis est remotum a creaturis q̃ æternitas: sed dicimus, ꝙ iste homo fuit ab æterno. ergo similiter dicere possumus, ꝙ est vbique homo.

¶ 6 Pręt. Totalitas rei dicitur respectu illorum, ex quibus res componitur: sed totus Christus dicitur esse vbique, vt dicitur

F in litera, vt Dama. dicit: cum igitur totus ad personam pertineat, & persona sit cōposita ex diuinitate & humanitate, videtur ꝙ humanitas Christi sit vbique, & sic vbique est homo.

SED CONTRA. Humanitas Christi non consistit nisi in anima & carne: sed neque corpus Christi neque anima sunt vbique. ergo ipse secudum humanitatem non est. ubiq;

¶ 2 Præt. Omne qđ mouetur de loco ad locum habet locū determinatum, & non est vbique: sed Christus ſm ꝙ hō mouebatur de loco ad locum. ergo non erat vbique.

¶ 3 Pręt. esse ubiq; solius ē dei: sed nullum tale conuenit Christo secundum ꝙ homo. ergo non est vbiq; ſm homo.

b Si Christus in morte erat homo alicubi, & si ubicunque est, homo sit.

HIc queritur si Christus in morte alicubi erat homo, & si ubicūque est, homo G sit. Ad quod dicimus: quia nō ubicūque erat, homo erat, nec mō ubicūque est homo est. Quia ubique est secundum deitatē, nec ubique hō, quia nō ubique homini unit⁹: sed ubicūque est secūdum hominē ibi homo est. Tempore aūt mortis, & ubique erat ſm deū, & in sepulchro ſm hominē, & in inferno ſm

RESPON. Dicendum, ꝙ humana natura Christi non est vbique, neque quando anima & corpus fuerunt diuisa, neque quando sunt coniuncta, sed persona illa ratione sui & ratione diuinæ naturę est vbique. Ad veritatem autem locutionis, vt supradictum est, exigitur ꝙ prędicatum secundum se totum conueniat subiecto: sufficit autem, quòd conueniat ei ratione suppositi. Et ideo, quia homo signat suppositum humanæ naturę & ipsam naturam humanam, inde est H ꝙ hęc est falsa. Christus est homo vbique: quia non conuenit sibi vbique habere humanitatem. Aduerbium autem vbique, determinat esse hominem in prędicato positum ad id totum, quod in homine importatur, & magis etiam quantum ad naturam ſm ꝙ termini in prędicato positi tenentur formaliter: sed hæc est vera, iste homo est vbique: quia esse vbique conuenit personę. Hęc aūt, Christus ſm ꝙ homo est vbique, pōt esse vera & falsa: ſm ꝙ enim pōt importare conditionem naturę, sic est falsa: vel veritatem suppositi, & sic est vera.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ communicatio idiomatum fit, secundum ꝙ naturę vniuntur in persona, vel in supposito: & ideo oportet, ꝙ ista communicatio attendatur ſm ꝙ nomē signans vtrãque naturam in subiecto ponitur, & nō secundum ꝙ ponitur in prędicato: nō enim sequitur, factus est homo. ergo est factus deus, & similiter non sequitur, est, vbique deus. ergo est vbique homo.

I ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ vbicūque est deus, hic homo est, in illo loco, non est tamen ibi humana natura, & ideo non, oportet, quòd ibi sit homo.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ Petrus non habet nisi humanam, naturam, & ideo vbicunque ipse est, oportet ꝙ sit illa natura, sed Christus habet plures naturas, & ideo non oportet ꝙ vbicūque est, ꝙ ibi habeat utrãque naturam: sicut non oportet, ꝙ vbicūque est totum, ꝙ ibi sint omnes partes eius, sed in vno loco secundum manum, & in alio secundum pedem.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ cum dicitur, filius dei non est, vbique homo, locutio non verificatur ſm ꝙ negatio absolute fertur ad hominem, sed secundū ꝙ fertur ad hominem cum, hoc ꝙ est esse vbique, sed quando additur sibi per compositionem negatio non fertur extra terminum illum, & ideo re-K mouet humanitatem absolute, & non respectu eius quod dicitur vbique, vel alicubi, & propter hoc hæc est falsa, Christus alicubi est non homo, sed hęc est vera, non est vbique homo.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ similiter est de hoc sicut de æterno: hęc enim est vera, iste homo fuit ab æterno, sed hęc est falsa, Christus fuit ab æterno homo, sicut & de vbique dictum est.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ persona non proprie dicitur composita ex naturis, vt supradictum est, vnde totus non fertur ad personam, ſm ꝙ totum dicitur quod habet partes, sed secundum quòd totum dicitur perfectum, cui nihil deest, & secundum hoc dicitur totus vbique, quia nihil deest sibi de sua personalitate secundum ꝙ est vbique, totus enim cum sit masculini generis ad personam pertinet, deest ei autem aliquid de his, quę ad humanam naturam pertinent secundum ꝙ est vbique: quia secundum humanam naturam non est vbique, & ideo dicitur ꝙ nō est totum vbique: quia totū cum sit neutri generis ad naturam pertinet.

QVAE.

QVAESTIO II.

A

Deinde quæritur de descensu Christi ad inferos.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. De descensu Christi ad inferos.
Secundo. De effectu quē ibi fecit.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum Christus ad inferos descenderit.

animam, in sepulchro secundū carnem. In sepulchro ergo erat homo, quia humanitati erat vnitus etiam si non toti, quia carni tantum: & in inferno erat, quia humanitati iunctus sed non toti, quia animæ tantum. Sed si in inferno animæ tantum, & in sepulchro carni tantum vnitus erat. ergo nec in infer B no vnitus erat animæ & carni, nec in sepulchro. Quomodo ergo hic, uel ibi homo esse dicitur? Quæ est ratio dicti? Quia una eademque unione unitus erat animæ in inferno, & carni in sepulchro: & sic erat illis duobus tunc separatis unitus, sicut ante separationem, idest, ante mortem. Ad hoc autem opponitur. Si Christus animam tantum, uel carnem tantum assumpsisset, non fuisset uerus homo, sed propter utriusque assumptio- C nem uerus homo fuit. Sic ergo ubi carnem & animam sibi unitam non habebat, uerus homo ibi non existebat. Sed tempore mortis nusquàm illa duo unita habebat: quia nec in sepulchro, nec in inferno, nec alibi. nusquàm erat ergo homo. Ad quod dicimus: quia Christus utique uerus homo non fuisset, si carnem & animam non assumpsisset. Sed tamen ex quo assumpsit, neutrum deposuit, sed cum utroque eandem unionem indesinēter tenuit, quā assumēdo cōtraxit. Ideo nō īcōgrue ubicūque animæ, uel carni, uel utrique unitus est, ibi homo esse dicitur: quia ibi humanatus est. Ergo & in sepulchro erat homo, & in inferno erat homo: quia in utroque humanatus erat Christus, & unam eādemque cum anima & carne, licet separatis, habebat unionem: & uno eodēque tpe in sepulchro iacuit Chrs, & ad infernū descendit. Sed in sepulchro iacuit ſm solam

3. q. 57. 1. AD primū sic proceditur. Videtur quòd Christus ad infernum non debuit descēdere. Sicut. n.
In ep'la 57. dicit Aug. ad Darda. nomen inferni in scriptura semp in malo accipitur: sed id quod semp in malo accipitur Christo non competit. ergo nec descēdere ad īfernū.

¶ 2 Præt. Christus non descendit in mundū nisi vt mūdum liberaret: sed per passionem non solum liberauit eos qui in mundo erant, sed etiam eos qui in inferno detinebantur soluto pretio pro peccato, pro quo detinebantur. ergo videtur ꝙ ad infernum descendere non debuit.

¶ 3 Præt. Descendere ad infernum importat pœnam damnationis pro peccato: sed in Christo nullum peccatum fuit. ergo nec aliqua damnatio sibi competit. ergo ad infernum descendere non debuit.

SED CONTRA est, quod dicitur in symbolo. Descendit ad inferos.

¶ 2 Præt. Act. 2. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni. ergo videtur ꝙ in inferno fuerit.

II
3. q. 52. 2. VLTERIVS. Videtur ꝙ descenderit vsque ad infernum damnatorum. Ipse enim sua morte humanum genus non solum liberauit a peccato originali, sed etiam ab actuali: sed infernus damnatorum est locus penalis respondens peccato actuali, sicut limbus patrum locus debitus pro peccato originali. ergo videtur ꝙ etiam in illum infernum descendere debuerit, sicut in limbum descendit.

¶ 2 Præt. Christi ascensio respondet suo descensui, quia qui ascendit ipse est, & qui descendit. Ephe. 4. sed ipse ascendit super omnes cælos. ergo debuit etiam vsque ad inferiorem infernum descendere.

¶ 3 Præt. Eccl. 24. dicitur. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes: sed inferiores partes terræ sunt infernus damnatorum, in quo aliqui de dormientibus. i. mortuis sunt. ergo videtur quòd ipse in illum infernum descenderit.

SED CONTRA. Luc. 16. dicitur. Inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt illi qui volunt illuc ex nobis transire, non possint: sed illud chaos magis erat firmatū inter Christum, qui iam erat comprehensor, & damnatos, quàm inter sanctos qui erant in limbo expectātes beatitudinem, & illos qui erant in inferno, ergo Christus ad illos non descendit.

¶ 2 Præt. Sicut cælum empyreum est locus æternæ gloriæ, ita infernus est locus æternæ miseriæ: sed nullus damnat⁹ potest esse in cælo empyreo. ergo nulli beato competit esse in inferno, & sic nec Christo.

III
3. q. 52. 4. VLTERIVS. Videtur ꝙ in limbo illo moram non contraxerit. Ad hoc enim descendit in infernum vt sanctos, qui ibi detinebantur, liberaret: sed statim illuc descendens sanctos liberauit. ergo videtur ꝙ moram illic trahere non debuit.

¶ 2 Præt. Sicut per peccatum aliquis a cælo excluditur, ita per emundationem a peccato aliquis ab inferno liberatur: sed diabolus statim vt peccauit, de cælo cecidit. ergo videtur ꝙ

A sancti statim ut mundati fuerunt a peccato, statim de inferno educti sint, & ita etiam Christus statim exiuit.

¶ 3 Præt. Anima Christi nō potuit esse simul in diuersis locis: sed Christus in die mortis suę fuit in paradiso, quia pendens in cruce latroni dixit, Hodie mecum eris in paradiso, ergo videtur quòd illa eadem die de inferno exierit.

SED CONTRA. Act. 2. dicitur. Quē Deus suscitauit solutis doloribus inferni. ergo videtur quòd ī inferno fuerit usque ad horā resurrectionis suæ.

¶ 2 Præt. Locus animæ separatæ est infernus, vel cęlum: sed anima Christi ante diem ascēsionis in cælum non ascendit, & ita ante resurrectionē in cælo non fuit. ergo, mansit in inferno vsque ad diem resurrectionis.

RESPON. Dicendum ad primā quæstionem, quòd Christus vt nos ab omnibus defectib⁹ liberaret, in se nostros defectus, qui vniuersaliter omnium erant, & in defectum gratiæ non vergebant, accipere voluit. hoc autem erat omnibus hominibus commune ante passionem Christi, quòd pro debito originalis peccati ad infernum descendebant. Sed in nomine inferni duo importantur, scilicet locus, & pœna vel damni, vel sensus, scilicet afflictiua: pœna autem damni, scilicet carentia diuinæ visionis vergebat in defectum gratię, quia scilicet nō poterat in eis esse gratia consummata, scilicet gloria. Similiter etiam pœna sensus post hanc vitam non est satisfactoria: quia illi non sunt in statu merēdi, sed est vel purgatiua, vel damnatiua. Purgatio autem debetur alicui impuritati, & damnatio debetur peccato mortali, vnde etiam pœna sensus post hanc vitam in defectum gra- D tiæ vergit: & ideo Christo fuit competens in infernum descendere, secundum quod infernus importat locum, non autem secundum quod importat pœnam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nomen inferni secundum quod importat locum, non sonat in malum tantū, & sic potest competere Christo: secundum autem quod importat pœnam damni, vel sensus, sic Christo competere non potest, quia sic sonat etiam in malum culpę.

¶ Vel dicendum, quòd descendere ad infernum, quasi sub potestate infernalium deduci, in malum sonat: sed descendere in infernum ad expoliandum ipsum per modum dominij, sonat in maximam dignitatem, & sic Christo competit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per passionem eius solutū erat pretium, vnde amotum erat impedimentum, quo sancti prohibebantur a visione dei, & ideo statim deum viderūt: sed tamen oportuit quòd in infernum localiter descenderet quā- E tum ad liberationem eorum a loco pœnali, & iterum vt in se omnes defectus acciperet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum quod nomen inferni importat pœnam sensus, vel damni, sic Christus non dicitur in infernum descendisse, sed secundum quod tantum locum nominat.

AD SECVNDAM questionē dicendū, ꝙ quadruplex est infernus, vnus est infernus damnatorū, in quo sunt tenebrę & q̃tum ad carentiā diuinæ visionis, & quantū ad carētiā grę, & est ibi pœna sensibilis: & hic infernus est locus damnatorū. Alius est infernus supra istum, in quo sunt tenebrę & propter carentiam diuinę visionis, & propter carētiam gratiæ, sed non est ibi pœna sensibilis, & dicitur limbus puerorum. Alius supra hunc est, in quo sunt tenebræ quantum ad carentiā diuinę visionis, sed non q̃tum ad carētiam gratiæ, sed est ibi pœna sensus, & dicitur purgatorium. Alius magis supra: est, in quo est tenebra quantum ad carentiam diuinæ visionis, sed

non quantum ad carentiam gratiæ, neque est ibi pœna sensibilis, & hic est infernus sanctorum patrum, & in hunc tantum Christus descendit quantum ad locum, sed non quantum ad tenebrarum experientiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus liberauit sua passione a peccato mortali eos, q in via sunt, vt vel non committant, vel a commisso absoluantur si velint, nõ autem eos qui iam cũ mortali peccato decesserunt: quibus debetur ille infernus damnatorum. (Super Ioa. trac. 78. in fine.)

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd ascẽsio congruit Christo ratione sui: & ideo quia ipse est altissimus super omnes cœlos d ascendere debuit: sed descendere non cõpetit sibi nisi pro nobis, ideo tantum descendit quantũ expediebat nostræ liberationi, & nõ sub omnib' simpliciter. (D.243.)

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd inferiores partes terrę, dicuntur etiam illa loca in quibus sancti patres erant: & qui ibi continebantur dormientes dicebantur, propter spem gloriosæ resurrectionis, non autem illi qui damnati erant in inferno. (Lib. de Sacramento incarnat. dominicę c.5. ĩ med. Loco supra citato. Iob 28.)

carnem, & in infernum descendit secundum solam animam. Vnde August. Quis non est derelictus in inferno? Christus: sed in anima sola. Quis iacuit in sepulchro? Christus. Sed in carne sola: quia in his singulis Christus est: Christum in his oĩbus & singulis cõfitemur. Ex his euidenter ostenditur, quòd carni iacenti in sepulchro vnitus erat Christus, sicut animę in inferno. Alioquin, si carni mortuæ non esset vnitus, non in ea diceretur iacuisse in sepulchro. b Anima igitur ad infernum descendit, caro in sepulchro iacuit, sapientia cum vtroque permansit, quæ a in inferno positis, vt ait Ambrosius, lumen vitæ fundebat ęternæ. Radiabat illic lux vera sapientiæ, illuminabat infernum, sed inferno non claudebatur. H Quis enim locus est sapientiæ, de qua scriptum est, Nescit homo vias eius, nec inuenta est inter homines, de qua abyssus dicit. Non est in me, mare dicit, non est mecum? ergo nec in tempore, nec in loco sapientia est, cui nec mors tribuenda est. In ligno enim caro, non illa operatrix omnium substantia diuina pendebat. Confitemur tamen Christum pependisse in ligno, & iacuisse in sepulchro, sed in carne sola: & fuisse in inferno, sed in anima sola.

G *Quòd Christus ubique totus est, sed non totum, ut totus est homo, uel deus, sed non totum.*

ET vtique totus eodẽ tempore erat in inferno, totus in cœlo, totus ubiq;. Persona enim illa æterna nõ maior erat, ubi carnem & animam simul unitam sibi habebat, quàm ubi alterum tantum: nec maior erat ubi utrũque simul, uel alterum tantũ unitũ habebat, quàm ubi erat neutrum habens unitum. Totus ergo Christus perfectus ubique erat. Vnde August. Non dimisit patrem Christus cum uenit in Virginem. Vbique totus, ubique perfectus. Vno igitur & eodem tempore totus erat in inferno, totus in cælo: Erat apud inferos resurrectio mortuorum: erat super cælos uita uiuentium, uere mortuus, uere uiu': in quo & mortem susceptio mortalitatis excepit, & uitam diuinitas non perdidit. Mortem igitur dei filius, & in anima non pertulit, & in maiestate non sensit: sed tamen participatione infirmitatis, rex gloriæ crucifixus est. Ex his apparet, ꝙ Christus eodem tempore totus erat in sepulchro, totus in

¶ Ad tertiam quęstionem dicendum, ꝙ cum anima & corpus sint proportionabilia, tantum debuit anima stare in inferno, quantum corpus in sepulchro, vt per vtrũque fratribus suis similaretur, & vt in resurrectione nouam vitam incoharet, & quantum ad animarum liberationem, & quantum ad corporum resurrectionem in suo corpore inchoatam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd liberare Christus nos voluit, defectus nostros in se portando: & ideo quandiu mortuus fuit, voluit secundum animam in inferno esse, sicut secundum corpus in sepulchro.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dispensatiue factum est, vt Christus tãdiu mortuus esset vt veritas mortis ostenderetur, & tãdiu debuit anima eius esse in inferno & corpus in sepulchro, quãdiu mortuus fuit, sicut & de eis ante eius resurrectionem fuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd paradisus est triplex. Vnus paradisus terrestris, in quo Adam positus est. Alius corporalis cælestis, s. cælum empyreum. Alius spiritualis, s. gloria de visione dei, & de isto paradiso intelligitur quod dñs latroni dixit: quia statim peracta passione & ipse latro, & omnes qui in limbo patrum erant deum per essentiam viderunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus limbum patrum illuminauerit.

3.q.52.5.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ Christus limbum patrum non illuminauerit. De ratione enim inferni videt' esse tenebra, sicut de rõne paradisi lux. ergo inferno nõ cõpetit illuminari.

¶ 2 Præt. Si locus aliquis illuminatur, omnes qui sunt in loco illo lumen percipiunt: sed aliqui erant in inferno qui non debebant percipere lumen Christi, sicut dęmones, igitur videtur ꝙ illum locum non illuminauerit.

¶ 3 Præt. in Psal. 106. dicitur. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: sed si Christus locum illum illuminasset tenebrę ibi nõ fuissent, ergo Christus locum illũ non illuminauit.

Lib. 3. de fide cap. 29. in princi.

SED CONTRA. Dam. dicit. Descendit ad infernũ anima deificata, vt quẽadmodũ his qui in terra sunt ortus est sol iu-

F stitiæ, ita & his qui in inferno & tenebris, & vmbra mortis sedent, superlucescat.

¶ 2 Præt. Amb. dicit, ꝙ in inferno, lumẽ vitæ fundebat ęternę.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ Christus animas extraxerit etiã de inferno damnatorũ. Ipse enim dixit. Eruisti animã meã ex inferno ĩferiori. Et Iob. 12. dr. In pfundissimũ infernũ descendent ossa mea: sed profundissimũ inferni in q̃d descẽdit Iob, & de quo fuit educt' cõstat, ꝙ fuit infernus ĩferior, & infernus ĩferior est infernus dãnatorum. ergo animas eduxit de ĩferno damnatorum. 3.q.52.

¶ 2 Præt. zach. 9. Tu quoque in sanguine testamẽti &c. dicit glo. Eos qui tenebantur vincti carceribus, vbi nulla misericordia eos refrigerabat, quam diues ille petebat, tu liberasti: sed tales erant dãnati in inferno. ergo ipsi fuerunt liberati.

¶ 3 Præt. Sap. 7. dicitur. Sapientia uincit malitiam: sed hoc non esset si nõ omnes qui per malitiã in infernũ descenderant per sapientiã quæ Christus est liberati sunt. ergo omnes sunt liberati, etiam de inferno damnatorum. (De ver. tri. ad tũ ca.)

¶ 4 Præt. Isa. 24. cap. Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacũ & claudentur in carcerem, & post multos dies visitabuntur. Et loquitur ibi de damnatis, quod patet per hoc, quod ipse præmisit de militia cœli. ergo videtur quòd etiam damnati per Christum visitati & liberati sunt.

SED CONTRA. Isa. vlt. Ignis eorum non extinguet.

I ¶ 2 Præt. In inferno nulla est redemptio. ergo inde aliqui liberati non sunt.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ liberauerit illos, qui erãt in limbo puerorum, Quia ipsi non detinebantur nisi pro peccato originali, sicut patres sancti: sed illi sunt educti. ergo & pueri. 3.q.52.

¶ 2 Præt. In eis non est peccatum, nisi per alium. ergo per aliũ liberari debuerunt.

¶ 3 Præt. Impotentia maximam meretur indulgentiam: sed pueri nõ potuerunt peccatum originale vitare. ergo ipsi maxime debuerunt consequi liberationem.

SED CONTRA. Nullus liberatur per Christũ, nisi mẽbrum Christi: sed pueri nũquam fuerunt membrum Christi, neque per sacramentum fidei, neque per fidem. ergo per Christum non sunt liberati.

¶ 2 Præt. Post hanc vitam non datur gratia alicui, nisi habẽti: sed pueri non habuerunt gratiam cum decesserunt. ergo non K potest eis dari post vitam: & ita non possunt educi ad gloriã.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ liberauerit illos qui erãt in purgatorio, Quia maius erat impedimentum peccati originalis, q peccati venialis: sed ab impedimento peccati originalis liberauit trahens de limbo. ergo multo fortius ab impedimento peccati venialis, & ita vr ꝙ a purgatorio animas eduxerit. 3.q.52.

¶ 2 Præt. Passio Christi non minorem habet efficaciam quàm sacramentum passionis: sed per sacramentum passionis Christi, scilicet per baptismum aliquis liberaretur ab omni pœna quæ debetur in purgatorio, ergo videtur quòd multo amplius per passionem Christi illi qui ibi erant, liberati sunt.

¶ 5 Præt, Christus quos curauit in hac vita, totaliter curauit: sed illos qui erant in purgatorio curauit Christus a reatu originalis, ergo similiter curauit a reatu peccati venialis: & ita videtur ꝙ a purgatorio eos liberauit.

SED CONTRA. Passio Christi æqualem habet virtutem nunc, quàm tunc habuit: sed nunc virtute passionis non liberantur omnes qui sunt in purgatorio. ergo nec tunc.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Peccatũ, quod quis per se commisit per se debet purgationem pati: sed pœnam purgatorij sustinet homo pro peccatis, quæ ex seipso commisit. ergo per pœnam, quam ipse sustinet, purgari debet, & non per pœnam tantum Christi.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, quòd cum tenebræ exteriores inferni tenebris interioribus respondeant, ex quo Christus a patribus, qui erant in limbo omnes tenebras interiores expulerat p demonstrationẽ suę deitatis, congruum etiam fuit per præsentiam suę humanitatis quantum ad animam, etiam tenebras exteriores ab eis excludere, locum illuminando.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iam ille infernus euacuandus erat: quia post tempus illud nullus ad illum limbum descendit, & ideo decens fuit, vt aliquid in eo fieret, quod est contra rationem inferni.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut pœna, quę est ignis inferni, inquantum agit, vt instrumentum diuinę iustitię, non affligit, nisi illos, qui habẽt reatum pœnę, etiam si aliquis alius ibi esset, ita lux illa, vt instrumentum diuinę misericordię agens, illos tantum illuminabat exterius, qui interius illuminati erãt.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ eduxit eos de tenebris dum eos illuminauit: & edũcens eos de loco illo, dicitur de tenebris eduxisse, quas locus ille de sui natura prius habuerat.

AD SECVNDAM quęstionem dicendum, ꝙ pœna non potest tolli manente culpa: illi autem, qui sunt damnati in inferno, sunt obstinati in malitia sicut dęmones: & ideo de pœna illa liberari non potuerunt: & hoc non fuit ex insufficientia liberantis, sed ex indispositione ipsorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd limbus patrum dicitur infernus inferior, non simpliciter, sed respectu huius habitationis, de quo anima Dauid, vel etiã Christi educta fuit. Similiter etiam, ille locus potest dici profundissimum inferni comparatiue, vt profundum sit respectu cæli aer caliginosus, in quo sunt dęmones, profundius locus habitationis nostræ, profundissimum aũt limbus patrũ, de quo Iob liberatus fuit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ glos. illa est impropria: loquitur enim de inferno communiter, secundum quòd comprehendit omnes prędictas distinctiões inferni: vnde inferno aliquid attribuit ratione vnius partis, aliquid ratione alterius. Quòd autem dicitur, nulla eos misericordia refrigerabat, intelligitur quantum ad eos, qui erant in alia parte inferni: vel dicitur de misericordia omnino absoluente, quam etiã diues magis desiderabat, quàmuis aliam peteret.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quantum in se est, Sapientia omnem malitiam vincit: sed quòd in aliquibus nõ vincitur, est ex eorum indispositione.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ loquitur de visitatione, quę erit in generali resurrectione, quando educẽtur de inferno, iterum in perpetuum includendi.

AD TERTIAM quęstionem dicẽdum, quòd redemptio Christi non habuit locum, nisi in illis, qui fuerunt membra Christi: vnde cum pueri, qui erãt in limbo numquàm fuerint membra Christi, neque per propriam fidem, neque per fidei sacramentum, quod nunc est baptismus, tunc autem erat circuncisio, vel sacrificium: constat, ꝙ ipsi liberati nõ fuerunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in patribus erat gratia, quę non erat in pueris, per quã patres erant membra Christi: & ideo effectum redemptionis perceperunt, quod non fuit de pueris.

¶ Ad secundum dicendum, quòd puerorum peccatum, quàmuis esset per alium expiabile quantum ad genus peccati, non tamen habebãt in se fidẽ, & charitatẽ, per quã coniungerẽtur illi, per quem potuissent liberari, quantum ad genus peccati.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis quantum ad genus peccati esset eorum peccatum proportionabile, tamen ex dispositione eorum proportionationis participes esse non potuerũt: sicut etiam patet de veniali in illis, qui mortaliter peccauerũt.

AD QVARTAM quęstionem dicendum, quòd quàmuis hoc non inueniatur determinatum a sanctis: potest tamen dici, quòd illi, qui erant in purgatorio non fuerũt liberati, quia cum pœna purgatorij debeatur peccato actuali, oportet quòd expietur per proprium actum, vel passionem illius, qui peccauit, vel alterius spiritualis personę agentis pro ipso. In purgatorio autem non potest culpa expiari per aliquem actum me-

A ritorium, quia non sunt in statu merendi: vnde oportet, quòd expietur eorum culpa per pœnam, quam ipsi sustineant, nisi per suffragia eorum, qui sunt in statu merendi liberentur. Passio autem Christi immediate remouet impedimentum ex peccato originali proueniens, quod ex altero contractum est: sed ad remouendũ pœnã debitã actuali peccato, quod qsque ex seipso commisit, pertingit eius efficacia mediante aliquo sacramento circa personã exhibito, aut aliquo actu ipsius personę vel alterius ad ipsam relati: B & ideo non decebat, vt per solam Christi passionem a purgatorio liberarentur, nisi dicatur, quòd in vita sua hoc meruerunt, vt per passionem Christi liberarentur: vel hoc ex speciali gratia fuit, quòd illi, qui in purgatorio inuenti fuerunt absoluti sint per passionem Christi, quàmuis nunc illi, qui sunt in purgatorio non consequantur effectum plenę liberationis, ex sola passione Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis impedimentum peccati originalis sit grauius, tamen est solubile per alium totaliter, quod non est de impedimento venialis peccati ratione prędicta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœna numquàm dimittitur virtute passionis Christi, nisi inquantum aliquis passioni conformatur: quod potest esse tripliciter. Vno modo, sacramẽtaliter, sicut fit in baptismo. Alio modo, per meritum dilectionis, C & fidei, ex passione surgentis. Tertio modo, per pœnę similitudinem. primi autem duo modi non possunt esse in purgatorio, quia non sunt in statu recipiendi sacramentum, neque in statu merendi: vnde oportet, quòd si passio a veniali eos liberet, quòd conformentur Christo passo per pœnę passionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quicquid erat in eis curabile per alium, totum curauit: sed pœna purgans non erat eis per alium totaliter remissibilis, vt dictum est.

¶ Ad ea, quę obiiciuntur in oppositum patet solutio ex dictis.

QVÆSTIO III.

Deinde quæritur de ascensione Christi.

Et circa hoc quæruntur tria.

D
¶ Primo, Vtrum Christus ascenderit.
¶ Secundo, De modo ascensionis.
¶ Tertio, De termino ipsius.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum Christus debuerit ascendere.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non ascenderit. Omnis enim motus cum sit exitus de potentia ad actum est actus imperfecti, & est propter indigentiam: sed ascensio motus est: cũ igitur in Christo iam glorificato totaliter per resurrectionem non fuerit aliqua imperfectio, vel indigentia, videtur ꝙ ipse non ascenderit. 3.q.57.1.

E ¶ 2 Pręt. In Christo non est nisi duplex natura, scilicet diuina, & humana: sed secundum diuinam naturam Christo non cõpetit ascendere, neque localiter, cum ipse, secundum ꝙ deus sit vbique, neque secundum diuinitatem, cum diuinitas proficere non possit, neque iterum secundum humanam secũdum locum, quia ipsa de cęlo non descendit. dicitur autem Ioã. 3. Nemo ascendit in cęlum, nisi qui descendit de cęlo: neq; iterũ secundum dignitatem, quia gloria sua post resurrectionem gloriosam non creuit: ergo videtur quòd Christus nullo modo ascenderit.

¶ 3 Pręt. Aliis sanctis competit ascendere ad cęlum empyreũ, quia per locum illum congruentem suę glorię augetur suum gaudium: sed gaudium animę Christi non potuit aliquo modo crescere, sicut nec gratia, vel gloria. ergo videtur quòd ipse non ascenderit.

¶ 4 Præt. Omne, quod Christus in carne assumpta propter nos fecit, in nostram vtilitatem cedere debuit: sed per ascensionem nihil nobis accreuit, quia ante, per passionem, & descensum

sum

ſum ad inferos omne impedimentum remotum fuit, & ianua per paſſionem aperta eſt, & ſimiliter per baptiſmum, quando cæli aperti ſunt. ergo non fuit neceſſarium, quòd Chriſtus aſcenderet.
¶ 5 Pręter. Omnis actio Chriſti ad noſtram ſalutem ordinatur: ſed magis eſſet ad ſalutem noſtrã eius pręſentia corporalis, quàm eius abſentia. ergo videtur quòd à nobis per aſcenſionem diſcedere nõ debuit.

Sed contra. eſt quod in ſymbolo dicitur. Aſcendit ad cęlos.

inferno, totus ubique, ſicut & modo totus eſt, ubicũque eſt, ſed non totum. Nec in ſepulchro, nec in inferno totum erat, & ſi totus: ſicut Chriſtus totus eſt Deus, totus homo, ſed non totum: quia non ſolum eſt deus uel homo, ſed de^o & homo eſt. Totum enim ad na-

¶ 2 Pręt. Corpori nobiliſſimo debetur locus nobiliſſimus: ſed cęlum empyreum eſt locorum nobiliſſimus. ergo corpus Chriſti quod eſt nobiliſſimum, ad locum illum aſcendere debuit.
¶ 3 Pręt. In Chriſto pręmonſtrata eſt gloria reſurrectionis, quę membris eius promittitur: ſed promittitur etiam membris Chriſti locus cęleſtis, vnde lucifer cecidit. ergo videtur ꝙ ipſe prius aſcendere debuit pandens iter ante eos, vt dicitur Michęę. 2.

Respon. Dicendum, quòd aſcendere in cęlum fuit congruum & ipſi Chriſto, & nobis. Chriſto quidem, quoniam ei omne quod ad gloriam pertinet, debebatur: vnde cum cęlum empyreum ſit locus congruus glorię, & aliquod quaſi pręmiũ accidentale, Chriſto etiam debebatur ut ad locum illum aſcenderet. Nobis autem congruum fuit quantum ad tria. Primo, vt nos quaſi in corporalem poſſeſſionem induceret cęli, quam nobis pretio ſui ſanguinis emerat. Secundo, vt ſpem noſtram ad cęlum erigeret: quia dum humanam conditionem ſyderibus importauit, credentibus cęlum poſſe patere monſtrauit, ut dicit Auguſt. Tertio, vt iam Chriſtũ non ſecundũ carnẽ cognoſcentes, ſpiritualiter tantum ipſi coniungamur, & ſic idonei efficiamur ad accipiẽda dona Spiritusſancti, ſecundum qđ dictum eſt. Aſcendit in altum, dedit dona hominibus. (In 3. ſerm. aſcẽſionis. tom 10. Ad Eph. 4.)

Ad primvm ergo dicendum, quòd motus localis, vt dicit Philoſophus in 8. Phyſic. non mutat aliquid de eo quod eſt intra rem, ſed ſolum eſt ſecundum id quod eſt extra: vt motus localis non ponit exitum de potentia ad actum aliquem intraneum rei, ſed ad actũm extrinſecum. Et propter hoc non ponitur per motum localem aliqua imperfectio per hoc quòd deſit aliquid eorum quę debent ineſſe: ſed ponit imperfectionem ſecundum quid per hoc, quòd dum eſt in loco iſto, non eſt in alio. Similiter dicendum eſt, quòd aſcenſio Chriſti non fuit propter aliquam indigentiam, qua indigeret ipſe ex parte ſua in ſeipſo habere, ſed propter noſtram indigentiam, & vt eſſet in loco ſibi conuenienti, in quo nondum erat. (T. com. 59.)
¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ aſcendere, & deſcendere poſſunt dici proprie, & ſic ſignificant motum localem: vnde nõ conueniunt Chriſto ſecundum diuinam naturam, ſed ſecundum humanam, ſecundum quam deſcendit ad inferos, & aſcẽdit localiter ad cęlos. Dicitur etiam metaphorice deſcẽdiſſe ſecundum diuinam naturam, inquantum ſe exinaniuit formã ſerui accipiens, Philipp. 2. & inquantum per nouum effectum fuit in terris, ſecundum quem ibi ante non fuerat, aſcendiſſe autem quantum ad notitiam aliorum. Similiter quantum ad humanam naturam aſcendit, ſecũdum quod exaltatus eſt ad gloriam reſurrectionis, & notitiam populorum: deſcendit autem ſecundum paſſionis ignominiam. Quod autem dicitur, Nemo aſcendit, niſi qui deſcendit, ad perſonam referendum eſt, cui ſecundum naturam vnam conuenit deſcendere de cælo, ſcilicet ſecundum diuinam, inquantum ſibi carnem in perperſona copulauit: & ſecundum aliam, ſcilicet humanam aſcendere.
¶ Ad tertium dicendum, ꝙ Chriſto in aſcenſione non accreuit aliquod gaudium neque quantum ad intenſionem, neque quantum ad numerum eorum, de quibus gaudendum erat, quia perfectum gaudium de omnibus ab inſtanti ſuę conceptionis habuit: ſed accreuit ſibi nouus modus gaudendi, quia de illo, de quo prius gaudebat vt de futuro, tunc gaudebat vt de pręſenti.
¶ Ad quartum dicendum, quòd per paſſionem Chriſti omnia impedimenta fuerunt à nobis amota, & omnia bona data, quãtum ad meritum, quia ſcilicet per paſſionem Chriſtus nobis meruit prędicta: ſed oportuit vt per effectum in illa bona per eum induceremur, quaſi in corporalem poſſeſſionem eorum quę iam nobis emerat. Dona autem glorię in tribus conſiſtunt, Primo, in uiſione diuina, quę eſt beatitudo animę:

F & hoc per effectum contulit deſcendendo ad inferos. Secundum, eſt gloria corporis: & hoc inchoauit in ſua reſurrectione. Tertium, eſt locus congruus: & hoc pręſtitit in ſua aſcenſione. In baptiſmo autem cęli aperti ſunt in ſignum, quòd per baptiſmum, quẽ tunc inchoabat, in quo paſſio eius operatur, plenarie cęli aditus pateret nobis.
¶ Ad quintum dicendum, quòd corporalis præſentia Chriſti in duobus poterat eſſe nociua. Primo, quãtum ad fidem: quia vidẽtes eum in forma, in qua erat minor patre, non ita de facili crederẽt eum ęqualem patri, vt dicit glo. ſuper Io. Secũdo, quãtũ ad dilectionẽ, quia eum non ſolum ſpiritualiter, ſed etiã carnaliter diligeremus cõuerſantes cum ipſo corporaliter: & hoc eſt de imperfectione dilectionis.

turam refertur, totus autem ad hypoſtaſim: ſicut aliud & aliquid ad naturam, alius uero & aliquis ad perſonam referuntur. Vnde Ioãnes Damaſcenus. Totus Chriſtus deus perfectus eſt, non autem totum deus eſt. Non enim ſolum deus eſt, ſed & homo: & totus ho- (De fi. orth. cap. 7. in finem.) G

Articvlvs II.

b Vtrum motus aſcenſionis fuerit uiolentus.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur quòd motus aſcenſionis fuerit violẽtus, Act. 1. Eleuatis manibus ferebat in cęlũ: ſed latio, vt dicitur 7. Phyſ. eſt ſpecies motus violenti. ergo aſcenſio ſua fuit violentus motus. (T. com.)
¶ 2 Pręt. In corpore ſuo, cum eſſet ſolidum, dominabatur terra: ſed omne tale naturaliter mouetur deorſum, & per violentiam ſurſum. ergo illa aſcenſio erat violenta. H
¶ 3 Pręt. Omnis motus naturalis cauſatur ex motu cęli: ſed cęlum non habebat aliquam cauſalitatem ſupra corpus Chriſti. ergo motus ille non erat naturalis.
¶ 4 Pręt. Omnis motus, qui eſt in locum peregrinum mobili, eſt motus innaturalis: ſed aſcẽſio Chriſti fuit huiuſmodi, quia dicit Greg. ſuper illud, Homo quidã peregre proficiſcẽs, Caro ad peregrinandum ducitur, dum per redemptorẽ in cęlo collocatur. ergo illa aſcenſio fuit motus violentus. (Hom. per Mat. 25.)
Sed contra. Omnis motus violentus inducit laſſitudinem: ſed aſcenſio Chriſti non fuit talis. ergo non fuit motus violentus.
¶ 2 Pręt. Nullus motus violentus eſt propria virtute mobilis: ſed Chriſtus propria virtute aſcendit, vt patet Iſa. 63. Gradiens in multitudine fortitudinis ſuę. ergo aſcenſio eius non fuit motus violentus.
Vlterivs. Videtur quòd aſcenſionis motus fuerit ſubitus, quia Auguſtinus dicit in quęſtionibus de reſurrectione, quòd tales ſunt motus corporum glorificatorum, ſicut motus radij Solis: ſed motus radij eſt in inſtanti. ergo motus corporis Chriſti glorioſi. (II) I
¶ 2 Pręt. Corpus Chriſti glorioſum omnino erat ſubiectum voluntati ſpiritus: ſed voluntas in inſtãti poteſt moueri de loco ad locum. ergo & corpus Chriſti glorificatum.
¶ 3 Pręt. Potentia corporis Chriſti glorificati eſt improportionabilis potentiæ alicuius corporis mobilis non glorificati: ſed ſecundum proportionem virtutis mouẽtis eſt proportio temporis, in quo fit motus, quia maior virtus in minori tempore mouet. ergo ſi aliqua virtus mouet in tanto tempore, virtus corporis Chriſti glorificati mouebit in inſtanti ipſum corpus, quod inſtans tempori non proportionatur.
Sed contra. Corpus Chriſti cum ſit diuiſibile, habet partem poſt partem: ſed vbi eſt vna pars, ibi non eſt alia: ergo oportet quòd parti ſuccedat pars. ergo motus ille non eſt ſubito. K
¶ 2 Pręt. Motus ſubitaneus non poteſt percipi: ſed apoſtoli viderunt Chriſti aſcenſionem. ergo non fuit ſubita.
Vlterivs. Videtur quòd ſtatim poſt reſurrectionem aſcẽdere debuerit, quia aſcenſio ſua eſt exemplar aliorum ſanctorum: ſed alij ſancti poſt reſurrectionem corporum futurã aſcendent. ergo & Chriſtus debuit. (III)
¶ 2 Pręt. Sicut debuit probari veritas reſurrectionis, ita debuit probari veritas mortis: ſed ipſe vt probaret veritatem mortis, diſtulit reſurrectionem uſque in tertium diem. ergo ſimiliter debuit aſcendere tertia die poſt reſurrectionem.
¶ 3 Pręt. Non eſt aliquis locus animarum niſi infernus, vel cęlum: ſed animę ſanctorum patrum, qui erant in limbo Chriſto reſurgente eductę ſunt de inferno: ergo ſtatim aſcenderũt in cęlum: ſed nullus debuit in cęlum aſcendere ante Chriſtũ, ſicut

ſicut nullus ante ipſum reſurgere. ergo & Chriſtus ſtatim poſt reſurrectionem debuit aſcendere.
Sed contra. Actu. 1. Præbuit ſeipſum viuum per dies quadraginta.
¶ 2 Præt. Conſolationes diuinæ, excedunt tribulationem humanam: ſed apoſtoli fuerunt in anguſtia poſt mortem Chriſti p tres dies. ergo multo amplius debuerunt eſſe in gaudio propter ipſius reſurrectionẽ.

mo perfectus, non autem totum homo: non ſolum enim homo, ſed & deus. Totum enim naturæ repræſentatiuum eſt, totus autem hypoſtaſeos. Sicut aliud quidem eſt naturæ, alius autẽ hypoſtaſeos, ſic & huiuſmodi.

Respon. Dicendum, quòd motus naturalis dicitur, cui^9 principiũ eſt natura: natura autem dicitur dupliciter, ſcilicet de forma, quæ eſt principium actiuũ motus, & de materia, quæ eſt principium paſſiuum: ſecundũ hoc igitur dicitur aliquis motus dupliciter naturalis. vno modo, quia in eo, quod mouetur, eſt principium actiuum ^d motus: & ſic corpora grauia, & leuia mouentur naturaliter. Alio modo, quia in eo, quod mouetur, eſt diſpoſitio naturalis, per quam aliquid eſt mobile ab aliquo mouente: & hoc contingit dupliciter, quia vel ineſt iſta aptitudo ad hoc, quòd moueatur ab illo mouente cum inclinatione ad contrarium motum, ſicut eſt in corpore animalis, & tunc motus ille dicitur violentus, quantum ad naturã corporis, inquantum eſt corpus: naturalis autem quantum ad naturam corporis, inquantum eſt animatum, vt dicit Philoſophus 8. Phyſ. aut non eſt aptitudo ad contrarium inclinans, ſicut patet in motu cæleſtium, quæ mouentur à ſubſtantia ſeparata: & tamen dicuntur moueri naturaliter, vt dicit Commen. in 1. cæl. & mun. hoc modo motus aſcenſionis Chriſti fuit naturalis, quia cum corpus glorificatum ſit omnino ſubiectum animæ, non poteſt eſſe aliqua inclinatio ad cõtrarium eius, quod anima vult: vnde remouetur in eis inclinatio grauitatis, & leuitatis repugnans voluntati, ſicut inclinatio calidi, & frigidi, quæ eſt ad mutuam corruptionem. Quidam autem dicunt, quòd fuit etiam motus naturalis ex hoc, ꝙ principium actiuum fuit in corporis natura, ſicut in motu grauium, & leuium, quia in corpore glorificato regnat natura cęli empyrei, quæ eſt de compoſitione corporis humani, quod eſt impoſſibile: quia ſi aliquid de cęlo empyreo eſſet pars corporis noſtri, oporteret, quòd eſſet commiſtum elementis, aliàs eſſet diſtinctum ab eis, & non eſſet pars, quia non eſſet vnum, niſi aggregatione. Præt. Si eſſet pars, non inclinaret ad motum rectum, ſed ad nullum: quia de natura cęli empyrei non eſt, ꝙ moueatur, niſi ad motum circularem, qui eſt naturalis quintæ eſſentiæ. (D. 690.) (T. com. 27.) (T. com. 89.)

Si ea, quæ dicuntur de deo, uel de filio dei poſſint dici de illo homine, uel de filio hominis. B

Solet etiam quæri, ſi congruenter dici poſſit filius hominis, uel ille homo deſcendiſſe de cælo, uel ubique eſſe, ſicut dicitur filius dei, uel deus de cælo ueniſſe, & ubique eſſe. Ad quod dicimus, ſi ad unitatẽ perſonæ referatur dicti intelligentia, ſane dici poteſt: ſi uero ad diſtinctionem naturarum, nullatenus concedendum eſt: unde Auguſtinus. Vna eſt perſona, Chriſtus deus & homo. Ideo dicitur, Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo &c. Si ergo attendas diſtinctionem ſubſtantiarũ, filius dei deſcẽdit, & filius hominis crucifixus eſt. Si uero unitatem perſonæ, & filius hominis deſcendit; & filius dei crucifixus eſt. Propter (De pręſentia Dei ad Dardanũ. Et 3. cõtra Maximum cap. 20.)

Ad primvm ergo dicendum, quòd ferebatur quidem ab angelis in obſequium dignitatis, non in adiutorium neceſſitatis, ſicut reges etiam feruntur & epiſcopi: vnde non ſequitur, quòd fuerit motus violentus.
¶ Ad ſecundum dicendum, quòd motus ille non eſt naturalis corpori inquantum corpus, ſed inquantum inſtrumẽtum animę glorificatæ, per quam tollebatur inclinatio qualitatum contrariarum ad actiones, & motus ſuos.
¶ Ad tertium dicẽdum, quòd hoc intelligitur de corporibus, quandiu ſunt in ſtatu generationis, & corruptionis, & nõ de corporibus glorioſis. E
¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ille locus eſt peregrinus carni, inquantum eſt caro: non autem inquantum eſt inſtrumentum animę glorioſæ.
Ad secvndam quęſtionem dicendum, quòd illa opinio eſt facilior ad ſuſtinendum quę ponit, ꝙ corpus Chriſti in aſcenſione mouebatur tempore perceptibili, ſua quidem voluntate: ſed poterat moueri tempore imperceptibili, nõ autem in inſtanti: quia oportebat, quòd corpus Chriſti in aſcenſione tranſiret per media, cum per ſuam ſubſtantiam determinaretur ad locũ: & impoſſibile eſt, ꝙ ſit in diuerſis locis ſimul: & ita oportebat, ꝙ in mediis locis eſſet in diuerſis inſtãtibus, & ſic oportebat motum illum eſſe ſucceſſiuum.
Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ſimilitudo attenditur quantum ad perceptibilitatem, & non quantum ad genus mo-

A tus, quia motus radij eſt motus alterationis, vt dicitur in lib. de ſenſu, & ſenſato: vnde non poteſt eſſe ſubitus: motus autem glorificatorum corporum eſt motus localis: & ideo oportet, ꝙ ſit ſucceſſiuus. (Lect. 16. d. Thom.)
¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quàmuis corpus ſit ſubiectum ſpiritui, tamẽ eſſe non poteſt, vt corpus ad naturam ſpiritus conuertatur.
¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procedit de virtute mouente ex neceſſitate naturę, nõ autem de virtute mouẽte per voluntatem, quæ mouet ſecundum exigentiam mobilis.
Ad tertiam queſtionem dicendum, quòd ea, quæ circa Chriſtũ acta ſunt, diſpenſatiue facta ſunt propter aliquam vtilitatem. Et ideo ad oſtendẽdum veritatem ſuæ reſurrectionis, oportuit, quòd non ſtatim poſt reſurrectionem aſcenderet, ſed diu cum apoſtolis conuerſaretur, vt ex magna familiaritate omnis dubitatio tolleretur: quia ſi tantum apparuiſſet ſemel, potuiſſet videri eſſe aliqua illuſio: & ideo pluries in illis quadraginta diebus illis apparuit. Fuit etiam dilata aſcenſio ad cõſolationem apoſtolorum, qui de morte contriſtati fuerant. & ideo dicit glo. Act. 1. quòd ſicut quadraginta horę fuerũt mortis Chriſti: ita quadraginta diebus cum eis conuerſatus eſt poſt reſurrectionem, quia conſolatio diuina excedit triſtitiam humanam. C
Ad primvm ergo dicendum, quod aliorum ſanctorũ non oportebit reſurrectionem probare, quia omnibus manifeſta erit: & ideo non oportet, ꝙ differatur.
¶ Ad ſecundum dicendum, quòd maior poterat eſſe dubitatio de reſurrectione, quàm de morte: & ideo oportuit, ꝙ longiori tempore confirmaretur.
¶ Ad tertium dicendum, quòd interim animę d ſanctorũ erãt cũ Chriſto, vt de eius corporali præſentia gauderent: uel erant in paradiſo terreſtri, quàmuis locus ille non ſit proprie locus ſpirituum: ſed erant ibi diſpenſatiue ad tempus. (D. 181.)

Articvlvs III.

Vtrum Chriſtus aſcenderit ſuper omnes cælos.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non aſcenderit ſupra omnes cælos. Corpus enim Chriſti neceſſario eſt in loco: ſed extra omnes cælos non eſt locus, ſecundum Philoſophum 1. cæli, & mundi. ergo ſupra omnes cælos aſcendere non potuit. (3. q. 57. 4.) (T. com. 99.)
¶ 2 Præt. Duo corpora non poſſunt eſſe in eodem loco: cum igitur nõ poſſit fieri motus de extremo in extremum, niſi per medium, videtur ꝙ ſupra omnes cęlos aſcendere non potuit, niſi cælum diuideretur, quod eſt impoſſibile.
¶ 3 Præt. Cælum empyreum eſt locus ſpirituum: ſed diuerſorum diuerſa ſunt loca. ergo nec corpus Chriſti, nec aliud corpus cælum empyreum aſcendit, quod eſt cælum ultimum.
Sed contra. Hebr. 7. Excelſior cælis factus.
¶ 2 Præt. Epheſ. 4. Aſcendens in altum, glo. Loco, & dignitate.
Vlterivs. Videtur quòd non aſcenderit ad dexterã patris. Dextra enim, vel ſiniſtra, ſunt differentiæ ſitus, vel poſitionis: ſed deus cum ſit ſumme ſpiritualis non habet ſitum: ergo non habet dextram, & ſiniſtram. (II) (3. q. 58. 1.)
¶ 2 Præt. Metaphorice filius ipſe dicitur dextra patris, pſalm. Manus tua confregit inimicum: ſed hæc præpoſitio ad, denotat diſtinctionem, quia prępoſitiones tranſitiuæ ſunt. cum ergo filius à ſeipſo non diſtinguatur, videtur ꝙ ei nõ conueniat ad dextram patris ſedere. (Exod. 15.)
¶ 3 Pręt. Prouer. 3. dicitur. In dextra eius longitudo dierum, & in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria: ſed omnium bonorum patris Chriſtus habet plenitudinem. ergo non magis debet dici ſedere ad dextram, quàm ſiniſtram.
¶ 4 Præt. Ipſe dicitur eſſe in ſinu patris. Ioan. 1. ergo non eſt ad dextram.

Sed

SED CONTRA. Hebr. 1. Sedet ad dextram maiestatis in excelsis.

¶ 2 Præt. In symbolo dicitur, Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis.

II 3.q.58.a. VLTERIVS. Videtur ꝙ non soli Christo conueniat ad dextram patris sedere. Ad Ephes. 2. Consedere nos fecit Christo in cælestibus. si ergo Christus sedet ad dextram, & nos ad dextram sedere faciet.

¶ 2 Præt. Ephes. 1. Cōstituēs illum ad dextram. glo. i. eternam beatitudinē: sed omnibus sanctis communicatur eterna beatitudo: ergo omnibus sanctis conuenit ad dextram sedere, & nō soli Christo.

¶ 3 Præt. Beatæ Virgini conuenit esse in potioribus donis dei, quæ est super omnes choros angelorum exaltata: vnde & in psalm. 44. a dextris stare dicitur. Astitit regina a dextris &c. ergo non soli Christo conuenit sedere ad dextram.

¶ 4 Præter. Dextra patris est æqualitas patris: sed spiritus sanctus est æqualis patri, sicut filius. ergo sibi conuenit sedere ad dextram.

SED CONTRA. Sedere ad dextram conuenit Christo secundum humanam naturam & diuinam: sed in nullo alio inuenitur natura diuina & humana simul. ergo nulli alij cōuenit, sicut Christo.

In libr. 83. quæst. q. 89. ¶ 2 Præt. Æqualitas est in filio, vt dicit Aug. per appropriationem: sed dextra importat æqualitatem. ergo videtur ꝙ sedere ad dextram soli filio conueniat.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd terminus accessionis Christi est & locus, & dignitas non quā tūc de nouo acceperit, sed quę tunc innotuit. Secundum autem quod terminus est locus, sic est exaltatus vsque ad supremum locorum corporalium, non quòd non possit inde moueri, sed secundum cōgruentiam debetur sibi altissimus d locus etiam vbicumque sit: sed ad id, quod sibi secundum congruentiam debetur, tunc fuit actu exaltatus.

D.243. D.329. AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non dicitur ascendisse super cælos, quia extra d cælum empyreum sit: sed quia in altissimam partem cęli empyrei ascendit.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ quāmuis de natura corporis non sit, ꝙ possit esse in eodem loco cum alio corpore, tamen potest hoc deus facere per miraculum: sicut etiam fecit corpus Christi de clauso virginali vtero exire, vt dicit Grego.

Homil. 26. tom. 2. ¶ Ad tertium dicendum, quòd quāmuis natura corporalis sit citra naturam spiritus: tamen natura corporis Christi trāscendit omnes spiritus, inquantum est diuinitati vnita, quę est maior, & dignior vnio, quàm ea quę est per fruitionem: & ideo altior locus debetur corpori Christi, quàm etiam ipsis spiritibus creatis. Vnde glos. Hebr. 7. super illud, Excelsior cęlis factus est, dicit. i. Omni rationali creatura.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd dextra est nobilior pars corporis: vnde qui alteri ad dextram sedet, nobilissimo modo ei coniungitur. Nobilissimus autē modus, secundum quem aliquis patri coniungitur, vel est nobilissimus simpliciter, & sic est esse æqualem sibi, & hoc conuenit filio secundum diuinam naturam: vel est nobilissimus quantum possibile est creaturę, & hoc est coniungi ei in vnione personę filij eius, & sic sedere ad dextram conuenit Christo secundum humanam naturam: signat enim sessio firmitatem illius coniunctionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non dicitur proprie dextra, sed metaphorice.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non est inconueniens, ꝙ filius dicatur dextra, & sedere ad dextram secundum diuersas similitudines, quia metaphorice vtrumque dicitur. Dextra enim dicitur, secundum quod per ipsum pater operatur: sed sedere ad dextram dicitur ratione iam dicta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quāmuis sint Christi & maiora, & minora bona patris: tamen ipse in maioribus est collocatus, & ideo dicitur ad dextram sedere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus inquantum exit a patre per generationem, dicitur in sinu patris sedere, per quod significatur generatiua potentia: sed inquātum est æqualis patri, & ei conregnat, dicitur sedere ad dextram eius.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ nulli creaturę conuenit esse æqualem patri, neque coniungi filio eius in vnitate personę, secundum qđ dicitur Christus ad dextram sedere: & ideo nulli creaturæ conuenit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ fecit nos cōsedere, inquātum nos gloria stabiliuit, & iudiciariam potestatem dedit, nō autem sedere ad dextram. Dist. 12.

¶ Vel dicendum, ꝙ nos consedere fecit etiam ad dextram, sed non in nobis, sed in Christo, inquantum ipse est vnius naturę nobiscum, quam prout est in Christo, ad dextram patris collocauit. Li. 2. q. Euāgel. cap. 39. Enchi. c. 9.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non quęlibet beatitudo potest dici dextra simpliciter, sed quę debetur illi naturę assumptę: vel si quęlibet beatitudo dicatur dextra, hoc nō erit secundum excellentissimum modum possibilem creaturę, sed possibilem creaturę non vnitę, & hoc est secundum quid.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quāmuis beata Virgo sit super angelos exaltata, nō est tamen exaltata vsque ad æqualitatem dei, vel vnionem in persona: & ideo non dicitur sedere ad dextram, sed astare a dextris inquantum honor filij aliquo modo participatiue, non plenarie redundat in ipsam, inquantum dicitur mater dei, sed non deus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd spiritussanctus potest dici sedere ad dextram patris, inquantum est æqualis patri secundum veritatem, sed non appropriatur ei æqualitas, sed filio: & ideo nec sessio dextræ.

DISTINCTIO XXIII.

A

Si Christus habuit fidem, et spem ut charitatem.

VM uero supra perhibitum sit Christum plenū gratia fuisse, non est superuacuum inquirere, utrum fidem, & spem, sicut charitatem habuerit. Si enim his caruit, non uidetur plenitudinem gratia-

Li. 2. q. Euāgel. cap. 39. Enchi. c. 9.

cit etiam ad dextram, sed non in nobis, sed in Christo, inquantum ipse est vnius naturę nobiscum, quam prout est in Christo, ad dextram patris collocauit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non quęlibet beatitudo potest dici dextra simpliciter, sed quę debetur illi naturę assumptę: vel si quęlibet beatitudo dicatur dextra, hoc nō erit secundum excellentissimum modum possibilem creaturę, sed possibilem creaturę non vnitę, & hoc est secundum quid.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quāmuis beata Virgo sit super angelos exaltata, nō est tamen exaltata vsque ad æqualitatem dei, vel vnionem in persona: & ideo non dicitur sedere ad dextram, sed astare a dextris inquantum honor filij aliquo modo participatiue, non plenarie redundat in ipsam, inquantum dicitur mater dei, sed non deus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd spiritussanctus potest dici sedere ad dextram patris, inquantum est æqualis patri secundum veritatem, sed non appropriatur ei æqualitas, sed filio: & ideo nec sessio dextræ.

EXPOSITIO TEXTVS.

I IDEI *argumentum a philosophicis argumentis est liberum*. quia per ea nec probari, nec improbari potest. *Et ipse forte ante mortem*. Hoc dicit propter tertiam opinionem, quę nondum erat suo tempore damnata, quę dicebat, quòd etiam ante mortem erat hoc modo homo. *Quia una eademque unione*. quantum ex parte ipsius assumentis, non quantum ex parte assumptorum. Ad quod Dionys. hoc dicit, non quin præmisse locutiones sint simpliciter concedendæ, sed vt ostendat quam causam veritatis habeant. *Nemo ascendit*. ergo alij homines in cælum non ascendunt. Dicendum, quòd alij non propria virtute scandunt, quod est ascēdere, vel loquitur de cęlo sanctę Trinitatis, ad quod ascendit ratione diuinę naturæ. Vel dicendum, ꝙ loquitur secundum quod caput, & membra sunt vna persona. *Hæc de corrigia calciamenti*. Calciamentum est humanitas tegens pedem, scilicet verbum, quo quasi omnia portantur. Hebr. 2. Corrigia ipsa est vnio. *Rex Idumeæ*. Christus, qui communicauit carni, & sanguini. Hebr. 2. Idumea enim sanguinea interpretatur, ossa eius sunt fortiora, & difficiliora ad intelligendum de mysteriis humanitatis eius, quæ non sunt igne curiosi studij usq; ad minima inquirenda, quod est ossa in puluerem redigere: sed sunt silentio honoranda quasi intellectum excedentia. Et sumitur de Amos 2.

DIVISIO TEXTVS.

OSTQVAM determinauit Magister de his, quæ ad Christum pertinent, quibus nos effectiue reparauit, hic incipit determinare de reparantibus formaliter, quę sunt habitus gratuiti animam informantes. Diuiditur autem hęc pars in duas. In prima determinat de ipsis habitibus gratuitis. In secunda, de præceptis, quibus ipsi habitus in *suos actus diriguntur. distinct. 37. ibi. Sed iam distributio decalogi*. Prima diuiditur in duas partes. In prima

prima, determinat de ipsis habitibus secundum se per singula. A In secunda, determinat connexionem eorum adinuicem. 36. *dist. ibi. Solet etiam queri*. Prima, in duas. In prima, determinat de habitibus virtutum. In secunda, de donis. 34. distinct. ibi, *Nunc de tribus donis*. Prima diuiditur in duas partes. In prima, determinat de virtutib⁹ theologicis. In secunda, de virtutibus cardinalibus. 33. distin. ibi. *Post prædicta de virtutibus*. Prima, diuiditur in tres partes. In prima, determinat de fide. In secūda, de spe. 26. distin. ibi. *Est autem spes*. In tertia, de charitate. 27. distinct. ibi. *Cum autem Christus fidem* Prima, 3 tres. In prima, determinat de fide secundum se. In secūda, de fide per comparationē ad ea quæ creduntur, 24. dist. *Hic quæritur si sit* In tertia, de ipsa per comparationem ad eos qui credunt. 25. distinct. ibi. *Prædictis adiicendum*. Circa primum duo facit. Primo, continuat se ad precedentia. Secundo, prosequitur propositum, ibi. *Fides est uirtus*. Et hæc pars diuiditur in duas partes, secundum quod duas diffinitiones fidei ponit. Secunda, incipit ibi. *Notandum quoque, quòd fide*. Circa primum tria facit. Primo, diffinit fidem. Secundo, exponit diffinitionē quantum ad hanc particulam, quę nō videntur, ibi. *Quod tamen non de omnibus*. Quantum autem ad hanc particulam, virtus, ibi. *Accipitur autem fides*. Quantum vero ad hanc particulam, qua creduntur, ibi. *Aliud est credere in Deum*. Secundo, manifestantur quędam, quę possunt esse dubia ex prędictis, quę duo sunt. Primum, ibi. *Si uero quæritur*. Secundum, ibi *Cumque diuersis modis*. *Notandum quoque est*. Hic ponit aliam diffinitionem fidei. Et circa hoc tria facit. Primo, venatur diffinitionem. Secundo, diffinit, ibi. *Ait enim Apostolus*. Tertio, mouet quandam quæstionem circa prędictam diffinitionem, ibi. *Si uero quæritur*. Hic est triplex quæstio. Prima, de virtutibus in generali. Secunda, de fide communiter. Tertia, de formatione, & informitate fidei.

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primo, De necessitate habituum.
¶ Secūdo, Quomodo habitus, qui sunt in nobis, cognoscam⁹.
¶ Tertio, Vtrum virtutes sint habitus.
¶ Quarto, De diuisione virtutum in intellectuales, morales, & theologicas.
¶ Quinto, De numero virtutum theologicarum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum indigeamus habitibus in operationibus humanis.

12. q. 49. 3. D PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd habitibus non indigeamus in operibus humanis. Potentię enim rationales, quę sunt hominis inquantum homo, sunt mobiliores potēsiis naturalibus: sed potentię naturales non indigent habitibus ad suos actus producendos. ergo nec potentię rationales humanę.

¶ 2 Præt. Potentiæ per se ordinantur ad actum proprium, & non per accidens: sed habitus sunt accidentia. ergo non ordinantur ad suos actus proprios mediantibus habitibus.

¶ 3 Præt. Nihil est tam facile, quàm id quod in sola voluntate consistit: sed actus morales ad minus in sola voluntate consistunt. cum igitur habitus ponat facilitatem operationis, videtur quòd saltem ad dictos actus habitibus non indigeamus.

¶ 4 Præt. Difficultas cooperatur ad meritum: sed habitus tollit difficultatem. ergo ad actus illos, quibus meremur, nō sunt dandi nobis habitus.

¶ 5 Præ. Scientia quæ est habitus, nihil aliud videtur esse, quàm generatio specierum intelligibilium: sed species non sunt in

parte affectiua, sed in intellectiua tantum. ergo ad minus in parte affectiua habitibus non indigemus. Cap. 21.

SED CONTRA. Augustin. dicit in lib. de bono coniugali. Habitus est, quo quis agit cum tempus affuerit. Et commentator dicit in 3. de anima, quòd habitus est, quo quis agit T. com. 18. cū voluerit, & quasi in idē redit: sed hoc valde necessarium est homini. ergo indigemus habitibus.

¶ 2 Præt. Ad hoc, ꝙ bonum opus operemur, oportet quòd in ipso opere delectemur, quia nullus est iustus, qui non gaudet iusta operatione, vt dicit Philosophus 1. Ethico. Cap. 10. sed delectationem in opere facit habitus, qa signū oportet accipere habitus finientem in opere delectationem, vt 2. Ethicor. ergo habitibus indigemus. Li. 13. Tri. cap. 2. Cap. 3.

¶ 3 Præt. Bonitas hominis in bonis operationibus consistit, vnde ex eis laudatur: sed impossibile est semper agere, vt dicitur in lib. de som. & vigil. nec sufficit ad laudem, ꝙ actus sit tūm in potentia, quia quod est in potentia bonum, non est bonum simpliciter, sed secūdū quid. ergo indigemus habitibus. Lect. 2. D. Thom.

¶ 4 Præt. Oportet quandoque ex præmeditato bene agere: sed hoc non contingit nisi in eo, qui habet habitum, sicut de forti dicit Philos. in 3. Ethic. ergo indigemus habitibus. Cap. 10.

RESPON. Dicendum, quòd in omnibus, quę habent rēgulam & mensuram, eorum bonitas & rectitudo consistit in conformitate ad suam regulam, vel mensuram: malitia autem in eis contingit ex defectu potentiæ. Potentię vero altiores, & vniuersaliores, cuiusmodi sunt potentię rationales, non sunt limitatæ ad aliquid vnum vel obiectum, vel modum operandi: quia secundum diuersa, & diuersimode rectitudinem habere possunt. Et ideo ex natura potentię non potuerunt determinari ad rectum, & bonum ipsarum, sed oportet quòd rectificentur, rectitudinem & sua regula recipientes: hoc autem contingit dupliciter. Vno modo, vt recipiatur per modum passionis, sicut in hoc ipso, ꝙ regulata potentia a regulante mouetur. Sed quia in hoc quòd aliquid patiatur, & nihil ad actum conferat, violentię diffinitio consistit, vt patet in 3. Ethic. Violentia autem & difficultas, & tristitiam habet, vt dicitur in 5. metaph. ideo prædicta receptio rectitudinis nō sufficit ad perfectam rectificationem potentię regulatę. Oportet ergo vt alio modo recipiatur, scilicet, per modum qualitatis inhærentis, vt rectitudo regulę essentiatur forma potentię regulatę: sic enim faciliter, & delectabiliter quod rectum est, operabitur sicut id quod est conueniens suæ formę. Et hęc quidem qualitas, siue forma, dum adhuc est imperfecta, dispositio dicitur: cum autem iam consummata est, & quasi in naturā versa, habitus nominatur, qui vt ex 2. Ethi. & 5. Metaph. accipitur, est secundum quem nos habemus ad aliquid bene, vel male. Et inde est, quòd in Prędicamentis dicitur, dispositio facile mobilis, & habitus difficile mobilis: quia quod naturale est, non cito transmutatur. Inde est etiam, ꝙ habitus ad vnum inclinant sicut & natura, vt dicitur 3. Ethic. Et propter hoc, signum generati habitus est delectatio in opere facta, vt dicitur in 2. Ethic. quia quod est naturę cōueniens, delectabile est, & facile. Et propter hoc habitus a Commen. in 3. de anima diffinitur, ꝙ est quo quis agit cum voluerit, quasi in promptu habens quod operādum est. Et ideo habitus possessioni comparatur in 1. Ethic. secundum quam rei possessæ ad

T. com. 25, Cap. 5. Ca. de qualitate. In dialogo de veritate cap. 11. T. com. 18. Cap. 10.

ad nutum habetur, operatio vero vsui. patet ergo, ꝙ potentiæ
D.522. naturales, quia sunt ex seipsis determinatę ad vnum, habitibus non indigent. Similiter etiam nec apprehensiuę sensitiuę, quia habent determinatum modum operandi, a quo nõ deficiunt, nisi per potentię defectum. Similiter etiam, nec voluntas humana, secundum quòd est naturaliter determinata ad ultimum finem: & ad bonum, secundum quòd est obiectum eius. Similiter etiam nec intellectus agens, qui habet de-
Athanas. in symb. terminatam actionem, s. facere intelligibilia in actu, sicut lux facere visibilia in actu.

se, uel futura esse dicuntur. Hæc autem in animo credentis est ei tantum conspicua, cuius est. Et tamen nomine fidei censetur utrumque: & illud, scilicet quod creditur, & id quo creditur. Id quod creditur dicitur fides, sicut ibi. Hæc est fides catholica, quã nisi quisq; fideliter,

Similiter etiam, nec in ipso deo est aliquis habitus, cum ipse sit prima regula ab alio non regulata, vnde essentialiter bonus est, & non per participationem rectitudinis ab alio, nec malum in ipso incidere potest. Sed intellectus possibilis, qui de se est indeterminatus, sicut materia prima habitu indiget, quo participet rectitudinem suę regulę: & naturali quantũ ad ea, quę ex naturali lumine intellectus agentis, qui est eius regula statim determinantur, sicut sunt principia prima: & acquisito quantum ad ea, quę ex his principiis educi possunt: & infuso, quo participat rectitudinem primæ regulę in his, quę intellectum agentem excedunt. Similiter etiã in volũtate quantũ ad illa, ad quę ex natura nõ determinatur. Et in irascibili, & concupiscibili indigemus habitibus, secundum quòd participant rectitudinem rationis, quę est eorũ regula, uel rectitudinem primę mensurę in his, quę humanam naturam excedunt, quantum ad habitus infusos. Et silr in corpore animato est habitus sanitatis, prout participat ab anima dispositionem, qua potest suum opus rectè perficere, quia oculus sanus dicitur, qui opus oculi rectè perficere potest, vt dicitur 10. de animalib. vnde patet, ꝙ huiusmodi qualitates, quas habitus dicimus, in rebus animatis inueniuntur, & pręcipue
T.com.19. in habentibus electionem, vt dicitur in 5. Metaph.

Ad primvm ergo dicendum, quòd potentię naturales sunt determinatę ex seipsis ad vnum: & ideo non indigent aliquibus habitibus determinantibus, nec facit hoc dignitas, sed indignitas earum, inquantum ad pauciora se extendunt.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ad actum proprium per se rei, potest res ipsa ordinari mediante aliquo accidente, non quidẽ extraneo, sed quod consequitur ex principiis rei, quia inter accidentia propinquius est substantię vnum, quàm aliud, sicut qualitas, quàm actio: & ideo ignis mediante calore calefacit. & similiter erit in proposito, quia virtutes conformantur principiis naturalibus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis producere talem actum sit in potestate voluntatis, tamen non est in voluntate tãtum, sed etiam in inferioribus viribus, ex quibus potest accidere repugnantia, & difficultas: & ideo indigemus habitibus, quibus omnis difficultas tollatur.

T.com.1. ¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut dicitur in 2. Metaph. difficultas potest esse ex nobis, & ex rebus: & similiter facilitas. Facilitas ergo, quę est ex ratione actuum, qui non sunt magni ponderis diminuit, quãtum in se est rationem meriti: sed facilitas, quę est ex promptitudine operantis meritum non diminuit respectu pręmij essentialis, sed auget: quia quanto maiori charitate facit, tanto facilius tolerat, & magis meretur. Et similiter quanto delectabilius operatur propter habitum virtutis, tanto actus eius est delectabilior, & magis meritorius.

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ perfectiones proportionantur suis perfectibilibus, quia proprius actus est in propria potentia,
T.com.26. vt dicitur 2. de anima: & ideo non oportet, quòd habitus cognitiuę, & affectiuę partis sint vnius modi, sicut nec ipsę potentię, quæ eis perficiuntur.

ARTICVLVS II.

Vtrum habitus in nobis existens cognosci possit.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd habitus in nobis existens cognosci nõ possit. Inter alios .n. habitus pręcipuus est charitas: sed habens charitatem nescit se habere eam, quia, Nemo scit, an amore, vel odio dignus sit, vt dicitur,
Cap.9. Ecclesi. 10. ergo nec alios habitus potest quis cognoscere.

¶ 2 Pręt. Magis sunt spirituales habitus virtutum, quàm etiã angeli, quia ipsi per habitus virtutum spirituales efficiuntur;

F sed angelos in via cognoscere non possumus, quantum ad eorum essentiam. ergo nec habitus virtutum.

¶ 3 Si dicatur, quòd habitus cognoscuntur per hoc, quòd sunt pręsentes in anima, non autem angeli, Contra, Per essentiam suam pręsentialiter non sunt in intellectu, sed in affectu habitus virtutũ: sed affectus non est cognoscere. ergo huiusmodi habitus cognosci non possunt per pręsentiã.

firmiterq; crediderit saluus esse nõ poterit. Fides autem qua creditur, si cum charitate sit, uirtus est: quia charitas, ut ait Ambros. mater est omnium uirtutum, quę omnes informat, sine qua nulla uera uirtus est. Fides ergo operans per dilectionem uirtus est, qua non uisa

In epist. Galat. — De fide, & operibus, c.13. & 14.

¶ 4 Pręt. Multi sũt qui habent virtutes, & de eis nihil cognoscũt: nesciũt enim quid sit virtus: quidam etiam non
G habentes virtutem sciunt multa de eis. ergo non cognoscuntur per sui pręsentiam.

¶ 5 Si dicatur, quòd cognoscuntur per hoc, quòd habent sui similitudinẽ in intellectu, Contra. Similitudo, quę est in intellectu fundatur in similitudine, quę est in imaginatione, vel sensu, quia nequaquàm sine fantasmate, intelligit anima, vt dicitur in 3. de anima: sed huiusmodi habitus non habent similitudinem in imaginatione, vel sensu. ergo non possunt cognosci per suam similitudinem. T.com.

¶ 6 Pręt. Similitudines rerum sunt magis spirituales, quàm res, a quibus abstrahuntur: sed ea, quę sunt in intellectu non sunt magis spiritualia, quàm ea, quę sunt in affectu. ergo ab habitibus existentibus in affectu non abstrahit intellectus similitudines, vt per eas cognoscat: & sic habitus illos nullo modo cognoscit.

Sed contra. August. dicit in litera, quòd fidem ip-
H sam quisque videt esse in corde suo si credit. ergo eadem ratione, & alios habitus.

¶ 2 Pręt. Philosophus dicit in lib. 2. Posteriorum, quòd inconueniens est nos habere habitus principiorum, & nos latere. ergo eadem ratione, & alios habitus. T.com.

¶ 3 Pręt. Omne illud, cuius est accipere signum est cognoscibile: sed habituum est accipere signum figentem in opere delectationem, vt dicitur in 2. Ethicorum. ergo habitus cognosci possunt. Cap.3.

Respon. Dicendum, quòd aliqua res potest cognosci dupliciter. Vno modo, secundum id, quod est. Alio modo, quantum ad ea, quæ ipsam consequuntur. Cognitio autem de re, secundum id, quod est, potest dupliciter haberi, scilicet dum cognoscitur quid est, & an est. Quid autem res est, cognoscitur, dum ipsius quidditas comprehenditur, quam quidem nõ comprehendit sensus, sed solum accidentia sensibilia: nec imaginatio, sed solum imagines corporum: sed est proprium obiectum intellectus, vt dicitur in 3. de anima: & ideo August. dicit T.com.
I quòd intellectus cognoscit res per essentiam suam, quia obiectum eius est, ipsa essentia rei. Essentiam autem alicuius rei, intellectus noster tripliciter comprehendit. Vno modo, comprehendit essentias rerum, quę cadunt in sensu abstrahendo ab omnibus indiuiduantibus, sub quibus cadebat in sensu, & in imaginatione, & sic remanebit pura essentia rei, puta hominis, quę consistit in his, quæ sunt hominis, inquantum est homo. Alio modo, essentias rerum, quas non videmus cognoscimus per causas, vel effectus eis proportionatos cadentes in sensu. Si autem effectus non fuerint proportionati causę, non faciẽt causam cognoscere quid est, sed quia est tantum, sicut patet de Deo. Tertio modo, cognoscit essentias artificialium nunquàm visorum, inuestigando ex proportione finis ea, quę exiguntur ad illud artificiatum. Similiter an res sit, tripliciter cognoscit. Vno modo, quia cadit sub sensu. Alio modo, ex causis
K & effectibus rerum cadentibus sub sensu, sicut ignem ex fumo perpẽdimus. Tertio modo, cognoscit aliquid in seipso esse ex inclinatione, quam habet ad aliquos actus: quam quidem inclinationem cognoscit ex hoc, quòd super actus suos reflectitur, dum cognoscit se operari. Loquendo autem de cognitione habituum, qua cognoscuntur quid sint, eorum cognitio ex duobus vltimis modis commiscetur: quia habitus ipsos per actus cognoscimus, sicut causam per effectum: & quia nos sumus causa actuum, ideo actus cognoscimus per actum rationis inuestigantis quid sit necessarium in actu illo ex proportione obiecti boni, & finis, sicut dictũ est de artificialibus. Similiter cognitio, qua cognoscitur, an habitus sint, ex duobus vltimis modis est: quia enim cognoscere quid est, est principiũ ad sciendum quia est, ideo aliquis prędicto modo cognoscendo quid sit aliquis habitus ex hoc, ꝙ videt talem actum exire qualis requiritur ad illum habitum, cognoscit, quòd ille habitus

est in aliquo, etiam si ipse illum habitum non habeat, sed ille, qui habet habitum præter hunc modum. Tertio modo, cognoscit se habere habitum, inquantum percipit inclinationem sui ad actum, secundum quam se habet aliqualiter ad actum illum. Et hoc quidem cognoscit homo per modum reflexionis, inquantum scilicet cognoscit se operari quæ operatur. Et ideo dicit Augustinus, quòd huiusmodi habitus cognoscuntur per suam potentiam, quantum ad hunc modum. Ea vero quæ consequuntur ad habitus, idest proprietates, & accidentia ipsorum, cognoscũtur partim ex cognitione naturæ habituum, secundum quod cognitio qd est, est principium ad cognoscendum quia est: partim vero ex eorum actibus, secundum qd conditiones causarum in effectibus repræsentantur.

creduntur. Hæc est fundamentum quod mutari non potest, ut ait Apostolus, quæ posita in fundamento neminem perire sinit. unde Augustinus. Fundamentum est Christus Iesus, idest, Christi fides, scilicet quæ per dilectionem operatur, per quam Christus habitat in cordibus, quæ neminem perire si-
B nit: alia uero non est fundamentum. Fides enim sine dilectione inanis est: fides cum dilectione christiani est. Alia demonis est. Nam & dęmones credunt, & contremiscunt, Sed multum interest, utrum quis credit Christum, uel Christo, uel in Christum. Nam ipsum esse Christum dęmones crediderunt, nec tamen in Christum crediderunt.

Ad primvm ergo dicendum, quòd charitas bene po-
C test cognosci quid est ex hoc, quòd homo scit quid requiritur ad actum charitatis ratione instructa authoritate, & fide: sed an sit charitas, non potest certitudinaliter cognosci neque ab habente, neque ab alio: quia cum ad actum charitatis requiratur aliquid, per quod sit meritorius vitę æternæ, an hoc sit in actu videri non potest pro certo, sed ex aliquibus signis: & de se, & de alio potest aliquis coniecturare, quòd charitatem habeat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd angelorum essentiam non apprehendimus: quia non cognoscimus eos per actum nostri intellectus, qui est proportionatus actui intellectus ipsorum, cum multo altiori modo cognoscãt: sed actus nostri sunt proportionati habitibus, ex quibus educuntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd animam reflecti per cognitio-
D.32. nem supra seipsam, vel supra ea quæ ipsius sunt, contingit dupliciter. Vno modo, secundum quod potentia cognoscitiua cognoscit naturam sui, vel eorum quę in ipsa sunt: & hoc
D est tantum intellectus, cuius est quidditates rerum cognosce-
T.com.15. re. Intellectus autem, vt dicitur in 3. de anima, sicut alia cognoscit seipsum, quia scilicet per speciem non quidem sui, sed obiecti, quę est forma eius, ex qua cognoscit actus sui naturam, & ex natura actus naturam potentiæ cognoscentis, & ex natura potentię naturam essentię, & per consequens aliarum potentiarum non quòd habeat de omnibus his diuersas similitudines, sed quia in obiecto suo non solum cognoscit ra-
D.752. tionem veri, secundum quam est eius obiectum, d sed omnem rationem quę est in eo, vnde & rationem boni: & ideo consequenter per illam eãdem speciem cognoscit actum voluntatis, & naturam voluntatis, & similiter etiam alias potentias animę, & actus earum. Alio modo, anima reflectitur super actus suos cognoscendo illos actus esse: hoc autem non potest esse ita, quòd aliqua potentia vtens organo corporali reflectatur super proprium actum, quia opporteret quòd instrumen-
E tum quo cognoscit se, caderet medium inter ipsam potentiã, & instrumentum, quo pprio cognoscebat. Sed vna potentia vtens organo corporali potest cognoscere actum alterius potentiæ, inquantum impressio inferioris potentię redundat in superiorem, sicut sensu communi cognoscimus visum videre. Intellectus autem cum sit potentia non vtens organo corporali, potest cognoscere actum suum, secundum quod patitur quodammodo ab obiecto, & informatur per speciem obiecti: sed actum voluntatis percipit per redundantiam motus voluntatis in intellectu ex hoc, quòd colligantur in vna essentia animæ, & secundum quod voluntas quodammodo mouet intellectum, dum intelligo, quia volo: & intellectus voluntatem, dum volo aliquid, quia intelligo illud esse bonum. Et ita in hoc quòd cognoscit intellectus actum voluntatis, potest cognoscere habitum in voluntate existentem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illi, qui non habent virtu-

A tum apud se aliqua principia, ex quibus possunt cognoscere naturam virtutum modo prædicto, & esse virtutes non in se, sed in aliis, dum vidẽt aliquos operari tales actus, quales sunt virtutum, & eo modo quo debent virtuosi operari.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut dictum est, tota cognitio, qua cognoscit intellectus ea, quæ sunt in anima fundatur super hoc, ꝙ cognoscit obiectum suum, quod habet phantasma sibi correspondens: non enim oportet, ꝙ solum in phantasmatibus cognitio stet, sed quòd ex phantasmatibus sua cognitio oriatur, & quòd imaginationem in aliquibus relinquat.

¶ Ad sextum dicendum, quòd non cognoscit voluntatem, & ea quæ ad ipsam pertinẽt per aliquam similitudinẽ ab eis abstractã, sed solum per similitudinẽ obiecti sui, vt dictum est. In responsione ad 3.

b Quid sit credere Deum, uel Deo, uel in Deum.

Alivd Enim est credere in Deum, aliud credere Deo, aliud credere Deum. Credere Deo, est credere uera esse, quæ loquitur, quod & mali faciunt, & nos credimus homini, sed non in hominem. Credere Deum, est credere quòd ipse sit Deus, quod etiam malifaciunt. Credere in deũ est credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei adhærere, & eius membris incorporari. Per hanc fidem iustificatur impius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea enim sola bona opera dicẽda sunt, quæ fiunt per dilectionem Dei. Ip-

Ser. 1. vigi. Pentecost. cap. 1. Aug. de verbis domini ser. 61. — Super Ioã. Tra. 29.

ARTICVLVS III.

Vtrum uirtutes sint habitus, uel potentiæ.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd virtutes non sint habitus, sed potentię. Nulla enim res habet esse per habitum, sed per potentiam naturalem: sed omnes res habent virtutem essendi vel semper, vel determinato tempore, vt dicitur in 1. cęl. & mun.* ergo virtus non est habitus. 12. q.55.1. & de verit. q.1.1. & 2. dist.27.1. *T.cõ. 130

¶ 2 Pręt. Eadem est proportio potentiarum animæ ad suos actus, & potentiarum naturalium ad suos, quia vtrobique potentia est principium actus: sed ipsæ potentiæ naturales virtutes dicuntur. ergo & virtutes sunt ipsæ potentię.

¶ 3 Pręt. Nomen virtutis a vi sumitur: sed potentiæ animę dicuntur vires. ergo ipsęmet sunt virtutes.

Sed contra. Ex virtutibus laudamur, non autem ex potentiis: non enim laudatur quis, quòd potest ab ira abstinere, sed quòd moderate abstineat. ergo virtutes non sunt potentiæ.

¶ 2 Pręt. Potentiæ sunt a natura, & omnibus communes, quod de virtutibus non contingit. ergo &c.

Vlterivs. Videtur quòd virtutes sint passiones: medium enim, & extrema sunt vnius generis: sed quędam virtutes sunt medium in passionibus, vt in 2. Ethic. dicitur. ergo ad minus illę sunt passiones. II Cap.8.

¶ 2 Præt. Laudabile, est proprietas virtutis: sed quædam passiones sunt laudabiles, sicut verecundia, pænitentia, & huiusmodi. ergo ad minus aliquæ passiones sunt virtutes.

¶ 3 Pręt. Contraria sunt in eodem genere: sed quædam passiones, sicut primi motus sunt peccata. ergo & aliquæ passiones sunt virtutes.

Sed contra. In omnibus virtutibus requiritur voluntarium, cuius principium est in nobis, vt dicitur in 3. Eth. sed principium passionum non est in nobis. ergo virtutes non sunt passiones: sed secundum virtutes dicimur boni, non autem secundum passiones, non enim qui irascitur, sed qui rectè irascitur, laudatur. ergo &c. Cap.4.

Vlterivs. Videtur quòd virtutes non sint habitus, sed actus, solis enim virtutibus meremur: sed non meremur nisi actibus, non enim optimi, & fortissimi coronantur, sed agonizantes qui vincunt, vt dicitur in primo Ethicor. ergo virtutes sunt actus. III Cap.10.

¶ 2 Præt. Virtus est vltimum potentiæ, vt dicitur in 1. cæl. & mundi: sed vltima perfectio potentiæ est actus. ergo virtus est actus. T. cõ.116.

¶ 3 Pręt. Sicut non laudamur ex hoc, quòd sumus potentes irasci, vel non irasci, ita nec ex hoc solo, quòd sumus ad hoc habiles, vel ad illud: sed ex dicta ratione Philosophus probat in 2. Ethic. quòd potentiæ nõ sunt virtutes. ergo neque habitus Cap.5.

tus virtutes dici possunt. eadem ratione, & sic relinquitur, q̃ sint actus.

Cap.5. SED CONTRA est, quod dicit Philosophus in 2.Ethic. q̃ Virtus est habitus voluntarius.

Lib.4.contra Iulianũ cap.4. ¶ 2 Præt. Aug. dicit, quòd virtutes in nobis solus deus operatur: sed nostrorum actuum etiam nos causa sumus. ergo virtutes non sunt actus.

RESPON. Dicendum ad primã quæstionem, quòd nomen virtutis, secundum sui primã impositionem, videtur in quandam violentiam sonare: vnde in 3. cæli, & *1.Cor.13. mun. dicitur, quòd motus accidentalis idest violentus est, qui est a virtute, idest a violentia, non cum auxilio naturę: sed quia non potest aliquid alteri violentiam inferre, nisi per potentiam perfectam, secundum quam agat, & non patiatur, inde tractum est nomen virtutis ad significandum omnem potentiam perfectam, sine quo potest aliquid in seipso subsistere, T.com.11.6. sive quo potest operari, & sic dicitur in 1.cę.& mun. quòd virtus est vltimum potentię, d quia perfectio potentię mensuratur ex vltimo, & maximo, quod quis potest. Et quia malum in D.1172. actu contingit ex defectu potentię agentis, ideo ad perfectionem potentię exigitur, quòd bene operetur in suo genere: & propter hoc in 2.Ethic. dicitur, quòd virtus est, quę bonum fa- Cap.5. cit habentem, & opus eius bonum reddit: & in 7. physic. dicitur, quòd virtus est dispositio perfecti ad optimum, eorum scilicet ad quę potentia se extendit. Et quia de virtutibus humanis loquimur: ideo virtus humana erit, quę perficiet humanã potentiam ad actum bonum, & optimum. Cum autem homo ex hoc sit homo, quòd habet rationem, & intellectum, illę potentiæ humanę sunt, quę aliqualiter rationales sunt, vel per essentiam, d sicut quę sunt in parte intellectiua, vel per participationem, d sicut quæ sunt in parte sensitiua rationi obedientes: hę autem potentię, vt prius dictum est, ex natura potentię non possunt esse determinatę ad actus bonos, nec perfectę determinantur, nisi per habitus: vnde virtutes humanę, de quibus loquimur, non sunt potentię, sed habitus.

D.1199. D.231. AD PRIMVM ergo dicendum, quòd potentia naturalis, qua quis potest esse, determinata est ad vnum, scilicet ad esse, ideo ipsius perfectio, secundum ipsam naturam potentię esse I potest: & ideo ipsa potentia virtus dicitur.

¶ Et similiter dicendum est de aliis potentiis naturalibus. Secus autem est de potentiis rationalibus, quę ad plurima se extendunt.

¶ Et per hoc patet responsio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ vis accipitur pro omni eo, quod est principium operationis perfectæ, quod importat nomẽ virtutis: vnde potentię animæ magis possunt dici vires, quàm virtutes, & illę præcipuę, quę habent ordinem ad actus, qui exercentur per corporalia instrumenta.

Vbi supra ĩ corp. AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd ratio passionis contrariatur rationi virtutis, quia virtus in perfectionem potentię sonat, vt dictum est. Omnis autem passio contingit ex hoc, quòd passum vincitur ab agente, & trahitur ad terminos eius: vnde passio virtus dici non potest: sed in hoc perfectio potentię cõsistit, quòd nõ permittit se trahi ad aliud, nisi secundum quòd ei congruit: vnde virtutis est potentiam K continere, ne per passiones immoderate distrahatur: & ideo virtus non est passio, sed passionum ordinatrix.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus dicitur medium in passionibus actiue, inquantum passiones ad medium reducit: vnde non oportet, q̃ sit in genere passionum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd laudabile non solum debetur ei, quod habet plenam rationem virtutis, sed etiã ei, quod participat aliquid virtutis, sicut laudantur actus virtutem præcedentes si sint ordinati. Et hoc modo verecundia, misericordia, & huiusmodi passiones laudantur, inquantum ex bona voluntate consequuntur, quę turpia vitat, & aliorum mala, quasi sua reputat. Bona autem voluntas est eorum, quæ ad virtutem exiguntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccatum sonat in defectum potentię operantis: vnde passio magis potest esse peccatum, q̃ virtus. Nec tamen plenam rationem peccati habere potest, in- E quantum non ex electione procedit: vnde primi motus non sunt peccata mortalia, quę directe virtutibus opponuntur, sed venialia, non tamen vt habitus, sed vt actus.

AD TERTIAM quæstionem dicẽdum, quòd virtus proprie loquendo includit respectum ad aliquid, cuius principium sit, sicut currendi, vel essendi. Et quia actus, inquantum huiusmodi, cum sit vltimum non ordinatur ad aliquid, sicut principium, sed magis sicut effectus, ideo actus virtus dici non potest, nisi eo modo loquendi, quo habitus p actũ nominantur, sicut causę per effectus, & de hoc in 2. libr. dist.27. plenius dictum est. q.1.art.

An illa informis qualitas mentis quæ in malo Christiano est, fiat virtus cum sit bonus.

SI VERO quæritur, vtrũ illa informis qualitas qua malus Christianus vniuersa credit, quæ bonus Christianus accedente charitate: remaneat & fiat virtus: an ipsa eliminetur & alia qualitas succedat quæ vir- G tus sit, vtrumlibet sine periculo dici potest. Mihi tamen videtur quòd qualitas illa quæ prius erat, remaneat, & accessu charitatis virtus fiat.

Ephes.4. De fide orthod.lib.2. cap.1.post princip. & cap.3.in fine. AD PRIMVM ergo dicendum, quòd meremur & habitibus, & actibus: sed actibus quasi instrumentis merendi, quia merita essentialiter sunt actus: sed habitibus quasi principiis meritorum, & sic virtutibus mereri dicimur. D.1172.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtus dicitur vltimum d potẽtiæ in eodem genere, quod est genus *principij* respectu cuius, cuius dicitur potentia, vel virtus, sed actus est vltimum extra genus illud: & ideo non oportet, q̃ actus sit virtus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd habitus sunt determinati ad actus laudabiles, potentię autem non: sed sunt contrariorum, vt dicitur in 5.Ethic. & ideo non est eadem ratio de po- Cap.1. tentiis, & habitibus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum habitus intellectuales possint dici virtutes.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd habitus 12.q.55. intellectuales non possint dici virtutes. Virtus enim, vt dicitur 2. Eth. est habitus voluntarius, & circa voluptates & Cap.5. tristitias optimorum operatiua: sed hoc habitibus intellectualibus non competit. ergo non sunt virtutes.

¶ 2 Præt. Philosophus in 4. Topi. diuidit scientiam contra virtutem, quasi diuersa genera non subalternatim posita: sed Cap.1. talium generum vnum non prædicatur de alio. ergo scientia non est virtus, & eadem ratione neque alij habitus cogniti.

¶ 3 Præt. Virtus dicitur per ordinem ad bonum: quia virtus est quæ bonum facit &c. vt bonum non vt verum, vt dicitur in 2. Eth. cap.5. ergo prædicti habitus non sunt virtutes. Cap.5.

¶ 4 Præte. Virtutes ordinantur ad operandum: quia ipsa est quæ opus bonum reddit, vt dictum est. Sed prædicti habitus In oc. non ordinantur ad operandum, sed ad cognoscendum. ergo præcc. non sunt virtutes. arist.

SED CONTRA. Vita contemplatiua est nobilior quàm actiua, si ergo habitus morales qui perficiunt in vita actiua dicuntur virtutes, multo fortius habitus intellectuales qui perficiunt in contemplatiua, virtutes dici debent.

¶ 2 Præt. Propter quod vnumquodque & illud magis: sed se- Cap.1. cundum Philosophum in 6.Eth. temperantia fortitudo & huiusmodi, non possunt proprie dici virtutes, nisi in intellectu accipiantur. ergo intellectuales habitus debent dici virtutes.

VLTERIVS. Videtur quòd virtutes morales ab intelle- II ctualibus non distinguantur. Morales enim virtutes a more 11.q.1. dicuntur: qui videtur idem quòd consuetudo, vel parum differre, vt dicitur in 2. Eth. sed consuetudo facit facilitatem, vt Capit. dicit Victorinus: & hoc patet tam in agendis quàm in considerandis. ergo virtutes morales ab intellectualibus distingui non debent.

¶ 2 Præt. Ad scientiam moralem nihil pertinet, nisi morale: sed ad eam pertinent virtutes intellectuales, de quibus Philo- Per tot. sophus in 6. Ethicorũ determinat. ergo intellectuales virtutes sunt morales.

¶ 3 Præt. Prudentia in 6.Ethicor. inter intellectuales virtutes Cap.6. ponitur: numerantur etiam & ipsa inter morales, cum sit vna 6.Eth. & 2. de quatuor cardinalibus. ergo idem quod prius.

¶ 4 Præt. Omnis virtus moralis consistit in medio: sed mediũ determinatur secundum rationem rectam, vt dicitur 2. Ethic. Cap.6 cum ergo per intellectuales virtutes rectificetur, videtur quòd ipsæ intellectuales virtutes sint morales.

SED

Cap.1. SED CONTRA est, quòd Philosophus 2.Ethico. morales A contra intellectuales diuidit.

¶ 2 Præt. Diuersorum perfectibilium diuersæ sunt perfectiones: sed virtutes intellectuales perficiunt rationale per essentiam, virtutes autem morales rationale per participationem. ergo dictę virtutes adinuicem distinguuntur.

III 11.q.62.2. VLTERIVS. Videtur quòd virtutes theologicę nõ debeant distingui ab vtrisque. Ad ea enim, ad quę potentia est naturaliter determinata, non indiget aliquo habitu superinducto: sed cognitio dei omnib⁹ naturaliter est inserta, vt dicit Damas: & similiter desiderium summi boni, vt dicit Boet.3.de consolatio. ergo non indigemus aliquibus virtutibus, quę deum habeant pro obiecto, quod dicitur ad virtutes theologicas pertinere.

¶ 2 Præt. Sicut nos ponimus fruitionem diuinam finem omnium actuum humanorum, ita philosophi posuerunt felicitatem: sed ipsi non posuerunt aliquas virtutes, quæ haberent felicitatem pro obiecto. ergo nec nos indigemus aliquibus virtutibus, quę deum habeant pro obiecto.

¶ 3 Præt. Ad eundem habitum pertinet cognoscere principia; & quæ ex principiis cognoscuntur: sed finis est principium in operabilibus, ut dicit Philosophus in 7.ethic.& 2.physic. ergo Cap.12. T.com.89. virtutes theologicę, quę habent finem pro obiecto, non debẽt distingui a cardinalibus, quæ dirigunt nos in his, quæ sunt ad finem.

¶ 4 Præter. Perfectiones perfectibilibus proportionantur: sed in nobis non est aliqua potentia perfectibilis per virtutem humanam, nisi rationale per essentiam, quod perficitur virtute intellectuali, & rõnale per participationem, qđ perficitur virtute morali. ergo nec potest esse aliud genus virtutũ præter duo prædicta genera.

SED CONTRA est, quòd Apostolus 1. Corinth. 13. ponit has virtutes fidem, spem, & charitatem, quę nec sunt intellectuales, nec morales, vt patet discurrendo per singulas virtutes, quę a sanctis, & philosophis numerantur. ergo oportet ponere tertium genus virtutum, quæ theologicæ dicuntur.

¶ 2 Præt. Magis distat deus a creaturis, quàm quæuis creaturæ ad inuicem: sed diuersitas aliquarum creaturarum requirit diuersitatem habituum. ergo virtutes, quæ habent deum pro D obiecto, ab allis distinguntur.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut ex prædictis patet, virtus est habitus perficiens potentiam humanam ad bonum actum. Contingit autem aliquẽ actum dici bonum dupliciter. Vno modo, formaliter, & per se. Alio modo, materialiter, & per accidẽs. Quia enim actus a proprio obiecto formam recipit, ille actus formaliter dicitur bonus, cuius obiectum est bonum ſm rationem boni: & quia bonũ est obiectum voluntatis, ideo per modum istum actus bonus dici non potest, nisi actus voluntatis, aut appetitiuæ partis. Materialiter autem actus dicitur bonus, qui congruit potentię operanti, quãuis eius obiectum non sit bonum sub ratione bonitatis cum quis recte intelligit, & oculus clare videt. Et inde est quod voluntas importat actus aliarum potentiarum, inquantum actus earum materialiter se habent ad rationem boni, quod est voluntatis obiectum. Et secundum hoc aliquid de E formali bonitate voluntatis pertenit ad alios actus, qui a voluntate imperantur, secundum quam laudabiles, & meritorij sunt, vt cum quis ex recta intentione considerat, vel ambulat: tamen ista bonitas est præter propriã rationem actus ſm suam speciem. Contingit enim actum alicuius potentię non appetitiuæ esse bonum bonitate voluntatis, non autem bonitate sui generis: sicut cum quis propter deum ambulat claudicando, vel ex bona intentione considerat ea, in quibus hebes est. Sic ergo virtus potest dici dupliciter. Vno modo, habitus perficiens ad actum bonum potentiæ humanæ siue sit bonus materialiter, siue formaliter: & sic habitus intellectuales, & speculatiui virtutes dici possunt, quibus intellectus, & ratio ad verum determinantur; cuius consideratio bonus actus ipsorum est: & sic loquitur Philosophus in ethic. de virtute. Alio modo, potest dici virtus magis stricte, & secundum quod est in vsu loquendi habitus perficiens ad actum, qui est bonus, non solum materialiter, sed etiam formaliter: & sic solum habitus respicientes appetitiuam partem virtutes dici possunt, non autem intellectuales, & specialiter speculatiui.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa verba intelliguntur de virtute morali, de qua Philosophus ibi agit, quę secundo modo dicitur virtus: & sic etiam accipit virtutem in 4. to- Cap.2. picorum. Ex quo patet solutio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ipsa virtus est materialiter bonum intellectus, cum sit finis eius: finis enim habet rationem boni, vt dicitur 3.metaphis. T.com.3.

¶ Ad quartum dicendum, quòd consideratio veri est quædam operatio intellectus, ad quam virtus intellectualis ordinatur: sed habitus, qui operatiui dicuntur, ordinantur vlterius ad exteriorem operationem, quę dicitur factio, secundum quam transit in exteriorem materiam transmutandam, vt patet in operibus mechanicis: & dicitur actio secundum quòd sistit in operante, prout eius operationes, & passiones modificantur, quod contingit in operibus virtutum moralium: & ideo prudẽtia, quæ in eis dirigit, dicitur in 6. ethi- Cap.6. cor. recta ratio agibilium: ars vero mechanica recta ratio factibilium. C

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd mos dicitur dupliciter. Vno modo, idem est quod consuetudo: consuetudo autem importat quandam frequentiam circa ea quę facere, vel non facere in nobis est. Naturalia enim, vel q̃ semper fiunt consueta non dicuntur: sed per voluntatem contingit aliquid in nobis facere, vel non facere, inde tractum est nomen moris ad signandum actus voluntarios, vel appetitiuæ partis secundum inclinationẽ appetitus ad huiusmodi actus, quæ quidem inclinatio quandoque est ex natura, quandoque ex consuetudine, quandoque ex infusione. Vnde & dicuntur mores animalium ea, quæ proueniunt in ipsis ex passionibus appetitiuæ partis, sicut quòd solicitantur circa filios, & quòd repugnant, & huiusmodi, sicut patet in 9. de animalib. quàm- Cap.1. uis in eis dicantur mores magis secundũ similitudinem, q̃ secundum proprietatem, quia non agunt quasi dominij suorum actuũ habentia, sed magis a natura agũtur, vt dicit Dam. De fide orthod. lib.2. cap.22. Et sic etiam apud græcos hoc nomẽ, ethos, dupliciter sumitur. Et secundum quod importat diuturnitatem quãdam dicitur *febris ethica*: secundum autem quòd importat morem secundo modo acceptum, dicitur scientia ethica, quam nos moralẽ dicimus. Sic ergo loquendo de more actus, ita se habet ad hoc quòd sit moralis, sicut se habet ad voluntatem, & appetitum. Sunt enim aliqui actus a parte appetitiua eliciti, sicut velle eligere, cõcupiscere, & huiusmodi: & tales actus essentialiter morales sunt. Alij vero sunt actus a parte appetitiua non eliciti, sed imperati, sicut ambulare, considerare, & huiusmodi: & isti non sunt morales quantum ad speciem suam, sed solum quantum ad vsum eorum, prout imperantur a voluntate: & ita virtutes, quæ perficiunt appetitiuam partem, proprie dicuntur morales. Virtutes autem perficientes intellectuam, perficiũt eam ad actus perfectos in genere cognitionis, non autem secũdum ordinem ad imperium voluntatis. Per scientiam enim non fit, vt aliquis recta intentione consideret, sed vt verum in singulis videatur ei: & ideo virtutes morales ab intellectualibus distinguuntur.

AD PRIMVM ergo patet solutio ex equiuocatione moris.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ virtutes intellectuales non pertinent ad scientiam ethicã quasi sint essentialiter morales, sed inquantum earum vsus moralis est, qđ a voluntate imperatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Commen. dicit in 6. ethic. Cap.18. prudentia media est inter morales, & intellectuales. Est enim essentialiter intellectualis cum sit habitus cognitiuus, & rationem perficiens: sed est moralis quantum ad materiam, inquãtum est directiua moralium virtutum, cum sit recta ratio agibilium, sicut dictum est.

¶ Ad quartũ dicendum, q̃ medium determinatur per virtutẽ intellectualẽ, & moralẽ secundũ prudentiam, sed diuersimode: quia prudentia determinat medium per modũm dirigentis, &

ostendentis, sed virtus moralis per modum exequentis & in-
2.lib. de inuentione, clinantis in medium. Vnde dicit Tull. quòd operatur per modum naturæ: & in hoc deficit Socrates, morales ab intellectualibus non distinguens. Posuit enim omnes virtutes esse scien
Cap.18. tias quasdam, vt dicitur in 6. ethic.

Cap. 2. in princ. AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd in omnibus, quæ agunt propter finē, oportet esse inclinationem ad finem, & quandam inchoationem finis, alias nunquàm operaretur propter finem. Finis autem, ad quem diuina largitas hominem ordinauit, vel prędestinauit, scilicet fruitio suipsius, est omnino supra facultatem naturę createę eleuatus: quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quę præparauit deus diligentibus se, vt dicitur 1. Corinth. 2. vnde per naturalia tantum homo non habet sufficienter inclinationem ad illum finem. Et ideo oportet quòd superaddatur homini aliquid, per quod habeat inclinationem in finem illum, sicut per naturalia habet inclinationem ad finem sibi connaturalem: & ista superaddita dicuntur virtutes theologicę ex tribus. Primo, quantum ad obiectum: quia cum finis, ad quem ordinati sumus, sit ipse deus, inclinatio quæ præexigitur, consistit in operatione quę est circa ipsum deum. Secundo, quantum ad causam: quia sicut ille finis est a deo nobis ordinatus non per naturam nostram, ita inclinationem in finem operatur in nobis solus deus: & sic dicuntur virtutes theologicę quasi a solo deo in nobis createę. Tertio, quantum ad cognitionem: quia cum finis sit supra cognitionem naturæ, inclinatio in finem non potest per naturalem rationem cognosci, sed per reuelationem diuinam: & ideo dicuntur theologicæ, quia diuino sermone sunt nobis manifestatę: vnde philosophi nihil de eis cognouerunt.

sed genere, idest, similitudine. Vnde Aug. lib. 13. de Tri. Fides, quam qui habent fideles uocantur, & qui non habent infideles, cōmunis est omnibus fidelibus, sicut pluribus hominibus facies cōis esse dicitur, cum tamen singuli suas habeant. Non enim fides numero est una,

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis homo naturaliter ordinetur ad deum & per cognitionem, & per affectionem, inquantum est naturaliter eius particeps, tamē quia est quædam eius participatio supra naturam: ideo requiritur quædam cognitio, & affectio supra naturam, & ad hanc exigūtur virtutes theologicę.

¶ Ad secundum dicendum, quòd felicitas illa, quam philosophi posuerunt, est, ad quam per vires naturales homo peruenire potest, & ideo ex seipsa habet inclinationem naturalem in finem illum: vnde non præexiguntur aliquę virtutes inclinantes in finem, sed solum dirigentes in operibus quę sunt ad finem: non sic autem est in proposito.

¶ Ad tertium dicendum, quòd principia speculatiua cognoscuntur per alium habitum naturalem, quàm conclusiones, scilicet per intellectum, conclusiones vero per sciētiam: sed in affectu non pręcedit aliquis habitus naturalis, sed ex ipsa natura potentię est inclinatio ad finem vltimum naturę propor-
Hic in respon. ad 2. tionatum, vt dictum est: sed ad finem supra naturam eleuatū oportet habitum gratuitum pręcedere alios habitus, & in intellectuali vt fidem, & in affectu vt charitatem, & spem, ad quā naturalis inclinatio non pertingit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non solum habitus distinguuntur ex subiectis, sed etiam ex obiectis. Virtutes ergo morales, & intellectuales distinguuntur abinuicem ex parte subie-
In respons. ad 2. quęst. cti, vt dictū est: sed virtutes theologicæ distinguūtur ab vtrisq; ex parte obiecti, quod est supra naturale posse vtriusque partis. Vnde theologicarum virtutum aliqua respicit cognitionē, sicut fides, & habet communionem quādam cum intellectualibus virtutibus: & aliqua respicit affectionem sicut charitas, & habet communionem cum moralibus.

ARTICVLVS V.

Vtrum uirtutes theologicæ sint tantum tres.

12.q.62.3. AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sint plures virtutes theologicę, quàm tres. Quia virt' theologica, vt dictū est, habet deum pro obiecto: sed timor dei habet deū pro obiecto. ergo est virtus theologica.

¶ 2 Præt. Sapientia est de diuinis, scientia autem de creaturis. ergo sapientia etiam est virtus theologica.

¶ 3 Prę. Latria colit deum: sed colere deum, habet deum pro obiecto. ergo latria est virtus theologica.

¶ 4 Præt. Fides habet deum pro obiecto, inquantum est prima virtus: spes vero inquantum est summa largitas, vel maiestas: charitas autem inquantum est summa bonitas. cum ergo sint

F plura attributa deo, videtur quòd sint etiam plures virtutes theologicę.

SED CONTRA. Videtur quòd sint tantum duæ, quia ad operationem finis non pręexigitur nisi cognitio finis, quod facit fides: & desiderium finis, quod facit charitas. ergo videtur quòd sint tantum duę virtutes theologicæ.

¶ 2 Item. Videtur quòd sola vna, quia sola charitas deum attingit: sed omnis virtus attingit ad suum obiectum. ergo sola charitas habet deum pro obiecto: & ita sola debet dici virtus theologica.

¶ 3 Itē. Videtur ꝙ tres per hoc qđ dicitur 1. Cor. 13. Nunc au-
G tem manent fides, spes, charitas, tria hęc.

¶ 4 Prę. Per virtutes theologicas conformamur Trinitati. ergo debent esse tres.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, virtutes theologicæ faciunt in nobis inclinationem in finem, scilicet in deum. In omni autem agente propter finem, quod agit per voluntatem, duo præexiguntur quę circa finem habet, antequàm ad finem operetur, scilicet cognitio finis, & intētio perueniendi ad finem. Ad hoc autem quòd finem intendat, duo requiruntur, scilicet possibilitas finis, quia nihil mouetur ad impossibile: & bonitas eius, quia intentio non est nisi boni: & ideo requiritur fides, quæ facit finem cognitum: & spes, secundum quam inest fiducia de consecutione finis vltimi, quasi de re possibili sibi: & charitas, per quam finis reputatur bonum ipsi intendenti, inquantum facit ꝙ homo afficiatur ad finem, alias numquàm tenderet in ipsum. Pręced. q.1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd timor non dicit motum in deum, sed magis fugam ab ipso, inquantum homo ex
H ipsius maiestatis consideratione, per reuerentiam resilit in propriam paruitatem: & ideo non dicit aliquid, quod præexigatur ad motum in finem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sapientia est de diuinis in statu viæ per rationem creaturę, ex quibus creatorem cognoscimus: vnde non est circa deum secundum id quod in seipso est vt finis supra posse naturę eleuatus, sicut fides.

¶ Ad tertium dicendum, quòd latria non habet deum pro obiecto: sed id quod deo exhibet tamquàm debitum deo, deū autem habet pro fine proximo: vnde non est virtus theologica, sed cardinalis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd virtutes theologicæ non distinguuntur penes attributa diuina, sed penes ea quæ exiguntur in eo qui operatur propter finem, ante quàm propter finem operetur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ cognitio, & affectio finis nō sufficiunt ad hoc, ꝙ homo incipiat operari pp finem, nisi habeat fiduciam de cōsecutione finis: quia alias numq̃ inciperet ope-
I rari, & præcipue qñ finis est eleuatus supra naturā operantis.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ charitas coniungit quodammodo realiter deo, & sic attingit ipsum realiter, quod non facit fides, & spes: nec hoc requiritur ad operationem quæ est circa deū, sed quòd operans vniatur ei quasi obiecto operationis, sicut visus visibili etiam distanti.

QVÆSTIO II.

B

Deinde quæritur specialiter de fide.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Quid sit fides.
K ¶ Secūdo, De eius actu.
¶ Tertio, De subiecto.
¶ Quarto, Vtrum sit virtus.
¶ Quinto, De ordine eius ad alias virtutes.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum diffinitio Apostoli, quam ponit de fide, sit conueniens secundum omnem partem.

AD PRIMVM sic proceditur. Apost. Hebr. 11. dicit, ꝙ fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium: & videtur ꝙ inconueniēter diffiniat fidem. Nullus enim habitus est substantia, fides est habitus. ergo non est substantia. 22.q.4. de ver. 14.

¶ 2 Prę. Diffinitio debet dari ex prioribus, & ex his quę per se sunt: sed obiectum per se fidei non est res speranda, sed res credenda, & spes est posterior fide. ergo debuit dicere, rerū credendarum, & non sperandarum.

¶ 3 Prę. Sicut ad fidem sequitur spes, ita & charitas: quia charitas est magis propinqua fini, quàm spes. ergo debuit dicere, quòd est substantia diligendarum rerum magis quàm sperandarum.

sed genere. Quæ cum sit in uno, & in aliis est non ipsa, sed similis. Et propter similitudinem magis unam dicimus esse, quàm multas, sicut idem uolentium dicitur uoluntas una, cum tamen cuique sit sua uolūtas, & duorum simili modo dicitur facies una.

¶ 4 Prę. Fides est de his quę sunt supra rationem: sed argumentum est actus rationis. ergo fides non est argumentum.

¶ 5 Prę. Idem non debet poni in diuersis generibus: sed argumentum est aliud genus, quàm substantia. ergo male diffinitur per vtrumque.

¶ 6 Prę. Ea quę sunt vera, & non apparentia, sunt dubia: sed non apparentia possunt esse vera ignota. ergo cum fides sit cognitio quędam, videtur quòd magis debuit dicere dubiorū, quàm non apparentium.

¶ 7 Prę. Cognitio pręcedit affectionem: sed hoc, qđ dicit argumentum non apparentium, pertinet ad cognitionem: quod autem dicit, substantia rerum sperandarum, pertinet ad affectionem. ergo male ordinauit partes diffinitionis.

¶ 8 Præter. Vnius rei est vna diffinitio, sicut vnum esse: sed de fide dantur multę alię diffinitiones. ergo hęc non videtur esse sufficiens.

RESPON. Dicendum, quòd dicta assignatio Apostoli est recta, & propria diffinitio fidei quantū ad ea quę exiguntur ad diffinitionem, quàmuis non quantum ad modum diffinitionis, quam authores, & etiam philosophi neglexerunt: sicut etiam & formam syllogismi pretermittunt ponentes ea, ex quibus syllogismus formari potest. Habitus autem quilibet per actum cognoscitur, & actus ex obiecto specificatur, & ex
Vt supra. fine bonitatem habet. Et ideo Apostolus diffinit fidem per duo, scilicet per comparationem ad obiectum, quod est res nō apparens, scilicet secundum naturalem cognitionem, & per comparationem ad finem in hoc, quòd dicit, substantia rerum sperandarum: quàmuis enim idem sit obiectum & finis fidei, non tamen secundum eandem rationem. Est enim deus obiectum eius, inquantum est prima veritas supra posse naturale intellectus nostri eleuata: & sic dicitur non apparens. Est vero finis ei, secundum quod est quoddam bonum sua altitudine facultatem humanam excedens, sed sua liberalitate seipsum communicabilem prębens: & hoc dicitur res speranda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fides dicitur substantia, non quia sit in genere substantię, sed quia quādam proprietatem habet substantię: sicut enim substantia est fundamētum & basis omnium aliorum entium, ita fides est fundamentum totius spiritualis ædificij. Et per hunc modum dicitur etiam, quòd lux est hypostasis coloris: quia in natura lucis, omnes colores fundantur.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd in hoc, quod dicit, rerum sperandarum, non intendit ponere obiectum fidei, sed finem. Finis autem fidei vltimus quàmuis sit ipsa veritas, cuius visio pro fidę redditur, non tamen verum dicit rationem finis. Sed cum spes designet quēdam motum tendentis in finem, res speranda importat terminum illius motus, & ita importat rationem finis. Finis autem quantum ad intentionem, pręuius est in omnibus habitibus, qui ad voluntatem pertinēt, quàmuis sit posterius in adeptione.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ amor est communiter & rei iam adeptę, & rei adipiscendę: spes autem est tantum rei adipiscendę, quia illud quod videt quis, quid sperat. Ro. 8. Vnde cum fides sit de nō visis, res speranda importat relationem ad finem proprium secundum statum, in quo est fides, non autē res diligendā: & ideo magis dicit, rerum sperandarum, quàm diligendarum, quia diffinitio ex propriis debet dari.

2. de differentiis topicis. ¶ Ad quartum dicendum, quòd argumentum proprie dicitur processus rationis de notis ad ignota manifestanda, secūdum quòd dicit Boet. quòd est ratio rei dubię faciens fidem. Et quia tota vis argumenti consistit in medio termino, ex quo ad ignotorum probationem proceditur: ideo dicitur ipsum medium argumentum, siue sit signum, siue causa, siue effectus. Et quia

A in medio termino, vel in principio, ex quo argumentando proceditur, continetur virtute totius processus argumentationis: ideo tractum est nomen argumenti ad hoc, quòd quęlibet breuis prelibatio futurę narrationis dicatur argumentum, sicut in epistolis Pauli singulis pręmittuntur argumenta. Et quia principium, vel medium dicitur argumentum, inquantum habet virtutē manifestandi conclusionem, & hoc verius inest ei ex lumine intellect' agētis, cuius est instrumentum, quia omnia quę arguunt a lumine manifestantur, vt dicit Eph. 5. ideo ipsum lumen, quo manifestantur principia, sicut principiis manifestantur conclusiones, potest dici argumentum ipsorum principiorum. Et his tribus vltimis modis potest dici fides argumentum. Primo, inquantum ipsa fides est manifestatiua alterius, siue inquantum vnus articulus manifestat aliū, sicut resurrectio Christi resurrectionem futuram: siue inquantum ex ipsis articulis quędam alia in theologia syllogizantur: siue inquantum fides vnius hominis confirmat fidem alterius. Secundo, potest dici argumentum, inquantum est prelibatio futurę visionis, in qua veritas plenarie cognoscitur. Tertio, inquantum lumen infusum, quod est habitus fidei, manifestat articulos: sicut lumen intellectus agentis manifestauit principia naturaliter nota. Sed esse argumentum secundum primum modum accidit fidei: & ideo in diffinitio-
C ne fidei ponitur argumentum secundum alterum duorum modorum vltimorum. Sup Euan. Ho. 26. & 4 dialo.

Quòd fides est de his, quæ non uidentur, proprie, quæ tamen uidentur ab eo, in quo est.

NOTANDVM quoq; est, quòd fides proprie de non apparentibus tantum est. Vnde Grego. Apparentia

B

¶ Ad quintum dicendum, quòd argumentum, & substantia non ponuntur in diffinitione fidei sicut genera, sed quasi act': sicut consuetum est, ꝙ habitus diffiniuntur per actus, quia ex eis cognoscuntur, & illorum actuum vnus importat comparationem fidei ad obiectum: alius comparationem eius ad finem vltimum, vt dictum est. In corpore

¶ Ad sextum dicendum, quòd dubietas tollit firmitatem adhęsionis, quod non tollit hoc, quod dicitur, non apparens, sed tollit tantum visionem rei creditę: & ideo non potuit dici, dubiorum, quia fides habet firmam adhęsionem: sed dicitur, non apparentium, quia non habet plenam visionem.

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ cognitio fidei ex voluntate procedit, quia nullus credit nisi volens: & ideo non est mirum, si in diffinitione fidei ea quę ad affectionem pertinent his,
D quę pertinent ad cognitionem pręponuntur.

¶ Ad octauum dicendum, quòd si diffinitio de re aliqua daretur, quæ complete comprehenderet omnia principia rei, non esset vnius rei nisi vna diffinitio: sed quia in quibusdam diffinitionibus ponuntur quædam principia sine aliis, ideo contingit variari diffinitiones de vna & eadem re. Diffinitio autem fidei data ab Apostolo, comprehendit omnia principia fidei, ex quibus habitus consueuerunt diffiniri, scilicet finem, obiectum, & actum, ex quibus etiam intelligitur genus, & subiectum, quia ex actu cognoscitur quę potentia sit subiectum fidei: & iterum ex actu cognoscitur habitus, quod est genus fidei remotum: & ex fine cognoscitur virtus, quod est genus proximum. Et hoc etiam ponit Damasc. in 4. lib. dicens, quòd fides est rerum quę sperantur: hypostasis rerum quę non videntur redargutio. Et addit quoddam accidens fidei, scilicet certitudinem subdens, iniudicabilis species & certa, & quæ
E comprehendi non potest eorum, quę a deo nobis annuntiata sunt, & petitionum nostrarum fruitionis, idest adimpletionis. Facit enim fides certitudinem & de credendis, secundum quod est argumentum: & de adipiscendis, secundum quod est substantia rerum sperandarum. Dionys. autem in libro de diuin. nomin. diffinit fidem dicens. Fides est manens credentium collocatio, quę iustos collocat in virtute: & hoc est idem quod Apostolus dicit, substantia rerum sperandarum. August. autem dicit, quòd fides est virtus, qua creduntur quę non videntur. Et hoc est idem, quod dicit Apostolus, argumentum non apparentium: & in idem redit quod Damascen. dicit, quòd fides est non inquisitus consensus, quia per hoc quod dicit, non inquisitus, ostendit quòd ea quæ fidei sunt, non sunt peruia rationi inquirenti. Hugo autem de san. Vict. diffinit fidem per aliquod eius accidens, scilicet, certitudinem, dicens quòd fides est certitudo quędam animi de absentibus supra opinionem, & infra scientiam constituta. Et hoc etiam De fid. li. 4. cap. 11. in medio. Cap. 7. 13. de trin. cap. 1. Li. 4. de fid. c. 11. paulo post princ. Lib. 1. de sacra. par. 10. cap. in fin. capitis.

accidens fidei potest haberi ex diffinitione Apostoli ex hoc, quòd fides est argumentum non apparentium. Argumentum enim importat certitudinem, vnde ponit scientiam supra opinionē: non apparentium vero importat absentiam cognoscibilis, per quod ponitur fides sub scientia. Vnde patet, quòd diffinitio Apostoli īcludit omnes alias diffinitiones de fide datas.

> non habent fidem, sed agnitionem. Idem, Cum Paulus dicat. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, hoc ueraciter dicitur credi, quod non ualet uideri. Nam credi iam non potest, quod uideri potest. Thomas aliud uidit, & aliud credidit: hominem uidit, & Deū confessus est dicens, Deus meus, & dominus meus. De hoc etiam Augustinus ait. Fidem ipsam uidet quisque in corde suo esse, si credit: uel nō eē, si nō credit. Nō sicut corpora quæ uidemus oculis cor-

ARTIC. II.

b Vtrum credere sit cum assensu cogitare.

22.q.2.1.& de verit. q. 14.1.

AD SECVNDUM sic proceditur. Videtur quòd credere non sit cum assensione cogitare, ut dicit Augustinus. Assentire enim voluntatis esse videtur, sicut consentire: sed credere ad cognitionem pertinet. ergo credere non est assentire. (In lib. de p̄destin. sanctorū. ca. 2.)

¶ 2 Præt. Cogitare inquisitionem importat, quia cogitare est simul coagitare: sed fides, ut dicit Dama. non est inquisitus consensus. ergo credere, quod est actus fidei, magis est assentire sine cogitatione, quàm cum cogitatione. (Lib. & cap. vt supra.)

¶ 3 Præter. Cogitare est actus cogitatiuę potentiæ, quę ponitur a philosophis in parte sensitiua, cum habeat organum determinatum: sed ea quæ sunt fidei solus intellectus percipit. ergo credere non habet cogitationem adiunctam.

¶ 4 Præter. Si credere est cum assensione cogitare, est scire, & huiusmodi. ergo scire est idem quòd credere, quod falsum est.

II 22.q.2.2.

VLTERIVS. Videtur quòd inconuenienter multiplicetur credere, secundum quod est actus fidei. Vnius enim habitus vnus est actus, ex quo habitus per actus discernuntur: sed fides est vnus habitus. ergo tantum vnus actus debet assignari.

¶ 2 Præt. De eo quod demonstratur, non est fides, sed scientia, quia quod demonstratur, non est non apparens: sed Deū esse demonstratiue probatur etiam a philosophis. ergo actus fidei non est credere Deum esse. (In 12. metaphi.)

¶ 3 Pręt. In actu fidei discernit fidelis ab infideli: sed nullus est ita infidelis quin credat, quòd Deus non loquitur nisi verum. ergo credere vera esse, quę Deus loquitur, non est actus fidei, sed magis credere vera esse, quę nūncius Dei loquitur: & sic credere homini magis est actus fidei, quàm credere deo.

¶ 4 Præt. Fides, & charitas sunt virtutes distinctæ: sed amare Deum est actus charitatis. ergo credendo amare non est actus fidei.

¶ 5 Præt. Per hoc, quòd homo Deum amat, in eum tendit, & adhæret ei, & membris eius incorporatur. ergo videtur quòd superflue ponatur ista verborum conculcatio.

III 22.q.4.8. Lib. & cap. vt supra.

VLTERIVS. Videtur quòd actus fidei habeat minorem certitudinem, quàm actus scientiæ: quia, vt dicit Hugo de sancto Vict. fides est certitudo de absentibus infra scientiā, & supra opinionem. ergo sicut fides est certior, quàm opinio, ita est minus certa, quàm scientia.

¶ 2 Præt. Certius est, quod est dubitationi impermistius, sicut albius est, quod est nigro impermistius: sed ea quę sunt scita, nullo modo possunt habere dubitationem: ea autem quę sunt credita, possunt habere aliquem motum dubitationis salua fide. ergo fides non habet tantam certitudinem sicut scientia.

¶ 3 Præt. Omnis certitudo nostræ cognitionis procedit ex visione sensus, vel ex visione intellectus: sed fides est de his, quæ non videntur a sensu, neque intellectu. ergo fides non habet aliquam certitudinem, vt videtur.

SED CONTRA. August. dicit, quòd nihil est certius homini sua fide. (13. de trin. cap. 2.)

¶ 2 Præt. Quanto ratio quę facit fidem, firmior est, tanto fides est certior: sed scientiam facit ratio humana, quę in infinitum deficit a ratione diuina, quę fidem facit. ergo fides est multo certior, quàm scientia.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut dicit Philosoph. in 3. de anima, duplex est operatio intellectus. Vna quæ comprehendit quidditates simplices rerum: & hæc operatio vocatur a philosophis formatio, vel simplex intelligentia, & huic intellectui respondet vox incomplexa signans hunc intellectum. Vnde sicut in voce incomplexa non inuenitur veritas, & falsitas, ita nec in hac operatione intellect⁹: & ideo sicut vox incōplexa propter hoc, quòd non est in ea veritas & falsitas non conceditur, nec negatur, ita secundum hanc operationem intellect⁹ non assentit, vel dissentit: & propter hoc in hac operatione non potest inueniri fides, cuius est assentire, sed in alia operatione, qua intellectus componit &

> poris, & per ipsorum imagines, quas memoriæ tenemus, etiam ab sentia cogitamus. Nec sicut ea quæ non uidemus, ex his quæ uidimus cogitationem utcumque formamus, & memoriæ commendamus. Nec sicut hominem, cuius animam & si non uideamus, ex nostra coniicimus, & ex motibus corporis hominem, sicut uidendo didicimus, intuemur etiam cogitando. Non sic uidetur fides in corde, in quo est ab eo, cuius est, sed eam tenet certissima scientia. Cum igitur ideo credere

diuidit, in qua iam inuenitur verum & falsum, sicut in enuntiatione. Et propter hoc intellectus in hac sua operatione assentit, vel dissentit, sicut & enunciatio conceditur, aut negatur: & ideo in hac operatione inuenitur fides, quæ habet assensum. Cum autem ab assentiendo sententia dicatur, vt dicit Isaias est determinata acceptio alterius partis contradictionis, oportet quòd qui assentit, intellectum ad alteram partem contradictionis determinet. Quod quidem contingit tripliciter secundum triplicem nostri intellectus considerationem. Potest enim intellectus noster considerari vno modo secundum se, & sic determinatur ex præsentia intelligibilis, sicut materia determinatur ex præsentia formæ: & hoc quidem contingit in his, quæ statim lumine intellectus agentis intelligibilia fiunt, sicut sunt prima principia, quorum est intellectus: & similiter determinatur iudicium sensitiuæ partis ex hoc, quòd sensibile subiacet sensui, quorum principalior, & certior est visus: & ideo prædicta cognitio intellectus vocatur visio. Alio modo, potest considerari intellectus noster s̄m ordinem ad rationem, quæ ad intellectum terminatur, dum resoluendo conclusiones in principia per se nota, earum certitudinem efficit: & hoc est assensus scientiæ. Tertio modo consideratur intellectus in ordine ad voluntatem, quæ quidem omnes vires animę ad actus suos mouet. Et hęc quidem voluntas determinat intellectum ad aliquid, quod neque per seipsum videtur, neque ad ea quę per se videntur resolui posse determinat ex hoc, quòd dignum reputat illis esse adhęrendum propter aliquam rationem, qua bonum videtur ei illi rei adhęrere: quàmuis illa ratio ad intellectum terminandum non sufficiat propter imbecillitatem intellectus, qui non videt per se hoc, cui assentiendum ratio iudicat, neque ipsum ad principia per se nota resoluere ualet: & hoc assentire proprie vocatur credere. Vnde & fides captiuare dicitur intellectum, inquantum nō s̄cdm proprium motum ad aliquid determinatur, sed secundum imperium voluntatis, & sic in credente ratio per se intellectum non terminat, sed mediante voluntate. Quando vero ratio, quę mouet ad alteram partem, neque sufficit ad intellectum terminandum, quia non resoluit conclusiones in principia per se nota, neque sufficit ad voluntatem terminandum, vt bonum videatur illi parti adhęrere, tunc homo opinatur illud, cui adhęret, & non terminatur intellectus ad vnum, quia semper remanet motus ad contrarium. Accipit enim vnam partem cum formidine alterius: & ideo opinans non assentit. Quando homo vero non habet rōnē ad alteram partem, magis quàm ad alteram, vel quia ad neutram habet, quod nescientis est: vel quia ad vtramque habet, sed ęqualem, quod dubitantis est, tunc nullo modo assentit, cum nullo modo determinetur eius iudicium, sed ęqualiter se habeat ad diuersas.

¶ Patet ergo ex prædictis, quòd cum assensione cogitare separat credentem ab omnibus aliis. Cum enim cogitatio discursum rationis importet, intelligens assensum sine cogitatione habet, quia intellectus principiorum est, quę quisque statim probat audita, secundum Boetium in libr. de hebdomadibus.

Sciens aūt & assensum, & cogitationem habet, sed non cogitationem cum assensu, sed cogitationem ante assensum: quia ratio ad intellectum resoluendo perducit, vt dictum est. Credens autem habet assensum simul, & cogitationem: quia intellectus ad principia per se nota non perducitur: vnde quantum est in se adhuc habet motum ad diuersa, sed extrinseco determinatur ad vnum, scilicet ex voluntate. Opināns autem, habet cogitationem sine assensu perfecto: sed habet aliquid assensus inquantum adhæret vni magis, quàm alii. Dubitans autem nihil habet de assensu, sed habet cogitationem. Nesciens autem neque assensum, neque cogitationem habet. (In corpore)

> iubeamur, quia id quod credere iubemur, uidere non possumus; ipsam tamen fidem quando est in nobis, uidemus in nobis, quia & rerum absentium præsens est fides, & rerum quæ foris sunt, intus est fides, & rerum, quæ non uidentur, uidetur fides: & ipsa temporaliter fit in cordibus hominum, & si ex fidelibus infideles fiunt, perit ab eis. His uerbis euidenter traditur fidem ipsam in corde homi-

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia sensus non habet se ad multa, sed determinate vnum accipit, quia non confert: ideo determinatio potentię, etiam superioris, a sensu denominatur, sed differenter: quia determinatio cognitionis ad aliquid, dicitur assensus, quia aliquid non præcedit: determinatio autem voluntatis ad vnum, dicitur consensus: quia cogitationem præsupponit, cum qua simul sentit, dum in illud tendit, quod ratio bonum esse iudicat. Et ideo consentire dicitur voluntatis, sed assentire intellectus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per hoc, quòd dicit Damas. quòd fides est non inquisitus assensus, excluditur inquisitio rationis intellectum terminantis, non inquisitio voluntatem inclinans: & ex hoc ipso, quòd intellectus terminatus non est, remanet motus intellectui, inquantum naturaliter tendit in sui determinationem. Vnde fides consistit media inter duas cogitationes, quarum vna voluntatem inclinat ad credendum, & hæc præcedit fidem. Alia vero tendit ad intellectum eorum, quæ iam credit, & hæc est simul cum assensu fidei: vnde dicitur Isaiæ 7. Si non credideritis, non intelligetis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa potentia, quæ a philosophis dicitur cogitatiua, est in confinio sensitiuę, & intellectiuæ partis, vbi pars sensitiua intellectiuam attingit. Habet. n. aliquid a parte sensitiua, scilicet, quòd consideret formas particulares: & habet aliquid ab intellectiua, scilicet, quòd confert, vnde & in solis hominibus est. Et quia pars sensitiua notior est, quàm intellectiua: ideo sicut determinatio intellectiuę partis a sensu denominatur, vt dictum est, ita collocatio omnis intellectus a cogitatione nominatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd iam patet ex dictis, q̄ illa assignatio soli credenti conuenit. (In corpore)

AD SECVNDAM quęstionem dicendum, quòd sicut ex prędictis patet, actus credentis ex tribus dependet, scilicet ex intellectu, qui terminatur ad vnum: ex voluntate, quę determinat intellectum per suum imperium: & ex ratione, quæ inclinat voluntatem: & secundum hoc tres actus assignantur fidei. Ex hoc enim quòd intellectus terminatur ad vnū, actus fidei est credere Deum, quia obiectum fidei est Deus, secundū quod in se consideratur, vel aliquid circa ipsum, vel ab ipso. Ex hoc vero q̄ intellectus determinatur a voluntate, secundum hoc actus fidei est credere in Deum, idest, amando in eum tendere. Est enim voluntatis amare: secundum autem q̄ ratio voluntatem inclinat ad actus fidei est credere Deo. Ratio enim qua voluntas inclinatur ad assentiendum his, quę non videt, est quia Deus ea dicit, sicut homo in his, quę non videt, credit testimonio alicuius boni viri, qui videt ea, quę ipse non videt. (In corpore)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per omnia prędicta non nominatur, nisi vnus completus actus fidei: sed ex diuersis, quę in fide inueniūtur, diuersimode nominatur. Illo enim actu, quo credit in Deum, credit Deo, & credit Deum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis Deum esse simpliciter, possit demonstrari: tamen Deum esse trinum & vnum, & alia huiusmodi, quę fides in Deo credit, non possunt demonstrari, secundum quę est actus fidei credere Deum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fidelis credit homini non inquātum homo, sed inquantum Deus in eo loquitur, quod ex certis experimentis colligere potest: infidelis autem nō credit Deo in homine loquenti.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd amare simpliciter est actus charitatis; sed amando credere est actus fidei per charitatem motę ad actum suum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illa quatuor pertinent ad fidem secundum ordinem ad voluntatem, vt dictum est: voluntas autem est finis. Et iō ista quatuor distinguuntur secūdum ea, quę exiguntur ad consecutionem finis. Pręexigitur enim primo affectio ad finem: & ad hoc pertinet credendo amare. Ex amore autem, & desiderio finis aliquis in finē incipit moueri: & ad hoc pertinet credendo in eū ire. Motus autē ad finem perducit ad hoc, q̄ aliquis fini coniungatur: & ad hoc pertinet credendo ei adhęrere. Ex coniunctione autem ad finem aliquis in participationem perfectionum finis perducitur: & ad hoc pertinet credendo membris eius incorporari. (In isto art. ad secundā questionē.) (Super Iō. tract. 27.)

> nis ab ipso homine uideri non corporaliter, non imaginarie, sed intellectualiter: & ipsam tamen absentium, & eorum quæ non uidentur esse, ut enim August. alibi ait. Credimus, ut cognoscamus: non cognoscimus, ut credamus. Quid est enim fides, nisi credere quod non uides? Fides ergo est, quod nō uides, credere: ueritas quod credidisti uidere. unde recte fides dicit argumentum, uel coniectio rerum

AD TERTIAM quęstionem dicendum, quòd certitudo nihil aliud est, quàm determinatio intellectus ad vnum: tanto autem maior est certitudo, quanto est fortius, quod determinationem causat. Determinatur autem intellectus ad vnum tripliciter, vt dictum est. In intellectu enim principiorum causatur determinatio ex hoc, quòd aliquid per lumen intellectus sufficienter inspici per ipsum potest. In scientia vero conclusionum causatur determinatio ex hoc, quòd conclusio secundum actum rationis in principia per se visa resoluitur. In fide vero ex hoc, quòd voluntas intellectui imperat. Sed quia voluntas hoc modo non determinat intellectum, vt faciat inspici quę creduntur, sicut inspiciuntur principia per se nota, vel quæ in ipsa resoluuntur, sed hoc modo vt intellectus firmiter adhęreat: ideo certitudo, quę est in scientia, & intellectu est ex ipsa euidentia eorum, quæ certa esse dicuntur: certitudo autem fidei est ex firma adhæsione ad id quod creditur. In his ergo quæ per fidem credimus, ratio voluntatem inclinans, vt dictum est, est ipsa veritas prima, siue Deus, cui creditur, quę habet maiorem firmitatem, quàm lumen intellectus humani, in quo conspiciuntur principia, uel ratio humana, secundum quam cōclusiones in principia resoluuntur; & ideo fides habet maiorem certitudinem quantum ad firmitatem adhæsionis, quàm sit certitudo scientię, vel intellectus, quàmuis in scientia, & intellectu sit maior euidentia eorum, quibus assentitur. (In corpore)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd certitudo fidei dicitur media inter certitudinem scientiæ, & opinionis non intensiue per modum quantitatis continuę, sed extensiue per modum numeri. Certitudo enim scientię consistit in duobus, scilicet in euidentia, & firmitate adhesionis. Certitudo autem fidei consistit in vno tantum, scilicet in firmitate adhesionis. Certitudo vero opinionis in neutro, quàmuis certitudo fidei, de qua loquimur, quantum ad illud vnum sit vehemētior, quàm certitudo scientię, quantum ad illa duo.

¶ Vel dicendum, quòd loquitur de fide, quę est opinio firmata rationibus, non autem de fide infusa.

¶ Ad secundum dicendum, quòd credenti accidit aliquis motus dubitationis ex hoc, quòd intellectus eius non est secundum se terminatus in sui intelligibilis visione, sicut est in scientia & intellectu, sed solum ex imperio voluntatis: & ideo sciens quantum ad id non recedit a dubitate magis, quàm credens: sed credens secundum firmitatem adhæsionis magis recedit quàm sciens secundum illa duo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa ex insufficienti procedit, vt dictum est. (In cor. arti.)

ARTICVLVS III.

Vtrum fides sit in uoluntate, sicut in subiecto.

22.q.4.2. Lib. 1. de sacramentis, par. 10. c. 3. in princ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd fides sit in voluntate sicut subiecto: quia secundum Hug. de san. Vict. fides habet in cognitione materiam, sed in affectu substātiam: sed illud est subiectum accidētis, vbi est sua essentia, quæ substan-

substantia dicitur. ergo fides est in affectu sicut in subiecto.

¶ 2 Præt. Sicut certitudo scientię est ex intellectu, ita certitudo fidei est ex voluntate, quia credere non potest homo, nisi velit, vt dicit Aug. sed subiectum scientiæ est intellectus. ergo eadem ratione subiectum fidei est voluntas. Super Ioã. Tra. 26.

¶ 3 Pręt. Meritum in veritate consistit: sed actus fidei est meritorius. ergo est actus voluntatis.

¶ 4 Præt. Opposita sunt circa idem: sed infidelitas est in voluntate, quia secundum quod est in intellectu, habet ignorantiam quæ non est peccatum, sed excusat. ergo fides est in voluntate. Hebr. 11.

SED CONTRA. Obiectum habitus concordat obiecto potentiæ, quæ est eius subiectum: sed obiectum fidei est verum, quod est obiectum intellectus, nõ autem bonum, quod est obiectum voluntatis. ergo subiectũ fidei non est voluntas, sed intellectus.

¶ 2 Pręt. Ad eandem vim pertinet fides, & id quod fidei succedit in gloria: sed id quod fidei succedit, scilicet visio, pertinet ad intellectum. ergo & fides.

T. com. 46. VLTERIVS. Videtur quòd pertineat ad intellectũ practicum. Sicut enim dicit Philos. in 3. de anima, intellectus speculatiuus nihil dicit de fugiendo, vel imitabili: sed per fidem instruimur quid facere, vel quid vitare debeamus. ergo fides est in intellectu practico.

¶ 2 Præt. Intellectus speculatiuus proportionaliter respondet imaginationi, sicut intellectus practicus æstimationi, quæ est in parte sensitiua: sed imaginatio non facit confidentiam & terrorem, vt dicitur in 2. de anima, immo per eam nos habemus ad terribilia, ac si essemus in pictura considerantes. ergo nec intellectus speculatiuus, sed fides est principium spei, & facit tremorem, quia dæmones credunt, & contremiscunt, ut dicitur Iacob. primo. ergo fides non est in intellectu speculatiuo. T. cõ. 134.

¶ 3 Pręt. Intellectus speculatiuus non permiscetur voluntati, sed practicus: fides autem consistit in intellectu, & voluntate, vt dictum est. ergo subiectum eius non est intellectus speculatiuus, sed practicus.

SED CONTRA. Intellectus practicus est contingentiũ operabilium a nobis: sed fides est æternorum. ergo fides nõ est in intellectu practico.

¶ 2 Pręt. Cognitio practica est causa cognitorum: sed fides non est causa rerum, quę crædũtur. ergo non est in intellectu practico.

VLTERIVS. Videtur quòd sit virtus intellectualis. Virtus enim intellectualis est, quæ habet pro subiecto intellectũ: sed fidei subiectũ est intellectus. ergo est virtus intellectualis.

¶ 2 Præt. Articuli fidei, quorum est fides, sunt sicut principia in aliis scientiis, ex quibus procedit theologia: sed intellectus principiorum est virtus intellectualis, vt patet per Philosophum in 6. Ethicorum. ergo & fides articulorum est virtus intellectualis. Cap. 7.

¶ 3 Pręt. Virtus intellectualis, vt dicit Philos. in 6. Ethi. est per quam non dicitur nisi verum: sed fidei falsum subesse non potest. ergo fides est virtus intellectualis. Cap. 3.

SED CONTRA est, quod Philos. dicit in 6. Ethic. ꝙ suspicio non est virtus intellectualis, sicut nec opinio: & eadem ratione, nec fides, quę est ex eorum genere. Cap. 3.

¶ 4 Præt. Virtus est vltimum in re de potentia, vt dicitur in 1. de cælo, & mun. sed fides non ponit intellectum in vltimum sui, quia per ipsam intellectus non terminatur in aliqua visione. ergo fides non est virtus intellectualis. T. c. 6. 116.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, quòd voluntas importat actum intellectus, sicut & actum irascibilis, & concupiscibilis. Ad hoc autem ꝙ actus irascibilis & concupiscibilis sit perfectus, oportet ꝙ nõ solum sit aliquis habitus in voluntate, uel ratione imperante, sed etiam quòd sit aliquis habitus in irascibili & concupiscibili exequente, vt faciliter actum exequatur: vnde & oportet aliquem habitum esse in intellectu ad hoc, ꝙ voluntati faciliter obediat in his, quę sunt supra rationem, & hoc est habitus fidei: & ideo subiectum fidei est intellectus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd substantia non sumitur ibi pro essentia, sed pro forma. Fidei autem forma quodammodo est charitas, vt infra patebit, quæ in voluntate est.

F ¶ Ad secundum dicendum, quòd scientia, & intellectus habent certitudinem per id, quod ad cognitionem pertinet, scilicet euidentiã eius cui assentitur. Fides autem habet certitudinem ab eo, qđ est extra genus cognitionis in genere affectionis existens: & ideo scientia, & intellectus est sicut in subiecto in eo, a quo habet certitudinem, non autem fides.

¶ Ad tertium dicendum, quòd meritũ consistit in voluntate sicut in causa, inquantum ipsa semper importat actum meritorium: non autem semper in ipsa est sicut in subiecto: quia actus meritorius quandoque elicitur ab aliis potentiis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd infidelitas est etiam in intellectu sicut in subiecto: in voluntate autem sicut in imperante infidelitatis actum, & est actus infidelitatis demeritorius.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd intellectus speculatiuus, & practicus in hoc differunt, quòd intellectus speculatiuus considerat verum absolute: practicus autem considerat verum in ordine ad opus. Contingit autem quandoque, quòd verum ipsum, quod in se considerabatur, non potest considerari vt regula operis, sicut accidit in mathematicis, & in his quę a motu separata sunt: vnde huiusmodi veri consideratio est tantum in intellectu speculatiuo. Quandoque autem verum, quod in se consideratur, potest vt regula operis considerari: & tunc intellectus speculatiuus fit practicus per extensionem ad opus. Hoc autem contingit dupliciter, quia aliquando illud verum, quod vtroque modo potest considerari, non habet magnam vtilitatem, nisi inquantum ordinatur ad opus: quia cum sit contingens, non habet fixam veritatem, sicut est consideratio de operibus virtutum: & tunc talis consideratio, quàmuis possit esse & speculatiui, & practici, intellectus tamen principaliter est practici intellectus. Aliquando vero illius veri consideratio habet in se dignitatem quandam, etiam si numquàm ad opus ordinetur, sicut accidit in consideratione diuinorum, quorum cognitio dirigit in opere, & tamen visio dei est vltimus finis operis: & tunc illa consideratio principaliter est in intellectu speculatiuo, & secundario in practico. Cum ergo fidei obiectum proprium sit veritas prima, quæ inquantum est finis operis regulat in opere, fides principaliter erit in intellectu speculatiuo, & secundario in practico: quia intellectus speculatiuus & practicus non sunt diuersæ potentiæ, sed differunt fine, vt dicitur in 2. metaphis. & 3. de anima. inquantum practicus ordinatur ad opus, speculatiuus autem ad veritatis inspectionem tantum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fides inclinat ad operandum, & fugiendum, inquantum illud verum quod in se considerari potest, accipitur vt regula operis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inquantum verum quod fides considerat, accipitur ut conueniens, uel contrarium, secundum hoc fides inducit vel tremorem, vel spem, vel aliquid huiusmodi.

K ¶ Ad tertium dicendum, quòd coniunctio intellectus ad voluntatem, non facit intellectum practicum, sed ordinatio eius ad opus: quia voluntas communis est & speculatiuo, & practico. Voluntas enim est finis, sed finis inuenitur in speculatiuo & practico intellectu.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd cum virtus ponat potentiam in vltimo quantum ad actum, non sufficit ad rationem virtutis, quòd potentia per actum ponatur in vltimo quantum ad obiectum, sed oportet quòd ponatur in vltimo quantum ad modum agendi, vt scilicet actus sit bonus non solum ex eo, quòd bonum est quod fit, sed eo quòd bene fit, sicut patet in virtutibus moralibus: bonum autem intellectus est verum, quod est finis, & perfectio eius, unde non sufficit ad rationem virtutis intellectualis, quòd per eam cognoscatur verum: sed oportet quòd actus, quo verum consideratur, sit perfectus etiam ex modo, vt bene quis intelligat. Bene autem operari intellectum, nõ contingit ex hoc, quòd ex bona voluntate eius operatio procedit, vt dictum est, sed ex efficacia intellectus ad obiectum proprium conspiciendum, vel in se, vel per resolutionem ad id, quod in se conspicitur. Fides autem per actum suum ponit intellectum in vltimo, quantum ad obiectum, inquantum facit assentire primæ veritati: non autem quantum ad modum proprium ipsius intellectus: quia intellectus non est perfecte cum tanta efficacia vt id, quod credit inspicere per se possit, vel ad ea, quæ inspicit reducere: & ideo fides non est virtus intellectualis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nõ omnis habitus, qui habet pro subiecto intellectum, potest dici virtus intellectualis, nisi perficiat intellectum, & quantum ad obiectum, & quantum ad modum actus.

A Ad secundum dicendum, quòd ad principia aliarum scientiarum videnda, sufficit lumen intellectus agentis: & ideo habitus illorum principiorum est virtus: sed ad visionem articulorum, neque lumen intellectus agentis sufficit, neque lumen fidei: & ideo non est virtus intellectualis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ hoc, ꝙ fides non errat, sed semper verũ dicit, non est ex perfecto modo intelligendi: sed magis ex alio, quod est extra intellectum, scilicet ex infallibili ratione, quę dirigit voluntatem.

non apparentium: quia si fides est, ex eo coniicitur, & probatur aliqua esse non apparentia: quia si quis de eis dubitet, per fidem probatur, cum fides non sit nisi de nõ apparentibus.

a Descriptio fidei.

G DIxit enim Apostolus. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum, uel coniectio non apparentium: quia per fidem subsistunt in nobis etiam modo speranda, & subsistent in futuro per experientiam, & ipsa est probatio, & coniectio non apparentium: quia si quis de eis dubitet, per fidem probantur, ut adhuc probatur futura resurrectio, quia ita crediderunt patriarchæ, & sancti alij: uel probatio est & certitudo, quòd sint aliqua nõ apparentia, ut supra dictũ est. Proprie autẽ fides dicitur, Substantia rerum sperandarum, quia sperandis substat: & quia fundamẽtum est bonorum, quod nemo mutare potest.

Si illa descriptio spei conueniat.

C

SI uero quæritur, an hæc descriptio spei conueniat, sane, cõcedi potest utrumlibet. Si autem dicatur conuenire, sunt & alia plura, quibus differunt fides & spes: sed non improbe dici potest, soli fidei cõuenire, non spei, quia fides sola fundamentũ dicitur, non quia fides virtus possit esse sine spe, & charitate. vnde Augustinus, Fides operans per dilectionem, utique sine B spe non potest esse, nec amor sine spe, nec sine amore spes, nec utrũq; sine fide. Et fides sine amore

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fides sit uirtus, & utrum sit habitus.

22. q. 4. 5. de verit. q. 14. j. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd fides nullo modo sit virtus. Nulla enim virtus pręter intellectualem habet verũ ꝓ obiecto, nec est habitus cognitiuus, sed operatiuus: sed fides est habitus cognitiuus, & habet verum pro obiecto. ergo cum non sit virtus intellectualis, videtur ꝙ nullo modo possit dici virtus.

¶ 2 Pręt. Credere videtur vniuoce dici, secundum quòd credimus articulos, & secundum quòd dicimur aliis credere: sed fides aliorum non est virtus. ergo nec fides articulorum.

¶ 3 Pręt. Omne quod est contra rationem, est vituperabile, quia malum hominis est contra rationem esse, vt dicit Dionys. 4. cap. de diuin. nomin. sed fides cum faciat abnegare rationem, videtur contra rationem esse. ergo credere est vituperabile. ergo fides non est virtus.

¶ 4 Pręt. Sicut per fidem cognoscimus ea, quę sunt supra rationem, ita & per prophetiam: sed prophetia non dicitur virtus. ergo nec fides.

¶ 5 Pręt. In deo dicuntur esse virtutes exemplares: sed fides non habet exemplar in deo. ergo fides non est virtus.

SED CONTRA. Nihil iustificat nisi virtus: sed fides iustificat. Ro. 6. Iustificati ergo ex fide. ergo fides est virtus.

¶ 2 Pręt. Vita spiritualis est per virtutem. est autem vita spiritualis per fidẽ, vt dicitur Ro. & Abbac. 1. ergo fides est virtus.

¶ 3 Pręt. Per virtutes efficimur filij dei. hoc autem fit per fidẽ, Io. 1. Dedit eis potestatem &c. ergo fides est virtus.

II 3. disti. 23. q. 3. 1. q. 3. VLTERIVS. Videtur quòd fides non sit vna virtus: Quidam enim articuli fidei sunt de æternis, vt qui pertinent ad trinitatẽ personarum: quidam vero de temporalibus, sicut qui pertinẽt ad incarnationẽ Christi: sed scientia, & sapientia sunt diuersa dona per hoc, ꝙ sunt de tẽporalibus, & ęternis. ergo fides non est vna virtus.

¶ 2 Pręt. Spes, & timor differunt per hoc, ꝙ spes est de bonis futuris, timor vero de malis: sed fides est de vtrisq;, quia est de suppliciis, & pręmiis. ergo fides non est vna virtus.

¶ 3 Præt. Ad fidem pertinent multa, quę sunt moralis philosophię, sicut fornicationem esse mortale peccatum: & quę sunt naturalis, sicut mundum, non esse ęternum: & quę sunt philosophię primę, sicut deum habere curam de actibus humanis. ergo videtur ꝙ fides non sit vnus habitus.

SED CONTRA. Eph. 4. Vna fides.

Supp. q. 31. ¶ 2 Pręt. Sicut prudentia dirigit intentionem in politicis, ita fide in gratuitis, vt dicit August. sed prudentia est vna, quàmuis in diuersis intentionem dirigat. ergo & fides.

A RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, quòd sicut supra dictum est, cum virtutis sit reddere opus bonum, operatio potest dici bona, vel formaliter inquantum procedit ex potentia, quę mouetur in bonum secundum rationem boni, vel materialiter, secundum quòd est congrua, & connaturalis potentię. Et vtroque modo actus fidei est bonus: quia & congruit intellectui inquãtum est verorum, & iterum procedit a voluntate imperante, quę mouetur in bonum quasi in obiectum. Ex parte autẽ intellectus, quàmuis habeat bonitatẽ ratione obiecti: nõ tamen habet perfectionem, quia deficit modus, vt dictum est, eo ꝙ non habeat conspicuam ueritatem, cui adhæret: sed ex parte voluntatis potest habere perfectionem, inquantum voluntas perfecta in appetitu boni firmitatem, & certitudinẽ facit in fide. & ideo Bernar. dicit, ꝙ fides est voluntaria quędã, & certa prælibatio nondum propalatę veritatis: vnde patet, ꝙ fides est uirtus non quidem intellectualis, sed eo modo, quo communiter loquimur de uirtute, quę producit actum bonũ ex bonitate uoluntatis procedentem. Nec tamẽ est uirtus moralis, quia non est ordinatiua appetitus sensibilis, ut consistat C circa delectationes, & tristitias, & operationes, sicut circa materiam, & obiectum: sed est uirtus theologica, quod quidem genus, philosophi non cognouerunt. Li. 5. de cõsideratione cap. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ prima propositio habet ueritatem de uirtutibus, quas philosophi cognouerunt, q. preter intellectuales, nullas uirtutes, nisi morales posuerunt.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ratio inclinans uoluntatem ad credẽdum articulos, est ipsa ueritas prima, quę est infallibilis: sed ratio, quę inclinat uoluntatem ad credendum alia, est uel aliquod signum fallibile, uel dictum alicuius scientis, qui & falli, & fallere potest: unde uoluntas non dat infallibilem ueritatem intellectui credenti alia credibilia, sicut dat infallibilẽ ueritatem credenti articulos fidei, & propter hoc, hęc fides est uirtus, & non alia.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd fides non est contra rationem, sed supra rationem: & ideo non dicitur abnegare rationẽ, quasi D rationem ueram destruens: sed quasi eam captiuans in obsequium Christi, ut dicit Apost. 1. Cor. 10.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ prophetia nullo modo potest esse virtus, neque intellectualis, cum non perficiatur per eã operatio intellectus, secundum modum intellectui cõnaturalem: quia ea, quę per prophetiam reuelantur, nõ possunt resolui ad principia naturaliter cognita. Neq; est uirtus theologica: quia non habet deum pro obiecto, sed res temporales. Neq; iterum actus intellectus, per prophetiam a uoluntate imperatur.

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ fides habet exemplar in deo quantum ad id, quod perfectionis in ipsa est, scilicet cognitionem, & certitudinem: sed non quantum ad id, quod est imperfectionis: ex hoc enim non habet rationem uirtutis.

AD SECVNDAM quęstionem dicendum, quòd habitus, multitudinem, & unitatem habet ex obiecto: obiectum autem fidei est ueritas prima, quæ est simplex, & inuariabilis: E & ideo in fide inuenitur duplex unitas. Ex hoc enim quòd unum & simplex est, cui fides innititur, habitus fidei in habente non diuiditur in plures habitus. Ex hoc autem, quòd ueritas est, habet potẽtiam uniendi diuersos habentes fidem, in similitudinem unius fidei, quę attenditur secundum idem creditum: quia sicut dicit Dionys. 7. cap. de diuin. nominibus, Veritas habet uim colligendi, & uniendi. econtrario, error, & ignorantia, diuisiua sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fides non est de aliquo temporali, sicut de obiecto: sed inquantum pertinet ad ueritatem æternam, quę est obiectum fidei, sic cadit sub fide, sicut fides credit passionem, inquantum deus passus est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd spes, & timor ad affectum pertinent, cuius proprium obiectum est bonum, & malum, inquantum huiusmodi: & ideo diuersificantur secundum differentiam boni, & mali: sed bonum, & malum nõ differunt in ratione ueri. & ideo fides, cuius obiectum est uerũ, non distinguitur ex hoc, ꝙ aliquo modo est de bonis, & malis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fides considerat omnia illa diuersa sub vna ratione, scilicet, secundum quod innituntur veritati primae: & ideo fides non diuersificatur penes ea, quàmuis sint diuersę scientiae de eis, quę ea considerant rationibus propriis, quę diuersę sunt.

ARTIC. V.

Vtrũ fides sit prior alus uirtutibus.

nihil prodest: potest tamen credi aliquid quod non speratur. Nihil autẽ potest sperari, quod non creditur. Ideoque credere, qđ est actus fidei, p̄cedit sperare, quod est actus spei. Quod nisi aliquid credatur, nõ potest sperari: creditur autem quod non speratur. Inde est quòd in scriptura plerumque reperitur, ꝙ fides precedit spem, & spes sequitur fidem, nõ ꝙ uirtus fidei prę cedat uirtutem spei tempore, uel causa: sed quia actus fidei naturaliter praecedit actum spei. Quod etiã quidã cõcedũt de ipsa uirtute fidei, ut naturaliter praecedat spem non

22.q.4.7. AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ fides nõ sit prior aliis virtutibus. Oẽs.n. virtutes simul infunduntur: sed eorũ q̃ sunt simul, vnũ nõ est post alterũ. ergo fides nõ est prior aliis virtutibus.

¶ 2 Pręt. Fundamentum est prima pars aedificij: sed super illud Lu. 12. Dico vobis amicis meis, ne terreamini, dicit glos. Fortitudo est fundamentum fidei. & Bernar. dicit, quòd in humilitate fundantur alię virtutes. Et similiter timor videtur esse fundamentum, quia dicitur. Initium sapientię timor domini. ergo videtur quòd fides non sit prima.

Li. 5. de cõsideratione Prouerb. 1.

¶ 3 Praet. Virtutes theologicę, vt prius dictum est, ad hoc sunt, vt fiat quędam hominis ordinatio ad finem: sed spes, & charitas propinquiores sunt fini, quàm fides, quia habẽt finem pro obiecto sub ratione finis. ergo fide priores sunt.

¶ 4 Praet. Super psal. Noli aemulari &c. dicit glo. quòd spes introducit ad fidem. ergo spes est prior fide.

¶ 5 Praet. Secundum ordinem potentiarum est ordo habituũ: sed fides est in intellectu, secundum qđ est motus a voluntate, vt patet ex pręd̄ictis. cum ergo charitas sit in volũtate, videtur ꝙ charitas sit prior fide, & sic fides non est prima.

¶ 6 Praet. Fides est principaliter in intellectu speculatiuo: sed speculatiua vita sequitur actiuam, quia nullus peruenit ad cõtemplatiuae otium, nisi prius depuretur mens per exercitium actiuae. ergo virtutes morales, quę pertinent ad vitam actiuam sunt priores fide.

Li. 8. de trinit. c. 4. & 5. SED CONTRA. Cognitio praecedit affectionem, quia nihil diligitur, nisi cognitum, vt dicit August. sed fides est in cognitione, cęterę autem virtutes in affectione consistunt. ergo fides aliis prior est.

Super psal. 31. ¶ 2 Praet. In omnibus virtutibus requiritur recta intentio: sed fides intentionem dirigit, vt dicit August. ergo fides est ante alias virtutes.

¶ 3 Praet. Per omnes virtutes homo accedit ad deum: sed accedentem ad deum oportet credere, vt dicitur Hebr. 11. ergo fides est ante alias virtutes.

D. 1181. RESPON. Dicendum, quòd aliquid potest dici prius altero & tempore, & natura. Tempore quidem omnes virtutes sunt simul, quia simul diuinitus infunduntur: sed secundum naturam ordo virtutum pensandus est ex actibus, sicut & ordo potentiarum, quę simul in anima concreantur. Actus autẽ fidei consistit in cognitione veri, quam praesupponit affectio boni, quę exigitur in omnibus aliis virtutibus: & ideo fides quantum ad id quod fidei est, prior est omnibus aliis virtutibus secundum naturam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de ordine temporis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fundamentum dicitur in spiritualibus metaphorice ad similitudinem fundamenti materialis. Potest autem ista similitudo attendi quantum ad duo, scilicet quantum ad ordinem, quia fundamentũ pręcedit alias partes: & etiam quantum ad virtutem fundamenti, quia fundamentum totũm aedificium sustentat, quorum vtrumq; per similitudinem in fide inuenitur, quia ipsa in omnibus aliis naturaliter prior est, & alię in ipsa firmantur, quia sine ipsa impossibile est placere deo. Hebr. 11. Fortitudo autem dicitur fundamentum quantum ad alterum, inquantum scilicet spiritualę aedificium contra aduersa firmum reddit: humilitas contra prospera, quę sunt occasio culpae: sed timor contra ipsam culpam, quia timor domini expellit peccatum, Eccles. 1. Timor pręcedit alia, quę ad affectionem pertinent, cum ad charitatẽ introducat, vt dicit August.

Super epis. Ioan. tra. 9. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ spes, & charitas sunt propinquiores fini quantum ad consecutionem, quia charitas quodammodo attingit finem: vnde ex hoc nõ habent, ꝙ sint secundũ naturam prius fide, sed consequuntur eã, quia eis finẽ ostẽdit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut finis est prior in intentione, & posterior in esse: ita quanto aliquid est propinquius fini, est prius in proposito, quàmuis sit posterius in esse vel tempore, vel natura: & ideo spes, secundum quod magis propinquat ad consecutionem finis quàm fides, pręcedit finem in proposito, sed non in esse. & secundum hoc dicitur spes introducere ad fidem non quę iam sit, sed quae proponitur futura: sicut cum alicui proponuntur aeterna bona, primo vult ea, secũdo vult eis inhaerere per amorem, & tertio vult sperare ea, & quarto vult credere ea, vt credens possit iã sperare, & amare, & habere: vnde in secũdo fides prior est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis fides pręsupponat voluntatem, non tamen praesupponit voluntatem iam amantem, sed amare intendentem inquantum est fides: quia non potest affectus in aliquo firmari per amorem, in quo intellectus non est firmatus per assensum: sicut etiam non potest tendere in aliquod per desiderium, quod prius intellectus non apprehendit. Vnde iste est naturalis ordo actuum, quòd prius apprehenditur deus, quod pertinet ad cognitionem pręcedentẽ fidem, deinde aliquis vult ad eum peruenire, deinde amare vult, & sic deinceps, vt dictum est prius.

¶ Ad sextum dicendum, quòd fides non pertinet tantum ad vitam contemplatiuam: immo est principium & actiuae, & contemplatiuę, inquantum ostendit finem vtriusque.

QVAESTIO III.

Deinde quaeritur de formatione fidei.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum fides per charitatem formetur.
¶ Secũdo, Vtrum fides informis sit donum dei.
¶ Tertio, Vtrum sit in dęmonibus.
¶ Quarto, Vtrum remaneat charitate adueniente.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fides formetur per charitatem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd fides non formetur per charitatem. Formae enim est praecedere, cum sit principium rei: sed charitas est posterior fide, vt dictum est. ergo fides non formatur per charitatem. 22. q. 4. de ver. q. 14. 3. Et 27. q. 9. 1.

¶ 2 Pręt. Omnis res habet speciem a propria forma: sed fides secundum suam speciem differt a charitate. ergo charitas non est forma fidei.

¶ 3 Praet. Vnius rei non sunt diuersę formae: sed fides formatur per gratiam. ergo non formatur per charitatem.

SED CONTRA. Fides sine charitate non potest elicere actum meritorium, quem charitate veniẽte elicit. ergo charitas dat fidei aliquam vim, & ita videtur eã aliquo modo formare.

¶ 2 Praet. Forma rei est decor eius: sed fides fit decora, vt deus eam acceptet per charitatem. ergo charitas format fidem.

II 22. q. 4. de ve. 14. 4. VLTERIVS. Videtur quòd fides informis sit virtus, quia dicit Augustinus in libro de vera innocentia, quòd cęterę virtutes praeter charitatem, possunt inesse bonis & malis. ergo fides, secundum quod est virtus potest esse in malis: sed fides quę est in malis est informis. ergo fides informis est virtus.

¶ 2 Praeter. Virtus est circa difficilia, & ex hoc habet laudem vt dicit Philosophus 2. ethicor. sed difficillimum est credere articulos fidei: vnde Augustinus dicit, & habetur in sequenti distinctione, quòd laus fidei est credere quę non vides. ergo videtur quòd fides informis, quę omnes articulos credit, sit virtus. Cap. 3. De ve. fide.

¶ 3 Praet. Nihil opponitur vitio, nisi sit virtus, aut vitium: sed infidelitatis vitio opponitur fides informis. cum ergo fides informis non sit vitium, videtur quòd sit virtus.

SED CONTRA. Fides informis est mortua, vt dicitur Iacob. 1. sed nihil mortuum habet rationem virtutis. ergo fides informis non est virtus. Lib. de arbit. tomo

¶ 2 Praet. Virtute nullus male vtitur, vt dicit Aug. sed fide informi aliquis male vtitur. ergo fides informis non est virtus.

III 22. q. 4. 4. de veri. q. 14. 7. T. com. 15. VLTERIVS. Videtur ꝙ fides formata & informis differant specie: quia dicit Philosophus 5. meta. Quęcũque differunt genere, differunt & specie sed fides formata & informis differunt genere, quia fides formata est virtus, non autem fides informis. ergo fides formata & informis differunt specie.

¶ 2 Pręt. Species rei ẽ de forma sua: sed fidei forma est charitas, ergo fides informis non est illi' speciei, cuius est fides formata.

¶ 3 Praet. Eiusdem formae secundũ speciem est idem actus secũdum speciem:

tempore. Vnde & recte ea sola dicitur fundamentum omnium virtutum, & bonorum operum, non autem fundamentum est charitas: quia nõ ipsa charitas, sed charitas ipsius virtutis fidei causa est. Charitas enim causa est, & mater omnium virtutum, quae si desit, frustra habentur cętera: si autem adsit, habentur omnia. Charitas enim spiritus sanctus est, vt in superioribus praetactum est. Ipsa est ergo causa omnium virtutum, non ipsius aliqua virtutum causa est, quia

sed fidei formatae actus, est credere in deum, non autem fidei informis. ergo fides formata & informis differunt specie.

SED CONTRA. Habitus diuersificantur ex actibus & obiectis: sed fides informis & formata non differunt quãtum ad obiectum proprium fidei, quod est veritas vna. ergo fides formata & informis non differunt specie.

¶ 2 Praet. Illud quod est extra essentiam rei, non variat speciẽ, sicut lumen adueniens aeri in corpore lucenti: sed charitas est habitus separatus a fide per essentiam. ergo fides formata charitate non differt specie a fide informi.

RESPON. Dicendum ad primam quaestionem, ꝙ in agentibus ordinatis fines agentium secundorum ordinantur ad finem agentis primi, sicut totum vniuersum ordinatur ad bonũ quod est deus, vt dicit Philosophus in 11. met. sicut exercitus ad bonum ducis, & ideo actio primi agentis est & prior, & posterior. Prior in mouendo: quia actiones omnium secundorum agentium fundantur super actionem primi agentis, quae cum sit vna communiter omnes firmans, specificatur eius effectus in hoc, & in illo secundum exigentiam illius: sicut vno pręcepto ducis praecipientis bellum vnus accipit gladium, alius parat aequum, & sic de alijs. Est autem posterior in vtendo aliorum actibus ad finem proprium, & sic omnes actiones aliorum agentium modificantur per actionem primi agentis. Cum ergo in viribus animę voluntas habeat locũ primi motoris, actus eius est prior quodammodo actibus aliarum virium, inquantum imperat eos secundum intentionẽ finis vltimi, & vtitur eis in consecutione eiusdem. Et ideo vires motae a voluntate, duo ab ea recipiunt. Primo, formam aliquam ipsius secundum qđ omne mouens & agens imprimit suam similitudinem in motis & patientibus ab eo. Hęc autem forma vel est secundum formam ipsius voluntatis secundum qđ omnes vires motae a voluntate libertatem ab ea participant, vel est secundum habitum perficientem voluntatem, qui est charitas: & sic omnes habitus qui sunt in viribus motis a voluntate charitate perfecta, participant formam charitatis, haec tamen forma quam a voluntate vires motae participant, est omnibus communis: vnde praeter eam habitus qui sunt perfectiones earum, habent spirituales formas secundum qđ cõgruit potentiae quam perficiunt per comparationẽ ad actus obiecta. Secundo, recipiunt a voluntate consumationem in fine: & sic charitas dicitur finis aliarum virtutum, inquantum per eam fini vltimo coniunguntur. Quia ergo fides, vt dictum est, est in intellectu secundum quod mouetur a voluntate, ideo per charitatem quae est perfectio voluntatis formatur forma communi sibi & alijs virtutibus: tamen pręter eam habet formam specialem ex ratione proprij obiecti & potentiae in qua est, & similiter consumationem per charitatem recipit. T. com. 52.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fides simpliciter charitatem pręcedit: quia velle quod ad fidem exigitur, sine charitate esse potest, sed fides formata charitatem sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnes virtutes conueniũt in fine, vnde earum actus non differunt secundum modum illum quem recipiunt ex ordine ad finem, quem modum dat eis charitas, sed secundum modum quem habent ex natura potentiae, & obiecto proprio: & ideo secundum hanc etiam formam distinguitur a charitate fides, & secundum hanc non formatur ab ea.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fides formatur a gratia mediante charitate: quia inquantum actus fidei est ex charitate, secundum hoc est deo acceptus.

AD SECVNDAM quęstionẽ dicẽdum, quòd virtutis est facere actum perfectum. Actus autem potentię motae ab alia potentia non potest esse perfectus, nisi & superior potentia sit perfecta per habitum, ut non deficiat in dirigendo, vel mouendo, & inferior vt non deficiat in exequendo, sicut patet in actu concupiscibilis, qui ad hoc quòd sit perfectus requiritur, quòd cõcupiscibilis sit perfecta per habitum temperãtiae, & ratio per habitum prudentiae: quod si desit prudentia in ratione, quantumcumque sit dispositio in cõcupiscibili ad actũ temperantiae, virtutis rationem non habebit, vt dicit Philosophus in 6. ethico. Quia ergo credere est actus itellectus, secũdum quod est motus a volũtate, ad hoc quòd iste actus perfectus sit, oportet, ꝙ intellectus perfectus sit per lumen fidei, & voluntas sit perfecta per habitũ charitatis: & ideo informis fides nõ habet actũ perfectum, & ideo non potest esse virtus. Cap. 17.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augu. large accipit nomen virtutis pro quacumque dispositione inclinante ad actum, quo bonum agitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad hoc quòd sit virtus, non solum oportet quòd homo faciat ea quae sunt virtutis, vt ꝙ faciat iusta, vel fortia, sed ꝙ faciat eo modo quo virtuosus facit, quàmuis etiam aliquo modo ex hoc, quòd facit ea quae virtutis sunt, laudari possit: hic autem modus, vt ex dictis patet, deficit in actu fidei informis, & ideo nõ est virtus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam dispositio ad virtutem opponitur vitio: vnde non oportet, quòd fides informis quę infidelitati opponitur, sit virtus.

¶ Ad tertiam quęstionem dicendum, ꝙ differentia habituum pensanda est ex actibus. Contingit autem aliquos actus dupliciter considerari, vel secundum speciem naturę, vel secundum speciem moris, & quandoque conueniunt secundũ speciem quantum ad vnum dictorum, & differũt secundũ aliud. Sicut occidere nocetẽ, & innocentem nõ differunt secundum speciem naturę, sed secundum speciem moris: quia vnum est actus vitij, s. homicidij, alterum actus virtutis, s. iustitię. Sed occidere latronem, & liberare innocentem sunt actus diuersi secundum speciem naturae, & conueniunt secundum speciem moris, quia sunt actus iustitię. Si ergo actus fidei formatę & informis considerentur secundum speciem naturae, sic sunt idem speciae: quia speciem naturalẽ habet actus ex obiecto proprio. Si autem considerẽtur secundum esse moris, tũc differunt secundum completum & incompletum in eadem specie, sicut actus quo facit iusta non vt iustus, & quo facit iusta vt iustus. Et similiter fides formata & informis in specie naturę sunt penitus idem, sed in specie moris differunt non quasi in diuersis speciebus existentes, sed sicut perfectum & imperfectũ in eadẽ specie, sicut dispositio & habitus virtutis.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ virtus est genus fidei secundum esse moris, a quo tamen non penitus fides informis est aliena, sed est sicut imperfectum in illo genere.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ a forma quam habet virtus ex ratione potentiae, & obiecti proprij habet speciem naturę, sed speciem moris habet a forma, quam habet a potentia mouente, & dirigente: & ideo non sequitur, quòd differant specie, nisi sicut dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut supra dictum est, per illa tria vnius numero actus designatur quantum ad diuersa, unde aliquid est in actu fidei formatae, quod non est in actu fidei informis, non tamen est penitus alius.

ARTICVLVS II.

Vtrum fides informis sit donum dei, uel habitus acquisitus.

22. q. 6. 1. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ fides informis non sit donum dei, sed habitus acquisitus. Aug. enim dicit, ꝙ per scientiam fides acquiritur, nutritur, & defenditur: sed nullus habitus acquisitus per scientiam aliquam est donum dei, quasi habitus infusus. ergo fides informis non est habitus infusus.

De trinit. lib. 14. c. 1. ¶ 2 Pręt. Rom. 11. dicitur, quòd fides ex auditu est. Et Ioã. 20. dicitur Thomę. Quia vidisti me, credidisti. Et Ioan. 4. Voca virum tuum, glo. intellectum ad credendum. Et Aug. dicit, quòd nullus credit nisi volens. Ex quibus omnibus habetur, quòd fides est ex aliquo quod in nobis est: sed omne tale est habitus acquisitus. ergo fides est habitus acquisitus.

Super Ioã. tract. 26. ¶ 3 Praet. Philosophi crediderunt deum omnipotentem, sed non

non habuetunt habitum infusum. ergo fides non est habitus infusus.

¶ 4 Præt. Habitus per seipsum est sufficiens ad mouendum potentiam in actum: sed in actum fidei homo fidelis non potest nisi instruatur. ergo fides est habitus acquisitus.

In Ench. c. 8. in fin. tomo 9.

¶ 5 Præt. Dei perfecta sunt opa. Deut. 33. sed fides informis est quid imperfectum. ergo non est a Deo.

¶ 6 Præt. Actio peccati non dicitur esse a deo, propter deformitatem quam habet annexã: quæ a deo non est: sed ex hoc ipso, ꝙ fides informis est, habet quãdam deformitatem. ergo fides informis non est a Deo.

omnia munera excellit. vnde Aug. Respice ad munera ecclesiæ, & vniuersis excellentius, charitatis munus cognosces: quæ vt oleum non potest premi in torculo, sed superexcellit, vel superexilit. Non ergo eius causa, uel fundamentum fides est.

SED CONTRA. Prima Cor. 13. Si habuero omnem fidẽ, dicit glo. ꝙ fides quæ est sine charitate donum dei est: quia etiam in malis sunt multa dona dei. ergo informis fides est a deo infusa.

¶ 2 Præt. Nullus potest in his, quę sunt supra naturam, nisi per aliquod diuinitus datum: sed aliquis habens fidem informem assentit his, quæ sunt supra naturam. ergo oportet, quòd hoc fiat per aliquid diuinitus infusum.

¶ 2 Præt. Aliora sunt ea de quibus est fides, quàm ea de quibus est prophetia: sed prophetia non potest esse sine lumine infuso, sicut I bonis similiter in malis. ergo multo minꝰ fides.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, habitus ad hoc sunt necessarij, vt potentiæ quæ per naturam non sunt determinatę ad actum perfectum, determinentur per habitum. Contingit autem quandoque, ꝙ inferior potentia nõ est determinata ad actum illum perfectum, sed superior potentia determinatur ad ipsum: sicut concupiscibilis non est determinata ad tenendum medium in delectatione ex propria natura, sed ratio determinatur per naturam suam ad illud. & ideo habitus temperantię acquiritur in concupiscibili ex vi superioris potentiæ. Nulla autem potentia secundum suam naturam determinatur ad illa, quæ sunt supra naturam rationis nostræ quorum est fides, & ideo ad hunc actum indigemus habitu, qui non est acquisitus, qui quidem in duobus nos adiuuat. In hoc. ꝙ intellectum facit facilem ad credendum credenda, contra duritiem, & discretum ad refutandum non credenda, contra errorem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ habitus infusus similis est habitui innato: quia sicut naturalis habitus datur in creatione, ita infusus in reparatione, naturalis autem habitus sicut intellectus principiorum indiget, vt cognitio determinetur per sensum, quo acquisitus non indiget: quia dum acquiritur per actum determinationem recipit. Et similiter oportet, ꝙ fidei habitus determinationem recipiat ex parte nostra. Et quantum ad istam determinationem dicitur fides acquiri per scientiam theologiæ, quæ articulos distinguit. sicut habitus principiorum dicitur acquiri per sensum quantum ad distinctionem principiorum, non quantum ad lumen quo principia cognoscuntur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in fide quatuor considerantur, scilicet ipsum quod credendum est, Ratio voluntatem determinans ad credendum, Voluntas intellectum imperans, Intellectus exequens. Et secundum hoc, fides quantum ad eius determinationem, & quantum ad eius actum qui in nobis est, quàmuis habitus sit infusus dicitur esse ex quatuor quę in nobis sunt: quia quantum ad ipsum credendum dicitur esse ex auditu: quia determinatio credendorum fit in nobis per locutionem interiorem: qua deus in nobis loquitur, vel vocem exteriorem. Quantum vero ad rationem quæ inducit voluntatem ad credendum, dicitur esse ex visione alicuius, quod ostendit deum esse qui loquitur in eo, qui fidem annunciat: quantum vero ad imperium voluntatis dicitur fides esse ex voluntate: quantum autem ad executionem intellectus, dicitur esse actus fidei ex intellectu.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Philosophi proprie loquendo, non crediderunt deum omnipotentem sed sciuerunt: quia demonstratiue illud probauerunt: sed si aliqui illud sine demonstratione crediderunt, non crediderunt illud quasi deo dicenti hoc, sed alicui signo ex quo illud coniecturati sunt.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ non potest habitus infusus fidei in actum exire, nisi fides determinetur, vel a deo per reuelationem, vel ab homine per doctrinam, & simile, est de habitu principiorum.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ perfectio diuinorum operum est ex ipso: sed ꝙ sit in eis aliqua imperfectio hoc accidit ex parte recipientis.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ in actu peccati non solum est defectus debitæ circũstantiæ, sed est ibi positio indebitæ, & ideo non tantum est imperfectus, sed est etiam malus, & ideo peccatum non dicitur a deo esse: sed in actu fidei informis est defectꝰ alicuius, quod debet esse: nõ autem est ibi positio alicuius quod esse non debeat, & ideo actus ille est imperfectus, non autem malus, &

Greg. tamen super Ezechielem dicit: quia nisi prius fides teneatur, nullatenus ad spiritualem amorem attingitur. Non enim charitas fidem, sed fides charitatem præcedit: quia nemo potest amare quod non crediderit sicut nec sperare.

Hom. fin.

propter hoc a deo est actus, non autem defectus.

ARTICVLVS III.

Vtrum fides informis sit in dæmonibus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ fides informis non sit in dæmonibus. Visio enim fidei est in speculo & in ænigmate, vt dicitur 1. Cor. 13. sed ænigmatica & specularis cognitio est in nobis ex hoc, ꝙ per sensum naturaliter cognitionem accipimus, quod non est in demonibus. ergo in eis non potest esse fides informis. 22. q.

¶ 2 Præt. Fides informis est donum gratuitum, vt dictum est: sed post peccatum, angelo non est infusum aliquod donũ gratuitum, ante autem in eis fides non erat, sed visio. ergo non habent fidem informem.

¶ 3 Præt. Actus fidei ex voluntate est: sed nullus actus dęmonum ex voluntate deliberata procedens bonus est, vt in 2. lib. dist. 7. dictum est. ergo cum actus fidei informis sit bonus, videtur ꝙ non habeant fidem informem.

SED CONTRA. Iaco. 1. Dęmones credunt & contremiscunt.

¶ 2 Præt. Rom. 1. super illud. Ex fide in fidem, dicit glo. Fides informis dęmonum est.

VLTERIVS. Videtur ꝙ in hæreticis maneat fides informis. Ipsi enim credunt deum trinum & vnum, & deum factum hominem: sed hęc sunt supra naturam. cum ergo ea quę sunt supra naturam, non possint credi sine habitu fidei infuso, videtur ꝙ in eis maneat fides infusa. 22. q. 4. a. 4. 22. q.

¶ 2 Præt. In scientiis ita est, ꝙ qui obliuiscitur vnum scibilium quę pertinent ad vnam scientiam, adhuc manet habitus quantum ad alia scibilia: sed fides est habitus articulorum. ergo si aliquis hæreticus discredit vnum articulum, adhuc manet fides in eo quantum ad alium articulum.

¶ 3 Præt. Fides informis est principium timoris seruilis, qui est in dęmonibus vel hæreticis. ergo fides informis est in eis.

SED CONTRA. Omnis habitus infusus expellitur per actum contrarium, sicut patet inducendo in alijs: sed hæreticus habet actum oppositum fidei. ergo habitus fidei in eo non manet.

¶ 2 Præt. Esset simul fidelis & infidelis, quod est impossibile.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd deratione fidei est, quòd credens assentiat aliquibus, quæ non videt nec secundum se, nec resoluere ea potest ad ea quæ videt, sed inclinatur ad credendum ex aliqua ratione, quæ sufficit ad determinandum assensum in id quod creditur, quãuis non sufficiat ad inducẽdum ad visionem eius quod creditur. Ratio autem hæc inducens ad credendum potest sumi, vel ex aliquo creato, sicut quando per aliquod signum inducimur ad aliquod credendum, vel de deo, vel de alijs rebus, vel sumitur ab ipsa veritate increata, sicut credimus aliqua quę nobis diuinitus dicta sunt per ministros. Et primo modo dicta fides, cogit intellectum ad credendum per hoc, ꝙ non apparet aliquid contrarium: sed secundo modo intellectus non cogitur, sed ex voluntate inclinatur. Et primo modo est fides in dęmonibus, inquantum ex ipsa naturali cognitione simul, & ex miraculis, quæ vidĕr supra naturam esse multo subtilius, quàm nos, coguntur ad credendum ea, quę naturalem ipsorũ cognitionem excedunt. Non autem secundo modo.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quàmuis in intellectu dęmonis non sit obscuritas quæ est in nobis ex sensu, est tamen obscuritas alia per hoc, ꝙ possunt per cognitionem naturalem ad visionem veritatis pertingere: quam credere per alia quasigna compelluntur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ fides quę est in eis, non est habitus

habitus infusus, sed ex naturali cognitione procedit.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ in eis intellectus cogitur ad assentiendum: vnde non omnino ex libera voluntate procedit.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, fidei habitus infusus in duobus nos adiuuat. s. vt credamus quæ credenda sunt, & vt eis quæ nõ sunt credẽda, nullo modo assentiamus. Primum autẽ homo potest ex ipsa æstimatione siue habitu infuso: sed secundum, scilicet vt discrete in hęc & nõ in illa inclinetur, est ex habitu infuso tantum, quę quidem discretio est secundum quam non credimus omni spiritui: quæ quia in hæretico non est, constat ꝙ habitus d fidei in ipso non manet. Et si aliqua credenda credat hoc est ex ratione humana: si enim habitu fidei ad hæc credenda inclinaretur, contraria fidei refutaret, sicut omnis habitus tenititur eis, quæ contra illum habitum sunt. D. 65.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis credant aliquid quod est supra naturam, non tamen credunt illud p habitum infusum quo dirigantur, sed per æstimationem humanam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd habitus scientię inclinat ad scibilia per modum rationis: & ideo potest habens habitũ scientiæ aliqua ignorare, quæ ad illum habitum pertinent: sed habitus fidei cum nõ rationi innitatur, inclinat per modũ naturæ, sicut & habitus moralium virtutum, & sicut habitꝰ principiorum: & ideo quãdiu manet, nihil contra fidẽ credit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex illa æstimatione humana etiam in eis timor seruilis causatur, sicut in dęmonibus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fides informis euacuetur adueniente charitate.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ fides informis euacuetur charitate adueniente. 1. Cor. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, sicut veniente visione euacuabitur fides: sed fides informis est imperfecta respectu fidei formatæ. ergo fides informis tollitur adueniente formata.

¶ 2 Præt. Fides informis est principium timoris seruilis: sed adueniente charitate tollitur timor seruilis. ergo & fides informis.

¶ 3 Præt. Gratia adueniens non habet minorem efficaciam in fideli, q̃ in infideli: sed infideli totum fidei habitum causat. ergo & in fideli qui habet fidem formatam: sed fides formata & informis sunt vnius speciei, vt patet ex dictis. ergo cum duę formæ vnius speciei non possint simul esse in eodẽ subiecto, oportet ꝙ adueniente charitate & gratia, fides informis tollatur.

SED CONTRA. Dona infusa sunt permanentiora q̃ acquisita: sed gratia adueniens non tollit habitus acquisitos. ergo multo minus tollit habitum infusum fidei.

¶ 2 Præt. Nihil corrumpitur nisi a suo contrario: sed fides informis non contrariatur gratiæ, quia habitus boni non sunt contrarij adinuicem, sed solum mali, seu bonus malo. ergo fides informis non tollitur secundum habitum aduenientę charitate. II

VLTERIVS. Videtur ꝙ etiam si maneat quantum ad habitum, quòd non maneat quantum ad actum. Per actum enim fidei informis, & si aliquid fiat quod est bonum, non tamen aliquid bene: sed per actum fidei formatę, aliquid bene fit. ergo fides informis non manet quantum ad actum suum aduenientę charitate. Ibidem.

¶ 2 Præt. Lumen minus non illuminat præsente maiore lumine: sed fides informis est minus lumẽ, quàm charitas. ergo præsente charitate, actus fidei informis non manet.

¶ 3 Præt. Vnusquisque virtuosus operatur quanto melius potest, sicut & natura: sed actus fidei formatę quem virtuosus habens charitatem exercet, melior est actu fidei informis. ergo in eo actus fidei informis vacat. Sicut ille qui potest aliquid per syllogismum demonstratiuum cognoscere, non curat per syllogismum dialecticum illud considerare.

SED CONTRA. In moralibus multo minus est aliquid frustra, quàm in naturalibus, & præcipue quantum ad habitus infusos: sed habitus sine actu frustra est, cum actus sit finis eius sicut & potẽtiæ. ergo non est habitus fidei sine actu.

¶ 2 Præt. Actus fidei informis est credere deo, vel deum: sed hæc manet adueniente charitate. ergo actus fidei informis non euacuatur.

VLTERIVS: Videtur quòd fides informis non possit fieri fides formata. Fides enim informis mortua est, vt dicitur Iac. 2. sed opus mortuũ non viuificat. ergo nec fides informis viuificatur per formam charitatis. III Ibidem. Iac. 2.

¶ 2 Præt. Fides est accidens: sed accidentia, vt dicit Boetius, variari non possunt. ergo videtur ꝙ illa eadem fides, quę fuit informis, non possit fieri formata.

¶ 3 Præt. Ex duobus accidentibus non fit vnum: sed gratia adueniens est vnum accidens. ergo ipse non format fidem informem prius, sed nouum habitum fidei formatę causat.

SED CONTRA. Natura semper operatur via breuissima. ergo similiter & gratia: sed hęc via est magis breuis, vt habitus prius informis formetur, quàm nouus habitus infundatur. ergo illa fides, quę prius erat informis, formatur.

¶ 2 Præt. Habitus infusus plus conuenit cum gratia, quàm potentia naturalis: sed potentia naturalis imperfecta & informis per gratiam aduenientem formatur. ergo multo fortius habitus fidei informis.

RESPON. Ad primam quęstionem dicendum, ꝙ remoto eo quod non pertinet ad speciem rei, non oportet ꝙ substantia rei tollatur, sicut si ab aere tollatur tenebra, adhuc manet aer. Informitas autem fidei non pertinet ad speciem fidei: quia species fidei est per modum quem habet ex natura potentiæ, in qua est sicut in subiecto per relationem ad suum obiectum. Dicitur autem formata, & informis per relationẽ ad aliquid extrinsecum, scilicet ad voluntatem, vt dictum est: sic aer formatur lumine per oppositionem corporis luminosi: & ideo patet, ꝙ informitas non pertinet ad speciem fidei. Cum ergo charitas adueniens non tollat nisi informitatem a fide, constat ꝙ substantia habitus fidei adhuc manet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd imperfectio, quam habet fides respectu visionis, est secundum genus cognitionis, & ideo pertinet ad speciem fidei: & propter hoc visio aduenies fidem euacuat: non autem ita est in proposito, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ etiam timor seruilis non tollitur quantum ad habitum, sed quantum ad seruilitatem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ gratia in habente fidem non causat alium habitum fidei: & hoc non est per inefficaciam gratiæ, sed accidit ex parte subiecti, quod non potest recipere id quod iam habet.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut manet habitus fidei informis sine informitate, ita & actus sine informitate: quia habitus est quo quis agit, cum tempus attigerit, vt dicit Augustꝰ. De Trinꝰ. lib. 4. ca. 7.

AD PRIMVM. ergo dicendum, ꝙ hoc ꝙ aliquis per fidem informem faciat bonum, pertinet ad substãtiam habitus, & ideo hoc manet: sed quòd faciat non bene, hoc pertinet ad informitatem, & ideo non manet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd lumen fidei informis & charitatis non sunt vnius rationis: & ideo vnum non offuscat aliud, sed perficit illud, cũ vnus sit materiale respectu alterius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actus fidei informis deficit ab actu fidei formatę ratione informitatis, & secundum hoc non manet.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut dicit Philosophus in 6. Ethi. in homine ante completum esse virtutis moralis, ex sitit quædam naturali inclinatio ad virtutem illam, quę dicitur virtus naturalis, & hæc eadem virtutis rationem sumit secundum qđ a superiori potentia. s. ratione perfectionem accipit. Et similiter fides informis præexistit in intellectu ante completum esse virtutis, sed rationem virtutis accipit ex perfectione superioris potentiæ. s. voluntatis: vnde vna & eadem fides quę prius erat informis, postea fit formata. Nec est alia fides quę aduenit, quia fides formata, & informis nõ differunt specie, vt ex dictis patet. Duę autem formę vnius speciei simul esse non possunt: quia formę diuersificantur secundum numerum ex diuersitate materię, vel subiecti. Cap. 17.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd opus mortuum transit

transit, & non potest idem numero iterum sumi, & ideo viuificari non potest: sed habitus informis manet, & ideo formari potest.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ accidens non variatur quasi subiectum variationis, sed quia secundum ipsum subiectum diuersimode se habet, quod subiectũ variationis est, sicut patet in intensione & remissiõe caloris.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd ex gratia & fide non fit vnum accidens, sed modꝰ charitatis participatur ad perfectionem fidei, sicut modus prudentiæ participatur ad perfectionem virtutis moralis: & ideo charitas adueniens dicitur formare fidẽ præexistentem.

subsistere ea, quæ non videntur, de quibus propriæ fides est. De visis enim non est fides sed agnitio.

DISTINCTIO XXIIII.

A

Quomodo intelligitur quod scriptum est, Cum factum fuerit, credatis.

HIc quæritur, Si tantum fides de non visis est, quomodo Veritas apostolis ait, Nunc dico vobis priusquàm fiat, ut cum factum fuerit credatis. Vbi innui uidetur, quòd fides illis fuerit de factis, & uisis. Super quo August. mouet quęstionem, & absoluit, ita inquiens. Quid sibi uult, ut cum factum fuerit credatis? Hæc est laus fidei, si quod creditur non uidetur. Nam & Thomas cui dictum est: quia vidisti me, credidisti, non hoc credidit, quod vidit. Cernebat enim, & tangebat carnem uiuentem, quam uiderat morientem: & credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod nõ uidebat, per hoc qđ sensibus corporis apparebat. Si uero dicuntur credi quæ uidentur, sicut dicit unusquisque oculis suis credidisse, non ipsa est quæ in nobis ędificatur fides: sed ex rebus quę uidentur agitur in nobis, ut ea credantur quæ non uidentur. Ex his aperte intelligitur, quòd proprie fides nõ apparentium est: nec illa est fides qua in Christo ędificamur, qua dicimus usitata locutione nos ea credere quæ uidemus.

EXPOSITIO TEXTVS.

Aug. super Ioã. tra. 74. prin.

ACcipitur autem fides. Fides proprie dicitur ex hoc, quòd aliquis assentit eis quæ non videt. Hoc autem contingit dupliciter, vno modo secundum qđ hõ inducitur per rationem humanam, & sic dicitur fides opinio vehemens. Et adhuc magis extenso nomine omnis certitudo quæ fit per rationem humanam, etiam si ad visionem inducat, dicitur fides secundum qđ argumẽtum dicitur ratio rei dubiæ faciens fidem. Dicitur autem & veracitas hominis fides, inquãtum est causa, ꝙ credat quis etiam de his quæ non videt: & sic dicit Tullius, quòd fides est fundamentum iustitiæ, fidem pro fidelitate accipiens. (Pri. lib. de officiis. c. 8.) Et vlterius ipsa conscientia secundũ quam aliquis hanc veracitatem tenet, dicitur fides. Ro. 15. Omne quod non est ex fide, glo. i. ex conscientia. Alio modo, secũdum qđ homo inducitur per rationem diuinam, & sic dicitur fides ipse habitus quo creditur siue sit formatus, siue informis & actus & obiectum, & sacramentum inquantum est causa, & signum huius fidei. Et quælibet certitudo quæ habetur de diuinis, extenso nomine dicitur fides etiam si videantur. *Non sunt corpora.* Sciendum, quòd hic Aug. experimentalem cognitionem quam quis habet de fide sua separat a quatuor generibus visionum. s. a visione exteriori per homo, ꝙ dicit *Sicut corpora.* Et a visione imaginationis quæ ex ipsa relinquitur in hoc, ꝙ dicit. *Et per ipsorum imaginationem.* Et a visione imaginatiuę, quæ ex diuersis imaginibus rerum visarum format aliquam rem numquàm visam in hoc, ꝙ dicit. *Non sicut ea quæ non uidemus.* Et a visione intellectuali eorum quæ sunt extra nos per hoc, ꝙ dixit, nec sicut hominem. *Quid est fides nisi credere &c.* Hic diffinit habitum fidei per actũ proprium.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de fide secundum suam substantiam: hic determinat de ea in comparatione ad suum obiectum. Et introducitur pars ista occasione diffinitionis fidei ab Apostolo dat, qua fidem argumentum non apparentium dicit. Diuiditur autem pars hæc in duas. In prima, inquirit, vtrum fides sit de non visis. In secunda, vtrum sit de incognitis, ibi. *Post hæc quæri solet.* Circa principium duo facit. Primo, ostendit fidem proprie loquendo, esse de non visis. Secundo, remouet quandam instantiam, quæ fieri posset, ibi. *Si vero quæritur, vtrum Petrus.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur tria.

Primo. Quid sit obiectum fidei.
Secundo. Qualiter se habeat ad cognitionem nostram.
Tertio. De merito, & laude fidei.

ARTICVLVS PRIMVS

Vtrum ueritas increata sit obiectum fidei.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ veritas increata non sit obiectum fidei. Fides enim est de his quę sub symbolo continẽtur, quod est collectio credendorũ: sed in symbolo cõtinentur quædam quę ad creaturam pertinẽt, sicut passio, & huiusmodi. ergo obiectum fidei non est veritas increata. (22. q.)

¶ 2 Præt. Fides vt Augu. dicit, p sanctam scripturã instruitur: sed in ea multa de creaturis continentur. ergo fidei obiectum nõ est tantum veritas increata. (Aug. 10 Homil. Ad fratres eremo 38.)

¶ 3 Præt. Fides a prophetica reuelatione initium sumpsit: sed prophetia est de rebus creatis cum contineat differẽtias tẽporis, quibus creatura subiacet. ergo & fides.

¶ 4 Præt. Forma vniuersalis, non est principium operandi, quia est a motu remota: vnde ratio vniuersalis quæ est forma rum vniuersalium non mouet, sicut patet per Philosophum in 3. de anima: sed veritas prima est magis a materia & motu remota, quàm aliqua forma vniuersalis. cum ergo fides sit operatiuus habitus quodammodo: quia per dilectionem operatur, vt dicitur Gal. 4. videtur ꝙ obiectum fidei non possit esse veritas prima.

¶ 5 Præt. Virtutes theologicę, vt supra dictum est ordinant nos in finem: sed finis noster non tantum est deus, sed etiam gloria creata. ergo & fides etiam circa veritatẽ creatam est.

SED CONTRA est quod dicit Dio. 7. cap. de di. no. ꝙ diuina fides est circa simplicem, & semper existentem veritatem: hoc autem est veritas increata. ergo obiectum fidei est verum increatum.

¶ 2 Præt. Ab eodem res denominatur, a quo recipit speciem: sed habitus speciem recipiunt ab obiecto. cum ergo fides dicatur a deo virtus theologica, videtur ꝙ obiectum proprium eius est veritas increata.

VLTERIVS. Videtur quòd fides non sit circa verum complexum, quia vt dictum est, obiectum fidei est simplex veritas: sed in simplici non cadit aliqua complexio. ergo non est circa verum complexum. (22. q.)

¶ 2 Præt. Fidei succedit visio: sed visio patrię erit de incõplexo. ergo & fides.

¶ 3 Præt. Fides formatur charitate: sed charitas habet pro obiecto bonum incomplexum. ergo & fides verũ incõplexũ.

¶ 4 Præt. Sicut dicit Philosophus in 3. de anima. In compositione intellectuũm cadit tempus: sed de substantia fidei videtur esse tempus, alioquin nullus fuisset tempore natiuitatis Christi fidelis, nisi qui credidisset eum tunc nasci. ergo fides non est circa verum complexum. (Tex.)

¶ 5 Præt. Fides eadem est semper: sed enuntiabilia non manent eadem, quia nos credimus Christum natum quem patres crediderunt nasciturum. ergo fides non est enunciabiliũ.

SED CONTRA. Fides est media inter opinionem, & scientiam: sed tam scientia quàm opinio est enunciabilium. ergo & fides.

¶ 2 Præt. Per fidem differt fidelis ab infideli, non autem differt per incomplexum, quia iudeus credit aduentum Christi sicut & nos: sed in hoc distinguimur, quia nos credimus eum venisse, quem ipsi expectant venturum. ergo fides est de complexis.

VLTERIVS. Videtur ꝙ fidei possit subesse falsum. Omne enim verum contingens potest esse falsum: sed fidei subest aliquod verum contingens. s. passio Christi, quia fuit voluntaria, & ex libero arbitrio tam Christi quàm Iudæorum dependens. ergo fidei potest subesse falsum. (22. q. 1.)

¶ 2 Præt. In tempore ante passionem Christi, postquàm credidit Abrahã Christi passionem futuram, constat ꝙ possibile fuit tunc deo alio modo humanum genus liberare: quod si fuisset, fides Abrahę falsificata fuisset. ergo fidei potest subesse falsum.

¶ 3 Pręt. Spei potest subesse falsum, quia aliquis sperat se habiturum vitam æternam, qui nunquàm habebit, & similiter charitati: quia aliquis promittit aliquid ex charitate, quod nõ faciet, sicut de Apostolo patet 1. Cor. 1. ergo & fidei. (11.q.eadẽ. & 13. ar. 4.)

¶ 4 Præt. Latria p fidem dirigitur: sed ĩ actu latrię aliquis potest errare, sicut qui credit esse hostiam cõsecratam, quæ non est consecrata, & eam adorat. ergo & fidei potest subesse falsum.

SED CONTRA. Fides est certior q̃ scientia, vt supra dictum d est, sed scientiæ non subest falsum. ergo multo minus fidei. (D. 11. ar. 1.)

¶ 2 Præt. Per nullam virtutem producitur actus malus, quia bonus vsus potentiæ est actus virtutis, vt dicit Augu. sed opinari falsum est malus vsus intellectus. cum ergo fides sit virtus, non contingit fidei subesse falsum. (De lib. arb. cap. 19.)

RESPON. Dicendum, ad primam quęstionem, quòd in obiecto alicuius potentiæ contingit tria considerare. s. id quod est formale in obiecto, & id quod est materiale, & id quod est accidentale, sicut patet in obiecto visus: quia formale d in ipso est lumen, quod facit colorem visibilem actu: materiale vero ipse color, qui est potentia visibilis: accidentale vero sicut quantitas, & alia huiusmodi, quæ colorem comitãtur. (D. 359.) Et quia vnumquodque agit secundum qđ est in actu, & per suam formam, obiectum autem est actiuum in virtutibus passiuis: ideo ratio obiecti, ad quam proportionatur potentia passiua, est id quod est formale in obiecto: & secundum hoc diuersificantur potentiæ, & habitus qui ex ratione obiecti speciem recipiunt. & hęc tria est inuenire in obiecto fidei. Cum enim fides non assentiat alicui nisi propter veritatem primam credibilem, non habet ꝙ sit actu credibile nisi ex veritate prima, sicut color est visibilis ex luce, & ideo veritas prima est formale in obiecto fidei, & a qua est tota ratio obiecti. Quicquid autem est illud quod de deo creditur sicut est passum esse, vel aliquid huiusmodi, hoc est materiale in obiecto fidei. Ea autẽ quę ex istis credibilibus consequuntur, sunt quasi accidentaliter: & ideo concedendum est, ꝙ obiectum fidei proprie loquendo, est veritas prima.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ passio & alia huiusmodi quę continentur in symbolo, se habent materialiter ad obiectum fidei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in sacra scriptura instruitur fides quantum ad essentialia fidei, sicut sunt quę de deo in ipsa dicuntur: & quantum ad accidentalia, sicut sunt gesta patrum, & alia huiusmodi quę ad fidem pertinent inquantũ sunt diuinitus inspirata, & dicta.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis prophetia, & fides sint de eodem sicut de passione Christi, non tamen secundum idem: quia fides formaliter respicit passionẽ ex parte illa qua subest aliquid ęternum. s. inquantum deus est passus, hoc autem quod temporale est, respicit materialiter, sed prophetia econtrario.

¶ Ad quartum dicendum, quòd formę vniuersales non mouent secundum qđ in sua vniuersalitate considerantur, sed secundum quod applicantur ad aliquid particulare. Et similiter prima veritas mouet ad operandum inquantum applicatur ad hunc, vel ad illum, sicut dum consideratur, ꝙ est finis, ad quem iste, vel ille peruenire potest. Vel dicendum, ꝙ formæ vniuersales non sunt subsistentes in rerum natura: & ideo ad operationẽ, vel ad actionem se habere non possunt neque sicut principium, neque sicut terminus: & ideo non est similis ratio de deo, qui in seipso subsistit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd beatitudo creata consistit in operatione nostra ad deum: Operatio autem ex obiecto cognoscitur vnde principaliter est fides de ipso deo, & secundario de beatitudine creata.

Alibi tamen dicit Aug. fidem esse de rebus præsentibus, quod erit in futuro cum per speciem Deum pręsentem contemplabimur, quæ tamen non proprie dicitur fides, sed veritas. Est, inquit, August. fides qua creduntur ea quæ non videntur: sed tamen etiam est rerum fides, quando non verbis, sed rebus ipsis præsentibus creditur: quod erit cum per speciem manifestam se contemplandam sanctis præbebit dei sapientia. Sed non proprie hæc dicitur fides, immo fidei merces, ad quam credendo perueniet, ut ex fide uerborum transeat iustus in fidem rerum.

Si Petrus habuit fidem passionis quando uidit hominem illum pati.

SI Vero quæritur, Vtrum Petrus fidẽ passionis habuerit, cum hominem Christum pati oculis cernebat. Dicimus enim cum fidem passionis habuisse non in eo quòd credebat hominem pati, quia hoc uidebat, sed in eo quòd credebat Deũ esse qui patiebatur. Non enim uirtus fidei erat, quòd credebatur homo pati, & mori, quod Iudęus cernens credebat, sed quòd credebatur Deus esse qui patiebatur. Vnde August. super illum locum psalmi.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut dicit Aug. credere est cum assensione cogitare. (De prędestinat. sanctorum lib. 1. cap. 2.) Assentire autem nõ potest aliquis nisi ei, quod verum est: veritas autem non consistit nisi in complexione vel intellectuum, vel vocũ: & ideo obiectum fidei oportet, ꝙ sit verum complexũ. Et hoc patet p hoc, ꝙ quidam philosophi illam operationẽ intellectus, qua componit & diuidit, appellauerunt fidẽ. Vnde illi qui dixerunt, ꝙ fidei obiectum est incõplexum, propriam d vocẽ ignorauerũt. (D. 601.) Qđ enim dicitur credo incarnationem, nõ potest intelligi informando conceptionem incarnationis: quia sic quilibet qui intelligit quid signatur per nomen, crederet incarnationem. (Psal. 101. con. 2.) Vnde sensus est, credo incarnationem esse, vel fuisse. patet ergo ꝙ fidei inquantum est fides, conuenit circa verum complexum esse, conuenit etiam sibi ex ipsa ratione obiecti proprij, quod est veritas prima de qua non potest sciri quid est, vt intellectus in eius cognitione utatur formatione: sed cognoscitur quia est, quod fit per intellectum cõponentem & diuidentem.

AD PRIMVM. ergo dicendum, ꝙ quàmuis veritas prima sit simplex secundum rem, tamẽ in ea inueniuntur multa secundum rationem, prout intellectus diuersas conceptiones de ipsa format. Et secundum hoc etiam illas diuersas cõceptiones potest componere & diuidere, & enunciationem de deo formare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd operatio intellectus componentis & diuidentis resoluitur ad operationem eius, qua respicit aliquod incomplexum: quia quod quid est, est principium demonstrandi an est simpliciter, & quia est: & ideo etiam illud quod fidei succedit, in quo fides cõsumabitur erit diuisio incomplexi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd obiectum charitatis est bonũ, quod secundum Philosophum in 6. meta. est in rebus: (T. com. 8.) obiectum autem fidei est verum, quod completur per operationem animæ. Et quia compositio & diuisio, quę est in enunciabilibus, non est nisi per animam: ideo complexum est obiectum fidei, quàmuis incomplexum sit obiectum charitatis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd tempus determinatum est de his quæ accidentaliter se habent ad fidem, sicut etiam se habet accidentaliter ad pręedicatum & ad subiectum, quæ intellectus componit & diuidit. Ea autem quæ se habent accidentaliter ad fidem, nõ sunt de necessitate salutis, nisi postquã determinata sunt per pręedicationem, & doctrinam.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ sustinentium fidem esse circa verum complexum, quidam dixerunt ꝙ est idem enunciabile, quod secundum tria tempora uariatur, quod in primo lib. improbatum est di. 24. Et propter hoc alij dixerunt, ꝙ articuli fidei non sunt idem quantum ad essentiam, sed quantum ad vtilitatem: quod etiam non bene dictum est, quia sic fides non esset eadem simpliciter, sed secundum quid. Et ideo dicendum est, ꝙ in ipso articulo qui est obiectum fidei complexum est aliquid materiale. s. ipsa passio, & aliquid formale. s. res diuina, & aliquid accidentale. s. ipsum vnde fides variatur non quantum ad essentiam, sed quantum ad accidens.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, ꝙ fides innititur veritati primę: vnde cum illa sit infallibilis, fidei non potest subesse falsum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cõtingens non potest esse obiectum fidei, nisi secundum qđ stat sub diuina pręscientia, & secundum hoc habet necessitatem consequentię, & sic cadit sub fide: vnde sicut pręscientia nõ põt falli, ita nec fides.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ post tempus Abrahę deus potuit alio modo genus humanum liberare, quàm per passionẽ Christi, loquendo de potentia absoluta, sed non secundum qđ consideratur in ordine ad pręscientiam. Non enim poterat

iat deus, vt aliquid ab eo præscitum sit, & postmodum non fiat, sicut non potest falli, vel mutari: & sic fides Abrahę fuerat de passione Christi secundū qđ subsistit diuinę prescientię.
¶ Ad tertium dicendum, quòd spes non tendit in beatitudinem nisi ex suppositione meritorum, alias esset præsumptio & non spes. Vnde si deficientibus meritis iste ad beatitudinem non peruenit vt sperauit, spes non decipitur, & similiter nec charitas decipitur: quia semper vult id qđ deo placitum est. Vnde si aliquis postea comperiat nō esse deo placitum, quod prius placitum ęstimabat, ęstimatio humana fallitur, non charitas.
¶ Ad quartum dicendum, ꝙ fides non est de hac hostia nisi rite consecrata: sed ꝙ hæc hostia sit rite consecrata, hoc est humanæ ęstimationis, & ex hac parte potest accidere error in latria.

Respondit ei in uia uirtutis suæ. Laus fidei est, non quia credit hominem illum mortuum, quod & paganus credit, sed quia credit illum glorificatum, & uerum Deū. Credit igitur fides Deum mortuū, & glorificatum hominem. Non igitur fuit Petro fides credere hominem illum mori, quod oculis cernebat: sed credere Deū esse qui moriebatur. Nec nobis etiam fides in hoc meretur, quòd credimus hominem illum mortuum, quod & Iudæus credit: sed quia credimus hominem Deum mortuum esse.

ARTICVLVS II.

b Vtrum fides possit esse de uisis.

22.q.1.4. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ fides sit de visis 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, & loquitur ibi de fide: ideo fides est visio. ergo credita sunt visa.
¶ 2 Pręt. Lumen fidei se habet ad articulos sicut lumen naturale ad principia naturaliter cognita: sed lumen naturale facit videre principia per se nota. ergo & lumen fidei facit videre articulos.
¶ 3 Præt. Intelligere, videre est: sed oportet eum qui audit intelligere quæ dicuntur ad hoc ꝙ credat. ergo fides, quæ ex auditu est, de visis est.
¶ 4 Pręt. Prophetia, visionis causa est: sed fides & prophetia in idem concurrunt, vt supra dictum est. ergo fides de visis est.
Artic. pce. ¶ 5 Præt. Id quod est materiale in obiecto fidei, est res creata, vt dictum est: sed res illa creata visui humano subiacet etiam sensibili, sicut passio. ergo cum fides sit de toto obiecto suo, fides de visis erit.
SED CONTRA. Heb. 11. Fides est argumentum non apparentium. ergo non est de visis.
¶ 2 Præt. Deum nemo vidit vnquàm. Io. 1. sed fides proprie est de deo. ergo fides est de non visis.
¶ 3 Præt. Fides gignit spem, glo. Mat. 1. sed spes est de non visis, Rom. 8. ergo & fides.
II 22. q. 1. 5. De veri. q. 14. 9. Boet. de tri. q. 2. 2.
VLTERIVS. Videtur ꝙ fides possit esse de scitis. Deum enim esse est creditum: sed hoc est scitum, quia demonstratiue probatum est. ergo fides est de scitis.
¶ 2 Pręt. Vnum de generantibus scientiam est doctrina: sed fides quantum ad distinctionem credendorum est per doctrinam, quia fides ex auditu est, Ro. 10. ergo fides est de scitis.
¶ 3. Præt. Omne illud ad quod habetur ratio probans, est creditum: sed ad ea quæ sunt fidei potest haberi ratio probans 1. Petr. 3. Parati semper ad reddendum rationem de ea quę in nobis est fide & spe. Et commentator super primum cap. de di. no. dicit, ꝙ ratio est prior authoritate. & Rich. de sanc. Vic. dicit, ꝙ ad nullam veritatem probandam deficit ratio. ergo fides est de scitis.
¶ 4 Pręt. Omnis probatio conuincens intellectum ad assentiendum, facit scientiam: sed ad assentiendum his quæ sunt fidei conuincitur intellectus per miracula, sicut supra dictū est de dæmonibus. ergo fides est de scitis.
SED CONTRA. Scientia ex intellectu principiorum causatur: sed de his quę fides credit non possumus habere intellectum fide manente, s. in statu viæ. ergo fides non potest esse de scitis.
¶ 2 Præt. Scientia est effectus rationis: sed ea de quibus est fides sunt supra rationem. ergo de his quæ sunt fidei non potest esse scientia.
¶ 3 Præt. Deum nemo vidit vnquàm, Ioā. 1. sed fides proprie de deo est. ergo est de non visis & c.
VLTERIVS. Videtur ꝙ ea de quibus est fides, sint ignota: quia secundum Greg. apparentia non habent fidem, sed agnitionem: sed ea quæ non habent agnitionem sunt ignota. ergo ea quæ fidem habent, ignota sunt.
¶ 2 Præt. 1. Cor. 2. Oculus non vidit, & auris non audiuit & in cor hominis non ascendit quę preparauit de' diligentibus se: sed q̄cūq; cognoscūť, in cor ascendunt. ergo fides, quæ est de prędictis, est de ignotis.
¶ 3 Præt. Omnis nostra cognitio habet ortum a sensu, secundum philosophos: sed ea quæ cadūt sub fide, nullo modo possunt reduci ad cognitionem sensibilem, ergo de eis non est cognitio aliqua.

Si aliqua sciuntur, quæ creduntur.

POST hoc quæri solet, cū fides sit de non apparentibus, & nō visis, vtrum sit etiam de incognitis tantum. Si enim de incognitis tantum est, de his videtur tantum esse quæ ignorantur. Sed sciendum est, quòd cū visio alia sit interior, alia exterior, non est fides de subiectis exteriori visioni: est tamen de his quæ visu interiori utcumque capiuntur. Et quædam utique hic sic capiuntur, ut intelligantur & si non ut in futuro: quædam autem non, quia cum fides sit ex auditu, non modo exteriori, sed interiori, non potest esse de eo quod omnino ignorat, quæ ipsa ad sensum corporis non pertinet, ut ait Aug. dicens. Quanuis ex auditu fides in nobis sit, nō tamen ad eum sensum corporis pertinet, qui dicitur auditus, quia non est sonus: nec ad ullum sensum corporis, quoniam cordis est res ista, non corporis. Quædam ergo fide creduntur, quæ intelliguntur naturali ratione, quædam uero quæ non intelliguntur. unde propheta. Nisi credideritis, non intelligetis: quod Aug. aperte distinguit. Alia sunt inquit, quæ nisi intelligamus, non credimus: alia quę nisi credamus non intelligemus. Nemo tamē potest credere in Deū nisi aliquid intelligat, cum fides sit ex auditu prædicationis. Idem in lib. de Tri. Certa fides utcunque inchoat cognitionem: cognitio vero certa non perficitur nisi post hanc vitam. Ambro. quoque ait. Vbi fides, nō statim cognitio: ubi cognitio est, fides præcedit. Ex his apparet aliqua credi, quæ non intelliguntur, uel sciuntur, nisi prius credantur: quædam vero intelligi aliquando etiam, antequàm credan-

¶ 4 Præt. Omne quod cognoscitur est præsens aliquo modo cognoscenti: sed fides, vt dicit Aug. est de absentibus. ergo ea quę sunt fidei sunt ignota.
SED CONTRA. Omnis habitus in potentia cognitiua existens facit cognoscere suum obiectum: sed fides est in cognoscitiua potentia existens sicut in subiecto, vt prius dictū est. ergo ea quæ sunt fidei aliquo modo cognoscuntur.
¶ 2 Præt. Infidelitas est ignota, vt patet. 1. Thi. 1. Misericordiam consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate mea. ergo fides est cognitio, & ita credita sunt cognita.
RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ visio proprie loquendo, est actus sensus visus: sed propter nobilitatem istius sensus translatum est nomen visionis ad actus aliarum potentiarum cognitiuarum secundum similitudinem ad sensum visus. Potest ergo attendi similitudo quantum ad genus cognitionis tantum: & sic largo modo, & improprie omnis cognitio visio dicetur, & secundum hoc fides est de visis vtcūque, sicut magister dicit non quidem visu exteriori, sed interiori. Potest etiam vlterius attendi hæc similitudo non solum quantum ad genus cognitionis, sed etiam quantum ad modum cognoscendi. Modus autem quo sensus visus videt, est inquātum species visibilis in actu per lumen formatur in visu: vnde transferendo nomen visionis ad intellectum, proprie intelligendo, videmus quando per lumen intellectuale ipsa forma intellectualis fit in intellectu nostro, siue illud lumē sit naturale, sicut cum intelligimus quidditatem hominis, aut alicuius huiusmodi: siue sit supernaturale, sicut quo deum in patria videbimus. Et vlterius videri per intellectum dicuntur illa complexa, quorum cognitio ex prędicta visione consurgit: sicut per lumen naturale videmus principia prima quę cognoscimus statim vt terminos: siue per lumen supernaturale, sicut est visio prophetię. Et vlterius etiam ea quę in ista principia resoluere possumus, per rationem dicuntur videri, sicut ea quę scimus demonstratiue probata. Et secundum hoc patet, quòd fides non potest esse de visis: quia forma illa intelligibilis, quę principaliter erit obiectum fidei, s. deus, formationem intellectus nostri subterfugit, & non est ei peruius in statu vię, vt dicit Aug. Nec iterum ea quæ sunt fidei, ad principia visa reducere possumus demonstrando.
AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ visio accipitur ibi large secundum primum modum.
¶ Ad secundum dicendum, ꝙ termini principiorum naturaliter notorum sunt comprehensibiles nostro intellectui: ideo cognitio, quę consurgit de illis principijs, est visio: sed non est ita de terminis articulorum. Vnde in futuro, quando deus videtur per essentiam, articuli erunt ita per se noti & visi, sicut modo principia demonstrationis.
¶ Ad tertium dicendum, ꝙ fidem pręcedit intellectus, quo intelligimus quid signatur per nomen, & non quo intelligimus quid sit res ipsa: quia nomina ex effectibus deo imponuntur.
¶ Ad quartum dicendū, ꝙ prophetia respicit temporale quasi proprium obiectum, quod intellectu comprehendi potest, & ideo prophetia est visio.
¶ Ad quintum dicendū, ꝙ de eo quod est materiale in obiecto fidei, scilicet incarnatio, non est fides nisi secundum quod stat sub illo formali: sicut visus non est de colore nisi secundum quod stat sub lumine, & sic non cadit sub visu corporali, nec intellectuali.

D. 159. AD SECVNDAM quęstionem dicendum, quòd fides, vt dictum est, comparatur ad aliquid dupliciter. s. per se, & per accidens. Et quod per se pertinet ad fidem, pertinet ad eam semper & vbique: ideo qđ pertinet ad fidem ratione huius, vel illius non est fidei per se, sed per accidens. sic ergo quod simpliciter humanum intellectū excedit ad deum pertinens nobis diuinitus reuelatum, p se ad fidem pertinet: quod autem excedit ītellectum huius, vel illius, & non omnis hominis non per se, sed per accidens ad fidem pertinet. Ea autem quæ omnem humanum intellectum excedunt, non possunt per demonstrationem probari, quia demōstratio in intellectu principiorum fundatur, & ideo huiusmodi non possunt esse scita, sed quædam quæ sunt præcedētia ad fidem, quorum non est fides nisi per accidens, inquātum. s. excedunt intellectum illius hominis, & non hominis simpliciter, possunt demonstrari & sciri: sicut hoc, quod est deum esse, quod quidem est creditum quantum ad eum, cuius intellectus ad demonstrationem non attingit: quia fides quantum in se est, ad omnia quæ fidem concomitantur, vel sequuntur, vel præcedunt sufficienter inclinat. Et per hoc patet solutio ad primum.
¶ Ad secundum dicendum, ꝙ fides determinatur per auditū doctrinæ proponentis quid euitandum sit, & quid tenendū sit, sed non probantis propositum: & ideo scientiam talis doctrina non facit.
¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio humana præcedit authoritatem humanam, & ratio diuina præcedit authoritatē diuinam, cui fides innititur: vnde fides nostra ita se habet ad rationem diuinam qua deus cognoscit, sicut se habet fides illius qui supponit principia subalternatę scientię a scientia subalternante, quę per propriam rationem illa probauit. Vnde Apostolus non mouet humanam rationem inducere ad probandum fidem, sed diuinam, vt quid deus dixit: humanam autē ad defendendum, vt per eam ostendatur, ꝙ ea quæ fides pręsupponit non sunt impossibilia, non autem ita, ꝙ sufficienter per rationem humanā ea quæ fidei sunt, probari possint. Et ideo verbum Rich. intelligendum est de probatione non sufficienti, sed aliquo modo persuadenti.
¶ Ad quartum dicendum, ꝙ argumenta quæ cogunt ad fidē, sicut miracula non probant fidem per se, sed probant veritatem annuntiantis fidem: & ideo de his quæ fidei sunt, scientiam non faciunt.
AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd ad perfectam rationem cognitionis intellectiuæ tria requiruntur. Primo, ꝙ id quod cognoscitur, intellectui proponatur. Secundo, ꝙ intellectus illis adhereat. Tertio, ꝙ ea videat. Ea ergo quę fidei sunt, intellectui proponuntur non quidem in seipsis, sed quibusdam verbis quę ad eorum expressionem nō sufficiunt, & quibusdam similitudinibus ab eorum repręsentatione deficientibus, & dicuntur cognosci in speculo, & in ænigmate. Et propter hoc non videtur proprie loquendo, sed tamen intellectus assentit eis, & propter hoc imperfecte cognoscuntur, nec omnino ignorantur.
AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Greg. loquitur de agnitione perfecta, quæ visionem includit.
¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in cor ascendit quod per operationem cordis formari potest, & hoc quod videtur: & per istum modum quæ pręparauit deus diligentibus se, in cor hominis non ascendunt.
¶ Ad tertium dicendum, quòd cognitio fidei ortum habet a sensu, inquantum significationes nominum, quæ pręponunť a sensibus, cognouit, sed hæc deficiunt a repręsentatione eius circa qđ est fides, pprie: ideo fides nō hēt cognitionē pfectā.
A ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ illud proprie dicitur præsens, cuius essentia intellectui, vel sensui presentatur: & quia hoc facit visionem, ideo dicit Augustinus, ꝙ videntur presentia, sed creduntur absentia, & propter hoc etiam fides assimilatur auditui, quia de absentibus est, sicut auditu cognoscimus, quę cum sint absentia nobis recitantur.

ARTIC. III.

Vtrum necessariū sit homini credere aliquid cuius non hēt scientiā.

22. q. 2. 3. de verit. q. 14. 10. AD TERTIVM sic procedit. Videtur ꝙ non sit necessarium ꝙ homo credat aliquid, cuius nō habet scientiam, neque visionem super naturalē rationem existens. Nulli enim rei perfecte prouidetur, nisi sibi conferantur ea per quę potest in finem suum deuenire: sed humanę naturę in sua creatione sufficienter diuina prouidentia prouidit. ergo ei tribuit ea, per quæ possit in finem suum tendere: & ita videtur ꝙ ratio naturalis sufficienter hominem in finem ordinet, & ita non oportet ꝙ aliqua supra rationem credat.
¶ 2 Præt. Vltimus finis nostrę vitę est deus, inquantum est summum bonum: sed aliquid esse summum bonum est probatum per rationem naturalem. ergo non oportuit aliquid aliud credere supra rationem naturalem ad ordinationem hominis in finem.
¶ 3 Præt. Sapientia diuina in infinitum nostram rationem excedit. ergo infinita sunt in sapientia dei, quę nostram rationem excedunt: sed non de omnibus illis possumus habere cognitionem. ergo pari ratione nec de aliquibus quæ supra rationem sunt: quia de similibus est idem iudicium.
SED CONTRA. Vbi est altior vita, debet esse altior operatio vitę: sed vita gratię est altior quàm vita naturæ. ergo & cognitio gratię debet excedere cognitionem naturæ, cum cognitio sit operatio vitę.
¶ 2 Pręt. Fides est substantia sperandarum rerum, Heb. 11. sed ea quæ speramus sunt supra rationem: quia oculus non vidit &c. 1. Cor. 2. ergo & fides debet esse de his quæ sunt supra rationem.
D VLTERIVS. Videtur ꝙ credere his quæ non videmus, non sit laudabile, neque meritorium: quia qui cito credit, leuis est corde, vt dicitur Eccl. 19. sed qui credit his quę nullo modo videt, nimis cito credit. ergo magis est vituperandus quàm laudandus. II 1. G. c. 5.
¶ 2 Præt. Abnegare rationem, quæ est nobilissimum eorum quæ in nobis sunt, est vituperabile: sed qui credit ea, quæ non sunt rationi consona, rationem abnegat. ergo est vituperabilis.
¶ 3 Pręt. Discretio est illa quæ facit omne opus hominis laudabile: sed cum omnis nostra discretio sit per rationem, in his quę pręter rationem sunt, non habemus aliquid quo discernamus. ergo hoc credere non est laudabile: quia ita potest aliquis credere falsis, sicut veris.
E SED CONTRA est quod dicitur Ioā. 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt.
¶ 2 Pręt. Omnis actus virtutis est meritorius & laudabilis, quantum est in se: sed credere quę non videntur est actus fidei, quę est virtus. ergo est laudabile & meritorium.
VLTERIVS. Videtur ꝙ ratio humana diminuat meritum fidei. Ratio enim sufficienter probans, totaliter meritū fidei euacuaret: quia vt dicit Greg. fides non habet meritum, cui humana ratio prębet experimentum. ergo ratio aliqualiter persuadens, meritum fidei diminuit. III 22.q.2.10. Hom. 26.
¶ 2 Præt. Illud quod inducit ad corruptionem fidei, diminuit meritum fidei: sed rationes & disputationes inducunt corruptionem fidei, vt dicit Auerro. in 3. phy. ex hoc, ꝙ homo audit alia, & ex hoc minus adhęret his quę consueuit audire, & dubitare incipit. ergo videtur quòd ratio humana meritū fidei diminuat. In prolo.
¶ 3 Pręt. Opus quod pure propter deum fit, magis est meritorium

tium, quàm quando cum hoc sine admiscetur aliquid aliud temporale, ergo pari ratione humana ratio fidei admista, meritum fidei diminuit.

SED CONTRA. Per rõnes humanas fides elucidat: sed elucidatibus vita æterna promittit, vt patet Eccl. 24. Qui me elucidant &c. quod non esset si per elucidationem meritum fidei diminueretur. ergo videtur ꝙ ratio humana meritũ fidei non diminuit.

¶ 2 Præt. Quanto virtus est magis ꝓpinqua fini, tanto est magis meritoria: sed finis fidei est intelligẽtia veritatis, ad quam homo ꝓpinquat per rationes humanas. ergo ratio humana fidei meritum non diminuit, sed auget.

RESPON. Dicẽdum ad primam quæstionem, ꝙ in fide sunt quædam, quæ sunt supra rationem humanam simpliciter, de quibus essentialiter est fides: & quædam quæ sunt supra rationem humanam alicuius, quãmuis non supra rationem cuiuslibet hominis, & ad vtraque necessarium fuit dari fidem. Quia enim homini deus prouidit finem, qui est supra naturam hominis. s. plenam participationem suæ beatitudinis, oportet autem eum qui in finẽ tendit si libero arb. agat, cognoscere finem, ex cuius considerationе dirigitur in his quę sunt ad finem: ideo oportuit vt homo alicuius rei cognitionem haberet, quę naturalem cognitionem eius excedit, quæ quidem cognitio homini datur per gratiam fidei. Sicut autem est in gratia perficiente affectum quod præsupponit naturam, quia eam perficit: ita & fidei substernitur naturalis cognitio, quam fides ꝓsupponit, & ratio probare potest, *sicut deum esse*, & deum esse vnum incorporeum, intelligentem, & alia huiusmodi: & adhoc etiam sufficienter fides inclinat, vt qui rationem ad hoc habere non potest, fide eis assentiat. Quod quidem necessarium fuit propter quinq; vt dicit rabi Moyses in prima parte cap. 33. Primo, propter altitudinem materię secundum eleuationem a sensibus, quibus vita nostra connutritur, vnde non est facile sensum & imaginationem deserere, quod tamen est necessarium in cognitione diuinorum & spiritualium, vt dicit Boet. Secũdo, quia quàmuis intellectus hominis naturaliter ordinatus sit ad diuina *cognoscenda*, non tamen potest in actum exire per seipsum. Et quia cuilibet non potest adesse doctor paratus, ideo deus lumen fidei prouidit, quod mentem ad huiusmodi eleuet. Tertio, quia ad cognitionem diuinorum per viam rationis multa præexiguntur, cum fere tota philosophia humana ad cognitionem diuinorum ordinetur: quæ quidem non possunt nisi pauci cognoscere, & ideo oportuit fidem esse, *vt oẽs* aliquam cognitionem haberent de diuinis. Quarto, quia quidam naturaliter sunt hebetes, & tamen cognitione diuinorũ indigent, qua in vita dirigantur. Quinto, quia homines occupantur circa necessaria vitæ, & retrahuntur a diligenti consideratione diuinorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ finis humanæ vitæ est cognitio dei, etiam secundum philosophos, qui ponunt felicitatem vltimam in actu sapientię secundum cognitionem nobilissimi intelligibilis. Cognitio autem dei, quidem excedit nostram naturam, sicut visio quę est per essentiam: & ad istum finem non potuit sufficienter nobis prouideri per nostra naturalia: & ideo necessaria fuit fides eorum quę essentialiter ad fidem pertinent. Alia autem cognitio dei est cum mensurata nostrę naturę. Illa quam de deo habere possumus per *rationem naturalem*: sed quia hęc habetur in vltimo humanę vitę, cum sit finis, & oportet humanam vitam regulari ex cognitione dei, sicut ea quę sunt ad finem ex cognitione finis: ideo etiam per naturam hominis non potuit sufficienter prouideri etiam quantum ad hanc cognitionem dei. Vnde oportuit, quòd per fidem a principio cognita fierent, ad quę ratio nondum poterat peruenire, & hoc quantum ad ea quę ad fidem præexiguntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonum, vt dicit Diony. est diffusiuum: vnde vbi cognoscitur alia ratio diffusionis, cognoscitur alia ratio bonitatis. Per rationem ergo naturalem potest cognosci summum bonum, secundum quod diffundit se communicatione naturali, non autem secundum quod diffundit se communicatione supernaturali, & secundum hanc rationem summum bonum est finis nostræ vitę, de quo oportet haberi fidem, *cum* ratio in illud non possit.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd ea quę sunt ad finem, debẽt proportionari fini: vnde cum finis vitę humanę vltimus sit supra facultatem naturę, & per consequens rationis, quę ratio ex his quę sunt ad finem de fine coniectat, oportet ꝙ & illa quę sunt ordinata ad finem illi supra facultatẽ humanę naturę sint, & supra rationem, & ita non omnia quę in diuina sapientia supra rationẽ sunt, ad fidem pertinent, sed solum cognitio finis supernaturalis, & eorum quibus in finem illum supernaturaliter ordinamur.

AD SECVNDAM quæstionẽ dicendum, ꝙ sicut Philosophus dicit. 1. ethi. Laus proprie secundum respectum ad alterum quod dignius est attenditur: sicut videmus quòd actꝰ concupiscibilis laudatur in quantum ordinate se habet ad rationem: actus vero rationis inquantũm ordinate se habet ad intellectum, quo dirigitur: & actus etiam supremarum potentiarum secundum ꝙ conuenienter se habent ad finem. Et propter hoc illa quæ sunt optima non laudantur, sed honorantur. Et quia virtus est dispositio perfecti ad optimum, vt dicitur in 7. phy. ideo proprie actus virtutis laudabilis est. Nostra autem naturalis cognitio se habet ad diuinam sicut ad superiorem, & ideo cum ratio nostra diuinæ consentit, actus laudabilis est, sicut cum irascibilis subditur rationi: & ideo credere veritati primæ in his quæ non videntur, laudabile & opus meritorium est, & opus virtutis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ credere homini absq; ratione probabili, est nimis cito credere: quia cognitio vnius hominis nõ est naturaliter ordinata ad cognitionem alterius, vt per ipsam reguletur: sed hoc modo ordinata est ad veritatem primam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo dum credit, rationẽ non abnegat quasi contra eam faciens, sed eam transcendit altiori dirigenti innixus. s. veritati primæ: quia ea quę fidei sunt etsi supra rationem sint, tamen non sunt contra rationẽ. Ea autem quæ supra hominem sunt quærere, non est vituperabile, sed laudabile: quia homo debet se exigere ad diuina quãtumcumque potest, vt dicit Philosophus. 10. ethicorum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ discretionem credendorum habet homo per lumen fidei, sicut discretionem spirituum per aliquam gratiam gratis datam: vnde homo lumen fidei habẽs non consentit his, quę sunt contra fidem, nisi inclinationem fidei derelinquat ex sua culpa.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ quantitas meriti ex duobus potest attendi. s. ex parte operis, & ex parte operantis, opus quidem oportet, vt sit virtuosum. Et quia virtus est circa difficile & bonum, oportet ꝙ habeat difficultatem & bonitatem, quantum in se est: & ideo quod addit ad alterum eorum addit ad meritum quantum est ex parte operis: ex parte vero operantis requiritur voluntas. Vnde quãto magis quis voluntarie facit, tanto magis meretur, & semper quãtitas meriti attenditur secundum radicem charitatis: hęc autem quantitas est quasi formale respectu alterius: vnde secundum eam certius est iudicium de quantitate meriti. Ratio ergo naturalis dupliciter potest induci in his quę fidei sunt, vel cum ratio inducitur secundum fidem, vel contra fidem. Ratio autem inducta contra fidem addit difficultatem actus quantũ in se est: vnde manente eadem voluntate credendi, magis meretur qui credit, ad quod videt multas rationes naturales in contrarium, quàm qui eas non videt: sicut qui cum tentatur vehementius de luxuria, si resistit, æquali voluntate plus meretur. Ratio autem quæ secundum fidem inducitur, non facit videri id quod creditur: & ideo difficultatem operis quantum

Lib. 1. de trini. cap. 2.

Ethico. 10. cap. 9.

cap. 4. de diuin. nom.

tum in se est non diminuit, sed quantum in se est facit voluntatem magis promptam ad credendum, & ex ista parte potest augere meritum fidei sicut habitus virtutis, qui inclinat ad actum in se difficilem, quem facilem reddit operanti. Vnde patet, quòd tam causa rationalis pro fide inducta, quàm contra fidem quantum in se est, meritum fidei auget, quamuis possit etiam diminuere vtpote ex defectu credentis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio præbens sufficienter experimẽtum fidei facit visionem, & ideo difficultatem credendi euacuat: sed talis ratio de his quę per se ad fidem pertinent, haberi non potest.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex disputationib⁹ contrarium pitur fides in eo, qui fidem firmam non habet ex culpa ipsius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio humana adducta non facit, vt homo non pure propter deum credat, qua, remota nihilominus crederet: vnde quantum in se est non diminuit meritum nisi ex culpa credentis.

EXPOSITIO TEXTVS.

VAE *non proprie dicitur fides, sed veritas.* Contra. Hic diuidit fidem contra veritatem. ergo fides veritatem non habet. Dicendum ꝙ hic accipit veritatem manifestam, quæ fidei succedit. *Ex fide verbi-vum.* Contra. Nunc etiam nõ credimus tantum verbis: quia eum apud diuersas gentes sint diuersa verba, esset diuersa fides. Et dicendum quòd non dicitur esse fides verborum, vt eorum in quæ creditur, sed quia ea quæ credenda sunt, nobis per verba proponũtur, insufficienter nobis res creditas ostendentia. *Cum fides sit ex auditu.* Contra. Auditus interior a visu non differt. Dicendum quòd verumque dicitur in intellectu per similitudinem: vnde proprie de illis rebus intellectus visio habetur quarum formę se ei offerunt, sed auditus de illis quæ non videt. Alia quæ non sunt, intelligimus sicut principia naturaliter cognita. Alia quæ non creditur, sicut ea quæ supra rationem sunt, & accipit hic credere communiter pro omni assensu, nisi aliquid intelligat, scilicet quid significatur per nomen.

DIVISIO TEXTVS.

POstquàm magister determinauit de fide quantum ad suam essentiam, quæ per diffinitionem cognoscitur, & de obiecto fidei. Hic determinat de ipsa per comparationem ad habentem rationę quantitatis, secundum quam crescit in habente fidem. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima determinat de fide prout comparatur ad credentes secundum quantitatem, quam habet ex numero credibilium. In secunda secundum quantitatem, quam habet ex intensione habitus, ibi. *Illud etiam non est prætermittendum.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit, quòd fides sufficiens ad salutem, se extendit ad cognitionem deitatis. Secundo, quòd se extendit ad cognitionẽ redemptoris, ibi. *Sed quæritur virum hoc credere.* Tertio, ostendit ad quos articulos redemptoris fides se extendit, ibi. *Sed quæritur cum sine fide mediato. Sed quæritur virum hoc credere.* Hic duo facit. Primo, ostendit propositum. Secundo, remouet quandam quæstionem ex dictis, ibi. *Quid ergo dicetur. Sed quæritur cum sine fide.* Hic etiam duo facit. Primo, ostendit propositum. Secundo, mouet quęstionem, ibi. *Solet etiam quæri. Illud etiam prætermittendum.* Hic ostendit quòd fides secundum quantitatem quam habet, ex intẽtione habitus, æquatur spei, charitati, & operationi. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit propositum. Secundo, soluit dubitationem, ibi. *Hic vero quòd hæc &c.* Hic est duplex quæstio. Prima de diffinitione articulorum. Secunda de explicita eorum cognitione.

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur duo.

Primo. De articulo secundum se.

Secundo. De distinctione articulorum adinuicem.

ARTIC. PRIMVS.

Virum diffinitio Ricardi de S. Victore de articulo sit competens.

DPRIMum sic procedit, & expõitur diffinitio Richardi de S. Vict. q talis est. Articulus est indiuisibilis veritas de deo arctans nos ad credendum. Videtur autem quòd sit incompetens, quia indiuisibilis veritas est veritas incomplexi: sed fides est de cõplexis, vt supradictum est. ergo articulus fidei non est indiuisibilis veritas. D.249.1. ar. 1.q.10.

¶ 2 Præt. Inter articulos fidei ponuntur aliqua, quæ non pertinent ad deum sicut ad causam, sicut carnis resurrectiõ: sed hoc non sufficit ad hoc quòd dicatur veritas esse de deo: quia sic omnis veritas a deo est, non tamen omnis veritas ad articulum fidei pertinet. ergo videtur ꝙ inconuenienter dicatur veritas de deo.

¶ 3 Præt. Arctatio necessitatem importat: sed fides voluntaria est, quia nullus credit nisi volens, vt dicit Aug. ergo male dicit, quòd est arctans ad credendum. Super Ioã. tracta. 26.

¶ Item ponitur alia diffinitio Isidori. Articulus est perceptio diuinę veritatis tendens in ipsam: quia perceptio diuinæ veritatis est etiam per rationem naturalem, sicut quòd scimus deum esse, & tamen de hoc non est articulus. ergo male diffinit articulum.

¶ 3 Ité obiicitur de diffinitione Hugonis de sancto Victore. Articulus est natura cum gratia, quia articulus est res creditas: sed natura cum gratia est credens. ergo cum credens non sit creditum, articulus male diffinitur.

VLTERIVS. Videtur quòd articulus possit dici formatus & informis, obiectum enim proportionatur habitui: sed fidei obiectum est articulus. cum ergo fides sit formata & informis, videtur ꝙ etiam articuli. II

¶ 2 Præt. Tendere in deum est actus fidei formatæ: sed articuli est tendere in Deum, vt patet per alteram diffinitionum assignatarum. ergo articulus potest esse informis, & formatus.

¶ 3 Præt. Vnus articulus est, Credo in deum: sed hic est actus fidei formatæ. ergo articulus est etiam formatus, & informis.

SED CONTRA. In articulis fidei non differt peccator & iustus: differt autem secundum formationem, & informitatem. ergo formatio, & informitas non pertinent ad articulos.

¶ 2 Præt. Mutare articulos non est in potestate hominis, inquantum ex peccato causatur. ergo informitas non considerat circa articulum.

VLTERIVS. Videtur quòd articuli non debuerunt colligi in symbolo: quia tota fides sufficienter per sacram scripturam instruitur. ergo superfluum fuit symbolos condere. III 8. 22.q.1.

¶ 2 Præt. Symbolum proponitur vt regula fidei, cuius actus est assentire: sed sicut dicit Aug. in epistola ad Hiero. solis apostolis & prophetis est hic honor exhibendus, vt quęcumque dixerunt, hæc ipsa vera esse credantur. ergo post symbolum apostolorum non debuerunt alia symbola fieri.

¶ 3 Præt. Quæritur, quare symbolum apostolorum, & Nicenum diuiditur in tres partes secundum tres personas: symbolum aũt Athan. secundum diuinitatẽ, & humanitatem partit.

¶ 4 Præt. Quæritur, quare symbolum apostolorum dicitur subtilisse in Prima, & Completorio, alia vero duo alte, vnum post euangelium, alterum in Prima.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ articulus nomen græcum est, & importat indiuisionem: vnde mem-

bra, quæ non diuiduntur in alia membra dicuntur articuli. Et secundum istum modum conclusiones, quæ inquiruntur in aliqua scientia, vel aliquo tractatu, dicuntur articuli: quia ex eis, sicut ex quibusdam principijs indiuisibilibus, consurgit collectio, quæ tractatum perficit. Et sic in iudicijs, ea quæ per testes probata sunt, vel probanda, dicuntur articuli. Fides autem non inquirit, sed supponit ea quæ sunt fidei ex testimonio dei ea dicẽtis; vnde illud qđ habet specialem difficultatem in fide, & cuius suppositio non dependet ab alio supposito, proprie dicitur articulus fidei. Et ideo in diffinitione prædicta Rich. secutus est & proprietatem nominis, dicens, quòd est indiuisibilis veritas, & æthimologiam, secundum qđ sonat in lingua latina dicens, φ arctat nos ad credendum.

Ad Optatũ epist. 51.

hoc non sufficere. Oportet enim vniuersa credi, quæ in symbolo cõtinentur, sed nec ante aduentum, nec ante legem uidetur hoc suffecisse: quia sine fide mediatoris nullum hominem vel ante, vel post fuisse saluum sanctorum authoritates cõtestantur. Vnde Aug. ad Optatum. Illa fides sana est, qua credim⁹ G nullum hominem siue maioris, siue paruulę ætatis liberari a contagione mortis, & obligatione peccati, quod prima natiuitate cõtraxit, nisi per unum mediatorem dei & hominum Christum Iesum, cuius hominis eiusdemque Dei saluberrima fide etiam illi iusti sunt salui facti, qui priusquàm ueniret in carnem, crediderunt in carnẽ uenturum. Eadem enim fides est & illorũ, & nostra. Proinde cũ omnes iusti siue ante incarnationem, siue post nec uixerint, nec uiuant nisi ex fide incarnationis Christi, profecto quod scriptũ est, Non est aliud nomẽ sub cęlo in quo oporteat saluari nos, ex illo tempore ualet ad saluandum genus humanum, ex quo in Adam uitiatum est. Idem. Nemo liberatur a damnatione, quæ facta est per Adam, nisi per fidem Iesu Christi. Idem. Eadem

Ad primvm ergo dicendum, quòd in incomplexis per se loquendo, non est veritas nisi equiuoce: vnde indiuisibile intelligendum est non simpliciter, sed in genere complexorum. H

¶ Ad secundum dicendum, quòd articuli fidei dicuntur esse de deo, aut quia pertinent ad diuinam naturam, aut quia ad personam siue ratione sui, siue ratione naturæ assumptæ, aut effectus proprius eius qui potest fieri aliqua virtute creata, nec percipitur ratione humana: & ideo obiectio cessat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd articulus dicitur arctare ad credendum non de necessitate coactionis, sed necessitate finis: quia sine fide articulorum non potest esse salus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd perceptio diuinæ veritatis quæ fit per rationem naturalem, tendit sicut in id, cui innititur in intellectum principiorum: sed perceptio diuinę veritatis, quæ est articulus, tendit in primam veritatem non solum sicut in finem, vel obiectum, sed sicut in id, in quod resoluitur sicut in causam suæ credulitatis.

¶ Ad quintum dicendum, φ Hugo non intendit diffinire articulum, sed ostẽdere quæ sunt ea, de quibus est fides: quia est de operibus conditionis, quibus instituta est natura: & de operibus reparationis, quibus collata est gratia dei. I

Ad secvndam quęstionem dicendum, quòd articulus nominat id quod credendum est quasi obiectum fidei. Diuersa autem dispositio operantis nihil variat in obiecto operationis, nec obiectum denominatur ex dispositione operantis, sed magis econuerso: sicut color nõ denominatur ex diuersa dispositione vidẽtis secundum qđ quidam habent lippos oculos, & quidã claros: vnde cum formatio fidei, & informitas ad dispositionem credentis pertineant, nec etiam secundum id quod est proprium intellectus in quo est fides, sed secundum relationem eius ad voluntatem, in qua est charitas, non potest proprie dici, φ articulus sit formatus, vel informis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd obiectum proportionatur habitui in his quæ ad naturam habitus pertinent, non in his quæ accidunt ex dispositione habentis habitum. K

¶ Ad secundum dicendum, φ illa diffinitio est data de articulo per actum fidei, vnde dicit, perceptio diuinæ veritatis: & ideo ex parte actus accidit ibi id, quod est fidei formatæ non ex parte obiecti. Et similiter dicendum ad tertium.

Ad tertiam quęstionem dicendum, φ nomen symboli similitudinem & collectionem importat, vnde a quatuor collectionibus nomen symboli imponitur. Primo, a collectione multorum hominum in vnam fidem. Secundo, a collectione prædicantium fidem: quia omnes apostoli collecti hãc regulam fidei ediderunt, vnusquisque quod suum est apponens. Tertio, quia ex diuersis locis sacræ scripturæ colliguntur ea quæ credenda sunt, vt in promptu habeantur. Quarto, omnia beneficia diuinitus collata ibi colliguntur: vnde Diony. 4. cap. eccle. hierar. dicit, quòd religionis symbolum congruentius potest appellari hierarchia eucharistia, quasi bona gratia.

Ad primvm ergo dicendum, quòd oportuit ea quæ in diuersis locis sacræ scripturæ tradita sunt, in vnum colligi locum, vt fides magis in promptu haberetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd patres, qui aliã symbola post apostolos ediderunt, nihil de suo apposuerunt: sed ex sacris scripturis ea quæ addiderunt, exceperunt. Et quia quædam difficilia sunt in illo symbolo apostolorum, ideo ad eius explanationem editũ est symbolum Nicenum, quod diffusius fidem quantum ad aliquos articulos prosequitur. Et quia quædam implicite continebantur in illis symbolis, quę oportebat propter insurgentes hæreses explicari, ideo additum est symbolũ Athanasii, qui specialiter contra hereticos se opposuit.

Aug. d… nec. cap. In… pu… cup… cap. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia tempore Athanasii spãliter hæreses insurrexerunt contra personam filij quantum ad vtramque naturã, ideo secundum duas naturas symbolum illud in duas partes diuiditur. Alia autem symbola, quæ non sunt ex principali intentione contra hereticos facta, sed ad doctrinam fidei propalandam, vel elucidandam, diuiduntur in tres personas, in quibus principaliter nostra fides fundatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd symbolum apostolorum fuit editum, quando fides nondum erat propalata, & ideo in secreto dicitur. Et quia editum fuit ad proponendum fidei doctrinam, ideo quotidie dicitur & in Prima, & in Completorio, quasi in principio diei & noctis in signum, quòd omnis nostra operatio a fide debet accipere initium: & quia per ipsam contra aduersa, & in prosperis protegimur. Alia autem symbola edita fuerunt tempore fidei iam propalatæ, & ideo publice cantantur. Et quia non ad proponendum fidem, sed ad defendendum, vel elucidandum edita fuerũt: ideo non in singulis diebus dicuntur, sed in illis, in quibus homines maxime ad ecclesiam venire consueuerunt, & in illis de quibus fit aliqua solemnizatio de illis, quæ ad articulos pertinent. Et quia symbolum Nicenum editum est ad manifestationem fidei, ideo dicitur statim post euangelium, quasi expositio ipsius. Symbolum autẽ Athanasii quod contra hæreticos editum est, in Prima dicitur, quasi iam pulsis hæreticorum tenebris.

Articvlvs II.

Vtrum articuli conuenienter distinguantur in symbolo.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd incõuenienter articuli distinguantur in symbolo. Tres enim personæ sunt æquales: sed articuli pertinentes ad personam filii, & spiritussancti ponuntur plures. ergo similiter debent poni plures pertinentes ad personam patris. 11. q. 1 Op…

¶ 2 Præt. Deum esse vnum, est probabile per demonstrationem, & similiter deum esse creatorem rerum. vnde etiam quidam philosophi, vt Auic. demonstratione moti hoc concedunt: sed articuli qui essentialiter ad fidem pertinent, non possunt demonstratione probari, vt ex dictis patet. ergo inconuenienter ponuntur in symbolis pro articulis. D. 42 q. 1. c.

¶ 3 Præt. Sicut potentia appropriatur patri, ita sapientia filio. ergo sicut fit mentio in symbolo de omnipotentia, ita debet mentio fieri de sapientia, & aliis etiam attributis.

¶ 4 Præt. In symbolo debet exponi fides quantum ad omnes credentes: sed non omnibus credentibus conuenit credere in deum, sed tantum habentibus fidem formatam. ergo videtur quòd male dictum sit, Credo in vnum deum, & quòd habens fidem informem, hoc dicens peccet mentiendo:

¶ 5. Præterea, Cum dicitur credere in Deum, designatur finis fidei: sed solus Deus est finis fidei. ergo cum in symbolo contineatur aliquid, quod est pure creatum, sicut Ecclesia catholica, videtur φ inconuenienter ponatur iste modus loquendi.

¶ 6 Præt. Sicut incarnationis sacramentum incepit in cõceptione, & terminatũ est in natiuitate: ita & mysteriũ passionis incœpit in passione, & terminatũ est ĩ sepultura: sed assignatur alius articulus de conceptione & natiuitate. ergo & alius articulus debet assignari de passione & sepultura.

¶ 7 Præt. Sicut patri appropriatur aliquod opus, & spiritui sancto: ita & filio. ergo sicut cũ fide de patre ponitur aliquod opus diuinum, sicut creatio, & cum articulo Spiritussãcti op⁹ remissionis peccatorum: ita & cum articulis filij deberet aliquod opus diuinum poni.

fides mediatoris quæ nos saluat, saluos iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis: quia sicut credimus Christum in carne uenisse, ita illi uenturum: & sicut nos mortuum, ita illi moriturum: & sicut nos resurrexisse: ita illi resurrecturum: & nos, & illi ad iudicium B viuorum, & mortuorum venturum Grego. super Ezechielem. Ho. 17. pri. Et qui præibant, & qui sequebantur clamabant dicentes. O sanna filio Dauid &c. Quia omnes electi qui in iudea esse potuerunt, siue qui nunc in Ecclesia sunt, in mediatorem dei & hominum crediderunt, & creduut. His, aliisque pluribus testimonijs perspicue docetur, nulli unquàm salutem esse factam nisi per fidem mediatoris. C Oportet ergo accedentem credere quæ supra dixit Apostolus: sed non sufficit. Heb. 11.

De fide simplicium.

Qvid ergo dicetur de illis simplicibus, quibus non erat reuelatum mysteriũ incarnationis, qui pie credebant quod eis traditum fuit? Dici potest, nullum fuisse iustum, uel saluum, cui non esset facta reuelatio uel distincta, uel uelata: uel in aperto, uel in mysterio. Distincta, ut Abrahæ, & Moysi, alijsque maioribus, qui distinctionem articulorum fidei habebant. Velata, ut simplicibus, quibus reuelatũ erat ea eẽ credenda, q̃ credebant illi maiores

¶ 8 Præt. In Nice. symbolo nulla fit mentio de descensu ad inferos. ergo videtur insufficienter articulos continere.

¶ 9 Præt. Quęritur quare in Nice. symbolo dicitur, non creatorem, sed factorem.

¶ 10 Præt. Fides de corpore Christi in sacramẽto altaris maximam difficultatem habet. cum ergo in nullo symbolorum de hoc dicatur aliquid, videtur quòd insufficienter in eis fides tradatur.

Respon. Dicendum, quòd articuli fidei distinguuntur dupliciter. Vno modo, quantũ ad ipsa credibilia, & sic sunt quatuordecim Alio mõ, quantũ ad ipsos qui articulos distinxerunt, & sic sunt. 12. ẽm numerum. 12. Apostolorum. Quia autem articulus est veritas de deo, hoc contingit esse dupliciter, quia aut est de ipso deo tantum: aut de deo ratione naturæ assumptæ. Si primo modo, contingit esse tripliciter: quia aut est de eo ratione naturæ, aut ratione personarum, aut ratione effectus proprij. Si ratione naturæ, sic habemus primum articulum, Credo in vnum deum. Si ratione personæ, aut ratione personæ patris: & sic habemus secundum, Patrem omnipotentem. Aut ratione filij. & sic habemus tertium, Et in Iesum Christum filium eius. Aut ratione personæ Spiritussancti: & sic habemus quartum, Credo in Spiritũ sanctum. Si ratione effectus, aut pertinet ad conditionem naturæ, & sic est quintus, Creatorem cæli & terræ. Aut ad bonum gratiæ: & sic habemus sextum, Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Aut de perfectione gloriæ: & sic habemus septimum, Carnis resurrectionem, vitam æternam. Quidam autem aliter distinguunt hos tres articulos, quia opus creationis includunt in primo articulo, qui pertinet ad veritatem essentiæ, & vltimum opus diuidunt in duos articulos. s. carnis resurrectionem, vnum articulum dicentes: & vitam æternam, alium. Sed prima distinctio melior videtur: quia Apostolus expresse ponit vnum articulum de creationæ, Heb. 11. Fide credimus aptata esse sæcula &c. Et iterum completio vitæ æternæ & gloriæ includit coniunctionem animæ & corporis. Item sciendũ, quòd opus creationis coniungitur articulo de persona patris; quia pertinet ad potentiam quę appropriatur patri: duo aũt alia opera adiunguntur articulis de Spiritusancto, vnde sibi appropriatur vnio ecclesię, quæ importatur per hoc, φ dicitur, Sanctam ecclesiã catholicam, remissionem peccatorum: & communicatio bonorum operum, quæ est per charitatem, vt bonum vnius alteri prosit. Articuli autem pertinentes ad naturam assumptã sunt ẽt septem Primus pertinet ad cõceptionem, Qui conceptus est de Spiritusancto. Secundus ad natiuitatem, Natus ex materia. Tertius ad passionem, Passus sub Pontio Pilato, crucifi. mor. & sep. Quartus ad descensum ad inferos, Descendit ad inferna. Quintus ad resurrectionem, Tertia die resur. a mor. Sextus ad ascensionem, Ascendit in cę. sedet ad dex. dei pa. Septimus ad aduentum, Inde venturus est iudi. vi. & mor. A Horum autem articulorum tres Petrus in vnum complexus est. s. articulum de vnitate essentiæ, de omnipotentia patris, & de opere creationis, ideo quia opus creationis propter potentiam quam indicat, patri appropriatur, qui est etiam fons totius deitatis: & ideo competit Petro, q. est caput apostolorũ, sicut pater trinitatis. Posuit autem Ioannes articulum de persona filij. Articulum autem de conceptione & natiuitate cõiunxit in vnũ Iacobus Zebedæi. Articulum autem de passione posuit Andręas. Descensum ad inferos posuit Pilippus. Resurrectionem Thomas. Ascensionem Bartholomęus. Ad uentum ad iudiciũ Matthęus. Articulum de spiritussancti persona Iacob⁹ Alphæi. Opus gratię diuiserunt duo apostoli. Nam Simon posuit effectũ gratiæ in consecutione boni, scilicet, Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem: Iudas Iacobi, quantum ad remotionem mali, scilicet peccatorum remissionem. Effectum gloriæ posuit Mathias, vel iterum Thomas, vt quidam dicunt. Alij autem aliter prædictos articulos attribuunt apostolis: sed in hoc non est magna vis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd pater non est missus sicut alię personæ, & ideo eis propter effectum missionis plures articuli appropriantur quàm patri.

¶ Ad secundum dicendum, quòd deum esse simpliciter non est articulus, sed deum esse sicut fides supponit, scilicet habentem curam de omnibus, remunerantem, & punientem, vt patet per Apostolum Heb. 11. quia sic determinat, quia est, & quia remunerator est Similiter deum esse creatorem non cognouerunt philosophi sicut fides ponit, ut scilicet postquàm non fuerunt in esse, producta sunt: D sed secundum alium modum accipiunt creationem, vt in lib. 2. dist. 1. dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnes articuli, præcipue qui pertinent ad opera diuina, probantur per omnipotentiam dei, sicut & angelus probauit incarnationem veniens ad Virginem. Luc. 1. Quia non erit impossibile apud deum omne verbum: & ideo ponitur præcipue omnipotentia quasi radix fidei.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in symbolo proponitur nobis regula fidei, ad quam omnes debent pertingere: non autem debent pertingere solum ad actum fidei informis, sed etiam ad actum fidei formatę, & ideo ponitur in symbolis actus fidei formatæ. Nihilominus habens fidem informem, dicens symbolum non peccat: quia hoc dicit in persona Ecclesiæ.

E ¶ Ad quintum dicendum, quòd Leo papa dicit, quòd non debet ibi addi hæc præpositio, In, vt dicatur, Et in vnam sanctam catholicam &c. sed debet dici, Et vnam sanctam &c. Anselmus vero dicit, quòd potest dici In vnam, inquantum in isto effectu intelligitur veritas increata, scilicet vt sic Spiritussanctus in vnam sanctam, idest in Spiritumsanctum vnientem ecclesiam.

¶ Ad sextum dicendum, quòd sicut dictum est, articulus est indiuisibilis veritas supra rationem existens: & vbi occurrunt diuersæ difficultates, quibus hoc quod dicitur, est supra rationem, oportet ponere diuersos articulos. Ponere autem deum sepultum, non habet aliam difficultatem, quàm ponere eum passum, vel mortuum: & ideo totum hoc comprehenditur sub vno articulo. Sed natiuitas habet aliam difficultatem pręter difficultatem conceptionis: quia in conceptione est difficultas ex hoc, φ Deus homo factus est, & φ est facta conceptio sine virili semine. In natiuitate autem ex hoc, quòd clauso Virginis vtero exiuit: & ideo sunt duo articuli.

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ ex parte potentiæ filij ponitur opus, quod in natura assumpta operatus est quantum ad septem articulos, vt dictum est.

¶ Ad octauum dicendum, quòd sicut dicit Inno. tertius, Nicena synodus præcipue congregata fuit contra Arrium, qui negabat filium esse verum deũ: & ideo descensus ad inferos suppressus fuit, in quo maxime videbatur derogari diuinitati Filij.

¶ Vel dicendum, ꝙ quia illud symbolum editum est ad manifestandum fidem contra hæreticos, nullus autem error accideret de descẽsu ad inferos: ideo illum articulũ explicare non curauerunt, sed implicite posuerũt in articulo de resurrectione, in quo intelligitur terminus a quo resurrexit: sicut in articulo cõceptionis implicite tradiderunt articulum nativitatis, quia non fuerat de natiuitate aliquis specialis error.

4. Reg. 7.

¶ Ad nonum dicendum, quòd quia quidam philosophi posuerunt mundum creatum a deo, & tamen ab æterno fuisse, vt Augustinus dicit: ideo symbolum Nicenum quod specialiter ad euacuandos errores æditum fuit, posuit factorem: quod magis ostendit initium durationis mundi, & quòd est a deo agente per voluntatem, non per necessitatem naturæ.

12. lib. de ci. dei c. 17.

¶ Ad decimum dicendum, quòd fides de corpore Christi, & de omnibus sacramẽtis, & de clauibus, & de omnibus huiusmodi includitur in articulo qui est de effectu gratiæ, qui est, Sanctã ecclesiã catholicã. Et ideo in Nicæno symbolo additũ est, Confiteor vnum baptisma. Quidam tamen dicunt, quòd reducitur ad articulum de passione: sed primũ est probabilius.

QVAESTIO II.

Deinde quæritur de explicatione fidei.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo. De necessitate explicationis.
Secundo. Quantum ad quæ oportet esse fidem explicitam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum explicatio fidei sit de necessitate salutis.

22. q. 2. 5. De verit. q. 14. 11.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd fidẽ esse explicitam non sit de necessitate salutis. Ad salutem enim sufficit gratia, & liberũ arbitrium: sed ad explicationem fidei non sufficit habitus gratuitus fidei infusus, nec etiam liberum arbitrium gratia informatum, sed oportet quòd veniat doctrina fidei determinãs, quia fides ex auditu est Ro. 10. ergo explicatio fidei non est de necessitate salutis.

¶ 2 Præt. Nullus damnatur ex hoc, quòd vitare nõ potest: sed aliquis natus in siluis, vel inter infideles non potest distincte de fidei articulis cognitionem habere: quia doctor fidei non adest, nec vnquam de fide audiuit mentionem. ergo iste non damnatur, & tamen non habet fidem explicitam. ergo videtur, ꝙ explicatio fidei non sit de necessitate salutis.

¶ 3 Præt. Explicita cognitio de articulis fidei non potest esse nisi in eo, qui habet vsum liberi arbitrij: sed multi saluantur, qui vsum liberi arbitrij non habent, sicut pueri baptizati morientes. ergo explicatio fidei non est de necessitate salutis.

¶ 4 Præt. Simplicibus non sunt proponenda subtilia, sicut patet per Apostolum, 1. Cor. 3. sed nihil est subtilius his quæ supra rationem sunt, qualia sunt ea quæ ad fidem pertinent. ergo simplicibus non est explicanda fides, & tamen ipsi saluantur. ergo explicatio fidei non est de necessitate salutis.

SED CONTRA. Heb. 11. Accedentẽ ad deum oportet credere quia est, & quia diligentibus se remunerator est: sed accedere ad deum est de necessitate salutis. ergo & habere fidem explicitam quantum ad aliqua.

¶ 5 Præt. Nullus fine spe saluatur: sed ad spem oportet adesse explicitam cognitionem eorum quæ speratur, quia fides est substantia sperandarum rerũ, Heb. 11. ergo habere fidẽ explicite de aliquibus, est de necessitate salutis.

VLTERIVS. Videtur ꝙ quilibet teneatur habere fidem explicitam de omnibus quę ad fidem pertinent tomnes enim articuli fidei æqualiter ad fidem pertinent. si ergo de aliquibus oportet habere cognitionem explicitam, pari ratione de omnibus.

¶ 2 Præt. Secundum id quod in vniuersali scitur, non distinguitur vnus homo ab alio, quia cognitio vniuersalium principiorum omnibus hominibus est innata: sed habere fidem implicite de aliquo articulo, est habere fidem in vniuersali in illo articulo. ergo per hoc quòd habet fidem tantum implicitam de aliquo articulo, non differt quantum ad illum articulum a non credente. ergo oportet habere fidem explicitam de omnibus articulis.

¶ 4 Præt. Sicut per præcepta legis vitantur peccata mortalia, ita per articulos vitantur errores hæresum: sed aliquis ita tenetur seruare præcepta legis, vt omnia peccata vitet. ergo & ita tenetur cognoscere articulos fidei, vt omnes errores, & hæreses vitet: sed hoc non potest facere, nisi qui habet fidem explicitam de omnibus articulis, quia qui scit aliquid implicitæ & in vniuersali, potest errare in particulari. ergo habere fidem explicitam de omnibus articulis, est de necessitate salutis.

SED CONTRA. Explicita cognitio de articulis fidei non habetur nisi per studium: sed studere non est de necessitate salutis. ergo explicita cognitio de omnibus articulis fidei non est de necessitate salutis.

¶ 2 Præt. Secundum hoc, pauci essent qui haberent fidem, cum vix inueniatur aliquis qui possit explicare articulos quãtum ad omnia, quæ in articulis implicite continentur.

VLTERIVS. Videtur quòd maiores non magis teneantur quàm minores, quia homines simplices examinantur de difficilibus articulis, & damnantur hæretici si male respondeant: hoc autem non esset, nisi illos scire tenerentur, ergo minores non minus tenentur scire quàm maiores.

¶ 2 Præt. Nullus tenetur ad plura quàm alius, nisi inquantum ad illa se obligauit: sed maiores non obligauerunt se ad articulos faciendos explicite, vt videtur. ergo non magis tenentur quàm minores.

¶ 3 Præt. Videntur maiores illi, qui magis sciunt. si ergo ad plura credenda obligarentur videtur, quòd ex sua scientia incommodum reportarent.

SED CONTRA, Maiores debent docere fidem minoribus: sed qui docet debet plenius scire. ergo tenentur magis explicite scire quàm minores.

¶ 2 Præt. Ei cui plus est commissum, plus exigetur ab eo: sed maioribus plus commissum est, quàm minoribus, ergo plus ab eis exigetur de fidei cognitione.

VLTERIVS, Videtur quòd minores non habeant fidem implicitam in fide maiorum, sicut enim est fides implicita & explicita, ita & scientia: sed scientiam habet quis implicitam non in aliquo sciente, sed in vniuersali rei scibilis. ergo nec fidem habet vnus implicitam in fide alterius.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Illud in quo implicatur cognitio alicuius habentis cognitionem implicitam, est regula suæ cognitionis: sed regula hostię fidei non est cognitio humana quæ potest decipi, sed cognitio diuina quæ falli non potest. ergo videtur quòd homo non debeat habere fidem implicitam in fide alterius hominis, sed in cognitione dei.

Hom. 1. in Ezech. & Hom. 6. super euang. Matth. 15. Luc. 7.

¶ 5 Præt. Nullus peccat si se conformet suę regulæ: sed maiores sunt prælati, vel etiam doctores. si ergo simplices debent habere implicitam fidẽ in fide maiorũ, nõ peccaret aliqs simplex dicens aliquid contra fidem, si ab aliquo magistro, vel prælato prædicaretur: quod falsum videtur.

¶ 4 Præt. Illud in quo implicatur cognitio alicuius, oportet esse notum, sicut qui habet scięt iam alicuius particularis implicitã in vniuersali principijs, oportet ꝙ illa principia cognoscat. ergo homo non debet habere implicitam fidem in cognitione alterius hominis.

Act. 10.

SED CONTRA. Omnis addiscens habet fidem implicitam in cognitione docentis, quia secundum Philosophum, oportet credere addiscẽtem: sed maiores positi sunt ad docendum fidem minoribus. ergo minores debent habere fidem implicitam in cognitione maiorum.

1. Post. cap. 2. d. 10. 5.

¶ 2 Præt. Hoc patet per authoritatem inductam in litera.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionm, quòd ad salutem aliquis dupliciter peruenit. Quidam enim non peruenit merito ꝓprio, sed merito alieno, sicut pueri & stulti baptizati, quibus suffragatur meritum Christi, cuius facti sunt participes in perceptione sacramenti: quia meritum proprium habere non possunt, cum non habeant vsum liberi arbitrij, quod exigitur ad meritum. Quicũque autem vsum liberi arbitrij habẽt, tenentur ad merita Christi & meritum proprium addere, meritum autem consistit in actu virtutum: vnde ad salutem ipsorum oportet quòd sit & actus, & habitus virtutum. Actus autem omnium virtutum dependet ab actu fidei quæ intentionem dirigit: vnde in omni, qui habet liberũ arbitrium, exigitur ad salutem eius quòd habeat actum fidei, & non solum habitum. Fides autem non potest exire in actum, nisi aliquid determinate & explicite cognoscendo, quod ad fidem pertineat. Et ideo omni ei qui habet vsum liberi arbitrij, habere fidem explicitam quãtum ad aliquid, est de necessitate salutis.

D. 419.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd actus fidei ad hoc est necessarius ad salutem, quia intentionem dirigit in oĩbus actibus aliarum virtutum: & ideo tantum oportet habere vnicuique de fide explicita, quantum sufficit ad dirigendum ipsum in finem vltimum: vnde non est de necessitate salutis, vt homo omnes articulos fidei explicite cognoscat: quia sine aliquorum explicatione potest homo habere rectam intentionem in finem.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum: quia non est eadem ratio de omnibus articulis.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ principia vniuersalia, in quibus implicatur cognitio particularium cõclusionũ, sunt homini nota per lumen naturale. Et ideo quantum ad implicitam cognitionem scientiæ non distinguit vnus homo ab altero, sed lumen fidei secũdum quod habet cognitio implicita, est lumẽ infusum quod vni ifunditur, & alij nõ: & ideo non est similis ratio.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ ad præcepta negatiua tenemur semper, & ad semper, & ꝓ hoc vitantur sufficienter peccata transgressionis: sed ad præcepta affirmatiua tenetur homo semper, sed nõ ad semper, sed loco & tempore determinato. Præcepta autem affirmatiua sunt de actibus virtutum. ergo ad actum virtutis semper exercendum homo non tenetur nec quantum ad omnes modos, quibus potest ille actus exerceri, sed sufficit ꝙ homo tempore debito operetur: & ideo etiam non oportet ꝙ homo habeat explicitam cognitionem de omnibus articulis fidei, sed de aliquibus, qui sunt necessarij secundum tempus illud, & per hoc sufficienter vitantur omnes errores & dubitationes: quia sicut habitus temperantiæ inclinat ad resistendum luxuriæ, ita habitus fidei inclinat ad resistendum omnibus quæ sunt contra fidem. Vnde in tempore quãdo emergit necessitas explicite cognoscendi vel propter doctrinã cõtrariã quę imminet, vel propter motũ dubiũ qui insurgit, tũc hõ fidelis ex inclinatione fidei non consentit his quę sunt cõtra fidem, sed differt assensum quousque plenius instruatur.

Hom. 1. Ezech. 19. ante med.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ explicare articulos fidei contingit dupliciter. Vno modo, quãtum ad ipsorum articulorum substantiã, secundũ qd ipsos articulos distincte scit. Alio modo, quãtum ad ea quæ in articulis continẽtur implicite, quod quidem contingit dum homo scit ea quæ ex articulis cõsequuntur, & vim veritatis ipsorum articulorum per quam possunt defendi ab omni impugnatione. Ad primã quidem explicationẽ totalẽ tenentur oẽs qui hñt officium docendi fidẽ siue ex gradu dignitatis, sicut sacerdotes: siue ex reuelatione, sicut prophetæ: siue ex ministerio, sicut doctores, & prædicatores, non autem alij, quibus non incumbit officium docendi fidem: quia cũm ipsi non habeant nisi seipsos regulare, sufficit eis illos articulos cognoscere, per quos possint, ꝓpriam intentionem dirigere in finem vltimum. Ad secundã autem explicationem articulorum non tenetur aliquis totaliter, vt sciat omnia explicare quæ in articulis de salute continentur, quia hoc non potest esse nisi in patria, vbi ipsa articulorum veritas plene videbitur: sed vnusquisque, cui incumbit officium instruendi alios de fide, qui dicuntur maiores tenentur tantum scire de ista explicatione, quãtum pertinet ad suũ officium. Sed ad hanc explicationem minores, quibus officiũ docendi non incumbit, non tenentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non condemnantur simplices pro hæreticis, quia nescĩũt articulos, sed quia pertinaciter defendũt ea quæ sunt cõtraria articulis, quod nõ faceret, nisi per hæresim fidem corruptam haberent.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ ex hoc ipso ꝙ aliquis docẽdi officium assumit, obligat se ad sciendum ea quæ docere debet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd maiores non dicuntur qui magis sciunt, sed quibus incumbit officium docendi fidem, qui quãque peccatis exigentibus minus sciunt, quibus dicitur

Osee 4. Quia sciam repulisti, repellam te & ego, ne sacerdotio fungaris mihi. Nec tamen ex scientia, quæ ab eis exigitur, aliquod incommodum reportant: quia habere scientiam eis est honorificum. F

AD QVARTAM questionem dicendum, quòd illi quibus incumbit officium docendi fidem, sunt medij inter deum & homines: vnde respectu dei sunt homines, & respectu hominum sunt dij, inquantũ diuinæ cognitionis participes sunt per scientiam scripturarũ, vel p reuelationẽ, vt dicitur Ioan. 10. Illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est: & ideo oportet, quòd minores qui ab eis de fide doceri debent, habeant fidem implicitam in fide illorum non inquãtũ homines sunt, sed inquantum sunt participatione dij.

> runt Deo opera eius. Sine fide enim impossibile est placere deo. Aug. vero dicit, Cornelio dictũ eẽ per angelum. Acceptę sunt eleemosinæ tuæ & orationes tuæ, antequã in Christum crederet: nec tamẽ sine aliqua fide donabat, & orabat. Nam quomodo inuocabat, in quẽ non credebat? Sed si posset sine G fide Christi esse salus, non ad eum mitteretur architectus Ecclesiæ Petrus. Attende quod ait, sine fide Christi nõ posse esse salutem, & tamen Cornelium exauditum antequam crederet in Christum. Quod ita potest intelligi, scilicet, antequã sciret Christũ incarnatum, in quẽ credebat in mysterio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd determinata cognitio principiorum demonstrationis ex sensu acquiritur: vnde ad eorum determinationem doctrina non indigemus, & in his H principijs homo habet a principio implicatam scientiam omnium quæ sequuntur: habet nihilominus scientiam implicitam in cognitione alterius scientis, inquantum oportet eum per doctrinam scientiam accipere: quia oportet adiscentem credere. Et ideo non est simile de scientia & fide: quia non sunt nobis innata aliqua principia naturalia, ad quæ possunt reduci articuli fidei: sed tota determinatio fidei est in nobis per doctrinam, & ideo oportet in cognitione hominis habere fidem implicitam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut in mouentibus inuenitur primum mouens, quod est mouens non motum, & secundum mouens, quod est mouens & motum, post quod est id quod est motum tantum: ita etiam est in regulantibus, ꝙ est aliquid quod est regulans, & nullo modo regulatum: & hęc est ratio primæ regulæ, & tale est Deus. Est & regulans regulatum, & talis regula humanæ fidei est homo diuinus, sicut I

Cap. 7. & 10. eth. capit. 1. etiam Philosophus dicit in 3. ethico. virtuosus est mensura omnium humanorum actuum: regulatum autem tantum sunt ipsi minores.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut homo debet obedire inferiori potestati in his tantum, in quibus non repugnat potestas superior: ita etiam debet homo se primæ regulæ in omnibus commensurare secundum suum modum. Secundæ autem regulæ debet se homo commensurare in his, in quibus non discordat a prima regula: quia in his in quibus discordat, iam non est regula. Et propter hoc prælato contra fidem prædicanti, non est assentiendum, quia in hoc discordat a prima regula: nec per ignorantiam subditus excusatur a toto, quia habitus fidei facit inclinationem ad contrarium, cum

Ioan. 2. necessario doceat de omnibus quę pertinẽt ad salutem. 1. Io. 1. vnde si homo non sit facilis nimis ad credendum omni spiritui, quando aliquid insolitum prædicatur, non assentiet, sed K aliunde requiret, vel deo se committet in eius secreto supra suum modum non se ingerendo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ad hoc datum est hominibus facere miracula, vt ostendatur quòd deus per illos loquitur: nec oportet, quòd in tali homine reuelationem habenti aliquis suam fidem implicet, quousque talis homo ad eius notitiam deueniat vel diuinitus, vel per famam humanam.

ARTICVLVS II.

Vtrum per successionem temporum fides profecerit.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd per successionem temporum fides non profecerit quantum ad ea quæ explicite sunt credenda. Fides enim, vt dicitur in litera, charitati proportionatur: sed charitas est eadem, & æqualis per omnia tempora. ergo & fides.

F ¶ 2 Præt. Quòd in scientiis creuit humana cognitio, hoc est propter imperfectionem eorum, qui primitus artes ad inuenerunt imperfecte, vt dicitur in 2. elen. sed fidei doctrina non habet principium ab inuentione humana, sed ab inspiratione dei, in quo non cadit aliqua imperfectio. ergo non debuit per incrementa temporum perficere. Cap. 11.

De æqualitate fidei, spei, charitatis, & operis, quæ secundum aliquid sunt æqualia.

> Illud etiam non est prætermittendum, quòd fides, spes, charitas, & operatio secundũ aliquid æqualia sunt in præsenti. Vnde Greg. Fidem, spẽ, charitatem, atque operationem, dum in hac vita viuimus, æquales sibi esse apud nos inuenimus: quia quantum credimus, tantum amamus: & quantum amamus, tã tum de spe præsumimus. Quisque enim fidelis tantum credit, quantum sperat, & amat: & tantũ operatur quãtũ credit, & amat, & sperat.

¶ 3 Præt. Fides, quantum ad substantiã semper eadem manet. si ergo cognitio fidei secũdum diuersa tempora proficit, oportet, quòd in primo tempore habeatur saltem implicite tãtum, quod ĩ sequẽti etiam explicite cognoscit: sed minorum est habere fidem in cognitione maiorum. ergo quandocumque fides fuit implicita alicuius articuli in aliquo hoĩe, fuit eiusdem articuli fides explicita in aliquo homine. hoc etiam secundum omne tempus conuenit, quòd aliqui articuli a quibusdam implicite, & ab aliquibus explicite cognoscantur. ergo fides non creuit per successiones temporum. Super. chiel. vlt.

¶ 4 Præt. Articulus est indiuisibilis veritas: sed quod est indiuisibile non potest vlterius distingui. ergo cum semper fuerit fides contenta sub aliquibus articulis, videtur quòd non potuerit magis distingui, vt articuli explicite cognoscerent.

¶ 5 Præt. Per hoc videtur quòd etiam modo eadem ratione possent articuli multiplicari per successionẽ temporum, quod falsum esse videtur.

SED CONTRA. Exod. 6. dominus dixit ad Moysem. Ego sum deus Abraam, deus Isaac, & deus Iacob, & nomen meum Adonay non manifestaui eis. ergo Moysi fuit aliquid reuelatum de Deo, quod patribus reuelatum non fuerat. Similiter etiam dauid dicit. Super senes intellexi. Et Petrus suo tempore completum asserit, Act. 2. quod dicitur Iohelis. 2. Effundam de spiritu meo. Exod. Psal. Super. chiel. mil.

¶ 2 Præt. Greg. dicit quòd per successiones temporum creuit diuinę cognitionis augmentum. I

VLTERIVS. Videtur quòd non oportuit semper habere fidem explicitam de redemptore. Non enim cognouerunt homines de eo per fidem, quod angeli ignorauerunt: quia cognitio fidei per reuelationem, quæ est a deo, est mediantibus angelis, vt dicit Dion. 4. cap. cele. hier. sed angeli mysterium redemptoris non cognouerunt. vnde Apostolus dicit Ephe. 3. quòd erat abscobditum a deo. ergo nec homines de eo fidem explicitam habuerunt. II 22. q.

¶ 2 Præt. Adam suum casum non præsciuit: sed si non peccasset humana redemptio non fuisset. ergo homo non semper explicite cognouit mysterium redemptionis humanæ.

¶ 3 Præt. Sicut dicit Dionysius 9. cap. cel. hier. multi etiam de gentilibus ante Christi aduentum saluati sunt: sed illi non habebant fidem explicitam de redemptione, quia eis reuelatio non fuerat facta Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi. Nec iterum in fide Iudæorum suam fidem implicitam K habebant. ergo fides redemptoris non fuit necessaria ad salutem secundum omne tempus.

¶ 4 Præt. Aduentus redemptoris non est de dictamine legis naturalis, sed qui erant in lege naturali saluabantur implentes ea, quæ erant de dictamine legis naturalis, sicut tempore legis scriptæ est de his quæ dictat lex scripta. ergo non fuit semper necessarium habere fidem explicitam de redemptore.

SED CONTRA. Christus est caput totius Ecclesiæ: nullus autem saluatus est extra ecclesiam. ergo nullus saluatus est, qui non est membrum Christi, vel non fuit: sed nullus fuit membrum Christi, qui in Christum non credidit. ergo nullus saluatus est vnquàm sine fide Christi.

¶ 2 Præt. Sicut creator ẽ principiũ essendi in natura æditatis ita etiã redẽptor est principium reparationis naturæ lapsę: sed nullus põt saluari sine reparatione, sicut nec esse sine eẽ naturali. cum ergo fides de creatore semper fuerit necessaria ad salutẽ, pari ratione & fides redemptoris. semper fuit necessaria ad salutem post casum hominis. A

II 22. q. 2. 1. VLTERIVS. Videtur quòd non oportuit istos articulos de redemptore credere, quos magister tangit in litera: quia Ioannes Baptista inter maiores fuit, qui tenebantur habere fidem explicitam secundum illud tẽpus: sed ipse dubitauit de morte Christi, vt dicit magister in litera. ergo non videtur ꝙ de morte Christi habuerint fidẽ explicitam antiqui patres.

> Sed tamen maior fide, & spe charitas dicitur: quia cum ad Dei speciem peruenitur, spes & fides transit, sed charitas permanet. Et quia charitas mater est omnium virtutum, quæ non ideo post fidem & spem ponitur, quòd ex eis oriatur, sed quia post illa remanebit aucta. Charitas enim nũquàm excidit. Præmissa autem æqualitas proprie secundũ actuum intensionem consideranda est. Huic vero quod hic, & superius dictum est, scilicet ꝙ charitas nõ est ex fide & spe, sed econuerso, videtur obuiare quod ait Apostolus. Finis præce-

¶ 2 Præt. Conceptio natiuitatem pręcedit: sed non dicitur quòd necessariũ fuerit eos habere explicitam fidem de conceptione. ergo nec fuit necessarium quòd haberent explicitam fidem de natiuitate.

¶ 3 Præt. Sicut resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis, ita ascensio causa nostræ ascensionis: sed salus nostra consistit in resurrectione corporum, & in ascensione ad locum gloriæ. ergo necessarium fuit credere ascensionem, sicut & resurrectionem.

¶ 4 Præt. Per descensum ad inferos nos ab inferis retraxit: hoc autem est necessarium ad salutem. ergo & credere Christum ad inferos descendisse.

¶ 5 Præt. Salus hominum esse putatur sine hoc, quòd Christus ad iudicium veniret: quia per hoc nihil nobis Christus meretur. ergo videtur ꝙ non fuerit necessarium credere Christum venturum ad iudicium.

III Ibidem. VLTERIVS. Videtur quòd non fuerit necessarium habere cognitionem trinitatis explicitam: quia Heb. 11. dicitur, quòd de deo oportet credere, quia est &c. ergo videtur quòd non oportuit cognoscere distinctionem personarum.

¶ 2 Præt. Cognitio fidei est necessaria inquantum nos in finem dirigit: sed deus est finis noster inquãtum est summum bonum, quod ad essentiam pertinet. ergo videtur ꝙ sufficiebat de deo credere essentialia.

¶ 3 Præt. Sacra sciptura est regula fidei: sed in scriptura veteris testamenti non fuit mentio expressa facta de trinitate. ergo non erat necessaria ad credendum.

SED CONTRA. Magis est salutifera cognitio de Christo inquantum est deus, quàm inquantum est homo: sed necessarium fuit habere cognitionem de humanitate ipsius. ergo multo fortius de deitate: sed secundum quod est in sua deitate est filius patris. ergo necessarium fuit habere cognitionem de patre & filio.

4. lib. de tri. cap. 10. ¶ 2 Præt. Missio diuinarum personarum semper fuit de necessitate salutis: sed Aug. dicit quòd mitti est cognosci quòd ab alio sit. ergo semper fuit necessarium cognoscere in deo, quòd sit ibi aliquis ab alio, & ita cognoscere trinitatem per fidem.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd fides cognitio quædam est. Quantitas autem cognitionis dupliciter attenditur, scilicet secũdum obiecta, & secundum efficaciam actus circa obiectum. Quia autem habitus specificatur ex obiecto, ideo prima quantitas est habitui essentialis, & secundum hanc attenditur magnitudo fidei, quę est secundum articulorum quantitatem: & ideo secundum hanc quantitatem fides non crescit, nec deficit, cum semper eadem maneat. Efficacia autem in agendo, est ex conditione agentis: & ideo quantum ad alias tres magnitudines potest fides proficere ipsa manente eadem secundum diuersas hominum conditiones. In actu autem fidei tria inueniuntur, secundũ E quę potest efficacię quantitas fidei attendi: duo secundum naturam propriam, scilicet cogitare, & secundum hoc dicitur fides magna, cognitione: & assentire, & secundum hoc dicitur fides magna, constantia, quia assensus certitudinem & determinationem importat, vt supra dist. 23. dictum est. Tertium autem est in actu fidei secundum quod informatur charitate, & secundum hoc dicitur fides magna, deuotione. Sed quia certitudo fidei est ex voluntate determinante intellectum ad vnum, & similiter formatio ex charitate quę est in voluntate, voluntas autem est domina sui actus etiam secundum quodcũque tempus: ideo per se loquendo, magnitudinis fidei, quę est secundum constantiam & deuotionem, attenditur profectus secundum promptitudinem voluntatis quæ est ex gratia, non ex successione temporum, nisi per accidens, inquantum in aliquo tempore fit plenior influentia gratiæ, quàm in alio quantum ad communem statum, quàmuis non quantũ ad omnes personas. Sed cogitare ad intellectum pertinet, cuius virtutes experimento indigent & tempore, vt dicitur 2. ethi. & ideo quantitas fidei quę est secundum cognitionem articulorum, per se loquẽdo, crescit secũdum diuersitatẽ temporis. Arti. 2. in cor. & ad 1. Cap. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ charitas in voluntate est. Ea autem quę ad volũtatem pertinent, nõ indigent experimento & tẽpore, sicut ea B quæ sunt in intellectu, in quo est fides, nisi quatenus oportet, quòd per exercitium acquiratur habitus, quod de charitate non est. Et ideo profectus charitatis proprie loquendo, non attenditur secundum diuersa tempora nisi per accidens, inquantum tempore redemptionis plenior infunditur gratia quantum ad communem statum, non autem quantũ ad omnes singulares personas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc ꝙ scientię profecerunt per successionem temporum, non tantum est ex imperfectione inuentorum, sed etiam ex impotentia addiscentium, qui a principio totum capere non possunt: & ita in his quæ fidei sunt accidit, quòd oportuit paulatim humanum intellectum assuefieri ad ea quæ fidei sunt: propter quod dominus discipulis dixit. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Ioan. 16.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illi qui immediate a deo fidei cognitionem receperunt, quantum ad ea quæ eis non explica C bantur, non habebant fidem implicitam in fide alterius hominis, sed in cognitione ipsius dei, cui reponebant id quod de secretis diuinę sapientię eis fuerat reuelatum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd articulus dicitur indiuisibilis veritas quantum ad id quod actu explicatur in articulo, sed est diuisibilis quantum ad ea quæ potentia continentur in articulo, secundum qđ qui dicit vnum, quodãmodo dicit multa: & hęc sunt ea quę precedunt ad articulum, & consequuntur ad ipsum, & quantum ad hoc potest explicari & diuidi articulus fidei.

¶ Ad quintum dicendum, quòd aliquid, quod in articulo cõtinetur, explicari potest dupliciter. Vno modo, secundum qđ vnus articulus continetur quandoque in alio, vel duo in vno communi: sicut resurrectio mortuorum continetur quodammodo in resurrectione Christi: & passio & incarnatio in hoc communi, quòd est mysterium redemptionis, & sic fides im- D plicita explicatur in articulis fidei determinatis, & hæc explicatio completa est per Christum: vnde eius doctrinæ quantũ ad essentialia fidei nec addere, nec diminuere licet, vt dicitur Apoc. vlti. sed ante Christi aduentum non erat completa, vnde etiam quantum ad maiores crescebat secundum diuersa tempora. Alio modo, id quod in articulo continetur, non est articulus, sed aliquid concomitans articulum: & quantum ad hoc potest fides quotidię explicari, & per studium sanctorum magis & magis explicita fuit.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd ad fidem redemptoris tripliciter se habet humanum genus secundum diuersa tempora. In primo enim statu ante peccatum non oportebat ab aliquo homine haberi fidem explicitam de redemptore, quia nondum seruitus erat inducta: sed sufficiebat habere fidem implicitam in cognitione dei, vt scilicet homo crederet, quòd deus ei prouideret in eis quæ essent necessaria ad salutem. In secundo autem statu post peccatum ante aduentum Christi quidam habebant fidem explicitam de redemptore, quibus reuelatio facta erat, qui maiores dicebantur. Quidam autem, vt minores, fidem implicitam habebant in fide maiorum: vnde & eis sacramentum redemptionis sub signis sacrificiorum proponebatur. In tertio autem statu post aduentum Christi, quia iam mysterium redemptionis impletum est & corporaliter & visibiliter, & prędicatum, omnes tenentur ad explicite credendum. Et si aliquis instructorem non haberet, deus ei reuelaret, nisi ex sua culpa remaneret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angeli primitus mysterium incarnationis sunt edocti quàm homines, vt dicit Diony. 4. capi. celest. hierar. quantum ad ipsam substantiam eius quod credendum est, quàmuis non quantum

ad omnes circunstantias articulorum, quæ postea rebus euenientibus cognouerunt. Et de hoc plenius dictum est in 2. lib. dist. 11.

¶ Ad secundum dicendum, quòd authoritates inductæ in littera loquuntur post peccatum siue ante legem, siue post.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ quàmuis alijs gentibus non esset data lex diuinitus communiter omnibus sicut Iudæis, ex quib⁹ nasciturus erat Christ⁹, & sic oportebat in eis potius fidẽ vigere: tñ multis etiã gẽtilibus reuelationes per angelos factæ sunt etiam de Christo, sicut patet de sybilla, qui de Christo expresse ꝓpheтauit. In historijs romanis etiam legitur, quòd temporibus Constantini Imperatoris inuentum fuit in grecia quoddam corpus in sepulchro quodam habens laminam auream supra pectus, in qua scriptum erat. Christus nasceтur ex virgine, & credo in eum. O Sol, sub Helenæ & Constantini temporibus iterum me videbis. Illi etiam quibus spiritualis reuelatio facta non fuerat saluari poterant etiam si nihil de lege Moysi audissent, neque aliquid de ea scirent: quia lex illa non erat omnibus data, sed tantum Iudæis: vnde alij nõ peccabant, si legis obseruantias non seruarent. Secus autem est de lege Christi, quæ omnibus pronunciata est. Saluabantur tamen fide implicita redemptoris, implicando fidem suam in cognitione dei, vel eorum qui a deo docti erant indeterminate quicunque illi essent: sicut maiores Iudæorum quantum ad ea, quæ eis nondum fuerant reuelata, dum tamen contrarium pertinaciter non tenerent contra prædicantem fidem.

Vt refert Isido. in 8. Ethi. ca. 8.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis ad cognitionem redemptoris non sufficeret natura per se, sufficiebat tamen cum lege scripta tempore legis: ante legem vero adiuta per gratiã.

Ad tertiam questionem dicendum, quòd fides explicita ad hoc necessaria est, quòd in finem vltimum intentionem dirigat. Et quia per peccatum homo ab illo fine abductus fuerat, non poterat reduci, nisi per mediatorem Dei, & hominum dominum Iesum Christum: ideo post peccatum oportuit haberi cognitionem explicitam de redemptore, & præcipue quantum ad ea, quibus nos in finem reduxit victo hoste, quo captiui detinebamur. Ad hoc autem, quòd nos in finem I reduceret quatuor requirebantur. Primum est, quòd propugnator noster instrueretur: quod factum est in natiuitate. Secundum est, quòd propugnaret, quod factum est in passione. Tertium est, quòd vinceret: quod factum est in resurrectione, quando æternitatis aditũ deuicta morte reseruit. Quarto, ꝙ victoriæ suæ omnes suos participes faceret: & hoc erit in iudicio, quando bonis bona, & malis mala reddet. Et ideo ista præcipue requirebantur, ut de redemptore explicite scirentur. Tamen possibile est, quòd secundum diuersa tempora horum distinctio, & explicatio ante Christi aduentum creuit, ut quanto aduentui saluatoris viciniores existerent, tanto sacramenta salutis plenius perceperint, vt dicit Greg. Et secundum hoc utraque opinio in litera posita potest habere ueritatem; prima, quantum ad propinquos: secunda, quantũ ad remotos.

Super Ezech. ho. 16.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Ioannes Baptista hos articulos plenissime sciuit, vnde de his non dubitauit, potuit autem dubitare sine præiudicio salutis de alio articulo passionis implicite tunc temporis, scilicet de descensu ad inferos non pertinaciter, quod patet, quia docere quærebat. Vel dicendum, ut alii dicunt, quòd ipse non dubitauit, sed quasi dubitasse uisus est, inquantum quæsiuit non propter se, sed propter suos discipulos instruendos: vel fuit dubitatio nõ ignorantiæ, sed admirationis, & pietatis. K

¶ Ad secundum dicendum, quòd articulus conceptionis implicite continebatur in articulo natiuitatis, inquantum est uia ad natiuitatem. Articulus autem de descensu ad inferos, in articulo de passione. Articulus autem de ascensione, in articulo de resurrectione: quia ibi terminatur victoria resurrentis. Vnde patet responsio ad tertium & quartum.

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ in iudicio Christus nihil nobis mebitur, sed id quod prius meruit reddet.

Ad qvvrtam quæstionem dicendum, quòd per missiones diuinarum personarum in nos, homo in finem vltimum ducitur non solum post peccatum, sed etiam ante peccatum: & ideo explicita cognitio de Trinitate fuit necessaria non solum post peccatum, sed etiam ante peccatum. Non tamen eodem modo ante aduentum Christi, & post: quia ante aduentum soli maiores de hoc fidem explicitam habuerũt: post Icarnationẽ uero oẽs fidem explicitã de tribus personis habere tenentur: sicut & de mysterio incarnationis, quod cognosci non potest, nisi cognoscatur persona rum distinctio: & quia sacramenta salutis cum inuocatione trinitatis conferuntur. F

charitatem præcedere videntur. Hoc ergo ea ratione traditum intelligẽ quòd fides & spes causa, uel tempore charitatem omnium bonorum matrem præcedant. Sed quia charitas sine illis in aliquo esse non potest, sed illæ sine charitate possunt esse, quamuis non sit pia fides, vel spes sine charitate: ideo igitur ex fide, & spe procedere dicit charitas, quia nulli prouenit sine istis. G

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Apostolus posuit illa, quę oportuit credi explicite a quolibet homine in quocunque statu: hoc autem non fuit cognitio trinitatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad dirigendum in finem non solũ oportet cognoscere finem, sed etiam ea sine quibus in finem iri non potest: & ideo oportuit habere cognitionem explicitam de fine trinitatis, quia sine earum missione in finẽ beatitudinis ueniri non potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non erat necessarium vt explicitę omnes cognoscerent: ideo non fuit positum, mysteriũ trinitatis manifeste in veteri testamento, sed velate, vt sapientes capere possent. H

EXPOSITIO TEXTVS.

Sicvt *in Ecclesia aliqui sunt minus capaces*. Contra. Modo non sufficit ad salutem, vt etiam explicite mysterium incarnationis credatur. Dicendum quòd est similitudo nõ quantum ad omnia, sed quantum ad quædam de articulis: quia nesciunt eos distinguere, quàmuis explicite cognoscatur illud quod in articulis continetur. Tenentur autem explicite illos articulos scire, de quibus Ecclesia solennizat & facit continuam mentionem, sicut de Trinitate. *Credunt hoc quod ignorant*. Hoc est contra illud, quod supetius dictum est, quòd fides non est de ignotis. Dicendum, quòd sicut implicite creditur, ita & implicite cognoscitur: dicitur autem ignorari quod nescitur explicite. *Solet etiam queri de fide Cornelij*. Sciendum, quòd Cornelius habebat fidem explicitam de mysterio incarnationis, quàmuis suffecisset ei ad salutem etiam si de hoc fidem implicitam habuisset, sed non habebat fidem distinctam de tempore incarnationis: & ideo quia hoc iam incipiebat esse necessarium ad salutem, missus fuit Petrus ad eum instruendum. *Illud etiam non est prætermittendum*. De hac Art. æqualitate habituum, & operatione dicetur infra dist. 36. Hic tamen sciendum est, quòd operationem hic uidetur nominare virtutes regulantes in opere exteriori, sicut sunt virtutes cardinales, quę etiam habent actus interiores, secũdum quas oportet istã æqualitatẽ attendi. Vel si loquitur de operibus exterioribus, attendenda est æqualitas quantum ad confirmationem operis magis, quàm secundum quantitatem actus: quia interdum aliquis ex maiori charitate, facit opera ex suo genere minora, quàm alius maiora. *Non autem post fidem*. Contra, Matth. 1. Abraham genuit Isaac. Isaac Iacob, idest, fides spem, spes charitatem. Dicendum, quòd intelligitur quantum ad actus, non quantum ad habitus. *Non quòd fides, & spes eam*. Contra, Aliquis habet fidem, qui non habet charitatem: sicut qui ficte accedit ad baptismum fidem tantum habens. Dicendum, quòd loquitur de fide, & spe secundum quod est virtus.

DIVISIO TEXTVS.

Postqvam Magister determinauit de fide, hic secundo determinat de spe, & diuiditur in duas partes. In prima, determinat de spe. In secunda, de ostendit, in quibus spes inuenitur ibi. *Post hoc superest inuestigare*. Circa primum duo facit. Primo, determinat de spe secundum se. In secunda, de spe per comparationem ad fidem, ibi. *Et sicut fides*. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit conuenientiam inter fidem, & spem. Secundo, distinctiam, ibi. *Distinguitur tamen*. *Post hoc superest*. Hic ostẽdit, quorum sit habere fidem. Et circa hoc duo facit. Primo, inquirit vtrum in Christo fuerit fides. Secundo, vtrum in antiquis patribus in limbo existentibus, ibi. *De antiquis vero patribus*. Hic quæruntur duo. Primo, de spe, secundum quod est passio. Secundo, de ipsa secundum quod est virtus.

DISTINCTIO XXVI.

A

De spe, quid sit.

Sit autem spes virtus, qua spiritualia, & æterna bona sperantur, idest, cum fiducia expectantur. Est enim spes certa expectatio futuræ beatitudinis ueniens ex Dei gratia, & ex præcedentibus meritis: uel ipsam spem, quam natura præit charitas, uel speratam rem, idest, beatitudinem æternam. Sine meritis enim aliquid sperare non spes, sed præsumptio dici potest.

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quærun tur quinque.

¶ Primo, Vtrum spes sit passio.
¶ Secũdo, In quo sit.
¶ Tertio, De differentia eius ad alias passiones.
¶ Quarto, Vtrũ sit vna de quatuor passionibus principalibus.
¶ Quinto, Vtrum possit esse in parte intellectiua.

ARTICVLVS PRIMVS

Vtrum spes sit passio.

12. q.40.1. Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd spes nõ sit passio. Spes enim est expectatio: sed expectatio dicit immobilitatem. cum ergo omnis passio in motu consistat, videtur ꝙ spes non sit passio.

T.com.19. ¶ 2 Præt. Opposita sunt in eodem genere: sed Philosophus 7. physicor. diuidit spem contra memoriam, diuidens actiones vtriusque abinuicem. cum ergo memoria non sit passio, nec spes passio erit.

¶ 3 Præter. Expectare a spectando dicitur: spectare autem est videre. cum ergo videre non sit passio animalis, secundum qđ proprie loquimur de passionibus animæ, videtur ꝙ spes, quæ est expectatio, non sit passio.

T.com.20. ¶ 4 Præt. Passio animę in parte sensitiua est, vt dicit Philosophus in 7. physic. sed spes cũ sit de futuro bono non potest esse in parte sensitiua, quia sensus est præsentium tantum. ergo spes non est passio.

¶ 5 Præt. Nihil patitur, nisi ex præsentia agentis: sed spes non est de præsentibus, sed de futuris. ergo non est passio.

Sed contra, Spes contra timorem diuiditur: sed timor est passio. ergo & spes.

¶ 1 Præt. Spes ad appetitiuam potentiam pertinet, quia habet bonum pro obiecto: sed motus appetitiuæ partis dicitur passio animæ, quia ad eum sequitur delectatio, & tristitia, quod proprium est passionum, vt dicitur in 2. eth. ergo vt prius. E

Cap. 5. ¶ 3 Præt. Præsens, & præteritum non diuersificant genus: sed gaudium, quod est de præsenti bono, est in genere passionis. ergo & spes, quę est de bono futuro.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut prius dist. 15. dictum est, quàmuis omnis operatio potentiarum animæ, quæ per sua obiecta in actum reducuntur, sicut intellectus possibilis, sensus, & appetitus, possint dici passiones: tamen proprie loquendo, passio est in operationibus appetitus sensitiuæ partis, secundum quod Damas. dicit in 2. lib. quòd passio est motus appetitiuæ virtutis sensibilis, qui est ex imaginatione boni, vel mali. Spes autem dicit extensionem appetitus in illud, quod A appetibile est. Inuenitur autem non solum in hominibus, sed etiam in aliis animalibus, quod patet: quia iumenta uidentur animalia operari propter aliquod bonum futurum æstimatum possibile, sicut anes faciunt nidum propter filiorum educationẽ: nec propter finem aliquid facerent, nisi in finem illum quasi eis possibilem tenderent, quia naturalis appetitus non est impossibilium. Similiter etiam patet, quòd vnum animal aggredit aliud non nisi ex spe victoriæ. Patet ergo quòd spes sit in appetitu sensitiuæ partis, quę nobis & brutis communis est, & ita sequitur ꝙ sit passio. *In Enchi. cap. 8. *Rom. 8.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ appetitiuæ ptis duplex est motus, scilicet prosecutio, & fuga. Obiectum autem spei, quod est bonũ difficile & arduum, ratione suæ bonitatis natum est mouere ad prosecutionem, sed ratione suę difficultatis natum est mouere ad fugam, hic tamen motus retardatur per spem: & ideo spes importat motum primum, in quo saluatur ratio passionis, tamen in quiete priuatiue secundum motum, qui est fuga.

C ¶ Ad secundum dicendum, quòd diuiditur spes contra memoriam non quantum ad essentiam suã, sed quantum ad affectum, qui est communis memoriæ, & spei, scilicet delectatio: vnde non sequitur, ꝙ in genere conueniant.

¶ Ad tertium dicendum, quòd frequenter nomina imponuntur rebus occultis ex suis signis, sicut essentiales differẽtiæ ex accidentibus nominantur. Signum autem alicuius quiescentis cum extensione appetitus in aliquid desideratũ solet esse, ꝙ frequenter vlsum dirigit in illud, vt videat si ex aliqua parte ad ipsum accedat: & ideo dispositio prædicta quietis cum motu dicitur expectatio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut animalia cognoscunt rationem conuenientis, & nociui non per inquisitionem rationis, vt homo, sed per instinctum naturę, qui dicitur æstimatio: ita etiam cognoscunt aliquid, quod futurum est sine hoc, ꝙ cognoscant rationem futuri non conferendo præsens ad futurum, sed ex instinctu naturali, secundum quod aguntur ad aliquid agendum vel ex impulsu naturæ interioris, vel exterioris: sicut quando agunt ad aliquid ad præcauendum de futuris, quę dependent ex motu cęli, quasi ex eo impulsa: vnde ex eorum operibus homines possunt aliquid scire de huiusmodi futuris, sicut nautę præsciunt tempestatem futuram ex motu delphinorum ad superficiem aquę descendentium: & formicę veniente pluuia reponunt granum in cauernis. D

¶ Ad quintum dicendum, quòd id quod est futurum secundum rem, potest esse præsens in imaginatione. Et quia bonum est natum mouere appetitum, secundum quod est imaginatum, vel intellectum, vt dicitur in 3. de anima ideo ex tali præsentia potest sequi passio in appetitu. T.com.54.

ARTICVLVS II.

Vtrum spes sit in alia vi, quam in concupiscibili.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd spes nõ sit in alia vi, quàm in cõcupiscibili. Ardum enim, vel difficile nõ addit aliquam rationem appetibilis supra bonum: quia difficile magis habet rationem fugibilis, quàm appetibilis. Arduum autem non differt a bono non arduo, nisi secundum magis, & minus: sed vis concupiscibilis est boni quod desideratur. cum ergo obiectum spei sit bonum arduum, vel difficile, videtur ꝙ spes sit in concupiscibili. 12. q.40.2.

¶ 2 Præt. Sicut voluntas est bonum appetibilis in parte intellectiua, ita concupiscibilis in parte sensitiua: sed in parte intellectiua omne quod ad appetitum pertinet, est voluntas. ergo & in parte sensitiua omne quod ad appetitum pertinet, est vis concupiscibilis: & ita cum spes ad appetitum pertineat, vt dictum est, videtur ꝙ sit in concupiscibili. Art. præce.

¶ 3 Præt.

¶ 1 Pret. Gaudium, & delectatio in cõcupiscibili sunt: sed spes facit gaudium, Ro. 12. Spe gaudentes: & delectationem, vt dicit Philos. in 7. physic. ergo spes est in concupiscibili. T. com. 19.

¶ 2 Pret. Præsens & futurum non diuersificant appetitiuam potentiam, cum accidant appetibili inquantum huiusmodi: sed gaudiũ & spes non differunt nisi secundum id, quòd gaudium est de bono præsenti, spes autem de bono futuro. ergo eum gaudium sit in concupiscibili, & spes in eodem erit.

¶ 3 Pret. Eiusdem est moueri ad terminum, & in termino quiescere: sed spes importat motum in aliquem terminum, in quem cum aliquis deuenerit, gaudet. cum ergo gaudere sit concupiscibilis, & sperare erit concupiscibilis.

SED CONTRA. Concupiscibilis, per se loquendo, non ordinatur ad arduum, sed magis irascibilis. cum ergo obiectum spei sit arduum, oportet quòd spes non sit in concupiscibili, sed in irascibili.

¶ 2 Pret. Idem est subiectum contrariorum: sed spei opponitur timor. cum ergo timor sit in irascibili, non in concupiscibili, sicut & audacia, quę iterum timori opponitur, videtur quòd spes etiam sit in irascibili.

¶ 3 Præt. Ira sine spe esse non potest, vt dicit Auic. in 6. de naturalibus. Vnde ex offensa illa, de cuius vindicta non est spes (sicut cum quis a rege offenditur) non est ira, sed odium magis, vel timor. ergo cum ira non sit in concupiscibili, nec spes.

RESPON. Dicendum, quòd potentię passiuę variantur, secundum quod sunt natę moueri a diuersis actiuis, per se loquendo. Proprium autem motiuum appetitiuę virtutis est bonum apprehensum: vnde oportet quod secundum diuersas virtutes apprehendentes, sint etiam diuersi appetitus, scilicet appetitus rationis, qui est de bono apprehenso secundum rationem, vel intellectum, vnde est de bono apprehenso simpliciter, & in vniuersali: & appetitus sensitiuus, qui est de bono apprehenso secundum vires sensitiuas, vnde est de bono parti culari, & vt nunc. Sed quia potentia passiua nõ extenditur se ad plura, quàm virtus sui actiui, secundum quòd dicit Commẽ. in 9. meta. quòd nulla potentia passiua est in natura, cui non respondeat sua potentia actiua naturalis: ideo appetitus sensitiuus ad illa tantum bona se extendit, ad quę se extendit apprehensio sensitiua. Quia autem, vt dicit Dionys. 7. cap. de diuin. nomin. diuina sapientia coniungit fines primorum principiis secundorum, quia omnis natura inferior in sui supremo attingit ad infimum naturę superioris, secundum quod participat aliquid de natura superioris, quàm uis deficienter: ideo tam in apprehensione, quàm in appetitu sensitiuo inuenitur aliquid, in quo sensitiuum rationẽ attingit. Quòd enim animal imaginetur formas apprehensas per sensum, hoc est de natura sensitiuę apprehensionis, secundum se: sed quòd apprehendat illas intentiones, quę non cadunt sub sensu, sicut amicitiam, odium, & huiusmodi, hoc est sensitiuę partis, secũdum quod attingit rationem. Vnde pars illa in hominibus, in quibus est perfectior propter coniunctionem ad animam rationalem, dicitur ratio particularis, quia confert de intentionibus particularibus: in aliis autem animalibus, quia non cõfert, sed ex instinctu naturali habet huiusmodi intentiones, apprehendere non dicitur ratio, sed æstimatio. Similiter etiam ex parte appetitus, quòd animal appetat ea quę sunt conuenientia sensui delectationem facientia, secundum naturam sensitiuam est, & pertinet ad vim concupiscibilem: sed quòd tendat in aliquod bonum, quod non facit delectationem in sensu, sed magis natum est facere tristitiam ratione suę difficultatis, sicut quòd animal appetit pugnam cum alio animali, vel aggredi aliam quamcumq; difficultatem, hoc est in appetitu sensitiuo, secũdum quod natura sensitiua attingit intellectiuam: & hoc pertinet ad irascibilem. Et ideo sicut æstimatio est alia vis, quàm imaginatio: ita irascibilis est alia vis, quàm concupiscibilis. Obiectum enim concupiscibilis est bonum, quod natum est facere delectationem in sensu: irascibilis autem bonũ, quod difficultatem habet. Et quia quod est difficile, non est appetibile inquantum huiusmodi, sed vel in ordine ad aliud delectabile, vel ratione bonitatis, quę difficultati admiscetur, cõferre autem vnum ad aliud, & discernere intentionem difficultatis & bonitatis in vno & eodem est rationis: ideo proprie istud bonum appetere est rationalis appetitus, sed conuenit sensitiuæ, secundum quod attingit per quandam imperfectam participationẽ ad rationalem non quidem conferendo, vel discernendo, sed naturali instinctu mouet in illud, sicut dictum est de æstimatione. D.766.

¶ Et per hoc patet etiam quòd irascibilis est altior, quàm concupiscibilis, & propinquior rationi: & ideo inclinans propter concupiscẽtiam, qui nulla lege vtitur, magis est turpis quàm iracundus, qui vtitur legibus, sed peruersis, vt dicitur in 7. ethi. Cap. 9. Vnde etiam vitia, quæ sunt in concupiscibili, sunt maioris infamiæ quàm ea, quę sunt in irascibili. Ex his ergo iam planum est videre, quę passio sit in irascibili, & quę in concupiscibili. Omnis enim passio, de cuius intellectu est appetitus in bonum, vel conueniens simpliciter, est in concupiscibili, sicut amor, delectatio, & huiusmodi, & eorum opposita. Omnis autem passio, de cuius intellectu est appetitus in bonum cum circunstantia difficultatis, est in irascibili, & huiusmodi sunt omnia illa quę important bonum, vel malum cum determinatione alicuius quantitatis, sicut ira, quæ non ex qualibet lęsione consurgit, sed ex ea, quam potest aliquis vindicare, & tamen non habet in promptu vindictam. Timor etiam non est de quolibet malo, sed de malo, cui non potest resisti, vel difficulter resistitur. Spes autẽ importat motum appetitus in aliquod bonum commensuratum appetenti. Nõ enim est de bono tanto, ad quod nullo modo possit peruenire: nec iterum de tam paruo, quod pro nihilo habeatur, sed de eo quod est possibile haberi, & tamen est difficile ad habendum, propter quod dicitur arduum: vnde patet quòd spes, secundum quod est passio, est in irascibili. E F G H

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd difficile, vel arduũ addit quandam specialem rationem bonitatis, scilicet pretiositatem quandam ex hoc ipso, q̃ non de facili habetur, sicut dicitur omne rarum, charum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ natura rationalis ex seipsa conferre habet, & discernere vnde bonũ, quod est ex seipso appetibile, vel quod indiget collatione & discretione ad hoc, q̃ appetatur secundum naturam rationalis apprehensionis appetitus rationalem mouet: & ideo ex hoc nõ diuersificatur appetitus rationalis, sed dicitur voluntas vniuersaliter: nõ sic autem est de appetitu sensitiuo, vt patet ex dictis. Inc. ipsa.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ inquantum spes est de difficili arduo non delectat, sed magis attingit, cum ex hoc ipso sit distãs, sed inquantum est de bono possibili acquiri, sic facit delectationem: quia sicut quod est in potentia iam habet inchoationem sui esse, ita quòd apprehenditur vt possibile adipisci, apprehenditur vt iam quodammodo presens: & ideo spes delectationem facit, & hæc delectatio non est in concupiscibili, sed in irascibili. Quelibet enim potentia appetit sibi conueniens, & de eo delectatur, vt infra dicetur. Bonum autem arduum ex hoc ipso quòd est possibile adipisci, est conueniens in irascibili. Vnde in ipsum tendit. I In corp. artic. præced. Dist. 23.

¶ Ad quartum dicendum, quòd obiectum irascibilis, est bonũ difficile: quod autem habetur, iam non est difficile, sed tantum dum nõ habetur: & ideo non omnes passiones irascibilis sunt futuri, sicut timor, & spes. Tom. 1. de spir. & anima, ca. 45. Tom. 4. de sub. dil. & am. cap. 1. q. 2. art. 3. q. 1. in corpore.

¶ Ad quintum dicendum, quòd obiectum irascibilis est bonũ difficile, quod quãdoque habet bonitatem ex ordine ad aliud. Vnde in actu, vel motu irascibilis ẽ duplex terminus. Primus est proximus, secundum quod terminatur in obiectum proprium, vt quando consequitur victoriam. Et quia proprium obiectum irascibilis habet difficultatem: ideo non est delectabile alicui simpliciter, sed est delectabile ei secũdum hãc vim, cuius actus est perfectus per hoc, quòd pertingit ad obiectum proprium, quod iam consecutum est: sicut quando aliquis delectatur de hoc quòd vincit, quàmuis simpliciter sensibilem dolorem de vulneribus sustineat, & de fatigatione tristitiam habeat: & ideo hæc delectatio non est concupiscibilis, sed est proprie irascibilis, sicut delectatio, quę est propria in actu videndi est propria ipsius visus. Secundus terminus est vltimus finis, in quem obiectum proprium ordinatum est: hoc autem est aliquid, quod secundum seipsum est conueniens, & delectabile, sicut quòd animal postquam vicit aliud animal, vtitur ad libitum propria voluptate: & hęc delectatio pertinet ad concupiscibilem. Irascibilis enim ad consecutionem concupiscibilis ordinatur, vt scilicet propter difficultatem interuenientem K

rem delectatio conueniens non pretermittatur. Et ideo dicit Damas. in 2. lib. q̃ ira est audax concupiscentię vindex: & propter hoc etiam dicit Philos. in 6. de animalibus, q̃ animalia pugnãt adinuicem propter cibum, & propter coitum: quia circa has delectationes præcipue est concupiscibilis. De fid. c. 16 circa med. Cap. 18.

ARTIC. III.

Vtrum spes differat ab aliis passionibus, scilicet timore &c.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ spes nõ differat ab aliis passionibus. Spes enim importat expectationem: sed omnis motus appetitus videtur esse expectatio, quę nihil aliud dicit, quàm protensionem in aliquod bonum. ergo spes non distinguitur ab aliis passionibus, quę ad appetitum pertinent.

¶ 2 Pret. Expectatum bonum est obiectum spei, quę est expectatio: sed expectatum bonum concupiscentiam constituit, vt dicit Dam. 2. lib. ergo concupiscentia est idem q̃ spes.

¶ 3 Pret. Idem motus est a termino, & in terminum: sed timor dicit motum appetitus a malo, spes autem dicit motum eiusdem in bonum. ergo idem est timor, & spes.

¶ 4 Pret. Sicut se habet album, & nigrum ad visum, ita se habet bonum, & malum ad appetitum: sed album, & nigrũ non diuersificant neque potentiam visiuam, neque passiones eius. ergo nec bonum, & malum diuersificant passiones appetitus: & ita timor, & spes non sunt diuersæ passiones, quàmuis sint de bono, & malo. Art. præce. in corp.

¶ 5 Pret. Spes, vt dictum est, dicit protensionem appetitus in aliquod arduum: sed hoc idem in uenitur in audacia, confidentia, siue fiducia, & ira. ergo omnia ista sunt idem quod spes.

SED CONTRA. Quorum diffinitiones sunt diuersæ, & ipsa differunt: sed diffinitio spei non conuenit aliis passionibus. ergo & spes ab aliis passionibus distinguitur.

¶ 2 Pret. Quæcumque sunt idem, vnum non potest esse sine altero: sed spes potest esse sine aliis. ergo spes ab aliis differt.

¶ 3 Pret. Motus differunt penes terminos: sed non est idem terminus, seu obiectum spei, & aliarum passionum, quia sperata tum bonum est obiectum spei, non autẽ per se loquendo, aliarum passionum. ergo spes differt ab aliis passionibus.

RESPON. Dicendum, quòd passiones animæ, de quibus loquimur? primo distinguuntur ex hoc, quòd quædam important bonum & malum absolute, & hæ pertinent ad concupiscibilem: quædam vero important aliquam mensuram boni, vel mali, vt ex prędictis patet, & hæc pertinent ad irascibilem. Passionum ergo in concupiscibili existentium, quædam important habitudinem cõcupiscibilis ad ipsum obiectum: quædam vero motum ipsius respectu obiecti: quædam vero impressionem relictam in ipsa ex præsentia obiecti. Cum autem obiectũ appetitus sit bonum, vel malum, quodlibet istorum per hæc duo diuiditur. Amor enim importat habitudinem concupiscibilis ad bonum: odium vero ad malum, quia amor amatum ponit connaturale, & quasi vnum amanti, cuius contrarium facit odiũ. Et quia hæc habitudo pefficitur ex præsentia obiecti, ideo amor secundum perfectam sui rationem est habiti, vt dicit Augustinus. Motus autem concupiscibilis in bonum, dicitur desiderium, in malum autem est innominatus, sed dicatur fuga. Impressio vero relicta in concupiscibili ex præsentia boni, dicitur delectatio, vel gaudium: sed præsentia mali dicitur tristitia, vel dolor. Qualiter autem tristitia, & dolor differant, supra distinct. 15. dictum est. Eodem etiam modo differunt delectatio sensibilis, & gaudium. Lætitia autem dicit effectum gaudij in dilatatione cordis: vnde dicitur lætitia quasi latitia. Exultatio autem effectum ipsius in signis exterioribus, inquãtum gaudium interius ad exteriora prorumpens, quodammodo exilit. Quia autem irascibilis propter concupiscibilem est animalibus data, vt non deficiat in suo actu: ideo passiones irascibilis ex passionibus concupiscibilis originem habent. Adiuuat autem concupiscibilem irascibilis & in bono, & malo. In bono quidem vt delectabile concupiscibili conueniens non obstante difficultate prosequatur: in malo autem nociuũ difficile repellatur. Passio ergo irascibilis vel oritur ex passione concupiscibilis, quam facit apprehensio appetibilis, vel quam facit præsentia ipsius. Si primo modo, vel respectu boni, & hoc vel possibilis consequi in quod tendendum est, & sic est spes: vel non possibilis, quod diuitrendum est, & sic est desperatio. Aut respectu mali, & hoc vel possibilis repelli, cui resistendum est, & sic est audacia: vel non possibilis repelli, quod fugiẽdum est, & sic est timor. Si autem ex præsentia appetibilis, hoc non potest esse respectu boni: quia ex quo concupiscibilis suo delectabili fruitur, non indiget irascibili, quia non habet difficultatem in illo, sed est respectu mali, quod repellẽdum est, & difficultatem habens, & sic causatur ira, si est possibile repelli: alias passio in concupiscibili sistit. Et ideo ira non habet passionem contrariam, neque secundum contrarietatem boni, vel mali, sicut gaudium, & tristitia, quæ contrarietas est propria passionum concupiscibilis: vel secundum contrarietatem possibilis, & non possibilis, sicut spes & desperatio, quæ contrarietas est propria passionum irascibilis. A B C D E

¶ Sciendum tamen, quòd ira causatur non solum ex re inconuenienti præsente, sicut cum quis irascitur de vulneratione, sed etiam ex inconuenienti aliquando præsente, sicut cũ quis irascitur ex iniuriis illatis, & etiam ex apprehensione habiti inconuenientis: & ideo ira causatur ex dolore quãtum ad primum: & ex tristitia, vt dicit Dam. quantum ad secundum. Sic ergo passiones animæ d per essentiales differẽtias diuiduntur. Inueniuntur etiam diuersificari nomina passionum per differentias accidentales, quæ quidem accidunt vel ipsi passioni, vt intensio eius, vel ex obiecto. Si primo modo, sic concupiscentia dicit intensionem desiderij. Zelus intensionem amoris nõ patiens consortium in amato. Abhominatio intẽsionem odij. Exultatio intensionem gaudij, vt in signo exteriori prorumpat generaliter. Et similiter hilaritas quantum ad signum, quod ostenditur in facie: & iocunditas quantũ ad signa, quæ ostenduntur etiam in actibus. Accidia autem intensionem tristitiæ in tantum, vt immobilitet hominem actionem retardãs: vnde dicitur a Dam. quòd est tristitia aggrauans, ideſt, immobilitans, vel actus inquantum prohibet locutionem, quia, vt dicit Damas. est vocem auferens: præsumptio autem intensionẽ spei: audacia autem excessum confidentiæ in aggrediendo terribilia: furor autem intensionem iræ. Cum autẽ obiectum proprium, & per se istarum passionum sit bonum, vel malum apparens, ea quæ accidentaliter se habent ad hæc, faciunt accidentalem differentiam in passionibus ex parte obiecti: sicut tristitia, quæ est de malo, quod est apparens malum tristanti: hoc autem accidit esse bonum, vel malum alteri. Si ergo tristitia sit de malo, quod est malum alteri, & per hoc apprehenditur malum ipsi tristanti, sic est misericordia. Si autem sit bonum alteri, & per hoc apprehenditur vt malum proprium, sic est inuidia, quæ est tristitia de prosperitate bonorum, vel semelis, quæ est tristitia de prosperitate malorum, vt dicitur 2. ethic. Similiter etiam timor distinguitur: quia malo difficili superanti facultatem timentis accidit altquid dupliciter, vel ex parte ipsius mali, vel ex parte timentis. Primo modo, accidit sibi turpitudo, & hoc vel in se, & sic est verecũdia, quæ est de turpi actu: vel in opinione, & sic est erubescentia, quæ est timor de conuitio, vt dicit Damas. vel verecundia de turpitudine culpæ: erubescentia de turpitudine pœnæ. Ex parte autem timentis summuntur accidentales differentiæ timoris hoc modo: quia territ bile vel excedit facultatem timentis in agendo, & sic est significies: vel ignauia, quæ est timor futuræ operationis, vt dicit Damas. Vel in cognoscendo, & hoc tripliciter, vel propter cognoscibilis altitudinem, & sic est admiratio, quæ est timor ex magna imaginatione: vel propter eius inconsuetudinem, & sic est stupor, qui est timor ex assueta imaginatione: vel propter incertitudinem, & sic est agonia, quæ est timor infortunij: & hoc idem dicitur trepidatio, vel dubitatio. Sic ergo patet quomodo spes ab aliis passionibus differat, & quomodo etiam omnes aliæ passiones abinuicem distinguantur. De fid. li. 2. cap. 14. Lib. 2. de fide, cap. 15. Lib. & cap. vt supra.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut supra dictum est, expectare importat protensionem appetitus in aliquid cũ quiete prętante fugam, vel recessum: hæc autem quies contingit ex difficultate eius, in quod motus appetitus tendit, sed non in promptu est vt habeatur: quod enim in promptu est, sine mora acquiritur. Et quia bonum cum difficultate proprie est obie- art. 1. huius q. ad 1. & 3.

ἄθυμία ideſt, tristitia. ἄθυμος ex Tristis. ἄθυς est motus Thraciæ. νέμεσις Nemesis.

est obiectum irascibilis: ideo expectare proprie ad irascibilem pertinet tendentem in aliquod bonum. Habet autē se ad spem, sicut commune ad proprium, inquantum spes addit certitudinem circa expectationem.

¶ Ad secundum ergo dicendum, quòd Damas. loquitur large. Accipit enim expectationem futuram, siue iudicium non per speculum, & in ænigmate, sed præclarissime inspiciunt. Si enim quia credunt resurrectionem futuram, ideo uerum est eos fidem habere., ergo ea consumata post iudicium similiter & fidem habere

dicentur: quia credent ea præteritam. Sed sicut tunc credent, nec tamen fidem, quæ fideles facit, habebunt, quia non credent absque scientia, quæ non erit enigmatica, sed per speciem: ita & modo credunt, & sperant resurrectionem,

¶ Ad tertium dicendum, quòd motus a termino, & in termi num quādoq; sunt contrarij, quandoq; idem, quandoq; disparati. Si enim termini a quo, & ad quem sunt contrarij, sic motus est idem, sicut a nigredine in albedinem. Si autem sit idem terminus a quo, & in quem, sic motus sunt contrarij, sicut motus ab albedine in albedinem. Si autem sint diuersi non contrarij, sic motus sunt diuersi disparati, sicut motus ab albedine ad calorem. His modis vltimis spes, & timor se habent, quia contrarietas, quæ attenditur in irascibili, est secundum facile & difficile, siue possibile & impossibile: non autem circa bonum & malum, quia circa hoc est concupiscibilis. Vnde si consideretur propria ratio obiecti irascibilis, sic timor contrariatur spei, quia timor est a difficili, ad quod est spes. Si autem consideratur ratio difficilis, sic sunt disparata: quia timor est a difficili in genere malorum, spes autem a difficili in genere bonorum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd passiones cognitiuarum virtutum sunt a rebus secundum esse spirituale. Et quia secundum hoc esse non habent contraria contrarietatem, ideo non causantur contrariæ passiones ex contrariis in potentijs cognitiuis. Sed passiones appetitiuæ sunt ex rebus secundum suum esse naturale, quia appetitus est de bono, & malo, quæ sunt in rebus, vt dicit Philosophus in 6. metaphis. & ideo cum secundum esse naturale contrarietatem habeant, contrarias passiones causant. T.com.8.

¶ Ad quintum dicendum, quòd eum arduum, siue difficile sit proprium obiectum irascibilis, differentiæ facientes oppositiones in passionibus irascibilis sunt difficile facultatem superans, vel non superans, & vtrumque est vel bonum, vel malū. Fiducia ergo, seu confidentia important motum irascibilis in id, quod æstimatur vt facultatem non excedens, quod quidem specialiter circa bona importat spes: circa mala autem audacia, nisi quòd audacia excessum importat quandoque: vnde in malum quandoque accipitur. Motus autem appetitus in id, quod æstimatur vt superans facultatem siue in bonum, siue in malum, est diffidentia. In bonum autem specialiter est desperatio, in malum autem timor. Ira autem est passio composita ex audacia, vel dolore, & spe, vt ex dictis patere potest.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum spes sit principalis passio, uel amor, uel desiderium, uel audacia, uel pœnitentia.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd spes nō sit principalis passio. Amor enim vehementius affectionē immutat quàm spes, vnde hominē extra se facit, vt dicit Dionys. 4. cap. de diu. nom. sed amor non ponitur vna de principalibus passionibus. ergo neque spes.

¶ 2 Præt. Concupiscere est de futuro bono, sicut & spes: sed concupiscentia, vel desiderium nō ponitur passio principalis. ergo nec spes.

¶ 3 Præt. Denominatio semper fit a principaliori: sed irascibilis denominatur ab ira. ergo est principalior spe, quæ est in irascibili.

¶ 4 Præt. Obiectum irascibilis est difficile, & arduum: sed audacia tendit in arduum magis quàm spes, vel non minus. ergo audacia est magis principalis, quàm spes.

¶ 5 Præt. Sicut spes est de futuro, ita pœnitentia est de præterito: sed præteritum est certius quàm futurum. cum ergo pœnitentia non ponatur principalis passio, nec spes principalis passio debet poni.

Li.1.met.7 SED CONTRA est, quod Boet. in libr. de consolatio. dicit. Gaudia pelle, pelle timorem, spēq; fugato, nec dolor adsit & ita spes connumeratur aliis principalibus passionibus.

¶ 2 Præt. Spes opponitur quodammodo timori: sed timor est principalis, ergo & spes.

¶ 3 Præt. Passio, quę est in concupiscibili de bono, est principalis, sicut gaudium. ergo eadem ratione passio, quæ est de bono in irascibili, est principalis: hæc autē est spes. ergo spes est principalis passio.

RESPON. Dicendum, quòd principalitas passionis in duobus cōsistit, quorum vnum est ex parte obiecti, vt scilicet passio sequatur secūdum rationem, & aptitudiné obiecti, scilicet vt bonum prosequatur, & malū fugiat. Secundum est, ex parte ipsius passionis, vt scilicet motus ille perfectus sit quantum possibile est secundum genus illud. Et ideo in concupiscibili sunt duæ principales passiones tantum, scilicet gaudium, & tristitia, quia motus concupiscibilis terminatur in ipsa re coniuncta, quæ facit gaudium, & tristitiam: Et iterum bonum de sua ratione natū est facere gaudium, inquantum est conueniens: & tristitiam, inquantum nociuum est. In irascibili etiam sunt tātum duæ, scilicet timor, & spes, quia in his perficitur motus irascibilis quantum est possibile in genere illo: vnde non important motum perfectum simpliciter, sed inquantum possibile est in genere irascibilis: quia motus irascibilis inquantum huiusmodi non perficitur ad præsens, vt prius dictum est, sicut concupiscibilis, sed perficitur in certitudine inclinationis respectu sui obiecti, vnde timor, & spes habent quandam certam inclinationem ad obiectum suum, timor ad non posse fugere malum spes ad posse consequi bonum: vnde confidentia non dicitur principalis passio, quæ habeat certitudinem, nec importat. Similiter etiam timor consequitur ex malo, inquantum est malum, quia de natura sui habet, vt fugiatur: spes autem ex ratione boni inquantum est bonum, quia de natura sui habet, vt expectetur, Et ideo consueuit numerus principalium passionum hoc modo accipi. Quia aut sunt de præsenti, in quo perficitur motus concupiscibilis, aut de futuro, in quo consistit motus irascibilis, inquantum est de difficili. Si primo modo, aut de bono, & sic est gaudium, aut de malo, & sic est tristitia. Si secundo modo, aut de bono, & sic est spes, aut de malo, & sic est timor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd amor non dicit tertium in motu concupiscibilis, cum non sequatur ex coniūctione rei, sicut delectatio, vel gaudium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd motus concupiscibilis potest vlterius terminari quantum ad futurum, & ideo concupiscentia, & desiderium non sunt passiones principales, motus autem irascibilis non, & ideo in futuro terminatur: & propter hoc spes, & timor sunt principales passiones.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ potentia, in qua est spes denominatur ab ira, quia est vltimum in passionibus eius, denominatio autem consueuit fieri ab his, quæ sunt vltima in re, non tamen est principalis, quia habet motum in nociuum, non quidem fugiendum, quod est de ratione mali & nociui, sed aggrediendum.

¶ Ad quartum similiter dicendum est de audacia, quòd timor qui fugam importat, consequitur ex ratione mali, quod de se est fugibile, non autem aggressibile, quod audacia facit: & ideo non est principalis passio.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ pœnitentia continetur sub tristitia. Vnde sciendū est, q̄ omnes prædictæ passiones ad has principales passiones reducuntur vel sicut species ad genus, sicut admiratio ad timorem, vel sicut imperfectum ad perfectum, sicut concupiscentia ad gaudium, vel sicut effectus ad causam, & participans ad participatum, sicut audacia, & ira ad spem, quia spes tendit in bonum arduum, quod de se est tale, ucm illud debeat tendi. Audacia autem & ira tendunt in arduum nociuum repellendum, quod quidem non est tale, vt in ipsum tendi debeat, sed magis vt fugiat, tenditur tamen in ipsum, in quantum participat aliquid de ratione boni, quod est victoria ipsius: & ideo etiam spes participatur quodammodo in audacia & ira, sicut quod est per se, in eo quod est per accidens.

ARTICVLVS V.

Vtrum spes possit esse in parte intellectiua.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̄ spes nō possit esse in parte intellectiua, quia passiones sunt tātum in parte

T.com.20. parte sensitiua, vt dicit Philosophus. 7. physic. sed spes est passio. ergo est in parte sensitiua.

¶ 2 Præt. Ea quæ sunt in parte intellectiua sunt ipsius animæ secundū se, siue hoc q̄ cōiecat corpori: spes vero non est ipsius animæ sm se, sed cum coniunctione corporis eadem ratione,

T.com.14. qua gaudiū & amor, vt dicitur in 1. de anima. ergo species non est in parte intellectiua.

T.com.42. ¶ 3 Præt. Subiectum spei est irascibilis: sed irascibilis non est in parte intellectiua, sed in sensitiua, quę animus dicitur in 3. de anima., cum ergo passio non excedat subiectum suum, nec spes erit in rationali.

Lec. 2. ¶ 4 Præt. Sicut dicit Philosophus in lib. de memo. Memoria non est in parte intellectiua, quia concernit determinatā temporis differentiam, scilicet præteritum: sed sicut memoria concernit præteritum, ita spes concernit futurum. ergo spes non potest esse in parte intellectiua.

Cap. 11. ¶ 5 Præt. In parte intellectiua non sunt contrariæ passiones, quia delectationi, quæ est sedm intellectū, nihil est contrariū: vt dicit Philosophus 1. topicor. cum ergo spes sit passio contrarietatem habens ad timorem & desperationem, videtur q̄ non possit esse in parte intellectiua.

SED CONTRA. Quicquid inuenitur communiter in Deo, & in nobis de operibus animæ, ad partem intellectiuam pertinet, quæ solum est immateriale, & in hoc Deo similis: sed delectatio conuenit non solum nobis, sed etiam Deo, vt dicitur in 7. Ethic. quia ipse simplici operatione gaudet. ergo delectatio est in nobis etiam in parte intellectiua: & ita eadem ratione spes, quæ est de delectatione futura.

Cap. 14. ¶ 2 Præt. Quicquid permanet in nobis post separationem animæ a corpore, hoc ad partem intellectiuam pertinet, quæ sola est separabilis, secundum Philosophum: sed spes est huiusmodi, quia erat in illis patribus, qui in limbo erant, vt dicitur in 2. de aīa t. com. 22. & 3. t. c. 11. 19. & 20. litera. ergo spes est in parte intellectiua.

¶ 3 Præt. Ad quamcumque potentiam pertinet obiectum passionis, & passio: sed obiectum spei est arduum bonum, quod est ad intellectiuam partem pertinere potest. ergo spes potest esse in parte intellectiua.

RESPON. Dicendū, q̄ operationes sensitiuę sunt nobis magis notæ, q̄ operationes partis intellectiuæ: qa cognitio nostra incipit a sensu, & terminatur ad intellectū. Et quia ex notioribus minus nota cognoscuntur, nomina autem ad innotescendum rebus imponuntur: ideo nomina operationum sensitiuę partis transferuntur ad operationes intellectiuæ partis: & vlterius ex humanis in diuina. Et hoc patet in apprehēsiuis operationibus, quia illud quod certitudinaliter quasi præsens tenemus per intellectum, dicimur sentire, vel videre. Et imaginari dicimur, cum quidditatem rei intellectu concipimus, & sic de alijs: quāmuis ista diuersimode intelligantur, cum dicitur de apprehensione sensitiua, quæ apprehendit materialiter in particularibus: & de intellectiua, quæ apprehēdit immaterialiter, & in vniuersali. Et ideo etiam imponitur nomen intellectiuæ operationi, per quod discernitur a sensitiua, sicut intelligere, & scire, & huiusmodi. Similiter nomina operationum appetitiuæ sensibilis partis transferuntur in operationes appetitiuæ intellectiuæ partis: tamen in sensitiua parte sunt per modum materialis passionis, in parte autem intellectiua per modum simplicis actus non materialiter: & ideo etiam aliqua nomina imponuntur appetitui intellectiuo, quæ ipsum distinguunt ab alijs, sicut velle, eligere, & huiusmodi. Sic ergo spes in parte sensitiua nominat quandam passionem materialem: in parte intellectiua simplicem operationem volūtatis immaterialiter tendentis in aliquod arduum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd spes secundum quod est in appetitu rationali, scilicet voluntate, non est passio, vt prie loquendo, vt patet ex his quæ dicta sunt. 15. dist. q.1. ar.1. in corp. 1. q.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Philosophus loquitur ibi, de illis secundum quod sunt passiones sensitiuæ partis, & ita indigent corpore materialiter: vel secundum quòd sunt in parte intellectiua quę indiget corpore, inquātum accipit a sensibus, vel a sensitiuis potentijs, quantum ad statum viæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam distinguunt irascibilem, humanam, & brutalem, similiter & concupiscibilem, & dicunt quòd brutalis est in parte sensitiua, humana autem in parte intellectiua. Sed hoc nō est verum, quia appetitus rationalis non diuiditur per irascibilem, & concupiscibilē, vt prius dictum est: nde irascibilis dicitur humana non per essentiam, sed per participationem, sicut dicit Philosophus in 1. Ethic. & etiam Dam. in 2. lib. Vnde quod obijcitur, quòd spes in irascibi

ar.1. hu. q. cap. 11.

A li est, verum est de spe, secundum quòd est passio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd intellectiua apprehensio est, secundum motum a rebus in animam, & quia in anima intellectiua recipitur aliquid abstractum ab omnibus cōditionibus materialibus indiuiduantibus: ideo nulla apprehensio intellectiua cōcernit aliquod tēpus de trinitate, quāuis possit esse de quolibet tempore, vñ in comcognitio, & euacuata est fides, nec nit species, & desijt spes. Ita & Christus, in quo fuerunt bona patriæ, credidit quidem & speravit resurponēdo, & diuidendo implicat tēpus, T.com.23.

vt dicitur in 3. de anima: & ideo etiam memoria cum sit pars imaginis, quæ est in parte intellectiua, est omnium temporū, vt dictum est in 1. lib. di. 3. operatio autem appetitus est secundum motum ab anima in res: & ideo quia res per se cadunt sub hic & nunc, ideo & operatio intellectiui appetitus d potest aliquod tempus concernere. q.3. 1.2. D.774.

B ¶ Ad quintum dicendum, q̄ delectatio, vt prius dictum est, ex duobus cōsurgit, Vno modo ex ipso actu, qui est, conueniens potentiæ: & hoc modo delectationi intellectus non est aliquid cōtrarium. Cum enim intelligibile omnino immateriale in intellectu recipiatur, non potest aliquam læsionem intellectui inferre, sicut sensibile excellens qđ corrumpit sensum: & ideo omnis actus intellectus est conueniens intellectui, & delectabilis, quicquid sit illud quod intelligitur, & sic delectationi intellectus non est aliquid contrarium. Alio modo consurgit delectatio ex coniunctione rei conuenientis, circa quam est operatio. Et quia id quod apprehenditur potest esse conueniens intelligenti, vel inconueniens, inquantum est res quædam, licet inquantum intellectū semper sit conueniens: ideo ex parte ista delectationi quæ est in parte intellectiua, potest esse tristitia contraria non quæ sit passio, vt dictum est. dist.15. q.3. ar.3. q.2. ad 3.

QVAESTIO II.

C B

Deinde quæritur de spe secundum quod est virtus.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum spes sit virtus.
¶ Secundo, Vtrum sit virtus theologica.
¶ Tertio, Quomodo se habeat ad alias virtutes theologicas.
¶ Quarto, De certitudine ipsius.
¶ Quinto, Quorum sit habere spem.

ARTICVLVS PRIMVS

Vtrum spes sit virtus.

D AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd spes nō sit virtus. Spes. n. diuiditur contra timorem, gaudium, & tristitiam: sed nullum aliorum ponitur in genere virtutis, quinimmo tristitia ponitur in genere vitij, quantum ad accidiam & inuidiam: ponitur etiam inter sacramenta, quantum ad pœnitentiam, gaudium autem in genere fructus, vt patet Gal. 5. timor autem in genere doni, vt dicitur Isa. 11. ergo neque spes debet esse virtus. 22.q.17. 1.

¶ 2 Præt. Sicut virtutes infusæ ordinātur ad aliquod arduum, quod est in vita æterna, ita & virtutes acquisitæ ad aliquod arduum, quod est felicitas ciuilis, vel contemplatiua: sed philosophi tractantes de virtutibus acquisitis non posuerunt spem esse virtutē. ergo apud theologos spes non debet poni virtus. Lib.4. con. Iul. pel. c.3. *2. de libe. arb. c. 19.

¶ 3 Præt. Nulla virtus prouenit ex meritis, quia virtutem Deus operatur in nobis sine nobis, vt Aug. ait: sed spes prouenit ex meritis, vt in litera dicitur. ergo spes non est virtus. 1.2.q.55.4.

¶ 4 Præt. Nulla virtus opponitur alicui bono, quia bonum bono non est contrarium, sicut malum malo, vt dicitur in Predicamentis: sed spes opponitur timori, quod est bonum, & laudabile. ergo spes non est virtus.

¶ 5 Præt. Nulla virtus habet actum mercenarium, quia virtus operatur bonum propter seipsum: sed spes habet actum mercenarium, cum intendat in remunerationem. ergo spes non est virtus.

SED CONTRA. Nihil inducit ad vitam æternam nisi virtus: sed spes inducit ad vitam æternam, vt patet in psalm. 5. Lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabūt &c. ergo spes est virtus.

¶ 2 Præt. Spes est propinquior charitati, quæ est mater omnium virtutum, quàm fides, quia est in affectu; sed fides est virtus. ergo & spes.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Nihil est meritorij, nisi actus virtutis: sed spei actus est meritorius, quia a confusione liberat, psalm. 30. In te domine speraui, non confundar in æternum. ergo spes est virtus.

q.1.ar.1. & 3.corp.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dist. 23. dictum est, virtus secundum cõmunem vsum loquẽdi, dicitur habitus inclinãs ad actum, qui est bonus dupliciter, scilicet secundum cõuenientiam ad potentiam agentem, & secundum obiectum, quod habet rationem boni inquantum est obiectũ talis actus: hæc autem duo sunt in actu spei. Cum enim spes in appetitiua parte sit, oportet quòd obiectum eius sit bonũ sub ratione boni, & sic actus spei habet bonitatem ex ratione obiecti. Similiter etiam spes supra expectationem addit certitudinem, vt patet per diffinitionem in litera positam. Certitudo autem importat determinationem respectu eius, ad quod dicitur certitudo. vnde cum certitudo spei sit de bono expectato importat determinationem ad bonũ. Et ex hoc aliquis actus est perfectæ potentiæ conueniens, ꝙ ad bonum ipsius determinationem habet: sicut actus scientię qui determinat intellectũ ad verum, quod est bonum intellectus: non autẽ actus opinionis, quæ est veri & falsi: propter quod scientia est virtus, & non opinio, vt dicitur in 6. eth. vnde patet, quòd spes virtus debet dici, etiam secundum communem vsum loquendi.

rectionem tertia, die fiturã, pro qua & patrem orauit, nec tamen fidem uirtutem, uel spem habuit:

Cap. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd spes secundum qđ est passio, nõ est virtus, sed secundum quod est in appetitu intellectiuæ partis. Nec aliarum passionum nomina ita conuenienter ad virtutes transumi possunt, sicut nomen spei: quia spes dicitur in ordinem ad bonũ, & propter hoc importat motum appetitus in bonum tendentis, & sic habet quandam similitudinem cum intentione, & electione boni, quę requiruntur in omni virtute, timor autem dicitur in ordine ad malũ. Recedere autem a malo, quãmuis ad virtutem pertineat, non tamen in hoc consistit perfectio virtutis, sed in electione boni. Gaudium autem & tristitia magis dicunt impressionem boni & mali in appetitum, quàm motum appetitus in ea: vnde nõ habent similitudinem cum electione virtutis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud arduum, in quod ordinant virtutes acquisitæ, est finis proportionatus facultati naturæ: & ideo natura per seipsam determinata est ad sperandũ illum finem, vnde non indiget aliquo habitu superaddito, per quem determinetur in illud: sed hoc arduum, qđ est vita æterna, excedit facultatem naturæ. Vnde cum ex se natura non sit determinata ad sperandum illud, oportet quòd determinetur per aliquem habitum infusum: & hæc est spes quæ est virtus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ spes multis modis dicitur. Quandoque enim nominat passionem, & sic non est virtus. Quandoque nominat habitum inclinantem ad actum voluntatis similem spei, quæ est in parte sensitiua, quæ est passio, & sic est virtus. Quandoq; vero nominat ipsum actum, & sic est actus virtutis. Quãdoq; autem nominat ipsam rem speratam, Tit. 2. Expectantes beatam spem: & sic est obiectum virtutis. Quandoque autem nominat certitudinem, quæ consequitur spem, Rom. 5. Probatio vero spem, idest, spei certitudinem: & sic nominat statum perfectionis in virtutem, quantum ad certitudinis intẽtionem. Habitus ergo spei, quę est virtus, ex meritis nõ procedit, sed obiectum. i. ipsa res sperata pro meritis redditur: & ideo etiam actus spei, in suum obiectum tendit ex præsuppositione meritorum. Et secundũ hoc dicitur ex meritis prouenire ratione sui actus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd spes, quæ est virtus, non opponitur timori, qui est donum: quia spes extendit se in Deum ex consideratione diuinæ largitatis, timor vero dicit resilitionem ex consideratione propriæ paruitatis, & ita non est secundum idem resilitio timoris, & extensio spei: vnde non sunt contraria.

¶ Ad quintum dicendum, quòd facere aliquid propter aliquod commodum temporale, facit actum mercenarium, non autem facere propter remunerationem æternam: quia continentia nõ sibi sufficit ad salutem, si pro solo amore pudicitiæ retinetur, vt dicitur in lib. de eccles. dogma, & eadem ratio est de alijs humanis actibus.

Cap. 64.

¶ Vel dicendum, ꝙ actus dicitur esse mercenarius, qui propter mercedem fit, nõ autem qui est circa ipsam mercedem: quãmuis ergo actus spei sit expectare beatitudinem, quæ est merces: non tamen eam expectat propter ipsam mercedem, sed ex inclinatione habitus, sicut & in alijs virtutibus contingit. Et præterea non expectat eam, inquantum est merces, sed inquantum est summum quoddam arduum: habet. n. Deum pro principali obiecto.

ARTICVLVS II.

Vtrum spes sit uirtus theologica.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd spes non sit virtus theologica. Omnis enim virtus theologica habet quia non ænigmaticam & speculatiuam, sed clarissimam de ea cognitionẽ habuit: quia non perfectius se vltra bonum sensibile. cum ergo spes ad irascibilem pertineat, videtur quòd spes non sit virtus theologica.

eam cognouit præteritam, quàm intellexit futuram. Sperauit tamẽ Christus, sicut in psal. 30. ar. 1. In te

¶ 2 Præt. Isa. 30. dicitur. In spe erit fortitudo vestra: sed fortitudo non est virtus theologica, sed cardinalis. ergo & spes, & præcipue cum eadem extrema videantur habere, scilicet, timiditatem, & audaciam.

¶ 3 Præt. Expectare est longanimitatis. Gal. 5. longanimitas expectationis. Similiter videtur esse patientiæ. Rom. 8. Si quã nõ videmus speramus, per patientiam expectamus. ergo cum spes sit expectatio, videtur quòd spes sit idem quod patientia, vel longanimitas, quæ quidem non sunt virtutes theologicæ, ergo nec spes.

¶ 4 Præt. Spei est in arduum tendere: sed hoc est magnanimitatis, quæ maxime magnum attendit. ergo spes est idem quod magnanimitas: sed magnanimitas est virtus moralis, & non theologica. ergo est spes.

SED CONTRA. Spes diuiditur ex opposito alijs virtutibus theologicis. 1. Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. ergo est virtus theologica.

¶ 2 Præt. Oĩs virtus quæ habet finem vltimũ pro obiecto est virtus theologica: talis autem est spes, cum sit expectatio futuræ beatitudinis. ergo spes est virtus theologica.

¶ 3 Præt. Omnis virtus moralis est circa passiones, vt dicitur in 2. eth. hoc autem non competit spei. ergo non est virtus moralis, neq; est intellectualis, quia non pertinet ad cognitionẽ, vt prius dictum est. ergo est virtus theologica.

RESPON. Dicendum, quòd spes de ratione sua dicit extensionem appetitus in aliquod arduum, quod non omnino excedit facultatem sperantis. Ea enim quę excedunt, & velut excedentia apprehenduntur, desperationem magis ꝙ spem faciunt: vnde secundũ hoc quòd inest alicui facultas in aliquod arduum, secundum hoc est inclinatio in illud arduũ: & ideo in illud arduum, quod proportionatur facultati naturæ sensitiuæ, inclinatio sensitiui appetitus spem facit, quæ est passio. In illud vero arduum quod proportionatur naturæ intellectiuæ, inclinatio illius facit spem, quæ est actus voluntatis. Sed quia est aliquod arduum quod excedit facultatem naturæ, ad quod homo per gratiam potest peruenire, scilicet ipse Deus, inquantum est nostra beatitudo: ideo oportet ꝙ ex aliquo dono gratuito naturæ superaddito fiat inclinatio in illud arduum, & illud donũ est habitus spei. Et quia habet obiectũ ipsum Deũ, ideo oportet ꝙ sit virtus theologica: & ideo in secunda diffinitione spei, quam magister ponit, exprimitur tota ratio spei secundum quod est virtus theologica. Expectatio enim, vt ex dictis patet, proprie loquendo, dicit extensionem appetitus, in aliquod arduum. Certa autem dicit completionem prædictæ extensionis, & quasi determinationem, & in hoc completur ratio spei absolute: obiectum autem quod facit spem esse theologicam virtutem, est futura beatitudo. Illud autem vnde est facultas perueniendi in finem istum, est gratia & merita, siue accipiatur gratia pro diuina liberalitate, siue pro dono gratuito.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quidam dicunt, ꝙ etiam appetitus rationis diuiditur per irascibilem & concupiscibilem: & secundũ hoc propositio habet falsitatem. Sed quia omnes authores distinguentes irascibilem a concupiscibili siue sancti, siue philosophi ponunt irascibilem & concupiscibilem in appetitu sensitiuo. Ideo dicendum, quòd subiectũ spei prout dr virtus theologica, nõ est vis irascibilis, sed voluntas inquantum actus eius spes dici potest, nisi forte ipsam voluntatem, inquantum habet actus similes actibus irascibilis, dicamus irascibilem: sed tunc irascibilis & cõcupiscibilis non erũt diuersæ potentiæ, sed nominabunt eandem potentiam, scilicet voluntatem secundum diuersos actus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut supra dictum est, extendi in aliquod arduum, est dupliciter: quia vel est bonũ, in quod extenditur vt acquiratur, & sic extendi est spei: vel in aliquod arduum vt repellatur, & hoc est audaciæ. Et similiter resilire ab aliquo arduo est dupliciter: quia vel est bonum, quod propter facultatem dimittitur, & sic est desperatio: vel est malum, quod propter difficultatem fugitur, & sic est timor. Et sic patet quòd spes non inter audaciam & timiditatem est, sed inter præsumptionem & desperationem. Fortitudo autem quæ habet peritula pro obiecto, est inter timiditatem & audaciam: & ideo spes & fortitudo non est idem. Nec fortitudo potest esse virtus theologica: quia deus qui est obiectũ virtutis theologicæ, non habet rationem periculi, quãmuis habeat rationem ardui. Sed quia ex fine dirigitur ea quæ sunt ad finem: ideo virtutes theologicæ, quæ habent finem vltimũ pro obiecto, non solum operãtur circa ipsum secundum se, sed vt est directiuum aliorum quæ sunt ad finem: & ideo sunt quodammodo principia aliarum virtutum. Sicut fides non solum cognoscit vetũ primum, sed etiam alia, quæ ex veritate prima manifestantur ordinantia in ipsam: vnde & in articuli a fide multa continentur, quæ ad creaturas pertinent. Similiter & charitas non solũ facit diligere Deum, sed etiam proximum propter Deum. Similiter & spes non facit tendere in ipsum Deũ vt quoddã arduũ consequendum, sed etiam vt ex ipso est auxilium in omnibus alijs arduis, vel bonis acquirendis, vel malis vitãdis. Vnde qui habet spem, sperat Deum consequi, speratque per ipsum omnia necessaria, quantumcumque sint difficilia obtinere: sperat omnia nociua, quantumcumque sint difficilia repellere. Et secundum hoc spes est in homine principium omnium operationum, quæ ad bonum arduũ ordinãntur: sicut charitas omnium quæ in bonum tendunt, & sicut fides omnium, quæ ad cognitionem pertinent. Vnde fides est in gratuitis, sicut intellectus principiorum in naturalibus & acquisitis: vnde secundũ hoc dicitur. In spe erit fortitudo vestra: non quasi spes sit ipsa fortitudo, sed quia est principium ipsius fortitudinis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd expectatio patientiæ est expectatio diuini auxilij in periculis: expectatio autem longanimitatis est expectatio diuini auxilij in laboribus actionis tendentis in aliquod bonum arduum obtinendũ. Vnde patet ex prædictis, quòd expectatio patientię, & longanimitatis est per participationem expectationis a spe, secundum quod virtutes posteriores participant aliquid a prioribus: sicut omnes morales a prudentia, & omnes aliæ virtutes participant aliquid a charitate, scilicet desiderium summi boni, pp quod operãtur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd magnanimitas magis accedit ad spem, quàm aliqua dictarum virtutum: quia est secundum extensionem appetitus in aliquod bonum arduum obtinendum: & ideo circa spem passionem versatur, & eius opposita, vbi sic sint in irascibili tres virtutes quantũ ad tria genera passionum. Magnanimitas quidem quantum ad genus spei, & aliarum passionum circunstantium ipsam, quæ habẽt bonum arduum expectatum pro obiecto: fortitudo autem circa timorem & audaciam: mansuetudo autem circa iram. Sed tamen magnanimitas non est idem quod spes virtus, quia est circa arduum quod consistit in rebus humanis, non circa arduum quod est Deus: vnde non est virtus theologica, sed moralis participans aliquid a spe.

ARTICVLVS III.

Vtrum spes sit uirtus distincta ab alijs.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd spes non sit virtus distincta ab aliis virtutibus theologicis. Virtutes enim distinguuntur per actus & obiecta: sed spes est expectatio futuræ beatitudinis, quæ est etiam obiectum omnium virtutum theologicarum. ergo spes non distinguitur ab aliis virtutibus theologicis.

¶ 2 Præt. Virtutes theologicæ ordinãt nos immediate ad Deũ: sed aliquis sufficienter ordinatur per hoc, quòd cognoscit eũ, & amat ipsum, quod facit fides & charitas. ergo spes non distinguitur ab vtraque.

¶ 3 Præt. Expectare est actus spei: sed expectare pertinet ad fidẽ, quia in symbolo dicitur. Expecto resurrectionem mortuorum. ergo spes non differt a fide.

¶ 4 Præt. Videtur quòd nec a charitate: quia spei est tendere in Deum, quod est proprium charitatis. ergo spes non differt a fide & charitate.

SED CONTRA. 1. Corinth. 13. spes connumeratur aliis duabus. esgo differt ab eis.

¶ 2 Præt. Spes in voluntate dicitur ad similitudinem spei quæ est in irascibili, vt prius dictum est: sed spes quæ est passio irascibilis, differt a cognitione quæ est fidei, & amore qui est charitatis. ergo spes quæ est in voluntate, differt a fide & charitate.

VLTERIVS. Videtur quòd spes non possit esse nisi formata charitate. Spes enim præsupponit merita, vt patet ex diffinitione ipsius: sed meritum non põt esse in habente aliquam virtutem informem. ergo spes non potest esse informis.

II 12. q. 65. 4.

¶ 2 Præt. Ex hoc ipso quòd tendit fides in Deum, est fides formata: sed spes habet in Deum tendere. ergo semper est spes formata.

domine speraui: nec tamen fidem, uel spem uirtutẽ habuit, quia per speciem uidebat ea quæ credebat.

¶ 3 Præt. Aug. dicit ꝙ omnis affectio ex amore est: sed spes est affectio quædam. ergo est ex amore: sed omne quod est ex amore est formatum, quia charitatis est formare alias virtutes. ergo spes semper est formata.

Li. 14. de ciui. Dei cap. 6. 7. & 8.

SED CONTRA. Sicut timor est suppliciorum æternorũ, ita & spes præmiorum: sed timor potest esse formatus, & informis. ergo & spes.

¶ 2 Præt. Quicumque non habet spem, est desperatus: sed quicumque peccat mortaliter non habet spem formatam. Si ergo omnis spes esset formata, quicumque peccat mortaliter, esset desperatus: sed desperatio est peccatum in Spiritum sanctum. ergo quicumq; peccaret mortaliter, peccaret in Spiritum sanctum, quod est falsum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut supra dist. 23. dictum est, virtutes theologicæ sunt ad ordinandum nos in finem vltimum. Ad hoc autem quòd aliquis incipiat operari propter finem aliquem, oportet primo quòd cognoscat finem illum, & secundo ꝙ desideret ipsum. Sed quia voluntas est possibilium & impossibilium, neq; aliquis operatur pp aliquid quod est impossibile adipisci, quãmuis illud apperat: ideo oportet quòd voluntas ad hoc quòd operari incipiat, tendat in illud sicut in possibile. Et hæc inclinatio voluntatis tendentis in bonum æternum quasi possibile sibi per gratiam, est actus spei: & ideo spes est aliquid distinctum a fide & charitate, quia fides facit cognitionẽ de fine inquantum ostendit finem bonum esse, & sic insurgit motus charitatis: inquantũ vero ostendit finem esse possibilem, sic insurgit motus spei, quia fides est fundamentum omniũ virtutum præcedens omnes quantum ad naturalem ordinem actuum.

q. 1. ar. 4. q. 2. cor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd idem secundum rem est obiectum omnium virtutum theologicarum, sed differt secundum rationem, quia inquantum est primum verũ, est obiectum fidei: inquantum est summum bonum est obiectum charitatis: inquantum est altissimum arduum, est obiectum spei. Et quia beatitudo nominat maxime arduũ, cum sit status omnium bonorum aggregatione completus, vt dicit Boet. ideo in diffinitione spei præcipue ponitur beatitudo. Virtus autem & potentia non differunt ex obiectis secundũ differentiam realem obiecti, sed secundum diuersas rationes obiecti, quæ quidem rationes formaliter complent obiectum ipsum.

3. de cons. pro. 2.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ illa duo non sufficiunt ad hoc, quòd aliquis incipiat operari propter finem, vt dictum est.

In corp. ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fides dicitur expectare inquantum est origo expectationis, ostendendo illud quod est expectandum, ex se possibile acquiri.

¶ Ad quartum dicendum, quòd tendere in appetibile, est tam irascibilis quàm concupiscibilis, sed differenter: quia tendere in aliquod bonum vt est bonum simpliciter, est concupiscibilis: sed tendere in aliquod vt est arduum & difficile, est irascibilis, & per hunc modum diuersimode etiam tendit in Deum spes & charitas.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, desiderium & amor in hoc differunt, ꝙ amor quodammodo importat quandã conuenientiã & connaturalitatẽ ad amatũ, qđ quidẽ perficitur dũ amatũ aliquo mõ habetur, desiderium aũt importat motum in ipsum amabile nondũ habitum: vnde motus appetitus incipit in desiderio, & terminatur in amore completo. Et ideo desideriũ est quædam inchoatio amoris, & quasi quidam amor imperfectus: sed quia primum habere rei est secundum quod est in potẽtia, quia quod est in facultate habentis, quasi iam haberi reputatur, ideo primum quod amorem inducit, est facultas habendi id quod desideratur: in hac autem facultate spes consistit, & ideo amor rei distantis, quæ actu nõ habetur, præsupponit spem. Sed quia spes non est nisi boni, & primus motus appetitus in bonum, est desiderium: ideo spes præsupponit desiderium, & est medius inter amorem & desiderium. Et hoc rationabiliter accidit: quia enim irascibilis est propter concupiscibilem, ideo actus irascibilis a concupiscibili incipit, & in concupiscibili terminatur. Amor enim & desiderium in concupiscibili sunt: spes autem in irascibili, & similis est eorum ordo secundum quod est in voluntate. Vnde patet quòd actus fidei præcedit desiderium, quia

q. præc. art. 3. cor.

quia omnis actus affectiuæ præsupponit actum cognitiuæ: desiderium autem præcedit spem, spes autem amorem: & ideo sicut fides potest esse informis, quia actus eius præcedit actum amoris, ita & spes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd spes non præsupponit merita in actu, sed ī proposito. Nō enim aliquis sperat propter merita, quasi merita existentia producant actum spei: sed quia per merita quæ proponit ad beatitudinem se peruenire sperat.

De antiquis uero patribus, quia apud inferos usque ad passionem tenebantur, nō incongrue dici potest, quòd fidem, & spem uirtutum, & etiam ex inclinatione ipsius habitus, & ideo præter certitudinem quam habet vt quædam virtus, includit certitudinē, quæ est in oībus aliis virtutibus, & vlterius certitudinem diuinę ordinationis.

¶Ad secundum dicendum, quòd fides formata tendit in Deū ex amore: sed spes informis non est ex amore, sed ex desiderio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ibi accipitur amor large pro amore imperfecto, quod est desiderium, quod est primus motus appetitiuæ virtutis: desiderium autem non sufficit ad formandum actus virtutum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum spes habeat certitudinem in suo actu.

2. q. 18. 4. AD QVARTAM sic proceditur. Videtur q̄ spes non habeat certitudinem in suo actu. Certitudo enim ad cognitionem pertinet, quia dubitationi opponitur: sed spes non pertinet ad cognitionem, sed ad affectionem. ergo ad spem nō pertinet certitudo.

¶ 2 Præt. De eo quod numquàm erit, non potest esse certitudo: sed aliquis habet spem de vita æterna, quā numquàm habebit. ergo spes non habet certitudinem.

¶ 3 Præt. Omne quod dependet ex contingenti, non potest habere certitudinem, nisi quando iam est: sed hunc habere vitam æternam dependet ex meritis, quæ sunt ex libero arbitrio, quod est maxime contingens causa. ergo non potest esse certitudo, de hoc, quòd ille habeat vitam æternam. ergo cum spes sit de hoc, videtur quòd spes non habeat certitudinem.

¶ 4 Præt. Non potest de eodem esse certitudo, seu securitas & timor: sed homo quādiu in hac vita est, habet timorem casūs de separatione a Deo. ergo non potest habere certitudinem de habendo vitam æternam.

¶ 5 Præt. Nullus habebit vitam æternam, nisi habeat charitatem & gratiam: sed nullus scit se habere gratiam & charitatē necdum vt finaliter habeat. ergo non potest esse in spe certitudo de vita æterna.

SED CONTRA. 2. Thi. 1. Scio cui credidi, & certus sum &c. sed hoc ad spem pertinet. ergo spes habet certitudinem.

2. ethi. c. 5. ¶ 2 Præt. Philosophus dicit, quòd virtus est certior omni arte: sed spes est virtus. ergo habet certitudinem.

¶ 3 Præt. Sicut fides innititur primæ veritati, ita spes summæ largitati, quia ex gratia prouenit, vt in litera dicitur: sed summa largitas non potest alicui deficere, sicut neque prima veritas aliquem decipere. ergo sicut fides habet certitudinem, ita & spes.

RESPON. Dicendum, q̄ quidam dixerunt, quòd spes non habet aliam certitudinem nisi a fide: sed in hoc differūt, quòd certitudo fidei est in vniuersali, sicut quòd quilibet bonus habebit vitam æternam: certitudo autem spei est in particulari, sicut quòd iste, si bene facit, habebit vitā æternam. Et ideo certitudo fidei est absoluta, & vniuersalis: certitudo autē spei particularis est, & conditionata. Sed hoc nō potest stare, quia vniuersale & particulare non diuersificant essentiam, neque habitum: vnde secundum hoc spes a fide non differret secundū habitum, neq; in alia potentia esset: quod omnino falsum est. Et ideo aliter est dicendum, quòd certitudo proprie dicitur firmitas adhęsionis virtutis cognitiuæ in suum cognoscibile: sed omnis operatio, & motus cuiuscumque tendētis in finem est ex cognitione dirigente, vel coniuncta, sicut in agentibus per voluntatem: vel remota, sicut in agentibus per naturam. Quia vero non tenderet determinate in finem suum, nisi ab aliqua cognitione præcedente in ipsum ordinaretur, inde est q̄ opus naturæ est simile *operi artis*, inquantū per determinata media tendit in suum finem. Et hoc habet ex determinatione diuinæ sapientiæ instituentis naturam: & ideo nomina quæ ad cognitionem pertinent, ad naturales operationes transferuntur: sicut dicitur quòd natura sagaciter operatur & infallibiliter, & sic etiam dicitur certitudo in natura tendēte in finem. Et quia virtus in modum naturæ operatur inclinando in determinatum finem, ideo virtus dicitur esse certior arte: sicut & natura in quantum inclinat infallibiliter, quantum ex ea est in finem, & talis est certitudo spei, aliter tamē quàm in aliis virtutibus.

D. 229.

Quia enim spes supponit facultatē in finem perueniēdi, quæ quidem est ex liberalitate diuina ordinante nos in finem, & ex meritis secundum quę omnes virtutes in finem vltimum perueniunt: ideo certitudo spei causatur ex liberalitate diuina ordinante nos in finem &c. & ex inclinatione omnium aliarum virtutum, & etiam ex inclinatione ipsius habitus: & ideo præter certitudinem quam habet vt quædam virtus, includit certitudinē, quæ est in oībus aliis virtutibus, & vlterius certitudinem diuinę ordinationis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd certitudo primo & principaliter est in cognitione: sed per similitudinem & participatiue est in omnibus operibus naturæ, & virtutis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd certitudo cognitionis est ex seipsa, certitudo autem naturæ est ex alio ordinante in finem: & ideo certitudo cognitionis, numquàm deficit: sed certitudo naturæ deficit quidem non per se, sed per accidens, quia talis defectus non est ex ipso directiuo in finem ex quo habet certitudinem, sed ex aliquo accidente: sicut ignis habet certitudinem absolutā calefaciendi, & tamen deficit quandoque ex aliquo impedimento. Et similiter est de spe: vnde etiam ipsa inclinationis naturæ certitudo dicitur spes, vt patet Ro. 4. Qui contra spem in spem credidit. Et similiter dicendum ad tertium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quādiu in hac vita sumus, potest esse accidentale impedimentum ne spes, quæ de se certitudinem habet, suum finem consequatur, & ideo nunc cum spe adiungitur timor separationis: sed in futuro quando non poterit esse accidentale impedimentum, tunc non erit timor separationis, neq; ēt spes, quia quod sperabatur tunc habebitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd licet nesciam vtrum finaliter habiturus sim charitatem: tamen scio quòd charitas & merita quæ in proposito habeo ad vitam æternā certitudinaliter perducunt. Ex prædictis patet, q̄ certitudo spei d & fidei in quatuor differunt. Primo in hoc, quòd certitudo fidei est in intellectus: certitudo autem spei est affectus. Secundo, quia certitudo fidei nō potest deficere: sed certitudo spei per accidens deficit. Tertio, quia certitudo fidei est de complexo: certitudo autem spei est de incomplexo, quod est appetitus obiectum. Quarto, quia certitudini fidei opponitur dubitatio: certitudini autem spei opponitur diffidentia, vel hæsitatio. Ideo sciendum est, quòd certitudo spei, quantum ad inclinationem habitus, est maior in habente spem formatam, etiam præscito ad mortem, quàm in prædestinato habente spem informem: sed inquātumincludit certitudinem, quæ est ex dei ordinatione, & ex meritis quæ sunt in proposito, est æqualis in vtroque.

ARTICVLVS V.

Vtrum in Christo fuerit spes.

3. q. 7. AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit spes. Psal. 30. In te domine speraui. & exponitur in persona Christi. ergo habuit spem.

¶ 2 Præt. Deerat ei aliquid ad beatitudinem, scilicet gloria corporis. ergo potuit illam sperare, cum spes sit expectatio beatitudinis.

SED CONTRA. Spes est de non visis. Ro. 8. sed Christus videbat bona æterna, quorum est spes. ergo non habuit spem.

VLTERIVS. videtur quòd angeli, & animæ sanctorum spem habeant. Angelis enim accrescit gaudium ex salute illorum quos custodiunt. Luc. 15. Gaudium est angelis dei super vno pec. &c. Et similiter etiā sancti gaudent de bonis aliorum, quæ quotidie fiunt. ergo habent aliquid quod sperent.

¶ 2 Præt. Animæ sanctorum expectant stolam corporis: vnde dictum est eis Apocalyp. 6. vt expectarent adhuc modicum tempus &c. sed expectatio est spei. ergo ipsi habent spem.

SED CONTRA. Cum venerit quod perfectum est, euacuabit quod ex parte est. 1. Cor. 13. sed spes ex parte est, quia est de non habitis. ergo cum sanctis venerit quod perfectum est, videtur quòd spem non habeant.

VLTERIVS. Videtur quòd nec patres qui erant in limbo, spem habuerint: quia spes quæ differtur, anigit animam, vt dicitur in Prou. 13. sed in sanctis patribus qui erant in limbo, non erat aliqua afflictio. ergo non habebant spem.

¶ 2 Præt. Spes procedit ex meritis: sed ipsi non erant in statu merendi, similiter nec illi qui sunt in purgatorio. ergo non habent spem,

SED CONTRA, Quicumque cupit aliquid quod nondum habet

habet, expectat illud: sed patres qui erant in limbo cupiebant beatitudinem, quam nondum habebant. ergo expectabant illam. ergo habebant spem.

IIII sent. q. 48. 3. VLTERIVS. Videtur quòd etiam damnati, & dæmones habeant spem. Iob. 40. dicitur de ipso. Spes eius frustrabitur eum. ergo habent spem.

¶ 2 Præt. Sicut fides est informis, ita & spes: sed habent fidem informem. ergo & spem.

SED CONTRA. *Spes non est de impossibili*: sed dæmones, & damnati est sint in malitia obstinati, nō possunt peruenire ad vitam æternam: ergo non possunt habere spem.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd Christus non habuit spem: quia spes imperfectionem importat, cum fundetur supra agnitionē enigmaticam. Nihil autem imperfectionis ex parte perfectionum animæ fuit in Christo: & ideo non fuit in ipso spes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd spes sumitur ibi pro expectatione præmij accidentalis, de quo non est proprie spes, quæ habet deum pro obiecto: & ideo non sequitur, quòd Christus proprie spem habuerit.

¶ Et similiter dicendum ad secundum, quia gloria corporis non est principalis in beatitudine.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd angeli, & beatorum animæ, proprie loquendo, spem non habent: & hoc patet ex duobus. Primo, quia cum spes sit virtus theologica, habet Deum pro obiecto. Et ideo quia gaudium eorum, quod de deo habent, crescere non potest: ideo illud quod eis accrescit, non pertinet ad spem. Secundo, quia est de arduo, & difficili. Et quia habenti gloriam essentialem, quæ in Dei visione consistit, quicquid aliud creatum est, parium est: & ideo non potest esse spes neque de gaudio, quod de salute aliorum eis accrescit, neque de gaudio, quod accrescit animæ de gloria corporis: sed potest esse de eis desiderium, & hoc desiderium expectatio large dicitur. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd illi qui sunt in purgatorio, & patres qui erant in limbo habebant spem: quia spes non euacuatur, nisi secundum hoc, quòd aliquis habet actu id quod sperauit: sicut fides euacuatur per id quod videt illud quod credidit. Illi autem qui in limbo patrum erant, & qui sunt modo in purgatorio, nōdum habent beatitudinem, de qua est spes: & ideo spes eorum quam in hac vita habebant, non est euacuata.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dilatio spei antiquis patribus non faciebat afflictionem, quia afflictionis capaces non erant. Vel dicendum, quòd quāmuis spes ratione absentię sperati afflictionem faciat, tamen ratione certitudinis delectationem facit. Et quia certitudo spei in eis deficere non poterat, ideo delectatio quæ ex certitudine causabatur, absorbebat omnem afflictionem, quæ ex absentia contingere posset.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quāmuis non sint in statu merendi, tamen prius meruerunt, & ex illis meritis spes eorum prouenit.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd spes fundatur super facultatem perueniendi ad illud quod speratur, vel veram, vel æstimatam. In dæmonibus autem damnatis non est facultas ad beatitudinem perueniendi neque in rei veritate, neque in eorum æstimatione, quia suæ damnationis ignari non sunt: & ideo in eis spes futuræ beatitudinis esse non potest.

Matth. 8. AD PRIMVM ergo dicendum, quòd spes ibi improprie sumitur pro expectatione dilationis iudicij: vnde etiam Christo dicebant. Venisti ante tempus torquere nos.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fides non est tantum de illis quæ pertinent ad se, sicut spes: & ideo possunt habere fidem de deo, & de aliis, non autem spem de seipsis. Vel dicendum, quòd fides d informis nullo modo facit tendere in deum, sicut facit spes etiam informis aliquo modo, vt prius dictum est: & ideo non est simile de fide, & spe.

VA *spiritualia æterna*. Contra. Æternum est vnum tantum, ergo non debuit pluraliter dicere æterna. ¶ Præterea. Spes est de futuro: omne autem futurum est temporale, nullum temporale æternum, ergo spes non est de æternis. ¶ Præterea. Nullum temporale æternum, ergo superfluit quòd dixit, spiritualia. Et dicendum, quod illud quod per se est æternum, est vnum tantum: sed eius æternitas participatur quantum ad multa bona. In beatis, scilicet, quantum ad diuersas dotes, & hæ participationes dicuntur bona æterna, non quia careant principio, sed quia careant fine. Vel referendum est ad pluralitatem attributorum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd illud quod in se est æternum, est futurum sperāti, & sic de deo potest esse spes. ¶ Ad quartum dicendum, quòd spiritualia dicit propter dotes corporis, quæ corporalia sunt, & quodammodo æterna, inquantum in perpetuum durabunt. Vel dicendum, quòd vtrumque posuit, vt quasi gradatim ad obiectum proprium spei perueniretur: quia est de bono spirituali, neque de quolibet, sed de æterno, quod est deus. *Est enim spes.* Hæc diffinitio datur per actum, vt dictum est. Prima autem data fuit per genus. *Quam natura præsse charitas.* Verum est secundum quòd est virtus, quod non habet nisi secundum quod est informata charitate, vel natura præit: sicut perfectū imperfecto prius est natura, tempore posterius. *Spes est de inuisibilibus.* Contra. Aliquis sperat pecuniam quam videt. Dicendum, quòd spes, proprie loquēdo, est de nō habitis. In spiritualibus autem & æternis ea videre, est ipsa habere, non autem in corporalibus: & ideo dicitur esse de inuisibilibus. Vel dicendum, quòd dicitur esse de inuisibilibus, inquāntum est de futuris, quia pecunia etsi videatur in se: non tamen videtur vt possessa, & hoc modo spes in ipsam tendit. *Spes autem non nisi bonorum &c.* Contra. Luc. 24. Nos autem sperabamus, quòd ipse esset redempturus Israel. ergo spes est etiam de alienis. ¶ Præterea. Aliquis desperat de aliquo alio: sicut dicit Augustin. quòd de nemine est desperandum, quàmdiu est in hac vita. ergo & sperari potest de alienis. ¶ Præterea. Sicut homo expectat bonum proprium, ita & per inuidiam malum alienum. ergo spes est etiam de malis. ¶ Præterea. Beatitudo nec in se est futura, sed æterna: nec respectu. præsciti, quia numquàm habebit eam. ergo spes non semper est de futuris. ¶ Et dicendum ad primum, quòd spes est de re aliqua, sicut dicitur. *Spero* beatitudinem: & *sic* non est nisi de pertinentibus ad se. Est etiam de euentu: sicut dicimus, Spero quòd hoc eueniat, & sic est de illis, quæ ad alios pertinent: tamen de hoc euentu non est spes nisi inquantum æstimatur vt bonum speranti. Et per hoc patet solutio ad secundum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd malum alterius inuidus æstimat bonum suum: vnde est de malo alieno sicut de bono suo. ¶ Ad quartum dicendum, quòd quāmuis præscitus non sit habiturus vitam æternam in rei veritate, & ita non sit ei futura: est tamen ei futura quantum ad suam æstimationem, alias autem non speraret. *Et iterum inquantum est* in ordine diuinæ largitatis, & possibilitatis istius vel ad recipiendum gratiam, vel merendum: sicut dicitur illud futurum ad cuius euentum sunt causæ ordinatæ in natura, quāmuis numquàm eueniat, secundum quod dicit Philosophus, secundo. de generatione, quòd futurus quis incedere, non incedet.

DISTINCTIO XXVII.

De charitate, qua diligitur Deus & proximus, quæ in Christo, uel etiam in nobis est.

VM autem Christus fidē & spem non habuerit, quia credebant & sperabant se uisuros Deum per speciem, qualiter eum tunc non uidebant: quia eis non patuit cognitio Dei per speciem ante passionem Christi, qua consummata, a fide transierunt ad speciem.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de fide & spe, hic tertio determinat de charitate. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima determinat de charitate, qua nos diligimus deum. In secunda, de charitate, qua nos diligit deus, distinctio. 32. *Præmissis adiciendum est.* Prima in duas. In prima, determinat de ipsa charitate. In secunda, de charitatis duratione, ibi. *Illud quoque non est prætermittendum.* Prima, in duas. In prima determinat, de ipsa dilectione charitatis. In secunda, de his quæ per charitatem diliguntur. distinctio. 28. ibi. *Hic quæri potest.* Prima in tres partes. In prima, con-

Tom. 8. super Psa. 36. ibi, Peccato res peribūt

tinuat se ad praecedentia. In secunda, prosequitur suam intentionem, ibi. *Charitas est dilectio*. In tertia, continuat se ad sequentia, ibi. *Sed quae hac dilectione*. Secunda harum partium diuiditur in duas. In prima, determinat de dilectione charitatis, secundũ quod duobus praeceptis imperatur. In secunda ostendit, ꝙ illa duo praecepta mutuo se includunt, ibi. *Cum autem duo praecepta*. Prima in duas. In prima, determinat de dilectione charitatis, secũdũ quod per duo pręcepta in duo diligenda dirigitur, scilicet Deũ, & proximum. In secunda, inquirit modũ dilectionis quantum ad vtrumque diligibile, ibi. *Consequenter modum vtriusque*. Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd per charitatem deus & proximus diligitur. Secundo ostendit quòd ex eadem charitate, ibi. *Sed quaeritur si ex eadem*. *Consequenter modum*. Hic ostendit modum praedictae dilectionis. Et primo, quantum ad dilectionem proximi. Secundo, quantum ad dilectionem dei, ibi. *Dilectionis autem Dei*. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit dilectionis nostrae modum respectu dei. Secundo, ostendit vbi modus ille obseruari possit, ibi. *Illud autem praecep.* Tertio, mouet quandam quaestionem, ibi. *Sed cur praecipitur homini ista perfectio*. Hic est triplex quaestio. Prima, de amore in generali. Secunda, de charitate. Tertia, de actu & modo charitatis.

rit, dilectionem tamen habuit inquantum homo tantam, qua maior esse non ualet, qui ex charitate eximia animam posuit pro amicis, & inimicis. Habuit enim in corde charitatem, quam ex opere nobis exhibuit, ut exhibitionis forma nos ad diligendum institueret. Hic aliquid dicendum est de charitate, & modo, & ordine diligendi Deum & proximum.

QVAESTIO PRIMA.

Circa primum quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Quid sit amor.
¶ Secundo, In quo sit.
¶ Tertio, De comparatione eius ad alias animi affectiones.
¶ Quarto, De cõparatione eius ad ea quae in cognitione sunt.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum diffinitio Dionysii de amore, secundum omnem partem sui sit bona.

AD PRIMVM sic proceditur. Dionys. 4. cap. de di. nomi. sic diffinit amorem. Amor virtus est vnitiua, mouens superiora ad prouidentiam minus habentium, idest, inferiorum, coordinata autem, idest, aequalia rursus ad communicatiuam alternam habitudinem subiecta, idest, inferiora ad meliorum, idest, superiorum conuersionem: sed videtur quòd inconuenienter diffiniatur hic amor. Nulla enim passio est virtus, vt dicitur. 2. ethic. sed amor est passio. ergo non est virtus.

Cap. 5. to. 3. de spiritu & anima c. 45. & 4. de subs. dil. c. 2.

¶2 Praet. Aug. dicit, quòd amor est iam habiti: sed illud quod iam habitum est, quodammodo est vnitum. ergo amor non est virtus vnitiua, sed vnionem sequens.

¶3 Praet. Illud quod magis saluatur in dissimilitudine, non habet vim vniendi: sed amor magis saluatur in dissimilitudine, quàm in similitudine. Videmus enim quòd artifices vnius artis, sicut figuli corrixantur adinuicem: cum aliis autem artificibus pacifice viuũt. Similiter stomachus vacuus cibum amat, quem plenus abhorret. ergo amor non habet vim vniendi.

¶4 Praet. Dionys. 7. cap. cę. hierar. inter proprietates amoris ponit acutũm & feruidum, & etiam liquefactio ponitur effectus amoris, Can. 5. Anima mea liquefacta est Dio. et 4. c. de diuin. nomin. ponit effectum amoris extasim, idest, extra se positionem. Haec autem omnia ad diuisionem pertinere videntur, quia acuti est penetrando diuidere, feruidi vero per exhalationem resolui. Liquefactio autem diuisio quaedam est congelationi opposita: quod etiam est extra se positum, a seipso diuiditur, ergo amor magis est vis diuisiua quàm vnitiua.

¶5 Praet. Omnis concretio est quaedam vnio. ergo superfluum fuit vtrumque ponere in diffinitione amoris vnitiuũ, & concretiuum.

¶6 Praet. Amor est passio: sed passionis non est mouere, immo motionis & actionis effectum esse. ergo amor non est mouens superiora, vt ipse dicit.

¶7 Praet. Superiora inclinantur ad agendum in inferiora ex propriis formis: sed agendo in ipsa, eis prouident. ergo non est amoris mouere superiora ad prouidendum inferioribus, sed naturae.

b *Quid sit charitas.*

CHARITAS est dilectio, qua diligitur Deus pp se, & proximus pp Deum, uel in Deo. Haec habet duo mandata. Vnum pertinens ad dilectionem Dei, quod est maximum in lege mandatum: & alterum pertinens ad diligendum proximum, illi simile. Primum est. Diliges Deũ

Deu. 6. Mat. 22.

¶8 Praet. Omne q̃d cõmunicat aliquid alicui, praefertur illi, ergo non est aequalium, ut sibi mutuo per amorem communicent.

¶9 Praet. Omne q̃d fit ex amore, procedit ex principio intrinseco, quod est voluntariũ: sed conuersio inferiorũ ad superiora ẽ ex principio extrinseco, scilicet ex ipsa actione superiorũ, quã sibi ea assimilant. ergo amor inferiora non conuertit ad superiora.

RESPON. Dicendum, quòd amor ad appetitum pertinet: appetitus autem est virtus passiua. Vnde in 3. de anima dicit Philosophus, quòd appetibile mouet sicut mouens non motum: appetitus autem sicut mouens motum. Omne autẽ passiuum perficitur secundum quod informatur per formam sui actiui, & in hoc motus eius terminatur & quiescit. Sicut intellectus, antequàm formetur per formam intelligibilis, inquirit & dubitat, qua cum informatus fuerit, inquisitio cessat, & intellectus in illo figitur: & tunc dicitur intellectus firmiter illi rei inhaerere. Similiter quando affectus, vel appetitus omnino imbuitur forma boni, quod est sibi obiectum, complacet sibi in illo, & adhaeret ei quasi fixum in ipso: & tunc dicitur amare ipsum. Vnde amor nihil aliud est, quàm quaedam transformatio affectus in rem amatam. Et quia omne quod efficitur forma alicuius, efficitur vnum cum illo: ideo per amorem amans fit vnum cum amato, quod est factum forma amantis. Et ideo dicit Philosophus. 9. ethic. quòd amicus est alter ipse. Et 1. Corinth. 6. Qui adhaeret Deo, vnus spiritus est. Vnumquodq; aũt agit secundũ exigentiam suae formae, quae est principium agendi, & regula operis: bonum autem amatum est finis, finis autem est principium in operabilibus, sicut prima principia in cognoscendis. Vnde sicut intellectus formatus per quidditates rerum ex hoc dirigitur in cognitione principiorũ, quae scitis terminis cognoscũtur, & vlterius in cognitionibus conclusionum quae notae fiunt ex principiis: ita amans, cuius affectus est informatus ipso bono, quod habet rationem finis, quàmuis non semper vltimi, inclinatur per amorem ad operandum secundum exigentiam amati, & talis operatio est maxime sibi delectabilis quasi formae suae conueniens: vnde amans quicquid facit, vel patitur pro amato, totum est sibi delectabile, & semper magis accenditur in amatum, inquantũ maiorem delectationem in amato experiat in his quae propter ipsum facit, vel patitur. Et sicut ignis non potest retineri a motu, qui competit sibi secundum exigentiam suae formae nisi per violentiam, ita neque amans quin agat secundum amorem. Et propter hoc dicit Gregor. quòd non potest esse otiosus. immo magna operatur si est. Et quia omne violentum est tristabile quasi voluntati repugnans, vt dicitur 5. metaphys. ideo etiam est poenosum contra inclinationem amoris operari, vel etiam praeter eam: operari autem secundum eam, est operari ea quae amato competunt. Cum enim amans amatum assumpserit quasi idem sibi, oportet vt quasi personam amati amans gerat in omnibus quae ad amatum spectant, & sic quodammodo amans amato inseruit, inquantum amati terminis regulatur. Sic ergo Dionys. completissime rationem amoris in pręedicta assignatione ponit. Ponit enim ipsam vnionem amãtis ad amatum, quae est facta per transformationem affectus amantis in amatum in hoc, quòd dicit amorem esse vnitiuam & concretiuam virtutem, & ponit inclinationem ipsius amoris ad operandum ea quae ad amatum spectant siue sit superius, siue inferius, siue aequale, in hoc quòd dicit mouens superiora &c.

T. com. — Cap. 4. — In li. Pet. T.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus hic non sumitur pro habitu, sicut in 2. ethic. sed communiter pro omni eo quod potest esse principiũ alicuius operationis, vel motus. Et quia amor inclinationem facit ad operandum, vt dictum est, ideo amorem virtutem dicit.

In com.

¶ Ad secundum dicendum, quòd amor dicitur esse habiti, sicut formatum habet suam formam, quam quidem formationem desiderium praecedit in ipsam tendens, sicut ratio intellectum, vel scientiã: & ideo dicitur esse non habiti. Vnde amor dicitur virtus vnitiua formaliter: quia est ipsa vnio, vel nexus, vel transformatio qua amans in amatũ transformatur, & quodammodo conuertitur in ipsum. Vel dicendum, quòd quietatio affectus in aliquo, quã amor importat, non potest esse nisi secundum cõuenientiã vnius ad alterũ, quae quidem conuenientia est secundum quod ab vno participatur id quod est alterius, & sic amans quodãmodo habet amatum: vnde coniunctio quae in habere importatur, est coniunctio rei ad rem, & praecedit vnionẽ rei ad affectum, quae est amor.

ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima: quod scriptum est in Deutero. Secundum est. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus praeceptis, tota lex pendet & prophetę. Finis enim praecepti est dilectio, & ea est gemina, idest, Dei & pximi est.

Si eadem charitate diligitur Deus & proximus.

HIc quaeritur, si ex ea ipsa dilectiõe diligitur Deus, qua diligit proximus: an alia sit dilectio Dei, & alia proximi. Eadem sane est dilectio, qua diligitur Deus & proximus, quae Spiritus sanctus est, ut supra dictũ est: quia Deus charitas est. Vnde Aug. Ioannes ait. Non potest Deũ diligere quem non uidet, qui fratrem quem uidet, non diligit. Sed si eum quem uidet humano uisu, spirituali charitate diligeret, uideret Deum, qui est ipsa charitas uisu interiori, quo uideri potest. Qui igitur fratrem quem uidet, non diligit, Deum qui est dilectio, qua caret qui fratrem non diligit, quomodo potest diligere? Ex una enim eademque charitate Deum, proximumque diligimus: sed Deum propter Deum, nos uero & proximum propter Deũ. Si uero una eademque charitas est Dei, & proximi, quare dicitur gemina? Propter duo dilecta, idest, Deum & proximum. Etsi enim una sit charitas, duo tamen diuersa ea diliguntur, scilicet Deus & homo, uel angelus. Pro quo etiã & duo sunt

De Tri. lib. 8. cap. 8.

¶Ad tertium dicendum, quòd amoris radix per se loquendo, est silitudo amati ad amãtem: quia sic est ei bonum & conueniens. Contingit autem per accidens dissimilitudinem amoris, & similitudinẽ odij esse causam tripliciter. Vno modo, quando affectus amantis non sibi complacet, neque quiescit in conditione, vel aliqua proprietate suiipsius, sicut cũ quis aliquid in seipso odit: & tunc oportet ꝙ diligat ipsum, qui in hoc est sibi dissimilis, quia ex hoc ipso quòd est dissimilis sibi in cõditione, efficitur similis affectui suo, & econtrario odit illum qui sibi similatur, & affectui suo non similatur. Secundo, quando aliquis ex ipsa similitudine impedit amantem ab amati fruitione. Et hoc inuenitur in omnibus rebus, quae non possunt simul a multis haberi, sicut sunt res temporales: vnde qui amat lucrum de aliqua re, vel delectationem, impeditur a fruitione sui amati per alium, qui sibi vult similiter illud appropriare. Et hinc oritur zelotipia, quae non patitur consortium in amato: & inuidia, inquantum bonum alterius aestimatur impeditiuum boni proprij. Tertio, secundum quod dissimilitudo praecedens facit percipi amorẽ sequentem. Quia .n. sentimus in hoc, quòd sensus mouetur, quae quidem motio cessat, quando sensibile iam effectum est forma sentientis: ideo ea quae consueuimus, non ita percipimus, sicut patet de fabris, quorum aures plenae sunt sonis malleorum, & propter hoc magis sentitur, quando affectus de nouo per amorem ad aliquid transformatur. Et ideo etiam quando aliquis non habet praesentiam sui amati magis feruet, & arctatur de amato, inquantum magis amorem percipit, quàmuis apud praesentiam amati non sit amor minor, sed minus perceptus. Vnde August. 10. de Trinit. cap. vltimo. Amor ipse non ita sentitur, cum eum non prodit indigentia: quoniam semper praesto est quod amatur.

¶Ad quartum dicendum, quòd in amore est vnio amantis ad amatum: sed est ibi triplex diuisio. Ex hoc enim quòd amor transformat amantem in amatum, facit amantem intrare ad interiora amati, & econtra, ut nihil amati amanti remaneat non vnitum, sicut forma peruenit ad intima formati, & econuerso: & ideo amans quodammodo penetrat in amatum, & secundum hoc amor dicitur acutus. Acuti enim est diuidendo ad intima rei deuenire: & similiter amatum penetrat amantem ad interiora eius perueniens. Et propter hoc dicitur quòd amor vulnerat, & quòd transfigit iecur. Sed quia nihil potest in alterum transformari, nisi secundum quod a sua forma quodammodo recedit, quia vnius vna est forma: ideo hanc diuisionem penetrationis praecedit alia diuisio, qua amans a seipso separatur in amatum tendens. Et secundum hoc dicitur amor exstasim facere & feruere: quia quod feruet, extra se bullit & exhalat. Quia vero nihil a se recedit, nisi soluto eo quod intra seipsum continebatur, sicut res naturalis non amittit formam, nisi solutis dispositionibns, quibus forma in materia retinebatur: ideo oportet quòd ab amante terminatio illa, qua infra terminos suos tantum continebatur, amoueatur, Et propter hoc amor dicitur liquefacere cor, quia liquidum suis terminis non continetur, & contraria dispositio dicitur cordis duritia.

¶Ad quintum dicendum, quòd vnio est duplex. Quaedam quae facit vnum secundum quid, sicut vnio congregatorum se superficialiter tangentium: & talis non est vnio amoris, cum amans in interiora amati transformetur, vt dictum est. Alia est vnio quae facit vnum simpliciter, sicut vnio continuorũ, & formae, & materiae: & talis est vnio amoris, qa amor facit amatum esse formam amantis: & ideo supra vnionem addit concretionem ad differentiã primae vnionis, quia concreta dicuntur quae simpliciter vnum sunt effecta: vnde & alia litera habet continuatiua.

In hoc art.

¶ Ad sextum dicendum, quòd appetitus, vt dictum est, mouet motus: vnde passio quia mouetur ab amato, est vlterius mouens secundum exigentiam amati.

In princip. corp.

¶ Ad septimum dicendum, quòd ipsa inclinatio superiorũm ad prouidendum inferioribus, quae est eis ex proprijs formis, amor eorum dicitur, vt infra patebit.

¶Ad octauum dicendum, quòd non est inconueniens aequalium simpliciter vnum altero quo ad quid, maius esse secundum quod vnum indiget altero.

¶ Ad nonum dicendum, quòd conuersio, qua inferiora ad superiora conuertuntur, est ordinatio eorum ad finem a superioribus intentum. Et quàmuis huiusmodi ordinatio sit principium ab extrinseco, inquantum ab ipsis superioribus inferiora ordinantur in fines superiorũ, nihilominus est & a principio intrinseco, inquantum in inferioribus est quaedam inclinatio ad hoc vel ex natura, sicut in amore naturali: vel ex voluntate, sicut est in amore animali. Et propter hoc deus dicitur omnia suauiter disponere, inquantum singula etiam ex seipsis faciunt hoc, ad quod ordinata sunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum amor sit tantum in concupiscibili.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd amor non sit tantum in concupiscibili. Diony. enim 4. cap. de diuin. nomin. ponit amorem esse diuinum, angelicum, intellectualem, animalem, naturalem: sed quicquid est in nobis pertinet ad intellectum, vel animalitatem, vel naturam. ergo in omnibus quae sunt in nobis, inuenitur amor. 1. 2. q. 26. 1.

¶2 Praet. Cõmentator ibidem ponit duas diffinitiones amoris. Prima est haec. Amor est connexio, vel vinculum, quo omnium rerum vniuersitas ineffabili amicitia, insolubilique vnitate copulatur. Secũda est. Amor est naturalis motus omnium rerum, quae in motu sunt finis, quietaque statio, vltra quam nullius creaturae progreditur motus. Ex quibus est accipere, ꝙ amor in omnibus rebus inuenitur. ergo & in omnibus quae in nobis sunt, siue sint partes animae, siue corporis.

¶3 Praet. Omnis potentia delectatur in coniunctione sui conuenientis: sed delectatio non est nisi in re animata. ergo & cuilibet potentiae inest amor sui conuenientis.

¶ 4 Praet. Sicut praedictum est, & ex praedicta diffinitione colligitur, amor est finis, & quietatio appetitiui motus: sed cuilibet potentiae, quae in nobis est, inest appetitus proprij boni, & tendit in ipsum. ergo in qualibet potentia est inuenire amorem. Ar. praeced.

¶ 5 Praet. Ad minus irascibilis ad partem appetitiuam pertinet: appetitiuę autem partis vniuersale obiectum est bonum, cum ergo amor sit boni, videtur quòd amor non sit tantum in concupiscibili, sed etiam in irascibili.

Cap. 21. Sed contra est quod dicit Philosophus in 2. topi. quòd amor est in concupiscibili.

¶2 Præt. Ordo partium animæ proportionatur ordini partiū corporis: sed in partibus corporis vnum membrum solum officium suum exercet respectu omnium membrorum, sicut pes non solū se, sed omnia alia mēbra portat, ergo & concupiscibilis nō solum sibi, sed omnib⁹ aliis
Li. 1. de doctri. christ. cap. 22. cōcupiscit & amat, & ita amor eorum quæ ad omnes potentias pertinēt, in cōcupiscibili eē vr̄.

Li. 8. deTrinit. cap. 6. ¶3 Præt. Amor non est nisi cogniti. si ergo in omnibus viribus esset amor proprij boni, pari rōne in omnibus esset cognitio proprij boni, quod falsum est.

¶4 Præt. Obiectum cōcupiscibilis ē bonum concupiscenti conueniens absolute: sed quicquid est bonum s̄m vnamquāq; potētiam, est concupiscenti conueniens. ergo appetere bonū vniuscuiusq; potentiæ pertinet ad concupiscibilem, & eadem rōne amor, & ita amor non erit nisi in concupiscibili. Probatio primæ. Si.n.obiectum concupiscibilis non esset bonum conueniens concupiscenti simpliciter, esset obiectū eius bonū conueniens solum in concupiscibili: bonum autem conueniens vnicuiq; potentiæ est per comparationem ad suum actum, sicut bonum conueniens visui, id qđ est bonum ad videndum. ergo s̄m hoc obiectum concupiscibilis esset bonum sub hac ratione qua est bonū ad concupiscendum. Sed hoc est impossibile, quia concupiscere id qđ est bonum ad concupiscendum, sequitur reflexionem concupiscibilis super actum suum, secundum quod concupiscit se concupiscere, vel bene concupiscere. Illud.n. ad quod aliquid est bonum, per prius desideratur cum sit finis: sed reflexionem potētiæ super suum actum præcedit naturaliter simplex actus ipsius potentiæ in suum obiectum directe tendens: sicut per prius video colorem, quàm videam me videre. ergo obiectum concupiscibilis non potest esse aliquid sub hac ratione, quòd est bonum ad concupiscendum, quia concupiscere hoc esset naturaliter prius & posterius reflexione concupiscibilis supra suum actum, quod est impossibile. ergo necessarium est alterum dare, scilicet quòd bonum conueniens concupiscenti absolute sit obiectum concupiscibilis.

Respon. Dicendum, quòd omne quod sequitur aliquem finem, oportet ꝙ fuerit aliquo modo determinatum ad illum finem, alias non magis in hunc finem, quàm in alium perueniret. Illa autem determinatio oportet ꝙ proueniat extra intentionem finis non solum ex natura tendente in finem, quia sic omnia essent casu, vt quidam philosophi posuerunt. Intendere aūt finem impossibile est, nisi cognoscatur finis sub ratione finis, & proportio eorum quæ sunt ad finem in finem ipsum. Cognoscens autem finem, & ea quæ sunt ad finem, nō solum seipsum in finem dirigit, sed etiam alia, sicut sagittator emittit sagittam ad signū. Sic ergo dupliciter aliquid tendit in finem. Vno modo directum in finem a seipso, quod est tantum in cognoscente finem & rōnem finis. Alio modo, directum ab alio, & hoc modo omnia secundū suam naturam tendunt in fines proprios & naturales directa a sapientia instituente naturam. Et secundum hoc inuenimus duos appetitus, scilicet appetitum naturalē, qui nihil aliud est q̄ inclinatio rei in finem suū naturalem, qui est ex directione instituentis naturam. Et iterū appetitum voluntarium, qui est inclinatio cognoscētis finē, & ordinem in finem illū. Et inter hos duos appetitus est vnus medius, qui procedit ex cognitione finis sine hoc quòd cognoscatur ratio finis, & proportio eius quod est ad finem in finē ipsum, & iste est appetitus sensitiuus. Et huiusmodi duo appetitus inueniuntur tantum in natura viuente, & cogno-

F scente. Omne autē quod est proprium naturæ viuentis, oportet quòd ad aliquam potentiam animæ reducatur, in habentibus animam: & ideo oportet vnam potentiam animæ esse, cuius sit appetere condiuisum cōtra eam, cuius est cognoscere: sicut etiā substantiæ separatę diuiduntur in intellectum & voluntatem, vt dicunt philosophi. Sic ergo patet, ꝙ in hoc differt appetitus naturalis & voluntarius, ꝙ inclinatio naturalis appetitus est ex principio extrinseco: & ideo nō habet libertatē, quia liberū est, qđ est sui causa. Inclinatio autem volūtarij appetitus est in ipso volente, & ideo habet voluntas libertatem. Sed inclinatio appetit⁹ sensitiui partim est ab appetēte, inquantū sequit' apprehensionem appetibilis, vnde dicit Augu. ꝙ aīalia mouentur visis partim ab obiecto, inquātum deest cognitio ordinis in finem: & ideo oportet ꝙ ab alio cognoscente finem, expedientia eis ꝓuideāt. Et propter hoc non omnino habēt libertatē, sed participant aliquid libertatis. Omne autem quod est a deo, accipit aliquam naturā, qua in finem suum vltimum ordinetur. Vnde oportet in oībus creaturis habentibus aliquem finem inueniri appetitum naturalem etiam in ipsa voluntate respectu vltimi finis: vnde naturali appetitu vult homo beatitudinem, & ea quæ ad naturā voluntatis spectant. Sic ergo dicendū est, ꝙ naturalis appetitus inest omnibus potentiis animæ, & partibus corporis respectu proprij boni: sed appetitus animalis, qui est boni determinati, ad quod non sufficit naturæ inclinatio, est alicuius determinatæ potentiæ, vel voluntatis, vel concupiscibilis, vel irascibilis. Et inde est, quòd omnes aliæ vires animæ coguntur a suis obiectis præter voluntatem, quia omnes aliæ habent appetitum naturalem tantum respectu sui obiecti: Voluntas autem habet præter inclinationē naturalem, aliam cuius est ipse volens causa. Et similiter dicendū est de amore, qui est terminatio appetitiui motus, quia amor naturalis est, in omnibus potētiis, & in omnibus rebus. Amor autem animalis', vt ita dicam, est in aliqua potentia determinata vel voluntate, secundum quod dicit terminationem appetitus intellectiuæ partis, vel in concupiscibili, secundum quod dicit terminationem sensitiui appetitus.

Ad primum ergo dicēdum, quòd Diony. accipit amorem communiter ad naturalem sensitiuum, quem naturalem dicit: & intellectiuum, quem dicit intelligibilem, quantum ad homines: angelicum & diuinum, quantum ad substantias separatas. Et ponit quinque hæc, quia non possunt esse plures gradus appetitus, quia in deo est voluntarius appetitus tantum, quia ipse determinat omnia, & non determinatur ab aliquo. In angelis autem voluntarius cum naturali, inquantum determinatur a deo ad aliquid volendum naturaliter. In homine autem volūtarius cum spirituali & naturali. In animalibus sensibilis cum naturali. In aliis naturalis tantum.

¶Et similiter etiam dicendum ad secundum, ꝙ Commen. diffinit amorem, secundum qđ se habet ad omnes communiter.

¶Ad tertium dicendū, ꝙ delectatio causatur ex coniunctione cōuenientis. Cōueniens.n.adueniens perficit id, cui aduenit, & quietat inclinationem in illud: & hæc quietatio secundum qđ est percepta, est delectatio. Vnde Plato dixit, ꝙ delectatio est generatio sensibilis, idest, cognita in naturam, idest, connaturalis: vnde in his quæ cognitionem non habent, non est delectatio aliquo modo. In quodlibet autem conueniens non habenti cognitionem est duplex inclinatio, scilicet appetitus naturalis, & appetitus animalis, & vtraque inclinatio quietatur per rem præsentem, & vtraque etiam quietatio percipitur: vnde ex vtraque parte delectatio causatur. Delectatio ergo, quę est

mandata: quia cum eadem charitas vtroque commendetur, diuersa tamen diligi præcipiuntur. Vnde Augu. Arbitror ideo Spiritum sanctum bis datum, semel in terra, & iterum de cælo, vt commendarentur nobis duo præcepta charitatis, scilicet Dei & proximi. Vna charitas est, & duo precepta. Vnus spiritus, & duo data: quia alia charitas non diligit proximum, nisi illa quæ diligit Deum. Qua ergo charitate proximum diligimus, ipsa Deum diligimus. Sed quia aliud est Deus, aliud est proximus, & si una charitate diliguntur: ideo forte duo præcepta dicuntur, & alterū maius, & alterū minus: uel pp duos motus qui in mente geruntur, dum Deus diligitur & proximus. Mouetur enim mens ad diligendum Deum, mouetur ad diligendum proximū, & multo magis erga Deū, quàm erga proximum.

c *De modo diligendi.*

Consequenter modū utriusq; dilectionis aduertamus. Hæc regula, ut ait Augus. dilectionis diuinitus constituta est, ut Deum propter se toto corde, & proximum propter G Deum diligas sicut teipsum, idest, ad quod & propter quod teipsum diligere debes. In bono.n.& propter Deū teipsum diligere debes. In bono ergo diligendus est proximus non in malo, & propter Deū. Proximum uero omnē hominem oportet intelligi: quia nemo est, cum quo sit operandum male. Qui ergo amat homines uel quia iusti sunt, uel ut iusti sint amare debet, hoc est, in Deo, uel propter Deum. Sic enim & seipsum amare debet, scilicet in Deo, uel propter H Deum, idest, quia iustus est, uel ut iustus sit. Qui aliter.n.se diligit in iuste se diligit: quia ad hoc se diligit, vt sit iniustus, ad hoc ergo vt sit malus. non ergo iam se diligit. Qui.n.diligit iniquitatē, odit aīam suā. Aug in 14. deTrin. Sic cō dita est mēs humana ut numq̄ sui non meminerit, numquàm se non intelligat, numquàm se non dili-

est quietatio appetitus naturalis inuenitur in omni potentia cui coniungitur suum obiectum: delectatio vero quæ est quietatio appetitus animalis est tantum in concupiscibili, vel voluntate. Prima autem delectatio dicitur tantum delectatio, proprie loquendo, & opposita passio dolor. Sed secunda delectatio habet etiā nomen gaudij, & opposita passio dicitur tristitia. Vnde quāuis delectatio & dolor sint aliquo modo in omnibus potentiis animæ, tamen gaudium & tristitia sunt tantum in concupiscibili vel voluntate.

¶Ad quartum dicendum, sicut ad primum, quia ratio procedit de appetitu naturali.

¶Ad quintum dicendum, quòd amor animalis non pertinet ad irascibilem, quia obiectum amoris est bonum sine adiunctione ardui, vel difficilis, quod est propriū obiectū irascibilis.

Articulus III.

Vtrum amor sit prima & principalior affectio animæ.

12.q.25.2. Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd amor non sit prima & principalis inter omnes alias animæ affectiones. Motus enim præcedit terminum: sed amor est determinatio appetitui motus, vt patet ex dictis. ergo amor sequitur desiderium, quod motum ipsum appetitus importat. Ar.1. hu.q. 56.

¶2 Præt. Propter quod vnumquodque illud magis: sed amoris causa est delectatio, vnde & quædam amicitia super delectabile fundatur. ergo delectatio est principalior affectio, quàm amor.

¶3 Præt. Augustinus dicit in lib. 83. quæst. quòd nemo est qui non magis dolorem fugiat, quàm appetat voluptatem: sed fuga doloris facit odium, sicut appetitus delectationis facit amorem. ergo odium est vehementior passio, quàm amor.

¶4 Præt. Illud quod vincitur ab alio, est minus potens: sed Super Psal. 30. i Turb. est in iram. amor vincitur ab ira: quia ira odium parit, vt dicit August. ergo ira est vehementior passio, quàm amor.

¶5 Præt. Illud propter quod agunt quæcumque agunt, est efficacissimum: sed sicut Dionysius dicit in lib. de diui. nomi. Cap. 4. propter pacem agunt quicumque agunt. ergo pax inter omnes affectiones est efficacissima, etiam respectu amoris.

14. de ciui. ca. 6. 7. & 8. Sed contra est quòd dicit August. quòd omnis affectio ex amore est.

¶2 Præt. Bonum est obiectum affectus: sed illud quod primo respicit ad bonum, est amor. ergo amor est principium totius affectionis, & principalior passio.

¶3 Præt. Amor igni comparatur, & etiam morti, vt patet Cant. 8. sed his nihil est vehementius. ergo nulla passio est vehementior amore.

Habetur i fine Hom. 64. ad pop. Ant. ¶4 Præt. Chris. dicit, Magnum amor, nec est aliquid quod eius impetum sustinere possit.

Respon. Dicendum, quòd inter alias affectiones animæ amor est prior. Amor enim dicit terminationem affectus per hoc, quòd informatur suo obiecto: in omnibus autem hoc inuenitur, quòd motus procedit a primo immobili quieto, quod quidem patet in naturalibus, quia primum mouens in quolibet genere est non motum illo genere motus, sicut primum alterans est non alteratum. Similiter patet de intellectualibus, quia motus rationis discurrentis procedit a principiis & quidditatibus rerum, quibus itellectus informatus terminatur. Cum ergo affectus informetur & terminetur amore, sicut intellectus principijs & quidditatibus, vt prius dictū Ar. 1. in corpo. est, oportet quòd omnis motus affectiuæ procedat ex quietatione & terminatione amoris. Et quia omne quod est primum in aliquo genere est perfectius, sicut intellectus principiorum in demonstrabilibus, & motus cæli in naturalibus: ideo oportet quòd amor inter cæteras affectiones etiam sit vehementior, vt patebit per singula.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut in operatione intellectus concluditur quidam circulus, ita & in operatione affectus. Intellectus enim ex certitudine principiorum quibus immobiliter assentit procedit, ratiocinando ad conclusiones, in quarum cognitione certitudinaliter quiescit, secundum quod resoluuntur in prima principia, quæ in eis sunt virtute. Similiter etiam affectus ex amore finis qui est principium procedit desiderando in ea quæ sunt ad finem, quæ prout accipit vt finem in se aliquo modo continentia per amorem in ea quiescit: & ideo desiderium sequitur amorem fi-

A nis, quàmuis præcedat amorem eorum quæ sunt ad finem. Et etiam amor vehementior affectio quàm desideriū, inquantum dicit terminationem & informationem affectus per appetibile, ad quod mouetur desiderium.

¶Ad secundum dicendum, quòd amor naturaliter præcedit delectationem: delectatio .n. contingit ex coniunctione rei conuenientis realiter. Amor autem facit quòd amatū sit amāti conueniens, & quasi connaturale, inquantum vult affectum amantis amato, vt dictum est: & ideo ex amati reali præsentia consurgit delectatio. Vbi supra ar. 1. Sed quia delectatio etiam potest amari vt B quoddam bonū, ideo contingit per accidens, vt aliquis amor ex delectatione causetur, sicut actus ab obiecto, vel fine. Qui enim aliquid propter delectationem amat delectationem ipsam præcipue amat. Quàmuis ergo quædam delectatio quodam amore sit prior, tamen amor delectatione simpliciter est prior. Similiter etiam vehementior, quia amor est per informationem appetitus ab appetibili: delectatio autem per coniunctionem rei, ex re præsente sibi conueniente. Non est aūt tanta coniunctio rei ad rem, sicut appetitus ad appetibile: quia res adueniens, quæ delectationem causat, non coniungitur secundum naturam, quia hoc non fit illud, vnde est ibi coniunctio, quasi contactus: sed appetitus est ipsius appetibilis secundum suam naturam & substantiam. Vnde quando appetitus informatur per appetibile est quasi coniunctio continuitatis & concretionis: vnde amor plus vnit, quàm delectatio, quia facit quòd amans sit secundum affectum ipsa res amata: delectatio autem est per participationem alicuius ab illo, secundum quod est realiter præsens. Sciendum autem C quòd quando amatum est præsens realiter, secundum quod possibile est, tunc est delectatio, sicut ex coniunctione maxime conuenientis. Quando autem est omnino absens secundum rem, tunc maxime affligit, sicut ex diuisione continui sequitur dolor, quia amor est continuatiua vis, vt dictum est: & Vbi supra, inde dicitur quòd amor languere facit. Quando autem est secundum aliquid præsens, & secundum aliquid absens, tunc habet delectationem admistam afflictioni.

¶Ad tertium dicendum, quòd bonum est vehementius in agēdo, quàm malum: quia bonum non habet de necessitate admistionem mali, sicut malum habet de necessitate admistionem boni. Et iterum bonū agit in virtute propria, sed malum agit in virtute boni, vt dicit Dionys. 4. cap. de diuin. nomin: vnde magis amatur bonum, quàm odiatur malum illi oppositum. D Sed dolor corporalis est magis malum, quàm delectatio quædam sit bonum: quia delectatio, de qua Aug. ibi loquitur, contingit ex superadditione perfectionum secundarum, sicut in cibis, vel in venereis: sed tristitia, vel dolor, propter quæ dimittitur delectatio talis, contingit ex subtractione primarum perfectionum, quę pertinent ad esse rei, sicut ex diuisione communiter. Vnde si acciperetur tristitia opposita delectationi illi magis appeteretur delectatio, quàm fugeretur tristitia: sicut quis appeteret delectationem in cibo, vt postea pateretur tristitiam quæ est de subtractione cibi, vel alicuius huiusmodi.

¶Ad quartum dicendum, quòd amor est prior ira, & vehementior. Ira enim ex tristitia causatur, vt prius dictum est, sicut omnes passiones irascibilis ex passionibus concupiscibilis: & ideo cum amor sit prior & vehementior passionibus concupiscibilis, erit prior & vehementior passionibus irascibilis. Quàmuis autem ira odium pariat, nō tamen amorem destruit: sed amoris destructionem sequitur, quia non posset appetitus moueri in nocumentum alicuius, nisi antea affectus ab amore separatus esset. dis. 26. q. 1. ar. 3. c.

E ¶Ad quintum dicendum, quòd pax non distinguitur ab amore, sed est aliquid amoris. dicit enim quasi quietationem appetitus: sed amor dicit vlterius transformationem, & quandam conuersionem ipsius in amatum: vnde pax est medium inter desiderium, & amorem.

Articulus IIII.

Vtrum cognitio sit altior amore.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd cognitio sit altior amore: quia altissimæ potentiæ est altissimus actus: sed intellectus est altissima potentia in nobis, vt dicit Philosophus in 10. ethico. ergo cognitio est altissima operatio eorum quæ in nobis sunt, & ita dignior amore. 1.p.q.82.

Lib.3.pros. 10. ¶2 Præt. Sicut Boet. dicit in lib. de consol. Natura a perfectis sumpsit originem: sed cognitio pręcedit amorem, ergo cognitio est altior quàm amor. F

¶3 Præt. Illud quod est proprium homini, est nobilius q̃ illud in quo communicat cum brutis: sed intelligere est propriũ hominis, in amore autem conuenit cum brutis. ergo scientia & intellectus sunt digniora quàm amor.

¶4 Præt. Vita contemplatiua est nobilior quàm vita actiua & altior: sed sciẽtia pertinet ad vitã contemplatiuam, amor autẽ videtur ad praxim pertinere, quia obiectum eius est bonum. ergo scientia est altior quàm amor.

¶5 Præt. Obiectum amoris est bonum simpliciter: sed verũ est melius q̃ bonũ simpliciter, quia verũ est summũ in genere bonorũ, sicut & optimus homo est melior quàm homo simpliciter. ergo sciẽtia & cognitio est altior quàm amor.

gat. Sed quoniã qui odit aliquem, nocere illi studet, non immerito & mens hominis, qñ sibi nocet, se odisse dicitur. Nesciens. n. sibi vult male, dum non putat sibi obesse quod vult. Sed tamẽ mala sibi vult, quando id vult, quod obsit sibi, secundũ illud. Qui diligit inimicum, odit animam suam. Qui ergo diligere se nouit, Deum diligit. G Qui vero non diligit Deum, etiã si se diligit, qd ei naturaliter inditum est, tñ non incongrue se odisse dicitur, cũ id agit quod sibi aduersatur, & seipsum tamquàm suus inimicus insequit̃. Modus ergo diligendi præcipiendus est homini, idest, quomodo se diligat, ut ꝓsit sibi. Quin autem se diligat, & prodesse sibi uelit, dubitare dementis est. Modus autem prçcipitur, cum ait: Sicut te ipsum, ut proximum diligas ad qd teipsum. Si ergo te non propter te diligere debes, sed propter illũ, ubi dilectionis tuæ rectissimus finis ẽ, nõ succenseat alius aliquis homo, si & ipsum propter Deum diligis. Huius dilectionis modum ueritas insinuat dicens. Mandatum nouũ do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, idest, ad quod dilexi uos, scilicet, ut filij lucis sitis, & ui tam habeatis.

De modo diligendi Deum.

Dilectionis autem Dei modus insinuatur cum dr̃, Ex toto corde. i. ex toto ĩtellectu: ex tota aĩa. i. uolũtate: ex tota mente, idest, memoria, ut omnes cogitationes, & omnem uitam, & omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea quæ confers. Hæc dicens nullam partem uitæ nostræ reliquit quæ vacare debeat: sed quicquid venerit in animum, illuc rapiatur quo dilectionis impetus currit. Et diligere Deum propter se modus est diligendi Deum: & sunt isti duo modi diligendi Deum, ut quibusdam placet.

H ¶6 Præ. Quanto aliquid est spiritualius, tanto est altius: sed cognitio est spiritualior quàm amor, quia secundum motum a rebus ad animam est cognitio: secundum aũt motum ab anima ad res est amor. ergo cognitio est nobilior quàm amor.

¶7 Præt. Præmium est pręstantius merito: sed cognitio est præmium amoris. Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego manifestabo ei meipsum. Et Aug. dicit, quòd visio est tota merces. ergo cognitio præeminet amori. (Sup Psa. 90 ibi Ostiũ illi sal. meũ. Et ĩ lib. sol. cap. 36.)

Sed contra est, quod dicitur Ephes. 3. Supereminentem scientiæ charitatem Christi.

¶2 Præt. 1. Corinth. 13. dicitur quòd charitas est maior fide. ergo eadem ratione quilibet amor est maior & dignior cognitione sibi respondente.

¶3 Præt. Hug. de Sancto Victo. super illud Dio. 7. c. cę. hiera. Mobile & acutum, dicit. Dilectio supereminet scientiæ, & maior est intelligẽtia: plus. n. diligitur, quàm intelligitur, quia intrat dilectio, vbi scientia foris est. ergo amor excedit scientiã.

¶4 Præt. Finis in vnaquaque re est potissimum: sed obiectum amoris est bonum, quod habet rationem finis. ergo cum operationes distinguantur penes obiecta, amor inter omnes operationes animæ est potior.

¶3 Præt. Sicut se habet potentia ad potentiam, ita se habet operatio ad operationẽ: sed voluntas est altior omnibus aliis potentiis animæ, quia mouet omnes alias, & non cogitur. ergo & amor, qui est operatio voluntatis, præeminet omnibus aliis animæ operationibus.

¶4 Præt. Sicut dicit Dionysius. 5. cap. de diui. no. Illũd quod in pluribus inuenitur, simplicius & nobilius est: sicut esse, nobilius est quàm viuere, quàmuis viuentia sint nobiliora quàm existentia tantum, inquantum etiã viuentia nobilius esse participant: sed amor in pluribus participatur quàm cognitio, (In prçc. ar.) quia in omnibus aliquo modo est amor, vt dictum est prius, non autem cognitio. ergo amor est præstantior cognitione. Ridiculum enim est dicere, quòd in lapidibus sit cognitio naturalis, sicut amor, vel appetitus naturalis.

Respon. Dicendum, quòd in rebus omnibus duplex perfectio inuenitur. Vna qua in se subsistit: alia qua ad res alias ordinatur, & vtraque perfectio in rebus materialibus terminata & finita est: quia & formam vnam determinatam habet, per quam in vna tantum specie est, & etiam per determinatam virtutem ad res quasdam sibi proportionatas inclinationem habet & ordinem, sicut graue ad cẽtrum. Ex vtraque autem parte res immateriales infinitatem habent quodammodo: quia sunt quodammodo omnia, siue inquantum essentia rei immaterialis est exemplar & similitudo omniũ, sicut in deo accidit: siue quia habet similitudinem omnium vel actu, vel potentia, sicut accidit in angelis & animabus, & ex hac parte accidit eis cognitio. Similiter etiam ad omnes res inclinationem & ordinem habent, ex qua parte accidit eis voluntas, secundũ quam omnia placent, vel displicent vel actu, vel potentia. Et secundum qd aliquam immaterialitatem participant, secundum hoc cognitionis & voluntatis participatiua sunt. Vnde & animalia cognoscunt inquantum species sensibilium immaterialiter in organis sensuum recipiuntur, & secundũ intentiones spiritualiter ex rebus perceptis per appetitum sensibilem ad diuersa inclinãtur. Patet ergo ꝙ cognitio pertinet ad perfectionẽ cognoscentis, qua in seipso perfectum est: voluntas autem pertinet ad perfectionem rei sm̃ ordinẽ ad alias res: & ideo obiectũ cognoscitiuę virtutis est d verum, qd est in aĩa, vt dicit Philosoph. 6. meta. obiectũ autẽ appetitiuæ bonum quod est in rebus, vt dr̃ ibidem. Potest ergo comparari potentia cognoscitiua ad appetitiuam tripliciter. Primo, sm̃ ordinem, & sic cognitiua potentia naturalr̃ prior ẽ: quia prius est perfectio rei in seipsa, q̃ sm̃ ordinem ad aliam. H Secundo, quãtum ad capacitatem, & sunt d ęquales: quia sicut cognscitiua est respectu omnium, ita & appetitiua, vnde etiam mutuo se includunt, quia intellectus voluntatem cognoscit, & voluntas ea quæ ad intellectum pertinent, appetit & amat. Tertio, pñt comparari sm̃ eminentiam, vel dignitatem, & sic se habent vt excedentia & excessa: quia si cõsideretur intellectus & voluntas, & quæ ad ipsa pertinent vt quædam proprietates & accidentia eius in quo sunt, sic intellectus est præstantior, & quæ ad ipsum pertinent. Si autem cõsiderentur vt potentiæ. i. sm̃ ordinem ad actus & obiecta, sic voluntas, & quæ ad ipsam pertinent, excedit. Si aũt quæratur quid horum simpliciter dignius sit, dicendum ꝙ res quædam sunt anima superiores, & quædam inferiores: vnde cum per voluntatem & amorem homo in ipsas res volitas & amatas quodammodo trahatur, per cognitionẽ aũt econuerso res cognitæ in cognoscente efficiantur per suas similitudines, respectu earum rerum quæ sunt supra animã, I nobilior & altior est amor quàm cognitio. Illarum vero quæ sunt infra animam, cognitio est potior: vnde etiam multarum rerum, quarum est malus amor, est bona cognitio.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Philosophus loquitur de potẽtiis secũdum qd sunt proprietates quædã eius in quo sunt. Vel dicendum, ꝙ Philosophus sub intellectu cõprehendit voluntatem intellectui respondentem, sicut & sub ratione quandoq; cõprehenditur: & ideo non est ibi comparatio intellectus ad voluntatem, sed intellectus ad vires inferiores.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ quàmuis primum principiũ in quolibet genere sit perfectissimũ, non tamen oportet ꝙ omne quod est prius, sit perfectius, cũ aliquid sit prius in via generationis, qd est imperfectius, sicut puer viro, & addiscens sciente: & ita etiam cognitio quodammodo amorem præcedit.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ illa ratio procedit de intellectu & voluntate secundum respectum ad id, in quo sunt. Vel dicendũ, K ꝙ intellectu aliquo modo alia animalia participant per quandam obscuram resonantiam inquantum sentiunt, sicut & voluntate participant d inquantũ habent appetitum sensualem: vnde & in brutis voluntarium inuenitur, vt dicit Philosophus 3. ethic. non quòd simpliciter voluntatem habeant.

¶Ad quartum dicendum, quòd a vita contemplatiua non excluditur voluntas & amor, sicut nec intellectus a vita actiua: & ideo non potest harum gradus distingui secundum gradus duarum vitarum.

¶Ad quintum dicendum, quòd particulare non habet naturã & rationem sui vniuersalis, nisi sm̃ qd natura vniuersalis inuenitur in ipso: vnde impossibile est, ꝙ ratio vniuersalis magis sit in particulari, q̃ in ipso vniuersali, q̃uis rõ alicuius alterius possit inueniri magis in particulari, q̃ in vli: sicut hõ non põt esse magis animal q̃ animal cõe, potest tñ esse magis bonum, vel aliquid hmõi: & ideo neq; verum, neq; aliquod bonum particulariter acceptum potest dici præstantius, q̃ ipsum bonum.

¶Ad

¶Ad sextum dicendum, ꝙ ratio illa procedit quantũm ad illas res, quæ sunt infra animam, quæ sunt minus spũales q̃ aĩa. A

¶Ad septimum dicendum, quòd visio illa non erit sine amore in præmio, sicut nec amor fuit sine cognitione in merito: ideo tamen præmium magis attribuitur cognitioni, meritum vero amori: qa præmium est secũdum receptionẽ, qua aliquis in seipso perficitur: meritum vero secũdum operationẽ, qua aliquis in remunerationem se extendit, & ei se coniungit. (Aug. de doct. christ. c. 21.)

¶Et quia oportet ẽt ad alia respondere: ideo dicendum ad octauum & nonũ, quòd illæ rationes procedũt de cognitione Dei, quæ est supra animam, vnde amor eius cognitionem de ipso excedit.

¶Ad decimum dicendum, quòd amor magis intrat ad rem, quàm cognitio, quia cognitio est de re secundum id quod recipitur in cognoscente: amor autem est de re, inquantum ipse amans in rem ipsam trãsformatur, vt dictum est prius. In hac autem via, qua perficitur anima in ordine ad res alias, dictum est quòd voluntas cognitionem excedit, ad quam viam pertinet esse magis, vel minus intimum rei.

¶Ad vndecimum dicendum, quòd ratio finis proprie respicit motum, & operationem, & ordinem rei ad rem, & non esse rei absolute: vnde in mathematicis, in quibus non est operatio & motus, non inuenitur finis, vt dicitur in 3. metaphys. & ideo etiam hæc ratio procedit secundum illum modum, quo voluntas dicitur intellectui præeminere.

¶Ad duodecimum dicendum, quòd mouere alias vires, & non cogi d ab obiecto, pertinet ad voluntatem, secundum quod ipsa est primum determinans alias potentias humanas in ordine ad res alias, circa quas operantur, & ipsa non determinatur ab alio: vnde quantum ad hoc, ad quod a deo determinatur naturali inclinatione, quodammodo libertatem non habet: sed quasi cogitur naturali inclinatione, sicut respectu beatitudinis, quam nullus non potest non velle. Ex hac autem parte, qua homo ab alio ordinatur, dictum est quòd amor cognitionem excedit.

¶Ad tertiumdecimum dicendum, quòd amor proprie loquendo, non est nisi in illis, in quibus est cognitio: sed amoris nomen transumitur ad ea, ad quę cognitionis nomẽ extendi potest: quia amor dicitur secundum quod amans ad rem aliam ordinatur. Aliquid autem ad alterum ordinari potest etiam ab exteriori ordinante: & ideo illa quæ ad aliquid ordinantur ab habentibus cognitionem, quorum proprie est amor, inquantum ex seipsis ad amata ordinantur, nomen amoris, vel appetitus recipere possunt. Cognitio autem dicitur secundum quod res cognita fit in cognoscente per modum cognoscentis, scilicet secundum esse spirituale & immateriale: dispositio autem talis non inest alicui, nisi ex proprietate suæ naturæ: vnde nomen cognitionis ad animalia quæ talem naturam non habent, extendi non potest vt dicantur insensibilia naturaliter cognoscere, sicut naturaliter amant, vel appetunt.

d De impletione illius mandati.

Illud autem præceptũ non penitus impletur ab homine in hac mortali vita, sed ex parte, non ex toto: quia ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus. In futuro

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de charitate.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Quid sit charitas.
¶Secundo, Vtrum sit virtus.
¶Tertio, In quo sit sicut in subiecto.
¶Quarto, De comparatione eius ad alias virtutes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum charitas sit idem quòd concupiscentia, uel quid sit charitas.

(12. q. 13. 1. In lib. soll.) Ad primum sic proceditur. Videtur quòd charitas sit idem quòd concupiscentia. August. enim dicit, quòd charitas est virtus, qua deum videre, perfruique eo desideramus: hoc autem concupiscentiæ est. ergo charitas est concupiscentia.

¶2 Item. Videtur quòd sit idem quod amor, quia sicut dicit Diony. 4. cap. de di. no. dilectio est idem ꝙ amor: sed in litera dicitur ꝙ amor est dilectio, qua diligitur deus propter se, & proximus propter deum. ergo charitas est idem quod amor.

¶3 Item. Videtur quòd sit idem quod beneuolentia. Beneuolentia enim est qua alicui aliquod bonum optamus: sed hoc facit charitas, quia optat sibi, & aliis uitam æternam, secundum qd dicitur habens charitatem diligere proximum sicut seipsum. ergo charitas est idem quòd beneuolentia.

¶4 Præt. Videtur quòd sit idem quod concordia, quia charitas vnitatem Ecclesiæ facit, quæ in hoc consistit, vt idem dicamus omnes, & nõ sint in nobis schismata, vt dicitur 1. Corinth. 1. hoc autem ad concordiam pertinet. ergo charitas est idem quod concordia.

¶5 Præt. Videtur quod sit idem quòd beneficentia, quia modus charitatis est, vt diligamus non lingua tantum, sed opere & veritate. 1. Ioan. 3. sed diligere per effectum ad beneficentiã pertinet. ergo charitas videtur esse idem quod beneficentia.

C ¶6 Præt. Videtur quod sit idem quòd pax. Charitas enim est vinculum faciens spirituum vnitatem: hoc autem paci attribuitur, Ephes. 4. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. ergo charitas est idem quod pax.

¶7 Præt. Videtur quod sit idem quòd amicitia, quia vt dicit philosophus in 9. ethic. amicitia superabundantiæ amoris similatur: sed charitas habet superabundantissimum amorem: (Cap. 5.) vnde & charitas dicitur eo quòd sub inæstimabili pretio, quasi charissimã rẽ ponat amatũ. ergo charitas est idem qd amicitia.

Sed contra. Amicitia, vt dicit philosophus, est redamantium: (8. eth. c. 7.) sed charitas est etiam ad inimicos. ergo non est idem quod amicitia.

¶2 Præt. Amicitia est non latens: sed charitas maxime latet. ergo non est amicitia.

¶3 Præt. Amicitia est eorum qui conuiuunt adinuicem, & communicant in eisdem operibus: sed charitas est ad deum, & ad angelos, quorum conuersatio non est cum hominibus. ergo charitas non est amicitia. D

¶4 Præt. Amicitia quærit maxime colloqui & videre amicum, vt dicit Philosophus: sed hoc non quærit charitas, ut dicit Hierony. in prologo Bibliæ ergo non est idem quod amicitia.

¶5 Præt. Amicitia non est nisi ad paucos, & virtuosos: sed charitas est ad omnes etiam malos. ergo charitas non est idem quod amicitia.

Respon. Dicendum, quòd amor est quædã quietatio, vt supra dictũ est: (q. præc. ar. 1) vnde sicut appetitus inuenitur in parte sensitiua & intellectiua, ita & amor. Ea autem quæ ad sensitiuum appetitum pertinent, ad intellectiuum transferuntur, sicut nomina passionum. Quod autem appetitus intellectiui est proprium sensitiuo appetitui non conuenit, vt nomen voluntatis: & ideo amor in vtroque appetitu inuenitur. Et secundum quod inuenitur in appetitu sensitiuo proprie dicitur amor, eo quòd passionem importat: secundum autem quod inuenitur in intellectiua parte, dicitur dilectio, quæ electionem includit, E quæ ad appetitum intellectiuũ pertinet. Nihilominus nomen amoris etiam ad superiorem partem transfertur: nomen autem dilectionis ad inferiorem numquàm. Omnia autẽ alia nomina, quæ ad amorem pertinere videntur, vel includuntur ab istis, vel includunt ea quasi addentia aliquid supra dilectionem, & amorem. Quia enim amor vnit quodammodo amantẽ amato: ideo amans se habet ad amatum quasi ad seipsum, vel ad id quod est de perfectione sui. Ad seipsum autem, & ad ea quæ sui sunt hoc modo se habet, vt primo velit sibi præsẽs esse quicquid de perfectione sua est: & ideo amor includit concupiscentiam amati, qua desideratur eius præsentia. Secundo, homo alia in seipsum retorquet per affectum, & sibi appetit quæcumque sibi expediunt: & secundum quod hoc ad amatũ efficitur, amor beneuolentiam includit, secundum quam aliquis amato bona desiderat. Tertio, homo ea quæ sibi appetit, operando sibi acquirit: & secundum qd hoc ad alium exercetur, beneficentia in amore includitur. Quarto, homo ea quę sibi bona videntur, implere consentit: & secundum qd hoc ad

amicum sit amor concordiam includit, secundum quam aliquis consentit in his quæ amico videntur non quidem in speculatiuis: quia concordia in his, secundum Philosoph. 9. ethic. ad amicitiam non pertinet, & discordia in eisdem esse potest sine amicitiæ præiudicio, eo quòd in his concordare vel discordare, voluntati non subiacet, cũ intellectus ratione cogat.

Cap. 7.

Lib. de perfect. humanæ iustitiæ quaçlestiũ ad 16. rationem. to. 7.

Amor tamen super quatuor prædicta aliquid addit, scilicet quietationem appetitus in re amata, sine qua quodlibet prædictorũ quatuor esse potest. Sũt etiam quædã quæ super dilectionem, vel amorem aliquid addũt. Amatio enim addit super amorẽ intensionem quandam amoris, quasi feruorem quẽdam. Amicitia vero addit duo, quorum vnum est societas quædam amantis & amati in amore, vt scilicet mutuo se diligere sciant. Aliud est, vt ex electione operentur, non tantum ex passione. Vnde dicit Philosophus, quòd amicitia similatur habitui, amatio autem passioni. Sic ergo patet, quòd amicitia est perfectissimum inter ea quæ ad amorem pertinent omnia prædicta includens: vnde in genere huiusmodi ponẽda est charitas, quę est quędam amicitia hominis ad deum, per quam homo deum diligit, & deus hominem: & sic efficitur quædam associatio hominis ad deum, vt 1. Io. 1. Si in luce ambulamus, sicut & ipse in luce est, societatem habemus adinuicem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quælibet amicitia cõcupiscentiam, seu desiderium includit, & aliquid super eam addit, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ charitas addit aliquid supra dilectionem & amorẽ. Et similiter dicendũ ad tertiũ de benevolentia, & ad quartum de cõcordia, & ad quintũ de beneficentia.

¶ Ad sextum dicendum, quòd pax ad concordiam reducitur, nisi quòd magis pax dicitur quantum ad remotionem discordiæ: concordia autem quantum ad ipsam vnionem.

¶ Ad septimum dicendum, quòd charitas est amicitia, sed aliquid addit supra ipsam. s. determinationem amici: quia est amicitia ad deũm, quæ omnibus pretiosior est, & charior.

¶ Ad octauum dicendum, quòd amicus non tantum diligit amicum ad quem amicitiam habet, sed omnia quæ ad ipsum pertinent, quàmuis ab illis non ametur, sicut filios eius, fratres, & huiusmodi. Similiter & charitas diligere facit principaliter deum qui amantes se amat, & in amando prœuenit homines, inquantum illius sunt: vnde quod dicitur, quòd amicitia est readamantium, intelligitur quantũ ad eos, inter quos principaliter est amicitia.

I

¶ Ad nonum dicendum, ꝙ inquantũ homines per charitatem deiformes efficiuntur, sic sunt supra homines, & eorũ conuersatio in cælis est, & sic cũm deo, & angelis eius conueniunt in quantum ad similia se extendunt, secundũ quod dominus docet. Estote perfecti, sicut & pater vester perfectus est.

Matth. 5.

¶ Ad decimum dicendum, ꝙ amicitia dicitur esse non latens, nõ quòd per certitudinem amici amor cognoscatur, sed quia per signa probabilia amor mutuus habentium collegitur: & talis manifestatio potest esse de charitate, inquantum per aliqua signa potest probabiliter æstimare se habere charitatem.

¶ Ad vndecimum dicendum, quòd amicitia vera desiderat videre amicũ, & colloquijs mutuis gaudere facit, ad quem principaliter est amicitia: non autem ita quòd delectatio, quæ est ex amici visione & perfruitione, finis amicitiæ ponatur, sicut est in amicitia delectabilis: & hoc intendit remouere Hiero. scilicet, quòd non est amicitia charitatis principaliter ad homines, sed est Christi glutino copulata, & quòd delectatio principaliter de amicis non est quærenda.

K

¶ Ad duodecimum dicendum, ꝙ obiectio illa procedit quantum ad illũ, ad quem attenditur principaliter amicitia, & nõ de illis qui diliguntur, inquantum ad amicũ principaliter pertinent, quia sic multorum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum charitas sit virtus.

22. q. 23. 5. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd charitas non sit virtus. Charitas enim, vt dictum est, est quædam amicitia hominis ad deum: sed amicitia a philosophis nõ ponitur virtus, sed habet virtutem pro fundamento, quia est propter bonum honestum, quod est virtus. ergo charitas non est virtus.

F

¶ 2 Præt. Præcepta legis sunt de actibus virtutum: sed finis præcepti est charitas. 1. Timoth. 1. ergo charitas est finis virtutum: sed finis virtutũ non est virtus, sed felicitas. ergo charitas non est virtus.

¶ 3 Præt. Virtus est vltimũ potentiæ, vt dicitur in lib. de cœ. & mũn. sed delectatio est magis vltimum quàm amor, quia ipsa est ex ipsa coniunctione rei amatæ, quam amor quærit. ergo delectatio magis debet esse virtus quàm amor. cum ergo delectatio non ponatur virtus, neque charitas virtus dici debet.

1. 1. ci.

G

¶ 4 Præt. Ad illud, ad quod natura sufficit, non oportet quòd eleuetur per virtutem: sed diligere deum super omnia, quod est actus charitatis, potest homo per naturalia inquantum naturali ratione potest cognoscere ipsum esse summum bonum. ergo non oportet superaddi aliquam virtutem charitatis.

¶ 5 Præt. Ad hoc, quòd tendamus in finem, sufficit ipsum cognoscere, & desiderare: sed charitas plus facit, quia facit ipsum amare, & amicitiam ad ipsum habere. ergo non fuit necessarium quòd charitas esset virtus theologica, sed sufficiebat desiderium.

H

¶ 6 Præt. Virtus est circa difficile, vt dicitur 2. ethic. sed amare non est difficile, immo amor omnia difficilia leuigat. ergo charitas non est virtus.

Cap. 1.

SED CONTRA. Præcepta legis sunt de actibus virtutum: sed charitas est quæ implet omnia præcepta legis, quia plenitudo legis est dilectio, Ro. 13. ergo charitas est virtus.

¶ 2 Præt. Esse spirituale est a virtute: sed non est sine charitate, vnde Apostolus dicit. 1. Corinth. 13. Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habeam, nihil sum. ergo charitas est maxima virtutum.

¶ 3 Præt. Nihil expellit peccatum, nisi virtus: hoc autem maxime facit charitas, quæ operit vniuersa delicta, vt dicitur Prouer. 10. ergo charitas est virtus.

RESPON. Dicendum, quòd finis humanæ vitæ est felicitas: vnde secundum diuersas vitas etiam distinguuntur diuersæ felicitates. Qui enim sunt extra vitam ciuilem, ad felicitatem ciuilem nõ possunt peruenire, quæ attingit summum illius vitæ. Similiter ad hoc, ꝙ ad felicitatem contemplatiuam quis perueniat, oportet quòd illius vitæ particeps fiat: vnde felicitas, ad quam homo per naturalia sua potest deuenire, est secundum vitam humanam, & de hac philosophi locuti sunt. vnde 1. ethic. dicitur. Beatos autem, vt homines. Sed quia nobis promittitur quædam felicitas, in qua erimus angelis æquales, vt patet Matthæi. 22. quæ non solum vires hominis, sed etiam angelorum excedit, qui per gratiam ad hanc perducuntur sicut & nos, soli autem deo est naturalis: ideo oportet ad hoc quòd ad felicitatem illam diuinã homo perueniat, quòd diuinæ vitæ particeps fiat. Illud autem quod ad alterum conuiuere facit, maxime amicitia est: quia ut dicit Philosophus. 9. ethicor. unusquisque cum suo amico conuersatur in illis quæ maxime diligit, & quæ suam uitam reputat, quasi amico coniuere uolens: unde quidã simul uenantur, quidã simul potãt, quidam philosophantur, & sic de aliis. & ideo oportuit haberi quandam amicitiam ad deum, qua sibi coniungeremus, & hæc est charitas, ut dictum est. Hæc autem communicatio diuinæ uitæ facultatem naturæ excedit, sicut & felicitas ad quam ordinatur: & ideo oportet quòd per aliquod bonum superadditum natũra in hoc perficiatur, & hæc est ratio uirtutis: unde oportet dicere charitatem & uirtutem theologicam, quæ diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Rom. 5.

Cap. 1. & 16.

Cap. 18.

Arist.

An. 3. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ amicitia, de qua Philosophus tractat, causatur uel ex inclinatione naturæ, quantũ ad amicitiã delectabilis & utilis: uel ex inclinatione habitus uirtuosi præsupposita inclinatione naturæ quantum ad amicitiã honesti, inquãtum omne qđ facit similitudinem cum aliquo, inclinat ad amorem illius, & ideo non ponitur aliqua uirtus, sed quiddam cõsequens ad uirtutes: sed amicitia quã habemus ad deũ, nõ potest habere aliqđ hmõi fundamẽtũ, cũ natura

Dist.

A turæ metas excedat: & ideo oportet ꝙ per speciale donum infundatur amicitiam eleuemur, & hoc donũ dicimus virtutem.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ charitas non dicitur esse finis præcepti quasi vltimus finis virtutum, sed sicut, id quo omnes aliæ virtutes in finem vltimum ordinantur. Et excludit ibi Apostolus tria a charitate, quæ veræ amicitię repugnãt, quorum primũ est fictio, sicut est in simulantibus amicitiam cum nõ sint amici: quod remouet per hoc, quòd dicit, Fide nõ ficta, fidem pro fidelitate accipiens. Secũdum est malum fundamentum, sicut eorum qui communicant in peccato, & ex hoc fiunt amici: & ad hoc remouendũ dicit, Cõscientia bona. Tertium, obliquata intentio, sicut cum quis diligit amicum propter lucrum: & hoc excludit per hoc quòd dicit, De corde puro.

1. p. 617.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actus virtutum cum sint laudabiles, oportet ꝙ habeant principium in nobis. Delectatio autem cũm sit ex coniunctione rei conuenientis, in quãdam receptionem sonat, & ita in passionem, cuius principium est ab agente, & ideo magis se tenet ex parte præmij: sed delectatio dicit extensionem appetitus in rem amatam, & hoc operationem importat, & ita charitas ponitur virtus: sed fruitio, quæ delectationem importat, ponitur dos.

¶ Ad quartum dicendum, quòd charitas, vt ex prædictis patet, amicitiam, & amorem, & desiderium includit. Desiderium autem naturale non potest esse nisi rei quæ naturaliter haberi potest: vnde desiderium naturale summi boni inest nobis secundum naturam, inquantum summum bonum participabile est a nobis per effectus naturales. Similiter amor ex similitudine causatur: vnde naturaliter diligitur summum bonũ super omnia, inquantum habemus similitudinem ad ipsum per bona naturalia. Sed quia natura non potest peruenire ad operationes eius quæ sunt vita sua, & beatitudo, scilicet visio diuinæ essentiæ: ideo etiam ad amicitiam non pertingit, quæ facit amicos conuenire, & in omnibus communicare: & ideo oportet superaddi charitatem, per quam amicitiam ad deum habeamus, & ipsum amemus, & desideremus assimilari ei per participationem spiritualium donorum, vt participabilem per gloriam ab amicis suis.

Art. præce.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non sufficit desiderium, sed oportet esse communicationem in vita, vt dictum est.

In pri. arti.

¶ Ad sextum dicendum, quòd difficultas, quæ est in operibus virtutum, non semper est laboris, vel alicuius contrariantis: sed proprie ea quorum est virtus, dicuntur habere difficultatem, inquantum supra vires eleuantur eorum, qui virtutem non habent.

ARTICVLVS III.

Vtrum subiectum charitatis sit ratio.

22. q. 24. Cap. 18. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ subiectum charitatis sit ratio. Omnis enim virtutis, vt in. 1. ethi. dicitur, subiectum est rationale per participationem, vel rationale per essentiam: sed charitas est virtus, vt dictũ est. cum ergo subiectum eius nõ sit rationale per participationem, quia sic esset virtus moralis, videtur ꝙ subiectum eius sit rationale per essentiam.

¶ 2 Præt. Ea quæ mutuo se expellunt, oportet esse in eodem: sed charitas, & peccatum mortale mutuo se expellunt. cum ergo omne peccatum mortale sit vel in ratione superiori, vel inferiori, vt in 2. lib. di. 30. dictum est, videtur ꝙ etiam charitas sit in ratione.

D

¶ 3 Præt. Sicut charitas est principalis in gratuitis virtutibꝰ, ita prudentia in moralibus: sed prudentię subiectum est ratio. ergo & charitas.

¶ 4 Præt. Cum charitas sit virtus theologica, non potest esse in parte sensitiua, cuius obiectum deus esse non potest. ergo oportet ꝙ sit in parte intellectiua: sed non est in libero arbitrio, quia obiectum eius est contingens operabile a nobis, charitas autem est vltimi finis, supra quem non cadit cõtingentia, neque nostra operatio, neque electio. Similiter nõ potest esse in voluntate: quia voluntas non habet determinatum actum, sed imperat omnes actus animæ: vnde si charitas

A esset in voluntate, eadem ratione quælibet alia virtus. ergo te stat ꝙ sit in ratione.

¶ 5 Præt. Philosophi de virtutibus tractantes nullam virtutem in voluntate posuerunt, ponentes intellectuales in rationali per essentiam, morales vero in rationali per participationem, cuiusmodi est irascibilis, & concupiscibilis, vt patet ex. 1. ethi. cũ habes cur illud ꝑceptum est, qđ hic penitus impleri non põt. Impletur tamen ex parte. s. secundum perfectionẽ viæ. Alia est enim perfectio currentis: alia peruenientis. Facit hoc mandatum, vt cursor qui Deũ ante omnia, & prę omnibus diligit, nec tamen omnino perficit.

Cap. 18.

SED CONTRA. Obiectum rationis est verum, charitatis autem non, sed magis bonum. ergo charitas est in voluntate, non in ratione.

B

¶ 2 Præt. Amor ad appetitum pertinet: sed ratio pertinet ad cognitionem. ergo charitas non est in ratione.

RESPON. Dicendum, ꝙ ad sciendum in qua potentia est aliqua virtus, oportet considerare cui potentiæ actus eius competat. Actus autem principalis charitatis est diligere deũ, qui quidem rationis est quasi dirigentis, sed appetitus quasi exequentis: vnde oportet ꝙ ad appetitum reducatur. Non potest aũt hũc actum exequi appetitus sensitiuus: quia eius obiectum deus esse non potest. ergo oportet ꝙ ad appetitum intellectiuæ partis pertineat, non inquantum est electiuus eorum quæ sunt ad finem, sed inquantum se habet ad ipsum vltimum finem, & hoc est voluntatis: vnde proprium subiectum charitatis est voluntas. Quidam autem dicunt charitatem in concupiscibili esse, quod esse non potest: quia concupiscibilis pars appetitus sensitiuæ est partis. Etsi dicatur concupiscibilis humana, hoc non habet nisi per participationem rationis, nisi forte ipsam voluntatem æquiuoce irascibilem, & concupiscibilem vocare velint.

C

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ pars rationalis per essentiam non dicitur solum ipsa ratio, sed etiam appetitus rationi annexus, scilicet voluntas. Vnde Philosophus dicit in. 3. de anima, ꝙ voluntas in ratione est. Et ideo charitas non est virtus moralis, quia non est circa passiones, quæ sunt in appetitu sensitiuo, qui est rationalis moralis per participationem: neque est virtus intellectualis. Non enim est in ratione per essentiam quantum ad vires apprehensiuas, sed est virtus theologica.

T. com. 42. D. 1199.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum mortale non fit per dicitur esse in ratione sicut in subiecto, cum quandoque sit in irascibili, quandoque in concupiscibili: sed est semper in ratione sicut in dirigente, & in voluntate, seu libero arbitrio sicut imperante & dirigente actum eius, & sic etiam charitas habet rationẽ quasi dirigentẽ in suo actu, vel magis intellectũ.

D

¶ Ad tertium dicendum, quòd prudentia principalis est virtutibus moralibus, inquantum est directiua omnium, & ideo ad rationem pertinet: sed charitas est principalis per modũ imperantis & coniungentis fini, & informantis: quod pertinet ad voluntatem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nec appetitus sensitiuus, nec liberũ arbitriũ proprie loquendo, est subiectũ charitatis, sed voluntas, quæ quàmuis habeat se quodammodo vt causa ad omnes actus humanos, non tamen eodem modo se habet ad omnes. Quoldam enim actus ipsa elicit inquantũ est quædam spiritualis potentia, sicut velle: quosdam vero imperat, vt est vniuersalis motor virium animæ. Vnde virtutes perficientes ad actus, quos voluntas tantum imperat, nõ sunt in voluntate sicut in subiecto, sed in illis potentijs quæ illos actus eliciunt: sed virtutes perficientes ad actus, quos voluntas elicit, sunt in voluntate quasi in subiecto, & sic non est eadem ratio de omnibus. Diligere autem est actus a volũtate elicitus, cum importet quietationem voluntatis, & transformationem quandam in rem amatam: & ideo charitas quæ ad hunc actum proficit, est in voluntate sicut in subiecto.

D. 1175.

E

¶ Ad quintum dicendum, quòd virtutes, vt supra dictũ est, sunt nobis necessariæ ad hoc, ꝙ potentiæ naturales determinentur ad bonum: vnde in illis, in quibus potentiæ naturales sunt ex sui natura ad bonum determinatæ, non requiruntur alię virtutes. Voluntas autem habet bonum, quod est finis, pro obiecto: vnde quantum in se est, naturaliter est determinata ad bonum, quod est finis humanæ naturæ proportionatus: & ideo in voluntate respectu finis vltimi philosophi nullam virtutem posuerunt, tamen oportet ponere aliquam virtutem acquisitam in voluntate, secundum quod est eorum quæ sunt ad finem, sciustitiam, vt infra dicetur, quæ est circa bona

D. 23. q. 1. ar. 1. cor. & 3. cor.

D. 33. q. 2. 4. q. 2.

bona quæ in vsum vitæ veniunt, & tamen inter morales com F putatur: quia voluntas quàmuis secundum suam essentiam sit in rationali per essentiam, tamen quantum ad similitudinem actus contenit cum irascibili & concupiscibili, quæ dicuntur rationales per participationem: & ipsa etiam voluntas aliqualiter rōnem participat, inquantum a ratione apprehensiua dirigitur, & secundū doctrinam fidei ponitur finis vltimus naturalem inclinationem excedens: & ideo secundum theologos oportet ponere virtutē aliquam in voluntate ad eleuandum in prædictum finem, & hanc dicimus charitatem.

Quod alterum mandatum in altero est.

VM autem duo sint præcepta charitatis, pro utroque sæpe vnum ponitur, nec immerito: quia nec Deus sine proximo, nec proximus sine Deo diligi potest. Vnde Apostolus omne mandatum legis dicit instaurari, idest, contineri & impleri in hoc verbo, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et Christus dilectionem proximi specialius commendat dicens. Mandatum nouum do vobis ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vbi illud maius mandatum dilectionis Dei videtur præmissum. Sed bene intelligentibus vtrumque inuenitur in singulis: ergo & habitus existentes in ratione omnibus aliis habitibus, & ita fides est magis forma virtutum quàm charitas, vel etiam prudentia, quæ etiam ponitur a philosophis quasi forma omnium aliarū virtutum. Heb.

G ¶ 4 Præt. Forma efficiens & finis non incidūt in idem numero, vt dicitur in 2. phi. sed charitas est finis præcepti, & ita virtutum est etiam motor, inquantum imperat actus earum. ergo ipsa non est forma.

¶ 5 Præt. Habitus indicantur per actus: sed vnaqueque virtus ponit suum modum, vel formam in actu suo, secundum quem iustus iuste facit, & fortis fortiter. ergo virtutes non formantur per charitatem, sed per seipsas formatæ sunt.

SED CONTRA. Ambro. dicit ꝙ charitas omnes alias virtutes informat, & est mater earum. Inscr. Rom.

¶ 2 Præt. Illud quod est principale etiam in corporalibus, est formale respectu aliorum, sicut ignis est quodammodo forma aeris, aer aquæ, & aqua terræ, vt dicitur 4. phy. sed charitas est principalis inter alias virtutes. ergo ipsa est forma aliarum virtutum.

H VLTERIVS. Videtur quòd charitas possit esse informis. Sicut enim fides est in eo qui non operatur bene, ita & dilectio qua deus diligitur, quia etiam peccatores & infideles deum diligunt: sed fides quæ est sine operibus, est informis. ergo similiter charitas. III

¶ 2 Præt. Nullus scit se habere gratiam, potest autem aliquis scire se habere dilectionem. ergo dilectio dei potest esse sine gratia, & ita potest esse informis.

¶ 3 Præt. Ex fide oriuntur timor & amor: sed timor potest esse informis, vt patet de timore seruili. ergo & amor.

SED CONTRA. Spiritussanctus non potest esse sine gratia: sed charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritū sanctum, Ro. 5. ergo charitas non potest esse informis.

¶ 2 Præt. Forma non potest esse informis: sed charitas est forma omnium aliarum virtutum. ergo ipsa non potest esse informis.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd virtus specificatur ex obiecto suo secundum illam rationem, qua principaliter in ipsum tendit: vnde cum charitas diligat deum principaliter, & omnia alia non diligit nisi inquantum sunt dei, constat quòd ex vnitate diuinæ bonitatis quam charitas primo respicit, vnitatem respicit, & est vna virtus. I

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd proximus nō est obiectum principale ipsius charitatis, vt dictum est. Inscr.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtutes etiam theologicæ dirigunt in his quæ sunt ad finem, non quidem secundum proprias rationes rerum quæ sunt ad finem, sed secundum rationem finis: sicut fides facit etiam quæda credere de creaturis propter ueritatem primam, a qua accipit. Similiter & charitas facit diligere homines inquantum sunt participabiles diuinæ boniitatis, quæ est finis ultimus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd materialis diuersitas obiectorum sufficit ad diuersificandum actum secundum numerum, sed secundum speciem actus non diuersificantur nisi ex diuersitate formali obiecti. Formalis autem obiecti diuersitas est secundum illam rationem, quam principaliter attendit uel habitus, uel potentia: & ideo diligere deum & proximum sunt quidem diuersi actus, sed ad eundem habitum pertinent: sicut etiam uidere album & nigrum, & propinquum & distans sunt diuersæ uisiones secundum numerum, & diuersos modos habent, & tamen ad unam uisiuam potentiam pertinent: & sic etiam de actibus charitatis dantur diuersa præcepta secūdum diuersos modos quos habent. K

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd ut dictum est, habitus specificantur ex obiectis suis secundum rationem quam principaliter attendunt: ratio autem obiecti sumitur secundum proportionem rei, circa quam est operatio habitus, uel potentiæ ad actum animæ, in qua sunt habitus, uel potentiæ. Quia autem per operationem animæ diuiduntur quandoque quæ secundum rem coniuncta, & summe unum sunt, & ideo contingit quòd ubi res est eadē, sunt diuersæ rationes obiecti: sicut eadem res obiectum est liberalitatis, vt est donabilitas, & iustitiæ, vt habet debiti rationem. Et similiter *vbi* res est communis, est ratio obiecti particularis & propria: sicut philosophia prima est specialis scientia, quàmuis consideret ens secundum qđ est omnibus cōmune: quia specialem rationē entis cōsiderat secundū quod non dependet a materia, & a motu: & similiter est in proposito. Obiectum enim charitatis proprium & principale est bonitas diuina: in omnibus autem alijs virtutibus est aliquod bonum diuinum, sed tamen hoc, quod est commune secundum rem, habet specialem rationem: & ideo charitas est d specialis virtus ab omnibus aliis distincta. Dupl.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut est in scientiis, ꝙ vna scientia specialis ab alijs distincta. (S prima philosophia, omnibus alijs scientijs perfectionem impartitur, inquantū obiectum suum est commune secundum rationem obiectis omnium aliarum scientiarum: ita etiam est in virtutibus, vt illud quod ad aliquam virtutem pertinet, potest poni in diffinitione virtutis communis, sicut patet de prudentia, quæ perficit rationem virtutis in omnibus virtutibus moralibus: & ideo ratio recta, quæ ad prudentiam pertinet, ponitur in diffinitione virtutis, vt patet. 2. ethi. Virtus est habitus electiuus in mediocritate consistens determinata ratione prout sapiens determinabit. Nec ex hoc habetur, ꝙ prudentia non sit specialis virtus, sed ꝙ est generalis regula omnium virtutum: & ita etiam charitas, quæ perficit omnes alias virtutes, ponitur in diffinitione virtutis. Nec ex hoc habetur ꝙ sit generalis virtus, sed generalis perfectio virtutum. Tamen hoc quod dicit August. quòd est virtus ordo amoris, potest dupliciter accipi, vel pro ipso amore charitatis, & tunc prædicta responsio tenet: vel pro amore in communi, & sic amor sumitur pro amore naturali, qui inest cuilibet potentiæ respectu sui obiecti, quem virtus determinat: quia est ordinatio affectionum animæ. Quidam autem non attendentes differentiam naturalis amoris, vel appetitus ad amorem, & appetitum animalem, in tantum errauerunt, ꝙ posuerunt concupiscibilem non esse specialem uim, sed diffusam in omnibus alijs viribus: & similiter charitatem indistinctam ab aliis virtutibus. Cap. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actus aliarum virtutum nō attribuūtur charitati quasi ipsa eos eliciat, sed quia ipsa eos imperat: habet autem specialem actum quem elicit, scilicet diligere deum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non quodlibet bonum est obiectum charitatis, sed bonum diuinum: & hoc etiam quàmuis sit in omnibus bonis aliqualiter, tamen habet specialem rationem, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd præceptum ad charitatem pertinens, non comprehendit omnia alia præcepta sicut uniuersale ad illam, sed per quādam reductionem: quia omnia præcepta ad illud ordinantur, sicut etiam actus omnium aliarum uirtutum ad actum charitatis, inquantum omnes imperat. Vnde ex hoc non ostenditur ꝙ charitas sit generalis virtus, sed quòd est generalis motor omnium uirtutum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd charitas ad omnes alias virtutes comparatur & ut motor, & ut finis, & ut forma. Quòd autem motor sit omnium aliarum uirtutum ex hoc patet, quia ipsa bonum, quod est obiectum charitatis sub ratione finis, est finis uirtutum. In omnibus autem potentijs, uel artibus ordinatis ita accidit, ꝙ ars, uel potentia quæ est circa finem, ordinat aliarum actus ad finem proprium: sicut militaris, quæ est propter uictoriam, ad quam omne officium bellicum ordinatur, ordinat æquestrem & naualem, & omnia huiusmodi in suum finem: & ideo dicitur charitas mater aliarum uirtutum, inquantum earum actus producit ex conceptione finis inquantum habet se per modum seminis, cum sit principium in operabilibus, ut dicit Philosophus: & secundum hoc dicitur imperare actus inferiorum uirtutum secundum qđ facit eas operari propter finē suum, & secundum hoc mouet alias artes inferiores ad finem suum: vnde charitas etiam omnes alias uirtutes ad suum finem mouet, & secundum hoc dicitur actus earum imperare. Hoc enim interest inter elicere actum, & imperare, ꝙ habitus, uel potentia elicit illum actum, quem producit circa obiectum nullo mediante, sed imperat actum qui producitur mediante potentia, uel habitu inferiori circa obiectum illius potentiæ. Si ergo charitas est motor aliarum virtutum, si- A militer etiam finis: quia hoc commune est in omnibus virtutibus, ꝙ actus ipsarum sunt proximi fines earum, cum actus sit perfectio secunda, habitus perfectio prima, & minus completum ordinatur ad magis completum sicut ad finem. Finis autem inferioris potentiæ, uel habitus ordinatur ad finem superioris, sicut finis militaris ad finem ciuilis: unde actus omnium aliarum uirtutum ordinantur ad actum charitatis sicut ad finem: & propter hoc dicitur charitas præcepti finis. Similiter etiam patet, ꝙ est forma perficiens unamquamque uirtutem in ratione uirtutis. Inferior enim potentia non habet perfectionem virtutis nisi secundum quod participat perfectionem potentiæ superioris: sicut habitus qui est in irascibili non habet rationem uirtutis, ut dicitur in 4. ethi. nisi inquātum intellectum & discretionem recipit a ratione, quam perficit prudentia: & secundum hoc prudentia ponit modum & formam in omnibus aliis uirtutibus moralibus. Omnes autē aliæ uirtutes, quæ sunt meritoriæ uitæ æternæ secundum qđ nunc loquimur de uirtutibus, sunt in potentiis uoluntati subiectis: quia nullus actus alicuius potentiæ potest esse meritorius, nisi inquantum habet aliquid de uoluntario, quod cōtingit ex hoc, quòd uoluntas imperat, & mouet actus aliarum potentiarum. Vnde non potest esse quòd aliquis habitus existens in aliqua potentia animæ habeat rationē uirtutis, loquendo de uirtutibus meritoriis, de quibus hic loquimur, nisi secundum hoc, quòd in illa potentia participatur aliquid de perfectione uoluntatis, quam charitas perficit: & ideo charitas est forma uirtutum aliarum omniū, sicut prudentia moralium. Et hic est unus modus, quo charitas est forma aliarum uirtutum. Alii autem duo modi possūt accipi ex hoc, quòd ipsa est motor, & finis inquantum mouens ponit motū suum in instrumento, & ea quæ sunt ad finem diriguntur ex ratione finis: & ita modus charitatis participatur in aliis uirtutibus inquantum mouentur a charitate, & inquantum ordinantur in ipsam sicut in finem. B C

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitas est forma exemplaris uirtutum, sed forma exemplaris est duplex, una ad cuius repræsentationem aliquid fit, & ad hanc nō exigitur nisi similitudo tantum: sicut dicimus res ueras esse formas exemplares picturarum. Alio modo dicitur forma exemplaris, ad cuius similitudinem aliquid fit, & per cuius participationem esse habet: sicut diuina bonitas est forma exemplaris omnis bonitatis, & diuina sapientia omnis sapientiæ, & talis forma exemplaris non oportet, quòd sit unius speciei cum causatis: quia participantia non semper participant per modum participati, & hoc modo prudētia est forma aliarum uirtutum moralium inquantum sigillatus quidam ordo prudentiæ in inferioribus uiribus dat habitibus, qui ibi sunt, rationem uirtutis. Et similiter est de charitate respectu omnium aliarū uirtutū. D

¶ Ad secundum dicendum, quòd inferiores uires non perficiuntur perfectione uirtutis, nisi per participationem perfectionis a superioribus. Cum autem superiora sint formalia respectu inferiorum quasi perfectiora, quod participatur a superioribus in inferioribus formale est. Vnde ad perfectionem uirtutis in aliqua potentia tot formæ exiguntur, quot superiora sunt respectu illius potentiæ, sicut ratio superior est, quàm concupiscibilis quasi ordinans ipsam: & ideo prudentia, quæ est perfectio rationis, est forma temperantiæ, quæ est uirtus cōcupiscibilis. Similiter uoluntas est superior ratione secundū quod actus rationis consideratur ut uoluntarius & meritorius: & ideo charitas est forma prudentiæ, & temperantiæ. Similiter essentia animæ superior est uoluntate, inquantum ab essentia & uoluntas, & omnes uires animæ fluunt. Et ideo gratia quæ est perfectio essentiæ animæ constituens ipsam in esse spirituali, est forma & charitatis, & prudentiæ, & temperantiæ: nec charitas esset uirtus, si esset sine gratia, sicut nec prudentia si est sine charitate, loquendo de uirtutibus infusis ordinatis ad merendum: neque temperantia sine charitate & prudentia. Quidam autem dicunt, quòd charitas, & gratia sunt idem per essentiam: sed de hoc dictum est in secundo lib. di. 26. E Art. 4. cor.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ ratio imponit modū omnibus uiribus, quæ sunt sub ipsa: & similiter uoluntas oībus uiribus inferioribus ea: sed ideo non posuerunt philosophi uirtutem nisi a prudentia formari, quia in uoluntate prout est finis ultimi, & in essentia animæ non posuerunt aliquam perfectionē superadditā naturæ: naturalis aūt perfectio consistat quòd in omnibus uirtutibus participatur.

¶ Ad

Vtrum charitas sit una virtus, uel plures.

22.q.23.5. de uerit. q. 2.4. AD QVARTVM sic procedit. Videtur ꝙ charitas non sit vna virtus. Habitus enim distinguuntur per actus, & actus per obiecta: sed charitas habet duo obiecta maxime distantia, scilicet deum & proximum. ergo non est vna virtus.

¶ 2 Præt. Virtutes theologicæ a moralibus distinguuntur, quia virtutes morales dirigunt in his quę sunt ad finem, theologicæ autem sunt de ipso fine: sed charitas est & de fine, inquantum per eam diligitur deus, & de his quæ sunt ad finem, inquantum per eam diligitur proximus. ergo charitas continet duas virtutes, quarum vna est moralis, & alia theologica.

Cap. 3. ¶ 3 Præt. Virtutes ad actus aliquos ordinantur, quia virtus est optimorum operatiua, vt dicitur in 2. ethi. & modum aliquem in suis actibus ponunt: quia virtus est in hoc, quòd non solum bona, sed bene fiant. Et iterum actus virtutum per præcepta legis imperantur: sed charitas habet duos actus, & duos modos, & duo præcepta. ergo non est vna virtus.

SED CONTRA. Motor in quolibet genere est vnus tantum: sed charitas mouet omnes alias virtutes ad suum finē per actus proprios. ergo charitas est vna virtus.

¶ 2 Præt. Obiectum charitatis est deus, cum sit virtus theologica: sed deus est summes vnus. ergo charitas est, vna tantum virtus.

II 22.q.23.4. de uerit. q. 2.4. De ciu. dei li. 15. c. 22. VLTERIVS. Videtur ꝙ non sit distincta ab alijs virtutibus. Quicquid enim cadit in diffinitione virtutis, non distinguitur a virtutibus: sed charitas est huiusmodi, vnde Hiero. dicit. Vt breuiter omnem virtutis diffinitionem complectar, virtus est charitas, qua diligitur deus & proximus. Et Augu. dicit, ꝙ virtus est ordo amoris. ergo charitas non distinguitur ab alijs virtutibus. I

¶ 2 Præt. Virtutes distinguuntur per actus: sed actus omniū aliarum virtutum charitati attribuuntur, vt patet. 1. Cor. 13. ergo charitas non est virtus distincta ab alijs virtutibus.

¶ 3 Præt. Quælibet virtus specialis habet specialem obiectū: sed charitas non habet speciale obiectum, sed omnibus commune, scilicet bonum. ergo charitas non est specialis virtus.

¶ 4 Præt. Præcepta legis sunt de actibus virtutum: sed præceptum quod ad charitatem pertinet, nō distinguitur ab alijs præceptis, sed omnia alia præcepta complectitur. ergo & charitas non distinguitur ab alijs virtutibus.

SED CONTRA. Omne quod diuiditur contra alia, est distinctum ab illis: sed charitas distinguitur contra alias virtutes theologicas, vt patet. 1. Cor. 13. & per Grego. qui dicit, quòd charitas signatur per vnam de filiabus Iob. ergo est virtus spiritualis. Pri. moral. cap. 28. 5. ethi. cap. 4. K

¶ 2 Præt. Philosophus. 6. ethi. probat iustitiam esse specialē virtutem per hoc, quòd habet aliquod vitium speciale sibi tantum oppositum: sed charitas habet aliquod vitium speciale sibi tantum oppositum, scilicet odium. ergo charitas est virtus specialis.

III 22.q.23.8. de uerit. q. 2.3. VLTERIVS. Videtur quòd charitas non sit forma aliarum virtutum. Omnis enim forma vel est exemplaris, vel intrinseca: sed charitas non est forma exemplaris virtutum, quia tunc in eandem speciem traherentur aliæ virtutes: nec iterum est forma intrinseca, quia daret esse & speciem alijs virtutibus, & sic omnes virtutes essent eædem specie, & essent in eodem subiecto vbi est charitas, nec ab ipsa distinguerentur. ergo charitas nullo modo est forma virtutum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd forma exemplaris incidit in idem numero cum agente & fine, sicut patet in deo, non autem forma intrinseca.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ inferiora participant perfectiones superiorum secundum modum suum: & ideo participationes determinantur in participantibus ex capacitate & natura participantium. Et ideo vnaquæque virtus, quæ est in inferiori potẽtia, habet quãdam formam quæ est virtus ex participatione perfectionis superioris potentiæ: sed formam quæ est hęc virtus habet ex natura propriæ potentiæ per determinationem ad proprium obiectum: & hanc formam, & modum ponit vnaquęque virtus circa suum actum, & iterum illam formam, vel modum quem habet ex superiori, sicut temperantia in actu suo ponit modum proprium & prudentiæ, & charitatis, & gratiæ.

Ipse est dilectio ab omni mundana dilectione discreta: quam distinguens Dominus ait. Sicut dilexi uos. Quid enim nisi Deum dilexit in nobis? non quem habebamus, sed ut haberemus. Sicut medicus ęgrotos, & quid in eis diligit, nisi salutem quam cupit reuocare, nõ morbũ quẽ uenit expellere. Sic & nos inuicẽ diligamus, ut quantum possimus inuicẽ ad habẽdum Deũ in nobis ex dilectione attrahamus.

Ad qvartam quæstionem dicendum, ꝙ charitas nunquàm potest esse informis, & in hoc omnes concordant. Hoc autem contingit secundum quosdam ex hoc, quòd charitas nihil est aliud quàm spiritussanctus; sed hoc in primo lib. destructum est. Secundum alios vero charitas est idem quòd gratia, quod in 2. lib. reprobatum est, & ideo oportet alias rationes assignare. Potest autem huiusmodi ratio ex iam dictis haberi duplex. Prima ratio accipitur ex effectu charitatis: quia cum charitas sit amicitia quædam, quæ requirit cõuictum inter amatos, non potest esse charitas nisi sit participatio diuinæ vitæ, quæ est per gratiam, & ideo charitas sine gratia esse non potest. Secunda ratio potest assignari ex hoc, quòd ipsa motor est omnium virtutum & forma: vnde omne peccatum charitatem tollit inquantum opponitur actui alicuius virtutis. Et quia gratia non potest tolli nisi per peccatum, ideo charitas tollitur ablata gratia. d. 17. q. 1. ar. 1. & 2. D. 26. ar. 4.

d. 604. d. 23. q. 3. arti. 3. q. 1. cor. Ad primvm ergo dicendum, quòd fidei non opponitur omne peccatum, sed omnis infidelitas. Et ideo sicut per hoc quòd homo errat in vno articulo tollitur habitus fidei, vt supradictum est: ita per hoc, quòd fit quodcunque peccatum quod charitati opponitur: tollitur, totaliter habitus charitatis: vnde in charitate nihil manet informe sicut in aliis virtutibus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de dilectione quam aliquis scit se habere, nescit vtrum sit dilectio charitatis: vnde sicut homo nescit se habere gratiam: ita nescit se habere charitatẽ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd timor non requirit participationem diuinæ vitæ, sicut amor charitatis, & ideo non est simile de timore & amore.

QVAESTIO III.

C

Deinde quæritur de actu charitatis secundum quod intelligitur Deus: quia de dilectione proximi infra erit locus quærendi.

Quæruntur autem quatuor.

¶ Primo. Vtrum deus immediate per suam essentiam possit amari.
¶ Secundo. Vtrum possit totaliter amari.
¶ Tertio. Vtrũ dilectio qua deum diligimus habeat modũ.
¶ Quarto. Vtrum ille modus qui in præcepto de charitate implicatur, scilicet, Ex toto corde &c. possit in via seruari.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus per essentiam suam in statu uiæ possit a nobis amari.

22. q. 27. 4. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ Deus non possit a nobis in statu viæ immediate amari. Intellectus enim velocior est quàm affectus: vnde dicit Aug. quòd præcedit intellectus, sequitur tardus aut nullus affectus: sed intellectus noster in statu viæ nõ potest deum immediate videre. ergo nec affectus amare.

¶ 2 Præt. Amor non potest esse incogniti & non visi: vnde F Philoso. in 9. ethi. dicit quòd nullus amare incipit specie non prædelectatus: sed in statu viæ non uidemus essentiam diuinam. ergo nec ipsum immediate per essentiã amare possum'. Cap. 5.

¶ 3 Præt. Cognitio patriæ excedit cognitionem viæ, inquantum homo in patria videt deum per essentiam immediate, si ergo in via homo deum immediate amaret, charitas patriæ non excederet charitatem viæ.

¶ 4 Præt. Ex hoc contingit, ꝙ deum in statu viæ immediate videre nõ possumus, quia ex visibilibus in inuisibilium cognitionem deuenimus: sed G similiter deuenimus ex amore visibilium in amorem inuisibilium. vnde Grego. dicit in quadam homel. Regnum cęlorum rebus terrenis simile dicitur, vt per hoc quod animus nouit, diligere discat, & incognita amare. Et in præfatione dicitur, Vt dum visibiliter deum cognoscimus, per hũc in inuisibilium amorẽ rapiamur. ergo similiter in statu viæ non diligimus deum immediate. Hom. 11.

¶ 5 Præt. Voluntas quę est prima radix peccati, magis debuit corrumpi per peccatum, quàm aliqua alia potentiarum animæ: sed intellectus non potest actum suum, qui est videre, exercere circa deum immediate. ergo neque voluntas actum delectationis.

Sed contra. August. in li. confes. Vę illis qui diligũt nutus tuos pro te: nutus autem diuini dicuntur participatio bonitatis diuinæ in creaturis. ergo deus amatur a sanctis in statu viæ immediate, non solum secundum quod eius bo- H nitas in creaturis participatur.

¶ 2 Præt. Cognitio viæ propter hoc quod deum mediantibus creaturis cognoscit euacuatur, & est ęnigmatica: sed charitas nunquàm excidit. 1. Cor. 13. ergo nõ diligit deum mediãte creatura.

¶ 3 Præt. Illud quod est medium cognoscendi, est ratio cognitionis, & similirer debet esse de dilectione: sed ratio diligendi deum non sunt creaturæ, immo potius econuerso, maxime loquendo de dilectione charitatis. ergo deus immediate per essentiam amatur.

Respon. Dicendum, quòd in potentijs ordinatis ita est quòd ubi terminatur operatio prioris potentię, ibi incipit operatio sequentis: sicut patet, quòd sensus terminatur ad imaginationẽ quæ est motus factus a sensu sicut secũdum actũ, & intellectus in termino imaginationis incipit: quia phãtasmata accipit pro obiecto, ut dicitur in 2. lib. de anima, & ideo I illarum rerum quæ non habent phãtasmata cognitionem nõ potest accipere nisi ex rebus quarum sibi repræsentantur phãtasmata. unde in statu uiæ, in qua accipit a phãtasmatibus non potest deum immediate uidere, sed oportet ut ex uisibilibus quorum phãtasmata capit in eius cognitionẽ deueniat. Quàmuis autem ipsam essentiam non uideat immediate, tamen cognitio intellectus ad ipsum deum terminatur, quia ipsum esse ex effectibus apprehendit: unde cum intellectus ad affectum sequatur, ubi terminatur operatio intellectus, ibi incipit operatio affectus, siue uoluntatis. Dictum est autem, quòd operatio intellectus, scilicet eius cognitio ad ipsum deũ terminatur, quem esse ex effectibus apprehendit: unde operatio uoluntatis circa ipsum deum, potest esse immediate nullo medio interueniente, quod ad uoluntatem pertineat, multis tamen mediis præcedentibus ex parte intellectus quibus in deum cognoscendum peruenit. T. com. & 61. D. 15. D. 4.

K Ad primvm ergo dicendum, ꝙ intellectus est uelocior quantum ad hoc, quòd præuenit affectum: sed affectus in amando magis pertingit ad intima, ut supradictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd amor oportet quòd sit cogniti & uisi aliqualiter, sed non cogniti & uisi in se: unde illud quod cognoscitur in alio potest in seipso amari. Q. 1. ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quanto bonum plenius cognoscitur, tanto magis est amabile, & præcipue illud bonum quod est finis, & in quo non inuenitur aliquod quo offendatur affectus: & ideo quia deus plenius cognoscetur in patria quàm nunc etiam plenius amabitur. Sed ista diuersitas ex parte cognitionis erit per id quod est proprium cognitioni, scilicet cognoscere per se non alio, & ideo non erit unius rationis cognitio. In affectu autem erit per diuersitatem nõ eius quod per se ad ipsam pertineat, sed per diuersitatem cognitionis, & tamen erit eadem ratio amoris, sed differt amor per magis & minus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc ꝙ amor ex uisibilibus ad inuisibilia

tendat non est ex parte sui, sed ex parte cognitionis præcedentis: vnde in vtraque authoritate inducta fit mentio de cognitione.

¶ Ad quintum dicendum, quòd per peccatum non est ablata potentiarum animæ natura, nec illud quod eas secundum naturam suam cõsequitur.

Quæ charitate diligenda sint.

Sed quæ hac dilectione diligenda sint, iam inquiramus. Nõ enim omnia, ut ait Aug. quibus utendum est, diligenda sunt, sed ea sola quæ uel nobiscum societate quadam referuntur in Deum, sicut est homo, uel angelus: uel ad nos relata be-

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum Deus possit totaliter diligi.

22. q. 27. 5. de uerit. q. 2. 10. 11. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd deus non possit totaliter diligi. Dilectio enim cognitionem præsupponit: sed deus non totaliter cognoscitur, etiam in patria a sanctis. ergo nec ab aliqua creatura potest totaliter diligi.

¶ 2 Præt. Sicut diuina lux est infinita, ita & diuina bonitas: sed lux diuina ratione suæ infinitatis comprehendi non potest intellectu, vt totaliter videatur. ergo nec diuina bonitas potest comprehendi affectu, vt totaliter diligatur.

¶ 3 Præt. Deus seipsum non diligit plusquàm totaliter. si ergo aliqua creatura totaliter deum diligere posset, dilectio alicuius creaturæ adęquaretur dilectioni diuinæ, quod falsum est.

Sed contra. Deut. 6. Diliges dominum deum tuum &c. hoc seruabitur ad minus in patria. ergo deus potest ab homine totaliter diligi.

Respon. Dicendum, ꝙ ad dilectionem tria concurrũt, scilicet diligens, dilectio, & dilectum, & cuilibet horum respõdet suus modus. Habet enim res dilecta modum quo est diligibilis, & diligens modum quo est dilectiuus, idest, natus diligere: sed dilectionis modus attenditur in comparatione diligentis ad dilectum, quia dilectio media est inter vtrumque. Et similiter etiam est de visione. Si ergo totaliter dicat modũ rei dilectæ & visę, sic sancti deum totaliter diligunt, qui sunt in patria, & totaliter vident: quia sicut nihil est de sua essentia quod non videant & diligant, propter quod dicuntur totum videre & diligere: ita etiam nihil de modo quo deus est, remanet ab eis non visum, aut non dilectum: unde totaliter vident & diligunt, quia vident & diligunt totum quod deus est. Similiter etiam si totaliter dicat modum diligentis, quia secundum totum modum suum, scilicet, secundum totum suum posse diligent & videbunt, nihil suæ potentiæ subtrahẽtes diuinæ visioni & dilectioni, & sic deus intelligitur diligere ex toto corde. Si autem dicat modum dilectionis, sic neque totaliter diligent, neque totaliter videbunt: quia modus dilectionis & visionis, vt dictum est, attenditur in comparatione diligibilis & visibilis ad diligentem & videntem. Modus autem quo deus diligibilis est, & visibilis excedit modum quo homo diligere & uidere potest: quia lux & bonitas eius est infinita: & ideo non totaliter videtur & diligitur ab aliis, quia non diligitur ita intense & feruenter, nec videtur ita clare, sicut est diligibilis & visibilis, nisi a seipso, & ita ipse solus se comprehendit amando & videndo.

ARTICVLVS III.

Vtrum dilectio, qua Deum diligimus, habeat modum.

22. q. 27. 6. Qu. 2. 2. ca. d natura & dig. diu. amo. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd dilectio qua deum diligimus modum habeat. Omne enim finitum mensuram habet: sed modus ex mensura causatur, vt dictum est in primo lib. di. 3. Cum ergo dilectio qua deum diligimus finita sit, oportet ꝙ modum habeat.

¶ 2 Præt. Sicut dicit Bernar. Charitas in sapiẽtiã proficit: sed sapientia habet modum, Ro. 12. Non plus sapere quàm oportet. ergo dilectio habet modum.

¶ 3 Præt. Omnis actus virtutis moderatus est, quia quod immoderatum est, uituperabile est & vitiosum: sed dilectio qua deum diligimus, actus est præcipuæ virtutis. ergo habet modum.

¶ 4 Præt. Omnes actus aliarum virtutũ ex charitate fiunt. si ergo charitas in suo actu non habet modum, nec aliæ virtutes modum habent.

Statim in pri. tract. Sed contra. Bernar. in lib. de dili. deũ. Causa diligendi deum, deus est: modus, sine modo diligere.

¶ 2 Præt. Dilectio mensuranda est ad diligibile: sed diuina bonitas est immensa. ergo dilectio ipsius non habet modum.

Respon. Dicendum, quòd modus mensurationẽ quãdam importat. Actus autem ab eo mensuratur quod est ratio agendi, sicut misericordia accipit mensuram in subuentione A misero facienda ex quantitate miseriæ, quæ misericordiam mouet. Causa autem diligendi deum est diuina bonitas, quæ est infinita. Actus autem creaturæ est finitus, cum ex finita potentia procedat, & ideo non potest esse commensuratus rationi dilectionis: & propter hoc in dilectione dei non ponitur aliquis mod', vltra quem nõ oporteat progredi, sed quantumcumq; diligat, semper ad vlteriora se extendit: & propter hoc dicitur, ꝙ nõ habet modum, scilicet præfixum, vltra quem non oportet progredi.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quia dilectio qua deum diligimus, est finita, ideo habet quendam modum ad quem pertingit, non autem habet modum in quo sistat, vel B sistere debeat, sicut & in alijs virtutibus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut supradictum est, quædam res per cognitionem quodammodo trahitur ad cognoscentem: & ideo ea quæ ad cognitionem pertinent, ex potentia cognoscentis sunt mensurata, quàmuis ueritas cognitionis ad rem mensuretur. Sed per amorem amans trahitur ad ipsum amatum, & ideo amor mensuratus est ad ipsam rem amatam magis quàm ad amantem. Q. 1. art. 1

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantumcumque deus diligatur, actus non erit immoderatus, quia non excedit proportionem sui obiecti.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc quod dicitur, ꝙ charitas non habet modum, intelligitur quantum ad actum quem charitas elicit, non quantum ad actus quos imperat, quia illi modos suscipere debent ex ratione proprij obiecti, circa quod fiunt.

C ARTICVLVS IIII.

Vtrum modus diligendi, qui est in præcepto, possit in uia seruari.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ modus ille qui in pręcepto implicatur, possit in via seruari: quia Hieronymus dicit. Qui dicit deum homini aliquid impossibile præcepisse, anathema sit: sed hoc deus præcepit omnibus existentibus in statu vię. ergo hæreticum est dicere, ꝙ nõ possit in via obseruari. 22. q. 44. 6. In exposit. cat. fid.

¶ 2 Præt. Charitas est magis necessaria virtus quàm aliæ: sed data de actibus aliarum virtutum in via possunt impleri. ergo & præceptum datum de actu charitatis.

¶ 3 Præt. Omne præceptum legis ligat, quia lex a ligando D dicitur: sed nullus potest dimittere illud ad quod obligatus est quin peccet. si ergo lex aliquid præcipiat, quod obseruari non possit non solum occasionaliter, vt dicit Apostolus, sed etiam directe occideret, & sic erit mala, quod est inconueniẽs.

Sed contra. Non possumus in hac vita sine peccato manere, sicut patet 1. Io. 1. sed cum quis peccat, non diligit deum ex toto corde. ergo illud præceptum non potest totaliter impleri in via.

¶ 2 Præt. Non potest homo simul cor ad multa habere: sed oportet dum in hac vita sumus, ꝙ cor rebus temporalibus aliquando apponamus. ergo non potest homo in hac vita deum ex toto corde diligere.

Respon. Dicendum, quòd totum & perfectum idem est, ut dicit Philosophus. Ratio autem perfecti in hoc consistit, vt nihil ei desit, sed hoc contingit dupliciter, aut ita quòd nihil desit eorum quæ natum est habere: aut ita quòd nihil desit eorum quæ debet habere. Sicut aliquis habet perfectam quantitatem, quando habet tantam quantitatem, quantam E requirit humana natura, etsi non habeat quantitatem gigantis, quam possibile est esse in humana natura. Prima ergo perfectio humanæ naturæ est in statu gloriæ, quando homo habebit totum hoc quod possibile est esse in humana natura. Sed secunda perfectio est naturæ conditæ, quando scilicet homo habuit totum hoc, quod debebat habere secundum tempus illud. Et secundum hoc etiam duplex totalitas in dilectione dei attẽditur. Vna, qua nihil deerit de his quæ homo potest expendere in amorem dei, quin in dilectione ponat: & hęc quidem perfectio, seu totalitas non præcipitur vt facienda, sed magis ostenditur, vt sciatur quo perueniendum est, vt dicit Aug. Et propter hanc perfectionem, seu totalitatem excluditur omne quod etiam ad tempus actum dilectionis interrumpere posset. Alia, secundum quam nihil homo subtrahit de his quæ debet ponere secundum tempus illud in amore dei, 1. cel. te. co. 1.

D.1046. dei, & hæc perfectio seu totalitas ponitur d in præcepto etiam vt nunc implenda, vt, s. nihil omittat eorum quę ponere debet in amore dei. Et hæc totalitas excludit omne illud quod est contrarium & repugnans dilectioni diuinæ, non autem illud quod ad tempus actum dilectionis intercipit: quia semper agere secundum actum virtutis, nõ est nisi eorum qui sunt in statu beatitudinis: quia perfectio felicis est in operatione, perfectio autem virtutis est in habitu.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ illud quod præcipit lex vt faciendum, impleri potest, & ĩpletur ab omnibus in statu salutis.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd actus aliarum virtutũ nõ sunt finis præcepti, quemadmodũ act9 charitatis: & ideo actus charitatis habet aliquem modũ qui competit vno modo fini, & alio modo viæ, non autem ita est in alijs virtutibus.

Aug. lib. 1. de doctrina christiana. cap. 23. 24. & 26.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd secundum hoc quòd ponitur vt legis præceptum, secundum hoc ligat ad id, quod implendum est in via: quantum vero ad id quod de ipso impletur in patria, magis ponitur vt documentum fidei, quàm vt præceptum legis.

¶ Ad alia etiam patet solutio per ea quæ dicta sunt.

neficio Dei per nos idigent, ut corpus, quod ita præceptum est diligi, ut ei ordinate prudenterque consulatur.

DISTINCTIO XXVIII.

A

Si illo precepto iubemur diligere totum proximum.

G Hic potest quæri, utrum illo mãdato dilectionis proximi totum proximum. i. animam & corpus, nosq; ipsos totos diligere pręcipiamur. Ad quod dicimus, omne genus diligendarũ rerum illis duobus mandatis contineri. Quatuor enim diligenda sunt, ut ait Aug. Vnum quod supra nos est, scilicet Deus: alterum quod nos sumus: tertium quod iuxta nos est, scilicet proximus: H quartum quod infra nos est, scilicet corpus. De secundo & quarto nulla præcepta danda erant, scilicet vt diligeremus nos, vel corpus nostrum. Præcipitur autem Deus diligi, & proximus. Vt autem quisque se diligat, præcepto non est opus. Quantumlibet enim homo excidat a ueritate, remanet illi dilectio sui, & dilectio corporis sui: quia nemo unquàm carnem suam odio habuit. (Ephe.) Nam viri iusti qui corpus suum cruciant, non corpus, sed corruptiones eius & pondus oderunt. Hic uidetur August. tradere, quòd ex præcepto non teneamur diligere nosmetipsos, vel corpus nostrum. Quod si est, non omne genus diligendarum rerum illis duobus præceptis continetur: quia cũ & nosipsos, & corpus nostrum diligere debeamus, ad quid necessarium est præceptũ, cum scriptum sit: Qui diligit inimicũ, odit animam suam? Sed speciale de hoc præceptum nõ erat dandum, nec spirituali præcepto opus erat id tradi, vt quisque se, vel corpus suum diligeret: quia hoc in illo præcepto continetur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ibi enim & proximum totum, & te totũ intelligere debes. Vnde Aug. in eodem. (Aug. lib. 1. de do. chri. cap. 26.) Si te totum diligas, idest animam & corpus, & proximum totum, idest animam & corpus, (homo enim ex anima cõstat & corpore) nullum rerum diligendarum genus in his duobus præceptis prætermissum est. Cũ enim præcurrat dilectio Dei eiusque dilectionis modus præscriptus appareat, & sequatur dilectio proximi, de tua dilectione nihil dictum videtur. Sed cum dictũ est, Diliges pximum tuum sicut teipsum, simul & tui abs te dilectio prætermissa non est. Ecce hic aperte dicit in illo pręcepto non tantummodo proximi, sed etiam mei contineri dilectionẽ, & totius proximi, totiusque mei. Ex quo apparet quod dictum est de secundo, & quarto, idest, de dilectione nostri, & corporis nostri nulla præcepta esse danda, ita B esse intelligendum, scilicet spiritualia & diuisa, quia in illo vno totũ cõtinetur. Et quia id quod sumus, & quod infra nos est, ad nos tamẽ pertinens, naturæ lege diligimus, quæ etiam in bestijs est: ideoque & de illo quod supra nos, & de illo quod iuxta nos est, diuisa præcepta sumpsimus. In quorum altero eius quod sumus, & illius quod infra nos est, dilectio continetur.

EXPOSITIO TEXTVS.

14. de ciui. dei cap. 28.

Non *ergo tam se diligit*. Contra. Omne peccatum, secundum August. est ex amore sui. ergo videtur etiam ꝙ immoderate se diligat. Dicendum quòd diligit in se naturam exteriorem, quam se æstimat I esse, non autem naturam intellectiuam secundum quam vere est id quod est, & ita diligit id quod se esse existimat, non autem id quod vere est: quia vnaqueque res proprie est id, quod est potissimum in ipsa, sicut ciuitas, rex, vt dicit Philosophus 9. ethi. ca. 9. *Sic condita est mens humana*. De his quę in hac notula dicuntur, dictũ est in primo lib. dist. 3. *Ex toto corde*. Sciendum, quòd ad charitatem exigitur aliquid tripliciter. Vno modo, sicut subiectum charitatis, quod est ipsa voluntas. Alio modo, sicut pręcedẽs ad charitatem, sicut memoria & intelligentia. Tertio, sicut consequens ad charitatem, quemadmodum irascibilis & concupiscibilis, & etiam membra corporalia quæ imperium charitatis exequuntur. Quia ergo actum charitatis oportet esse perfectũ, sicut cuiuslibet virtutis, ideo præceptum de actu charitatis includit perfectionem omnium prædictorum secundum diuersas expositiones, vt. s. neque in voluntate, neque in omnibus præcedẽtibus, aut sequentibus K aliquid sit quod charitati obsistat quantum ad perfectionem vię, vel quod actum charitatis interrumpere possit quantum ad perfectionem patrię. Et ideo secundum vnam expositionem dicitur, *Ex tota mente*. Idest, ex tota memoria, vt absit obliuio. *Ex toto corde*. Idest, intellectu, vt desit error. *Ex tota anima*. Idest, voluntate, vt tollatur omnis contraria affectio. Alio modo exponitur, *Ex toto corde*, Quantum ad concupiscibilem *Ex tota anima*, Quantum ad irascibilem, vt nulla passione sensitiui appetitus dilectio dei impediatur. *Ex tota mente*, Quantum ad rationalem, quæ includit voluntatem & intellectum. Item Greg. Nyse. exponit. *Ex toto corde*, Quantum ad animã vegetabilem. *Ex tota anima*, Quantum ad sensibilem. *Ex tota mente*, Quantum ad rationalem. Sed Deuter. 3. ponitur, Ex tota fortitudine, quod referendum est ad membra exteriora quæ imperium charitatis exequuntur, vel etiam ad irascibilem, vt quidam dicunt: vel ponitur circunstantia dilectionis, vt scilicet sit firma.

In lib. de creatione hominis. cap. 8. Cap. 6.

DIVISIO TEXTVS.

Hic determinat de charitate per comparationem ad ipsum diligibile, & diuiditur in duas partes. In prima inquirit quid sit per charitatem diligendum. In secunda quo ordine, dist. 29. ibi, *Post prædicta de ordine charitatis*. Prima, in tres. In prima ostendit ad quos se extendit præceptũ charitatis quãtum ad homines. In secunda, quãtum ad angelos, ibi. *Oritur autem hic quæstio*. In tertia, elicit ex dictis quandam distinctionem, ibi. *Hic notandum est*. Circa primum duo facit. Primo, determinat veritatem. Secundo, remouet dubitationem, ibi. *Hic videtur Augustinus tradere*.

QVAESTIO I.

A

Hic quæruntur septem.

¶ Primo, Vtrũ virtutes sint ex charitate diligendæ.
¶ Secundo. Vtrum animata.
¶ Tertio. Vtrum angeli.
¶ Quarto. Vtrum dęmones.
¶ Quinto. Vtrum mali homines.
¶ Sexto. Vtrũ homo ex charitate seipsum diligere possit.
¶ Septimo. Vtrum proprium corpus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtutes sint diligendæ ex charitate.

Ad primvm sic proceditur. Videtur ꝙ virtutes ex charitate sint diligendæ. Augusti. enim dicit Qui diligit fratrem, dilectionẽ qua diligit, magis diligat: sed dilectio qua proximus diligitur, est virtus charitatis. ergo virtutes ex charitate sunt diligendæ, cum proximus diligitur ex charitate. (11. q. … 1. d. 17. 5. lib. 8. de tri. c. 7.)

¶ 2 Prǽt. Propter quod vnumquodque, illud magis: sed amicitia vera diligit amicum propter honestum, ergo diligit honestum etiam magis quàm amicum. ergo & charitas quæ est amicitia quædam, vt dictum est, magis est dilectiua virtutum, quàm etiam proximorum. (3. d. 27. art. 1.)

¶ 3 Præt. Actus primi, & actus reflexi super eos ad eandem potentiam pertinent, quia sunt eiusdem rationis, sicut intelligere aliquod intelligibile, & intelligere se intelligere: sed ad actus eiusdem rationis pertinet eadem virtus. ergo cum per charitatem diligatur proximus, per charitatem diligetur dilectio qua diligitur proximus, & eadem ratione aliæ virtutes.

¶ 4 Præt. Ex charitate diligenda sunt illa quæ ad beatitudinem referuntur: sed virtutibus in beatitudinem ducimur, & nobiscum manent in beatitudine. ergo virtutes ex charitate sunt diligendæ.

¶ 5 Præt. Charitas est dilectio finis vltimi: sed vltimus finis nostræ vitæ est beatitudo. ergo beatitudinem ex charitate diligere debemus: sed virtutes, & gratiæ cum consummantur, in beatitudinem transeunt. ergo virtutes diligendæ sunt ex charitate.

Sed contra est quod August. sufficienter enumerat ea quæ sunt diligenda ex charitate, & nullam mentionem facit de virtutibus, ut patet in litera. (In 1. lib. doctr. … cap. …)

¶ 2 Præt. Illud quod propter nos tantum diligimus, non diligitur ex charitate, quia charitas non quærit quæ sua sunt. 1. Cor. 13. sed virtutes propter nos tantum diligimus, quia in seipsis non subsistunt, cum accidentia sint, vnde neque bonitatem habent, nisi secundum quòd in nobis sunt. ergo non sunt diligendæ ex charitate.

¶ 3 Prǽt. Illa sola sunt ex charitate diligenda, quæ nobiscum participant beatitudinem: sed virtutes cum sint accidentia, non sunt capacibilia beatitudinis, nec etiam vitæ. ergo non sunt ex charitate diligendæ.

Respon. Dicẽdum, quòd cum charitas amorẽ includat, & aliquid addat, diligi aliqd ex charitate contingit dupliciter. Vno modo sicut id ad quod amicitia charitatis terminatur, & hoc modo non diligitur ex charitate, nisi illud ad qđ nata ẽ amicitia eẽ. Amicitia autẽ non potest esse ad virtutes, nec ad aliqua accidentia propter duo. Primo, quia amicitia facit vt homo velit amicũ esse, & bona habere. Accidentia autem non habẽt esse per se, nec bonitatẽ per se, sed eorũ esse, & bene esse, est eis in substantijs: vnde quod volumus virtutes & accidentia esse, hoc ad substantiã refertur, quam volumus sub illis accidentibus esse, vel bene esse habere. Secundo, quia amicitia consistit in quadam societate secundum qđ amati seipsos redamant, & eadem operantur, & simul conuersantur: vnde amicitia non potest esse nisi ad aliquid quod sit natum agere. Et quia agere non est accidẽtium, sed substantiarum, ideo non potest esse amicitia ad virtutes, neque ad alia accidentia: & ideo non possunt virtutes diligi ex charitate, sicut ad quæ charitas terminetur. Alio modo potest aliquid diligi ex charitate sicut ad quod terminatur amor, seu dilectio, qui in charitate includitur, quàmuis ad illud amicitia non sit, & hic amor ordinatur ad amorem alterius quod principaliter amatur, & concupiscentiæ dilectio dicitur, sicut amicus dicitur amare sanitatem amici sui: & hoc modo virtutes ex charitate diliguntur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Aug. loquitur de dilectione q̃ deus est, qua diligit proximus effectiue & exẽplariter.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtus, vel honestum non est causa finalis quare amicus diligatur, sed formaliter facit eum diligibilem. Vnde non sequitur, ꝙ virtus sit magis diligibilis, vel eadem ratione diligibilis: sicut non sequitur ꝙ albedo sit magis alba, quàm corpus album.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diligere dilectionem, ad charitatem pertinet, sed non sicut ad quod charitas terminatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd charitas terminatur ad illa, quæ ad beatitudinem referuntur sicut possibilia participare beatitudinem: sic autem non refertur ad beatitudinẽ virtus, quia virtus beata fieri non potest.

¶ Ad quintum dicendum, quòd finis ad quem principaliter terminatur charitas, est ipsa beatitudo increata: sed de beatitudine creata est eadem ratio, & de virtutibus.

ARTICVLVS II.

Vtrum creaturæ irrationales ex charitate sint diligendæ.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ creaturæ irrationales ex charitate diligendæ sint. Omnis enim dilectio meritoria ad charitatẽ pertinet: sed aliquis potest meritorie diligere aliqua irrationalia, sicut cũ quis diligit ea referẽdo in deũ vel quia factæ sunt a deo, vel quia iuuant tendentes in deum. ergo creaturæ irrationales sunt diligendæ ex charitate. (11. q. 25. 3. Et de veri. q. 2. 7.)

¶ 2 Prǽt. Charitas facit hominem conformem deo in diligendo: sed deus ex charitate diligit creaturas irrationales, Sap. 11. Diligis omnia, quæ sunt. ergo & homo ex charitate creaturas irrationales diligere debet.

¶ 3 Præt. Creaturæ rationales sunt ex charitate diligendæ, A quia in ipsis est similitudo dei: sed in creaturis irrationalibus inuenitur aliqua similitudo dei, licet non tanta sicut in rationalibus. ergo irrationalia sunt ex charitate diligenda.

¶ 4 Præt. Fides est virtus theologica sicut & charitas: sed fides extendit se etiam ad irrationales creaturas secundum qđ hõ eas a deo creatas credit, & diuina prouidentia regi. ergo & charitas.

Sed contra. Aug. dicit quòd illa sola sunt ex charitate diligẽda, quæ nobiscum societate quadam referuntur in deum: sed irrationalia nõ sunt hmõi. ergo non sunt ex charitate diligenda. (Li. 1. de doctri. chria. cap. 23.)

¶ 2 Præt. Charitas includit beneuolentiam, ut supradictũ est: sed beneuolentia non potest esse ad irrationalia, vt dicit Philosophus in 8. ethi. ergo nec charitas. (3. d. 27. q. 2. art. 1. Cap. 2.)

Respon. Dicendum, ꝙ ad res irrationales nõ pot esse amicitia eisdem rationibus, quibus nec ad accidentia. Quàmuis enim esse habeant in quo subsistant, & operationes aliquas habeant, non tamen nobiscum in vita communicãt C humana neque quantum ad esse, neque quantum ad operationes vitæ: & ideo non est ad ea beneuolentia, secundum quã volumus amicum esse, & habere bona, quod irrationalibus non volumus, nisi secundum qđ ad hominem referuntur. Neque concordia, secundum quam eadem volumus & agimus amicis quo ad irrationalia esse non potest, cum nobiscum in eisdem operibus non possint communicare, & ideo non possunt diligi ex charitate, sicut ad quæ charitas terminatur: possunt tamen diligi ex charitate, sicut ea ad quæ amor, quẽ charitas includit, terminatur, qui est amor concupiscentiæ, sicut amicus amat possessiones, & alia sui amici, non tamen ad ea amicitiam habet. Nec ista dilectio est tantum imperata ex charitate, sed etiam elicita: quia charitas elicit actum dilectionis non tantum ad ea ad quæ principaliter est charitas, sed etiam ad alia quæ in illa ordinantur, & sic diliguntur ex charitate inanimata, inquantum ordinantur ad ea quę principaliter & directe est charitas. D

Ad primvm ergo dicendum, quòd dilectio inanimatorũ ad charitatẽ pertinet non sicut ad quæ charitas habeat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd deus diligit ex charitate creaturas, non tamen habet charitatem nisi ad creaturas rationales, quas ad beatitudinem creauit, per quam efficiuntur suæ vitæ participes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd similitudo imaginis quæ est in creaturis rationalibus, facit eas cum deo, & adinuicem capaces vnius & eiusdem vitæ. s. gloriæ, ad quod non sufficit similitudo vestigij, quę est in alijs creaturis: vnde non est simile.

¶ Ad quartum dicendum, quòd fides non importat aliquam associationem credentis ad creditum, sicut charitas amantis ad amatum: & ideo non est similis ratio vtrobique.

E

ARTICVLVS III.

Vtrum angeli ex charitate sint diligendi.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur ꝙ angeli non sint diligendi ex charitate: quia, vt dictum est, charitas non est hominis ad ea quæ vitam humanam non participãt: sed angeli non viuunt vita humana. ergo charitas non facit angelos ab hominibus diligi. (22. q. 25. 10 art. 1. con. & art. 2. corp.)

¶ 2 Præt. Charitas, cum sit amicitia, est inter eos qui adinuicẽ nati sunt conuersari: sed angelorum qui dicuntur dij, conuersatio non est cum hominibus, vt dicitur Daniel. 2. ergo angeli ex charitate non sunt diligendi.

¶ 3 Præt. Charitas, cum sit amicitia, ęqualitas quædam est: sed angeli sunt nobis multo superiores. ergo ad eos charitas, vel amicitia haberi non potest.

¶ 4 Præt.

¶ 4 Præt. Plus distant a nobis angeli cum sint incorporei, & ita alterius generis, quàm animalia irrationalia, quæ sunt vnius generis nobiscum: sed animalia irrationalia nō possumus diligere ex charitate. ergo multo minus angelos.

SED CONTRA. Proximi sunt diligendi ex charitate: sed

Si in illo præcepto contineatur dilectio angelorum.

QRitur autem hic de angelis quæstio, vtrum ad illud præceptum dilectionis proximi, etiam dilectio pertineat angelorum. Nam quòd nullum hominem excepit, qui præcepit proximum diligere, Dominus in parabola semiuiui derelicti ostē dit, eum dicens proximum, qui erga illum extitit misericors. Deinde subdit. Vade & tu fac similiter,

angeli sunt nobis proximi, vt dicit in litera. ergo sunt ex charitate diligendi.

¶ 2 Præt. Amicitia facit amicos idem velle, & eiusdē amicos eē: sed deus ex charitate diligit angelos sicut & nos. ergo & nos debemus ex charitate angelos diligere.

Loco ante citato. RESPON. Dicendum, sicut dictū est, φ charitas nō potest esse, sicut nec amicitia nisi inter eos qui eandem vitam participant. Vita autem hominis, & angeli est duplex. Vna quæ competit eis secundum naturam suam; & sic homines & angeli non communicant in eadem vita, sed homines adinuicem, & angeli adinuicem: quia cōuenit eis circa easdem operationes occupari. Alia vita vtriusque est per gratiam, secundum quā fiunt participes diuinæ vitæ, & in hac vita communicant & adinuicem, & cum deo: & ideo secundum hanc vitam potest esse amicitia eorū adinuicem, & hæc amicitia est charitas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vita humana dicitur dupliciter, vel quæ est secūdum humanam naturam, & sic non communicant angeli in vita humana: vel quæ est hominis secundum participationem diuinę vitæ, & sic communicant in humana vita.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nati sunt adinuicem conuersari homines, & angeli in patria, quando erimus æquales angelis, vt dr̄ Math. 22. & sic in hac vita aliquo modo cū angelis conuersamur, inquantū angelicā vitam in terris ducimus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd amicitia non requirit æqualitatem æquiperātiæ, sed æqualitatem proportionis, vt. s. vnus amicorum operetur ad alterum secundum suam proportionem, vt dicitur in 8. ethi. tamen magna inęqualitas amicitiam soluit, quando. s. non communicant in eadem vita. 8. eth. c. 10.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum angelis magis communicamus, quàm cum brutis quantum ad animam, sed cum brutis quantum ad corpus, & ad virtutes corporeas. Homo autem, vt dicit Philosophus in 9. ethi. magis est id quod est ex parte animæ, quàm ex parte corporis: quia vnumquodque est id quod est potissimum in ipso, & ideo simpliciter loquendo, magis distamus a brutis, quàm ab angelis. Cap. 9.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ad malos homines charitatem habere debeamus.

22. q. 25. 6. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ad malos homines charitatem habere nō possimus. Charitas enim exigit communicationem in diuina vita quæ est per gratiam, vt dictum est: sed hæc vita non est in peccatoribus. ergo non sunt ex charitate diligendi. 3. d. 27. q. 2. ar. 2.

¶ 2 Præt. Sicut similitudo est causa dilectionis, ita dissimilitudo est causa contrarij: sed mali sunt dissimiles bonis, ergo non sunt ab eis ex charitate diligendi.

Cap. 3. ¶ 3 Præt. Sicut Philosophus dicit 9. ethi. Impossibile est amicitiam esse inter eos qui non eisdem gaudent: sed boni & mali non gaudent eisdem, sed contrarijs. ergo non potest esse amicitia eorum adinuicem.

8. ethi. c. 2. ¶ 4 Præt. Amicitia redamantium est, vt Philosophus dicit: sed mali non redamant nos, sed odiunt bonos. ergo nec boni ex charitate debent diligere malos.

¶ 5 Præt. Amicorum est ad eundem amicitiam habere, si ergo boni ex charitate diligunt malos, & mali seipsos diligent: hoc aūt falsum est, quia Philosopus probat in 9. ethi. φ nullus malus sui ipsi⁹ amicus est. ergo mali nō sunt ex charitate diligēdi. Cap. 4.

SED CONTRA. Matth. 5. Diligite inimicos vr̄os: sed ōis qui inimicat, malus ē; ergo mali ex charitate sunt diligēdi.

¶ 2 Præt. Quibuscūque est benefaciendum, illi sunt ex charitate diligendi: sed malis debemus benefacere conuertēdo eos, F & in necessarijs subueniendo eis. ergo mali sunt ex charitate diligendi.

RESPON. Dicendum, φ in malis est duo considerare. s. naturam qua homines sunt, & malitiam qua mali sunt. Quia ergo secundùm naturam suam sunt ad imaginem dei, & vitæ

vt eum proximum intelligamus, cui vel exhibendum est officium misericordiæ si indiget, uel exhibendum esset, si indigeret. Nullum uero exceptum esse, cui misericordię negandum sit officium, quis non videat? cum vsque ad inimicos porrectum sit Domino G dicente. Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt vos. Manifestum est igitur præcepto dilectionis proximi omnem hominem esse deputandum proximum.

diuinę capaces sūt, ideo secundum naturam sunt ex charitate diligendi: malitia aūt ipsorū est contrarium diuinę bonitati, & ideo ipsa in eis odienda est. Vnde Augū. dicit. Sic diligendi sunt homines, vt eorum non diligātur errores. In lib. Aug. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, φ charitas non exigit cōmunicationē in diuina vita ī actu, sed sufficit vt sit in potentia: quia qđ est in potentia, quodam modo est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud secundum quod nobis dissimiles sunt, odire debemus in eis, & destruere quātum possumus: & hoc est eorum naturam diligere, quia eorum malitia bonitati naturæ repugnat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis quantū ad id quod nunc est, non gaudeant eisdem, tamen possibile est vt eisdem H gaudeant. Et ideo dicit Philosophus in 9. ethi. φ nō confestim dissoluenda est amicitia ad eum qui ex bono factus est malus, sed multo plus adiuuandi sunt ad recuperandam bonitatem virtutis, quàm ad recuperādam possessionem bonorū tpaliū. Cap. 3.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis actu non redamēt, tamen nati sunt redamare, & præcipue in vita futura, cuius vitæ coniunctionem præcipue attendit charitas: vnde bene potest esse etiam inter eos, qui se in hac vita non cognoscunt.

¶ Ad quintum dicendum, φ malus in seipso diuisus est, quia per affectum malitiæ impugnat bonitatem naturæ, & secundum hoc dicitur seipsum odire: nos autem malos quantum ad naturam quam habent, diligere debemus, non quātum ad malitiam.

ARTICVLVS V.

Vtrum dæmones ex charitate sint diligendi.

I AD QVINTVM sic proceditur. Videtur φ dęmones ex charitate sint diligendi, Leui. 19. Dilige proximū tuū. glosa, proximus non propinquitate sanguinis intelligendus est, sed societate rationis: sed dæmones & damnati nobiscū habent societatem in ratione. ergo sunt ex charitate diligēdi. 22. q. 25.

¶ 2 Præt. Dictum est, φ malos debemus diligere ratione naturæ quæ in eis bona est: sed sicut dicit Dio. 4. cap. de di. no. in dæmonibus est etiam natura bona: quia bona naturalia per peccatum non amiserunt. ergo sunt diligendi ex charitate. Præt. cor. Cap. 26. quæst.

¶ 3 Præt. Omnem creaturam rationalem quam deus diligit, ex charitate diligit: sed deus diligit dæmones, quia diligit omnia quæ fecit. ergo ex charitate diligit eos cum sint rationales creaturæ. ergo & nos ex charitate debemus eos diligere.

¶ 4 Præt. Quod facit ad cumulum nostri meriti, & ad dei K gloriam, debemus ex charitate diligere: sed dæmones inquantum nos tentant, nobis proficiunt, sicut in 2. lib. dist. dictum est, & iterum gloria dei in eis manifestatur. ergo sunt ex charitate diligendi. 2. d. 6. 5. co.

SED CONTRA. Cum amicis communicandum est: sed omnis communicatio ad dæmones est nobis interdicta. Isaiæ. 38. reprehenduntur illi qui dicuntur cum morte, & inferno pactum inisse. ergo dęmones non sunt ex charitate diligendi.

¶ 2 Præt. Aug. Dicit φ proximus ex charitate diligitur, vel quia iustus est, vel vt iustus sit: sed dæmones neque iusti sunt, neque iusti esse possunt. ergo ex charitate diligendi non sunt. 8. de tri. 6.

RESPON. Dicendum, quòd sicut prædictum est, ex charitate diligitur aliquid dupliciter. Vno modo sicut id, ad quod habetur charitas. Alio modo sicut id, ad quod terminatur aliquo modo amor, quem includit charitas, inquantum ordinatur ad aliquod eorum ad quæ habetur charitas. Primo igitur modo dæmones non sunt ex charitate diligendi: quia non communicant nobiscum in vita diuina, neque actu, neque potentia, & similiter est etiam de damnatis. Vnde Philosophus dicit in 9. ethic. cap. 3. quòd amicitia est dissoluenda ad illos qui sunt insanabiles propter malitiam abundantem. Hæc autem insanabilitas quàmuis in hac vita cōtingat in quibusdam consideratis humanis viribus, non tamen contingit ni-

Quòd hoc nomen proximus ad aliquid est.

PRoximi vero nomen ad aliquid est, nec quisquā esse proximus nisi proximo potest. Vnde consequens est, & cui præbendum, & B a quo præbendum est officium misericordiæ, recte proximum dici. Manifestum est igitur præcepto dilectionis proximi etiam sanctos angelos contineri, a quibus tanta nobis misericordiæ impenduntur officia. Ex quo & Dominus proximum nostrum se dici voluit, ut in parabola saucij significat. Et in propheta, Quasi proximū, & quasi fratrem nostrum sic complacebam. Sed quia excellentior, ac supra nostram naturam est diuina substātia, præceptum dilectionis Dei a proximi dilectione distinctū est. Ideoq; licet Deus omnia nobis impendat beneficia, non tamen nomine proximi includitur in illo præcepto, quem non sicut nos diligere debemus, sed plusquàm nos toto corde, & tota anima. Christum vero inquantum homo est, sicut nos diligere debemus, eiusque secundum hominē dilectio illo cōtinetur mādato: quem & etiam secundum hominem magis quàm nos, sed non quātum Deum debemus diligere: quia inquātū est hō, minor est Deo.

si post hanc vitam considerato ordine diuinæ misericordiæ. Charitas autē attendit quod diuinum est, sed amicitia quod humanū est: & ideo amicitia politica dissoluitur ad illos qui secundum humanas considerationes insanabiles sunt effecti, quod etiam in hac vita quandoq; contingit: sed charitas non dissoluitur ad aliquem in hac vita quantumcumque sit malus: quia adhuc secundum ordinem diuinę misericordię manet possibilitas ad vitam gratiæ, sed post hanc vitā nō manet: & ideo per modū prædictum neque damnati, neque dæmones sunt ex charitate diligendi. Quantum autem ad secundum modum, dęmonū natura ex charitate diligi potest inquantum est creatura dei, non autem dæmones: quia hoc nomen vitium principaliter ipsorum designat. August. de doct. christ. cap. 30. Luc. 10. Psal. 34.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intelligendum est de societate rationis, in qua manet ordo ad vitam gratiæ, cuiusmodi communicationem requirit charitas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in peccatoribus quandiu in hac vita sunt, adhuc ratione naturæ manet potestas ad gratiā, non autem in damnatis & dęmonibus: & ideo non est similis ratio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd deus diligit naturam dęmonum non quasi ad eam charitatem habeat, sed inquantum est effectus eius: & hoc modo etiam nos eam debemus diligere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc φ dęmones prosint nobis ad meritum, & quòd eorum actus, & vita in gloriam dei cedant, est per accidens præter intentionem eorum: & ex eo quod est secundum accidens, non est sumendum iudicium de re aliqua. D

ARTICVLVS VI.

Vtrum homo debeat seipsum ex charitate diligere.

22. q. 25. 4. Greg. to. 2. homil. sup Luc. c. 10. AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd homo non debeat seipsum diligere ex charitate: quia sicut dicit Gre. Charitas minus quàm inter duos haberi non potest. ergo non potest esse alicuius ad seipsum.

¶ 2 Præt. Amicitia redamationem exigit, & communicationem in vita, & alia hmōi quæ non sunt hominis ad seipsum: sed charitas amicitia quædam est. ergo charitas non est hominis ad seipsum.

4. c. de diu. nomi. ¶ 3 Præt. Charitas amor quidam est: amor autem, vt dicit Diony. est vnitiua virtus: cum ergo vnio non sit nisi diuersorum, videtur φ charitas non possit esse ad seipsum. E

Cap. 6. Cap. 3. ¶ 4 Præt. Amicitia in æqualitate consistit, sicut iustitia, vt dicitur in 8. ethi. sed iustitia non est ad seipsum proprie loquendo, vt Philosophus dicit in 5. ethi. ergo neque amicitia, seu charitas.

¶ 5 Præt. Nihil vituperabile est diligendum ex charitate: sed amare seipsum est vituperabile, vt patet 2. Thi. 3. Erunt homines seipsos amātes. ergo ex charitate hō seipsum non diligit.

SED CONTRA. Homo debet diligere proximum sicut seipsum: sed proximum debet ex charitate diligere. ergo & seipsum.

¶ 2 Præt. Misericordia ex charitate causatur: sed homo sibiipsi pōt misericors esse. ergo & seipsum pōt ex charitate diligere.

RESPON. Dicendū, quòd processus amoris se habet ad similitudinem processus cognitionis. In cognoscitiuis autem inuenitur aliquid, vbi primo figitur intellectus cognoscētis sicut A in primis principijs, & ex his ad alia deriuatur, & ipsa quidem cognitio secundum quod stat in principijs, accipit nomen intellectus: secundum autem quod deriuatur ad conclusiones quæ ex principijs cognoscuntur, accipit nomen scientiæ. Sed quia cognitio principiorum est in conclusionibus sicut causa in causato, & econuerso, cognitio conclusionis est in principijs sicut cātum in causa: ideo etiā dicuntur intelligi conclusiones, & sciri principia. Similiter & affectus amātis primo figitur in ipso amante, & ex eo deriuatur ad alios, vt Philosophus dicit in 10. ethi. φ ex his quæ sunt hominis ad seipsum, venerunt ea quę sunt hominis ad amicū, dū se habet ad amicum sicut ad seipsum. Nec est mirū, quia vnita ad similitudinem se habēt eorum quæ sunt vnum. Et quàmuis nomen amicitiæ imponatur proprie secundum qđ amor ad alios se diffundit, tamen etiam amor quem quis habet ad seipsum, amicitia & charitas potest dici, inquantum amor quem quis habet ad alterum, pcedit a similitudine amoris quem quis habet ad seipsum. C

AD PRIMVM ergo dicendum, φ Greg. loquitur quantū ad primam impositionem nominis charitatis.

¶ Ad secundum dicendum, φ ratio illa procedit de amicitia secundum qđ importat amorem diffusum ad alios.

¶ Ad tertium dicendum, φ illa quę sunt vnum secundum numerum, possunt adhuc vniri per affectum: & ideo potest esse amor etiam proprie dictus ad seipsum.

¶ Ad quartum dicendum, φ amicitia consistit in adęquatione quantum ad affectum, sed iustitia in adequatione rerum: sed per operationem animæ possunt accipi sicut diuersa vt vnū, ita idem vt plura, quod contingit quando actus animæ in ipsum agentem reflectitur, & ideo amicitia magis potest esse ad se quàm iustitia: quàmuis etiam iustitia possit esse hominis ad D seipsum metaphorice dictum, inquātum in homine etiam diuersa secundum rem inueniuntur. s. diuersæ vires, quarū adæquatio in eo quod vnicuique competit, iustitiam metaphoricam facit, vt in 5. ethi. dicitur. Cap. vl.

¶ Ad quintum dicendum, quòd amare seipsum quantum ad hominem exteriorem nimis est vituperabile: sed amare seipsum quantum ad hominem interiorem est valde laudabile, & hoc est charitatis.

ARTICVLVS VII.

Vtrum diligere debeamus corpora nostra ex charitate.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur φ corpora nostra non sint ex charitate diligenda. Charitas enim non refugit conuersationem cum eo ad quem charitas est: sed charitas facit refugere communicationem ad corpus, vt patet Ro. 8. Quis me liberabit de corpore mortis huius? ergo corp⁹ non est ex charitate diligendum. 22. q. 25. 5.

E ¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 10. ethi. φ vituperabile est hominem seipsum diligere quantum ad id, quod est exterius in seipso: sed corpus nostrum est maxime exterius. ergo vituperabile est corpus nostrum diligere. ergo nō diligitur ex charitate. Cap. 12.

¶ 3 Pręt. Beatitudo nostra erit in fruitione dei: sed illius fruitionis corpus nostrum particeps esse non potest. ergo non est particeps nr̄æ beatitudinis. ergo nō est ex charitate diligendū.

¶ 4 Præt. Pars non ponitur in numerum contra totum: sed corpus nostri pars est. ergo non debet poni aliud diligibile corpus nostrum quàm nos ipsi.

¶ 5 Præt. Proximum debemus diligere sicut nos: sed nō ponitur aliud diligibile proximus, & corpus proximi. ergo non debet poni aliud diligibile nos ipsi, & corpus nostrum.

SED CONTRA. Ephe. 5. Viri debēt diligere vxores suas, sicut corpora: sed vxores debent diligere ex charitate. ergo & corpora.

¶ 2 Præt. Omne beatificabile est ex charitate diligendum: sed corpus nostrum est beatificabile. ergo est diligendum ex charitate.

RESPON. Dicendum, quòd corpus nostrum est unum de quatuor quę sunt ex charitate diligenda. Dilectio enim charitatis habet ꝓ fundamento communicationem beatæ vitę prĩcipaliter, vt ex dictis patet, & uitę grãtię secundum quod ordinatur ad ipsam. Hæc autem uita tripliciter hẽt relationem ad habẽtem charitatem. Est enim vno modo in aliquo sicut in principio diffundẽte vitam ĩstam in alijs, & sic est in Deo. Est autem in ipso amãte, sicut in participãte vitam ĩstã: & hoc dupliciter, quia secundum animam principaliter, & per quandam redundãtiam secũdum corpus. Est etiam in alijs sicut comparticipantibus, & sic est in proximo: & ideo quatuor sunt ex charitate diligenda, scilicet Deus, proximus, nos, & corpus nostrum.

Aug. ser. 3. pri. pente.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitas non refugit communicationem corporis secundum quod est capax glorię, sed secundum quod est subiectum miserię, quæ impedit ad gloriam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝓ hominẽ diligere seipsum scđm exteriorem naturam in his quæ repugnant rationi, est tolerabile: sed in his in quibus natura exterior interiori concordat, est laudabile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis corpus non fruatur Deo immediate, tamen ex anima fruente erit quædam redundantia glorię in corpus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd vnusquisque homo proprie dicitur esse id quod est nobilissimum in eo, ut dicit philosophus in. 9. ethic. Vnde dilectio suiipsius intelligitur quantum ad ea quæ ad animam pertinent: & ideo dilectio corporis diuiditur contra dilectionem suiipsius, non sicut pars contra totum, sed sicut pars contra partem.

Cap. 9.

¶ Ad quintum dicendum, quòd corpus proximi, & anima in eadem relatione se habent ad habentem charitatem respectu beatę uitę, scilicet ut simul participans: & ideo non distinguitur diuersum diligibile penes animam & corpus proximi.

EXPOSITIO TEXTVS.

DE *secundo & quarto nulla præcepta &c.* Contra. Lex debet uniuersaliter hominem de omnibus ordinare quæ ad virtutes pertinent. Pręterea Dilectio Dei similiter erat omnibus insita naturaliter. Et dicendum, quòd sicut se habent scientiæ speculatiuæ ad cognoscenda, ita se habet lex ad operanda. Vnde sicut in scientijs speculatiuis non traditur doctrina de principijs per se notis, quia per naturam cognoscuntur, sed tantum de conclusionibus quæ per ea cognoscuntur: ita neque lex determinat explicite de dilectione suiipsius ad quam natura inclinat, sed de dilectione proximi quæ ex illa oritur, sicut conclusiones ex principijs. Dilectio autem Dei, quàmuis nobis naturaliter insit, non tamen hoc modo quo per charitatem diligitur, ut supra dictum est. Ex hoc autem ipso quòd præcipitur Deus diligi spiritualiter, docemur nos ipsos spiritualiter diligere. *Nemo vnquam carnem suam odio habuit.* Contra. Multi seipsos interficiunt, vt dicit Philosophus in 9. ethic. propter abundantem malitiam. Et dicendum quòd vitam suam corporalem quilibet diligit naturaliter, sed quòd aliqui ad mortem suam corporalem anhelant, hoc contingit per accidens, vel inquantum retardantur ab aliquo bono magis amato per vitam corporalem, sicut in quærentibus aliam vitam accidit: vel inquantum per corporalem vitam

D. 9.

De ordine diligendi quid prius, quid posterius.

POst prędicta de ordine charitatis agendum est: quia dicit sponsa. Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatẽ. Videam⁹ ergo ordinem quid prius, quid posterius esse debeat. Peccat enim qui præpostere agit. Nam scire quid facias, & nescire ordinem faciendi, non perfectæ cognitionis est. Ordinis namque ignorantia conturbat meritorum formam. Ordinem autem diligendi Augu. insinuat dicens. Ipse est qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat quod non diligendum est, aut non diligat quod diligendum est, aut æque diligat quod minus, vel amplius diligendum est, aut minus, uel amplius quod æque diligendum est. Omnis peccator, inquãtum est peccator, non est diligendus: & omnis homo, inquãtũ est homo diligendus est propter Deũ, Deus uero propter seipsum, ipsorum, aliquo modo consequuntur aliqua mala, quibus carere melius æstimant, quàm vitam corporalem habere. *Oritur autem hic quæstio.* Videtur quòd dilectio angelorum, & beatæ Virginis, & Christi secundum quod homo, non contineatur in dilectione proximi, sed magis debeat reduci ad dilectionem dei, quia supra nos sunt. Et dicendũ, ꝓ deus est supra nos quasi influens nobis æternam vitam: sic autem neque angeli, neque homo virtuosus, neque Christus secundum qđ homo, supra nos sunt: quia sicut sola Trinitas nos creauit ad vitam naturę, ita ipsa sola nos sanctificat vita gratiæ, & bẽatificabit vita glorię: sed sunt diligendi sicut simul nobiscum participantes a deo vitam æternam, & in hoc iuxta nos sunt: quàmuis sint supra nos in hoc, quòd plenius participant.

Lib. 1. de doctr. christ. c. 28.

DIVISIO TEXTVS.

POstquàm determinauit magister quid esset ex charitate diligendum, hic determinat de ordine charitatis. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima, determinat de ordine charitatis respectu diligibilium quantum ad quantitatem dilectionis. In secunda, quantum ad quantitatem meriti di. 30. ibi. *Hic quæri solet.* Prima pars diuiditur in duas. In prima, determinat de ordine charitatis quantum ad diuersos gradus diligibilium. In secunda, quantũ ad diuersos respectu ſtatus ipsius diligentis, ibi. *Sciendum quoque &c.* Prima in duas. In prima determinat ordinem charitatis respectu diligibilium. In secunda, mouet quasdam quæstiones circa determinata, ibi. *Solet quæri &c.* Circa primũ duo facit. Primo, ostendit charitatem habere ordinem. Secundo, ostendit secundum quid attendendũs sit ordo iste, ibi. *Vnde & super hoc sæpe &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, ponit diuersas circa hoc opiniones. In secunda, determinat quid sibi videatur, ibi. *Verum quia præmissa &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit quæstiones diuersas, & rationes earum. Secundo, ostendit qũo prima opinio rationibus alterius partis respondet, ibi. *Sed inquiunt illi &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit opinionem illorum qui dicunt ordinem charitatis attendendum esse solum secundum effectum. Secundo, illorum qui dicunt etiam secundum affectum attendendum esse, ibi. *Quibus obuiat &c. Sed inquiunt illi.* Hic ostendit quomodo prima opinio respondet rationibus alterius partis. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quomodo prima opinio respondet rationibus secundæ. In secunda, ostendit quomodo prima opinio addit inæqualem dilectionem esse imponendam proximo quantum ad effectum, sicut & sibiipsi, ibi. *Quorum etiam nonnulli. Solet autem quæri &c.* Hic mouet quasdam quæstiones circa veritatem determinatam. Et diuiditur in duas partes secundum duas quęstiones quas mouet. Secunda incipit, ibi. *Quæri etiam solet &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum charitatis sit habere ordinem.
¶ Secundo, Vtrum ille ordo sit attendendus secundum affectum, vel effectum simul, vel ſm affectum tm̃.
¶ Tertio, Vtrum deus super omnia diligendus sit.
¶ Quarto, Vtrũ ei⁹ dilectio admittat ĩtuitũ alicui⁹ mercedis.
¶ Quinto, Vtrũ ꝓximos ꝑtum nosipsos diligere debeamus.
¶ Sexto, Vtrum inter proximos propinqui extraneis præferendi sint.
¶ Septimo, De ordine propinquorum adinuicem.
¶ Octauo, De pfectione charitatis, & gradibus enumeratis,

Vtrum

Vtrum charitas habeat ordinem.

22. q. 27. 1. de verb. q. 2. Super Cãt. ser. 5. in fine.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd charitas ordinem non habeat. Bernardus enim dicit, quòd amor gradum nescit, dignitatem non considerat: sed omnis ordo habet aliquẽ gradum. ergo in charitate non est aliquis ordo.

In li. eth. c. 9.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit, quòd amicitia æqualitas quædã est: sed æqualitas est vniformis diuersitatẽ non patiens, sicut nec vnitas diuisionem. ergo charitas non habet ordinem.

¶ 3 Præt. Ordinare rationis ẽ, cuius est cõferre: sed charitas non est in ratione, sed in voluntate, quæ non est vis collatiua, ergo in charitate non est ordo.

¶ 4 Præt. Ordo distinctionem requirit: sed charitas est magis vnitiua inter alias virtutes. cũ ergo in alijs virtutibus non assignetur ordo, neq; in charitate assignari debet.

¶ 5 Præt. Omnẽ illud quod pertinet ad actum virtutis, sicut circunstantia quædam necessaria, cadit sub præcepto: sed ordo dilectionis non cadit sub præcepto, quia ex quo impendo alicui quod debeo, lex non prohibet quin illi cui non teneor, plus impendam. ergo ordo dilectionis non est circunstantia debita in charitate.

In fin. c.

SED CONTRA. Sicut Diony. dicit 4. cap. de di. no. Malum hominis est contra bonum rationis esse: sed malum hominis est contra virtutem esse. ergo in qualibet virtute oportet bonum rationis esse: sed bonum rationis est, quòd homo faciat ordinate vnumquodque quod facit. cum ergo charitas sit virtus, oportet quòd ordinem habeat.

¶ 2 Præt. Actus virtutum variatur secundum exigentiam obiectorum: sed obiectum charitatis, quod est bonum, ordinem habet, cum quoddam sit melius altero. ergo & charitas debet ordinem habere.

¶ 3 Præt. Vbicumque vnum est propter alterum, ibi est aliquis ordo: sed charitas diligit aliquid propter alterum, sicut omnia propter deum. ergo charitas ordinem habet.

RESPON. Dicendum, quòd in quolibet actu virtutis oportet esse modum: quia non est iustus aliquis nisi iusta iuste faciat. Modus autem in actu virtutis est ex commensuratione potentiæ ad obiectum, vt ab eodem a quo speciem habet, mensuram recipiat. Obiectum autem charitatis bonum est hoc modo, quòd bonum simpliciter, vt dicit Philosophus in 8. ethi. est amabile simpliciter, vnicuique autem proprium bonum. Vnde cum in hoc contingat esse magnam diuersitatem & gradus diuersos secundum quod vnum est altero melius, vel magis propinquum, oportet quòd etiam & actus dilectionis ordinem habeat ad hoc, quòd sit virtuosus.

2. q. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in amore potest accipi duplex gradus. Vnus diligibilis ad diligibile, & de hoc gradu loquimur. Alius gradus diligentis ad diligibile, & de hoc loquitur Bern. Hunc tamen gradum quodammodo scit amor, quodammodo nescit. Scit quidem quantum ad exterioꝛ effectum, quia non eadem superioribus, & æqualibus impendit: sed nescit quantum ad effectum inquantum vnit amãtem amato, & interdum aliquid de affectu in effectu relucet, vt scilicet ad superiores nos magis confidenter habeamus, & ad inferiores magis socialiter.

Vbi supra.

¶ Ad secundum dicendum, quòd amicitia non consistit in æqualitate æquiperãtiæ solum: quia potest esse ad superiores, inferiores, & æquales: sed consistit in æqualitate proportionis, quæ quidem æqualitas diuersitatem non refugit quantitatis: A sicut eadem proportio. ſ. sexquialtera est trium ad duo, & sex ad quatuor, quamuis inæqualis sit quantitatis excessus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actus rationis dilectionem præcedit. Priora autem aliquid sui in posterioribus relinquunt, & ita ordo quem facit ratio in dilectione inuenitur, vt dilectio sit ordinata, non quod ipsa ordinem faciat, sed quia inordinata bona per rationẽ accepta ordinate tẽdit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd alię virtutes ordinant hominẽ i seipso, sicut fides, tẽperãtia, & huiusmodi. Iustitia vero ordinat ad alium secũdum quod æquat ei q̃tũ ad res, circa quas est iustitia: sed charitas ordinat ad alium secundum qđ unit per affectum q̃tum ad ipsum: & iõ ꝓprium obiectum charitatis est ipsa rõnalis natura, ad quam charitas habẽda est, in qua plurimi gradus inueniuntur: & iõ magis assignatur ordo in charitate, q̃ in alia virtute.

lib. 1. de doctr. christ. c. 28.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in vno genere non potest esse nisi vnum summũ, & iõ si diligo aliquid quasi vltimũ finẽ, non possum Deum diligere quasi vltimum finem. Ex hoc ergo ipso quòd alterum, quod est minus diligẽdum, equiparo in dilectione ei quod diligendum est magis, non totum dilectionis quod debeo, impendo eiquod magis diligendum est: & similiter etiam patet in alijs, vnde charitatis ordo est in præcepto, & peccat qui præpostere agit, ut in litera dicitur.

Vtrum ordo charitatis sit attendendus secundum affectum, uel secundum effectum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ordo charitatis non sit attendendus secundum affectum, sed ſm effectũ tãtum. Sicut enim prima veritas, cui inititur fides, est vna in omnibus, ita summa bonitas, cui inuititur charitas vna est: sed fides æqualiter certa est de omnib⁹ quæ ex fide creduntur. ergo & charitas æqualiter afficitur ad omnia quæ ex charitate diligit.

¶ 2 Præt. Actus mensuratur secũdum rationem obiecti: sed quàmuis plura sint quæ ex charitate diliguntur, tñ in omnib⁹ est vna rõ dilectionis. ſ. diuina bonitas, quæ est obiectum charitatis. ergo ad oĩa quę ex charitate diligunt̃, est æqualis affectio.

¶ 3 Præt. Quanto aliquis ad alterum magis afficitur, tanto maius bonum ei desiderat: sed omnibus quæ ex charitate diligimus, idem bonum optamus, vel de habito complacẽt nobis. ſ. vita æterna. ergo æquali affectione omnes diliguntur.

¶ 4 Præt. Ordo charitatis est in præcepto, non autem est in præcepto quantum ad affectũ: quia dum exhibeam vnicuiq; quod sibi debeo, etiam si sine affectu faciam, non sum reus prętermissi. ergo ordo charitatis non attenditur ſm affectum tantũ.

¶ 5 Præt. Vbi est maior affectus, est etiam maius meritum, quia meritum secundum radicem charitatis mensuratur: sed non magis meretur homo in dilectione propinquorum quàm aliorum, vel etiam suiipsius quàm aliorum. ergo ordo amoris non est accipiendus secundum affectum.

Homil. 30. super euangelia.

SED CONTRA, Greg. dicit, ꝓ probatio dilectionis est exhibitio operis. si ergo secundum effectum est ordo, oportet quòd etiam sit secundum affectum.

art. præced. in corpore.

¶ 2 Præt. Bonum est obiectum charitatis quantum ad affectum: sed ordo charitatis, ut dictum est, attenditur secundum diuersitatem bonorum. ergo charitas habet ordinem

non solum secundum effectum, sed etiam secũdum affectum. F
¶ 3 Præt. Sicut charitas principaliter respicit affectum, ita beneficentia respicit effectum. Si ergo ordo esset solum secundum effectum, non esset hæc ordinatio charitatis, sed solum beneficentię: quod est contra authoritatem canticorum in litera inductam.

liter colligatius adhæret: ex quo legis potius illi dandum esse. Idem super epistolam ad Gal. Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, idest, ad Christianos. Omnibus .n. pari dilectione vita æterna optanda est, etsi non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia, quæ fratribus maxime sunt exhibenda: quia sunt inuicem membra quæ habent eundem patrem. His, aliisque testimoniis, uel authoritatibus innituntur, qui dicunt omnes homines pariter G

In exp. c. 6. RESPON. Dicendum, q; effectus exterior non pertinet ad charitatem, nisi inquantum ex affectu procedit, in quo primo est charitatis act⁹: Vnde si esset ordo ĩ effectu tantum attendendus, ordo ille nullo modo ad charitatem pertineret, sed ad alias virtutes magis, sicut ad liberalitatem, vel misericordiam. Vnde cum charitas ordinata perhibeat, oportet quòd ordo in affectu obseruetur, & ex affectu in effectum procedat, non hoc modo, quòd ei qui plus ex affectu diligitur, magis in effectu impẽdatur, sed q; homo sit paratus magis impendere, si necesse foret: quia quandoque qui diliguntur, nostris auxilijs non indigent. Et hoc etiam patet per simile in natura, quia vnicuique rei naturali tantum inductũ est a causatore de amore naturali erga aliquid quantum necessarium est, vt effectum circa id exhibeat: & similiter secundum gradum qui necesse est vt obseruetur in effectu, ordo affectus lege diuina imperatur. H

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectum fidei non est veritas prima secundum qđ est in re existens tantum, sed secundum quod est nobis diuinitus annunciata: quia fides ex auditu est. Et ideo quia omnia quæ sunt fidei, annunciata sunt nobis eodem modo, ideo æqualis certitudo de eis habetur: sed charitatis obiectum est bonũ secũdum qđ est in rebus, & ideo cum in diuersis rebus diuersimode diuina bonitas inueniatur, oportet q; diuersimode affectio nostra in illa transeat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis sit eadem ratio communis diligendi in omnibu[s], tamen illa ratio non æqualiter participatur in singulis: & ideo nec æqualis affectio eis debetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intensio actus præcipue in actibus animæ, quæ non necessario secundum totum suum posse agit, sicut naturalia nõ mensurantur ad quantitatẽ obiecti tantum, sed ad efficaciam agentis, & conatum in agendo. Vnde non melius videt qui maiorem rem intuetur, sed qui clarius videt: ideo etiam non oportet quòd æqualiter afficiar ad illud, cui æquale bonum desidero. I

D. 1047. ¶ Ad quartum dicendum, q; ille qui impendit quod debet alicui sine affectu, quàmuis non sit reus [d] præcepti quod est de actu iustitiæ, est tamen reus præcepti quod est de actu charitatis: vnde Rom. 1. sic vitium reputatur sine affectione esse.

d. 30. q. vnica art. 3. 4. ¶ Ad quintum dicendum, quòd de quantitate meriti diligibiliũ diuersorũ quæstio erit in sequẽti dist. & ideo ibi reseruet.

ARTICVLVS VII.

Vtrum deus sit super omnia diligendus ex charitate.

22. q. 26. 3. part. 1. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd deus nõ sit supra omnia diligendus ex charitate. Quia sicut dicit Diony. 4. ca. de diui. no. amor est vnitiua virtus: sed magis est sibi vnusquisque vnitus, quàm deo. ergo magis ex charitate debet se diligere quàm deum. K

Cap. 11. ¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 8. ethi. quòd vnicuique est amabile quod est sibi bonum: sed quicquid diligitur, propter hoc quòd est sibi bonum, propter seipsum diligit homo. ergo quicquid diligit, propter seipsum diligit. ergo se magis diligit omnibus, quæ diligit: & ita non diligit deum supra omnia.

Cap. 4. ¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 9. ethi. quòd amicabilia quę sunt ad alterum, veniunt ex amicabilibus quæ sunt ad seipsum: sed primum in quolibet generę est potissimum. ergo amor, quem quisque habet ad seipsum, est potior amore quem habet ad alterum, & ita quisque plus seipsum quam deum diligit secundum naturam, & ita etiam secundum charitatem, cum gratia naturam non destruat.

In hom. ... cundi ... siquis ... git me. ¶ 4 Præt. Sicut dicit Greg. probatio dilectionis est exhibitio operis: sed tantum quisque facit pro gratia conseruanda, siue beatitudine creata habenda, quantùm pro deo. ergo tantum diligit quis gratiam, vel beatitudinem creatam, quãtum deum: sed dilectio, qua dicimur diligere virtutem, vel aliquod accidens, refertur ad ipsum subiectũ accidentis, cui desideratur illud accidens. ergo tantum quisque diligit se habens charitatem, quantum deum.

diligendos esse charitatis affectu: sed in operis exhibitione differentiam faciunt.

Quæ his repugnare uidentur.

QVibus obuiat illud præceptũ legis de diligendis parentibus. Honora patrem tuum, & matrem tuã, ut sis longeuus sup terrã. Vt quid .n. specialr illud acciperetur de parẽtibus, nisi maiori dilectione forẽt diligendi? Sed hoc illi referendum dicunt ad Deute. Matth.

¶ 5 Præt. Tãtum quisque diligit proximum, quantum diligit deum in proximo, vel in seipso, quia deus non est melior in se, quàm ubicunque est. ergo tantum quisque diligit seipsum, vel proximum, quantum diligit deum: & ita non diligitur deus ex charitate super omnia.

SED CONTRA. Finis magis diligendus est his quæ sunt ad finem: sed deus est finis omnium diligibilium ex charitate. ergo ipse est maxime diligendus.

H ¶ 2 Præt. Vnicuique est diligibile proprium bonum, secundum Philosophum: sed deus est maius bonum, quàm aliquid aliud, & est proprium magis alicui, quàm aliquid aliud, quia est magis intimum animæ, quàm etiam ipsa sibi, vt dicitur in libro de spiritu & anima. ergo deus super omnia diligendus est. 8. ethi. Cap. 11.

¶ 3 Præt. Quod est causa aliorum in vno quoque genere, maximum est in genere illo, vt dicitur in 2. meta. sed deus est causa & ratio, quare omnia ex charitate diligantur, quia diuina bonitas est per se obiectum charitatis. ergo magis diligendus est deus, quàm aliquid aliud. Tom. 4.

RESPON. Dicendum, quòd cum obiectum amoris sit bonum, dupliciter aliquis tendere potest in bonum alicuius rei. Vno modo ita, quòd bonum illius rei ad alterum referat, sicut quòd bonum vnius rei optet alteri, si non habet: vel complacet sibi, si habet. Sicut amat quis vinum, inquantum dulcedinem vini peroptat, & in hoc gaudet, quòd eo fruatur, non quòd vinum ipsum habet: & hic amor vocatur a quibusdam amor concupiscentiæ. Amor autem iste non terminatur ad rem, quæ dicitur amari, sed reflectitur ad rem illam, cui optatur bonum illius rei. Alio modo amor fertur in bonum alicuius rei ita, quòd ad rem ipsam terminatur, inquantum bonum quod habet complacet quòd habeat, & bonum quod non habet optatur ei: & hic est amor beneuolentiæ, qui est principium amicitiæ, vt dicit Philosophus in 9. ethi. Vnde gradus charitatis secundum hunc modum amoris attendendi sunt, quia charitas amicitiam includit, vt supradictum est. Bonum autem illud vnusquisque maxime vult saluari, quod est sibi magis placens: quia hoc est appetitui informato per amorem magis conforme, hoc est autem suum bonum. Vnde secundum quod bonum alicuius rei est, vel æstimatur magis bonum ipsius amantis, hoc amans magis saluari vult in ipsa re amata. Bonum autem ipsius amantis magis inuenitur, vbi perfectius est: & ideo pars quælibet imperfecta est in seipsa, perfectionem autem habet in suo toto: ideo etiam naturali amore pars plus tendit ad conseruationem sui totius, quàm suiipsius. Vnde etiã naturaliter animal opponit brachium ad defensionem capitis, ex quo pendet salus totius. Et inde est etiam, quòd particulares homines seipsos morti exponunt pro conseruatione communitatis, cuius ipsi sunt pars. Quia ergo bonum nostrum in deo perfectum est, sicut in causa vniuersali prima & perfecta bonorum: ideo bonum in ipso esse magis naturaliter complacet, quam in nobisipsis: & ideo etiam amore amicitiæ naturaliter deus ab homine plus seipso diligitur. Et quia charitas naturam perficit, ideo etiam secundum charitatem deum supra seipsum homo diligit, & super omnia alia particularia bona. Charitas autem supra naturalem dilectionem ipsius addit quadam associationem in vita gratiæ, vt supradictum est. Quidam autem dicunt quòd aliquis Cap. 6. d. 27. art. 1.

aliquis naturaliter amore concupiscentiæ deum plus seipso diligit, inquantum diuinum bonum est sibi delectabilius, sed amore amicitię plus seipsum naturaliter, quàm deum diligit, dum plus se vult esse & viuere, & habere aliqua bona, quàm deum: sed charitas ad hoc naturam eleuat, vt etiam per amicitiam aliquis plus deũ diligat quàm seipsum. Sed prima opinio probabilior est: quia inclinatio naturæ hominis, inquantum est homo, numquàm contradicit inclinationi virtutis, sed est ei conformis. A

exteriorum exhibitionem, in qua præponendi sunt parentes. Vnde, Honora, dixit: non, dilige. Obuiat etiam illis illud quod Hierony. super Ezechielem ait, scilicet vt ordine charitatis: sicut scriptum est, ordinauit in me charitatem: post omnium patrem Deum carnis quoque pater diligatur, & mater, & filius, & filia, & frater, & soror. Ambro. quoque diligendi exprimens ordinem, super illud Canti. cap. 2. Ordinauit in me charitatem, ait. Multorum charitas inordinata est. Quod in primo est ponunt tertium, uel quartum. Primo Deus diligendus est, secundo parentes, tertio filij, post domestici, qui si boni sunt, malis filijs præponendi sunt: secundum hoc in euangelio ad cuiusque dilectionem proprium ponit. Diliges dominum Deum tuum ex to- Li. 13. c. 44. B

D. 105. AD PRIMVM igitur dicendum, quòd amor non est vnio ipsarum rerũ essentialiter, sed affectuum. Non autẽ est inconueniẽs, vt illud quod est minus cõiunctum secundum rem, sit magis cõiunctum secundum affectũ, dum plerũque ea, quæ realiter nobis coniuncta sunt, nobis displiceant, & ab affectu maxime discordent: sed amor ad rerũ vnionẽ inducit quãtum possibile est: & ideo amor diuinus facit hominem ẽm qđ possibile est, non sua vita, sed dei, viuere, sicut Apostolus dicit Gal. 2. Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Glos. cãt. 2. C

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis vnicuique sit amabile quod sibi est bonum, non tamen oportet quòd propter hoc, sicut propter finem, ametur, quia est sibi bonum, cum etiam amicitia non retorqueat ad seipsum bonum, quod ad alterum optat: diligimus enim amicos, etiam si nihil nobis debeat inde fieri.

¶ Ad tertium dicendum, quòd amicabilia quæ sunt ad alterum, venerunt ex amicabilibus quæ sunt ad seipsum, non sicut ex causa finali, sed sicut ex eo quod est prius in via generationis. Quia sicut quilibet sibi prius est notus quàm alter, & quàm deus: ita etiam dilectio, quam quisque habet ad seipsum, est prior ea dilectione, quam habet ad alterum in via generationis. D

¶ Ad quartum dicendum, quòd opera nostra proprie loquendo, non proportionantur affectioni, qua ipsum in seipso diligimus: quia ex nostris operibus nihil ei accrescit, vel accrescere potest. Sed si esset possibile, quòd ex nostris operibus aliquid ei accresceret, habens charitatem multo plura faceret propter beatitudinem ei conseruandam quàm propter eam sibi adipiscendam.

¶ Ad quintum dicendum, quòd deus ubique æqualiter diligitur, tamen diuinum bonum in isto esse non est tantum amabile, sicut ipsum esse in deo: quia non æque perfecte in omnibus est.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in dilectione dei possit haberi respectus ad aliquam mercedem. E

22. q. 27. 3. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non possit in dilectione dei haberi respectus ad aliquam mercedem, quia Io. 10. mercenarius vituperatur: sed mercenarius dicitur qui mercedem quærit. ergo dilectio dei ex charitate non admittit respectum mercedis.

August. 31. ¶ 2 Præt. Aug. dicit, Deo licet sine præmio seruiri non possit, tamen sine intuitu præmij seruiendum est: sed præmium nihil aliud est quàm merces laboris. ergo sine respectu mercedis deo seruiendum est.

¶ 3 Præt. Amicitia ciuilis quãuis habeat multas dilectiones & vtilitates, tamen ad eas non respicit, sed supra honestum fundatur: sed amicitia charitatis magis est honesta, quàm amicitia ciuilis. ergo nec ipsa ad aliquam vtilitatem respicit.

¶ 4 Præt. Merces est finis eorum, quæ propter mercedem fiunt: sed finis diligitur magis quàm ea quæ sunt ad finem. si ergo deus propter aliquam mercedem diligeretur, aliquid aliud magis diligeretur deo, quod est contra rationẽ charitatis.

to corde tuo, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum: & inimicos non ex tota virtute, non sicut teipsum, sed simpliciter. Sufficit enim quòd diligimus, & non odio habemus. Ecce hic ex premissis aperte insinuatur quæ in affectu charitatis distinctio sit habenda, ut differenti affectu, non pari homines diligamus, & ante omnia Deum, secundo nosipsos, tertio parentes, inde filios & fratres, post domesticos, demum inimicos diligamus. Sed inquiunt illi, quæ de ordine dilectionis supra dicuntur, esse referenda ad operis exhibitionem, quæ differenter proximis exhibenda sunt. Primo parentibus, inde filijs, post domesticis, deinde inimicis. Deum vero tam affectu, quàm obsequij exhibitione ante omnia diligendum.

¶ 5 Præt. Sicut ꝑ charitatem homo adipiscitur ꝑmiũ, ita etiam fugit & pœnam: sed charitas expellit timorẽ pœnæ, maxime si sit perfecta. ergo videtur quòd etiã excludit intuitum mercedis.

SED CONTRA. Sicut dicit in glo. Matth. 1. Spes generat charitatem: sed spes est expectatio mercedis. ergo charitas potest esse cũ intuitu mercedis. Glosæ interlinearis.

¶ 2 Præt. Hebr. 11. dicit de sanctis patribus, quòd aspiciebant in remunerationem: sed constat quòd ipsi diligebãt deum ex charitate. ergo dilectio dei ex charitate cõpatitur intuitum mercedis.

¶ 3 Præt. Amicorum est, quòd quærant inuicem perfrui: sed nihil aliud est merces nostra, quàm perfrui deo vidẽdo ipsum. ergo charitas non solum non excludit, sed etiam facit habere oculum ad mercedem.

RESPON. Dicendum, quòd merces proprie dicitur præmium, quod quis ex labore, vel aliquo opere meretur. Præmium aũt est, quod alicui in bonum eius redditur: vnde merces inquantũ huiusmodi, importat aliquid referibile per amorem ad id, cui merces redditur. Mercedẽ enim aliquis propter seipsum amat, non tamen est de ratione mercedis, quòd sit intentionis finis: quia plerũque aliquis mercedem ex opere non quærit, cui merces datur. Ea autem quæ propter se aliquis diligit, vel sunt perfectiones illius formaliter, sicut sanitas, virtus, operatio, dilectio, & huiusmodi: vel sunt effectiua, vel conseruatiua horum, aut contrariorum prohibitiua. Vnde si aliquis amat aliquid extra se propter seipsum, illud potest dici merces, inquantum ex eo aliquid in ipso relinquitur, vel conseruatur. Sed sicut supra dictum est, de ratione amicitiæ est, quòd amicus sui gratia diligatur, vnde amicus non habet in amicitia rationem mercedis proprie loquendo, quàmuis ea quæ ex amico in nobis fiunt, rationem mercedis habere possint, sicut delectationes & vtilitates, quas ex ipso amans consequitur, ratione quarũ ipse amicus merces dicitur quasi causaliter: sicut dicitur deus merces nostra ratione eorum, quæ ex ipso in nobis sunt. Patet ergo quòd ponere mercedem aliquam finem amoris ex parte amati, est contra rationem amicitiæ. Vnde charitas per hunc modum oculum ad mercedem habere non potest: hoc enim esset deum nõ ponere vltimum finem, sed bona quæ ex ipso consequitur. Sed ponere mercedem esse finem amoris ex parte amantis, non tamen vltimum, prout scilicet ipse amor est quædam operatio amantis, non est contra rationem amicitiæ: quia ipsa amoris operatio, cum sit quoddam accidens, non dicitur amari nisi propter suum subiectum, ut ex dictis patet: & inter ea quæ propter se aliquis diligit, potest esse ordo salua amicitia: vnde & ipsam operationem amoris possum amare non obstante amicitia propter aliquid aliud. Erit tamen contra rationem virtutis, si virtutis operatio propter aliquid aliud virtute inferius, cuiusmodi sunt temporalia bona, diligatur. Patet ergo, quòd habens charitatem, non potest habere oculum ad mercedem, vt ponat aliquid quodcumque finem amati, scilicet dei: hoc enim esset contra rationem charitatis, vt est amicitia quædam. Nec iterum vt ponat aliquod bonum temporale finẽ ipsius amoris, quia hoc est contra rationem charitatis, vt est virtus: potest tamen habere oculum ad mercedem, vt ponat beatitudinem creatam finem amoris, non aũt finem amati. art. 2. 2. d. 28. q. 1. art. 1. c.

amati. Hoc enim neque est contra rationem amicitiæ; neque cõtra rationẽ virtutis, cum beatitudo virtutum sit finis. F

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mercenarius ibi dicitur, qui opus spirituale propter mercedem temporalem exercet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sine intuitu præmij seruiendum est, ita quòd premium nõ ponatur finis ei' quod amat, & cui seruit, sed q; ponatur finis ipsius seruitij, vel amoris.

De Tri. lib. 8. cap. 8. fi. ¶ Ad tertium dicendum, quòd amicitia non respicit delectationes, & vtilitates amicorum quasi finẽ, propter quẽ amicus amat.

¶ Ad quartum patet solutio per ea quæ dicta sunt.

In corp. ¶ Ad quintum dicendum, quòd bonum, de quo est spes, magis est cõsonũ amori, q̃ malum, de quo est timor: & ideo quàmuis perfecta charitas foras mittat timorem pęnę, non tamen oportet quòd foras mittat intuitum mercedis.

Quòd aliqui illorum tradunt, tantum proximum quantum nos esse diligendum.

QVorum etiam nonnulli tradunt affectu charitatis tantum proximos esse diligendos, quantum nosipsos diligimus. G Quod confirmant authoritate Augu. qui ait. Nec illa iam quæstio moueat, quantum charitas fratri debeamus impendere, quantum Deo, incomparabiliter plus Deo quàm nobis, fratri vero quantum nobis. Nos autem tãto magis diligimus, quanto magis diligimus Deum. Ex hoc, & ex præmissis testimonijs August. asserunt omnes homines pariter diligendos a nobis, & tantum quantum nos, Deum autem plus quàm nos, corpus vero nostrum minus quàm nos, uel proximos. Nec in enumeratione præmissa quatuor diligendorum, ordinem diligendi assignari dicunt, sed tãtum quæ sunt diligenda.

Secundum alios non pari affectu omnes diligendi sunt.

VErum quia præmissa uerba Ambr. secundum affectum ordinem diligendi magis, quàm secũdum effectum diligenter intuentibus explicare uidentur, non indocte alij dicunt nõ solummodo exhibitione operis, sed etiam in affectu charitatis ordinem differẽtem esse statutum, ut ante omnia diligamus Deum, scdo nos, tertio parentes, quarto filios, vel fratres et huiusmodi, postea domesticos, demum inimicos.

ARTICVLVS V.

Vtrum homo magis debeat seipsum ex charitate diligere, quàm proximum.

22. q. 26. 4. AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd homo ex charitate non debeat seipsum magis, quàm proximũ diligere. Illud enim propter quod aliud relinquitur, magis amatur: sed charitas facit hominem seipsum relinquere quodammodo, & amato inhęrere: quia Diony. dicit quòd amor ponit hominem extra se, & collocat eum in amato. ergo plus amat amicum, quàm se. De diu. no. c. 4. par. 1.

¶ 2 Præt. Deum magis quàm nosipsos diligimus, inquantum bonum nostrum perfectius in eo, quàm in nobis inuenitur: sed similiter perfectius inuenitur in aliquo proximorum, quàm in nobis, qui bona quæ nos habemus, perfectius habent. ergo debemus magis proximum, quàm nosipsos diligere.

¶ 3 Præt. Illud quod aliquis maxime in seipso diligit, est viuere & esse: sed charitas facit ponere vitam corporalem pro fratribus. Quidam enim gentiles pro amore amicorum se morti exposuerunt sine aliqua spe uitæ æternæ. ergo amicitia & charitas facit magis diligi proximum, quàm seipsum.

¶ 4 Præt. Illos magis diligimus, quorum bona magis optamus, & mala magis vitamus, & sicut dicit Philosophus in 9. ethicor. in tristitijs amicos tarde vocandum, ad eorum autem tristitias prompte eundum. In lætitijs aut econuerso: quia eos prompte vocandum, difficulter ad eorum lætitias se ingerendum. ergo charitas facit magis amare proximos quàm seipsos. cap. 15.

¶ 5 Præt. Beneficentia est effectus charitatis: sed magis laudantur, qui sunt benefici ad amicos, quàm qui sunt benefici ad seipsos. ergo charitas facit magis amare proximos quàm seipsum.

¶ 6 Præt. Amicitia facit hominem gaudere de conuersatione cum amicis: sed homo magis delectatur de conuersatione ad amicos, quàm de conuersatione sui ad seipsum, ergo plus amicos & proximos quàm seipsum diligit.

SED CONTRA, Quanto quis amat salutem alicuius, tanto uitat peccatum eius: sed homo magis debet vitare peccatum suum, quàm peccatum alterius. ergo magis debet amare vitam suam, quàm salutem alterius.

Augustin'. ¶ 2 Pręt. Misericordia ex amore causatur: sed homo debet incipere misereri a seipso, secundum quod dicit August. ergo & a seipso debet incipere amorem.

¶ 3 Pręt. Illud quod est naturale, vehementius est quàm illud quod est voluntarium tantum: sed amor sui est ex inclinatione naturę, amor autem aliorum est ex voluntate rationis tantum. ergo ex charitate homo plus seipsum quàm alios diligit.

RESPON. Dicendum, quòd sicut aliquid inuenitur perfectius in causa perfecta in vniuersali, quàm in effectu particulari: ita aliquid perfectius inuenit in re, quàm in sui similitudine: vnde cum bonum proprium alicuius inueniatur in deo sicut in causa vniuersalium, in se autẽ sicut in effectu, in proximo autem sicut in similitudine, sicut deũ plus quàm seipsum diligere debet beneuolentiæ dilectione: ita etiam plus se, q̃ proximũ. Sed sciẽdum, quòd cum in homine sit duplex natura. s. interior videlicet rationis, q̃ dicitur homo interior, & exterior. s. natura sensualis, q̃ dicitur homo exterior, plus hõ debet H diligere se, quantum ad naturam interiorem, quàm quãtum ad nostram exteriorem: & ideo ea quæ sunt bona naturæ interioris plus debet optare, quàm ea, quæ sunt bona sibi secundũ naturam exteriorem. Omnia autem opera virtutis sunt sibi bona secundum interiorem naturam, inter quæ etiam sunt illa, quæ quis ad amicum operatur: & ideo plura bona exterioria sunt impendenda amicis, quàm nobisipsis, inquantum consistit in hoc bonum virtutis, quod est nostrum maximum bonũ. Sed de bonis spiritualibus semper plus nobis, q̃ amicis impendere debemus, & velle, & similiter etiã de malis vitãdis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in amore amatum, vt amatum, potius est quàm amãs vt amãs: sed quia vt amãs est etiam amatũ a seipso, ideo potius potest esse in amore inq̃tum est amatum, quàm amatũ extrinsecũ, & magis collocatur in ipso affectu amantis, quàm in exteriori amato.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quãuis bonũ, quod ego habeo, I possit in proximo perfectius inueniri, quàm in meipso, tñ in me semper inuenitur perfectius vt proprium: quia bonum quod est in ipso, non est meum nisi per similitudinẽ: bonum autem quod est in deo est meum etiam secundum causam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd tradere seipsum morti propter amicum, est perfectissimus actus virtutis: vnde hunc actum magis appetit virtuosus, quàm vitã propriam corporalẽ. Vñ q; aliquis vitã propriam corporalẽ propter amicum ponit, nõ contingit ex hoc, q; aliquis plus amicũ q̃ seipsum diligat, sed quia in se plus diligit quis bonum virtutis, q̃ bonũ corporale.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in hoc ipso q; homo non vult esse onerosus amico, tristitias suas communicando eidẽ, sed magis beneficus & delectabilis, secundum virtutem operatur: & ita spirituale bonum plus sibi, quàm amico tribuit.

¶ Ad quintum dicendum, q; de bonis spiritualibus magis nobis impendimus quàm amicis: de corporalibus autem magis amicis quàm nobis ratione iam dicta. K

¶ Ad sextum dicendum, q; cõuersatio cũ amicis est nobis delectabilis, inquantũ cognoscimus bonũ ipsorũ, qđ nobis quasi nostrum cõplacet. Et quia per visum melius cognoscũtur res, q̃ per alium sensum, ideo amici magis se videre desiderant: & quia magis põt homo cognoscere quę sunt alterius, q̃ quæ ꝓpria, ideo magis delectatur in cõuersando ad amicum, q̃ etiã ad seipsum: q̃uis virtuosus ad seipsum delectabiliter cõuersetur, inquantũ in seipso cõsiderat memoriã, & propositum, & spem bonorum, quæ ei delectationem ingerunt, vt dicitur in 9. ethi. In corp. Cap. 4

ARTICVLVS VI.

Vtrum homo debeat magis ex charitate diligere extraneos, quàm propinquos.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd homo ex charitate magis debeat diligere extraneos, quàm propinquos. Charitas enim sicut & amicitia fundamẽtum habet honestum: sed maior honestas, vel virtus inuenitur quãdoque in extraneis, quàm propinquis. ergo magis sunt diligendi ex charitate extranei, quàm propinqui.

¶ 2 Pręt. Charitas facit conformitatem hominis ad deum: sed deus plus diligit extraneos nr̃os, quàm ꝓpinquos, si sunt meliores. ergo & nos magis eos diligere debemus.

¶ 3 Præt. Effectus respondet affectui: sed in aliquibus debemus maiorẽ effectum amoris ostendere ad extraneos, quàm ad propinquos, sicut in collatione beneficiorũ ecclesiasticorum, si extranei meliores sint. ergo magis sunt diligendi etiã ex affectu quandoque extranei, quàm propinqui.

¶ 4 Præterea. Concordia in charitate importatur, & ex charitate efficitur: sed aliquando magis concordandum est extraneis, quàm propinquis, sicut ĩ bellis magis obediendum est duci exercitus, quàm patri. ergo magis sunt diligendi extranei, q̃ propinqui.

¶ 5 Præt. Illud, qđ est debitum, præponendum est ei, quod non est debitum sed reddere retributionem beneficiorum est debitum, benefacere autem propinquis non est debitum quandoque. ergo magis benefaciendum est extraneis, quàm propinquis: & ita ad minus quantum ad effectum amicitiæ, extranei propinquis præponendi sunt. D

Determinatio authoritatum, quæ ui dentur aduersari.

QVod vero Aug. dicit pariter omnes esse diligẽdos, & pari dilectione omnibus uitam optandam, ita accipi B potest, vt paritas non ad affectum referatur, sed ad bonum quod eis optatur: quia charitatem omnibus optare debemus, ut paria bona mereantur, sicut Apostolus dicit. Volo omnes homines esse sicut me. Optanda est enim minoribus perfectio maiorum, vt ipsi fiant perfecti, & sic parem mereantur beatitudinem: uel pari dilectione. i. eadem dilectione oẽs diligendi sunt. C Item quod ait, Vt tantum diligamus fratres quantum nos, ita intelligi potest, idest, ad tantum bonum diligamus fratres ad quãtum nos, ut tantum bonum eis optemus in æternitate quantum nobis, etsi nõ tanto affectu, uel ibi quantũ similitudinis est, non quantitatis.

Quæstio de parentibus malis, & alijs bonis.

SOlet quęri si parentes nostri mali sint, vel filij, uel fratres, an magis, uel minus diligendi sint alijs bonis hac ratione nobis non copulatis. Videtur quòd magis sint diligendi boni qui nobis carne non sunt cõiuncti, quàm alij carne coniuncti: quia nobis sunt coniuncti corde glutino charitatis. Sanctior est enim copula cordium, quàm corporum. Vnde Beda de illis uerbis Domini. Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui uerbum Dei faciũt, ait. Non iniuriose negligit matrem, nec mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur: sed religiosiores monstrantur copulæ mentium, quàm corporum. Verumtamen latebrosa quæstio est hæc, nec a nobis plene absoluenda properantibus ad alia. Monemur. n. super illis uerbis; quibus inimicos nõ ex tota uirtute, non sicut teipsum iubet diligere, sed simpliciter. Sufficit enim quòd diligimus, & non odio habemus. Quod non Matth. 12.

SED CONTRA. Gala. 6. Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. ergo propinqui præferendi sunt extraneis.

Cap. 5. ¶ 2 Præt. 1. Thimo. dicitur. Qui suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. ergo magis habenda est cura propinquorum, quàm aliorum.

¶ 3 Præt. Magis homo debet seipsum diligere, quàm alios. ergo quanto aliqui sunt sibi magis propinqui, magis debet eos diligere.

In cor. pcedentis art. RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, proximos diligimus, inquantum in eis bonum nostrum per similitudinem inuenitur, loquendo de amore beneuolentię. Hæc autẽ similitudo attenditur secundum quod cum eis communicamus: E vnde & secundum diuersas communicationes diuersas amicitias Philosophus distinguit. Est enim communicatio alia quidem naturalis, secundum qđ in naturali origine aliqui communicant, & in ista communicatione fundatur amicia patris, & filij, & aliorum consanguineorum. Alia uero cõmunicatio est iconomica, secundum quam homines sibi in domesticis officiis communicant. Alia vero communicatio est politica, secundum quam homines ad conciues suos communicant. Quarta communicatio est diuina, secundum quam omnes homines communicant in vno corpore ecclesię vel actu, vel potentia: & hæc est amicitia charitatis, quæ habetur ad omnes, etiam ad inimicos. Quia ergo charitas beneuolentiam importat, quæ amicis bona optat, & operatur bonum ad ipsos: ideo secundum vnamquamque prędictarum amicitiarum amandi sunt amici quantum ad bona pertinentia ad communicationem illam, super quam amicitia fundatur: vnde ad patrem, & consanguineos amicabiliter nos habere debemus in eis quæ ad conseruationem naturæ pertinent, & ad domesticos in his quæ ad dispensationem domus pertinent. A Ad conciues in his, quæ ad ciuilem vitam spectant, sicut est simul conuersari, & morari in operibus ciuilibus. Ad omnes autem homines in his quæ ad deum spectant, vt omnibus optemus vitã ęternã, & operemur ad salutem ipsorum secũdum modum nostrum. Tamen simpliciter loquendo, secundũ illam amicitiã maior debet esse dilectio, quæ magis accedit ad id quod magis diligendum est. Maxime autem diligendus est de', & post hoc maxime debet homo seipsum diligere, vt dictum est. In cor. pcedentis art. Et quia vltima dictarũ amicitiarũ, scilicet charitatis, magis appropinquat ad dilectionem dei; ideo si ab illa priores amicitię separentur, potior simpliciter esset ipsa sine alijs, quàm aliæ sine ipsa: non autem separantur quantum ad aliquem, qui in hac vita viuat, sed post mortem separantur ab amicitia charitatis damnati. Vnde plus debeo diligere hominem christianum, quàm patrem meum infidelem defunctum, simpliciter loquendo: quàmuis liceat secundum affectum naturalem in illud magis ferri, quod magis secundum naturam, nobis coniunctum est. Prima amicitia magis proxima est ei, qua aliquis seipsum diligit, quàm secunda, & secunda quàm tertia, tertia simpliciter, quàm quarta tantum. Et ideo Ambro. hunc ordinem dilectionis ponit, vt primo diligantur consanguinei, ad quos habetur prima amicitia. Secundo domestici, ad quos habetur secunda, quantum ad illos qui nobiscum in domo conuersantur. Et tertia quantum ad illos, qui nobis in ciuilibus, & honestis actibus familiares sunt. Tertio inimici, ad quos solum quarta amicitia habetur, & hoc intelligendum est simpliciter loquendo. Sed secundum quid potest ordo iste mutari, vt scilicet magis amicabiliter me habeam ad familiarem, qui mihi conuenit in operibus honestis quãtum ad societatem in istis, quàm ad patrem qui in istis non communicat, & sic est intelligendum de aliis. Super. 1. cãticorũ c. 1. ordinauit ĩ me charitatem.

œconomica domestica.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd amicitia politica fundamentum habet communicationem in honestis operibus, in quibus simul aliqui conuersantur: sed amicitia naturalis habet fundamentum communicationem naturalem, & hæc communicatio propinquior est illi, qua homo sibi communicat. Vnde sicut homo simpliciter se ipsum debet magis diligere quo ad naturam, etiam si malus sit, quàm alium bonum: ita etiam naturam patris sui magis diligere debet, simpliciter loquendo, quàm alium bonum, non quidem inquantum malus, sed ad hoc vt bonus sit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc deo conformamur, quòd diligimus eos magis, qui nobiscum magis communicant, sicut & ipse eos, qui secum magis communicat, magis diligit: quàmuis non sint idem qui nobiscum, & cum eo magis communicat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in illis quæ non pertinent ad communicationem naturalem, quam cum patre, uel consanguineis habemus, non oportet q; magis consanguineis benefaciamus, sed illis qui magis cõiuncti sunt nobis s̃m illã communicationem, ad quam illa bona pertinent: & ideo be-

neficia ecclesiastica non sunt danda magis consanguineis, sed eis qui magis sunt idonei ad regimen ecclesiæ: quia illi quantū ad hoc ꝙ dispensatores diuinorum sumus, magis nobiscum communicat. Sed de patrimonio proprio, & de his, quæ homo proprio, & licito lucro acquirit, potest benefacere consanguineis potius, q̃ alijs, & debet, nisi ex alia parte sit aliquid, quod præpōderet, vt indigentia, vel vtilitas.

¶ Ad quartum patet solutio per iam dicta: quia ad vnūquēque magis amicabiliter nos debemus habere in eis, quæ ad communicationem illam pertinēt, secundum qđ amicitia nobis iunguntur.

¶ Ad quintum dicendū, quòd in his quæ ad cōseruationem naturæ pertinent, magis sum⁹ debitores parētibus, a quibus naturam accepimus, quàm aliquibus alijs & consanguineis consequenter: & ideo magis liberare debemus patrem a morte, quàm extraneum, etiam si ille nos in casu simili liberasset. Sed in alijs beneficiijs possumus nos quādoque magis amicabiliter habere ad extraneos, quàm ad propinquos.

ita est accipiendum, quasi sufficiat tibi diligere inimicum, & non sicut teipsum: quia omnes & amicos, & inimicos sicut teipsum diligere debes: sed ad ostendendum gradus diligendi Deum, & proximum, & inimicum, qui tamē proximus est: quia Dominus ponit cum ait, Diliges Deum ex tota uirtute, & G proximum tuum sicut teipsum, nō ait, Ex tota virtute, ut ostendat proximum diligendum minus quàm Deum. Dicit etiam, Diligite inimicos uestros, nec addit, Ex tota uirtute; nec, Sicut teipsum, sed simpliciter. Sufficit enim ꝙ diligimus, & nō

ARTICVLVS VII.

Vtrum pater sit maxime diligendus, uel filij, uel benefactores, uel seipsum debeat diligere, uel uxorem, uel fratres, uel matrem.

22.q.26.10 AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ pater non sit maxime diligendus. Effectus enim affectui respondet, & ipsum demonstrat: sed magis ostendere debemus effectum amoris filijs, quàm patribus. non.n.filij debent parentibus thesaurizare, sed ecōuerso. 2. Corin. c. 12. ergo filij magis amandi sunt, q̃ parentes. Cap. 12.

¶ 2 Præt. Charitas ordo naturæ ordini non repugnat, cum charitas naturam non destruat, sed perficiat: sed naturaliter homo plus diligit filium, quàm patrem. Sicut etiam naturaliter plus diligit beneficians beneficiatum, quàm econuerso, inquātum relucet in eo suum bonum magis, vt dicitur in 9. ethi. ergo & secundū charitatem filij parētibus sunt magis amādi. Cap. 8.

¶ 3 Præt. Vnusquisque debet seipsum plus diligere, quàm aliquem alium post deum: sed vxorem debet homo diligere sicut seipsum, cum sit vnum corpus cum ea. ergo debet vxorem magis quàm alium aliquem diligere.

¶ 4 Præt. Magis debemus diligere eos, qui nos magis diligunt: sed matres magis diligunt filios quàm patres. ergo & filij magis debent diligere matres quàm patres.

¶ 5 Præt. Similitudo est causa amicitiæ: sed filiæ magis similantur matribus quàm patribus. ergo ad minus filiæ debent plus amare matres quàm patres, & sorores quàm fratres: & ita ordo qui in litera ponitur, non est vniuersalis.

¶ 6 Præt. Fratres Petri sunt propinquiores patri eius, quàm filij sui. si ergo pater esset super omnes alios diligendus, fratres essent magis diligendi, quàm filij: cuius contrarium in litera dicitur.

SED CONTRA. Super omnia debemus diligere deum: sed amor quē habemus ad patrem, magis similatur amori quē habemus ad deum, qui est pater noster. ergo patrem super omnes alios magis debemus amare.

Cap. 10 & 8. ¶ 2 Præt. Ille cui nūquàm sufficienter potest retribui, maxime est amandus: sed sicut dicit Philosophus in 8. ethi. numquàm sufficiēter possumus retribuere patribus, a quibus esse, nutrimentum, & disciplinam accepimus. ergo maxime inter proximos debemus patrem amare.

¶ 3 Præt. Quanto maior est amor, tāto firmior est: sed amor filij ad patrem est firmior, quàm econuerso, quia filii non possunt abnegare parētes, sicut possunt patres filios abnegare, & eos propter aliquod crimē accusare, & expellere a se, ut dicitur 8. ethi. ergo magis diligendi sunt patres, quàm filij.

F RESPON. Dicendum, quòd amicitia propinquorum, vt dictum est, fundatur super communicatione naturali. Omnis autem communicatio naturalis fundatur super originem, secundum quam est pater, & filius. Fratres enim dicuntur aliqui in hoc, quòd ab eodem patre nascuntur, & sic deinceps: In ora. ced. c.

odio habemus. i. sufficit dicere, ut diligamus, ut nō odio habeamus: nō quin eos diligere debeamus sicut nos, quia proximi sunt: sed sufficit si eos minus diligimus, quàm alios proximos, quod dilectionis genus innuit.

Quæstio Augustini in libro Retractationum.

QVæri etiam solet, cur Dominus præceperit diligere inimicos, cū alibi præcipiat odio habere parētes, et filios. Ad qđ dicēdū est, duo eē diligēda in

vnde tota amicitia propinquorū fundatur super amicitia patris ad filiū, & ideo hæc amicitia est maior, quàm aliqua alia propinquorū. In hac autē amicitia quodāmō filij præponuntur parētibus, quodāmō parentes filijs, secundū duplicem modum amoris. Amatur enim aliquid vt res distincta, sicut amo hominem: & aliquid vt alterius existēs, sicut amo manum meā, vel aliud mēbrum vno amore, quo amo meipsum. Loquendo ergo de amore alicuius rei in se, sic magis amantur parentes, quàm filij: loquendo autem de amore, quo aliquid amatur in altero, sic filij magis diligun tur, quàm parentes. Cui⁹ ratio est, quia vnumquodque tanto magis diligitur, quanto nobis magis propinquum est. Propinquius autem est aliquid alicui, quod habet ordinem essentialē H ad illum, quàm quod accidentaliter ad ipsum ordinatur. Causa autem essentialis est effectui sicut genus speciei, sed effectus ad causam accidētaliter se habet, quia sequitur esse eius sicut species ad genus, nisi effectus sit aliquid causæ: quia sic effectus comparabitur ad causam per modum partis integralis, quæ est actu & essentialiter in toto: secundū autem quod est aliquid causæ, non est distinctum ab ea, sed est vnum cū ipsa. Considerando ergo patrem & filium vt sunt quædam psonæ in se distinctæ, sic pater magis amatur cum sit causa, quàm filius qui est effectus. Sed quia filius est quædam res patris, & non econuerso, ideò diligitur filius alia dilectione, inquantum res patris est, vt membrum diligentis ipsius. Vnde Philosophus dicit, ꝙ illud quod est ex aliquo genitum, est propinquius, sicut membrum, puta pes, vel dens. Et quia hoc modo quasi vna dilectione diligitur cum illa, qua aliquid seipsum diligit: ideo secundum hoc filius magis quàm pater diligitur. Et secundum hanc viam assignat Philosophus tres rationes quare filij magis diliguntur parētibus. Prima est, quia I filij sunt sicut membrum patris, vnde aliquis diligit filium sicut seipsum. Secundo, quia patres sciunt magis aliquos esse suos filios, quàm econuerso. Tertio, quia bonum patris in filio refulget, sicut bonum causæ in effectu: vnde naturaliter quilibet artifex diligit opera sua sicut filios. Sed quia amor, quo diligitur aliquid in seipso, magis habet de ratione beneuolentiæ, quæ est principiū amicitiæ, & radix: ideo amicitia magis habet ad p̄rem, q̃ ad filiū, & charitas similiter, q̃uis aliquo mō amor sit magis ad filium. Quidā aūt dicunt ꝙ magis amatur filij affectu naturali, sed patres affectu charitatis. Sed hoc non placet mihi, quia nihil naturalium inordinatum est: esset autem inclinatio inordinata, si inclinaret in diligendum magis, quod minus diligendum est. Vnde charitas ordinem naturæ non mutat, sed perficit. 8. eth.

K ¶ 2 Præt. In quibusdam homo magis inclinatur naturaliter ad amorem patris, quàm ad amorem filij: sicut homo facilius expellit a se filium, quàm patrem, quem nō expellit, nisi pp̄ter abundantē malitiā, ut Philosophus dicit in 8. ethi. Similiter ēt quædā alia inclinant magis ad parētes, q̃ ad filios inclinatione naturali: quibusdā, sicut narrat Basi. in hexamerō. li. 8. de ciconijs, quæ parentes suos ętate confectos fouent plumis, alimenta ministrant, & in volatu supportant: vnde cōstat quòd etiam secundum naturalem inclinationem, & secundum charitatem distinctione opus est. Cap. 11. Homil.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ pater causa est filij, causæ aūt est influere in causatū, & non econuerso. Vnde amor naturalis ad filium attenditur secundum inclinationem naturalē affectus ad benefaciendū sibi: sed amor filij ad patrem, attenditur secundum inclinationem naturalē ad subiiciendū se ei, & hæc inclinatio non est minor quàm prima, immo maior. Vnde maiorem malitiam oportet aduenire ad hoc, quòd homo auertatur ab ista inclinatione, quàm a prima. Quàmuis A autem aliquādo in casu pater sit inferior filio, inquantum indiget auxilio eius. Hoc tamē non conuenit patri, inquantum pater est: quia inquantum pater est, semper est superior, & causa. Et ideo quia natura semper inclinat ad illud quod semper est, & per se, non ad illud quod accidit ī casu: ideo non est tanta inclinatio naturalis ad benefaciēdum patri, sicut ad benefaciendū filio. Sed hanc inclinationem facit ratio, quę in hominibus supplet illud, ad quod natura non sufficiebat. In aliis autem animalibus, in quibus hoc frequenter contingit, quòd patres propter senectutem indigent filiorum auxilio, quia rationem nō habent, indidit natura inclinationem filiis, vt patribus prouiderent, sicut econuerso, vt dictum est de ciconiis.

homine, naturam & virtutem, vitia vero & peccatum esse odiendū. Et parentes ergo inquantum mali sunt, odiendi sunt: & inimici diligendi inquantum homines. Diligamus ergo inimicos lucrandos regno Dei, & odiamus vitia in ꝓpinquis, quæ nos impediunt a regno Dei: & in omnibus communiter naturam diligamus, quam B Deus fecit.

Sup. in corpo. in fine. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de amore filii secundum quod diligitur vt bonum patris. Sic enim beneficiatum naturaliter plus diligitur, quàm beneficians, inquantum est factura benefacientis, quia relucet in eo opus suum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vxor in actum generationis assumitur: vnde videtur in eodem gradu ponenda esse, quantum ad amorem beneuolentiæ, cum filiis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd matres naturaliter plus diligunt filios, quàm patres propter tres rationes. Primo, quia magis laborant in eorum generatione, vnde ponunt magis ibi de suo. Secundo, quia magis sciunt, ꝙ sunt sui filij, quàm patres. Tertio, quia statim natos secum tenent, & nutriunt, non au- C tem patres. Sicut & cōsanguineos, cum quibus conuersati sumus, magis diligimus: quia amicitiæ naturali adiungitur amicitia socialis: & hoc totum redit ad hoc, quòd plus de suo ponit mater in filio, quàm pater: sed plus de eo, quod est filij ponitur a patre, quàm a matre, quia pater dat formam, & mater dat materiam: & ideo naturaliter homo plus diligit patrem, & consanguineos ex parte patris, quàm ex parte matris.

¶ Ad quintum dicendū, quòd filia in his quæ ad perfectionem pertinēt, quæ ipsa magis in se diligit, plus similatur patri, q̃ matri: sed in his quæ pertinent ad defectus, plus similatur matri, quàm patri, & hoc non est dilectionis ratio: & ideo etiam homo plus diligit naturaliter fratres, quàm sorores, inquantum perfectius imitantur patrem, quàm sorores.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quāuis fratres sint propinquiores patri, tamen filij sunt propinquiores nobis. Nos autem de- D bemus nosipsos magis diligere, quàm patres: & ideo magis filios, quàm fratres diligimus.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum gradus charitatis conuenienter distinguantur.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter distinguātur isti gradus charitatis. Quia perfectio charitatis consistit in hoc, quòd deus ex toto corde diligatur: sed d. 17. q. 3. 2 hoc non est possibile in via, vt supra dictum est. ergo charitas in via non potest esse perfecta.

¶ 2 Præt. Illud quod est semper in augeri, non potest esse perfectum: sed charitas quandiu in hac vita sumus, semper potest q. 1. artic. 1. corp. augeri, vt in 1. lib. di. 17. dictū est. ergo non potest esse perfecta.

¶ 3 Præt. In quolibet motu possunt accipi infinita media inter primum & vltimum: sed charitas incipiens est quasi princi- E 11. q. 17. 5. piū motus: terminus autem perfectio charitatis est. ergo possunt infiniti gradus assignari.

¶ 4 Præt. Quando incipit, etiam est proficiens. ergo non debet distingui proficiens ab incipiente.

Verit. q. 3. 10. 11. SED CONTRA. Vita spiritualis similatur vitæ naturali: sed in profectu naturalis vitæ assignantur determinati gradus ætatum. ergo & in charitate secundum quam est spiritualis vita animæ, debent determinati gradus assignari.

II In Epistol. 253. ad Abbatem Garnū Alpensem. VLTERIVS. Videtur quòd omnes teneantur ad charitatem perfectam. Quia stare in via dei, vt dicit Bernar. retrocedere est: sed omnis qui procedit in via dei, ad perfectionem tendit. ergo omnes tenentur ad perfectionem charitatis tendere.

¶ 2 Præt. Quilibet tenetur magis diligere proximum, quàm A corpus proprium: sed ponere vitam corporalem pro fratribus est perfectæ charitatis. ergo quilibet tenetur ad perfectam charitatem.

¶ 3 Præt. Illi qui negauerunt deum propter timorem mortis, a peccato non excusantur: sed non peccassent, nisi tenerentur ad hoc. ergo quilibet tenetur ad moriendum pro Christo, quod est perfectæ charitatis.

¶ 4 Præt. Philosophus dicit in 8. eth. quòd in honoribus q sunt ad parentes, & ad deū non possum⁹ reddere æquiualens: sed iustitia attenditur in hoc, ꝙ reddit aliis quod potest, sed ad opus iustitiæ omnes tenentur. ergo quilibet debet pro deo facere totum quod potest: potest autem ad opera perfectionis se extendere. ergo tenetur ad illa. Cap. 10. Sup Epist. Io. tract. 5. ante med.

b De gradibus charitatis.

SCIENDVM quoque est diuersos esse gradus charitatis. Est enim charitas incipiens, proficiēs, perfecta, & perfectissima. Vnde August. Perfecta charitas hæc est, ut quis paratus sit pro fratribus etiam mori. B Sed numquid mox ut nascitur, etiam prorsus perfecta est? immo

SED CONTRA. Quilibet peccat omittens id, ad quod tenetur. si ergo omnes tenentur ad perfectam charitatem, omnes imperfecti damnarentur, quod falsum est.

VLTERIVS. Videtur quòd habentes charitatem perfectam teneātur ad omnia quæ sunt perfectionis, quia sicut dicit Gregor. cum crescunt dona, rationes etiam crescunt donorum. Et Luc. 12. dicitur. Cui plus committitur, plus ab eo exigitur: sed ei qui habet perfectam charitatem plus committitur. ergo & plus tenetur secundum exigentiam doni accepti, & ita videtur quòd teneatur ad ea quæ perfectionis sunt. III Hom. q. super Matth. in princ.

C ¶ 2 Præt. Sicut se habet imperfectus ad communia, ita se habet perfectus ad ea quæ perfectionis sunt: sed imperfectus tenetur ad communia. ergo & perfectus ad ea quæ perfectionis sunt.

¶ 3 Præt. Apostolus tenebatur ad euangelizandum, quia dicit 1. Corinth. 9. Si non euangelizauero, uæ mihi est: necessitas enim mihi incumbit, quod est perfectionis, non nisi quia habebat perfectam charitatem. ergo illi qui habent perfectam charitatem, tenentur ad ea quæ perfectionis sunt.

SED CONTRA. Quanto aliquis plus habet de charitate, plus habet de libertate: quia vbi spiritus domini, ibi libertas, 2. Corinth. 3. sed perfectam charitatem habens potissime habet libertatem. ergo minus habet de obligatione. ergo obligatus est ad minora quàm alij.

¶ 2 Præt. Perfectionis est in lingua non offendere, & peccata venialia vitare: sed hoc nullus facit, etiam apostoli. ergo perfecti D non obligantur ad ea quæ perfectionis sunt.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut in augmento corporali distinguuntur diuersæ ætates, secundum diuersos effectus notabiles, in quos natura proficit, quos prius exercere non poterat: ita etiam in augmento spirituali assignantur gradus diuersi charitatis, secundum aliquos notabiles effectus, quos in habente charitatem charitas relinquit. Primus ergo effectus charitatis est, vt homo a peccato discedat: & ideo mens charitatem habentis in primis circa hoc maxime occupatur, vt a peccatis præteritis emundetur, & á futuris præcaueat: & quantum ad hunc effectum dicitur charitas incipiens. Secundus effectus est, vt iam fiduciam de liberatione peccatorum habens in bonum adipiscendum se extendat: & quantum ad hunc effectum dicitur charitas proficiens, non quin in aliis statibus proficiat, sed quia in hoc statu præcipua cura est de adipiscendis bonis, dū homo semper ad perfectionem anhelat. Tertius effectus est, vt homo iam ad ipsa E bona, quasi connutritus quodāmodo sibi naturalia habeat ipsa, & in ea quiescat, & delectetur: & hoc ad perfectam charitatem pertinet. Status autem medius duo habet. Vnum secundum quod cōparatur ad primum statum, quia roboratur contra mala, de quibus charitas incipiens sollicita est. Aliud quod nutritur secundum quod tendit in statum tertium semper magis ac magis bona quasi sibi incorporando. Similiter etiā perfecta charitas duos habet gradus. Vnus est secundum quod in bonis communibus quasi iam secura conquiescit: & secundum hoc dicitur perfecta. Alius secundum quod ad quælibet difficilia manum mittit: & secundum hoc dicitur perfectissima, vel perfecta quantum ad statum viæ, perfectissima quantum ad statum patriæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd præceptum illud quodammodo seruatur in via, quantum ad perfectionem viæ quodam-

quodammodo in patria, quantum ad perfectionem patriæ.
¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis charitas semper augeatur, quantũ ad intensionẽ circa eosdẽ effectus; nõ tñ augetur, vt addantur ei aliqui notabiles effectus, qui prius non fuerunt.
¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis possint accipi infinita media, nõ tamen habent notabilẽ diuersitatem.

ut perficiatur, nascitur, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cũ fuerit roborata perficitur, cum ad perfectionem uenerit, dicit, Cupio dissolui &c. Hic aperte progressus & perfectio charitatis insinuatur, quam perfectionem etiam ueritas commendat dicens. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quod dictum utiq; est de opere dilectionis: quia maior dilectiõis effectus nõ est, quàm ponere animam pro aliis. Nec te moueat quod ait, pro amicis. Qui enim ponit animam pro amicis, & pro inimicis ponit, ad hoc ut & ipsi fiant amici. Ioan. 14.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd quàmuis incipiens proficiat, magis tamen occupatur mens eius circa remotionẽ malorum, quàm circa profectum in bona: & ideo non dicitur proficiens quãtum ad statũ, qa moralia denominantur a fine.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd quantitas charitatis dupliciter potest attendi. Vno modo, secundum intensionem charitatis. Alio modo, secundum obiecta, sicut est etiam de quantitate cuiuslibet virtutis vel moralis, vel naturalis: & secundum hoc etiam potest attendi duplex perfectio charitatis, vna secundũ intensionem, scilicet vt perfecte diligat: alia secundum obiecta, vel effectus vt perfecta faciat. Vnaquæque autem harum perfectionum potest dupliciter attendi in charitate: habet enim perfectionem quantum ad esse suum, secundum quòd est perfecta in specie sua, & hæc est perfectio sufficientiæ, & ad hanc omnes tenemur, sicut ad charitatem: quia charitas habet quantitatem determinatam vtroque modo, citra quam non porrigitur, & in hoc stat perfectio essentialis ipsius. Habet etiam perfectionem quantum ad bene esse, & in hac perfectione distinguendum est: quia ad perfectionem quæ est per intensionem tenetur tendere, quàmuis non teneatur eam habere. Sed ad perfectionem quæ est secundum obiecta, non tenetur simpliciter quis neque tendere, neque eam habere: sed tenetur eam non contemnere, nec contra eã se obfirmare. Et ratio est, quia præmium essentiale, ad quod tẽdere tenemur, mensuratur secundum intensionem charitatis, non secundum magnitudinem factorum, quia deus magis pensat ex quanto, quàm quantum fiat: sed tamen tenetur in casu ad aliqua opera perfectionis operibus similia, vt dicetur. q.seq.corp.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd intelligitur de profectu, qui est secundũ intensionem, in quem debet homo semper conari.
¶ Ad secundum dicendum, quòd cum scimus fratrem posse liberari per mortem corporis a morte animæ sine periculo animæ nostræ, tunc tradere animam pro fratribus non est perfectionis, sed necessitatis, alias autem est perfectionis.
¶ Et similiter dicendum ad tertiũ, quòd perfectionis est, quòd homo persecutoribus se offerat, quando incũbit periculum fidei, sed quòd comprehensus non neget, hoc necessitatis est.
¶ Ad quartum dicendum, quòd in illis quæ non sunt determinata ad vnũ, non potest tota potentia obligari ad aliquid vnũ, quia periret ratio contingentiæ, secundum quam aliquid deficere potest in minori parte. Cũ ergo homines in statu isto nõ habeant liberum arbitrium determinatum, nõ exigitur quòd totum posse expendatur in seruitium Dei: hoc enim erit in patria, quando iam defectus incidere non poterit: sed sufficit quòd nihil de posse nostro contra deum expendamus, & illa quæ nobis determinata sunt faciamus, alias periret ratio nostri status. Vnde sicut deus non exigit a nobis, quantum ipse dedit nobis, quia non possumus: ita non exigit a nobis quantum possumus, quia hoc esset contra rationem nostri status.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd habens charitatem perfectam potest intelligi dupliciter. Vno modo, quantum ad perfectionem charitatis, quæ est penes obiecta: sicut dicuntur perfecti illi quibus competit opera perfectionis facere vel ex voto, sicut religiosis: vel ex officio, sicut prælatis, & sic ex debito non tenentur tales perfecti ad quæ alij non teneantur nisi ad illa quæ vouerunt, vel quæ officio suo sunt annexa: vnde nec prælati, nec religiosi tenentur ad omnia cõsilia. Alio modo, quantum ad perfectionem charitatis, quę est secundum intensionem, sicut aliquis sæcularis laicus feruens in charitate: & talis non obligatur ad opera perfectionis nisi sicut alij, sed obligatur ad intensius deum diligendum pro bonis acceptis, & ad hoc ex habitu charitatis perfecto inclinatur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd tenetur ad plus & perfectius agendum, sed non ad opera alia facienda ex cõmisso, quàmuis alius forte plus teneatur ex dimisso. Sed commissum multo maius est quàm dimissum, quia bonũ est magis bonum quàm malum sit malum: tamen ille qui est debitor ex dimisso, tenetur ad aliqua, ad quæ iste nõ tenetur, sicut ad satisfaciendum.
¶ Ad secundum dicendum, quòd illa ratio falsũ supponit, nisi intelligatur de perfectis qui vouerunt aliqua perfectionis opera, ad quæ tenentur præ aliis.
¶ Ad tertium dicendum, quòd Paulo competebat hoc propter officiũ prælationis. Sciendum tamen quòd ratio facta ad oppositum, minus concludit, quia perfecti non minus tenentur, sed minus ex debito mouentur: quia amor magis eos quàm debitum mouet, etiam in his quæ debent: & quantum ad hoc dicitur maior in eis esse libertas.

DISTINCTIO XXX.

A

Si melius est diligere amicos, quàm inimicos, & econuerso.

Hic solet quæri, quid potius sit, plurisque meriti diligere amicos, an diligere inimicos: sed hæc comparatio implicita est. Si enim conferatur dilectio amicorum tantum dilectioni amicorum & inimicorũ, perspicua est absolutio. Sed si in aliquo vno homine, qui diligit simul amicum & inimicum, quid horũ potius sit quæratur, obscura est responsio: quia de motu mentis id agitur, de quo non est nobis facile

EXPOSITIO TEXTVS.

Mvltorvm *charitas inordinata est.* Charitatem hic large pro dilectione, vel amicitia ponit. *Qui si boni sint, malis filijs præponendi sunt.* Non in illis quæ ad naturalem communicationem pertinent: sicut est hæreditatis dimissio, educatio, & huiusmodi, nisi forte superabundans malitia filiorum eos indignos paterno beneficio faciat. *Perfecta charitas est, vt quis sit paratus pro fratribus mori.* Contra. Imperfectus non est paratus pro deo mori. ergo perfectus magis diligit proximum, quàm imperfectus deum. Et dicendum, quòd hoc contingit ex hoc, quòd perfectus minus amat vitam corporalem, quàm imperfectus. Et iterum perfectus hoc facit ex superabundantia diuinæ charitatis. Non enim potest esse, vt aliqua charitas tantum diligat proximum, quantum aliqua Deum. Sed hæ duæ dilectiones non sunt nisi vnius generis: sed vna est vt finis & causa diligendi, alia vt eius quod est ad finem, & vt eius quod rationem diligendi ex alio sortitur, vnde non sunt comparabiles. *Cum ad perfectionem peruenerit.* Instantiam videtur habere in Beato Petro, cui dominus dixit. Extendes manum tuam, & alius ducet te quo tu non vis. *Et in Beato Martino*, qui viuere non recusauit. ¶ Ad primum igitur dicendum, quòd illud intelligitur de voluntate naturali: hoc autem de voluntate rationis. ¶ Ad secundum dicendum, quòd perfecta charitas, inquantum habet aliquid de amore concupiscentiæ, sic vult potissime frui deo: sed secundum quòd consistit principalius in beneuolentia, sic facit appetere id quod est Deo placitum, & secundum hoc loquebatur Beatus Martinus. De augmento autem charitatis, dictum est in 1. libro.

DIVISIO TEXTVS.

Postqvam determinauit magister de ordine charitatis respectu diuersorum diligendorum quantum ad quantitatem dilectionis, hic determinat ordinem, quantum ad efficaciam merendi. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima, prosequitur suam intentionem. In secunda, mouet quandam dubitationem ex dictis, ibi, *Illud vero quod sequitur.* Prima in duas. In prima, ponit quæstionem. In secunda, determinat eam, ibi. *Sed hæc comparatio.* Et circa hoc tria facit. Primo, determinat quæstionem. Secundo, obiicit in contrarium, ibi. *August. tamen sentire videtur &c.* Tertio soluit, ibi. *Quod si quis simpliciter. Illud vero quod sequitur &c.* Hic tria facit. Primo, ponit dubitationem. Secundo, ponit quandam falsam solutionem, ibi. *Quidam quod hic dicitur &c.* Tertio, ponit opinionem propriam, ibi. *Sed melius est ut intelligatur.*

QVAE-

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum omnes diligere teneantur inimicos.
¶ Secundo, Vtrũ teneantur eis signa dilectionis exhibere.
¶ Tertio, Quid maioris meriti sit diligere inimicum, vel diligere amicum.
¶ Quarto, Quid sit maioris meriti, diligere deũ, vel proximum.
¶ Quinto, Vtrum tota virtus merendi penes charitatẽ consistat.

iudicium, an vnus & idem motus sit erga amicum & inimicum, sed erga amicum intensior: an duo, vnus erga inimicum, qui dicitur difficilior: alter erga amicum, qui videtur feruentior. Nec incongrue putatur melior, qui est feruentior. Vel si unus idemq; est, inde potior ubi est ardentior, nõ improbe æstimatur. Aug. tamen sentire uidetur maius esse diligere inimicũ quàm amicũ, quia perfectorum esse dicit diligere inimicos, & benefacere eis: neque hoc a tanta multitudine in plurali, quãta exauditur in oratione dominica cum dicitur. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Matth. 6. Illã enim sponsionẽ dicit a multis impleri, qui nondum diligunt inimicos. Ait enim sic. Magnum est erga eum qui tibi nihil mali fecerit esse beneuolum, uel beneficum. Illud multo grandius, & magnificentissimæ bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas: & ei

Articvlvs primvs.

Vtrum omnes teneantur diligere inimicos.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd non omnes teneantur ad diligendum inimicos. Matth. 5. Diligite inimicos vestros, dicit glo. Hoc perfectorũ est: sed ad ea quæ sunt perfectionis non omnes tenẽtur, vt supra dictũ est. ergo nõ tenentur oẽs inimicos diligere.
¶ 2 Præt. Non tenentur ad plura homines in noua lege, quàm in veteri, vt patet. Matth. 14. super illud. Acceptis quinque panibus &c. dicit glo. Non alia quàm quæ scripta erant prædicant, sed legem & prophetas grauia esse demonstrat: sed in veteri lege non tenebantur homines ad diligendum inimicos, Matth. 5. Dictum est antiquis, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. ergo nõ tenemur ad dilectionem inimicorũ.
¶ 3 Præt. Natura non inclinat in aliquid contrarium charitati: sed omnis natura inclinat in detestationem contrarij. cum ergo inimicus inquantum huiusmodi, sit contrarius nobis, videtur quòd non teneamur ex charitate inimicos diligere.
¶ 4 Præt. Illos quibus optamus, & de quorum malis gaudemus, non diligimus: sed licet optare mala inimicis, & de eorum malis gaudere. Vnde in scriptura sacra frequenter ponuntur imprecationes contra inimicos: & in consolationem fidelium inducitur hostium destructio. ergo non tenemur inimicos diligere.
¶ 5 Præt. Charitas facit voluntatem hominis voluntati diuinæ conformari: sed deus odit aliquos, sicut dicitur Malach. 1. Esau odio habui. ergo licet inimicos odio habere.
¶ 6 Præt. Hoc videtur expresse in psal. 138. Perfecto odio oderam illos: sed omnis perfectio ex charitate est. ergo charitas facit inimicos odire non solum quòd non faciat eos diligere.

Sed contra. Leui. 19. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.
¶ 2 Præt. Prou. 24. Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas.
¶ 3 Præt. Charitas attendit in homine imaginem dei, secundũ quam possibiles sunt ad communicandum nobiscum in vita gratiæ, vt supra dictum est: sed hoc inuenitur in inimicis. ergo tenemur diligere inimicos ex charitate.

Respon. Dicendum, quòd secundum hoc tenemur aliquem diligere, secundum quod nobiscum aliquam communicationem habet. Inimicus autem noster habet quandam nobiscum communicationem in natura, secundũ quam est possibilis ad communicandum nobiscum in diuina vita: & ideo in his quæ pertinent ad naturam suam, & ad gratiam habendam debemus eum diligere: sed inimicitiam suam quam aduersus nos habet, non debemus diligere: quia secundum eam nobiscum non communicat, nec etiam sibiipsi, sed magis contrariatur: sicut etiam de alijs peccatis dictum est.

Ad primvm ergo dicendum, quòd diligere inimicos quantum ad ostensionem signorum beneuolentiæ, hoc perfectionis est, & ad hoc non omnes tenentur: sed quòd homo inimico suo optet gratiam dei & vitam æternam, quod specialiter charitas respicit, hoc necessitatis est.
¶ Ad secundum dicendum, quòd in veteri lege etiam homines tenebantur ad dilectionem inimicorũ, sicut patet per auctoritatem Leuitici inductam. Vnde quod dicitur, Odio habebis inimicum tuum, non est ex lege sumptum, quia nusquàm hoc in litera inuenitur: sed est additum ex praua interpretatione Iudæorum, qui ex quo præcipiebatur dilectio proximi, cõcludebant quòd inimici essent odiendi. Additum autem est consilium in noua lege de ostensione signorum beneuolentiæ ad inimicum.
¶ Ad tertium dicendum, quòd natura inclinat ad odiendum inimicum nõ inquantum est similis secundum cõuenientiam in natura, aut in perceptibilitate gratiæ, sed inquantum est dissimilis: hoc aũt contingit inquãtum est inimicitias exercẽs, quod summopere nobis displicere debet.
¶ Ad quartum dicẽdum, quòd charitas attendit ad quædã bona per se, scilicet ad bona gratiæ: ad quędam autem per accidens inquantum ad ista ordinantur. Bona autem temporalia, quæ per accidens charitas attendit, & ex cõsequenti possunt se inuicem in diuersis impedire, quia prosperitas vnius inducit aduersitatem alterius, unde quia charitas ordinem habet, & plus debet diligere quisque se quàm alium, & propinquos quàm extraneos, & amicos quàm inimicos, & bonum commune multorum, quàm bonum priuatũ vnius, potest aliquis salua charitate optare malum temporale alicui, & gaudere si contingit non inquantum est malum illius, sed inquantum est impedimentum malorum alterius, quem plus tenetur diligere, vel communitatis, aut ecclesiæ. Similiter de malo etiam eius qui in malum temporale incidit, secundum quod per malum pœnæ impeditur frequenter malum culpæ eius: sed bona gratiæ mutuo se non impediunt, quia spiritualia bona a pluribus integre possideri possunt. Et ideo quantum ad hoc, nullus salua charitate potest malum alteri optare, vel de malo gaudere, nisi inquantum in malo culpæ, vel damnationis alicuius relucet bonum diuinæ iustitiæ, quod plus tenetur diligere, quàm aliquem hominem. Sed hoc non est per se de malo gaudere, sed de bono quod adiunctũ est malo.
¶ Ad quintum dicendum, quòd deus etiam non vult malum alicuius loquendo de malo culpæ: sed permittit, & hęc permissio bona est. Malum autem pœnæ cuius ipse est actus vult non inquantum malum, quia non delectatur in pœnis, sed inquantum iustum.
¶ Ad sextum dicendum, quòd non oderat eos perfecto odio nisi inquantum deo inimici erant: hoc autem est inquantum peccabant. vnde non odiebat in eis quos perfecto odio oderat, nisi peccatum.

Articvlvs II.

Vtrum omnes teneantur ostendere inimicis signa charitatis.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd omnes teneantur ad ostẽdendum signa amicitiæ inimicis. Signa enim amicitiæ sunt præcipue beneficia ad amicos: sed homo tenetur benefacere inimicis. Prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. ergo tenetur ostendere signa amicitiæ ad inimicos. 22.q.24.9.
¶ 2 Præt. Ecclesia orat pro inimicis, vt patet per glo. Matth. 5. & in collecta, Pietate tua, vbi dicit, amicis & inimicis nostris veram charitatem largire: sed oratio est præcipuũ beneficium quod alicui impendi potest. cum ergo actus ecclesiæ cuilibet membro ecclesiæ conueniat, videtur quòd quilibet qui est membrum ecclesiæ, teneantur inimicis beneficus esse.
¶ 3 Præt. Nullus debet habere simulatam dilectionem: sed dilectio quæ non ostendit se in opere, non est vera dilectio: quia probatio dilectionis est exhibitio operis, vt Gregorius dicit, & 1. Ioan. 3. dicitur. Non diligamus lingua & verbo, sed opere & veritate. ergo cum quilibet debeat inimicum diligere, quilibet tenetur opera dilectionis ad illum extendere. In homil. Pent.
¶ 4 Præt. Simul Matth. 5. præcipitur diligere inimicos, & benefacere eis. ergo eadem ratione homines obligantur ad vtrumque: sed ad primum omnes tenentur. ergo & ad secundum.
¶ 5 Præt. Abnegare homini signa familiaritatis, & sua beneficia

ficia quædam vindicta est: sed homo tenetur non se vindicare, sicut patet Rom. 12. Non vosmetipsos vindicantes. ergo tenetur non subtrahere sua beneficia inimicis.

SED CONTRA. Matth. 5. dicit Glo. quòd benefacere inimicis, & orare pro eis est cumulus perfectionis: sed ad illa quæ sunt pfectionis non omnes tenentur. ergo neq; ad præstandum inimicis beneficia.

¶ 2 Præt. In veteri lege frequẽter filijs Israel præceptũ fuit vt persequerẽtur hostes suos, & non inirent cum eis fœdus. ergo non tenebantur benefacere eis, ergo nec modo.

¶ 3 Præt. Videmus quòd etiam modo ecclesia indicit bella contra tyrannos & infideles. ergo licet inimicis mala facere: multo igitur minus non oportet eis benefacere.

RESPON. Dicendum, quòd effectus charitatis debet affectui respondere: vnde secundũ quod tenetur quis affectum charitatis ad inimicum habere, ita & effectum ad eum extendere. Charitas autem, vt dictum est, respicit bona grãe, quæ sunt cõmunia omnibus viuẽtibus vel actu, vel potentia: & ideo est communior, vel latior, quàm aliqua alia amicitia, quæ ad pauciores se extendit, inquantum fundatur sũper communicatione aliqua, quæ non ad omnes est. In omnibus autem illud quod est commune, vehementius est: sed illud quod est proprium, plura complectitur actu: & perfectio communis est in hoc, quòd se extendit ad illa quę complectitur proprium, vt genus perficitur per additionem differentiæ: sicut esse, vehementius inhæret quàm viuere, & tamen viuere aliquid complectitur actu, quod esse non habet nisi in potentia: vnde perfectio esse est secundum quod se extendit ad vitam. Sic ergo charitas vehementius optat alicui bona gratiæ, circa quę est principaliter, quàm aliqua alia amicitia bona correspondentia illi amicitiæ: tamen non est de necessitate charitatis, sed de perfectione, quòd ad illa bona se extendat. Et ideo quilibet ex necessitate tenetur odienti se optare bona æterna, non autem bona temporalia: sed hoc est de perfectione charitatis, vt etiam ad ista se extendat. Sed quia remotio mali præcedit ordine generationis adeptionem boni: ideo affectus nulli optat aliquod bonum, cui aliquod malum, inquantum est malum, optat. Vnde quàmuis sit de perfectione charitatis, vt bona temporalia optemus inimicis: tamen est de necessitate salutis vt mala eius optemus, non inquantũm mala, sed per accidens, vt prius dictum est. Et similiter est de effectu: quia cooperari in his quæ sunt ad vitam æternã pro loco, tempore, & modo suo tenetur homo etiam inimico, saltem vt orando in communi, vt eum a suis orationibus non excludat, quàmuis forte specialem mentionem de eo non faciat: sicut nec oportet de omnibus ad quos charitatem habet, specialem orationem faciat, sed communem. In alijs autem bonis non tenẽtur ei cooperari, nisi necessitas incumbat; sed est de perfectione charitatis: sed tenetur non facere ei malum, nisi inquantum est impedimentum maioris mali, vel promotiuum maioris boni, vt iustitiæ, vel alicuius huiusmodi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beneficia amicabilia procedunt ex liberalitate, non ex debito. Necessitas autem facit omnia cõmunia: & ideo in necessitate subueniendum est etiã inimicis, sed hic est magis effectus iustitię quàm amicitiæ, qui tibi vult malum, & si potest, facit, tu semper uelis bonum, faciasque quod possis, audiẽs dicentem Iesum: Diligite inimicos uestros, & benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calũniantibus uos. Sed quoniam perfectorum filiorum Dei est istud, quo quidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc effectum orando Deum, secumque agendo, luctandoque perducere: tamen quia hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non est, quantam credimus exaudiri, cum in oratione dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, proculdubio uerba sponsionis huius implentur, si homo qui nondum ita profecit, ut etiam diligat inimicum: tamen quando rogatur ab homine qui peccauit in eum ut ei dimittat, dimittit ex corde, qui etiã sibi rogãti uult dimitti cum orat & dicit, Sicut nos dimittimus debitoribꝰ nostris. Quicumq; uero rogat hoẽm in quem peccauit, si peccato suo mouetur ut roget, non est adhuc deputandus inimicus, ut eum diligere sit difficile, sicut erat quando inimicitias exercebat. Quisquis uero roganti, & pœnitenti non dimittit, non æstimet a Domino sua peccata dimitti: quia mẽtiri ueritas nõ potest, quæ cum docuisset orationem, hanc in eam sententiam posita commendauit dicens. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittentur & uobis peccata uestra. Si uero non dimiseritis, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Ecce hinc haberi uidetur, quòd & prætexauimus, scilicet maioris uirtutis esse diligere inimicum, & benefacere ei, quàm illum qui nihil mali nobis fecit, uel amicum. Quod siquis concedere simpliciter noluerit, dicens. Intensius diligitur amicus quàm inimicus, & ideo illud potius isto: determinet ista secundum præmissam intelligentiã, dicens ibi comparationem esse factam inter dilectionem qua tantum diligitur amicus, & illam qua amicus & inimicus diligitur. Illud uero quod sequitur magis nos mouet, quod scilicet dicit non esse tantæ multitudinis diligere inimicos, quãta exaudiẽdi dicitur: Dimitte nobis &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd oratio est de his bonis, quæ pertinent ad communicationem spiritualis vitæ, quæ charitas principaliter attendit: & ideo non est simile dẽ hoc, & de alijs.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est simulata dilectio, quando tantum exhibetur in opere, quantum habetur in affectu.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa duo æquali passu currunt, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd negare homini signa familiaritatis, quãdo necessitas expeteret, esset vindicta, vel etiã quando veniam peteret, vel quando se ille qui hostis habetur, ad familiaritatẽ ingereret, si habeatur præsumptio q̃ non simulate, vel irrisorie facit, ga tũc diligit, & inter amicos deputãdus est: sed quòd aliquis vltro se ad familiaritatẽ inimico ingerat, hoc perfectionis est.

¶ Ad sextum dicendum, quòd glosa loquitur de illo beneficio, quod sequitur charitatẽ perfectã, secũdum qđ procedit in illa quæ sunt aliarũ spiritualium amicitiarum.

¶ Ad septimũ dicendum, q̃ præceptum finit antiquis vt pfe querentur hostes, & cum eis fœdus non inirẽt, inquantum per eorum amicitiã in idolatriam pertrahebantur, & inquantum erãt executores diuinæ iustitiæ ex præcepto eius qui authoritatem habebat, non autem ita quòd ex vindicta facerent.

¶ Et similiter dicendum ad octauum, quòd ecclesia hoc modo mouet bella aduersus iniquos, vel vt iustitiam faciat, vel vt maius malum euitet, aut maius bonum inducat.

ARTICVLVS III.

Vtrum maioris meriti sit diligere amicum, uel inimicum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd maioris meriti sit diligere inimicum, quàm amicum. Matth. 5. Dominus dicit. Si dilexeritis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? sed meritum dicitur respectu mercedis. ergo maioris meriti est diligere inimicum, quàm amicum. 22. q. 27.

¶ 2 Præt. Illud, quod est perfectionis, est maioris meriti, quia charitas perfecta plus meretur, quàm imperfecta: sed diligere inimicum est charitatis perfectę, diligere autem amicum non. ergo diligere inimicum est maioris meriti.

¶ 3 Præt. Vbi maior est difficultas, ibi maius meritum, quia magis pertinet ad virtutem quæ est circa difficile: sed diligere inimicum est difficilius, quàm diligere amicum. ergo est maioris meriti.

¶ 4 Præt. Secundum Gregor. Seruitia tanto sunt magis accepta, quanto minus debita: sed minus est debitum diligere inimicum, quàm diligere amicum. ergo magis deo acceptum, & magis meritorium.

¶ 5 Præt. Virtus merendi est ex gratia: sed dilectionem inimicorum mouet tantum gratia, ad dilectionem amicorum mouet simul natura cum gratia. ergo magis est meritorium diligere inimicum, quàm diligere amicum.

SED CONTRA. Quanto aliquis actus est magis bonus, tanto est magis meritorius: sed melius est diligere amicum, q̃ inimicum, quia est actus magis cadens supra debitam materiam. ergo melius est diligere amicum quàm inimicum.

¶ 2 Præt. Minus bonũ dimittendum est pro magis bono, si necessitas incumbit: sed dilectio inimicorum dimittenda esset magis quàm dilectio amicorum, quod patet ex effectu qui affectui proportionatur: quia quando non possumus amicis & inimicis in extrema necessitate existentibus subuenire, tenemur magis subuenire amicis, quàm inimicis. ergo diligere amicum est magis bonũ, quàm diligere inimicum.

¶ 3 Præt. Illud quod est cõmune & principium melius est, quàm illud quod fit per additur: sicut esse melius est, quàm viuere, si sine esse cõsideretur, vt dicit Dionysius cap. 5. de diui. nomi. sed diligere amicũ est commune & primũ fundamentum charitatis, cui superadditur dilectio inimicorum. ergo diligere amicũ est melius & magis meritorium, quàm diligere inimicum. Matth. 22.

RESPON. Dicendum, quòd prædicta comparatio dilectionum potest intelligi dupliciter, scilicet quantum ad actus, & quantum ad habitus. Si quantum ad actus, sciendũ est, quòd quando quæritur de duobus actibus quis sit melior, & magis meritorius, oportet quòd quæstio intelligatur de illis per se loquendo, secundum genus suum. Contingit enim quòd illud, quod secundum genus est minus bonum, vel meritorium, aliquo adueniente efficiatur magis bonum, vel meritorium, sicut paruum opus ex magna charitate factum magis est meritorium, quàm magnũ ex parua. Bonitas autem actus ad duo mensuratur, ex quibus bonitatem recipit, scilicet ex termino, vel obiecto, & ex principio, quod est voluntas: ex termino autem habet speciem bonitatis, sed ex volũtate habet rationem merendi, quia secundum hoc est in potestate facientis, quòd ex voluntate procedit. Si ergo comparemus dilectionem amici & inimici quantum ad terminos, siue obiecta, cum obiectũ magis competens dilectioni sit amicus, quàm inimicus, sic melius est diligere amicum quàm inimicũ. Si vero comparemus duas dilectiones prædictas ad principium, quod est voluntas, sic vbi est maior conatus volũtatis, ibi oportet esse maius meritum: quia quanto est maior conatus voluntatis, tanto est seruentior voluntas de fine, propter quem attentat illud, quod secundum se sibi est magis repugnans: quàmuis sit magis remissa quandoque circa id, ad quod magis conatur. Meritum autem consistit ex hoc, q̃ voluntas ad finem afficitur: & ideo si comparemus actus talium dilectionum, dilectio inimici est magis meritoria, inquantum huiusmodi: quia secundũ quòd huiusmodi exigit maiorem conatum, & maiorem feruorẽ circa finem, quàmuis dilectio amici sit magis intensa circa obiectum: sed dilectio amici est melior, quantum ad bonitatem essentialem, quæ consequitur speciem actus, quia actus specifica tur ex obiecto. Si autem comparentur prædictæ dilectiones quantum ad habitus, sic oportet quòd vel intelligatur de dilectione inimicorum, quæ est necessitas: & sic nulla est comparatio, quia idem habitus est æqualis respectu vtriusque: vel de dilectione inimicorum, quæ est perfectionis: & sic dilectio inimicorum includit dilectionem amicorum, & non econuerso, & sic dilectio inimicorum melior est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dilectio qua tantum amici diliguntur non procedit ex gratia, & ideo non potest esse meritoria, nec mercedem habere: sed tamen si actus dilectionis qua amicos diligimus, sit gratia informatus, meritorius est & mercedem habet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd diligere inimicum non omnibus modis perfectionis est, sed inquantum perfectionis est, efficitur magis meritorium, secundum quod exigit maiorem conatum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd difficultas non facit ad meritum, nisi inquantũ facit maiorem inclinationem, & conatum voluntatis in aliquid.

¶ Ad quartum dicendum, quòd debitum non diminuit rationem meriti, nisi quatenus diminuit rationem voluntarij secundum quod quandam necessitatem importat: sed si voluntarie debitum reddatur, nihilominus ibi erit tantum meriti, quantum est ibi de ratione voluntarij.

¶ Ad quintum dicendum, quòd natura non est contraria gratiæ. Vnde admissio naturæ ad gratiam non facit remissionem in effectibus gratiæ, quæ causatur ex permissione contrarij.

¶ Ad sextum dicendum, quòd actus habet bonitatem ex obiecto & ex fine, & bonitas quæ est ex obiecto est materialis respectu illi⁹ quæ est ex fine, quam vbi untas attendit, & penes istam potius consistit meritum.

¶ Ad septimum dicendum, quòd in illis, quæ se habent secundum additionem vnius ad alterũ, est consequentia in cõtrario, non consequentia in ipso: sicut patet in homine & animali. Sicut enim se habet homo ad animal ita se habet non animal, ad non homo. Vnde quia conatus qui est in dilectione inimicorum, se habet ex additione ad illum qui est in dilectione amicorum: ideo sicut diligere inimicum est maioris meriti secundum qđ est maior conatus, ita dimittere dilectionem amicorum est magis malum. Dist. 28.

¶ Ad octauum dicendum, quòd ratio illa procedit de bonitate, quam actus habet ex propria ratione suæ speciei, quæ est ex obiecto.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum diligere proximum sit magis meritorium, quàm diligere Deum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ diligere proximum sit magis meritorium, quàm diligere Deum. Naturalibus. n. non meremur: sed diligere deum est naturale, quia amor summi boni omnibus naturaliter inest, vt dicit Dion. 4. cap. de diui. nomi. ergo diligere deum est minus meritorium, quàm diligere proximum, quod non est adeo naturale. 22. q. 27. 8. Cap. 4.

¶ 2 Præt. Illud quod est fructuosius, videtur esse magis meritorium: sed ea quæ pertinent ad vitam actiuam sunt magis laboriosa & fructuosa, quàm ea quæ pertinent ad contemplatiuam. ergo sunt magis meritoria: sed dilectio proximi pertinet ad vitam actiuam, dilectio autem dei ad contemplatiuã. ergo est magis meritorium proximũ diligere, q̃ diligere deum.

¶ 3 Præt. Sicut dilligere inimicum ponitur in vltimo gradu, ita diligere deum ponitur in primo gradu charitatis: sed diligere inimicum est magis meritorium, quàm diligere amicum. ergo eadem ratione diligere proximum, quàm diligere deum.

¶ 4 Præt. Illud quod præsupponit aliud, & non conuertitur, videtur esse perfectius: sed dilectio proximi præsupponit dilectionem dei, quia deus est ratio diligendi proximum. ergo dilectio proximi est magis meritoria, quàm dilectio dei.

¶ 5 Præt. Actus in quo exigitur maior conatus, oportet quòd sit magis meritorius: sed maior conatus exigitur ad diligendum inimicũ, quàm ad diligendum deum. ergo dilectio proximi, ad minus quantum ad dilectionem inimicorum, est magis meritoria, quàm dilectio dei.

SED CONTRA. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis: sed dilectio proximi non est meritoria, nisi inquantum ordinatur ad deum actu, vel habitu. ergo dilectio dei est magis meritoria.

¶ 2 Præt. Quanto charitas est magis intensa, magis erit meritoria: sed intensius diligit charitas deum quàm proximum. ergo in hoc magis meretur.

¶ 3 Præt. Quælibet virtus efficacius operatur circa obiectum suum, quantum est sibi magis proprium & per se: sed obiectũ per se charitatis est deus, proximus autẽ non, nisi consequenter, sicut magnitudo visus cõsequenter, color per se. ergo cum mereri sit effectus charitatis, videtur quòd sicut visus melius cognoscit colorem quàm magnitudinem, quia circa colorem non decipitur sicut circa magnitudinem: ita charitas magis mereatur in dilectione dei, quàm in dilectione proximi.

¶ 4 Præt.

Aug. ibid. cap. 74. d. 28. ar. 4.

Ar. præd. ad 4.

F ¶4 Præt. Quod est difficilius, videtur esse magis meritorium: sed diligere deum videtur difficilius, quàm diligere proximũ, dicitur enim primæ Ioan. 4. Qui proximum quem videt, non diligit, deum quem non videt, quomodo potest diligere? ergo dilectio dei est magis meritoria, quàm dilectio proximi. 1.Io.4.c.fi.

Respon. Dicendum, quòd dilectio dei est causa & ratio dilectionis pximi, vnde dilectio dei includitur virtute in dilectione proximi sicut causa in effectu, & dilectio proximi includitur in dilectione dei, sicut effectus in causa potestate: nihilominus tamẽ alius est motus dilectionis qui terminatur in proximum, & qui sistit in deo: sicut alius actus est quo considerantur principia & conclusiones, G quàmuis prædicto modo mutuo se includant. Comparando ergo hos duos motus ex duabus partibus, vt supra dictum est, inuenimus dilectionem dei notiorem, quàm dilectionem proximi, scilicet & quantum ad obiectum, quod est competentius dilectioni, & quantum ad voluntatem quæ intensius, & promptius afficitur in deum quàm in proximum: & ideo motus dilectionis in deum est melior & magis meritorius, quàm motus dilectionis in proximum, nisi dilectio proximi procedat ex maiore dilectione dei, quàm sit dilectio, quæ fertur in deum immediate in aliquo actu, quod quidem aliquando contingit, sed nõ semper, quia minima dilectio charitatis in deum sufficit, vt extendat affectum in proximum. In prin. ar.

gitur, quæ tantum perfectorum est, qui non solum amicos, sed inimicos perfecte diligunt, eisque benefaciunt. Quæ perfectio dilectionis non est tantæ multitudinis, quanta exauditur in oratione dominica. Et hoc reuera grande est, & eximiæ bonitatis, scilicet, perfecte diligere inimicum. Ita & cum dicit in plurali uerba illius sponsionis ab homine, qui non ita profecit ut diligat inimicum, de dilectione perfecta accipiendum est.

Ad primum ergo dicendum, quòd illa quæ sunt pure naturalia, non sunt meritoria: sed illa quæ procedunt ex natura H perfecta charitate & gratia sunt meritoria, nec natura rationem meriti diminuit, vt dictum est. Ar.præced. ad 5.

¶Ad secundum dicendum, quòd supposito quòd actus actiuæ vitæ sit magis meritorius, q̃ actus contemplatiuæ, quod forte non est verum, vt infra dicetur, non oportet quòd dilectio proximi sit magis meritoria, quàm dilectio dei: quia dilectio dei est principium eorum, quæ ad vtramque vitam pertinent, vt dictum est. Vel aliter dicendum, quòd dilectio dei & proximi, quantum ad actum interiorem, pertinet ad vitam contemplatiuam. vnde Gregor. dicit super Ezech. quòd contemplatiua vita insistit dilectioni dei & proximi, sed quantũ ad actus exteriores vtraque ad vitam actiuam pertinet: quàmuis huiusmodi actus in proximos expendatur, quia deus operum nostrorum non eget. 3.d.35.q.1. ar.4.q.2. Li.2. hom. 14.

¶Ad tertium dicendum, quòd dilectio inimici non erat magis meritoria, nisi inquantum procedebat ex fortiori virtute, quæ I fortitudo attendebatur secundum quod voluntas intensius deo adhærebat: vnde non sequitur, quòd dilectio proximi sit magis meritoria, nisi magis etiam deus diligeretur.

¶Ad quartum dicendum, quòd dilectio proximi præsupponit dilectionem dei non sicut perfectius minus perfectum, sicut erat in alijs gradibus, sed sicut effectus causam: & ideo ratio non sequitur.

¶Ad quintum dicendum, quòd ille conatus voluntatis non est nisi ex hoc, quòd vehementius ad deum afficitur, vt dictum est prius: quia nullus amatur ad aliquid, nisi secundum desiderium finis. Hoc autem quod in contrarium obijcitur, quòd diligere deum est difficilius, intelligendum est non de dilectione naturali, qua omnia ipsum amant, sed de dilectione gratuita. Et hæc etiam dicitur difficilior, non quasi laboriosior, cum sit dulcior, sed quia magis vires naturæ excedit, quia est in altius obiectum. Ar.præc. c.

Articulus V.

Vtrum meritum consistat principaliter in charitate.

12.q.114.4 Ad quintum sic proceditur. Videtur quòd meritum non consistat in charitate principaliter. Gratia enim dicitur esse principium merendi: sed charitas non est idem quod gratia. ergo non consistit meritum principaliter penes charitatem.

¶2 Præt. Actus est meritorius per ordinem ad finem, sicut & laudabilis: sed cuiuslibet virtutis est facere actum laudabilem. ergo & facere actum meritorium, & ita videtur quòd meritum non consistat penes charitatem.

¶3 Præt. Nullus meretur nisi iustificatus: sed fidei est iustificare, vt patet Ro. 5. ergo apud ipsam præcipue est virtus meritoria.

¶4 Præt. Illud quod facit ad diminutionem meriti, non videtur esse radix merendi: sed charitas facit diminutionem meriti, quia facit omnia facilia non solum inquantum est habitus, sed etiam inquantum est amor, vt ex prædictis patet. cum ergo difficultas faciat ad meritum, videtur quòd charitas non sit radix merendi.

¶5 Præt. Si charitas esset radix merẽdi, vbicũq; eẽt æqualis charitas, esset æquale meritũ: sed aliquãdo aliquis habens paruam charitatem, facit aliquẽ actum in quo magis meretur, quàm ille qui habet magnam charitatem in aliquo paruo actu quem facit. ergo charitas non est radix merendi.

Sed contra. Illud videtur esse radix merendi, sine quo nullum meritum valet: sed charitas est huiusmodi, vt patet 1. Corinth. 13. ergo charitas est radix merendi.

¶2 Præt. Illud videtur esse radix merendi, quod opponitur omni demerito: sed charitas est huiusmodi. ergo ipsa est radix merendi.

¶3 Præt. Ex hoc meremur, quòd deo coniungimur: sed hoc facit charitas. ergo ipsa est radix merendi.

Respon. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, meritum proprie dicitur quod aliquis exhibet ad hoc, quòd faciat aliquid suum, quod est præmium meriti. Vnde ad meritum requiruntur duo principaliter. Vnum est, quòd sit exhibitum, & non extortum. Et quia nihil potest exhiberi, nisi quod in potestate exhibentis est: ideo requiritur quòd sit voluntarium, quia voluntas facit nos esse dominos nostrorum actuum. Aliud requiritur vt hoc quod exhibetur, sit sufficiens ad faciendum suum illud quod exhibetur: & ex vtraque parte principalitas merendi est ex charitate. Ipsa enim est in voluntate, sicut in subiecto ipsam perficiens, quantum ad primum actum eius & principalem: & iterum cum sit amor dei, facit amatum ipsum quod est primum esse suum, inquantum vnit ei: & ideo principalitas meriti est in charitate, in alijs autem secundũ quod charitate informantur.

Ad primum ergo dicendum, quòd gratia facit meritum sicut principium remotum constituens nos in esse spirituali, sine quo non possumus mereri aliquod spirituale: sed charitas est sicut principium proximum.

¶Ad secundum dicendum, quòd fides non iustificat, nisi per charitatem sit formata. Ideo autem specialiter fidei attribuitur iustificatio, quia primum in quo distinguitur iustus ab iniusto est actus fidei: sicut primum in quo distinguitur viuum a non viuo est actus nutritiuæ potentiæ: & ideo dicitur viuere secundum illam potentiam, & sentire secundum tactum, qui est primus sensuum, vt dicitur 2. de anima.

¶Ad tertium dicendum, quòd actus aliarum virtutum non sunt meritorij, nisi inquantum sunt informati d chatitate: sicut nec actus virtutum sunt laudabiles, nisi inquantum sunt voluntarij.

¶Ad quartum dicendum, quòd difficultas non facit ad meritum, nisi forte dimissionis pœnæ per modum cuiusdam commutationis: sed ad meritum quod ordinatur ad consecutionem boni, ad quod proprie ordinem habet, non facit nisi secundum quod exigitur maior conatus, qui est secundum maiorem inclinationem voluntatis in illud. Et quia habitus, & amor ex hoc faciunt facilitatem, quia faciunt maiorem inclinationem voluntatis: ideo talis facilitas non diminuit rationem meriti.

K ¶Ad quintum dicendum, quòd habitus virtutum quàmuis inclinent voluntatem, tamen non cogunt: & ideo potest esse quòd habitum maiorem habens, quandoque minorem intensionem inducit in actu, sicut etiam quandoq; nullam: & tunc actus ex maiori charitate procedens minus intẽsus, est magis meritorius respectu præmij accidentalis, quod respicit ipsum actum: sed minus respectu præmij essentialis, quod respicit capacitatem, quæ est ex habitu charitatis.

Expositio textus.

AN *vnus & idem motus*. Hoc est impossibile, nisi vnus propter alterum diligatur, & actuali consideratione referatur in illud. *Erga amicum feruentior*. Hoc est intelligendum respectu ipsius obiecti: sed respectu finis, ille qui habet maiorem conatum inquantum huius, est feruentior. *Cum dicitur in oratione*

ne

ne dimitte nobis &c. Videtur secundum hoc, quòd quicumque A seruat rancorem, peccat dicendo hanc orationem. Et dicendũ, q non peccat, quia non dicit eam in persona sua, sed in persona ecclesiæ: vel si in persona sua, non quantum ad id quod agit, sed quantum ad id aliud, quod optat peruenire.

Divisio textus.

Postquàm determinauit magister de charitate, hic determinat de eius duratione. Diuiditur .n. in partes duas. In prima parte determinat de duratione charitatis q̃tum ad suam essentiam. In secunda, de duratione ei9 quantum ad ordinẽ eius, ostendens qualis in Christo fuerit, & in beatis futurus sit, ibi. *Nunc autem superest inuestigare &c.* Prima in duas. In prima, determinat de duratione charitatis. In secunda, de duratione aliorum habituum, ibi. *Aduertendum est &c.* Circa primũ tria facit. Primo, ponit opinionẽ falsam quorũdã, qui dixerunt charitatẽ nõ posse amitti, & rõnes opinionis illius. Secundo, obijcit in contrarium, ibi. *Quos ratio vincit.* Tertio, soluit rationes in contrarium inductas, ibi. *Quod vero Apostolus ait etc.* Hic est duplex quæstio. Prima, de euacuatione charitatis per peccatum. Secunda, de euacuatione eius per gloriam.

DISTINCTIO XXXI.

A

Si charitas semel habita amittatur.

Illud quoque non est prætereundũ quod quidam asserũt charitatem semel habitam, ab aliquo non posse excidere, nullumque damnandum hanc aliquando habere: qui hanc traditionẽ subditis muniunt testimonijs. Apostolus ait. Charitas numquàm excidet. Augustinus etiam inquit. Charitas quæ deseri potest, numquàm vera fuit. Item. Charitas est fons proprius & singularis bonorum, cui nõ communicat alienus. Alieni sunt omnes qui audituri sunt, Non noui uos. De hoc fonte Scriptura ait. Fons aquæ uiuæ sit tibi proprius, & nemo alienus communicet tibi. Si autẽ alieni sunt, qui audituri sunt illam uocem, non ergo huic fonti communicant damnandi. Item Augustinus super epistolam Ioannis. Radicata est charitas, securus esto, nihil mali procedere potest. Item Gregor. in moralibus. Valida B est ut mors dilectio. Virtuti enim mortis dilectio comparatur: quia nimirum mentem, quam semel cæperit a dilectione mundi funditus occidit. Item August. super epistolã Ioannis. Vnctio inuisibilis charitas est, quæ in quocumque fuerit, radix illi erit, quæ ardente Sole arescere non potest: nutritur calore Solis, non arescit. Item Beda super Ioannem. Quærendũ est, quo- 1.Cor.13. ad Iulianũ Comit. III post prin.

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum charitas semel habita possit amitti.
¶Secundo, Vtrum aliquis possit de libro vitæ deleri.
¶Tertio, Vtrum minima charitas possit cuilibet tentationi resistere.
¶Quarto, De quantitate charitatis in resurgente.

Articulus primus.

a Vtrum qui habet charitatem possit eam amittere.

2.2.q.24.11 Ad primum sic proceditur. Videtur quòd habens charitatem non possit eam amittere. Omnis enim qui habet charitatem est natus ex deo, quia charitas facit filios dei: sed omnis qui natus est ex deo nõ peccat, vt dicitur. 1. Io. 3. ergo omnis qui habet charitatem non peccat, & ita charitas semel habita non potest amitti.

¶2 Præt. In quolibet habente charitatem est meritum vitæ æternæ, quia charitas est principium merendi, vt dictum est: sed iniuste agitur cum aliquo, si non reddatur ei quod meruit, quia hoc est ei debitum. ergo cuilibet habenti aliquando charitatem dabitur vita æterna: sed nulli dabitur vita æterna, nisi finaliter habeat charitatem. ergo quicumque habet charitatem, finaliter habebit eam, & ita non potest ad minus finaliter amitti, vt videtur.

¶3 Præt. Illud quod est fortissimum, non potest vinci a debilissimo: sed charitas est fortissima, quia est fortis vt mors, vt dicitur Cant. vlti. peccatum autem est debilissimũ, quia malum est infirmum & pigrum, vt dicit Dionys. 4. cap. de diui. no. ergo charitas non potest per peccatum expelli: sed nullo alio modo potest amitti. ergo charitas semel habita amitti non potest.

Cap. 16. ¶4 Præt. Radix omnis mali est cupiditas. 1. Thim. 6. sed charitas non compatitur secum cupiditatem ad minus perfectã, vt dicit August. in lib. 83. quæstionum. ergo qui habet charitatem non potest incidere in aliquod malum, & ita non potest eam amittere.

¶5 Præt. Si peccatum expellit charitatem, aut peccatum quod A est, aut peccatum quod non est: sed non peccatum quod est, quia illud charitatem non superat, nec illud quod nõ est, quia illud quod non est, non potest agere. ergo peccatum nullo modo expellit charitatem.

¶6 Præt. Illud quod non est in minori parte, magis distat ab eo quod est in pluribus, quàm ab eo quod est ad vtrumlibet: sed ex eo quod est ad vtrũlibet non potest aliquid procedere, vt dicit Cõmen. in 2. phy. ergo multo minus ab eo quod est in minori parte: sed charitas quàmuis nõ faciat necessitatem ad bonum vt semper fiat, facit tã inclinationẽ ut pluries fiat. ergo nõ põt ille qui hẽt charitatẽ facere malũ, ad qd nõ se habet sicut in minori parte, & ita nõ põt peccare, vel charitatem amittere. Tract. 8.

¶7 Præt. Amor charitatis est fortior, q̃ amor naturalis: sed amor naturalis nõ amittitur per peccatum. ergo nec amor charitatis. Cap. 1. ibi, Super quẽ videris.

¶8 Præt. Charitas est maior fide, & vtrumque est donum dei. cum ergo fides non tollatur per peccatum mortale, videtur C quòd nec charitas.

Sed contra. Apoc. 2. Habeo aduersum te pauca, quia charitatem primam reliquisti. ergo charitas potest amitti.

¶2 Præt. In eo qui cadere non potest, non est necessaria cautela: sed stanti per charitatem necessaria est cautela. 2. Cor. 10. Qui stat, videat ne cadat. ergo charitas potest amitti.

¶3 Præt. Dauid charitatem prius habuit, alias non sibi reddendam lætitiam salutarem peteret: & tamen peccauit, & charitatem amisit, quam sibi restitui petit. ergo charitas semel habita potest amitti.

¶4 Præt. Quicumque non potest peccare habet liberum arbitrium confirmatum: sed non omnis qui habet charitatem habet liberum arbitrium confirmatum. ergo aliquis habens charitatem potest peccare, & ita charitatem amittere.

Respon. Dicendum, quòd opinio ponentium charitatem non posse amitti propter suam firmitatem, est similis opi- D nioni Socratis qui posuit, quòd habens scientiam non potest peccare propter nobilitatem & certitudinem scientiæ, vt dicit Philosophus in 8. ethicor. & ideo vtriusque est similis & probatio, & improbatio, & probationis solutio. Vtraque enim potissime per experientiam improbatur: probatur autem per firmitatem scientiæ, & charitatis. Soluit autem Philosophus prædictam probationem de scientia per hoc, quòd scientia principaliter in vniuersali consistit: operationes autem circa singularia sunt. Et ideo concupiscentia, quæ in particulare bonum tendit, nisi reprimatur, deductionem scientiæ vniuersalis ad particulare impedit, considerationem scientiæ in particulari operabili absorbens & rationem, ita vt quàmuis incontinens in feruore concupiscentiæ constitutus vniuersale recte consideret, & non tantum habitu teneat, ut quòd omnis fornicatio fu- E gienda est, tamen quando ad hoc particulare descenditur per per concupiscentiam habitu rationis recte ligato, in actum recte considerationis circa particulare homo prodire nõ potest. Similiter etiam charitas principaliter est circa bonũ æternum, vnde facit vniuersalem conceptionem haberi, quia nihil contra deum faciendum est: sed quando ad particulare descenditur, tentatio aliqua inclinationem prædictam charitatis absorbet, vt dictum est de scientia. Sed quia charitas vehementius diligit deum, quàm aliqua concupiscentia diligat aliquod commutabile bonũ, si aliquis affectũ quem habet ad deũ ad opus particulare extenderet, vt ad regulam operis, nũmquàm incideret d in peccatum. Sed quia in potestate nostra est vti charitatis actu, vel non vti, cum charitas voluntatem non cogat, ideo affectio commutabilis boni præualet, & inducit peccatũ: & propter hoc patet, quòd omne peccatum est ex errore, & ex contemptu negligentiæ. Vnde Boet. dicit. Talia tibi contuleramus arma, quæ nisi prior abiecisses, inuicta te firmitate tuerentur D.624.

rentur, Sic ergo homo in peccatum lapsus charitatem amittit: quia per peccatum a deo diuiditur cum sibi alium finem constituat, cum non possint duo esse fines vltimi. Vnde cum charitas habeat causam coniunctã ad deum, statim amittitur vnico actu, & hoc inuenitur in omnibus accidentibus, quæ habent causam extra subiectum: quia nihil potest permanere separatum a sua causa essentiali, sicut patet de lumine. Secus autem est de habitibus qui habẽt causam in subiecto: quia illi totaliter nõ destruuntur per vnum actũ peccati.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd hoc intelligendum est, si velit vti gratia per quam filius dei est: per eam enim potest peccato resistere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quidam dixerũt, quòd charitas numquàm meretur nisi finalis, sed hoc falsum est: quia charitas finalis non potest dici nisi quæ est in vltimo termino vitæ, & tũc forte homo nihil meretur, sed dormit. Vnde dicendum, quòd quolibet actu charitatis meretur vitam æternam, & efficit eam sibi debitam: sed quando peccat, iam efficitur quodammodo alius, vt Philosophus dicit in 9. ethic. quia transmutatur ab eo, quod erat sibi conueniens secundum naturã in id, quod est præter naturam, & ideo non oportet quòd ei reddatur: sicut etiam id quod est debitum reddi sano, non redditur furioso. (Sup Ezec. ho. 5.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est ex defectu charitatis, quòd a peccato vincatur, sed ex defectu habentis charitatem, quia charitate non vtitur, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cupiditas quàmuis non sit in actu in eo, qui habet charitatem, tamen est in radice, & potest charitatem impedire ne in actum prorumpat: & quando non impeditur, tunc germinat, & charitatem expellit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in eodem instanti in quo peccatum aduenit, charitas expellitur. Et sicut illud est primum instans, in quo peccatum esse incipit, ita illud est primum, in quo charitas nõ esse icnipit: sicut patet in naturalibus de duabus formis contrarijs.

¶ Ad sextum dicendum, quòd illud quod est ad vtrumlibet, inquantum ex alia causa intrinseca mouetur, sic determinatur ad alterum, & sic potest ab eo effectus procedere: vnde quando non est determinatum totaliter ab aliquo vno, potest etiam determinari ad oppositum, & sic ab eo quod est in paucioribus respectu ipsius iam determinati per primum, potest contrarium accidere vt in paucioribus pp aliqd aliud determinans, qđ est contrariũ illi determinanti vt in pluribus, & sic est in proposito: quia sicut charitas quantũ est in se, vt in pluribus inclinat ad bonum, ita affectio sensibilis inclinat ad delectabile sensui, & ab hoc sicut ex quodã habitu inclinatur voluntas ad pctm̃.

¶ Ad septimum dicendum, quòd amor naturalis est secundũ voluntatem totaliter determinatam ad vnum: non autem sic est de amore charitatis, nisi in illis qui iam confirmati sunt.

¶ Ad octauum dicendum, quòd per peccatũ non totaliter separatur homo a deo, quia sic esse desineret: sed quantum ad vltimam & perfectam coniunctionem quam facit charitas. Et ideo non oportet quòd fides per peccatum tollatur, sicut charitas: sicut per interpositionem nubis aer radios Solis amittit, non tamen omnimodam claritatem, sicut quæ est ex reuerberatione, qualis etiam apparet vbi non sunt radij Solis.

Articvlvs II.

Vtrum liber uitæ sit quid creatum.

(De verit. q. 7. 1.) Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd liber vitę sit quid creatũ. Eccl. 24. Hęc omnia liber vitæ. Glo. Hic F liber est vetus & nouum testamentũ: hoc autem est quid creatum. ergo & liber vitæ.

¶ 2 Præt. Apoc. 20. Alius liber est apertus, qui est vitæ, glo. Christus, qui tunc apparebit omnibus patens: sed non apparebit omnibus, nisi secundum humanam naturam. cum ergo humana natura i Christo creata sit, videtur quòd liber vitæ sit quid creatum.

modo speciale filij Dei agnoscendi signũ fuerit, quòd super eum descenderit & mãserit spiritus. Quid maius est filio Dei, quòd in ipso manere spiritus astruatur? Notandumque quòd semper in Domino manserit spiritus: in sanctis uero quandiu mortale corpus gestant, partim semper maneat, partim reditur⁹ secedat. Manet. n. apud eos, ut bonis insistant actibus: recedit uero ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, dæmones eijciendi, uel etiam prophetandi habeant facultatem. Manet ergo semper ut possint habere uirtutes, & mirabiliter ipsi uiuãt. Venit ad tẽpus, ut etiam alijs per miraculorum signa quales sint intus effulgeant. Item Grego. In sanctorum cordibus secundum quasdam uirtutes semper permanet spiritus, secundum quasdam recessurus uenit, & uenturus recedit. In his uirtutibus, sine quibus ad uitã non peruenitur, in electorum suorum cordibus permanet. In his uero per quas sanctitatis uirtus ostẽ- G ditur, ut in exhibitione miraculorum, aliquando adest, aliquando se subtrahit. Item Ambr. Ficta charitas est, quæ in aduersitate deserit. Hoc innuere uidetur, quòd charitas semel habita non amittatur. Ideo quidam in prætaxatam prosilierunt audaciam, dicentes charitatem a damnandis nõ haberi, nec a quoquam habitam posse amitti, quos ratio uincit & authoritas. Quidam enim ad tempus sunt boni, qui postea fiunt mali, & econuerso. Vnde quorundam nomina Christus dicit scripta in libro uitæ, qui tamen postea abierunt retro. Sed scripta dicit non secundum præscientiam, sed secundum præsentem iustitiam, cui deseruiebãt: quia digni tũc illo bono erãt, quod habituri sunt præscripti ẽm B præscientiã. Vnde Ambr. Quibusdam gratia data est in usum, ut Sauli, Iudæ, & illis discipulis quib⁹ Dominus dixit: Ecce nomina uestra scripta sunt in cælis, & postea abierunt retro. Sed hoc dixit propter iustitiã cui deseruiebant, quia boni erant. Frequenter enim ante sunt mali, qui futuri sunt boni: & aliquotiẽs prius sunt boni, qui futuri sunt & permansuri mali, secundum quod dicuntur scribi in libro uitæ, & deleri.

¶ 3 Præt. Liber inquantum in eo scriptura sit, est recepti uus extraneæ impssiõis: sed res increata non suscipit peregrinã impressionem. ergo non est quid increatum, sed creatum.

¶ 4 Item. Videtur ꝙ sit proprium filij: quia psa. 39. In capite libri scriptũ ẽ de me. glo. In patre, qui est caput nostrum: sed illud in diuinitate, cui⁹ caput est pater, est filius. ergo liber vitæ est filius.

¶ 5 Item. Videtur ꝙ spiritus sanct⁹, quia spiritui sancto attri- H buitur viuificatio & in symbolo, & Ioan. 6. Spiritus est qui viuificat. ergo cum liber vitæ ordinetur ad vitam, conueniet spiritui sancto vel proprie, vel per appropriationem.

Sed contra. Aug. 20. de ciuit. dei. Liber uitæ est præscientia dei, quæ falli non potest: sed præsciẽtia est quid increatum essentiale, & appropriabile filio. ergo & liber uitæ.

Vlterivs. Videtur quòd liber uitæ sit in respectu dei. psal 68. Deleantur de libro uiuentium. glo. Liber uiuentium est dei notitia: sed deus de se habet maxime notitiam. ergo liber uitæ est respectu dei.

¶ 2 Præt. Ipsa est fons uitæ cuiuslibet. si ergo est aliorum quæ habent uitam participatiue, multo amplius est suiipsius, qui habet uitam originaliter. Item uidetur quòd sit omnium creaturarum, quia præscientia est omnium: sed liber uitæ est diuina præscientia, ut supra dictum est. ergo erit omnium.

¶ 3 Præt. Ioan. 1. Quod factum est, in ipso uita erat: sed omnis I creatura est facta. ergo omnis creatura in libro uitæ scribitur.

¶ 4 Item. Videtur quòd sit etiam de malis, Luc. 10. super illud, Nomina uestra scripta sunt in cælis, dicit glo. Siue cælestia, siue terrestria opera gesserit, quis per hoc quasi literis annotatus, apud dei memoriam æternaliter est affixus: sed gerere terrestria opera est malorum. ergo cum nihil aliud sit liber uitæ, quàm reseruatio diuinæ memoriæ, uidetur quòd liber uitæ sit etiam malorum.

¶ 5 Item. Liber uitæ ordinatur ad uitam: sed uita naturæ est communis bonis & malis: uita autem gratiæ communis præscitis & prædestinatis. ergo liber uitæ est malorum & bonorũ, & prædestinatorum & præscitorum.

Sed contra. Illud dicitur esse scriptum in deo, quod habet exemplar in ipso: sed mala inquantum huiusmodi, non habent exemplar in ipso. ergo non sunt ibi scripta.

Vlterivs. Videtur quòd nihil quod sit ibi scriptum, debeat dici inde deleri: qa liber uitæ est diuina prædestinatio, ut K dicit glo. Phil. 4. sed a prædestinatione non dicitur aliquis excidere. ergo nec a libro uitæ deleri.

¶ 2 Præt. Liber, in quo potest aliquid describi & deleri, est mutabilis: sed liber uitæ est immutabilis, quia est quid increatum, ergo non potest aliquis inde deleri.

¶ 3 Præt. Quod est secundum opinionem tantum, cum sit secũdũ quid, non debet enuntiari simpliciter: sed glo. super illud psalm. Deleantur de libro uiuentium, dicit hoc accipiendum fore tantum secundum spem illorum, qui se esse scriptos putabant. ergo uidetur quòd non debeat dici aliquem inde deleri.

Sed contra. Exod. 32. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: sed multi peccant. ergo multi delentur.

¶ 2 Præt. Nullus simul est scriptus in libro uitæ & damnatus: sed multi qui prius fuerunt scripti in libro uitæ, postea damnantur, sicut patet de discipulis Christi, quibus dictum est Lucæ 10. Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in libro vitæ: ex quibus tamen multi abierunt retrorsum, ut dicitur Ioan. 6. ergo aliqui qui prius fuerunt ibi scripti, delentur.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd liber vitæ, de quo nunc loquimur, metaphorice dicitur. Vnde oportet quòd eius significatio accipiatur secundum similitudinem libri materialis, de cuius ratione videtur esse quòd cõtineat figuras aliquas quasi similitudines aliquas illorum qui per librum illum cognoscunt: vnde & liber vitæ dicitur, qa continet similitudines, quibus potest cognosci vita. Non est autem sufficienter liber vitæ, quasi perfectam cognitionem de vita faciẽs, nisi contineat similitudines de vita cuiuslibet in particulari quia cognitio in vniuersali est imperfecta, & in potentia: sed habere hoc modo similitudines omniũ habentium vitam determinate, non est nisi diuinæ mentis, in qua sunt exemplaria rerum omniũ propria: & ideo liber vitæ non est quid creatum, sed est diuina notitia de vita non solum in vniuersali, sed in particulari quantum ad omnes, in quibus inuenitur vita. Et quia notitia est essentiale, & appropriatum filio: ideo liber vitæ essentiale quidem est in diuinis, & filio appropriatur. (Luc. 10.) (Super q. c. ad Rom.)

Ad primvm ergo dicendum, quòd vetus & nouum testamentum dicitur liber vitæ, quasi faciens cognitionem de vita vniuersali, & docens præcepta quibus peruenitur ad vitam, non tamen facit notitiam de vita vniuscuiusque: & ideo aliquo modo potest dici liber vitæ, sed non secundum completam rationem. C

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus secundum humanam naturam dicitur liber vitæ, quasi exemplar vniuersale vitæ, sed non quasi similitudo particulariter faciens cognoscere vitam vniuscuiusque.

¶ Ad tertium dicendum, quòd similitudines, vel figuræ istius libri non sunt aliquid additum essentiæ eius, quia rationes exemplares, vt in primo dictum est, sunt ipsa diuina essentia: & ideo non oportet quòd recipiat peregrinas impressiones.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pater dicitur caput libri, idest, filij, secundum quod liber appropriatur filio.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis vita approprietur spiritui sancto, tamen notitia de vita appropriatur filio.

Ad secvndam qõnem dicendum, quòd liber vitæ dicitur notitia dei. Quia autem liber proprie est illorum, quorum D notitiam facit per figuras & similitudines existentes in libro: ideo illorum solũ notitia dici potest liber, quæ cognoscit deus per similitudinem. Mala autem non cognoscit deus per similitudines existentes malorum in se, sed cognoscuntur per modum priuationis. Similiter etiam deus seipsum non cognoscit per similitudinem suiipsius, sed per hoc, quòd sibi secundum essentiam suam præsens est. Vnde neque notitia quam habet de seipso, neque notitia quam habet de malis, potest dici liber vitæ, nisi de malis pœnæ, inquantum sunt iusta & bona, secundum quod dicitur liber mortis. Vita autẽ inter bona computatur, vnde oportet quòd liber vitæ intelligatur respectu uitæ, quæ in creaturis inuenitur: & quàmuis deus habeat notitiã de uita naturæ, & gratiæ, & gloriæ, unde respectu cuiuslibet dictarum uitarum posset dici dei notitia liber uitæ, tamen perfecta ratio uitæ non inuenitur nisi in uita gloriæ, quæ permixtionem mortis non patitur: & ideo liber uitæ secundum propriam sui acceptionem, est notitia dei, quam habet de uita gloriæ uniuscuiusque. Sic ergo differt liber uitæ a scientia dei, quæ est de temporalibus & æternis, & a præscientia quæ E est de bonis & malis, & etiam a prædestinatione: quia prædestinatio proprie de futuris est, & prouidentia directionem in finem importat, cum sit propositum miserendi: sed liber vitæ simplicem notitiam de uita importat, & non determinat aliquod tempus. Vnde & scripti in libro uitæ dicuntur & qui uitam habent, & qui habituri sunt. Et per hoc patet solutio ad omnia obiecta.

(q. 2. huius art. corp.) Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd liber uitæ, ut dictum est, est notitia dei de uita gloriæ alicuius hominis. Res autem aliqua dupliciter habet esse, scilicet in se, & in sua causa. In se quidem est simpliciter: in causa autem sua habet esse secundum quid. Causa autẽ glorię est gratia sufficiẽs, quantum in se est: vnde qui habet gratiam, habet iam uitam glorię secundum quid. Cognitio ergo de uita gloriæ alicuius A habetur de deo dupliciter. Vno modo, inquantum deus scit ipsam uitam gloriæ in isto esse, uel futuram esse simpliciter: & tũc talis dicitur esse scriptus in libro uitæ simpliciter, uel ascriptus, ut quidam dicunt, ad similitudinem illorũ qui ascribuntur ad militiam, uel ad aliquod officium. Alio modo, inquantũ deus scit uitam gloriæ inesse isti, uel futuram esse in eo in causa sua quæ est gratia, & talis dicitur secundum quid scriptus in libro uitę, uel annotatus, ut quidam dicũt. Quia ergo non potest esse ut scientia dei fallatur: ideo quemcumque scit habiturum uitam æternam, habebit eam. Vnde iste qui simpliciter scriptus est, uel ascriptus in libro uitæ, non potest inde deleri. Sed quia gratia quę est causa gloriæ in eo qui habet præsentem iustitiam, quando ipse a iustitia per peccatum decidit, desinit esse gloriæ causa in eo, ideo notitia dei de gratia istius, nõ est ut de causa gloriæ: unde iam ista cognitio gratiæ istius quã deus habet, non pertinet ad librum uitæ glorię, & secundum hoc dicitur deleri de libro uitæ non aliqua mutatione in libro facta, sed in ipso, ex parte cuius accidit, quòd gratia non est iam causa gloriæ: & dicitur deus aliquem de libro uitæ delere, inquantum permittit eum a iustitia excidere per peccatum.

Ad primvm igitur dicendum, quòd prædestinatio importat directionem in finem, quod non importat liber uitæ, C ut dictum est. Et ideo non potest dici prędestinatus ille qui habet præsentem iustitiam tantum: potest autem aliquo modo dici scriptus in libro uitæ, ut dictum est. (q. 2. huius art. corp.)

¶ Ad secundum patet solutio per id quod supra dictum est. (Ibidem.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd glosa illa loquitur de scriptura, qua aliquis scriptus est in libro vitæ simpliciter. (In corp. huius q.)

Articvlvs III.

Vtrum quælibet charitas possit resistere cuilibet tentationi.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd non quælibet charitas possit resistere cuilibet tentationi. Sicut. n. charitas obsistit peccato, ita & ratio, ut supra dictum est: sed D non quælibet ratio potest tentationi resistere, sicut patet in incontinentibus, qui habent rationem rectam & uincuntur, sicut dicit Philosophus. ergo non quælibet charitas potest tentationi cuilibet resistere. (7. eth. c. 13.)

¶ 2 Præt. Maior est difficultas in resistendo malo, quàm in operando bonum simpliciter: sed charitas minima non potest in quodlibet bonum, ergo nec potest cuilibet tentationi resistere.

¶ 3 Præt. In resistendo maximę tentationi est maximum meritum, cum sit ibi maxima pugna, quæ coronam meretur: sed minima charitas non potest in maximum præmium. ergo nec resistere maximę tentationi.

¶ 4 Præt. Charitas imperfecta non resistit uenialibus: sed maior est impugnatio mortalium quàm uenialium. ergo non resistit maximę tentationi.

¶ 5 Præt. 1. Cor. 10. Fidelis deus, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis: sed illi quibus scribebatur, habebãt gratiam, sicut patet in principio epistolæ. ergo aliqua tentatio est supra posse habentis gratiam, uel charitatem.

E Sed contra. Non potest euitari omne peccatum, nisi omni tentationi resistatur: sed minima charitas potest uitare omne peccatum, cum etiam homo in puris naturalibus existens hoc potuisset. ergo charitas quælibet potest omnem tentationem uincere.

¶ 2 Præt. Plus diligit charitas legem dei, quàm cupiditas millia auri & argenti, ut dicit glosa super psalm. 118. sed maior dilectio minori tentationi resistere potest. ergo quælibet charitas resistere potest cuilibet tentationi.

¶ 3 Præt. Nullus peccat in eo quod non potest uitari, ut Aug. dicit. si ergo habens charitatem non posset cuilibet tentationi resistere, uidetur quòd tentationi consentiens non peccaret. (Aug. in lib. de duabus animab⁹ c. cap. 12.)

Respon. Dicendum, ꝙ resistere tentationi dupliciter dicitur. Vno modo, ut quis a tentatione nõ uincatur. Alio modo, ut quis tẽtationem uincat. Dicitur. n. aliquis a tẽtatione uinci, quasi-

ci, quando a proposito bono trahitur per tentationem in consensum peccati: sicut est in incontinente, qui habet rationem rectam, sed deducitur. Qui.n. non habet propositum bonum, vt intemperatus, siue luxuriosus non vincitur, quia libenter id agit. Vincit autem qui nō solum atentione superueniente in actū peccati non deducitur, sed etiā ex magnitudine virtutis, quasi nihil tētationem paruipendit. Qui vero difficultatē a tentatione patitur, sed non deducitur, resistit quidem tētationi cum non consentit, sed non vincit, proprie loquendo. Loquendo ergo primo modo de resistentia peccati, sic quelibet charitas potest resistere peccato pp liberum arbitrium liberatū a seruitute peccati, quàmuis difficultatē patiatur propter tentationis impulsum. Loquendo vero de tentatione secundo modo, sic charitas quæ est parua in principio tentationis, potest tentationibus resistere, quia in fine tentationis fit magna, cum deus pugnanti auxilium semper administret: si tamen ponatur quòd semper parua maneret, non posset per modum dictum tentationi resistere.

Determinatio authoritatum prædictarum.

QVOD vero Apostolus ait. Charitas numquàm excidit, nullatenus pro illis facit. Dignitatem enim charitatis ostendens, dicit eam non excidere, quia hic & in futuro erit. Sed fides & spes euacuabuntur, & scientia. Item quod dicitur, charitas numquàm fuisse vera, quæ deseri potest, non ad essentiam charitatis refertur, sed ad efficientiam: quia non efficit charitas quæ deseritur hominem vere beatum, nec G perducit ad verum bonum. Huic etiam fonti alieni, idest, damādi, non communicant scilicet, in fine, quia non perseuerant. Potest tamē hoc, & cætera quæ de charitate dicta sunt, de perfecta intelligi, quā soli perfecti habent, quæ semel habita non amittitur. Exordia vero charitatis aliquando crescunt, aliquando deficiunt. Sunt.n. virtutis exordia, & pfectus, & pfectio, quos gradus ille discernit, qui parabolam illam intelligit. Sic est regnum Dei, quemadmodū si iaciat homo in terra semen, & dormiat, & exurgat semen, & germinet, & crescat &c. Etsi ergo perfecta charitas sic radicata est, vt amitti nequeat, incipiens tamen & prouecta amitti potest, & sæpe amittitur: & dum habetur, non sinit habentem criminaliter peccare. Quod Augustinus ostendit ita inquiens. Quia radix omnium malorum cupiditas est, & radix omnium bonorum est charitas, simul ambæ esse non possunt. Nisi vna radicitus euulsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa aliquis conatur ramos incidere, si radicem non contendit euellere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est simile de incontinente, & habente charitatem: quia habens charitatem habet iam habitum virtutis, quam non habet incontinens. Et præterea, incontinens etiam non vincitur quando non posset resistere, si vellet ratione recta quam habet, vti, vt supra dictum est. In corp.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis sit maior difficultas laboris, non tamen est maior difficultas, quæ attenditur secundum excessum operis ad potentiam, quæ attenditur in virtutibus, vt dictum est.

¶ Ad tertium potest dici, quòd etiam minima charitas potest in magnum meritum respectu præmij accidentalis, nō autem respectu præmij substantialis, vt supra dictum est.

d.30.q.1.5. ad 5. ¶ Ad quartum dicendum, quòd venialibus etiam resistere posset, si aliquis charitate cōtra venialium tentationem vteretur, non vt vitaret omnia sed quia potest singula vitare.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Apostolus loquitur quantum ad id quod homo potest sustinere sine animi perturbatione, quod non potest nisi charitas perfecta, vt in magnis tribulationibus æquanimitatem seruet.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum homo semper resurgat in minori charitate.

3.q.89.2. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd homo semper in minori charitate resurgat. Amos.5. Virgo Israel cæcidit &c. glosa. Non negat vt resurgat, sed vt resurgere virgo possit: quia semel aberrans, & si reportetur humeris pastoris, non habet tantam gloriam, quantam qui numquàm aberrauit: sed gloria commensuratur charitati. ergo homo post peccatum non habet tantam charitatem resurgens, quantam primo.

¶ 2 Præt. Ezech. 44. Leuitæ qui recesserunt a me, numquàm appropinquabunt mihi vt sacerdotio fungantur: sed aliquis quantum ad spirituale sacerdotiū appropinquat deo per charitatem. ergo non habet tantam charitatem, qui aliquando recessit a deo per peccatum, quantam ante.

¶ 3 Præt. Charitas incipiens numquàm est tanta, quanta proficiens & perfecta: sed aliquis quando cæcidit, habuit charitatem proficientem, vel perfectam, quando autem resurgit habet charitatem incipientem. ergo non habet tantam charitatem quantam prius.

¶ 4 Præt. Numquàm potest tantum disponere se ad recipiendum diuini luminis influentiam qui est sine charitate, quantum cum charitate: sed secundum quod aliquis disposuit se ad gratiam, deus illi gratiam infundit. ergo semper magis recipit de influentia gratiæ aliquis permanens in cha- F ritate, quàm de nouo charitatem accipiens, & sic idem quod prius.

SED CONTRA. In Malach.3. Placebit deo sacrificium Iuda & Hierusalem, sicut dies sæculi, & anni antiqui: sed charitas facit omnia nostra deo esse accepta. ergo aliquis post lapsum resurgens potest habere tantum de charitate, quantum prius.

II VLTERIVS. Videtur quòd semper resurgat in maiori. Gen.1. Factū est vespere & mane dies vnus, glos. Vespertina lux a qua quis cecidit, matutina in qua resurgit: sed lux matutina est maior quàm vespertina. ergo & gratia, vel charitas in qua quis resurgit, illa quā prius habebat.

¶ 2 Præt. Roma.5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia: sed vbi super abundat gratia, est ibi maior charitas. ergo &c.

¶ 3 Præt. Peccatum vincit primam charitatem, vincitur autem a secunda. ergo secunda charitas est fortior, & maior quàm prima.

H SED CONTRA. Innocens non est minus aptus ad recipiendum gratiam, quàm peccator: sed primam gratiam accipit innocens, secundam accipit peccator. ergo non oportet quòd secunda sit maior, quàm prima.

III VLTERIVS. Videtur quòd ad minus semper sit æqualis Ro. 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. glosa. etiam casus in peccatum: sed hoc non esset, si in minori charitate resurgeret. ergo numquàm in minori, sed semper in æquali resurgit.

¶ 2 Præt. Ambrosius dicit, quòd pœnitentia omnia ablata restituit: sed hoc non esset, si non resurgeret ad minus in æquali charitate. ergo semper resurgit aliquis in æquali charitate.

¶ 3 Præt. Contritio debet proportionari præcedenti peccato: sed peccatum proportionatur quodammodo gratiæ quam expellit. ergo & gratia, vel charitas per quam homo conteritur, debet esse æqualis gratiæ præcedenti.

I ¶ 4 Præt. Pœnitentia viuificat merita per peccata mortificata. ergo pœnitens tantam habebit gloriam, quantam ante peccatum meruerat: sed tantum meruerat, quantum de charitate habuerat. gloria ergo quam pœnitens habebit, proportionatur charitati quam ante peccatum habuit: proportionatur autem charitati, in qua in morte inuenitur post pœnitentiam, quia lignum vbi cæciderit, ibi erit. Eccles. penult. ergo charitas in qua resurgit pęnitens, est æqualis charitati a qua cæcidit.

SED CONTRA. Minima contritio sufficit ad deletionem omnium peccatorum: sed secundum quantitatem contritionis attenditur quantitas charitatis, in qua quis resurgit. ergo cum potuerit, quando prius habuit gratiam, ex magna præparatione gratiam accepisse, videtur quòd possibile sit quòd recipiat minorem gratiam & charitatem, quàm prius habuit.

K RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd mensura charitati præfigitur a deo secundum suam voluntatem, & aliquo modo commensuratur ad conatum illius qui gratiam recipit. Vnde cum aliquis per peccatum possit multum & parum conari ad recipiendum charitatem, & diuinæ liberalitati non ponatur terminus per peccatum, cum ipse quantū in se est, sit paratus omnia peccata totaliter delere, oportet dicere, sicut & communiter dicitur, quòd aliquis potest post peccatum in maiori, & in minori, & æquali charitate resurgere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd loquitur de gloria præmij accidentalis, quæ non commensuratur charitati, sed actui, vel statui: quia post peccatum virgo aureolam non habebit: & similiter nec peccator resurgens gaudium de innocentia continuata.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ab officio dignitatis aliquis repellitur propter peccatum commissum, etiam si pœnitentiam egerit, sicut propter homicidium repellitur a sacerdotio, & hoc est propter hoc, quòd non reducitur ad statum tantę dignitatis, quàmuis reducatur ad æqualem charitatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd loquendo de vna & eadem charitate verum est, quòd charitas incipiens minor est, quàm proficiens, vel perfecta: sed vna incipiens potest esse maior, quàm alterius qui est in statu proficientium, sicut aliquod animal statim natū est maius, q aliud ēt perfectū.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd cæteris paribus semper ille q habet charitatē, recipit plus de influentia diuini luminis: sed ille qui non habet charitatē potest plus conari, & magis [d] recipiet. Lib.10.ho. mil. ho.8.1 D.316.

B AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd non est necessarium quòd semper in maiori charitate resurgat, quia etiam minor præparatio, vel æqualis sufficit ad hoc, quòd gratia infundatur.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd similitudo illa attenditur nō quantum ad quantitatem lucis, sed quantum ad ordinem lucis ad tenebras.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Apostolus loquitur de gratia redemptionis, quæ superabundauit ad delictum primi hominis, & non loquitur vniuersaliter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccatum non vincit charitatē propter eius debilitatem, sed quia ille qui peccat, non vtitur auxilio charitatis: & ideo ratio non sequitur.

C AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd etiam in minori charitate potest homo resurgere, quia quantumcumq; de peccato doleat, & ad gratiam se præparet, dummodo ad terminum contritionis perueniat, qua plus displicet ei a deo recessisse, quàm aliquod temporale placuit, gratiam habebit: etiam si non tantum præparet se, quantum prius, dum fuit innocens, præparauit.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd hoc intelligitur non semper quantū ad maiorem quantitatem charitatis, sed quantum ad maiorem diligentiam, vel humilitatem, in qua pœnitens resurgit, ad minus actuali: minus autem malum est, vt charitas diminuatur, quàm vt totaliter amittatur, & minus malum computatur magis bono, vt dicitur 5. ethic. (Cap. 2.) & ideo in bonum diligentis deum cædit peccatum, etiā si in minori charitate resurgat, quia per humilitatem & cautelam ab omnimoda gratiæ amissione curatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœnitentia omnia restituit, sed non oportet quòd æqualia.

D ¶ Ad tertium dicendum, quòd quantitas peccati non proportionatur gratiæ quam exclusit, quia paruum peccatum potest maximam charitatem expellere: sicut econuerso parua charitas dicitur maxima peccata delere, quia pendet ex conatu hominis potius, quàm ex quidditate habitus.

In hoc art. ¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut ex prædictis patet per priora merita merebatur sibi tantam gloriam, quantam charitatem habebat, sed ipse per peccatum factus est alter, & non plenarie ad pristinum gradum restitutus: & ideo non plenarie recipiet effectum priorum meritorum, nisi quantum ad præmium accidentale, quod mensuratur actibus magis quàm habitu charitatis.

QVAESTIO II.

B

Deinde queritur de euacuatione charitatis per gloriā. E

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum fides & spes euacuentur gloria adueniente.
¶ Secundo, Vtrum charitas.
¶ Tertio, Vtrum ordo charitatis.
¶ Quarto, Vtrum scientia.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum fides euacuetur in patria.*

12.q.67.3. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd fides non euacuetur. Fides enim est fundamentum spiritualis ædificij: sed fundamentum immobile manet, quicquid superædificetur. ergo fides non euacuatur adueniente gloria.

A ¶ 2 Præt. Nihil expellitur, nisi a suo contrario: sed gloria non est contraria fidei. ergo adueniente gloria nō euacuatur fides.

¶ 3 Præt. Perfectum & imperfectum circa ea quæ sunt diuersa specie, bene se compatiuntur in eodem, sicut quòd homo habeat perfectam geometriam, & imperfectam grammaticam: sed visio gloriæ, & fides sunt alterius speciei. ergo visio gloriæ non expellit fidem.

¶ 4 Præt. Opinio & scientia habent se, sicut cognitio perfecta & imperfecta, & similiter cognitio matutina & vespertina in angelis: B sed in hominibus manent simul scientia & opinio, & in angelis simul cognitio matutina & vespertina. ergo fides manet cum visione patriæ.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit. 1. Cor. 13.

¶ 2 Præt. Fides est non apparentium: sed in patria nihil erit non apparens eorum quorum est fides. ergo ibi fides non erit.

VLTERIVS. Videtur quòd nec spes euacuetur. Quia sicut se habet spes ad bona, ita se habet timor ad mala: sed in damnatis semper manebit timor seruilis. ergo & similiter in beatis manebit spes. II 22.q.18.2 de veri.q.4 4.

¶ 2 Præt. Eccle. 24. Qui edunt me, adhuc esurient, & loquitur de fruitione diuinæ sapientiæ quæ erit in patria: sed esuriens expectat aliquid in futurum. ergo sancti expectabunt aliquid in futurum etiam de præmio substantiali.

C ¶ 3 Præt. In fide quæ euacuatur, inuenitur aliquid commune fidei & gloriæ, scilicet visio: sed non inuenitur aliquid in spe quod possit in patria esse, quia id quod est substantia spei, est expectatio, quę non manebit in patria. ergo videtur quòd non euacuetur spes.

SED CONTRA. Rom. 8. Quod videt quis, quid sperat? sed sancti videbunt in patria quicquid expectauerunt. ergo spes in eis non erit.

¶ 2 Pręt. Spes est expectatio beatitudinis futuræ: sed beatitudo in patria iam non erit futura. ergo neque spes erit ibi.

VLTERIVS. Videtur quòd aliquid de substantia habitus fidei & spei remanebit idem numero, quia in omni mutatione oportet esse aliquid commune vtrique terminorum: sed fides & spes mutantur in bona gloriæ. ergo oportet quòd aliquid de substantia habitus fidei & spei maneat idem numero. III 12.q.67.5.

D ¶ 2 Præt. Sicut charitas adueniens opponitur fidei informi non secundum substantiam fidei, sed secundum informitatem, ita gloria adueniens opponitur fidei non secundum substantiam visionis, sed secundum imperfectionem tantum: sed charitas adueniens tollit informitatem, & remanet idem habitus numero fidei, quantum ad substantiam, vt supra dictum est. ergo & similiter gloria adueniens tollit tantū imperfectionem, & dimittit eandem substantiam habitus numero. d.23.q.3.4. q.1.

¶ 3 Præt. Quando scientia imperfecta crescit in perfectam, non tollitur substantia scientiæ, similiter nec substantia corporis quando ex puero fit vir, sed manet idem homo: sed Apostolus euacuationem fidei comparat perfectioni scientię & ætatis. ergo substantia fidei manet eadem numero. 1. cor. c. 13

SED CONTRA. Formæ quando destruuntur, sicut ex nihilo totaliter sunt, ita totaliter in nihilum tendunt: sed fides & spes cum sint habitus, formæ quædam sunt. ergo cum adueniente gloria destruantur, vt dicit Apostolus, videtur quòd nihil ipsarum maneat secundum numerum idem.

¶ 2 Præt. Impossibile est quòd aliquid sit idem numero, quod non sit idem specie, sicut dicit Philosophus de fide & opinione, in 4. topicor. sed visio patriæ & fides differunt specie multo plus quàm fides & opinio. ergo visio fidei & patriæ non est idem numero.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in fide est cognitio quædam, & modus cognoscendi, quia cognoscit in speculo, & in ænigmate: modus autem imperfectionis est, & obscuritatem importat. Vnde cum gloria adueniens omnem imperfectionem & obscuritatem tollat, tollet quidem modum fidei quantum [d] ad modum cognoscendi, sed remanebit cognitio eorum, quorum est fides, non quidem iam ænigmatica, sed clara. D. 606

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quantum ad id quod habet de cognitione, fides est fundamentum, non quantum ad id quod habet de ænigmate: vnde quantum ad id quod est fundamentum, manebit.

F ¶Ad secundum dicendum, quòd quàmuis gloriæ visio non sit contraria fidei quantum ad id quod habet de cognitione, est tamen sibi contraria quantũ ad id quod habet de ænigmate, & ex hac parte eam expellit.

¶Ad tertium dicendum, quòd perfectio & imperfectio cognitionis circa diuersa bene se compatiuntur, sed non circa idẽ: & ideo aliquis potest habere simul imperfectam cognitionem de his quæ pertinet ad vnum, & perfectam de his q̃ ptinent ad aliud: sed non est simile in proposito, quia fides & visio gloriæ est de eodem. 1.Cor.15.

Quare fides, spes, & scientia dicuntur euacuari, & non charitas, cum & ea ex parte sit.

ADVERTENDVM etiam est, quomodo fides, spes, & scientia dicantur euacuari, quia ex parte sunt, & nõ charitas, cũ & ipsa ex parte sit. Ex parte.n. idest, imperfecte diligimus, sicut ex parte scimus, vt ait Esitius super leuiticum. Cum ergo omne quod ex parte est, euacuetur, cur charitas excipitur, quæ dicitur nũquàm excidere? Charitas quidem ex parte est etiam, vt sæpe sancti docent, quia ex parte diligimus nunc: & ideo ipsa euacuabitur inquantum ex parte est, quia tolletur imperfectio, & addetur perfectio, remanebitque ipsa aucta, & actus eius, & modus diligendi, ut diligas Deum propter se ex toto corde, & proximum tuum sicut teipsum. Sed imperfectionis modus eliminabit, fides uero & spes pænitus euacuabuntur. Scientia uero secundum actum & modum suum, qui nunc est, non secundum sui essentiam tolletur. Ipsa .n. uirtus scientiæ remanebit, sed alium tenebit usum & modum.

¶Ad quartum dicendum, quòd opinio & scientia, quàmuis sint de eodem, nõ tamen secundum idem medium, sed secundum diuersa, & ideo possunt esse simul: sed fides & visio patriæ sunt de eodem, & secundum idem medium, quia fides assentit veritati primæ propter se, & similiter visio gloriæ: & ideo perfectio vnius nõ patitur imperfectionem alterius. Cognitio autem matutina & vespertina, quàmuis sint de eodem secundũ rem, non tamen sunt de eodem secundum idem esse, quia cognitio matutina est de re secundum quod habet esse in verbo: cognitio autem vespertina de re secundum quod habet esse in propria natura, & ideo non est simile.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd de habitibus oportet ex actibus iudicium sumere. Est aũt duplex actus, scilicet actus qui est actus imperfecti inquantum huiusmodi, sicut motus, & actus qui est actus perfecti inquantum huiusmodi, sicut operatio consequens formam. Contingit aũt quandoque q̃ actus perfecti inueniantur in imperfecto secundum quod iã participat aliquid de perfectione, sicut aliquid de actu albi est in pallido. Quãdo ergo imperfectum ad perfectionem venit, actus qui est eius inquantum habet aliquid de perfectione in quam tendebat, manet quantum ad id quod est substantia actus, sed tollitur quantum ad id quod erat de imperfectione actus: sicut loquela balbutientis pueri tollitur, quod venit ad perfectam ætatem, quantũ ad id quod imperfectionis erat in ipso: manet autẽ quicquid erat de perfectione & de substantia loquelæ. Sed motus qui est actus imperfecti, quando peruenitur ad terminum motus, non manet quantum ad aliquid substantiæ actus, sed quantum ad radicem, secundum quam motus inerat, qui erat proportio quædam & ordo imperfecti ad perfectionem. Cognitio autem inquantum huiusmodi, importat actũ perfecti: & ideo cognitio quæ habetur in statu imperfectionis manet quantum ad id quod cognitionis est, imperfectione sublata. Spes autem inquantum tẽdit in arduum quod est nondum habitum, & futurum expectatum, est sicut actus imperfecti, cum sit quasi quidam motus: & ideo cum ad perfectum venerit, non manet id quod expectationis, aut spei est: sed hoc tantum in quo hæc expectatio radicabatur, scilicet ordo & proportio ipsius hominis ad illa iam habita, quorum dum non habebantur erat spes: & ideo non ponitur aliquid speciale succedens spei, sed tentio, siue comprehensio beatitudinis, quæ dicit ordinem hominis ad deum iam habitum, cuius non habiti erat spes: vnde ordo iste communis est vtrobique, & quantum ad hũc ordinem spes manet, sed quantum ad naturam actus sui transit.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd illi qui erunt in pœnis, cum sint remoti a participatione æternitatis, erunt semper in motu & successione, & propter hoc poterit esse timor futuri mali: sed illi qui erunt in patria, erunt maxime quantum ad præmium substantiale in participatione æternitatis, & ideo secundum hoc non erit in eis aliquid de præmio futuri, sed totum simul habent, vnde non remanet d in eis spes. D.312.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa fames non importat expectationem futuri, sed aufert fastidium iam habiti. Vnde respectu præmij substantialis non erit ibi expectatio, sed fruitio plena: sed respectu aliquorum accidentalium, vel etiam stolæ corporis poterit ibi esse expectatio, sed non spes, vt supra.26. distinct. dictum est. q.2. artic.1 q.21.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiam in spe inuenitur aliquid quod manet in patria, scilicet ordo & proportio ad expectatũ bonum: sed iste ordo erit perfectus in patria, in via autem imperfectus propter absentiam eius ad quod est.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd ablatio alicuius quod est de substantia rei, inducit corruptionem rei illius, non autem sublatio alicuius, quod se habet accidentaliter ad rem illam: imperfectio aũt illa, quam tollit gloria a fide, est substantia fidei, & ad speciem eius pertinens: quod patet ex hoc, quòd accipitur secundum rationẽ obiecti, a quo fides speciem recipit. Obscuritas.n. quam ænigma importat, ad genus cognitionis pertinet: & ideo oportet, q̃ remota ista imperfectione, substãtia & species fidei destruantur, sicut si ab asino remoueatur sua irrationabilitas. Quia aũt fides forma quædã est accidentalis simplex, non composita ex materia & forma, ideo ipsa destructa nõ remanet aliquid fidei idẽ numero, G sed idem genere: sicut patet quòd quando ex albo fit nigrum, vel econuerso, manet id quod coloris est non idem numero color, sed idem genere: sed manet eadem lux numero cum est perfecta & imperfecta, quia illa imperfectio, vel perfectio non pertinet ad speciem lucis, sed accidentalis est. Et similiter est dicendum de spe, in qua etiam quod dictũ est magis apparet. Lib. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd commune quod manet in mutatione, idem numero est subiectum, sed idem genere manet natura generis: & ita in hac transmutatione manet eadem numero anima, sed visio, vel cognitio idem genere.

¶Ad secundum dicendum, quòd informitas illa non est de pertinentibus ad speciem fidei, sicut imperfectio ænigmatica: & ideo non est simile. Et similiter dicendum ad tertium.

H

ARTICVLVS II.

Vtrum charitas uiæ euacuetur in patria.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd charitas viæ euacuetur. 1. Corinth. 13. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: sed charitas est ex parte, quia illud præceptum, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, non totaliter impletur in via, vt supra dictum est. ergo charitas euacuabitur.

¶2 Præt. Destructa causa destruitur effectus: sed fides generat charitatem, sicut dicitur Mat. 1. in glos. cum ergo fides euacuetur, & charitas euacuabitur.

¶3 Præt. Sicut fides est ænigmatica, ita & charitas, quia charitas mouet affectum in id quod non per speciem videtur: sed fides quæ est ænigmatica, euacuabitur. ergo & charitas.

¶4 Præt. Motus cessat cum peruentum fuerit ad terminum: sed charitas est quidam motus mentis in deum. ergo cum ad I terminum peruenietur, charitas cessabit.

¶5 Præt. Ea quæ sunt vnius rationis vnum in alterum potest proficere, si differant secundum perfectum & imperfectum: sed charitas viæ quàmuis possit crescere, numquàm tamen potest peruenire ad modum charitatis patriæ. ergo charitas viæ & patriæ non sunt vnius speciei, & ita videtur quòd charitas euacuetur.

SED CONTRA. 1. Corinth. 13. Charitas numquàm excidit.

¶2 Præt. Præsentia amati non tollit amorem, sed auget: charitas autem est amor dei, ergo quando deum præsentem videbimus, non tolletur charitas, sed magis augebitur.

RESPON. Dicendum, quòd amor secundum rationem suæ speciei non importat aliquid imperfectionis, sed magis K perfectionem inquantum importat terminationem affectus, & quandam informationẽ in re amata: vnde gloria adueniens nihil de his quæ ad speciem charitatis pertinent, tollet: & ideo charitas non destruetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa imperfectio est accidentalis charitati: & ideo ea remota, nihilominus charitas eadem numero remanebit.

¶Ad secundum dicendum, quòd fides est causa charitatis ratione cognitionis: cognitio autem manebit, vt dictum est. Ar. p. q.2.

¶Ad tertium dicendum, quòd ænigma est essentiale fidei, quia pertinet ad rationem proprij obiecti: sed est accidentale charitati, & ideo non est similis ratio.

¶Ad quartum dicendum, quòd amare non dicit motum qui sit actus imperfecti, sed qui est actus perfecti, sicut sentire & intelligere, vt dicit Philosophus in 3. de anima: & ideo ratio non sequitur. T.com.

¶Ad quintum dicendum, quòd hoc quòd charitas viæ manens in via, non d potest peruenire ad perfectionem charitatis patriæ, est propter statum viatoris, & non quantum ad id quod est de ratione charitatis, inquantum viator non possidet perfecte quod amat. D.310.

ARTICVLVS III.

Vtrũ ordo dilectionis, qui modo est, fuerit in Christo, vel in sanctis qui sunt in patria.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ordo dilectionis, qui modo est, nõ fuerit in Christo, nec in sanctis qui sunt in patria quantũ ad dilectionem inimicorum. Quia inimici sanctorum ad minus post diem iudicij non erunt, nisi dæmones & damnati: sed ad illos non est habenda charitas, vt supra dictum est. ergo non diligent inimicos. 22.q.26.13 d.1.ar.5.

¶2 Præt. In eis erit summa conformitas voluntatum ad deum: sed deus inimicos sanctorum non diligit, sed odit. ergo nec Christus, & beati suos inimicos diligent.

¶3 Præt. Quicumque diligit aliquem ex charitate, vult ei bonum vitæ æternæ: sed hoc Christus non voluit inimicis, nec beati, quia si vellent etiam fieret. ergo non diligunt inimicos ex charitate.

SED CONTRA. Diligere inimicum ad perfectionem charitatis pertinet: sed in Christo, & in beatis est perfectissima & amplissima charitas. ergo ipsi inimicos diligunt.

¶2 Præt. Christus ex charitate dilexit illos, pro quibus mortuus est. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem &c. sed mortuus est pro inimicis. Roma. 5. ergo dilexit inimicos, & eadem ratione beati.

II VLTERIVS. Videtur quòd in eis non sit ordo charitatis quantum ad se, & proximum, & propinquos, & extraneos. Augustinus in libro de vera religione. Perfecta iustitia est, vt plus potiora bona, & minus minora diligamus: sed in patria erit perfecta charitas. ergo proximum meliorem se plus diliget aliquis quàm seipsum, & similiter extraneum, quàm propinquum secundum carnem. Cap.48.

¶2 Præt. In patria erit perfecta conformitas humanæ voluntatis ad deum: sed deus plus diligit meliorem. ergo & quilibet plus diliget meliorem quàm seipsum.

¶3 Præt. Ille plus diligitur, cui maius bonum optatur: sed quilibet homo vult maius bonum meliori se, quàm sibi in patria: quia vnicuique vult bonum quod habet, nec appetit alicui quod non habet, quia sic desiderium non esset quietatum. ergo plus diligit meliorem se, quàm seipsum.

SED CONTRA. Gloria perficit naturam: sed ordo iste est a natura hominis progrediens, vt homo se plus altero diligat. ergo & gloria hunc ordinem non auferet.

¶2 Præt. Si aliquis salutẽ suam negligeret pro salute alterius, peccaret: sed in patria non erit aliquid inordinatum. ergo homo ibi semper plus diliget salutem suam quàm alterius, & ita plus amabit se quàm alterum.

III VLTERIVS. Quæritur quem Christus plus dilexerit Petrum, vel Ioannem. Et videtur quòd Ioannem, Ioan. vlti. Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem: hoc autem non dicitur, quia illum tantũ diligeret. ergo propter eminentiam dilectionis ad ipsum. 1.q.10.4.

¶2 Præt. Dilectio in qua affectus affectui, vel signis dilectionis non respondet, est dilectio simulationis. cum ergo Christus maiorem familiaritatem Ioanni exhibuerit quàm Petro, & eius dilectio nullo modo fuerit simulata, videtur quòd Ioannem plus Petro dilexerit.

SED CONTRA. Prouerbio. 8. Ego diligentes me diligo: sed plus dilexit Petrus, vt patet Ioan. vlti. ergo & plus diligebatur.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd inimici Christi possunt accipi dupliciter, vel quantum ad finale exitum, sicut damnati, vel in actu, vel in præuisione diuina: vel quantum ad præsentem statum tantum, sicut Saulus tunc erat. Quantum ergo ad primos inimicos est eadem ratio dilectionis in Christo quæ in nobis ad illos, quos scimus damnatos: quia naturam ipsorum diligimus, & considerata natura tantum eis vitam æternam vellemus: sed considerata iustitia diuina, & eorum meritis, eis hoc non volumus, quia iustitiam diuinam plus diligimus, quàm eorum naturam, & prima vo- A luntas est voluntas accidens, secunda est voluntas consequẽs: & ita Christus diligebat inimicos qui erant damnati, vel damnandi volens eis bonum voluntate antecedente, quę non semper impletur, sed non consequente, sicut nec deus. Et eadem ratio est de alijs beatis, quantum ad illos qui actu sunt damnati: sed de damnãdis forte nesciunt, de oĩbus qui sunt. Sed quantũ ad alios inimicos secundum præsentem statum tantum diligebat, & ad eos bona optabatur, quia pro eis mortem subijt. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

AD SECVNDAM quæstonem dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidã dicunt quòd in patria erit deus omnia in omnibus, & mens tota in deum quiescens, totam rationem dilectionis habebit in deũ: & ideo deum super omnia diliget, & alios tanto plus quanto erunt deo proximiores, d etiã alios plus quàm se, si sunt meliores. Sed illud non videtur rationabiliter dictum, quia vnusquisque tantum ambit deo frui, quantum diliget deum: vnde cum deum super omnia diliget, super omnia volet deo frui: & ideo frui deo plus optabit sibi quàm alij, vnde videtur quòd magis se quàm alium diliget. D. 101.

¶2 Præt. Affectus dilectionis non quiescit in aliquo, nisi in proprio obiecto. Sicut aũt propriũ obiectũ amoris est bonũ, ita propriũ subiectũ amoris istius hominis, est bonũ istius: vnde & deum summe diliget, inquantum est summum bonum C suum. Vnde non oportet quòd tanto aliquem plus d diligat, quanto est simpliciter deo proximior, sed quanto est deo proximior, inquantum est bonum suum: & ideo videtur probabilius quod alij dicunt, quòd quilibet ibi plus diliget se quàm proximum. Sed de comparatione propinquorum ad extraneos credo quòd, simpliciter loquendo, plus vnusquisque diliget extraneum meliorem, quàm consanguineum minus bonum: quia plus attenditur ordo dilectionis, quantum ad proximitatem ad deum, quàm quantum ad proximitatem ad seipsum, quàmuis vtrumque oportet, quòd attendatur: vnde de æqualiter bonis plus diligit proximiorem, sed de inæqualibus diligit meliorem. D.317.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd intelligendum est quòd plus diligit magis bona, quę etiam sibi sunt magis bona, sicut bona spiritualia quàm corporalia.

D ¶Ad secundum dicendum, quòd in hoc ipso voluntas nostra voluntati diuinæ conformabitur, quòd sequetur motum naturaliter sibi impositum a deo.

¶Ad tertium dicendum, quòd voluntate consequente vult maius bonum alteri q̃ sibi, sibi autem intensius: sed voluntate antecedente vult sibi maius, sed hoc nõ impedit quietem desiderij: quia hæc voluntas non est voluntas simpliciter, sed conditionata, vel velleitas quædam, vt quidam dicunt.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut dicitur, Petrus plus dilexit Christum dilectione, quæ ab ipso in membra diffunditur: sed Ioannes plus dilexit dilectione, quæ in Christo sistit. Et ideo Petro dominus commisit curam membrorum: Ioanni autem curam matris, quæ ad personam eius specialius spectabat. Vnde & Petrus a Christo plus diligebatur quantum ad affectum interiorem, quia donum maioris charitatis erat ei tunc collatum. Sed Ioannes magis diligebatur, quantũ ad signa exterioris familiaritatis, & hoc propter quatuor causas. Primo, quia per Ioannem significatur vita contemplatiua quę familiariorem habet deum, quàmuis actiua sit fructuosior & laboriosior, quæ significatur in Petro. Secundo, E propter ætatem, quia iuuenis erat. Tertio, propter castitatem. Quarto, propter ingenitam mansuetudinem. Et per hoc patet solutio ad obiecta, quia vterque plus diligebat, & quodammodo plus diligebatur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum scientia, quam modo habemus, totaliter tolletur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd scientia, quam modo habemus, totaliter tolletur. 1. Cor. 13. Scientia destruetur: sed accidens quod destruitur, totaliter tollitur. ergo scientia totaliter tolletur.

¶ 2 Præt. Fides est magis spiritualis quàm scientia: sed fides tolletur. ergo & scientia.
¶ 3 Præt. Consideratio scientiæ est de delectabilibus maxime. si ergo scientia hic acquisita remanet, aliquis magnus clericus plus habebit de gaudio, quàm aliqua vetula, quæ erit maioris charitatis, quod esse videtur impossibile.
¶ 4 Præt. Illi qui sunt in patria cognoscunt oĩa quorum scientiam habuerunt, & multo plura & melius in verbo. si ergo scientia non est nisi ad cognoscendum, frustra in eis præterita scientia remaneret.
¶ 5 Præt. Habitus ordinat ad actum. ergo vbi actus non remanet, neque habitus remanere potest, quia frustra remaneret: sed actus scientiæ qui modo est, non remanebit in patria, quia consideratio scientiarum est in intelligendo cum phantasmate, non solum in accipiendo scientiam, sed etiam in considerando ea quæ aliquis iam didicit: vnde læso organo imaginationis impeditur operatio intellectus, etiam in alijs quæ prius sciebat. ergo nec scientia remanebit.
¶ 6 Præt. Scientiæ, quam nunc habemus, consideratio est collatiua: sed iste modus conferendi non erit in patria, quia tunc sequeretur, quòd esset ibi studium & disputatio, quod est absurdum. ergo scientia hic acquisita non remanebit in patria.
Sed contra. Magister in prima distinctione secundi dixit, & philosophi etiam plures dicunt, quòd anima posita est in corpore, vt scientijs perficiatur: sed frustra poneretur ad hoc, nisi post corpus ei scientia remaneret. ergo scientia remanebit.
¶ 2 Præt. Constat quòd illi qui sunt in inferno aliquid cognoscunt esse de his quæ prius cognouerunt, sicut patet de diuite qui suorum memoriam habebat: sed eis non addetur alia cognitio, quàm hic habuerunt, ergo prior scientia in eis remanebit.
¶ 3 Præt. Si scientia destruatur cum corpore, erit bonum temporale, & ita studium scientiæ computabitur inter solicitudines rerum temporalium, quod videtur absurdum.
Respon. Dicendum, quòd in scientia quam modo habemus est tria considerare, scilicet habitum actum, & modum agendi. Modus autem agendi est vt intelligat cum phantasmate: quia in statu viæ verum est quod dicit Philosophus in 3. de anima, (T.com.30. D.191.) quòd nequaquam sine phantasmate intelligeret anima non solum quantum ad acquirendam scientiam, sed etiam quo ad considerationem eorum, quæ quis iam scit: quia phantasmata se habent ad intellectum, sicut sensibilia ad sensum. Actus autem scientiæ proprius est, vt cognoscat conclusiones resoluendo eas ad principia prima per se nota: habitus autem est quædam qualitas hominem habilitãs ad hunc actum. Modus autem intelligendi prædictus accidit humanæ animæ ex duobus. Vno modo ex hoc, quòd anima humana est vltima secundum naturæ ordinem in gradibus intellectus: vnde se habet intellectus eius, possibilis ad omnia intelligibilia, sicut se habet materia prima ad omnes formas sensibiles: & propter hoc non potest in actum exire prius, quàm recipiat rerum species, quòd fit per sensum & imaginationem. Alio modo ex hoc, quòd est forma corporis, vnde oportet quòd operatio eius sit operatio totius hominis: & ideo communicat ibi corpus non sicut instrumentum, per quod operetur, sed sicut repræsentans obiectum, scilicet phantasma, & inde contingit, quòd anima non potest intelligere sine phantasmate etiam ea quæ prius nouit. In anima ergo separata a corpore remanebit natura animæ, sed non remanebit vnio ad corpus in actu: & ideo ea considerata in natura sua tantum, non indigebit phantasmatibus quantum ad considerationem eorum, quæ prius sciuit, sed solum quantum ad considerationem eorum, quæ de nouo debet scire: & ideo ea quæ prius sciuit, poterit considerare non quidem vtendo phantasmate, sed ex habitu scientiæ prius habito. Ea vero quæ ante nesciuit, non poterit scire, nisi quatenus ex his quæ scit elici possunt, vel inquantum aliæ species ei diuinitus infunduntur. Dicere enim quòd secundum id, quod modo anima habet in natura sua, non possit intelligere sine corpore aliquo modo, est valde familiare illis, qui ponunt animam cum corpore deficere: quia vt dicitur in primo de anima, (T.com.) si nulla operationum, quas habet, potest esse sine corpore, nec ipsa sine corpore esse posset, cum operatio naturalis consequatur naturam. In actu autem scientiæ prędicta duo cõsiderantur, scilicet motus inquisitionis & rationis discurrentis, & terminus, scilicet certitudo quæ habetur de conclusionibus, secundũ quod iam sunt reductæ in prima principia. Motus aũt ille imperfectionis est, quantum ad necessitatem discurrendi, vt causetur certitudo: & ideo in beatis non remanebit actus scientiæ quantum ad necessitatem motus, sed quantum ad certitudinem tantum: & ideo videtur dicendum secundum quòd quidam dicunt, quòd in patria, quantum ad animas separatas, erit alius modus intelligendi, quia sine phantasmate considerabunt: sed post resurrectionem poterit esse vterque modus inquantum anima non subiacebit corpori, sed ex toto ei dominabitur. Actus autem mutabitur, quia remanebit quantum ad terminum, sed non quantum ad discursum in sanctis. In damnatis autem non est remotum, quin etiam collationis necessitas remaneat: & ideo remanet habitus scientiæ quãtum ad substantiam. Dicere enim quòd habitus remaneat & actus nullo modo, videtur absurdum: quia habitus nihil est aliud, quàm habilitas ad actum.

Ad primum ergo dicendum, quòd destruetur scientia quantum ad modum, & quantum ad actum mutabitur: sed quantum ad habitum remanebit, vt dictum est. (In con. ius a.)
¶ Ad secundum dicendum, quòd modus imperfectionis est essentialis fidei, & de ratione eius: sed modus cognoscendi per phãtasmata non est de ratione scientiæ, sed accidit ei ex conditione subiecti.
¶ Ad tertium dicendum, quòd non est inconueniens, quòd ille qui habet minorem charitatẽ, habeat plus de gaudio quantum ad aliquem actum: cum tamen habeat minus gaudium de deo, quod est præmium essentiale.
¶ Ad quartum dicendum, quòd cognoscere aliquid pluribus modis non est frustra: sicut etiam Christus habuit scientiam naturalium rerum, quas in verbo cognoscebat.
¶ Ad quintum dicendum, quòd ille modus cognoscendi accidit scientiæ ex statu eius in quo est. Non enim phantasma est obiectum propinquum & proprium intellectus, cum sit intelligibile in potentia non in actu: sed species intellecta est per se obiectum eius.
¶ Ad sextum dicendum, quòd non erit actus scientiæ quantum ad discursum, sed quantum ad terminum certitudinis. Et præterea non oporteret ibi esse studium, vel disputationem quantum ad bonos: quia omnium illorum quæ considerare vellent, in verbo cognitionem possent accipere, vel per illuminationem superiorum habere. Damnatis autem non vacabit disputare pœnarum pondere pressis.

Si Christus ordinem charitatis præscriptum habuit.

Nunc autem superest inuestigare, si Christus secundum quod homo, ordinem diligendi præscriptũ seruauerit. Quod si est, omnem hominem sicut seipsum dilexit. Omnibus ergo uitam optauit, omnesque saluos fieri uoluit: sed non omnes salui sunt, & ita non est factum quod optauit. Sed non est ignorandum in eo fuisse charitatem iuxta modum patrię, non uię, eumque ordinem diligendi impleße, qui seruatur in patria, non in uia. Qui enim in patria sunt, idest, iam beatificati sunt, adeo iustitiæ Dei addicti sunt, ut nihil eis placeat, nisi quod Deo placet. Ac per hoc illorum tantũ salutem uolunt, quos Deus saluari uoluit, eosque solos sicut se diligunt. Ita & Christus electos tantum sicut se dilexit, eorumque salutem optauit.

EXPOSITIO TEXTVS.

Charitas *autem quæ deseri potest*. Verum est, si posset deseri propter debilitatem amoris, vt scilicet aliquis minus diligeret deum, quàm rem illam, pro qua tunc peccat: tunc enim non esset vera charitas. *De perfecta intelligitur*. Perfecta dicitur quæ est in confirmatis vel in via, vel in patria: vel intelligitur non quòd non possit amitti, sed quia difficile est quòd amittatur.

DIVISIO TEXTVS.

Postquam determinauit magister de dilectione charitatis qua diligimus deum, hic determinat de dilectione qua deus diligit nos. Et diuiditur in partes duas. In prima, ostẽdit quomodo deus omnẽ creaturam diligit. In secunda, mouet quæstionem de reprobis quos diligere non videtur, ibi. *De reprobis vero &c.* Prima in duas. In prima, determinat de dilectione dei, secundum quod absolute dicitur creaturã diligere. In secunda, determinat de gradibus diuinæ dilectionis, secundum quod vnum plus & aliũ minus dicitur diligere, ibi. *Cum autem dilectio Dei &c.* (Lib.1. dist. 17.) Et diuidit hæc pars in duas. In prima, determinat de ordine dilectionis, quantum ad diuersos. In secunda, quantum ad eundem, ibi. *Si vero quæritur &c.* Circa primum tria facit. Primo, mouet quæstionem. Secundo, determinat eam, ibi. *Potest tamen sane &c.* Tertio, confirmat solutionem, ibi. *Consideratur enim duobus modis &c.*

DISTINCTIO XXXII.

A

De charitate Dei.

Præmissis adijciendum est, de dilectione Dei qua ipse diligit nos, quæ non est alia, quàm illa qua diligimus eum. Dilectio autem Dei diuina usia est: eademque dilectione Pater & Filius & Spiritus sanctus se diligunt & nos, ut supra disseruimus. Cumque dilectio sit immutabilis & æterna, alium tamen magis, alium uero minus diligit. Vnde Augustinus. (Super Ioã. tract.110.) Incomprehensibilis est dilectio, atque immutabilis, qua Deus in unoquoque nostrum amat, quod fecit, sicut & odit quod fecimus. Miro igitur & diuino modo etiam quando odit, diligit nos. Et hoc quidem in omnibus intelligi potest. Quis ergo digne possit loqui, quantum diligat membra Vnigeniti sui, & quanto amplius Vnigenitum ipsum? De ipso etiam dictum est. Nihil odisti eorum quę fecisti. Ex his percipitur, quòd Deus omnes creaturas suas diligat: quia scriptum est. Nihil odisti eorum quæ fecisti. Et iterum. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Si omnia quæ fecit bona sunt, & omne bonum diligit: omnia igitur diligit quæ fecit, & inter ea magis diligit rationales creaturas, & de illis eas amplius quæ sunt membra Vnigeniti sui, & multo magis ipsum Vnigenitum.

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum deus creaturam diligat.
¶ Secundo, Vtrum omnem creaturam.
¶ Tertio, Vtrum ab æterno.
¶ Quarto, Vtrum æqualiter omnia.
¶ Quinto, Quid plus, & quid minus, siue æqualiter.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deo competat creaturam amare.

(1.q.20.1.1. 6.c.91.) Ad primum sic proceditur. Videtur quòd deo non competat creaturam amare. Amor .n. quandam passionem animi importat: sed aliæ passiones animi, vt ira, & huiusmodi, non sunt in deo, nisi secundum effectum, & per similitudinem: ergo nec amor est in ipso.
¶ 2 Præt. Inter multum distantia non potest esse amor: vnde amici non optant amicis maxima bonorum, ne amicitia dissoluatur, vt Philosophus dicit in 9. Ethicor. (Cap. 1.) sed nulla est tanta distantia, quanta creatoris a creatura. ergo nõ potest esse amor dei ad creaturam.
¶ 3 Præt. Amor transfert amantem in amatum, vt viuat iam vita amati, vt dicit Dionysius in lib. de diuin. nomin. (Cap. 4.) sed deus non transfertur in aliquid aliud cum sit immobilis, sed omnia ad se trahit, vt dicitur Ioan. 12. ergo ipse non amat creaturam.
¶ 4 Præt. Amans quodammodo subijcitur amato, inquantum affectus amantis amato informatur, vt supra dictum est: sed deus nullo modo creaturæ subijcitur. ergo nullo modo amat creaturam.
¶ 5 Præt. Omnis nostra perfectio a diuina perfectione exemplatur: sed omnis virtus perfectio mentis est. ergo cum quædam aliæ virtutes non sint in deo, vt temperantia, & huiusmodi, videtur quòd nec charitas.
Sed contra. Sicut essentia sua est exemplar omnis creaturæ, ita bonitas sua est causa omnis bonitatis in creatura: sed cognoscendo essentiam, cognoscit omnia quæ ab ipsa exemplantur, ergo amãdo bonitatem suam, amat omnia quæ ab ipsa bonitatem participant.
¶ 2 Præt. Ioan. 3. Sic deus dilexit mundum.
¶ 3 Præt. Dionysius dicit, quòd diuinus amor non permisit ipsum sine germine esse. (4.c. de diui. no.)
Respon. Dicendum, quòd vnicuique habenti cognitionem amabile est propriũ bonum non solum amore naturali, sed amore animali, siue intellectuali: vnde cũ in deo sit sui perfecta cognitio, amat suam bonitatem. (Sap. 11.) Bonum autem alicuius non solum dicitur secũdum hoc, (Sap. 11.) quòd in ipso est, sed secundum quod in alio est per similitudinem: (Genes. 1.) vnde cum bonitas, quæ est in creatura, sit similitudo diuinæ bonitatis, sequitur quòd ipse creaturam diligat.
Ad primum ergo dicendũ, quòd passiones quædam important in sui ratione aliquam materialem transmutationem: & ideo non possunt transferri in deum, nisi per similitudinem, sicut ira: & similiter illæ quæ important defectum, vt tristitia, & etiam ira secundum quod ex tristitia causatur. Quædam vero passiones sunt, quæ de ratione sui non important aliquid materiale, vel aliquem defectum, sicut delectatio: vnde etiam in operatione intellectuali delectatio est, non solum in corporali operatione, vt Philosophus probat in 7. eth. (Cap. 14.) & propter hoc delectatio in deo potest poni non quidem vt passio, sed operationem suam simplicem, & sine motu consequens per modum intelligendi, vt Philosophus dicit in 7. ethi. quòd deus simplici gaudet delectatione: & similiter etiam de amore dicendum est. (7.eth.c.14.)
¶ Ad secundum dicendum, quòd inter multum distantia bene potest esse amor, sed non amicitia: quia non conuersantur simul, quod est propriũ amicitiæ. Deus autem quàmuis in infinitum distet a creatura, tamen operatur in omnibus, & in omnibus est: & ideo potest saluari etiam ratio amicitiæ.
¶ Ad tertium dicendum, quòd amor omnis transfert quodammodo amantem in amatum, sed diuersimode. Vno modo, secundum quod amans transfertur in participandum ea quæ sunt amati. Alio modo, vt communicet amato ea quæ sunt sua. Primo ergo modo deus non transfertur in amatum, quod est creatura, sed secundo modo inquantum bonitatem suam ei communicat: & sic dicit Dionys. 4. cap. de di. no. quòd ipse deus est per amorem ex stasim passus.
¶ Ad quartum dicendum, quòd potentia passiua informatur ex obiecto suo: sed potentia actiua ponit formam suam circa obiectum, sicut patet de intellectu agente & possibili. Vnde sicut intellectus diuinus non informatur rebus quas cognoscit per essentiam suam, ita nec voluntas eius informatur rebus quas amat: quia eas per bonitatem suam amat, & amando cõmunicat eis suam bonitatem.
¶ Ad quintum dicendum, quòd virtutes quæ habẽt materiam determinatam circa actus, & passiones corporales, vel quæ important aliquem defectum, sicut fides, non possunt habere exemplar in natura diuina, ita scilicet, quòd ille virtutes in deo sint: sed habent exemplar in intellectu diuino, sicut habent reliquæ res materiales: & ideo cum charitas nullum defectum, nec aliquod materiale importet, inuenitur in deo præ quibusdam alijs virtutibus.

ARTICVLVS II.

Vtrum Deus diligat omnem creaturam.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd deus non diligat oẽm creaturam. Quicquid .n. deus diligit, ex charitate (1.q.20.2.1. 6.c.96.)

diligit: sed creaturæ irrationales non diliguntur ex charitate, vt supra dictum est. ergo eas deus non diligit.

3.d.28.q.1.a.2. ¶ 2 Præt. Sicut dicit Philosophus in 8 ethicor. cap. 2. creaturæ inanimatæ non diliguntur, nisi amore concupiscentiæ, sicut patet de vino: sed deus non diligit amore concupiscentiæ, quia ipse bonorum nostrorum non eget. ergo creaturas inanimatas nullo modo diligit.

¶ 3 Præt. Dilectio est causa electionis: sed deus non omnes ẽt homines eligit, ergo non oẽs diligit.

¶ 4 Præt. Quicumque diligit aliquid, vult ei bonum: sed deus nõ vult reprobis bonũ, quod est perfectum bonum, scilicet vitam æternam, quia si vellet haberent. ergo deus non diligit omnem creaturam.

¶ 5 Præt. Non potest esse eiusdẽ ad idem amor & odium: sed deus aliquam creaturã odit. Malach. 1. Esau odio habui. ergo non omnẽ creaturam diligit.

SED CONTRA. Sap. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorũ quæ fecisti.

Lib. de diuino. cap. 4. ¶ 2 Præt. Diony. dicit q̃ etiam amor diuinus mouet superiora in prouidẽtiã inferiorũ: sed deus habet prouidentiã de omnibus. ergo ipse omnia diligit.

¶ 3 Præt. Gen. 1. dicit. Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. Et Augustin. dicit, q̃ per hoc significatur q̃d omnia approbauit: sed nihil approbatur, nisi quod amatur. ergo deus omnia amat.

In 1. lib. cõtra aduersariũ legis & prophetarum. cap. 7.

RESPON. Dicendum, quòd amicitia sicut dictum est, addit aliquid supra amorem, quia ad rationem amoris sufficit q̃ homo velit bonum quodcumque alicui: ad rationem autem amicitiæ oportet quòd aliquis velit ei hoc bonum, quod vult sibi, vt. s. velit conuersari cum ipso, & conuiuere in illis quæ maxime amat. Sic ergo deus communiter loquendo de dilectione, diligit omnia, inquantum vult eis bonum aliquod, scilicet naturale ipsorum: sed bonũ quod ipse sibi vult, scilicet visionem sui, & fruitionem qua ipse beatus est, vult quidem omni creaturæ rationali voluntate antecedente, sed voluntate cõsequente solum electis, quæ est voluntas simpliciter: & ideo solos electos diligit amore amicitiæ: alia autem diligit amore communiter dicto, inquantum sunt bona.

Supra d. 27 q. 2. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd deus omnia, ideſt, creaturas irrationales, ex charitate diligit, nõ sicut charitatem habens ad illa, sed sicut ordinans ea ad illa, ad quæ ille charitatem habet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis nos non diligamus creaturas inanimatas amore beniuolentiæ, quia eorum bonum non est a nobis: deus tamen eas diligit amore beneuolentiæ, quia per hoc quòd eis bonum vult, sunt, & bonæ sunt: tamen deus quamuis non amet aliquid in concupiscendo sibi, amat tamen in concupiscendo alteri, vt non fiat vis in verbo concupiscentiæ, qui anxietatem, non proprietatem desiderij importat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dilectio amicitiæ est illa quæ electionem causat, & hanc non habet ad omnia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd deus omnibus creaturis irrationalibus vult bonum eis proportionatum, & cuius sunt capaces. Et ideo simpliciter loquendo potest dici, q̃ deus eas diligat: sed reprobis voluntate cõsequente, secundum quam simpliciter dicitur aliquid velle, vult quidem bonum naturæ, non autem bonum cuius sunt capaces. s. gratiæ & gloriæ, nisi voluntate antecedente: & ideo non est dicendũ, q̃ diligat deus eos simpliciter, sed secundum quid, scilicet, inquantũ sunt creaturæ.

¶ Ad quintum dicendũ, quòd non odit reprobos inquantũ creaturę suę sũt: sed inquãtũ mali sunt, qđ ab ipso non est.

ARTICVLVS III.

Vtrũ Deus ab æterno dilexerit creaturas.

D. 105. 1. q. 20.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd deus ab æterno non dilexerit creaturas. Dilectio enim non est nisi boni: sed creaturæ non fuerunt bonæ ab æterno. ergo non diligit eas ab æterno.

¶ 2 Præt. Dilectio significat diuinam essentiam, & connotat effectum in creatura: sed eã quę important effectum in creatura, dicuntur de deo ex tempore, sicut dominus, & saluator, & huiusmodi. ergo & diligere creaturas non dicitur de deo nisi ex tempore.

Cap. 11.

¶ 3 Præt. Dilectio vnit amantem amato: sed res non potuerunt coniungi, vel vniri deo antequàm essent. ergo non poterant amari ab eo ab æterno.

¶ 4 Præt. Eorum quæ similiter se habent, est vna ratio amoris: sed creaturæ antequàm essent, in nullo distinguebantur. ergo non erat in vno quare diligeretur magis quàm in alio, & ita ab æterno non dilexit electos nisi forte sicut alia.

¶ 5 Præt. Amans vult esse amatum: sed deus non volebat esse creaturas antequàm essent quia si voluisset eas esse, fuissent. ergo non amabat eas antequàm essent.

SED CONTRA. Ephes. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem: sed electio erat ex dilectione. ergo etiam ab æterno dilexit creaturas.

¶ 2 Præt. Dionys. dicit. 4. cap. de diuin. nomin. quòd diuinus amor fuit causa, quare res fecit. ergo amor rerum fuit in deo antequàm res essent, & ita ab æterno.

¶ 3 Præt. Affectus boni sequitur cognitionem de bono: sed deus ab æterno cognouit quicquid boni est in creaturis. ergo ab æterno dilexit creaturas.

RESPON. Dicendum, quòd illa sola nomina ex tempore de deo dici possunt, quæ in principali significato important aliquid quod in deo secundum rem non est: sicut ea quæ important relationem dei ad creaturam in principali significato, vt dominus, & huiusmodi, quæ quidem relatio secundum rem est in creatura, sed in deo est secundum rationem tantum. Similiter ea quæ important in principali significato actionem diuinam terminatam ad aliquid extra se, sicut causare & huiusmodi: amor autem non importat in principali significato relationem, sed operationem voluntatis, cuius operationes, sicut & operationes intellectus proximę, & ab

& ab eis elicite in operante manent, & non transeunt ad cõstituendum aliquid in exteriori materia, & ideo amor deo ab æterno conuenit.

AD PRIMVM igitur dicendum, q̃ quamuis creaturę ab æterno non fuerint bonæ in propria natura, fuerunt tamen bonę in dei præscientia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nõ cõnotat effectum in actu, sed in habitu, & hoc est, quia operatiões animæ non terminantur ad aliquid extra operantẽ: vnde possunt exercẽdi etiam ad id quod non est in actu.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ amor non vnit secundũ rem semper, sed est vnio affectus, quæ quidẽ vnio potest haberi etiam ad illud quod cãbsens, aut penitus non existens.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ quamuis non differrent secundum id quod nõ erant in ꝓpria natura, differentiã tamen habebãt in dei præscientia, secundum qđ eorum diuersitates futuras præsciebat.

¶ Ad quintum dicendum, quòd deus volebat ab æterno creaturas esse, sed non eas esse ab æterno, sed secundum ordinem suæ sapientiæ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Deus omnia æqualiter diligat.

2.c.20.1. 3.d.31.q.2. 3.q.3. 4.cap. de diuinis nom.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd deus omnia æqualiter diligat. Quia prouidentia, vt dicit Dionysius, est effectus amoris: sed æqualiter est illi cura de omnib⁹. Sap. 6. ergo omnia æqualiter diligit.

¶ 2 Præt. Dilectio dei ad creaturas signat habitudinẽ ipsius ad creaturas: sed deus æqualiter se habet ad omnia, vt dicit Philosophus, quàmuis omnia inæqualiter se habeant ad ipsum. ergo ipse æqualiter omnia diligit.

¶ 3 Præt. Sicut diligit omnia, ita cognoscit omnia: sed æqualiter cognoscit omnia. ergo æqualiter omnia diligit.

¶ 4 Præt. Idem actus non potest esse intensior & remissior nisi secundum diuersas sui partes: sed eodem actu simplici diligit omnia. ergo non diligit vnum plus altero.

¶ 5 Præt. Qua ratione non diligit vnum plus altero, eadem ratione diligit aliquem quandoque plus, quandoque minus: quia sicut vna res est melior altera, ita idem secundum diuersa tempora est melius seipso: sed deus non diligit aliquem quandoque plus, quandoque minus, quia sic amor suus esset mutabilis, quòd est impossibile. ergo non diligit vnum plus altero.

SED CONTRA. Prou. 16. Vniuersa propter se ipsum operatus est dominus. Et similiter etiam dicitur, q̃ omnia fecit propter hominem: sed illud propter quod aliquid fit, plus diligitur. ergo deus magis diligit se, quàm alia, & inter alia magis amat vnum, quàm aliud.

¶ 2 Præt. Charitas est boni inquantum bonum. ergo magis bonum magis amat.

¶ 3 Præt. Ordo charitatis est de perfectione ipsius: sed charitas dei perfectissima est. ergo secundum ordinem diligit vnum plus alio.

RESPON. Dicendum, q̃ amor dupliciter mensuratur. Vno modo ex ſuo principio, & sic dicitur magis amati illud, ad quod amandum efficacius voluntas inclinatur, & sic deus æqualiter omnia diligit: quia in dilectione sua respectu cuiuslibet rei habet infinitam efficaciam in diligendo. Alio modo ex parte obiecti, secundum quod dicitur aliquis magis diligere illud cui vult maius bonum, & sic deus dicitur magis diligere vnum quàm aliud, inquantum vult ei maius bonum: & ex hoc etiam habet maiorem effectum in illo, quia voluntas eius est causa rerum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ æqualiter est ei cura de omnibus ex parte sollicitudinis ipsius, sed non ex parte eorum quæ eis prouidentur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ dilectio nõ tantum importat id quod est ex parte dei, sed etiã id quod est ex parte creaturæ, cuiusmodi bonum, put est a deo volitum, in dilectione dei includitur. Et ideo quia creaturæ non se habent æqualiter ad deum, nec possunt æqualiter bonitatem eius participare, ideo non æqualiter omnia diligit.

¶ Ad tertium dicẽdum, q̃ cognitio est secundum motum rei ad animã, amor autẽ ſm motum animę ad res, & ideo cognitio mensuratur tantum ex parte cognoscentis: sed amor est ex parte vtriusque. Non enim dicitur magis cognoscere, quia maiorem rem in esse alicui cognoscit: sicut dicitur magis diligere, cui maius bonum inesse vult, vnde non est simile de dilectione & cognitione.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non dicitur magis diligere, quia intensius diligit, sed quia maius bonum vult.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quantum ad affectum dilectionis, semper eundem æqualiter diligit: quia semper vult ei idem bonum finaliter, quàmuis non velit q̃ semper habeat æquale bonum, vel idem: & ideo secundum effectum non est æqualis.

ARTICVLVS V.

Vtrum Deus plus diligat iustum præscitum, quàm peccatorem prædestinatum.

AD QVINTVM sic proceditur. Vt quòd deus diligat plus iustum præscitum, quàm peccatorem prædestinatum. Prouerb. cap. 8. Ego diligentes me, diligo. sed iste peccator prædestinatus non amat deum, quem amat iustus præscitus. ergo plus diligit iustum præscitum, quàm peccatorem prædestinatum.

¶ 2 Præt. Magis bonum deus magis diligit: sed iste iustus est magis bonus, quàm ille peccator. ergo magis a deo diligitur.

¶ 3 Præt. In litera dicitur quòd magis diligit membra vnigeniti sui, quàm alios. sed peccator prædestinatus non est membrum Christi. ergo minus a deo diligitur, quàm iustus præscitus qui est membrum Christi.

SED CONTRA. Dilectio causa est electionis: sed peccatorem prædestinatum deus elegit. ergo magis diligit eum, q̃ iustum præscitum, quem non elegit.

¶ 3 Præt. Illum magis diligit, cui maius bonum vult: sed peccatori prædestinato vult maius bonum, quia vitam æternam. ergo magis eum diligit.

VLTERIVS. Videtur quòd magis diligat pœnitentem, quàm innocentem, quia gaudium ex amore consequitur: sed plus gaudet de pœnitente, vt patet Luc. 15. ergo plus eum amat.

¶ 2 Præt. Vbi homo magis operatur, magis diligit, propter quod, vt Philosophus dicit 8. ethic. matres plus diligunt filios, quàm patres: sed deus plus operatur ad salutem pœnitentis, quàm innocentis. ergo plus eum amat.

ethic. ca. 8.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Affectus amoris ex effectu pensatur: sed maior amoris effectus videtur reuocare inimicum ad amicitiam, q̃ amicum in amicitia conseruare. ergo plus diligit pænitentem quàm innocentem.

adiectione dilexit eos inquantum opus eius futuri erant, idest, quos & quales eos facturus erat.

DISTINCTIO XXXIII.

A

De quatuor uirtutibus principalibus.

POst prædicta de quatuor uirtutibus, quæ principales, vel cardinales uocantur, differendum est, quæ sunt iustitia, fortitudo, prudentia, & temperantia. De quibus August. ait. Iustitia est in subuiendo miseris: prudentia in præcauendis insidijs: fortitudo in perferendis molestijs: temperantia in coercendis delectationibus prauis. De his dicitur in libro Sapientiæ. Sobrietatẽ & prudẽtiam docet, iustitiam & ueritatem. Sobrietatem uocat temperantiam, & ueritatem uocat fortitudinem. Hę uirtutes cardinales uocantur, ut ait Hiero. quibus in hac mortalitate bene uiuitur, & post ad æternam uitam peruenitur, quæ in Christo plenissime fuerunt & sunt, de cuius plenitudine nos accepimus. In quo habuerunt usus eosdem, quos in patria habent, & quosdam etiam uiæ. Veruntamen an hę virtutes cum ipsæ in animo esse incipiant, qui cum sine illis prius esset, tamẽ animus erat, desinant esse cum ad æterna per-

Sap. 8.

SED CONTRA. Quod est diuturnius est magis eligendum & diligendũ: sed bonum innocẽtis ẽ diuturnius, ergo magis diligit a deo.

d. 31. q. 1. arti. 10. q. 1. 2. ¶ 2 Præt. Supra dictum est, ꝙ resurgens numquàm redit ad tantam dignitatem, quàmuis redire possit ad tantam charitatem. ergo deus plus diligit innocentem q̃ pęnitentem.

III VLTERIVS. Videtur quòd diligat plus hominem quàm angelũ: quia nusquàm angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, Hebræ. 2. & sic plus fecit pro hominibus, quàm pro angelis. ergo magis diligit eos. (Lib. 14. de tri. cap. 9. — Hebr. 2.)

¶ 2 Præt. Homines pluribus modis sunt membra Christi, q̃ angeli. s. quantum ad conformitatem naturæ: sed mẽbra Christi magis diligit, vt in litera dicitur. ergo homines plus diligit quàm angelos.

¶ 3 Præt. Homines supra angelos collocauit, scilicet Christũ, & beatam Virginem. ergo plus homines angelis diligit.

SED CONTRA. Dilectio causatur ex conuenientia amati cum amato: sed angeli sunt similiores deo, vt dicit Grego. lib. 32. mora. ergo angelos plus diligit. (Lib. 32. moraliũ c. 24.)

¶ 2 Præt. Angelis in principio gratiã vel quasi gloriã contulit, non aũt hominibus. ergo angelos magis hominibus diligit.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ magis diligat humanum genꝰ, quàm Christum: quia ipsum pro redemptione humani generis dedit, vt patet Io. 3.

¶ 2 Præt. Bonum commune est diuinius, quàm bonum vnius: sed bonum humani generis est bonum commune, bonum autem Christi est bonum vnius singularis personę. ergo plus diligit humanum genus, quàm Christum.

SED CONTRA. Per christum totum genus humanum fit deo acceptum. ergo Christum magis diligit.

¶ 2 Præt. Datus est ei spiritus non ad mensuram. ergo plus eum diligit.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, ꝙ deus simpliciter loquendo, maius bonum vult peccatori prædestinato, quàm iusto præscito, sed vt nunc vult iusto præscito. Hæc autem determinatio, vt nunc, non cadit ex parte dilectionis, sed magis ex parte obiecti: quia dilectio dei non variatur per tẽpora. Ab æterno enim isti prædestinato voluit maius bonum: vnde simpliciter concedendum est, ꝙ magis diligit prædestinatum, quàm præscitum.

Et per hoc patet responsio ad obiecta, quia procedunt, vt nũc.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ quantum ad bonum præmij essentialis æqualiter diligit pænitentem & innocentem, si æqualem habeant charitatem, vel illum magis qui maiorem charitatem habet: sed quantum ad premium accidentale plus diligit innocentem propter dignitatem innocentiæ, ad quam non potest peruenire pænitens.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd quàmuis pænitens resurgat in æquali charitate, & ita bonum quod sibi vult deus sit æquale consideratum in se, est tamen maius in comparatione ad ipsum cui datur. Sicut quanto aliquis est magis indigens, magis sibi impensum reputatur beneficium: & propter hoc dicitur deus & angeli plus gaudere de conuersione eius, sicut homo plus gaudet de modico signo sanitatis alicuius infirmantis, quàm de integra sanitate, dum eã habebat.

¶ Vel dicendum, ꝙ hoc dicitur ex hoc, ꝙ pęnitens frequenter magis humilis, & feruens, & cautus resurgit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ deus non magis operatur in eo cui de nouo infundit gratiam, quàm in eo in quo eam continuat; sicut nec Sol illuminans aerem tenebrosum plus quàm continuans lumen. Nihil enim potest subsistere, nisi dei operatio continuetur in ipso.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis sit maius respectu illius qui liberatur, non tamen est maius simpliciter.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ quantum ad bonum naturæ plùs diligit deus angelum, quàm hominem: sed quantum ad bonum gloriæ se habent vt excedentia & excessa, quia quosdam homines plus, & quosdam angelos plus, & quosdam æqualiter: quia homines erunt æquales angelis, & quidã etiam superiores angelis, & vnicuique prouidit secundum exigentiã naturæ & statꝰ sui.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nõ enim plus diligit pater filium infirmum, quàm sanum, quia ei impẽdit remedia, quę non impẽdit sano.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ Christum diligit non solum plus quàm homines, sed etiam plus quàm totam creaturã non solum quãtum ad diuinam naturam, sed etiam quãtum ad humanam, inquãtum eam prædestinauit ad maius bonum, scilicet ad vnionem diuinæ personæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in hoc etiam ꝙ Christus pro hominibus fuit datus, maximum bonum ipsi Christo fuit secundum qđ in hoc virtus sua manifestata fuit, & causa fuit salutis humanæ, quod est sibi ualde honorificum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quàmuis sit singularis persona Christi, tamen est causa vniuersalis salutis humani generis, & causa prestantior est causato.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRæmissis adijciendum. Videtur quòd hoc in primo libro determinare debuerit. Et dicendum, ꝙ etiã in primo libro poni conuenienter potuit, inquantum diuina dilectio est diuina essentia: & hic poni congruenter potest, inquantum est exemplar nostræ dilectionis. *Dilectio dei vsia est.* Est enim essentia & dilectio in deo idem re, sed differt ratione tantũ, vt in primo libro dictũ est.

DIVISIO TEXTVS.

POstquã determinauit magister de virtutibus theologicis, hic determinat de virtutibus cardinalibus. Et diuiditur in partes duas. In prima, determinat de ipsis cardinalibus virtutibus secundum se. In secunda, ostendit in quibus esse habeant, ibi. *Quæ in Christo plenissime.* Prima, diuiditur in tres. In prima, enumerat eas. In secunda, ostendit actus earum, ibi. *De quibus Augu.* In tertia, ostendit qualiter cardinales dicantur, ibi. *Hæ virtutes cardinales.* *Quæ in Christo &c.* Hic ostendit in quibus sunt virtutes cardinales, & diuiditur in duas partes. Primo, ostendit ꝙ sunt, & fuerunt in Christo. Secundo, inquirit vtrum futuræ sint in prima, ibi. *Veruntamen an hæ virtutes &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, mouet quæstionem. Secundo, determinat eam, ibi. *Augustinus autem 14. li. de Tri.*

¶ Hic est triplex quęstio. Prima, de virtutibus moralibus in communi. Secunda, de virtutibus cardinalibus. Tertia, de partibus earum.

QVAESTIO PRIMA.

A

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, De distinctione moralium virtutum abinuicem: qualiter enim ab intellectualibus, & theologicis distinguantur supra 23. di. dictum est.

¶ Secundo, Quæritur de causa efficiente earum, vtrum sint. s. a natura, vel per infusionẽ, vel per acquisitionẽ.

¶ Tertio, De medio quod in eis requiritur.

¶ Quarto, Vtrum in patria euacuentur.

ARTI-

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnes uirtutes morales sint una uirtus.

12. q. 60. 1. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd omnes virtutes morales sint vna virtus. August. enim dicit in lib. de moribus ecclesiæ. Nihil virtutem esse affirmauerim, nisi summum amorem dei: sed amor dei, qui est charitas, est vna virtus, vt ex dictis patet. ergo omnes virtutes sunt tantum vna virtus. (Cap. 15.)

¶ 2 Pręt. Vbi est vnum formale non potest esse diuersitas nisi materialis: sed omnes virtutes morales conueniunt in vno formali, quia completiuam rationem virtutis habent secundum qđ intellectum, & rationem accipiunt, vt in 6. ethi. dicitur. ergo non differunt nisi materialiter, & non differunt secundum speciem. (Cap. 1.)

¶ 3 Præt. Potentię apprehensiuæ magis diuersificantur, vel non minus, quàm appetitiuæ. ergo & habitus similiter, cum potentijs proportionentur: sed vnus habitus cognoscitiuus est omnium quæ ad virtutes morales pertinent, sicut patet de scientia morali, & de ipsa prudentia quæ est recta ratio omniũ agibilium, vt dicitur in 6. ethi. ergo & virtutes morales non debent esse distinctę secundum speciem. (Cap. 6.)

SED CONTRA. Per se accidentia secũdum speciem distinguuntur ex sola differentia subiectorum, quæ in eorum diffinitionibus ponuntur: sed virtutes morales sunt etiam in diuersis subiectis, cum quædam sint in rationali, quædam in concupiscibili, quædam in irascibili, & semper in eisdẽ quia temperantia numquàm est in irascibili & cęteris, ergo videtur quòd virtutes morales specie distinguantur.

¶ 2 Præt. Plures formæ vnius speciei non possunt esse in eodem subiecto: sed plures virtutes morales possunt esse in eodem etiam secundum partem eandem animæ, sicut fortitudo & mansuetudo sunt simul in irascibili. ergo differunt specie.

VLTERIVS. Videtur ꝙ aliæ virtutes morales a prudentia non distinguantur. Eorum enim quæ ex opposito diuidũtur vnum non ponitur in diffinitione alterius: sed prudentia est recta ratio quæ ponitur in diffinitione moralium virtutũ, vt patet in 2. ethi. ergo morales virtutes a prudentia non distinguuntur. (Cap. 1.)

¶ 2 Pręt. Ad virtutis actum non exigitur nisi cognitio & operatio: sed totum hoc prudentia facit, quia prudens non solũ cognitiuus, sed etiam actiuus est, vt in 6. & 7. ethi. dicitur. ergo idem quod prius. (Cap. 6. & 7. Cap. 1.)

¶ 3 Præt. Sicut prudentia est recta ratio agibilium, ita ars est recta ratio factibilium, vt dicitur 6. ethi. sed in factibilibꝰ non distinguuntur aliqui habitus exequentes ab artibus quæ sunt habitus dirigentes. ergo nec in agibilibus morales virtutes quæ sunt exequẽtes, sunt distinguẽdæ a prudẽtia dirigẽte. (Cap. 5.)

SED CONTRA. Virtutes morales ab intellectualibus distinguuntur, vt supradictum est: sed prudẽtia est intellectualis virtus, vt in 6. ethi. patet. ergo a virtutibus moralibus distinguitur. (Cap. 4.)

¶ 2 Præt. Habitus distinguuntur per actus: sed August. assignat alium actum prudentiæ, & alijs virtutibus moralibus, vt patet in litera. ergo distinguuntur abinuicem.

12. q. 60. 2. VLTERIVS. Videtur ꝙ nec ab alijs tribus virtutibus in litera positis reliquę morales virtutes distinguantur. Pars enim non diuiditur contra totum: sed harum aliæ omnes partes esse dicuntur a Tullio ergo ab eis non distinguuntur. (Lib. 2. de inuentione.)

¶ 2 Præt. Proprietates rerum spiritualium ex earum nominibus inuestigantur, vt patet per Dionysium: sed nomen temperantiæ temperiem & modum quędam importat: similiter autem nomen fortitudinis indeficientiam respectu difficiliũ; nomen autem iustitiæ ęqualitatem, vel rectitudinem, vnde iustum æquale dicimus, & quasi regulatum, vt ex 5. ethi. patet. cum ergo hæc requirantur in qualibet virtute morali, videtur ꝙ alię virtutes morales ab istis non distinguantur, nec ipsæ abinuicem. (Cap. 2.)

¶ 3 Præt. Omne peccatum non expellitur nisi per omnem virtutem: sed per iustitiam expellitur omne peccatum, vt patet in iustificatione impij. ergo ad minus ab ipsa aliæ virtutes morales non distinguuntur.

SED CONTRA. Nihil est principale respectu suiipsius: sed hę virtutes dicuntur cardinales, vel principales respectu aliarum, ergo ab eis distinguuntur.

¶ 2 Præt. Habitus distinguuntur per actus & obiecta: sed istis virtutibus assignantur diuersæ materiæ speciales, vt infra patebit. ergo sunt speciales virtutes ab alijs, & a se inuicem distinctę. (a. 2. & 3. huius dist. 33.)

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd cum vnumquodque quod est ad finem, determinetur secũdum exigentiam finis, potentię & habitus, qui ordinantur ad actus sicut ad vltimam perfectionem, oportet ꝙ secundum actus diuersos distinguantur: sicut etiam potentiæ materiæ distinguũtur per relationem ad diuersas formas: non autem quælibet diuersitas actuum facit differentiam potentiarum & habituum, sed illa tantum quæ ex diuersitate obiectorum, a quibus actus specificantur sicut motus a terminis. Solum autem illa differentia terminorum facit diuersam speciem motus, quę attenditur secundum illam rationem, secundum quam terminat motum. Vnde ꝙ descensus terminetur ad aquam, vel ad terram, non facit diuersam speciem motus localis: quia motus localis non erat ad terrã, vel aquam inquantum huiusmodi, sed inquantum deorsum sunt. Generationes autem differunt secundum speciem quæ terminantur ad formas aquæ & terræ: & similiter obiecta diuersa non diuersificant actus secundum speciem, nisi sit diuersitas secundum illam rationem, secundum quam est obiectum. Videre enim album & nigrum non sunt diuersi actus secundum speciem: quia vtrũque est obiectum visus secũdũ vnam rationem, inquantum. s. sunt colorata visibilia actu per lucem, & inde contingit ꝙ quanto aliqui habitus, vel potentiæ sunt immaterialiores, tanto sunt vniuersaliores & minus distinguuntur: quia attendunt vniuersaliorem rationem obiecti, sicut quinque sensibus proprijs correspondet vnus sensus communis & vna imaginatio. Sciendum tamen quòd cum plures habitus quandoque sint in vna potentia, aliqua diuersitas sufficit ad distinguendum habitus quæ non sufficit ad distinguendum potentiam, quia potentia alio modo comparatur ad actum, quàm habitus: vnde & secundum alteram rationem obiectum vtrique respondet. Potentia enim est principium agendi absolute, sed habitus est principium agendi prompte & faciliter, & ideo obiectum secundum illam rationem qua se habet ad actum simpliciter, respondet potentiæ, sed secundum ꝙ se habet ad facilitatem, actus respondet habitui. Et ideo diuersitas materiæ, vel obiecti in ordine ad ea, quæ faciunt facilitatem in actu facit diuersitatem habitus, & non potentiæ. Et inde est ꝙ in speculatiuis diuersitas materiæ secundum quod est determinabilis per diuersa media, & principia, ex quibus est facilitas considerationis, facit diuersas scientias: sicut naturalis quæ est ex effectibus & his quæ apparent in sensu demonstrat, a mathematica differt quæ circa suam materiam ex eisdem principijs, & medijs procedere non potest. Sicut autem in speculatiuis est principium demõstrationis & medium: ita fines sunt in operatiuis, vt dicitur in 7. ethi. Ex eorum enim intentione procedimus in ea quæ sunt ad finem, sicut ex dignitatibus in conclusiones, & ideo secundum relationem ad finem omnes morales habitus distinguuntur, ex quo prima sumpta est differentia boni & mali: quia bonum importat finem, vt dicitur in 10. meta. malum autem deordinationem a fine, & secundum hoc virtutes a vitijs distinguuntur, & in virtutibus vbi inuenitur diuersa ratio boni sunt diuersæ virtutes secundum speciem. Bonum autẽ ad quod humanæ virtutes proxime ordinantur est bonum rationis, contra quam esse est malum hominis, vt dicit Dion. in lib. de di. no. Et quia non in omnibus materiis moralibus eodem modo inuenitur rationis bonum, vt patet, ideo oportet diuersas virtutes morales esse specie differentes. (Cap. 12. — 3. met. tex. cõ. 3. & 12. met. te. cõ. 37. — Cap. 4.)

d. 27. q. 1. 2. cap. AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, duplex est amor, vnus naturalis, & hoc inuenitur in omnibus virtutibus: vnde talis amor non appropriatur charitati; sed est communis omnibus virtutibus, & si de hoc amore loquitur Aug. patet ꝙ non probatur, ꝙ sit tantum vna virtꝰ. Alius autem est amor animalis, qui secundum qđ est in superiori appetitu, & gratuitus ad virtutem charitatis pertinet, & hic quidem amor inuenitur in omnibus virtutibus non quasi idem per essentiam eis, sed inquantum participatur ab ipsis prout sunt a charitate imperatæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd id quod est rationis & intellectus non eodem modo participatur in materijs omnium moralium virtutum, cum in diuersis materijs diuersimode medium rationis rectæ inueniatur, & ideo talis materiæ diuersitas diuersitatem formę & speciei causat. Sicut etiam accidit in naturalibus, quando diuersæ materiæ non sunt proportionatę ad recipiendum formam vnius rationis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in omnibus moralibus inuenitur vna ratio veri, quod est verum contingens in hominis actione consistens: & ideo ad vnum actum cognoscitiuum

pertinent,

pertinent. Inuenitur enim in eis ratio boni diuersa secundũ qđ in diuersis diuersimode ordo rationis constituitur: & ideo ex parte appetitiuæ oportet, ꝙ sint diuersi habitus, qui dicuntur virtutes morales.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut speculatiua ratio dicitur esse recta secũdum qđ se conformiter ad prima principia habet: ita etiã

duxerint, nonnulla quæstio est.
Quibusdam uisum est esse desitu-

ratio practica dicitur recta ratio secundum qđ se habet conformiter ad rectos fines. Inclinatio autem ad finem ad appetitum pertinet, & ideo in 6. ethi. dicitur ꝙ veritas, & rectitudo rationis practicę est secundum qđ se habet conformiter ad appetitum rectum. (Cap. 3.) Appetitus autem respectu alicuius est rectus naturaliter, sicut respectu finis vltimi, prout quilibet naturaliter vult esse felix: sed respectu aliorum rectitudo appetitus ex ratione causatur secundum qđ appetitus aliqualiter ratione participat, vt in 2. ethi. dicitur. Et quia prudentia facit rationem rectam, ideo pręter prudentiam requiruntur aliæ virtutes morales, quę faciunt appetitum rectum in his, in quibus naturaliter rectus non est. Et quia bonum rationis non eodem modo inuenitur in ipsa ratione, & in his quæ rectitudinem rationis participatiue habent: ideo secundum ea quæ prius dicta sunt, morales virtutes sunt alij habitus secundum speciem, quàm prudentia. (In 5. art. q. 1. cap.)

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd quando aliqua cõdiuiduntur æqualiter recipiẽtia communis ꝓ prędicationem, tunc vnum non ponitur in diffinitione alterius: sed quando commune prædicatur de eis per prius & posterius, tũc primum ponitur in diffinitione aliarum, sicut substantia in diffinitione accidentium: & propter hoc prudentia ponitur in diffinitione aliarum virtutum, in qua per prius bonũ rationis, & per consequens ratio virtutis inuenitur: quia prius est quod est per essentiam, quàm quod est per participationem. (D. 527.) (D. 110.)

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ prudens est actiuus adinueniendo ea quæ ad finem rectum perducunt: sed præter hoc oportet esse virtutes morales quæ faciãt rectam intentionem, & inclinationem in finem, quæ etiam exigitur ad hoc quòd homo sit actiuus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ bonum artis consistit in re exteriori quæ per actum artis ad perfectum perducitur, sed bonũ moris consistit in ipso operante: & ideo in artificialibus, dũmodo aliquis opus bonum perficiat, non differt quãtum ad rationem artis qualitercumque operans se secundum voluntatem ad operandum habeat siue sit firmius in proposito, vel delectabiliter operetur, aut non: refert autem quantum ad perfectionem virtutis moralis. Et ideo oportet esse in moralibus habitus facientes appetitum rectum, non autem in artificialibus.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, quòd sicut dictum est, habitus virtutum moralium ex bono rationis diuersificantur, quod quidem in ipso rationis iudicio essentialiter consistit, quod ad prudentiam pertinet: in his vero quæ per rationem disponuntur, participatiue, quod ad morales virtutes spectat. (In 5. art. q. 1. cap.) Moralem autem materiam, idest, actus & passiones humanas ratio quantum ad tria ordinat, siue disponit. Primo, ordinando ipsas passiones per actiones secundum se, prout eas ad medium reducit secundum quandam commensurationem: & sic dicitur modum in eis ponere, quia modus mensurationem importat. Secundo, ordinando subiectum ad ipsas actiones & passiones primo modo ordinatas, vt. s. homo firmiter inhæreat his, quæ ratio ordinauit. Tertio, in ordine ad aliquid extra, ad quod oportet actus nostros proportionari siue sit finis, siue alius homo, siue quicquid extrinsecum, & secundum hoc causatur rectitudo, vel æqualitas in virtute. Hæc igitur tria. s. modus, & firmitas, & rectitudo in omnibus virtutibus moralibus inueniuntur, sed in quibusdam materijs virtutum, bonum rationis attẽditur pręcipue secundum vnum istorum. In quibusdam vero secundum aliud, secundum qđ naturalis potentia, quam perficit habitus virtutis, magis deficit in hoc, vel in illo. Vnde tota intentio rationis & virtutis ad hoc fertur, vbi natura deficit: sicut patet quòd delectationes corporales sunt nobis connaturales, & ideo in his difficillimum est modum tenere: & propter hoc virtus, quę est circa eas, scilicet temperantia, pręcipue modum sibi ascribit, vnde & nomen accepit: & similiter naturaliter homo mortem fugit: unde & difficillimum est in periculis mortis firmiter persistere. Et ideo fortitudo quę circa huiusmodi est, firmitatem sibi ascribit, & inde nominatur. Et similiter rectitudo præcipue in communicationibus ad alterum quæritur: & ideo iustitia, quæ circa has est, a rectitudine nomen habet, & sic est

F etiam in alijs virtutibus moralibus: quia secundum speciem distinguuntur, prout bonum rationis quantũ ad aliquid prędictorum diuersimode in eis inuenitur secundum conditionem materię.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ aliæ virtutes non dicuntur partes subiectiuę harum, vel integrales, quod non impedit earũ distinctionem ab istis, quod infra melius patebit.

ras, & de tribus quidem, pruden-
a scilicet, fortitudine, & tempe-

¶ Ad secundum dicendum, quòd iste virtutes denominantur ab hoc quod est principale in eis. Aliquid autem est principale in vno, quod non est principale in altero, vt ex dictis patet, & ideo nihil prohibet eas esse distinctas. Tamen aduertendum, ꝙ sancti & philosophi inueniuntur dupliciter loqui de G istis virtutibus. Quandoque secundum quod sunt speciales virtutes habentes determinatam materiam, sicut quòd temperantiæ attribuunt delectationes venereas cohibere. Quandoque autem secundum qđ habent quandam generalitatem, prout illud a quo nomen accipiunt, & in quo perfectio earũ principaliter consistit, ad alias materias & virtutes transfert: sicut cum fortitudini attribuunt fortiter persistere non solũ in periculis mortis, sed etiam in quibuscumque periculis: sed primum dicitur proprie, secundum autem appropriate, vel per reductionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd iustitia quædam est generalis, quædam autem specialis. Specialis quidem est secundum qđ habet materiam determinatam communicationis quæ ad alterum sunt secundum rationem debiti: & sic ponitur hic vna de quatuor cardinalibus virtutibus. Alio modo, dicitur generalis & hoc dupliciter. Vno modo, secundum qđ est quædam habitudo recta ipsius animæ, prout homo debito modo ordi- H natur & in seipso, & ad alia, & sic dicitur iustificari impius. Alio modo, prout est idẽ quod omnis virtus ratione differẽs, prout actum virtutis quis ordinat ad bonum commune secundum imperium legis, quod contingit in actibus omnium virtutum, ut Philosophus dicit 5. ethi. & hoc infra melius patebit.

ARTICVLVS II.

Vtrum uirtutes morales insint a natura.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd virtutes morales insint nobis a natura. Damasce. n. dicit in 3. lib. Naturales sunt virtutes, & naturaliter, & æqualiter insunt omnibus, hoc idem etiam dicit Antonius in exhortatione ad I monachos.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 2. phy. Quæ ex principijs naturalibus causantur, natura sunt: sed ratio est de principijs naturalibus hominis. cum ergo virtutes ex ratione ꝓcedant, videtur quòd sint naturales.

¶ 3 Præt. Homo est perfectior inter alia animalia: sed alijs animalibus a natura inest dispositio ad agendum ea quæ eis competunt, sicut hirundini ad faciẽdum nidum. cum ergo virtutes nihil aliud sint, quàm inclinationes ad opera conuenientia homini, videtur quòd virtutes naturales sint homini inditæ.

SED CONTRA. Secundum Diony. 4. cap. de diui. no. Bona naturalia non amittuntur per peccatum: sed virtutes amittuntur. ergo non sunt naturales.

¶ 2 Præt. Ea quæ sunt a natura non assuefacimus: sed in operibus virtutum plurimum valet assuefactio. ergo virtutes non sunt a natura.

VLTERIVS. Videtur ꝙ non possint acquiri ex actibus. K Continentia enim secundum Philosophum in 7. ethi. est aliquid minus virtute: sed continentiam non possumus ex actibus nostris acquirere. Sap. 8. Scio quòd non possum esse continens, nisi deus det. ergo multo minus aliæ virtutes ex actibus acquiri possunt.

¶ 2 Præt. In nulla re per aliquam actionem aliquid acquiritur, nisi per actiones aliquid res illa accipiat: sed operans inquantum operatur, nihil recipit, immo magis operationem a se emittit. ergo ex hoc ꝙ operatur, non acquiritur in ipso aliqua virtus.

¶ 3 Præt. Nihil agit vltra suam speciem, quia effectus non potest esse nobilior causa: sed operationes quæ sunt ante virtutem, non sunt virtutum, sed potentiarum naturalium tantum. cum ergo virtus sit nobilior quàm operatio quæ est ex potentia naturali tantum, videtur quòd per huiusmodi operationes virtutes acquiri non possunt.

¶ 4 Præt.

¶ 4 Præt. Vna operatio non potest habitũ virtutis causare, sicut Philosophus dicit in 1. ethi. similiter nec plures, vt videtur: quia plures operationes non sunt simul, & quod non est, non agit. ergo nullo modo ex actibus virtutes acquiruntur.

SED CONTRA. Philoso. dicit in lib. de memoria & reminiscẽtia ꝙ cõsuetudo est quasi natura. ergo a consuetudine efficitur

rantia cum hoc dicitur, non nihil

aliquid homini connaturale, & facile: sed nihil aliud virtus est quàm quædam facilitas, & inclinatio per modum naturæ ad bonum rationis, vt dicit Tullius. ergo ex consuetudine acquiritur aliqua virtus.

¶ 2 Præt. Malum non est fortius in agendo, quàm bonum: sed ex malis operibus acquiritur aliquis habitus vitiosus, ergo ex bonis operibus acquiritur aliquis habitus virtuosus.

VLTERIVS. Videtur quòd non oporteat ponere aliquas virtutes morales infusas. Ea enim quæ per principia naturalia possunt causari, non oportet quòd diuinitus præter naturalia principia causentur, nisi aliquando miraculose fiat, sicut quòd sanitas restituitur, quam etiam natura posset restituere, licet non statim: sed ad virtutes morales possumus peruenire per naturalia principia, vt probatum est, ergo non indigemus quòd virtutes nobis infundantur.

¶ 2. Præt. Ad actum quantumcumque perfectum non requiritur nisi quòd sit actus rectus, & meritorius: sed ad faciẽdũ actum rectum sufficit virtus acquisita, ad faciendum autem meritorium sufficit charitas. ergo non indigemus virtutibus moralibus infusis.

¶ 3 Præt. Virtutes quas deus in nobis sine nobis operatur, sunt mentis qualitates, vt dicit Augu. & non in viribus organis affixis: sed aliquæ moralium virtutum, vt dictum est, sunt in irascibili & concupiscibili, quæ non sunt partes menti, cũ sint vires organis affixæ. ergo virtutes istę ad minus non possunt esse infusę.

¶ 4 Præt. Virtutes morales a consuetudine dicuntur, vt patet 2. ethi. sed quod est ex consuetudine non est infusum. ergo virtutes morales non possunt esse infusę.

SED CONTRA. Sap. 8. Sobrietatem & prudentiam docet, iustitiam & virtutem: & tanguntur ibi istę quatuor cardinales virtutes, vt in litera magister dicit, quæ sunt virtutes morales: sed sapientia dei non solum docet intellectum instruendo, sed etiam affectum mouendo. ergo istę virtutes etiam sunt infusę.

¶ 2. Præt. In pueris baptizatis, & in contritis de peccatis sunt omnes virtutes: sed non possunt esse acquisitæ, quia piũ actum virtutis non participant, vt dicitur in 1. ethi. neq; ẽt vnus actus contritionis sufficere potest ad acquirendum omnes virtutes. ergo omnes virtutes morales etiam sunt infusę.

VLTERIVS. Videtur ꝙ etiam non differant specie infusæ ab acquisitis. Agens enim cum sit extra rem, non diuersificat speciem, vnde eiusdem speciei est oculus quem deus cęco nato restituit, & quem in aliqua creatura causat: sed virtutes infusę differunt ab acquisitis penes agens primum. ergo non differunt specie.

¶ 2 Præt. Habitus specificantur ex actibus & obiectis: sed idem est obiectum, & idem actus est temperantiæ infusæ & acquisitæ. ergo non differunt specie.

¶ Si dicatur, quòd actu differunt inquantum sunt meritorij actus infusarum, non autem actus acquisitarum. Contra. Actus virtutis cuiuslibet non est meritorius, nisi inquantum est formatus a charitate: sed formatum & informe virtutibus non facit differentiam speciei, sicut patet in fide, cum sit differentia penes extrinsecum. ergo virtutes infusę ab acquisitis non differunt specie. Si dicatur, quòd infusæ propter deum operantur, non autem acquisitæ. Contra. Deus non est obiectum cardinalium virtutum, sed theologicarum. cum igitur virtutes non recipiant speciem a fine vltimo, sed ab obiecto & actu, uidetur ꝙ adhuc per hoc non differant specie virtutes acquisitæ, sed infusæ.

SED CONTRA. Quælibet pars posita in diffinitione facit differre secundum speciem: sed infusio ponitur in diffinitione virtutis ab Augu. secundum quam deus in nobis operatur sine nobis. ergo infusa differt specie ab acquisita.

¶ 2 Præt. Duæ formæ eiusdem speciei non possunt esse in vno subiecto: sed virtus infusa est simul cum virtute acquisita, vt patet in adulto, qui habens virtutem acquisitam ad baptismum accedit, qui nõ minus recipit de infusis quàm puer. ergo virtus acquisita & infusa differunt specie.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ sicut in naturalibus posuerunt quidam formas omnes existere in materia, & quòd agens naturale extrahit eas de occulto ad

A manifestum, inquantum remouet ea quæ prohibebant formam illam apparere: ita etiam dixerunt quidam de habitibus animæ. Vnde Plato dixit ꝙ omnes scientiæ sunt in anima a natura, & addiscere non est aliud quàm recordari. (Plato in li. qui descri. ille.) Et similiter videtur dicere Dama. de virtutibus, quòd insunt nobis a natura, & per exercitium tolluntur impedimenta virtutũ, sicut ferri ęruginem auferentes videmur claritatem, quæ naturaliter ei inest, inducere. (Lib. & cap. ut supra.)

videtur dici. Iustitia enim immor-

Omnes autem istæ opiniones secundum aliquid veræ sunt, & secundum aliquid falsæ. Veræ quidem sunt inquantum prædictorum aliqua inchoatio est natura sicut forma existit in potentia materiæ, & scientia conclusionum in principijs vniuersalibus: quia quod in particulari discitur, prius in vniuersali sciebatur, & virtutes præexistunt in naturali ordinatione ad bonum virtutis, quæ est in ratione cogno- B scente hmôi bonum, & etiam in voluntate naturaliter appetente illud, & etiam quandoque in inferioribus viribus inquantum sunt naturaliter subiectæ rationi, & in quibusdam ex ipsa completione est minus de resistentia ad bonum rationis, secundum quod Philosophus dicit in 6. ethi. quòd quidã confestim a natiuitate sunt fortes, temperati, & ideo a Tullio dicitur, ꝙ seminaria virtutum siue initia sunt naturalia. (Cap. 1.) Falsæ autem sunt prædictæ opiniones inquantum complementũ formarum secundum quod sunt in actu, est ab agente extrinseco: scientiæ vero complementum est ex doctrina, vel inuentione; virtutum autem ex assuefactione, vel infusione. & hoc est quod Philosophus 2. ethi. dicit innatis nobis eas suscipere, perfectis vero per assuefactionem. (Cap. 17.)

ET PER hoc patet responsio ad authoritatem Damasceni.

¶ Ad secunum dicendum, quòd ratio & est natura hominis, & est ratio: vnde ex hoc quòd est ratio addit aliquem modũ causandi supra modum quo aliquid ex altero causatur naturaliter, & secundum hunc modum ratio est principium virtutũ.

C ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ homo propter hoc quòd habet rationẽ quæ collatiua est, se habet ad multas operationes, quarum ratio principium est, & ideo non prouidentur homini a natura necessaria ad tegumentum & defensionem sicut alijs animalibus, vt pili, & vngues: quia non posset instrumentum aliquod determinatum competere ad tam varias & diuersas operationes: & ideo dantur sibi manus, per quas possit sibi facere necessaria secundum quod ei competit ex ratione. Et similiter non potuit esse in homine complementũ ex natura, quia non est idem conueniens omnibus. Oportet enim medium virtutis in diuersis diuersimode accipi.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum est, quòd quidam philosophi, quos sequitur Auicen. posuerunt omnes formas esse a datore, & quòd agens naturale non facit nisi dispositionem ad formas illas: & similiter etiam dicit Auicen. quòd D scientia & virtus sunt a datore, & per studium & exercitium disponitur anima ad recipiendum influxum dictorum habituum. Hæc autem positio tollit naturalem virtutem, quę inest cuilibet principio naturali ad faciendum sibi simile secundum quod materia in quam agit, est receptiua suæ similitudinis. Quod quidem necessarium est ex hoc, quòd omne quod agit, agit ex hoc quòd est in actu: vnde oportet ꝙ omne quod est in actu aliquid, aliquo modo possit esse actiuum illius: & ideo omne naturale principium natum est inducere suam similitudinem per actum suum. Cum igitur principia scientiarum & virtutum sint naturaliter nobis indita, vt dictum est, oportet ꝙ per actiones ex illis principijs prodeuntes, virtutum & scientiarum habitus compleantur, & huic quidem attestatur experientia: quia ex consuetudine efficitur aliquid facile & delectabile, quod prius erat difficile, & hoc est signum habitus generati. s. delectatio operis. (In 5. art. q. 1. cap.)

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd nullum bonum E potest homo habere nisi deus det: sed quædam habentur a deo non cooperantibus nobis, sicut ea quæ sunt infusa: & quędã nobis cooperantibus, sicut acquisita: & quædam cooperante natura, sicut naturalia.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in operibus animæ est quidã gradus secundum qđ vna potentia alteri subiacet, & in eadem potentia est inueniri superius & inferius secundum quod ad diuersa obiecta comparatur. Inferius autem natum est recipere a superiori: & ideo per operationes egredientes a ratione naturali & voluntate, in quibus pręexistunt seminaria virtutum, acquiritur habitus in irascibili & concupiscibili, & per operationem voluntatis & rationis, inquantum sunt finis, & principiorum primorum acquiritur in eis, quantum ad ea quæ sunt ad finem, & quantum ad conclusiones, habitus scientiæ & virtutis: & sic habitus acquiritur per operationem quæ ab operante

rante

rante egreditur, secundum quam inferior pars a superiori recipit in superiori autem parte non est habitus, nisi vel naturalis, vel infusus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut principia sunt potiora conclusionibus, & virtute eas continentia: ita seminaria virtutum, quæ sunt in suprema parte animæ, sunt digniora virtutibus, q̃ sunt

talis est, & magis perficietur in no-

in partibus inferioribus, & continent eas virtute. Et ideo operationes procedentes ex illis principijs sunt similes operibus virtutum, & possunt habitum virtutis perficere: sicut ex consideratione principiorum generatur scientia conclusionum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut multæ guttæ cauant lapidem inquantum vltima agit in virtute omnium præcedentium, quæ tantum habilitabant materiam ad cauationem nihil cauantes: ita vltima operatio agens in virtute omnium præcedentium, habitum virtutis causat.

[In 5. eodẽ art. q. 1. ca.] Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd sicut dictum est, seminaria virtutum quæ sunt in nobis, sunt ordinatio voluntatis & rationis ad bonum nobis connaturale. Cum autem sit homo ex diuina liberalitate ordinatus ad quoddam bonum supernaturale, scilicet æternam gloriam, ex prædictis virtutum seminarijs non possunt virtutes causari fini prædicto proportionatæ. Vnde oportet virtutes quæ vitã nostram ordinant ad finem illum, ex eo causari ex quo est nobis inclinatio in finem illum: hoc autem est per dei gratiam, vnde oportet nos aliquas virtutes morales infusas habere.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ sanitas per miraculum restituta non est ad aliud ordinata, quàm sanitas quæ fit ex natura: & ideo illis qui habent sanitatẽ ex naturalibus principijs, non est necessaria sanitas quæ est per miracula. Et ideò non est simile de sanitate, & virtutibus infusis, quæ ad aliud ordinant, quàm acquisitæ, vt dictum est.

[In corp. huius quæst.] ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ rectitudo actus est ex proportione ad finem, ad diuersos autem fines diuersimode accipit actus proportio: vnde aliquis actus est rect⁹ proportionatus bono ciuili, qui non est rectus proportionatus gloriæ æternæ: vnde oportet ꝙ sint aliæ virtutes infusę, quæ faciant actus rectos ex proportione ad finem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd virtutes infusæ, & acquisitæ non sunt in irascibili & concupiscibili, nisi secundum qđ participant aliqualiter rationem: & ex hac parte non habent dependentiam ab organo corporali, sed continentur sub mente sicut & sub ratione inquantum ipsam participant.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mos secundum quem dicitur moralis virtus, importat inclinationem quandam appetitus ad bonum, vel malum faciendum. Et quia hæc inclinatio frequẽter est ab assuefactione, ideo mos sic dictus, a more prout consuetudinem importat descendit: sed dicta inclinatio non semper est ab assuefactione, sed quandoque a natura, sicut di-
[Cap. 24.] cuntur mores brutorũ in 8. de animalibus: vel etiam ex Dei dono, & sic virtutes infusæ morales dici possunt.

Ad quartam quęstionem dicendum, ꝙ virtutes acquisitę & infusæ differunt specie, s. fortitudo a fortitudine, & temperantia a temperantia, & sic de alijs: quia vt dictum est,
[In hac q. ar. 1. q. 1. c.] fines sunt sicut principia in operatiuis. Si autem esset aliqua scientia, quæ non posset reduci ad principia naturaliter cognita, non esset eiusdem speciei cum alijs scientijs, nec vniuoce scientia diceretur. Vnde cum fines virtutum infusarum non præexistant in seminarijs naturalibus virtutum, sed naturam humanam excedant, oportet ꝙ virtutes infusæ a virtutibus acquisitis, quæ ab illis seminarijs procedunt, differant specie. Vnde & in alia vita hominem perficiunt acquisitæ quidem in vita ciuili, infusę in vita spirituali, quæ est ex gratia secundũ quam homo virtuosus est membrum ecclesiæ.

Ad primum igitur dicendum, quòd effectus proportionatus agenti differt specie secundum diuersitatem agentis. Vnde animalia generata ex semine, & ex putrefactione non
[D. 214.] sunt eiusdem speciei. Virtus autem diuina, quàmuis possit super omnes effectus & in infinitum eos excedat, tamen aliqui effectus sunt, qui nõ possunt esse nisi ex virtute diuina, & tales effectus non sunt proportionati alijs. Vnde tales effectus differunt specie ab illis effectibus, qui etiam ab alijs causis produci possunt, quàmuis & diuina virtus illas possit producere.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quàmuis sit idem actus virtutis acquisitæ & infusæ materialiter, non tamen est idem actus formaliter: quia per virtutem acquisitam collimitantur circunstantiæ secundum proportionem ad bonum ciuile, sed per virtutem infusam secundum proportionem ad bonũ ęternæ glorię: vnde etiam aliquid superfluum secundum virtutem

F ciuilem est modecatum secundum virtutem infusam, sicut ꝙ homo ieiunet, & se voluntarie morti offerat propter defensionem fidei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd penes hoc quod est esse meritorium, non differunt specie, nisi inquantum virtutes acquisitę sunt magis ꝓpinquæ ad meritũ propter finem ad quẽ ordinantur.

bis, quàm esse cessabit. Cum bea-

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis finis vltimus non faciat identitatem in specie, facit tamen diuersitatem, sicut generis diuersitas facit diuersitatem in specie. Tamen sciendum quòd relatio actualis ad remotum finem non facit prædictam differentiam, sed originalis relatio ad ipsum, secundum. s. ꝙ ex diuersitate finis fit diuersa proportio in actu & habitu.

G

ARTICVLVS III.

Vtrum uirtutes morales consistant in medio.

Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ virtutes morales non consistant in medio. In nullo enim indiuisibili est accipere medium & extrema: sed passiones & operationes, circa quas sunt virtutes morales, sunt indiuisibiles. ergo non sunt in medio.

¶ 2. Præt. Medium æqualiter distat ab extremis: sed quædam uirtutes plus appropinquant vni extremo, quàm alteri, sicut fortis plus assimilatur audaci, quàm timido, ut dicit Philosophus in 3. ethi. ergo virtutes morales non sunt in medio.

¶ 3. Præt. Non est idem medium & extremum: sed uirtus est extremum, quia est ultimum potentiæ, ut dicitur in primo cæ-
H li & mundi. ergo non est in medio.

¶ 4. Præt. Quandocumque bonum consistit in medio, malũ consistit in extremo, ad minus vno: sicut in castitate quantũcumque homo abstineat a venereis non peccat: similiter & in magnanimitate quę est extremum in magnitudine, inquantũ ad maxima tendit: similiter etiam in veritate, quia non põt homo nimis uerum dicere. ergo videtur quòd bonum virtutis non consistat in medio.

¶ 5. Præt. Si uirtus sit medium, nõ est medium nisi inter duo uitia: sed aliqua virtus est quæ non est inter uicia, sicut iustitia, quia si plura accipiat, peccat: si minus autem ei detur non peccat. ergo non omnis uirtus moralis consistit in medio.

Sed contra est, quod dicit Philosophus in 2. ethi. [Cap.]

¶ 2. Præt. Sicut se habet ars ad factibilia, ita se habet uirtus ad agibilia: sed ars corrumpitur ex superfluo & diminuto. ergo & virtus. ergo est in medio.

I Vlterius. Videtur ꝙ in iustitia non sit medium rei, diffinitio enim generis debet saluari in qualibet specierum: sed in diffinitione virtutis ponitur, quòd est medium secundum rationem. ergo in iustitia est medium rationis & non medium rei.

¶ 2. Præt. Propter hoc in alijs virtutibus dicitur esse medium rationis, & non medium rei: quia diuersimode determinatur medium secundum diuersas conditiones, sicut aliquid est multum ad comedendum vni, quod non est multum ad comedendum alteri: sed diuersa conditio etiam obseruatur in iustitia, quia iustitia distributiua non æqualiter tribuit omnibus, sed unicuique secundum quod dignus est: similiter etiã in commutatiua non tantum punitur qui percutit priuatum hominem, quantum qui percutit principem. ergo in iustitia non est medium rei, sicut nec in alijs uirtutibus.

¶ 3. Præt. In illo accipiendum est medium virtutis, quod ꝑ
K uirtutem rectificatur, & perficitur: sed finis uirtutum non est rectificatio rei exterioris, sed operantis secundum rationem: quia eupraxia, idest, bona operatio est finis in omnibus virtutibus, ut dicit Philosophus in 6. ethi. ergo non est ibi rei medium, sed rationis tantum. [Cap.]

Sed contra. Medium quod accipitur secundum proportionem rei ad rem, est medium rei: sed medium iustitiæ accipitur secũdum proportionem rei ad rem, ut geometricam in iustitia distributiua, uel arithmeticam in commutatiua, ut dicit Philosophus in 5. ethi. ergo est ibi medium rei.

¶ 2. Præt. Iustitia est æqualitas quædam: sed æqualitas est etiã secundum rem medium inter plus & minus. ergo etiam in iustitia est medium rei.

Vlterius. Videtur ꝙ in uirtutibus intellectualibus non sit medium. Medium enim accipitur in passionibus secundum qđ mensurantur ad rationem: sed in uirtutibus intellectualibus non est accipere aliquid superius ad quod mensurentur, ergo in eis non est accipere medium.

¶ 2. Præt.

¶ 2. Præt. Medium virtutis est inter contrarias passiones: sed in intellectualibus non sunt contrariæ passiones, quia rationes contrariorum in intellectu non sunt contrariæ. ergo in intellectualibus virtutibus non est accipere medium.

¶ 3. Præt. Vbicũque est accipere medium, est accipere extrema, quæ corrumpunt medium: sed in intellectu non est accipere extrema corrumpentia

te viuemus contemplatione naturæ diuinæ, quæ creauit omnes, cæ-

medium, quia intellectus non corrumpitur neque ex magno
[Tex. co. 5.] intelligibili, neque ex paruo, vt dicitur in 3. de anima. ergo in virtutibus intellectualibus non est medium.

Sed contra. In virtutibus moralibus non inuenitur medium, nisi secundum quod participant rationem rectã: sed ratio recta per prius inuenitur in intellectualibus, quàm in moralibus. ergo verius est mediũ in intellectualibus, quàm in moralibus.

[Cap. 4. Cap. 4.] ¶ 2. Præt. Ars est intellectualis virtus, vt patet in 6. ethi. sed Philosophus in 2. ethi. per medium artis probat medium virtutis. ergo virtus intellectualis habet medium.

[IIII] [11. q. 64. 3.] Vlterius. Videtur ꝙ etiam theologicæ virtutes medium habeant. In moralibus enim virtutibus est medium secundum quod earum actus ex ratione recta procedunt: sed virtutum theologicarum actus non sunt contra rationem. ergo non sunt in medio.

¶ 2. Præt. Spes est medium inter præsumptionem & desperationem: sed spes est virtus theologica. ergo virtutes sunt medium inter vitia.

¶ 3. Præt. Fides vadit media inter duas hæreses. s. Nestorij & Euticis: sed fides est virtus theologica. ergo virtutes theologicæ in medio consistunt.

[In tract. de diligendo Deo circa princi.] Sed contra. Bernard⁹ dicit, ꝙ modus charitatis est nõ habere modum: sed virtutes dicuntur in medio esse inquantum sunt modificatæ. ergo charitas non est in medio, & eadẽ ratione nec aliæ duæ.

¶ 2. Præt. Vbi numquàm contingit æquale reddere, ibi non potest esse superfluum: sed in illis quæ sunt ad Deum non
[Cap. 10.] contingit æquale reddere, vt etiam Philosophus in 8. ethi. dicit. ergo non contigit superfluum in virtutibus theologicis quæ deum habent pro obiecto, accipere: & ita non sunt in medio.

Respon. Ad primam quæstionem dicendum, quòd oẽs virtutes morales in medio constitutæ sunt. Virtutes enim morales sunt circa passiones, & operationes, quas oportet dirigere secundum regulam rationis. In omnibus autem regulatis consistit rectum, secundum quod regulæ æquantur, æqualitas autem media est inter maius & minus: & ideo oportet ꝙ rectum virtutis consistat in medio eius quod superabundat, & eius quod deficit a mensura rationis rectæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd actiones & passiones quàmuis sint indiuisibiles per essentiam, sunt tamen per accidens diuisibiles vel secundum intensionem, vel secundũ tempus, vel secundum locum, vel secundum obiecta, vel secundum aliquid huiusmodi, & ideo etiam secundum hoc est in eis medium accipere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd mediũ accipitur in aliquo dupliciter. Vno modo, ex comparatione ad extrema eiusdem rei sicut medium in circulo, & tale medium oportet ꝙ æque distet ab extremis. Alio modo, ex comparatione ad aliquam regulam extra, & tunc non oportet quòd medium æque distet ab extremis, sed ꝙ æquetur regulæ: sicut patet ꝙ quando secatur lignum ad aliquam regulam, non semper tantum aufertur quantum dimittitur, & tale medium est medium virtutis moralis quæ habet rectam rationem pro regula, vnde quandoque appropinquat plus vni extremo, quàm alteri secundũ quod competit rationi rectæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd virtus est extremum quo ad contrarietatem boni & mali: quia bonum hominis in ratione consistit, & ita in medio æqualitatis ad rationem: sed quan-
[Cap. 5.] tum ad contrarietates circa quas est virtus est in medio, sicut dicit Philosophus in 2. ethi.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ medium virtutis saluatur secundum adæquationem omnium circunstantiarum simul ad rationem. Contingit autem in aliquibus virtutibus, quòd adæquatis omnibus alijs circunstantijs non potest accipi extremum in altero: quia superfluum non potest accipi in illo nisi ex comparatione aliarum circunstantiarum, sicut in veritatis virtute patet: quia non potest homo nimis verum dicere saluato quòd dicat verum quod debet, & quando, & vbi, & cui, & cæteris: sed superfluum in hac circunstantia accipitur secũdum excessum in alijs. Qui enim dicit verum quod non opor-

A tet, etiam nimis verum dicit: & similiter etiam in magnanimitate est ratione quanti, & similiter etiam in castitate: quia non potest homo nimis abstinere, dummodo saluentur aliæ circunstantiæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd virtus dicitur medium dupliciter. Vno modo, ratione materiæ circa quam est, inquantũ adæquat eam rationi rectę,

terasque instituit naturas, qua nihil melius & amabilius est. Cui re-

& hoc per se conuenit omni virtuti morali, & sic est medium per participationem extremorum. Alio modo, dicitur mediũ ratione habitus, inquantum. s. habitus virtutis est medium inter habitus duarum malitiarum: & hoc est medium per abnegationem extremorum, & hoc accidit virtuti, nec oportet ꝙ sit in omnibus virtutibus: & propter hoc non oportet ꝙ iustitiæ habitus sit medius inter duas malitias, vt in 5. ethi. dicitur, sed ꝙ medium attingat in materia sua. [Cap. 4.]

B Ad secundam quæstionem dicendum, quòd in iustitia oportet esse non solum medium rationis, sed etiam rei: cuius ratio est, quia iustitia est circa operationes, & secundum ordinem ad alterum, vnde illum ad quem sunt operationes iustitiæ, accipiunt quasi regulam. Et ideo sicut passiones circa quas sunt aliæ virtutes, oportet ꝙ æquentur rationi: ita oportet ꝙ operationes circa quas est iustitia, adæquentur illi ad quem est iustitia, quòd non potest esse nisi secundum rem tantum reddatur quantum ei debetur, & ideo ibi est medium rei. Sed inter aliquos duos potest constitui æqualitas dupliciter. Vno modo secundum qđ vtrisque aliquid reddendum est, & in hoc constituit ei æqualitatẽ iustitia distributiua, quæ non dat æquale vtrique secundum quantitatem, sed secundum proportionem, quia vtrique dat quantum sibi debetur: & ideo medium in iustitia distributiua dicitur esse secundum proportionabilitatem geometricam, in qua saluatur eadem proportio, sed non eadem quantitas, sicut sex est medium inter quatuor &
C nouem: quia in qua proportione se habet ad quatuor. s. in sexquialtera, in ipsa se habet nouem ad ipsum, quàmuis nouẽ excedant sex in tribus, & sex quatuor in duobus. Alio modo, constituitur æqualitas iustitiæ inter aliquos inquantum vnus debet recipere ab alio propter hoc quòd ille prius recepit ab isto, & ad hoc est iustitia commutatiua. Et quia tantum debet secundum quantitatem aliquis ab altero recipere, quantum ei tribuit, ideo in hac specie iustitiæ saluatur medium secundũ proportionem arithmeticam, in qua saluatur eadem quantitas, sicut tria est medium inter quatuor & duo, quia vtrinq; est excessus in vnitate.

Ad primum igitur dicendum, quòd in iustitia est medium rationis, quod & idem est medium rei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in iustitia non consideratur conditio personę, nisi inquantum ex conditionibus personæ variatur quantitas rei. Qui enim percutit principem, maio-
D rem offensam facit, & ideo plus debet puniri: & similiter etiam patet in iustitia distributiua, quòd diuersitas personarum in diuersitatem rei redundat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in iustitia incidit in idem rectificatio operationis, & rectificatio rerum, vt dictum est.

[In cor. hui⁹ quæstiun.] Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd bonum uirtutum intellectualium consistit in hoc ꝙ uerum dicatur: ueritas autem consistit in quadam adæquatione intellectus vocis ad rem. Et quia æqualitas est medium inter maius & min⁹, ideo oportet ꝙ bonum virtutis intellectualis in medio consistat, vt. s. dicatur de re hoc quod est: si autem excedat uel in plus, vel in minus, erit falsum, quod se habet ad virtutes intellectuales, sicut vitium ad morales, & hoc inquantum intellect⁹ absolute considerat. Inquantum vero de vno in aliud discur-
E rit, accipitur medium non solum secundum commensurationem ad rem, sed secundum commensurationem conclusionũ ad principia, vel eorum quæ sunt ad finem in operatiuis.

[Tex. co. 5.] Ad primum igitur dicendum, ꝙ sicut dicit Philosophus in 10. meta. Mensura intellectus nostri est res, & ideo secundum quod adæquatur rei, est rectum ipsius, nihilominus & principia sunt regula cõclusionum, & intelligens est quodammodo regula principiorum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ contrarietas passionum accedit ad medium uirtutis moralis: vnde circa iram quæ non habet passionem oppositam, est medium virtutis moralis secundum plus & minus in ipsa eadem passione.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ extrema in virtutibus intellectualibus non accipiuntur secundum magnum & paruum intelligibile: sed extremum in plus est quando attribuitur aliquid alicui quod non inest ei: extremum autem in minus, quando remouetur ab eo quod ei inest. Vtroque autem modo falsum

contingit,

contingit. Verum autem quando dicitur inesse quod inest, aut non inesse quod non inest, & haec extrema corrumpunt non substantiam, sed veritatem intellectus.

AD QVARTAM quaestionem dicendum, quòd medium in omnibus virtutibus quae habent medium, accipitur ex hoc quòd virtus attingit in materia propria illud quod est aequale & competens mensura. Vnde si esset aliqua virtus, quę haberet mensuram ipsam pro materia, non essent ibi extrema, nec medium, sed bonum illius virtutis esset simpliciter attingere mensuram illam: sicut si alicuius virtutis materia esset veritas. Omnium autem prima

genti esse subditum, iustitiae est. Et ideo immortalis est omnino iusti-

Tex. co. 7. mensura est ipse deus, sicut etiã ipse philosophus in 10. meta. dicit. Vnde virtutes theologicae, quae habẽt deum pro obiecto, qui est vltimus finis a quo omnia mensurantur, non possunt habere rationem medij, cum in materia illa non sit accipere extrema: sicut etiam in his quae coniuncta sunt malo fini, non potest accipi medium.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd ratio recta non est ad hoc ꝙ in materia illa vitentur extrema, in qua superfluum esse non potest.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ fides est virtus theologica inquantum adheret primae veritati, & ex hac parte non potest in ipsa medium esse, non enim potest nimis deo adhęrere: sed ex parte illa qua aliquid affirmat, vel negat veritati primae adherens, ibi est medium, quia secundum hoc habet similitudinem cum virtutibus intellectualibus.

¶ Et similiter dicendum ad tertium, ꝙ spes non habet mediũ secundum qđ deo adhaeret, sed ex parte subiecti.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum uirtutes morales maneant in patria.

12.q.67.1. de uerit. q. 5.4. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ virtutes morales non maneant in patria. Fides enim & spes sunt nobiliores quàm virtutes morales: sed fides & spes euacuantur. ergo & morales virtutes.

¶ 2 Praet. Virtutes morales perficiunt in vita actiua: sed haec vita cessabit in patria, in qua erit tantum contemplatio. ergo & virtutes morales non erunt in patria.

¶ 3 Praet. Virtutes morales quaedam sunt circa passiones: sed hę non erunt in patria. ergo nec virtutes morales.

¶ 4 Praet. Fortitudo & temperantia sunt in irascibili & concupiscibili: sed secundum quosdam vires sensibiles non remanebunt in aĩa separata. ergo nec temperantia & fortitudo.

¶ 5 Praet. In patria erimus sicut angeli dei. Matth. 22. sed derisibiles videntur qui ponunt castitatem & sobrietatem in angelis, quos deos nominat Philosophus in 10. meta. ergo nec in

Aristo. 12. meth. t.co. 50. nobis erunt.

¶ 6 Praet. Patientia est valde nobilis virtus, quia ipsa opus perfectum habet: sed non remanebit in patria nisi quantum ad fructum, vt Augu. dicit in lib. de patientia. ergo nec aliae

Cap. 29. morales virtutes.

SED CONTRA. Istę virtutes plenissime fuerunt in Christo: sed illę virtutes quae euacuantur in patria, non fuerunt in Christo, vt fides & spes. ergo virtutes istę non euacuantur.

¶ 2 Praet. Sap. 1. Iustitia est perpetua & immortalis: sed non minus est necessaria ordinatio hominis ad seipsum, quàm ordinatio ad alterum quae est per iustitiã. ergo & aliae virtutes morales manent in patria.

Lib. 1. sup somniũ Scipionis. ¶ 3 Praet. In patria erunt homines deo conformes: sed hae virtutes in deo sunt exemplares, vt dicit Macrobius. ergo & in sanctis erunt aliquo modo.

RESPON. Dicendum, ꝙ quaelibet virtutum praedictarum habet duos actus. Vnum quem exercet circa propriam materiam: alium quem habet quando peruenit ad finem. Sicut fortis dum est in periculo pugnę, exercet actum qui est circa materiam propriam, scilicet timores & audacias: sed quando iam domum victor reuertitur, habet hunc actum, qui est gau-

In hac dist. q. 1. art. 2. q. 3. dere de victoria per pugnam praecedentem adepta. Dictum est autem quòd virtutes morales quędam sunt infusae, & quaedam acquisitae, & quòd acquisitae dirigunt in vita ciuili: vnde habent bonum ciuile pro fine. Et quia haec ciuilitas non remanebit in patria, ideo non remanebit eis aliquis actus nec circa finem, nec circa materiam propriam, secundum quam tendit ad finem, & ideo habitus tollentur. Virtutes autem infusae morales perficiunt in vita spirituali, secundum quã homo est ciuis ciuitatis dei, & membrum corporis Christi, quod est

F ecclesia, & haec quidem ciuilitas in futuro non euacuabitur, sed perficietur. Vnde remanebunt istis virtutibus actus qui sunt circa finem proximum vniuscuiusque virtutis: & ideo remanebunt habitus virtutum moralium infusarum.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ fides & spes sunt nobiliores moralibus virtutibus ratione obiecti. Sed qa habẽt essentialiter annexã imperfectio-

tia, nec in illa beatitudine esse desinet: sed talis ac tanta erit, vt per-

nem d respectu sui obiecti, quae non est annexa virtutibus moralibus: ideo nõ oportet quòd morales euacuentur, sicut spes & fides. D. 66

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ virtutes quae perficiunt in vita actiua etiam acquisitę non oportet quòd tollantur, cum aliquis se transfert ad vitam contemplatiuam: sed habent alios

G actus inquantum pertingunt ad finem proximum, quia conplatiua vita d est finis actiuae. Et ideo distinguit Macrobius harum virtutum tres gradus secundum quod sunt in hominibus. Sunt enim politicę secundum qđ homo per eas in ciuilibus operibus rectificatur: purgatoriae autem secundum quod ciuilibus vtens ad quietem contemplationis aliquis anhelat. Sed dicuntur purgati animi, inquantum aliquis abiecto omni exercitio ciuilis vitę, quieti contemplationis totum se tribuit. Et in hoc statu dicit ꝙ actus temperantiae est cupiditatem non iam refrenare, sed penitus obliuisci: fortitudinis autem passiones ignorare, non vincere, & sic de alijs. Lib. 1. somnii Scipionis. D. 111

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quantum ad actus quos habent circa materias proprias, non remanebunt: sed secundũ actus quos habent in fine adepto, qui est a passionum tumultibus quietari.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ vires sensibiles non manent actu d in anima separata: dicunt tamen ꝙ manent in essentia animae sicut in radice. Et similiter etiam manent habitus virtutum inferioris partis sicut in radice in virtutibus, quę sunt in ratione & in ipsa gratia. D. 114

H

¶ Ad quintum dicendum, quòd istę virtutes sunt in angelis alio modo quàm in hominibus, etiam in patria: quia homines perpessi sunt hmõi passiones, quae per dictas virtutes refraenantur, vel naturam habent, vt perpeti possint, quod non est de angelis. Vnde in angelis & in deo sunt sicut exemplares: in hominibus autem sicut virtutes purgati animi in patria. Tamen sciendũ quòd philosophus loquitur de virtutibus acquisitis, quae perficiunt hominem in vita ciuitatis terrenę, in qua vita non habemus cum angelis aliquam communicationem: vnde non est simile de illis virtutibus quae perficiunt in vita ciuili ciuitatis dei, quae constituitur ex angelis & hominibus.

I ¶ Ad sextum dicendum, ꝙ patientia dicitur non manere quãtum ad actum quem habet circa mala tolerabilia, manet tamen habitus & actus quem habet in quiete finis proprij.

QVAESTIO II.

B

Deinde quaeritur specialiter de virtutibus cardinalibus.

¶ Primo, Quae & quot debent dici cardinales.
¶ Secundo, De materijs & obiectis earum.
¶ Tertio, De actibus.
¶ Quarto, De subiectis.
¶ Quinto, Quae ipsarum sit principalior.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum aliquae uirtutes debeant dici cardinales.

K

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nullę virtutes debeãt dici cardinales: quia eędẽ virtutes quae cardinales dicunť, dicuntur etiam generales, vnde & Tullius eis partes assignat: sed virtutes sunt distinctae abinuicem, vt dictũ est. ergo videtur ꝙ non debeant dici cardinales. 12.q.6... 3. Re... 2. de...

¶ 2 Praet. Ea quae diuiduntur abinuicem, sunt simul secundum Philosophum, & ita vnum nõ est principalius altero: sed virtutes condiuidunt abinuicem genus uirtutis. ergo una non est principalior altera, & ita nec una debet dici cardinalis respectu alterius.

¶ 3 Praet. Virtutes diuiduntur contra uitia: sed uitia principalia nõ dicuntur cardinalia, sed capitalia. ergo uirtutes principales debent dici capitales, & non cardinales.

4 Praet.

A ¶ 4 Praet. Si dicuntur cardinales, quia eis peruenitur ad vitã aeternam, vt dicitur in litera, eadem ratione omnes virtutes sunt dicendae cardinales, quia omnibus vitã aeternã meremur.

¶ Sed contra est, quòd dicitur in litera.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ morales virtutes non debeant dici cardinales, sed aliae: quia theologicae virtutes propinquiores sunt fini, quia habent fi-

fectior ac maior esse non possit. Fortassis & aliae tres uirtutes, pru-

nem vltimum pro obiecto: cum ergo finis sit principium

Cap. 11. in operatiuis secundum Philosophum 7. ethic. virtutes theologicae erunt principaliores, & ita ipse magis debent dici cardinales.

¶ 2 Praet. Charitas dicitur radix virtutum, fides autem fundamẽtum, spes vero anchora: sed quae est proportio radicis ad arborem, & fundamenti ad domum, & ancorae ad nauem, eadẽ est proportio cardinis ad ostium. ergo virtutes theologicae possunt dici cardinales, sicut & morales.

¶ 3 Praet. Virtutes intellectuales sunt nobiliores virtutibus moralibus, quia perficiunt in vita contemplatiua, quae est nobilior actiua. ergo virtutes intellectuales magis debent dici cardinales quàm morales.

SED CONTRA. Vna sola de cardinalibus hic enumeratis intellectualis est. s. prudentia, quae moralis est aliquo modo. ergo virtutes cardinales magis sunt in genere moraliũ quàm intellectualium virtutum.

III VLTERIVS. Videtur quòd non debeant dici tot virtutes cardinales in hoc numero, quia virtutes istae sunt in tribus viribus animae: sed inter eas est vna tantum principalis, scilicet rationalis. ergo & inter virtutes est tantum vna cardinalis.

12.q.61.

¶ 2 Pręt. Si virtutes dicuntur eaedem generales, & cardinales: generales autem sunt tantum duae, scilicet iustitia & prudentia, vt dictum est prius, uidetur etiam quòd tantum sint duae cardinales.

¶ 3 Praet. In qualibet vi est aliquid principalissimum inuenire eorum quae ad illam vim pertinent. si ergo vires sunt tres, in quibus sunt virtutes, videtur quòd etiam tantum tres debeant esse virtutes cardinales.

SED CONTRA. Videtur quòd debeant esse plures quàm quatuor, quia virtutes vitijs opponuntur: sed vitia capitalia sunt septem. ergo & virtutes cardinales debent esse septem.

¶ 2 Praet. In rationali ponuntur duę virtutes cardinales, prudentia. s. & iustitia. ergo similiter in qualibet aliarum virium debent poni duae virtutes cardinales, & ita cum vires sint tres, erunt sex cardinales virtutes.

Cap. 3. ¶ 3 Pret. Sicut prudentia est perfectio rationis practicae, ita & ars: sed rationis practicae rectitudo & veritas consistit, ut dicitur in 6. ethi. in conformitate ad appetitum rectum, quod fit per virtutes morales, vt dictum est. ergo sicut prudentia inter virtutes morales ponitur cardinalis virtus, ita & ars mechanica poni debet.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd aliae virtutes magis debeant esse cardinales quàm istae: quia vnumquodque denominatur a principaliori quod est in ipso, ut dicit Philosophus in 2. de anima: sed vis irascibilis denominatur ab ira. ergo cum mansuetudo sit contra iram, fortitudo autem contra timores & audacias, quae sunt etiam passiones irascibilis, videtur quòd mansuetudo sit magis virtus cardinalis quàm fortitudo.

Cap. 9. ¶ 2 Praet. Illud quod est magnum in quolibet genere, est principalius in illo genere: sed magnanimitas operatur magna in omnibus virtutibus, vt dicit Philosophus in 4. ethi. ergo videtur ꝙ magnanimitas sit magis cardinalis quàm fortitudo, quia vtraque est in irascibili.

¶ 3 Praet. Virtus cardinalis dicitur, in qua aliae virtutes firmãtur: sed humilitas est firmamentum omnium virtutum, quia

Homil. 7. sicut dicit Greg. qui caeteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat. ergo uidetur ꝙ humilitas praecipue esse debeat cardinalis.

¶ 4 Praet. Paenitentia omnes defectus ad perfectum reuocat: sed aliae virtutes defectus singulares remouent. ergo cum pęnitentia sit quaedam virtus, vt dicit Ambr. videtur quòd ipsa potissime debeat dici cardinalis.

¶ 5 Praet. Magis est laudabile dare aliquid de proprio, quàm reddere alienum: sed liberalitas propria largitur, iustitia autem vnicuique quod suum est reddit. ergo liberalitas magis debet esse cardinalis virtus, quàm iustitia.

RESPON. Dicendum ad primam quaestionem, ꝙ virtutes

A quatuor quae hic enumerantur, dicũtur generales, & principales, & cardinales. Quia enim principium cuiuslibet rei est potissima pars eius etiam plus quàm dimidium, vt dicitur in 1. ethic. et ideo illud quod est potissimum in quolibet genere dicitur principale in genere illo, & quia habitus pensatur ex actibus, & actus ex obiectis, siue materia: ideo virtutes principales dicũntur quę sunt

dentia sine vllo iam periculo erroris, fortitudo sine molestia tole-

circa illud quod est potissimũ in materia, vel materijs virtutũ: sicut potissimum in illis quae ad cõcupiscibilem pertinẽt, sunt delectationes secundum tactum. Vnde temperantia quae est circa illas delectationes, est uirtus principalis, & eutrapelia q̃ est circa delectationes quae sunt in ludis, est virtus secunda-

B ria, sicut ars ad quam pertinet finis nauis qui est nauigatio. s. gubernatoria est principalis respectu illius artis quae facit nauem, quia finis est potissimum in vnoquoque: & in arte quae facit nauem est principalior illa quae inducit formam, quàm quae praestat materiam. Et quia ad illud quod est potissimum in qualibet re ordinantur omnia quae sunt illius rei, ideo virtutes & artes principales mouent secundum suum imperium virtutes & artes secundarias ad actus proprios, sicut ars gubernatoria imperat ei quae facit nauem: & ex hoc dicitur architectonica respectu eius, quasi princeps ipsius. Et quia actus moti fundantur super actione mouentis, ideo actus secundariae virtutis fundãtur super actione principali, sicut fundatur super cardinem motus ostij: & ideo virtus principalis dicitur esse cardinalis, & virtus secundaria dicitur adiuncta illi. Omne autem quod mouetur ab aliquo, agit in virtute mouẽtis sicut instrumentum eius, & ideo etiam motus uirtutis cardinalis participatur quodammodo in virtutibus adiunctis: & secun-

C dum hoc uirtus cardinalis dicitur generalis, inquantum pluribus uirtutibus adiuncta, dicitur pars eius inquantum modum suum participat.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ non dicuntur generales per praedicationem, sed per quãdam participationem, ut dictum est, unde eis non assignantur species, sed partes.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ea quae diuidunt aliquod commune uniuocum, sunt simul quantum ad intẽtionem generis, quamuis unum possit esse causa alterius quantũ ad esse, sicut motus localis est causa aliorum motuum, contra quos diuiditur. Sed ea quae diuidũt aliquod commune analogum, se habent secundum prius & posterius etiam quantum ad intentionem communis quod diuiditur, sicut patet de substantia & accidente: unde ex hoc ꝙ una uirtus condiuiditur alteri, non oportet quòd una non sit altera principalior. In cor. eiusdem qũaest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd perfectio peccatorum non est per ordinem ad finem, sed magis per auersionem a fine debito. Vnde motus peccatorum non assimilãtur ostio, per quod

D intratur in domũ: & ideo peccata principalia non assimilãtur cardini, unde non dicuntur cardinalia, sed capitalia tantum ex hoc ꝙ important quosdam actus aliorum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis omnes uirtutes gratuitae introducant ad regnum cęlorum, ex hoc tamen non nanciscuntur nomen cardinis, sed ostij. Illae autem uirtutes quibus ad aeternam uitam peruenitur, ut super eas aliarum uirtutum motus fundantur, dicuntur proprie cardinales.

AD SECVNDAM quaestionem dicẽdum, quòd uirtutes cardinales dicuntur, ut dictum est, ad similitudinem cardinis in quo motus ostij firmatur. De ratione aũt ostij est, ut per ipsum interiora domus adeantur, & ideo illud per quod non est motus in aliquid ulterius, non habet rationem ostij. Virtutes autem theologicae cum sint circa finem ultimum, non est aliquid aliud ulterius ex parte obiecti in quod tendant, unde in uirtutibus theologicis nõ inuenitur ratio ostij, & propter hoc non possunt dici cardinales: similiter nec in uirtutibus intel-

E lectualibus, quia perficiunt in uita contemplatiua, quae non ordinatur ulterius ad alteram uitam, sed actiua ad ipsam ordinatur. Vnde cum uirtutes morales perficiant in uita actiua, & habeant actus suos non circa finem ultimum, sed circa obiectum, ex utraque parte manet in eis ratio ostij: & propter hoc cardinales uirtutes inueniuntur solum in genere moralium.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd quamuis possint dici principales, non tamen dicuntur cardinales ratione iam dicta.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ fundamentum, anchora, & radix nominant id in quo aliquid firmatur quantum ad suam quietem: & ideo cõpetunt illa nomina uirtutibus q̃ hñt finem In cor. hui⁹ quaest.

In hoc art. q.1.c. pro obiecto in quo eſt quies: ſed cardo dicit aliquid in quo alterum firmatur quantũ ad motũ, vt dictum eſt, & ideo conuenit hoc nomẽ virtutibus quæ ſunt circa ea quę ſunt ad finem, per quæ eſt tranſitus in finem.

¶ Ad tertium, ſicut ad primum dicendum eſt.

Ad tertiam quæſtionem dicendum, ꝙ non ſunt niſi quatuor virtutes cardinales, cu-

randorum malorum, temperantia ſine repugnantia libidinum,

ius ratio eſt: quia cũ moralium virtutum materia ſint ea quæ ad appetitum pertinẽt, in quibus etiam ratio dirigit, prædicta materia poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo, prout habet rõnem conſiliabilis & eligibilis, ſecũdũ qđ ratio circa eam operatur, & ſic eſt prudentia quæ eſt media inter morales & intellectuales, vt ſupra dictum eſt di. 23. Alio modo, ſcđm qđ habet rõnem boni appetibilis. Ad appetitũ autem duo pertinent. ſ. actio & paſſio: paſſio autem eſt in iraſcibili & concupiſcibili. Circa actiones ergo eſt iuſtitia: circa paſſiones iraſcibilis, fortitudo: circa paſſiones concupiſcibilis, temperantia, & ſic ſunt quatuor virtutes cardinales. q.1.art.4.q. 2. ad 3.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ cardo eſt illud, in quo proxime firmatur motus oſtij: vnde virtutẽ cardinalem oportet eſſe circa id quod eſt principale in ſingulis materijs, & non ſolum circa id qđ eſt principale principiũ, qđ ad rõnẽ ꝑtinet.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ iuſtitia & prudẽtia dicuntur generales reſpectu omniũ virtutũ. temperantia aũt & fortitudo non reſpectu omnium, ſed reſpectu virtutũ tantũ quę eis adiũguntur, & hæc generalitas ſufficit ad cardinalẽ virtutẽ. Prudẽtia aũt non requiritur: quamuis iuſtitia, ſcđm qđ eſt idẽ qđ oĩs virtus, non ſit virtus cardinalis, vt dictũ eſt. Prudentia aũt nõ eſt generalis quantum ad eſſentiã, cum contra alias diuidatur, ſed quantũ ad materiam, quia in omnibus moralibus dirigit. In hac diſt. q.1.art.1.q. 3. tertium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio quandoque comprehendit duas potentias. ſ. vim cognitiuam, in qua eſt prudentia, & vim affectiuam, quæ voluntas dicitur, in qua eſt iuſtitia, vt infra dicetur: concupiſcibilis autem & iraſcibilis ſunt tantũ appetitiuę, ideo non eſt ratio ſimilis. Arti.4.hui9 quæſt. q.3. per totã.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quãuis virtutes vitijs opponant᷑, nõ tñ oportet ꝙ virtus principalis d opponatur vitio principali: quia principalitas virtutis attenditur penes id quod eſt principale ſimpliciter, cum idem ſit iudicium de re abſolute, & ẽm qđ comparatur ad virtuoſum, vt Philoſophus dicit. Sed principalitas vitij eſt ẽm id quod magis eſt natum mouere a rectitudine rationis: & hoc quidem in aliquibus conſonat, in aliquibus autem non. Vnde aliquod vitium capitale opponitur cardinali virtuti, ſicut luxuria & gula temperantiæ, aliquod autem non opponitur principali, ſicut ira manſuetudini. D.1028. 1003.

¶ Ad quintum dicendum, quòd iraſcibilis & concupiſcibilis non ſunt cognitiuæ, ſed appetitiuæ tantum: & ideo in eis nõ poteſt eſſe duplex virtus cardinalis, ſicut in rõne dictum eſt. In cor.hui9 3. quæſt.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ appetitus dicitur rectus dupliciter. Vno mõ in ſe, ſecundũ quod ea quę in appetitu ſunt, ordinata ſunt, & hanc rectitudinem facit virtus moralis: & quia prudentia conformat rationem practicam appetitui ſic directo, ideo cum moralibus virtutibus in materia communicat, & in eamdẽ operationem concurrunt, propter quod inter morales computatur. Alio modo dicitur appetitus rectus a rectitudine quæ eſt extra ipſum, & hoc eſt materialiter, inquantũ. ſ. tendit in aliquid rectũ extra ſe faciendũ, cuiuſmodi eſt rectitudo quæ eſt in artificiatis, & ſic conformat rõnem appetitui recto ars mechanica, ideo non computatur inter morales virtutes.

Ad quartam queſtionem dicendũ, ꝙ ſicut ex dictis patet, omnis materia moralis ad quatuor reducitur, quæ vel re, vel ratione differunt: hoc enim ſufficit ad differentiam habituum, vt prius dictum eſt. ſ. paſſio concupiſcibilis, paſſio iraſcibilis, actio, & hæc omnia ẽm quod ſubijciuntur rõni: ſic omnia induunt rationem vnius obiecti, vel materiæ. Inter paſſiones autem concupiſcibilis præcipuæ ſunt delectationes ſecundum tactum, vt ex ſupradictis in 26. diſt. patet circa quas eſt temperantia: & ideo in hac materia ipſa eſt cardinalis virtus. In paſſionibus autem iraſcibilis pręcipuæ ſunt illę quæ ſunt ex difficili, quod natum eſt mortem incutere: & ideo fortitudo quæ eſt circa huiuſmodi paſſiones, eſt in hac materia cardinalis virtus. In actionibus autem quæ ſunt circa res quæ in vſum vitæ veniunt, quibus adinuicem communicamus, præcipuæ ſunt illę actiones, quibus huiuſmodi res diſtinguuntur, quia prædicta diſtinctio eſt communicationis principium: & ideo iuſtitia, quæ tribuit vnicuique quod ſuum eſt, eſt cardinalis virtus in hac materia. Inter autem ea quæ ratio circa moralia operatur, præcipuum eſt præceptum de agendis, ad quod conſilium, & omnia huiuſmodi ordinantur: & ideo pru- In hoc art. 4. 3.corp. q.1.art.4.5.

F dentia quę eſt præceptiua, vt in 6. ethi. dicitur, eſt cardinalis in iſta materia. Cap.

Ad primum ergo dicendum, quòd non idem requiritur ad hoc quòd aliqua paſſio ſit principalis, & ad hoc quòd ſit materia principalis virtutis, & ad hoc quòd denominet potẽtiam. Quia ſi denominatio fit ex completo, & vltimo, & manifeſtiori, ideo potẽtia iraſcibilis denominatur a paſſione iræ, quæ eſt vltima aliarũ paſſionum quæ ſunt in iraſcibili, & compoſita paſſio, ſicut ſupra dictum eſt.

erunt in illa felicitate, ut prudentiæ ibi ſit nullum bonum prę-

Sed ad hoc quòd ſit principalis paſſio, requiritur quòd afficiatur appetitus ſecundum conditionem appetibilis mouentis, vt. ſ. bonum proſequatur, & malum fugiat, & ita in d.16. ar.3. G iraſcibili timor & ſpes ſunt principales paſſiones. Sed ad hoc quòd ſit materia principalis virtutis, requiritur quòd ſit paſſio excedens per modum intenſionis alias paſſiones exiſtentes in illa vi, ſicut circa maximas delectationes concupiſcibilis eſt tẽperantia. Magis autem intenſam paſſionem facere natum eſt malum corruptiuum imminens, ſicut ſunt mortis pericula, quàm bonũ expectatum, vel quàm vindicta deſiderata de malo illato: & ideo circa audacias & timores, quæ ſunt circa huiuſmodi pericula, eſt principalis virtus, nõ autem circa ſpem, vel circa iram.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ illud circa quod eſt principalis virtus, nõ ſolum debet eſſe principalius ſecundum intenſionẽ, ſed etiam ſecundum dependentiam, vt ſcilicet illud principale non dependeat ab alijs, ſed alia quodammodo ordinentur ad ipſum: ſicut delectationes tactus non dependent ab alijs delectationibus, ſed magis alię ordinantur ad ipſas, alias enim non ſaluaretur ratio cardinalis virtutis: magnum autẽ quod H attendit magnanimitas, dependet ex alijs virtutibus, quia operatur magnum in actibus aliarum virtutum, & ideo præſupponit alias virtutes, vt Philoſophus dicit in 4. ethi. & propter hoc magnanimitas non poteſt eſſe cardinalis virtus. Cap.

¶ Ad tertium dicendum, quòd humilitas dicitur conſeruatio & fundamentum aliarum virtutum in eſſe ſuo, inquantum remouet prohibens. ſ. ſuperbiam, quæ bonis operibus inſidiatur vt pereant, ſicut dicit Auguſt. non autem propter principalitatem materiæ, ad quam aliarum virtutum materię reducuntur, vt ſic aliarum virtutum motus in humilitate firmentur, quod facit cardinalem virtutem. Humilitas autem habet idem pro materia quod magnanimitas, quamuis ſub diuerſis rationibus: quia humilitas rationem parui ex conſideratione propriæ fragilitatis, ſed magnanimitas diuini auxilij, vel diuini doni, vel gratuiti, uel naturalis, ſicut eſt rationis bonum. In reg.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ dato quòd pęnitentia ſit ſpiritua I lis virtus, non erit cardinalis virtus, eo quòd præſupponit aliarum virtutum materias, ſicut & magnanimitas Pęnitentia enim eſt dolor de peccatis, peccatorum autem & virtutum eadem eſt materia.

¶ Ad quintum dicendum, quòd liberalitas etiam præſupponit iuſtitiã: quia nullus poſſet aliquid de proprio dare, niſi aliquid ſuum haberet, & hoc facit iuſtitia, vnde actus liberalitatis actũ iuſtitiæ præſupponit: & ideo non eſt cardinalis virtus, ſed iuſtitiæ annexa.

ARTICVLVS II.

Vtrum prudentia habeat aliquam materiam ſpecialem.

K Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ prudentia non habeat aliquam materiam ſpecialem: quia quidam philoſophus dicit quòd ſub prudẽtia comprehenduntur phyſica, dialectica, rhetorica: ſed nihil eſt in mundo quod ad aliquid iſtorum quatuor non reducatur, quia phyſica eſt de his quæ ſunt a natura, dialectica autem eſt de operibus rationis, politica de ciuilibus operibus. ergo prudentia non habet aliquam materiam determinatam. 22.

¶ 2 Præt. Secundum Philoſophum in 6. ethico. prudens eſt totaliter conſiliatiuus: ſed conſilium eſt etiam in his quæ ab artibus etiam mechanicis fiunt. ergo circa omnia illa eſt prudentia. Cap.

¶ 3 Præt. Dicit Philoſophus in 6. ethi. ꝙ prudentia eſt recta ratio agibilium: ſed agibilia ſunt oĩa quę ad alias virtutes pertinent. ergo non habet materiam diſtinctam ab alijs virtutib9. Cap.

Sed contra. Omnis virtus, in cuius diffinitione ponitur materia, habet ſpecialem & determinatam materiam: ſed materia aliqua ponitur in diffinitione prudentiæ, quia eſt recta ratio agibilium. ergo habet materiam determinatam.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Eſt virtus ſpecialis. ergo habet obiectum ſpeciale.

II 22.q.141.3. Vlterius. Videtur ꝙ paſſiones non ſint materia temperantiæ & fortitudinis. Materia enim ſaluatur in omnibus quæ ex materia, vel circa materiam fiunt: ſed prædictæ virtutes ſunt quietantes a paſſionibus. ergo paſſiones nõ ſunt materia earum.

¶ 2 Præt. Illud, penes qđ diſtinguuntur virtutes, debet aſſignari materia

ponere Deo, uel æquare: fortitudinis ei firmiſſime coherere: tem-

virtutum, quia habitus per obiecta diſtinguuntur: ſed virtutes prædictæ, & eis annexę diſtinguuntur penes res exteriores, quia quædam ſunt circa pericula mortis, quædam circa delectabilia venerea, quædam circa honores, & ſic de alijs. ergo res exteriores & non paſſiones ſunt earum materia.

¶ 3 Præt. Illud quod eſt commune omni virtuti non debet aſſignari materia alicui ſpeciali virtuti: ſed delectatio inuenitur in omnibus ſpecialibus virtutibus, quia oportet accipere ſignum generati habitus fientem in opere delectationem. ergo delectatio, & aliæ paſſiones non ſunt materia alicuius determinatæ virtutis.

Cap.9.& 11. Sed contra. Philoſophus dicit in 3. ethic. ꝙ fortitudo eſt circa timores & audacias, temperantia autem circa concupiſcentias: hæ autem paſſiones nominant. ergo videtur quòd materia harum virtutum ſint paſſiones.

¶ 2 Præt. Illud eſt materia rei circa quod ponitur forma ipſi9: ſed forma prædictarum virtutum eſt medium. ergo cum medium ponatur in paſſionibus, videtur ꝙ paſſiones ſint materia prædictarum virtutum.

III 22.q.58.9. Vlterius. Videtur ꝙ iuſtitia non ſit circa operationes, non enim poteſt eſſe idem materia & actus circa materiã: ſed actus iuſtitiæ eſt quædam operatio. ergo operationes non poſſunt eſſe materia iuſtitiæ.

¶ 2 Præt. Operationes etiam exteriores ex interioribus paſſionibus oriuntur: ſed iuſtitia non dicitur eſſe circa paſſiones, ſed magis aliæ virtutes. ergo non eſt circa operationes.

¶ 3 Pręt. Virtus quæ circuit omnes virtutes non habet aliquã ſpecialem materiã: ſed iuſtitia eſt huiuſmodi, vt dicitur in glo. Gen. 1. etiam circa quas ſpecialis, quia inter commutationes circa quas eſt commutatiua iuſtitia quæ eſt ſpecies ſpecialis iuſtitiæ, ponit Philoſophus in 5. ethic. mechiam, quæ eſt circa materiam temperantiæ, & occiſionem dolo, quæ eſt circa materiam manſuetudinis. ergo videtur quòd iuſtitiæ non ſit attribuenda aliqua ſpecialis materia. Cap.5.

Cap.1. Sed contra eſt, quod dicit Philoſophus in principio 5. ethi. ꝙ iuſtitia eſt circa operationes.

¶ 3 Præt. Ipſa eſt circa aliquid circa quod non eſt aliqua alia virtus. ſ. circa lucrum pecuniarum. ergo habet aliquam ſpecialem materiam.

Reſpon. Dicendum ad primam quæſtionem, ꝙ prudentia circa illa eſt de quibus eſt conſilium, eo ꝙ ad prudentẽ pertinet bene ſe habere circa conſilia conſiliando, iudicando, & præcipiendo: conſilium autem eſt de contingentibus operabilibus a nobis, unde etiã circa hoc oportet prudẽtiã eſſe. Etquia prudens dicitur bene conſiliatiuus ſimpliciter, oportet quòd conſilietur de his quæ ſunt ordinata ad bonum hominis ſimpliciter, hoc autem conſiſtit in animæ perfectione, cuius vltima perfectio eſt debita operatio potentiarum animæ: & ideo de his, in quibus bonum operantis conſiſtit, eſt prudentia, & hæc agibilia dicuntur. Ea enim quæ tranſeunt in exteriorem materiã ad perficiendũ eã, dicunt᷑ factiones magis q̃ actiones, & circa eas eſt ars mechanica prædicta. ergo agibilia ſecundũ quod ſunt conſiliabilia, ſunt propria materia prudentiæ.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ phyſica, & dialectica non cõtinentur ſub prudentia quantũ ad ea de quibus ſunt: ſed quantum ad vſum & exercitium earum.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ operationes artis mechanicæ ordinantur ad perfectionẽ exterioris materię, & non ad perfectionem operantis niſi ꝑ accidẽs, inquãtum. ſ. vtitur eis q̃ facit, ſed hoc accidit arti: & ideo bene cõſiliari de his, nõ eſt bene cõſiliari ſimpliciter, ſed ad finẽ aliquẽ, & propter hoc ẽm hoc nõ dicitur aliquis prudens ſimpliciter, ſed prudens in hoc.

D.752. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut idem ſecundum rem eſt obiectum intellectus inquãtum d eſt verum, & voluntatis inquantum eſt bonum, ita etiam idẽ ſecundum rem diuerſa ratione poteſt eſſe materia prudentiæ, & aliarum moralium virtutum: prudentiæ quidem inquantum eſt conſiliabile, aliarum autem virtutum inquantum eſt agibile.

In hoc art. in cor.1. q. Ad ſecundam quæſtionem dicendũ, ꝙ ſicut dictũ eſt, materia prudentiæ eſt bonũ operabile a nobis pertinens, ad ꝑfectionẽ animę: operatio aũt animæ recta, in qua perfectio eius conſiſtit quantũ ad vitam actiuã pertinet, in duobus cõſiſtit. ſ.

A in moderatione paſſionũ animæ, & in vſu debito exteriorum rerum. Quia ergo oportet virtutes morales haberi ad exequendum illud quod prudentia decreuit, oportet quòd ſint aliquę virtutes circa vtrumque prædictorum circa paſſiones. ergo moderanda eſt temperantia, & fortitudo, & alia huiuſmodi: vnde propria materia temperantiæ ſunt paſſiones circa delectabilia tactus: fortitudinis

perantiæ nullo defectu noxio delectari. Quod vero nunc ait

autem timores d & audaciæ in maximis terribilibus. D.652.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ virtutes non omnino extinguunt paſſiones, ſed moderant eas: vnde Philoſophus dicit in 2. ethi. ꝙ quidam determinant virtutes impaſſibilitates & quietes, non bene autem. Cap.3.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ virtutes iſtæ non diſtinguuntur B ex rebus exterioribus, niſi quatenus circa eas cõtingit animã diuerſimode paſſionibus affici: vnde paſſiones ſunt proxima materia, res autem exteriores ſunt materia remota inquantum ſunt obiecta ipſarum paſſionum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ aliæ virtutes non ſunt circa delectationes ſicut circa materiam, ſed magis delectatio eſt conſequens actum virtutis.

Ad tertiam queſtionem dicendum, ꝙ non ſolum oportet hominem moderari circa paſſiones interiores, ſed etiã circa actiones exteriores: ſed moderatio in eis poteſt eſſe duplex. Vno modo, per ordinem ad agentem, & ſic eadem eſt ratio moderandi actiones exteriores & interiores paſſiones: vnde hoc pertinet ad alias virtutes quæ ſunt circa paſſiones. Alio modo, per ordinem ad alium cum quo eſt cõuiuendum, & ſic habet ſpecialem rationem moderationis, & ideo requiritur ſpe C cialis virtus: unde ad hoc eſt iuſtitia, & illa quæ ad iuſtitiam reducuntur. Propria ergo materia iuſtitiæ ſunt operationes exteriores ſecundum qđ ordinantur ad alterum: res autem exteriores vt patientia, vel aliquid huiuſmodi ſunt materia iuſtitię inquantum in vſum ueniũt, & ideo ſunt materia remota.

Ad primum igitur dicendum, ꝙ actus virtutum primi & principales ſunt actus interiores. Vnde ſi ponimus exteriores opationes materiã iuſtitiæ, nõ erit idẽ actus & materia.

¶ Ad ſecundum patet ſolutio per id quod dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut ex dictis patet, duplex eſt materia virtutum. ſ. remota, vt res exteriores, quę veniunt in vſum vitæ: & proxima, vt paſſiones & operationes. Iuſtitia igitur ſecundum quod ſpecialis eſt uirtus, ordinat materiam omnium aliarum virtutum remotam, quia illæ eædem res quæ ſunt natæ inferre paſſiones violentas poſſunt aſſumi vt materia operationis ad alterum: tamen quædam aſſumuntur vt materia D teria operationis ad alterum, quæ non multum nata ſunt inferre paſſionem, ſicut pecunię, & huiuſmodi. Et ideo quicquid eſt materia exterior aliarum virtutum, poteſt eſſe materia exterior iuſtitię, ſed non conuertitur. Quantum autem ad materiam proximam iuſtitia ſpecialis nõ circuit materiã aliarum virtutum, quia ad ipſam nõ ſpectat qualiter hõ iraſcatur, dummodo nõ ꝑcutiat. In cor.hui9 quæſt. Ibidem.

ARTICVLVS III.

Vtrum prudentia habeat actum uirtutis diſtinctum ab alijs.

Ad tertium ſic proceditur. Videtur quòd prudentia non habeat actum diſtinctũ ab alijs uirtutibus: quia ut Philoſophus dicit 6. ethi. prudentia præceptiua eſt: ſed præcipere de operandis idem videtur quòd electio, quæ eſt actus uirtutis moralis, ut dicit Philoſophus in 6. ethi. ergo prudẽtia non habet diſtinctum actum ab alijs uirtutibus. 22. q.47.8. Cap. 11. Cap. 3.

E ¶ 2 Præt. Medium inuenit᷑ ẽm rationẽ rectam, quæ pertinet ad prudentiam: ſed attingere medium in qualibet materia eſt actus uirtutis, quæ eſt circa materiam illam. ergo actus prudentiæ non diſtinguitur ab actu aliarum virtutum.

¶ 3 Præt. Eiuſdẽ eſt operari circa finẽ, & circa ea quæ ſunt ad finem: ſed aliæ uirtutes faciunt rectam electionem de proprijs finibus. ergo etiam dirigunt in huiuſmodi quæ ſunt ad finẽ: ſed hoc pertinet ad prudentiam, ut dicitur in 6. ethi ergo prudentia non habet actum diſtinctum ab alijs uirtutibus. Cap. 6.

¶ 4 Præt. Secundum Philoſophum in 6. ethi. finis proximus uirtutis eſt bona operatio: ſed prudentia dirigit ad bonã operationem. ergo dirigit ad finem uirtutis: ſed hoc pertinet ad alias uirtutes, ut dicit Philoſophus. ergo actus prudentiæ nõ diſtinguitur ab actibus aliarum uirtutum. Cap. 3.

¶ Item uidetur ꝙ inconuenienter ponant᷑ in litera actus uirtutũ, quia ſubuenire miſeris eſt act9 miſericordiæ: ꝑcauere aũt inſidias ꝑtinet ad cautionẽ, quã qdã ponũt prudẽtiæ partem.

¶ Item perferre moleſtias non uidetur actus fortitudinis eſſe,

tum quia aggredi difficilia videtur esse virtuosius, & ita magis ad fortitudinem pertinere: tum quia perfecte non videtur dicere actum, sed magis immobilitationem: tum quia etiam perferre molestias videtur esse etiam aliarum virtutum actus, vt patientiæ & charitatis, quæ omnia sustinet, & mansuetudinis: tñ etiã quia nõ circa quaslibet molestias est fortitudo, vt Philosophus ꝓbat ĩ 3. eth.

iustitia in subueniendo miseris, quòd prudentia in præcauendis in-

Cap. 9. RESPON. Dicendũ, quòd ad perfectionem virtutis moralis tria sunt necessaria. Primũ est præstitutio finis. Secundũ autem est inclinatio ad finem præstitutum. Tertiũ est electio eorum quæ sunt ad finem: finis autem proximus humanæ vitæ est bonũ rationis in communi. Vnde dicit Dion. in 4. cap. de di. no. ꝙ malum hominis est contra rationem esse: & ideo est intentum in omnibus virtutibus moralibus, vt passiones, & operationes ad rectitudinem rationis reducantur, rectitudo autem rationis naturalis est. Vnde hoc modo præstitutio finis ad naturalem rationem pertinet, & præcedit prudentiam sicut intellectus principiorum scientiam, & ideo dicit Philosophus Cap. 6. 6. ethic. ꝙ prudentia habet principia fines virtutum: sed hoc bonũ rationis determinatur ſcd̃m qđ cõstituitur mediũ in actionibus & passionẽ per debitam commensurationẽ circũstantiarum, quod facit prudẽtia. Vnde medium virtutis moralis, vt Cap. 5. in 2. ethi. dicitur, est secundum rationem rectam quæ est prudentia, & sic quodammodo prudentia præstituit finem virtutibus moralibus & eius actus in earum actibus immiscetur: sed inclinatio in finem illum pertinet ad virtutem moralem quæ consentit in bonum rationis per modum naturæ. Et hæc inclinatio in finem dicitur electio, inquantum finis proximus ad finẽ vltimum ordinatur. Et ideo dicit Philosophus 2. ethi. ꝙ virtus moralis facit electionem rectam: sed discretio earum quibus hoc bonum rationis consequi possumus & in operationibus, & in passionibus est actus prudentiæ: vnde præstitutio finis præcedit actum prudentiæ, & virtutis moralis, sed inclinatio in finem, siue recta electio finis proximi est actus moralis virtutis principaliter, sed prudentiæ originaliter. Vnde Philosophus dicit quòd rectitudo electionis est in alijs virtutibus a prudentia, sicut rectitudo in intentione naturæ est ex sapientia diuina ordinante naturam: & secundum hoc actus etiam prudentiæ immistus est actibus aliarum virtutum. Sicut enim inclinatio naturalis est a ratione naturali, ita inclinatio virtutis moralis a prudentia: electio autem eorum quæ sunt ad finem, secundum qđ electio importat præceptum rationis de his prosequendis: sed actus prudentiæ sibi proprius est, & distinctus ab actibus aliarum virtutum.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ electio finis proximi pertinet ad virtutem moralem quantum ad hoc ꝙ electio ad appetitum pertinet: sed electio eorum quæ ad illum finem ordinantur, pertinet ad prudentiam quantum ad id quod cognitionis est. Electio enim aliquid habet de cognitione, & aliquid de appetitu.

¶ Ad secundum dicendum, quòd eligere medium est actus vniuscuiusque virtutis in propria materia: sed præfigere medium, hoc est actus prudentiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd virtutis moralis inclinatio cõuenit quodammodo cum inclinatione naturæ, & quodãmodo differt. Conuenit quidem in hoc, quia vtraque inclinatio est in finem determinatum. Differt autem in hoc, ꝙ in naturalibus sicut est finis determinatus, ita & ea quæ sunt ad finem. Sed in virtutibus moralibus est finis determinatus, non autem viæ ad finem, quia potest medium inueniri in diuersis diuersimode. Et quia naturalis inclinatio est semper vno modo, ideo inclinatio virtutis moralis non sufficit in ea quæ sunt ad finem, sed oportet quòd determinetur per virtutem cognitiuam, scilicet prudentiam.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non quælibet operatio est finis moralis virtutis: sed illa qua attingitur medium, in quo est bonum rationis. Sed operationes illę, in quibus quærũtur debitę circunstãtiæ vt inueniatur medium, sunt operationes quę sunt fines.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Augu. intendit ponere actus virtutum secundum qđ habentur hic differenter, quàm in patria: & ideo ponit actus virtutum respectu mali quod non erit in patria. Nec curat vtrum sint actus principales virtutis cui assignantur, dummodo ad ipsam, vel ad aliquam virtutem ei annexam pertineant.

¶ Ad sextum dicendum, quòd perferre, secundum quod dicitur actus fortitudinis, non dicit immobilitatem, sed electionẽ immorandi in molestijs propter bonum virtutis sine perturbatione immoderati timoris, in quo differt ab alijs virtutibus: quia charitas facit imperturbatum contra odium, mansuetudo contra iram, patientia contra tristitiam: & hic quidem, vt Philosophus dicit in 3. ethic. est magis actus fortitudinis, quàm aggredi difficilia, quanto est difficilius præsentia mala nõ fugere, quàm insurgere in mala quæ nondum afficiunt: quãuis etiam fortitudo sit cõtra molestias mortis principaliter, tamẽ etiã secundario est cõtra omnes alias molestias, quia in omnibus fortis bene se habet, vt dicit Philosophus in 2. ethi.

sidijs, quòd fortitudo in perferen dis molestijs, quòd temperantia in

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliqua potentia animæ sit subiectũ alicuius uirtutis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ nulla potentia animæ sit subiectũ alicuius virtutis. Forma enim simplex, vt dicit Boetius, subiectum esse non potest: sed potẽtiæ animę sunt formæ simplices. ergo non possunt esse subiectum virtutis.

¶ 2 Præt. Cuius est operatio, eius est habitus: sed potentiæ nõ est operatio, sed suppositorũ. ergo potentiæ animæ non sunt subiecta habituum virtutum.

¶ 3 Præt. Virtute recte viuitur, secundum Aug. sed vita non est per potentiam animæ, sed magis per essentiam. ergo virtutes non sunt in potentijs sicut in subiecto.

SED CONTRA. Virtus est vltimum potentiæ secũdum Philosophum in primo ce. & mun. sed vltimum est in eo cuius est vltimũ. ergo virtus est in potentia animæ sicut in subiecto.

VLTERIVS. Videtur quòd temperantia, & fortitudo non sint in irascibili & concupiscibili, quia secundum Philosophum 2. ethic. virtus moralis facit electionem rectã: sed electio nõ est actus irascibilis & concupiscibilis sed liberi arbitrij. ergo non sunt in irascibili & cõcupiscibili, sicut in subiecto, sed in libero arbitrio.

¶ 2 Præt. Illud quod est perpetuę corruptionis non põt esse subiectũ virtutis: sed sensualitas, cuius partes sunt irascibilis & cõcupiscibilis, perpetuæ corruptionis est, vnde signatur per serpentem. ergo irascibilis & concupiscibilis non sunt subiectum alicuius uirtutis.

¶ 3 Præt. Irascibilis & concupiscibilis sunt imperatæ a rõne: sed inconueniens est ponere ꝙ actus virtutũ imperentur a naturali ratione. ergo non sunt aliquæ virtutes in irascibili.

¶ 4 Præt. Virtutes humanę debent esse in eo, per quod homo ab alijs distinguitur: sed hoc est ratio. ergo omnes sunt in ratione non in irascibili & concupiscibili.

¶ 5 Præt. Contraria nata sunt fieri circa idem: sed peccatum mortale opponitur uirtuti, cum ergo eius subiectum nõ possit esse nisi ratio, uel uoluntas, quia omne peccatũ in uoluntate est, nec uirtus poterit esse in irascibili & concupiscibili.

¶ 6 Præt. Sicut appetitiua sensibilis deseruit uoluntati & rationi, ita apprehensiua sensibilis intellectui: sed in apprehẽsiuis sensitiuæ partis non ponitur aliqua uirtus. ergo nec in appetitiua sensibili.

SED CONTRA. Philosophus in 1. ethi. distinguit uirtutes morales & intellectuales, & morales distinguit ſcd̃m rõnale per essentiam, & ꝑ participationem: sed rationale per participationem est in irascibili & concupiscibili. ergo &c.

¶ 2 Præt. Philosophus assignat differentiã inter continentem & temperatũ, quia continens patitur, & nõ deducitur, temperatus aũt nõ patitur: sed hoc non potest esse nisi in temperato sit aliquid in illa ui, in qua sunt natæ esse passiones. cum ergo passiones in irascibili & concupiscibili sint, videtur ꝙ in irascibili & concupiscibili sit aliqua uirtus.

VLTERIVS. Videtur ꝙ iustitia sit etiam in irascibili & concupiscibili, quia iustitia est moralis uirtus, cuius subiectũ est rationale per participationem, quod est irascibilis & concupiscibilis. ergo iustitia est in irascibili & concupiscibili.

¶ 2 Præt. Tres sunt uires motiuæ, rationalis, & irascibilis, & concupiscibilis: sed iustitia non est in rationali, quia non est uirtus cognitiua. ergo est in irascibili, uel concupiscibili.

¶ 3 Præt. Voluntas se habet æqualiter ad omnia opera uirtutum: quia oẽs uirtutes sunt habitus uolũtarij. ergo eadẽ rõne uel oẽs uirtutes sunt in uolũtate, uel nulla. non aũt oẽs uirtutes sunt in uolũtate, quia fortitudo est in irascibili, tẽperantia in cõcupiscibili. ergo iustitia non est in uoluntate, nec in ratione, ut dictum est. ergo est in irascibili, uel concupiscibili.

¶ 2 Pręt. In illa ui est uirtus aliqua sicut in subiecto, ad quam pertinet materia uirtutis: sed materia iustitiæ pertinet ad irascibilem & concupiscibilem, quia quantum ad materiam exteriorem circuit actus aliarum uirtutum, vt dictum est, ergo est in irascibili & concupiscibili.

SED CONTRA. Ansel. dicit ꝙ iustitia est rectitudo voluntatis propter se seruata: sed rectitudo voluntatis est in voluntate sicut in subiecto. ergo iustitia est in voluntate, & non in irascibili & concupiscibili.

¶ 2 Præt. Iustitia consistit in ordine ad alium: sed ordinare non est nisi rationis. ergo iustitia non est in irascibili & concupiscibili, sed in ratione.

coercendis delectationibus prauis non erit ibi omnino, ubi nihil

VLTERIVS. Videtur ꝙ prudentia non sit in ratione, quia sicut dicit Philosophus in 6. ethi. prudentia præceptiua est: sed præcipere pertinet ad voluntatem, quæ est motor omnium virium, vt dicit Ans. ergo prudentia est in voluntate sicut in subiecto.

¶ 2 Præt. Eligere, videtur esse actus prudentiæ: sed electio nõ est actus rationis, sed liberi arbitrij, quod est idem qđ volũtas. ergo prudẽtia nõ est in rõne sicut in subiecto, sed in volũtate.

¶ 3 Præt. Habitui qui est in ratione sicut in subiecto, magis opponitur error inuoluntarius quàm error voluntarius, sicut magis est vituperabilis grammaticus si in volũtarius soloecizet, quàm si voluntarius: sed magis opponitur prudentię peccatum quod quis voluntarie committit, quàm illud quod quis inuoluntarius facit. ergo prudentia non est in ratione sicut in subiecto, sed magis in voluntate.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 6. ethi. ꝙ prudentia est recta ratio operabilium.

¶ 2 Præt. Partes prudentiæ secundum Tullium, assignantur memoria, intelligentia, prouidentia: sed hæc non pertinent ad uoluntatem, sed ad rationem. ergo prudentia non est in voluntate, sed in ratione.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ substãtia quæ est subiectum omnium recipit quædam accidentia mediantibus alijs, & quædam causantur ex principijs substantiæ, mediantibus alijs accidentibus: sicut colorem recipit mediante superficie, & ex principijs corporis misti causatur sapor mediante calido & frigido. Vnde subiectum alicuius accidentis potest dupliciter assignari. Vno modo, substantia quę est primum fundamentum accidentium: & sic habitus virtutum non sunt in potentijs sicut in subiecto, sed magis in ipsa anima, vel etiam coniuncto. Alio modo, dicitur accidens quo mediante inest alterum accidens substantiæ esse subiectum illius, sicut superficies coloris: & hoc modo habitus virtutum dicuntur esse in potentijs sicut in subiecto, quia habitus ordinantur ad actus: actus autem egrediuntur ab essentia animæ mediante potentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ forma quæ neque habet materiam ex qua, neque in qua, nullo modo potest esse subiectũ. Forma aũt quę habet materiã in qua, quãuis nõ habeat materiã ex qua, põt esse subiectũ non sicut primũ sustinẽs accidens, sed sicut id quo mediante accidẽs substãtiæ inest.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quãuis operatio non sit potentiæ sicut operantis, est tamen potentia sicut principij operationis, quo quis operatur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ viuere, vno modo dicitur esse viuentis: & hoc modo viuere non est per potentias, sed per essentiam animæ. Alio modo dicitur viuere operatio viuentis: & sic viuere est ꝑ potẽtias, quę sunt operationũ vitę principia.

AD SECVNDAM quæstionem dicendũ, ꝙ virtutes humanæ sunt, quibus opus hominis bonũ redditur. vnde in omni potentia quæ est principium humani operis, oportet esse habitum virtutis, quo opus eius bonum redditur: alias non esset sufficienter homo per virtutem perfectus. Principium autem humani operis est omnis potentia, in qua aliquid rationis inuenitur, a qua homo habet ꝙ homo sit. vnde cum in irascibili & concupiscibili, quæ sunt partes sensibilis appetitus, sit aliquid rationis participatiue inquantum rationi obedire possunt, quod non est de potentijs nutritiuæ partis, oportet quòd in irascibili & concupiscibili sint aliquæ virtutes sicut in subiecto, quibus efficitur vt facile rationi obediant illæ potentię, in quibus sunt: quod quidem contingit inquantũ passiones reprimuntur, vt non rationẽ perturbent. Vnde in illo qui passiones vehementiores patitur, sed non deducitur, est quidem habitus in ratione, qui tenet eam ne deducatur, non aũt in viribus illis in quibus sunt passiones, sicut patet in continente: & ideo continens, seu abstinens nõ est perfecte virtuosus, sed tẽperatus, vel mitis, in quo non solũ superior pars est perfecta vt deduci non possit, sed etiam inferior moderata vt passiones vehementes non insurgant: & ideo in quacumque potentia est passio, circa quã est virtus aliqua, illa potẽtia est subiectum illius virtutis, sicut concupiscibilis, temperantiæ, fortitudinis autem & mansuetudinis, irascibilis.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ electio secundum Philosophum in 6. ethi. est & appetitus, & intellectus, siue rationis: completur enim in appetitu præcedente inquisitione rationis. Vnde omnis appetitus ad quẽ põt puẽnire rationis imperiũ, particeps electionis esse põt inquantũ hmõdi, & præcipue illius electionis quæ est de fine, quamuis non sit electio, de qua loquitur Philosophus.

mali erit. Ista igitur uirtutum opera huic mortali uitæ necessaria,

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sensibilis appetitus secundũ quod in natura sua consideratur, dicitur sensualitas, & sic est perpetuæ corruptionis: & secundum ipsum non differt homo a brutis, nec potest esse subiectum virtutis, non autem ſcd̃m quod est participans aliqualiter ratione: & ideo nihil prohibet sic in eo esse virtutem sicut in proximo subiecto.

¶ Ad tertium dicendum, quòd virtutes quædam sunt acquisitæ, & quædam gratuitæ. Virtutibus autem acquisitis nobilior est naturalis ordinatio in ratione & voluntate ad bonum. Vnde non est inconueniens si a naturali potentia earum actus imperentur, cum ex hoc sint virtutes in inferioribus partibus, ꝙ superioribus in eo quod naturale est, eis obediũt. Sed virtutes infusę sunt nobiliores potentijs naturalibus, eis tñ omnibus nobilior est charitas, quæ est in voluntate, qua mediante ratio inferioribus viribus præcipit: & ideo non est inconueniens, ꝙ a charitate motus aliarum virtutum etiam imperentur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ homo distinguitur a brutis nõ solum in eo quod est rationale essentialiter, sed etiam in eo quod est rationale per participationem.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non dicitur peccatum mortale semper esse in ratione, quasi omnis actus peccati mortalis sit actus rõnis elicitiue, cũ etiã in actibus exteriorũ membrorũ possit esse mortale peccatũ: sed quia nullus act⁹ peccati mortalis rõnẽ accipit nisi cõsensus adueniat: & similiter null⁹ actus potest esse virtutis, nisi a ratione ordinetur. & hoc est esse virtutẽ in inferioribus potentijs, inquãtum participant rõnẽ.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ apprehensiuæ sensitiuæ aliter seruiunt intellectui quàm appetitiuæ sensitiuę rationi & voluntati. Apprehensiua enim sensitiua seruit intellectui ministrando ei suum obiectum: et ideo magis intellectus participat aliquid a sensu, quàm econuerso. Sed appetitiua sensibilis seruit voluntati & rationi quasi mouenti, & sic participat aliquid ab ea, & ideo est aliqualiter rationalis. s. participatiue, non autẽ vis apprehensiua sensibilis: & propter hoc apprehensiua sensibilis nõ põt esse subiectum virtutis, sicut appetitiua sensibilis.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ iustitia non potest esse in irascibili & concupiscibili sicut in subiecto, cum non sit circa passiones: ad ipsam enim non pertinet moderari passiones, sed exteriores actiones, quæ sunt ad alterum. Vnde oportet ꝙ sit in illa potentia sicut in subiecto, ad quam pertinet vsus rerum exteriorum in ordine ad alterum, vbi iam act⁹ voluntatis est secundũ Augustinũ, sed non absolute secundũ quod voluntas est finis, sed ſcd̃m quod præsupponit collationẽ rõnis ordinãtis ad alterũ: & ideo in uoluntate hoc modo accepta, est iustitia sicut in subiecto. In voluntate. n. ſcd̃m quod est finis, nõ põt esse aliqua virtus moralis, quia ad bonũ ciuile & naturale hominis, volũtas naturalẽ inclinationẽ habet sicut in ꝓpriũ subiectũ: sed ſcd̃m qđ voluntas est eorũ quæ sunt ordinata ad finẽ, sic in uoluntate põt esse moralis virtus. s. iustitia, sicut & prudentia in ratione cognitiua. Hoc aũt quod dictũ est de subiecto iustitię, consonat omnibus quæ dicuntur ab alijs de subiecto iustitiæ. Quidã. n. dicũt eam esse in rõne, qđ non põt esse ſcd̃m qđ ratio est cognitiua potẽtia, sed ſcd̃m qđ rõ cõprehẽdit & cognitionẽ, & affectionẽ ſcd̃m qđ dicitur, ꝙ voluntas in ratione est. Alij vero dicũt ꝙ est in tota anima: qđ quidẽ verificatur inquantũ voluntas est vniuersalis motor oĩum uiriũ aĩæ. Vñ etiã cõmentator in 5. eth. dicit, ꝙ est in rõnali & cõcupiscibili. Et similis ratio est de oĩbus virtutib⁹ quæ nõ sunt circa passiones, sed circa operatiões, sicut liberalitas, magnificẽtia, & huiusmodi. Cap. vlt. D. 833.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ rõnale per ꝑticipationẽ non solũ dr̃ irascibilis & cõcupiscibilis, sed uniuersaliter appetitus, vt ibidẽ dicit: & ideo volũtas quãuis ꝑ essentiã sit in parte intellectiua, tñ quantum ad actũ ęqualiter rõne participat, & præcipue ſcd̃m quod ẽ eorũ quæ sunt ad finẽ, in quæ intẽdit ſcd̃m qđ a rõne ꝑordinata sunt: & ideo põt eẽ subiectũ virtutis moralis.

¶ Ad secũdũ dicendũ, ꝙ rõnale cõprehẽdit nõ solũ rõne cognitiuã, sed etiã volũtatẽ: & sic iustitia ẽ in rõnali sicut ĩ subiecto.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quãuis voluntas æqualiter habeat imperiũ super oẽs materias & actus virtutũ, tñ materię quarũdã virtutũ, sicut passiones, ꝑtinẽt etiã ad alias potẽtias immediatius, Et ideo virtutes quę sunt principaliter circa passiones,

sunt in illis potentijs sicut in subiecto: sed materiæ quarundam virtutum non pertinent ad aliam potentiam nisi ad voluntatem: & ideo virtutes quæ sunt circa illas materias, sunt in voluntate sicut in subiecto.

D. 833. ¶ Ad quartum dicendum, quòd materiæ aliarum virtutum possunt esse materia iustitiæ non secundum quod passionem inferunt, sicut fides ad quam referenda sunt sed secundum quod veniunt in vsum operationis ad alterum.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd prudentia est in ratione cognitiua practica sicut in subiecto. Sed scien dum quòd sicut in voluntate non potest esse virtus moralis ex parte illa qua est finis propter naturalem inclinationẽ, ita etiã nec in ratione ex parte illa qua est de fine, quia finis est principium in operatiuis. Vnde sicut in ratione speculatiua sunt. G innata principia demonstrationum, ita in ratione practica sunt innati fines connaturales homini: vnde circa illa non est habitus acquisitus, aut infusus, sed naturalis sicut synderesis, Cap.3. loco cuius Philosophus in 6. ethi. ponit intellectum in operatiuis. Relinquitur igitur quòd prudentia sit in ratione practica secundum quod negociatur de illis quæ sunt ad finem. Sed quia naturalis inclinatio ad finem aliquem est ex præstituente naturam, qui talem ordinem naturæ tribuit: ideo naturalis inclinatio voluntatis ad finem, non est ex ratione nisi forte secundum naturalem communicantiam, quæ sit vt appetitus rationi coniunctus naturaliter tendat ad conformandum rationi sicut regulæ: & ex hoc est, q voluntas est naturaliter inclinata ad finem, qui naturaliter rationi est inditus. Vnde cum negociatio de his quæ sunt ad finem, præsupponat naturalem cognitionem finis, quæ sequitur naturalem inclinationem voluntatis in finem, oportet q habitus perficiens rationem negociantem de his quæ sunt ad finem, præsupponat H inclinationem appetitus ad finem: quæ quidem inclinatio in appetitu superiori, s. voluntate est naturalis, in appetitu autẽ inferiori est ex assuetudine, vel ex dei dono quantum ad sui complementum: sed aliqua eius inchoatio etiam est a natura, inquantum est naturaliter obaudibilis rationi. In hoc igitur differt prudens a continente, quia continens habet perfectã rationem de his quæ sunt ad finem, præsupposita tamen naturali inclinatione voluntatis ad finem: prudens etiam præsupposita inclinatione quæ est ex virtute acquisita, vel infusa in potentijs inferioribus: & ideo prudentia vt dicit Philoso- Cap. 18. phus, habet sua principia in aliis virtutibus moralibus.

AD PRIMVM igitur dicendum, q ratio etiam præcipit mediante volũtate inquantũ sententiat aliquid esse faciendũ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd eligere est actus prudentię quantum ad id quod est de cognitione in electione.

¶ Ad tertium dicendum, q hoc conuenit prudentiæ, inquantum præsupponit inclinationẽ volũtatis, & inferiorũ virium.

ARTICVLVS V.

Vtrum aliæ uirtutes cardinales reducantur ad prudentiam sicut ad principaliorem, uel causam.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q aliæ virtutes cardinales non reducantur ad prudentiam sicut ad principaliorem, & causam. Scire enim vt dicit Philosophus in Cap. 2. 2. ethi. parum, aut nihil facit ad virtutem: sed prudẽtia quæ- Cap. 2. dam scientia est, vt in 4. topi. dicitur. ergo ipsa minimum habet de ratione virtutis.

¶ 2 Præt. Per virtutes morales sanantur animæ passiones: sed ad hoc q aliquis corporaliter sanetur, non est necesse q ipse scientiam medicinæ habeat, sed sufficit quòd aliquis alius habeat. & ipsa sanatio melius valet quàm scientia medicinæ, K quia finis eius est. ergo non est necessarium ad virtutem quòd aliquis prudentiam habeat, & etiam ipsa est minus principalis inter alias virtutes.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in 2. meta. eorum quæ communicant in nomine & diffinitione, illud cui per prius conuenit nomen, est maximum in illo genere, & causa aliorũ: sed nomen virtutis secundum Boetium ad alias virtutes a fortitudine deriuatur. Vnde & Sap. 8. per virtutem fortitudo intelligitur. ergo fortitudo est principalior inter omnes alias virtutes, & non prudentia.

¶ 4 Præt. Illud propter quod intermittitur aliud, est principalius eo: sed propter iustitiam intermittuntur omnes aliæ virtutes, vt probat Tullius in primo de officijs. ergo ipsa est principalior, & non prudentia.

Cap. 8. ¶ 5 Præt. Sicut oppositum in opposito, & propositum in pro- Cap. 1. posito, vt docet Philosophus in 2. topi, sed oppositum tẽperantiæ est maxime vituperabile, & turpe, vt dicit Philosophus in

4. ethi. ergo temperantia est maxime laudabilis, & nõ prudẽtia. F

¶ 6 Præt. Philosophus dicit in 6. ethi. q principia prudentiæ sunt in virtutibus moralibus: sed principia sunt potiora his quæ sunt ex principijs. ergo aliæ virtutes morales sunt prudentia digniores.

SED CONTRA, In quolibet genere illud quod dirigit, nobilius est: sed ad in futuro habebuntur. Ecce aperte prudentiam pertinet dirigere in omnibus virtutibus moralibus, vt patet per diffinitionem virtutis in 2. ethi. positam. ergo Cap. 5. ipsa est nobilior alijs virtutibus.

¶ 2 Præt. Habitus proportionãtur potentijs, in quibus sunt: sed ratio in qua est prudentia, est superior aliis viribus, in quibus sunt aliæ virtutes. ergo prudẽtia ẽ nobilior aliis virtutib⁹.

¶ 3 Præt. Gregorius dicit. Virtus quæ plus se posse conspicit, ea sine moderamine rationis deterius in præceps ruit: sed moderatio rationis ad prudentiam pertinet. ergo sine prudentia aliæ virtutes quanto maiores sunt, tanto magis nocent: & ita videtur q prudentia sit potissima inter alias virtutes.

RESPON. Dicendum, q prudẽtia inter alias virtutes cardinales principalior est, & ad ipsam reducuntur omnes aliæ quasi ad causam. Vnde Antonius dicit q discretio quæ ad prudentiam pertinet, est genitrix, & custos, & moderatrix virtutum. Et hoc sic patet. Virtus enim, vt dicit Tullius, mouet in modum naturę. s. per quandam inclinationem affectus: omnis autem naturæ inclinatio prę exigit aliquam cognitionem quæ & finem præstituat, & in finem inclinet, & ea quibus ad finem peruenitur prouideat. hæc enim sine cognitione fieri nõ possunt. Propter quod etiam a philosophis dicitur opus naturæ esse opus intelligentiæ: alias ea quæ natura fiunt, a casu acciderent. Et per hunc modum oportet quòd per rationẽ, quã perficit prudentia & rectam facit, præstituatur finis aliis virtutibus non solum communis, sed etiam proximus, qui est attingere medium in propria natura: medium autem secundum rationem rectam determinatur, vt in 2. ethi. dicitur. Se- Cap. 6. cundo, per rationem rectam est inclinatio earum in finem proprium, quæ est intentio finis in virtutibus acquisitis, inquantum ex operibus ratione regulatis habitus virtutis prædictam inclinationem causans inducitur, & quantum ad hoc dicitur genitrix virtutum. Tertio, per prudentiam rectificatur via vnicuique virtuti, quæ tendit in finem, inquantum per cõsilium & electionem segregantur vtilia a nociuis respectu finis virtutis: & quantum ad hoc mediatrix & custos dicitur Cap. 3. virtutum. Vnde Greg. 2. moralium dicit. Nisi virtutes reliquæ eas quæ appetunt, prudenter agant, virtutes esse nequaquam possunt.

AD PRIMVM igitur dicendum, q est duplex scientia. I Vna in vniuersali, & hæc quidem facit ad virtutem vel parũ, si sit de operibus virtutis: vel nihil, si sit de aliis quæ ad virtutem non pertinent. Alia scientia est directiua in particulari operatione, quam corrumpit dilectio faciens ignorantiam electionis, & hæc scientia multum facit ad virtutem: immo sine hac non est virtus, nec hæc sine virtute: & hæc pertinet ad prudentiam, quia vt Philosophus dicit in 6. ethi. Existima- Cap. 4. tionem prudentię corrumpit delectatio.

¶ Ad secundum dicendum, q sanitas corporalis non indiget arte medicinæ ad perficiendum opera sani hominis: & ideo sic ad sanitatem habendam non indiget homo vt ipse medicinam habeat, sed actum virtuosi non potest homo facere nisi per prudentiam: quia quanto virtus est intensior, tanto est magis nociua, nisi adsit discretio prudẽtiæ, vt dicit Philosophus, Cap. 11. & patet ex authoritate Gregorij inducta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd virtus est nomen generis, sed virtus humana, vel virtus moralis est nomẽ speciei. Quãuis ergo illud quod est virtus, inquantum est virtus, sit principalius in fortitudine propter difficultatem, tamẽ quòd sit virtus moralis, vel humana, hoc habet a ratione, per quam homo est homo, & electionem habens suorum operum, ut dicitur in 6. ethico.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc quod dicit Tullius, intel- Cap. 5. ligendum est de iustitia legali quæ attẽdit bonum commune: de qua etiam dicit Philosophus in 5. ethi. q est lucidior alijs Cap. 1. virtutibus, sicut luciser alijs stellis: hoc autem non dicitur p comparationem virtutis ad virtutem, sed per cõparationẽ prinati boni, quod attendit virtus simpliciter ad cõmune bonũ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in contrarijs non semper est consequentia in ipso, sed quandoque consequentia contrario, quod contingit præcipue in illis quæ sunt ordinata adinuicem secundum perfectum & magis perfectum: & ideo illud quod de perfectione maioris boni diminuit, est minus malum, q hoc quod etiam ipsum parũ bonũ qđ restat, tollit.

Ad

¶ Ad sextum dicendum, q sicut ratio speculatiua procedit ad conclusionem ex principijs per se notis, ita ratio prudentiæ procedit ad electionem & consilium de his quæ sunt ad finem ex fine: & ideo dicuntur fines aliarum virtutum esse principia prudentiæ. Hi tamen fines præexistunt in ratione essentialiter, quia ad hoc tendit virtus moralis, vt appetitus rationi concordet: vnde his finibus maxima prudentia quæ rationem perficit, est affinis. dicit Augustinus, quòd prædictæ

QVAESTIO III.

Deinde quęritur de partibus uirtutum cardinalium.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, De partibus prudentiæ.
¶ Secundo, De partibus temperantiæ.
¶ Tertio, De partibus fortitudinis.
¶ Quarto, De partibus iustitiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

An memoria præteritorum, intelligentia præsentium, & prouidentia futurorum sint partes prudentiæ, sicut dicit Tullius.

22.q.49.1. Lib. 1. de inuent. DPRIMVM sic proceditur. Videtur quòd partes prudentiæ a Tullio male assignentur. Diuidit enim prudentiam in memoriam præteritorum, & intelligentiam præsentium, & prouidentiam futurorum. Prouidentia enim secundum Philosophum in 6. ethi. non se extendit vltra humana bona: sed intelligentia est etiam diuinorũ. ergo non potest esse pars prudẽtię. Cap. 9. Cap. 6. ¶ 2 Præt. Ad prudentem, vt dicitur in 6. ethi. præcipue pertinet bene consiliari: sed consilium non est de præteritis. cum igitur memoria sit præteritorum, videtur qđ memoria non sit pars prudentiæ.

¶ 3 Præt. Prouidentia idem videtur qđ prudentia. ergo non debet ei assignari vt pars.

II 22.q.49.8. VLTERIVS. A quibusdam assignantur partes prudentiæ prouidentia, cautio, circũspectio, docilitas. Et videtur q male, quia ad quemlibet actum prudentiæ omnia oportet prędicta concurrere: sed habitus distinguuntur per actus. ergo non sunt virtutes distinctæ abinuicem.

¶ 2 Præt. Docilitas est ex natura: sed prudentia est virtus acquisita, vel infusa. ergo non debet poni pars eius.

¶ 3 Præt. Cauere oppositum pertinet ad quamlibet virtutẽ. ergo cautio non debet poni magis pars prudentiæ, quàm aliarum virtutum.

Cap. 10. III 22. q. 51. 3. + Cap. 6. VLTERIVS. Philosophus in 6. ethi. adiungit prudentię tres, s. eubuliam, synesim, & gnome. Et videtur q male, quia ipse dicit in eodem lib. q prudens est totaliter consiliatiuus: sed eubulia, vt ipse dicit, est bona consiliatio. ergo eubulia idẽ est quod prudentia, & non pars eius.

¶ 2 Præt. Synesis est bona diiudicatio: sed iudicium in operabilibus est ipsa electio. cum igitur eligere recte sit prudentiæ proprium, videtur q synesis sit idem quod prudentia.

Lib. 1. de fide cap. 14. in fine. IIII 1.q.50. & 51. ¶ 3 Præt. Dam. in 3. lib. dicit, q gnome idem est quod sententia: sed sententia ad iudicium pertinet. ergo videtur q synesis & gnome non differant.

VLTERIVS. A quodam philosopho Græco attribuunt prudentiæ partes decem. s. eubulia, eolertia, prouidentia, regnatiua, militaris, politica, iconomica, dialectica, rhetorica, physica. Et videtur q male: quia physica scientia quædam est de necessarijs, & de his non est prudentia, vt dicit Philosophus in 6. ethi. ergo physica non est pars prudentiæ. Cap. 6. ¶ 2 Præt. Dialectica, & rhetorica artes quædam sunt & scientiæ: sed prudentia diuiditur contra scientiam & artem in 6. Cap. 16. Cap. 9. ethi. ergo non sunt partes eius.

¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 6. ethi. q politica est idem qđ prudentia. ergo non debet poni pars eius.

¶ 4 Præt. Multa alia exercitia sunt in ciuitatibus quàm militaris. ergo non debet magis ipsa poni pars prudentiæ quàm alia ciuitatis officia, sicut est gubernatoria, negociatiua, & huiusmodi.

Cap. 7. ¶ 5 Præt. Vrbanitates, vt dicit Philosophus in 8. ethi. sunt tres in regnum, quando vnus præsidet ad vtilitatem populi leges condens: aristocratia, quando plures principantur in diuersis officijs propter virtutem: cirocratia, quando diuites æqualiter præsunt. In omnibus autem istis est aliquid prudentiæ. ergo non magis debuit poni ego regnatiuam, quàm alias duas.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd omne totũ ad tria uirtutes in futuro erunt: sed alios genera reducitur, scilicet vniuersale, integrale, & potentiale. Et similiter pars triplex inuenitur dictis tribus respondens. Integralis enim pars intrat in constitutionem totius sicut paries domus. Vniuersalis vero totius pars suscipit totius prædicationem, sicut homo animalis. Potentialis vero pars neque prædicationem totius recipit, neque in constitutionem ipsius oportet q veniat, sed aliquid de potentia totius participat, sicut patet in anima. Rationalis enim anima to- B ta anima dicitur, eo quòd in ipsa omnes animæ potentiæ congregantur. Sensibilis vero in brutis, & in plantis vegetabilis dicuntur partes animæ, quia aliquid de potentia animæ habent, sed non totum. Vnde dicitur in lib. de plantis, q nõ habent animam, sed partes animæ: & secundum hunc modũ tripliciter assignantur partes prudentiæ, & alijs virtutibus. Vno enim modo assignantur ei partes quasi integrales, cum .s. partes virtutis alicuius ponuntur aliqua quæ exiguntur ad virtutem, in quibus perfectio virtutis consistit: & hæ partes, proprie loquendo, non nominant per se virtutes, sed cõditiones vnius virtutis integrantes ipsam. Alio modo per modum partium subiectiuarum: & sic partes illæ nominant quidem virtutes, & adinuicem distinctas, sed non quidem a toto, cuius partes assignantur, quia illud de eis prædicatur. Tertio mo- C do per modum totius potentialis, inquantum. s. aliquæ virtutes participant aliquid de modo, qui principaliter & perfecte inuenitur in aliqua virtute: & hoc patebit per singula. Sic igitur dico, quòd partes quas assignat Tullius prudentiæ, sunt Rhet. lib. 2. partes integrales. Quia enim prudentia circa particularia operabilia est, in quibus vniuersalia principia dirigunt propter eorum contingentiam & varietatem, oportet sicut dicitur de I. II. text. scientijs in libro posteriorum, ex eodem genere principia accipere, vt ex similitudine aliorum factorum de his quæ facere oportet, recte ratiocinetur prudens: & ideo indiget experientia & tempore, vt ex his quæ fuerunt, quæ memoria tenet, & ex his quę intelligentia respicit, de futuris prouideat. Memoria enim est secundum ipsum, per quam animus repetit illa quæ fuerunt: intelligentia per quam prospicit ea quæ sunt: prouidentia per quam aliquid facere videtur antequàm factum sit, vnde prouidentia est completiua & formalis pars prudentiæ; aliæ vero quasi materiales ad ipsam reducuntur.

AD PRIMVM igitur dicendum, q intelligentia hic dicitur cognitio eorum quæ ad opus eligibile accõmodata sunt. Et quia intelligentia est proprie vniuersalium, qui sub tempore non cadunt, & ita quodammodo presentis formam retinent: ideo intelligentia dicitur præsentium non solum vniuersalium, quibus indiget prudens ad recte ratiocinandum de agendis, sed etiam singularium quæ nunc sunt.

¶ Ad secundum dicendum, q memoria præteritorum indiget prudens non propter se, sed in ordine ad priora eligibilia, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd prudentia est formalis pars & completiua prouidẽtiæ: & ideo etiam quodammodo prudentia illa complectitur ex quibus ratio procedit in prouisionem futurorum.

AD SECVNDAM quæstionem de partibus alijs assignatis a quibusdam dicendum, q etiam illæ sunt sicut partes integrales: requiruntur enim ad prudentiam, secundum quod E de futuris coniectat ex parte præteritorum & præsentium, ex quibus procedit. Oportet enim prudentem viam accommodã ad finem intentum inuenire, quod per prudentiam facit, quæ est præsens notio futurum pertractans euentum, & iterum prohibentia remouere. Contingit autem prouidentiam impediri. Vno modo, ex parte ipsius viã inuenidæ, quę quandoque videtur bona & non est: & hoc impedimentum cautio aufert, cuius est ex virtutibus, viria virtutum speciem præferentia discernere. Alio modo ex ordine ipsius in finem, ne. s. via quæ de se apta est ad finem aliquo extrinseco impediatur ne in finem ducere possit. & hoc ad circunspectionem pertinet, quę est cautela vitiorum contrariorum, quibus præcipue prudentia impeditur. Tertio modo, ex parte ipsius hominis tendentis in finem, qui vias accommodas ad finem intentum inuenire non potest: vnde oportet quòd per doctrinam ab alijs accipiat, quid oporteat principia operabilia uel a se habere prudentem, vel ab alio faciliter accipere; qui autem neutrum habet, hic inutilis est

vir, vt dicitur in 1. ethic. & sic est docilitas passiue dicta. Si autem docilitas accipiatur actiue, tunc pertinebit ad prudentiā secundum suum perfectissimum esse, prout. s. non solum sibi, sed etiam alijs quæ sunt vtilia ad finem inuenit, & sic dicitur prudentia erudiendi imperitos.

Ad primum igitur dicēdum, q non est contra rationē partiū quasi

vsus tunc habebunt, quàm modo:

integralium virtutis, q omnes concurrant ad actum vnum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis docilitas habeat principium in naturali dispositione, tamen complementum habet per gratiam, vel per consuetudinē, vt dicit Philosophus 1. ethi. q oportet consuetudinibus duci de ciuilibus, quia
Cap. 5. talis principia operabilium habet, vel suscipere potest faciliter.

¶ Ad tertium dicendum, q quia prudentia regulat omnes alias virtutes, ideo omnes participant aliquid prudentiæ: sicut irascibilis & concupiscibilis participant aliqualiter rationem. Vnde illud quod ad alias virtutes pertinet participatiue, cautio. s. ad prudentiam pertinet essentialiter.

Ad tertiam quęstionē de partibus, quas ponit Phi-
Cap. 10. losophus in 6. ethi. sciendum est, q sunt partes quasi potentiales, eo quòd sunt virtutes & ab inuicem, & a prudentia distinctæ, sicut ipse vult. Ad rationem enim pertinet præcipere quod faciendum est, quia aliæ vires obediunt aliqualiter rationi: ratio autem non pręcipit, nisi prius in se perfecta sit quantum ad id quod est suiipsius, sicut nec aliqua res mouet ante sui perfectionem: perfectio autem rationis practicæ sicut & speculatiuę consistit in duobus. s. in inueniendo, & iudicando de inuentis. Inuētio autem in agendis consilium est, & ideo oportet haberi virtutem, per quam ratio consilietur: & hæc est
Cap. 10. eubolia, quæ secundum Philosophum in 6. ethi. est rectitudo consilij, qua bonum inquiritur conuenientibus medijs secūdum debitum tempus, & alias circunstantias. Et oportet haberi virtutem, qua bene iudicet de consiliatis: & hæc est synesis & gnome, quæ qualiter differant, dicetur: & oportet haberi virtutem, qua bene præcipiat, & hæc est prudentia, quę
Cap. 11. vt Philosophus ibidem dicit, pręceptiua est. Sed quia in operabilibus cognitio ordinatur ad opus, ideo & consilium, & iudicium de consiliatis ad præceptum de opere reducitur sicut ad finem: & propter hoc prudentia est vsualis & principalis respectu aliarum, & alię participant modum ipsius, sicut supra dictum est.

Ad primum igitur dicendum, q & consilium, & iudicium pertinent ad prudētem non sicut principales actus eius, sed sicut ea quibus vtitur ad suum actum.

¶ Ad secunum dicendum, quòd iudicium consistit adhuc in cognitiuis terminis: sed electio est applicatio cognitionis ad opus, vnde iudicium præcedit electionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad synesim pertinet recte iudicare in illis, ad quæ se extendunt legis præcepta communiter,
Cap. 15. Vnde synesis est habitus iudicatiuus agibilium, sed ad gnomē pertinet rectum iudicium de illis, in quibus lex deficit quæ specialem habent difficultatem, in quibus epiceia dirigit, vt
Cap. 12. dicitur 6. ethi. vnde gnome secundum Philosophum est rectum iudicium epiceios.

Ad quartam quæstionem de partibus decem, quas assignat philosophus Græcus dicendū est, quòd non sunt partes vnius rationis, vnde diuisio est minus artificialis. Sciendū enim est q prudentia potest dupliciter considerari. Vno modo secundum esse absolutum: alio modo secundum perfectum esse ipsius. Saluatur autem ratio prudentiæ in his quæ ad ipsum prudentem pertinent: sed completum esse eius secundū qđ etiam ad alios se extendit. Primo ergo modo considerando prudentiam, sic prouidentia est pars eius quasi integralis formalis, vt dictum est, quæ secundum ipsum est habitus vitam facere potens ad maius. i. melius, vt fiat sicut oportet: vnde ipsa ponitur loco omnium aliarum partium eiusdem rationis. Eubulia autem est pars eius quasi potentialis, quę secundum ipsum est scientia conferentium. i. vtilium ad finem, de quib' est consilium: & quia ipsa est prima, ideo ponitur loco aliarum quæ consequuntur vt sunt vnius rationis. Solertia autem eodem modo reducitur ad prudentiam, sicut eubulia: sed in hoc differunt, quia eubulia inuenit medium conueniens ad opus ratiocinando, & inquirendo, quia consilium quæstio est, vt di-
Cap. 6. citur 6. ethi. sed solertia inuenit quasi subito: est enim habitus
Cap. vlt. ex repentino inueniens quod conuenit: vel vt in primo posteriorum dicitur, subtilitas quædam in non prospecto tempore
Cap. 10. medij: non tamen ponitur virtus in 6. ethi. sicut eubulia, tum quia eubulia se habet ad bonū tantum, solertia aūt ad bonū, & ad malum: tum quia solertia magis dependet ex naturali ingenio quàm ex assuetudine. Sciendū etiā q solertia est inuē-

F tio medij sine perspecto tempore tam in operatiuis quàm in speculatiuis, tam in necessarijs quàm in contingentibus. Sed eustochia est tantum in operatiuis, quæ est bona continuatio de contingentibus. Si autem consideret prudentia secundum quod ad alios se extendit, sic non assignantur ei integrales aliq quàm etiam prudentiæ absolute cōsideratæ: subiectiuæ autem & poten-

cui Beda consentit super Exodum.

tiales alię. Potest enim aliquis coordinari alij dupliciter. Vno modo ad aliquem actum specialem, sicut scolares in his quę ad studium spectant, milites in his quæ ad pugnandum: vnde talis adunatio non remanet, sed quādiu actus talis exercetur respectū talis coordinationis ad alterum, ordinat militaris quæ est habitus speculatiuus & practicus exercitui conferentium. Alio modo coordinatur aliquis alicui in vita simplici-
G ter, vnde talis coordinatio nata est semper manere, nisi per accidens dissoluatur. Hęc autem uel est respectu eorum qui sunt in domo vna, & sic est iconomica, quæ est habitus speculatiuus. i. consideratiuus, & practicus. i. actiuus domui conferētium: vel est respectu eorum qui sunt in eadem ciuitate, & sic est politica, quæ est habitus speculatiuus & practicus ciuitati conferentium: vnde hæ sunt partes subiectiuæ prudentiæ. Sed quia in qualibet multitudine est duplex ordo, vt in 11. metaph. dicitur, unus quo ordinatur tota multitudo ad finem communem: alius quo singulariter partes multitudinis ordinantur adinuicem secundum fines proprios: ideo politica habet duas partes, vnam quæ regi ciuitatis competit, cuius est bonum commune totius multitudinis coniectare, & hæc dicitur regnatiua, quæ est experientia eius quod est gubernare multitudinem innocue, vel legis positiua, vt in 6. ethi. dicitur. Alia Cap. 4.
est quæ competit cuilibet de ciuitate secundum qđ ad bonum commune ordinantur, & hęc politica dicitur, nomen cōmu-
H ne retinens. Et ideo dicit Philosophus in 6. ethi. quòd legis positiua est architectoria, quia fines proximi ordinantur ad finē Cap. 4.
communem. Et similiter potest diuidi militaris in ductiuam, quæ competit duci exercitus, & militarem simpliciter. Et similiter iconomica in paternam, quæ cōpetit patrifamilias, & iconomicam simpliciter. Partes autem prudentiæ sic acceptæ potentiales, sunt omnes artes & disciplinæ, quæ politica de omnibus ordinat a quibus, & quantum sunt adiscendæ, vel exercendę, vt dicitur in 1. ethi. Et ideo physica quæ est de operibus quæ non sunt a nobis, quia est scientia eorum quæ circa Cap. 1.
naturam sunt: & dialectica quæ est ex operibus, quæ sunt a nobis ordinatis ad sciendum, cum sit scientia bene disputādi: & rhetorica quæ est de his quæ sunt a nobis ordinatis ad orandum, cum sit scientia bene dicendi ad persuadendum, dicuntur partes prudentiæ, vt dictum est.

Ad primum ergo dicendum, q physica ponitur pars prudentiæ inquantum de ipsa ordinat & præcipit prudentia, vt dictū est: nō aūt ita q sit pars eius subiectiua, vel integralis.

I ¶ Similiter aūt est dicendū ad scdm de dialectica, & rhetorica.

¶ Ad tertium dicendum, q politica est prudētia quædam, qua homo dirigitur in his quæ ad aliū spectant, vnde nominat prudentiam completam. Et quia non omnis prudentia habet istā completionem, ideo ponitur pars eius: tamē in eo in quo cōpletum habet esse, prudentia non differt secundum substantiam habitus prudentiæ & politicæ, sed ratione tantum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd militare exercitium maxime pertinet ad conseruationem communitatis, & ideo militaris potius ponitur q̄ aliæ, vt negocialis, & huiusmodi: p eam. n. intelliguntur, sicut etiam per artes liberales, quas tangit. Dicunt etiā intelligi mechanicæ, quæ simili mō sunt partes prudētiæ.

¶ Ad quintum dicendum, q regnum inter alia regimina dignius est, vt Philosophus in 8. ethic. dicit: & ideo potius regnum quàm alia posuit. Cap. 1.

K

Articulus II.

Vtrum continentia, clementia, & modestia, sint partes temperantiæ, sicut dicit Tullius.

Ad secundum sic proceditur. Videtur q partes temperantiæ male assignentur a Tullio in prima rhetorica. De inuent. lib. 1.
Dicit enim q partes temperantiæ sunt continentia, clemētia, & modestia. Et videtur quòd male: quia continentia, vt dicit Philosophus in 7. ethi. diuiditur contra virtutem vniuersalē. Cap. 1.
ergo non debet poni pars alicuius virtutis.

¶ 2 Præt. Clementia, vt dicit Tullius, est virtus per quam animus concitatus in odium, alicuius benignitate retinetur: hoc autem videtur ad mansuetudinem pertinere. mansuetudo De inuent. lib. 2.
autem

autem non est pars temperantiæ, cum sit in irascibili, temperantia autem in concupiscibili. ergo videtur quòd nec clementia debet poni pars temperantiæ.

¶ 3 Præt. Modestia a modo obseruando dicitur: sed hoc est necessarium in qualibet virtute. ergo modestia non est pars alicuius virtutis, sed cōsequitur omnem virtutem.

ita dicens: Columnæ, ante quas

De inuent. lib. 2. ¶ 4 Præt. Tullius dicit, quòd modestia est pudor honestatis puram & stabilem comparans authoritatem: pudor autem videtur esse idem quod verecundia. cum ergo verecundia non sit virtus, sed passio, vt di-
Cap. 16. cit Philosophus in 4. ethic. videtur quòd modestia non debeat poni pars virtutis.

II Vlterius. A quibusdam ponuntur partes temperantiæ sobrietas, & castitas, & potest haberi ex 3. ethic. & videtur
Cap. 11. quòd sufficiēter: quia sobrietas est circa delectationes gustus, castitas autem circa delectationes tactus. Cū igitur etiam alij sensus habeant suas delectationes, videtur etiam quòd circa eas debeant assignari aliquæ virtutes.

¶ 2 Pręt. Contingit peccare non solum in delectationibus sensuum exteriorum, sed etiam in delectationibus sensuum interiorum, & etiam intellectus, sicut patet de curiositate. Similiter etiam in delectationibus & concupiscentijs exteriorum rerum, vt honoris, pecuniæ, & huiusmodi, quæ secundum se videntur eligibilia, contingit esse peccatum per superabundan-
Cap. vlt. tiam, vt dicitur in 7. ethi. sed virtus & vitium sunt circa idem. ergo & circa illas delectationes debet aliqua virtus poni.

¶ 3 Præt. Virtus est circa difficile & bonum: sed magis sunt difficilia ad quæ non omnes tenentur, sicut virginitas, & abstinentia, etiam ciborum necessariorum, quàm sobrietas & castitas. ergo magis debent poni partes virtutis.

III Vlterius. Quidam philosophus Græcus ponit septem partes temperantiæ, scilicet austeritatem, continentiam, humilitatem, simplicitatem, ornatum, bonam ordinationem, per se sufficientiam. Et videtur quòd male. Austeritas enim vt ipse dicit, est habitus secundum quem aliqui neque afferunt alijs delectationes collocutionum, neque ab alijs recipiunt: hoc autem videtur esse vitiosum, & contrarium amicitiæ quæ maxime collocutionibus amicorū gaudet. ergo austeritas non debet poni pars virtutis.

¶ 2 Præt. Humilitas superbiæ opponitur: sed superbiam Philosophus ponit inter vitia quæ opponuntur fortitudini, vt pa-
Cap. 10. tet in 3. ethic. ergo humilitas non est adiuncta temperantiæ, sed fortitudini.

¶ 3 Præt. Ipse dicit, quòd humilitas est habitus non superabundans sumptibus & præparationibus: sed quicumque non superabundat, est contentus illis quibus oportet. ergo cum ipse dicat quòd hoc pertinet per se ad sufficientiam, videtur quòd idem sit humilitas quod per se sufficientia.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd illę partes quas Tullius ponit, partes potentiales sunt, inquantū participant modum temperantiæ. Sicut enim in scientijs modum oportet secundum materiam inquirere, vt dicitur in 1.
Cap. 1. ethic. ita & in virtutibus. Materia autem virtutum moralium actiones & passiones humanæ sunt. In passionibus autē quædam sunt, in quibus passionem inferens de sui ratione natum est in prosecutionem mouere, sicut delectabile quod concupiscibili passiones infert, & in his difficile est retrahi a prosecutione, & facile est prosequi. Vnde temperantia quæ circa principalia delectabilia est, modum habet in retrahēdo, & propter hoc temperatus plus assimilatur insensibili, qui superabundat in fuga, quàm intemperato qui superabundat in prosecutione talium delectabilium. In passionibus autem, in quibus passionem inferētia nata sunt ad fugam mouere, sicut sunt timores & audaciæ, difficile est prosequi, vel sustinere, facile autem fugere: vnde modus fortitudinis quæ circa timores & audacias maximorum terribilium est, modus est in aggrediendo: & ideo fortis magis similatur audaci qui superabundat in aggrediendo, quàm timido qui superabundat in fugiendo. In actionibus aūt non consideratur inclinatio affectus magis ad vnū quàm ad aliud nisi per accidens, inquantum cōuincitur passionibus. Et ideo iustitiæ quæ circa actiones est modus, est æqualitas, sicut fortitudinis superextensio, & temperantię refrenatio, & diminutio. Omnes igitur virtutes in quibus difficultas consistit in refrænando prosecutionem, conueniunt in modo cum temperantia: hoc autem cōtingit in omnibus, in quibus est inclinatio ad prosequendum. Hęc autem inclinatio duplex est. Vna qua affectus inclinatur per passionem: alia quæ ex passionibus ipsius est inclinatio ad exteriores gestus, quæ sunt signa interioris passionis. Affectus autē inclinat ad prosequendum vel bonum proprium, & hanc inclinationem refræ-

A nat continentia, quæ ut dicit Tullius, est per quam cupiditas consilij gubernatione regitur: uel malum alienum inquantum De inuent. 2.
est contrarium bono proprio, & hanc inclinationem refrænat clementia, quæ ut dicit Tullius, est uirtus per quam animus De inuent. 2.
in odium alicuius concitatus, benignitate retinetur: inclinationem autem, quæ ad exteriores gestus est, quibus interior affectus ostenditur,

expansum est velum, potestates cę-

refrænat modestia, ut nihil in eis immoderatum sit, quæ est uirtus per quam pudor honestatis puram & stabilem comparat authoritatem. Sed quia difficillimum est refrenare a delectationibus tactus, ideo iste modus in temperantia, quæ est circa huiusmodi delectationes, consistit principaliter & quasi integraliter, in alijs autem participatiue.

Ad primum ergo dicendum, quòd continentia tripliciter dicitur. Vno modo secundum quod aliquis habet rationem rectam, quę a passionibus excellentibus nondum edomi-
B tis refrænat, & est circa eadem temperantia, ut in 7. ethic. dici- Cap. 12.
tur. Sic. n. Philosophus continentiam accipit, & differt a temperantia in hoc, quòd temperatus huiusmodi passiones non patitur: & secundum hoc d continentia non est uirtus, quia D. 389.
operatur quod bonum est non delectabiliter & faciliter, quod requiritur ad uirtutem, & ita reducitur ad temperātiam sicut imperfectum ad perfectum, & ut pars potentialis. Alio modo dicitur continentia, secundum quam homo se refrænat non solum ab illicitis delectationibus, sed etiam a licitis: & sic dicit quendam perfectum statum temperantiæ, sicut & uirginitas, unde reducitur ad temperantiam per modum partis subiectiuę. Tertio modo dicitur continentia, per quam reducitur animus a quibuslibet concupiscentijs: & hanc acceptionem ponit etiam Philosophus in 7. ethicor. & sic uidetur eam accipere Cap. 12.
Tullius, ut patet per diffinitionem positam. Vnde sic ponitur pars temperantiæ, inquantum participat modum temperantiæ, etiam circa alienum.

C ¶ Ad secundum dicendum, quòd clementia non est omnino idem quod mansuetudo, quia mansuetudo refrænat a concitatione, ut scilicet quis per iram non incitetur. Est enim secundum philosophum Græcum uirtus irascibilis, secūdum quam ad iras sumus difficile mobiles: clementia autem refrænat ab executione uindictæ etiam post communicationem, & sic clementia magis est circa actiones, & sic est pars iustitię epiceiæ, quia epiceias est diminutiuus pœnarum, ut dicit Philoso- Cap. vlt.
phus in 5. ethic. tamen possunt ratione prædicta clementia & mansuetudo sicut partes potentiales ad temperātiam reduci: quia partes potentiales uirtutum non oportet quòd communicent cum eis in materia & subiecto, sed in modo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd modestia non dicitur ex hoc, quòd imponat modum in qualibet materia secundum quod hic accipitur, sed tantum in d exterioribus gestibus, ut scilicet D. 903.
D in eis maturitas debita obseruetur, & huius uirtutis pars potissima est eutrapelia, quam Philosophus ponit, quia etiam in 5. eth. c. 15.
ludicris in quibus est difficilius, modum debitū non excedit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pudor non ponitur hic pro passione uerecundiæ, sed pro quadam exteriori compositione, cuius pudor causa esse potest: sicut etiam castitas pudor interdum dicitur, quia contrarium eius maxime est turpe, quod uerecundia timet. Similiter contrarium modestiæ est maxime apparens: & sic est natum confusionem inducere, quam pudor timet.

Ad secundam quæstionem dicendum de alijs partibus, scilicet sobrietate, & castitate quòd sunt partes subiectiuæ temperātiæ: quia castitas est circa delectabilia tactus absolute, quæ sunt in uenereis: sobrietas autē circa delectabilia gustus, prout est tactus quidam, quæ sunt in cibis & potibus.

Ad primum ergo dicendum, quòd delectationes aliorum sensuum nō sunt uehementes sicut delectationes tactus, eo quòd non sunt per coniunctionem rei, sed speciei. Vnde
E difficultas refrænandi istas delectationes nō est ex impetu earum: & ideo non oportet quòd sit aliqua uirtus in parte affectiua circa eas, sed sufficit ad hoc prudentia, quę est in ratione.

¶ Ad secundum dicendum similiter de alijs delectationibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd d uirginitas, & huiusmodi non D. 1166.
sunt uirtutes, sed nominant statum uirtutis: & ideo de eis non fit mentio.

Ad tertiam quæstionem de alijs partibus quas philosophus Græcus ponit, dicendum est, quòd accipiuntur eodē modo sicut partes Tullij, nisi quòd clementiam omittit. Continentiam enim ponit, & uidet eā accipere sicut Philosophus in 7. ethic. unde dicit, quòd continentia est habitus inuictus a Cap. 3.
delectatione. Sed modestiam in multa diuidit secundum diuersa exteriora, in quibus oportet hominem modum imponere.

re. Exteriora enim in quibus modestia modum imponit, sunt tria. Primum est collocutiones ad eos quibus conuiuimus: & in his ponit modum austeritas, cuius diffinitio in obijciendo supra posita est. Secundum est, bona exteriora, vt vestes, equi, & huiusmodi: & in his ponit modum humilitas quantum ad quãtitatem in vsu. Vnde secundum ip

li, sunt quatuor eximijs virtutibus

sum, humilitas est habitus non superabundans in sumptibus & præparationibus: sed simplicitas quantum ad modum quærendi, quæ secundum ipsum est habitus contentus his quæ contingunt, non enim multum solicitus est de talibus. Tertium est actiones propriæ quæ ad corpus pertinent, & in his ponit modum quantum ad agentem: ornatus, qui secundum ipsum est scientia circa decens in motu, & habitudine. Quantum aũt ad exteriora quæ consideranda sunt vt debito tẽpore, & loco, & huiusmodi, ordinatio quę secundum ipsum est experientia separationis & discretionis actuum, ut sciat loqui uerum in tempore suo. Quantum vero ad instrumenta, vel auxilia quibus indigemus ad actionem, est per se sufficientia, quæ secundum ipsum est habitus contentus quibus oportet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd austeritas secundum quod ponitur virtus, non omnino aufert delectationem quæ est in colloquijs, sed aufert superabundantiam in illa. Et quia maior difficultas accidit in abstinendo ab his, ideo a defectu hæc virtus nomen accepit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd superbus inquantum se super extendit ad ea quæ sunt supra ipsum, sic habet aliquid de modo audacis, & ideo reducitur aliquo modo ad vitia opposita fortitudini: quàmuis proprie loquendo, secundum quod cõmuniter de superbia loquimur, magis sit excessus magnanimitatis: humilitas autem inquãtum diminutio est, habet aliquid de modo temperantiæ, & ideo ad ipsam reducitur sicut pars potentialis.

22.q.128.1 ¶ Ad tertium dicendum, quòd differentia humilitatis, & per se sufficientiæ, patet ex his quæ dicta sunt.

De inuent.

ARTICVLVS III.

Vtrum magnificentia, fidentia, patientia, perseuerantia bene assignentur a Tullio esse partes fortitudinis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd partes fortitudinis male assignẽtur a Tullio. Assignat enim has partes magnificentiam, fidentiam, patientiam, perseuerantiam.

Cap. 5. Magnificentia enim, vt dicit Philosophus. 4. ethi. est idem liberalitati: sed liberalitas ad iustitiam reducitur. ergo & magnificentia.

¶ 2 Præt. Fiducia ad spem pertinet: sed materia fortitudinis non est spei passio, sed timor, & audacia, ut dicit Philosophus

Cap. 9. in 3. ethi. ergo pars fortitudinis non est fiducia.

Cap. 10. ¶ 3 Præt. Philosophus in lib. 4. topi. reducit in idem mitem & abstinentem, qui videtur idem quod patiens: quia abstinẽs est qui patitur & non deducitur, mitis qui non patitur: sed mansuetudo, siue clementia ponitur pars temperantiæ. ergo & patientia.

¶ 4 Præt. Ad perseuerantiam pertinere videtur immobiliter operari: sed hoc in omni virtute requiritur, vt dicit Philoso-

Cap. 4. phus in 2. ethic. ergo perseuerantia non debet poni pars fortitudinis.

II VLTERIVS. A Macrobio ponuntur septem partes fortitudinis, scilicet magnanimitas, fiducia, securitas, magnificentia, constantia, tolerantia, firmitas. Et videtur quòd male. Magnanimitas est circa magnos honores qui inter bona computantur, vt dicitur in 4. ethicor. fortitudo autem est circa audacias & timores quæ sunt magnorum malorum. ergo magnanimitas non est fortitudinis pars, cum sit circa oppositam materiam.

In de somnio Scipionis. Ibidem. Cap. 9.

¶ 2 Præt. Vnum vitium non opponitur duabus virtutibus: sed timiditas opponitur securitati & fiduciæ. ergo non sunt duæ virtutes, sed vna.

Ibidem. ¶ 3 Præt. Constantia mutabilitati opponitur, similiter etiam & firmitas. ergo non debent poni duæ partes fortitudinis.

III VLTERIVS. Philosophus in 3. ethi. ponit quinque mo-

Cap. 11. dos adiunctos fortitudini veræ, scilicet ciuilem, militarem, illã quæ ex furore uel tristitia, illam quæ procedit ex experientia, quæ facit spem uincendi propter frequenter uicisse, & illã quæ procedit ex ignorantia. Et uidetur quòd male, quia istæ virtutes cardinales sunt virtutes politicæ: sed genus additũ speciei non contrahit in partem speciei. ergo ciuilis fortitudo non

F est pars fortitudinis.

¶ 2 Præt. Militaris sub politica ordinatur, vt dicit Philosophus in 1. ethi. ergo non debet diuidi militaris fortitudo contra ciuilem. Cap. 1.

¶ 3 Pręt. Ignorantia excusat a peccato propter hoc quòd tollit voluntarium: sed voluntarium requiritur ad virtutem sicut ad peccatum. er

præclaræ, idest, fortitudine, pru-

go non debet poni aliqua pars virtutis per ignorantiam.

VLTERIVS. Quidam philosophus Græcus ponit septẽ annexa fortitudini, scilicet eupsichiam, lemam, magnanimitatem, virilitatem, perseuerantiam, magnificentiã, androgachiã. Et videtur quòd male, quia vt ipse dicit eupsichia dicitur robur animæ ad perficiendum opera ipsius: hoc aũt in omnibus virtutibus requiritur. ergo non est pars alicuius virtutis. III Ibidem.

¶ 2 Præt. Lema secundũ ipsum est habitus promptos tribuens ad conari qualiter oportet, & sustinere quæ rõ dicit: sed promptitudo idem videtur esse quòd facilitas, quæ relinquitur ex quolibet habitu. ergo lema est magis genus virtutis quàm species alicuius virtutis.

G

¶ 3 Præt. Ipse dicit quòd androgachia est viri virtus adinuentiua communicabilium operationum: sed opera communicabilia sunt materia iustitiæ. ergo hæc virtus nõ debet poni pars fortitudinis, sed magis iustitiæ.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd partes quas Tullius assignat, sunt partes potentiales, inquantum participant aliquid de materia fortitudinis. Fortitudo enim vt dicit Philosophus in 3. ethic. proprie loquendo, est circa pericula mortis, & maxime quæ in bellicis est, quia in illis est maxime difficultas. Vnde fortitudo secũdum Gręcum prædictum, uirtus est irascibilis non facile obstupefactibilis a timoribus, qui sunt contra mortem, circa quæ habet duos actus, scilicet aggredi, & sustinere sine stupore, & hoc est eius magis propriũ, ut ipse dicit. Et quàmuis principaliter fortis sit circa ista, tamẽ in omnibus alijs periculis & arduis etiam bene se habet & in aggrediendo, & sustinendo. Et ideo omnes uirtutes, in quibus consistit difficultas ex aggressione alicuius ardui, uel ex sustinentia difficilis, aliquid de fortitudinis modo participant, & ad ipsam reducuntur, sicut partes potentiales, eo quòd nõ est tanta difficultas in alijs sicut in illis periculis, circa quæ est fortitudo. Arduum autem in cuius aggressione consistit difficultas, est ad aliquod magnum opus faciendum: & sic est magnificentia quæ secundum ipsum, est rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadã & splendidissima proportione cognitio, uel cogitatio atque ministratio. Aut est ad aliquod bonum magnum consequendum, & sic est fidentia, quę est certa spes producendi ad finem rem inchoatam, uel magis consequendi rem speratam: & secundum hanc acceptionem credo quòd magnanimitas est idem quòd fidentia. Id uero quod facit difficultatem in sustinendo, uel est bonum laboriosum, & circa hoc est perseuerantia quæ est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permansio, & præcipue ut quis a ratione recta propter tristitiam quæ in laboribus accidit, non recedat: quia sicut continentia facit inuictũ a delectationibus, ita perseuerantia a tristitijs, ut dicitur 7. eth. uel est malum nociuum, & sic est patientia, quæ secundum Tullium, est honestatis, aut utilitatis causa rerum arduarum & terribilium uoluntaria ac diuturna perpessio.

Cap. 1. H I Cap. De inu. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis magnificentia communicet cum liberalitate in materia, quia magna facta magnis sumptibus fiunt, tamen communicat cum fortitudine in modo.

K ¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis fortitudo non sit circa spem, sicut circa materiam, sed magis magnanimitas: tamen habet spem concomitantem, quia fortis optime spei est circa materiam suam. Vnde fidentia, & aliæ supradictæ partes in fortitudine etiam secundum quod est specialis uirtus inueniuntur quantum ad id quod est difficillimum in eis, ut quædam conditiones fortis: & sic etiam possent dici aliquo modo partes quasi integrales fortitudinis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd malum nociuum tres passiones natum est generare, scilicet timorem, tristitiam, & iram. Vnde tres uirtutes faciunt sustinere huiusmodi nociua. Fortitudo, ut homo non perturbetur per timorem: patientia, ut nõ perturbetur per tristitiam immoderatam: & similiter perseuerantia, quæ facit ut propter tristitiã homo a rationis operibus non discedat, sicut potentia non permittit propter tristitiam discedere ab æquanimitate mentis. Vnde secundum Greg. uera patientia est mala aliena, idest, ab alijs illata æquanimiter perpeti. Mansuetudo autem facit ut homo non perturbetur per iram: vnde abstinens, de quo loquitur Philosophus in 4. to pi.

Tomi. 11. Cap. 10.

pi. non est idem quòd patiens, sed se habet ad fortẽ & mitem, similiter & ad patientem, sicut continens ad temperatum. Vnde non oportet quòd si mansuetudo reducitur ad temperantiam, quòd & patientia: quia passio tristitiæ est ex victoria nociui, sicut & timor: & ideo difficultas in patientia & fortitudine est etiam in nõ vinci a nociuis. Vnde patientia participat modum for-

A

dentia, temperantia, iustitia, quæ

titudinis, sed ira est ad victoriam contra nociuum: vnde difficilius est in refrænando, propter quod mansuetudo participat modum temperantiæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd perseuerantia vno modo dicit continuationem virtutis, & sic est actus omnium virtutum: alio modo dicit propositum persistendi, & sic est d specialis virtus: quia habet specialem rationem obiecti, scilicet laboriosum opus, prout natum est tristitiam inferre.

D. 1024.

B AD SECVNDAM quæstionem de partibus, quas Macrobius ponit, dicendum quòd sunt eiusdem rationis cum partibus quas ponit Tullius, nisi quod duas harũ diuidit in duas species, scilicet fidentiam, quam ponit Tullius, diuidit in magnanimitatem, quæ est in sperando magna consequenda vt magnos honores, & fiduciam quæ est in cõsequendis honoribus mediocribus ac huiusmodi, quã Philosophus innominatam dicit. Item perseuerantiam diuidit in firmitatem, quę facit permanentiam in opere, & constantiam quæ facit permanentiam in proposito animi. Et addit etiã vnã, scilicet securitatem quæ timori opponitur, vnde propinquius se habet ad veram fortitudinem: sed tamen differt a fortitudine, quia reprimit timorem non solum circa maxima terribilia quemadmodum fortitudo, sed etiã circa quæcumque: tolerantia vero est idem quod patientia: magnificentiam autem proprio nomine ponit.

Cap. 11. lib.

AD PRIMVM dicendum, quòd magnanimitas quàmuis non conueniat in materia cum fortitudine, conuenit tamen in modo, vt dictum est.

C ¶ Ad secundum dicendum, quòd timiditas opponitur securitati, non autem fiduciæ, sed magis desperatio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd constantia opponitur mutabilitati animi: sed firmitas opponitur mutabilitati in facto aliquo.

Cap. 11. AD TERTIAM quæstionem dicendum de partibus, quas Philosophus ponit in 3. ethic. Sciendum quòd sunt etiam partes potentiales, aliter tamen quàm prædictæ: prædictæ enim partes a fortitudine deficiunt quantum ad difficultatem materiæ, sed illæ quas Philosophus ponit, quantum ad rectitudinem motiui: & ideo non sunt virtutes, sed participant aliquid de virtute fortitudinis. Motiuum autem ad actum fortitudinis potest esse triplex. Vno modo, intentio boni, vel honesti: & sic fortitudinis virtus est vel alicuius temporalis boni, vel honoris, vel alicuius huiusmodi: & sic deficit a ratione virtutis, & est fortitudo quam nominat politicam. Alio modo ex hoc, quòd remouetur faciens difficultatem in actu fortitudinis, scilicet magnitudo periculi: & hoc quidem remouetur per ignorantiam, & sic est vltimus modus. Et per spem vincendi, quæ potest ex duobus cõsurgere vel ex arte, siue exercitio, & sic est militaris fortitudo: vel experientia victoriæ, sicut illi qui alias talia pericula euaserunt, & sic est penultimus modus. Tertio modo, ex passione furoris, vel tristitiæ illatæ: vel etiam timoris, vel desperationis, & sic est tertius modus.

D

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fortitudo politica dicitur ex motiuo, quia scilicet aliquod bonum quod a ciuitatibus præstari fortibus solet, ad actum fortitudinis mouet: sic autẽ non dicuntur politicæ virtutes cardinales, sed inquantum in vita ciuili perficiunt.

E ¶ Ad secundum dicendum, quòd militaris fortitudo dicitur, quia eam cõsueuerunt habere milites, qui habent exercitium, & artem bellandi: vnde æquiuocatur in militari & politica.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est ignorantia de periculo omnino, sed de quantitate periculi: & ideo non tollit totaliter rationem fortitudinis, sed diminuit aliquid de laude eius.

Cap. 1. AD QVARTAM quæstionem de partibus quas alius philosophus græcus ponit, sciendum quòd sunt fere eædem cum illis quas ponit Macrobius. Magnanimitatem enim, & magnificentiam, & perseuerantiam proprio nomine ponit, & eas sic diffinit. Magnanimitas est habitus plus faciens communiter accidente prauis & studiosis. Magnanimus enim non est contentus vitare praua, & facere bona secundum quod cõmuniter sufficit, nisi excellentius faciat hoc. Et ideo dicitur in 4. ethicor. quòd operatur magnum in omnibus virtutibus. Magnificentia vero est habitus superferens habentes ipsum, & elatione adimplens, inquantum scilicet effert propositum eius ad aliqua sumptuosa & magna facienda. Perseuerantia vero est

A scientia, vel habitus eorum quibus immanendum, idest, bonorum: & non immanendum, idest, malorum: vel neutrorum, idest, indifferentium. Eupsichia autem quæ secundum ipsum est robur animæ ad perficiendum opera ipsius, videtur idem esse quod constantia, & præcipue in spiritualibus quæ sunt opera animę. Lema autem quæ secundum Philosophum est habitus promptos tri-

aliter in cælis seruantur ab ange-

buens ad tolerare & sustinere quæ ratio dicit, videtur idem quod patientia. Virilitas autem videtur idem quod fiducia, quam diximus differre a magnanimitate in hoc, quòd est cõmunium bonorum, vel huiusmodi, cùm magnanimitas sit magnorum, & quæ sunt vltra necessitatem virtutis. Virilitas autem secundum ipsum est habitus per se sufficiens in his quæ sunt secundum virtutem, & de necessitate virtutis: & sic differt virilitas a magnanimitate. Ita ponit andragochiam, quæ est virtus viri adinuentiua communicabilium operum communiter, scilicet iuxta magnificentiam, quæ tendit ad magna in communitatibus facienda: & in hoc differt a Macrobio, qui hanc diffinitionem non ponit propter hoc, quòd videtur esse idem liberalitati, nisi quòd intantum differat, quòd liberalitas respicit bonum singulare, sed andragochia bonum commune. Vnde magis accedit ad magnificentiam, quia ea quæ indigent magnis sumptibus, maxime sunt ea quę ad communitatem pertinent: sed dictus Philosophus omittit securitatem, quam Macrobius ponit, quia securitas videt intrinseca fortitudini, vt dictũ est.

B

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dictum est supra de perseuerantia, quòd potest esse specialis virtus, inquantum respicit specialem rationem obiecti, quàmuis forte illa ratio possit inueniri in actibus diuersarum, aut omnium virtutum, sicut est de magno quod respicit magnanimitas: ita etiã est dicendum de constantia, & eupsichia, quod idem est. D. 1024.

¶ Ad secundum dicendum, quòd promptitudo illa intelligitur, vt homo propter difficultatem terribilium non turbetur,

C quod ad patientiam pertinet: vnde sicut patientia specialis virtus est, ita & lema quæ idem est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis communicet cum iustitia quantum ad materiam, conuenit tamen cum fortitudine quantum ad modum, sicut & magnificentia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum religio, pietas, gratia, uindicatio, obseruantia, ueritas sint partes iustitiæ, sicut dicit Tullius.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd partes iustitiæ male assignentur a Tullio. Assignat enim iustitiæ sex species, quæ sunt religio, pietas, gratia, vindicatio, obseruantia, veritas. Et videtur quòd male, quia Philosophus dicit in 8. ethicor. quòd serui ad dominum non potest esse iustitia: sed deus maxime dominus est. ergo cũ religio sit hominis ad deũ, videtur quòd non sit pars iustitiæ. De inuent. lib. 2. 22. q. 80. 1. Cap. 5.

D

¶ 2 Præt. Sicut latria debetur deo, ita etiam dulia debetur homini. ergo sicut religio quæ est idem quod latria, ponitur pars iustitiæ, ita debet poni & dulia.

¶ 3 Præt. Supra dist. 11. dictum est, quòd pietas est idem quod latria: latria autem idem quod religio. ergo pietas non debet diuidi contra religionem.

¶ 4 Præt. Vindicatio videtur pertinere ad vitium iræ, quæ est appetitus vindictæ. ergo non debet poni pars virtutis.

VLTERIVS. A Macrobio ponuntur hæ partes. Innocentia, amicitia, concordia, religio, pietas, bonitas, affectus. Et videtur quòd male, quia innocentia omni peccato opponitur: sed omni peccato non opponitur nisi virtus communis. ergo & innocentia vel est virtus cõmunis, vel sequens omnem virtutem. ergo non debet poni pars iustitiæ. II Libr. 1. de somnio Scipionis.

E

¶ 2 Præt. Illud quod consequitur ad omnes uirtutes, non debet poni alicuius uirtutis pars: sed amicitia est huiusmodi, quia uerę amicitiæ fundamentum est honestum. ergo non debet poni pars iustitiæ.

¶ 3 Præt. Philosophus in 9. ethic. ponit circa amicitiam tria, scilicet beneficentiam, beneuolentiam, & cõcordiam, a quibus omnibus dicit amicitiam differre. ergo sicut posuit concordiã, ita debuit ponere alia duo.

¶ 4 Præt. Affectus in omnibus moralibus requiritur. ergo debet poni pars alicuius uirtutis.

III VLTERIVS. Quidam ponunt quinque partes, quæ sunt obedientia respectu superioris, disciplina respectu inferioris, æquitatem respectu parium, fidem & ueritatem respectu omnium. Et uidetur quòd male, quia iustitia generalis, ut dicitur

in

Cap. 2. in 5.ethicor, attendit præcepta legis ¶ sed obedire est attendere præceptum, ergo est idem quod iustitia generalis, ergo non est pars iustitiæ, quæ est specialis virtus, sed magis econuerso.
¶ 2 Præt. Rigor ad iustitiam pertinet sicut æquitas. ergo sicut ponunt æquitatem, ita ponere debent rigorem.
¶ 3 Præt. Fides est virtus theologica. ergo non debet poni pars iustitiæ, quæ est virtus cardinalis.
Lib. de ver. cap. 13. ¶ 4 Præt. Veritas ad intellectum pertinet, iustitia autem magis ad voluntatem, quia ut dicit Anselmus, est rectitudo voluntatis propter se seruata. ergo videtur quòd veritas non sit pars iustitiæ.

IIII VLTERIVS. Quidam diuidunt iustitiam in liberalitatem & seueritatem, quam diuidunt in benignitatem & beneficentiam. Benignitatem vero in septem partes, scilicet religionem, pietatem, innocentiam, amicitiam, reuerentiam, concordiam, misericordiam. Et videtur quòd non bene, quia vt dicit Philosophus 5. ethicor. virtuosus est diminutiuus pœnarum: sed seueritas dicit huiusmodi oppositum. ergo non est pars virtutis.
Cap. 15. ¶ 2 Præt. Liberalitas dat alicui quod est proprium datus: sed iustitia dat alteri quod suum est, & ei debitum. ergo liberalitas non est pars iustitiæ.
Cap. 5. 22. q. 58. 3. ¶ 3 Præt. Misericordia est passio, vt dicit Philosophus in 2. ethi. sed nulla passio est virtus, nec pars virtutis. ergo misericordia non est virtus, nec pars eius.

V VLTERIVS. Philosophus in 5. ethico. diuidit iustitiam in legalem & specialem, quæ est æqualitas quædam in bonis & malis exterioribus, quam diuidit in distributiuam & communicatiuam: diuidit etiam iustum in politicum, paternum, & vxorium. Politicum autem in legalem & naturalem, ponit etiã
Cap. 4. circa iustitiam, epicieiam, & iustitiam metaphoricam. Et videtur quòd male. Species enim non debet diuidi contra genus: sed iustitia particularis est species iustitiæ legalis. ergo non debet diuidi contra eam.
¶ 2 Præt. Iustitia dirigimur in his quæ ad alterum sunt: sed omnis operatio vnius ad alterum communicatio quædam est. ergo iustitia communicatiua non debet poni pars iustitiæ specialis, sed idem ei.
¶ 3 Præt. Iustum politicum videtur ad iustitiam legalem pertinere. ergo non debet poni pars iustitiæ specialis.
¶ 4 Præt. Paternum, & dominatiuum, & vxorium non videntur differre nisi secundum materiam. ergo non debet distingui iustum per prædicta.
Cap. 15. ¶ 5 Præt. Epicieia, vt ipse dicit, est aliquid melius iustitia. ergo magis debet iustitia poni pars eius, quàm econuerso.

VI VLTERIVS. Quidam philosophus Græcus dicit, quòd familiares iustitiæ sunt liberalitas, benignitas, vindicatiua, eugnomosinæ, eusebia, eucharistitia, sanctitas, bona cõmutatio, legis positiua. Et videtur quòd male. Ipse enim dicit quòd eugnomosinæ est voluntaria iustificatio: sed hoc necessarium est
Cap. 14. in omni iustitia, vt volens quis operetur, vt dicitur in 5. ethi. ergo non est pars iustitiæ, sed idem sibi.
¶ 2 Præt. Ad eucharistiam secundum ipsum pertinet quibus sit facienda gratia, & a quibus accipienda: sed hoc videtur ad liberalitatem pertinere, cuius est gratis tribuere. ergo non debet diuidi contra liberalitatem.
¶ 3 Præt. Secundum ipsum sanctitas est scientia faciens fideles & seruantes quæ ad deum sunt iusta: sed hoc ad eusebiam pertinet, siue ad religionem. ergo non debet diuidi contra eusebiam.
Cap. 9. ¶ 4 Præt. Philosophus ponit in 6. ethi. legis positiuam speciem politicæ, quam ponit idem prudentiæ. ergo legis positiua magis pertinet ad prudentiam quàm ad iustitiam.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem. Sciendum quòd iustitia in hoc differt a temperantia & fortitudine, quòd illæ moderant passiones intrinsecas: sed iustitia moderat extrinsecas operationes, unde Philosophus dicit circa operationes iustitiam esse. In adulterio enim secundum quod est contra iustitiam, attenditur vsus inordinatus, scilicet rei alienæ: secundum autem quod opponitur temperantiæ, attenditur concupiscentia non refrænata sub debito rationis. Moderatio autem actionum exteriorũ ex duobus regulatur. Primo, per comparationem operationis ad ipsum operantem: & sic eiusdem rationis est regulatio exteriorum operationum, & interiorum passionum, quæ ad exteriores inclinant operationes. Alio modo, per comparationem ad alium: & in hoc est iam alius modus regulandi. Et ideo exigitur alia virtus, & hoc proprie ad iustitiam pertinet: vnde ab eodem actu, scilicet percussione alicuius retrahit mansuetudo, scilicet secundum quod procedit ex passione interiori, & iustitia in ordine ad alium. In omni autem moderatione oportet quòd illud quòd moderatur mensuræ, siue regulæ, alicui adæquetur. Vnde sicut moderatio passionum est adæquatio ipsarum ad rationem: ita moderatio exteriorum actuum secundum quod sunt ad alterũ, est quòd adæquentur illi ex cõparatione ad quem moderantur. Et hæc quidem adæquatio est a fidelibus. Et consequenter assi- quando ei redditur quod, & quantum ei debetur: & hæc adæquatio proprius modus iustitiæ est. Vnde vbicumque inuenitur ista adæquatio complete, est iustitia quæ est virtus specialis, & omnes uirtutes in quibus saluatur, sunt partes subiecti uæ iustitiæ. Vbi autem ista adæquatio non secundum totum saluatur, sed secundum aliquid, reducitur ad iustitiam ut pars potentialis aliquid de modo eius participans. Ista autem adæquatio tria complectitur, ut ex dictis pater, scilicet ut sit ordinatum ad alterum, ut sit ei debitũ, alias superexcederet actio eum, ad quem fit: & ut tãtum reddatur, quantũ debetur, alias deficeret in minus. Sunt autem quædam uirtutes, quibus redditur alteri quod debetur ex necessitate legis, non tamen tantum, quia impossibile est. Sicut in honore qui est ad deũ, quod facit religio: & qui ad parentes & ad patriã, quod facit pietas. Vnde istæ uirtutes deficiunt quidem a iustitia, & sunt partes eius potentiales, & propinquissime se habent ad ipsam. Quædam uero sunt, quibus redditur alteri quod debetur non ex necessitate legis, sed quadam honestate, sicut Philosophus dicit in 8. ethic. sicut gratia, quæ est retributio beneficiorum secundum Tullium, misericordia, & huiusmodi: & hæ uirtutes aliquantulum magis distant a uera iustitia. Quædam autem uirtutes sunt, quibus hoc, circa quod principaliter est uirtus, ordinatur ad alterum, non tamen secundum rationem debiti, sicut liberalitas: & hæ adhuc magis distant a uera iustitia. Quædam uero hoc circa quod est uirtus non principaliter, sed secundario ordinant ad alterum. Sicut quãdo fortitudo actum exteriorem, circa quem secundario est, ordinat ad alterum ut ad bonum gratiæ, & sic induit quodammodo formam iustitiæ: & sic omnis uirtus potest reduci ad iustitiam. vnde iustitia legalis est idem quòd omnis uirtus in 5. ethicor. Quantum ad passiones autem, circa quas principaliter sunt illæ uirtutes, nihil possunt habere de modo iustitiæ, eo quòd per passiones immediate homo non ordinatur nisi ad seipsum, tamen per quandam similitudinem est ibi quædam forma iustitiæ, secundum quod diuersæ uires computantur ut diuersæ personæ: unde sic est iustitia metaphorica, de qua Philosophus loquitur in 5. eth. Ex dictis igitur põt patere de facili, qualiter oẽs partes a philosophis assignatæ, sunt partes iustitiæ: qa inter partes quas Tullius ponit, uindicatio, & obseruantia sunt partes subiectiuæ uiræ iustitiæ: quia uindicatio reddit malũ debitũ, obseruãtia aũt bonũ ad qđ se obligauit. Vindicatio, n. fm eum, est uirtus, qua uis, aut iniuria, & omne quod obfuturum est defendendo & ulciscendo propulsatur: religio autem quæ est ad deum, & pietas quæ est ad parentes & cõiunctos sanguine, uel patria, sunt partes potentiales, fed propinque: quia reddunt quod debent, & ex obligatione legis, fed non quantum, quia impossibile est; has autem sic diffinit. Religio est quæ superiori cuidam naturæ, quam diuinam uocant, curam cæremoniamque affert: & dicitur a religando secundum Isidorum, uel secundum Aug. a reeligendo deum quem amiseramus. Pietas uero est per quam sanguine coniunctis patriæque benevolentiæ officium, & diligens tribuitur cultus. Gratia autem & ueritas reddunt quod debent ex quadam honestate, qua fit ut homo gratiam beneficio impendat, quàmuis non possit ad id ut in iudicio cogi: & quòd talẽ se in dictis & factis exhibeat qualis est, quod ad ueritatem pertinet, de qua Philosophus etiã determinat in 4. ethi. Est enim gratia in qua amicitiarum & obsequiorum alterius memoria, & remunerandi uoluntas continentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa probat quòd religio non sit pars subiectiua iustitiæ: non autem quòd non sit pars potentialis propinqua.
¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut pietas quæ principaliter debetur parentibus, se extendit ad omnes sanguine cõiunctos, inquantum ex eisdem parentibus descenderunt, & ulterius ad compatriotas inquantum communicant in natali solo: ita religio quæ deo debetur, se extendit quodammodo ad eos qui dei imagine sunt insigniti: unde religio, & dulia sunt in proximo genere, & ideo sub una comprehenditur a Tullio altera.
¶ Ad tertium dicendum, quòd pietas alio modo sumitur hic, quàm ibi.
¶ Ad quartum dicendum, quòd uindicare ex pœnæ desiderio, uitiosum est: sed ex sola iustitia, & secundum ordinem iuris, iustitiæ est.

AD SECVNDAM quæstionem de partibus, quas ponit Macrobius, sciendum quòd una est pars subiectiua iustitiæ proprie dictæ, scilicet innocentia, vt nullus alteri quod suum est, auferat: & condiuiditur contra illam partem quæ vnicuique reddit quod debet. Aliæ vero sunt partes potentiales, quarum duę sunt respectu superioris, scilicet religio & pietas, vt red dant debitum, sed gnat. Beda usus illarum uirtutum tantum. Aliæ vero quatuor reddunt debitum ex honestate, & hoc vel æquali, & sic est amicitia, de qua Philosophus in
Cap. 9. 4. ethic. qua nostris operibus congruenter ad alios vtimur: & concordia, qua ex operibus aliorum auxilia præstamus, & respectu inferiorum, quibus quantum ad affectum interiorem impendimus ex debito honestatis humanitatem: & quantum ad exterius affectum subuentionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd innocentia hic sumitur stricte secundum quod priuat nocumentũ alteri illatũ.
Cap. 2. Cap. 11. ¶ Ad secundum dicendum, quòd amicitia hic sumitur non sicut in 8. ethicor. quæ consistit principaliter in affectu, sed vt in quarto, quæ consistit principaliter in affabilitate exteriori, quæ haberur etiam ad extraneos.
¶ Ad tertium dicendum, quòd beneficentia includitur in humanitate, beneuolentia autem in affectu.
¶ Ad quartum dicendũ, quòd affectus hic sumitur stricte pro affectu subuentionis & compassionis ad alterum.

AD TERTIAM quæstionem de partibus alijs, sciendum est quòd videntur esse subiectiuæ iustitię proprie dictæ: quia ex obligatione legis tenetur homo vt superiori obediat, vt inferiori suæ curæ commisso disciplinam exhibeat: & ad æquales etiam, & ad omnes seruet æqualitatem in rebus: fidem in factis, quæ est idem quod obseruantia: & veritatem in dictis, si tamen veritas sumatur ea quæ est in confessionibus iudicij, alias si sumeretur sicut supra, esset pars potentialis iustitiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obedientia secundum quod attendit principaliter rationem præcepti, est specialis virtus: vnde etiam obedit in illis quæ ad alias virtutes non pertinet. sed secundum quod ex consequente respicit præceptum & bonum virtutis principaliter in eo quod facit, sic est consequens ad omnes virtutes.
¶ Ad secundum dicendum, quòd hic sumitur æquitas secundum æqualitatem simpliciter, quæ est in rebus communicabilibus: vnde includit seueritatem, siue rigorem, inquantum seruat formam legis in his, ad quæ legis intentio se extendit: & equitatem quę dimissa forma legis, intentionẽ ipsam sequitur.
¶ Ad tertium dicendum, quòd fides hic sumitur pro fidelitate non secundum quod est virtus theologica.
¶ Ad quartum dicendum, quòd veritas hic sumitur secundum quod est in signo exteriori, vel verbo, vel quocumque alio.

AD QVARTAM quæstionem de alijs partibus a quibusdam alijs assignatis, sciendum est quòd in idem incidunt cum partibus prius tactis: quia seueritas secundum quod hic accipitur, idẽ est quod vindicatio, & diuiditur contra omnes alias partes iustitiæ, quia ipsa sola malum reddit: liberalitas autem valde large sumitur pro qualibet boni exhibitione vel debiti, vel non debiti: vel in affectu, vel in effectu. Vnde diuiditur in beneficentiã, & beneuolentiã, & hic etiam largissime accipiuntur, & huiusmodi. Vnde diuiditur beneficentia in septem partes, quæ omnes comprehensæ sunt in superioribus partibus: quia misericordia comprehenditur in affectu, reuerentia vero quæ videtur idem quod dulia, comprehenditur sub religione, vt prius dictum est, & etiam sub pietate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtuosus diminuit pœnam quam dicit seruata intentione legis, non tamen contra legem.
¶ Ad secundum dicendum, quòd liberalitas large hic accipitur, vt dictum est.
¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquę passiones quàmuis proprie loquendo nõ sint virtutes, tamen inquantum sunt laudabiles, habent aliquid de ratione virtutis: sicut misericordia, & verecundia, & præcipue secundum quod est ibi electio.

AD QVINTAM quæstionem de alijs partibus, quas Philosophus ponit in 5. ethic. dicendum, quòd diuisio philosophi complectitur omnia, ad quæ vera iustitia habet se extendere, & ideo ponit iustitiam metaphoricam, in qua saltem similitudo tantum iustitiæ: & legalem quæ ordinat ad alterum etiã circa id quod non principaliter est virtus, si illud sit ordinatum a lege: & in idem reducitur epicieia quæ differt a iustitia legali in hoc, quòd seruat intentionem legis in his ad quæ forma legis se non extendit: & similiter dominatiuum & paternum iustum, in quibus redditur debitum, sed non tantum. Et iterũ distributiua, & communicatiua quę sunt partes subiectiuæ iustitiæ specialis. Legale autem & principale iustũ non diuidunt iustitiam, sed illud ex quo est obligatio debiti & iustitiæ, quia uel est ius naturale, uel positiuum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd spes potest diuidi contra genus diuisione quæ est nominis æquiuoci in sua significata.
¶ Ad secundum dicendum, quòd communicatio propriè tum secundum præsentem, & fu- est, quãdo ex mutuis operibus fit aliqua id alicui debitum: sicut ex hoc quòd unus laborauit in uinea alterius, alter constituitur sibi debitor in tanto, quantum ualet labor eius, & in his dirigit communicatiua iustitia. Est enim æqualitas in ea communicationis, quia quantum unus dedit alteri, debet tantum ab eo recipere: & propter hoc etiam communicatiua dicitur. Sed in distributiua non attenditur æqualitas recipientis ad eũ qui dat, sed ad alium qui etiam recipit: vnde non est ibi æqualitas communicationis, sed distributionis, & propter hoc dicitur distributiua non communicatiua.
¶ Ad tertium dicendum, quòd politicum tribus modis dicitur. Vno modo, secundum quod respicit ciuilem uitam, & sic omnes uirtutes morales quandoque dicuntur politicæ. Alio modo, secundum quod in uita ciuili ex ciuili ordinatione dirigitur quis, & hoc modo dicitur etiam iustitia particularis politica, inquantum dirigit in cõmunicationibus secundum ciuilia statuta: & tunc diuiditur politicum iustum contra dominatiuum, & uxorium, & huiusmodi: quia lex se extendit ad dirigendum in his, cum seruus sit res domini, & filius patris, & uxor uiri. Vnde directio in his magis est secundum iconomicam prudentiam, quàm secundum ciuilia statuta. Tertio modo, dicitur politicum a uita ciuili, & ciuilibus statutis & ulterius ex intentione communis boni: & sic politicum pertinet ad iustitiam legalem.
¶ Ad quartum dicendum, quòd in tribus est diuersa ratio regendi secundum quod ille ad quem est iustitia, minus, uel magis est in potestate alterius: & ideo uxorium iustũ magis conuenit cum iusto politico quàm paternum, & paternum quàm dominatiuũ: quia magis appropinquat ad æqualitatem uxor uiri quàm filius patris, & quàm seruus domini. Vnde non est differentia tantum secundum materiam, sed etiam aliquo modo formalis.
¶ Ad quintum dicendum, quòd epicieia adiungitur legali iustitiæ, & circa eadem est, quàmuis non ex eodem dirigit: quia legalis dirigit in scripto legis, sed epicieia ex intentione legislatoris: & quàmuis sit excellentior quàm iustitia legalis, non tamen potest dici cardinalis, tum quia est in supplementum legalis iustitiæ, & etiã quodammodo præsupponit illam: tum quia est idem omni uirtuti aliqualiter sicut & legalis iustitia.

AD SEXTAM quæstionem de alijs partibus, sciendum est quòd assignatio illius philosophi non differt a prædictis assignationibus nisi in duobus. Primo, quia diuidit religionem in eusebiam, quæ ordinat ad deum in cultu qui exhibetur in protestatione seruitutis, sicut sacrificia, & huiusmodi, unde dicit quòd est scientia dei famulatus: & sanctitatem, quæ ordinat ad deum in omnibus alijs operibus uitæ: unde dicit quòd sanctitas est scientia faciens fideles & seruantes quæ ad deum iusta sunt. Secundo, quia assignat partes subiectiuas iustitiæ alio modo, quia iustitia & est in iudice sicut in regulante, & est in alijs sicut in regulatis. Ad iudicem autem duo pertinent. Vnum est quòd æqualitates in alijs faciat: & ad hoc est legis positiua. Aliud est ut inæqualitatem facientes puniat: & ad hoc est uindicatiua. Ex parte autem aliorum similiter duo requiruntur ad iustitiam. Vnum est quòd æqualitatem in commutando seruent, quia æqualitatem iustitiæ distributiuæ seruare non est subditorum qui recipiunt, sed superioris qui distribuit: & ad hoc est bona commutatio. Aliud est quòd si quando æqualitatem prætereunt, quòd ad eam uoluntarie reuertantur: & ad hoc est engnomosine, idest, uoluntaria iustificatio. Aliæ autem partes supra positæ sunt, liberalitas quidem, & benignitas etiã per nomina. Eucharistia autem idem est quod gratia, quæ etiam supra posita est. Est enim secundum ipsum eucharistia scientia eius quod est, quibus, & quando impendendum gratiam, & qualiter, & a quibus sumendum. Ponitur autem in diffinitione dictarum uirtutum scientia secundum quod omnes uirtutes morales participant aliquid rationis & prudentię: unde Socrates omnes uirtutes dicebat esse scientias, ut dicitur. 6. ethic. Cap. 17.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uoluntaria iustificatio accipienda est hic non quælibet, sed in determinato modo, ut dictum est.
¶ Ad secundum dicendum, quòd impendere gratiam accipitur hic pro rependere ratione beneficij accepti: & sic patet

tet quòd non est idem quod liberalitas.

¶ Ad tertium dicendum, quòd iam patet distinctio sanctitatis, & eusebiæ ex his quæ dicta sunt: vnde sanctitas eodem modo comparatur ad omnes virtutes, sicut & iustitia legalis: quia sicut iustitia legalis operatur actus omnium virtutum propter bonum commune, ita sanctitas ꝓpter deum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd polica æquiuocatur & ad cognitionẽ prudentiæ, & ad executionem iustitiæ: & similiter legis positiua quæ est pars politicę, vt ipse ibidem dicit.

turum statum imitans Augustinus in præmissis assignationibus.

DISTINCTIO XXXIIII.

A

De septem donis Spiritus sancti.

Nunc de septem donis Spiritussancti agendum est, vbi prius cõsiderandum est,[a] an hæc dona virtutes sint: secundo, an in futuro desitura[c] sint, vel omnia, vel horum aliqua: deinde, an in Christo fuerint cuncta hæc dona. Hæc dona uirtutes esse, nec in futuro desitura * Ambros. ostendit, ea septem fore uirtutes dicens, & in angelis abundantissime esse, sic. Ciuitas Dei illa Hierusalem cælestis, non meatu alicuius fluuij terrestris abluitur, sed ex uitæ fonte procedens, Spiritussanctus cuius nos breui satiamur haustu, in illis cælestibus spiritibus redundantius uidetur effluere, pleno septem uirtutum spiritualium feruens meatu. Si enim fluuius riparum crepidinibus æditis superfusus exundat, quanto magis spiritus omnem supereminens creaturam, cum nostræ mentis archana tamquàm inferiora perstringat, cælestem illam angelorum naturam effusiore quadam sanctificationum ubertate lætificat? Deinde sanctificationes exponens, subdit. His autem sanctificationibus significatur plenitudo septem spiritualium uirtutum, quas enumerauit Esaias dicens. Spiritus sapientiæ, & intellectus, & consilij, & fortitudinis, scientiæ, & pietatis, & timoris Domini. Vnum est ergo flumen, sed multi spiritualium donorum meatus. Quàmuis ergo multi dicãtur spiritus, ut spiritus sapiẽtię, & intellectus &c. unus est tamen Dei spiritus suæ libertatis arbiter, omnia pro authoritate uoluntatis diuidens singulis. Hic expresse traditum est septẽ dona, & uirtutes esse, sancti-

*Lib. de spiritu sancto cap. 20. & ult. prin.

EXPOSITIO TEXTVS.

In quo habuerunt vsus eosdem. Virtutes enim quę consistunt circa passiones illatas, habuerunt eundẽ vsum in Christo, quem in nobis propter passibilitatem corporis. Habuerunt etiam vsum quem habent in patria propter perfectionem animæ: sed de virtutibus quæ sunt circa passiones innatas, secus est, quia istæ passiones in Christo non fuerunt, vt necessarium esset eas per virtutem cohibere: vnde etiam tentari potuit ab hoste, sed non a carne, *Sed alios vsus habebunt* Ergo sunt aliæ virtutes, quia habitus distinguuntur per actus. Et dicendum, quòd sicut motus ad terminum, & quies in termino pertinẽt ad eandem virtutem naturalem: ita quies in fine non requirit alium habitum, quàm motus tendens in finẽ ipsum. Et hoc modo diuersificantur actus virtutum in via, & in patria.

DIVISIO TEXTVS.

Postquam determinauit magister de virtutibus, hic incipit determinare de donis. Diuiditur autẽ hæc pars in partes tres. In prima, determinat de donis in cõmuni. In secunda, de quodam donorum, scilicet, de timore, quod specialem difficultatem habet propter sui multiplicitatem, ibi. *Et quia de timore*. In tertia, ostendit differentiam aliquorum donorum adinuicem propter maximam eorum conuenientiam. 35. dist. ibi. *Post præmissa diligenter*. Prima diuiditur in duas. Primo, determinat de donis secundum veritatem. In secunda, monet quandam dubitationem contra veritatem prædeterminatam, ibi. *His autem videtur obuiare*. Circa primum duo facit. Primo, ostendit dona virtutis esse, & in patria permanere. Secundo, ostendit quòd in Christo plenissime fuerunt, ibi. *In Christo &c. His autem obuiare &c.* Hic mouet dubitationem contra determinata. Et primo obijcit: secundo soluit, ibi. *Ad quod dicimus &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum dona sint virtutes.
¶ Secundo, De numero donorum.
¶ Tertio, Vtrum maneant in patria.
¶ Quarto, Quomodo se habeant ad beatitudinem.
¶ Quinto, Quomodo se habeant ad fructus.
¶ Sexto, Quomodo se habeant ad petitiones.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum dona sint uirtutes.

12.q.68.1. 1.libr.c.28. Ad primum sic proceditur. Videtur quòd dona sint virtutes. Gregorius enim dicit in moralibus, ꝙ per septẽ filios Iob, septẽ virtutes intelliguntur, scilicet sapiẽtia, intellectus, scientia, consilium &c. hæc autem dicuntur septem dona spiritus sancti. ergo dona sunt virtutes.

F ¶ 2 Præt. Iaco. 1. dicit gl. quòd per donum perfectum, quod dicitur esse desursum descendens a patre luminum, intelliguntur dona gratuita: sed virtutes inter bona gratuita continentur, cum deus sine meritis præcedentibus eas nobis infundat, vt Aug. dicit. ergo virtutes sunt dona.

¶ 3 Præt. Per nomina in proprietates rerum spiritualium oportet deuenire: sed fere omnia nomina donorum ad aliquas virtutes ꝑtinent, quia pietas ad iustitiã pertinet: fortitudo autẽ vna de quatuor cardinalibus est: consilium autem pertinet ad prudentiam, vt dicit Philosophus in 6. ethic. scientia autem, & intellectus, & sapientia ponuntur a Philosopho virtutes intellectuales. ergo dona a virtutib9 nõ distinguunt. Cap. 6

¶ 4 Præt. Cuicumque conuenit diffinitio, & diffinitum: sed diffinitio vertutis, quam ponit August. Virtus est bona qualitas mentis, qua recte viuitur, qua nullus male vtitur, quã deus in nobis operatur sine nobis, cõuenit donis: & similiter etiam quæcumque aliæ diffinitiones quæ de virtutibus communiter assignantur. ergo dona sunt virtutes. Si dicantur, ꝙ dona differunt a uirtutibus, quia donum est aliquid perfectius virtute. Contra. Secundum Apostolum, & Aug. inter omnia alia dona dei, excellentius donum est charitas: sed charitas ponitur virtus. ergo donum non est perfectius uirtute. Lib. ... 2. ... arbit. 19.

¶ 5 Præt. Macrobius distinguit quatuor gradus virtutum, scilicet politicas, purgatorias, purgatiuas, & exemplares, & unus gradus est super alium: in omnibus tamen gradibus nomen uirtutis seruatur. ergo dona non possunt differre a uirtutibus pro eo quòd sunt supra uirtutes. 1. ad ... 13. ... De ... 15. ... In de ... Cap.

Sed contra. Ea quæ ex opposito diuiduntur, non sunt idem: sed Gregor. in prin. mora. diuidit dona contra uirtutes, dicens per septem filios Iob signari septem dona, per tres filias significari uirtutes. ergo dona non sunt uirtutes.

¶ 2 Præt. Ea quæ non sunt unius diuisionis, non sunt eadem: sed uirtus alio modo diuiditur in suas species quàm donum. ergo uirtus non est idem quod donum.

I ¶ 3 Præt. Timor ponitur inter septem dona, non tamen potest dici quòd sit uirtus, quia nec theologica, nec cardinalis. ergo dona non sunt uirtutes.

Respon. Dicendum, quòd circa hanc quæstionem diuersimode determinatum est a diuersis. Quidam enim moti ex diuersitate nominum hanc differentiam assignauerunt inter uirtutes & dona, ꝙ dona dicũtur per cõparationẽ ad deũ dantẽ, uirtutes aũt ꝑ cõparationẽ ad opera spãlia, & spãles materias: & ideo ponunt dona in superiori parte aĩæ, uirtutes aũt in inferiori. Sed hoc non potest stare, quia comparatio donorũ ad deum dantem non potest esse nisi uel sicut ad efficientem, uel sicut ad obiectum, uel finem. Comparatio autem ad deum sicut ad obiectum, non potest diuersificare dona a uirtutibus, quia non omnia dona habent deum pro obiecto, cum scientia de temporalibus sit. Fortitudo etiam circa difficilia: uirtutes autem theologicæ magis habent deum pro obiecto quàm dona. K Similiter etiam nec comparatio ad deum sicut ad causam efficientem, uel finem, quia hoc commune est omnibus habitibus infusis, & secundum commune non attenditur differentia. Non enim potest dici quòd immediatius a deo procedant dona quàm uirtutes: quia charitas quæ est uirtus, est donum, in quo omnia dona alia nobis donantur. Et ideo alij dicunt, quòd dona sunt magis in ratione, sed uirtutes sunt magis in uoluntate: quia de uirtutibus tantum duæ inueniuntur in ratione, siue intellectu, scilicet fides & prudentia: de donis autem quatuor. Sed hoc iterum non potest stare, quia eadem est differentia quæ est diuisiua generis, & constitutiua speciei: unde si habitus infusus diuiditur in uirtutem & donũ per hoc, quod est in ratione, uel uoluntate esse, oportet quòd esse in ratione sit differentia constitutiua, uel quasi constitutiua doni, & esse in uoluntate uirtutis: & ita oportet dicere quòd saluetur in omnibus quæ continentur sub eis, & non in pluribus: quod patet esse falsum. Et ideo alij dicunt, quòd uirtutes sunt ad bene operandum, sed dona ad resistendum tentationibus. A Sed hoc iterum nihil est, quia sicut eadem qualitas naturalis est qua ignis calefacit, & qua resistit omni infrigidanti: ita idẽ habitus est quo quis bona operatur, & contrarijs operibus repugnat: quia vnicuique, secundum Philosophum, delectabilis est operatio secundum proprium habitum, & contrariũ est quod illi operationi repugnat. Et ideo alij dicunt, ꝙ virtutes sunt ad expurgandũ animam a peccatis, sed dona ad sanandum animam a sequelis peccati, innitentes verbo Grego. qui dicit, quòd sapientia datur contra stultitiã, intellectus contra hebetudinem, & sic de cæteris quæ non nominant peccata, sed sequelas peccati. Sed hoc iterum, vt videtur, non sufficit: quia ad actum peccati consequitur macula & reatus, quæ per gratiam remouentur: & iterum dispositio, vel habitus, qui per habitus contrarios tolluntur, & sic videtur quòd dona non possunt esse ad hoc specialiter quòd sequelas peccati remoueant. Et præterea, Omnia illa quæ Gregorius dicit, tolluntur per virtutes: quia præcipitationem tollit prudentia, vel prouidentia, superbiam tollit humilitas, & sic de cęteris: & sic non potest secundum hoc esse differentia propria inter virtutes & dona. Et ideo alij dicunt, quòd virtutes sunt ad conformandum nos Christo in his quæ bene operatus est: sed dona sunt ad conformandum ipsi in his quæ fortiter passus est. Sed hoc iterum nihil videtur esse dictu, quia in passione Christi pręcipue a sanctis proponuntur nobis imitãda charitas, humilitas, patientia, quæ sunt virtutes, & magis quàm sapientia & scientia quæ sunt dona: vnde videtur adinuentio quædam esse, & rei non concordat. Et ideo alij dicunt, quòd dona dantur ad altiores actus, quàm sint actus virtutum: & hæc opinio inter omnes vera videtur. Vnde ad huius intellectum sciendum, quòd cum virtus in omnibus rebus inueniri possit secundum quod habent aliquas proprias operationes, in quibus ad bene operandum ex propria virtute perficiuntur, loquentes tamen in morali materia de virtute, intelligimus de virtute humana, quæ quidem ad operationem humanam bene exequendam perficit. Operatio autem hominis potest dici tripliciter. Primo, ex potentia eliciente, vel imperante operationem: sicut operatio rationis, vel alicuius potentiæ quæ obedit rationi, quia a ratione habet homo quòd sit homo, nutriri aũt & videre non sunt operationes hominis inquantũm est homo, sed inquantum est viuum, vel animal, & secundum hoc omnes habitus perficientes ad operationes aliquas, in quibus non communicat homo cum brutis, possunt dici virtutes humanæ. Secundo, dicitur operatio humana ex materia, siue obiecto, sicut illæ quæ habent pro materia passiones, siue operationes humanas: sic enim virtutes morales proprie virtutes humanæ dicuntur. Vnde dicit Philosophus in 10. ethic. quòd opus speculatiuæ virtutis est magis diuinum quàm humanum, quia habet necessaria & æterna pro materia, non autem humana. Tertio, dicitur humana ex modo, quia scilicet in operationibus humanis, vel primo, vel secundo modo etiam modus humanus seruatur. Si autem ea quæ hominis sunt, supra humanum modum quis exequatur, erit operatio non humana simpliciter, sed quodammodo diuina. Vnde Philosophus in 7. ethicor. contra virtutem simpliciter diuidit virturem heroicam, quam diuinam dicit, eo quòd per excellentiam virtutis homo fit quasi deus. Et secundum hoc dico quòd dona a virtutibus distinguuntur in hoc, quòd virtutes perficiunt ad actus modo humano, sed dona vltra humanum modum: quod patet in fide, & intellectu. Connaturalis enim modus humanæ naturę est, vt diuina non nisi per speculum creaturarum, & ænigmata similitudinum percipiat, & ad sic percipienda diuina perficit fides, quæ virtus dicitur. Sed intellectus donum, vt Gregorius dicit, de auditis mentem illustrat, vt homo etiam in hac vita prælibationem futuræ manifestationis accipiat: & ad hoc etiam consonat nomen doni. Illud enim proprie donum dici debet, quod ex sola liberalitate donantis competit ei in quo est, & non ex debito suæ conditionis.

Margin: 1. ethi. c.5. — 1. Moral. cap. 36. — Cap. 10. — Cap. 1. — Sup Ezec. homil. 19.

Ad primum ergo dicendum, quòd dona possunt dici virtutes, inquantum perficiunt ad bene operandum: & humanæ, secundum quod operationes quæ ex donis eliciuntur, non sunt communes hominibus & brutis, sed sunt supra virtutes inquantum vltra humanum modum perficiunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio doni non saluatur in virtutibus etiam infusis quantum ad omnia, secundum quod saluatur in donis prædictis: quia modus operandi qui est in virtutibus, est secũdum conditionem humanam, quàmuis substantia habit9 sit ex diuino munere, & ita aliquo modo põt dici virtus donum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia ea q̃ sunt supra nos, non possumus cognoscere nisi ex his quæ secundum nos sunt: ideo nomina donorũ sumuntur ex his quæ virtutibus conueniunt, quàmuis in donis illa quæ sunt virtutum, sint modo eminentiori, quàm in virtutibus: unde æquiuoce prædicta nomina de virtutibus & donis dicuntur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in omnibus diffinitionibus datis de virtutibus humanis vel exprimitur aliquid quod ad modum humanum pertinet, vel in ipso actu, ex quo sumitur diffinitio virtutis, intelligitur modus agendi homini proportionatus: vnde diffinitiones illæ non conueniunt donis secundum quod de virtutibus dantur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd voluntas non habet aliquam imperfectionem de ratione sui in nobis quantum ad modum suæ operationis, sicut intellectus qui cognoscit accipiendo a phãtasmatibus: vnde in statu viæ deum per essentiã amamus, non autem videmus. Et ideo non potest accipi supra illam virtutem, C quæ est in volũtate, aliquod donum perficiens ad agendum nobiliori modo quàm sit modus virtutis. Et ideo cũ donum non sit supra virtutem, nisi de ratione modi, non erit inconueniens quòd virtus perficiens voluntatem quantum ad sui supremum, dignior sit quolibet dono.

¶ Ad sextum dicendum, quòd dona de quibus nunc loquimur, sunt uirtutes diuinæ: vnde reducuntur ad uirtutes exemplares quas ponit in deo quæ non sunt idem specie cum uirtutibus politicis, sed sunt supra eas, ut dicit Philosophus in 7. ethicor. Cap. 1.

ARTICVLVS II.

b Vtrum dona debeant esse plura quàm septem.

D Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd plura debeant esse dona, quàm septem assignata. Dona enim perficiunt ad modum altiorem quàm uirtus. ergo singulis uirtutibus debent respondere singula dona: sed inter theologicas uirtutes soli fidei uidentur dona aliqua respondere, sicut intellectus, & sapientia. ergo uidetur quòd debeant esse alia dona quæ respondeant spei, & charitati. 12. q. 68. 4.

¶ 2 Præt. Circa ea quæ sunt temperantiæ, magis homo infirmatur, quàm circa materiam alicuius alterius virtutis: sed dona dantur ad tollendam imperfectionem quæ est in uirtutum actibus ex conditione humanæ naturæ. ergo temperantiæ debet respondere aliquod donum.

¶ 3 Præt. Inter ista dona ponunt tria quæ pertinent ad executionem, ut pietas, fortitudo, & timor: sed fortitudini adiungitur suum motiuum, scilicet consilium, pietati uero scientia. E ergo timori debet aliquod directiuum alterum assignari.

¶ 4 Præt. Ad iustitiam reducuntur, sicut partes, pietas, latria, amicitia, & multa alia, ut supradictum est. ergo qua ratione pietas ponitur donum, eadem ratione oẽs aliæ partes iustitiæ.

¶ 5 Præt. Ad prudentiam pertinet non solum consilium, sed etiam iudicium, sicut supra dictum est. ergo sicut consilium ponitur donum, ita & iudicium.

Sed contra. Videtur quòd debeant esse pauciora, quia quanto aliqua cognitio est altior, tanto magis uniuersalis & minus multiplex: sed dona sunt supra uirtutes. cum igitur uirtutes ad cognitionem pertinentes sint fides & prudentia, non debent eis quatuor dona ad cognitionem pertinentia respondere.

¶ 2 Præt. Bonum, ut dictum est, uidetur aliquid altius, quàm bonum uirtutis esse: sed timor non uidetur sonare in aliquam eminentiam. ergo non uidetur ꝙ debeat inter dona cõputari.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Non potest esse species altior suo genere, neque aliquid altius seipso: sed donum est aliquid altius virtute. cum ergo pictas sit pars iustitiæ, & fortitudo sit quædam virtus cardinalis, videtur quòd neutra debeat dici donum.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex prædictis patet, tria sunt genera virtutum. Sunt enim virtutes intellectuales, theologicæ, & morales, in quibus omnibus hoc commune inuenitur, quòd perficiunt ad actus suos secundum humanũ modum: vnde cum donum eleuet ad operationem quæ est supra humanum modum, oportet quòd circa materias omnium virtutum sit aliquod donum quod habeat aliquem modũ excellentem in materia illa: nec tamen oportet quòd tot sint dona, quot sunt virtutes, quia in vnoquoque genere in quo multa continentur, conuenit esse vnum summum: & ita respectu multarum virtutum quæ sunt vnius coordinationis, potest vnum donũ excellentiam importare. Sicut etiam supra dictum est, quòd multæ virtutes, etiam quæ sunt circa diuersas materias, assignantur partes vnius virtutis, secundum quod in materia eius cõmunicãt. Operatio autem humana, ad quam humano modo virtus perficit, vel pertinet ad contemplationem secundum quam conspiciuntur necessaria & æterna, vel pertinet ad actionem, secundum quam disponuntur contingentia, quæ libero arbitrio sunt subiecta. In contemplatione autem humana duplex est via. Vna, secundum quam proceditur ad agnitionem necessariorum & æternorum, quæ pertinent ad inuentionem. Alia, secundũ quam ex principijs primis alia ordinantur, quæ pertinent ad iudicium. In prima autem via proceditur humano modo ex sensu in memoriam, ex memoria in experimentum, & ex experimento in prima principia quæ statim notis terminis cognoscuntur: & hunc processum perficit intellectus, qui est habitus principiorũ. Vlterius, in eadem via proceditur inquirendo ex istis principijs in conclusiones: & ad hoc perficit alia virtus intellectualis, quæ dicitur scientia quantum ad ea quæ rationi subiacent. In his autem quæ super rationem sunt, perficit fides, quæ est inspectio diuinorum in speculo & in ænigmate. Quod autem spiritualia quasi nuda veritate capiantur, supra humanum modum est: & hoc facit donum intellectus, qui de auditis per fidem mentem illustrat, vt dicit Gregorius. In alia autem via contemplationis motus humanus est, vt ex simplici inspectione primorũ principiorum, & altissimarum causarum homo de inferioribus iudicet & ordinet: & hoc fit per sapientiam, quam ponit Philosophus intellectualem virtutem in 6. ethico. quia sapientis est ordinare, vt in principio metaphysicæ dicitur. Sed quòd homo illis causis altissimis vniatur transformatus in earum similitudinem per modum quo quis adhæret deo, vnus spiritus est, 1. Cor. 6. vt sic quasi ex intimo sui de alijs iudicet & ordinet non solum cognoscibilia, sed etiam actiones humanas & passiones, hoc supra humanum modum est, & hoc per sapientiæ donum efficitur. Ex parte autem actionis duo inueniuntur, scilicet dirigere, quod pertinet ad cognitionem: & exequi, quod est affectionis. In cognitione autem practica, quæ dirigit in operibus moralibus, inuenitur duplex via sicut & in contemplationis cognitione, scilicet inuentio, & iudicium. In inuentione autem modus humanus est, quòd procedatur inquirendo & coniecturando ex his quæ solent accidere, quia ex talibus, & circa talia est moralis consideratio, vt Philosophus dicit: & hæc inuentio secundum hunc modum perficitur per eubuliam, quæ est bona consiliatio. Sed quòd homo accipiat hoc quod agendum est, quasi per certitudinem a spiritu sancto edoctus, supra humanum modum est: & ad hoc perficit donum consilij. In via autem altera modus humanus est, quòd ex his quæ frequenter solent accidere, homo de inuentis per consilium iudicet probabiliter, quod fit per gnomen & synesim: & vlterius ordinem huius iudicij imponat inferioribus, quod fit per prudentiam, quæ præceptiua est. Sed quòd homo certitudinaliter sentiat de his quæ agenda occurrunt, supra hominem est: & hoc fit per donum scientiæ, quæ docet cõuersari in medio prauæ & peruersæ nationis: vnde & ipsum nomen certitudinem importat. Executio autem actiuæ vitæ in duobus consistit: scilicet in operationibus, quibus fit communicatio ad alterum, & in passionibus, quibus homo ad seipsum disponitur. Operationes autem quibus fit communicatio ad alterum secundum humanum modum regulantur, vel ex eo ad quem est communicatio, sicut ei aliquid exhibetur quod ei debetur, qđ facit iustitia: vel ex ipso qui ad alterum sua cõmunicat, inquantum bonum eius reducit in talem communicationem, vt mensura harum communicationũ sit: quæ quidem communicatio vel est in hoc q̃ homo sua impartit, quod facit liberalitas in mediocribus, & magnificentia in maximis donis, vel sumptibus: vel in eo quòd seipsum alteri exhibet siue per cognitionem, ut scilicet cognoscatur talis qualis est per dicta & facta, quod facit virtus quædam quæ a Philosopho dicitur ueritas: siue per affectionem inquantum se delectabilem exhibet socijs, ut in ludis, quod facit eutrapelia: vel in communi vita, quod facit amicitia quæ a Philosopho virtus ponitur, per quam homo, ad vnumquemque decenter se habet in dictis & factis. Sed quòd ratio communicationis quantum ad omnia prædicta non attendatur ex bono communicantis, vel eius ad quem est communicatio, ut in his terminis includatur, ut homo alteri tantũ tribuat quantum debet, vel quantũ ei expedit qui tribuit, sed quantum est deo acceptum diuinum bonum quod in se, vel in proximo, relucet, hoc supra humanum modum est: & hoc fit per donum pietatis. Passiones autem vel pertinent ad concupiscibilem vel ad irascibilem. In passionibus ergo irascibilis dirigentis secundum humanum modum accipitur pro mensura, vel regula rationis bonum. Passiones enim irascibilis ad tria reducuntur. Primum est spes, quæ est respectu ardui boni consequendi: quæquidem dirigitur per hoc, quòd homo pensatis viribus proprijs secundum eorum mensuram ad ardua virtutis opera se extendat: & hoc facit magnanimitas, quæ est circa magnos honores, & quædam virtus innominata, quæ est circa mediocres. Honor enim virtuti debetur. Secundum autem est timor & audacia, quæ sunt respectu mali difficilis imminentis: & in his passionibus dirigimur, ut secundum quantitatem suarum virium quis huiusmodi aggrediatur, vel fugiat, quod ad fortitudinis virtutem pertinet. Tertium ira, quæ consurgit ex læsione præcedente, in qua dirigimur ut homo non insurgat ut uindictam ultra quantitatem offensæ, & ordinem iuris, quod facit mansuetudo. Sed quòd homo in omnibus his pro mensura accipiat diuinam virtutem, ut scilicet ad ardua virtutis opera se extendat, ad quæ scit se suis uiribus nõ sufficere, & pericula quæ uires suas excedant non formidet diuino auxilio innixus, & de illatis iniurijs nõ solum uindictam non requirat, sed etiam gloriam habeat in remuneratione intendens, supra humanum modum est: & hoc totum efficitur per donum fortitudinis. In passionibus autem concupiscibilis, quæ sunt amor, concupiscentia, & delectatio, secundum humanum modum dirigimur ad bonum rationis, ut scilicet tantum homo ad temporalia bona afficiatur quantum indiget, quod fit per temperantiam, quæ est circa maximas delectationes & concupiscentias, & secundum alias ei annexas. Sed quòd homo ex reuerentia diuinæ maiestatis omnia hęc ut ster cora arbitretur, supra humanum modum est: & hoc per donum timoris perficitur. Vnde in psalm. 118. dicitur. Confige timore carnes meas. Quidam uero accipiunt numerum donorum secundum promitates ad peccatum, eo quòd donum est ad auferendum defectum potentiæ in qua est virtus: unde dicunt quòd contra pronitatem ad superbiam est timor ad humilitatem inclinans. Contra pronitatem ad inuidiam, quæ proximo compati nescit, est pietas. Contra auaritiam, scientia, cuius est bene conuersari cum hominibus, unicuique tribuendo quod suum est: quod auaritiæ opponitur. Contra accidiam, fortitudo. Contra iram quæ agit omnia in præcipitio, consilium. Contra gulam quæ sensus nebetat intellectus. Contra luxuriam, sapientia: quia gustato spiritu desipit omnis ca-

ro. Alij vero accipiunt numerum donorum secundum ea quæ in Christo exigebantur ad patiendum, quæ quidem fuerunt quatuor, scilicet reuerentia ad patrem mittentem, & sic est timor: compassio, vel misericordia ad eos pro quibus patiebatur, & sic est pietas: virilitas ad passiones sustinendas, & sic est fortitudo: & fructus passionis consideratio, & sic est intellectus. Consilium autem fortitudinem dirigit, scientia pietatem, sapientia intellectum. Alij vero accipiunt secundum ea quæ ex peccato consequuntur. Consequuntur enim in concupiscibili duritia, vt non subueniatur proximo, & contra hanc est pietas. In irascibili timiditas, contra quam est fortitudo: & præsumptio, siue audacia, contra quam est timor. In rationali vero respectu finis, hebetudo vt non cognoscatur, contra quam est intellectus: & stultitia vt non afficiatur aliquis debite ad finem, & contra hanc est sapientia. Sed respectu eorum quæ sunt ad finem, ignorantia, qua scilicet homo nescit quid expediat ad profectionem finis, & contra hanc est scientia: & præcipitatio per quam homo ex impetu passionis magis dicitur in his quæ sunt agenda, quàm ex electione, & contra hoc est consilium. Alij uero aliter accipiunt dicentes, quòd dona perficiunt in duplici vita. In contemplatiua quidem sapientia per modum gustus experientis: intellectus per modũ visus inspicientis. In actiua autem quantum ad recessum a malo, timor quantum ad operationem boni, ad quod omnes tenentur, pietas vt exequens, & scientia vt dirigens. Quantum vero ad operationem boni, ad quod non omnes tenentur, fortitudo vt exequens, & consilium vt dirigens. Sed prima assignatio magis uidetur accepta secundum proprias rationes donorum.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd fides est in intellectu, spes autem & charitas in uoluntate, ut prius dictum est. Intellectus autem humanus ex sua natura habet imperfectionem in modo intelligendi, quia spiritualia non potest percipere nisi deueniens in ea ex sensibilibus: sed uoluntas non habet ex sui natura aliquem modum imperfectionis, ut dictum est: & ideo charitati & spei non respondet aliquod donum quod perfectiori modo operetur. Imperfectio enim quæ est in actu spei, non est ex modo operandi, sed magis est distantia obiecti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectio temperantiæ consistit in retrahendo a delectationibus circa quas est, unde & nomen accepit. Perfectio aũt fortitudinis in sustinendo uel aggrediendo: iustitiæ autem in operãdo quæ ad alterum sunt. Et ideo iustitiæ respondet donum quod est ad operandum, scilicet pietas: & fortitudini donum quod est ad sustinendum & aggrediendum, quod eodem nomine nominatur: temperantiæ autem donum quod sonat in recessum ab aliquo, scilicet timor, ut prius dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd idem est directiuum in recessu a termino, & accessum ad alium terminum: & ideo timor qui sonat in recessum, non habet aliquod speciale directiuum præter ea quę dirigunt in alijs exequentibus quæ pertinent ad accessum ad terminum.

¶ Ad quartum dicendum, quod quia donum eleuat hominem ad id quod est supra se, ideo conuenienter donum respondens iustitiæ ex illa parte iustitiæ sumitur, quæ ei quod maxime supremum est, debetur: huiusmodi autem est pietas, quæ debetur deo & patri carnali, uel etiam patriæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd iudicium prudentiæ per donum scientiæ perficitur, sicut & consilium per donum consilij.

¶ Ad sextum dicendum, quòd multæ aliæ virtutes pertinent ad cognitionem, quàm fides & prudentia, sicut patet de omnibus intellectualibus: & ideo ratio procedit ex falsis.

¶ Ad septimum dicendum, quòd timor sonat in quandam subiectionem hominis per quandam reuerentiam. Quanto autem creatura magis creatori subijcitur, tanto altior est, sicut materia quanto magis subijcitur formæ, tanto perfectior est: & ideo timor in excellentiam sonat, secundum quod importat reuerentiam ad deum, sic enim maxime donum est.

¶ Ad octauum dicendum, quòd pietas quæ est donum, est supra iustitiam & supra omnes partes eius, ut ex prædictis patet: & ideo non est idem cum pietate, quæ est pars iustitiæ.

ARTICVLVS III.

c Vtrum dona maneant in patria.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ dona nõ remaneant in patria. Donum enim fortitudinis uidetur esse contra difficultates ordinatũ: sed in patria nõ erit aliqua difficultas. ergo ibi non erit fortitudinis donum. 12.q. 68. 6. 3.d. 33. q. 3. 1.q. 3. 2. q. 3.

¶ 2 Præt. Pietas est ad compatiendum proximo: sed in patria non erit compassio, ergo nec pietas donum.

¶ 3 Præt. Timor est ad retrahendum a malo, & ex fide consequitur: sed in patria euacuabitur fides, & omne malum cessabit. ergo non erit ibi timor.

¶ 4 Præt. Secundum Damas. consilium est de dubijs: sed in patria non erit dubitatio. ergo nec consilium. Damascen. lib. 2. c. 33. circa med. & Istoria Barlaam, & Iosaphat.

¶ 5 Præt. 1. Cor. 13. scientia destruetur, ipsa enim docet conuersari in medio prauæ & peruersæ nationis, quod in patria penitus non erit. ergo neque donum scientiæ erit in patria.

¶ 6 Præt. Dona omnia ut dictum est, tollunt imperfectionem quæ est in virtutibus quantũ ad modum operandi: sed in patria non erit imperfectio. ergo donis non indigebimus, sed ipsæ uirtutes perfectæ sufficient.

SED CONTRA. Christus fuit simul uerus uiator & comprehensor: sed in Christo fuerunt dona excellentissima, ut patet per id quod dicitur Isa. 11. ergo per comprehensionem gloriæ non excluduntur, & ita remanebunt in patria.

¶ 2 Præt. Dona sunt perfectiora uirtutibus cardinalibus: sed ille manent in patria. ergo multo fortius dona.

¶ 3 Præt. Per donum eleuatur homo supra humanum modum, sicut patet ex dictis: sed hoc præcipue erit in patria, quando erimus æquales angelis dei, ut dicitur Matth. 22. ergo dona permanebunt in patria.

RESPON. Dicendũ, q̃ modus unicuiq; rei ex propria mensura præfigitur, unde modus actionis sumitur ex eo quod est mensura & regula actionis: & ideo cum dona sint ad operandum supra humanum modũ, oportet q̃ donorũ operationes mensurent ex altera regula q̃ sit regula humanæ uirtutis, quæ est ipsa diuinitas ab homine participata suo modo, ut iã non humanitus, sed quasi deus factus participatiue operetur, ut ex prædictis patet: & ita omnia dona communicant in mensura operationis. Differũt aũt in materia circa quam operantur. Illa. n. quæ in uita actiua perficiunt, habent materiam commanem cum moralibus uirtutibus. Illa uero quæ perficiunt in uita contemplatiua, habent materiam cõem cum theologicis & intellectualibus uirtutibus, eoq̃ præcipuũ obiectum contemplationis deus est, qui est obiectum theologicarum uirtutum. Dona igitur illa quę perficiunt in uita actiua, nõ manẽt quantũ ad actus, quos habent circa propriam materiã, sicut nec uirtutes cardinales, quia nec timor a noxijs retrahit, nec fortitudo difficilia sustinere facit: sed remanebunt quantum ad actus quos habent circa deum, qui est mensura operationis in illis, sicut timor hominem per reuerentiam deo subiicit. Dona autem illa quæ perficiunt in uita contemplatiua, remanebunt quantum ad actus quos habent circa propriam materiam, & quantũ ad actus quos habent circa propriam mensuram, sed perficientur quantum ad motum: quia quantumcumq; dona ad altiorem modum eleuent quàm sit communis homini in hoc statu, numquàm tñ in uita ad modũ patriæ pertingere possunt.

¶ Et per hoc patet responsio ad primã quinque, quæ procedũt de donis perficientibus in uita actiua, secundum actus quos habent circa propriam materiam.

¶ Ad sextum dicendum, quòd dona illa quæ communicant cum uirtutibus in obiecto quod in patria remanebit, non remanebunt in patria a uirtutibus illis distincta, a quibus non distinguuntur, nisi ex imperfectione & perfectione in modo operationis, quod patet de intellectu & fide: quia uisio quæ fidei succedit, ad intellectus donum perfectum pertinet, ut patet in glo. Matth. 5. Et similiter est de sapientia, per quam filij dei uocabimur in comparatione ad spem, quæ ad hanc celsitudinem aspirat. Sed dona illa quæ communicant cum uirtutibus moralibus in materia, quæ in patria non remanebunt, non remanebunt quo ad actus quos habent circa materiam illam, in qua cum uirtutibus communicabant: sed quantum ad actus quos habent circa mensuram, in qua non communicant cum uirtutibus. Et ideo actus illorum donorum remanebunt distincti ab actibus uirtutum, qui erunt in patria, & erunt actus horum donorum medij inter actus uirtutum theologicarum, & actus moralium uirtutum in-

sicut qui in patria remanebunt; quia actus virtutum theologicarum erunt circa deum secundum se, sicut charitatis in diligendo ipsum: actus vero doni erunt circa deum, inquantum est regula dirigens ad operandum in omnibus alijs: sicut timor reuerentiam ad deum habebit, ex qua in hac vita omnia mundi prospera cõtempsit. Actus vero virtutis cardinalis erit circa finẽ proprium, quem quis consecutus est ex meritorijs actibus virtutum, sicut temperantiæ nullo defectu noxio delectari, vt in præcedenti distinctione dictum est.

permanens in sæculũ sæculi, quem non excludit charitas, sed auget: quo timet filius, ne uel in modico oculos amantissimi patris offendat: uterque in futuro cessabit, charitas uero numquàm excidet. Augustinus quoque super

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beatitudines respondeant singulis donis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudines non respondeant singulis donis. Sicut enim supra dictum est, singulis virtutibus non respondent singula dona: sed beatitudines sunt virtutes, vt dicit glo. super illud psalm. 11. Purgatum septuplum. In sermone, inquit, domini septem præmittuntur virtutes, quæ & beatitudines dicuntur, quia perfectos & bonos faciunt, ergo & beatitudines, & dona non respondent sibiinuicem.

¶ 2 Præt. In via non potest esse beatitudo rei, sed spei tantum: sed quilibet actus meritorius facit sperare beatitudinem, quia spes est ex meritis proueniens, vt supra distinctio. 26. dictum est, ergo non oportet quòd beatitudines respondeant donis, quæ sunt supra modum humanum perfoientia, sed virtutibus, quantumcumque imperfectis.

¶ 3 Præt. Beatitudines ponuntur geminatæ, sicut patet Matthæ. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, hoc totum ad vnam beatitudinem pertinet: dona autẽ ponuntur singillatim, ergo dona & beatitudines non correspondent sibiinuicem.

¶ 4 Præt. Inter dona proprie computatur sapientia: sed sapientiæ non correspondet paupertas spiritus, quæ prima inter beatitudines ponitur, ergo beatitudines non recte respondent donis.

¶ 5 Præt. Dona sunt tantum septem: beatitudines autem octo, ergo non respondent sibiinuicem.

¶ 6 Præt. Inter dona ponuntur quatuor ad cognitionem pertinentia: sed inter beatitudines vna tantum pertinet ad cognitionem, illa scilicet qua dicitur: Beati mundo corde, quoniam deum videbunt. ergo non respondent beatitudines donis.

¶ 7 Præt. Scientia in omnibus actibus qui ad vitam actiuam pertinent, videtur dirigere. ergo scientiæ non magis correspondet illa beatitudo: Beati qui lugent, vt glo. dicit, quàm aliqua aliarum.

SED CONTRA est, quod dicitur in glo. Matth. 5. ibi enim singulæ beatitudines singulis donis adaptantur.

10. eth. c. 8. ¶ 2 Præt. Beatitudo, siue felicitas, secundum Philosophum, est operatio secundum perfectam virtutem: sed dona sunt perfectissimæ virtutes, vt ex dictis patet, ergo & beatitudines correspondent donis.

¶ 3 Præt. Dona a magistris ponuntur media inter virtutes & beatitudines: sed dona respondent virtutibus, vt ex dictis patet, ergo & beatitudines respondent donis.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dicunt quòd beatitudines sunt quidam habitus perfectiores donis, sicut dona sunt perfectiora virtutibus. Vnde dicunt quòd virtutes perficiunt ad actus primos, dona autem ad actus secundos, sed beatitudines ad actus tertios: sed non de facili potest assignari differentia inter actus beatitudinum & donorum, quæ sufficiat ad differentiam habituum, quod patet ex differentia quam assignant, quę non est nisi secundum intensionem & remissionẽ, quod non sufficit ad diuersificandum habitum. Et ideo aliter dicendum, quòd beatitudines non sunt habitus distincti a virtutibus & donis, sed sunt operationes virtutum perfectarum ex adiunctione donorum, siue potius ipsorum donorũ. Et hoc consonat dictis sanctorũ, qui beatitudines virtutes nominant eo modo loquendi, quo virtus dicitur actus virtutis. Consonat etiam ipsi euangelio, quod inter beatitudines multa enumerat, quæ manifeste ad dona, uel virtutes pertinent. Consonare etiam videtur ad hoc magister, qui de beatitudinibus spe

cialem tractatum non facit, sicut de virtutibus & donis. Consonat etiam philosophorum dictis, qui felicitatem dicunt etiam esse operationem secundum perfectam virtutem. Perfectio autẽ virtutis potest tripliciter accipi. Primo, quantum ad speciem virtutis, sicut prudentia quæ dirigit alias virtutes morales: & sapientia quæ dirigit alias intellectuales. Vnde a Philosopho felicitas ciuilis ponit operatio prudentiæ: felicitas autẽ contẽplatiua sapientia. Secundo, quantum ad statum perfectionis, ad quam perfectionẽ virtus p-

locum psalm. Adorabo ad templum sanctum tuũ in timore tuo, timorem Dei desiturum dicit, sic. Timor Domini est magnum præsidium proficientibus ad salutem, sed peruenientibus foras mittitur. Non enim timent iam amicum, si

G uenit per augmentum: & hæc ẽt perfectio requiritur ad felicitatem ſm Philosophum in 1. eth. quia sicut una dies non facit uer, ita nec beatum. Tertio, quantum ad modum, & sic dona possunt dici perfectæ virtutes, ut ex dictis patet: uel etiam virtutes quibus dona adiunguntur secundũ quod unus habitus ex additione alterius adiuuatur: & sic beatitudines, de quibus loquitur dñs, Matth. 5. dicuntur operationes perfectę virtutis. Et quia dona, ut dictum est, habent duplices actus, quosdam qui pertinent ad uiam, & quosdam qui pertinent ad patriam: ideo in singulis beatitudinibus duo ponuntur, unum pertinens ad statum uię, aliud aũt ad statum patriæ: differt tñ in his quæ pertinent ad uitam contemplatiuam & actiuam. Vita autem contemplatiua & hic incipit, & in futuro consummatur: unde actus qui erũt perfecti in patria, quodammodo in hac uita inchoantur, sed imperfecti sunt. Donũ aũt intellectus, cuius est spiritualia apprehẽdere, in patria ad ipsam diuinam essentiam H pertinget eam intuendo: unde in sexta beatitudine quæ ad donum intellectus pertinet, ponitur quantum ad statum patriæ: Qm ipsi deũ uidebunt. Sed in statu uię spiritualia, & præcipue deum magis uidemus cognoscendo quid non est, q̃ apprehendẽdo quid est. Et ideo quantum ad statum uiæ ponitur cordis mundicia non solum a passionum illecebris, quã mundiciam donum intellectus non facit, sed præsupponitur per uitã actiuã perfectã, sed ẽt ab erroribus, & phantasmatibus, & spiritualibus formis, a quibus omnibus docet abscedere Dio. in lib. de mystica theologia tendentes in diuinam contemplationem. Si militer ẽt donũ sapientiæ, cuius est spiritualia quæ intellectus apprehendit, iudicare, siue ordinare, siue approbare, infallibiliter & recte iudicabit, & ordinabit de oĩbus quæ ei subdũntur siue sint apprehensiones, siue operationes. Et in hoc quædam similitudo deitatis in homine apparebit, cum deus a prouidendo, & iudicando nomen acceperit, secundũ quam homo filius

I dei manifeste ostendetur. Vnde in septima beatitudine, quæ ad sapientiam reducitur, dicitur: Quoniã filij dei uocabuntur. In statu aũt uiæ magis operatur in remouendo impedimenta, quæ prædictam ordinationem perturbare possunt, q̃ eam assequatur: & ideo pacificatio ponit in septima beatitudine quantum ad statum uiæ, per quam perturbantia pacem, quæ est ordinationis prædictæ terminus, quietare conatur & in seipso, & etiam quantum ad alios qui quocumq; modo ei obediunt. Actiuæ autem uitę finis est non cognitio, sed operatio: & ideo actus consilij & scientię quę in uita actiua dirigunt, non computantur inter beatitudines: sed tamen beatitudines, quę sunt actus donorum exequentium in glo. Matth. 5. ei attribuũtur, inquantum actus habitus exequẽtis est etiam quodammodo habitus dirigentis. Ad donum aũtẽ timoris, ut dictum est, pertinet omnia temporalia bona ex reuerentia diuinæ maiestatis despicere, quorum quædam sunt extrinseca, sicut diuitiæ, & ho

K nores: & horum contemptus ad primam beatitudinem pertinet, qua dicitur: Beati pauperes spiritu. Paupertas enim spiritus, ut dicit glo. duas habet partes, scilicet rerum abdicationem, & spiritus, ideſt, superbiæ contritionem. In patria enim nõ erit actus timoris circa temporalia bona, sed circa id quod erat ratio contemnendi ista temporalia: & ideo in hac beatitudine ponitur quantum ad statum patriæ, dominium regni cælorum, in quo diuitiæ, & honores cælestes comprehendũntur, ex quorum consideratione temporalia contemnebantur. Alia uero temporalium bonorum intrinseca, sunt hominis deficię, & horum contemptus pertinet ad tertiam beatitudinem, qua dicitur: Beati qui lugent. Et ponitur quantum ad statum patriæ consolatio futura, ex cuius respectu consolatio temporalis despiciebatur. Et quia circa difficiliora magis rationis directione indigemus, ideo tertia beatitudo attribuitur dono dirigenti, scilicet scientiæ: prima autem dono exequenti, scilicet timori. Difficilius enim abnegantur intrinseca, quàm extrinseca bona. Ad donum autem fortitudinis pertinet omnia difficilia

difficilia sustinere cum gaudio. Est autem duplex difficultas. A Vna in labore operationum, & talis sustinentia ad quartam beatitudinem pertinet, qua dicitur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, ideſt, qui quæliber laboriosa & difficilia in prosecutione operationum iustitię sustinent. Sed quantum ad statum patriæ ponitur fortitudo, in qua cõprehenditur omne illud quod laborantes recreare solet. Alia difficultas est in passionibus illatis tolerandis, cuius sustinentia ad octauam beatitudinẽ pertinet, qua dicitur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Sed quia ista iustitia est manifestatiua omnium præcedentium, ideo nec speciale sibi præmium redditur, sed redditur ad caput, ideſt, ad præmium positum in prima beati

B tudine, vt per hoc ostendatur quòd omnium beatitudinum præmia debentur: & propter hoc etiam non attribuitur alicui speciali dono. Sed quarta attribuitur dono fortitudinis. Ad donum autem pietatis pertinet perficere in his quæ ad alterum sunt. Ad alterum autem aliquis bene se habet dupliciter: Vno modo, vt molestiæ ei non inferantur, etiam si ipse prius intulerit: & hoc pertinet ad secundam beatitudinem, qua dicitur. Beati mites. glo. Qui cædunt improbis, & vincunt in bono malum. Et quia impugnatio proximi plerumque contingit propter pacificam possessionem temporalium bonorũ, ideo in hac beatitudine ponitur, quantum ad statum patriæ, possessio terræ, scilicet viuentium. Alio modo aliquis se habet bene ad alterum, vt beneficia ei exhibeat: & hoc pertinet C ad quintam beatitudinem, qua dicitur. Beati misericordes: & ponitur pro præmio liberatiuo ab omni miseria, cuius interitu aliquis miserias aliorum releuat. Sed quia difficilius est benefacere, quàm non nocere, ideo secunda beatitudo attribuitur dono exequenti, scilicet pietati. Quinta autem dono dirigenti, scilicet consilio, quod ad alterum est, sicut & pietas. Scientia enim non dicit ordinem ad alterum, sicut nec timor. Ordo autem harum beatitudinum accipitur secundum quod ab exterioribus homo magis ad interiora progreditur, quia maxime extrinseca sunt bona temporalia exteriora, post hoc autem passiones innatæ, post hoc operationes propriæ exteriores: tum quia in his est labor, post hoc compassio interior, post hoc apprehensio, post hoc ordinatio. Passio vero illata ponitur vltimo, quasi aliorum manifestatiua.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd beatitudines dicuntur virtutes inquantum sunt actus perfectarum virtutum scilicet donorum: & ideo beatitudines respondent donis, sicut operationes habitibus.

D ¶ Ad secundum dicendum, quòd virtus imperfecta facit sperare beatitudinem futuram solum merendo ipsam, sed virtus perfecta per meritum & assimilationem ad ipsam: sicut etiam pueros bonæ indolis dicimus felices, secundum Philosophum in 1. ethicor. inquantum in eis quoddam indicium futuræ felicitatis apparet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd habitus donorum sunt idem in via & in patria, actus autem non: & ideo beatitudines geminantur, non autem dona.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dona sunt tantum a deo, & ideo præordinantur secundum quod sunt perfectiora: sic enim sunt deo propinquiora. Sed operationes donorum, quæ sunt etiam beatitudines, sunt etiam a nobis: & ideo ordinantur secundum quod sunt priora quo ad nos, quibus est ascensus ab inferioribus ad superiora, & de imperfectis ad perfecta.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non oportet quòd singulis donis singulæ beatitudines respondeant: quia alicui dono respondent duæ beatitudines, & alicui beatitudini duo dona, vnum sicut dirigens, alterum sicut exequens, vt ex dictis patet. Sed secundum hoc dicuntur beatitudines donis respondere, quia non est aliqua beatitudo quæ directe nõ respondeat alicui dono: neque aliquod donum cui non respondeat aliqua beatitudo.

¶ Ad sextum dicendum, quòd vitæ actiuæ finis non est cognitio: & ideo cum beatitudo finem quendam nominet, non potest poni in vita actiua aliqua beatitudo pertinens ad cognitionem, sed solum in vita contemplatiua, cuius perfectio in cognitione consistit: sed dona nominant habitus qui non sunt fines, & ideo non est similis ratio de donis & beatitudinibus.

¶ Ad septimum dicendum, quòd quamuis scientia, & consilium dirigant in omnibus actibus actiuæ, tamen quidam eorũ magis per quandam appropriationem reducuntur ad scientiam, vel consilium quàm alij, vt ex dictis patet.

ARTICVLVS V.

Vtrum fructus correspondeant donis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd fructus non correspondeant donis: quia vt dicit Ambrosius, virtutes fructus dicuntur, quia suos possessores sancta & sincera delectatiõe reficiũt: sed virtutes non respõdent donis, sed præcedunt ea. ergo nec fructus.

¶ 2 Præt. Fructus videtur in præmium sonare: sed dona non tantum ad præmium, sed & ad statum etiam meriti pertinent, ergo donis fructus non respondent.

¶ 3 Præt. Fructus a fruendo dicitur: sed deo solum fruendum est, vt Augustinus dicit. ergo videtur esse tantum vnus fructus, sicut vna fruitio, & ita non possunt fructus correspondere donis quæ sunt septem. Li. 1. de doctri. christ. cap. 1.

¶ 4 Præt. Fructus distinguuntur secundum diuersos status virtutum, vt patet Matth. 13. in glo. quia fructus trigesimus debetur coniugatis, sexagesimus autem viduis, sed centesimus virginibus: dona autem non distinguuntur secundum diuersos status, quia in omnibus statibus possunt aliquo modo dona habere. ergo fructus non respondent donis.

¶ 5 Præt. Gal. 5. ponuntur multo plures fructus quàm septem, cum ergo dona sint tantum septem, fructus autem duodecim, videtur quòd fructus non respondeant donis.

SED CONTRA, Beatitudines respondent donis: sed beatitudo continet fructum, cum non sit sine delectatione, vt dicitur 1. ethic. ergo fructus donis respondent. Cap. 12.

¶ 2 Præt. Sap. 4. dicitur. Bonorum laborum gloriosus est fructus: sed non sunt aliqui labores digniores quàm in operibus donorum. ergo fructus donis respondent.

¶ 2 Præt. Delectationes virtutum dicuntur fructus, vt patet ex authoritate Ambrosij inducta: sed non minor est delectatio in donorum actibus, quàm in actibus virtutum. ergo fructus respondent donis.

RESPON. Dicendum, quòd nomen fructus a corporalibus ad spiritualia transfertur. Dicitur enim in corporalibus fructus quod de terræ nascentibus expectatur. Et ideo omne illud quod de re aliqua quis consequitur, quasi mercedem laboris circa illam impensi, dicitur fructus: hoc autem est & illud quod de re aliqua principaliter expectatur, & sic fructus omnis nostri operis deus est. Et iterum illud quod quis consequitur ex operatione non principaliter propter hoc operans, dicitur fructus, & sic delectationes quæ in bonis operibus sunt, sunt quidam fructus bonorum operum: & hoc modo in authoritate prædicta accipit Ambrosius fructum, dicens ipsas virtutes fructus esse inquantum delectant. Secundum Philosophum autem 3. eth. omnis operatio procedens ex habitu perfi ciente naturã, habet delectationem annexam: vnde cum felicitas, vel beatitudo sit operatio secundum virtutem perfectam, quoddam formale completiuum beatitudinis est ipsa delectatio: & ideo fructus qui delectationem nominant, beatitudinibus respondent, sicut beatitudines donis. Inter fructus autem computantur quidam, qui sunt essentialiter delectatio, vt gaudium quantũ ad vnionem & præsentiam bonorũ, & pax quantum ad remotionẽ impedimentorum perturbantium delectationem: & ideo hi duo fructus respondent omnibus donis & beatitudinibus. Quidam vero ponũtur quasi ratio delectationis & causa: est autem delectatio in operibus actiuę & contemplatiuæ vitę. In operibus autem actiuæ vitæ ratio delectationis E est duplex. Vno modo, ex remotione impedientium veram delectationem spiritus: delectatio enim ex operatione non impedita causatur, secundum Philosophum. Alio modo, ex præsentia bonorum spiritui conuenientium. Impeditur autem spiritualis delectatio vitæ actiuæ dupliciter. Vno modo, per delectationes contrarias. ſbonorum temporalium: sicut.n. operationes contrarię sunt, ita & delectationes, vt dicit Philosophus in 10. ethi. Tẽporalis aũt delectatio vel est in bonis exterioribus, ſdiuitijs & honoribus, & hanc delectationem cohibet modestia quæ fructus ponitur, & respondet paupertati spiritus: vel etiam in delectationibus carnis, & sic reprimuntur vel abstinendo ab illicitis, quod facit castitas: vel etiam a licitis, quod facit continentia, secundũ glo. Et hi duo fructus respondent beatitudini luctus, & per consequens hi tres fructus respondent dono timoris quasi exequenti. Vel aliter secundum Philosophum in 7. eth. potest distingui castitas a continentia, vt per continentiã sic reprimantur concupiscentiæ, vt non dominentur: per castitatẽ aũt, vt ẽt subijciãtur. Alio modo, impedit de- Eth. 7. c. 14. Cap. 5. Cap. 3.

lectatio spiritualis per exteriores difficultates, quæ quidē consistunt vel in labore actionum, quem vincit longanimitas: vnde hic fructus respondet quartæ beatitudini, & dono fortitudinis: vel etiam in dolore passionū, & hoc dupliciter vincitur. Vno modo, vt per eas constantia animi non frangatur quantum ad seipsum, & hoc facit patientia: & hic fructus respō det octauæ beatitudini. Beati qui persecutionē patiuntur, & dono fortitudinis. Alio modo, vt homo ab inferente non turbetur ad nocendum ei, & hoc facit mansuetudo: & hic fructus respō. det mititati quę est secunda beatitudo, & dono pietatis. Bonum autem conueniens secundum actiuam vitam, quod delectationem facit, est etiam in affectu secundum quod homini omne bonū cōplacet & sui, & alterius. Hoc enim est hominem dulcem habere animum, & sic est bonitas. glo. dulcedo animi. Et in ordine ad effectum secundum quod homo est bene communicatiuus suorum ad alios, & sic est benignitas: & hi duo fructus respondent beatitudini quinta, quæ est de misericordia, & dono pietatis. Omnes autem prædicti fructus respondent donis, consilio, & scientiæ quasi dirigentibus. In vita autem contemplatiua non potest esse aliquid delectationem impediens, nisi ex parte actiuæ vitæ: quia secundum Philosophum, delectationi quæ est in considerando, non est contrarium. Vnde non est ibi ratio delectationis nisi ex præsentia boni, in quo mens quiescit. & hoc dupliciter. Vno modo, per cognitionem spiritualium sine dubitatione, & sic est fides. glo. de inuisibilibus certitudo: & respondet sextæ beatitudini, & dono intellectus. Alio modo, per intimam vnionē ad spiritualia ex quo potest iudicare de omnibus alijs, quia spiritualis omnia iudicat. 1. Corinth. 2. & sic est charitas: & respondet septimæ beatitudini scilicet. Beati pacifici, & dono sapientiæ. Ethi. lib. 7. cap. vlt.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd virtutes dicuntur fructus non ratione habituum, sed quia in operibus delectationem annexam habent: vnde & virtutes quæ inter fructus nominantur, sicut castitas, mansuetudo, & huiusmodi, non ponuntur inquantum sunt virtutes, sed inquantum habent aliquam rationem delectandi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut peccatum habet suam pœnam annexam aliquam, quia omnis inordinatus animus sibi est pœna, vt dicit Augustinus in lib. confes. ita & meritum habet suum fructū adiunctum, qui tamen fructus in futuro complebitur sicut & malorum pœna: & ideo donis respondent fructus etiam quantum ad actus, quos in via habent.

¶ Ad tertium dicendum, quòd frui aliquo proprie est ipsum vt fructum habere: hoc autem habet aliquis vt fructum quem expectat principaliter ex suo opere. Vnde illo quod consequitur ex opere non principaliter expectato, non proprie dicitur aliquis frui, sed solum illo quod principaliter expectatur, quod est solum deus. Et ideo quàmuis sit vna tantum fruitio, sunt tamen multi fructus: quia quicquid consequitur, etiam si non principaliter expectatur, potest dici fructus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd distinctio fructuum sit dupliciter. Vno mō sm intensionē & remissionē: & sic fructus distinguuntur in euāgelio, quia de quibusdam operibus maius erit gaudium quàm de alijs. Alio modo, quantum ad diuersas rationes gaudendi: & sic diuiditur quasi essentialiter & per se, & hoc modo distinguitur Galat. 5. & sic donis respondent fructus, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd eidem dono possunt respondere multi fructus, secundum quod habet multos actus, vt dictū est: & ideo non oportet quòd sint tot fructus quot dona.

ARTICVLVS VI.

Vtrum petitiones respondeant donis.

Cap. 15. AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd petitiones donis non respondeant. Augustinus enim dicit in ench. quòd tribus primis petitionibus æterna postulantur, reliquis vero quatuor temporalia: sed vnumquodque donorum pertinet ad præsentem vitam, in qua temporaliter viuitur, & ad futuram, in qua ad æternitatem peruenimus, vt ex dictis patet. ergo dona non respondent petitionibus.

¶ 2 Præt. Aug. in epistola ad Probam dicit. Quisquis dicit pertendo, scilicet quòd ad istam euangelicā partem pertinere non possit, etiam si non illiciter orat, carnaliter orat: sed multa alia possunt peti a deo nō carnaliter, quàm septem dona, sicut septem virtutes, & gratiā, & necessaria vitæ. ergo petitiones dominicæ orationis septem donis non respondent.

¶ 3 Præt. Omnia dona sunt quædam bona a deo donata: sed petitiões orationis dominicæ, non tantum sunt ad consecutionem boni, sed etiam ad remotionem mali. ergo dona petitionibus non respondent.

¶ 4 Præt. In donis sunt quatuor quæ ad cognitionem pertinent: sed in petitionibus nulla videtur ad cognitionem pertinere. ergo petitiones donis non respondent.

¶ 5 Præt. Petiones ad impetrandum ordinatæ sunt: sed impetrare aliquid a deo non est nisi habentis virtutem. cum igitur dona simul cum virtutibus infundantur, videtur quòd petitiones non ordinentur ad dona.

¶ 6 Præt. Aug. in ench. dicit ꝙ hoc totum est vna petitio. Et ne nos inducas in tentationē, sed libera nos a malo: quod patet ex hoc, ꝙ nō ponitur ibi, & libera nos a malo, sed ponitur ibi, sed. Similiter dicit ꝙ tertia petitio. s. Fiat voluntas tua, conditur in duabus primis: & ita videtur quòd non sint nisi quinque petitiones, sicut etiam Lucas ponit: sed dona sunt septem. ergo petitiones non respondent donis.

¶ 7 Præt. Secunda petitio secundum August. ibidem pertinet ad resurrectionem corporis: sed nullum donum ad resurrectionem pertinet. ergo petitiones donis non respondent.

SED CONTRA. Idem est quod a deo petitur, & ab ipso accipitur. Vnde dicitur Ioan. 16. Petite, & accipietis: sed dona sunt quæ proprie a deo accipiuntur. ergo & ipsa sunt quæ per petitiones petuntur: & ita petitiones & dona mutuo sibi correspondent.

¶ 2 Præt. In glo. Matth. 6. dicitur. In precibus est, vt impetremus dona, in donis vt operemur, de operatione beatitudines consequentur. ergo sicut beatitudines respondent donis, ita dona respondent petitionibus.

¶ 3 Præt. Sicut eadem glo. dicit, septem petitionibus omnia dona præsentis vitæ, vel futuræ continentur: sed in his omnibus etiam dona perficiunt, vt ex dictis patet. ergo dona & petitiones correspondent sibi.

RESPON. Dicendum, ꝙ reductio petitionum ad dona non intelligitur hoc modo, ꝙ in petionibus solum habitus donorū petantur, sed quia petitur per quamlibet petitionem aliquid eorum quæ ad aliquod donorum pertinent. Hæc autem reductio potest attendi dupliciter. Vno modo in generali, vt scilicet quicquid ad dona pertinet, etiam ad petitiones pertineat, & econuerso: & sic fit reductio eorum ad inuicem non solum per appropriationem, sed etiam per proprietatem: quia sicut dona sufficienter perficiunt in omnibus quæ sunt actiuæ & contemplatiuæ vitæ siue in præsenti, siue in futuro, ita & in omnibus per petitiones diuinū auxilium imploratur. Alio modo in speciali, & sic per proprietatem non potest fieri reductio singulorum donorum ad singulas petitiones: quia ea quæ in diuersis petitionibus postulātur, possunt pertinere ad vnum donum, & econuerso: sed per appropriationem quandam inquantum singulæ petitiones habent aliquam similitudinem cum singulis donis, sicut & de beatitudinibus dictum est. Est. n. alia ratio distinguendi dona, & petitiones. Cum enim dona sint habitus ordinati ad operandum, oportet quòd distinguantur secundū obiecta, in quibus diuersificari oportet actus per speciem. Sed petere oportet omnia quibus indigemus ad operandum, quæ non possumus nisi a deo habere. Vnum aūt donum ad sui operationem indiget pluribus auxilijs, & idem auxilium valet ad actus multorum donorū. Indigemus aūt auxilio diuino tā in operibus contemplatiuę, q̄ in operibus actiuę. In operibus aūt contēplatiuæ indigemus duplici auxilio. vnū est, vt ipsorū contemplabilium. s. diuinorū maiestas & dignitas appareat, alias cō templatione quæ contemplationē allicit digna non essent. Et hoc auxiliū petitur per primā petitionem. *Sanctificetur nomen tuū.* In qua petitur, vt nomē eius qd semper sanctū est, ēt apud homines

homines sanctum habeatur, hoc est, non contemnantur, vt Augustin. dicit ad Probam. Vnde idem est petere hoc, quòd illud Cap. 11. ecclesi. 36. Sicut in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, ita & in conspectu nostro magnificare in eis. Et quia ex hoc quòd homo huius excellentiæ particeps fit, ordinare & iudicare habet quod est sapientiæ: & ideo hæc petitio ad sapiē tiā reducitur, & ad Cap. 5. septimam beatitudinem. Aliud autem auxilium est, vt in contemplatione hō strum magnalium nostram beatitudinem cognoscamus, vt sic magis his contemplandis homo inhæ releat: & hoc auxilium petitur per secūdam petitionem. *Adueniat regnū tuū.* glo. id est, manifestetur hominibus, vt scilicet in nobis veniat, & in Christo regnare mereamur, quæ etiam in Christo fuit, sicut Apostolus dicit in epistola ad Hebræos loquens de Christo, Qui exauditus est pro sua reuerentia. Quidam tamen secundum effectū timorem in Christo & in angelis tantum esse contendunt.

Plena timorum distinctio.

TQuia de timore tractandi nobis occurrit locus, sciendū est, quatuor esse timores. s. mundanum siue humanum, seruilem, initialem, castū, uel filialem, siue amicalem. Humanus Cap. 11. Psal. 7. secundum Augustinum ad Probam. Vnde idem est hoc petere, vt idem dicit, quod dicere, Ostende faciem tuam, & salui erimus: & ideo hæc petitio reducitur ad sextam beatitudinem & donum intellectus. In operibus autem actiuæ indigemus duplici auxilio. Primum est, vt bona nobis conferantur, quibus ad bene operandum adiuuemur. Secundum est, vt mala impedientia remoueantur. Bonum autem duplex est nobis necessarium ad vitam actiuam. Vnum quod est directe ad opus virtutis ordinans, sicut ipsum honestum bonum: & hoc petitur in tertia petitione. *Fiat voluntas tua &c.* in qua secundum Augustinum petimus obedientiam ad deum, vt sic fiat a nobis voluntas eius in terris, sicut fit ab angelis in cælis. Vnde secundū ipsum idem est hoc petere, quod dicere. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & hoc reducitur ad quintam beatitudinem, quæ est de misericordia, quia misericordiam præcipue nobis deus præcipit, & per consequens ad donum consilij. Aliud est organice ad virtutem seruiens, sicut temporalia subsidia, quibus homo ad bene operandum iuuatur: & hoc pertinet ad quartam petitionem, qua dicitur. *Panem nostrum quotidianum &c* quia secundum Augustin. ibidem, per hoc quod dicitur, hodie, significatur hoc tempus, vbi vel sufficientiam illam petimus a patre, quę superexcellit in nomine panis totam Cap. 11. Psal. 118. signantes: vel tactamentum fidelium, & hoc est idem quod petitur Prouerb. 30. Diuitias & paupertatē ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria: & hæc petitio reducitur ad quartā beatitudinē, quia huiusmodi subsidia vitæ sunt quæ nos in laboribus huius vitæ sustentant, & per cōsequens ad donum fortitudinis. Impediens autem operationem actiuæ vitæ est triplex. Primo, malum culpę præteritum quidem in actu, sed manens in reatu macula & inquinatione: & contra hoc malum petitur auxilium per quintam petitionem, qua dicitur. *Dimitte nobis debita nostra &c.* vbi, vt dicit Augustinus ibidem nos admonemur & quid petamus, & quid faciamus, vt accipere mereamur: & hoc idem petijt qui dixit. Si teddidi retribuentibus mihi mala &c. & hoc reducitur ad tertiam beatitudinem, quæ est de luctu: quia ea remittuntur peccata, & per consequens ad donum scientiæ. Secundum est malum futurum, quia timemus inclinans ad peccatum: & circa hoc petitur auxilium in sexta petitione, cum dicitur. *Et ne nos inducas in tentationem.* in qua, secundum Augustinum, petimus ne deseri diuino auxilio alicui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti. Et hoc idem petitur eccles. 23. Auferamecum ventris concupiscentias: & hoc reducitur ad secundam beatitudinem, & hoc est de mititate: quia præcipue tentationes ad malum, sunt molestiæ quæ a proximis inferuntur, quibus prouocamur vt eis noceamus, quas tentationes per illam beatitudinem vincimus, & per consequens ad donum pietatis. Tertium est malum præsens, quodcumque sit illud: & contra hoc petitur auxilium per septimam petitionem, qua Cap. 11. Psal. 58. dicitur. *Sed libera nos a malo.* Vnde Augustinus dicit, quòd homo christianus in qualibet tribulatione constitutus, in hac petitione gemitus edit. Et hoc idem petijit qui dixit. Eripe me ab inimicis meis &c. & hoc reducitur ad beatitudinem quæ est paupertas spiritus: quia eius est in tribulatione auxilium petere, & per consequens ad donum timoris. Possunt autem tres vltimæ petitiones aliter distingui, secūdum Augustinum, vt prima earum petatur auxilium contra malum culpæ: secunda autem contra inclinantia in culpam. Tertia vero contra pœnæ malum. Cap. 15.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd obedientia ad deum quæ omne honestū actionis complectitur, & cōtemplationis bona in hac vita incipiunt, & in futura cōsummantur: & quantum ad hanc consummationem Augustinus dicit, quòd p tres primas petitiones petimus bona æterna: in alijs autem petitionib⁹ petimus ea quæ tantum in hac vita sunt. Super psal. 127. prolog. Matth. 10. & Luc. 12.

¶ Ad secundum dicendū, quòd in hac oratione nō solum petūtur habitus donorum, quia pertio horum habituum, quantum ad intellectum & sapientiam, comprehenduntur in primis duabus petitionibus: sed quantum ad omnes habitus donorum, vel virtutum qui dirigūt in vita actiua petuntur in tertia petione, quia omnes habitus operatiui non sunt nisi ad obediendum deo: sed per singulas petitiones petuntur ea quæ aliquo modo pertinent ad omnia dona.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis dona sint quædam dona a deo data, tamen ad hoc quòd possint habere debitas operationes, oportet quòd a malis homo liberetur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd duæ petitiones pertinent ad cognitionem contemplatiuam: sed ad cognitionem practicam non ponuntur aliquæ petitiones pertinentes eadem ratione, qua nec aliquæ beatitudines, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis homo non habens virtutes, non possit dona impetrare ea merendo, potest tamen impetrare per modum dispositionis ad illa: & iterū aliquis habens virtutes & dona potest impetrare perseuerantiam in eis.

¶ Ad sextum dicendum, quòd, simpliciter loquendo, sint septem petitiones, vt dictum est: non tamen est inconueniens, vt earūm vna aliquo modo includatur in alia, sicut aliquid est in alio in potentia.

¶ Ad septimum dicendū, quòd quia in resurrectione corporis præcipue & totaliter participes erimus regni diuini: ideo dicit Augustinus, quòd pertinet ad resurrectionem corporum, non quia directe corporis resurrectio petatur. Cap. 15.

EXPOSITIO TEXTVS.

SPIRITVS *sapientiæ & intellectus &c.* Ratio ordinis ex prædictis patet. Combinationis autem ratio hæc est, quia simul cōbinantur dona duo, quorum vnum dirigit alterum, sicut sapientia dirigit intellectum proprie loquendo, consilium autem fortitudinem per quandam appropriationem: quia sicut præcipue consilio indigemus in operationibus supererogationis, ita & in fortitudine scientia pietatem, quia neutrum sonat nisi id ad quod omnes tenentur. Timor autem quia est recessus a malo, ideo non indiget proprio directiuo, vt ex dictis patet: tamen proprie loquendo, consilium & scientia dirigunt in omnibus tribus donis exequentibus. *Spiritus timoris.* Hic specialiter dicitur Christum repleuisse, quia propter suam imperfectionem minus in ipso esse videbatur ideo, quia principaliter ad patiendum venerat, quod per humilitatem est completum, quæ pertinet ad donum timoris domini. *Quidam tamen secundum effectum &c.* Hoc est verum de timore secundum actum affectus, qui est timere separationem: & non quantum ad quemlibet actum affectus, vt postea dicetur.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit de donis in generali, hic determinat de dono timoris; qui propter sui multiplicem acceptionem specialem difficultatem habet. Diuiditur autem hæc pars in duas: Primo, determinat de timore in generali. Secundo autem de timore

Christi specialiter, ibi. *Cum autem fuerit in Christo.* Prima in duas. In prima, ponit distinctionem timoris. In secũda, soluit quandam contrarietatem, ibi. *Et attende quòd quatuor, &c. De his equidem.* Hic ponit comparationem timorum adinuicem. Et circa hoc duo facit. Primo, comparat timores adinuicem. Secũdo, ex dictis quãdam conclusionem infert, ibi. *Illud quòque diligenter.* Circa primum duo facit. Primo, comparat timorem filialem ad seruilem. Secundo, initialem ad vtrumque; ibi. *In quibus etiam timorem, uel initialem.* Circa primũ autem tria facit. Primo, ponit proprietatem timoris serui lis. Secundo, ostendit differentias timoris casti, vel filialis ad ipsum, ibi. *Est autem alia sententia.* Tertio, per similitudinem differentiam manifestat, ibi. *Non poteris melius. In quibus etiam, initialem timorem.* Hic comparat timorem initialem ad alios duos. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit distinctionẽ eius ab vtroque dictorum. Secundo, ponit quandam conuenientiam ipsius ad timorem seruilem, ibi. *Sciendum autem est, quòd vterque timor &c.*

formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennã. Bonꝰ est timor iste, & utilis, licet insufficiens, per quem fit paulatim consuetudo iustitiæ, & succedit initialis timor, quando incipit quod durum est amari: & sic incipit excludi seruilis timor a charitate, & succedit deinde timor castus, siue amicalis quo timemus ne sponsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore uenit. Ille quidem seruilis est utilis, sed non permanens in æternum, ut iste timor diuinus comes est per omnes gradus.

Collatio prædictorum.

Ibid. paulo inferius.

TAttende ꝙ quatuor hic distinguũtur timores, cũ supra Beda dixerit duos esse. Sed Beda humanum timorem prætermisit, & nomine seruilis

QVAESTIO II.

Hic est duplex quæstio. Prima de timore, de quo agitur hic. Secunda aũt de alijs donis exequentibus scilicet pietate, & fortitudine.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, De timore in generali.
¶ Secundo, De timore seruili.
¶ Tertio, De timore filiali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum diffinitio Damasceni de timore sit bona.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Damascenus inconuenienter timorem diffiniat dicẽs. Timor est desiderium secundum systolem mouẽs. Desiderium enim ad concupiscibilem pertinet: timor autem est in irascibili. ergo timor non est desiderium.

¶ 2 Præt. Desiderium est respectu boni: sed obiectum timoris est malum: vnde Philosophus dicit in 3. ethic. quòd timor est expectatio mali, ergo timor non est desiderium.

¶ 3 Præt. Desiderium ad prosecutionem pertinet: sed timor est fuga mali, vt dicit glo. Ioã. 10. ergo timor nõ est desiderium.

¶ 4 Præt. Secundum systolem mouere, est mouere secundum contractionem: sed tractio cum sit motus corporalis cordis non est in omnibus, in quibus est timor, scilicet in angelis. ergo male diffinit timorem.

II Cap. 12. VLTERIVS. Videtur quòd magister hic male distinguat timoris partes. Quia secundum Philosophum in 1. topicor. si unum oppositorum dicitur multipliciter, & reliquum: sed timor & spes sunt opposita. cum igitur spes non dicatur multipliciter, nec timor distingui debuit.

¶ 2 Præt. Passiones, & actus, & habitus diuersificantur secundum obiecta: sed idem est obiectum timoris mundani, seruilis, & initialis, scilicet pœna. ergo videtur quòd non debeant adinuicem distingui.

¶ 3 Præt. Perfectũ & imperfectũ circa amorem non diuersificant charitatem: sed timor initialis & castus non differunt nisi ẽm perfectum & imperfectũ. ergo nõ debent distingui adinuicem.

SED CONTRA. Videtur quòd debuerit plures partes timoris assignare. Timor. n. ex concupiscentia causatur: sed concupiscentia carnis contra concupiscentiam oculorũ, quæ est concupiscentia mundi, diuiditur. 1. Io. 2. ergo mundanus timor, quo timemus mundi bona perdere, debet distingui contra timorem carnis, quo timemus carnis pericula pati.

¶ 2 Præt. Magister ponit in fine sectionis timorem quendam naturalem, qui differt secundũ ipsum ab omnibus alijs. ergo videt ꝙ insufficiẽter assignet tantum quatuor timores.

¶ 3 Præt. Dam. 2. lib. assignat plures differẽtias. s. cognitiem, erubescentiam, verecundiam, admirationem, stuporem, agoniam. ergo videtur quòd hæc diuisio, quæ hic ponitur, sit sufficiens.

VLTERIVS. Videtur ꝙ timor non debeat inter dona computari. Timor. n. ponitur vna de quatuor principalibus passionibꝰ: sed nulla aliarum ponitur donum, immo spes ponitur virt', gaudium ponitur fructus, dolor ponitur pars pœnitentiæ, scilicet contritio. ergo nec timor similiter debet poni donum.

¶ 2 Præt. Bona dãtur nobis in adiutoriũ humanæ infirmitatis: sed ipse timor in firmitatẽ importat. ergo nõ debet dici donũ.

¶ 3 Præt. Aug. dicit 14. de ciuit. dei. Timor est amor fugiens quod ei aduersatur: sed amor non est donum, immo virtus. ergo nec timor donum debet poni.

SED CONTRA est, quod dicit Isa. 11. ubi timor inter alia dona sancti spiritus nominatur.

¶ 2 Præt. Illud quod est principium salutis, non est a nobis, sed donum dei est, vt dicit Aug. sed timor est principium salutis, Isa. 26. A timore tuo, domine, concepimus spiritum salutis. ergo timor est donum spiritus sancti.

RESPON. Dicendum, quòd diffinitio data secundũ Dama. conuenit omni timori. Sed quia nomina passionum a passionibus sensitiuæ partis ad operationes superioris partis transferuntur, vt supra dictum est: ideo videamus primo qualiter dicta diffinitio competat timori, qui est passio sensitiuæ partis. Quæliber autem illarum passionum pertinet ad appetitiuam partem, sed inter eas est differentia secundum Auicennam in 6. de naturalibus: quia dispositiones cordis in quibusdam passionibus sunt quasi actiuæ, in quibusdam quasi passiuæ. Dispositio aũt cordis actiua est vel secundum perfectionem cordis in seipso, sicut est amplitudo, & dilatatio cordis, quæ est in gaudio: vel secundum etiam perfectionem cordis ad aliquid agendum, vel patiendum, vel obtinendum, sicut est fortitudo cordis, quæ requiritur in audacia, & spe. Dispositio autem passiua cordis per oppositum est vel secundum defectum ipsius in seipso, quæ dicitur coangustatio, quæ requiritur in tristitia: vel secundum defectum ipsius per comparationem ad aliquid agendum, quæ dicitur debilitas cordis, quæ requiritur in amore, & desperatione. Contractio autem signat motum alicuius ab alio, a quo retrahitur in seipsum, vbi quodammodo congregatur: & ideo importat dispositionem cordis, quę est debilitas, per quam aliquis ab alio deficit in seipso consistens. Sic igitur patet intellectus diffinitionis Damas. quia dixit desiderium ad significandum genus timoris, qui est actio, vel motus appetitus. Quòd autem dixit secundum systolem mouens, differentiam propriam assignauit, quæ a causa materiali eius sumitur. Et per hãc similitudinem dicitur etiam timor in spiritualibus, dum motus voluntatis ab aliquo retrahit, & in seipsum cõstituit.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd desiderium ponitur ibi large pro appetitu, qui communis est irascibili & concupiscibili.

¶ Et per hoc patet solutio ad secundum.

¶ Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam in fuga est appetitus sequendi, qui hic desiderium dicitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in spiritualibus est contractio per similitudinem, vt dictum est.

In corp. ar.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd timor hic distinguit secundum ordinem timentis ad deum, cui per vnum timorem magis appropinquat, vel distat quam per aliũ. Cum enim timor in fugæ mali consistat, malum autem est pœnæ & culpæ, erit timor quidam qui consistit in fuga mali culpę tantum, per quam homo a deo separatur, scilicet timor castus, vel filialis. Alius autem qui consistit in fuga mali pœnæ. Pœna autem est duplex. Vna ꝑ cuius vitatione peccatũ quandoq; committitur, sicut sunt temporales pœnæ: & hanc pœnam refugit timor mũdanus, vel humanus. Alia est pro cuius vitatione numquàm fit peccatum, sed magis vitatur, sicut pœna, ꝙ erit post hãc uitam: & hanc pœnam fugit timor seruilis. Alius autem timor est qui fugit utrumque malum pœnæ scilicet & culpæ, scilicet initialis, qui habet oculũ ad utrũque: & ideo est medius inter seruilem & castum.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ malum contingit multifariam, bonum autem uno modo, secundum Dionysium, & Philosophum. Et ideo spes, quæ respicit bonum, non ita diuiditur sicut timor, qui respicit malum.

De diu. no. cap. 4. 3. Eth. c. 2. In corp.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non eadem pœna est quam respicit timor mundanus & seruilis, ut ex dictis patet: seruilis uero & initialis eandem pœnam respiciunt, sed seruilis tamquàm principale obiectum: initialis autem non, sed magis malum culpæ, unde magis se tenet cũ casto timore, quàm cum seruili.

¶ Ad tertium dicendum, quòd timor initialis distinguitur a casto nõ secundum quod imperfecte se habet ad id quod perfecte se habet castus timor, sed quia se habet etiã ad aliud obiectum, quàmuis ex consequenti, ut dictum est.

In corp. in fa. & ad 2.

¶ Ad quartum dicendum, quòd timor mundanus secundum speciem naturæ ab humano distinguitur: sed in eodem gradu ponuntur secundum propinquitatem ad meritum & demeritum, secundum quod hic timores distinguuntur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd natura saluatur etiam in merito & demerito: & ideo timor naturalis non ponit aliquem gradum distantiæ, uel propinquitatis ad meritum, uel demeritum: & propter hoc de ipso non facit mẽtionem in diuisione prima.

¶ Ad sextum dicendum, quòd illæ partes timoris assignantur secundum obiecta: sic autem non intendit hic diuidere timorem, sed sicut dictum est.

In corp.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd timor mundanus & humanus, cum sint inordinati, non possunt esse donum spiritus sancti: sed sunt uel passiones, uel electiones similes passionibus: aut etiam habitus, secundum quod habitus nomine operationis, uel passionis nominantur. Similiter etiã timor seruilis non pertingit ad perfectionem doni, sicut nec fides informis ad perfectam rationem uirtutis. In omni enim uirtute hoc est commune, secundum Philosophum, quòd uirtuosus operatur boni gratia, uel propter turpis uitationem: timor autem seruilis operatur bonum non propter fugam turpis, sed propter fugam tristis. Vnde deficit a perfectione uirtutis, & multo amplius a perfectione doni, qđ est uirtute perfectius. Timor autem castus & initialis, secundũ quod participat timorem castum, habet rationem doni: cuius ratio est, quòd altiori mensura suos actus modificat, q̃ sit mensura humana. Mensura enim humanorũ operum est rationis bonum. Vnde uirtuosus abstinet a malis fugiens, & timens inconueniens rationis, quod est turpe. Et iste timor est annexus cuilibet uirtuti: sed timor, q̃ est donum, facit abstinere a malis propter fugam inconuenientis, quod est in separatiõe a deo: & ideo ipsum deum habet pro mensura suæ operationis. Et quia modus a mensura causatur, ideo operatur supra humanum modum, & pp hoc est donum.

4. eth. c. 16.

Psalm. 8.

1. Ioan. 4.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd timor secundum quod est passio, non est donum, sed secũdum qđ est habitꝰ quidã a deo infusus. Similiter etiam neq; spes secundum quod est passio, est uirtus, sed secundum quod est habitus quidam perficiens ad actum similem passioni, quæ est spes. Dolor autem qui est passio sensitiuæ partis, non est pars pœnitentiæ, quàmuis etiam talis possit esse pœnitentiæ adiuncta: sed dolor in rationali parte consistens, qui est operatio magis quàm passio. Gaudium etiam quod est in parte sensitiua animæ, non est fructus: sed quod est in ratione non potest dici passio proprie loquendo, quàmuis aliquid habeat de similitudine passionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd timor eorum quæ sunt sub homine, ad infirmitatem hominis pertinet: sed timor dei qui est supra hominem, non est infirmitatis, sed maxime perfectionis in ipso: quia in hoc ipso inferius perfectissimum est, quòd suo superiori maxime subditur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd timor dei est amor non essentialiter loquendo, sed per causam, quia amor est causa timoris.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum timor seruilis sit a Spiritu sancto.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd timor seruilis non sit a spiritu sancto. Quicquid enim est a spiritu sancto potest esse simul cum ipso: sed timor seruilis non habetur simul cum spiritu sancto, qui sine charitate non habetur, cũ qua non est timor seruilis. ergo timor seruilis non est a spiritu sancto.

22. q. 19. 4.

¶ 2 Præt. Sicut deus propter seipsum amandus est, ita

propter seipsum timendus est: sed amor mercennarius, quo quis amat deũ propter bona temporalia, non est a spiritu sancto cum sit illicitus, quia plus amantur illa bona temporalia, quàm deus. ergo & timor seruilis, quo deus propter pœnas timetur, non est a spiritu sancto.

qui dicitur castus: est autem alius timor qui non dicitur castus. Discernamus istos duos timores, & intelligemus consonantiam tibiarum. Quomodo discernimus? Attendat charitas uestra. Sunt homines qui propterea timent Deum, ne mittantur in gehennam, ne forte ardeant cum diabolo in igne æterno: ipse est timor qui introducit charitatem. Sed sic uenit ut exeat. Si enim propter pœnas timeas Deum, nõdum amas quem sic times: non bona desideras, sed mala caues. Sed ex eo quia mala caues, corrigis te, & incipis bona desiderare. Quæ cũ desiderare cœperis, erit in te timor castus. Quid est timor castus? Timere ne amittas illa bona, timere Deum ne recedat a te. Cum autem times Deum ne te deserat præsentia eius, amplecteris eum, ipso frui desideras.

¶3 Præt. Illud quod nascitur ex radice peccati, non est a spiritu sancto: sed timor seruilis ex tumore nascitur, qui est radix peccati. unde super illud Iob 3. Quare non in vulua mortuus sum &c. dicit Gregor. Cum ex peccato præsens pœna metuitur, & amissa dei facies nõ amatur, timor ex tumore est, non autem ex humilitate. ergo videtur quòd timor seruilis non sit a spiritu sancto. — Lib.4.c.28.

Sed contra. Roma. 8. Non accepistis spiritum seruitutis &c. glo. Vnus spiritus est, qui facit duos timores, scilicet seruilem, & castum: sed castus timor constat quòd est a spiritu sancto. ergo & seruilis.

¶2 Præt. Non est minus timere deum, quàm credere: sed fides etiam informis est a spiritu sancto. ergo & timor seruilis est a spiritu sancto.

II Vlterius. Videtur quòd vsus timoris seruilis non sit bonus. Vsus enim bonus est, quo fit bonum & bene: sed secundum Augustinum super illud Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis &c. In timore seruili etiam si aliquid fiat bonum, non tamen bene. ergo vsus eius est malus. — De gr͞a noui test.c.21. episto. 120. ad honoratum.

¶2 Præt. Omnis actus timoris ex aliquo amore procedit: sed actus timoris seruilis non procedit ex amore charitatis. ergo procedit ex amore libidinoso. ergo est malus.

¶3 Præt. Vna circunstantia indebita facit totum actum malum: sed actus timoris seruilis videtur esse seruiliter timere, quæ est circunstantia turpis. ergo vsus timoris seruilis est malus.

Sed contra. Cuius vsus malus est, ipsum etiam malum est: quia non potest arbor bona fructus malos facere. Matth.7. sed timor seruilis est bonum cum sit a deo. ergo vsus eius bonus est.

¶2 Præt. Vsus timoris seruilis est abstinere a peccato, & ad sapientiam introducere: hoc autem est bonum. ergo vsus seruilis timoris est bonus.

III 22. q.19.6. Vlterius. Videtur quòd timor seruilis non tollatur adueniente charitate. Timor enim seruilis a fide informi consurgit: sed fides informis manet secundum substantiam habitus, & formatur charitate quæ aduenit. ergo & timor non expellitur charitate adueniente.

¶2 Præt. Per charitatem aduenientem non tollitur nisi peccatum, & quod est ex peccato introductum: hoc autem non est timor seruilis cum sit a deo. ergo non expellitur charitate adueniente.

¶3 Præt. Quod se habet ex additione ad aliud, includit illud, & non tollit: sed timor initialis se habet ex additione ad seruilem, quia timet pœnam sicut seruilis, & vlterius separationem. ergo timore initiali adueniente non expellitur timor seruilis. ergo nec adueniente charitate, sine qua non est timor initialis.

Sed contra est, quod dicit August. in litera, quòd adueniente charitate pellitur timor seruilis.

¶2 Præt. Libertas non compatitur secum seruitutem: sed charitas adueniens libertatem facit, quia vbi spiritus domini, qui sine charitate non est, ibi libertas 2. Cor. 3. ergo timor seruilis expellitur adueniente charitate.

¶3 Præt. Nullus principaliter timens pœnam habet charitatem: sed quicumque habet timorem seruilem est huiusmodi. ergo &c. — F

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd secundum Philosophum in 1. meta. Liber est, qui sui causa est: seruus autem per contrarium intelligendus est, qui alterius causa est, & non sui. — Cap. 3

Quomodo distent duo timores, per similitudinem duarum mulierum ostendit.

Non potes melius explanare quid intersit inter hos duos timores, ꝙ si ponas duas mulieres maritatas, quarum unam constituas uolentem facere adulterium, sed timet ne damnetur a marito. Timet maritum, quia adhuc amat nequitiã. Huic non est grata, sed onerosa mariti præsentia. Sed si forte uiuit nequiter, timet maritum ne ueniat. Tales sunt qui timent diem iudicij. Fac alteram amare virum, debere illi castos amplexus, nulla se adulterina immunditia maculare uelle. Ista optat præsentiam uiri: ista timet, & illa timet. Iam ergo interogentur quare timeant? Illa dicet, timeo uirum ne ueniat: ista dicet, timeo uirum ne discedat. Illa dicet, timeo uirum ne damnet: ista dicet, timeo virum ne deserat. Pone hoc in animo & inuenies timorem quem foras mittit charitas, & alium timorem castum permanentem in sæculum sæculi. Illum timorem perfecta charitas foras mittit: quia ille timor tormentum habet, torquetur conscientia peccatorum, nondum facta est iustificatio. Est ibi quod titillat mentem, quod pugnat, quod stimulat. Stimulat ille timor, sed intrat charitas, quæ sanat qd̃ vulnerat timor. Timor castus facit securitatem in animo. Audiuimus duas tibias consonantes. s. Dauid, & Ioannem. Illa de timore Dei dicit, quo timet anima ne damnetur: illa de timore, quo timet anima ne deseratur. Ille est timor quem charitas excludit: ille est timor qui permanet in sæculum sæculi. Ecce his uerbis prædictis aperte ostendit August. quis sit timor castus, & quis seruilis, & qualiter differant. In quibus etiam initialem timorem significauit, qui nec ex toto est seruilis, nec ex toto est castus: sed tamquàm medius aliquid de seruili, & aliquid de casto timore habet. Facit enim seruire partim timore penæ, partim amore iustitiæ, per quem timemus puniri, & timemus offendere. Iste timor est in inchoata charitate, nõ in perfecta: & quantum crescit charitas, tantum decrescit iste timor quantum ad meritum pœnæ, idest, quantum ad id quod facit timere penã, & quantum ad tormentũ conscientiæ. Nam quanto magis diligimus, tanto minus timemus. Iste timor notatur in illis uerbis August. ubi non negat timorem esse in charitate inchoata, sed perfecta. Quod nõ posset dici de seruili: quia, vt ipse supra dixit, seruilis timor non remanet ueniente charitate, nec intrat charitas, nisi prius ille timor exeat:

Sumus autem causa eorum, quæ ad nos pertinet, per voluntatem: vnde illud dicitur aliquis facere libere, quod spontanea voluntate facit. Illud autem seruiliter, ad quod faciendum sibi voluntas deest: facit autem illud coactus ab alio violentia, vel metu, & ideo cum tristitia: quia omne coactum est contra voluntatẽ & triste, vt dr̃ in 5. meta. & sm̃ hoc dicit aliquis ex libertate spiritus aliquid facere, quia beneplacito suæ voluntatis delectabiliter facit: timore autem seruili, quod facit coactus metu pœnæ, & per consequens cum tristitia: mallet .n. non facere, nisi pœna timeretur. Patet igit̃ ꝙ seruilitas ex illa parte consequitur timorem, quo ad aliquid faciendum, vel dimittendum inclinat. Hæc autem inclinatio non intrat essentiam timoris, sed est effectus eius: essentiam vero suam habet ex comparatione ad proprium obiectum, quod est pœna æterna, quam fides indicat. Vnde seruilitas est accidens timoris, & non intrat essentiam eius: & ideo essentia eius bona est, quia refugere pœnas æternas non est nisi bonum. Vnde seruilis timor secundum essentiam suam est a spiritu sancto, non tamen donum spiritus sancti nisi communiter loquendo, vt dicimus, Omne quod a spiritu sancto datur, donum eius esse. Sic autem non loquimur de donis, sed illa seruilitatis conditio quæ includit priuationem voluntaris iustitiæ, non est a spiritu sancto. — Aug. sup. epist. Ioan. Tract. 9. per to[tum] 45. & 4. nouiss[imo] ... 11. — T. ca... — G — H — I

Ad primum igitur dicendum, quòd quædam sunt a spiritu sancto, quæ non sunt cum spiritu sancto: sicut fides informis, & timor seruilis: quod quidem non est nisi propter defectum comitantem. Quædam vero sunt a spiritu sancto, & cum ipso sunt, sicut charitas: quædam vero cum ipso, sed non ab ipso, sicut peccatum ueniale: quædam vero nec ab ipso, nec cum ipso, sicut mortale.

¶Ad secundum dicendum, quòd obiectum amoris est bonum: sed obiectum timoris, prout nunc loquimur, est malum quod fugitur. In deo autem est bonitatem inuenire, & ideo est propter seipsum, & non propter aliud diligendus: sed nullum malum in ipso est. Est autem ab ipso aliquod malum, scilicet malum pœnæ: & ideo propter pœnam, quam infligit, deum timere non est malum secundum se. Quomodo autem timore reuerentiæ bonum excellens timeatur, infra dicetur. — K — Infra q.5. in fine.

¶Ad secundum dicendum, quòd Gregorius loquitur de timore ratione seruilitatis, inquantum scilicet peccatum voluntate retinet, quod patet ex hoc quod præmissis verbis subiungit, Superbit quippe qui peccatum, si liceat non puniri, non deserit. Vel dicendum, quòd timor ille, ex quo nascitur timor seruilis pœnæ, quantum ad actum suum non est timor inordinatus, qui est radix peccati: sed est timor naturalis, quo quis omne nociuum naturaliter refugit.

Ad secundam quæstionem dicendum, ꝙ quicquid est de substãtia habitus, oportet ꝙ in actu eius relucescat, eo ꝙ quales sunt habitus, tales actus reddunt, vt dicitur in 2. ethic. non aũt oportet ꝙ omne qd̃ accidit alicui habitui, semper in actu eius manifestet: sicut fidei informi accidit habere aliquid repugnans charitati, nõ tñ oportet ꝙ semper in actu eius charitati repugnans aliquid inueniatur. Cum igitur seruilitas timoris habitui accidat ex imperfectione subiecti, vt ex dictis patet, non oportet quòd actus eius semper cõditiones seruilitatis in se habeat, sed poterit habere bonitatem proportionatam substantiæ sui habitus, nõ. s. meritoriam, sicut nec habitus habet bonitatem gratuitam. Et quia habitus perfectam rationem bonitatis nõ habet, ideo defectus alicuius debitæ bonitatis in actu, siue deordinatio aliqua non repugnat substãtię habitus, sicut repugnat oĩs actus inordinatus habitui virtutis, qui habet bonitatem p̃fectam. Et propter hoc virtutis vsus semper est bonus, peccati autẽ semper est malus: sed timoris seruilis actus potest esse & bonus, & malus. — Cap. 1 — In cor. art.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Aug. loquitur q̃n aliquid fit timore seruili ratione suę seruilitatis.

¶Ad secũdũ dicendũ, ꝙ actus timoris seruilis quando bonus est, non est ex amore gratuito, neque ex amore libidinoso, sed ex amore naturali, quo quis vult consistentiam, & bene esse sui subiecti: & ideo horret omnem pœnam siue quam experientia docet, sicut in naturali timore: siue quam fides demonstrat, sicut in seruili.

¶Ad tertium dicendum, quòd nõ semper timere seruiliter est actus timoris seruilis, vt ex dictis patet. — In corp.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd timor seruilis manet adueniente charitate quantum ad substantiã, sed non quantum ad seruilitatem. Constat enim ꝙ homo charitatem habens timet pœnas æternas, quod erat proprium obiectum eius quantum ad substantiã habitus: qd̃ enim hæc plus quàm alia timeat, non est de ratione habitus, sed de ratione seruilitatis. Et per hoc patet solutio ad vtramque partem rationis. — D

Articvlvs III.

Vtrum timor castus sit idem in substãtia cum timore seruili.

22. q.19.5. Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ timor castus sit idem in substãtia cum timore seruili. Sicut enim se habet timor seruilis ad fidem informem, ita timor castus se habet ad fidem formatam. ergo commutatim, sicut se habet fides informis ad fidem formatam, ita se habet timor seruilis ad castum: sed fides formata est idem in substãtia cum fide informi. ergo & timor castus cum seruili.

¶2 Præt. Separatio a deo, quam timet timor castus, includitur in pœna æterna, quam timet timor seruilis: sed sicut se habent obiecta, ita se habent habitus. ergo timor castus includitur in timore seruili, & ita non differunt secundũ substãtiã. — E

¶3 Præt. Ea, quorum vnum est ratio alterius, ad eundem habitum pertinent, sicut dilectio dei & proximi: sed separatio a deo est ratio omnis pœnæ æternæ. ergo ad eundem habitum pertinent. ergo timor castus & seruilis non differunt secundũ substantiã habitus.

Sed contra. Plus distat a perfectione doni timor seruilis, quàm virtus quæ est timore seruili perfectior, vt dictum est: sed donum timoris differt secundum substãtiam habitus a virtute. ergo multo fortius a timore seruili.

¶2 Præt. Habitus diuersificantur per actus & obiecta: sed inhonestum, vel turpe quod timet timor castus, & triste, siue pœnale quod timet seruilis timor, non dicuntur malum vna ratione, neque vniuoce. ergo timor seruilis & castus non sunt idem habitus. — A

II 22.q.19.8 Vlterius. Videtur ꝙ initialis differat secũdum substantiam a casto. Initialis enim includit seruilem, quia timet pœnam: sed seruilis secundum substantiam habitus differt a casto. ergo & initialis.

¶2 Præt. Idem nõ diuiditur contra seipsum: sed timor castus in litera diuiditur contra initialem. ergo non est idem secũdum substantiam cum ipso. — B

¶3 Præt. Sicut initialis est perfectior seruili, ita castus ẽ perfectior initiali: sed initialis nõ est idem cum seruili: si enim sit idẽ, non erit idem cum casto, qui differt secundum substantiam a seruili, vt probatum est. ergo & castus non est idem cum initiali. — C

Sed contra. Perfectum & imperfectum non variat substantiã habitus: sed timor castus & initialis differunt secundum perfectum & imperfectum. ergo non differũt secundum substantiam habitus.

¶2 Præt. Habitus distinguuntur per actus & obiecta: sed idẽ est obiectum quod principaliter respicit timor initialis & castus, vt probatum est. ergo sunt idem secundum substãtiã habitus.

III Vlterius. Videtur ꝙ timor castus diminuatur charitate crescente. Timor enim initialis & castus, vt probatum est, sunt idem secundum substantiam: sed timor initialis decrescit charitate crescente, ut in litera dicitur. ergo & timor castus.

¶2 Præt. Omnis timor habet pœnam vt dicitur 1. Ioan. 4. sed charitas perfecta non habet pœnam. ergo quanto crescit charitas, tanto quilibet timor decrescit. — D

¶3 Præt. Vbi est impossibilitas separationis, ibi nõ est timor separationis. ergo quanto aliquis difficilius separatur a deo, tanto minuitur separationis timor: sed quanto charitas magis crescit, tanto aliquis difficilius a deo separatur, quia strictius ei colligatur. ergo quanto magis crescit charitas, tanto magis decrescit separationis timor, qui dicitur castus.

Sed contra. Timor castus est donum spiritus sancti: sed omnes virtutes & dona simul crescunt, sicut & simul infunduntur. ergo crescente charitate crescit timor castus.

¶2 Præt. Amor est timoris causa: sed crescente causa crescit effectus. ergo charitate crescente crescit timor.

IIII 22.q.19.11. Vlterius. Videtur ꝙ timor euacuet̃ gloria adueniẽte. Ratio enim timoris est possibilitas ad malum: sed in illis qui sunt in gloria, nõ est possibilitas ad aliquod malum, quod est timoris obiectum. ergo non erit ibi timor aliquis.

¶2 Præt. Spes videtur esse maioris perfectionis quàm timor, quia spes perficitur per fortitudinem cordis, timor autem per debilitatem, vt dictum est: sed spes non manet in patria. ergo multo minus timor. — E

¶3 Præt. Omne quod est perfectionis est in deo: sed timor nõ est in deo, ergo non est perfectionis. ergo excluditur adueniente gloria.

Sed contra. Timor domini sanctus permanet in seculum sæculi.

¶2 Præt. Timor debetur summæ maiestati, Malachiæ. 1. Si ego dominus, vbi est timor meus? sed in futuro exoluemus deo quicquid ei debemus. ergo timebimus ipsum.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd duplex est malum, quoddam quod consistit in voluntate eius cui inest, quod dicitur malum culpæ: quoddam vero est malum contra voluntatẽ eius cui inest, quod dicitur malũ pęnę.

Malum

Malum autem culpæ abhorret quis vel ex hoc quòd declinat a rectitudine rationis, & sic est timor inhonesti contrarij inditus cuilibet virtuti: vel ex hoc quòd declinare facit ab ipso Deo, & sic pertinet ad donum timoris. Horror autem declinationis a regula aliqua, est propter amorem regulæ. Vnde timor qui est donũ, causatur ex amore dei, & ideo dicitur timor amicabilis, vel filialis, inquantum deus dicitur pater noster: vel etiam castus, inquantum deus dicitur metaphorice sponsus animarum nostrarũ. Timor autem seruilis: vt supra dictũ est, inclinat ad aliquid faciendũ cõtra voluntatem.

nec in illo timore aliquis credit in Deum, & si credat Deo: nec benefacit, etiam si bonum est quod facit. Non est ergo ille timor in charitate etiam inchoata: quia omnis qui charitatem habet, licet nõ perfectam & in Deum credit, & bona opera facit. Quare seruilis non est timor ille, quem in charitate incohata fore concessit, & quem crescente charitate decrescere dixit: sed ille est timor initialis, quem

Sup. art. 2. in c.

G

Vnde oportet q̃ illud malum habeat quasi obiectum propriũ quod est contra voluntatem, ex hoc rationem mali habens, quod est malum pœnæ: & ita timor seruilis & castus non habent idem obiectum, sed diuersa: & propter hoc differunt secundum subtantiam habitus.

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd idem est fidei formatæ & informis obiectum, non autem timoris seruilis & casti. Proportio autem commutata non tenet in omnibus, sed in numeris & magnitudinibus, vt dicitur in .1. posteriorum.

Cap. 5. tex. c. 13.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut amicus, quamuis delectationem habeat ex præsentia amici, non tamẽ propter hoc quærit amici præsentiam, vt in ipso delectetur: sed propter amicũ ipsum, cui vult coniungi quantumcumque poteſt: & ita timor castus non timet separationem inquantum est pœna, sed inquantum est elongatio ab amato.

H

¶ Ad tertium dicendum, q̃ illud quod est ratio alterius sicut formaliter complens obiectum, non pertinet ad alium habitũ, vel potentiam, sicut lux & color: & hoc modo deus est ratio diligendi proximum per charitatem. Sed illud quod est ratio alterius sicut causa, nõ oportet quòd ad eundem habitum pertineat, nec etiam ad eandem potentiam, sicut calor qui est ratio odoris cognoscitur tactu, odor autem olfactu. Et similiter separatio a deo dicitur esse ratio pœnæ æternæ sicut causa: vnde non oportet q̃ ad eundem habitum pertineat.

AD SECVNDAM quæstionem dicẽdum, q̃ in quolibet dictorum timorum est considerare duos actus. Vnum principalem, quẽ timor elicit, s. fugere hoc malum, vel illud. Alius est secundarius, quem timor imperat, s. facere, aut dimittere hoc vel illud propter fugam illius mali cuius est timor. Timor ergo initialis quantum ad primum actum, non differt a timore casto: quia timere pœnas æternas non est actus timoris initialis, sed compatitur secum istum actum, sicut & timor castꝰ: sed actus timoris initialis est timere separationem sicut & casti, quamuis non ita perfecte. Sed in secundo actu differt castus timor & initialis, quia initialis non solum imperat actum aliquem, vel dimissionẽ propter separationem, sed etiam propter pœnam: quod non contingit in timore casto, qui ad solam separationem oculum habet. Actus autem imperati per accidens comparantur ad habitus imperantes: & ideo timor initialis & castus sunt idem in subſtantia habitus, differunt tamen accidentaliter, vt ex dictis patet.

I

In corp.

AD PRIMVM igitur dicendum, q̃ initialis non includit seruilem secundum essentiã, sed inquantum concurrunt ad vnum actum imperandum.

K

¶ Ad secundum dicendum, q̃ diuiduntur ex opposito ratione illius accidentis in quo differunt, s. perfectionis & imperfectionis in actu elicito: & quantum ad motiuum in actu imperato, vt dictum est.

In corp.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ timor seruilis differt in obiecto, & per consequens in principali actu a timore initiali, non autem initialis a casto, vnde non est similis ratio.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̃ in istis timoribus est duplex actus, vt dictum est. Si ergo loquamur de actu elicito, sic aliter dicendum est in timore seruili, & aliter in initiali & casto. Actus enim elicitus a timore initiali & casto est timere separationem, ad quod duo requiruntur. Vnum ex parte subiecti, quod imperfectionis est, s. possibilitas ad separationem, quia de impossibili non est timor. Aliud ex parte obiecti, s. amor eius, a quo quis timet separari, quia ab eo qd quis non amat, separari non curat, & hoc perfectionis est. Augmẽtum ergo charitatis facit crescere actum timoris separationis quantum ad hoc quod perfectionis est, sed facit decrescere quantum ad hoc quod imperfectionis est. Et quia habitus ad hoc sunt, vt imperfectionem a subiecto abiiciant, ideo crescente charitate crescit habitus timoris casti & initialis. Actum autem quẽ elicit habitus timoris, qui prius erat seruilis, charitas similiter facit decrescere q̃tum ad possibilitatem pœnæ: quia quanto charitas ẽ maior, tãto est maior remotio a pœna. Sed non facit ipsum crescere q̃tum ad comparationẽ ad obiectũ: quia charitas non est amor directe illius boni, cui contrariatur illa pœna. Nec iterũm quantum ad hoc facit decrescere nisi secundum comparationem, secundum quod charitate crescente semper extenditur magis & magis a timoris casti actu. Si autem loquamur de actu imperato ab istis duobus timoribus, sic nullo modo actum timoris casti diminuit, sed actum timoris seruilis semper diminuit: & perfecta charitas quantum ad hoc eum foras mittit, ut numquam iam oculus habeatur ad pœnam in agendis, vel dimittendis. Actum vero timoris initialis diminuit quantum ad hoc, q̃ habet oculum ad separationem.

non esse negat esse in charitate, nisi perfecta sit.

Quòd timor seruilis & initialis dicitur initium sapientiæ, sed differenter.

CIendum est tamen quòd vterque timor. s. seruilis & initialis, in scripturæ diuersis locis dicitur initium sapientiæ, & ita comperies si diligẽter annotaueris loca scripturæ, in quibus de timore domini fit mentio. Ex alia tamen ratione, & causa diuersa dicitur seruilis initium sapientiæ, & ex alia initialis. Seruilis enim ideo dicitur initium sapiẽtię, quia præparat locũ sapientiæ, & ducit ad sapientiam, sed tamen nõ remanet cum ea, immo foras exit. Initialis vero dicit initium sapientiæ, quia est cũ inchoata sapientia, quẽ cum quis habere incipit, sapiẽtiam & charitatem habere incipit, inde est q̃ vterq; timor dicitur initialis: quod inuenire poteris per diuersa scripturæ loca. Vterque etiã timor interdum dicitur seruilis, quia ipse initialis qui est in charitate inchoata, aliquid habet de seruili. s. angorem pœnæ: sicut & aliquid habet de casto, scilicet quòd timet offendere, ac separari.

AD PRIMVM igitur dicendum, q̃ initialis in litera non dicitur diminui quantum ad hoc q̃ habet commune cum casto amore, sed quantum ad hoc quod habet commune cum seruili.

In corp.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ timor non habet pœnam, nisi quantum respicit aliquid, quod contrariatur voluntati. s. pœnam, & hoc est seruilis & initialis timoris.

¶ Ad tertium, & ad alia sequentia patet solutio per id quod dictum est.

In corp.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, q̃ timor proprie loquendo, habet malum pro obiecto, non autem quod libet malum, sed malum in arduo constitutum, alias non esset in irascibili. Malum autem quod facile vinci, aut vitari potest, non timemus, sed odimus tantum. Malum autem separationis a deo est in arduissimo constitutum: vnde quando possibilitas ad hoc malum tollerur, remanebit adhuc operanto hominis ad deum vt ad arduum: & ideo tollertur timor quãtũ ad hunc actum, qui est timere separationem, sed manebit quãtum ad actum, qui est admirari, vel reuereri illud arduũ, quod fit quando ex consideratione tantæ altitudinis homo in præsentia resilit paruitatem.

¶ Et per hoc patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ spes ponit distantiam ad illud arduũ, non autem timor: & ideo spes non manet sicut timor.

¶ Ad tertium dicendum, quòd subdi superiori est de perfectione creaturæ, nõ autem de perfectione creatoris. Non enim quod est perfectionis in vno, est perfectionis in altero, & præcipue in deo. Differt enim perfectio naturæ conditæ, & glorificatæ, & increatæ, vt in secundo distin. 4. dixit magister.

QVAESTIO III.

C

Deinde quæritur de alijs duobus donis subsequentibus.

¶ Et primo, Quæritur de fortitudine.
¶ Secundo, De pietate.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fortitudo quæ est donum, differat a fortitudine quæ est uirtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd fortitudo quæ est donum, non differat a fortitudine quæ est virtus. Quia secundum Dio. in ce. hierar. spiritualium proprietates ex nominibus nos oportet accipere: sed habitus, virtutes, & donum communicant in nomine fortitudinis. ergo communicãt in proprietate, & ita videntur esse idem secundum rem.

11. de ecc. cap. 5.

¶ 2 Præt.

Lib. 1. c. 12.

¶ 2 Præt. Gregor. dicit in principio moralium, q̃ fortitudo est quæ dat confidentiam trepidanti, & loquitur de dono fortitudinis: sed hoc idem pertinet ad fortitudinem quæ est virtus, quia est circa timores imperturbatus virtuosus fortis, vt dicitur in 3. Ethic. ergo sunt idem.

A

Cap. 11.

¶ 3 Præt. Donum vt dictũ est, differt a virtute inquantũ excedit ipsam: sed fortitudinis virtus cum sit circa difficillimũ, quod est mors, non potest excedi ab aliquo. ergo donum fortitudinis nõ differt a fortitudine, virtute.

SED CONTRA. Diuersorum generum, & non subalternatim positorũ diuersæ sunt species & differentiæ, secundum Philosophum 1 anteped. sed donum & virtus sunt huius generis. ergo fortitudo, quæ est in genere doni, differt a fortitudine quę est in genere virtutis.

B

Cap. 10.

¶ 2 Præt. In lib. de spiritu & anima dicitur, quòd fortitudinis est non tantum terrenas cupiditates deprimere, sed penitus obliuisci: sed cupiditates non sunt materia fortitudinis, quæ est virtus. ergo oportet q̃ intelligatur de dono fortitudinis: & ita videtur quòd non sit vna fortitudo, quæ est donum, & quæ est virtus.

VLTERIVS. Quæritur, quis sit actus eius in via. Et videtur quòd non habeat vnum actum: quia sicut communiter dicitur, fortitudo exequitur in illis, ad quæ non omnes tenentur, in quibus etiam consilium dirigit, sicut sunt opera supererogationis: sed hæc non possunt reduci ad vnum actum secundum speciem, cum huiusmodi opera fere secundum omnes virtutes inueniantur. ergo fortitudo non habet vnum actum secundum speciem.

¶ 2 Præt. Greg. dicit, q̃ spiritus fortitudinis est miraculis & doctrina fulgere: sed hæc duo sunt diuersa genera & adinuicem, & ad alios actus: qui dono fortitudinis assignantur. ergo idem quod prius.

Lib. 1. c. 7.

¶ 3 Præt. August. dicit in lib. de doctrina christiana, ubi loquitur de donis, q̃ fortitudinis est ab omnium transeuntiũ mortifera iucunditate seipsum sequestrare. Grego. autem dicit q̃ fortitudo circa aduersa fiduciam dat trepidanti: sed hæc duo non reducuntur ad vnum genus, cum vnum videat pertinere ad materiam temperantiæ, aliud autem ad materiam fortitudinis, vel patientiæ. ergo videtur q̃ non habeant vnũ actũ.

Lib. 1. c. 23.

SED CONTRA. Habitus distinguuntur per actus: sed fortitudo donum, est vnus habitus. ergo habet vnum actum.

¶ 2 Præt. Donum est simplicius quàm virtus, cum sit sublimius: sed fortitudo virtus habet vnum actum principalem, s. sustinere pericula propter bonum. ergo multo fortius donum fortitudinis habet vnum actum.

VLTERIVS. Quæritur de actu fortitudinis in patria. Et videtur quod ibi nullum actum habeat; quia in quarta beatitudine ponitur ad statum gloriæ pertinens saturari: sed hoc non significat aliquem actum: cum ergo quarta beatitudo dono fortitudinis adaptetur, videtur quòd non habeat aliquem actum in patria.

¶ 2 Præt. Proprium fortitudinis videtur esse difficilia sustinere: sed in patria omnis difficultas tolletur, alias nõ esset ibi summa delectatio. ergo non erit ibi actus fortitudinis.

Greg. supra Ezech. li. 1. Hom. 3.

¶ 3 Præt. Fortitudinis actus ad vitam actiuam pertinet: sed vita actiua, vt sancti dicunt, nõ remanebit in patria, sed contemplatiua tantum. ergo non erit ibi actus fortitudinis.

SED CONTRA. Habitus nihil aliud videtur esse, quàm habilitatio ad actum, vnde Com. dicit in 3. de anima, q̃ habitus est quo quis agit quando vult: sed habitus fortitudinis manebit in patria, vt magister supra per authoritates probauit. ergo & actus fortitudinis ibi erit.

¶ 2 Præt. Habitus sine actu est similis somno, secundũ Philosophum in 1. ethi. sed felix & beatus, vt ibi dicitur, non est similis dormienti, sed vigilanti, cum sit in vltima sua perfectione. ergo cum sit ibi habitus fortitudinis, erit actus.

Cap. 10.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q̃ dona a virtutibus, vt dictum est, differũt inquantum dona altiori modo operantur. Et secundũ hoc oportet accipere differẽtiam doni fortitudinis a fortitudinis virtute. Modus autẽ vnicuique ex propria mensura præfigitur, vt dictum est prius. Vnde scitẽ dum est q̃ fortitudinis virtus mensuram sui actus habet humanas vires. vnde ea quæ supergrediũtur vires hominis neque aggreditur, neque sustinet. Vnde Philosophus in 3. ethi. dicit, q̃ fortis est instupefactibilis vt homo, in his. s. terribilibus, quæ sunt secundũ hominẽ.

Cap. 9.

De hoc quod Augustinus dicit, casum timorem esse æternum.

ILLVD quoque diligenter est notandum, quòd in superioribus Augustinus dicit, castum timorem esse æternum: per quod confirmatur præmissa sententia, scilicet quòd spiritus timoris erit in futuro sicut & alia dona Spiritussancti: sed non habebit omnem illum vsum, quem modo habet. Faciet enim nos tunc reuereri Deum, non timere separari, vel carere. Fuit ergo in Christo timor ille, sed iuxta illum vsum, quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit Christus separari, vel offendere Deum, sed eum præ omnibus reueritus est.

C

Sed donum fortitudinis habet pro mẽsura sui actus diuina potentia, de cuius auxilio confidit, sicut dicitur in psal. In deo meo transgrediar murum, idest, omne quod posset humanæ infirmitati obuiare.

Psal. 57.

AD PRIMVM igitur dicendum, q̃ fortitudo, donum, & virtus conueniunt in aliqua proprietate, q̃ia vtrumque est ad aliquid difficile sustinendum: sed non oportet q̃ sint omnino idem in re.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ trepidatio ex duobus potest cõsurgere. Vno modo tantum ex difficultate aduersantium, & hanc trepidationem reprimit fortitudinis virtus. Alia ex difficultate aduersantis, simul & infirmitate hominis ad resistendum, vel etiam impotentia: & hanc trepidationem reprimit donum fortitudinis ex fiducia diuini auxilij.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ virtus fortitudinis est circa difficillima secundum genus, non tamen secundũm comparationem ad operantem, quia non excedunt vires eius. Sed fortitudinis donum etiam est circa illa, quæ excedũt humanã facultatem. Nec tamen stulte, quia non excedũt facultatem diuinæ potentiæ, cui donum illud innititur.

D

Psal. 17.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ quanto aliqua potentia altior est, tanto ad plura se extendit. Et quia humana facultas est infirma respectu diuinæ facultatis, ideo ad diuersas difficultates sunt ordinatæ diuersæ humanæ facultates: & quandoque separantur ab inuicem. Aliquis enim habet facultatem, vt facile superare possit difficultates quæ sunt in delectationibus, qui tamen non facile superare potest difficultates quæ sunt in passionibus illatis, & sic de alijs. Sed diuina facultas est vna & eadem respectu omnium prædictarum difficultatum. Et ideo quia fortitudinis virtus facultati humanæ innititur, non est respectu omnium difficultatum, sed respectu aliquarum, quæ sunt maximæ in genere humanarũ: vnde excellenter fortitudinis nomen habet. Ad alias autem difficultates sunt ordinatæ aliæ virtutes, quæ sunt facultates quædam. Sed fortitudinis donũ vitur diuina voluntate quasi sua, secũdum quod in psal. dicitur. Diligam te, domine, virtus mea: & ideo vnum donum fortitudinis se extendit ad omnes difficultates, quæ in humanis rebus possunt accidere etiam supra facultatem humanam, sicut Apostolus dicebat Philip. vlti. Omnia possum in eo qui me confortat. Et ideo oportet actum doni fortitudinis accipere circa omnia difficilia proportionaliter actui fortitudinis circa quædam difficilia. Cum autem fortitudo virtus, sit circa timores & audacias, habet duos actus. Vnum, qui est aggredi, inquantum moderatur audacias. Alium, qui est sustinere, inquantum moderatur timores. Sed hic actus est principalior, inquantum difficilius est sustinere difficultates præsentes, quàm tendere in absentes. Et similiter actus doni fortitudinis principalis est sustinere

omnes

omnes difficultates siue in passionibus, siue in operationib⁹: & ad hunc ordinatur alius actus, qui est difficilia & ardua aggredi spe diuini auxilij. Hi autem duo actus non differunt secundum speciem, quia vnus ad alium ordinatur, & eadem est ratio dirigendi in ipsis; & ideo donum fortitudinis habet vnũ actum secundum speciem.

An timor pœnæ in Christo fuerit seruilis, initialis, vel alius.

CVm autem fuerit in Christo timor pœnæ, quæritur an iste timor fuerit mundanus, vel seruilis, vel initialis. Ad quod dicimus, nullum eorum fuisse in Christo: quia timor mundanus malus est, ut supra dictum est, & in primo gradu cum mundo deseritur: seruilis vero, vel initialis in perfecta charitate non est. Nullus ergo timor istorum in Christo fuit. Quis ergo fuit timor ille, quo pœnam timuit? Potest timor ille dici naturalis, siue humanus, qui omnibus hominib⁹ inest, quo horretur mors, & formidatur pœna: & dicitur timor iste naturalis non quòd accesserit homini ex natura, secundum quod prius fuit instituta, quia non fuit iste timor concreatus homini, nec de bonis naturalibus: sed quia ex corrupta natura per peccatum omnibus aduenit, cui corruptio inoleuit, tanquàm esset naturalis, & est timor iste effectus peccati, vt dictum est.

Ad primvm igitur dicẽdum, ꝙ quia supererogationis opera maxime videntur habere difficultatem humanas vires excedentem, ideo præcipue circa illa dicitur esse donum fortitudinis: nihilominus est & circa alias difficultates, circa quas est etiã virtus communiter, sed non eodem modo, vt dictum est. In cor.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ad virtutem fortitudinis pertinet aliquid dupliciter. Vno modo sicut principale obiectum, vel actus: sicut mortis pericula, quæ propter bonum sustinentur. Alio modo sicut instrumenta, vel auxilia, quibus indiget fortis ad suum actum, vt arma, & societates bellantium. Ita etiam donum respicit ipsas difficultates, quæ sunt in passionibus & in operationibus humanis principaliter, sed miracula & doctrinam quasi auxilia ad suum actum: sicut patet in apostolis, qui miraculis & doctrina totum mundum sub fide captiuum duxerunt in obsequium Christi. Et secundum hoc dicit Greg. quòd ad donum fortitudinis pertinet miraculis & doctrina fulgere.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa quamuis pertineant ad diuersas virtutes, possunt tamen pertinere ad vnum donum, vt dictum est: & sic sunt idem obiectum specie, secũdum quod specificantur inde vnde specificatur donum.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd quicumque hoc operatur secundum aliquam mensuram, oportet ꝙ habeat aliquem actum, secundum quem respicit ad mensuram illam, & aliquem secundum quem respicit ad mensuratum. Vnde cum fortitudo mensuret actum suum circa difficultates ex diuina potestate, habet aliquem actum in comparatione ad difficultates quas sustinet, vel aggreditur: & aliquem in comparatione ad diuinam potestatem, cui innititur. Et primus actus non erit in patria, vbi difficultas nulla erit: sed secundus erit ibi, quia perfectissime diuinæ potentiæ innitetur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ etiam in corporalibus quamuis saturitas non nominet aliquem actum, tamen aliquid præsupponit. s. sumptionem cibi; ita & saturitas quæ ibi ponitur, quæ est repletio omnium, ex quorum defectu facultas contingebat, præsupponit quẽdam specialem esum, secundum quem homo ab ipsa diuina potentia bona prædicta sumit ei innixus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis vita actiua non maneat quãntum ad sui essentiam, manet tamen quantum ad sui mensuram in finem: quia in his quæ actiuæ vitæ sunt, ex ipsa diuina veritate regulamur.

In corp. & ad 2. ¶ Ad tertium patet solutio ex prædictis.

Articvlvs II.

Vtrum pietas sit donum.

22.q.121.1. AD secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ pietas nõ sit donum. Donum enim immediatius ordinat ad deum quàm virtus: sed pietas quæ est virtus, immediate in deum ordinat, quia secundum Aug. in 10. de ciui. dei. (Cap. 1.) proprie pietas dei cultus solet intelligi, quam græci theosebiam vocant. ergo pietas non est donum, cum non coniungat deo immediatius, quàm pietatis virtus.

Lib. 1. cap. 32. ¶ 2 Præt. Pietas secundum Greg. in principio moralium, est quæ docet opera misericordiæ frequentare: hæc autem pietas videtur esse idem cum misericordia, quæ est virtus. ergo cum Greg. ibi loquatur de pietate quæ ponitur donum, videtur ꝙ pietas quæ ponitur donum, sit virtus: nulla autem virtus est donum. ergo pietas nullo modo potest esse donum.

¶ 3 Præt. Pietas, secundum Tullium de part. orat. & de Inuent. lib. 2. est beniuolentia in parentes, & ponit eam partem iustitiæ: sed iustitia est virtus, ergo & pietas, ergo nõ est donũ.

F Sed contra est, quod dicitur Isa. 11. ibi enim inter dona computatur.

¶ 2 Præt. Pietas videtur esse excellentissimum in tota christiana vita, quia ad omnia valet, vt dicitur 1. Thi. Et hoc etiã dicit ibi glo. Amb. ergo pietas maxime debet poni donum. Cap. 4.

Vlterivs. Quæritur de actu pietatis, quem habet in via. Et videtur quòd nõ habeat vnum actum secundum speciẽ. Augu. enim in lib. de doct. chri. dicit, ꝙ pietatis est honorare sanctos, nõ contradicere scripturæ siue intellectæ, siue nõ intellectæ, & loquitur ibi de dono pietatis: quod patet ex his quæ dicit in quodam sermone de trinitate, vbi eundem actũ attribuit pietati, ad quem secundo loco inter dona ascenditur. Greg. autem assignat ei pro actu misericordiæ operibus insistere. Ergo cum ista dona non reducantur in idem genus, videtur ꝙ actus pietatis non sit idem secundum speciem.

¶ 2 Præt. Pietas, vt communiter dicitur, in eisdem exquiritur, in quibus scientia dirigit: sed scientia dirigit in omnibus actibus humanis, quia docet conuersari sine offensione in medio prauæ & peruersæ nationis: ergo & pietas est circa omnes humanos actus, & ita non habet solum vnum actum in specie.

H ¶ 3 Præt. Secunda beatitudo qua dicitur, Beati mites, ad pietatem reducitur: sed mititas, siue mansuetudo est circa passiones iræ, vt Philosophus dicit in 4. ethi. ergo & circa eadem est pietas: sed ipsa est etiam in communicationibus, quę sunt ad alterum, vt patet per authoritatem Greg. inductã. cum ergo hæc duo non reducantur ad idem genus, videtur ꝙ pietas non habeat vnum actum secundum speciem.

Sed contra. Est vnus habitus. ergo habet vnum actum principalem.

III Vlterivs. Quæritur de actu eius in patria. Et videtur quòd non habeat ibi aliquem actum, quia pietas in communicationibus consistit quæ ad alterum sunt: sed huiusmodi communicationes non erunt in patria, quia omnes sufficientiam ibi a deo accipient, propter insufficientiam enim vniuscuiusque in se introductæ sunt communicationes, vt patet per Philosophum in 5. ethic. ergo non erit ibi pietatis actus.

I ¶ 2 Præt. Ad pietatem pertinet misericordiæ opera frequentare, vt dictum est per auctoritatem Grego. sed ibi non erunt opera misericordiæ, vbi nulla erit miseria. ergo actus pietatis non erit in patria.

¶ 3 Præt. In secunda beatitudine quæ pertinet ad pietatem, ponitur quantum ad statum patriæ, possessio terræ: sed hoc non videtur aliquem actum importare. ergo pietas in patria nullum actum habebit.

Sed contra. Iustitiæ virtus magis videtur in patria permanere quàm fortitudo, vt prius dictum est. cum ergo donum fortitudinis quod respondet virtuti fortitudinis, habeat aliquem actum in patria, multo fortius pietas quæ respondet iustitiæ, vt uidetur.

¶ 2 Præt. In patria nihil erit otiosum & frustra: sed habitus frustra esset, si non in actum exiret, quia operatio est finis habitus. cum ergo habitus doni pietatis in patria maneat, & act⁹ eius ibidem manebit.

K Respon. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ tota moralis materia in tres partes diuiditur, s. in delectabilia, quæ carnalis affectus prosequitur: in difficilia quæ refugit: & in communicabilia quæ ad alterũ sunt, quæ potius in actione quàm passione consistunt. In singulis ergo eorum dirigit & donum, & virtus, sed differenter. Virtus enim dirigit in his accipiens regulam aliquid humanum; sed donum accipiens pro regula aliquid diuinum. In delectationibus ergo virtute dirigimur quasi dignitate humanæ naturæ, cuius deturpationem per temporales delectationes refugimus. Sed dono dirigimur quasi regula ipsa dignitate diuina, a qua separari per inquinationem huiusmodi bonorum refugimus, quod ad timorem pertinet. Similiter patet ex dictis, ꝙ differenter dirigit donum fortitudinis a virtutibus, quæ ad difficultates sustinendas, vel aggrediendas ordinantur. Et similiter contingit in communicationibus quæ ad alterum sunt, quia in his dirigunt virtutes accipientes pro mẽsura aliquid humanum, puta, obseruantes

decentiam, vel debitum eius qui communicationes facit: sed donum accipit in his regulam ipsum deũ, ut sicut dictum est, in fortitudine homo aggreditur difficilia vtens diuina potentia per confidentiam quasi sua: ita communicat se ad alterum vtens deo quasi seipso, ut. s. ea quæ ipsum decent in huiusmodi cõmunicationibus quasi deo vnitus exequatur. Vnde domin⁹ Matth. 5. ad beneficentiam cœlestis patri hortatur, qui solem suum facit oriri super bonos & malos. Et quia cõmunicatio, quæ ad diuina est, nomẽ pietatis habet, ideo & donum, quod in communicationibus diuinã mensuram habet, pietas nominatur. A

DISTINCTIO XXXV.

A

Quomodo differunt sapientia, & scientia.

POst præmissa diligenter cõsiderandum est, in quo differat sapientia a scientia. De hoc Augu. ita ait. Philosophi disputantes de sapientia, diffinierunt eam dicentes. Sapientia est rerum humanarum diuinarumque scientia. Ego quoque vtrarumque rerum cognitionem. i. diuinarum & humanarum & sapiẽtiam, & scientiam dici posse non nego. B Vtrum iuxta distinctionem Apostoli, qua dicit. Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, illa diffinitio diuidenda est, ut rerum diuinarum cognitio sapientia proprie nuncupetur: humanarum vero cognitio proprie scientiæ nomen obtineat. Neque vero quicquid sciri ab homine potest in rebus humanis, ubi plurimum su

Lib. 14. de tri. Ad primvm igitur dicendum, ꝙ donum immediatius ordinat ad deum quantum ad modum operandi, siue mensuram operis quàm virtus: non autem quantum ad obiectum, vel finem. Quàmuis ergo pietas virtus, quę latria dr̃, ipsi deo exhibeatur, in hoc tamen accipit aliquid humanum pro mensura. s. beneficium a deo acceptum, ratione cuius est debitor ei: sed pietas quæ est donum, acipit in hoc aliquid diuinum pro mensura, ut. s. deo honore impendat non quia sit ei debitus, sed quia deus honore dignus est, per quem modum etiam ipse deus sibi honori est. C

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ pietas donum in hoc differt a misericordia, quia misericordia studet ad releuandas miserias proximorum ex hoc, ꝙ sunt coniuncti vel sanguine, vel familiaritate, vel saltem naturæ similitudine, in omnibus aliquid humanũ pro mensura accipiens, sicut aliæ virtutes: sed pietas donum mouetur ad releuandas eorum miserias ex aliquo diuino. s. inquantum sunt filij dei, vel diuina similitudine insigniti. Vnde & magis proprie nomen pietatis habet, quæ diuinum quid sonat: quamuis & ipsa misericordia secundũ Aug. 10. de ciui. dei. (Cap. 1.) more vulgi pietas dicatur: quod ideo accidit, quia eam sibi deus quasi sacrificium placere testatur. Vnde & Philosophus dicit in 4. ethi. (Cap. 6.) quòd dona habent aliquid simile deo sacratis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ etiam in parentibus est aliquid diuinum respectu filiorum, inquãtum ipsi filijs causa sunt essendi: & ideo virtus beneficentiæ ad ipsos pietas vocatur, accipit tamen mensuram aliquid humanum, vt dictũ est, in quo differt a dono. D

In cor. Ad secvndam quæstionem dicendum, ꝙ pietas donum vno & eodem modo dirigit in communicationibus omnibus, quæ ad alterum sunt: aliam tamen mensuram accipiẽs quàm virtutes, quæ mensura, quia simplex est & vna, & ideo pietas vnus habitus est spiritualis, & ex comparatione ad hanc mensuram omnis eius actus specificatur.

Ad primvm igitur dicendum, ꝙ donum pietatis operatur & in materia latriæ, & in materia misericordiæ, quamuis alio modo ab eis: & ideo non est inconueniens, si illa duo ad pietatem pertineant. Exhibere enim reuerentiam sacræ scripturæ & alijs diuinis, ad latriam pertinere videtur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ scientia dirigit in omnibus humanis, in quibus exequuntur & timor, & pietas, & fortitudo: sed per quandam adaptationem scientia & pietas combinantur, quia in his quæ ad alterum sunt, homo operans quasi iudicium quoddam exercet: iudicium autem & imperium de agendis ad scientiam pertinet, sicut & ad prudentiam. Et similiter p quandã adaptationem fortitudini consilium combinatur, quia in rebus difficilibus, in quibus habet fortitudo executionem, præcipue consilia inquirimus, quamuis consilium in omnibus humanis dirigat. E

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ira & perturbat hominem in seipso, & commouet eum ad alium, inquantum est appetitus vindictæ: & per consequens mansuetudo hominem & in seipso perficit, & ad alterum: & ex hac parte mititas ad pietatem reducitur.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd de actu pietatis plus potest in patria remanere, quàm de actu fortitudinis. A Potest enim non tantum remanere actus, qui est per cõparationem ad mensuram, quam pietas donum attendit, scilicet adhęrere ipsi deo: sed etiam actus, qui est per comparationem ad eos quibus beneficia præstare paratus erat secundum affectum, vt. s. beniuolentiam ad eos seruet, & de eorum bonis cõgaudeat, & de suis etiam largiatur secundum modum istius vitę, secũdum quem superiores aliquid influunt inferioribus, secundum doctrinam Dionysii. *Cor. 12. De cęl. hierar. cap. 8.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ non erit communicatio ad supplendã indigẽtiam, sed ad augendam lętitiã.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ loquimur de pietate secundũ actum quẽ habet in via.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd possessio terræ præsupponit haustum sufficientiæ a deo, per quem possint in alios influere. vel secundum affectũ, vel ſm effectũ.

EXPOSITIO TEXTVS.

C *HIc timor malus est.* Non enim quandocumque timetur periculum carnis, dicitur timor humanus: neque quando timetur amissio boni temporalis, dicitur timor mundanus: sed tantum quando talis timor est inordinatus, & ideo semper sonat in malũ. *Cum autem Beda dixit &c.* Beda distinxit timores secundum quod retrahũt a malo culpæ, & distinxit secũdum retrahentia, quę sunt duo, pęna futura, & separatio a deo. Sed magister distinxit timores secundum inclinationes ad malum, & secundum retractionẽ non solum quantum ad motiua, sed etiam quãtum ad status. *Sed eo quòd mala times, corrigis te.* Contra. Aug. dicit quòd in timore seruili manet voluntas peccandi, ergo non corrigit se. Et dicendum, quòd manet voluntas non absoluta, sed conditionata, quæ velleitas dicitur, ut. s. peccaret, si impune liceret. *Sciendum tamen quòd vterque timor &c.* Videtur hoc esse falsum, quia sapientia est perfectius donum quàm timor, & ita timor non est principium eius. Et dicendum, ꝙ non est principium sicut creans essentiam eius, sed sicut dispositio ad ipsam, a quo incipit motus in sapientiam perueniens. D

Super psal. 118. super illis verbis. Confige timore tuo.

DIVISIO TEXTVS.

POstquàm determinauit magister de donis, hic ostendit differentiam quorundam donorum adinuicẽ, quæ maxime conuenire videntur. i. sapientiæ, scientiæ, & intellectus. Et diuiditur in partes duas. In prima, assignat differentiam. In secunda, remouet quædã dubia, ibi. *Et notandum quod intellectus &c. Circa primum duo facit.* Primo, assignat differentiam inter scientiam & sapientiam. Secundo, inter sapientiam & intellectum, ibi. *Ostensa differentia &c. Et notandum &c.* Hic remouet quædam dubia. Et primo, circa scientiam & intellectum: secundo, circa sapientiã, ibi. *Illud etiam sciendum &c.* Hic est duplex qõ. Primo, de vita actiua & contemplatiua. Secundo, de donis perficientibus in vtraque vita.

QVAESTIO PRIMA.

E

A

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, De diuisione vitæ in actiuam & contemplatiuam.
¶ Secundo, De vita contemplatiua.
¶ Tertio, De actiua.
¶ Quarto, De comparatione vnius ad aliam.

Articvlvs primvs.

Vtrũ uita cõueniẽter diuidatur per actiua et cõtẽplatiuã

AD primvm sic proceditur. Videtur quòd vita inconuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam. Viuere enim, vt dicit Philosophus in 2. de anima, viuentibus est esse: sed cõtemplatiuum & actiuum 22.q.179.1. T.com.37.

& actiuum non ostendunt differentiam in essendo, sed magis in operando. ergo non sunt differentiæ vitæ.

T.com.16. ¶ 2 Præt. Philosophus in 1. de anima dicit. Viuere secundum hoc principium, scilicet animam vegetabilem, inest viuētibus: sed anima vegetabilis nullo modo participat contemplationē, neque etiam agere ipsius est, sicut dicitur in 6. ethi. ergo vita inconuenienter diuiditur per actiuum & contēplatiuum.

Cap. 16.

Lect. 18. ¶ 3 Præt. In lib. de causis dicit, quòd vita est continuus motus ab ente sempiterno: sed motus operationem importat. cum ergo omnis operatio sit actio quædam, videtur quòd omnis

> peruacuæ vanitatis, & noxiæ curiositatis est huic scientię tribuo, sed illud tantum, quo fides saluberrima, quæ ad ueram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: qua scientia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantummodo quod homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam: aliud est scire quomodo hoc ipsum & pijs

vita sit actiua, & ita non erit differentia vitæ, actiuum.

T.com.18. ¶ 4 Præt. Philosophus in 2. de anima. diuidit viuere in quatuor. s. nutriri, sentire, & moueri secundum locum, & intelligere. ergo insufficienter diuiditur per has duas differentias actiuum & contemplatiuum.

Lib.19.c.3. ¶ 5 Pręt. Aug. in lib. de ci. dei. apponit tertium membrum. s. compositum ex vtroque. ergo videtur quòd insufficienter diuidatur per actiuum & contemplatiuum.

SED in contrarium sunt multæ authoritates sanctorum, quæ dicunt per Martham & Mariam Luc. 10. signari duas vitas, actiuam & contemplatiuam.

¶ 2 Præt. Vita hominis est secūdum id, a quo homo est homo: hoc autem est intellectus. cum ergo intellectus diuidatur in actiuum & contemplatiuum. i. speculatiuum & practicum, videtur quòd humana vita in hæc duo diuidi debeat.

Cap. 4. ¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in 9. ethi. illud dicitur esse vniuscuiusque vita, in quo maxime studet, sicut militis in pugnando, & ebriosi in potādo, vnde & in talibus ad amicos cōuiuere volunt: sed hoc, in quo maxime studet quis, est illud quod finem suæ vitæ ponit. cum igitur finis humanæ vitæ felicitas ponatur, quæ secundum philosophos in ciuilem & cōtemplatiuam diuiditur, vt patet in 10. ethi. videtur etiam ꝙ humana vita in actiuam & contemplatiuam diuidi debeat.

Cap.8.& 9

RESPON. Dicendum, quòd nomen vitæ ex hoc sumptū videtur, ꝙ aliquid a seipso potest moueri: & ideo ex hoc dicta sunt primo aliqua viuere, quia visa sunt a seipsis moueri, sicut plantæ per motum augmenti, & animalia per motum insuper localem. Ea vero quæ visa sunt nō moueri nisi ab alijs mota, dicta sunt mortua, vel vita carentia, sicut lapides, & ligna. Vnde etiam per quādam transumptionē ea, quorum principium motus in ipsis est, dicuntur viuentia, quamuis non seipsa moueant: sicut aquæ scaturientes impetu sui motus a terra dicuntur viuere. Aquæ autem immobiles congregatæ in lacunis, dicuntur aquæ mortuæ.

II VLTERIVS. Nomē vitæ attributum est omnibus operationibus, quas aliquis a seipso exercet non ab alio motus, etiam si motus non sint, sicut nomen motus ad operationem quamlibet solet transferri. Sicut dicitur sentire & intelligere motus, & secundum hoc non solum quæ mouentur a seipsis vel per augmentum, vel localiter dicuntur viuere, sed omnia quæ ex seipsis appetunt, sentiunt, intelligunt: hæc enim dicuntur operationes vitæ. Quàmuis aūt plures dictarum operationum in aliquo sint, ex illa tamen dicitur vita eius, quæ principalis in ipso est, sicut animalium vita dicitur in sentiendo, quamuis etiam nutriantur: & hominum in intelligendo, quāuis etiam sentiant: & hoc non solum est accipiendum secundum naturales potentias, sed etiam secundum habitus superadditos. Vnde vita vniuscuiusque hominis dicitur in hoc cōsistere, in quo summum studium impendit & curam, ut dicit Philosophus in 9. ethi. & sic accipiendo vitam, diuiditur in actiuam & contemplatiuam. Cum enim vita humana ordinata, quia de inordinata non intendimus, sicut est voluptuosa, quę nec humana est; sed bestialis, consistat in operatione intellectus & rationis: habet autem intellectiua pars duas operationes, vnam quæ est ipsius secundum se, aliam quæ ipsius est secundū quod regit inferiores vires, erit duplex vita humana. Vna, quæ consistit in operatione, quæ est intellectus secundū seipsum, & hæc dicitur contemplatiua. Alia, quæ consistit in operatione intellectus & rationis, secundum quod ordinat, & regit, & imperat inferioribus partibus, & hæc dicitur actiua vi-

F ta. Vnde secundum Philosophum in 6. ethi. agere proprie dicitur operatio, quæ est a voluntate imperata in ipso operante consistens, non in materiam exteriorem transmutandam transiens: quia hoc esset facere, quod est operatio mechanicæ artis. Morales enim virtutes, quæ in vita actiua perficiunt, circa agibilia dicunt. Cap. 5.

> opituletur, & contra impios defendatur, quæ proprio vocabulo appellatur scientia. De his quoque duabus uirtutibus idem Aug. differentiam inter eas assignans super psal. ait, Distat sapientia a scientia te stante sancto Iob, qui quodammodo singula diffiniens ait. Sapientia est pietas: scientia vero est abstinere a malis. Pietatem uero hoc loco posuit Dei cultum, quæ græce dicitur theosebia, quæ est in cognitione &

G

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ essentia rei ex operatione ipsius cognoscitur, & ideo ex operationibus, quibus per prius conuenit nomen vitæ, trāslatum est nomen ad ipsum esse, secundum quod alius est effectus talium operationū. Psal. 118.

¶ Ad secūdum dicendum ꝙ secundum animā vegetabilem dicitur esse viuere non quasi in operationibus eius tātum vita consistat, sed quia operationes eius sunt primæ operationes vitæ in nobis, per quem modum dicitur secundum tactum inesse sensus animalibus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa authoritas intelligenda est de vita, qua corpora cęlestia ponebantur a quibusdam viuere velut ex se mota, quam opinionem videtur sequi ille, qui librum illum condidit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Philosophus distinxit vitā secundum quod est communis omnibus viuentibus, sed nūc

H loquimur de diuisione vitæ humanæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illud tertium membrum apponitur ab Augu. non quantum ad diuersitatem vitæ, sed magis quantum ad diuersitatem viuentium. Quidam enim sunt qui exercitijs actiuæ insistunt principaliter, quamuis etiam quandoque contemplationis actus exequātur. Quidam vero sunt qui postpositis curis actiuæ, principaliter contemplationi student. Alij vero qui circa vtrumque insistunt. Sunt nihilominus & quædam operationes quæ vtrumque requirunt, sicut prædicatio, & doctrina, quæ a contemplatione incohatę in actionem terminant, sicut a causa in effectum procedentes, & hoc medium in extremis includitur.

ARTICVLVS II.

I

Vtrum uita contemplatiua consistat tantum in actu cognitiuæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vita cōtemplatiua consistat tantum in actu cognitiuæ, quia cōtemplationis finis est veritas: sed veritas tantum ad cognitionem pertinet, ergo vita contemplatiua tantum in operatione cognitiuę consistit. 21.C.

¶ 2 Præt. Vita contemplatiua a sanctis otium dicitur, & Philosophus etiam in 10. eth. dicit ipsam vacationem: sed voluntas est vis motiua. cū ergo motus otio & vacationi repugnet, videtur ꝙ vita contemplatiua non consistat in actu affectiuæ, sed solum in actu cognitiuæ. Cap. Bern. Cant. 57.

¶ 3 Præt. Proportionātur operationes habitibus: sed dona, quæ perficiunt in uita contemplatiua tātum, ad cognitionem pertinent. s. sapientia, & intellectus. ergo vita contemplatiua consistit tantum in cognitione.

K SED CONTRA. Isido. dicit in lib. differentiarum, quòd contemplatiua vita est, qua uacans ab omni negotio, in sola dei dilectione defigitur: sed dilectio ad affectiuam pertinet. ergo vita contemplatiua non consistit tantum in cognitione. Isidor.

¶ 2 Præt. Gustare ad affectum pertinet, sicut videre ad intellectum: quia Greg. dicit quòd contemplatiua vita sapore intimo venturam iam requiem degustat. ergo contemplatiua vita non consistit tantum in cognitione. Lib. 2. Ezech. homil.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ consistat in operatione rationis. Vita enim contemplatiua est vita humana: sed humana vita est secundum operationem humanam. cum ergo operatio humana sit secundum rationem, a qua dicitur homo, videtur quòd vita contemplatiua consistat in operatione rationis principaliter.

¶ 2 Pręt. Vita contemplatiua præcipue consistit in cognitione diuinorum: sed inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, cognoscuntur, Ro. 1. cognoscere autem ex aliquibus alia, rationis

nis est, ergo vita contemplatiua præcipue consistit in operatione rationis.

Richardus. ¶ 3 Præt. Rich. de san. Vic. dicit in lib. de contemplatione. Contemplationis nostræ volatus multiformiter variatur, nūc de inferioribus ad summa ascendit, nunc de superioribus ad ima descendit, & nunc de parte ad totum, nunc de toto ad partem discurrit, nunc a maiori, nunc a minori argumentū trahit: sed iste discursus videtur ad rationem pertinere, ergo vita contemplatiua principaliter in actu rationis consistit.

> dilectione eius quod semper est, & incommutabiliter manet, quod est Deus. Abstinere vero a malis, est in medio prauæ nationis prudenter versari. Idem quoque inter hæc duo aperte distinguens ait. Distat ab ęternorum contēplatione actio, qua bene vtimur temporalibus rebus, & illa sapientię, & hæc scientiæ deputatur: quamuis & illa quę sapientia est, possit nuncupari sciētia, vt Apostolus loquitur, vbi dicit,

SED CONTRA, Bernar. 1 lib. de cōsideratione dicit, ꝙ contemplatio in hoc distat a consideratione, quia consideratio ad inquisitionē magis se habet, contemplatio autem est verus certusque animi intuitus: sed intueri est intellectus, inquirere autem rationis. ergo contemplatiua vita non consistit in actu rationis, sed intellectus.

Cap. 10. ¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 10. ethi, secundum vitam contemplatiuam communicamus cum deo: non autem communicamus cum eo secundum inquisitionem rationis, sed magis secundum intellectus intuitum, ergo contemplatiua vita non consistit in actu rationis, sed intellectus tantum.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ omnis actus intellectus ad vitā contemplatiuam pertineat. Sicut enim se habet vita actiua ad agibilia, ita se habet contemplatiua ad contemplabilia: sed omnes actus circa agibilia ad vitam actiuam pertinent. ergo omnes actus intellectus circa intelligibilia ad contemplatiuam vitam pertinent.

Cap. 8. ¶ 2 Præt. Vita contemplatiua secundum Philosophum in 10. ethi. in philosophiæ consideratione consistit: sed philosophia est de omnibus entibus. ergo omnis operatio intellectus pertinet ad vitam contemplatiuam, cum intellectus non sit non entium.

Richardus. ¶ 3 Præt. Richar. de san. Vict. ponit sex species contemplationis. Prima est, quando sensibilia per imaginationem considerantes, in eis diuinam sapientiam admiramur. Secunda est, quando earum rationes inquirimus. Tertia, quando ex inuisibilibus in inuisibilia ascendimus. Quarta, quādo remota imaginatione, in solis intelligibilibus versamur. Quinta, quando ea consideramus quæ ex diuina reuelatione cognoscimus, nō humana ratione. Sexta, quando ea consideramus, quibus etiā humana ratio contradicere videtur: sed in his speciebus comprehenditur omnis operatio intellectus. ergo omnis operatio intellectus ad vitam contemplatiuam pertinet.

Isidorus. SED CONTRA. Isid. in lib. de sum. bo. Contēplatiua vita mundo renuncians, soli deo viuere delectatur: sed non viuit soli deo, nisi quando deum solum cogitat. ergo nō omnis operatio intellectus ad contemplatiuam vitam pertinet.

Cap. 8. ¶ 2 Præt. Circa idem videtur esse vita contemplatiua, & felicitas contemplatiua: sed felicitas contemplatiua est tantum in consideratione nobilissimi intelligibilis, quod constat deū esse, secundum Philosophum in 10. ethi. ergo vita contemplatiua in sola dei consideratione consistit.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ vita secundum quod nunc loquimur, consistit in operatione, cui aliquis principaliter mancipatur, cuius ratione omnia quæ impedire possunt, dimittit: quæ autem adiuuant, quærit & prosequitur: hoc autem non potest esse nisi per voluntatem, cuius est inter opera humana vnum præ alijs acceptare, quicquid sit illud. Voluntas autem cum sit motor omnium potentiarum animæ, oportet quòd ad obiecta & actus omnium potentiarū se habeat, prout habent rationē boni: quia vnusquisque actus debitus cuiuscūque potentiæ est bonum eius, & ideo vita contemplatiua consistit in actu cognitiuæ virtutis præacceptatæ per affectiuam. Sed cum operatio sit quodammodo media inter operantem & obiectum, vel vt perfectio ipsius operantis, & perfecta per obiectum a quo speciem recipit, ex duplici parte potest operatio cognitiuæ affectari. Vno modo, inquantum est perfectio cognoscentis, & talis affectatio operationis cognitiuæ procedit ex amore sui: & sic erat affectio in vita contemplatiua philosophorum. Aliomodo, inquantum terminatur ad obiectum, & sic contemplationis desiderium procedit

A ex amore obiecti, quia vbi amor, ibi oculus, & Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum: & sic habet affectionē vita contemplatiua sanctorum, de qua loquimur: sed tamen contemplatio essentialiter in actu cognitiuæ consistit præexigens charitatem ratione prædicta. Vnde Greg. dicit super Eze. Lib. 2. homil. 14. Contemplatiua vita est charitatē dei & proximi tota mēte retinere, ab exteriori actione quiescere, ita vt nil iā agere libeat, sed calcatis curis omnibus ad videndam faciē sui creatoris animus inardescat.

> Nunc scio ex parte. Quam scientiam profecto cōtemplationis Dei uult intelligi. In hoc ergo differentia est, quia ad contemplationem sapientia, ad actionem uero scientia pertinet. Ecce aperte demonstratum est, in quo differat spiritus sapientiæ, & spiritus scientiæ. s. ut sapientia diuinis, scientia humanis attributa sit rebus, ut docet Aug. Vtrūque agnoscimus in Christo, scilicet & rem diuinam, & rem

B

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd finis contemplationis, inquantum contemplatio est ueritas tantum; sed secundum quod contemplatio accipit rationē vitæ, sic induit rationem affectati & boni, vt dictum est. In cor.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ voluntas non solum est motiua quantum ad exteriores motus qui vacationi repugnant, sed etiam motuum interiorum, etiam ipsius intellectus, qui quidem motus equiuoce dicunt, vt patet in 3. de anima, sunt enim actus perfecti, & ideo magis assimilantur quieti quàm motui: & propter hoc qui operatur secundum intellectum, vacare dicitur ab exteriorum actione, vt patet in prædicta authoritate. T.com.28.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ habitus contemplatiuæ, quāuis sint in parte cognitiua, tamen possunt eorum actus a voluntate īperari, vel acceptari: & sic in eis vita cōtēplatiua cōsistit.

C AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ vita contēplatiua consistit in illa operatione, quam homo præ alijs acceptat: vnde habet rationem finis respectu aliarum humanarum operationum, quia aliæ propter ipsam exercentur. Inquisitio autem rationis sicut a simplici intuitu intellectus progreditur, quia ex principijs quæ quis intellectu tenet, ad inquisitionem procedit: ita etiam ad intellectus certitudinem terminatur, dum conclusiones inuentæ in principia resoluunt, in quibus certitudinem habent. Et ideo vita contemplatiua principaliter in operatione intellectus consistit, & hoc ipsum nomen contemplationis importat, quod visionem signat. Vtitur tamen inquisitione rationis contemplatiuus, vt deueniat ad visionem contemplationis, quam principaliter intendit: & hæc inquisitio secundum Bernar. dicitur consideratio. 2. lib. de cōside.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ homo inquantum est contemplatiuus, est aliquid supra hominem: quia in intel-
D lectus simplici visione continuatur homo superioribus substātijs, quæ intelligentiæ, vel angeli dicuntur: sicut animalia continuantur hominibus in vi æstimatiua, quę est supremum in eis, secundum quam aliquid simile operibus rationis operant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis creaturæ visibiles sint via deueniendi in contemplationem diuinorum, tamen in hac vita non consistit principaliter contemplatio, sed in termino viæ, vt dictum est. In corp.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Ricard. non intendit ꝙ in illus discursibus principaliter consistat vita contemplatiua, sed quia vtitur eis ad suum finem, sicut dictum est.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, quòd vita contemplatiua sanctorum præsupponit amorem ipsius contemplati, ex quo procedit. Vnde cum uita contemplatiua consistat
E in operatione, quam quis maxime intendit, oportet ꝙ sit circa cōtemplationem maxime amati: hoc autem deus est, unde principaliter cōsistit in operatione intellectus circa deū. Vnde Greg. super Ezech. dicit, ꝙ contemplatiua uita ad solum uidendum principium anhelat. s. deum: nihilominus tamē & contemplatiuus considerat alia, inquantum ad dei contemplationem ordinantur sicut ad finem, puta, creaturas, in quibus admiratur diuinam maiestatem, & sapientiā: & beneficia dei, ex quibus inardescit in eius amorem: & peccata propria, ex quorum ablutione mundatur cor, ut deum uidere possit. Vnde & nomen contemplationis signat illum actum principalē, quo quis deum in seipso contemplatur. Sed speculatio magis nominat illum actum, quo quis diuina in rebus creatis quasi in speculo inspicit. Et similiter etiam, felicitas contemplatiua, de qua philosophi tractauerunt, in contemplatione dei cōsistit: quia secundum Philosophum consistit in actu altissimæ potentiæ, quæ in nobis est. s. intellectus, & in habitu nobilissimo, Lib. 2. homil. 14. 10. eth. c. 8. & 9.

mo, scilicet sapientia, & etiam obiecto dignissimo, quod deus est. Vnde etiam philosophi vltimum tempus vitæ suæ reseruabant, vt dicitur, ad cõtemplandum diuina, præcedens tempus in alijs scientijs expendentes, vt ex illis habiliores fierent ad considerandum diuina.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ actus vitæ actiuæ nõ habent ex seipsis ordinem, sicut actus vitæ contemplatiuæ: vnde non potest dici, simpliciter loquendo, quòd consistat in aliquo illorum principaliter, sed quo ad aliquem cõsistit principaliter in hoc, in quo ille magis exercitatur: sicut quidam magis insistũt operibus iustitiæ, quidam vero operibus temperantiæ, & sic de alijs.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Philosophus ibi accipit philosophiam stricte pro sapientia de diuinis, quæ speciali nomine philosophia prima dicitur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis illa consideret interdum contemplatiuus, non tamen in his principaliter consistit cõtemplatiua vita.

ARTICVLVS III.

Vtrum uita actiua consistat tantum in his quæ sunt ad alterum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ actiua vita non consistat principaliter in his quæ ad alterum sunt. Vita enim actiua ordinatur ad contemplatiuam, inquantum disponit hominem ad contemplationis actum: sed per virtutes, quæ ordinant hominem in seipso, maxime disponitur homo ad contemplationem, sicut per castitatem, vt dicit Com. in 7. physi. ergo vita actiua præcipue consistit in his quę sunt hominis ad seipsum. T.com.20.

¶ 2 Præt. Vita contemplatiua principaliter consistit in contẽplatione eius, quod maxime diligitur. ergo &, vita actiua similiter: sed homo magis debet seipsum diligere, quàm alios in his quæ virtutis sunt, ut supra dist. 29. dictum est. ergo & vita actiua magis consistit in hoc, ꝙ homo seipsum ordinet, quàm alijs intendat. q. 1. art. 5.

¶ 3 Præt. In his præcipue videtur consistere actiua vita, in quibus a contemplatiua diuiditur: sed in his quæ ad alium sunt etiam contemplatiua communicat, quia ad eandem vitã pertinere videtur contemplari, & contemplata docere. In passionibus autem proprijs moderandis nõ communicat actiua vita cum contemplatiua vita. ergo actiua vita præcipue consistit in his quæ sunt ad seipsum. Isidorus.

SED CONTRA. Isid. in li. differentiarũ. Actiua vita est quæ in operibus iustitiæ & proximi vtilitate versat: sed vtrũq; istorum ad alterum pertinere videtur. ergo in his quæ ad alterum sunt, præcipue vita actiua consistit.

¶ 2 Præt. Vita actiua secunda dicitur, vnde per Liam significatur: sed fœcunditas ista non consistit nisi in operationibꝰ quæ fiunt ad alios. ergo vita actiua in his præcipue consistit.

VLTERIVS. Videtur ꝙ cognitio nullo modo ad actiuã pertineat. Sicut enim se habet vita contemplatiua ad cognitionem, ita se habet vita actiua ad actionem. ergo proportionalitate transuersa, sicut se habet vita contemplatiua ad actionem, ita se habet vita actiua ad cognitionem: sed nihil actionis ad contemplatiuam vitam pertinet. ergo nihil cognitionis pertinet ad actiuam.

¶ 2 Præt. Vita actiua consistit totaliter in operationibus virtutum moralium, ad quas scire parum, vel nihil confert, vt Philosophus dicit in 2. ethic. ergo videtur quòd ad actiuam vitam nihil cognitionis pertineat. Cap. 2.

¶ 3 Præt. Si aliqua cognitio ad actiuam vitam pertineret, præcipue videretur ad ipsam pertinere consideratio priorum actuum: sed considerare peccata quæ quis fecit, pertinet ad vitam contemplatiuã, vt dicit Ber. qui secundam speciem contemplationis ponit, quo quisque iudicia dei, & peccata sua recogitat. ergo nulla cognitio ad actiuam vitam pertinet. Lib. 5. de cõsider. circa finem.

SED CONTRA. Ad actiuam vitam pertinent consilij & scientiæ dona, quæ quidem cognitionem important. ergo aliqua cognitio est in vita actiua. C

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 10. ethic. ꝙ prudentia est cognata morali virtuti: sed prudentia cognitionem importat. ergo cum in moralibus virtutibꝰ actiua vita consistat, videtur quòd in actiua vita sit aliquid cognitionis.

In quo differat sapientia ab intellectu.

VLTERIVS. Videtur quòd vita actiua non possit esse simul cum cõtemplatiua, quia vita dicitur, de qua hic loquimur, consistit in hoc, in quo homo maxime studet: sed impossibile est ꝙ homo duobꝰ summum studium apponat. ergo impossibile est ꝙ in homine sit simul vita actiua & contemplatiua.

¶ 2 Præt. Vita actiua significatur per Martham, quæ turbatur circa plurima, Lu. 10. sed turbatio uacationi repugnat, quam contemplatio requirit. ergo vita actiua non est simul cum contemplatiua.

¶ 3 Præt. Vita actiua introducit ad contemplatiuam. vnde Greg. Qui ad arcem contemplationis ascẽdere desiderat, prius necesse est vt in campo actionis se exerceat: sed quod introducit ad aliquid non est necessarium illo adueniente, quia secundum Ber. quid necesse est scalis tenenti iam solium. ergo actiua vita non est simul cum contemplatiua. H

SED CONTRA. est, quod August. dicit in lib. de ci. dei, ꝙ quoddam genus hominum est compositum ex otioso & actuoso, & loquitur de otio contemplationis. Greg. etiam dicit super Eze. quòd plerumque a contemplatiua vita ad actiuam vtiliter animus reflectitur. ergo contemplatiua vita & actiua possunt esse simul.

¶ 2 Præt. Beata Virgo fuit in utraque uita, & ideo secundum Ansel. in assumptione eius legitur euangelium de Martha, & Maria, quæ significant uitam actiuam & contemplatiuam: sed beata Virgo fuit tantum uiatrix. ergo in aliquo uiatore potest esse simul actiua & contemplatiua uita. I

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ actiua uita consistit in omnibus agibilibus siue sint ad seipsum, siue ad alium, sed principaliter consistit in his quæ ad alium sunt; quia bonum multorum secundum Philosophũ in principio eth. est diuinius q̃ bonũ unius: unũ &, iustitia quæ ad alterũ est, a Philosopho in 5. eth. dicit esse pulcherrima uirtutũ. Sicut autem uita contemplatiua consistit principaliter in optimo cõtemplabili, ita uita actiua in optimo agibili.

AD PRIMVM igitur dicendum, ꝙ per ea quæ ad seipsum sunt, homo disponit se tantum ad contemplatiuam: licet per ea quæ ad alium comparantur, homo & se, & alios disponit, quia diuinius est.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in hoc ipso ꝙ homo aliorum saluti & regimini studet, se plus diligit, & sibi meliorem partem reseruat: quia diuinius est & sibi, & altijs cautam bonæ operationis esse, quàm sibi tantũ, sicut dicit Philosophus in 10. ethi.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ doctrina est duplex. Quædã, quæ ad cognitionem ueritatis tantum ordinatur: & hoc quamuis ad alterum sit, limites tamen uitæ contemplatiuæ non exit. Est autem quædam doctrina, quæ ordinatur ad persuadendum bonos mores, quæ prædicatio dicitur: & hæc ad uitam actiuã pertinet. Vnde Greg. Qui ad laborem prædicationis se dirigit, minus uidet, & amplius parit: & sic significatur per Liam, quæ erat fœcunda, & lippis oculis. K

¶ Vel dicendum ꝙ doctrina potest dupliciter considerari, Vno modo, secundum qd est ad exercitium cognitionis, & profectum ipsius docentis: & sic ad uitam contemplatiuam pertinet. Aliomodo, secundum quod intenditur bonum alterius. Sic autem ea quæ cognitionis sunt etiam speculatiuæ exercent tur per modum dispositionis rerum temporalium, inter quæ proximus computatur, quod actiuæ uitæ est. Et ideo Gregor. dicit super Eze. ꝙ actiua uita est panem esurienti tribuere, uerbum sapientiæ nescientem docere &c.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ duplex est cognitio. Vna, speculatiua, cuius finis est ueritas, secundũ Philosophum in 2. metha. Alia, cuius finis est operatio, quæ est causa

est causa & regula eorum quæ per hominem fiunt. Quæ autem ab homine fiunt, quædam dicuntur factibilia, quæ fiunt per transmutationem alicuius exterioris materiæ, sicut contingit in operationibus artis mechanicæ: quædam vero non transeunt in transmutationem exterioris materiæ, sed in moderationem ppriarum passionum & operationum. Adverumque autem istorũ practica cognitio dirigit, vnde non omnis practica cognitio in vita actiua essentialiter inuenitur, sed illa tantum, quæ in agibilibus dirigit opera, quæ sunt virtutis moralis. Hæc enim cognitio ad electionem requiritur, in qua principaliter consistit moralis virtus. Contemplatiua autem cognitio essentialiter non ingreditur actiuam vitam, quia in operabilibus humanis, cum non habeant veritatem nisi contingentem, propter seipsa veritas nũquam quæreretur: vnde etiam in scientijs moralibus finis non est cognitio, sed opus, secundum Philosophum in 2. ethi. Sed tamen cognitio contemplatiua æternorum aliquando pertinet ad actiuam vitam non quòd sit de essentia eius, sed quia præexigitur ad ipsam sicut causa, dum rationes viuendi ex contemplatione æternorum sumuntur. Sicut enim intellectus est rationis & principium, & terminus, ita & vita contemplatiua respectu actiuæ. Et ideo Greg. dicit super Eze. quòd per hoc quòd contemplatiua mentem accendit, perfectius actiua tenetur. Cap. 1. Lib. 1. homil. 19.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ actio non dirigit contemplationem, sicut cognitio actiua dirigit actionem: & ideo non est similis ratio. C

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad virtutem moralem sufficit speculatiue de his, quæ ab homine non fiunt, nihil prodest: de his autem quæ ab homine fiunt, parum confert: sed scientia practica multum confert, cum sit regula actionis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ præteritum iam transit in necessarium: vnde consideratio preteritorum peccatorum magis ad contemplationem, quàm ad practicam pertinet.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd in omnibus dispositionibus naturalibus contingit, quòd dispositio in suo perfecto esse attingit id, ad quod disponit, quod etiam erat per quandam inchoationem, dum dispositio ad perfectionem tendebat, sicut patet de calore & forma ignis: quia quando calor completus est in termino alterationis, forma ignis inducitur, & calor simul cum forma ignis manet: dum vero erat alteratio, non erat forma ignis, nisi secundum quandam inchoationem: vita autem actiua est dispositio ad contemplatiuam. Vnde Isid. in lib. de sum. bon. Qui prius in vita actiua proficit, bene ad contemplationem conscendit. Et ideo quandiu homo non peruenit ad perfectionem in vita actiua, non potest in eo esse contemplatiua vita, nisi secundum quandam inchoationem imperfecte, tunc enim difficultatem homo patitur in actibus virtutum moralium, & oportet quòd tota sollicitudine ad ipsos intendat, vnde retrahitur a studio contemplationis. Sed quando iam vita actiua perfecta est, tunc operationes virtutum moralium in promptu habet, vt eis non impeditus libere contemplationi vacet: tamen secundum quod homo est magis, vel minus perfectus in vita actiua, circa plura, vel pauciora occupari potest actiuæ vitæ simul cum contemplatiua. Et quia prælatorum est in vtraque vita perfectos esse, vtpote qui medij sunt inter deum & plebem a deo recipientes per contemplationem, & populo tradentes per actionem: ideo oportet eos in moralibus virtutibus perfectos esse, & similiter prædicatores, alias indigne quis prælationis, vel prædicationis officium assumit. D E

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd ad diuersa potest homo principaliter intendere diuersis temporibus, quamuis non simul.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ turbatio in vita actiua non cõtingit postquam ad perfectionem venit, quia tunc iam delectabiliter & faciliter operatur non perturbatus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dispositiones, quæ essentialiter habent imperfectionem annexam non manent cum eo, ad quod disponunt, sicut fides non manet cum visione. Sed aliæ dispositiones possunt simul manere, sicut dictum est: & sic est de vita actiua.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum actiua uita sit nobilior quàm contemplatiua.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd actiua vita sit nobilior quàm contemplatiua. Tullius enim in li. de offi. probat preeminentiam iustitiæ ad alias virtutes, quia propter exercitium actus eius, actus aliarum interimuntur: sed similiter aliquis reuocatur ab otio contemplationis, vt fructum faciat per laborem actionis. ergo actiua vita est dignior quàm contemplatiua. 22. q. 182. 1. Lib. 1. lib. circa fin.

¶ 2 Præt. Bonum gentis diuinius est quàm bonum vnius: sed vita contemplatiua consistit in bono vnius hominis, vita actiua in bono multorum. ergo vita actiua est nobilior quàm contemplatiua.

¶ 3 Præt. In omnibus artibus & potentijs imperans est nobilius imperato: sed politica quę ad uitam actiuam pertinet, imperat omnibus disciplinis, & disponit de his quę ad contemplatiuam vitam pertinent secundum Philosophum in 1. eth. ergo vita actiua est dignior quàm contemplatiua.

¶ 4 Præt. Secundum Dio. in 3. cap. cele. hier. Nihil est diuinius, quàm dei cooperatorem fieri: hoc autem fit per exercitium actiuæ, qua homo aliorum reductioni in deum studet. ergo hoc videtur esse nobilissimum.

SED CONTRA est, quod dicit dñs Luc. 10. Maria optimam partem elegit, per Mariam autem vita contemplatiua significatur. ergo vita contemplatiua nobilior est quàm actiua.

¶ 2 Præt. Quanto vita alicuius est cœlesti viæ similior, tanto est nobilior: sed vita contemplatiua est similior cœlesti quàm actiua, quia in cœlesti vita, vt dicit Aug. vlti. lib. de ciui. dei. vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus, quod ad vitam contemplatiuam pertinet. ergo vita contemplatiua est nobilior quàm actiua. Lib. 22. ca. 30. cir. fin.

VLTERIVS. Videtur quòd etiam vita contemplatiua sit maioris meriti quàm actiua. Grego. enim dicit in moralibus. Contemplatiua maior est merito quàm actiua, quia actiua in vsu præsentis operis laborat: contemplatiua vero in sapore intimo venturam iam requiem degustat. II 22. q. 182. 4. Lib. 1. sup Ezech. homi. 3. dist. 30. q. vnica ar. 4.

¶ 2 Præt. Supra dictum est, quòd magis consistit meritum in dilectione dei quàm proximi: sed in contemplatiua vita homo magis insistit dilectioni dei, in actiua autem magis dilectioni proximi. ergo contemplatiua est maioris meriti quàm actiua. Cap. 10.

¶ 3 Præt. Quanto magis aliquid beneficiatur a deo, tanto est maioris meriti: sed secundum Philosophum in 10. ethi. deus masime beneficiat eos, qui contemplationi student, quasi sibi simillimos. ergo videtur quòd vita contemplatiua plus habeat de merito quàm actiua.

SED CONTRA. Totum meritum hominis consistit in acceptatione diuina: sed Greg. dicit super Eze. Nullum sacrificium est deo magis acceptum, quàm regimen animarum. ergo cum hoc pertineat ad laborem actiuæ, videtur quòd in actiua sit maius meritum. Hom. 12. lib. 1.

¶ 2 Præt. Meritum contra præmium diuiditur: sed contemplatiua vita plus habet de ratione præmij quàm actiua, quia pascitur a domino contemplatiua, sed actiua pascit, vt dicit Grego. ergo actiua plus habet de merito. Lib. 1. sup Ezec. sanct. & lib. 2. ho. 14.

VLTERIVS. Videtur quòd contemplatiua vita non sit diuturnior quàm actiua. Vita enim actiua fuit in Christo perfecta, sed ipse fuit perfectus comprehensor. ergo vita actiua manebit in patria, & ita non est minus diuturna, quàm contemplatiua. III 22. q. 180. 8. & in. 1. Re. cap. 14. circa finem.

¶ 2 Præt. Homines erunt in patria æquales angelis: sed in angelis est veraque vita, quia quidam sunt assistentes, quod ad contemplationem pertinet: quidam ministrantes, quod pertinet ad actionem. ergo veraque vita etiam in hominibus in patria erit, & sic idem quod prius

¶ 3 Præt. In patria manebunt virtutes cardinales, & habebunt aliquos actus, similiter etiam & dona omnia: sed virtutes cardinales perficiunt in actiua vita, & similiter quædam dona, ergo in patria manebit vita actiua, & sic idem quod prius.

SED CONTRA, Luc. 10. Maria optimam partem elegit, glosa. Contemplatiua hic incipit, & in cœlesti patria perficitur:

perficitur: actiua autem cum corpore deficit.

¶ 2 Præt. Philosophus in 10. ethi. dicit, quòd contemplatiua vita diuturnior est quàm actiua.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd duplex est ratio boni. Aliquid enim dicitur bonum, quod propter seipsum est desiderandum, & sic vita cõtemplatiua simpliciter melior est quàm actiua, inquantum magis assimilatur illi vitæ, ad quã per actiuam & contemplatiuam nitimur peruenire: vnde & cõtemplatiua ẽ finis actiuæ, & fini vltimo vicinior. Aliqd vero dr̃ bonum quasi propter aliud eligẽdum, & in hac via vita actiua præeminet contemplatiuæ. Vita enim contemplatiua non ordinatur ad aliquid aliud in ipso, in quo est, quia vita æterna non est nisi quædam consummatio contemplatiuæ vitæ, quæ per vitam contemplatiuã in præsenti quodammodo prælibatur: vnde non restat q; ordinetur ad aliud, nisi secundum quod bonum vnius hominis ordinatur ad bonum multorum, ad quod propinquius se habet vita actiua quàm contemplatiua. Vnde actiua quantum ad hanc partem, quæ saluti proximorum studet, est vtilior quàm contemplatiua: sed contemplatiua est [d] dignior, quia dignitas significat bonitatem alicuius propter seipsum, vtilitas vero propter aliud: sed vita actiua quæ nõ ad alium, sed ad seipsum tantum ordinatur, neque dignior, neque vtilior est quàm contemplatiua, immo comparat ad contemplatiuam, sicut vtile ad id ad quod est vtile. D. 1185.

AD PRIMVM igitur dicendum, q; vita contemplatiua propter actiuam intermittitur ad tempus non simpliciter, sed ratione vtilitatis, non ratione dignitatis.

Ad secundum dicendum, quòd sicut bonum vnius consistit in actione & contemplatione, ita & bonum multitudinis, secundum quod contingit multitudinem contemplationi vacare: sed ad bonum multitudinis peruenitur per regimen actiuæ vitæ, vnde ex hoc non probat, quòd actiua sit dignior, sed vtilior.

Cap. 18. in fin. ¶ Ad tertium dicẽdum, q; politica, vt dicit Philosophus in 6. ethi. non præcipit sapientiæ & alijs, quæ ad vitam contemplatiuam pertinent, sed imperat quædam propter ipsa: sicut etiã imperat quædam propter deum, cui præcipit sic, vel sic cultum exhiberi.

¶ Ad quartum dicendum, q; intelligendum est ratione vtilitatis in alterum prouenientis. I

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q; meritum pendet ex radice charitatis: vnde contingit quandoque q; in actiua quis plus mereatur quàm in cõtemplatiua, vel econuerso, secundum quod maiorem habet charitatem, vel minorem. Nihilominus tamen cum quæritur de duobus in genere, quid sit maioris meriti, intelligendum est quantum pertinet ad rationem ipsorum actuum, non quantum ad ipsos operantes. Est ergo duplex meritum. s. dimissionis culpæ, & consecutionis gloriæ: quantum ad præmium, maioris meriti dicitur actiua quàm contemplatiua, inquantum laboriosior: vnde habet plus de ratione satisfactionis. Quantum aũt ad meritum cõsecutionis gloriæ, sic contemplatiua vita est maioris meriti q̃ actiua, quantum ad puritatem; quia non admiscetur ei tantũ de puluere terrenorum, sicut fit in actiua vita. Sed quãtum ad intensionem meriti videtur cõtemplatiua iterum maioris meriti illa parte actiuæ, quæ circa sui moderationem studet: minoris autem quãtum ad illam partem, quæ profectui aliorum inuigilat, quia hoc ipsum videtur esse fortioris charitatis secundum genus, quod homo prætermissa consolatione, qua in dei cõtemplatione reficitur, gloriam dei in aliorum conuersione quærat: quia etiã in humana amicitia verus amicus quærit magis bonum amici, quàm de eius præsentia delectari. K

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contemplatiua dicitur esse a Gregorio maior merito, quia minus habet de impuritate demeriti admistum.

Lib. 2. supra Ezech. Homil. 15. ¶ Ad secundum dicendum, q; ex dilectione dei videtur procedere, quòd homo prætermissa propria consolatione voluntatẽ dei implere studeat in aliorum salute. vnde Greg. super Ezec. Est amanti animæ nõ parua consolatio, si cum ipsa differtur, per eam multæ colligantur.

Quòd intellectus, & scientia, de quibus hic agit, non illa sunt quæ naturaliter habet homo.

Et notandũ q; intellect⁹, & scientia, q̃ dicunt dona Spiritussancti, alia sunt ab intellectu, & sciẽtia q̃ naturaliter sunt in hominis aĩa. Hę autem uirtutes sunt, quæ per gratiam infunduntur animis fideliũ, vt p eas recte viuãt, etiam in cognitis delectamur. Sic ergo distingui potest inter illa tria, scilicet scientiã, intellectum, & sapientiã. Scientia ualet ad rectam administrationẽ rerum temporalium, & ad bonam inter malos cõuersationẽ. Intelligentia ad creatoris, & creaturarum inuisibilium speculationẽ. Sapientia uero ad solius æternæ ueritatis cõtemplationem, & delectationem. Illa vero naturaliter habet hõ ex beneficio creationis, a Deo tñ: p has aũt virtutes q̃ dicunt Spũssancti dona, illa naturalia reformant atque adiuuant. Vt verbi gr̃a. Intellectus naturalis pctõ obtenebratus p uirtutem quandã & grãm, quæ dr̃ spũs intelligẽtiæ, reformat atq; adiuuat ad itelligẽdũ: ita & per illã uirtutẽ, quæ dr̃ spũs sapiẽtiæ, iuuatur atque erigit mẽtis rõ ad cõtẽplationem & delectationem æternæ ueritatis.

F ¶ Ad tertium dicendum, q; Philosophus loquitur de contemplatiua vita per comparationem ad actiuam, quæ in rebus humanis negotiatur, non autem respectu illius quæ proximorũ saluti insistit.

AD TERTIAM quæstionẽ dicendũ, q; sicut dictum est de donis & virtutibus perficientibus in vita actiua, q; manent in patria, sed non quantum ad eosdẽ actus: similiter etiam dicẽdũ est de vita actiua, vnde vita actiua quantum ad illos actus, quos modo habet, quibus turbatur de proximorum necessitatib⁹, & de pprijs passionibus, nõ remanebit, quia tunc panẽ esurienti non porriget, vt in glo. inducta subiungitur. Manebit autem quantum ad alios actus, qui erunt virtutum, & donorum in patria. Vita autem contemplatiua nihilominus est diuturnior quàm actiua, quia manet etiam quo ad illos actus, quos in via habet, qui quidem in statu viæ sunt imperfecti, sed in patria perficientur. Vnde Gre. dicit super Eze. de contemplatiua vita. Etiam cum concedimus, vix aliquid, aut parum attingere valemus. G

AD PRIMVM tamen dicendum, quòd non est simile de Christo, & de alijs, quia ipse erat verus viator, & comprehẽsor: vnde simul erat in actu perfecto quantum ad vtrãque vitam, etiam secundum actus viæ.

¶ Ad secundum dicendum, q; angeli ex ordine naturæ sunt medij inter deum & homines, & ideo eis competit ministeriũ custodiæ, & huiusmodi, non autem animabus sanctorum. H

¶ Ad tertium patet solutio per id quod dictum est. In cor.

¶ Ad alia etiam patet solutio ex prædictis.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de donis perficientibus in utraque uita.

¶ Et primo, De dono sapientiæ.
¶ Secundo, De dono intellectus.
¶ Tertio, De dono scientiæ.
¶ Quarto, De dono consilij.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sapientia sit donum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; sapientia non sit donum. Sapientia enim in litera dicitur cognitio diuinorum: hoc autem videtur esse fidei, cuius obiectum est veritas prima. cum ergo fides non sit donum, sed virtus, videtur quòd nec sapientia.

¶ 2 Pręt. In litera dicitur, quòd sapientia est cultus dei, & sumitur de Iob 28. secundum aliam translationem: sed latria, quæ cultus dicitur, est virtus, & non donum. ergo sapientia non est donum.

¶ 3 Præt. Nullum donum habetur per acquisitionem: sed sapientia habetur per acquisitionem, quia Philosophus philosophiam primam, sapientiam nominat, quæ per doctrinam habetur. ergo sapientia non est donum. K

SED CONTRA. Isa. 11. computatur inter alia dona.

¶ 2 Præt. Dona ponuntur virtutibus altiora: sed inter omnes habitus videtur sapientia nobilissimum, maxime eorum quæ ad cognitionem pertinent, vt Philosophus dicit in 10. eth. ergo sapientia maxime debet dici donum. Vlterius, videtur quòd sapientia non sit tantum de diuinis. Quia, sicut dicit Philosophus in 1. meta. oportet sapientem certissimum esse de omnibus. ergo non est de diuinis tantum.

¶ 3 Præt. Ad sapientem pertinet determinare medium in virtutibus moralibus, vt patet per diffinitionem Philosophi in 2. ethi. de virtute: sed diuina non sunt operabilia a nobis. ergo cũ medium virtutis moralis sit de operabilibus a nobis, videtur quòd non sit sapientia tantum de diuinis.

¶ 4 Præt. Sapiẽtia videt eẽ circa illa, quorũ est ars mechanica, 1. Cor. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui. ergo non est tantum de diuinis. A

Cap. 1. SED CONTRA est, q; sapientia est de causis altissimis, secundum Philosophum in principio meta. sed causæ altissimæ sunt diuina. ergo est tantum de diuinis.

Cap. 7. ¶ Præt. Philosoph⁹ in 6. ethi. dicit, q; sapientia est quasi caput scientiarum: sed omnis cognitionis caput est cognitio quæ est de diuinis. ergo sapientia est circa diuina.

VLTERIVS. Videtur q; sapientia nõ sit in intellectu, sed in affectu magis, quia sapientia secundum nomen suum est, vt dicitur Eccles. 6. sed dicitur a sapore. cum ergo sapor ad gustum pertineat, qui ad affectum transfertur, sicut visus ad intellectum, videtur q; sapientia sit in affectu. B

¶ 2 Præt. In litera dicitur, q; sapientia est in cognitione & dilectione eius quod semper incõmutabiliter manet, quod est de⁹: sed dilectio ad affectionẽ ptinet. ergo sapientia est in affectiõe.

¶ 3 Præt. Septima beatitudo, quæ dicitur, Beati pacifici, ad sapientiam reducitur: sed pax ad affectũ pertinet. ergo & sapĩa.

SED CONTRA est, q; in litera diffinitur p cognitionẽ.

¶ 2 Præt. Omnis virtus intellectualis est in parte cognitiua: sed sapientia ponitur a Philosopho virtus intellectualis. ergo tam ipsa, quàm sapientia donum, quod ei respondet, in parte cognitiua est.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q; sapientia secundum nominis sui vsum videtur importare eminentẽ quandam sufficientiam in cognoscendo, vt etiam in seipso certitudinem habeat de magnis & mirabilibus, quæ aliis ignota sunt, & possit de omnibus iudicare, quia vnusquisque benè iudicat quę cognoscit: possit etiam & alios ordinare per dictam eminentiam. C Hæc autem sufficientia in quibusdam quidem est per studium & doctrinam adiuncta viuacitati intellectus: & talis sapientia a Philosopho ponitur virtus intellectualis in 6. eth. sed in quibusdã talis sufficientia accidit per quãdã affinitatẽ ad diuina, sicut dicit Dio. de Hierotheo in 2. c. de di. no. q; patiendo diuina, didicit diuina. Et de talibus dicit Apostolus 1. Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia. & 1. Ioan. 2. Vnctio docebit vos de omnibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; sicut se habet sapientia, quæ est virtus intellectualis, ad intellectum principiorum, quia quodammodo comprehendit ipsum, vt dicitur in 6. ethi. secundum quod ex principijs negotiatur circa altissima & difficillima, & de his etiam quodammodo ordinat, inquãtum reducit omnia ad vnum principium, & eius est disputare contra negantes ipsa: ita se habet sapientia, quæ est donum, ad fidem quæ est cognitio simplex articulorũ, quæ sunt principia totius christianæ sapientiæ. D Procedit enim sapientiæ donũ ad quadam deiformem contemplationem, & quodammodo explicitam articulorum, quæ fides sub quodam modo inuoluto tenet secundum humanum modum. Et ideo sapientia est donum, fides autem virtus.

¶ Ad scdm dicendum, q; sapientia nõ dr̃ pietas, quæ est latria p essentiã, sed quasi per cãm, quia proxime ad latriã inclinat.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q; ęquiuocatio ẽ in sapientia, vt dictũ est.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q; sicut dictũ est, ad sapientem pertinet iudicare & ordinare: iudicium autẽ de aliquibus fieri non potest, nisi per ea quæ sunt lex & regula eorum. Semper autem oportet q; superiora sint inferiorum regula, & ideo oportet de infimis per superiora iudicare: vnde quamuis intentio quandoque ab infimis incipiat, & ad suprema tendat, tamen iudicium nũquã perficitur nisi per superiora, in quibus inferiora resoluuntur: & ideo oportet sapientẽ de altissimis cognitorẽ esse. Altissimũ aũt dr̃ dupliciter. Vnomodo simpliciter, quod præeminet oĩbus, & hoc mõ diuina altissima sunt: vnde eum qui simplr̃ sapiens dr̃, oportet circa diuina instructũ esse. E Aliomodo dr̃ altissimũ in genere aliquo, & qui circa hoc instruct⁹ est, nõ simplr̃, sed in genere illo sapiẽs dr̃: sicut in artificialibus altissimũ est vsus illorũ p p quod fiunt: vñ qui habet artẽ visualẽ, q̃ architectonica dr̃, in singulis artificijs sapiens illius artificij dr̃, & p modũ istũ prudẽs in reb⁹ humanis quib⁹ pcipit, sapiens dr̃. Et quia p delectationes, & alias passiones corrũpit æstimatio prudẽtię, vt dr̃ ĩ 6. eth. iõ apud Senecã, & alios morales philosophos trãslatũ ẽ nomẽ sapientiæ ad tẽperantiã, & alias morales virtutes, inquãtũ passiones refręnãt, & sic prudentiã cõseruant: ui dicunt q; sapiens nõ pturbatur, & hmõi. Patet ergo q; sapientia, q̃ simplr̃ sapĩa dr̃ siue sit virtus intellectualis, siue donũ, de diuinis est principaliter, & ingñ p ea de oĩbus alijs iudicare põt, omniũ certissimus esse dicitur.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

¶ AD TERTIAM quæstionem dicendũ, q; sicut dictũ est, sapientię donũ eminentiam cognitionis habet p quãdã vnionẽ ad diuina, quibus nõ vnimur nisi per amorem, vt qui adhæret deo, sit vnus spũs cum eo. 1. Cor. 6. Vñ & dñs Io. 15. Secreta pr̃is se reuelasse discipulis dicit, inquantũ amici erant. Et ideo sapientiæ donum dilectionẽ quasi principium præsupponit, & sic in affectione est: sed quãtum ad essentiam in cognitiõne est, vnde ipsius actus videtur esse & hic, & in futuro diuina amata contẽplari, & per ea de alijs iudicare non solum in speculatiuis, sed etiam in agendis, in quibus ex fine iudicium sumitur: & ideo Greg. sapientiam contra stultitiam ponit, quæ importat errorem circa finem intentum. Supra arti. præcedent. in corp. Lib. 2. mor. cap.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; saporem sapientia importat quãtum ad dilectionem pręcedentem, non quãtum ad cognitionem sequentem, nisi ratione delectationis, quæ ipsam cognitionem in actu exequitur.

¶ Vel dicendum, q; dictum Eccl. non intelligitur quantum ad similitudinem nominis cum sapore, quia illa similitudo, etsi sit in lingua latina, non tamen est in alijs linguis: sed loquitur quãtum ad significatum, quòd omnes concipiunt de nomine sapientię in quacumque lingua dicatur.

¶ Ad secundum patet solutio per id quod dictum est. In corp.

¶ Ad tertium dicendum, q; pacificatio illa pertinet ad effectũ ordinationis sapientiæ, quia omnis ordinans pacem intendit, non autem quantum ad essentialem ipsius actum.

ARTICVLVS II.

Vtrum intellectus sit donum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q; intellectus non sit donum. Nullum enim donum, secundũ qđ nunc de dono loquimur, est nobis a natura: sed intellectus est nobis naturaliter insitus. ergo intellectus non est donum. 22. q. 8. 1.

¶ 2 Præt. Ea quæ sunt vnius diuisionis, videntur esse vnius rationis, sed intellectus quandoque diuiditur contra voluntatem, quandoque autem contra rationem: sed voluntas non est donum, neque ratio. ergo neque intellectus.

¶ 3 Præt. Greg. dicit in principio mor. q; intellectus in die suo pascit, dum de auditis mentem illustrat. ergo intellectus est ex auditu, sicut & fides: sed fides non est donum, sed virtus. ergo intellectus non est donum. Lib. 1. c. 32.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 11. vbi spiritus intellectus computatur inter septem dona spiritus sancti.

¶ 2 Præt. Donorum propria est ratio, vt prius dictum est, vt per ea quis super humanum modum operetur: sed operatio intellectus præcipue est supra hominem, vt dicitur in ethi. ergo intellectus maxime debet dici donum. 10. eth. c. 9.

VLTERIVS. Videtur q; donũ intellectus nõ habeat aliquem actũ in via. Intellectus enim importat quandam cognitionem sine obũbratione. Vnde Isaac dicit, q; vbi obumbratur intellect⁹, oritur ratio: sed impossibile est q; in statu viæ cognoscamus sine obumbratione phantasmatum, vt Philosophus ostendit in 3. de anima. ergo intellectus non habet aliquem actum in via. II T. com. 39.

¶ 2 Præt. Dio. dicit 1. c. cę. hier. q; impossibile est nobis aliter lucere diuinũ radium, nisi varietate sacrorum uelaminum circumuelatum: sed ubicũque est cognoscere per aliqua uelamina, oportet eẽ collationẽ, quæ nõ ad intellectũ, sed ad rõnẽ ptinet. ergo nõ est põe q; in statu viæ sit nobis intellectus actus. E

¶ 3 Præt. Actus intellectus est videre deum, hoc enim ponit in sexta beatitudine, quæ ad intellectum refertur: sed deum nullus potest videre in hac mortali carne existens. ergo in statu viæ non habemus vsum intellectus.

¶ 4 Præt. August. dicit in quodam ser. de timore, quòd intellectus vocatur, quo ab omni infirmitate corda mundantur, vt pura intentio dirigatur in finem: sed impossibile est in statu viæ ab omni infirmitate corda mundari. ergo impossibile est in statu viæ actum intellectus esse.

SED CONTRA. Habitus ordinatur ad actum, si ergo actus intellectus a nobis in via haberi non posset, frustra nobis donum intellectus daretur.

¶ 2 Præt. Sexta beatitudo ad intellectus donũ refertur: sed

in illa ponitur aliquid pertinens ad statum viæ, & aliquid ad statum patriæ. ergo intellectus habet actum in nobis & quantum ad statum viæ, & quantum ad statum patriæ.

III. 22.q.8.6. VLTERIVS. Videtur ꝙ intellectus a sapientia non differat. Totum enim a parte essentialiter nō distinguitur: sed intellectus videt esse totum respectu sapientiæ, quę est tantum de deo, cum intellect⁹ sit de deo & spūalibus creaturis. ergo intellectus essentialiter a sapiētia nō differt.

Quòd sapientia ista Dei est, nec est illa quæ Deus est.

Illud etiā sciendum est, ꝙ sapientia, de qua nunc disserimus, non est illa Dei sapientia, ut ait Aug. quæ Deus est, sed hominis sapientia. Vera tñ ẽm Deū est, ac uerus & pręcipuus cultus eius est. Si ergo colat mens hominis Deum cuius ab eo capax facta est, & cuius esse particeps potest, sapiens ipsa fit: & non sua luce, sed summæ illius lucis participatione sapiens fit. Ista ergo hominis sapientia, etiam Dei est: uerum tamen ita Dei est, vt non ea sapiens sit Deus. Non enim participatione sui sapiens est Deus, sicut mens participatione Dei. Sic

¶ 2 Præt. Sapiētia, vt in lrã magr̃. dicit, delectationē circa diuina experitur: sed hoc idem videtur ad intellectum pertinere, in consideratione enim intellectus est maxima delectatio, sicut dicit Philosophus
Cap. 9. in 10. ethi. ergo intellectus a sapientia non differt.

¶ 3 Præt. Ad eundem actū non oportet ordinari diuersos habitus, cum habitus distinguantur per actus: sed tā sapientia q̄ intellect⁹ ordinant ad cōtēplationē. cum ergo contēplatio sit vnus actus, videtur ꝙ sapiētia & intellectus sit vnus habitus.

SED CONTRA est, ꝙ diuiduntur ex opposito Isa. 11.

¶ 2 Præt. Dona correspondent virtutibus: sed alia virtus est intellectus, & alia sapientia, vt patet in 6. ethi. ergo & aliud est
Cap. 7. vnum donum ab alio.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionē, ꝙ intellect⁹ ẽm suum nomē importat cognitionē pertingentem ad intima rei. Vñ cū sensus & imaginatio circa accidentia occupentur, q̄ quasi circūstant essentiā rei, intellectus ad essentiā eius pertin-
T.co.10.11. get. Vnde scd̃m Philosophū in 3. de anima obiectū intellectus est quid, sed in apprehensione huius essentiæ est differentia. Aliquando.n. apprehendit ipsa essentia per seipsam, non ꝙ ad eam ingrediat intellectus ex ipsis, quæ quasi circūuoluuntur ipsi essentiæ: & hic est modus apprehendēdi a substantijs separatis, vnde intelligentiæ dicuntur. Aliquando vero ad intima non peruenitur, nisi per circūposita, quasi per quædā ostia: & hic ē modus apprehendendi in hominibus, q ex effectibus & proprietatibus procedunt ad cognitionem essentiæ rei. Et quia in hoc oportet esse quēdam discursum, ideo hominis apprehēsio ratio dr̃, quāuis ad intellectū terminetur in hoc, ꝙ inquisitio ad essentiā rei perducit: vñ si aliqua sunt quæ statim sine discursu rationis apprehendantur, horū non dr̃ esse ratio, sed intellectus: sicut principia prima, quæ quisq; statim ꝓbat audita. Primo ergo modo intellectus potētia est, sed secundo mō accipiendo, habitus principiorū dicit. Sicut aūt mēs humana in essentiā rei nō ingreditur nisi per accidētia, ita etiā in spūalia nō ingreditur nisi per corporalia & sensibilium similitudi-
1. capit. de cœl. hier. & 1. cap. de ecclesi. hierar. nes, vt Diony. dicit. Vñ fides quæ spūalia in speculo, & ænigmate quasi inuoluta tenere facit, humano modo mentē perficit, & ideo virtus est. Sed si supernaturali lumine mēs intantū eleuetur, vt ad ipsa spūalia aspicienda introducatur, hoc supra humanū modū est. & hoc facit intellectus donū, quod de auditis mētē illustrat, vt ad modū primorū principiorum statim audita probentur, & ideo intellectus donum est.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

AD SECVNDAM quæstionē dicendū, ꝙ intellectus ad spūalia ingreditur dupl'r. Vno modo, per viam remotionis, dū a spūalibus viam quæ in corporalibus inuenitur, remouet. Alio modo, ẽm quod vlterius in ipsa spūalia virtutum defigit intuitum. In statu ergo viæ intellectus ingreditur ad spūalia primō modo, maxime ad diuina: quia in hoc perficitur cognitio humana ẽm statū viæ, vt intelligamus deū ab omnibus separatum super oīa esse, vt dicit Dio. in lib. de mystica theol. Et
Cap. 4. 5. ad hoc peruenit Moyses, qui dicitur intrasse ad caliginē, in qua
Cap. 19. deus erat, Exo. 19. Et propter hoc etiā quantū ad statū vię mūditia ponit in sexta beatitudine, quæ pertinet ad depurationē intellectus ab omnibus corporalibus: sed ad scd̃m modū pertingere non possumus in statu viæ, maxime quantum ad deū, sed hoc erit in patria. Vñ Gre. super Ezech. Quādiu in hac car-
2. lib. super Ezech. homil. 14. D. 482. ne mortali viuitur, nullus ita in d cōtemplationis virtute proficit, vt in ipso iam incircūscripto luminis radio mentis oculos infigat: sed quicquid de illo modo cōspicitur, non est ipse, sed sub ipso est. Hoc tñ infirmę mētis desiderio satisfacit, quia secundū quod philosophus dicit in 11. de animalib. Amās in prima cōprehensione amati magis delectatur, quam in magna aliorū cōprehensione. Et ideo vt ipse dicit, illud parum quod de substantijs separatis cognoscere possumus, plus desideratur & delectat, quàm quicquid de alijs rebus cognoscimus.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ vmbra, quæ in statu viæ in intellectu nostro est, nos impedit ut in diuinam essentiā men-
F tis oculos defigere nequeamus.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ Dio. loquitur quantum ad principiū reuelationis diuinorum, in qua quasi per sermonē quēdam nobis in signis & figuris proponuntur, sed vlterius de auditis sic per donum intellectus mens illustratur.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ videre deū defigēdo intuitum in essentiā ei⁹ nō possumus in statu vię, sed alio mō, ut dictum est. In eo.

¶ Ad quartū dicēdū, ꝙ Aug. nominat infirmitatē humanā corporalia phātasmata, q̄ oportet remouer̃ ꝑ intellectū tēdētes ī deū.

AD TERTIAM quæstionē dicendū, ꝙ intellectus vr̃ nominare simplicē apprehensionē, sed sapientia nominat quādam
G plenitudinē certitudinis ad iudicādū de apprehēsis: & ideo intellectus vr̃ pertinere ad viā intensionis, sed sapientia ad viam iudicij. Sed quia iudicium non potest esse de apprehensis nisi per suprema, quibus sapiens mente vnitur vt quasi in superiori collocatus de oībus iudicet, quæ quidē vnio ad diuina ꝑ dilectionē est: ideo sapiētia circa diuina principal'r est, et hēt circa ea delectationē de dilectione cātā. Intellect⁹ aūt est indifferēter circa omnia apprehensa spiritualia, & delectationem ex amore ad apprehensa causatam, quantum est in se, non importat.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non eodem modo considerat de deo intellectus, & sapientia: & ideo sapientia non includitur in intellectu, sed alio modo, vt dictum est. In eo.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ delectatio quæ est in actu intellectus, causat ex congruentia operationis ad operantē, nō aūt
H ex dilectione ad ea, circa quæ est operatio, sicut est in sapientia.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in contemplatione est necessaria apprehensio quæ est per intellectum & iudicium, quod est per sapientiam, & ideo necessaria sunt dona.

ARTICVLVS III.

Vtrum donum scientiæ sit tantum de humanis.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur ꝙ donū scientię non sit tm̃ de humanis, sed etiā de diuinis. Dicit.n. Aug. in lrã ꝙ scientia donū est, qua fides defenditur & roboratur: sed fides est de diuinis. ergo scientia est de diuinis. 22.q.9.

¶ 2 Præt. Scīa donū ē altior q̄ scīa virt⁹: sed scīa virt⁹ de dīnis ē sicut metaphisica, vl' ēt theologia. ergo & scīa donū de dīnis ē.

¶ 3 Pręt. Caput est cōforme mēbris: sed sapiētia q̄ est de diuinis, in metaphy. dr̃ caput scientiarum. ergo scīa de diuinis est.

I SED CONTRA. Per scīam scimus cōuersari ī medio prauę & puersæ nationis, vt in lrã dr̃: sed hoc nō ptinet ad diuina, sed ad humana. ergo scientia non est diuinorū, sed humanorum.

¶ 2 Præt. Ad idem nō sunt necessarij duo habitus: sed ad diuina ordinatur sapientia. ergo scientia non est diuinorum.

VLTERIVS. Videtur ꝙ nō sit tm̃ practica, sed etiam speculatiua, quia quanto aliqua cognitio est altior, tanto ad plura se extendit: sed scientia donum est altior quàm sciētia quæ ponitur virtus intellectualis. ergo cum scientia quæ est virtus intellectualis, se extendat ad operabilia & speculabilia, videtur quòd multo fortius scientia quæ est donum. II 22.q.

¶ 2 Præt. Philosophus in principio meta. probat ꝙ scīa speculatiua est nobilior q̄ practica inquātū per se speculatiuę expetuntur, nō aūt practicæ: sed scientia quæ est donū, debet esse altissima scientia. ergo est magis speculatiua, quàm practica. Cap. 1. ca…

¶ 3 Pręt. Scientia perficit inferiorem rōnem, vt Aug. dicit, inferior aūt ratio contra superiorē diuiditur. Superior autem est
K tam speculatiua quàm practica: quia secūdū Aug. inhæret æternis cōspiciendis, quod speculationis est: & consulendis, quod actionis est. ergo similiter ratio inferior. ergo sapientia & scientia sunt speculatiuæ & practicæ. 3. de… 14. 11. de… cap. 3.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit, ꝙ actio qua bñ vtimur rebus tpalibus, scīæ deputat: sed vsus rerū tpalium ad practicam pertinet. ergo scientia, de qua hic loquimur, est practica. 11. de… cap. 1…

¶ 2 Præt. Ab oībus dicitur ꝙ scientia donū dirigit pietatē: sed pietas ad actiuā vitā pertinet. ergo & scientia. ergo est practica.

VLTERIVS. Videtur ꝙ in scientia humanorū non sit aliquid noxiæ curiositatis. Maxime.n. cognoscere mala, malum esse videtur: sed scientia malorum bona est, alias in deo non esset. ergo in scientia nō potest esse aliquid noxiæ curiositatis. II

¶ 2 Præt. Quanto aliquid magis accedit ad suam perfectionem, tanto magis laudabilis est: sed homo per scientiam cuiuslibet rei perficit, quia trahitur de potentia ad actum, cum intellectus noster sit potentia omnia intelligibilia, vt dicitur in 3.

T.com.18. in 3 de anima. ergo in scientia non potest accidere peccatum.

¶ 3 Præt. In medio nō est accipere superfluū, sicut nullus pōt esse nimis castus: sed scientia in medio consistit cum sit virtus intellectualis, vt in 33. di. dictū est. ergo nō pōt esse superfluitas in sciendo: & ita non potest esse aliqua noxietas curiositatis. q. 1. arti. 3.

SED CONTRA. Nullus punit nisi ꝑ peccato: sed Hiero. se punitū astruit pro eo ꝙ in libris Cicerōis studebat. ergo potest esse in scientia humanorum peccatum. Tom. 1. in epistola ad Eustochiū de uirginitate seruanda.

¶ 2 Præt. Expēdere tēpus in inutilibus vr̃ nō esse sine peccato: sed quędā scientiæ videntur esse vel parum, vel nihil vtiles ad bene viuendum, cui homo debet totus insistere, sicut scientiæ mathematicæ. ergo videtur ꝙ in eis studere sit peccatum.

B RESPON. Dicendum ad primam quæstionē, ꝙ duorum diuidentiū aliquod cōmune, illud quod aliquā excellentiā supra rōnem cōmunis addit, ꝓpriū nomē ex illa differentia addita accipit. Quod aūt nullā differentiam dignitatis addit, nomen cōmune retinet, sicut patet in proprio & diffinitione: quia proprium essentiale dicitur diffinitio, propriū aūt nō essentiale uocat nomine cōi propriū. Similiter etiā est in ꝓposito. Omnis.n. certitudinalis cognitio alicuius, & præcipue si sit complexi, ꝑ rationis collationē habita, scientia dicit. Sed illa quæ est de altissimis quasi aliarū ordinatrix & iudex propriū nomen superaddit, & sapientia dr̃. Aliæ vero sciētiæ quæ ei subdunt, simpl'r scientiæ nomē retinēt. Et hoc mō accipiēdo scientiā, est tantū de rebus creatis, sapientia vero de diuinis, siue loquamur in virtutibus intellectualibus, siue in donis.

C AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ etiam ex humanis cognitio diuinorum & nutrit, & defenditur: quia inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. In corp.

¶ Ad secundum & tertium patet solutio ex dictis.

AD SECVNDAM quæstionē dicendū, ꝙ sicut est in sensibilib⁹ corporis, ꝙ sensus qui est ad eē. s. tactus, est in omnib⁹ mēbris: qui aūt sunt ad bene esse, sunt in corde tm̃, per quod alia mēbra reguntur. Ita etiam est de donis gratuitis, quæ in ecclesia dātur, quædam.n. sunt de necessitate salutis, & hoc oportet ꝙ omnibus mēbris Chr̃i dent: & hmōi sunt quæ pertinent ad gr̃am gratū facientē, vt virtutes & dona: quędā aūt sunt, q̄ sunt ad bene esse, sicut grãe gratis datæ, vt operatio miraculorū, & hmōi: & hæc non in omnibus Chr̃i mēbris dantur, sed illis tm̃, quibus expedit ad ædificationē fidei. Cum ergo sciētia sit donū, & sit circa res creatas, oportet ꝙ de rōne scientiæ sit tantū illa cognitio, quę est ad necessitatē salutis: non est aūt de necessitate salutis cognitio rerū quātum ad naturas & quidditates suas, sed solū cognitio eorū, quæ quis debet facere, vel vi-
D tare: & ipsa scientia cōtemplatiua nō ptinet ad rōnem doni sciētiæ, sed solū sciētia practica, qua hō q̄dam certitudinē cōcipit de agendis ex pn̄tia spūs: & in hoc differt a prudētia, quæ nō certitudinaliter, sed magis æstimatiue de agendis iudicium habet, vñ & hoc donū a certitudine iudicij nomē habet. Sciētia vero, ꝑ quæ ad defensionē fidei ordinat, pertinet ad gr̃am gratis datā, de qua dr̃. 1. Cor. 12. Alij dat sermo sciētiæ ẽm eundē spiritū: & nō est de necessitate doni, sed de ꝑfectione fidei. 1. Cor. 13. Vñ dicit Aug. ī lrã ꝙ tali scīa multi q fidē hñt, nō pollēt.

AD PRIMVM igitur dicēdū, ꝙ scientia altior nō oportet ꝙ extēdat se ad plura, nisi in illis ad quæ ordinatur: & ita scientia donum ad plura se extendit, q̄ acquisita scientia de operib⁹ humanis, quia in multis illa deficit, in quibus ista dirigit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non oportet dona quantum ad oēs conditiones esse perfectiora virtutibus, sed quantum ad modum operandi, qui est supra hominem, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ non est inconueniēs d vnā potentiā diuersis habitibus ꝑfici: vñ & inferior rō, quæ & speculati-
E ua, & practica pōt esse, perficitur dono scientiæ q̄tum ad operabilia, scientijs vero speculatiuis inquantum est speculatiua. Sapientia aūt rationē superiorē quātū ad vtrūque perficit: quia superiores rōnes quibus cōtemplādis sapientia inhæret, etiam operationū nostrarum regulæ sunt. Vnde secundum quod assumit eas vt regulas operabilium, sic in praxim extēditur.

AD TERTIAM questionē dicendū, ꝙ scire q̄tū in se est, nunq̄ malū ē, & per cōsequens nec addiscere, quia cuius generatio est mala, ipsum est malū. Sed ꝑ accidēs cōtingit esse pctm̃ in sciēdo, vel adiscendo, siue cōsiderādo: hoc aūt accñs pōt accidere vel ex parte cognoscibilis, vel ex parte cognoscentis. Ex ꝑte cognoscētis est duplex accidēs. Vnū est, qñ ꝑpter occupationē in studio alicuius sciētiæ impedit ab executione officij ad qđ tenet: sicut si iudex pp studiū geometriæ desisteret a causis expediēdis, vel sacerdos a cōfessionibus audiēdis, qñ eas au-
A dire tenet. Aliud est qñ propter delectationē in aliqua scientia veniret in cōtemptū alicuius, quod reuereri oportet: sicut de Hieronymo accidit, quia tantū delectabatur in ornatu verborum Tullij, ꝙ despiciebat ei incultus sermo prophetarū, vt ipse dicit. Sicut etiā accidit illis qui tm̃ adhærent rationibus humanis, ꝙ a fide discedunt, & eam impugnāt. Ex parte vero cognoscibilis est triplex accñs. Vnū ē, qñ cognoscibile de facili ad malū inclinat, & præterea in se paruæ vtilitatis est: & propter hoc prohibitæ sunt scientiæ magicæ, ne homo in exercitium earum labatur. Aliud est, quando cognoscibile est supra potentiam cognoscentis, sicut dicitur Eccl. 3. Altiora te ne quesieris. Tertiū est, qñ in se nullius vtilitatis est, sicut facta contingentia hominū: vñ & curiosi dñr, qui sunt scrutatores conscientiarū proximi. In oībus autem istis tribus contingit, ꝙ illud quod est vni curiosum, non est curiosum alteri: quia aliquid est supra vni⁹ intellectum, quod nō est supra intellectū alterius: aliquid etiā est utile vni, quod non est utile alteri: aliquid etiam facile in peccatum præcipitat vnum, quod non præcipitat alium. Tom. 1. in epl'a ad Eustochiū de uirgin. seruand.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum consilium sit donum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ consilium non sit donū. Donū enim a seipso quis habere non pōt: sed cōsilium cuilibet est a seipso, quia consilium qō est, vt dicit in 3. ethi. quilibet aūt quærere pōt. ergo cōsilium non ē donū. 22.q.52.1. Ca. 6.

¶ 2 Præt. Sicut in cognitione practica humana est inquisitio, ita & in cognitione speculatiua: sed in donis pertinentibus ad vitā cōtemplatiuam nō ponitur aliquid quod inquisitionē importet. cum ergo consilium inquisitionem importet, videtur ꝙ consilium non debeat poni donum dirigens in vita actiua.

¶ 3 Præt. Dona se extendunt ad illa quę sunt de necessitate salutis, sicut dictū est: sed cōsilium, ẽm quod communiter dicit, dirigit in his ad quæ nō oēs tenētur. ergo cōsiliū non est donū.

SED CONTRA est, quod Isa. 11. inter dona computatur.

¶ 2 Præt. Virtutibus respondent dona: sed quædam virtus est ordinata ad bene consiliandum. s. eubulia, de qua Philosophus in 6. ethi. determinat. ergo videtur quòd debeat esse aliquod donum quod perficiat nos ad recte consiliandum. Cap. 10.

VLTERIVS. Videtur ꝙ cōsiliū donum differat a dono scientiæ. Scientia enim est qua bene cōuersamur in medio prauæ & peruersæ nationis: sed hoc non potest fieri sine consilio. ergo consilium non distinguitur a scientia. II

¶ 2 Præt. In donis quæ ad executionē pertinēt, idem donū respondet omnibus virtutibus quæ sunt circa materiam vnam, sicut pietas omnibus virtutibus quæ sunt circa communicationes: sed prudentia & eubulia sunt circa vnam materiam, quia circa actū rōnis in agibilibus. cum ergo prudētię rñdeat scīa, eubulię aūt cōsiliū, videt ꝙ cōsiliū & scīa sint vnū donū. Eubulia. Consiliatiua.

¶ 3 Prę. Sicut prudētię subseruit eubulia, ita & synesis: sed pter donum scīæ quod respondet prudentiæ non inuenitur aliud donum quod respōdeat synesi ad iudicium ꝑtinens. ergo nec oportet esse aliud donum a scientia quod respondeat eubuliæ.

SED CONTRA est, quod Isa. 11. vnum alteri connumeratur: quod non esset, si vnum donum forent.

¶ 2 Præt. Sicut in speculatiuis est via inuentionis & iudicij, ita & in practicis: sed in donis pertinētibus ad vitam contemplatiuā est aliud donū quod respondet inuentioni. s. intellectus, & aliud quod respōdet iudicio. s. sapiētia. ergo & in donis dirigētibus in vita actiua præter scientiam quę respondet iudicio, erit aliud donum quod pertinet ad inuētionem, & hoc est cōsiliū. Sinesis. Indicatiua.

VLTERIVS. Videtur ꝙ actus cōsilii nō erit in pria. Consilium.n. ẽm Greg. cōtra ꝑcipitationē mētē munit. & Dama. dicit 2. lib. ꝙ consilium dubitantis est: sed in patria non erit pręcipitatio, neque dubitatio. ergo neque consilium. III 22. q. 52. 3. Lib. 2. moral c. 36.

¶ 2 Pręt. Consilium inquisitionem & discursum importat, ut patet per Philosophum in 3. ethi. sed in patria, secūdum Aug. non erunt volubiles cogitationes, sed vtemur deiformi intellectu ad similitudinē angelorū. ergo in patria nō erit cōsilij act⁹. Cap. 6. 15. de trini. cap. 16.

¶ 3 Pręt. Eadem ratione esset ibi actus scientiæ, nec est dare in quo vnus actus ab alio ibi differat, quia ibi inuentio non erit. ergo non erit ibi actus consilij.

SED CONTRA. Directiuum nobilius est executiuo: sed in patria erit aliquis actus timoris, fortitudinis, & pietatis, quę sunt exequentia in vita actiua. ergo multo fortius erit ibi act⁹ scientię & consilij, quæ sunt dirigentia.

¶ 2 Præt. Sancti in patria erunt deo similes : sed in deo est cōsilium. Isa. 25. Consilium tuum verum fiat, secundum aliam literam . ergo & in sanctis erit consilij actus.

Cap. 6. Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd secundum Philosophum in 3.ethi.consilium est quæstio de operabilibus a nobis, non tamen de omnibus. Quę enim determinata sunt qualiter fieri debeant, sicut in literarū figuræ in dubitationē non ueniunt, neque in quæstionem: & ita de eis non est consilium. Similiter etiam cum finis sit principium mouēs agentem in omnibus operabilibus, non est consilium de fine, sicut nec in alijs scientijs est quæstio de principijs illius scientię, sed de his quæ sunt ad finem consilium est. In his autem recte consiliatur quis, si debitum finem præstituat, si media accommoda ad finem inueniat, ut non faciat mala propter bona, si tempus sit conueniens rebus agendis, ne per diuturnitatem consilij tempus agendi transeat, & ad hanc rectitudinem consilij perducit eubulia, ut dicit Philosophus in 6.ethi. Cap. 10. Sed quia operabilia humana contingentia sunt & possunt deficere ne ad finem intentum perducant: ideo certitudinem consilij attigere non est humanum, sed diuinum, cuius est per certitudinem euentus cōtingentium præuidere. Et ideo oportet ꝙ ad hanc certitudinem mens eleuetur supra humanū modum instinctu spiritus sancti. Qui enim spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt, Ro. 8. & ideo consilium est donum.

Ad primum ergo dicendum, quòd donum consilij nō est ad quærendum consilium, sed ad inueniendum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dona dirigentia in vita actiua sunt circa contingentia. Et ideo oportet quòd sit ibi magis inquisitio, quàm in contemplatiua vita, quæ circa æterna est.

Capit. 6. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ secundum Philosophum in 3.ethi. consilium adhibetur in difficilibus, in quibus nobis non credimus: & propter hoc in arduis, ad quæ omnes non tenentur, præcipue est donum consilij, sed non tantum in illis.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd habitus dirigentes in vita actiua distinguuntur quantum ad tria. Primo quantum ad modum operandi, & sic a virtutibus prudentia & eubulia, quæ operantur humano modo, distinguuntur scientia & consilium, quæ operantur supra humanum modum, vt ex dictis patet. Alio modo, quantum ad actus, siue vias, quæ exiguntur ad directionem, quæ sunt inuenire & iudicare: & sic consilium quod consistit in inueniendo distinguitur a scientia, quæ consistit in iudicando de inuentis per consilium. Tertio modo quantum ad mediū, & sic sapientia distinguitur a scientia, inquantū sapiētia ꝗnque dirigit in agēdis per rationes æternas: scientia aūt per rationes inferiores.

εὐβουλία Consiliatiua.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ad bene cōuersandū, vt dictum est, duo requiruntur: & ideo oportet esse duo dona.

¶ Ad secundum dicendum, quòd diuersę virtutes exequentes circa vnum genus materiæ distinguuntur penes diuersas partes materiæ, non penes actus agentis. Et ideo ab vnitate actus poterit inueniri vnus modus altior, qui competit vni dono: sed virtutes dirigentes pertinēt ad diuersos actus ex parte agētis, & ideo requiruntur diuersi modi, & diuersa dona eleuantia ad modos digniores.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd iudicium quod est synesis, & pręcipere applicanda ad opus quod est prudentiæ, totum pertinet ad vnam viam, scilicet iudicatiuam: & ideo eis non respōdet nisi vnum donum: sed eubuliæ quæ pertinet ad aliam viā, respondet aliud donum.

σύνεσις Iudicatiua.

Ad tertiam quæstionē dicendū, ꝙ sicut dictum est de donis exequentibus in vita actiua, ꝙ remanebūt eorū act⁹ circa mēsurā, ex qua erat modus supra hominē in eorū actib⁹, nō aūt circa propriā materiā: quia fortitudo nullā difficultatē sustinebit, ut dictū est. Ita in sciētia & cōsilio, quia in pria nō remanebunt eorū actus, nec cōtingētia operabilia dubia, in qb⁹ nūc iudicāt & inueniūt: uñ non oportet ꝙ sit ibi dubitatio. Neque etiam discursus remanebunt in hoc, ꝙ conuertent se F ad illum, a quo erat certitudo in eorum iudicio, & inuentione supra humanū modum: & erit actus scientiæ circa ipsum, secundum quod est regula ad iudicandum: actus vero consilij erit circa ipsum, ſm quod est illuminans ad inueniendum.

¶ Et secundum hoc patet solutio ad obiecta.

etiam dicitur iustitia Dei non solum illa, qua ipse iustus est, sed etiam illa, quam dat homini cum iustificat impium.

DISTINCTIO XXXVI.

A

De connexione uirtutum, quæ non separantur.

Solet etiam quæri, utrum uirtutes ita sint sibi coniunctę, vt separatim non possint possideri ab aliquo, sed qui vnam habet, omnes habeat. De hoc Hiero. ait. Omnes uirtutes sibi hærent, ut qui una caruerit, omnibus careat. Qui ergo unam habet, omnes habet : quod quidem probabile est. Cum enim charitas mater sit omnium uirtutum, in quocumque mater ipsa est, scilicet charitas, & cuncti filij eius, idest, uirtutes recte fore creduntur. G Vnde August. Vbi charitas est, quid est quod possit deesse? ubi autem non est, quid est quod possit prodesse? Cur enim non dicimus qui hanc uirtutem habet, habere omnes, cum plenitudo legis sit charitas, quæ quanto magis est in homine, tanto magis est uirtute præditus? Quanto uero minus, tanto minus inest uirtus: & quanto minus inest uirtus, tanto magis inest uitium.

Si coniunctæ uirtutes pariter sint in quocumque sunt. B

Vtrum uero pariter quis omnes possideat uirtutes, an aliæ magis aliæ minus in aliquo fuerint, quæstio est. Quibusdam enim uidetur quòd alię magis, alię minus habeātur ab aliquo, sicut in Iob patientia emicuit: in Dauid humilitas: in Moyse mansuetudo: qui etiam concedunt magis aliquem mereri per aliquam C unam uirtutem, quàm per aliam, sicut eam plenius habet quàm aliā: non tamen magis per aliquam mereri dicunt quàm per charitatem, nec aliquam plenius a quoquam haberi quàm charitatem. Alias igitur magis, & alias minus in aliquo esse dicunt : sed nullam plenius charitate, quę ceteras gignit. Hasque dicunt esse multas facies, quas memorat Apostolus dicens. Ex personis multarum facierum &c. (2. Cor. 1.) Alij uerius dicunt, uirtutes omnes & D simul, & pares esse in quocumque sunt, ut qui in una alteri par extiterit, in omnibus eidem æqualis sit. unde August. Virtutes quę sunt in animo humano, quamuis alio et alio modo singulæ intelligantur, nullo modo tamen separantur ab inuicem, ut quicumque fuerint æquales, uerbi gratia, in fortitudine, æquales sint & prudentia, & iustitia, & temperantia. Si enim dixeris æquales esse istos in fortitudine, sed illum præstare prudentia, sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit, ac per hoc nec fortitudine æquales sint, quia est illius fortitudo prudentior: atque ita de cæteris uirtutibus inuenies, si omnes eadem consideratione percurras. Ex his clarescit omnes uirtutes non solum esse connexas, sed etiam pares in animo hominis. Cū ergo dicitur aliquis aliqua præeminere uirtute, ut Abraham fide, Iob patientia, secundum usus exteriores accipiendum est, uel in comparatione aliorum hominum: quia uel humilitatis habitum maxime præfert, uel opus fidei, uel alicuius cæterarum uirtutum præcipue exequitur. Vnde & ea præalijs pollere, uel inter alios homines singulariter excellere dicitur secundum hunc modum. s. secundum rationem actuum exteriorū. Alibi Augu. dicit, in aliquo aliam magis esse

EXPOSITIO TEXTVS.

Vo fides saluberrima gignitur. Hoc intelligendum est quantum ad distinctionē articulorū, siue quantum ad exhortationē ad fidē, ſm quod fides ex auditu est, non quantum ad habitū fidei, qui est ex infusione. (In Ioa. 83.) *Abstinere uero a malis &c.* Hoc est, timoris, sicut exequētis, sciētiæ, sicut dirigētis. *Quæ naturaliter sunt in natura hominis,* quātum ad seminaria scientiæ, non autem quantum ad habitum cōpletum. Intellectus autem similiter a natura est.

DIVISIO TEXTVS.

H Postquam determinauit magister de virtutibus & donis, hic determinat de connexione eorum. Diuiditur aūt hæc pars in duas. In prima, determinat de connexione virtutū. In secunda, de connexione præceptorum, quibus actus virtutum imperantur, ibi. *Cum autem duo sint præcepta.* Prima diuiditur in duas. In prima, probat uirtutes esse connexas: in secunda, probat eas esse æquales, ibi. *Vtrum uero pariter &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, mouet quæstionem. Secundo, ponit unam opinionem cum sua probatione, ibi. *Quibusdam enim uidetur &c.* Tertio, ponit aliam opinionem, quæ uera est, ibi. *Alij uerius dicunt.* Et circa hoc tria facit. Primo, ponit opinionem cum sua probatione. Secundo, soluit probationem primæ opinionis, ibi. *Cum ergo dicitur aliquis &c.* Tertio, confirmat per authoritatem, ibi. *Secundum hunc modum. s. secundum rationem &c.*

QVÆSTIO PRIMA.

A

I Hic quæruntur sex.

- ¶ Primo, Vtrum virtutes politicæ sint connexæ.
- ¶ Secundo, Vtrum virtutes gratuitæ.
- ¶ Tertio, Vtrum dona.
- ¶ Quarto, Vtrum virtutes sint æquales.
- ¶ Quinto, Vtrum vitia sint connexa & paria.
- ¶ Sexto, Vtrum præcepta connectantur in charitate, ita ꝙ modus sit in præcepto.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtutes politicæ sint connexæ.

K Ad primum sic proceditur. Videtur quòd virtutes politicæ non sint connexæ. Virtutes enim istę ex actibus acquiruntur, ut probat Philosophus in 2. ethi. sed actus non sunt connexi. ergo neque prædictæ virtutes.

¶ 2 Præt. Quæcūque connectuntur, oportet ꝙ in aliquo vno cōnectant: sed non est dare aliquod vnum, in quo connectant virtutes, nisi prudentiam, in qua connecti non possunt, quia cum prudentia sit quasi ars quædam operabiliū, non est inconueniens quòd habeat quis prudētiam quantum ad vnam materiam, & non quantum ad aliam. ergo non est necessarium quod virtutes sint connexæ.

¶ 3 Præt. Sicut prudētia oēs virtutes morales ordinat, ita sapientia ordinat omnes scientias, quasi caput scientiarum, vt dicitur 6. ethi. sed propter hoc scientiæ non sunt connexæ, quia communiter ordinantur a sapientia. ergo nec propter hoc virtutes morales sunt connexæ, quia communiter ordinantur a prudentia. A

Cap. 6. ¶ 4 Præt. Secundum Philosophum in 4. ethi. Qui circa mediocres honores moderate se habet, non est magnanimus: constat autem quòd virtuosus est secundum aliam virtutem, quā ipse innominatā dicit. ergo vna virtus haberi potest alia non habita.

¶ 5 Pręt. Ad vnāquamq; virtutem politicam pertinet medium in propria materia tenere: sed videmus ad sensum, quòd quidam se habent moderate circa materiam vnius virtutis, qui non habent se moderate circa materiam alterius. ergo vna politica habetur sine alia.

¶ 6 Præt. August. dicit ad Hiero. ꝙ non est diuina sententia qua dicitur, Qui habet vnā, habet omnes. ergo cū omnis vera sententia sit diuina, quia secundum Ambr. Omne verum, a quocūque dicatur, est a spiritusancto, videtur ꝙ non sit uera sententia. (Epla 29. de sententia Iaco. — Sup ep. sam Corinth. 1.)

Cap. 12. Cap. 13. Sed contra. Philosophus in 6. ethi. probat, quòd nullus potest habere prudentiam, nisi habeat virtutes morales: neque potest quis habere virtutes morales, nisi prudentiam habeat. ergo oportet ad hoc quòd vna virtus habeatur, omnes simul haberi.

Lib. 11. Tuscul. q. ¶ 2 Præt. Tullius dicit. *Si vnā de virtutib⁹ tuis amiseris, nullā te habiturū necesse ē cōfitearis:* & loquit de virtutib⁹ politicis, qa de gratuitis nihil ponit. ergo virtutes politicæ sunt cōnexę.

¶ 3 Præt. Qui habet castitatē, castus est: sed qui est castus, virtuosus est: qui aūt virtuosus est, nullū vitiū ei inest. ergo qui habet castitatem caret omni vitio, & ita vr̄ habere omnē virtutē: & eadē rō est de alijs virtutib⁹. ergo q habet vnā, habet oēs.

Respon. Dicendum, ꝙ virtus dupliciter pōt considerari. Vno modo, ſm esse ipsius imperfectum, secundū quod seminaria virtutū insunt nobis a natura, & sic virtus dicitur quædam naturalis inclinatio ad virtutis actum: & hoc modo vna virtus potest haberi sine alia. Quidā enim sunt naturaliter apti ad liberalitatem, quidam sunt proni ad luxuriam ex natura suæ complexionis, & sic etiam contingit in alijs. E Alio modo, consideratur virtus secundum esse perfectum, quod ex assuefactione recipit, & sic accipit nomen politicæ virtutis: & hoc modo oportet uirtutes oēs esse simul: & pōt triplex ratio ex dictis philosophorum accipi. Cap. 17. Assignat aūt prima a Philosopho in 6. eth. quæ sumitur ab eo, quo perficitur quælibet virtus politica. In est.n. homini inclinatio quædā naturalis ad actū prudentiæ, q̄ virtus naturalis dicitur, & uocat a Philosopho dinotica, quā nos industriā dicere possumus, quæ quidem & ad bona, & ad mala se habere potest. Dinotica. Industria. Vnde nō est virtus, quia virtus est q̄ op⁹ habētis semper bonū reddit: unde si debeat ad hoc perduci ꝙ semper eius iudiciū sit rectū, oportet ꝙ addatur aliquid p qđ omnis error prohibeat. Est aūt duplex error in iudicio. Vnus qui est circa finē, sicut habēs habitū uitij, qui quidē inclinat ad suū actū, sicut ad per se bonū: & talis error in agēdis assimilatur errori, qui est circa principia in speculādis. Alius error est in prosecutione finis, qui contingit cum quis a recta cōceptione, quā de fine habet, abducitur per passiones: sicut dicitur ꝙ delectatio corrumpit ęstimationem prudentiæ, & hic error assimilatur in agēdis errori qui est ī speculatiuis circa discursum principiorum ad conclusionē. Vtrūque autem errorem prohibet moralis virtus, quæ in finem rectum inclinationē facit, & passionē cōprimit, & ideo non potest esse prudentia sine morali uirtute, dico tēperantia, fortitudine, & huiusmodi. Similiter etiā inclinatio naturalis ad ea quæ uirtutis sunt, quāto maior est, tanto est magis noxia, nisi rationis discretio adhibeatur: sicut cæcus quāto fortius currit, tanto magis offenditur. Et ideo ad hoc ꝙ virtus moralis perficiat, oportet ꝙ a prudētia dirigatur: vnde prudentia in diffinitiōe moralis virtutis ponit, vt patet in 2. ethico. Cap. 5. Et ideo oportet uirtutes politicas connexas esse. Alia ratio connexionis sumitur ex his quæ cōmuniter in omni uirtute eē oportet, quorum tamen vnumquodque aliqua uirtus principaliter sibi uendicat: sicut difficile, uendicat sibi fortitudo medium inter superfluum & diminutum: quod est moderatum, uēdicat sibi tēperātia: rectū, uendicat sibi iustitia: scientiam autem sibi habet prudentia. Et ideo ab his conditionibus unaquęque dictarum uirtutum nomen accipit. Quia autem illud quod est maximum in quolibet genere, est causa aliorum, ideo aliæ uirtutes participant quodammodo aliquam prædictarum conditionum ex uirtute, quæ illud principaliter sibi uendicat. Quia enim fortis est circa maxime difficilia perseuerans, facile etiam in alijs difficultatibus minoribus perseuerabit. Et hanc causam assignare uidetur Seneca, qui dicit, Omne quod bene fit iuste, prudenter, fortiter, temperate fieri. Lib. 9. epl'arum epistola 68. Tertia ratio potest sumi ex fine, quem intendit quælibet uirtus. Quælibet enim uirtus operatur propter bonum uirtutis, unde si bonum uirtutis quemadmodum uirtuosum decet, intendit, nullo modo ab ipso intentionem deflectit. Vnde Philosophus dicit in quarto ethico. quòd prodigus qui expendit non curans bonum, facile in quantumcumque malum declinat. Cap. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd quando aliquis exercetur in actu alicuius uirtutis, si simul exercetur in actu alicuius uitij, nunquam acquiret aliquam uirtutem, quia non acquirit prudentiam. Vnde oportet ad hoc quòd una uirtus habeatur, quòd bene se habeat quis circa omnia, quæ in usum uitæ ueniunt: & sic istis uirtutibus simul cum prudentia acquisitis ex hoc causabuntur aliæ uirtutes, quæ sunt circa ea quæ nō ita frequenter in usum uitæ ueniūt ex hoc ipso, quòd ratio assuefacta est inferioribus viribus præesse, & inferiores eius nutum sequi, in quo consistit tota ratio moralis uirtutis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex eodem principio procedit prudens circa omnes materias uirtutum, scilicet ex intentione boni rationis. Vnde non potest esse quòd prudentia acquiratur secundū unā partē materiæ moralis uirtutis, &

non secundum aliam, sicut contingit in artibus quantum ad illas materias circa quas eodem modo operantur: sicut carpentarius de nuce & de quærcu similiter facit arcam. Et per hoc etiam patet solutio ad tertium, quia scientiæ aliæ addunt principia specialia ad principia communia sapientiæ: & ideo vna illarum potest sciri altera ignorata. Sed morales virtutes non addunt alia principia super principia prudentiæ, immo principia prudentiæ secundum virtutes morales, quę quidem principia sunt fines moraliũ virtutum, secundũ Philosophũ in 10. ethi.

Cap. 9. ¶ Ad quartum dicendum, quòd qui moderate se habet circa mediocres honores, non habet semper actum magnanimitatis, quia eius materia non sibi competit: habet tamen habitũ, quo etiam circa illas optime se haberet, si materia illa sibi competeret. Et similiter est de liberali & magnifico, non enim est incõueniens quod alicui habenti vnam virtutem, desit exercitium alterius virtutis, quia nõ habet materiam.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ratio illa procedit de virtutibus naturalibus, vt ex dictis patet.

In cor. ¶ Ad sextum dicendum, quòd negatur esse diuina sententia, quia nõ est ex sacra scriptura prolata, vt ei necesse sit consentire.

uirtutem, aliam minus: & unam esse, & non alteram. ait enim sic. Clarissima disputatione tua satis apparuit non placuisse authoribus nostris, immo ipsi ueritati, omnia paria esse peccata, etiam si hoc de uirtutibus uerum sit: quia & si uerum est eum qui habet unã, omnes habere uirtutes, & eum G qui unam non habet nullam habere, nec sic peccata sunt paria: quia ubi nulla uirtus est, nihil rectum est, nec tamen ideo non est prauo prauius, distortoque distortius. Si autem, quod puto esse uerius sacrisque literis congruentius, ita sunt animæ intentiones, vt corporis mẽbra non quòd uideantur oculis, sed quòd sentiantur affectibus: & alius illuminatur amplius, alius minus, alius omnino caret lumine, profecto vt H quisque illustratione piæ charitatis affectus est, in alio actu magis, in alio minus, in aliquo nihil, sic dici potest habere aliam, & aliam non habere: & aliam magis, aliam minus habere virtutẽ. nam & maiorem in isto charitas quàm in illo. Et ideo recte possumus dicere & aliqua in isto, nulla in illo, quantum pertinet ad charitatem quæ pietas est: & in vno homine quidem quòd maiorem habeat pudicitiam quàm patientiam, & maiorem hodie quàm heri, si proficit: & I adhuc non habeat continentiam, & habeat non paruam misericordiam. Et vt generaliter breuiterq; complectar, quam de uirtute habeo notionem, Virtus est charitas, qua id quod diligendum est, diligitur. Hæc & in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla est: plenissima uero, quæ iam non possit augeri, quãdiu hic homo uiuit in nemine. Hic insinuari uidetur, quòd aliquis ea ratione possit dici habere G unã uirtutem magis quàm aliam, quia per charitatem magis afficitur in actu unius uirtutis quàm alterius: & propter differentiã actuũ ipsas uirtutes magis, uel minus habere dici potest, & aliquam non habere: cum tamen simul omnes & pariter habeat, quantum ad mentis habitum, uel essentiã cuiusque. In actu uero aliam magis & aliam minus habet, aliam etiam non habet: ut uir iustus utens coniugio non habet continentiam in actu, quam tamen habet in habitu. Cur H ergo non dicantur paria peccata, forte quia magis facit contra charitatem qui grauius peccat, minus qui leuius. Nemo enim peccat nisi aduersus illam faciendo, quæ est plenitudo legis. Ideo recte dicitur. Qui offendit in uno, factus est omnium reus, idest, contra charitatẽ facit, in qua pendent omnia.

Repetit de charitate, ut addat quomodo tota lex in ea pendet.

I Cum duo sint præcepta charitatis, in quibus, ut prætactum est, tota lex pẽdet & prophetæ, aduertendum est, quomodo hoc fit, cũ in lege & in prophetis multa fuerint cæremonialia mandata, quę si ad charitatis sanctificationem pertinuissent, uiderentur nondum debere cessare. Quia uero non iustificationis gratia, quã facit charitas, instituta sunt, sed in figura futuri & in onus imposita: ideo clarescente ueritate cessauerũt B uelut ombra: uerumtamen & ipsa ceremonialia secũdum spiritualem sensum quem continent, & omnia moralia ad charitatem referuntur. Pertinent enim omnia ad decem mandata in tabulis scripta, ubi omnium summa perstringitur, ex quibus cætera emanant. Sicut in ser-

ARTICVLVS II.

Vtrum uirtutes gratuitæ sint connexæ.

Ibidem. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd virtutes gratuitæ nõ sint connexæ. Beda enim dicit, quòd sancti magis humiliantur de virtutibus quas non habent, quàm de virtutibus quas habent glorientur. ergo habent aliquas virtutes, & aliquas non habent.

¶ 2 Præt. Constat ꝙ multi habent fidem, qui non habent charitatem: vtraque autem est virtus gratuita. ergo &c. K

¶ 3 Præt. Christus habuit omnes virtutes alias, cui tamen defuit fides, & spes. ergo vna virtus potest haberi sine alia.

¶ 4 Præt. Perseuerantia est quædam virtus: sed multi habent virtutes aliquas, in quibus non perseuerant. ergo vna virtus potest haberi sine alia.

¶ 5 Præt. Coniugati, & innocentes possunt habere castitatem: sed coniugati non habent virginitatem, innocentes autem non habent pænitentiam. ergo non est necessarium quòd qui habet vnam, habeat omnes.

¶ 6 Præt. Nihil est laudabile nisi actus virtutis, neque vituperabile nisi vitium: sed in sacra scriptura quidam laudantur de vno, & vituperantur de alio, vt patet Apoc. 2. ergo potest haberi vna virtus sine alia, cuius oppositum vitium habetur.

Psal. 118. SED CONTRA. Super illud, Feci iudicium & iustitiã, F glo. a parte totum, vt qui habet vnam, omnes habeat virtutes: & qui vna caret, omnibus careat.

¶ Idem potest haberi ex glo. Hieronymi super illud Isa. 16. Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, vbi dicit glo. Cithara sonum compositum non emittit, si vna chorda rupta fuerit: sic spiritus, vel vẽter prophetæ, si vna virtus defuerit. Cap. 16.

¶ 2 Præt. Qui habet charitatẽ oportet ꝙ habeat alias virtutes: similiter qui habet alias virtutes, oportet ꝙ charitatẽ habeat, quæ est forma virtutum. ergo qui habet vnam virtutẽ, omnes habet.

RESPON. Dicendum, quòd virtutes gratuitæ, quãtum ad id quod essentialiter se habet ad virtutem, connexionem habent: quantum autẽ ad id quod accidit virtuti inquãtum est virtus, quamuis forte non accidat ei inquantum est talis virtus, non oportet connexionem esse. Ratio autem cõnexionis ex tribus sumi potest. Primo ex charitate, quæ est forma virtutũ, cum qua omnes virtutes simul infunduntur. Secũdo ex gratia, quæ est quasi totũ potentiale ad virtutes, ex qua quodammodo fluunt virtutes, sicut ex essentia animæ potentiæ. Vnde sicut oẽs potentiæ sunt simul inquantum cõnectuntur in essentia, ita omnes virtutes gratuitæ sunt simul, inquantum connectuntur in gratia. Tertio, ex ipsa iustitia generali, qua iustificatur impius, quæ nihil imperfectum relinquit: quia impium est a deo dimidiam sperare salutem, vt sancti dicunt. Vnde cum quis iustificatur omnes virtutes ei simul infunduntur. Aug. contra ... pœn.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Bedæ intelligendum est de virtutibus quantum ad vsus, & non quantum ad habitus. Diuersi enim sancti diuersimode excedunt se inuicem in vsibus diuersarum uirtutum, secundum qđ de K quolibet confessore dictum est. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Eccl. 44.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ sicut uirtutes morales nõ habẽt perfectam rationẽ uirtutis nisi sint directæ per prudẽtiam, ita nec uirtutes gratuitæ nisi sint formatæ per charitatem. Vnde supra di. 23. dictum est, ꝙ fides informis non est uirtus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in Christo fuit de fide, quicquid perfectionis est. s. uisio. Hoc enim per se ad uirtutem pertinet: non autem fuit in Christo imperfectio, quę quidem accidit uirtuti, quamuis per se conueniat fidei.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ perseuerãtia unomodo est specialis uirtus, secundũ quod dicit propositum persistendi, ut non recedat quis a ratione recta propter tristitias, ut dicitur 7. ethi. Cap. 14. & sic est simul de necessitate cum alijs uirtutibus. Alio modo, est quoddã accidẽs uirtutibus, sm qđ dicit cõtinuationẽ uirtutũ usq; in finẽ: & sic non est necessario simul cũ alijs uirtutib.

D. 1166. ¶ Ad quintum dicendum, quòd virginitas non dicit virtutem, sed quoddam accidens virtuti: vnde potest sine peccato amitti. Pænitentia autem si sit specials virtus, potest esse in innocentibus sub conditione, vt scilicet si peccarent, pæniterent, sicut Philosophus dicit de verecundia in 4. ethic. A

Cap. 16. ¶ Ad sextum dicendum, quòd non solum laudatur actus qui est a virtute, sed actus qui est ad virtutem, quo fiunt bona, sed non bene. Similiter non solum semper vituperatur peccatum mortale, quod expellit virtutem, sed etiam veniale, quod est simul cum uirtute.

ARTICVLVS III.

Vtrum dona sint connexa.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd dona non sint connexa. 1. Corinth. 12. Alij datur sermo sapientiæ per spiritum, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum: sed sapientia & scientia sunt donum. ergo alij datur vnum donum, & alij aliud, & ita non sunt connexa.

Lib. 1. c. 32. ¶ 2 Præt. Gregor. dicit, in moral. quòd minor est sapientia, si intellectu careat. ergo sapientia sine intellectu haberi potest.

Lib. 1. ¶ 3 Præt. Augustinus dicit de sermone domini in monte, secundum Matth. quòd ab vno dono paulatim fit processus ad aliud: hoc autem non esset si necesse foret ea simul esse. ergo dona non sunt connexa. C

¶ 4 Præt. Plus distat a communi statu virtutum perfectio transcendens genus virtutis, quàm perfectio manens in genere virtutum: sed qui habet virtutes, non oportet quòd habeat eas in perfecto statu virtutum, quæ quidem perfectio in genere virtutis manet. ergo multo minus oportet quòd habeat perfectionem donorum, quæ genus virtutis transcendit: & ita dona non connectuntur sibi in gratia, charitate, vel iustificatione: nec est aliud dare, in quo sibi connectantur. ergo non sunt connexa.

¶ 5 Præt. Donorum quædam perficiunt in vita actiua, quędam in contemplatiua: sed multi sunt perfecti in vita actiua, qui gradum vitæ contemplatiuæ nondum attingunt. ergo dona non habentur omnia simul.

SED CONTRA. Quicquid est de necessitate salutis, oportet esse simul cum gratia: sed dona sunt de necessitate salutis, quod patet per glo. Matthæ. 6. quæ dicit, quòd in donis est, vt operemur mandata, in quibus est vt ad beatitudinem veniamus. ergo videtur quòd dona sint connexa in gratia sicut & virtutes. D

¶ 2 Præt. Sapientia donum ex charitate causatur, vt ex dictis patet. ergo quicumque habet charitatem, habet sapientiam: sed sapientia ponitur in vltimo gradu. ergo quicumque habet eam, habet omnia alia dona: & sic omnia dona sunt connexa in charitate.

Lib. 2. mor. cap. 36. ¶ 3 Præt. Iustitia generalis, defectus qui peccatum implicant, tollit: sed contra tales defectus dona dantur, sicut consilium contra præcipitationem, vt dicit Gregor. & timor contra superbiæ tumorem. ergo simul cum iustificatur anima, omnia dona infunduntur.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, donum in hoc transcendit virtutem, quòd supra modum humanum operatur: qui quidem modus ex mensura altiori quàm sit humana mensura causatur. Huic autem mensuræ, quæ deus est, mens humana per charitatem innititur. Et ideo modum istũ habent ex ipsa charitate quantum ad esse absolutum, quod esse dicimus secundum quod perficiunt in his quæ sunt necessaria ad salutem. Sed quantum ad perfectum esse secundum quod dona ad altiora se extendunt, quod quidem est per gratiam gratis datam, non oportet quòd sint connexa. E

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ibi non ponitur simpliciter donum sapientiæ & scientiæ, sed sermo sapientiæ & scientiæ: & hoc quidem ad perfectionem donorum pertinet, vt scilicet homo ita sapientia & scientia abundet, vt non solum sibi sufficiat, sed per sermonem in alios redundet: vnde ponitur inter gratias gratis datas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dictum Greg. facit ad ostendendum connexionem donorum. Vult enim ostendere quòd perfectio vnius doni non est sine alio, vnde sapientia quæ sine intellectu est, & hebes est, & rationem doni non habet. A

¶ Ad tertium dicendum, quòd gradus ille, siue processus attenditur quantum ad vsus donorum: sicut etiam dicitur quòd fides præcedit & gignit alias virtutes, cum quibus tamen simul quandoq; infunditur.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd perfectio virtutum secũdũ intensionem nõ est de necessitate salutis, sicut perfectio quæ est ex donis, vt in omnibus, scilicet deum pro regula habeat.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis ad perfectum statum contemplationis non perueniat omnis qui in vita actiua est: tamen omnis christianus, qui in statu salutis est, oportet quòd aliquid de contemplatione participet, cum præceptum sit omnibus. Vacate & videte quoniã ego sum deus, ad quod etiam est tertium præceptum legis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uirtutes sint æquales.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd virtutes non sint æquales. 1. Corinth. 13. dicitur, quòd charitas est maior fide, & spe: sed quælibet harum est virtus. ergo vna virtus est minor quàm alia. 12. q. 66. 1. 2. de ver. q. 5. 3. C

¶ 2 Præt. Quantitas virtutis obiecto mensuratur: sed vna virtus ad plura se extendit obiecta, quàm alia. ergo vna virtus est maior quàm alia.

¶ 3 Præt. Habitus est ad actum habilitare: sed homo quandoque est magis habilis ad actum vnius virtutis quàm ad actum alterius. ergo habet vnam virtutem magis intensam q̃ aliam.

¶ 4 Præt. Supra dist. 25. dictum est, quòd fides, spes, & charitas, & operatio adæquantur: sed non omnes operationes virtutum sunt æquales. ergo nec omnes virtutes. In litera.

¶ 5 Præt. De quolibet sancto legitur. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi: hoc autem non potest esse, nisi quia vnus excedit alium secundum vnam, & alius secundum aliam. ergo in vno homine virtutes non sunt æquales, alias qui excederet in vna, excederet in omnibus. Eccl. c. 44.

SED CONTRA est, quod dicitur Apocal. 21. Latera ciuitatis sunt æqualia, in quo significatur secundum glo. quòd virtutes gratuitæ sunt æquales. D

¶ 2 Præt. Per idem, per quod habitus causantur, augentur, secundum Philosophum in 2. ethic. sed omnes habitus virtutum simul infunduntur cum gratia. ergo simul augentur cum augmento gratiæ: sed quæcumq; simul intenduntur & remittuntur sunt æqualia. ergo omnes virtutes sunt æquales. Cap. 2.

¶ 3 Præt. Secundum quantitatem virtutis est quantitas meriti, & per consequens quantitas præmij. Si ergo vna virtus esset altera maior, eidem deberetur maius & minus præmium quàm alteri in quo esset, & econuerso: quod est impossibile, cum non sit nisi vnum præmium.

RESPON. Dicendum, ꝙ est æqualitas secundum quantitatem absolutam, & æqualitas secundum quantitatem comparatam, quæ dicitur proportionis æqualitas, sicut patet in digitis manus, qui non sunt æquales secundum quantitatem absolutam, cum vnus alteri superpositus excedat ipsum, sunt tamen æquales secundum proportiones: quia sicut quantitas vnius digiti sufficit ad suum officium, ita & quantitas alterius digiti, vnde & digiti proportionaliter augentur. Quantitas ergo absoluta virtutis potest attendi quantum ad tria. Primo, quantum ad dignitatem: secundo, quantum ad obiecta, ad quæ se extendit: tertio, quantum ad intensionem, quæ cognoscitur in efficacia & modo agendi. Et his tribus modis contingit quòd una uirtus excedatur ab alia absolute loquendo: quia una est dignior alia, sicut charitas fide, & prudentia temperantia. Item una est plurium obiectorum quàm alia, sicut prudentia quàm temperantia. Item una secundũ speciem suam requirit maiorem intensionem quàm alia, quia quanto est difficilius obiectum, tanto oportet magis contra tendere, & intensius in ipsum moueri. Sed sm quantitatem comparatam sunt æquales, quia proportionaliter in his tribus se habent respectu suorum obiectorum: & ideo proportionaliter crescunt. E

In corp. AD PRIMVM ergo & secundum patet solutio ex dictis. F
¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc quod homo est magis habilis ad actum vnius virtutis, quàm ad actum alterius, non est ex diuersitate habituum semper, sed ex diuersa dispositione naturali, aut etiam ex exercitio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd per operationem accipitur ibi exterior actus, qui per morales virtutes completur, quas oportet theologicis proportionabiliter æquari, vt dictum est. Vel aliter dicendum, quod intelligitur de operationibus, quæ essentialiter consequuntur ad virtutes, sicut sunt actus interiores, quos etiã oportet æqualiter secundum proportionem esse, non autem secundum actus exteriores, qui possunt esse vel expeditiores, vel impeditiores propter aliqua accidentia.

mone Domini octo uirtutes præmittuntur, ad quas cætera referuntur. Et sicut ad decem mandata decalogi cætera referuntur, ita ipsa decem ad duo mandata charitatis pertinet, quia per charitatem implentur, & ad charitatem tamquàm ad finem referri debent. Vnde August. Totam magnitudinem & amplitudinem diuinorum eloquiorum possidet charitas, qua Deum proximumque diligimus, quæ radix est omnium bonorum: vnde ueritas ait. In his duobus mãdatis uniuersa lex pen- (De laudib. charitatis.) (1. Tim. 1.) G

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc dicitur quantum ad exercitium virtutum & vsum, & non quantum ad habitum.

ARTICVLVS V.

Vtrum uitia sint connexa.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd vitia sint connexa. Iaco. 2. Qui offendit in vno, factus est omnium reus: sed non efficitur omnium reus mandatoru, nisi per peccata. ergo qui facit vnum peccatum, habet omnia peccata.

¶ 2 Præt. Peccatum nihil videtur esse in anima, nisi priuatio virtutis: sed per vnum peccatũ mortale priuantur omnes virtutes. qui ergo habet vnum peccatum, habet omnia.

¶ 3 Præt. Sicut virtutes procedunt ex bono amore dei, ita peccata omnia procedunt ex inordinato amore sui, secundũ Aug. sed virtutes habent connexionem propter hoc, quod conueniunt in charitate. ergo etiam peccata habebunt connexionem propter inordinatum amorem, ex quo procedunt. (Lib. 14. de ciuita. dei. c. 24.)

¶ 4 Præt. Virtus & vitium sunt opposita immediate, ad minus secundum theologos: sed nulla virtus inest habenti aliquod peccatum. ergo insunt omnia vitia opposita singulis virtutibus, & sic idem quod prius. I

¶ 5 Præt. Pronior est homo ad peccatum, ad minus in statu naturæ corruptæ, quàm ad virtutem, virtus enim est circa difficile: sed qui habet vnam virtutem, habet omnes. ergo multo fortius qui habet vnum vitium, habet omnia.

2. eth. c. 5. SED CONTRA. Peccatum contingit infinitis modis, secundum Dionysium, & Philosophum: sed impossibile est infinita inesse eidẽ. ergo non possunt omnia peccata cõnexa esse. (De diui. nomi. c. 4.)

Cap. 12. ¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 4. ethicor. quòd malum si sit integrum, importabile fieret, & seipsum corrumperet: sed si inessent omnia peccata vni, esset malitia moralis integra. ergo hoc non potest stare.

¶ 3 Præt. Contraria impossibile est inesse eidẽ: sed contrariũ est vnum vitium alij, sicut prodigalitas illiberalitati. ergo impossibile est esse peccata connexa. K

RESPON. Dicendum, quòd in peccato duo sunt, scilicet auersio, & conuersio: ex parte auersionis peccata cõnexionem habent, inquantum auertuntur a bono incommutabili. Sed ex parte conuersionis nullo modo connexionem habere possunt, sicut habent virtutes. Virtutes enim habent esse ordinatum, quia in ipsa potentiarum ordinatione consistit ratio virtutis: sed peccata præter intentionem, & per accidens fiunt, & ideo non reducuntur ad rectum ordinem, nec in aliquo vno connecti possunt. Et præterea. Peccata ex operibus sunt, & contingunt omnifariam, nec sunt ab aliquo principio infundente sicut virtutes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc intelligitur quantum ad amissionem summi boni, a quo omne peccatum auertit, quo amisso quicquid virtutis debebatur, deperit, & omnia virtutum merita mortificantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum quandoque nominat actum, quandoque autem nominat maculã, quæ est priuatio gratiæ & virtutis per comparationem ad actum præcedentem: quandoque etiam nominat reatum, qui est obligatio ad pœnam propter actus inordinate commissos: & ideo secundum diuersos actus diuersæ maculæ sunt, & diuersi reatus, quàmuis sit eadem virtus, vel gratia qua priuantur.

det, & prophetæ. Si ergo non uacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, tene charitatem ubi pendent omnia: quia perfectio est & finis omnium. Tunc enim præcepta & consilia recte fiunt, cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum. Quod uero timore pœnæ, uel aliqua intentione carnali fit, ut non referatur ad charitatem, nondum fit sicut fieri oportet, quàmuis fieri uideatur. Inimícus enim iustitiæ est, qui pęnæ timore non peccat: ami-

¶ Ad tertium dicendum, quòd a charitate procedunt virtutes secundum ordinem rectum, & ideo consonantiam & connexionem habent: sed ex amore inordinato sequuntur vitia extra ordinẽ, & ideo congruitatem adinuicẽ habent, & multifariam diuiduntur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd immediata oppositio, secũdũ theologos, virtutis & vitij intelligitur quantum ad actus, & non quantum ad habitus. Aliquis enim per vnum actum peccati mortalis perdit omnes habitus virtutum, nõ tamen per illum actũ aggeneratur in ipso aliquis habitus, vnde tunc caret vtroque habitu: non est autem conueniens vt in illo qui habet actum luxuriæ, & caret per hoc habitu mansuetudinis, inueniatur actus eius non quidem ab ipsa procedens, sed ei similis, sicut actus virtutum dicuntur qui sunt ad uirtutem. H

¶ Ad quintum dicendum, quòd ex hoc ipso quòd homo pronior est ad peccandum, non requiruntur tot ad vnum peccatum, sicut ad vnam virtutem: & ideo non est necessarium, vt qui habet vnum peccatũ, habeat omnia, sicut qui habet vnam uirtutem, habeat omnes. Vtrum autem omnia peccata sint paria, quære in 2. lib. dist. 42. q. 1. art. 5.

ARTICVLVS VI.

Vtrum modus charitatis sit in præcepto.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd modus charitatis sit in præcepto. Sicut enim uirtutes connectuntur sibiinuicem in charitate, ita & omnia mandata ad charitatem reducuntur: sed uirtutes ideo connectuntur sibi in charitate, quia per charitatẽ formantur. ergo & præcepta ad charitatem reducuntur, quia modus charitatis sub præcepto cadit. (11. q. 10.) I

¶ 2 Præt. Deut. 6. dicitur. Diliges dominum deum tuum &c. constat quòd ibi præcipitur actus charitatis: sed ex actu charitatis modificantur opera quæ sunt in præcepto. ergo prædictus modus est in præcepto.

¶ 3 Præt. Matth. 19. dicitur. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata: sed nullus potest ad uitã ingredi sine charitate. ergo modus charitatis est in præcepto.

¶ 4 Præt. Sicut deformationi opponitur formatio, ita prohibitioni opponitur pręceptum: sed deformatio operum cadit sub prohibitione. ergo formatio quæ fit per modum charitatis, cadit sub præcepto.

¶ 5 Præt. Per charitatem actus præceptorum ordinantur in finem debitum: sed hoc cadit sub præcepto, ut patet per Apostolum. 1. Corinth. 10. Omnia in gloriam dei facite. ergo & modus charitatis. K

SED CONTRA. Nihil cadit sub præcepto, nisi quod est in potestate nostra. unde Hiero. anathematizat eos, qui dicunt deum aliquid impossibile homini præcepisse: sed habere charitatem non est in potestate nostra. ergo modus charitatis nõ cadit sub præcepto. (In ...)

¶ 2 Præt. Quicumque omittit hoc quod est de substantia præcepti, peccat: sed aliquis diligens deum dilectione naturali, uel opera pietatis faciens charitate carens, hoc ipso non peccat. ergo modus non cadit sub præcepto.

¶ 3 Præt. Homo in statu innocentiæ, etiam si gratiam non habuit, habebat unde poterat stare: quod non esset, si modus esset sub præcepto, quia caderet si sine modo præcepta seruaret. ergo modus non est in præcepto.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc sunt quattuor opiniones. Prima opinio est, quod modus cadit sub præcepto, quia tamen illud

lud præceptum est affirmatiuum, non obligat ad semper, quãuis obliget semper: & sic homo non tenetur ex charitate implere mandata, nisi pro tempore illo quo charitatem habet, & sic non obligatur ad impossibile. Sed hoc dictum non videtur sufficiens, quia si modus est de substantia præcepti, simul curret obligatio ad actum, & ad modũ. Contingit autem quod erit tempus honorandi parẽtes, quan do etiã charitatem non habent, vnde videtur quòd tunc teneatur ex charitate implere. Et ideo alij dicunt quod æqualiter currit obligatio præcepti, & modi, vt scilicet quandocumque tenetur homo implere præceptum, tenetur implere illud ex charitate. Nec propter hoc deus aliquid impossibile præcipit, quia quàmuis homo per se charitatẽ habere non possit, tamen potest facere aliquid vnde ipsam a deo accipiet, quia secundum Philosophum in 3. ethicor. quæ per amicos facimus, aliquo modo possibilia sunt. Sed hoc non potest stare, quia aliquis in peccato mortali existens, in quolibet actu de genere bonorum, quo præceptum impleret quo ad substantiam operis, peccaret peccato omissionis, inquantum omitteret modum: quod falsum est. Et ideo alij dicunt, quòd modus nullo modo cadit sub præcepto, & quod homo sine charitate præceptum legis implet. Sed hoc videtur vicinum Pelagianæ hæresi, quæ ponebat omnia præcepta sine gratia posse impleri. Ideo alij mediam viam tenent, & dicunt quòd modus quodammodo in præcepto cadit, & quodammodo non. Dicimur enim ad mandata teneri dupliciter. Vno modo ita quod nisi impleamus hoc, ad quod tenemur, sumus omissionis, vel transgressionis rei: & secundum hoc tenemur solum ab substantiam mandati, non ad modum. Alio modo ita quòd si non impleamus id ad quod tenemur, non percipimus mandati fructum, & sic tenemur ad substantiam operis, & ad modum, sine quo quantumcumq; homo substantiam operis exequatur, ad vitam non perueniet. & hæc opinio videtur rationabilior. Constat enim quòd præceptum potest dupliciter considerari. Vno modo, inquantum imponitur secundum necessitatem quandam implenti, & sic nihil debet imponi alicui, nisi quod statim est in ipso vt impleat, quod si nõ implet, punitur: quia sic lex habet vim coactiuam, secundum Philosophum in 10. ethi. Alio modo, quantum ad intentionem legislatoris, qui per legis præcepta intendit ad virtutem perducere, vt dicitur in 2. eth. & sic quantum ad intentionem legislatoris modus virtutis cadit sub pręcepto, non quantum ad obligationem legis. (A) (1. de doctr. christ. c. 25.) (Cap. 6.) (C) (Cap. 11.) (Cap. 1.) (D)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd præcepta quodammodo connectuntur in charitate, sicut in fine, quia per ipsam fructum mandati obseruati quis percipit.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd illo præcepto præcipitur actus charitatis non qui sit a charitate, sed qui est similis actui charitatis, sicut est actus naturalis dilectionis. Vel si præcipitur actus charitatis, præceptum illud magis est ad ostendendum quo tendere debeamus, quàm ad obligandum, sicut supra distinct. 27. dictum est. (In litera.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit quantum ad intentionem legislatoris, magis quàm quantum ad obligationem legis. E

¶ Ad quartum dicendum, quòd facere actum deformem, & abstinere ab ipso, est in potestate nostra, non autem facere actum formatum: & ideo non est similis ratio.

¶ Ad quintum dicendum, quòd modus charitatis plus importat, quàm relationem operis in finem debitũ, importat enim quòd actus ex habitu charitatis procedat, qua multi carentes, actus suos in deum referunt.

cus uero qui eius amore non peccat. Omnium enim hęc summa est, ut intelligatur legis & omnium diuinarum scripturarum plenitudo esse dilectio Dei & proximi.

DISTINCTIO XXXVII.

A

De decem præceptis, quomodo contineantur in duobus mandatis. B

SED iam distributio decalogi, quæ in duobus mandatis cõtinetur, cõsideranda est. Habet enim decalogus decem præcepta, quæ sunt decachordum psalteriũ, quæ sic sunt distributa, ut tria quæ sunt in prima tabula, pertineant ad Deum scilicet ad cognitionẽ & dilectionem Trinitatis: septem quæ sunt in secunda tabula, ad dilectionem proximi.

De primo præcepto.

PRIMVM in prima tabula est. Non habebis Deos alienos, non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem &c. Hæc Orig. dicit duo esse mandata, sed Aug. unum.

EXPOSITIO TEXTVS.

VBI *charitas est, quid est quod possit deesse?* Ergo omnes aliæ virtutes superfluunt. Et dicendum, quòd hoc dicitur propter necessariam cõnexionem aliarum virtutum, quarum ipsa quodammodo est causa. *Sequitur vt eius fortitudo minus sit prudens.* Hoc dicitur secundum quod ab vna virtute aliquid in aliam redundat, vt dictum est. *Quia non iustificationis gratia &c.* De hoc dicendum in 1. dist. 4. libri. *Sicut in sermone Domini septem virtutes &c.* Loquitur de beatitudinibus, quæ virtutes dicuntur, inquantum sunt actus virtutũ. *Quia per charitatem implentur &c.* Videtur quod dicat duo contraria, scilicet quod charitas sit principium, & finis mandatorum. Et dicendum quod hoc non est inconueniens, quia sicut in naturalibus forma & finis incidunt in idem, ita & in moralibus. Habitus. n. qui est principium actus, vt imperans actum, est etiam quodammodo finis, inquãtum ad finem proprium vtitur actu imperato. *Totam magnitudinem & amplitudinem &c.* secundum hoc videtur quòd prolixitas sacræ scripturæ sit superflua. Et dicendum quòd continentur omnia diuina eloquia in pręcepto charitatis sicut in radice, sed oportuit per ramos distingui. A (q. 2. art. 5.) (Lib. de decem cordis ca. 5. & lib. quæst.)

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de virtutibus & donis, quæ nos ad bene operandum inclinant: in parte ista determinat de præceptis legis, quibus ad opera virtutum & donorum dirigimur. Diuiditur autem in duas partes. In prima, determinat de octo primis mandatis, quæ aliquo modo opus respiciunt. In secũda, determinat de duobus mandatis vltimis, quę respiciunt tm̃ concupiscẽtiã cordis. 40. di. ibi. *Sextum præceptum &c.* Prima in duas. In prima, determinat de primis octo mandatis. In secũda, determinat de quibusdam, quę uno illorũ mandatorũ intelliguntur prohiberi, quæ specialẽ difficultatẽ habent. 38. di. ibi. *Sciendum tamen tria esse genera mendaciorũ &c.* Prima in duas. In prima, determinat de præceptis primæ tabulæ. In secunda, de pręceptis secundæ tabulæ, ibi. *In secunda vero tabula.* Prima in tres sm̃ tria mandata, de quibus determinat. Secunda incipit, ibi. *Secundum præceptum est &c.* Tertiũ, ibi. *Memento vt diem sabbathi &c.* Circa primũ tria facit. Primo, distinguit pręcepta. Secundo, exponit primũ ipsorũ, ibi. *Primum in prima tabula &c.* Tertio, soluit quæstionem ex prædictis ortam, ibi. *Sed quæritur quomodo hoc dicatur &c. In secunda vero tabula &c.* Hic determinat de præceptis secundæ tabulæ. Et diuiditur in quinque partes secundum quinq; mandata, quæ satis patent in litera. Quarũ quarta pars diuiditur in duas. In prima, exponit quartũ mandatũ. In secunda, mouet quæstionẽ, ibi. *Si vero quæritur de filijs Israel &c.* Secunda incipit, ibi. *Hic opponitur, quòd etiam boni &c.* Et similiter quinta pars diuiditur in expositionem, præcepti, & quæstionem, quæ incipit, ibi. *Solet autem quæri &c.* (C) (D)

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur sex.

¶ Primo, De necessitate legis scriptæ.
¶ Secundo, De distinctione, ordine, & assignatione mãdatorũ.
¶ Tertio, Vtrũ omnia mandata legis ad hæc decẽ referantur.
¶ Quarto, Vtrum dispensationem in aliquo casu recipiant.
¶ Quinto, De obseruatione sabbathi.
¶ Sexto, De vsura.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit necessarium tradi legem scriptam. E

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuit necessarium legem scriptam tradi, maxime de his decem præceptis. Ea enim quæ sunt naturaliter scripta in intellectu speculatiuo, nulla scientia in scri-

in scripturam colligit, sed utitur eis quantū indiget unaquæque: sed hæc decem præcepta sunt naturaliter scripta in intellectu practico vniuscuiusque. ergo non fuit necesse ea in scripturam redigere.

¶2 Præt. Scriptura videtur esse inuenta ad succurrendum labilitati memoriæ: sed alia præcepta legis, quæ non sunt ita scripta in corde hominis sicut iudicialia & ceremonialia, facilius poterant tradi obliuioni. ergo ea magis debuerunt in tabulis lapideis scribi.

Sup. Exod. q. 7.

Hom. 8. super Exod.

¶3 Præt. Ea quæ scripto traduntur, ad plebem per sapientes perueniunt: sed hæc decem mandata ipsa plebs immediate audiuit a deo, ut patet Exo. 20. ergo non debuerunt in scripto redigi.

Hoc ipsum enim quod dixerat. Non habebis deos alienos, pfectius explicat cum prohibet coli figmenta scilicet idolum, uel similitudinem alicuius rei, quæ duo Orig. ita dicit distare, ut idolum sit quod nihil habet simile sui: similitudo uero quæ habet speciem alicuius rei. Verbi gratia. Si quis in auro, uel ligno, uel alia re faciat serpentis speciem, uel auis, uel alicuius rei, & statuat adorandum nō idolum, sed similitudinem facit. Qui uero facit speciem quam non uidet oculus, sed anim⁹ sibi fingit, ut si quis humanis mēbris caput canis, uel arietis formet, uel in uno habitu hominis duas facies, non similitudinem, sed idolum facit, quia facit quod nō habet aliquid simile sui.

¶4 Præt. Legislator qui intendit sibi subiectos bonos facere, non debet aliquid pro lege ferre, ex quo uitia augeantur eo præuidente: sed ex hoc quòd ista mandata obligatoria populo sunt tradita, præuaricatio creuit, 1. Corinth. 15. Virtus peccati lex. glo. Lex prohibendo auget peccati cupiditatem. ergo non debuerunt huiusmodi præcepta legis a deo dari, qui omnia præuidet.

¶5 Præt. Seruitia coacta sunt minus deo accepta: sed per legem fit coactio quædam, inquantum obligat. ergo uidetur quòd huiusmodi obligatoriam legem edere non debuit.

SED CONTRA. Non minor cura est deo de rebus humanis, quàm de rebus naturalibus, quas propter hominem fecit: sed rebus naturalibus certas leges posuit. ergo etiam rebus humanis aliquas leges ponere debuit.

¶2 Præt. In quolibet regimine oportet quòd uoluntas rectoris rectis innotescat: sed dei uoluntas nobis per legis præcepta innotescit, inquantum est signum diuinæ uoluntatis. ergo oportuit quòd ab ipso qui orbem regit, præcepta mundo ederentur.

Cap. 7.

¶3 Præt. In 8. ethicor. dicit Philosophus, quòd rex per imperium suum mouet eos qui in regno suo sunt: sed deus omnia mouet. ergo oportuit quòd ad homines eius imperium deueniret, quo in deum mouerentur.

RESPON. Dicendum, quòd necessarium fuit ea quæ naturalis ratio dictat, quæ dicuntur ad legē naturæ pertinere, populo in præceptum dari, & in scriptum redigi propter quatuor rationes. Primo, quia per contrariam consuetudinem, qua multi in peccato præcipitabātur, iam apud multos rō naturalis in qua scripta erant, obtenebrata erat. Secundo, quia etsi in aliquibus uigebat ratio, tamen amor boni in eis deficiebat, unde per quandam coactionem legis obligatoriæ ad bonum inducendi erant. Tertio, ut ad opera uirtutis non solum natura inclinaret, sed etiam reuerentia diuini imperii. Quarto, ut magis memoria tenerentur, & frequentius in cogitatione uersarentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passiones animæ non corrumpunt existimationem speculatiuam, sicut corrumpunt existimationem practicam, & ideo magis oportuit præcepta legis naturæ in scriptis redigi, quàm principia speculatiua.

¶Ad secundum dicendum, quòd præcepta iudicialia & cærimonialia erant mutabilia secundum diuersos status & conditiones hominum, sed præcepta ista legis naturæ immobiliter permansura erant, in cuius signum in tabulis lapideis deus ea scribi uoluit.

¶Ad tertium dicendum, quòd ista præcepta omnibus indita erant in naturali cognitione, & ideo in huius signum deus toti populo per se ea edidit, sed propter multos, qui secundum passiones uiuunt, in quibus iudicium rationis obtenebratur, uoluit ut per sapientiores, in quibus iudicium rationis uiget, in alijs cognitio horum præceptorum conseruaretur, & ideo scribi ea uoluit.

¶Ad quartum dicendum, quòd lex, quantum erat in se, nullo modo nec occasio, nec causa erat augendæ cupiditatis: sed propter corruptionem fomitis hoc contingebat occasione accepta ex lege ab ipsis peccantibus, non data ipsis a lege.

¶Ad quintum dicendum, quòd boni qui habent uoluntatem benefaciendi non operantur quasi coacti a lege, sed ipsi sibi sunt lex: unde non propter eos lex est posita, sed propter transgressores, ut dicitur Gal. 3. in quibus melius est ut coacti a malo desistant, quàm ut mala libere exequantur.

ARTICVLVS II.

Vtrum præcepta decalogi conuenienter assignentur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd præcepta decalogi non conuenienter assignentur. Præcepta enim legis ad merendum ordinantur: sed meritū in aliquo actu consistit. cum ergo in præceptis negatiuis non ponatur aliquis actus, sed solū negetur, uidetur quòd præcepta decalogi non debuerunt per negationem assignari.

¶2 Præt. Illud, ex quo datur aliud intelligi, debet aliquo modo continere illud: sed prohibitio maioris mali non continet prohibitionem minoris mali, nec præceptum magis debiti continet præceptum minus debiti. cum ergo per prohibitionem mechiæ detur intelligi omnis illicitus usus membrorum, ut in litera dicitur, cū mechia sit grauius quàm simplex fornicatio, uidetur quòd non fuerit rectus modus assignandi præceptum per prohibitionem mechiæ alia minora prohibere. Et similiter potest obijci de honoratione parentum, quod est magis debitū, quàm beneficia quæ alijs hominibus sunt exhibenda, quæ ad hoc præceptum reducuntur.

¶3 Præt. Omnia præcepta legis debent æqualiter in memoria contineri. ergo cum in tertio præcepto fiat mentio de memoria, uidetur quòd eadem rōne debuerit in alijs præceptis poni.

¶4 Præt. Præcepta decalogi ad legem naturalem pertinent: sed legis naturalis dictamen per rationem naturalem est: ergo non oportet in alio præcepto legis aliam rationem assignari, nisi quod naturalis ratio dictat.

¶4 Præt. Omnibus præceptis obseruatis præmium debetur: sed in quarto præcepto præmium ponitur, ut sis longæuus super terram. ergo eadem ratione in alijs præceptis poni deberet.

VLTERIVS. Videtur quòd non debeant esse decem legis præcepta. Sicut enim dicitur in glo. Matth. 6. In præcibus est ut impetrentur dona, in donis ut impleantur mandata, in mandatis ut beatitudines consequamur: sed præces, & etiam dona, similiter & beatitudines quodammodo sunt septem. ergo & mandata legis debebant esse tantum septem.

¶2 Præt. Roma. 13. Dilectio proximi legem impleuit: sed intentio legislatoris in omnibus præceptis est, ut lex impleatur. ergo sufficiens fuit unum præceptum tantum, scilicet, de dilectione proximi ponere.

¶3 Præt. Roma. 7. dicit glo. Bona est lex, quæ dum concupiscentiam prohibet, malum prohibet: sed præcepta ordinantur contra peccata, ut patet per Augu. in lib. de decem chord. ergo suffecisset unum præceptum ponere, in quo concupiscentia prohiberetur.

SED CONTRA. Videtur quòd debeant esse plus quàm decem. Vbicumque enim contingit esse peccatum in opere, contingit esse peccatum & in interiori concupiscentia, quia consensus in peccatum, peccatum est: sed furtum & mechia prohibentur diuersis præceptis quantum ad actum, & quantum ad concupiscentiam. ergo eadem ratione & alia peccata debuerunt duplicibus præceptis prohiberi.

¶2 Præt. Vt in 2. lib. dist. 42. dicit magister, Tribus modis aliquis peccat, scilicet in deum, in proximum, in seipsum. cum ergo quædam præcepta ordinentur contra peccatum in deum, quædam uero contra peccatum in proximum, uidetur etiam quòd quædam debuerunt ordinari contra peccatum in seipsum.

¶3 Præt. Secundum Philosophum in 2. ethicor. intentio legislatoris est ad uirtutem ciues inducere, unde & de singulis uirtutibus aliquid lex præcipit, sicut patet in 5. eiusdē: sed multo plures uirtutes sunt quàm decem, ergo debent esse plura præcepta.

VLTERIVS. Videtur quòd præcepta male ordinentur, quia sicut Greg. dicit, Ex uisibilibus in amorem inuisibilium rapimur: sed præcepta secundæ tabulæ ordinant ad dilectionem proximi, quem uidemus: præcepta uero primæ tabulæ ad dilectionem dei, qui inuisibilis est. ergo præcepta secundæ tabulæ prius poni debuerunt.

¶2 Præt. Prius est aliquid in corde, quàm sit in executione operis: sed præceptum tertium primæ tabulæ uidetur ad cor pertinere, præceptum uero secundum ad opus interius, primum autem ad opus exterius, quia ad actus latriæ pertinet. ergo inconuenienter ordinantur.

¶3 Præt.

¶3 Præt. Secundum Boetium prius extirpanda sunt vitia, quàm inserantur virtutes: sed præcepta negatiua ordinantur ad extirpationem vitiorum, affirmatiua autem ad habendas virtutes. ergo in secunda tabula præceptum affirmatiuum non debuit esse primum, sed vltimum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd cum intentio legislatoris sit ad virtutes homines inducere, quibus legem tradit, oportet quòd illo modo in assignādis præceptis legis vtatur qui competat viæ ad virtutem, quæ quidem est vt ex his quæ magis in promptu sunt, in difficiliora tendatur, sicut etiam in disciplinis ex magis notis in minus nota proceditur: & ideo legislator in istis decē præceptis, quæ sunt quasi prima legis initia, illa prohibuit, vel præcepit, quæ primo occurrūt facienda, vel dimittēda eunti ad virtutem, & ex his alia intelligi voluit, quæ in eis quasi in suis principijs includuntur: & propter hoc plura negatiua posuit quàm affirmatiua, quia magis in promptu est & facile ut mala dimittantur, quàm ut bona perficiantur. In malis etiam illa prohibuit, quæ statim in primo aspectu detestanda uidentur: & similiter in bonis illa præcepit, quæ cuilibet esse debita manifestum est.

1. Cor. 8.

Sup. Ioā. Tra. post medium.

Ideo dicit Apostolus, quia idolum nihil est in mundo. Non enim aliqua ex rebus constantibus assumitur species, sed quod mens otiosa & curiosa reperit. Similitudo uero est, dum aliquid ex his quæ sunt uel in cęlo, uel in terra, uel in aquis formatur. August. vero ita exponit illud. Idolum nihil est in mundo, idest, inter creaturas mundi non est forma idoli. Materiam enim formauit Deus, sed stultitia hominum formam dedit. Quæcumque facta sunt naturaliter, facta sunt p verbū: sed forma hominis in idolo non est facta per uerbum, sicut peccatum non est factum per uerbum, sed est nihil, & nihil fiunt homines cum peccant. Sed quæritur quomodo hic dicatur forma idoli non esse facta per uerbum, cū alibi legatur. Oīs forma, omnis cōpago, omnis cōcordia partiū facta est per uerbum. Hoc autem a diuersis uarie soluitur. Quidam enim dicunt omnem formam, & quicquid est, a Deo esse inquantum est: & formam idoli inquantum est, uel inquantum est forma, a Deo esse, sed non inquantum est idoli, idest, posita ad adorandum. In hoc enim non est creatura, sed peruersio naturæ. Sicut illud quod peccatum est, inquantum peccatum est, nihil est: & homines cum peccant, nihil fiunt, quia ab illo qui uere est, separantur. Vnde Hiero. Quod ex Deo non est, qui solus uere est, non esse dicitur. Ideoque peccatum quod nos a uero esse abducit, nil esse, uel non esse dicitur. Alij uero dicunt omnem formam, scilicet quæ naturaliter est, & omne quod naturaliter est, esse a Deo: sed forma idoli non est naturaliter, quia naturæ iustitiæ non seruit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis in præceptis negatiuis priuetur actus exterior, potius quàm ponatur, includitur tamen actus rationis eligentis repressionem cupiditatis, uel concupiscentiæ, quæ ad actus prohibitos inclinabat, & in hoc meritum consistit.

¶Ad secundum dicendum, quòd quàmuis prohibitio minoris mali in magis malo non includatur via syllogistica, ut argui possit. Si magis malum dimittendū est, quòd & minus malum, includitur tamen eo modo, quo ea quæ ex seminibus naturæ progrediuntur, in rationibus seminalibus continentur. Sicut enim natura ex paruis seminibus in maximas arbores proficit, ita etiam & lex ex his quæ in principio & in promptu sunt, in alia procedit quæ sunt quandoque difficiliora & perfectiora: & ideo legislator per prohibitionem mœchiæ prohibuit fornicationē simplicem: & per falsum testimonium prohibuit omne mendacium: & per furtum prohibuit omnem turpem quæstum, & sic de alijs.

¶Ad tertium dicendum, quòd tertium præceptum primæ tabulæ non erat simpliciter inditum rationi, quia determinatio diei qua uacandum est diuinis obsequijs, est ceremonialis non moralis, quàmuis substantia præcepti moralis sit: unde magis natum erat a mente excidere, quàm ea quæ totaliter naturalis ratio dictat, & ideo potius in hoc præcepto induxit memoriā, & rationem præcepti assignauit, quàm in alijs præceptis. Et ex hoc patet solutio ad quartum.

¶Ad quintum dicendū, quòd quartū præceptū maxime uīr habere de debito, & de naturali inclinatione, & priuato amore, & ideo minus uidebatur esse meritorium quàm alia: & ideo propter hoc oportuit ut ei adderetur præmium. Vel dicendum, quòd quartum præceptum est primum secundæ tabulæ, unde ipsi præmium additur: sicut & in primo præcepto primæ tabulæ præmium innuitur ex hoc, quòd dei misericordia commemoratur, ut ex his duobus mandatis ostendantur omnia sequentia præmiabilia esse.

Cap. 10.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd lex ciuilis suis præceptis dirigit hominem in communicationibus, quæ sunt ad alterum secundum uitam politicam, quę quidem non potest esse nisi hominis ad hominem. Derisibiles enim uidentur laudes politicæ uitæ in deo transferentes, ut dicitur in 10. ethic. sed lex diuina dirigit nos suis præceptis in spirituali uita, secundum quam, societatem habemus non solum ad hominem, sed ad deum. 1. Ioan. 1. & ideo oportuit præcepta legis diuinæ hoc modo distingui, quòd quædā dirigerent hominem in his quæ ad deum spectant, quæ dicuntur præcepta primæ tabulæ: quædam uero in his quæ spectant ad proximum, quæ dicuntur præcepta secundæ tabulæ. Ordinatur autem homo ad eum tripliciter. Vno modo, per meditationem cordis, ut dicitur in psalm. 45. Vacate & uidete, quia ego sum deus: & ad hoc dirigit tertium præceptum, sc. sanctificatio sabbathi. ergo aliquod tēpus deputatur ad uacandum diuinis cessando ab omnibus, quę hoc otium perturbare possent. Alio modo, per reuerentiā oris, quod fit dum laudatur, & nomen eius cum reuerētia enūtiatur. Et quia primo occurrit in reuerentia diuini nominis iurare, quàm laudes debitas deo reddere, ideo in secundo præcepto ponitur, Nō assumes nomen dei tui in uanum. Tertio, ut in opere seruitium debitum exhibeatur, quod latria dicitur, ad cuius actum primum præceptum ordinatur, similiter per prohibitionem contrarij, Non habebis deos alienos. Ad proximum autem homo dupliciter ordinatur. Vno modo, ut ei beneficium impendatur, quod maxime parentibus faciendum est: unde in primo præcepto secundæ tabulæ honoratio parentum præcipitur, in quo intelligitur esse beneficium proximo exhibendum. Alio modo, ut proximo nocumentum non inferatur, quod quidem contingit tripliciter. Primo, quantum ad cor, & sic sunt duo præcepta ultima, Non desiderabis uxorem proximi tui, &, Non concupisces domum proximi tui. Secundo, potest inferri nocumentum proximo ore: & hoc prohibetur quinto præcepto, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, in quo secundum regulam prius datam detractio, & obiurgatio, & omnia huiusmodi prohibentur. Tertio, infertur proximo nocumentum opere, quod quidem contingit dupliciter. Vno modo, inquantum subtrahuntur ea quæ sunt necessaria uitæ: & sic est quartum præceptum, Non furtum facies. Alio modo, inquantum ipsi uitæ impedimentum paratur, quod dupliciter contingit. Vno modo, circa uitam qua ipse in seipso idem numero uiuit: & contra hoc est secundum præceptum, Non occides: in quo etiam omne nocumentum in personā prohibetur. Alio modo, circa uitam qua aliquis uiuit in prole idem specie: & contra hoc nocumentum est tertium præceptū, Non mœchaberis, quia adulterium contra certitudinem prolis est.

Eodem loco paulo inferius.

Sup. Ezec.

λατρία Cultus dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtutes, dona, beatitudines, petitiones, & præcepta legis, sicut dictum est supra, correspondent sibi in generali: quia quælibet istorum se extendunt ad totam humanam vitam, non tamen oportet quòd particulariter singula singulis respondeant, nisi per adaptationem aliquam, eo quòd non est eadem ratio distinguendi in omnibus prædictis.

¶Ad secundum dicendum, quòd dilectio proximi est sicut prima radix obseruandi præcepta, prout in dilectione proximi etiam dilectio dei includitur: est enim finis præcepti, ut dicitur. 1. Thi. 1. unde tenet locum primi principij in disciplinis. Vnde sicut ibi post primum principium, ad quod omnia reducuntur, ut dicitur in 4. meta. scilicet quòd affirmatio & negatio non uerificatur de eodem, ponuntur alia principia magis propinqua particularibus conditionibus: ita etiam in lege præter dilectionem proximi, oportuit poni aliqua specialia præcepta, quæ dirigerent in particularibus actibus.

art. 11. usq; ad 20. exclusiue.

¶Et similiter dicendum ad tertium de concupiscentia, quæ est sicut radix omnium malorum.

¶Ad quartum dicendum, quòd nocumentum quod alicui in persona infertur, naturalem horrorem habet, nec terminatur

ad

ad aliquod reale bonum facientis, sed solum ad bonum æstimatum, quod est vindicta. Sed nocumentum quod infertur in subtractione rerum, vel in abusu vxoris, natũ est habere quandam delectationem, inquãtum terminatur ad aliquod bonum reale, ad minus sensibile, ipsius operãtis. Et ideo ista duo nocumenta distinguuntur præceptis pertinentibus ad cor, & ad actum: non autẽ præceptum quod est de nocumento personæ proximi, talẽ distinctionẽ respicit.

Cap. 2. ¶ Ad quintum dicẽdum, ꝙ secundum Philosophum in 5. ethico. legislator intendit cõe bonum per lationem legis: & ideo actus particulares vnius hominis non præcipit, nisi secundũ quod ad alium ordinantur. Et propter hoc etiã quantum ad modũ tradendi ista præcepta, hoc modo fuerunt assignanda, vt per ea ordinaretur homo tantum ad alterum, quàmuis in ordinatione ad alterum includatur et ordinatio ad seipsum, sicut in dilectione proximi includitur dilectio sui.

Id enim naturaliter esse dicitur, quod simplici naturæ iustitiæ, quæ deus est, militat, non resultat, & naturam creatam non vitiat.

De secundo præcepto.

SEcundum præceptũ est. Nõ assumes nomen Dei tui in uanum, quod est dicere secundum literam. Non iurabis pro nihilo nomen Dei: allegorice vero præcipitur, ut non putes creaturam esse Christum Dei filium, quia omnis creatura uanitati subiecta est, sed æqualem patri.

De tertio præcepto.

TErtium uero est. Memento ut diem sabbathi sanctifices. Vbi secundum literam præcipitur sabbathi obseruantia: allegorice uero ut requiẽ hic a uitiis, & in futuro in Dei cõtẽplatione expectes ex Spiritu sancto, idest, ex charitate & dono Dei, non quòd Spiritussanctus sine Patre & filio hoc operetur. Accepit utique Ecclesia donum hoc, ut in Spiritusancto fiat remissio peccatorum, quam remissionem cum Trinitas faciat, proprie tamen ad Spiritum sanctum dicitur pertinere, quia ipse est spiritus adoptionis filiorum, ipse est Patris & Filii amor & connexio, uel communitas. Ideoque iustificatio nostra & requies ei attribuitur sæpius. Hæc sunt tria mãdata primæ tabulæ ad Deum pertinentia. Et primum quidem, quod est de uno Deo colendo, pertinet ad Patrem, in quo est vnitas, uel authoritas. Secundũ ad filium, in quo est æqualitas. Tertium ad Spiritumsanctum, in quo est utriusque communitas.

De mandatis secundæ tabulæ.

IN secunda vero tabula septem erant mandata ad dilectionem proximi pertinentia, quarum primum ad patrem carnalem refertur, sicut primum primæ tabulæ ad patrem cælestem, quod est. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longæuus super terram, scilicet viuentium. Parentes vero sic sunt honorandi, ut eis debita reuerentia exhibeatur, & necessaria ministrentur.

Secundum est. Non occides. Vbi secũdum literam, actus homicidij prohibetur: secundum spiritũ uero etiam uoluntas occidendi. Vnde huic mandato secundum literam, fit superadditio in Euangelio: quia litera Euangelij exprimitur, quod legis litera non exprimebatur. Euãgelij litera exprimit intelligentiã spiritualem, idest, quam spirituales habent, & secundum quam spiritualiter uiuitur. Litera legis sensum carnalem, idest, quam carnales habent, & secundũ quam carnaliter uiuitur, cui facta est superadditio.

Tertium est. Non mœchaberis, idest, ne cuilibet miscearis, excepto fœdere matrimonij. A parte enim

¶ Ad sextum dicendum, quòd non oportuit in præceptis decalogi omnium virtutum actus præcipi, quia hoc ad perfectionem vitæ virtuosæ pertinet: sed oportuit tantum in illis hominem dirigi per præcepta decalogi, quæ primo facienda occurrunt tendentibus in virtutem, vt dictum est.

Supra ar. 2 in c. AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd præcepta decalogi ordinantur secundum quod primo & principaliter facienda, vel vitanda occurrunt. Et quia in spirituali vita, ad cuius directionem decalogus datur, ratio agẽdi deus est quasi finis: ideo præcepta quæ ad deum ordinant, primo ponuntur, inter quæ talis ordo consideratur, vt prius illud præceptũ ponatur, cuius contrarium a deo magis elongat, quia gradatim deo approximamus a remotioribus discedentes. Et ideo præceptum, quo prohibetur contrarius cultus, per quem homo quasi totaliter a deo recedit, prius ponitur q̃ præceptum, quo prohibetur irreuerentia in uane assumendo diuinum nomen. Et vltimo ponitur præceptum de quiete cordis in deum, in quo homo deo maxime appropinquat. In præceptis autem secundæ tabulæ etiam similis ordo obseruatur, vt scilicet prius ponatur illud præceptum, quod primo in bona conuersatione occurrit. Et quia prius est ordinatio hominis ad domesticos, q̃ ad extaneos, ideo præceptum de honoratione parentum præmittitur alijs, quæ ad omnes cõmuniter pertinent, in quibus etiam præmittuntur prohibitiones illorum, quæ principaliter occurrunt cauenda. Tendentibus autem ad virtutem, prius occurrit vitandum nocumentum operis quàm oris, & oris quàm cordis, & inter nocumenta operis grauius nocumentũ prius vitandum occurrit: & ideo prohibitio homicidij præcedit prohibitionem mœchiæ, quæ præcedit prohibitionem furti, & hæ tres prohibitiones procedunt prohibitionem falsi testimonij. Et vltimo ponitur prohibitio concupiscentiæ, in quo iã perfectio virtutis consistit. Et p hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnia legis præcepta ad hæc decem ordinentur.

12. q.99.5. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ nõ oĩa legis præcepta ad hæc decem reducantur. Cum enim hæc præcepta ius naturale contineant, non poterunt ad ea reduci, nisi quæ ex iure naturali proficiscuntur: sed quædam prohibentur in lege, quæ non videntur modo aliquo ex lege naturali proficisci, quæ nihil differunt vtrum sic, vel sic fiant, antequàm lege posita sint, vt quòd sacrificetur hircus, vel thaurus, sicut etiam Philosophus in 5. ethicor. dicit. ergo non omnia præcepta legis ad hæc decem reducuntur. Cap. 11.

¶ 2 Præt. Ea quæ sunt diuersorum generum inuicem non reducuntur, sicut artificialia non reducuntur in principia naturalia, sed in principium quod est voluntas, vt in 7. metaph. dicitur: sed hæc præcepta naturalia sunt, cum sint de lege naturali. ergo præcepta cæremonialia, quæ sunt alterius generis, ad ipsa non reducuntur. T.com.

¶ 3 Præt. Manente cã manet effectus: sed quædã præcepta legis mutata sunt illis præceptis manentibus. ergo non reducuntur ad ista sicut ad causam.

¶ 4 Præt. Omnia ista præcepta naturalis ratio dictat: sed non omnium quæ in lege posita sunt, quærenda est ratio, vt. ff. de le. & se. ergo non omnia præcepta legis ad hæc reducuntur.

¶ 5 Præt. Vbi est eadem causa, & idem effectus: hæc autem præcepta eadẽ sunt apud omnes. cum ergo multa præcepta legis diuinæ, & legis ciuilis apud diuersos diuersa sint, videtur quòd non omnia præcepta legalia ad hæc reducantur.

SED CONTRA. Omnia præcepta legis ad dilectionem dei & ꝓximi aliqualiter reducũtur, vt in præce. di. 36. dixit magister: sed dilectio dei & proximi sufficienter cõtinetur in istis præceptis. ergo omnia alia præcepta legis ad hæc reducuntur.

¶ 2 Præt. Sicut Celsus dixit, Ius est ars æqui & boni: sed quicquid continetur in aliqua arte, reducitur ad prima principia illius artis, sicut in scientijs demonstratiuis ad dignitates. cum ergo præcepta legis naturalis sint in agibilibus, sicut principia naturaliter cognita in demõstratiuis, videtur quòd omnia præcepta legalia ad hæc præcepta legis naturaliter reducantur.

¶ 3 Præt. Nullum præceptum legis iustum est, nisi rationabiliter positum sit: sed omnis recta ratiocinatio oportet quòd a naturali cognitione deducatur, quia principium rationis intellectus principiorũ est. ergo oportet quòd omnia legis præcepta, si iusta sunt, a præceptis legis naturæ deducantur, & sic omnia alia in hæc præcepta reducuntur.

RESPON. Dicendum, ꝙ in rebus naturalibus inuenitur triplex cursus rerum. Quædam enim sunt semper, quæ numquàm deficiunt, ex natura hoc habentia vt sint, & impediri nõ possint: quædam vero sunt frequenter, quę in paucioribus impediuntur: quędam vero sunt raro, vel in minori parte. Ea autem quæ sunt semper, sunt causa & origo eorum quę sunt frequenter & raro, vnde etiam in ea quæ sunt semper reducuntur, vt in 6. metaph. probatur: sicut motus cælestes qui semper sunt, sunt causa & regula motus pluuiarum & imbrium, qui vt frequenter currunt. Eodẽ mõ & vtriq; sunt regula & causa casualium motuum, vt inuentionis thesauri, vel alicuius huiusmodi, secundum quod homo vel ex pluuia, vel ex aliquo huiusmodi, quod ad motum cęli reducitur, habet occasionem fodiendi in agrum, vbi thesaurum inuenit: ita etiam est de legibus, quibus humani motus diriguntur. Quædam enim sunt leges, quæ ipsi rationi sunt inditæ, quæ sunt prima mensura & regula omnium humanorum actuum, & hæc nullo modo deficiunt, sicut nec regimen rationis deficere potest, vt aliquando esse non debeat: & hę leges ius naturale dicuntur. Quędam vero leges sunt, quæ secundum id quod sunt, habẽt rationem vt obseruari debeant, quàmuis aliquibus concurrentibus earum obseruatio impediatur, sicut quòd depositum reddatur deponenti, impeditur quando gladius furioso deponenti reddendus esset: & hæ leges similantur his quæ frequenter in natura accidunt, & ideo directe & immediate ad ius naturale reducuntur. Et ideo Tul. in 1. rhetoricæ, nominat huiusmodi ius a naturali iure profectum. Quædam vero leges sunt, quæ secundum se cõsideratæ nullam rationem habere videntur suæ obseruationis, sed rationẽ huiusmodi nasciscuntur ex aliquibus concurrentibus, quæ faciunt decentiam obseruandi, & huiusmodi similantur his quæ raro accidunt in natura. Vnde sicut illa non reducuntur in causas naturales nisi obseruato cõcursu omnium, quibus aliquis rarus euentus accidebat, ita etiam huiusmodi legalia, quæ dicuntur positiua iura, reducuntur ad legem naturæ non secundum se absolute, sed consideratis omnibus circunstantijs particularibus, quæ faciebant decentiam suæ obseruationis. Vnde patet ꝙ omnia præcepta legis diuinæ, vel ciuilis, ad hæc præcepta reducunt aliquo mõ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd illa lege politica, de quib' Philosophus loquitur, sm se considerata, differentiã non habent vtrum sic, vel sic fieri debeant, sed hmõi differentiam sortiuntur ex diuersis concurrentibus, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd artificialia non reducuntur in naturalia, ita ꝙ natura sit eorum principium & principale principium, sed inquantum ars vtitur naturalibus organis ad complementum artificij. Similiter ẽt præcepta cæremonialia, vel iuris positiui non reducuntur ad naturalia, quasi ex ipsa natura vim obligandi habeant, sed hoc habent ex voluntate instituẽtis, quæ in institutione naturali rõne vtit', si recte instituit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa præcepta legis quæ mutata sunt, obseruantiæ suæ rationem habebãt non ex ipsa substantia facti, sed ex aliquibus circunstantibus causis, sicut ꝙ oportebat nostræ redemptionis mysterium aliquibus signis præfigurari, vel aliquid huiusmodi: unde cessantibus his causis nõ manet reductio istorum præceptorum ad præcepta naturalia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc intelligendum est quantũ ad substantiã facti, quod lege præcipitur, quod aliquando non habet rationem quare sic, vel aliter fiat, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd præcepta legis quæ apud diuersos diuersa sunt, dependent a præceptis naturalibus, quæ sunt eadem apud omnes mediantibus aliquibus circunstantijs, vt dictum est: & horum varietas varietatem in iure positiuo causat.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum præcepta decalogi sint dispensabilia.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd præcepta decalogi sint dispensabilia: quia secundum Philosophum in 5. ethic. in humanis actibus propter eorum varietatem non potest vna communis regula inueniri, quam non oporteat in aliquibus casibus deficere ad similitudinem Lesbiæ ædificationis: sed præcepta legis sunt mensura humanorum actuũ. cum igitur omne præceptum, qđ in aliquo casu intermittendũ est, dispensabile sit, vr̃ ꝙ omnia præcepta legis dispensabilia sint. Cap. 15.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 5. ethic. ꝙ iustum naturale non est idem apud omnes, sicut nec alia quæ naturã hominis consequuntur, eadem in omnibus inueniuntur, vt ꝙ dextera sit fortior sinistrã, cum contingat aliquos ambidextros esse: sed omnia præcepta, quæ non ab omnibus sunt obseruanda, sunt dispensabilia. ergo præcepta decalogi, quæ sunt de iure naturali, sunt dispensabilia. Cap. 11.

¶ 3 Præt. Præceptum diuinum non potest esse iniustum: sed deus aliquando præcepit fieri aliquod contrarium præceptis decalogi, sicut patet Exod. 12. de spoliatione Aegyptiorum. Et Osee. 1. de accessu ad fornicariam. ergo aliquando iustum est fieri contra præcepta decalogi. ergo præcepta decalogi sunt dispensabilia.

¶ 4 Præt. Inter decalogi præcepta continetur homicidij prohibitio: sed aliquibus casibus contingentibus iudex pręcipit hominem occidi, & iuste. ergo & similiter alia præcepta aliquibus casibus emergentibus possunt non obseruanda esse.

¶ 5 Præt. Sicut prius dictum est, omnia præcepta legis aliquo modo ad præcepta decalogi reducuntur: sed prælatis ecclesiæ licet in aliquibus legis præceptis dispensare. ergo & similiter in præceptis decalogi. In cor. pręced. ar.

SED CONTRA. Secundum Ber. in lib. de præcepto & regula, nulli licet dispensare in præcepto, qđ a suo sũpiori est impositum: sed præcepta decalogi sũt imposita a deo, qui est superior omnibus. ergo nulli licet in p̃ceptis huiusmodi dispensare. Vel de pręcepto, & dispẽsatione.

¶ 2 Præt. In quolibet genere ẽ vna prima mensura, quã oportet esse certissimam & infallibilem, vt patet in 10. meta. sed prima mensura omnium humanorum actuum est lex decalogi. ergo ĩ nullo casu ab ea discedere licet, & ita indispensabilis est. Tex. 3. & 5 metaph. Tex. 12.

¶ 3 Præt. Illud quod est per se verum, semper & vbique est verum. ergo illud quod est per se iustum, semper & vbique obseruandum est: sed præcepta decalogi sunt huiusmodi. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quòd in qualibet legislatione oportet duo considerare. s. substantiam legis quæ ponitur, & id ad quod legislator respicit. Et sicut lex lata est mensura subditorũ in suis actibus, ita hoc ad quod respicit legislator, quod est legis intentio & finis, est mẽsura legis positiuæ. Sicut ergo actus subditorum sunt distorti, si a lege positiua discordant: ita lex rectitudinem non habet, si ab intentione legislatoris deficeret quæ est rectitudinem constituere, & conseruare. Si ergo sint aliqua præcepta quæ continent ipsam intentionem legislatoris, impossibile est ꝙ in aliquo casu salua iustitia possit aliquis ab eis deflectere, sicut si esset hoc præceptum, Nulli faciendũ esse iniuriam: & ideo cum omnia præcepta decalogi sint huiusmodi, impossibile est ꝙ dispensationem recipiant. Pręcepta autem quæ legislator edidit, ad mensuram prędictorũ metienda sunt. Vnde quandiu illa præcepta posita non possunt præteriri sine præiudicio primæ mensuræ, ad quam instituta sunt, nulli licet in eis dispensare. Si quando vero possunt salua intentione legis præteriri, tũc est licitum dispensare in illis præceptis ei, qui authoritatẽ habet. Si vero in aliquibus casib' lex posita ab intentione legislatoris discedat, quia non potuit legislator ad omnes casus intendere legem statuens, sed ad ea quæ pluries accidunt, tunc etiam licitum est legem positam præterire, & intentionem legislatoris sequi, sicut patet in eo qui non reddit depositum impugnanti fidem, vel patriam: & ad hoc perficit quædã virtus quæ vocatur a Philosopho in 5. ethi. epicieia, per quã homo prætermissa lege, legislatoris intentionem sequitur. Cap. 15.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de præceptis legis positiuæ, & non de illis quæ intentionẽ legislatoris includunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd iustum naturale est duplex, vt supra dictum est, quoddam qđ semper & vbique est iustum, sicut & hoc in quo consistit forma iustitiæ & virtutis in generali, sicut medium tenere, rectitudinem seruare, & alia huiusmodi. Quoddam vero est ex hoc profectum, secundum Tul. & hoc in pluribus ita contingit, sed potest in paucioribus deficere, vt dictum est, quod contingit ex hoc ꝙ iustum huiusmodi est applicatio quædã vniuersalis & primæ mensuræ ad materiã difformẽ & mutabilẽ, & de hmõi iusto loquitur Philosophus. In cor. pręced. artic. In 2. rheth. de inuent. In cor. pręced. art.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ circa præcepta decalogi, sm qđ ad decalogum pertinent, numquàm deus cõtrarium fieri pręcepit. Prohibitio enim furti ad decalogum pertinet, inquantũ res furata aliena est ab accipiente. Retenta ergo hac cõditione, si res illa fiat ipsius accipientis, iam non erit contra decalogum. Hoc autem nõ solum deus, qui est omnium dominus, facere poterat, sed etiam quandoq; homines authoritatem habentes, rem quæ vnius fuerat, alteri cõferunt ex aliqua causa. Potest tamen deus in aliquibus factis conditiones contrarias decalogo auferre, qui & naturam mutare potest, qđ homo facere non potest: sicut ab ea quæ non est matrimonio iuncta potest D. 967

test auferre hanc conditionem non suam, sine hoc ꝙ vxor plenaria fiat vt sic accedere ad eam non sit contra decalogum.
¶Ad quartum dicendũ, quòd non prohibetur in decalogo occisio simpliciter, sed occisio eius qui mortem pati non debuit.
¶Ad quintum dicendum, quòd non est eadem ratio de præceptis decalogi, & de alijs preceptis legis, vt ex pdictis patet.

Aug. quęst. in Exod. 9. 71.

torum intelligitur. Nomine igitur mœchiæ omnis concubitus illicitus, illorumque membrorum nõ legitimus usus prohibitus debet intelligi.

Quartum est. Non furtũ facies. ubi sacrilegium, & rapina omnis prohibetur. Non enim rapinam permisit, qui furtũ prohibuit, sed furti nomine bene intelligi uoluit omnem illicitam usurpationẽ rei alienæ. Sacrilegium tribus modis cõmittitur, quando scilicet uel sacrum de sacro, uel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro aufertur. Sacrum uero dicitur quicquid mancipatum est cultui diuino, ut Ecclesia, uel res Ecclesię. Hic etiam usura prohibetur, quæ sub rapina continetur. unde Hiero. Vsuras quęrere, uel fraudare, uel rapere nihil interest. Com moda fratri tuo & accipe quod dedisti, & nil superfluũ quæras, quia

ARTICVLVS V.

Vtrum fuerit conueniens obseruationem sabbathi præcipere.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconueniẽs fuerit sabbathi obseruationẽ pręcipere. Sabbathum .n. est septima pars tẽporis totius vitæ hominis: sed valde irrationabile vr̃, ꝙ hõ septimã partem uitæ suę in otio amittat. Sicut Seneca dicit deridens cęremonias Iudæorũ, sicut Augu. narrat in lib. de ciu. dei. ergo irrationabile fuit sabbathi obseruãtiam præcipere.

In Epistol. quadam. Lib. 6. c. 11. in princ.

¶2 Præt. Quanto exercitatio alicuius rei magis discontinuatur, tanto homo in illa re minus proficit: sed sabbathi obseruatio instituta fuit ad vacandum diuinis: multo autẽ continuatius esset exercitium diuinorum, si ei cuiuslibet diei vna hora saltem deputaretur. ergo uidetur quòd ad maiorem profectũ hoc fuisset, quàm diem septimam obseruare.
¶3 Præt. Ab operibus virtutis nullo tempore uacãdũ est: sed opera seruilia sunt materia uirtutis. ergo non debuit præcipi, ut die sabbathi a seruilibus operibus abstineretur.

SED CONTRA. Ad legislatorem pertinet omnes humanos actus moderare: sed cum impossibile sit semper agere, ut Philosophus in lib. de som. & uigi. dicit, ad moderationem humanorum actuum pertinet ut aliquod tempus quieti depũtetur. ergo conueniens fuit ut legislator hoc institueret. Cap. 1.
¶2 Præt. Hominibus speciali uita uiuentibus maxima cura adhibenda est, ut dei omnipotentiam & prouidentiam cognoscant: sed lex Moysi data est ad instruendam vitam spiritualẽ. ergo præcipue hoc lege illa debuit præcipi, quod ad dei omnipotentiam & prouidentiam credendam homines assuefaceret: hoc autem est obseruatio sabbathi quæ in memoriam reducit, ut Rabbi Moyses dicit, principium mundi, cuius factura septima die consummata est, qua supposita cunctis etiam simplicibus euidens est deum omnipotentem esse, ex prouidentia non ex necessitate agere. ergo conueniens fuit ut obseruatio sabbathi lege statueretur.

In lib. qui ĩscriptus ẽ. Dux hæsitantium.

II VLTERIVS. Videtur quòd præceptum de sabbatho obseruando fuerit morale simpliciter. Ea enim quæ in vnam diuisionem ueniunt, unius rationis esse uidentur: sed præceptum de sabbatho obseruando condiuiditur alijs præceptis decalogi, quæ sunt præcepta moralia legis naturæ. ergo præceptum de sabbatho est morale.
¶2 Præt. Super illud Luc. 13. Sex dies sunt, in quibus operari licet, dicit glo. Lex in sabbatho non hominem curare, sed seruilia opera facere, idest, peccatis grauari prohibet: sed uacare a peccato est morale præceptum. ergo & præceptum de sabbatho obseruando.
¶3 Præt. Illud quod habet rationem moralem, uidetur esse morale præceptum: sed obseruatio sabbathi est huiusmodi, quod patet ex causa quam assignat Dam. li. 4. Vacationis inquit gratia quæ est ad deum, & ut particulam uitæ deo tribuant, & requiescant seruus & subiugale, sabbathi obseruantia excogitata est. ergo præceptum de sabbatho obseruando est morale.

De fide Ortho. lib. 4. c. 24. circ. medium.

SED CONTRA. Præcepta quæ sunt data in signum, non sunt moralia, sed cæremonialia: sed præceptum de sabbatho est huiusmodi, ut patet Exod. 31. Videte ut sabbathum meum

F custodiatis, quia signum est inter me & uos. ergo præceptum de sabbatho est cæremoniale.
¶2 Præt. Leuit. 26. dicit glo. Mandatum sabbathi quàmuis in decem mandatis numeratum sit, non tamen ex eis est. uidetur ergo quòd sit cæremoniale, & non morale.

superabundantia in usura computatur. Est enim usura, ut ait Augu. cum quis plus exigit in iniuria, uel qualibet re quàm acceperit. Item Hiero. Putant aliqui usuram tantũ esse in pecunia, sed intelligant usuram uocari superabundantiam, s. quicquid est si ab eo quod dederit, plus est, ut si in hyeme demus decem modios, & in messe quindecim recipiamus.

G

Si furtum fecerunt filij Israel, quando spoliauerunt Aegyptios.

SI uero quæritur de filijs Israel, qui Domino iubente ab Agyptijs mutuauerunt uasa argentea & aurea, & uestes præciosas, & asportauerunt, utrum furtum commiserint. Dicimus eos qui, ut parerent Deo iubenti, illud fecerunt, non fecisse furtum, nec omni modo peccasse. unde Augu. Israelitæ non fecerunt

H

VLTERIVS. Videtur quòd non debuerit cessare tẽpore gratiæ. Turificatio enim, ut dicunt sancti & magistri, non cessauit: quia significat illud quod semper faciendum est. s. deuotionẽ orationis: sed obseruatio sabbathi signat requiem in deo, ut August. dicit super Exo. c. 31. quæ quidem semper facienda est. ergo non debuit tempore gratię cessare.
¶3 Præt. Obseruatio sabbathi ad maximã perfectionem ordinabat, s. ad uacandum diuinæ cõtemplationi: sed status gratiæ est perfectior statu legis. ergo etiam magis debet obseruari ĩ hoc statu quàm in illo. Si dicas ꝙ obseruatur, sed mutata die, scilicet dominica. Contra. Magis est in reuerentia habendum quod ad diuinitatem pertinet, q̃ qđ ad humanitatem: sed ratio obseruandi sabbathum fuit mysterium diuinæ quietis. ergo non fuit obseruatio sabbathi commutanda in obseruationem dominicæ propter mysterium resurrectionis, quod Christo secundum humanam naturam competit.
¶4 Præt. Tẽpore gratiæ tenemur perfectius deo uacare quàm tempore legis: sed tempore legis a multis abstinebatur, quæ nunc in die dominico licite fiunt. Non enim erat licitũ cibos coquere, nec itinerare. ergo obseruatio sabbathi non est mutata in dñicam. ergo adhuc debet obseruatio sabbathi remanere.

I SED CONTRA. Exod. 31. Septima dies erit sabbathũ, idest, requies. glo. Alia præcepta seruanda in nouo testamento ad literam non dubitamus: illud autem de sabbatho uelatum & in mysterio præceptum fuit, ut hodie a nobis non seruetur, sed solum signatum intueantur.
¶2 Præt. Dama. dicit, quòd sabbathi obseruatio excogitata fuit paruulis, & sub elementis mundi seruientibus: sed a tali seruitio liberati sumus per aduentum Christi. ergo & sabbathi obseruatio cessauit.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ sicut præceptum de sacrificijs habuit aliquã causam moralem non simpliciter, sed secundum congruentiam illorum quibus lex dabatur, qui ad idolatriam proni erant ut deo offerrent, qđ alias idolis obtulissent: & aliam causam mysticam, scilicet ad significandum sacrificium passionis Christi: ita & pręceptum de obseruatione sabbathi habuit aliquam causam moralem ex conditione eorum, quibus lex dabatur, qui propter auaritiam eis inditam, in tantum se & sibi subditos operibus seruilibus occupassent, ꝙ omnino mens eorum a diuinis subtraheretur. Et K hanc causam tangit Dam. Similiter etiam quia ad errores gentium proni erant, indicta est eis obseruatio sabbathi, ut creationem mundi semper præ oculis haberent, & sic deum recognoscerent & timerent, quam causam tangit Rabbi Moyses. Habuit nihilominus & causam mysticam triplicem. Vnam allegoricam, ad significandũ quietem Christi in sepulchro. Aliã moralem, ad significandum requiem humanæ mentis a peccatis, & ab omnibus alijs rebus, in quibus requiem non inuenit nisi in deo, in quo solo est quies. Tertiam anagogicam, ad significandum æternam requiem qua sancti in gloria quiescent: & ideo conueniens fuit institutio sabbathi pro tempore illo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sabbathi tempus non amittitur si hoc in sabbatho fiat, ad quod deputatum est, scilicet diuinorum contemplatio: sed quia Iudæi omissis diuinis in sabbathis magis inutilibus rebus uacabant: iõ eos Seneca derisit

derisit, vt dicitur Tren. 1. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius. A
¶Ad secundum dicendũ, quòd labor non solum impedit contemplationis actum dum exercetur, sed etiam postquàm transit dum remanent ex labore membra fessa, & mens distracta:

furtum, sed Deo iubenti ministerium præbuerunt. Hoc enim Deus iussit, qui legem dedit: sicut minister iudicis sine peccato occidit quem lex præcipit, sed si id sponte faciat, homicida est, etiam si eum occidat quem scit a iudice occidendum. Infirmi autem qui ex cupiditate Aegyptios deceperunt, magis permissi sunt hoc facere illis, qui talia iure passi sunt, quàm iussi. Hic opponitur, quòd etiã boni in illo opere peccauerunt, quia naturalem legẽ, cui concordat Euangeliũ, & lex moralis, præceptionis transgressi sunt, quæ est. Quod tibi B

vnde cõuenientius fuit ut unᵘ dies integer diuinis deputaretur, quàm in singulis diebus aliquæ horæ.
¶Ad tertium dicendum, ꝙ quandoque actus vnius virtutis intermittendus est propter actum excellentioris uirtutis: sicut opera aliarum uirtutum aliquãdo propter opus iustitiæ intermittuntur, ut dicit Tullius in 1. de offic. Virtutes autem omnes contemplatiuæ sunt digniores virtutibus actiuis, quarum materia esse possunt seruilia opera: unde non est inconueniens, ꝙ opus seruile intermittatur ad tẽpus, ut cõtẽplationi uacetur.

Aug. cõtra Faustũ manich. lib. 22. c. 71. tom. 6. Consiné.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd præceptum de sabbatho obseruando, quantum ad aliquid morale est, & quantum ad aliquid cæremoniale, & quantum ad aliquid potest etiam dici iudiciale. Secundum enim illud eius quod naturalis ratio dictat, præceptum morale est, ut s. aliquo tempore homo contemplationi uacet: sed taxatio temporis in qua uacandum sit, non est de dictamine naturalis legis: & ideo non est morale pręceptũ. Sed secũdum qđ habet ꝓ cã significationẽ, sic est cæremoniale: ſm aũt qđ habet ꝓ cã cõditionẽ illius populi, cui subueniendũ erat per hoc præceptũ, iudiciale est. C

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ connumeratur alijs præceptis decalogi quantũ ad id qđ habet de rõne moralis pręcepti.
¶Ad secundum dicendum, quòd opera seruilia mystice intelliguntur peccata: sed ad literã opera seruilia dicuntur, ad quorum exercitiũ seruos deputatos habemus, in quibus debent artes mechanicæ dirigere, quæ contra liberales diuiduntur.
¶Ad tertium dicendũ, ꝙ causæ illæ nõ sunt morales, nisi considerata conditione illius populi, cui lex dabat: vnde ex hoc magis potest concludi, ꝙ sit iudiciale præceptum, quàm morale.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ sabbathi obseruatio quantũ ad illud qđ de lege naturali habebat, ꝑut morale præceptũ est, tẽpore gratię non cessauit, immo pfectius implendum est, sicut & alia moralia præcepta: & ideo Apostolus. 1. Cor. 7. dat consilium de uirginibus, ut extra solicitudinem existentes, semper quę dei sunt cogitent: sed taxatio diei, uel temporis quæ ad legem moralem non pertinebat, ueniente statu gratiæ cessauit, sicut & alia legalia. D

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ obseruatio sabbathi, inquantũ cęremonialis est, signat principaliter requiẽ Christi in sepulcro, & p consequens quietẽ quã habemus p ipsum cõsepulti cũ eo p baptismũ in mortẽ, Ro. 6. unde ueniente ueritate, figura cessauit. Et non est simile de turificatione, quæ principaliter non est signum futuri, sed eius quod semper esse debet.
¶Ad secundum dicendum, quòd quia perfectius in noua lege debemus deo uacare: ideo non fuit taxandum tẽpus illis, quibus iniungitur, ut sine intermissione orent.
¶Ad tertium dicendum, quòd obseruatio Dominicę non obligat ex præcepto decalogi, nisi quantum ad hoc, quod est de dictamine legis naturæ: taxatio enim illius diei est ex institutione Ecclesiæ uolentis resurrectionem Christi, cui nostrã uitam conformare debemus in iugi memoria esse. Quàmuis autem resurrectio Christi ei secundum humanitatem conueniat, tamen opus diuinitatis est quæ eum a mortuis suscitauit: unde non in minori reuerentia est habenda, quàm requies artificis, & consummatio conditoris factæ in die sabbathi, immo amplius ſcdm qđ opus conditoris operæ reparationis perficitur. E
¶Ad quartum dicendum, quòd in die dominico tenemur uacare ex constitutione ecclesiæ ab operibus, quæ nos impedire possent a cultu diuino, qui indicitur in tali die exercẽdus, nisi ex causa per eum qui habet authoritatẽ, in aliquo dispensetur. Neq; oportet ꝙ ab omnibus in die dñica cessemus, a quibus in die sabbathi cessabant: quia antiquorũ cessatio ab oĩbus operibus seruilibus in significationẽ erat, non aũt nostra cessatio,

ARTICVLVS VI.

Vtrum usuras accipere sit peccatum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd usuras accipere nõ sit peccatum. Nihil .n. est peccatum, nisi quod est contra præceptum aliquod morale, cæremonialia autẽ & iudicialia legis mosaycæ non nos obligant: sed præceptũ de non accipiendo vsuram, non est morale, quia præcepta moralia obligant respectu omniũ, & ad omnes: sed Deu. 23. Iudæis conceditur ꝙ fœnerentur non proximis, sed extraneis. ergo usuras accipere non est peccatum.

22. q. 78. 1. Et de mal. q. 13. 4.

non uis fieri, alij ne feceris, quam ueritas scripsit in corde hominũ: & quia nõ legebatur in corde, iterauit in tabulis, ut uoce forinsecus admota rediret ad cor, & ibi inueniret quod extra legeret. Hanc igitur illi præuaricati uidentur in illo facto, alijs facientes quod nolebant sibi fieri. Sed ibi subintelligendum est iniuste, ut non alij, scilicet iniuste facias, quod tibi non uis fieri. Alioquin huius præuaricator est iudex, dum punit reum nolens aliquid tale sibi fieri. Ita etiam illud Domini uerbum. Omnia quæcumque uultis ut faciant

¶2 Præt. Constat quòd ille qui alicui pecuniam mutuat, aliquod commodũ ei facit: sed secundum Philosophum in 5. ethi. in retributione commanet ciuitas, ut scilicet quantum fecit, tantum ei fiat. ergo non est pctm̃, sed licitum & iustum, ut pro cõmodo quod mutuãdo fecit, aliquod lucrum reportet. Si dicas ꝙ tenebatur ei gratis mutuare, unde in hoc peccat ꝙ uendit alicui quod ei debebat. Contra. secundum hoc ergo non peccabit lucrum de mutuo quærens, nisi quando mutuare tenetur: sed non semper tenetur mutuare. ergo aliquando licet ei usuras accipere.

Matth. 7. Luc. 6. Cap. 8.

¶3 Præt. Non minus possum accipere ab eo cui beneficus extiti, quàm ab eo cui nullum beneficium contuli: sed si aliquis cui non mutuassem, aliquid mihi daret de suo, etiam si sperassem accipere, licite detinere possem. ergo & ab eo cui beneficus extiti, mutuum concedendo, licet mihi aliquid expectare, recipere, & detinere.
¶4 Præt. Plus efficitur mihi debitor ille, in quem transtuli dominium rei meæ, quàm ille cui solum usum rei meæ concessi: sed in rebus in quibus non transfertur dominiũ, si concedantur ad aliquem usum, licet inde aliquid accipere, sicut patet in locationibus domorum, equorum, & huiusmodi. ergo multo amplius licet mihi accipere ab eo, in quem per mutuum pecuniæ meæ dominium transtuli.
¶5 Præt. Quicumque communicat alicui in peccato mortali, peccat mortaliter: sed ille qui dat usuras accipiẽs mutuum, communicat ei qui accipit usuras dans mutuum. si ergo accipiẽs usuras semper peccat, videtur ꝙ & dans, quod falsum est.

SED CONTRA. Luc. 6. Date mutuum, nihil inde sperantes: & contra hoc ueniunt fœneratores. ergo peccant.
¶2 Præt. Ea quæ ueniunt in eadẽ diuisionẽ sunt unius rõnis: sed dare pecuniam ad usuram connumeratur alijs quæ sunt peccata mortalia, ut patet in psalm. 14. Domine quis habitabit &c. ergo est peccatum mortale.
¶3 Præt. Vbicũq; est turpe lucrũ, est pctm̃: sed Philosophus ponit in 4. ethic. fœneratores inter turpes lucratores. ergo &c. Cap. 4.

RESPON. Dicendum, quòd ab omnibus dicitur communiter, ꝙ dare ad usuram peccatum mortale est: sed diuersi diuersas rationes assignant. Quidã .n. dicunt, ꝙ ideo pecuniam pro certo lucro concedere nõ licet sicut domum, uel equum, uel alia huiusmodi, quia pecunia non deterioratur ex vsu, sed alijs rebus aliquid deperit ex usu. Sed ista ratio non est generalis, quia in aliquibus rebus, pro quarum concessione aliquid accipi potest licite, nihil ex usu deperit, sicut in concessione domus ad usum ad unũ diem: & præterea, pretium qđ accipitur, non commensuratur damno qđ accidit ex usu rei: non .n. tm̃ deperit in mutuo, quantum datur. Et ideo alij assignant aliam rationem, quia uidelicet qñ pecunia mutuatur, transfertur dominiũ, qđ nõ fit in domo, & in alijs rebus, iustũ vr̃ ut pro usu rei quę mea remanet, s. domus, aliquid accipere possim: sed pro rei usũ. s. pecuniæ, quæ fit alterius ex hoc ipso ꝙ mutuatur, aliquid accipere nihil aliud est, q̃ accipere aliquid ab aliquo pro usu rei propriæ: & ideo uidetur ꝙ est quędam exactio & pctm̃. Sed hæc ratio satis probabilis uidetur, & ideo simile accidit in oĩbus rebus, in quibus trãsfert dñiũ p mutuũ, sicut granũ, uinũ, & hmõi, ꝓ quorũ usu nihil accipere licet ultra ualorẽ eius qđ mutuatũ est. Põt tñ & alia ratio assignari, quia oẽs aliæ res ex seipsis habent aliquam utilitatem, pecunia autem non, sed

ex mensura vtilitatis aliarum rerum, vt patet per Philosophũ F in 1. ethic. Et ideo pecuniæ vsus non habet mensurã vtilitatis ex ipsa pecunia, sed ex rebus quæ per pecuniam mensurantur secundum differentiam eius qui pecuniam ad res transmutat. Vnde accipere maiorem pecuniam pro minori, nihil aliud esse videtur, quàm diuersificare mẽsuram in accipiendo & dando, quod manifeste inquitatẽ continet.

Cap. 6.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd lex Deuter. loquitur de Iudæis respectu aliarum, nationum quæ terram promissionis Iudæis diuinitus cõcessam detinebãt: & ideo permissum fuit eis vsuris, & quibuscumq; exactionibus extorquere ab iniuste possidetibus, quod eis iuste debebatur: sicut etiam dicitur de spoliatione Aegyptiorum, qui Iudæis mercedem laboris, quo eis seruierant, subtraxerant. Vel dicendum, quòd sicut libellus repudij permissus est eis ad duritiam cordis eorum, ne vxores interficerent, ad quod proni erant: ita etiam permissum fuit eis fœnerare extraneis, ne fratribus suis fœnerarent, ad quod eos innata auaritia incitabat.

August. in Exo. q. 71.

uobis homines &c. de bonis accipiendum est, quæ nobis inuicem exhibere debemus.

De quinto præcepto.

QVINTVM præceptum est. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium: ubi crimẽ mendacij, & periurij prohibetur. Solet autem quæri, utrum prohibitũ sit omne mendacium. Quidam dicũt illud tantum prohiberi, quod obest, & nõ prodest ei, cui dicitur. G

¶ Ad secundum dicendum, quòd beneficium mutui non est amplius quàm pecunia mutuata, vnde si plus exigitur, exigitur plus quàm debitum est: & ideo est iniusta exactio. H

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis homo non teneatur semper mutuum concedere, tenetur tamen ad hoc, vt quandocumque mutuum exigitur, non plus exigat quàm dederat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ab eo cui beneficium contuli, licet mihi tantum sperare & accipere, quantũ feci, & nõ plus. Quicquid autem de vtilitate cõtingit ei, cui mutuum, dedi vltra mensuram mutui ex pecunia mutuata, hoc est ex industria eius qui sagaciter pecunia vsus est: industriã autem eius sibi vendere non debeo, sicut nec pro stultitia eius minus habere debeo.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc ipso quòd dominium pecuniæ transfertur, est ratio quare pro vsu eius nihil accipere debeam, vel sperare, quàm mihi debitum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd ille qui vsuras dat, & mutuum accipit in necessitate, non peccat; nec vsurario communicat in quantum huiusmodi: quia non voluntarius vsuram dat, sed quasi coactus necessitate. I

EXPOSITIO TEXTVS.

Exo. hom. 8.

HAEC *Origenes dicit esse duo mandata.* Sicut Origenes primum mandatum diuidit in duo, ita duo vltima mandata, quæ sunt de prohibitione concupiscentiæ, coniungit in vnum: & sic præcepta denarium nõ transcendunt. *Idolum nihil est in mundo.* Hoc aũt multipliciter intelligi potest. Vno modo, inquantum idolum est similitudo, & sic exponit Orig. vt dicatur idolũ nihil esse, quia nulla res est in mundo, cuius sit similitudo. Alio modo, potest intelligi de idolo secundũ qđ est res quædam. Et hoc dupliciter. Vno modo, quantũ ad formam quæ æstimatur esse in idolo, & non est in eo. s. forma deitatis. Alio modo, quantum ad effectũ, quia. s. ad pctm̃ inducit, qđ nihil est. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Assumere est ad aliquid sumere. Sumitur aũt nomen dei ad alicuius veritatis confirmationem per modũ iuramenti. Si ergo sumatur ad confirmandum aliquod falsum, qđ in se nullo modo confirmabile est, tunc in vanum assumitur, & pro nihilo iuratur: quia vanũ est, qđ est ad finẽ aliquem quẽ nõ includit, vt dr̃ in 2. phy. *Nomine igitur mœchiæ, omnis illicitus concubitus &c.* Cũ pctm̃ contra naturã sit grauius q̃ mœchia, vr̃ ꝙ illud potius ꝓhiberi debuerit quasi primo tramite relinquendũ. Et dicendũ, ꝙ quia legislator hoĩbus legẽ dabat, ideo in primis legis mandatis non debebat nisi pctã humana prohibere: pctm̃ aũt contra naturã nõ est humanũ, sed bestiale, ſm Philosophũ in 7. eth. *Vt si in hieme credimus decem modios &c.* Hoc est intelligendũ, si plus valeant in messe quindecim modij ſm cõe forũ, q̃ in hieme decem: alias si fiat commensuratio dati & accepti ad valorem pecuniæ, non erit vsura, sed æqualis commutatio.

T. com. 62.

Cap. 8.

DIVISIO TEXTVS.

DISTINCTIS quinque præceptis secundæ tabulæ, & expositis; hic magister determinat de quibusdam, quæ præcepto quinto contrariantur, scilicet de mẽdacio, & periurio. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima determinat de mendacio. In secunda, de periurio. 39. di. *Nũc de periurio videamus.* Prima pars in duas, Primo distinguit diuersos modos mendacij. In secunda, diffinit mẽdacium, ibi. *Hic videndum est quid sit mẽdaciũ &c.* Prima in duas. In prima parte ponit qđã diuisionẽ mẽdacij, per quam scitur quòd mendaciũ sit mortale, & quòd veniale peccatum. In secunda, ponit quandam aliam, per quam scitur quòd mendaciũ sit alio grauius. *Sciendum est octo esse genera mendacij &c.* Circa primum duo facit. Primo, distinguit tres mendacij modos. Secũdo, ex dictis manifestat quoddam, quod dubium esse poterat, ibi. *De mendacio autem obstetricum &c. Hic videndum est quid sit mendacium &c.* Hic diffinit mendaciũ. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit quid sit mendacium. Secundo, ostendit quòd omne mendacium est peccatum, ibi. *Quòd mendacium omne.* Tertio, soluit quoddam, quod videbatur contrarium, ibi. *Solet quæri de Iacob.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quid sit mendacium. Secundo, quid sit mentiri, ibi. *Mentiri vero est &c.* Tertio, soluit quandã quæstionem, ibi. *Hic solet quæri. Quòd vero omne mendacium &c.* Circa hoc duo facit. Primo, ostendit in omni mendacio esse peccati periculum. Secundo, ostendit de errore qui est mendacij effectus, quod quãdoque potest esse cum peccato, quandoque sine peccato, ibi. *Illud etiam sciendum.*

Tale enim non est aduersus proximum, ut ideo uideatur hoc addidisse Scriptura. Sed de mendacio magna quæstio est, nec cito explicari potest.

DISTINCTIO XXXVIII.

A

De triplici genere mendacij.

SCIENDVM est tamen tria esse genera mendaciorũ. Sunt.n. mendacia quædam pro salute, uel commodo alicuius non malitia, sed benignitate dicta, qualiter obstetrices sunt mẽtitæ & Raab. Est & aliud mendacij genus quod fit ioco, quod nõ fallit: scit enim cui dicitur, causa ioci dici. Et hæc duo genera mendaciorum non sunt sine culpa, sed non cum magna. Perfectis ergo nõ conuenit mentiri, nec etiam pro temporali vita alicuius, ne pro corpore alterius animã suam occidãt. Licet autẽ eis uerum tacere, sed nõ falsum dicere: ut si quis non vult hominem ad mortem prodere, uerum taceat, sed non falsum dicat. Tertium vero genus mendacii est, quod ex malignitate & duplicitate procedit, cunctis ualde cauendũ. His innui videtur, mendacia illa q̃ fiunt ioco, uel pro salute alicuius, imperfectis esse uenialia peccata: perfectis vero illud quod pro commodo alterius dicit̃, esse dãnabile, quod etiã de mendacio iocoso putari potest, præcipue si iteretur. B

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, Quid sit mendacium.
¶ Secundo, De diuisione quam ponit.
¶ Tertio, Vtrum omne mendacium sit peccatum.
¶ Quarto, Vtrum omne mendacium sit peccatum mortale.
¶ Quinto, De ordine mendaciorum in grauitate peccati.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum diffinitio mendacij in litera sit conueniens.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter diffiniatur mendacium in litera. Qui.n. verum loquitur, quod falsum esse credit, mentitur, sicut dicit August. in lib. de mendacio: sed ibi non est falsa vocis significatio. ergo male mendacium diffinitur esse falsa vocis significatio. Cap. 4.

¶ 2 Præt. Mendacium opponitur veritati: virtus aũt veritatis non solũ in dictis, sed ẽt in factis cõsistit, ſm Philosophum in 4. ethic. ergo non omne mendacium est falsa vocis significatio. K

¶ 3 Præt. Sicut in 2. lib. dictum est, intentio respicit finem vltimum: sed a fine vltimo non recipit aliquid speciem, sed a proximo quod est obiectum, cuius est voluntas: cum aũt in diffinitione nõ debeant poni nisi specificantia diffinitum, vr̃ ꝙ inconuenienter ponatur in diffinitione mẽdacij, intẽtio fallẽdi.

¶ 4 Præt. Id quod est commune bene & male factis, non debet poni in diffinitione alicuius mali, maxime quasi completiuũ diffinitionis: sed intentio mala potest communiter inueniri & in his quæ sunt bona ex genere, & in his quæ sunt mala ex genere: sicut etiam in proposito patet de illo qui verum dicit, ne ei credatur, si æstimet quicquid dixerit, sibi non credi. ergo intentio fallendi non debet poni in diffinitione mendacij.

¶ 5 Præt. Ille qui ioco mentit̃, fallere non intendit, quia scit sibi non credi: sed tñ iocosum mendacium inter mendacia reputatur, ergo intẽtio fallendi nõ debet poni in diffinitione mẽdacij. A

RESPON. Dicendum, ꝙ duobus modis in actibus humanis contingit esse peccatum. Vno modo ex ipsa natura facti qđ in se malũ est, sicut ĩ illis quæ sunt mala ex genere. Alio modo, ex abusu facientis, sicut cũ quis ea quæ sunt bona ex genere, ex intentione praua facit. Mendaciũ ergo vtrumque istorũ complectitur, quia quantum est de se, inordinatum est. Et quia inordinatio in sigñando nõ potest esse nisi ex falsitate significationis, ideo in mendacio falsa significatio includit̃: falsa autẽ significatio ad rationem peccati in moralib' nõ sufficit, cum non sit in potestate hoĩs verum significare, sicut nec verum scire. Vnde oportet ꝙ sit talis falsa significatio in mendacio, qua quis volẽs a recto deuiet: hoc autem non est, nisi quando sciens falsum loquitur, quia ignorans nõ uoluntarius est. Ex hoc autem ipso quòd aliquis scienter falsum loquitur, falsitatem intendit significare: & ideo completiuum in diffinitione mendacij ponit̃ intentio fallendi, sed quasi male falsa uocis significatio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mentiri & mendacium in hoc differũt, quia mendacium nominat aliquid quod secundum se est de genere malorum per abstractionem suam: mentiri aũt ratione suæ concretionis importat obliquitatem, siue peccatum ex parte dicentis. Vnde aliquis dicendo illud quod secũdum se a vero non deuiat, si secundum suam opinionem deuiet, mentitur: non autem quod dicit est mendacium. C

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ vox homini principaliter data est ad significandum. Vnde omne signum quo quis aliquid significat, nomine vocis intelligitur, & eo mendacium perfici potest, sicut patet in signis & nutibus monachorum: sicut & oẽs alij sensus sortiuntur nomen visus, qui est principalior inter eos.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ finis est duplex. Vnus qui est ꝓ prius alicui virtuti, vel vitio, & commensuratur obiecto eius, & huiusmodi finis intentio ad speciem virtutis, vel vitij pertinet sicut & voluntas obiecti: æqualiter .n. est essentiale fortitudini velle sustinere difficilia, & intendere bonum, quod est secundũ habitum. Alius est finis cõis, sicut felicitas respectu omnium virtutum, & intentio hmõi finis non specificat virtutẽ. Intentio aũt quę in diffinitione mendacij ponitur, est finis proprij & obiecto proportionati. Sicut enim verax vera loquitur amore veri, ita mendax falsum loquitur falsitatem intendens.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ex hoc ipso ꝙ factum quod est de genere bonorũ, fit peruersa intentione alicui vitio appropriata, ad speciem illius vitij trahitur, sicut qui vadit ad ecclesiam vt furetur: vnde & vera d vocis significatio quando intentione fallendi fit, ad speciem mendacij trahitur. D D. 167.

¶ Ad ultimum dicendũ, ꝙ intentio fallendi potest intelligi dupliciter. Vno mõ, respectu fallaciæ prout est in ipso fallente tñ: alio modo, prout est in fallente, & in eo qui fallitur. Quicumq; .n. falsum loquit̃, quantũ est in se, fallit, q̃uis non semp aliquis ꝑ eius verbũ fallatur. Quicũq; ergo sciẽs, falsum loquit̃, fallaciã intendit secundũ qđ est in fallente. Vnde ista intentio fallendi cõis est omni mendacio. Sed intentio qua aliquis intendit fallaciam non solum ut ipse fallat, sed vt alij fallantur, non est in mendacio iocoso: vnde minimum habet de ratione mendacij.

ARTICVLVS II.

Vtrum diuisio mendacij in litera sit conueniens. E

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter mendacium diuidatur in litera. Ea.n. quæ secundum accidens sunt, cum infinita sint, dimittenda sunt: sed mendacio inquantũ hmõi, accidit ꝙ fiat ioco, vel cõmodo, vel damno alicuius. ergo ſm ista inconuenienter diuiditur mendaciũ. 22. q. 110. 2.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 4. eth. ludus cum sit quędam requies, vtilis est ad vitam etiam virtuosam: sed mendacium officiosum dicitur quod fit ad utilitatem alicuius, iocosum autem quod fit causa ioci. ergo mendacium iocosum in officioso includitur, nec deberet contra ipsum diuidi. Cap. 15.

¶ 3 Præt. Philosophus in 4. ethi. dicit, quòd aliquis fallax est, qui nullius gratia maiora existentibus fingit: sed mendacium iocosum, officiosum, & pernitiosum alicui' causa fit. ergo est aliquod mendacium præter ista tria. Cap. 14.

¶ 4 Præt. August. ponit octo mendacij genera. ergo insufficienter per tria tantum diuiditur. In libro de mendacio, Cap. 14.

¶ 5 Præt. Videtur ꝙ in illis octo sit ẽt aliqua superfluitas. Mendacium .n. quod fit ĩ doctrina religiõis, non distinguitur ab alijs, nisi secundum materiam: sed materialis multiplicatio relinquenda est. ergo nõ debuit hoc mendacium contra alia distingui.

¶ 6 Præt. Philosoph' in 4. eth. diuidit mẽdaciũ in iactãtiam, & ironiam. cũ ergo hæc mẽbra hic prætermittant̃, uidetur diuisio insufficiens. Cap. 14.

RESPON. Dicendum, ꝙ mendacium hic diuiditur ut cognoscatur quomodo diuersimode contingit mendacio peccare: & ideo non assignantur hic modi mendacij facientes diuersitatem in ipso secundũ quod est huiusmodi, sed magis secundum quod est peccatum. Et propter hoc assignantur tres modi mendacij secundum qđ fallacia, quę est mendacij complementum, in tribus gradibus consistere potest. Primus gradus est, ut sit tantum in fallente qui fallit, quãuis nullus ab ipso fallatur: & hoc contingit in mendacio iocoso. Secundus gradus est, ut fallacia tñ ad opinionem audientis perueniat, ut. s. uerum æstimet qđ falsum est sibi a dicente prolatum: & in hoc gradu consistit mendaciũ officiosum, in quo non peruenitur ad plus mali, nisi ꝙ audiens falsam intentionem concipiat quantũ ad intentionem dicentis. Tertius gradus est ut ſm eiusdem intentionem fallacia perducatur ulterius usq; ad damnũ in rebus, uel persona alicuius: & hoc est pernitiosum mendaciũ. Et per hoc patet solutio ad primum, quia quãuis hmõi accidant mendacio, inquantum hmõi, nõ tñ accidunt ei inquantum pctm̃. C

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ quàmuis ludus aliquis sit utilis, non tamen ludus ille talis, qualis est ludus mentientis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui nullius gratia mentitur, ad mendacium iocosum reducitur, maxime si mentiatur de indifferentibus, & quæ ad nullius damnum pertinere possunt: operationes enim ludicræ nullius gr̃a fiũt, ut dr̃ in 10. ethic. Cap. 7.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ illa octo genera mendacii sub tribus primis continent̃: sed ideo magis particulatim diuidũtur, quia in diuersis materijs cõtingit esse maius, uel min' pctm̃: vñ tria mẽbra secundæ diuisionis reducuntur ad mendaciũ pernitiosum. Potest enim alicui inferri nocumentum uel in spirituali uita, & sic est principium, quod fit in doctrina religionis: uel in aliis, siue nocumentum alicui illatum in nullius profectum cadat, quod est secũdus modus: siue cadat in profectum alicuius, quod est tertius modus. Duo vero alij modi reducuntur ad mendacium iocosum, quia aliquando aliquis mentitur propter suam delectationem quam habet in mẽtiendo: & sic est quartus modus. Aliquando autem propter delectationem alterius, cui ex mẽdacio placet: & sic est quintus modus. Tres vero vltimi modi reducuntur ad officiosum mendacium. Aliquando enim aliquis mentitur ad vitandum damnum alterius in pecunia: & sic est sextus modus. Aliquãdo in persona quantum ad vitam corporalem: & sic est septimus modus. Aliquando vero quantum ad ea quæ virtutis sunt: & sic est octauus. D

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ materialis multiplicatio debuit hic tangi, inquantum diuersa quantitas culpæ per eam insinuat̃.

¶ Ad ultimum dicendum, quòd Philosophus assignat duas species mendacii secundum quod opponitur virtuti: & ideo diuisit mendaciũ in superfluum, quod est iactantia: & diminutũ, quod est ironia. Iactator.n. est, qui maiora de se fingit q̃ sint: ironia aũt quæ maiora. Hic aũt diuiditur mendacium ad cognoscendum quantitatem in ipso, & ideo oportuit aliter diuidere. E

ARTICVLVS III.

Vtrum omne mendacium sit peccatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non omne mẽdaciũ sit peccatũ. Nullũ .n. pctm̃ fit instinctu spũs sctĩ: sed Iacob, vt in litera dr̃, ꝑ familiare consiliũ spũs sancti, qđ a matre acceperat, dixit se esse primogenitum, cũ nõ esset, & ita 22. q. 110. 3. Quol. 8. 14. Genes. 27.

mentitus est. ergo aliquod mendacium non est peccatum. F
¶2 Præt. Nullum peccatum remuneratur a deo: sed obstetrices Aegypti sunt remuneratæ a deo pro mendacio, quod Pharaoni dixerunt, vt dr̃ Exo. 1. ergo aliqđ mendaciũ nõ est pctm̃.
¶3 Præt. Nullus virtuosus, inquantum huiusmodi, peccat: sed secundum Philosophum in 4 eth. ad virtutem veritatis pertinet declinare ad minus, in quo aliquod mẽdacium est. ergo non omne mendacium est peccatum.

Cap. 14.
Super ps. 5. post med.

¶4 Præt. Vt dicitur 2. Pet. 1. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines, qui scripturas diuinas ediderunt: sed inueniuntur in scripturis aliquę locutiones, quę non sunt veræ secundum quod verba sonant: sicut ꝙ ligna siluæ ierunt ad ramnum vt eis imperaret, Iudic. 9. Cum ergo per inspirationẽ spiritus sancti non fiat aliquod peccatum, videtur quòd non omne mendacium sit peccatum.

Exo. 1.
Iosue 2.
Iudicũ 9.
Aug. Ench. c. 22.

¶5 Præt. Vitium mendacij, quod virtuti veritatis opponitur nõ solum est in dictis, sed etiam in factis: sed sine peccato potest aliquis aliquãdo significare facto quod non est, sicut de Christo Legitur Luc. vlti. ꝙ finxit se lõgius ire. Similiter etiam Iosue, qui similauit se fugere ante habitatores Hay. & Dauid qui simulauit se stultũ ante regẽ Achis. ergo & verbo potest aliquis sine peccato mentiri.

Luc. 24.
Iosue 8.
De octo generib⁹ mẽdacij ad cõsentium. c. 14. Tom. 4.
1. Reg. 21.

Quòd mendacium obstetricum, & Raab fuit ueniale.

De mendacio autem obstetricum, & Raab quòd fuerit ueniale Aug. tradit dicens. Forsitan sicut obstetrices non remuneratæ sunt, quia mentitæ sunt: sed quia infantes liberauerunt, & propter hanc misericordiam ueniale fuit peccatũ, non tamen nullũ: sic Raab liberata propter liberationem exploratorum, G pro qua non fuit ueniale peccatũ. Sed ne putet quisq; in cęteris peccatis, si propter liberationem hominum fiant, ita posse concedi ueniam: multa.n.mala detestanda talem sequuntur errorem. Possumus enim & furando alicui prodesse, si pauper cui datur, sentit commodum, & diues cui tollitur, non sentit incommodum. H Itaque & adulterando possumus prodesse, si aliqua nisi ad hoc ei consentiatur, appareat amando moritura: & si uixerit, pænitendo purgãda, nec ideo peccatum graue negabitur tale adulterium.

Quòd octo sunt genera mendacij.

Sciendvm est etiam octo esse genera mendacij, ut August. in lib. de mendacio tradit, I quæ diligenter notanda sunt, ut appareat qđ mendaciũ sit ueniale, & qđ damnabile. Primum, capitale est mendacium longe fugiendum, qđ fit in doctrina religionis, ad qđ nulla causa quisquam debet

¶6 Præt. Mendaciũ non videtur esse pctm̃ nisi ex eo ꝙ fallit: sed aliquando expedit hoĩ vt in aliquo fallatur, & erret, vt in litera dicitur, & in multis casibus patet. ergo aliqñ põt aliquis sine peccato mentiri
¶7 Præt. Nullus actus congruus est peccatum: sed mendacium officiosum est huiusmodi, quia officium est congruus actus personæ secundum statuta patriæ. igitur &c.

Cap. vlt.
Sed contra. Aug. in lib. de men. dicit. Quisquis aliquod genus mendacij quod peccatum non sit, esse putauerit, seipsum turpiter decipit. ergo omne mendacium peccatũ est. K
¶2 Præt. Omnis inordinatio in actibus humanis, si voluntaria sit, peccatum est: sed vbicumque est mendacium, est aliqua inordinatio, quia adhibetur vox ad significandũ aliquid quod significabile non est. ergo omne mendacium est peccatum.
¶3 Præt. Nihil opponitur virtuti nisi peccatum: sed omnẽ mendacium opponitur virtuti, quæ est veritas, vt in 4. ethic. patet. ergo omne mendacium est peccatum.

Cap. 14.
Respon. Dicendum, quòd cum malum omnifariam contingat, cuiuslibet circunstantiæ peruersitas etiam alijs circunstantijs debitis existentibus, peccatum in moribus facit, vt si aliquis accipiat vnde non debet, quantumcumque bonum intendat, vel aliæ circunstantiæ ordinaræ videantur, peccatum non euitabitur. Cum autem locutio inuenta sit ad exprimendam conceptionem cordis, quandocumque aliquis loquitur quod in corde non habet, loquitur quod nõ debet: hoc autem contingit in omni mendacio: vnde omne mendacium est peccatum, quantumcumque aliquis propter bonum mentiatur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd verba quæ Iacob protulit secundum aliquem intellectum necessitatẽ, vel veritatem habuerunt: sibi enim primogenitura dei electione debebatur, & ad illum intellectum spiritus sanctus verba ordinabat, cuius instinctu & intellectu loquebatur, siue ipse illũ intellectum ex verbis acciperet explicite, siue implicite hoc significare intẽdens, ad quod spiritus sanctus ordinabat, unde a mendacio excusatur: & eadem ratio est de omnibus verbis quæ mendacium sapere videntur ab illis viris prolata, in quibus mendaciũ concedere nepharium videtur.
¶ Ad secundum dicendum, quòd obstetrices mẽtitæ sũt ad literam: nec pro mendacio remuneratæ sunt, sed pro pietate, quia pueros Hebræorũ liberauerunt.
¶ Ad tertium dicendum, quòd in maiori includitur min⁹, & non econuerso. Et quãdo virtuosus eligit minus dicere de se quàm possit, secundum rei veritatem nõ mentitur, sed aliquod verum tacet.
¶ Ad quartum dicendum, quòd verba quę in sacra scriptura sunt scripta, aut sunt verba eius qui scripturam edidit, aut sunt verba alicuius qui in scriptura recitatur loquens. Si primo modo, sic non contingit in eis mendacium: quia in figuratiuis locutionibus non est sensus verborum, quẽ primo aspectu faciunt, sed quem proferens sub tali modo loquendi facere intendit: sicut qui dicit, quòd pratum ridet, sub quadam rei similitudine intendit significare prati floritionem. Si autem sunt verba alicuius qui recitatur loquens, aut sunt alicuius cuius malitia in scriptura arguitur, & sic non est inconueniẽs quòd sint ibi etiam mẽdacia, sicut verba Iudæorum Christum blasphemantium: aut alicuius qui commendatur non de perfectione uirtutis, sed de profectu, sicut obstetrices commendãtur quòd in hoc profecerunt, quòd non in damnum alicuius, sed in obsequium diuinum mentitæ sunt: aut sunt uerba alicuius qui commendatur de perfectione uirtutis, & in exemplum proponitur, & tũc est eadem ratio sicut de uerbis scripturæ.
¶ Ad quintum dicendum, quòd facta non sunt ordinata de se ad significandum sicut uoces. Et ideo non oportet ꝙ si aliquid fiat per quod aliquod falsum detur intelligi, ꝙ hoc ipso fiat, quod non debet fieri: sicut dicitur ꝙ non debet dici, qñ falsum uoce significatur. Vnde non oportet ꝙ omne tale factum sit pctm̃, & pręcipue qñ factum in significatione alicuius exhibetur: tunc.n.eadem ratio est de illis factis, & de locutionibus figuratiuis. Sicut enim locutio figuratiua ueritatem habet nõ a sensu quem uerba habent in primo aspectu, sed ab eo quem loquens facere intendit: ita etiam ꝙ dominus ostendit se uelle longius

adduci. Secundũ, ꝙ tale est ut nulli prosit, & obsit alicui. Tertium, qđ ita prodest alicui, ut obsit alteri. Quartũ, quod fit sola mentiendi fallendique libidine, quod mirũ mẽdacium est. Quintum, quod fit placẽdi cupiditate de suauiloquio. His omnibus euitatis, sequitur sextũ genus quod nulli obest, & prodest alicui, ut si quis pecuniam alicuius iniuste tollendam, sciens ubi sit, se nescire mentiatur. Septimum, quod & nulli obest, & prodest alicui, ut siquis nolens hominem quęsiturũ ad mortem prodere mentiatur. Octauum, quod nulli obest, & ad hoc prodest, ut ab immũditia corporali aliquẽ tueatur: in his autẽ tanto minus quisque peccat cum mentitur, quanto magis a primo recedit. Quisquis uero aliquod genus esse mendacij, quod peccatum non sit, putauerit, decipiet seipsum turpiter, cum honestum esse deceptorem aliorum arbitretur. Omne genus ergo mendacij summopere fuge, quia omne mendacium non est a Deo.

Quid sit mendacium.

Hic uidendum est quid sit mendacium, & quid sit mẽtiri: deinde, utrũ omne mẽdaciũ sit pctm̃, & quare. Mẽdaciũ est, ut Aug. ait, falsa significatio uocis cũ intentione fallendi. Vt ergo mendacium sit, necesse est ut falsum proferatur, & cum intentione fallendi: hoc enim malum est proprium mentiẽtis, vnum ha

Lib. de mẽdacio ad ... 18.

longius ire quasi per similitudinem elongationis in itinere, significabat elongationem sui a cognitione discipulorum, & in hoc veritatem habebat. A
¶ Ad sextum dicendum, quòd quàmuis alicui prosit in aliquo casu falli, non tñ propter hoc bonum, aliquod malum faciendũ est, sicut nec est furãdum vt eleemosynæ dentur: & ita cum mẽdacium de se inordinationem habeat, non est mentiendum pro quocumque alterius cõmodo.
¶ Ad vltimum dicẽdum, quòd mendacium dicitur officiosum non ratione sui, sed ratione causæ quæ ad mentiendum inclinat.

Dist. c. 18. ARTICVLVS IIII.

Vtrum omne mendacium sit peccatum mortale.

22. q. 2. c. 4. Ad qvartvm sic proceditur. Videtur ꝙ oẽ mendacium sit peccatũ mortale. Omne .n. peccatum quod in perditionẽ adducit, est peccatum mortale: sed in psal. 5. dicitur. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. ergo omne mendacium est peccatum mortale.
¶2 Præt. Omne id qđ in subuersionem fidei vergit, est pctm̃ mortale: sed mendaciũ est huiusmodi, vt Aug. probat in li. de menda. ergo omne mendacium est peccatum mortale. Minor patet ex hoc, quòd si in aliquo casu mentiri licet, tunc non semper oportet fidem bono homini adhibere: & si in aliquo nõ sibi creditur, nõ erit necessitas vt in alijs sibi credatur.

Cap. 5.

¶3 Præt. Si aliquod mendacium excusetur a peccato mortali, præcipue mendacium officiosum tale esse videtur: sed mendacium officiosum est peccatum mortale, cum per ipsum æterna merces in temporalem commutetur. Gregor. enim dicit in glo. Exo. 1. de obstetricibus benignitatis earum merces, quæ in æterna vita remunerari poterat, per culpam mendacij in terrenam recompensationem commũtata est. ergo omne mendacium est peccatum mortale.

Lib. 17. c. 2 de moralibus.

¶4 Præt. In litera dicitur, quòd perfectis viris damnabile est pro commodo alterius mentiri: sed nullum peccatum dicitur esse damnabile, nisi mortale. ergo mendacium officiosum perfectis est mortale: & eadem ratione omne aliud mendacium, cum mendacium officiosum minus videatur esse damnosum, & ita per consequens etiam in alijs omne mendacium peccatum mortale est, quia perfecti non sunt peioris conditionis quàm alij. E
¶5 Præt. Nihil prohibetur diuino præcepto nisi peccatũ mortale: sed in prohibitione falsi testimonij prohibetur omne mendacium, sicut Aug. dicit in lib. de mendacio. ergo omne mendacium est peccatum mortale.

Cap. 1.

Sed contra. Propter peccatum mortale non ædificantur spirituales domus: sed obstetricibus ædificauit deus spirituales domus, secundum Hierony. ergo obstetrices mentiendo mortaliter non peccauerunt, & ita non omne mendacium est mortale peccatum.

To. 5. sup. Esa. cap. 65

¶2 Præt. Nullum peccatum mortale alicui conceditur: sed in glo. super primum Exo. dicitur quòd infirmis conceditur mentiri. ergo non omne mendacium est peccatum mortale.

Lib. 17. c. 2. moralium.

¶3 Præt. Greg. dicit, quòd mendacium officiosum facile credimus relaxari: sed peccatum ex hoc dicitur ueniale, quod facile remittitur. ergo mendacium officiosum est peccatum ueniale.

Respon. Dicendum, quòd peccatum mortale dicitur, quod hominem uita spirituali priuat. Spiritualis autem uita per charitatẽ est, unde illa peccata ex sui genere mortalia sunt, quę contra dilectionem dei, uel proximi uergunt. Et ideo duplex genus mendacij peccatũ mortale ponendum est. Primum quod contra deum est, sicut cum quis in doctrina religionis mentitur. Secundum est, qđ in detrimentum iustitiæ ad proximũ uergit, siue sit tale mẽdacium quod ad peruersionem iudicij ordinatur, sicut cum quis in loco iudicij falsum dicit: siue sit in nocumentum alicuius, quod sine mortali peccato esse non potest. Alia uero mẽdacia, quia inordinationẽ quandam habent, non tamen a dilectione dei & proximi auertunt, peccata sunt, sed sunt uenialia.

Eodem loco. & c. 22.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd authoritas illa non loquitur de oĩ mendacio, sed de perniciosio tantum.
¶ Ad secundum dicendum, quòd mendacium prolatum, si ęstimetur esse licitũ, ipsa ęstimatio ĩ subuersionem fidei uergeret, non tamen oportet quòd omne mendacium ad subuersionem fidei ordinetur, præcipue cum non sit de his quæ ad fidem spectant.
¶ Ad tertium dicendum, quòd de mendacio obstetricum diuersa est opinio. Quidam enim dicunt, quòd mendacium fuit ad obseruandam vitam puerorum, & sic fuit officiosum & ueniale peccatum: fuit etiam ad conseruandum uitam propriã, & sic fuit libidinosum & mortale peccatum. Sed hoc non uidetur rationabile, quia non minus debet homo suam uitam tueri quàm alterius. Et ideo alij dicunt, quòd in actibus obstetricum tria est considerare. Primo, ipsam pietatem, qua pueris parcere uoluerunt: & quantum ad hoc uel meruerunt, uel ad meritũ disponebantur, & ſm hoc intelligendũ est uerbum Hierony. ꝙ ædificauit eis deus domos spirituales. Fuit ẽt ibi mendaciũ, quod siue pro liberatione puerorũ, siue pro liberatione vitæ propriæ, quod magis uidetur subtiliter discutiẽti ſm Grego. dictum, peccatum ueniale fuit: & sic habent laudem secundum Aug. in lib. de mendacio non perfectæ iustitiæ, sed profectus ad iustitiam. Fuit etiam ibi omissio confessionis diuinæ ueritatis & iustitię, si tamen coram Pharaone tunc confiteri tenebantur, & quantum ad hoc potuit ibi esse peccatum mortale. Et secundum hoc potest intelligi quòd merces ęterna eis in temporalem commutata est. Vel si ex hoc mortaliter non peccauerunt, dicitur merces æterna in temporalem commutata, quia earũ benignitas gratia non informata remunerationem temporalem habuit, quæ gratiæ adiuncta habuisset æternam.

Ibidem.
Cap. 16.

¶ Ad quartum dicendum, quòd secundum quosdam omne mendacium uiris perfectis peccatum mortale est, cuius rationem dupliciter aliqui assignant. Quidam, n. sumunt rationem ex perfectione charitatis, per quam mens hominis summæ ueritati adhæret, adeo ꝙ omne mendaciũ eorũ cũ deliberatione & ex contemptu est: vnde non põt esse ueniale, sicut nec homo in primo statu uenialiter peccare potuit. Sed hoc nihil est dictum, quia eadem ratione nullum aliud peccatũ ueniale com-

bere clausum in pectore, aliud prõptum in lingua. Mentiri uero est loqui contra hoc quod animo sentit quis siue illud uerum sit, siue non. Omnis ergo qui loquitur mẽdacium, mentitur, quia loquitur cõtra hoc quod animo sẽtit, idest, uoluntate fallendi: sed non omnis qui mentitur, mendacium dicit, B quia quòd uerum est loquitur aliquando mentiendo, sicut econuerso falsum dicendo, aliquando uerax est. vnde Aug. Nemo sane mentiens iudicandus est, qui dicit falsum quod putat uerũ: quia quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. Non igitur mendacij arguendus est, quia falsa incautius credit, ac pro ueris habet, potiusque econtrario ille mentitur, qui dicit uerum quod falsum putat. Quantum enim ad animũ eius attinet, non uerum dicit: quia non quod sentit dicit, quàmuis uerũ inueniatur esse quod dicit. Nec ille liber ẽ a mẽdacio, qui ore nesciens loquitur uerum, sciens autem uoluntate mentitur.

Quæstio de Iudæo, qui dicit Christum esse Deum.

Hic quæri solet, si Iudæus dicat Christum esse Deũ, cũ non ita sentiat animo, D utrũ loquatur mendaciũ. Non est mẽdaciũ qđ dicit, quia licet aliter teneat animo, uerũ tñ est qđ dicit, & ideo non est mendaciũ, mentitur tñ illud qđ uerũ est dicens. Qđ uero oẽ mendaciũ sit pctm̃, Aug. insinuat. Mihi inquit vr̃ omne mẽdaciũ esse pctm̃: sed multũ interest quo aĩo, & de quibus reb⁹ quisq; mẽtiatur. Nõ.n.sic peccat qui consulendi, ut qui nocendi uoluntate mentitur: nec tm̃ nocet qui viatorẽ mẽtiẽdo in diuerso itinere mittit, quantũ qui viã vitæ mendacio deprauat. Porro oẽ mendaciũ ideo dicẽdũ est esse pctm̃, quia hoc debet loqui hõ qđ aĩo gerit, siue illud uerũ sit, siue putetur, & nõ sit. Verba n. iõ instituta sunt, non vt p ea hoĩes inuicẽ fallãt, sed quæ p ea in alterius notitiã suas cogitationes ferant. Verbis ergo vti ad fallaciã, non ad qđ sunt instituta, pctm̃ est. Nec ẽt ideo vllũ mendaciũ putandũ non esse pctm̃, quia possumus alicui aliqñ prodesse mentiendo. Possumus.n.vt prædictũ est & furando, & adulterando prodesse. Mendacium quoq; non tunc tm̃ esse possumus dicere, quando aliquis læditur. Cum enim a sciente dicitur falsum, mendacium est siue quis, siue nemo lædatur. Ecce ex his constat omne mendacium

mittere possent, quod falsissimum est quantumcumque perfectissimis viris, cum etiam in apostolis peccatum veniale fuerit, 1.Io.1. Si dixerimus quòd peccatum non habemus &c. Alij vero sumunt rationem ex perfectione status, secundum quod aliqui perfectionem in publico prætendunt, vt religiosi & prælati, & istis adhibetur fides tamquàm conseruatoribus veritatis: vnde si ĩ aliquo a veritate deuiarẽt, nec eis, nec alijs fides adhiberetur, & sic fieret magnum preiudicium veritati. Sed hoc iterum nihil est, quia non creditur eis tãquàm conseruatoribus veritatis in omnibus eorum factis, vel dictis: sed in illis tantũ quæ ad officium conseruandæ veritatis spectant, sicut doctrina & iudiciũ, in quibus si a veritate deuiarent, non est dubiũ quin peccarent mortaliter. Et ideo dicendum, quòd nec mendacium, nec aliud peccatum quod ex genere suo peccatum mortale nõ est, perfectis viris mortale peccatum fit, nisi fit cõtra eorum votũ: sed per accidens potest eis mortale fieri, sicut & alijs, vt si fiat contra conscientiam quàmuis errantem vel ratione scandali, vel alicuius huiusmodi. Quod vero dicitur in litera, quòd mendaciũ officiosum perfectis viris est damnabile, intelligendum est comparatiue: quia in eodẽ genere peccati magis peccat perfectus quàm imperfectus, quàmuis vtrique venialiter, vel mortaliter: non tamen hæc circunstantia aggrauans aggrauat in infinitum, vt quod vni est veniale, alteri mortale fiat.

¶ Ad quintum dicendum, quòd diuino præcepto prohibetur aliquid dupliciter. Vno modo directe, quod contra præceptum dicitur, & hic prohibetur mendacium pernitiosum, quod ex ipsa forma præcepti patet. Nõ loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Alio modo indirecte, quod præter præceptum dicitur, & sic mendacium iocosum & officiosum, sicut & alia peccata venialia, præcepto diuino prohibetur.

Psalm. 5. | Sap. 1. | Aug. in Enchi. cap. 19. & 21.

esse peccatũ, non tñ de omni mendacio accipiendũ est illud, Perdes omnes qui loquũtur mendacium. Nec illud, Os quod mentitur, occidit animam. Nec omne mendaciũ isto præcepto prohiberi videtur, nec premissa descriptione mendacium ioci includi.

Vbi cum periculo erratur, uel non.

G ILLVD etiam sciendum est, ꝙ in quibusdam rebus magno malo, ĩ quibusdam paruo, in quibusdã nullo fallimur. In quibusdã rebus nihil interest ad capessendũ Dei regnũ vtrũ credantur, an non: uel utrum putentur uera, an falsa, siue sint, siue non. In his errare .i. aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse pctm̃: vel si est, minimum atq; leuissimum: & sunt vera quàmuis non videantur, quę nisi credãtur, ad vitam ęternã non potest perueniri. Et licet error maxima cura cauendus sit non solũmodo in maioribus, sed ẽt in minoribus rebus, nec nisi rerũ ignorantia possit errari, non est tñ consequens vt cõtinuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire qđ nescit. Pro uero .n. approbat falsũ, qđ erroris propriũ est. Verũtñ in qua re quisquis erret, interest plurimum. Sunt .n. quæ nescire est melius q̃ scire. Item in nonnullis errare profuit aliquando, sed in via pedum, non in via morum.

De Iacob, si mentitus fuit.

H SOLET ẽt quæri de Iacob, q dixit se esse Esau, aliter animo sentiẽs, vtrũ mentitus sit. De hoc Aug. ait Iacob qđ matre fecit authore, vt falleret patrẽ, si diligenter attendatur, vr̃ nõ esse mendacium, sed mysterium. Intendebat enim matri obedire,

ARTICVLVS V.

Vtrum gradus mendaciorum conuenienter assignentur in litera.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter gradus mendaciorum in litera assignentur. Quandocumque enim aliquis falsum scienter loquitur, mentitur: sed aliquis disputando falsum scienter loquitur, etiam in his quæ ad fidem pertinent. ergo dicit mendacium in doctrina religionis, & hoc non est grauius mendacio pernitioso. ergo mendacium quod fit in doctrina, non est primum & grauissimum mendacium.

¶ 2 Præt. Contingit quòd de his quæ ad fidei religionem pertinent, aliquis ioco mentiatur: nec tamen hoc grauius reputaretur, quàm mendacium vergens in graue damnum proximi. ergo idem quod prius.

¶ 3 Præt. Officiosum mendacium plus habet de ratione mendacij quàm iocosum, vt ex dictis patet. cum ergo iocosum mendacium præponatur officioso, videtur quòd inconuenienter ordinetur.

¶ 4 Præt. Cuicumque malitia propter seipsam placet, videtur in spiritum sanctum peccare: sed peccatum in spiritum sanctum est grauissimum, vt in 2. lib. dictum est. cum ergo ille qui mentitur sola mentiendi libidine, in ipsa malitia delectari videatur, videtur quòd hoc mendaciũ cæteris sit grauius, quod tamen quarto loco ponitur.

d. 41. q. 1. ar. 2.

F ¶ 5 Præt. Quanto maius nocumentum per mendacium euitatur, tanto est minus peccatum: sed maius damnum est corporis mors, quàm corporis immunditia. ergo septimum mendacium, quod fit ad tuendum vitam, deberet postponi octauo, quod fit ad tuendum aliquem ab immunditia corporali.

IN CONTRARIVM est authoritas Aug. in lib. de mendacio. (Cap. 4.)

RESPON. Dicendũ, quòd quodlibet peccatum secundum suum genus habet aliquam quantitatem, cui addi, vel subtrahi potest ratione alicuius adiuncti: unde & quantitas mendacij secũdum tres gradus potest considerari. Primus gradus est, quãdo quãtitas mendacij ex aliquo adiũcto aggrauatur: hoc autem adiunctũ mendacium aggrauans est vel prophanatio diuinorum, quæ est conditio maxime aggrauans: & ideo mendacium, quod fit in doctrina religionis, ponitur primum. Vel est nocumentum proximorũ, quod quidem mitigatur, si nocumento aliqua vtilitas adiungatur: & ideo in secundo ordine ponitur mendacium, quod obest, & nulli prodest. In tertio vero mendacium quod alicui prodest, & nulli obest. Secundus vero gradus mendacij consideratur sine additione, vel diminutione. Sed quia in quolibet genere peccati grauius est peccatum quod ex habitu procedit, inquantum ex libidine maiori fit, ideo in quarto loco ponitur mendacium, quod fit ex libidine mentiendi: quia vnicuique habenti habitum delectabilis est operatio secundum proprium habitum. I Quinto vero loco ponitur mendacium, quod non videtur ex habitu procedere, sed ex intentione alicuius finis extranei, quæ tamen mendacium non aggrauat, nec alleuiat, sicut quod fit ex intentione placendi, vel delectandi. Tertius gradus est, in quo consideratur quantitas mendacij diminuta ex aliquo adiuncto, quod est intentio vtilitatis, quæ tanto magis alleuiat, quanto damnum est grauius quod vitatur: & ideo in sexto loco ponitur mendacium, quod fit ad vitandum sublevationem pecuniæ. Septimum mendacium, quod fit ad vitandum occisionem. Octauum ad vitandũ deturpationem libidinis, quod propter propinquitatem consensus vix sine peccato esse potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille qui disputando falsum loquitur, quàmuis scienter, non mentitur nisi asserendo dicat: quia non ex sua persona falsum illud enuntiat, sed gerens personam ueritatem negantis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd distinctio istorum graduum & ordo accipiuntur cæteris paribus: unde in aliquo casu illud quod est secundum, potest esse primum, & sic de alijs est.

K ¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis mendacium officiosum habeat plus de ratione mendacij quàm iocosum, inquantum habet plus de assertione, tamen officiosum habet minus de malo ratione utilitatis adiunctæ, & ideo est minus peccatum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut in lib. 2. distinctio. pe nulti. dictum est, Non omne peccatum quod fit ex electione habitus, est peccatum in spiritum sanctum, alias non esset speciale genus peccati: & ideo hoc mendacium quod fit ex mentiendi libidine, cum procedat ex inclinatione habitus, & non ex rebellione uoluntatis ad aliquod eorum quibus a peccato liberamur, quod est proprium peccati in spiritum sanctum, non erit peccatum in spiritum sanctum. (d. 43. ... tica.)

¶ Ad quintum dicendum, quòd immũditia corporalis hic intelligitur, quæ habet uicinitatem ad peccatum, ratione cuius maius damnum reputatur, quàm corporis mors.

Expo

EXPOSITIO TEXTVS.

NEc pro corpore alterius animam suam occidant. Quod sic uitari potest secundum Aug. in lib. de mẽdacio. Si .n. aliquis ad mortem quæratur, simpliciter nobis interrogatis de eo fine loci determinatione, Respõdendum est, quòd cum non prodemus, etiã si oporteat nos tormẽta sustinere, pro quo facto quendam episcopum laudat. Si autem interrogamur, utrum sit in illo loco determinato, respondendum est. Scio ubi est, sed non dicam. *Præcipue si iteretur.* Hoc dicitur inquantum multiplicatio uenialiũ disponit ad mortale. *Vt ab immunditia corporali aliquem tueatur.* Sed quid faciendũ est ipsi mulieri, si propter libidinem, uel immunditiam quæratur? Quidã dicunt quòd si sentit se perfectã, non debet mentiri: quia ĩ ipsi⁹ uiolatio ne non consentiet, & sic immunis a peccato erit. Si autem sentit se imperfectã, debet ueniale peccatum cõmittere potius quàm incurrat peccati mortalis periculũ. Sed melius dicendum, quòd si propositum nõ consentiẽdi habet, spem suam in deo ponere debet, qui non patitur tentari supra posse, & non debet uenialiter peccare. Ex hoc .n. ipso quòd ponitur aliquid debitum, uel dignum fieri, aufertur omnis ratio peccati. Et ita omne mendaciũ non esset peccatum, quod est contra August. *Nec omne mendacium isto præcepto prohiberi videtur.* Intelligendum est directe sicut contrarium præcepto. *Nec præmissa descriptione mendacium iocosum includi.* Verum est, si intelligatur intentio fallendi, secundum quod fallacia est non tantũm in dicente, sed etiam in audiente qui fallitur, ut dictum est.

Cap. 13. | Super Hic ... cap. 4. in princ. | 1. Cor. vlti.

quæ per spiritum nouerat mysteriũ: & ideo propter familiare consilium Spiritus sancti quod mater acceperat, a mendacio excusatur Iacob.

DISTINCTIO XXXIX.

A

De periurio.

B NVnc de periurio videamus. Periurium est mendacium iuramento firmatum. Hic quæritur vtrum sit periurium, vbi non est mendaciũ: qđ quibusdam videt̃ ex authoritate Hieronymi dicentis. Aduertendum est, quòd iusiurandum tres habet comites veritatem, iudiciũ, & iustitiam: si ista defuerint, non erit iuramentum, sed periurium. Vbi autem falsum iuratur, veritas deest. Si ergo falsum iuretur, & si non sit ibi intentio fallendi, videtur esse periurium, quia deest ueritas. Quibusdam placet non esse periurium vbi non est mendacium, & sic dicitur aliquando falsum sine mendacio, ita iuratur falsum sine periurio. Falsum forte dixit Apostolus, cum se venturum ad Corinthios promisit, nec tamẽ, sicut ei imponebatur, culpam mẽdacij contraxit, quia sic animo sentiebat: & si iuramento illud confirmasset, non periurium incurrisset, quia quantum in ipso fuit, verum dixit: & si iurationem addidisset, quantum in se foret, verum iurasset, & si aliter euenerit quàm dixit. Ideo sicut quis non est men-

DIVISIO TEXTVS.

E POSTQVAM determinauit magister de mendacio, hic determinat de periurio. Et diuiditur in duas partes. In prima, determinat de periurio. In secunda, de iuramento, ibi. *Si autem quæritur, vtrum iurare sit malum &c.* Circa primum duo facit. Primo, diffinit periurium. Secundo, circa diffinitionem mouet quandam quæstionem, ibi. *Hic quæritur, vtrum sit periurium.* Circa quod tria facit. Primo, mouet quæstionem, & ponit opinionem ad alteram partẽ quæstionis. Secundo, ponit opinionem ad contrariam partem, ibi. *Quibusdam placet, quibusdam non placet.* Tertio, ueritatem determinat, ibi. *Sed melius creditur.* Circa quod duo facit. Primo, determinat ueritatem. Secundo, circa determinationem mouet duas quæstiones, quarum prima incipit, ibi. *Cum vero quis iurat &c.* Secunda, ibi. *Hic opponitur &c. Si autem quæratur &c.* Hic determinat de iuramento. A Et primo, determinat de ipso ex parte iurantis. Secundo, ex parte iuramentum exigentis, ibi. *Quæritur etsi peccat &c.* Circa primum tria facit. Primo, inquirit an iuramentum sit licitum. Secundo, determinat de forma iuramenti, ibi. *Quæritur etiam si liceat &c.* Tertio, determinat de obligatione ipsius, ibi. *Nunc superest videre &c.* Circa secundũ, duo facit. Primo, determinat, formã debitam iuramenti. Secundo, inquirit utrum liceat uti iuramento, quod habet indebitam formã, ibi. *Post hoc quæritur, vtrum fidei casus &c.* Circa primũ duo facit. Primo, tãgit formã iuramenti, quod fit per attestationem. Secũdo, illius quod fit per execrationem, ibi. *Est etiam quoddam genus &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit formam iuramenti. Secundo, exponit eã, ibi. *Hic quæritur quid sit dicere &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit formam iuramenti secũdũ diuersa. Secundo, comparat iuramenta secundum diuersa facta, ibi. *Si autem quæritur &c. Nunc superest videre &c.* Hic determinat de obligatione iuramẽti. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit in quo casu iuramentum obliget. Secundo, vtrum incurratur periurium ex iuramento non obligatorio, ibi. *Qui vero immutat &c. Quæritur etiam si peccat &c.* Hic duo facit. Primo, inquirit utrum liceat iuramentum exigere. Secundo, quo tempore ad iuramenta conuenire debeant, ibi. *Sancta synodus decreuit &c.*

August. de ver. Apost. ser. 28. circa princ.

dax nisi aliter sentiat animo quàm dicit siue ita sit, siue non: ita videtur quibusdam neminem periurum constitui, nisi aliter sentiat in animo quàm loquatur, siue ita sit, siue non.

De triplici modo periurij.

SEd melius creditur & ille peierare, qui falsum uolũtate fallendi iurat, & qui falsum putans, qđ verũ est, iurat: & qui verum putans qđ falsum est, iurat. Vnde Aug. homines falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut putat homo uerũ esse qđ falsum est, & temere iurat: aut scit vel putat falsum esse, & tñ pro vero iurat, & nihilominus cũ scelere iurat. Distant aũt C ista duo periuria quæ cõmemoraui. Fac illũ iurare qui verũ esse putat pro quo iurat, verum putat esse, & tñ falsum est, non ex animo iste periurat, sed fallitur. hoc pro uero habet qđ falsum est, non pro falsa re sciẽs iurationẽ interponit. Da alium qui scit falsum esse, & dicit verum esse, & iurat tamquàm verum sit quod scit falsum esse: videtis quàm ista detestanda sit belua? Fac alium qui putat falsum esse, & iurat tamquàm verum sit, & verum forte est. Verbi gratia, D vt intelligatis. Pluit in illo loco, & interrogas hominem, & dicit pluisse, & tunc pluit ibi, sed putat non pluisse, periurus est. Interest quemadmodum verbũ procedat ex animo, ream linguam

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

- ¶ Primo, Quid sit iuramentum.
- ¶ Secundo, An iuramentum sit licitum.
- ¶ Tertio, De obligatione iuramenti.
- ¶ Quarto, Quid sit periurium.
- ¶ Quinto, Vtrum omne periurium, siue iuramenti abusio sit peccatum mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iurare sit idem quod Deum in testem inuocare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd iurare non sit idem quod deum in testem inuocare. Aliquando enim, ut in litera dicitur, licitum est per creaturas iurare: sed tunc non videtur inuocari diuinum testimonium, sed magis testimonium crea- 22. q. 89. 1.

stiræ. ergo iurare non est deum in testem inuocare.

¶ 2 Præt. Apostolus ad Heb. dicit, q̃ hoīes p̃ maiorē sibi iurant, nec hoc solum de deo intelligitur, sed ēt de hominibus, qui supra nos sunt: quia Ioseph per salutem Pharaonis iurauit. ergo iurare non est idem quod deum in testem inuocare.

¶ 3 Præt. Non est idē esse iudicem & testē: sed in iuramento quod fit per execrationem, deus videtur inuocari vt iudex, vt cū dicimus, Si hoc feci, ita mihi accidat: qui modus ponitur Iob. 31. ergo non omne iuramentum fit per inuocationem diuini testimonij.

¶ 4 Præt. Accipere testimonium a deo & ab homine non differt nisi materialiter: sed ille qui inuocat hominem in testem, non dicitur per hominem iurare. ergo & ille qui inuocat deum in testē, non dicitur per deum iurare.

¶ 5 Præt. In litera dicitur ex verbis Augustini, Iurare est ius veritatis deo reddere: sed quicumque verum dicit, etiam si nullum inuocet testimonium, ius veritatis deo reddit. ergo ad iuramentū non exigitur inuocatio diuini testimonij.

De verbis Apost. ser. 28.

SED CONTRA est, quod dicit Augustinus, & habetur in litera, quid est iurare per deum, nisi testis est deus? sed ista est communissima forma iurādi. ergo iuramentum est inuocatio diuini testimonij.

De verbis Apost. ser. 28.

¶ 2 Præt. Omne illud quod ad confirmandum aliquid assumitur, quodammodo dat ei testimonium: sed in iuramento diuina veritas ad confirmationem nostri dicti inducitur. ergo iurare est deum testem inuocare.

¶ 3 Præt. Controuersiæ non solent nisi testibus terminari: sed finis omnis controuersiæ est iuramentum, vt dicit Apostolus ad Hebr. ergo iuramentum videtur esse aliqua inuocatio diuini testimonij.

RESPON. Dicendum, quòd iuramentum proprie sit ad confirmationem eorum quæ in dubium veniunt audienti, de quibus loquens vel certitudinem habet, vel dicit se habere: & de illis dubijs quæ ex sui natura dubitationem habent, sicut sunt facta contingentia, quæ per rationem confirmari non possunt. In alijs enim ridiculum videtur iuramentum exhibere. Horum ergo dubiorum certitudo fieri non potest nisi per aliquem, cuius scientiæ nihil desit, & cuius veritas infallibilis sit: hoc autem in solo deo inuenitur, & ideo eius testimonium solum ad huiusmodi confirmationem efficax est. Sed testimonium eius aut assumitur ad huiusmodi confirmationem, quod iam exhibitum est, & hoc non uocatur iuramentum, sed magis probatio per authoritatem: vel inuocatur ad exhibendum, & hoc proprie iuramentum est: & ideo aliquod iuramentum fit, in quo simpliciter diuinum testimonium inuocatur, vt dicitur, Testis est mihi deus. Aliquod vero in quo ipsius testis inuocati reuerentia, qui testimonium credibile facit proponitur vel in seipso, vt cum dicitur per deum, vel viuit dominus: vel in aliquo eius effectu præcipue, vt cum iuratur per cælum, vel euangelia, vel per sanctos. Aliquando vero ipse modus testificationis specificatur, vt cum dicitur, si non est ita, hoc mihi accidat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum quis per creaturam iurat, eius deum inuocat. Hoc enim potest dupliciter fieri. Vno modo, per aliquam creaturam, in qua diuina magnificentia ostenditur, quæ in testimonium inducitur. Alio modo, dicitur in illa creatura effectus diuinæ testificationis èxquiri, vt cum dicitur, per caput meum, vel, per salutem meam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Ioseph iurans per salutem Pharaonis, vtroque dictorū modorum iurare potuit, vel quasi oppignorans deo salutem Pharaonis, cui astrictus erat: vel in potestate Pharaonis diuinam magnificentiam venerans, & in testimonium inducens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc ipso quòd deus iuder efficitur, mendacium indicans, testificatur veritatē, vel falsitatem dicentis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut ueneratio quæ fit summæ maiestati, habet specialem modum & nomen præ alijs uenerationibus exhibitis quibuscumque, dicitur enim latria: ita etiam inuocatio testimonij infallibilis ueritatis habet specialem rationem & nomen testificandi præ alijs testimonijs: & ideo inuocare hominem in testem, & similiter seruire homini, non est ei latriam exhibere, sicut seruire deo. Ideo tamen licet per creaturam iurare, non autem creaturæ latriam exhibere, quia testificatio diuina in manifestatione consistit: diuina autem nobis per creaturas manifestantur. Sed latria exhibetur ipsi inquantum in se summus est, & ideo non exhibetur sibi in aliqua creatura.

¶ Ad ultimum dicendum, q̃ tunc proprie dicitur aliquis ius ueritatis dictæ a se deo reddere, qñ in ipsum sicut in primū originem omnis ueritatis suum dictum reducit, qđ non fit in simplici

plici assertione. Et ideo sciendum, q̃ iuramentum quod fit per creaturas, quodammodo est licitum, & quodammodo illicitum. Si enim aliquis per creaturam iuret quasi primā originem veritatis, illicitum est iuramentum, & ad idolatriam pertinet. Si autem iures quis per creaturam vt in qua prima veritas relucet, sic licitum est iuramē tum.

ARTIC. II.

Vtrum iuramentū sit de per se appetendis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ iuramentum sit de per se appetendis. Sicut enim in litera dicitur. Iurare est ius veritatis deo reddere: hoc autē est hon estissimum, & appetendum. ergo & iuramentum.

¶ 2 Præt. In litera dicitur ex verbis Augu. quicumque iurat per aliquid, venerat illud: sed veneration em deo exhibere est appetendum & frequentandum. ergo iuramentum est huiusmodi.

¶ 3 Præt. Omnis actus in quo deo conformamur, est per se bon⁹: sed iurare ē huiusmodi, quia in psal. dicit. Iurauit dominus, & nō pœnitebit eū. ergo iuramentum est per se bonum.

SED CONTRA. Nullius per se boni cupiditas, vel delectatio prohibet: sed sicut dicit Aug. prohibemur iurare cupiditate, vel delectatione iurandi. ergo iurare non est per se bonum.

¶ 2 Præt. Cuiusliber per se boni frequentatio est vtilis: sed frequens iuratio prohibetur in Eccl. Iurationi non assuescatis tuum. ergo iurare non est bonum.

VLTERIVS. Videtur quòd etiam non sit licitum. Omne quod prohibetur est illicitum: sed iuramentum est prohibitū, Matt. 5. Ego autem dico, non iurare omnino &c. Et Iac. vlti. Ante omnia, fratres mei, nolite iurare &c. ergo iuramentum est illicitum.

¶ 2 Præt. Nullius rei voluntas prohibetur, nisi peccati: sed voluntas iurandi prohibetur, cum dicitur. Nolite iurare, vt sancti & magistri dicunt. ergo iurare est illicitum.

¶ 3 Præt. In sortibus, & iudicijs quæ fiunt per ignem & aquā, vel per duellum expectatur diuinum testimonium, & propter hoc sunt prohibita, quia in his videtur esse quædam dei tentatio: sed iuramentum est inuocatio diuini testimonij, vt dictum est. ergo iuramentum est illicitum.

SED CONTRA est, quod Apostolus in multis locis iurauit, vt patet Rom. 1. Testis est mihi deus &c.

¶ 2 Præt. Nullus actus cadens supra debitam materiam est illicitus, si non fiat ibi alterius circunstantiæ corruptio: sed iurare per deum, est actus cadens super debitam materiam, ergo eum non importetur in hoc alicuius circunstantię corruptio, videtur quòd sit licitum.

VLTERIVS. Videtur quòd non requirantur isti tres comites, qui in litera ponuntur ad hoc quòd iuramentum sit licitum, s. veritas, iustitia, & iudicium. Vbi enim non est veritas, non est iustitia, quia veritas iustitiæ pars est: sed pars nō debet diuidi contra totum. ergo veritas non debet connumerari iustitiæ.

¶ 2 Præt. Iudiciū non videtur aliud esse quàm executio iustitię. ergo posita iustitia superfluum est ponere iudicium.

¶ 3 Præt. Iuramentum quod fit sine istis comitibus est periurium, vt in litera dicitur. si ergo iudicium ē comes iuramēti, nunquā licebit iurare extra iudicium, quod falsum est.

¶ 4 Præt. Multa alia requiruntur ad iuramētū q̃ ista tria, sicut debita forma iurandi, debitū tēpus statutum, ut. s. ieiuni ad iuramē tum accedant, & multa huiusmodi. ergo videtur quòd nō sint tantū tres comites iuramēti.

¶ 5 Præt. In omnib⁹ factis nostris requiruntur ista tria. ergo non magis debent poni comites iuramenti, q̃ aliorū nostrorum operū. Ro. 1.

RESPON. Dicendum ad primā quæstionem, quòd sicut in confirmatione quę fit per rationes, duo sunt. s. medium probans, & id quod probat: ita etiam in confirmatione iuramenti est dictum humanum quasi probans, & diuinum testimonium quasi medium probans. Medium autem secundum artem syllogisticam, debet esse ex eodem genere, vnde in necessarijs sumuntur necessaria, & in contingentibus contingentia. Veritas autem humanorum verborum est minimæ firmitatis, tum ex hoc quòd error facile rationi accidit: tum ex hoc quòd lingua prona est ad defectum, & ideo diuinā veritatem quæ est omnino infallibilis, ad dicta nostra confirmanda assumere non multum conuenit, nisi necessitas incumbat. Et ideo iuramentū non est computandum inter ea quæ sunt per se appetenda, sed inter ea quę propter necessitatem fiunt, sicut sunt bona vtilia, vt sectio vulneris, vel aliquid hmōi.

De ver. apostoli ser. 28. pau. a prin.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ suppositō q̃ iurandū sit, iustum est q̃ per deum iuretur, quia in hoc vis originis omnis veritatis sibi recognoscitur, non tamen oportet q̃ iurare simpliciter sit per se iustum & bonum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ veneratio diuina consistit in ipso iuramēto quasi medio assumpto, sed applicatio eius ad materiam in qua de facili est defectus, nō est omnino conueniēs.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in iuramento diuino medium assumitur ex eodem genere, quia sicut dęus est immutabilis, ita etiam in dicto suo falsitas esse non potest: & propter hoc iuramentum eius est per se bonum, nec est simile de nostro iuramento.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ aliquid potest habere indecentiam dupliciter vel per se, vel ex eo quod sequitur. Quod autem ex se indecentiam habet, nullo modo

potest

potest licitum esse, quantumcūque necessitas incumbat, sicut patet in stupro, & in alijs quæ sunt mala ex genere. Quod autem habet indecentiam propter periculum sequens, duo requirit ad hoc quòd conuenienter fiat. Vnum est, cautela sufficienter cauens illud periculum: aliud est vtilitas consequēs, sicut patet ī sectione vulneris. Si .n. per eā sanitas reddatur, & talis cautela adhibeatur, ꝙ membra cætera nō lędātur, conueniēter fit. Iuramentū autē inconuenientiam quandam videtur habere, vt dictum est, propter defectibilitatem humanorum verborum, ad quæ assumitur ueritas immutabilis. Si autē humana verba essent hoc modo defectibilia, ꝙ semper necesse esset ea deficere, omnino iuramentum de se indecētiam haberet, & nulla necessitate liceret iurare. Sed quia verba humana non semper deficiunt, sed aliquādo veritatē habēt, ideo diligenti cautela adhibita vt defectus euitetur, licet iurare propter aliquam necessitatem.

Eodē serm.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ iuramentum omnino non est prohibitum neque per Christum, neque per Apostolum eius: sed ē prohibita facilitas iurandi propter periculum, vt .s. quis non ex quacūque causa iuret, nec iuramētum affectet tāquam per se bonum.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ voluntas absoluta est per se boni sed eius quod est bonum tantum propter imminentem necessitatem non est voluntas absoluta, sed ex suppositione. In his ergo quæ sunt per se mala, vtraque voluntas prohibetur. In his vero quæ sunt per se bona, neutra. In his vero quæ sunt per se bona propter necessitatem aliquam prohibetur prima voluntas, & non secūda: & hoc modo prohibetur voluntas iurandi.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ in prædictis factis, vbi expectamus diuinum iudicium, vel testimonium pręfigit homo quasi terminum & modum deo testimonium reddendi, & ideo est quędam dei tentatio: sed in iuramento non fit ita, & ideo non est simile.

Ad tertiam quæstionem dicendum, ꝙ ad hoc ꝙ iuramentum sit rectum, tria requiruntur. Vnum ex parte ipsius rei de qua iuratur, & sic requiritur veritas, per quam dictum rei adæquatur, alias dictum non esset confirmatione dignum. Aliud requiritur ex parte causæ pro qua iuratur, & sic requiritur iustitia, alias non esset debita necessitas. Tertium requiritur ex parte iurantis, & sic requirit' ut cum discretione iuret, alias non adhiberetur debita cautela, & sic est iudicium.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ veritas non accipitur hic secundum quod est pars iustitiæ, sed secundum quòd est adequatio vocis ad rem.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ iudiciū non accipitur hic quod est vnius in ordine ad alterum, quod est executio iustitiæ: sed quod est alicuius ad seipsum in hoc, ꝙ discutit quid facere debeat, & quid accidere possit.

¶Et per hoc patet solutio ad tertium.

¶Ad quartum dicendum, quòd in iudicio, quod est discretio iurantis, includitur debita forma, & euentus, & tempus, & omnia quę ex parte iurantis consideranda occurrunt.

¶Ad quintū dicēdum, ꝙ propter periculum quod in iuramento imminet, præ alijs nīs actibus præcipue iuramento isti comites adhibentur.

Artic. III.

Vtrum iuramentum incautū sit obligatorium.

11.q.4

Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ iuramētum incautum sit obligatorium. Iuramentum enim incautum dicitur, qđ vergit in exitū malum, vel minus bonum: sed tale fuit iuramētum quod Iosue Gabaonitis exhibuit, quod cōtra præceptum dei fuit, quo præceperat, ne cum Gentibus fędus inirent, & tamen obseruauit illud iuramentum, reputans se obligatū. ergo iuramētum incautum est obligatorium. (Iosue 9)

¶2 Præt. Esto ꝙ aliquis iuret, nunquàm se intraturū religionē, illud iuramentum incautum reputatur, & tamē videtur ꝙ sit obligatoriū, quia sine peccato potest religionem nō ingredi, si autem intret, periurium incurrit: quilibet autē obligatur ad hoc vt bonum illud dimittat, quod sine peccato fieri non potest. ergo iuramentū incautum videtur obligatorium.

¶3 Præt. Si aliquis iuret, se nunquam prælationem recipere, hoc iuramentum similiter reputatur incautum, eo ꝙ impeditur vtilitas communis: & tamen, vt videtur, obligat ad sui obseruationem, quia si etiam non iurasset, laudabile est vt prælationē quis fugiat. ergo iuramentum incautum est obligatoriū.

K Sed contra. Sicut Bern. dicit. Quod pro charitate institutum est, contra charitatem non militat: sed iuramentū pro charitate institutum est. cum ergo per iuramentum incautum charitas impugnetur, quia est de aliquo malo faciendo, vel de aliquo bono omittendo, videtur ꝙ tale iuramentum non sit obligatorium. (De præcep. & dispensatione cap.)

¶2 Præt. Nihil attingit propriam virtutem nisi quando perfectum est, ut dicitur 7. phy. sed virtus iuramenti est obligare. cum ergo iuramentum perficiatur tribus comitibus, videtur ꝙ iuramentum, vbi tres comites non occurrunt, non sit obligatorium: sed in omni iuramento incauto deest iustitia, si illicitum fit quod iuratur, vel iudicium, si per hoc aliquod bonum impediatur. ergo iuramentum incautum, non est obligatorium. (Com. 4)

Vlterius. Videtur ꝙ iuramentum coactum non sit obligatorium. Nullus enim potest ad aliquod speciale obligari, nisi seipsum obliget: sed nullus dicitur aliquid facere nisi qd volens

quia non lapidem qui non audit, sed eius creatorem adhibet testem. Hoc est ergo iurare, per quamlibet creaturam .s. creatorem eius testem adhibere. Est etiam quoddam genus iuramenti grauissimum, quod fit per execrationem, ut cum homo dicit. Si istud feci, illud patiar, vel illud contingat filijs meis. Secundum quem modum accipitur etiam interdum cum aliquis iurando dicit, Per salutem meam: vel, Per filios meos, & huiusmodi: obligat enim hæc Deo. Vnde Augu. Cū quis ait, per salutem meam, salutē suam obligat Deo, cum dicit, per filios meos, oppignorat eos Deo, vt hoc eueniat in caput eorum quod exit de ore ipsius si verum, uerum: si falsum, falsum. Et sicut per hoc iurans aliquādo Deo hoc obligat: ita per Deum iurans, ipsum adhibet testem. In omni ergo iuratione aut Deus testis adhibetur, aut creatura Deo obligatur et oppignoratur, vt hoc sit iurare .s. Deum testem adhibere, vel Deo aliquid oppignorare.

De illis qui iurant per falsos Deos.

Post hoc quæritur, vtrum fide eius utendum sit, qui per dæmonia, vel idola iurauerit. De hoc Augu. scribens ad Publicolam ait. Te prius considerare volo, vtrum si quispiam per Deos falsos iurauerit, & fide non seruauerit, non tibi videtur bis peccasse? Bis utique peccauit: quia & iurauit per quos non debuit, & cōtra pollicitam fecit fidem, quod nō debuit. Ideoque qui utitur fide illius, quem constat iurasse per Deos falsos, & utitur non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se sociat qui per demonia iurauit, sed bono pacto eius qui fidem seruauit. Et sine dubitatione minus malum est per Deos falsos iurare ueraciter, quàm per Deum uerum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctum est, tanto magis pœnale periurium est.

Ad Publicolā Epi. 154.

Quòd iuramentum, quo iuuante iuratur, non est obseruandum, nec uotum, uel promissio iniuste facta.

Nunc superest inuestigare, utrum omne iuramentū implendum sit. Si enim quis aliquid iurauerit contra fidem & charitatem, quod obseruatum peiorem uergat in exitum, potius est mutandum quàm adimplendū. Vnde Ambro. Est contra officium nonnunquam promissum soluere sacramentum, ut Herodes fecit. Item, Isid. In malis promissis rescin de fidem. In turpi uoto muta decretum. Quod incaute uouisti, nō facias. &, Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Idem. Non est obseruandum sacramentum, quo malum incaute promittitur, ut si quis adulteræ perpetuam fidem cū ea permanendi polliceatur. Tolerabilius est enim nō implere sacramentū, quàm permanere in stupro. Item Beda. Siquid nos incautius iurare contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum, libere illud salubriori consilio mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate peierandum esse nobis, q̃ pro uitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique iurauit Dauid per Deum, occidere Nabal virum stultum, sed ad primam intercessionem Abigail feminæ prudentis remisit minas. Reuocauit ensem in uaginam, nec aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit. Item August. ait. Quòd Dauid iuramentum per sanguinis effusionem non impleuit, maior pietas fuit. Iurauit Dauid temere, sed non impleuit iurationem maiori pietate. Ex his alijsque pluribus ostenditur quædam iuramenta non obseruanda esse, & qui sic iurat, vehementer peccat. Cum autem mutat, bene facit: qui autem non mutat, dupliciter peccat, & quia iuste iurauit, & quia facit qđ nō debet.

Beda hom. 44. Decre. 22.q.4 Homil. 41.

Si est periurus qui non facit, quod incaute iurauit.

Qui uero mutat, utrum periurus debeat dici, solet quæri. Beda supra, tale iuramentum uocauit periurium. Ioannes etiam Apocrysarius orientalium sedium dixit. Sermo patris nostri Sophronij significat, quòd melius est iurātem periurare, quàm seruare sacramentum in fractione sanctarum imaginum. Sed periurium dicitur tale iuramentum non obseruatum: & peierare, qui non implet, quia falsum iurauit, non quia inde reus sit quòd non obseruat, sed quia iurauit iniustum, ex quo reus est, sicut ille qui peierat.

De eo qui uerborum calliditate iurat.

Hoc etiam sciendum est, ꝙ quacumque arte uerborum quis iuret, Deus tamen qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur in-

Isidorus li. 2. sen. 22. Quęst. 2. c. Quęcūqu.

volens facit. cum ergo iuramentum coactum voluntatem iurantis excludat, videtur quòd tale iuramentum non sit obligatorium.

¶2 Præt. Maior est obligatio matrimonij quàm iuramenti, quia si aliquis iurauit se nunquàm matrimonium initurum, & postea matrimonium consummauerit, tenetur in matrimonio perseuerare: sed coactio contractum impedit matrimonium. ergo etiā impedit obligationem iuramenti.

¶3 Præt. Iuramētum nō obligat nisi in hac necessitate, vt peccatū euitetur: sed coactio excludit reatū peccati, vnde Lucia dixit. Si inuitam me violare feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. ergo etiam obligationem iuramenti tollit.

Sed contra. Ē authoritas Aug. qui respōdit ex cōsilio B. Ambrosii cuidam, qui coactus iurauerat quādam ducere vxorem, ꝙ matrimonium teneret. ergo videtur quòd coactum iuramentum sit obligatorium.

¶2 Præt. Iuramentum, cui non deest aliquis suorum comitū, est obligatorium: sed coactio nō tollit aliquem comitem iuramenti. ergo non aufert obligationem a iuramento.

Vlterius. Videtur ꝙ iuramentum non obliget secūdum intentionem recipientis. Nullus enim debet ad ignotum obligari: sed intentio iuramentum recipientis est mihi ignota. ergo iuramentum meum non obligat me secundum intentionem illius.

D ¶2 Præt. Iuramentum exhibetur ad confirmationē sermonis iurantis: sed intentio iurantis propinquior est sermoni suo quàm intentio alterius. ergo magis obligat secundum intentionem iurantis quàm recipientis.

¶3 Præt. Ad obligationem iuramenti voluntas iurantis requiritur, qui seipsum obligat: sed si desit ei intentio obligandi se secundum intentionē recipientis, non est ibi voluntas obligationis. ergo iuramentum illud non erit obligatorium secūdum intentionem recipientis.

Sed contra. Iuramentū institutū est, ut per ipsum fiat fides de sermonibus iurantis recipienti: sed hoc non esset, nisi secundū suū intellectum iuramentū accipiendū esset. ergo iuramentum obligat secundum intentionē recipientis.

¶2 Præt. Fraus & dolus nemini debet patrocinari: hoc autē accideret si aliquis dolose iurans, secundum suam intentionē tantum obligaretur. ergo obligatur secundum intentionem recipientis.

E Respon. Dicendum ad primam quæstionē, ꝙ duplex est iuramētū. Vnum assertorium, & aliud promissorium. Promissorium iuramentum est de eo quod in futurum a iurante faciendum expectatur vel per se, vel per alium. Assertorium vero est quod fit ad confirmationem veritatis & pręsentis, & præteritæ, si etiam causa non simus. In iuramento ergo assertorio est vna tantum obligatio .s. qua quis obligatur ad peccatum, si veritas suo iuramento desit. In iuramento autem promissorio est duplex obligatio. Vna, qua quis obligatur ad faciendū hoc quod iuramento promisit: alia, qua obligatur ad peccatum, si non fecerit. His ergo visis sciendum, quòd sicut non omnis assertio est digna vt iuramento firmetur, ita nec omnis promissio, sed illa tantum quæ vtilitatem aliquam continet. Vnde si promissio quæ est de aliquo quod salutē impediat, siue sit contrarium saluti, siue viæ perfectæ in salutem, iuramento firmetur, ex hoc ipso iuramentum efficitur indebitum quasi actus cadens super indebitam materiam: vnde obligat secunda obligatione quæ est ad peccatū, nec remanet ei virtus obligandi prima obligatione ad faciendum. Prima enim obligatio est ad vitandum secundam obligationem: vnde iuramentum quod de necessitate ad peccatum obligat, ipso facto ab alia obligatione vacuatur.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ iuramētum Iosue non erat de eo qđ secundum se esset illicitum, sed de eo quod factum erat illicitum, quia ꝓhibitum: vnde in hoc sufficiebat intentionem seruare prohibētis. Et iō vt dicit Amb. in li. de offi. mulctauit eos meliori morte .s. obsequio mysterij diuini, vt esset clementior sentētia: & sic quodammodo occisi sunt seruilitate, quę est mors interpretatiua secundum leges.

Tom. 1. li. 3. cap. 10.

¶Ad secundū dicendum, ꝙ ipso facto quo quis iurat se religionem non intraturum, periurus ē. Quamuis .n. liceat sibi religionē non intrare, nō tñ licet obicem spiritui sancto ponere: & ideo non oportet vt ad cauēdum crimen periurij, quod iam vitari non potest, religionis ingressum omittat.

¶Ad tertium dicendū, ꝙ quamuis prælationem fugere, possit quandoque ex bono procedere, tamen pertinaciter resistere, semper malum est, sicut patet in glo. Grego. Hiere. 1. qui hoc probat exemplo Hieremiæ & Moysi, qui cum primo recusassent prælationis officium, ad vltimum humiliter obedierunt. Vnde huiusmodi iuramentū incautū reputatur, quia quantū in se est, prouidentiæ diuinæ pręiudicat, & obedientiam ad superiores excludit, quibus in hoc obedire tenetur.

Ad secundam quæstionem dicendum, ꝙ coactio in iuramento assertorio non potest esse sufficiens, quia nihil potest sufficienter cogere ad hoc quòd homo mortaliter peccet, quod contingit si falsum cum iuramento asserat: vnde tale iuramentum quantumcumque coactum, est obligatorium ad peccatū. In iuramento autem promissorio sciendū, quòd coactio potest esse sufficienter cogens ad promittendum, quia vt maius periculum euitetur, potest aliquis aliquid promittere sibi damnosum, quod sine peccato contingere potest: & tunc talis coactio d si sit sufficiens, quæ in cōstātem virū cadere possit, tollit obligationē iuramenti in foro contentioso, quia ei qui vim intulit, non cōpetit actio ex obligatione illius iuramēti. Sed in foro conscientiæ est obligatorium, quia magis debet homo subire temporale damnum, quàm fidem frāgere: habet tñ remediū ut in iudicio ab eo repetat. Quòd si iurauerit se nō repeciturū, potest iudici denūtiare, qui ex officio suo debet raptorem ad restituendum cogere: si autem iurauerit se non denuntiaturum, contra correptionem fraternam iurauit, & nō tenetur obseruare. D. 857.

Ad primum ergo dicendum, quòd coactio non potest facere in tali casu violentum absolute, sed violentum mistum, quia oportet vt qui iurat, membra moueat ad loquendum, & sua voluntate: tale autem violentum, vt dicit Philosophus in 3. eth. quamuis simpliciter sit inuoluntarium, tamē hic, & nūc est voluntarium, quia ad vitandum maius malum vult minus damnum subire. Cap. 1.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ coactio d tollit obligationem matrimonij, quia non solum requirit consensum, sed etiam consensum liberum, quod non est in obligatione iuramenti. D. 857.

¶Ad tertiū dicendū, ꝙ Lucia loquit' de violento simpl'r, in quo patiēs nihil cōfert agēti: tale aūt violētū nō pōt eē in tali casu.

¶Ad

Ad tertiam quæstionem dicendum, ꝙ iuramentum promissorium, vt dictum est, obligat hac necessitate vt culpa euitetur: vnde obligat ad omne illud faciendum, quo non facto culpa incurritur. Distinguendum est ergo in eo qui iurat, aut enim simpliciter, aut dolose iurat. Si iurat dolose, ex duabus partib⁹ potest culpa sequi. s. ex fractione iuramenti, & ex dolo. Quãuis ergo ex ipsa ratione iuramenti, inquantum iuramẽtum, nõ obligetur ad seruandum ipsum nisi secũdum suam intẽtionem, tamen ex necessitate iuramẽti inquãtum fuit dolosum, obligatur ad obseruandum taliter, ꝙ ex dolo alius non lædatur: & hoc est quando secundum intentionem recipientis implet iuramentum. Si autem simpliciter iuret absque dolo, tunc in foro conscientiæ non obligatur nisi secundum suam intentionem: sed in foro contentioso, vbi intentio ignoratur, obligatur secundum quod verba communiter accipi solent.

De uer. Apos. serm. 28. nõ longe a fine. tom. 10.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

telligit. Dupliciter autem reus fit qui & nomen Dei in uanũ assumit, & proximum in dolo capit.

De illo qui cogit aliquem iurare.

QVæritur etiã si peccat qui hominem iurare cogit. De hoc August. ait. Qui exigit iurationem, multum interest, si nescit illum iuraturũ falsum, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit iuramentum ut fides ei sit, non est peccatum, tamen humana tentatio est. Si uero scit eum fecisse, & cogit eũ iurare, homicida est. Idem, Si prouocat hominem ad iurationem, & scit eum falsum iurare, uincit homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animã, immo duas animas & eius quem iurare prouocauit, & suam.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum periurium sit mendacium iuramento firmatum.

22.q.98.1. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ periurium non sit mendacium iuramento firmatum. Omne enim mendacium est falsa vocis significatio, vt in præcedẽti dist. dictum est: sed periurium potest esse sine falsa vocis significatione, quia sicut in litera dicitur, qui iurat verum, quod putat esse falsum, periurus est. ergo non omne periurium est mendaciũ iuramento confirmatum.

¶ 2 Pręt. Periuriũ quandoque incurritur in iuramentis quæ de futuris contingentibus fiunt: sed in futuris contingentibus non est veritas vel falsitas determinata, vt probat Philosophus, & sic periurium potest esse sine falsa vocis significatione, & sine mendacio. In 1. perier. cap. 6.

¶ 3 Præt. In litera dicitur, ꝙ qui falsum iurat, quod credit esse verum, periurus est: sed talis non mentitur. ergo periurium potest esse sine mendacio.

¶ 4 Præt. Hieronymus dicit, ꝙ iuramentum quod tres comites non habet, est periurium: sed defectus iustitiæ, vel iudicij non facit mendacium, sed solum defectus veritatis. ergo non omne periurium est mendacium. To. 5. sup. Hiere. c. 4.

¶ 5 Præt. Periuriũ nihil aliud est, vt videtur, quàm peruersum iuramentum: sed iuramentum peruertitur non mendacio tãtum, sed etiam per fallam formam iurandi, sicut qui iurat per idola. ergo periurium potest esse sine mendacio.

¶ In contrarium est diffinitio quæ in litera ponitur.

¶ 2 Præt. Iuramentum est ad confirmationem veritatis: sed mẽdacium veritati opponitur. ergo periurium quod est peruersitas iuramenti, est mendacium.

¶ 3 Præt. Iurare est ius veritatis deo reddere: sed quicumque sine mendacio iurat, ius veritatis deo reddit. ergo sine mendacio est iuramentum, & non periurium.

RESPON. Dicendum, ꝙ quælibet res denominatur a suo complemento, & nomen quod sumitur a defectu alicuius rei proprie denominat defectum, qui accidit circa complementũ alicuius rei. Iuramentum autem in cõfirmatione veritatis cõpletur sicut syllogismus in confirmatione cõclusionis. Vnde sicut dicitur insyllogizatum esse quando conclusio nõ sequitur ex præmissis, non autem quando aliqua præmissarum est falsa manente forma debita: ita etiam periurium, quod defectũ iuramenti nominat, significat defectum qui accidit in re quæ iuramento confirmanda erat. Defectus autem confirmationi veritatis contrarius, est mendacium: & ideo periurium proprie loquendo, nominat defectum mendacij in iuramento.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quãuis assertio illius qui dicit verum, putans esse falsum, non sit mendacium absolute, est tamen mendacium in comparatione ad dicentẽ, vnde & ipse mentiri dicitur: vnde & in hoc periurio est aliquo modo mendacium.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ futurum non potest habere veritatem determinatam nisi in sua causa quæ determinatur ad affectum illum. Causa autem contingentiũ, quæ per nos fiũt, est nostra voluntas, quę quidem determinatur ad effectum per propositum fixum de aliquo faciendo, & tale propositum significat se habere qui iurat se aliquid facturum: unde ex hoc ipso ꝙ iurat illud, ad quod fixum ꝓpositum nõ habet, mendacium incurrit, & periurium.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ iuramẽtũ non est exhibendũ nisi de eo, de quo quis certitudinem habet: vnde quicumque iurat aliquid, significat se de hoc certũ esse. De falso aut certitudo esse non potest: vnde qui iurat falsum, quod putat esse verum, ex ipso modo affectionis quodammodo mendacium incurrit, quamuis assertum ipsum secundum se non sit mendacium. In serm. Decollatis [illegible]

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ iuramentum promissorium, in quo deest iustitia, vel iudicium, aliquo modo continet mendacium quantum ad id quod fieri debet, quia vnusquisque tenetur abstinere ab eo quod est illicitum & bonis, & perfectioribus non contra niti: vnde ex hoc ꝙ iurat aliquid illicitum, obligatus remanet quodammodo ad mentiendum.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ non omnis peruersitas iuramenti facit periurium, sed illa tantũm quæ est in eius complemento, vt dictum est.

ARTICVLVS V.

Vtrum omne periurium sit peccatum mortale.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ non omne periurium sit peccatum mortale. Sicut enim contingit mentiri iocose, ita & periurare: sed mendacium iocosum non est peccatum mortale. ergo nec periurium. 22.q.5.

¶ 2 Præt. Contingit ꝙ propter consuetudinem iurãdi aliquis ex lapsu linguę falsum iurat, & esset graue dicere, ꝙ talis mortaliter peccaret. ergo nõ omne periurium est mortale peccatũ.

¶ 3 Præt. Sicut iurare falsum, ita etiam iurare sine causa ꝓhibetur præcepto secundo decalogi, Non assumes nomen dei tui in vanum: sed iurare sine causa non semper est peccatum mortale. ergo nec iurare falsum, ergo vt prius.

SED CONTRA. August. in quodam sermone dicit, quòd falsa iuratio pnitiosa est: sed nihil dicitur esse pernitiosum nisi peccatum mortale. ergo periurium est peccatum mortale. Tom. 10. de uerb. Ap. ser. 28.

¶ 2 Præt. Omne quod est contrarium præcepto legis, est peccatum mortale: sed periurium directe cõtrariatur huic præcepto, Non assumes nomen dei tui in vanum &c.

VLTERIVS. Videtur ꝙ non liceat iuramentum recipere, vel exigere, super illud Ro. 1. Testis est mihi deus, dicit glo. Tu non facis malum qui bene vteris iuratione, vt alteri suadeas quod vtile est: sed a malo est, supple illius qui recipit iuramentũ. ergo recipiens iuramentum peccat. 22.q.5.

¶ 2 Præt. Ille qui exigit ab aliquo iuramentum, vel scit eum iurare verum, vel scit eum iurare falsum, vel nescit an falsum, an verũ iuret. Si scit eum iurare verum, videtur peccare, quia pro nihilo facit eum iurare. Si scit eum iuraturum falsum, homicida illius est, vt in litera dicitur. Si autem nesciat alterum, quia de hoc dicit Augustinus super illud Ro. 1. Testis est mihi deus, Non audeo dicere hoc non esse peccatum, sed humana tentatio est. ergo exigere iuramẽtum quolibet mõ pctm est.

¶ 3 Præt. Rom. 1. dicitur, ꝙ qui consentiunt male faciẽtibus, digni sunt morte: sed qui iurat per idola, peccat mortaliter, qui autem ab eo iuramentum recipit, videtur ei consentire. ergo ad minus recipiens tale iuramentum, peccat.

SED CONTRA est, quod legitur gen. 31. de Iacob qui recepit iuramentum Labam, qui. s. per deos suos iurauit, nec est dicendum ꝙ peccauerit. Gen. 41.

¶ 2 Præt. Sine quo non potest ordo iudiciarius obseruari, nõ videtur esse peccatum: sed ordo iudiciarius in multis casibus sine receptione iuramenti obseruari non posset. ergo recipere iuramentum non est peccatum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd iuramentum est duplex. Quoddam in quo aliquis percipit se iurare, & tunc si falsum iurat, credo ꝙ semper peccet mortaliter siue sit iuramentum solẽne, siue nõ solẽne, & præcipue quando percipit esse falsum quod iurat. Quoddam vero iuramentũ est, in quo homo non attendit ad iuramentum, & quasi non percipit se iurare, sed ex lapsu linguæ in iuramentum prolabitur: & quia tunc quasi nesciens iurat, & nesciens non reputatur voluntarius, ideo in tali casu videtur quis non voluntarie iurare. Vnde si sit falsum hoc de quo iurat siue ꝑcipiat esse falsum, siue nõ, dummodo non sit mẽdacium pernitiosum, non dico ꝙ sit peccatũ mortale, sed veniale: valde tamen cauẽdũ propter vicinitatẽ ad mortale.

Ex concilio Aurelianensi.

SAncta synodus decreuit, nisi pro pace facienda, vt omnes fideles ieiuni ad sacramentum accedant.

DISTINCTIO XL.

A

De sexto & septimo præcepto secundæ tabulæ.

SExtum præceptum est. Nõ desiderabis vxorem proximi tui. Septimum. Nõ concupisces domum proximi tui, non seruum, non ancillam &c. Sed videtur præceptum de non concupiscendis rebus proximi unum cũ eo esse, quo dicitur, Non furaberis. Et præceptum de non concupiscẽda uxore unum esse cum eo, quo dicitur, Non męchaberis. Poterat enim præceptum non furandi in illa generalitate intelligi, ubi de non concupiscenda re proximi præcipitur. Et in eo quòd dictum est, Non męchaberis, poterat illud intelligi, Non concupisces vxorem proximi tui. Sed in illis duobus præceptis non męchandi, & non furandi, ipsa opera notata sunt, & prohibita: in his uero extremis ipsa cõcupiscentia. Multum ergo differũt illa ab istis. Vnde illi pręcepto non męchandi, fit superadditio in Euan- Aug. super Exo. q. 3. Matt. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nõ est simile de mẽdacio & periurio: quia iuramentum non est nisi cũ magna cautela adhibẽdum, vt dictum est, & propter vtilitatem aliquam: vnde si iocose aliquis periurat, non excusabitur.

¶ Ad secundum patet solutio ex dictis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ iurare sine causa non directe opponitur illi præcepto, sed indirecte. Directe autem opponitur ei iurare falsum, quia hoc est quod confirmari non potest, vnde vana est iuratio: vnde non oportet ꝙ iurare sine causa semper sit mortale peccatum, sicut iurare falsum.

AD SECVNDAM quæstionem dicẽdum, ꝙ sicut iurare non semper malum est, sed quandoque est licitum, quando ꝓ necessitate aliqua, & cum cautela iuratur: ita etiam iuramentum recipere, vel exigere ex causa necessaria, & alijs debitis circunstantijs obseruatis, potest esse sine peccato.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non intelligitur ibi malum culpæ, sed malum pęnę, quod est ex ignorantia illius qui iuramentum recipit: si enim sciret an esset verum hoc pro quo iuratur, iuramento opus non esset.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quando aliquis scit, vel probabiliter credit ꝙ aliquis deierabit, non licet ei iuramentum exigere, nisi forte sit in ioco iudicij: quia iuramentum in iudicijs non tantum exhibetur propter iudicem, sed propter alios: vnde non est in potestate eius iuramentum remittere, quod secundum ordinem iuris exhibendum esset. Similiter si sciat eum iuraturum verum, potest licite iuramentum exigere non pro se, sed pro alijs qui hoc nesciunt. Si autem dubitet, dubitatio ex tanta suspitione procedere potest, ꝙ cum peccato erit. Et ideo Augustinus non audet dicere ꝙ sit sine peccato, non tamen dicit ꝙ semper sit peccatum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ille qui iurat per idola, peccat quidem quantum ad formam iuramenti, sed non quantum ad assertionem veri, vel promissionem alicuius quod redundat in bonum commune: & quantum ad hoc potest ei consentire sine peccato, sed non quantum ad primum: & ideo iuramento eius vti possumus quandoque sine peccato.

EXPOSITIO TEXTVS.

NVnc de periurio videamus &c. Videtur quòd tractatũ istum ponere debuerit in expositione secundi præcepti. Sed dicendum, ꝙ periurium ad sui cognitionem præsupponit mendacium, & ideo necessitate tractandi post mendacium, de periurio tractauit. *Infirmis ergo illud prohibuit.* Propter duo pericula. Primo, ne aliquod numen creaturis inesse crederent. Secundo, ne tali iuramento se obligari non credentes, fidem frangerent. *Qui vero per Euangelium maius quiddam &c.* Hoc ideo contingit, quia in solemni iuratione, vbi maior deliberatio adhibetur, tali forma in iurando vtimur. *Sancta synodus decreuit &c.* Ratio institutionis fuit, quia ad iuramentum requiritur summa cautela, quæ exigit sobrietatem. Excipiuntur tamen casus illi, in quibus mora protraheret periculum, sicut est pro pace facienda.

DIVISIO TEXTVS.

POstquàm determinauit magister de præceptis decalogi, quæ respiciunt opus exterius, & locutionem: hic ponit duo vltima præcepta, quæ respiciunt cõcupiscentiam cordis. Et circa hoc tria facit. Primo, enumerat ipsa pręcepta. Secũdo, mouet quęstiones circa ea, ibi. *Sed uidetur præceptum &c.* Tertio, recapitulat quod dixerat, & cõtinuat se ad sequentia, ibi. *Audistis decem chordas &c.* Circa secundam partẽ mouet duas quæstiones. Prima est de differentia horũ pręceptorum ad alia præcepta decalogi. Scd̃a ẽ de differẽtia toti⁹ veteris legis ad nouã, q̃ ex solutione primę q̃stionis ortum habet, & hoc ponit ibi. *Sed cum hic prohibeatur concupiscentia &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, mouet quæstionem, & eam soluit. Secundo, mouet quæstionẽ de effectu literæ veteris legis, ibi. *Si vero quæritur, quam uocat Apostolus &c.* Tertio, breuiter colligit differentiam inter literam euangelij, & literam legis, ibi. *Distat autem euangelij litera.*

QVÆSTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quatuor.

¶ Primo, De assignatione istorum præceptorum.
¶ Secundo, Vtrum verum sit quòd lex Moysi tãtum manum cohibuerit.
¶ Tertio, Vtrum eadem lex iustificaret, vel occideret.
¶ Quarto, Vtrum æterna promitteret, vel terrena.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum duo præcepta de concupiscentia conuenienter assignentur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hæc duo præcepta inconuenienter assignentur. Præcepta enim negatiua ordinantur ad prohibitionem peccatorum: sed vnum est peccatum cordis & operis, sicut in 2. lib di. 42. dictum est. ergo non debuit alio præcepto prohiberi concupiscentia męchandi, vel furandi, quàm ipsa męchia, vel furtum. q. 1. ar. 1.

¶ 2 Præt. Sicut in furto & męchia contingit peccare corde & opere, ita & in homicidio, & alijs peccatis: sed alia pręcepta nõ variantur per concupiscẽtiam, & opus, neque affirmatiua, neque negatiua. ergo neque præceptum de furto & de męchia debuit hoc modo variari.

¶ 3 Pręt. Nihil debet lege prohiberi quod licite fieri potest: sed licite potest fieri ꝙ aliquis domum proximi sui possideat, vt si emat eam. ergo licite potest eam cõcupiscere. ergo talis concupiscentia non debuit lege prohiberi.

¶ 4 Pręt. Sicut contingit peccare in concupiscentia rerum proximi, ita etiam in concupiscentia curiositatis, quam Aug. dicit esse cõcupiscentiam oculorum, in libro de vera religione. Et similiter in concupiscentia dignitatum, & huiusmodi, circa quas etiam concupiscentias sunt diuersæ virtutes & vitia: sed præcepta dantur ad inducendum homines ad virtutem, & a vitiorum prohibitione. ergo de omnibus istis concupiscentijs debuerunt diuersa præcepta dari. Cap. 38.

¶ 5 Præt. Omne quod est contrarium præcepto, est peccatum mortale: sed primi motus qui ex corrupta concupiscentia ꝓcedunt, non sunt peccata mortalia. ergo non debuit dari pręceptum de non concupiscendo.

RESPON. Dicendum, ꝙ intentio legis est vt homines ad virtutem

virtutem inducantur: ad virtutem autem non sufficit vt actꝰ F virtutis qualitercunque fiat, sed oportet vt homo sciens & volens, & propter debitum finem perseueranter, & delectabiliter operetur. Similiter etiam non sufficit quòd actus contrarius qualitercumque prætermittatur, nisi etiam voluntas illud faciendi derelinquatur, & passiones inclinãtes ad actũ illicitum ordinentur: & ideo in præceptis decalogi nõ debuit solum prohiberi actus illicitꝰ, sed etiam concupiscentia illicitarũ rerum.

gelio, ubi omnis concupiscentia mechandi prohibetur.

Quare lex comprimere dicitur non animum, sed manum.



Ed cum hic prohibetur cõcupiscẽtia alienæ uxoris, & alienæ rei, quare dicitur lex comprimere manum, & non animum? Euangelium vero & manũ, & animum? Illud de lege dicitur secundum cæremonialia, non secundum moralia: uel quia in lege non ẽ generalis prohibitio omnis mortiferæ cõcupiscetiæ, ut in Euãgelio.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ peccatum cordis & operis, sicut ibidem dictum est, quando coniunguntur, sunt vnum peccatum: sed quia quandoque in corde peccatur non perueniendo ad actũ, tunc peccatum cordis a peccato exterioris operis distinguitur: & ideo etiam diuerso præcepto prohibetur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ præcepta affirmatiua præcipiũt aliquem actum bonum: bonum autem consurgit ex diuersis coadunatis ad perfectionem suam, q̃ quod est ex vna & totaeau

De diuini. nom. ca. 4. sa, ut dicit Dio. & ideo hoc ipso ꝙ aliquis bonus actus præcipitur, omnes conditiones implicantur, quæ ad bonitatem requiruntur, & ideo præcepta affirmatiua non fuerunt distincta circa idẽ genus per ꝓceptũ operis, & cordis. Peccatũ aũt quod ꝓcepto negatiuo prohibet, cõtigit omnifariã ex singularibus de fectibus, ut Dio. dicit: & ideo ad diuersa, q̃ possunt ꝑtim inducere, possunt diuersa præcepta ordinari. Ideo tñ potius peccatũ furti, & mœchiæ hoc modo uariatur per diuersa præcepta, q̃ H homicidium, vel alia peccata, quia bonum, inquantum in se est, mouet concupiscentiam, obiectum autem furti & mœchiæ est aliquod bonum temporale. Vnde etiam per se cõcupiscẽtia horum sine progressu ad actũ, habet quandam delectationem, quod non contingit in homicidio, cuius obiectũ est nocumentum illatum proximo, quod de se horrorem potius quàm delectationem facit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ non potest licite possideri domus proximi, nisi dominio translato in alterum, & tunc desinit esse proximi: & ideo non simpliciter prohibetur concupiscentia domus, sed concupiscentia domus proximi, cum ipsum cõcupiscentię nomen quia intensionẽ denderii dicit, in quandam superfluitatem sonare videtur, & ita in malum.

¶ Ad quartum dicendum ꝙ concupiscentia curiositatis, quæ fit per oculos, redncitur ad concupiscentiam delectationis carnis, ad quam etiam reducuntur delectationes aliorum sensuũ, I sicut ad principalius. Concupiscentia autem honoris, dignitatis, uel huiusmodi, reducitur ad concupiscentiam temporaliũ bonorum, quorum dignitas nummismate mensuratur.

¶ Et sic patet, ꝙ omnis concupiscentia aliquo modo istis duobus mandatis prohibetur, secundum regulam superius de intellectu præceptorum datam.

¶ Ad quintũ dicẽdum, ꝙ lex non datur nisi rationem habenti: vnde illa concupiscentia tantum directe præcepto legis prohibetur, quæ ad rationis consensum pertingit, quæ peccatum mortale est. Cõcupiscentia autem, quæ est in primis motibus, non est contra legem, sed præter legem, & ideo peccatum veniale est.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex mosayca cohibeat tantum manum, an etiam animum.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ lex mosayca non solum manum, sed etiam animum cohibere debeat. Eiusdem. n. est animum ordinare ad virtutem, & cohibere a peccato: sed lex mosayca ordinat animum ad virtutẽ, ut patet Deu. 6. Diliges dominum deum tuum &c. ergo & ipsa etiã cohibet animum a peccato.

¶ 2 Præt. Concupiscentia in anima est: sed lex uetus cohibet a concupiscentia, vt patet in his duobus præceptis. ergo cohibet animum a peccato.

¶ Si dicatur, ꝙ non cohibeat ab omni concupiscentia.

Contra. Sub his duobus præceptis, ut dictum est, omnis cõcupiscẽtia prohibetur: sed hæc duo præcepta in ueteri lege edita sunt. ergo totaliter animum a peccato cohibebat.

¶ Si dicas, ꝙ hoc intelligitur quo ad cærimonialia.

Contra. Cærimonialia enim legis non præcipiebant ab aliquo peccato abstinere, sed potius quid in figuram esset faciendum. ergo non magis manum, quàm animum cohibebant.

¶ 2 Præt. Lex Moysi perfectior erat, quàm lex ciuilis: sed lex ciuilis non tantum cohibet manum, sed etiam animum, alias ad virtutem nõ induceret, quæ principaliter in animo consistit. ergo lex mosayca non tantum cohibet manum, sed animum.

SED CONTRA, Lex noua est perfectior, quàm lex uetus: sed nihil potest esse perfectius, q̃ G cohibitio animi, & manus. ergo in lege ueteri non cohibebatur utrumque.

¶ 2 Præt. Mat. 5. dominus supra præcepta legis, quæ ad factũ exterius pertinẽt, sicut de homicidio, facit additionẽ de interiori actu peccati, sicut de ira, quod non esset si lex uetus animum cohiberet. ergo lex uetus animum non cohibebat.

¶ 3 Præt. Nihil cohibet animum nisi gratia: sed uetus lex gratiam non conferebat. ergo animum non cohibebat.

RESPON. Dicendum, ꝙ coactio legis, secundum Philosophum in 5. Eth. ad hoc necessaria est, vt illi qui persuasionibus bonũ nõ inclinantur, p pœnas cogantur: vnde cohibitio legis se extendit quantum pœna inflicta per legem. Sicut autem lex uetus infirmis animis non nisi terrena promittebat, ita etiam pro peccatis temporalem pœnam infligebat oculum pro oculo, dentem pro dente. Pœnæ autem temporales pro peccatis animi infligi non possunt, nisi quatenus in actu ex timore prorumpant, alias enim ab homine de eis iudicari non posset. Et ideo lex uetus manum, & non animum cohibere dicebatur: lex autem noua æterna promitti, & comminatur in præmiũ, & pœnam: æterna autem pœna ab illo iudice infligitur, qui est cordis scrutator, & ideo non solum manum, sed etiam animũ cohibet, quod patet in hoc præcepto, Non occides: pro cuius transgressione lex uetus hominem occidebat: sed pro ira interiori lex noua pœnam æternam comminatur. Qui. n. irascitur fratri suo, reus erit concilio. Mat. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd lex præceptis affirmatiuis & negatiuis animum ordinabat ad virtutem, & a vitio retrahebat, non tamen contra transgressores huiusmodi præceptorum pœnam aliquam ordinare poterat, secũdum quã cohibere, vel cogere dicitur: & ideo non sequitur quòd animum cohiberet.

¶ Et per hoc patet solutio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ omnem concupiscentiam quantum ad genus suum lex prohibebat: non tamen ab omni cohibebat per pœnas, sed solum ab ea quæ prorumpebat in actũ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cærimonialia præcepta indicebant sacrificia pro certis peccatis, non autem ita pro peccatis cordis, sicut pro peccatis operis: & ita cærimonialia magis manum quàm animum cohibebant.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ lex ciuilis quamuis intendat per cohibitionem pœnarum ad uirtutes inducere, nõ tamen cogit per pœnas animum, sed solum manum.

ARTICVLVS III.

Vtrum lex uetus iustificabat.

K AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod lex uetus iustificabat, & non occidebat, Mat. 19. Si vis ad vitã ingredi, serua mandata, & loquitur de mandatis decalogi, sicut ibidem patet: sed nullus ad vitam ingreditur nisi iustificatus. ergo lex uetus iustificabat. 12. q. 100. 12.

¶ 2 Præt. Lex est iustitiæ quædam doctrina, quia est ars æqui & boni. ergo non potest iustificare nisi docendo iustitiam: sed lex uetus iustitiã docebat. Nam concupiscentiam nesciebã esse peccatum, nisi lex diceret, Non concupisces, Rom. 7. ergo lex uetus iustificabat.

¶ 3 Præt. Omne quod remouet dispositiones & causas mortis non occidit, sed iustificat: lex uetus hoc faciebat peccatum prohibendo. ergo &c.

¶ 4 Præt. In naturis ita contingit, quòd vnumquodque vt sit frequenter, ita natum est fieri, vt dicitur in 2. phy. Si ergo lex uetus occidebat vt frequenter, tunc ad hoc nata erat: sed omne quod naturam habet ordinatam ad occisionem, est malũ. ergo, lex uetus fuisset mala, quod falsum est. Com. ph

¶ 5 Præt.

¶ 5 Præt. Mors nõ sequebatur ex ueteri lege, nisi ꝓ occisionẽ: A sed etiam ex lege noua sequitur mors per occisionẽ. 2. Cor. 2. Alij sumus odor mortis in mortem: sed propter hoc lex noua non dicitur occidens. ergo nec lex uetus occidens, sed iustificans debet dici.

SED CONTRA. 2. Cor. 3. Litera occidit, spiritus autem uiuificat: & loquitur de litera ueteris legis. ergo lex uetus non iustificabat.

¶ 2 Præt. Ro. 10. Iustitiam quę ex lege est &c. glo. qui ī operibus legis iustificatur, temporalẽ habet mercedẽ, nõ apud deum: sed uera iustitia est quæ habetur mercedem apud deum. ergo lex uetus non iustificabat.

¶ 2 Præt. Qui iustificatur ex operibus, non iustificatur gratis: sed iustificatio legis nõ potest esse nisi per opera. cum ergo uera iustificatio sit gratis, vt patet Ro. 3. vꝛ ꝙ lex non iustificaret.

RESPON. Dicendum, ꝙ lex quodammodo iustificabat, & quodammodo occidebat. Ad cuius intellectum sciendum est, quòd iustificare dupliciter hic potest accipi. Vno modo, iustitiam facere: alio modo, iustitiam docere. Iustitia autem est duplex, quædam acquisita: quædam infusa. Iustitia acquisita ex operibus causatur, & per hunc modum lex ciuilis homines iustos facit inquantum per exercitium operum, habitum iustitiæ in obseruatoribus causat: & per hunc modum etiam lex mosayca iustificare poterat, iustitiam acquisitã causando. Sed C de hac iustitia nihil ad præsens. Iustitia autẽ infusa a solo deo effectiue est, vnde d lex per opera eam inducere non potest: sed per legem nouam talis inducitur iustitia, quia per sacramenta eius gratia confertur, quæ iustificat formaliter. Sacramenta vero ueteris legis gratiam non conferebant, vt in 4. lib. dicetur: & ideo lex uetus nullo modo iustificabat quasi iustitiã causans, sed quasi iustitiam docens, quia in obseruatione mandatorũ eius forma iustitiæ consistit. Occidere autem legis litera dicitur & quantum ad moralia, & quàntum ad cæremonialia, sed differenter, quia quantum ad cæremonialia, per se loquendo, tempore. n. gratiæ reuelatæ cęperunt esse mortifera. Sed quãtum ad moralia non, nisi accidentaliter, inquantum ex ipsa lege peccatum prohibente, & auxilium gratiæ contra ipsum nõ ferente infirmus periculum mortis sumebat tripliciter. Primo, quia ex hoc, ipso ꝙ peccati cõmemorationẽ faciebat ei, in quo concupiscentia peccati extincta non erat, magis in ipsum exar D descebat, sicut cum aqua ostenditur sitienti. Secundo, quia ex hoc ipso ꝙ prohibebatur, ponebatur quasi in quodam alto & difficili ad habendum. Et ideo mens humana peccato subiecta, vehementius in illud tendebat, sicut scriptũ est prouer. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Tertio, quia lex prohibens, peccati specialem reatum addebat, inquantum non solum natura lẽ legẽ transgrediebatur, sed etiã legis scriptæ puaricator erat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obseruatio mandatorum legis necessaria est ad vitam æternam consequẽdam, quia sine ea ad vitam æternam intrare non potest qui tempus habet operandi: non tñ obseruatio mandatorũ legis ad vitam consequendam sufficiebat, nisi modus charitatis adiungeretur, quam lex nullo modo causare poterat: & ideo nõ perfecte iustificabat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd docere iustitiam, non est iustitiam facere perfecte, sed solum dispositiue. Inuenitur autem E aliqua lex. f lex noua quæ iustitiam facit effectiue per sacramẽta, quæ gratiam conferunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc probatur ꝙ lex non occidebat per se loquendo, sed dispositiue iustificabat.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ratio sequeretur, si causa mortis esset ex lege, nõ autem erat ex ea, immo potius ad contrarium ordinata erat, sed causa mortis erat ex peccato eorum, quib lex dabatur: sicut causa mortis non est ex Sole, si febricitantes ad Solem stantes moriuntur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ in lege noua non est aliquis defectus quin iustificare possit, sicut erat in ueteri lege: & ideo magis poterat accipi occasio mortis ex ueteri lege, quàm noua. Ex noua enim lege non sequitur occasio mortis nisi contemnentibus ipsam, quia volentibus obseruare, auxilium præbet: sed lex uetus etiam volentibus obseruare, & deficientibus propter infirmitatem, occasio mortis erat.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum lex uetus promittebat tantum temporalia, uel etiam æterna.

AD QVAR- 12. q. 99. 6.
tum sic proceditur. Videtur ꝙ lex uetus non solũ temporalia, sed æterna promittebat. Illud enim in lege promittitur, quod mercedes legis ponitur: sed deus seipsum mercedem Abrahæ ꝓmisit, qui est bonum æternũ, vt patet Gen. 15. ergo non solum tẽporalia sed æterna promittebat.

¶ 2 Præt. Quod promittitur in lege, est præmium virtutis: sed præmium virtutis debet esse melius virtute. cum igitur virtus sit melior omni mercede temporali, videtur ꝙ lex terrena promittere non debuerit.

¶ 3 Præt. Illud quod est contra rationem virtutis, in lege fieri non debet: sed uirtuti contrarium est, & eius corruptiuum, vt actus eius propter bonum terrenũ fiat. ergo promissio terrenorum in lege fieri non debuit.

SED CONTRA. Illis solis potest homo ad benefaciendũ inuitari, quæ in pretio habet: sed carnalis populus, cui lex ꝑtus data fuit, sola bona temporalia in pretio habebat. ergo eorum sibi promissio fieri debuit.

¶ 2 Præt. 1. Cor. 15. Non prius quod spirituale, sed qđ animale: sed lex uetus primo danda erat. ergo non spiritualis promissio, sed temporalis in ea fieri debuit.

VLTERIVS. Videtur ꝙ lex uetus non differat a noua per radicem timoris & amoris. Differentia enim legis non attenditur ex diuersitate obseruantium legem, sed potius eoꝝuerso, cum lex sit regula & mensura obseruantium ipsam: sed facere aliquid ex timore, uel amore contingit ex diuersa dispositione obseruantium legem. ergo penes hoc duæ leges non distinguuntur.

¶ 2 Præt. Nullus fructuose legem costodit, nisi qui ex amore eam obseruat: sed in statu ueteris legis multi fuerunt qui eam fructuose obseruabant, vitam æternam ex hoc promerentes. ergo lex uetus, & noua nõ distinguuntur per timorẽ, & amorẽ.

¶ 3 Præt. Timor seruilis, qui contra amorem diuiditur, respicit pœnam: sed maiori pœnę cõminatio fit in noua lege quàm in ueteri, vt patet Heb. 10. Quãto, inquit, putatis deteriora mereri supplicia &c. ergo lex noua magis in timore cõstituit q̃ vet.

¶ In contrarium est quod Augustinus dicit, ꝙ breuis differentia legis & euangelij est timor, & amor. De verbis Apli serm. 13.

¶ 2 Præt. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. dicit glo. præcepta in ueteri lege timore seruabãtur.

VLTERIVS. Videtur ꝙ lex uetus non sit magis onerosa, quàm noua. Quod enim se habet ex additione ad aliud, plura continet: sed noua addit supra veterem, Mat. 5. ergo plura continet, & ita videtur difficilior. 12. q. 107. 4.

¶ 2 Præt. Quanto est perfectior status virtutis, tanto maiorem difficultatem habet, quia ars & virtus circa difficile & bonum sunt, vt dicitur in 2. ethi. sed status nouæ legis est perfectior q̃ Cap. 3. status ueteris. ergo lex noua est difficilior.

¶ 3 Præt. Infirmis & paruulis leuia onera sunt imponenda: sed illi qui erant in veteri lege paruulis cõparantur, qui autẽ sunt in noua viris perfectis, vt patet Gal. 4. ergo lex noua est grauior quàm uetus.

SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 11. Iugum meum suaue est, & onus meum leue.

¶ 2 Præt. Act. 15. dicit Petrus de veteri lege. Hoc est onus qđ nec nos, nec patres nostri potuerunt portare. ergo &c.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ secundum Diony. in 5. cap. eccles. hier. lex noua media est inter ecclesiã cęlestem, & statũ ueteris legis: & ideo æterna bona, quæ in cęlesti ecclesia palam & copiose exhibentur, in noua lege manifeste promittuntur. In veteri autem lege non promittebantur nisi sub quibusdam figuris. vnde, Heb. 10. dicitur Vmbrã habens lex futurorum bonorum. Et hoc propter tres causas præcipue. Primo, ut ex his quæ cognoscebant, assuefierent etiã a deo maiora spectare. Secundo, vt non solũm cognitio, sed affectus a temporalibus ad æterna manuducerẽtur. Tertio, quia bona

bona æterna nondum ſtatim eis poterant exhiberi, nondum ſoluto pretio: vnde dilatio promiſſorum inefficacem faceret apud infirmos promiſſionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ubicunque promittuntur æterna in veteri lege, hoc eſt ſub quadam figura & ſimilitudine temporalium.

Et ſecundum hoc etiam deus ſe mercedem Abrahæ conſtituit ad literã, qua ſi remuneratorẽ in multiplicatione ſeminis, & in terræ promiſſæ collatione.

etiam diuerſa quantum ad cæremonialia, non quantum ad moralia ſunt eadem, ſed plenius in Euangelio continentur. Audiſtis

¶ Vel dicendum, ꝙ hoc intelligitur de promiſſione communiter omnibus facta in veteri lege, non autem de illa quæ fiebat ſpecialiter ad aliquos perfectos viros, qui ad legem nouam pertinebant.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ promiſſiones temporales non ponuntur in lege quaſi præmia virtutum, ſed quaſi incitamenta quædam ad virtutem.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ ſicut facere aliquid timore pœnæ eſt contra rationem perfectæ virtutis, tamen ducit ad virtutem, ita etiam facere aliquid propter retributionem temporalem: & ideo ſicut in lege fit comminatio pœnæ, ita etiam poteſt fieri promiſſio temporalis mercedis.

AD SECVNDAM quæſtionem dicendum, ꝙ ex ipſo modo legislationis apparet, ꝙ lex vetus eſt lex timoris, lex autem noua lex amoris. Lex enim noua ex oſtenſione diuinæ charitatis initium ſumpſit, quia in effuſione ſanguinis Ieſu Chriſti, qui fuit perfectiſſimæ charitatis ſignum, nouum teſtamentum conſummatum eſt. Lex autem vetus in oſtenſione diuinæ poteſtatis, quæ timorem incutit, initium ſumpſit: vnde & in ipſa legislatione propter fulgura, voces, & tonitrua terror audientes inuaſit, vt dicerent, Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur, Exo. 20. & ideo vetus lex homines præcipue inducebat per comminationem pœnarum. Noua vero lex per beneficia exhibita & ſperanda: & hoc ſatis competebat ſtatui humani generis, vt prius quaſi rudis populus per timorem pœnæ cogeretur, poſtmodum vero per amorem in bono perficeret. Sicut enim timor eſt via ad amorem, ita lex vetus ad nouam.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ iſta differentia non tãtum ſumitur ex parte obſeruantium legem, ſed ex modo editionis legis, vt dictum eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ illi qui in veteri lege ex amore legem obſeruabant, perfecti erãt: vnde ad legem nouam pertinebant, in qua eſt ſtatus perfectionis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis lex noua maiora ſupplicia comminetur, tamen comminatio ſuppliciorum nõ eſt principalis inductio in legem nouam, ſicut erat in lege veteri: ſed magis promiſſio præmiorum, & commemoratio beneficiorũ, quæ ad amorem incitant: & ideo lex noua non timorem, ſed amorem principalem radicem habet.

AD TERTIAM quæſtionem dicendum, ꝙ difficile & onoroſum menſuratur ſecundum virtutem ſuſtinentis. Aliquid enim onoroſum eſt debili, quod forti eſt leue: & ideo de onere legis, & euangelij poſſumus loqui dupliciter, aut quantum ad grauitatẽ præceptorum ſecundum ſe, aut per comparationem ad virtutem obſeruantium. Si primo modo, ſic quãtum ad numerum præcepta veteris legis erant magis onoroſa, quia lex vetus arctabat ad ceremonialia multa, & iudicialia: lex autem noua ad moralia tantum, quæ etiam lex naturę imperat, & in vno verbo abbreuiato dilectionis dei & proximi cõcluduntur. Sed quantũ ad explicationẽ iſtorum præceptorum, ſic præcepta nouę legis quodãmodo ſunt difficiliora, quia magis explicat virtus præ-

decem chordas pſalterij vtrique ſexui impoſitas, quæ charitate tangenda ſunt, vt vitiorum feræ occidantur.

ceptorum moralium in noua lege, quàm in veteri. Et ſuper addit lex noua conſilia, quamuis ad ea non cogat: & quædam etiam prohibet, quæ lex vetus permittebat infirmitati deferẽs, ſicut libellum repudij, & huiuſmodi. Si autem ſecundo modo, ſic abſolute lex vetus oneroſior erat, tum quia auxilium gratiæ non cõferebat ad mãdata implenda, ſicut noua facit: tum quia vetus lex per modum timoris cogebat ad hoc, ad quod noua lex ex amore inducit, qui omnia leuia facit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ additio nouæ legis ad veterem vel eſt quantum ad conſilia, ad quæ noua lex nõ obligat: vel etiam quantum ad explicationem eorum quæ in veteri lege implicite habebantur: vnde ex hoc non poteſt concludi, quod lex noua ſit grauior.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ virtuoſus ea quæ ad virtutem pertinent, delectabiliter exequitur, vt dicitur in 1. ethi. & ideo virtus perfecta leuius quantumcunque difficilia exequet, quàm carens virtute facilia, cui hoc ipſum triſte eſt, ꝙ a delectationibus illicitis abſtineat. Cap.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut qui tortuoſa ligna dirigunt, ad partem contrariam magis deflectunt, vt ſic ad rectitudinẽ veniatur: ita etiam, vt dicitur in 2. ethi. tendentibus ad virtutem faciendum eſt, vt qui a rectitudine virtutis diſtorti fuerũt, magis a contrarijs virtutis abſtrahantur. Et propter hoc etiam pœnitentibus grauiora onera imponuntur quàm innocentib⁹. Et ita etiam carnali populo & ceruicoſo maiora onera imponenda fuerunt ad eius duritiam edomandam, cum tamen modum eius non excederet, ſicut etiam infirmis dieta arctior, & pueris diſciplina ſtrictior imponitur. Cap.

EXPOSITIO TEXTVS.

On ancillam &c. Sciendum quòd ancilla dupliciter concupiſci poteſt. Vno modo ad concubitum, & ſic pertinet ad ſextum præceptum. Alio modo ad dominium, & ſic pertinet ad ſeptimũ. *Audiſtis decem chordæ pſalterij &c.* Per decem chordas pſalterij decem præcepta legis intelliguntur. Sicut enim Dauid egregius pſaltes ſono citharæ & pſalterij ſpiritum malum a Saũl expellebat, vt dicitur 1. Reg. 16. & vrſum, & leonem interfecit, vt dicitur in eodem 17. ita Chriſtus qui per Dauid ſignificatur, corda noſtra quaſi pſalterium his decem præceptis percutiens omnium *mortalium peccatorum feras in nobis occidit*, & virtutes perficit, quibus ad vitam peruenitur æternam, in quà cum Chriſto viuamus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes ſunt Quaterniones.

R O M AE,
Apud Iulium Accoltum. M. D. LXX.

SCRIPTVM
D. THOMAE AQVINATIS
DOCTORIS ANGELICI,
IN QVARTVM LIBRVM SENTENTIARVM
MAGISTRI PETRI LOMBARDI

Cuius Diſtinctiones, ac Quæſtiones ſequens Index oſtendit.

R O M AE M. D. LXX.

INDEX DISTINCTIONVM

ET PARTITIONVM QVARTI LIBRI SENTENTIARVM MAGISTRI PETRI LOMBARDI.

DISTINCTIO PRIMA.

ESacramẽtis, & signis sacramẽtalibus. fo. 1
Quid sit Sacramentum. ibidem.
De causa institutionis Sacramentorum. 2
De triplici genere exercitationis. 4
De differentia Sacramentorum veterum & nouorum. 5
De Circuncisione. 5
De viris qui fuerunt ante circuncisionem, & de viris & fœminis qui fuerunt ante, & post. 6
De institutione & causa circũcisionis. 7
Quare die octauo & per nouum cultrum. ibidem.
Quare in baptismum mutata sit circuncisio ibidem.
De paruulis defunctis ante diem octauum. 8

DISTINCTIO II.

De Sacramentis nouæ legis. 9
Quare mox post hominis casum non fuerint instituta. ibidem.
Quòd Sacramentũ coniugij fuit ante peccatũ. 10
De Baptismo. ibidem.
Quid vtilitatis habeat baptismus Ioannis. 11
De fora Baptismi Ioãnis, & de baptizatis ab eo. 12

DISTINCTIO III.

Quid sit Baptismus. 13
De forma Baptismi. ibidem.
Si in nomine patris tantum, vel spiritus sancti posit tradi baptismus. ibidem
Quæstio Ambrosij. 14
De institutione baptismi. 15
De forma in qua baptizauerunt Apostoli ante passionem Christi. 15
Quare in aqua tantum fiat. ibidem
De immersione quoties fieri debeat. 16
Quando circuncisio amisit vim suam. ibidem
De causa institutionis. ibidem
An baptismus aperuit cœlum: quod non aperuit circuncisio. ibidem.

DISTINCTIO IIII.

Quòd alij suscipiunt Sacramentum & rem, alij sacramentum & non rem, alij rem & non sacramentum. ibidem
De ficte accedentibus. 18
Quomodo intelligaẽ illud: Quot quot in Christo baptizati estis, Christum induistis. 19
De illis qui suscipiũt rem & nõ sacramentũ. ibidẽ.
Quæ videntur obuiare prædictis 20
Quid prosit baptismus his qui cũ fide accedũt. 22
Cuius rei baptismus, qui datur iam iusto sit sacramentum. 23
Si paruulis datur in baptismo gratia qua possunt in maiori ætate proficere. 24

DISTINCTIO V.

Quòd baptismus aquæ sanctus est a bono & a malo datus bono vel malo. 25
De potestate baptismi & ministerio. 26
Quæ fuit potestas baptismi, quam potuit Christus dare seruis. 27

DISTINCTIO VI.

Quibus liceat baptizare. 28
Quòd nullus in materno vtero baptizetur. 29
Si baptismus sit verbis corrupte prolatis. 30
De illo qui pro ludo immergitur. ibidem.
De chatechismo, & exorcismo. 32

DISTINCTIO VII.

De confirmatione. 33

DISTINCTIO VIII.

De Sacramento altaris & Eucharistiæ. 37
De institutione Sacramenti. 38
De forma. ibidem
De Sacramento & re. 40

DISTINCTIO IX.

De duobus modis manducandi. 41
De errore quorũdam, qui dicunt a bonis tantum corpus Christi sumi. 46
De intelligentia quorumdam verborum. 48

DISTINCTIO X.

De Hereſi eorum, qui dicunt corpus Christi non esse in altari nisi in signo. 49
Determinatio præmissorum. 50
Quæ sit intelligentia præmissorum. 51
Authoritatibus probat, verum corpus Christi esse in altari, & in id panem conuerti. ibidem.

DISTINCTIO XI.

De modo conuersionis. 53
Quòd panis transit in corpus Christi. 54
Quare aqua admisceatur. 57

DISTINCTIO XII.

Vbi illa accidentia fundentur. 60
De fractione & partibus. ibidem
Quid illæ partes significent. 63
Si illud sit sacrificium, & si sepius immoletur Christus. 64
De causa institutionis. 65

DISTINCTIO XIII.

Si heretici & excommunicati hoc sacramentũ conficiant. 66

Quid facit hæreticum, & quid sit hæreticus. 69

DISTINCTIO XIIII.

De pœnitentia. 70
Determinatio intelligentiæ dictorum. 73
De solemni & vnica pœnitentia. 74
Quòd non semel, sed frequẽter peccata dimittun tur per pœnitentiam. 75

DISTINCTIO XV.

Quòd pluribus irretitis peccatis non potest pœnitere de vno vere, nisi de omnibus pœniteat. 78
Quæ sit intelligentia præmissorum. 79
Quomodo accipiend a sunt præmissa. 81
Secundum quosdam fuit satisfactio. 86
Summa dictorum. 88
Authoritates contra eos, qui dicunt de vno pecca to pœnitẽtiam agi, altero tacito. ibidem.
Repetitio de vera pœnitentia. 91

DISTINCTIO XVI.

De tribus, quæ in pœnitentia consideranda sunt. 93
Quæ sit falsa satisfactio. 95
De tribus actionibus pœnitentiæ. 96
De satisfactione venialium. 98

DISTINCTIO XVII.

Tria proponuntur quærenda: Primum, an sine con fessione dimittatur peccatum. 99
Si sufficit soli Deo confiteri. 102
Quòd non sufficit soli Deo confiteri, si tamen ho mini possit. 103
An sufficiat confiteri laico. 105

DISTINCTIO XVIII.

De remissione sacerdotis. 112
De clauibus. ibidem
De vsu clauium. ibidem
Si sacerdos põt dimittere vel retinere peccata. 113
Quòd sacerdotes etiam dimittunt peccata & re- nent suo modo. 114
Qũo sacerdotes ligant & soluunt a peccatis, 114
Quomodo intelligendum sit illud, Quodcumque solueris, &c. 116
Quæ sint exteriores tenebræ, & interior ma- cula. ibidem

DISTINCTIO XIX.

Quando hæ claues dantur, & quibus. 117
Si alteram clauem omnes habeant, scilicet poten- tiam ligandi & soluendi. 118
De eõ quod scriptum est in Malachia: Maledicam benedictionibus vestris. 120
Qualis debet esse iudex Ecclesiasticus. ibidem

DISTINCTIO XX.

De his qui in fine pœnitent. 121
De his qui pœnitentiam non complent. 124
De illo cui sacerdos indiscretus iniungit paruam pœnitentiam. ibidem

Quòd morientibus non sit imponenda satisfactio sed innotescenda. 125
In necessitate non est neganda pœnitentia vel reco- ciliatio. 126
Quòd presbiter non reconciliet in consulto Epi- scopo nisi in necessitate. ibidem
An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad pœ- nitentiam præuenitur morte. ibidem

DISTINCTIO XXI.

De peccatis, quæ post hanc vitam dimittũtur. 126
Quòd alij citius, alij tardius purgãtur in igne. 127
De generali confessione, quid prosit. 129
Nemo confiteatur peccata, quę non fecit. 139
De pœnis sacerdotis, qui peccatum pũblicat con- fitentis. ibidem

DISTINCTIO XXII.

Si peccata dimissa redeant. 131
Quid sit sacramentum & res. 133

DISTINCTIO XXIII.

De sacramento vnctionis extremæ. 135
A quibus sit institutum hoc sacramentum ibidem
De iteratione huius sacramenti. 136

DISTINCTIO XXIIII.

De ordinibus ecclesiasticis. 138
Quales assumendi sunt ad clerum. ibidem
De Ostiariis. 139
De Lectoribus, ibidem
De Exorcistis. 140
De Accolitis. ibidem
De Subdiaconis. 141
De Diaconis. ibidem
De Presbyteris. 149
Quid sit quod hic dicitur ordo. 143
De nominibus dignitatis vel officii. ibidem
De quadripartito ordine Episcoporum. 144

DISTINCTIO XXV.

De ordinatis ab hereticis. 145
De simonia, vnde dicitur & quid sit. 149
De his qui a simoniacis scienter ordinantur. ibidẽ.
De his qui dicunt se emere corporalia, non spiri- tualia. ibidem
Distinctio simoniacorum. ibidem
De ætate ordinandorum. ibidem

DISTINCTIO XXVI.

De sacramento coniugij, cuius institutio & causa ostenditur. 150
De duplici institutione coniugij. ibidem
Quando secundum præceptum, quando secundũ indulgentiam contractum sit coniugium. 151
Quibus modis accipiatur indulgentia. ibidem
Quòd nuptiæ sunt bonæ. ibidem
Cuius rei sacramentum sit coniugium. 152
Qualiter intelligendum sit illud. Mulier illa non pertinet ad matrimonium cũ quanon est coniun ctio sexuum. 152

DISTINCTIO XXVII.

Quę sunt consideranda in coniugio. 151
Quid sit coniugium. ibidem
De consensu qui efficit coniugium. 153
Quòd solus consensus facit matrimoniũ. ibidem
Quando incipiat esse cõiugium. ibidem
Secundum quosdam non est coniugium ante car- nalem copulam, sed sponsi, & sponsæ sunt. ibidẽ
Quòd coniugatus uel coniugata nequeant conti- nentiam profiteri sine alterius consensu. 154
Responsio ad predicta cum determinatione supe- riorum. 156
Quomodo accipiatur sponsa in supradictis capi- tulis. ibidem
Quæ spõsa sit uidua, mortuo spõso, & quæ nõ. 157
Qui alterius sponsam, eo mortuo ducit, ad sacros ordines accedere potest. 157

DISTINCTIO XXVIII.

Si consensus de futuro cum iuramento faciat con- iugium. 157
De qua re sit consensus ille. An de carnali copula, an de cohabitatione. 158

DISTINCTIO XXIX.

Choactio excludit consensum coniugalem. 159

DISTINCTIO XXX.

De errore, qui euacũat consensum. 160
De coniugio Mariæ & Ioseph. 161
Quòd perfectum inter eos fuit coniugium. 162
De causa finali coniugii. 162
Quòd malus finis non cõtaminat sacramẽtũ. ibidẽ

DISTINCTIO XXXI.

De tribus bonis coniugii. 162
De duplici separatione. 163
De his qui procurant uenena sterilitatis. 164
Quando sunt homicidæ, qui procurãt abortũ. 164
De excusatione coitus. ibidem
Indulgentia Apostoli qũo sit accipienda. ibidem
Quòd nõ omnis delectatio carnis peccatũ est. 165

DISTINCTIO XXXII.

De solutione carnalis debiti. 165
Quòd neuter cõtineri ualeat nisi ex cõi cõsẽsu. 165
Quibus temporibus cessandum sit a coitu. 167
Quibus tẽporibus non sunt celebrãdę nuptiæ. ibidẽ

DISTINCTIO XXXIII.

De diuersis coniugii legibus. 168
Non præfertur Virginitas Ioannis castitatæ Abrahæ. 170
Cui licebat habere plures uxores uel non. 172
De Virginitate mentis & carnis. 173

DISTINCTIO XXXIIII.

De personis legitimis. 173
De frigidis separandis. 174
De his qui impediti maleficiis coire non pos- sunt. ibidem
De furiosis. 175
De his qui cum duabus sororibus dormiũt. ibidẽ
Non est dimittẽda uxor pro aliqua macula, seu de formitate corporis. ibidem

DISTINCTIO XXXV.

Eodem iure utitur Vir & Mulier. 176
Quòd fornicariam nequit dimittere vir nisi ipse expers fuerit & econuerso. ibidem
Quòd possunt reconciliari, qui separantur causa fornicationis. ibidem
Quæ prædictis uidentur obuiare. 177
De his q ante polluerũt se propter adulterium. ibidẽ

DISTINCTIO XXXVI.

Si pro extrema condictione ualeat uxor separari a uiro & econuerso. 178
De Copula serui & ancillæ diuersorum Domino rum. 178
De uiro qui se facit seruum ut diuidatur ab uxo re. 179
De ætate contrahentium. ibidem

DISTINCTIO XXXVII.

In quo ordine nequeat fieri coniugium. 180
De interfectoribus suarum coniugum. 181
De notorum differentiis. ibidem
De Virginibus non uelatis. ibidem
Quàm grande malum sit adulterium. 184
De illis qui post longam captiuitatẽ redeunt. 185

DISTINCTIO XXXIX.

De dispari cultu. 188
De coniugio fidelis & infidelis & duorum infide- lium. 188
De fornicatione spirituali ob quam potest dimitti coniux. 189
Pro quibus uitiis possit dimitti. ibidem
Si fideli liceat aliam ducere infideli discedente, uel dimissa. ibidem
An coniugium sint inter infideles. 190
Quòd legitimum sit coniugium infidelium, sed nõ ratum, & quare. ibidem

DISTINCTIO XL.

De cognatione carnali & spirituali, & prius de car nali. 190
De computatione graduum cõsanguinitatis. ibidẽ
Quare sex gradibus computantur. 192

DISTINCTIO XLI.

De gradibus affinitatis. 193
Variæ traditiones de affinitate. ibidem
Si coniugium sit inter eos, qui nota consanguinita te diuiduntur. 195

DISTINCTIO XLII.

De ſpirituali cognitione. 197
Qui ſint filii ſpirituales. 197
De copula ſpiritualium uel adoptiuorum & naturalium filiorum. 199
Si filii qui ante paternitatem uel poſt nati ſunt, ualeant coniungi. ibidem
Si quis ducere poſsit duas commatres, alterã poſt alteram. 200
De ſecundis & tertiis nuptiis. ibidem
Si uir & uxor poſsint ſimul tenere puerum. ibidẽ

DISTINCTIO XLIII.

De reſurrectionis & iudicii conditione. 200
De uoce tubæ. 201
De media nocte. ibidem
De memoria electorum, ſi tunc præcedentia mala teneat. 202
De his qui uiui reperientur. 203
Quomodo intelligitur Chriſtus iudex uiuorum & mortuorum. 204
Quomodo omnes reſurgent incorrupti ibidem

DISTINCTIO XLIIII.

De ætate & ſtatura reſurgentium. 205
Quòd reſurget quicquid fuit de ſubſtantia & natura corporis, & in eadem parte corporis. 206
Quòd ſancti ſine omni deformitate reſurgent. 208
Si mali tunc habebunt, quas hic habuerunt deformitates. 210
Quòd non conſumentur corpora quæ tunc ardebunt. 211
Si dæmones corporali igne cremabuntur. 211
Si animę ſine corporibus ſentiunt ignem corporalem. 213
De abortiuis, fœtibus & monſtris. 215

DISTINCTIO XLV.

De ſuffragiis defunctorum. 219
De diuerſis animarum receptaculis. ibidem
De officiis ſepulturæ. 220
De duobus bonis, quorum alter, plura poſt mortẽ habet auxilia. 221
Quibus ſuffragiis iuuabuntur mediocriter boni, qui in fine inuenientur. 222
Quomodo ſancti glorificati audiunt preces ſuppli cantium, & quomodo intercedũt pro nobis ad Dominum. 223
Quod dictum eſt de Angelis, attribuitur ſanctis animabus. 225

DISTINCTIO XLVI.

Si ualde malis detur mitigatio pœnæ. 226
De iuſtitia & miſericordia Dei. 229
Quædam iuſtitię, quædam miſericordiæ, quędam bonitati attribuuntur. 231
Quomodo uniuerſæ uiæ domini dicantur miſericordia & ueritas. 231

DISTINCTIO XLVII.

De ſententia iudicii. 232
Quòd ſancti iudicabunt, & quomodo. 232
De ordinibus eorum, qui iudicandi erunt. ibidẽ
De ordine iudicii, & miniſterio Angelorum. 234
Si poſt iudicium, dæmones præerũt hominibus ad puniendum. 236

DISTINCTIO LXVIII.

De forma Iudicis. 237
Quòd apparebit tunc in forma ſerui. 237
Quare ſecũdum formam ſerui dicitur Chriſtus ſuſcitaturus corpora. 238
De loco Iudicii. 239
De qualitate luminarium, & temporis poſt iudicium. 240

DISTINCTIO LXIX.

De differentia manſionũ in cęlo, & in inferno. 242
Si omnes homines uolunt eſſe beati. 244
Si quid de Deo cognoſcit aliquis, quod ibi non intelligunt omnes. 251
De paritate gaudii. 252
Si maior ſit beatitudo ſanctorum poſt iudiciũ. 254

DISTINCTIO L.

Si mali in inferno peccabunt. 263
Quare dicuntur tenebræ exteriores. 265
De animabus damnatorum, ſi quam habent notitiam eorum quæ hic fiunt. 266
Quomodo accipiẽda ſunt quæ de Lazaro & Diuite leguntur. ibidem
Si ſe uident boni & mali. 267
De Chaos inter bonos & malos. 267
Quòd uiſa impiorum pœna, non minuit beatorum loriam. 268

Diſtinctionum & partitionum, Fnis.

INDEX QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM QVARTI LIBRI SENTENTIARVM SANCTI THOMAE.

DISTINCTIONIS PRIMAE.

QVAESTIO. PRIMA.

Vtrum diffinitio qua diffinitur ſacrm, q̃ eſt ſacræ rei ſignũ, ſit conueniens ſecundum omnes partes ſuas. fol. 1.
Vtrum bene diffiniatur ſignum per hoc quod dicitur, q̃ eſt res præter ſpeciem. ibidem
Vtrum diffinitio qua diffinitur ſacramencum q̃ eſt uiſibilis gratiæ inuiſibilis forma &c. ſit conueniens ſm omnes partes ſuas. ibidem
Vtrum diffinitio qua diffinitur ſacramentũ ab Auguſti. Sacramẽtum eſt in quo ſub tegumẽto &c. ſit cõueniẽs ſm oẽs partes ſuas. ibidem
Vtrum diffinitio Hugo. de ſancto Vic. qua diffinitur. Sacramentum eſt corporale uel materiale elementum &c. ſecundum omnes partes ſuas ſit conueniens. ibidem
¶Vtrum humanum genus indigeat ſacramentis poſt lapſum. 2
Vtrum indiguiſſet ſacramentis ante lapſum. ibidem
Vtrũ in ſtatu legis nãe ſacramẽta fuerint neceſſaria homini. ibidem
Vtrum ſupra ſacramenta legis naturæ alia debuerunt addi per legem ſcriptam. ibidem
Vtrum in nouo teſtõ ſacramenta aliqua debuerint remanere. ibidem
¶Vtrum ſacramenta conſiſtent in uerbis & rebus. 3
¶Vtrũ ſacramenta nouæ legis ſint cauſa gratiæ. 3
Vtrũ in ſacris ſit aliqua uirtus ſpiritualis ad gratiã iuducendã. ibidem
Vtrum illa uirtus ſit in ſacramentis a paſsione Chriſti. ibidẽ
Vtrum ſacramenta nouæ legis contineãt gratiam. 4
Vtrum gratia quæ eſt in ſacramentis differat a gratia quæ eſt in uirtutibus & donis. ibidem
¶Vtrum ſacramenta ueteris legis gratiam conferebant. 5
Vtrum eorum uſus erat meritorius. ibidem
Vtrum purgabant ab immundiciis carnis. ibidem

QVAESTIO II.

Vtrum neceſſarium fuit circumciſionem dari. 6
Vtrum circumciſio debuerit dari ante legem ſcriptam. ibidem
Vtrum debuerit differri circumciſio uſque ad tempus Abrahæ. ibidẽ
¶Vtrum omnibus populis circumciſio dari debuerit. 6
Vtrum hoc remedium mulieribus dari debuerit. ibidem
Vtrum Chriſto circumciſio competeret. ibidem
¶Vtrum octauus dies requireretur ad circumciſionem. ibidem
Vtrum determinatio membri fuerit de neceſsitate circumciſionis. 7
Vtrum cultellus lapideus fuerit de neceſsitate circumciſionis. ibidem
¶Vtrum circumciſio characterem imprimeret in anima. ibidem
Vtrum circumciſio a peccato purgaret. ibidem
Vtrum circumciſio gratiam conferret. ibidem
¶Vtrum circumciſio ceſſare debuerit. 8
Vtrum legalia ceſſare debuerint. ibidem
Vtrum tẽpore gratiæ ſine peccato legalia potuerint obſeruari. ibidẽ
Vtrum teneamur aliqua legalia nunc obſeruare. ibidem
¶Vtrum ante circũciſionem ſola fides ſufficeret paruulis ad delectionem originalis. ibidem
Vtrum ſola fides ſufficeret abſque alio exteriori ſigno. ibidem
Vtrum in adultis requireretur aliquod ſacrificium. ibidem

DISTINCTIONIS II.

QVAESTIO. I.

Vtrum omnia ſacramẽta ſint inſtituta in remedium contra aliquem defectum. 9
Vtrum matrimonium inſtitutum ſit tantum in remedium. ibidem
Vtrum ſacramenta ſint in remedium contra pœnam uel culpam tantum. ibidem
Vtrum aliquod ſacramentũ ordinetur contra culpam uenialẽ. ibidẽ
¶Vtrum debeant eſſe plura uel pauciora q̃.7. ſacramenta. 10
¶Vtrum ordinatio ſacramentorũ ſecundum Magiſtrũ ſit cõperẽs. 10
¶Vtrum in noua lege aliqua noua ſacramenta debuerint inſtitui. 11
Vtrum ſtatim poſt peccatum nouæ legis ſacramenta erant inſtituenda. ibidem
Vtrum ſacramenta ſtatim Chriſto nato fuerint inſtituta. ibidem
Vtrum omnia ſacramenta a Chriſto fuerint inſtituta. ibidem

QVAESTIO. II.

Vtrum baptiſmus Ioannis fuerit ſacramentũ uel ſacramẽtale tm. 11
Sub qua forma baptizauerit, & de ipſa forma. ibidem
Vtrum baptiſmus Ioannis fuerit a deo inſtitutus, ibidem
Vtrum baptiſmus Ioannis debuerit ſtatim ceſſare Chriſto baptizato. ibidem
¶Vtrum baptiſmus Ioannis contulerit gratiam. 12
¶Vtrum cõueniens fuerit Chriſtum baptizari baptiſmo Ioãnis. 12
Vtrum aliqui alii fuerint baptizari baptiſmo Ioannis. ibidem
Vtrum pueri baptiſmo Ioannis debuerint baptizari. ibidem
¶Vtrum baptizati baptiſmo Ioannis debuerint baptiſmo Chriſti baptizari. ibidem

DISTINCTIONIS III.

QVAESTIO I.

Vtrum conueniens ſit diffinitio baptiſmi qua diffinitur in lettera. Baptiſm⁹ eſt ablutio exterior facta &c. & de partibus diffinitionis. 13
Vtrum diffinitio Hugo. de ſancto Vic. ſit conueniens quæ eſt Baptiſmus eſt aqua diluendis criminibus &c. ibidem
Vtrum Dyo. diffiniat baptiſmum conuenienter dicens. Baptimus eſt principium ſacratiſſimorum mandatorum &c. ibidem
Vtrum Damaſcenus conuenienter diffiniat dicens, Baptiſmus eſt per quem primitias uitæ &c. ibidem
¶Vtrum hæc ſit integra forma baptiſmi, Ego baptizo te. In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. 14
Vtrum liceat formã baptiſmi mutari ſine præiudicio baptiſmi. ibidẽ
Vtrum poſsit aliquid addi uel mutari ad formam. ibidem
Vtrum poſsit fieri interpoſitio uel tranſpoſitio uerborum in forma baptiſmi. ibidem
¶Vtrum baptiſmus debeat fieri in aqua. 16
Vtrum debuerit fieri in aqua ſimplici uel compoſita. ibidem
Vtrum poſsit fieri in qualibet aqua ſimplici. ibidem
¶Vtrũ immerſio ſit de neceſsitate ſacramenti baptimalis. ibidem
Vtrum debeat ibi eſſe tantum una immerſio. ibidem
Vtrum trina immerſio ſit de neceſsitate baptiſmi. 17
¶Vtrũ neceſſarium fuerit inſtitui baptiſmum poſt circumciſionẽ. 17
Vtrum baptiſmus fuerit ante paſsionem domini inſtitutus. ibidem
Vtrum baptiſmus ſtatim in ſua inſtitutione fuerit obligatorius, q̃ tunc deberent homines baptizari uel quando. ibidem

DISTINCTIONIS IIII.

QVAESTIO I.

Vtrum aliquis character poſsit eſſe in anima. 18
¶Vtrum diffinitio Dyo. de charactere. ſ. q̃ character eſt ſignum ſanctum communionis fidei, ſit conueniens. ibidem
Vtrum quædam diffinitio magiſtralis quæ talis eſt. Character eſt diſtinctio &c. ſit conuenienter aſsignata. ibidem
¶Vtrum character ſit in eſſentia animæ ſicut in ſubiecto. 19
Vtrum character ſit in una potentia uel in pluribus. ibidem
Vtrum ſit in effectiua uel cognitiua potentia. ibidem
Vtrum character indelebiliter inſit potentiæ cui ineſt. ibidem
Vtrum Chriſtus habuerit characterem. ibidem
¶Vtrum in ſolis ſacramentis nouæ legis character imprimatur, uel etiam in ſacramentis ueteris legis. 20
Vtrum per omnia ſacramenta nouæ legis imprimatur. ibidem
Vtrum in baptiſmo imprimatur character. ibidem
Vtrum character ſit a ſolo filio ſicut a cauſa efficiente. ibidem

QVAESTIO II.

Vtrum baptiſmus tollat actualem culpam. 20
Vtrum tollat omnem pœnam temporalem. ibidem
Vtrum omnem pœnam originalis peccati. 21
¶Vtrum per baptiſmum conferantur pueris gratiæ & uirtutes. 21
Vtrum per baptiſmum in adultis uirtutes augeantur. ibidem
Vtrum effectus baptiſmi ſit illuminatio. ibidem
Vtrum ſecundatio ſit effectus baptiſmi. ibidem
Vtrum incorporari Chriſto ſit effectus baptiſmi. ibidem
Vtrum apertio ianuę ſit effectus baptiſmi. ibidem
¶Vtrum baptiſmus æqualem effectum habeat in omnibus quantum ad remotionem mali culpæ, & quantũ ad mitigationem fomitis. 22
Vtrum æqualis gratia in baptiſmo omnibus conferatur. ibidem
Vtrum omnibus pueris in baptiſmo, æqualis gratia conferatur. ibidẽ

QVAESTIO III.

Vtrum pueri ſacramentum baptiſmi poſsint accipere. 23
Vtrum melius ſit baptiſmum differri an ſtatim in pueritia dari. ibidẽ
Vtrum adultis uſu rationis carentibus baptiſmus dari poſsit. ibidem
¶Vtrum aliqua indiſpoſitio uoluntatis humanæ poſsit effectum baptiſmi impedire. 23
Vtrum aliqua indiſpoſitio uoluntatis debeat dici fictio. ibidem
Vtrum recedente fictione baptiſmus effectũ ſuũ conſequatur. ibidẽ

¶Vtrum præter baptiſmum fluminis debeat eſſe aliud baptiſma. 24
Vtrum baptiſmus penitentiæ ſufficiat ad ſalutem. ibidem
Vtrũ baptiſmus ſanguinis ſuppleat uicẽ baptiſmi aquæ in oĩbus. ibi.
Vtrum baptiſmus aquæ ſit potior uel nobilior quàm baptiſmus ſanguinis. ibidem

DISTINCTIONIS V.

QVAESTIO I.

Vtrum Chriſtus ſecundum quòd homo habuit poteſtatẽ dimittendi peccata. 25
¶Vtrum Chriſtus contulerit miniſtris poteſtatem cooperandi ad emundationem interiorem. ibidem
¶Vtrum miniſtris conferri potuerit poteſtas cooperationis. ibidem
Vtrum miniſtris potuit conferri poteſtas excellentiæ. ibidem
Vtrum potẽtia creandi potuerit alicui creaturæ cõicari. 26

QVAESTIO. II.

Vtrum aliquis poſſit baptizare niſi habeat ordinem. 26
Vtrum baptizare ſit proprium ordinis diaconi. 27
Vtrum non baptizati poſſint bapticare. 27
¶Vtrum mali ſacramentum baptiſmi poſſint conferre. 27
Vtrum per malos conferatur res ſacramenti. ibidem
Vtrũ baptiſmus p meliorẽ datus meliorẽ effectum habeat. ibidem
Vtrum malus miniſter peccet mortaliter baptizans uel aliquod ſacramentum conferens. ibidem
Vtrum ſacramentũ a malo miniſtro recipiens peccet. ibidem
¶Vtrũ dæmon in figura hominis apparens poſſit baptizare. 28
Vtrum bonus angelus in figura hominis apparens poſſit baptizare, & ab eo baptizati debeãt rebaptizari. ibidem

DISTINCTIONIS. VI.

QVAE STIO I.

Vtrum natiuitas ex utero ſit expectanda ad baptizandum 28
Vtrum in materno utero quis poſsit ſanctificari per gratiæ gratũ facientis donum. ibidem
Vtrum ſanctificati in utero debeant baptizari. ibidem
¶Vtrum intentio baptizantis ſit de neceſſitate baptiſmi. 29
Vtrum intentio recta requiratur ad baptiſmum. 29
Vtrum intentio uel uoluntas requiratur in baptiſmo. 29
¶Vtrum in baptizato requiratur fides ad hoc quòd ſacramentum recipiat. 30
Vtrum fides requiratur in baptizante ad hoc quòd ſacramentum cõferat. ibidem
Vtrum accipientes baptiſmum ab hæreticis cõſequãtur rẽ ſacri. ibidẽ

QVAESTIO II.

Vtrum baptiſmus poſsit iterari. 30
Vtrum conueniens fuerit certum tempus aſsignari ad offerendũ baptiſmum, ſcilicet ſabbatum paſchæ & penthecoſtes. 31
Vtrum ſacramentalia baptiſmi bene ponantur. ibidem
¶Vtrum cathecimus baptiſmum præcedere debeat. ibidem
Vtrum catherizare ſit officium ſacerdotis. ibidem
Vtrum pueri debeant cathetizare. ibidem
¶Vtrum exorciſmus in eodem debeat præcedere baptiſmum. 32
Vtrum exorciſmus aliquem effectum habeat in anima. ibidem
Vtrum exorcizare ſit officium eorum qui ſunt in ſacris ordinibus cõſtituti. ibidem

DISTINCTIONIS VII.

QVAESTIO I.

Vtrum confirmatio ſit ſacramentum. 33
Vtrum ſit ſacramentum neceſſitatis. ibidem
Vtrum ſit nobilius ſacramentum q̃ baptiſmus. ibidem
¶Vtrum confirmationis ſacramentum materiam habeat. ibidem
Vtrum crũma ſit materia competens. ibidem
Vtrum exigatur materia prius ſanctificata. ibidem
¶Vtrum ſacramentum confirmationis habeat formam aliquam. 34
Vtrum illa forma ſit conueniens ſecundum omnes partes ſuas. ibidẽ
Vtrum illa forma habeat aliquam efficaciam in hoc ſacro. ibidem

QVAESTIO. II

Vtrum in confirmatione imprimatur character. 35
Vtrum idem ſit per eſſentiam character baptiſmi & confirmationis. ibidem
Vtrum character confirmationis præſupponat baptiſmalem. ibidem
¶Vtrum in confirmatione conferatur gratia gratum faciens. ibidem
Vtrum eadem ſit gratia confirmationis & baptiſmi. ibidem
Vtrum gratia confirmationis perficiat baptiſmalem. ibidem

QVAESTIO. III.

Vtrum quilibet non ordinatus poſsit conferre confirmationem. 36
Vtrum ſacerdos ſimplex non Epiſcopus poſſit confirmare. 36
Vtrum ſacerdos ſimplex poſsit ex commiſſione Domini Papæ confirmare. ibidem
Vtrum Chriſtus debuerit ſacramentũ confirmationis accipere. ibidẽ
Vtrum hoc ſacramentum ſit pueris conferendum. ibidem
Vtrum debeat dari omnibus adultis. ibidem
¶Vtrum exigatur q̃ aliquis teneat aliquem in confirmatione. 37
Vtrum linitio chriſmatis debeat fieri tantum in fronte. ibidem
Vtrum confirmatio poſsit iterari. ibidem

DISTINCTIONIS. VIII.

QVAESTIO I.

Vtrum Euchariſtia ſit ſacramentum. 37
Vtrum ſit unum ſacramentum uel plura. ibidem
Vtrum hoc ſacramentum conuenientibus nominibus nominetur. ſ. Euchariſtia, uiaticum, ſacrificium &c. ibidem
¶Vtrum hoc ſacramentum aliquibus figuris debuerit figurari. 38
Vtrum conuenienter magiſter figuras huius modi aſſignauerit. 38
Vtrum hoc ſacramentum expreſſius fuerit figuratum in lege Moyſi quàm in lege naturę. 38
¶Vtrum neceſſe fuerit hoc ſacramentum inſtitui. 39
Vtrum ante Chriſti aduentum debuerit inſtitui. ibidem
Vtrum poſt paſſionem debuerit inſtitui. ibidem
¶Vtrum hoc ſacramentũ a non ieiunis licite poſsit ſumi. 40
Vtrum quælibet cibi ſumptio impediat Euchariſtiæ ſumptionẽ. 40
Vtrũ homo poſt sũptionẽ corporis Chri ſtatim debeat comedere. 40

QVAESTIO II.

Vtrum forma conſecrationis panis ſit hæc, Hoc eſt corpus meũ. 40
Vtrum tantum in his uerbis, Hoc eſt corpus meum cõſiſtat forma cõſecrationis. 40
Vtrum, Accipite & manducate ſit de forma. 40
Vtrum illa ſit conueniens forma. 40
Vtrum ſingulæ partes formæ conuenienter ponantur. 40
Vtrum uerba quæ circa formã dicuntur conuenienter ponantur. 40
Vtrum licuit apponi. Et eleuatis oculis in cælum. 40
Vtrum forma conſecrationis ſanguinis conſiſtat in his uerbis tantũ Hic eſt calix ſanguinis mei &c. 41
Vtrum in iſta forma uerba conuenienter ponantur. 42
Vtrum uerba quæ ſequuntur. ſ. noui & æterni teſtamenti, conueniẽter ponantur. 42
Vtrum uerbis prædictæ formæ inſit aliqua uirtus creata ad tranſubſtantiationem faciendam. 42
¶Vtrum formæ expectent ſẽ in operando. 43
Vtrum deficiente ſacerdote poſt conſecrationẽ corporis, poſſit alius procedere ad conſecrationem ſanguinis. 43
Vtrum ſacerdos dicens uerba conſecrationis ſine præcedentibus uel ſequentibus conſecraret. ibidem

DISTINCTIONIS IX

QVAESTIO. I.

Vtrum corpus Chriſti ſumi debeat per modum manducationis. 44
Vtrum manducatio Chriſti ſit de neceſſitate ſalutis. 44
Vtrum Magiſter ſufficienter diuidat modos manducationis in ſpiritualem & ſacramentalem. 44
¶Vtrum peccator manducet corpus Chriſti ſacramentaliter. 45
Vtrum infideles ſacramentaliter manducent. 45
Vtrum creatura irrationalis aliqualiter ſumat corpus Chriſti. 45
Vtrum aliquis non manducans ſacramentaliter poſsit manducare ſpiritualiter. 45
Vtrum angelus poſsit corpus Chriſti manducare aliquo modo ſpiritualiter. 45
¶Vtrum peccet quis cũ conſcientia peccati mortalis corpus Chriſti manducans. 46
Vtrum ille qui non habet conſcientiam mortalis peccati & tamen habet mortale, peccet mortaliter communicando. ibidem
Vtrum plus peccet indigne ſumens corpus Chriſti quàm quodcunque aliud peccatum committens. ibidem
An plus peccet indigne ſumens q̃ in lutum proiciens. ibidem
Vtrũ plus peccet peccator fidelis ſumens corpus Chriſti quàm infidelis. ibidem
Vtrum ſubiacẽs alicui peccato carnis magis peccet ad hoc ſacramentum accedens q̃ ſubiacens peccato ſpirituali. ibidem
Vtrum peccator peccet uidendo corpus Chriſti. ibidem
¶Vtrum nocturna pollutio quæ eſt in ſomnis ſit peccatum. 47
Vtrum nocturna pollutio impediat a ſumptione corporis Chriſti. 47
Vtrum immundicia pure corporalis impediat a communione. 47
¶Vtrum ſacerdos poſsit dare Corpus Chriſti ei quem ſcit in peccato mortali eſſe. 48

Vtrum dari debeat ſuſpectis de crimine. 48
Vtrum amentibus poſſit dari corpus Chriſti. 48
Vtrum vexatis ab immundis ſpiritibus poſſit dari. 48
Vtrum pueris ſit dandum corpus Chriſti. 48

DISTINCTIONIS X.

QVAESTIO I.

Vtrum in ſacramento altaris cõtineatur verum corpus Chri. 49
Vtrum Chriſtus contineatur ſub ſacramento quantum ad animam. 50
Vtrum ſub ſpecie panis Chriſtus contineatur quantum ad carnem animatam. ibidem.
Vtrum corpus Chriſti ſit ſub ſpeciebus ſecundum propriam quantitatem. ibidem.
Vtrum contineatur ibi ſecundum totam ſuam quantitatẽ. ibidẽ.
¶Vtrum corpus Chriſti contineat ſub ſacro circũſcriptiue. ibidẽ.
Vtrum contineatur ſub ſpeciebus illis diffinitiue. 51
Vtrũ corpus Chri poſſit eſſe totũ ſub qualibet parte ſpẽrũ. ibidẽ.
Vtrum corpus Chriſti moueatur ad motum hoſtię. ibidem.
¶Vtrum oculus glorificatus poſsit videre corpus Chriſti verum ſub ſpeciebus exiſtens. 52
Vtrum quando apparet in ſpecie pueri vel carnis in altari videatur in propria ſpecie. 52
Vtrum in tali caſu quando ſic apparet debeat ſumi. ibidem.
Vtrum angelus poſsit videre corpus Chriſti in ſacramento. ibidẽ.
Vtrum poſsit comprehendi intellectu viatoris. ibidem.

DISTINCTIONIS XI.

QVAESTIO I.

Vtrum ſubſtantia panis remaneat poſt conſecrationẽ in ſcfo. 53
Vtrum debeant ſpecies panis remanere. 53
Vtrum forma ſubſtantialis panis debeat remanere. 53
¶Vtrum panis conuerſione facta annihiletur. 54
¶Vtrum panis poſſit conuerti in corpus Chriſti. 54
Vtrum conuerſio illa ſit ſucceſſiua. 54
Vtrum illa conuerſio ſit miraculoſior omni alia mutatione. 54
¶Vtrum conuerſio facta poſsit exprimi per verbum ſubſtantiuũ alterius temporis quàm præſentis. 56
Vtrum hæc ſit vera, panis ſit corpus Chriſti. ibidem.
Vtrum hæc ſit falſa, corpus Chriſti de pane ſit. ibidẽ.
Vtrum hæc ſit vera, panis poteſt eſſe corpus Chriſti. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum debeat eſſe duplex materia huius ſacramenti. 56
Vtrum panis & vinũ ſint conueniẽs materia huius ſacramẽti. 57
Vtrum panis & vinum ſint conueniens materia huius ſacramenti ſub determinata quantitate. ibidem.
¶Vtrum neceſſarium ſit quòd ſit panis triticeus. ibidem.
Vtrum de pane confecto de tritico & aliis ſpeciebus frumenti poſ ſit hoc ſacramentum confici. ibidem.
Vtrum debeamus conficere in fermento vel azimo. ibidem.
¶Vtrum de vino vitis debeat ſanguis conſecrari. 58
Vtrum poſſit confici de acero. 58
Vtrum de agreſta poſſit conſecrari. 58
¶Vtrum aqua vino ſit admiſcenda in hoc ſacramento. 58
Vtrum abſque aqua poſſit ſanguis conſecrari. 58
Vtrum in hoc ſacramento aqua artificialis debeat apponi. 59
Vtrum aqua in magna quantitate debeat apponi. 59

QVAESTIO III.

Vtrum ipſe Chriſtus in cœna corpus ſuum manducauerit. 59
¶Vtrum Chriſtus corpus ſuum Iudæ dederit. 60
Vtrum ſub bucella ei dederit. 60
¶Vtrum Chriſtus in cœna corpus ſuum impaſſibile dederit. 60
¶Vtrũ ſi corpus Chri fuiſſet ſeruatũ in pixide ibi morerer. ibidẽ.
Vtrum ſi aliquis Apoſtolorum confeciſſet hoc ſacramentum poſt mortem Chriſti fuiſſet ibi anima eius. ibidem.
Vtrum Deus potuiſſet facere quòd anima tunc fuiſſet ibi vnita in hoc ſacramento. ibidem.

DISTINCTIONIS XII.

QVAESTIO I.

Vtrum Deus poſſit facere accidentia eſſe ſine ſubiecto. 60
Vtrũ congruat huic ſacramẽto q̃ accidẽtia ſint ſine ſubiecto. 60
Vtrum vere ſint ibi ſine ſubſtantia. 60
Vtrum accidentia quæ remanent ibi poſſint immutare aliquod extrinſecum. 61
Vtrum poſſint aliquod extrinſecum immutare ſubſtantialiter. 62
Vtrum illa accidentia poſſint corrumpi. ibidem.
Vtrum ex eis poſſit aliquid generari. ibidem.
Vtrum poſſit nutrire. ibidem.
Vtrum aliquis liquor poſſit illis ſpeciebus permiſceri. ibidem.
¶Vtrum verum corpus Chriſti frangatur in ſacramento. ibidẽ.
Vtrum ſpecies frangatur. ibidem
Vtrum conuenienter aſſignentur in littera ſignificationes partiũ fractionis, & quid vnaqueque pars ſignificet. ibidem

QVAESTIO II.

Vtrum per vſum huius ſacramenti augeantur virtutes. 64
Vtrum hoc ſacramentum proſit beatis ad augmẽtũ gloriæ. ibidẽ.
Vtrum effectus huius ſacramenti poſſit impediri niſi per peccatum mortale. ibidem.
¶Vtrum virtute huius ſacramenti venialia dimittantur. ibidem.
Vtrum virtute eius dimittantur mortalia. 65
Vtrum remittat pœnam mortalis peccati. 65

QVAESTIO III.

Vtrum homo debeat frequentare hoc ſacramentum. 65
Vtrum qualibet die poſſit recipi. 65
Vtrum tantum ſemel in anno vel ter ad minus. 65
Vtrum homo poſſit pluries vna die communicare. 65
¶Vtrum liceat omnino a communione abſtinere. 65
Vtrum ille qui confecrat poſſit omnino a cõmunione ceſſare. 66
Vtrum laudabilius ſit abſtinere quàm accedere ad hoc ſacrm. 66

DISTINCTIONIS XIII.

QVAESTIO. I.

Vtrum laicus poſſit conſecrare. 66
Vtrum alius quàm epiſcopus poſſit conſecrare. 66
Vtrum hereticí & ſciſmatici, & excommunicati poſsint conſecrare. 67
Vtrum degradatus poſsit conſecrare. ibidem.
Vtrum Miſſa boni ſacerdotis ſit æquę bona ſicut mali. ibidem.
¶Vtrum liceat ſacerdoti omnino a conſecratione ceſſare. ibidẽ.
Vtrum poſsint plures ſacerdotes eandem hoſtiã conſecrare. ibidẽ.
Vtrum miſſa debeat quotidie in eccleſia celebrari. ibidem.
Vtrum hora veſpertina debeat miſſa celebrari. ibidem.
Vtrum poſt mediam noctem celebranda ſit miſſa. ibidem.
Vtrum hora ſexta debeat miſſa celebrari. ibidem.
Vtrum oporteat in loco ſacro celebrari. ibidem.
Vtrum oporteat eſſe altare de lapide tantum. ibidem.
Vtrum in pallis ſericis tantum oporteat celebrari. ibidem.
Vtrum in calice de petra poſsit celebrari. ibidem.
Vtrum aliquo præmiſſorum omiſſo fiat conſecratio. ibidem.
¶Vtrum laicus poſsit diſpenſare corpus Chriſti. 68
Vtrum diaconus poſsit diſpenſare &c. 68
Vtrum aliquis licite poſsit accipere ſacramentum a fornicario. 68

QVAESTIO II.

Vtrum hereſis dicat peruerſitatem fidei. 69
Vtrum hereſis ſit maximum peccatum. 69
¶Vtrum hereticí ſint ſuſtinendi. 69

DISTINCTIONIS XIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum pœnitentia ſit ſacramentum nouę legis. 70
Vtrum pœnitentia ſit virtus. 70
Vtrum ſit virtus generalis. 70
Vtrum ſit virtus theologica. 70
Vtrum reducatur ad iuſtitiam. 70
Vtrum diffinitio Greg. & Ambro. ſit competens de pœnitẽtia. 70.
¶Vtrum virtus pœnitentię timore concipiatur. 72.
Vtrum pœnitentia ſit prima virtutum. 72
Vtrum pœnitentia ſit fundamentum alia rum virtutum. 72
Vtrum pœnitentia ſit ſecunda tabula poſt naufragium. 72
¶Vtrum pœnitentia ſit in qualibet vi. 73
Vtrum pœnitentia poſſit eſſe in innocentibus. 73
¶Vtrum ſancti qui ſunt in gloria habeant pœnitentiam. 73
Vtrum angelus bonus ſiue malus ſit ſuſceptibilis pœnitentiæ. 73.
¶Vtrum de ratione pœnitentiæ ſit q̃ in finem vitæ cõtinuẽ. 74
Vtrum neceſſe ſit dolorem pœnitentiæ per gaudium interrumpi, & an dolor ſit cauſa gaudij. 74
Vtrum pœnitentia iterari poſſit. 74.
¶Vtrum aliqua pœnitentia publicari debeat vel ſolemnizari. 75
Vtrum ſolemnis pœnitentia iterari poſſit. 75
Vtrum mulieribus ſit publica pœnitentia imponenda. 75

QVAESTIO II.

Vtrum per pœnitentiam tollantur ſemper peccata. 75
Vtrum pœnitentia reatum totaliter tollat. 75
Vtrum per pœnitentiam reliquiæ actualis peccati tollantur. 75
¶Vtrum virtutes per pœnitentiam reſtituantur. 76
Vtrum per pœnitentiam etiam opera bona prius in ſtatu mortalis peccati facta ad vitam reputentur. ibidem.
Vtrũ p peccatũ ſequẽs opera in charitate facta mortificent. ibidẽ

Vtrũ opa mortificata p̃ peccatũ, per pœnitentiã viuificẽtur, ibidẽ.
¶ Vtrum prędicti effectus sint pœnitentiæ inquantũ est virtus. 77
Vtrum sine pœnitentia remissio peccatorum consequi possit etiã prædictos effectus. ibidem.

DISTINCTIONIS XV.

QVAESTIO I.

Vtrum satisfactio sit virtus vel virtutis actus. 78
Vtrum sit actus iustitiæ. 78
Vtrum diffinitio Aug. de satisfactione quæ est in littera sufficienter ponatur. 78
¶ Vtrum hõ possit Deo satisfacere pro debito offensæ cõmissæ. 79
¶ Vtrum homo possit de vno peccato sine alio satisfacere. ibidẽ.
Vtrum existens in mortali de peccatis quę sibi prius quàm peccaret per contritionem dimissa fuerant, possit satisfacere. 79
Vtrum homo postq̃ charitatem habere incipit præterita satisfactio in mortali facta sibi valere incipiat. 79
Vtrum bona extra charitatem facta sint meritoria alicuius boni saltem temporalis. 79
Vtrum opera extra charitatem facta valeant ad infernalis pœnæ diminutionem. 79
Vtrum oporteat satisfactionẽ fieri per operà pœnalia. 80
Vtrum flagella quibus a Deo punimur sint satisfactoria. ibidem.
Vtrum cõuenienter enumerentur opa satisfactoria in littera. ibidẽ.
¶ Vtrum restitutio sit pars satisfactionis. 81
Vtrum ablatum sit semper restituendum. ibidem.
Vtrum solus ille qui damnum intulit teneatur ad restitutionem. ibidem.
Vtrum ei qui damnum passus est semp sit restitutio faciẽda. ibidẽ.

QVAESTIO II.

Vtrum Diffinitio qua elæmosina diffinitur ab Augu. sit conueniens secundum omnes suas partes. 81
Vtrum elęemosina sit pars satisfactionis & pœnitentiæ. 82
Vtrum elæemosina sit actus virtutis. 82
Vtrum elæemosina cadat in præcepto, vel sit consilium. 82
¶ Vtrum elæemosina decedentem in peccato mortali a pœnã inferni liberet. 82
Vtrum elæemosina sit minus satisfactoria quàm alia opera. 83
Vtrum virtus elæemosinæ magis consistat in dato exteriori quàm in affectu interiori. 83
¶ Vtrum sufficienter elæmosinæ corporales enumerentur per versum illum. Visito, poto &c. 83
Vtrum elæemosinę spirituales conuenienter numerẽtur hoc versu. Consule, castiga &c. ibidem.
Vtrum elæemosinæ spirituales præemineant corporalibus. ibidẽ.
¶ Vtrum de necessitate sit danda elęemosina. 84
Vtrum de male acquisito & possesso possit elæemosina fieri. 84
Vtrum de turpi lucro possit dari elæemosina. 84
¶ Vtrũ vxor de rebus viri & eo inuito possit dare elæemosinã. 84
Vtrum filius familias possit elæemosinam dare. ibidem.
Vtrum seruus vel ancilla possint elæemosinam dare de rebus dominorum suorum. ibidem.
Vtrum monachi possint elæemosinam facere sine licentia Abbatis. ibidem.
¶ Vtrum aliquis sibipsi possit facere elęemosinam. 85
Vtrum malis sit danda elęemosina. 85
Vtrum meliori sit magis subueniendum. 85

QVAESTIO III.

Vtrum Isido. conuenienter diffiniat ieiunium. 85
Vtrum ieiunium sit actus virtutis. ibidem.
Vtrum ieiunium sit actus temperantiæ vel iustitiæ. ibidem.
Vtrum ieiunium cadat sub præcepto. ibidem.
Vtrum ieiunium sit satisfactorium. ibidem.
¶ Vtrum omnes teneãtur ad ieiunium ab ecclesia institutum. 86
Vtrum iusti teneantur ieiunare ex præcepto. 86
Vtrum pueri teneantur ad ieiunium. ibidem.
Vtrum prouecti & sani excusentur a ieiunio propter peregrinationem. ibidem.
¶ Vtrum debeant esse tempora determinata ad ieiunandum. 87
Vtrum aliquo tempore sit ieiunium interdictum. 87
Vtrũ hora nona sit cõpetens ad mãducãdũ tẽpore ieiuniorum. 87
¶ Vtrum post vnam comestionem ieiunium soluatur. 87
Vtrum esus carnium soluat ieiunium. 88
Vtrum anticipatio temporis soluat ieiunium. 88

QVAESTIO IIII.

Vtrum oratio sit affectiuę partis actus. 88
Verum sit actus doni & non virtutis. ibidem.
Vtrum oratio sit actus cadens in præcepto. ibidem.
Vtrum oratio debeat esse vocalis vel mentalis. 89
Vtrum debeat esse diuturna. 89
Vtrum vnquam debeat aliquis ab oratione cessare. ibidem
Vtrum attentio actualis sit de necessitate orationis. ibidem.
Vtrum attentio orationi noceat. ibidem.
¶ Vtrum conuenienter species orationis distinguantur. 90
Verũ distinctio partiũ orationis secundũ Amb. sit cõpetẽs. ibidẽ.
Vtrum partes ab Hug. de sancto Vic. positæ sint cõueniẽtes. ibidẽ.
¶ Vtrum homo debet aliquid determinate petere in oratione. 91
Vtrum in oratione temporalia sint petenda. 91
Vtrum homo debeat pro alieno bono orare. 91
¶ Vtrum solus Deus orandus sit. 91
Vtrum ofo ad sanctos non in patria existentes possit dirigi. ibidẽ.
Vtrum oratio fiat ad Deum ratione essentię vel personæ. ibidem.
¶ Vtrum diuinæ personę sit orare. ibidem.
Vtrum sanctis qui sunt in patria conueniat orare. ibidem.
Vtrum brutorum animalium sit orare. ibidem.
¶ Vtrum oratio sit satisfactoria. 92
Vtrum oratio sit meritoria. 92
Vtrum conuenienter assignentur conditiones quæ prestant efficaciam orationi. 92

DISTINCTIONIS XVI.

QVAESTIO I.

Vtrum pœnitentia habeat partes cum sit simplex. 93
Vtrum conuenienter ei assignentur ille tres partes, scilicet contritio, confessio & satisfactio. 93
Vtrum sint partes eius subiectiuę. ibidem.
Vtrum sint partes pœnitentiæ virtutis moralis. ibidem.
¶ Vtrum pœnitentia ante baptismum possit esse pars pœnitentiæ, vel ipsum præcedere. 94
Vtrum pœnitentia ante baptismum sit de actuali tantum, vel etiã de originali. 94
Vtrum post baptismum sit aliqua pœnitentia distinguenda venialium peccatorum. ibidem.
Vtrum homo teneatur ad pœnitentiam venialium. ibidem.
Vtrum partes illæ sint sufficientes quibus dividitur pœnitentia in venialium, mortalium & ante baptismum. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum veniale possit dimitti voluntate remanente ad illud. 95
Vtrum vnum veniale possit dimitti sine alio. 95
Vtrum veniale possit dimitti sine mortali. 95
¶ Vtrum peccatum veniale possit dimitti sine gratiæ nouæ infusione. ibidem.
Vtrum gra sine contritione possit pctũ veniale remittere. ibidẽ.
Vtrum homo teneatur confiteri venialia. ibidem.
Vtrum per aquam benedictam, benedictionẽ episcopalẽ & huiusmodi venialia dimittantur. ibidem.

QVAESTIO III.

Vtrum circunstantia possit esse proprietas mortalis actus. 96
Vtrum sufficienter enumerentur circunstantiæ in illo versu. Quis quid vbi &c. 96
Vtrum circunstantiæ enumeratæ ab Augustino in littera sufficienter ponantur. 96
Vtrum circunstantiæ aggrauent peccatum. 97
Vtrum inter oẽs circunstãtias locus & tempus magis aggrauẽt. 97
Vtrũ circunstãtia trahat in aliã speciẽ vel genus peccati. ibidem.
Vtrum circunstantia aggrauet in infinitum. ibidem.
Vtrum omnis circunstantia sit confitenda. ibidem.

QVAESTIO IIII.

Vtrum hypocrisis sit peccatum. 98
Vtrum sit speciale peccatum. 98
Vtrum sit semper mortale peccatum. ibidem
Vtrum hypocrisis debeat poni speciale impedimentum pœnitentiæ præ aliis vitijs. ibidem
¶ Vtrum ludi penitentiam exterius impediant. ibidem
Vtrum spectacula penitentiam impediant. ibidem.
Vtrũ exercitia militiæ vel negotiatiõis impediãt pœnitẽtiã. ibidẽ.

DISTINCTIONIS XVII.

QVAESTIO I.

Vtrum diffinitiones quibus diffinitur iustificatio secundum diuersos, scilicet secundum Glos. Ro. 8. Bern. & secundum Ansel. sint conuenientes. 99
Vtrum iustificatio sit aliud quàm vocatio. 99
Vtrum iustificatio sit renouatio mentis & sanatio. ibidem.
Vtrum reducatur ad attributum misericordię. ibidem.
¶ Vtrum præparatio qua aliquis facit quod in se est præexigatur. 100
Vtrum aliquid sit in homine per quod possit se præparare ad gratiam habendam. 100
Vtrum necessarium sit iustificari eum qui facit qđ in se est. ibidẽ.
Vtrum gratiæ infusio requiratur ad iustificationem. 101

Vtrum

Vtrum necessarius sit ad iustificationem motus liberi arbitrij in Deum. 101
Vtrum motus liberi arbitrij in Deum sit motus fidei. ibidem.
Vtrum motus liberi arbitrij in peccatum sine contritione præcedat iustificationem. ibidem.
Vtrum requiratur remissio peccatorum. ibidem.
¶ Verũ remotio culpę naturaliter præcedat gratiæ infusionẽ. 102
Vtrum motus liberi arbitrij præcedat gratiæ infusionem. 102
Vtrum motus liberi arbitrij in peccatum præcedat motum liberi arbitrij in Deum. ibidem.
¶ Vtrum iustificatio impij sit miraculosa. ibidem.
Vtrum remissio culpæ & infusio gratiæ sint in eodẽ instãti. ibidẽ.
Vtrum successiua sit iustificatio impij. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum contritio sit dolor de peccatis assumptus cum proposito confitendi. 103
Vtrum contritio sit actus virtutis. 103
Vtrum attritio possit fieri contritio. 103
¶ Vtrum homo debeat conteri de pœnis sicut de culpis. 104
Vtrum contritio debeat esse de originali peccato. 104
Vtrum de omni peccato actuali a nobis commisso sit contristandum. ibidem.
Vtrum de peccatis futuris possit esse contritio. ibidem.
Vtrum homo possit confiteri de peccato alieno. ibidem.
Vtrũ de singulis peccatis mortalibus debeat homo conteri. ibidẽ.
¶ Vtrum contritio sit maior dolor qui sit in natura. 105
Vtrum possit esse nimis magnus dolor contritionis. 105
Vtrum debeat esse maior de vno peccato quàm de alio. ibidem.
¶ Vtrum tota hæc vita sit tempus contritionis. 106
Vtrum expediat continue de peccato doleri & conteri. 106
Vtrum post hanc vitam animæ de peccatis conteantur. 106
¶ Vtrum peccati remissio sit contritionis effectus. 107
Vtrum contritio possit totaliter reatum pœnæ tollere. 107
Vtrum contritio parua sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum. ibidem.

QVAESTIO III.

Vtrum confessio sit necessaria ad salutem. 107.
Vtrum sit de iure naturali. ibidem.
Vtrum omnes ad confessionem teneantur. ibidem.
Vtrum homo statim teneatur confiteri cum peccauerit. ibidem.
Vtrum possit cũ aliquo dispensari ne confiteatur homini. ibidẽ.
¶ Vtrum diffinitio Aug. de Confessione sit competens. 108
Vtrum confessio sit actus virtutis. 108
Vtrum confessio sit actus pœnitentiæ virtutis. 108
¶ Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti. 109
Vtrum liceat in causa alij quàm sacerdoti confiteri. 109
Vtrum extra causam necessitatis non sacerdos possit audire cõfessionem venialium. ibidem.
Vtrum necessarium sit qꝫ hõ confiteatur ꝓprio sacerdoti. ibidem
Vtrum possit aliquis confiteri alij quàm proprio sacerdoti etiã ex priuilegio vel mandato. ibidem.
¶ Vtrum confessio possit esse informis, ideſt vtrum valeat sine charitate. 110
Vtrum necessarium sit confessionem esse integram. 110
Vtrum per alium vel per scriptum possit confessio fieri. ibidem.
Vtrum illæ xvj. conditiones a Magistris assignatæ quæ versibus illis continentur. Sit simplex, humilis &c. requirantur ad confessionem. ibidem.
¶ Vtrum confessio liberet a morte peccati. 111
Vtrum confessio liberet a pœna. 111
Vtrum aperiat paradisum. ibidem.
Vtrum per confessionem tribuatur nobis spes salutis. ibidem.

DISTINCTIONIS XVIII.

QVAESTIO I.

Vtrum claues debeant esse in ecclesia. 112
Vtrum claues sint potestas ligandi & soluendi, & de diffinitione clauium. 112
Vtrum sint duę claues vel vna tantum. 112
¶ Vtrum macula sit aliquod positiuũ in anima vel sit tantum priuatio. 113
Vtrum peccatum possit remitti quo ad maculam. 113
Vtrum si peccatum remittatur quo ad maculam, remittatur etiam quo ad pœnam. 113
¶ Vtrũ potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ. 113
Vtrum possit remittere peccatum quo ad pœnam. ibidem.
Vtrum sacerdos per potestatem clauium ligare possit. ibidem.
Vtrum possit ligare vel soluere secundũ propriũ arbitriũ. ibidẽ.

QVAESTIO II.

Vtrum competens sit diffinitio excommunicationis qua diffinitur. Excommunicatio est separatio &c. 114
Vtrum ecclesia debeat aliquem excommunicare. 114
Vtrum aliquis pro aliquo tali, dano sit excõmunicandus. ibidẽ.
Vtrum excõicatio iniuste lata aliquę effectum hre possit. ibidẽ.
¶ Vtrum quilibet sacerdos excommunicare possit. 115
Vtrum non sacerdotes possint excommunicare. 115
Vtrum excommunicatus vel suspensus possit excõmunicare. 115
¶ Vtrum aliquis seipsum, vel æqualem, vel superiorem possit excommunicare. 116
Vtrum in aliquam vniuersitatem excommunicationis sententeia ferri possit. 116
Vtrum ille q̃ est semel excõicatus vlterius possit excõicari. 116
¶ Vtrum liceat excõicato cõmunicare in pure corpalibus. 116
Vtrum participans excommunicato sit excommunicatus. ibidẽ.
Vtrum participans excommunicato in casibus non concessis sit peccatum mortale semper. ibidem.
¶ Vtrum quilibet sacerdos possit suum subditum ab excommunicatione absoluere. 117
Vtrum aliquis possit absolui inuitus. 117
Vtrum aliquis possit absolui ab vna nisi ab omnib⁹ absoluat. 117

DISTINCTIONIS XIX.

QVAESTIO I.

Vtrum sacerdos legalis claues habuerit. 117
Vtrum Christus claues habuerit. ibidem.
Vtrum soli sacerdotes claues habeant. ibidem.
¶ Vtrum sancti homines non sacerdotes habeant vsum earum clauium. 118
Vtrum sacerdotes mali vsum clauium habeant. 118
Vtrum scismatici, & hereticí, & excommunicati, & suspensi, & degradati vsum clauium habeant. ibidem.
¶ Vtrum sacerdos possit in quemlibet hominem vti claue quam habet. ibidem.
Vtrum sacerdos semper possit suum subditum absoluere. 119
Vtrum aliquis possit vti clauibus in superiorem. 119

QVAESTIO II.

Vtrum diffinitio de correptione fraterna sit bona quæ sic incipit. Correptio fraterna est admonitio &c. 119
¶ Verũ quilibet ex præcepto ad correptionẽ fraternã teneat. 120
Vtrum peccator corripiens alium peccet. 120
Vtrum aliquis teneatur corripere prælatum suum. 120
¶ Vtrum oporteat fraternam admonitionem præcedere denunciationem ecclesiæ. 121
Vtrum in fraterna correptione conuenienter ponatur testium inductio. 121
Vtrum correptio quantum ad admonitionem secretam debeat esse dura. 121

DISTINCTIONIS XX.

QVAESTIO I.

Vtrum aliquis in extremo vitæ suę tempore pœnitere possit. 122
Vtrum aliquis in fine vitæ suæ possit abstinui a quolibet sacerdote. 122
Verũ pœnitẽtibus in fine reseruetur aliqua pœna post mortẽ. 122
Vtrum pœna temporalis taxetur vel taxari debeat secundum quantitatem culpæ. 123
Vtrum pœnitens sit debitor maioris pœnæ quàm illius quę a sacerdote sibi imponitur. 123
Vtrum pœnam satisfactoriam possit vnus pro alio explere. ibidẽ.
¶ Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria. 124
Vtrum indulgentiæ tantum valeant quantum pronũciãtur. 124
Vtrum pro temporali subsidio possit fieri indulgentia. ibidem.
¶ Vtrum quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere. 125
Vtrum diaconus vel alius quàm sacerdos possit indulgentias facere. 125
Vtrum Episcopus possit facere indulgentiam. 125.
Vtrum aliquis in peccato mortali existens possit facere indulgentias. 125
¶ Vtrum indulgentia valeat existẽtibus in peccato mortali. 126
Vtrum indulgentiæ valeant religiosis. 126
Vtrum ei qui non facit hoc pro quo indulgentia datur possit alij quando indulgentia dari. ibidem.
Vtrum indulgentia valeat ei qui facit eam. ibidem.

DISTIN-

DISTINCTIONIS XXI.

QVAESTIO I.

Vtrum purgatorium sit post hanc vitam. 127
Vtrum idem locus sit in quo damnati puniuntur & animæ purgantur. 127
Vtrum pœna purgatorij excedat omnem pœnã temporalem. ibidẽ.
Vtrum pœna illa sit voluntaria. ibidem.
Vtrum animæ per dæmones in purgatorio puniantur. ibidem.
¶ Vtrum lignum, fœnum & stipula quæ superedificantur sint peccata venialia. ibidem.
Vtrum idem qui vtraque sint superedificant scilicet argentum & stipulam 128
Vtrum venialia mortali adiuncta sint fœnum &c.
¶ Vtrum veniale expietur pœna purgatorij quo ad culpam. ibidẽ.
Vtrum ignis purgatorius expiet a reatu pœnæ. ibidem.
Vtrum ab illa pœna vnus alio citius liberetur. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum per confessionem generalem quæ fit in completorio & prima deleatur veniale quo ad culpam. 129
¶ Vtrum confessio generalis sufficiat ad delendum peccata mortalia oblita. 129
¶ Vtrum aliquis licite possit cõfiteri peccatũ quod nõ habet. 130

QVAESTIO III.

Vtrum in quolibet casu teneatur sacerdos celare peccata quæ sub sigillo confessionis nouit. 130
Vtrum sigillum confessionis se extendat ad illa quæ non sunt de confessione. ibidem.
Vtrum sacerdos solus sigillum confessionis habeat. ibidem.
¶ Vtrum de licentia confitentis sacerdos possit publicare peccatum eius. ibidem.
¶ Vtrum id quod aliquis scit per confessionem & alio mod possit reuelare. 131

DISTINCTIONIS XXII.

QVAESTIO I.

Vtrum peccata dimissa redeant per peccatum sequens. 131
¶ Vtrum ingratitudo sit speciale peccatum. 132
Vtrum minus sit innocens ingratus si peccat quàm pœnitens si cadat. ibidem.
Vtrum ex ingratitudine recidiuantis tantus reatus resurgat, quãtus fuit præcedentium peccatorum. ibidem.
¶ Vtrum per ingratitudinem peccata venialia redeant. ibidem.
Vtrum peccatum originale redeat. 132
Vtrum per illa quatuor quæ ponuntur in littera peccata redeant dimissa. ibidem.
¶ Vtrum recidiuans teneatur priora peccata confiteri de quibus prius confessus fuit. 133

QVAESTIO II.

Vtrum exterior pœnitentia sit sacramentale signum. 133
Vtrum pœnitentia interior sit res in hoc sacramento. ibidem.
Vtrum remissio peccatorum sit res in hoc sacramento. ibidem.
¶ Vtrum pœnitentia sit vnum sacramentum vel plura. 134
Vtrum hoc sacramentum consistat magis in his quæ geruntur a pœnitente. 134
Vtrum verba sacerdotis absoluentis debeat esse per modum deprecationis. 134
¶ Vtrum sacramentum pœnitentiæ habeat institutionem. ibidẽ.
Vtrum ante Christum fuerit institutum. ibidem.
Vtrum post Christi aduentum in lege noua fuerit institutũ. ibidẽ.

DISTINCTIONIS XXIII.

QVAESTIO I.

Vtrum extrema vnctio sit sacramentum. 135
Vtrum extrema vnctio sit vnum sacramentum vel plura. 135
Vtrum hoc sacramentum fuerit institutum a Christo. 135
¶ Vtrum extrema vnctio valeat ad remissionem peccatorũ. 135
Vtrum sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti. ibidem.
Vtrum hoc sacramentum characterem imprimat. ibidem.
¶ Vtrum oleũ oliuæ sit conueniens materia huius sacramẽti. 136
Vtrum oporteat esse oleum consecratum. 136
Vtrum oporteat esse consecratum ab Episcopo. ibidem.
¶ Vtrum hoc sacramẽtum habeat determinatam formam. ibidẽ.
Vtrum forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam vel deprecatiuam. 137
Vtrum oratio illa. Per istam vnctionem &c. sit competens forma huius sacramenti & de partibus eius. 137

QVAESTIO II.

Vtrum laicus possit conferre hoc sacramentum. 137
Vtrum diaconi possint. ibidem.
Vtrum solus episcopus possit. ibidem.
¶ Vtrum sanis debeat conferri hoc sacramentum. ibidem.
Vtrum in qualibet infirmitate conferendum sit. ibidem.
Vtrum furiosis & amentibus debeat dari. ibidem.
Vtrum debeat dari pueris. ibidem.
¶ Vtrum totum corpus iungi debeat in hoc sacramento. 138
Vtrum conuenienter ordinatur sic quòd tantum oculi & nares & pedes inunguntur &c. 138
Vtrum mutilati vel carentes illis membris inungendi sint in illis locis. 138
¶ Vtrum hoc sacramentum debeat iterari. ibidem.
Vtrum in infirmitate eadem debeant iterari. ibidem.

DISTINCTIONIS XXIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum in ecclesia debeat esse sacramentum ordinis. 139
Vtrum diffinitio qua diffinitur ordo. Ordo est signaculũ &c. sit conueniens secundum omnes partes suas. 139
Vtrum ordo sit sacramentum. ibidem.
Vtrum forma huius sacramenti conuenienter exprimatur in littera. ibidem.
Vtrum hoc sacramentum habeat materiam. ibidem.
¶ Vtrũ in sacramento ordinis conferatur gratia gratũ faciẽs. 141
Vtrum in hoc sacramento imprimatur character. 141
Vtrũ character ordinis præsupponat characterem baptismalẽ. ibi.
Vtrum de necessitate præsupponat characterẽ cõfirmationis. ibi.
Vtrum character vnius ordinis de necessitate præsupponat characterem alterius ordinis. ibidem.
¶ Vtrum in suscipientibus ordines requirenda sit beata vita. 141
Vtrum in scientia totius sacræ scripturæ in ordinandis requiri debeat. 141
Vtrum aliquis ex ipso merito vitæ ordinem consequatur. ibidẽ.
Vtrum promouens indignos ad ordines peccet. ibidem.
Vtrum aliquis in peccato existens posit sine peccato vti ordine suscepto. ibidem.

QVAESTIO II.

Vtrum in hoc sacramento debeant esse plures ordines. 142
Vtrum debeant esse tantum septem ordines vel plures. 142
Vtrum conuenienter distinguãtur per sacros & nõ sacros &c. 142
Vtrum actus ordinum conuenienter assignetur cuilibet ordini per Magistrum in littera. 143
¶ Vtrum character sacerdotis imprimatur in ipsa calicis datione. 143

QVAESTIO III.

Vtrum ordinati debeant habere coronæ rasuram. 144
Vtrum corona sit ordo. 144
Vtrum per acceptionem coronæ abrenunciet corporalibus bonis. ibidem.
¶ Vtrum supra sacerdotalem ordinẽ debeat esse potestas episcopalis. ibidem.
Vtrum episcopatus sit ordo. ibidem.
Vtrũ supra episcopos posit esse aliqua potestas superior. ibidẽ.
¶ Vtrum vestes ministrorum conuenienter instituæ sint. 145

DISTINCTIONIS XXV.

QVAESTIO I.

Vtrum tantũ episcopus ordinis sacramẽtum conferre posit. 145
Vtrum heretici & ab ecclesia præcisi posint ordinare. 146

QVAESTIO II.

Vtrũ sexus fœmineus impediat ordinis susceptionem. 146
Vtrum pueri & qui carent vsu rationis impediantur. ibidem.
¶ Vtrum seruitus impedit a susceptione ordinis. 147
Vtrum propter homicidium aliquis impediatur. ibidem.
Vtrum illegitime nati impediantur. ibidem.
Vtrum propter defectum membrorum quis impediatur. ibidem.

QVAESTIO III.

Vtrum diffinitio de simonia sit cõpetens secundũ oẽs partes. 147
Vtrum simonia sit heresis. ibidem.
Vtrum simoniacus perdat executionem ordinis. ibidem.
¶ Vtrum sacramenta posint emi & uendi sine simonia. 148
Vtrum in emptione & venditione aliorum spiritualium committatur simonia. 148
Vtrum committatur simonia in emptione & uenditione eorum quæ spiritualibus sunt annexa. ibidem.
¶ Vtrum istis tribus modis posit committi simonia, scilicet lingua, manu & obsequio. 149

DISTIN-

DISTINCTIONIS XXVI.

QVAESTIO I.

Vtrum matrimonium sit naturale vel de iure naturali. 150
¶ Vtrum matrimonium adhuc maneat sub præcepto. 150
¶ Vtrum actus matrimonialis semper sit peccatum. ibidem
¶ Vtrum actus matrimonii possit esse meritorius. 151

QVAESTIO II.

Vtrum matrimonium sit sacramentum. 151
¶ Vtrum matrimonium debuit institui ante peccatum, & quando fuit institutum. ibidem
¶ Vtrum conferat gratiam. 152
¶ Vtrum carnalis cõmixtio sit de integritate matrimonii. ibid

DISTINCTIONIS XXVII.

QVAESTIO II.

Vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis. 153
Vtrum matrimonium congrue nominetur. 153
Vtrum conuenienter diffiniatur matrimonium a Magistro in littera. ibidem
¶ Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonii. ibidem
Vtrum consensus oporteat per verba de præsenti exprimi. ibidẽ
Vtrum consensus per verba de futuro faciat matrimonium. 154
Vtrum consensus per verba expressus sine interiori consensu faciat matrimonium. 154
Vtrum post carnalem copulam alter coniugum religionem possit intrare alio inuito. 154
Vtrum ante carnalem copulam possit intrare. ibidem
Vtrum mulier possit nubere alteri, si vir religionem ingrediatur ante carnalem copulam vel econuerso. ibidem

QVAESTIO II.

Vtrum conuenienter sponsalia describantur quòd sint futurarũ nuptiarum promissio & de partibus eius. 145
¶ Vtrum conuenienter tempus septennii sponsalibus contrahendis assignetur. 155
¶ Vtrũ spõsalia dirimi possint altero religionẽ intrante. ibid.
Vtrum posit dirimi altero ad regiones longinquas eunte. ibid.
Vtrum dirimãtur per ægritudinem quam aliquis incurrit post contracta sponsalia. ibidem
¶ Vtrũ dirimantur per affinitatem interuenientem. ibidem
Vtrum possint seinuicem absoluere. ibidem
Vtrum dirimantur sponsalia propter vnius coniugum fornicationem. ibidem
Vtrum contractum cum alio vel alia per verba de præsenti dirimantur. ibidem
Vtrum per effectum ætatis dirimi possint. ibidem

QVAESTIO III.

Vtrum illi bigamiæ quæ est ex hoc quòd aliquis duas vxores successiue habuit, sit irregularitas annexa. 156
Vtrum incurrat irregularitatem qui simul duas vxores habuit vel successiue. 156
Vtrũ aliqs fiat irregularis ex hoc quod ducit vxorẽ nõ virginẽ. ibi.
¶ Vtrum bigamia soluatur per baptismum. 157
¶ Vtrum cum bigamo liceat dispensare. 157

DISTINCTIONIS XXVIII.

QVAESTIO I.

Vtrum iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro faciat matrimonium. 157
¶ Vtrum carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia faciat matrimonium. 158
¶ Vtrum consensus factus in occulto per verba de præsenti faciat matrimonium. 158
¶ Vtrum consensus qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam. 158

DISTINCTIONIS XXIX.

QVAESTIO I.

Vtrum aliquis consensus posit esse coactus. 159
¶ Vtrum coactio vel metus cadat in constantem virum. 159
¶ Vtrum consensus coactus tollat matrimonium. 159
Vtrũ cõsensus coact⁹ saltẽ ex parte cogẽtis faciat mrimoniũ. 160
Vtrum per consensum conditionatum fiat matrimonium. 160
¶ Vtrũ aliqs præcepto patris posit compelli ad cõtrahendũ matrimonium. 160

DISTINCTIONIS XXX.

QVAESTIO I.

Vtrum error debeat poni impedimẽtũ matrimonii per se. ibidẽ
¶ Vtrum omnis error matrimonium impediat. ibidem
¶ Vtrũ posit esse vbi est cõsensus propter honestam causã. ibi.

QVAESTIO II.

Vtrum beata Virgo debuerit virginitatem vouere. 161
Vtrum debuerit matrimonio esse iuncta. 161
Vtrum causæ matrimonii beatæ Virginis ĩ littera assignatæ sint conuenientes, & generaliter quæritur de causis matrimonii, & sufficientia. ibidem
¶ Vtrum matrimoniũ illud beatæ Virginis fuerit perfectũ. 162
¶ Vtrum matrimonium illud aliquando fuerit consũmatũ. 162

DISTINCTIONIS XXXI.

QVAESTIO I.

Vtrum matrimonium debeat habere aliqua bona quibus causetur, & quæ sint illa bona. 163
¶ Vtrum conuenienter assignentur illa bona matrimonii, fides proles, & sacramentum. ibidẽ
¶ Vtrum sacramentum sit principalius bonum inter matrimonii bona. 167

QVAESTIO II.

Vtrum actus matrimonii possit excusari per illa bona. 165
¶ Vtrum actus matrimonii possit excusari sine illis bonis. 165
¶ Vtrum vir peccet mortaliter quotiescunque cognoscit vxorem suam vel econuerso, non intendens aliquod bonum matrimonii, sed solam delectationem. ibidem

DISTINCTIONIS XXXII.

QVAESTIO I.

Vtrum alter coniugum tenetur alteri ad redditionem debiti ex necessitate præcepti. 166
¶ Vtrum vir teneatur reddere vxori debitum non petenti. 166
Vtrum liceat mulieri menstruatæ debitum petere. ibidem
Vtrum mulieri mẽstruatæ debeat reddere debitũ petẽti. ibidem
Vtrum vir & mulier sint in actu matrimonii æquales. 167
¶ Vtrum vir & mulier posint votum committere contra debitum matrimonii sine consensu mutuo.
¶ Vtrum temporibus sacris posit aliquis impediri ne debitum petat vel reddat. ibidem
Vtrum mortaliter peccet petendo in tempore sacro. ibidem
Vtrum teneatur reddere in tempore sacro. ibidem
Vtrũ nuptiæ sint prohibendæ tpib⁹ in litera determinatis. ibid.

DISTINCTIONIS XXXIII.

QVAESTIO I.

Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ. 168
¶ Vtrum habere plures vxores potuerit aliquãdo esse licitũ. 169
¶ Vtrum habere concubinam sit contra legem naturæ. 169
Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale. ibidem
Vtrum fuit aliquando licitum habere cõcubinam. ibidem

QVAESTIO II.

Vtrum inseparabilitas viri & vxoris sit de lege. 170
¶ Vtrũ vxorẽ dimittere p dispẽsationẽ licitũ esse poterit. 170
Vtrum sub lege Moysi fuerit licitum dimittere vxorem. 171
Vtrum liceat vxori repudiatæ accipere alium. 171
Vtrum liceat viro repudiatam a se recipere iterum. ibidẽ
¶ Vtrũ cã permissionis libelli repudii fuerit vxoris odiũ. ibidem
Vtrum causæ repudii debeant in libello scribi. ibidem

QVAESTIO III.

Vtrum bene diffiniatur virginitas quòd est in carne incorruptibili &c. & de partibus diffinitionis. 172
Vtrum virginitas sit virtus. 172
Vtrum virginitas sit maior omnibus virtutibus. 173

DISTINCTIONIS XXXIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum matrimonio debeant aliqua impedimẽta assignari. 174
¶ Vtrum frigiditas matrimonium impediat contrahendum & contractum.
¶ Vtrum maleficium impedimentum esse posit. 175
¶ Vtrum furia matrimonium impediat. 175
Vtrum incestus quo quis cognoscit sororem vel cõsanguineam vxoris vel econuerso, sit impedimentum dirimens. ibidem

DISTINCTIONIS XXXV.

QVAESTIO I.

Vtrum propter fornicationem liceat viro vxorẽ dimittere. 176
Vtrũ vir teneatur ex præcepto vxorẽ fornicariã dimittere. 176

¶ Vtrum

¶Vtrum proprio iudicio possit vir vxorem fornicantem dimittere absque requisitione ecclesiæ. ibidem
¶Vtrum vir & vxor in cã diuortij debeãt ad paria iudicari. 177
¶Vtrum post diuortium vir alteri nubere possit. 177
¶Vtrum post diuortium vir & vxor possint reconciliari. 178

DISTINCTIONIS XXXVI.

QVAESTIO I.

¶Vtrum conditio seruitutis impediat matrimonium. 178
¶Vtrum seruus possit matrimonium contrahere sine consensu domini. ibidem
¶Vtrum aliquis postquàm vxoratus est possit se seruum facere sine consensu vxoris. 179
¶Vtrum filij debeant sequi conditionẽ patris vel matris. ibidẽ
¶Vtrum defectus ætatis sit impedimentum matrimonij. ibidẽ

DISTINCTIONIS XXXVII.

QVAESTIO I.

¶Vtrum ordo impediat matrimonium. 180
¶Vtrum aliquis post matrimonium sacrum ordinem suscipere possit. 180

QVAESTIO II.

¶Vtrum viro liceat vxorem interficere in adulterio comprehensam. ibidem
¶Vtrum vxoricidium impediat matrimonium. 181

DISTINCTIONIS XXXVIII.

QVAESTIO I.

¶Vtrum votum conuenienter a Magistro diffiniatur, & de partibus diffinitionis. 181
Vtrum votum tantum sit in meliori bono ibidem
Vtrum ille qui non est sui iuris possit aliquid vouere. ibidem
¶Vtrum votũ cõuenienter diuidatur in cõe & in singulare. 182
Vtrum votum cõuenienter diuidatur in priuatũ & solẽne. 182
Vtrum votum solemnizetur per professionem ad certam regulam, & per ordinis sacri susceptionem. ibidem
¶Vtrum votũ obliget vt semper necesse sit illud obseruari. 183
Vtrum per obligationẽ voti simplicis matrimoniũ dirimat. 183
Vtrum solemne votum dirimat matrimonium. ibidem.
¶Vtrum in voto possit fieri dispensatio. 184
Vtrum quilibet prælatus possit in voto dispensare. 184
Vtrum aliquod votum possit commutari. ibidem
Vtrum aliquis propria auctoritate possit votũ cõmutare. ibidẽ
¶Vtrum virginibus vouentibus continentiam speciale velum debeatur. ibidem

QVAESTIO II.

¶Vtrum diffinitio data de scandalo quæ ponit Mat. 18. sup illud. Vęh mundo a scandalis, sit competens secundum omnes partes suas. 185
¶Vtrum scandalum sit peccatum. 185
Vtrum sit speciale peccatum, ibidem
Vtrum semper sit mortale peccatum. ibidem
¶Vtrum scandalum passiuum sit semper pusillorum. 186
Vtrum perfectis competat scandalum actiuum. 186
Vtrum soli perfecti possint scandalizare. ibidem
¶Vtrum veritas sit propter scandalum dimittenda. ibidem
Vtrum consilia sint dimittenda propter scandalum. ibidem.
Vtrum res temporales sint propter scandalum dimittẽdæ. ibidẽ

DISTINCTIONIS XXXIX.

QVAESTIO I.

¶Vtrum fidelis possit cum infideli matrimoniũ contrahere. 188
¶Vtrum inter infideles possit esse matrimonium. 188
¶Vtrum coniunx conuersus ad fidem possit commanere cum vxore infideli nolente conuerti. 189
¶Vtrum fidelis conuersus possit dimittere vxorẽ infidelem nolentem cohabitare sibi sine contumelia creatoris. 189
¶Vtrum fidelis conuersus ad fidem qui habuit vxorem infidelẽ, & eam dimisit, possit aliam vxorem ducere. 190
¶Vtrum alia vitia q̃ infidelitas soluant matrimonium. 190

DISTINCTIONIS XL.

QVAESTIO I.

¶Vtrum diffinitio qua diffinitur consanguinitas, q̃ consanguinitas est vinculum ab eodem &c. sit competens secundũ omnes partes. 191
¶Vtrum consanguinitas conuenienter distinguatur per lineas & gradus. 191
¶Vtrum consanguinitas de iure naturali matrimonium impediat. 192
¶Vtrum gradus consanguinitatis ab ecclesia potuerint taxari, maxime illi qui impediunt matrimonium. 192

DISTINCTIONIS XLI.

QVAESTIO I.

¶Vtrum affinitas ex matrimonio consanguinei causetur. 193
Vtrum affinitas maneat post mortem viri vel econuerso. 193
Vtrum illicitus concubitus causet affinitatem. ibidem
Vtrum ex sponsalibus aliqua affinitas contrahatur. ibidem
Vtrum affinitas sit causa affinitatis. ibidem
¶Vtrum affinitas matrimonium impediat. 194
Vtrum affinitas habeat per se ipsam gradus. ibidem
Vtrum gradus affinitatis extendatur sicut gradus consanguinitatis. ibidem
¶Vtrum filij qui nascuntur extra verum matrimonium sint illegitimi. 195
Vtrum filij illegitimi ex hoc debeant aliquod incommodum reportare. ibidem
Vtrum tales possint legitimari. ibidem
¶Vtrũ incestus differat specie ab aliis speciebus luxuriæ. ibidẽ
Vtrũ conuenienter Magister diuidat in litera spes luxuriæ. ibidẽ
Vtrum bene ordinet ista peccata luxuriæ. ibidem
¶Vtrum matrimonium quod est inter consanguineos & affines contractum semper sit dirimendum per diuortium. 196
Vtrum ad dirimendum tale matrimonium, per viam accusationis sic procedendum. 196
Vtrum in tali causa procedendum est per testes. ibidem

DISTINCTIONIS XLII.

QVAESTIO I.

¶Vtrum spiritualis cognatio matrimonium impediat. 197
¶Vtrum per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur. 197
¶Vtrum spiritualis cognatio contrahatur inter suscipientem lẽ cramentum baptismi & leuantem de sacro fonte. 198
Vtrum cognatio spiritualis transeat a viro in vxorem. 198
Vtrum transeat ad filios carnales patris spirituales. ibidem

QVAESTIO II.

¶Vtrum conuenienter adoptio diffiniatur. 198
¶Vtrum per adoptionem contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium. 199
¶Vtrum talis cognatio sit tantum inter patrem adoptantem & filium adoptatum. 199

QVAESTIO III.

¶Vtrum secundæ nuptiæ sint licitæ. 199
¶Vtrum secundum matrimonium sit sacramentum. 199

DISTINCTIONIS XLIII.

QVAESTIO I.

Vtrum resurrectio corporum sit futura. 200
Vtrum resurrectio sit omnium generaliter. 200
Vtrum resurrectio sit naturalis vel miraculosa. ibidem
¶Vtrum resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis. 201
Vtrum vox tubæ sit causa resurrectionis nostræ. 201
Vtrum angeli operentur ad resurrectionem nostram. ibidem
¶Vtrum resurrectio debeat differri vsque ad finem mundi. 202
Vtrum tempus resurrectionis sit occultum vel manifestum. 202
Vtrum resurrectio fiet subito vel successiue. 202
Vtrum resurrectio sit noctis tempore. ibidem
¶Vtrum mors sit terminus a quo resurrectionis in oĩbus. 203
Vtrum resurrectio omnium sit a cineribus vel pulueribus. 203
Vtrum pulueres illi habeant naturalem inclinationem ad animam. 203
¶Vtrum post resurrectionem cognoscat quilibet homo omnia peccata quæ fecit. 204
Vtrum quilibet possit legere conscientiam alterius. 204
Vtrum ola merita vel demerita vno intuitu possint videri. ibidẽ

DISTINCTIONIS XLIIII.

QVAESTIO I.

Vtrum anima resumat idẽ corpus numero in resurrectione. 205
Vtrum idem corpus numero resurgat. 205
Vtrum oporteat pulueres ad easdem carnes, in quibus fuerant ante dissolutionem reuerti. 206
¶Vtrum omnia membra corporis humani resurgent. 206

Vtrum capilli & vngues resurgent in homine. 206
Vtrum humores in corpore resurgent. ibidem
Vtrum totum quod fuit in corpore de veritate humanæ naturæ resurget in ipso. ibidem
Vtrum quicquid fuit materialiter in membris hominis totum resurget. ibidem
¶Vtrum omnes resurgent in eadem ætate. 208
Vtrum omnes resurgent eiusdem staturæ. 208
Vtrum omnes resurgent in sexu virili. ibidem
Vtrum omnes resurgent in vita animali. ibidem

QVÆSTIO II.

Vtrum corpora sanctorum post resurrectionem erunt passibilia 209
Vtrum impassibilitas in omnibus erit æqualis. 209
Vtrum impassibilitas sensum in actu a corporibus glorioſis excludat. ibidem
Vtrum sint ibi omnes sensus in actu. ibidem
¶Vtrum subtilitas quæ erit in corporibus glorificatis sit proprietas corporis glorificati, idest, vt sit subtilius luce & vento 210
Vtrum ratione huius subtiltatis cõpetat corpori glorioſo, q̃ sit in eodem loco cum corpore non glorificato. 210
Vtrum per miraculum possit fieri, q̃ duo corpora sint simul in eodem loco ibidem
Vtrum corpus glorioſum possit esse in eodem loco cum alio glorioſo. ibidem
Vtrum ex subtilitate sua careat necessitate existendi in æquali loco ibidem
Vtrum corpus glorioſum ratione suæ subtilitatis sit impalpabile. ibidem
¶Vtrum corpora glorioſa futura sint agilia. 213
Vtrum corpora illa sua agilitate vtantur, vt, s. moueantur. 213
Vtrum moueantur in instanti. ibidem
¶Vtrum corporibus glorioſis conueniat claritas. 214
Vtrum claritas corporis glorioſi possit videri ab oculo non glorioſo. 214
Vtrum corpus glorioſum necessario videatur a corpore non glorioſo, ibidem

QVÆSTIO III.

Vtrum corpora damnatorum resurgent cum deformitatibus suis. 215
Vtrum corpora damnatorum erunt corruptibilia. 215
Vtrum futura sint impassibilia. ibidem
¶Vtrum ignis infernalis quo corpora cruciabuntur sit corporeus. 216
Vtrum ignis ille sit eiusdem speciei cum igne quẽ videmus. 216
Vtrum ignis ille sit sub terra. ibidem
¶Vtrum potentiæ sensitiuæ remaneant in anima separata. 217
Vtrum actus sensitiuarum potentiarum remaneant. 217
Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo. ibidem

DISTINCTIO XLV.

QVÆSTIO I.

Vtrum aliqua receptacula assignẽtur animabus post mortẽ. 219
Vtrum aliquæ animæ statim post mortem deducantur in cælum, vel in infernum. 219
Vtrum animæ in paradiso, vel in inferno existentes egredi valeant. ibidem
¶Vtrum limbus inferni sit idem quod sinus Abrahæ. 220
Vtrum limbus sit idem quod infernus damnatorum. 220
Vtrum limbus patrum sit idem quod limbus puerorum, ibidem
¶Vtrum tot receptacula debeant distingui, 221

QVÆSTIO II.

Vtrum suffragia quæ per vnum hominem fiunt alii prodesse possint. 221
Vtrum opera viuorum mortuis prosint. 221
Vtrum suffragia per peccatores facta mortuis prosint. ibidem
Vtrum suffragia a viuis facta ipsis factoribus prosint. ibidem
¶Vtrum suffragia prosint existentibus in inferno. 222
Vtrum prosint existentibus in purgatorio. 222
Vtrum suffragia valeant pueris existentibus in limbo. ibidem
Vtrum aliquo modo prosint existentibus in patria. ibidem
¶Vtrum sola tria quæ dicit Aug. oratio ecclesiæ, sacrificium altaris, & eleemosynæ prosint mortuis. 223
Vtrum indulgentiæ quas facit ecclesia prosint defunctis. 223
Vtrum cultus exequiarum defunctis prosint. ibidem
¶Vtrum suffragia quæ fiunt pro vno defuncto magis prosint ei pro quo fiunt quàm aliis, ac si pro vnoquoque fierent. 224
Vtrum suffragia facta pro multis tantum valeant singulis, ac si pro vnoquoque singulariter fierent. 224
Vtrum tantum valeant suffragia communia illis pro quibus speialia non fiunt, quantum illis pro quibus fiunt valent specialia & commnnia simul. ibidem

QVÆSTIO III.

Vtrum orationes viuorum a sanctis cognoscantur. 225
¶Vtrum debeamus iterpellare sanctos ad orãdũ pro nobis. 225
¶Vtrum orationes sanctorum ad Deum fusæ pro nobis semper exaudiantur. ibidem

DISTINCTIO XLVI.

QVÆSTIO I.

Vtrum Deo iustitia debeat attribui. 226
Vtrum secundum eandem rationem dicantur in Deo bonitas & iustitia. 226
Vtrum in Deo sit eadem ratio iustitiæ & veritatis. ibidem
¶Vtrum opus Dei dicatur iustũ ex hoc solo, q̃ est ei placitũ 227
Vtrum Deus possit prætermittere aliquid totum, quæ concurrũt ad iustitiam ex parte operis eius. 227
Vtrum Deus puniat aliquem nisi pro peccato. ibidem
Vtrum Deus agat iustius cum vno homine q̃ cum alio. ibidem
¶Vtrum ex diuina iustitia infligatur peccatoribus pœna æterna, 227

QVÆSTIO II.

Vtrum in Deo sit ponere misericordiam. 229
Vtrum in Deo secundum eandem rationem dicatur misericordia & bonitas. 229
Vtrum opus diuinæ misericordiæ ad attributum potentiæ reducatur, ibidem
¶Vtrum Deus misericordiam suam semper exhibeat in hoc, q̃ punit citra & remunerat supra condignum. 230
Vtrum in omni opere dei misericordia & veritas cõiungatur 230
Vtrum in omni opere Dei principalior sit iustitia, quàm misericordia, ibidem
¶Vtrum per misericordiam diuinam omnis pœna tam hominũ quàm dæmonum terminetur. 231
Vtrum diuina misericordia saltem homines in æternum permittat punire. 231
Vtrum christianorum pœna per diuinam misericordiam terminetur. ibidem
Vtrum saltem qui opera misericordiæ faciunt, non puniantur æternaliter. ibidem

DISTINCTIO XLVII.

QVÆSTIO I.

Vtrum generale iudicium futurum sit 233
Vtrum iudicium disceptationis fiet per locutionem vocalẽ. 232
Vtrum tempus futuri iudicii sit ignotum. 232
Vtrum aliqui homes iudicaturi sint cum Christo. 233
Vtrum voluntarię paupertati correspõdeat iudiciaria potestas. 233
Vtrum angeli debeant iudicare. ibidem
Vtrum post diem iudicii dæmones exequantur sententiam iudicis in damnatis, ibidem
Vtrum omnes homines in iudicio comparere debeant. 234
Vtrum aliqui boni iudicandi sint. 234
Vtrum aliqui mali iudicandi sint, ibidem
Vtrum angeli iudicandi sit in futuro iudicio. ibidem

QVÆSTIO II.

Vtrum aliqua mundi purgatio futura sit. 235
Vtrum hæc purgatio sit futura per ignem. 235
Vtrum ille ignis sit eiusdem speciei cum igne elemmẽtari. 235
¶Vtrum ille ignis conflagrationis purgaturus sit cælos superiores. 235
Vtrum consumpturus sit alia elementa. 236
Vtrum per ignem illum elementa omnia purganda sint 236
¶Vtrum ignis vltimæ cõflagrationis seq̃ debeat iudiciũ. ibidem
Vtrum per ignem illum consumendi sint homines, vt in litera dicitur. ibidem

Vtrum

Vtrum ignis ille debeat inuoluere malos. ibidem

DISTINCTIO XLVIII.

QVÆSTIO I.

Vtrum Christus in forma serui sit iudicaturus. 237
¶Vtrum apparere debeat in forma humanitatis gloriosa. 238
¶Vtrum diuinitas a malis sine gaudio videri possit. 338
¶Vtrum aduentum Domini ad iudicium præcedere debeant aliqua signa. 238
Vtrum circa diem iudicii secundum veritatem sol & luna obscurari debeant. 239
Vtrum veniente domino virtutes cælorum mouendæ sint. 239
Vtrum iudiciũ fiet in valle Iosaphat aut ĩ loco circũstãti. ibidem

QVÆSTIO II.

Vtrum mundus aliquando innouabitur. 239
¶Vtrum innouato mundo motus corporum super cælestium cessabit. 240
¶Vtrum corporibus cælestibus claritas augeatur per innouationem. 240
¶Vtrum elementa renouentur per receptionem alicuius claritatis. 241
¶Vtrum plantæ, & animalia remaneãt post innouationẽ. 241

DISTINCTIO XLIX.

QVÆSTIO I.

Vtrum beatitudo in bonis corporis consistat. 242
Vtrum beatitudo magis consistat in his, quæ sunt voluntatis q̃ in his quæ sunt intellectus. 242
Vtrum magis consistat in actu intellectus practici quàm speculatiui. 243
Vtrum beatitudo in hac vita habeatur. 243
¶Vtrum beatitudo sit quid creatum vel increatum. 244
Vtrum sit actus. 244
Vtrum beatitudo hominis sit idem quod vita æterna. 244
Vtrum sit idem quod pax. 244
Vtrum sit idem quod regnum dei. ibidem
¶Vtrum omnes appetant beatitudinem. 245
Vtrum aliquis possit miseriam appetere. 245
Vtrum aliquis appetendo beatitudinem mereatur. ibidem
Vtrum oẽ quod aliquis vult, propter beatitudinẽ velit. ibidem
¶Vtrum beatitudo sanctorum sit maior futura post iudicium quàm ante. 246
Vtrum beatitudo æqualiter participanda sit ab omnibus. 246
Vtrum gradus diuersi beatitudines mãsiones dici debeãt. ibidem
Vtrum mãsiones distingui debeãt penes grad⁹ charitatis. ibidem

QVÆSTIO II.

Vtrum intellectus humanus possit venire ad videndum Deũ per essentiam. 247
¶Vtrum sancti post resurrectionem Deum corporalibus oculis sint visuri. 249
¶Vtrum sancti videndo deum comprehendant ipsum. 249
¶Vtrum eorum, qui vident Deum per essentiam vnus alio videat perfectius. 250
¶Vtrum sancti videntes Deum per essentiam omnia videãt, quæ Deus in seipso videt. 250
¶Vtrum aliquis intellectus creatus ex propriis naturalibus possit Deum per essentiam videre. 251
¶Vtrum Deus in statu vie possit videri per essentiam. 252

QVÆSTIO III.

Vtrum delectatio sit passio. 253
Vtrum delectatio in parte intellectiua animæ, vel in aliis substantiis spiritualibus possit esse. 253
Vtrum delectatio sit in tempore. ibidem
Vtrum delectatio, & gaudium sint penitus idem. ibidem
¶Vtrum causa delectationis sit solum operatio cõnaturalis habitus non impedita. 254
¶Vtrum delectationi tristitia sit contraria. 255
Vtrum delectationi, quæ est in considerando sit aliqua tristitia contraria. 255
Vtrum tristitia fortius afficiat quàm delectatio. ibidem
¶Vtrum omnis delectatio sit bona. 255
Vtrum omnis tristitia sit mala. ibidem
Vtrum aliqua delectatio sit optimum. ibidem
¶Vtrum delectatiões corporales sint potiores spiritualibus. 256
Vtrum inter delectationes corporales sit potissima, quæ est secundum tactum. 256
Vtrum inter spirituales potior sit delectatio, quæ est in operibus actiuæ quàm quæ contemplatiuæ. ibidem
Vtrum in beatis hominibus sit æqualis delectatio. ibidem

QVÆSTIO IIII.

Vtrum in hominibus beatis ponendæ sint aliquę dotes. 257
¶Vtrum dos idem quod beatitudo sit. 258
¶Vtrum Christo competat habere dotes. 258
¶Vtrum angeli habeant dotes. 258
Vtrum cõuenienter ponantur tres animæ dotes, scilicet dilectio, visio, fruitio. 259
Vtrum sint aliquæ dotes in corpore præter dotes animæ. 259
Vtrum dotes corporis conuenienter assignẽtur quatuor. s. subtilitas, agilitas &c. ibidem

QVÆSTIO V.

Vtrum aureola sit aliud præmium ab essentiali præmio, quod dicitur aurea. 260
¶Vtrum aureola differat a fructu. 260
Vtrum conuenienter tres fructus tribus partibus cõtinentiæ debeantur. ibidem
Vtrum fructus soli continentiæ. ibidem
¶Vtrum virginitati debeatur aureola. 261
Vtrum martyribus aureola debeatur. 261
Vtrum doctoribus aureola debeatur. ibidem
¶Vtrum Christo aureola debeatur. 262
¶Vtrum angelis aureola debeatur. 262
Vtrum aureola corpori debeatur. ibidem
¶Vtrum conuenienter tres aureolæ assignentur, scilicet virginũ, martyrum, & doctorum. 263
Vtrum aureola virginũ sit potior, vel aureola doctorum, vel martyrum. 263
Vtrum vnus aureolam virginitatis, vel martyrii, vel doctoris alio excellentius habeat. ibidem

DISTINCTIO L.

QVÆSTIO I.

Vtrum anima separata possit aliquid intelligere. 264
¶Vtrum anima separata aliquid intelligat per species, quas corpori coniuncta abstraxit. 264
¶Vtrum anima separata singularia cognoscat. 265
¶Vtrum distãtia localis cognitionẽ aĩæ separatæ impediat 266

QVÆSTIO II.

Vtrum omnis voluntas damnatorum sit mala 266
Vtrum damnati aliquando pęniteant de malis quæ fecerũt. 266
Vtrum damnati recta ratione & deliberatiua possint velle se non esse. ibidem
Vtrum damnati vellent aliquos esse damnatos, qui damnati non sunt. ibidem
Vtrum damnati habeant odio deum. ibidem
Vtrum damnati demereantur. ibidem
¶Vtrum damnati possint vti notitia, quam in hoc mundo habuerunt. 267
Vtrum aliquando cogitent de deo. 267
Vtrum damnati gloriam beatorum visuri sint. ibidem
¶Vtrum damnati in inferno sola pœna ignis affligantur. 268
Vtrum vermis quo affliguntur sit uermis corporalis. 268
Vtrum fletus qui erit in damnatis erit corporalis. ibidem
Vtrum damnati sint in tenebris corporalibus. ibidem
¶Vtrum sancti videant pœnam damnatorum post diem iudicii. 268
Vtrum beatis miseriis damnatorum compatiantur. ibidem
Vtrum beati lætentur de penis impiorum. ibidem

Finis tabulę.

SCRIPTVM DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

IN QVARTVM LIBRVM SENTENTIARVM, MAGISTRI PETRI LOMBARDI.

PRÆFATIO.

Psal.106. MISIT verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum &c. Ex peccato primi hoĩs humanum genus duo incurrerat. s. mortem, & infirmitatem. Mortem, propter separationem a vitæ principio, de quo in psal. dicitur 36. Apud te est fons vitæ. Et qui separatur ab hoc principio, de necessitate moritur: & hoc factum est per primũ hominẽ. Vnde dicitur Ro.5. Per vnum hoĩem peccatum in mundũ intrauit, & per peccatum mors. Infirmitatẽ vero, propter destitutionem gratiæ, quæ est hoĩs sanitas, quæ petitur Hiere. 14. Sana me domine, & sanabor: & ideo in psalm. 6. dicitur. Miserere mei dñe, quoniam infirmus sum. Ad hoc autem sufficiens remedium haberi non poterat, nisi ex verbo dei, quod est fons sapientiæ in excelsis. Eccl. 1. & per cõsequens vitæ: quia sapientia vitam tribuit possessori. Eccl. 7. vnde dicitur Ioã. 5. Sicut pater suscitat mortuos, & viuificat: sic filius quos vult, viuificat. Ipsum etiam est virtus dei, quo omnia portantur. Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ: & ideo est efficax ad infirmitatem tollendam. vnde in psal. 32. dicitur. Verbo domini cæli firmati sunt. & Sap. 16. Neque herba, neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus dñe, qui sanat omnia. Sed quia viuus est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, vt dicitur Heb. 5. necessarium fuit ad hoc, ꝙ nobis medicinatã violenta proficeret, ꝙ ei carnis nostre infirmitas adiungeretur, vt nobis magis congrueret. Heb 3. Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret. Et propter hoc, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, Io. 1. Sed quia hæc medicina tãtæ est efficaciæ, vt omnes sanare possit. (Virtus autẽ exibat de illo, & sanabat omnes, vt dicitur Luc. 6.) ideo ab hac vniuersali medicina, & prima, aliæ particulares medicinæ procedunt vniuersali medicinæ conformes, quibus mediantibus virtus vniuersalis medicinæ proueniat ad infirmos. Et hæc sunt sacramenta, in quibus sub tegumento rerũ visibilium diuina virtus secretius operatur salutẽ, vt Aug. dicit. Sic ergo in verbis propositis tria tanguntur. s. cõfectio medicinæ, sanatio ab infirmitate, & liberatio a morte. Confectio medicinæ tangitur in hoc, quod dicit. Misit verbũ suũ: quod quidẽ referendum est & ad verbi incarnationẽ, quod dicit eo missum, quia caro factũ, Gal. 4. Misit deus filiũ suũ factũ ex muliere: & ad sacramentorũ institutionẽ, in qbus accedit verbũ ad elementũ, & fit sacramentũ, vt sic sit cõformitas sacramẽti ad verbũ incarnatũ. Sanctificatur. n. creatura sensibilis per verbũ dei, & orationẽ. 1. Timo 4. Sanatio aũt ab infirmitate pecccati, & reliquiarũ eius, tangitur in hoc, quod dicitur. Et sanauit eos: quę quidem sanatio per sacramenta fit, vnde ipsa sunt vnguenta sanitatis, quæ Christus quasi vnguentarius confecit Eccl. 38. vnde & in psal. 102. dicitur. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, quantum ad peccata: qui sanat omnes infirmitates tuas, quantum ad peccatorũ reliquias. Liberatio autem a morte tangitur in hoc, quod dicitur, Et eripuit eos de interitionibus eorũ. Et quia interitus in mortem violentã sonare videtur, ideo congrue ad pœnalẽ mortẽ referri potest: quia ratio pœnę est, vt contra volunta-

Luc. 10.

Aug. quod habetur ex 3. siue lib. super Leui. q. 80. to. 4. Aug. super Ioanné ca. 10. tra. 80. & habetur 1. q. 1. c. detrahi, ex Hom. 80.

LIBER QVARTVS SENTENTIARVM.

DISTINCTIO PRIMA.

De sacramentis, & signis sacramentalibus.

A

SAMARITANVS enim vulnerato approprians, curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit: quia contra originalis peccati, [b] & actualis vulnera, sacramentorum remedia Deus instituit. De quibus, quatuor primo consideranda occurrunt. Quid sit sacramentum. Quare institutum. C In quibus consistat, & conficiatur. Et quæ sit distantia inter sacramenta veteris & nouæ legis.

B tẽ sit, sicut ratio culpæ vt sit voluntaria: & ideo culpa ad infirmitatem reducitur, pœna ad mortem, quia via ad pœnam est culpa, sicut infirmitas ad mortẽ. Nõ solum autẽ separatio animæ a corpore mors dici potest, sed etiam omnes præsentis vitæ penalitates: & ideo pluraliter interitiones nominantur, sicut & 2. Corin. 11. In mortibus frequenter. A morte ergo corruptionis naturæ eripiet verbũ incarnatum per resurrectionem: quia in Christo omnes viuificabuntur &c. 1. Cor. 15. Esa. 26. Viuent interfecti mei &c. sed a mortibus pœnalitatũ, per gloriam: tunc. n. absorpta erit mors per victoriam. 1. Cor. 15. Et de his in psa. 102. dicitur. Qui redimit de interitu vitam tuã, quantum ad primum: qui coronat te in misericordia, quantum ad secundum. Sic ergo ex verbis propositis tria possumus accipere circa hunc quartum librum, qui præ manibus habetur. s. materiam, quia in eo agitur de sacramentis, & de resurrectione, & gloria resurgentium. Item, continuationẽ ad tertium librũ, quia in tertio agebatur de missione Verbi in carnem. In hoc autẽ libro de effectibus verbi incarnati, ut quartus respondeat tertio, sicut secundus primo. Item diuisionem istius libri. Diuiditur. n. in partes duas, in prima determinat de sacramentis: in secunda determinat de resurrectioue, & gloria resurgentium, 43. disti. ibi D *Postremo de conditione resurrectionis &c.* Item, prima diuiditur in duas. In prima determinat de sacramentis in generali: in secunda descendit ad sacramenta nouæ legis. 2. dist. ibi. *Iam ad sacramenta noua legis &c.* Prima in duas, in prima dicitur de quo est intentio: in secunda prosequitur, ibi. *Sacramentum est sacræ rei signum.* Circa primum, duo facit. Primo, proponit materiam, de qua agendum est. Secundo, ostendit quid de ea primo dicendum sit, ibi. *De quibus, quatuor &c. Sacramentum est &c.* Hic determinare incipit de sacramentis in communi, & diuiditur in partes duas. In prima, determinat de sacramentis secundum se: In secunda, de diuisione sacramenti in suas partes, ibi. *Duo autem sunt &c.* Prima in duas. In prima, ostendit quid est sacramentum: in secunda, necessitatem institutionis sacramentorum, ibi. *Triplici autem ex causa &c.* Prima in duas. In prima venatẽ genus sacramenti: in secunda differẽtias, ibi. *Signorum uero &c.* E Circa primum, duo facit. Primo, ponit sacramentum in genere signi. Secundo, diffinit signum, ibi. *Signum uero est res &c. Signorum uero &c.* Hic venatur differentias. Et primo vnam differentiam communem omnibus sacramentis, quæ est vt imaginem gerat. Secũdo, aliam quę est propria sacramentorum nouę legis, in quibus est perfecta ratio sacramenti. s. vt causa existat, ibi. *Sacramenutm enim proprie dicitur &c. Duo autem sunt &c.* Hic diuidit sacramentum in suas partes, & primo in partes integrales: secundo in partes subiectiuas, ibi. *Iam uidere restat, &c.* Et circa hæc duo facit. Primo, ostendit differentiam inter sacramenta veteris, & nouæ legis: secundo, determinat de quodam sacramento veteris legis, quod maxime cum sacramentis nouæ legis communicat, ibi. *Fuit tamen &c.* quarum prima pars cum præcedentibus est de lectione præsenti.

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, quid sit sacramentum.
¶ Secundo, de necessitate sacramētorum.
¶ Tertio, ex quibus cōsistat sacramentum.
¶ Quarto, de efficacia sacramentorum nouæ legis.
¶ Quinto, de efficacia sacramentorum veteris legis.

Aug.10.de Tri.c.5.

Augunst.de doc.Chris. lib.2.c.1.

Quid sit sacramentum.

SAcramentum est sacræ rei signum. Dicitur tamen sacramentum etiam sacrum secretum, sicut sacramentum diuinitatis, vt sacramentum sit sacrum signans, & sacrum signatum: sed nunc agitur de sacramento secundum, quod est signum. Item, Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Signum vero est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciés in cognitionem venire. Signorum

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum diffinitio sacramenti a Magistro conuenienter assignetur.

3.par.q.60 ar.1.& 2.& 64.ar.2.ad 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter diffiniatur sacramentum per hoc, quod dicitur. Sacramentum est sacræ rei signum. Sacramen ta.n.sunt alligamenta sanitatis, vt dicitur in glo. super illud. Psal.146. Qui sanat cōtritos corde: sed de ratione medicamenti non est, vt aliquid significet, sed solum, vt efficiat sanitatem. ergo sacramentum non est signum.

¶ 2 Præt. Omnes creaturæ sensibiles sunt signa inuisibilium diuinorum, vt patet Roman. primo, nec tamen dici possunt sacramenta. ergo male diffinitur sacramentum sacræ rei signū.

¶ 3 Præt. Serpens æneus, de quo dicitur. Num. 21. signum fuit sacræ rei. s. crucis Christi, nec tamen fuit sacramentum. ergo diffinitio prædicta est male data.

¶ 4 Pręt. Triplex est signum. s. demonstratiuum, quod est de præsenti: rememoratiuum, quod est de præterito: pronosticum, quod est de futuro: sed nullum istorum competit sacramento, cū quandoque recipiens sacramentum, gratiam non habeat, nec habuit, nec in posterū habiturus sit. ergo nō omne sacramentū est signū.

¶ 5 Præter. Signum contra causam diuiditur: sed aliquod sacramentum est causa. ergo nō omne sacramentum est signum.

II VLTERIVS. Videtur quòd male diffiniatur signum, cum dicitur. Signum est res præter speciem, quam ingerit & cæt. Vnum enim oppositorum non debet poni in diffinitione alterius: sed res & signa ex opposito diuiduntur, vt patuit in 1. di. primi libri. ergo res non debet poni in diffinitione signi.

In principio Ho. Et habetur etiam elicitur ex primo perihe.& 1.poster.ca.13. q.1.ar.3.ad secundum.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in libro priorum. Omnis effectus suę causæ signum esse potest: sed quidam effectus sunt spirituales, qui nullam speciem ingerunt sensibus. ergo non omne signum aliquam speciem sensibus ingerit.

¶ 3 Præt. Omnis locutio fit per aliqua signa: sed angeli loquuntur non prolato aliquo sensibili sermone, vt in 2. lib. d. 2. dictum est. ergo non omne signum est sensibile.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ hæc diffinitio male detur. Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, vt imaginem gerat, & causa existat. Sicut enim in litera dicitur, in duobus sacramenta consistunt, scilicet in rebus, & verbis: sed sicut res sunt visibiles, ita verba sunt audibilia. ergo debuit dicere, visibilis, & audibilis forma.

¶ 2 Præt. Omnis forma est intrinseca, vel exemplaris: sed sacramenta non sunt formæ intrinsecæ inuisibilis gratię, vt per se patet: nec iterum formæ exemplares, cū gratia visibilis non imitetur rem visibilem, sed econuerso. ergo sacramentum nullo modo est forma inuisibilis gratiæ.

Dist.4. q.1. proponendo ipsa.3.

¶ 3 Pręt. Character baptismalis est sacramentum, & res, vt infra dicetur, & similiter corpus Christi verum existens in altari: sed neutrum istorū est visibilis. ergo diffinitio non est bene data.

¶ 4 Præt. Imago est quod ad imitationem alterius fit: forma autem exemplaris est ad cuius imitationé aliquid fit. ergo non est idem forma, & imago respectu eiusdé: sed sacramentū est forma inuisibilis gratiæ. ergo non est imago respectu eiusdem.

¶ 5 Præt. In diffinitione generis non debet poni differentia constitutiua alicuius specierum, in quas diuiditur genus: sed esse cau-

F sam eius quod figurat, est differentia sacramentorum nouæ legis. ergo non debet poni in diffinitione cōmuni sacramenti.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ diffinitio quam ponit Aug. sit incompetens, scilicet. Sacramentū est, in quo sub tegumento rerum visibilium diuina virtus secretius operatur salutem. Occultatio enim manifestationi opponit: sed signum instituitur ad manifestandum. cum ergo tegumentum occultationem importet, videtur ꝙ male ponatur in diffinitione sacraméti.

Ex D. Augu. lib. q.84.

vero alia sunt naturalia, ut fumus, significans ignem? alia data. Et eorum quæ data sunt, quædam sunt sacramenta, quædam non. Omne enim sacramentum est signum, sed non econuerso. Sacramentum eius rei similitudinem gerit, cuius signnm est. Si enim G sacramenta non haberent similitudinem rerum, quarum sacramenta sunt, proprie sacramenta non dicerentur. Sacramentum enim proprie dicitur. quod ita signum est gratiæ dei, & inuisibilis gratiæ forma, vt ipsius

De cōse. dist. 2. signum.

¶ 2 Præt. Frequenter accipientes sacramenta, salutem non consequuntur. ergo operatio salutis non debet poni in diffinitione sacramenti.

¶ 3 Præt. In sanctis hominibus diuina virtus operatur ad salutem ipsorum, vt dicitur Esa.26. Omnia opera nostra operatus es in nobis: nec tñ sancti homines dicuntur sacramenta. ergo idem quod prius.

V VLTERIVS. Videtur ꝙ diffinitio Hug. de sancto Vict. sit incompetens, quæ talis est. Sacramentum est corporale, vel materiale elementum, extrinsecus oculis suppositum, ex institutione signans, ex similitudine repręsentans, & ex sanctificatione inuisibilem gratiam continens. Materia.n. non prædicatur de toto: H sed materiale elementum est materia sacramenti. ergo male ponitur in diffinitione sacramenti vt genus.

Vgo de sancto Vict. de sacra. p. 9. ca. 2. sed meli. lib. 1.

¶ 2 Præt. In quibusdam sacramentis non est elementum, sed elementatum, sicut in extrema vnctione est oleum. ergo diffinitio non est communis omnibus sacramentis.

¶ 3 Præt. Similitudo est rerum differentium eadem qualitas: sed non potest esse eadem qualitas rerum spiritualiū ad corporalia. ergo nec similitudo. ergo male dicit, ex similitudine repręsentāt.

¶ 4 Præt. Si est aliqua similitudo, illa est ex naturali proprietate materialis elementi. si ergo ex similitudine repræsentat, & idé est repręsentare, quod significare, vt potest patere per diffinitioné signi in litera positā. ergo sacramentū nō significat ex institutione.

RESPON. Dicendū ad primam quæstioné, ꝙ sacramentū ſm proprietaté vocabuli, videtur importare sanctitaté actiue, vt dicatur sacramentum, quo aliquid sacratur, sicut ornamentū, quo I aliquid ornatur: sed quia actiones actiuorū dñr esse proportionatæ conditionibus passiuorū, ideo in sanctificatione qua homo sanctificatur, debet esse talis sanctificandi modus, qui homini cōpetat ſm quod rationalis est: quia ex hoc est homo: inquantū auté est rationalis, habet cognitioné a sensibilibus ortā, vnde oportet ꝙ sanctificetur hoc modo, ꝙ sua sanctificatio sibi innotescat, p similitudines sensibiliū rerū, & ſm hoc inuenitur diuersa acceptio sacramenti. Aliqñ.n. sacramentū importat ré qua fit cōsecratio, & sic passio Christi dicitur sacramentū: & hæc est prima acceptio quā magister ponit. Aliqñ vero includit modū consecrationis, qui homini competit ſm quod causæ sanctificantes, & sua sanctificatio per similitudines sensibiliū sibi notificantur, & sic sacra nouæ legis sacramenta dñr: quia & cōsecrāt, & sanctitatem signant modo prædicto, & etiā primas sanctificationis causas significant, sicut baptismus significat, & puritaté designat, & mortis Christi signum est. Aliqñ etiā includit tantū significationem K prædictarū consecrationū, sicut signū sanitatis dicitur sanum, & hoc modo sacramenta veteris legis, sacramenta dicuntur, inquātū signāt ea quæ in Christo sunt gesta, & etiam sacramenta nouę legis. Relicto ergo primo modo dicendi sacramentū, quia de huiusmodi sacramentis dictū est in 3. li. de sacramentis, 2. & 3. modo dictis nō poterit alia cōmunis diffinitio assignari, nisi vt dicatur, Sacramentū est sacræ rei signū, nisi ꝙ oportet, vt subintelligatur talis modus significandi, qui est per similitudiné rei sensibilis, quod magister addit, vt. s. eius similitudiné gerat.

2. de anima tex. co.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quamuis significatio non sit de curatione curationis simpliciter, est tamen de ratione curationis talis, quæ fit per sacramenta, vt ex dictis patet.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ res sensibiles nō sunt signa diuinorū, vt sunt sacrantia, sed vt sunt in seipsis sacra: sacramentū auté debet intelligi signū rei sacræ, vt est sacrans: & ideo oportet ꝙ omnes res sensibiles sint sacramenta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis serpens æneus esset signum rei sacræ sacrantis, non tñ inquantum sacrans est actu: quia non adhoc adhibebatur vt aliquis sanctificationis effectus perciperetur, sed solum effectus exterioris curationis: & similis est ratio de imagine crucis, quæ ponitur tantū ad repræsentādū.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sacramenta nouæ legis tria signant, scilicet causam primam sanctificātem, sicut baptismus mortem Christi: & quantū adhoc sunt signa rememoratiua. Item signant effectum sanctificationis quam faciunt, & hæc significatio ē eis principalis: & sic sūt signa demōstratiua. Nec obstat, si aliquis sanctitatem non recipit, quia

imaginem gerat, & causa existat. Non ergo significandi tantum gratia sacramenta instituta sunt, sed etiam sanctificandi. Quæ enim significandi gratia tantum instituta sunt, solum signa sunt, & non sacramenta: sicut fuerunt sacrificia carnalia, & obseruantiæ cæremo-

B non est ex defectu sacramenti, quod quantum in se est, natum ergo gratiam conferre. Item signant finem sanctificationis, scilicet æternam gloriam: & quantum ad hoc sunt signa pronostica. Sacramenta vero veteris legis erant totaliter signa pronostica.

¶ Ad quintum dicendum, quòd signum quantum est in se, importat aliquid manifestum quo ad nos, quo manuducimur in cognitionem alicuius occulti. Et quia vt frequentius effectus sunt nobis manifestiores causis, ideo signum quādoq; cōtra causam diuiditur, sicut demonstratio quia, est quæ dicitur esse per signum a communi, vt in primo physicorum: demonstratio autem propter quid est per causam. Quādoque autem causa est manifesta quo ad nos, vtpote cadens sub sensu: effectus autem occultus, vt si expectatur in futurum, & tunc nihil prohibet causam signum sui effectus dici.

Tex. co. 4.

C AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut dictum est, signū importat aliquod notum quo ad nos, quo manuducimur in alterius cognitionem. Res autem primo notæ nobis, sunt res cadentes sub sensu, a quo omnis nostra cognitio ortum habet: & ideo signum quantum ad primam sui institutionem signat aliquam rem sensibilem, prout per eam manuducimur in cognitionem alicuius occulti: & sic magister accipit hic signum. Contingit autem aliquando, quòd aliquod magis notum quo ad nos, etiam si non sit res cadens sub sensu, quasi secundaria significatione dicatur signum: sicut dicit Philosophus in 2. ethic. quòd signum generati habitus in nobis, oportet accipere fientem in opere delectationem, quæ non est delectatio sensibilis, cum sit rationis.

3.& 6. c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diffinitio illa non est per oppositas res, sed per oppositas rationes: vnde etiam ibidem dictum est, quòd omne signum est res.

D ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in rebus intelligibilibus fit processus ab his quæ sunt notiora simpliciter, sicut patet in mathematicis: vnde ibi effectus non sunt signa causarum, sed in rebus sensibilibus.

¶ Ad tertium dicendum. similiter de locutione angelorum, ꝙ fit per ea quæ sunt notiora simpliciter: vnde non possunt proprie dici signa, sed quasi transumptiue.

AD TERTIAM quæstioné dicēdū, ꝙ illa diffinitio magistri, cōpletissime rōnem sacraméti designat, prout nunc de sacramentis loquimur. Ponitur. n. efficientia sanctitatis in hoc qđ dicitur, vt causa existat: & modus competens homini quātum ad cognitionem, in hoc quod dicit, inuisibilis gratiæ visibilis forma: & modus significationis homini connaturalis. s. ex similitudine sensibilium, in hoc qđ dicit, vt imaginé gerat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia visus est nobilior inter alios sensus, & plures differentias rerum ostendit, vt dicitur in primo metaph. ideo vt Aug. dicit, nomé visus ad omnes alios sensus extenditur: & ideo visibilis ponitur hic pro sensibili communiter.

In prohe. Eni Aug. li.10. Confessionum. ca.35. Tom. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd forma sumitur hic communiter pro figura, secūdum qđ est in quarta specie qualitatis, & non pro forma exemplari, quia per mutationem figuræ imaginibus aliquid repræsentamus: vel si sumatur pro forma exēplari, hoc esset inquantum sacramenta sunt quodāmodo causæ inuisibilis gratiæ: & ita in via generationis præcedunt, quā uis quantum ad institutionem imitentur.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd character baptismale, & corpus Christi verum, non dicuntur sacramenta nisi secundum quod coniunguntur signis sensibilibus.

¶ Ad quartum dicendum sicut ad secundum, ꝙ forma quæ est figura, non habet oppositionem ad imaginem, cum figura imago dicatur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ sacramentum non diuiditur per sacramenta veteris & nouæ legis, sicut genus per species, sed si-

A cut analogum in suas partes, vt sanum in habés sanitatem, & signās eam. Sacrm aūt simpliciter est quod causat sanctitatem: quod aūt signat tantum, nō est sacrm nisi ſm quid, & ideo esse causam potest poni in diffinitione sacramenti, sicut habens sanitatem in diffinitione sani.

niales veteris legis, quæ nunquàm poterant iustos facere offerentes. Quia, vt ait Apostolus, Sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationē carnis, non aiæ. Nam inquinatio illa erat contactus mortui. Vnde Aug.* Nihil

¶ AD QVARTAM quæstionem dicendū, ꝙ definitio illa Aug. si tñ in verbis illis sacrm definire intēdit, daf de sacro quantū ad id qđ est principale in rōne ipsius. s. cāre sanctitatem. Et quia sacra nō sunt primæ causæ sanctitatis, sed quasi causæ secundariæ & instrumētales, iō diffiniuntur sacra, vt sanctificationis instra. Actio aūt non attribuitur instro sed principali agenti, cuius virtute instrumenta ad opus applicantur, prout sunt mota ab ipso: & ideo sacramēta non dicit esse scrificantia, sed ꝙ in eis diuina virtus occulta exñs sanctificat.

ex q̄uolibet super li. Nume. c.33. Tom. 4.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ sacrm est causa & signū. Est quidem causa instrumentalis, & ideo virtus agentis principalis occulte in ipso operatur sicut virtus artis, vel artificis in serra: sed inquantū est signū, est ad manifestandū hmōi occultationem, vt sic ante significationem sit occultum, sed postquā significatio facta est, actu sit manifestum.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ hoc contingit per accñs ex defectu recipientiū: diffinitiones aūt recipiunt hoc quod p se est, sicut ꝙ ignis calefacit quātū ī se é, q̄uis expte passiui īpediri posset.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in scris deus operatur salutem sicut in instrumētis, quibus mediātibus salus causat: sed in hoībus sicut in subiectis recipientibus saluté: & iō rō nō sequitur.

AD QVINTAM quæstioné dicendū, ꝙ diffinitio Hug. de S. Vic. eadem est cū diffinitione, quam magister in litera ponit hoc excepto, ꝙ addit cām significationis quæ est institutio, & cām efficientiæ quæ est sanctificatio. Idem. n. est dictum, materiale elementum exterius oculis suppositum, & ex institutione signans, quod inuisibilis gratiæ visibilis forma: & ex similitudine repræsentans, idem est ei quod dicitur, vt imaginem gerat: & ex sanctificatione inuisibilem gratiam continens, idem est ei quod dicitur, vt causa existat.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut formæ artificiales sunt accñtales, tamen in artificialibus tota substantia est materia, & propter hoc prædicatur, vt dicatur phiala est aurū: ita etiam cum in sacramentis forma non det esse substantiale, sed accñtale in genere causæ & signi, non est inconueniens vt D materia sacramenti de ipso prædicetur, & in eius diffinitione sicut genus ponatur. hoc enim etiam in aliis accñtibus contingit, vt dicitur in 7. meta. vt cū dicitur, Simum est nasus curuus.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ elementum accipitur communiter pro quolibet corporali visibili siue sit elemētum simplex, siue elementatum, & vtitur tali modo loquendi propter verbū Aug. q. dicit. Accedit verbū ad elemētū, & fit sacrum. In baptismo. n. qui est sacrorum ianua, materia est elementū simplex.

Text.co.4.

Super ca.5. Io. trac.80.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ inter corporalia & spiritualia non attenditur similitudo per participationem eiusdem qualitatis, sed per proportionalitatem, quæ est similitudo proportionatorum, vt sicut se habet aqua ad delendas maculas corporales, ita gratia ad abluendū spirituales: & secundum hunc modum similitudinis transferunt etiam corporalia ad spiritualia.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ res sensibilis secundum prædictā similitudinem ex naturali proprietate pluribus est conformis: & ideo quantum est de se, æqualiter potest quodlibet illorum E signare. Ad hoc ergo ꝙ ad vnum determinetur, & sic sua significatio sit certa, oportet ꝙ accedat institutio, quæ ad vnum determinet: & si repræsentatio quę est ex similitudine naturalis proprietatis importet aptitudinem quandam ad signandam, attamen determinatio, & complementum significationis ex institutione est.

ARTICVLVS II.

b Vtrum sacramenta fuerint necessaria post hominis lapsum.

3.par.q.61 art. 3.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd sacramentis humanum genus etiam post lapsum non indigeat. Per gratiam. n. & virtutes peccati vulnera sanantur in nobis, quia gratia a sāctis dr sanitas, & decor animæ. Philosophus ét in 2. ethi. cōparat virtuté sanitati corpali. Cū ergo sacra sint īstituta vt medicīæ pcti, vt Hug. de S. Vic. dicit, vr ꝙ eis nō īdigeam.

ex 2. cap.

¶ 2 Præt. Cōtraria cōtrariis curantur: sed homo morbum peccati incurrerat, se per affectum rebus temporalibus subiiciendo. ergo videtur inconueniens modus curationis, vt sub rebus sensibilibus humilietur, sicut magister dicit.

¶ 3 Pręt. Id quod est causa occultationis & erroris, non prodest ad eruditionem: sed tradere spiritualia sub signis corporalibus est occultatio quędam spiritualium, vnde & pluribus est cā erroris: sicut patet de illis, q deum credebant per lineamenta corporalia distingui, propter modum loquendi symbolicū in scripturis. ergo non facit ad eruditionem nostram sacramentorum exhibitio, vt magister dicit.

aliud intelligo inquinationē, quā lex mundat, nisi cōtactum mortui hominis, quē qui tetigerat, immūdus erat septem diebus: sed purificabatur secundū legem die tertio. & septimo, & ita mundus erat, vt iam intraret in templum. Mundabant etiam interdū a corporali le-

¶ 4 Pręt. 1.Ti.6. corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: sed exercitatio quæ fit in sacramētis est corporalis, quia res quæ in vsum veniunt corporales sunt. ergo eis non indigemus propter exercitationem, vt iterum magister dicit.

Aug. cōtra Faustus li. 19.c.11. Sed contra. Aug. dicit contra Faustum, quòd omnis religio habuit aliqua signa exteriora, in quibus conueniebant ad eum colendū: sed in ecclesia dei post peccatum in hoc mundo peregrināte, est verissima religio. ergo oportet in ea esse hmōi signa, & hæc sunt sacramenta. ergo indigemus eis.

¶ 2 Præt. Medicina vulneri debet esse proportionata: sed vulnus peccati deuenerat in humano genere vsque ad corpus, in quo habitat lex peccati, vt dicitur Ro.7. ergo debuit medicina etiam per aliqua corporalia ei parari: sed hmōi sunt sacramenta. ergo sacramentis homo in statu naturæ lapsæ indiget.

II Vlterius. Videtur quòd etiam ante peccatum homo eis indiguisset. Homo enim etiam ante peccatum gratia indigebat, vt in 2. li. dictum est: sed sacramenta sunt instituta ad gratiæ collationem. ergo homo eis in statu innocentiæ indiguisset.

3. par.q.61 ar.2.& p.2. q.109.ex 1. & 2.art. dist. 24.ar. 4. ad 2. ¶ 2 Præt. Dion. in primo ca. ecclesiasticæ hierarchiæ assignat hanc causam institutionis hmōi sensibilium figurarum in sacramentis: quia per hmōi materiale nostrum melius reducitur ad spiritualia, pp cōnaturalitatem cognitionis nostræ ad sensibilia: sed homo in statu innocentiæ materialis erat, & ex sensibilibus cognitionem accipiens, propter quod etiam in paradiso dicitur positus ad operandum, vt naturales vires rerum experiretur. ergo & tunc indiguit huiusmodi sacramentis.

¶ 3 Præt. Matrimonium sacramentum quoddam est: hoc autē in paradiso fuit institutū in statu innocentiæ, vt patet Geñ.2. ergo in statu innocentiæ homo sacramentis indiguisset.

Hug. de S. Vic. libro 1. De sacramētis c.3. ante medium.& c.4. versus finē part.9. Sed contra. Matth.9. Non opus est sanis medico, nec etiam medicina: sed Hugo de sancto Vict. dicit, q sacramenta sunt vasa medicinalia. ergo non erant in statu innocentiæ necessaria, cum morbus non erat.

¶ 2 Pręt. Sacramenta virtutem sortiuntur ex passione Christi, vnde & de latere ipsius in cruce pendentis fluxisse dicuntur: sed si homo non peccasset, Christi passio non fuisset. ergo nec sacra.

III Vlterius. Videtur q in statu legis naturę sacramēta nō fuerunt. Necessaria: non minus.n. est necessaria eruditio quæ fit per præcepta, q̄ illa quæ fit per sacramenta sed præcepta non fuerunt alia data ad bene viuendum, præter ea, quibus naturali ratione ad bene viuendum informabantur. ergo videtur q nec sacramenta debuerunt pro tempore illo institui, cum ea lex naturalis non dictet: quod patet ex hoc, quòd nō sunt eadem apud omnes, & secundum omne tempus.

2 ¶ Præt. Sacramenta, quando instituta sunt, necessaria sunt ad salutem, vt patet Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit &c. sed ea quæ ante legem scriptam videntur esse sacramenta, erant voto celebrata & nō necessitate, vt Hugo. de sancto Vic. dicit. ergo nō erāt sacramenta, & per consequens nec necessaria.

lib.1. de sacramentis, par.11.c.3. 4.5.li.1. de sacramētis, par.8.c.12. Sed contra. Secundum Hug. Quādocunq; fuit morbus, fuit & medicina morbi: sed in statu legis naturæ erat morbus peccati. ergo necessaria erat sacramentorum medicina.

IIII Vlterius. Videtur q nec debuerunt supra illa sacramēta legis naturæ alia superaddi in lege Moysi. Quod.n. superadditur alteri, debet esse magis ad perfectionem accedens; sed sacramenta quæ fuerunt in lege naturæ erant propinquissima perfectis sacris, quæ sunt in lege noua, vt patet de oblatione Melchisedech. ergo non debuit fieri superadditio per legem Moysi.

¶ 2 Præt. Superadditio ad id quod bonū erat, vel mutatio eius, non debet fieri nisi propter meliorationem: sed sacra ueteris legis non habebant alium effectum meliorem effectu sacrorum nouæ legis, quia vtraque sacramenta significabant tantū. ergo non debuit fieri aliqua mutatio ipsorum, vel superadditio ad ea.

F Sed contra. Sacramenta, vt magister in litera dicit, ad eruditionem instituta sunt: sed secundum Grego. per incrementum temporum creuit scientia sanctorum patrum, & fides etiam magis explicata est, vt in 3.li.dist.25. dictū est. ergo oportuit in lege Moysi alia sacramenta addi sacramētis legis naturę. Gregorius

pra illa legalia: sed numq̄ ex operibus legis aliquis iustificatus est, vt ait Apost.* etiā si in fide, & in charitate fieret. Quare? quia imponit ea Deus in seruitutē, non in iustificationē, & vt figura futuri essent, volens sibiipsi potius offerri ea q̄ idolis. Illa ergo signa erant, sed ta-

V Vlterius. Videtur q i lege noua non debuerunt aliqua sacra remanere. Veniente.n. veritate, cessat figura: sed gratia & veritas iam per Christum Iesum facta est Io.1. non ergo indigemus sacris gratiam ipsius & veritatem signantibus. Ro.3. Gal.

G ¶ 2 Præt. Apostolus Gal.3. dicit, q antiqui patres erāt sub elemētis mundi seruientes, sicut pueri sub pædagogo vsque ad præfinitum tempus a patre: sed tempus plenitudinis est tempus incarnationis, vt ibidem dicitur. ergo cum sacramentum sit materiale elementum, videtur quòd ex tunc non debuerimus sub sacramentis salutem quærere.

Sed contra. Quando est tēpus medicandi, tunc magis necessariæ sunt medicinæ: sed tempus aptissimum spirituali medicationi est tempus gratiæ, vnde in psal.101. Tps miserendi, annus benignitatis dei dicitur. ergo in statu gratiæ maxime necessaria sunt sacramenta, quæ sunt medicinæ quædam.

Resp. Dicendum ad primā quæstionem, q sacramenta non erant necessaria necessitate absoluta, sicut necessarium est deum esse, cū ex sola diuina bonitate instituta sint, sed necessitate quæ H est ex suppositione finis: non ita tamen q sine his deus hominē sanare non posset, quia sacramentis virtutem suam non alligauit, vt in litera dicitur, sicut cibus necessarius est ad vitam humanam. Sed quia per sacramenta magis congrue fit hominis reparatio, sicut equus dicitur necessarius ad iter, quia in equo facilius homo vadit. Hmōi autem congruitatis causa potest accipi ex hoc, q homo per peccatum præcipue circa sensibilia corruptus erat, eis detentus ne in deum surgere posset. Erat autē prædicta corruptio quantum ad cognitionem: quia humana mens circa sensibilia tantum occupari nouerat intantum, vt quidam nihil extra sensibilia crederent: & si qui ad cognitionem intelligibilium peruenirent, ea secundum modum rerum sensibilium iudicabant. Similiter quantum ad affectionē, quia eis quasi summis bonis inhærebant, deo postposito: similiter etiam quantum ad actionem, quia homo eis inordinate vtebatur. Necessarium, I ergo fuit ad curationē peccatorū vt hō ex sensibilibus in spiritualia cognoscenda proficeret, & vt affectum quem circa ea habebat, in deum referret, & vt eis ordinate & secundum diuinam institutionem vteretur: & ideo necessaria fuit sacramentorum institutio, per quæ homo ex sensibilibus de spiritualibus eruditur, & hæc est secūda causa, quam magister ponit: per quæ etiā affectum, qui sensibilibus subiicitur, in dei reuerentiam referret, & hæc est prima causa: per quæ etiam circa ea in honorem dei excitaretur, & hæc est tertia causa.

Ad primum ergo dicendum, quòd gratia & virtutes sanant formaliter, sicut sanitas: sed sacramenta quodammodo effectiue, sicut medicinæ quædam. Vnde sicut non sequitur, Sanitas sanat, ergo medicinæ non sunt necessariæ: ita nec hæc, Gratia sanat, ergo sacramenta non sunt necessaria, sed magis posset contrarium concludi.

K ¶ Ad secundum dicendum, quòd per eadem contrario modo fit virtus, & corrumpitur, vt patet in secundo ethi. Cap.1. Vnde sicut corruptio virtutis facta est in homine per hoc, quòd se sub sensibilibus rebus humiliauit propter ipsa sensibilia: ita reparatio virtutis conuenienter fit per hoc, quòd homo sub eis humiliatur propter dei reuerentiam: & sic contraria contrariis curantur, quia contraria debent accipi circa idem.

¶ Ad tertium dicendum, q remanentibus insensibilibus, prædictus modus trahendi spiritualia est, occultus erroris occasio, Eccl. hi. cap.1. a quibus etiam congruum est sanctā occultare, vt Dio dicit: sed eis qui instruuntur ex sensibilibus spiritualem intellectum consurgere est valde congruus; quia est conformis naturali cognitioni, qua ex sensibilibus cognitionem intellectus accipit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd corporalis exercitatio secundū se accepta, ad modicum vtilis est in comparatione ad pietatem, vt ibi Apostolus intendit: sed si ei pietas adiungatur, sicut fit in sacramētis, quæ ad religionis pietatem pertinēt, est valdę vtilis.

Ad secundam questionem dicendum, quòd vtilitas sacramentorum est eruditio, & curatio. Quantum autem ad curationem omnibus patet, q non erant necessaria sacramenta in statu innocētiæ, cum tūc morbus non esset. Sed quidā dicunt q
erant

erāt necessaria quantū ad eruditionē: quia homo in statu etiā A illo sensibilibus vtebatur, & ita ex sensibilibus ei spiritualia signari congruebat. Sed hoc non vr̄ conueniens, quia significatio fit ad acquirendum cognitionem de eo quod significatur. Quàmuis autē in primo statu sensibilia cognosceret, & in eis etiā spiritualiū similitudines īspiceret: nondū ex sensibilibus spiritualiū cognitionem accepit, sed magis ex influētia diuini luminis, & ideo sacris ad eruditionē non indigebat. Et hoc etiā in litera magister vr̄ significare, quia refert hoc quod de eruditione dicit, ad defectū B cognitionis, qui est in statu peccati. Et ideo dicendum est cum aliis, q in statu innocentiæ sacramenta nō fuissent necessaria.

D.9. 190 740 1107

men sacramenta, licet minus proprie, in scripturis sæpe vocantur, quia signa erant rei sacræ, quam vtiq; ° non præstabant. Illa autem Apostolus opera legis dicit, quæ tantum significandi gratia, vel in onus instituta sunt.

Ad primum ergo dicendum, q sacra nō sunt instituta ad gratiā conferendā, nisi prout gratia est sanans formaliter morbū peccati: & sic in statu innocentiæ hō gratia non indigebat.

¶ Ad secundū dicendū, q in statu innocentiæ, superiores partes hoīs omnino inferioribus dominabantur: & ideo quàmuis hō haberet sensus, & materialis esset, non tn̄ intellectus ex sensibilibus cognitionem accipiebat, sed ex influētia diuini luminis habebat. Sed quia experientia etiā eorum quæ prius sciebamus, delectabilis est, ideo operabatur ad experiendum naturæ vires, non vt ex hoc habitum scientiæ acciperet, sed vt ex visione experimentali eorum quæ sciebat, delectaretur.

¶ Ad tertium dicendum, q matrimonium non fuisset in statu innocentiæ in remedium, sed in officium. Et quia sacra remedia sunt, ideo proprie loquendo, non fuisset sacramentum, C nisi forte inquantum rem sacram significabat, & non quidē vt illius sacræ rei. s. coniunctionis Christi & ecclesiæ per huiusmodi matrimonium homo in statu illo cognitionem accepisset, sed magis econuerso, ex cognitione prædictæ coniunctionis conuenientiam, & sanctitatem matrimonij cognouisset.

Ad tertiam quæstionē dicendum, q ea quę ab homine fiunt, a cognitione ortum oportet habere, aliàs non essent humana opera: vnde oportet q operatio cognitioni rn̄deat, sicut effectus causæ. In statu aūt legis naturæ non sufficiebat ad salutem sola naturalis cognitio, sed exigebatur fides aliquorū, quæ supra rationē sunt: & post lapsum exigebatur fides de reparatore, per quē erat medicina morbi. Et ideo in statu illo nō tantū erant necessaria opera, quæ sunt de dictamine legis naturalis, sed etiā alia quæ essent protestationes, & signa eorum, quæ ad reparationē pertinebant: & hæc erant illius temporis sacra, sicut sacrificia, decimæ, oblationes, & huiusmodi. D

Ad primum ergo dicendum, q præcepta, quæ ordināt ad bene viuendum, sunt præcepta legis naturæ, quæ respondent cognitioni naturali. Et quia cognitio naturalis sufficienter ea dictabat, nondum per contrariam cōsuetudinem omnino obtenebrata, ideo non erat tanta necessitas, vt eorū expressio fieret, sicut sacrorum, quæ supernaturali cognitioni respondent.

¶ Ad secundum dicendum, q ante legē scriptam erant quędā sacra necessitatis, sicut illud fidei sacrm̄, quod ordinabatur ad deletionem originalis peccati: & similiter pænitentia, quæ ordinabatur ad deletionem actualis: & similiter matrimoniū, quod ordinabatur ad multiplicationem humani generis. Sed sacrificia, & oblationes, & huiusmodi erant voluntatis & necessitatis in communi, vt scilicet aliquid facerent in protestationem fidei suæ, qua deo per latriæ religionem subiecti erant: sed in speciali erant voluntatis, vtrum scilicet deberēt sacrificia exhibere, vel oblationes, vel aliquid huiusmodi. E

Ad quartam quæst. dicendū, q cum sacrorum vsus fidei proportionaliter rn̄deat, sicut dictum est, oportuit q s̄m diuersum statū fidei diuersimode sacra traderentur. Vbi supra q.1. ar.2.q.1. Fides aūt quantum ad articulorum explicationē semper magis & magis creuit secundum propinquitatē temporis gratiæ, vt in 3. li. di.25. dictum est, & s̄m hoc oportuit sacra magis ac magis determinari. Et propter hoc, quia in Abrahā fides primo habuit quasi notabilē quantitatem, vt propter fidei religionē ab aliis separaretur (vn̄ & pater fidei dr̄) ideo sibi signaculū, siue sacrm̄ fidei determinatum fuit, s. circuncisio. Et quia tpe Moysi iam fides ad tantā quantitatem deuenerat, vt nō solum in vno homine refulgeret, vel in familia, sed in vna tota gente populo dei multiplicato: ideo oportuit & legem dari, quæ non nisi populo fieri potest (vnde legis positio est pars politicæ non iconomicæ, vel monasticæ) & sacramenta in speciali determinari & multiplicari: & propter hoc necessarium fuit in lege Moysi determinari sacrificia, oblationes, & decimas, quantum ad omnes singulares circunstantias, & matrimonia ordinari, & pænitentiæ satisfactiones distingui.

Ad primum ergo dicendum, q quàmuis oblatio Melchisedech perfectissime repręsentaret nostrū sacrificium quantū ad materiam, tn̄ etiā oportuit multas alias circunstātias repręsentari, sicut modū sumendi, & passionē Christi, cui* est memoriale, quæ explicite signant p agnū paschalē, & per alia legis sacramenta.

De causa institutionis sacramentorum.

Triplici autem de causa sacramēta instituta sunt, propter humiliationē, eruditionē, exercitationē. Propter humiliationem quidem, vt dū ho-

¶ Ad secūdū dicendū, q quàmuis nō sit facta melioratio per sacra veteris legis quātum ad alium effectum in genere. s. causare, facta est tn̄ quantū ad eundē effectū, qui est significare, inquantū expressius, & pluribus modis futura gratiæ significabantur sacra.

Ad quintam quæst. dicendū, q eadem fides est modernorum, & antiquorū, vt Aug. dicit, quia quē illi credebant venturū, nos credimus iam venisse: Super 10. cap. Ioan. tract.45. & ideo cum sacra fidei correspondeant, sicut protestationes ipsius, & ab ea sicut virtutē habentia, oportet q sicut antiqui patres redēptionis Christi participes effecti sunt per sacra, quæ erant signa futuri: ita & in nos redemptio eius perueniat mediātibus aliquibus sacramētis significātibus quod iam factū est, quę sunt sacra nouę legis.

Ad primum ergo dicēdū, q sicut dicit Dio. in eccles. hier. 3.cap. & 5. parte. Status nouę legis medius est inter statum veteris legis, & statum cælestis patriæ: & ideo etiā ea, quę sunt nouę legis, & sunt veritas respectu signorum veteris legis, & sunt figuræ respectu manifestæ & plenæ cognitionis veritatis, quæ erit in patria: & ideo adhuc oportet in noua lege, quòd maneant aliquę figuræ C quæ scilicet in patria, vbi erit plenaria perceptio veritatis, omnes figuræ cessabunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramenta legalia gratiam non continebant, & ideo Apostolus ibidem nominat ea egena & vacua: & propter hoc, qui eis subdebantur, erant sub elemētis pure corporalibus. Sed non est simile de sacramentis, quæ gratiam inuisibilem continent.

ARTICVLVS III.

c Vtrum sacramenta consistant in uerbis, & rebus.

Ad tertium sic proceditur. Videtur q sacramenta nō consistant in verbis, & rebus. 3.par.q.60. ar.5.& 6. Sacramentum.n. est aliquid D vnum: sed ex duobus, quæ non sunt coniuncta, nō potest aliquid vnum fieri, nec vnum potest esse forma alterius. cū ergo verba, & res sint omnino separata, vr̄ q ex eis non possit cōstare sacramentū, vt habeat pro forma verba, & res pro materia.

¶ 2 Præt. Sicut in sacramentis requiruntur verba, ita & facta quędam, vt dicit Hug. de san. Vict. sed facta non ponuntur de integritate sacramenti. ergo nec verba. Vgo de S. Vict. lib. 1. par.9. ca.6.

¶ 3 Præt. Sacramenta sunt ad significandum, & causandum: sed vtrumque horum potest fieri per res sine verbis. ergo sacramenta non consistunt in his duobus.

¶ 4 Præt. Sacramenta veteris legis erant signa nostrorum sacramentorum: sed in illis non erant aliqua verba determinata. ergo nec in nostris esse debent.

¶ 5 Præt. Pænitentia, & matrimoniū sunt quædam sacramenta: sed de integritate eorum non sunt verba aliqua. ergo hoc quod magister dicit, non est verum de omnibus sacramentis.

E Sed contra. Sacramenta ex similitudine repræsentant ea, quę circa Christum sunt gesta. ergo cū in Christo fuerit verbum rei sensibili adiunctum, oportet q hoc etiam fit in sacris.

¶ 2 Præt. Medicina debet proportionari morbo: sed morbus peccati hominem quantum ad animam, & corpus infecerat. ergo oportet in sacramentis esse verba, quæ respondeant animæ: & res, quæ respondeant corpori.

¶ 3 Præt. Secundum Hug. Sacramenta ex sanctificatione inuisibilem gratiam continent: sed creatura sanctificatur per verbū dei. 2. Tim.3. ergo oportet in sacramentis nō solum res, sed etiam verba esse. Vgo de S. Vict. lib. 1. de sacramētis par.9.c. 2. in fine.

Respon. Dicendum, quòd hoc est commune in omnibus sacramentis, quòd consistant in rebus sensibilibus inuisibilem gratiam signantibus. Sed hoc est speciale in sacramentis nouæ legis, quòd rebus verba addantur propter tres rationes. Prima est, quia hæc sacramenta non solum signāt opus redemptionis, quę per Christum est facta sicut alia sacramenta, sed etiam ab ipsa Christi passione fluxerunt: & ideo sicut

effectus proximi habẽt suæ causæ imaginem quantũ possunt, vt s. ex rebus & verbis consistant: sicut Christus ex verbo, & carne. Secunda ratio est, quia non solum sunt signa futurorũ, sicut sacramenta veteris legis, sed præsentium & præteritorũ, vt prius dictum est: quia possunt expressius significari, quàm futura, sicut & certius cognosci: & iõ significatio verborum, quæ est expressissima, adiungitur significationi rerũ. Tertia ratio est, q͂a gratiam continent ex sanctificatione, quæ fit per verbum dei, vt dictum est.

mo in sensibilibus rebus, quæ natura infra ipsum sunt, ex pręcepto creatoris se reuerendo subiicit, vt ex hac humilitate & obedientia Deo magis placeat, & vt apud eũ mereatur, cuius imperio salutem quærit in inferioribus se, & si non ab illis, sed per illa a Deo. Propter

3.par.q.60 art.1. Ad primvm ergo dicẽdum, q sacramentum est aliquid vnum in genere signi, vel causæ, quorum vtrumq; relationem importat. Non est autem inconueniens, vt quæ sunt in se distincta, vniantur in relatione ad aliquid vnum, sicut accidit de multis trahẽtibus nauim, qui sunt vna causa tractus nauis. Et sicut pater & mater sunt vnum in generatione, sic etiam verba & res sunt vnũ in causando & significãdo, & per consequens efficiunt vnum sacramentum. Et quia virtus causandi est in rebus ex verbis signantibus, vt dictum est: ideo verba sunt formalia, & res materiales per modum, quo omne completiuum forma dicitur.

Vbi supra. ¶ Ad secundum dicendum, q sicut Hug. de san. Vict. dicit, ad sacramenta concurrunt verba, & res, & facta: sed facta pertinẽt ad vsum, vel dispensationem sacramentorum, verba autem & res sunt de essentia sacramenti, & ideo magister in his duobus dicit constare sacramẽta, & non in factis. Vel dicendum, quòd facta ad res reducuntur.

¶ Ad tertium dicendum, q nec efficacia causandi, nec expressio signandi poterat esse in rebus, nisi verba adiungerentur, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, q non est similis ratio de sacramentis veteris & nouæ legis, vt ex dictis patet.

¶ Ad quintum dicendum, q matrimonium secundum quod est in officium, & pænitentia secundum quod est virtus, non habent aliquam formam verborũ: sed secundum quod vtrũq; est sacramentum in dispensatione ministrorum ecclesiæ consistens, vtrumq; habet aliqua verba: sicut in matrimonio sunt verba exprimentia consensum & iterum benedictiones ab ecclesia institutæ: in pænitentia autem est absolutio sacerdotis verbotenus facta.

ARTICVLVS IIII.

d *Vtrum sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ.*

3.p. q̃.62. art.1. Circa med. tom.1. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q sacramenta nouæ legis non sunt causa gratiæ. Dicit.n. Bern. in serm. de cæna domini. Sicut inuestitur canonicus per librũ, abbas per baculum, episcopus per anulum, sic diuisiones gratiarũ diuersis sunt traditæ sacramẽtis: sed liber nõ est causa canonicatus, nec anulus episcopatus. ergo nec sacramenta gratiæ.

¶ 2 Præt. Si sunt causæ gratiæ, oportet q sint ẽm aliquod gen⁹ causę: sed constat q non sunt materiales, nec formales, cũ sint extra essentiã gratiæ: nec iterũ sunt causæ finales, quia magis sacra propter gratiã habendam quæruntur, q̃ econuerso: nec iterum causæ efficientes, quia solus deus efficit gratiam, adeo q nec angelis, qui sunt nobiliores sensibilibus creaturis, hoc cõmunicatur. ergo nullo modo sacramenta sunt causa gratię.

Lib. 12. de gen. ad lit. cap.16. T.com.19. ¶ 3 Præt. Nobilius est agens patiente secundum Aug. in 12. super Gen & secũdum Philos. in 3. de aĩa Et iterũ causa dignior est effectu: sed tam anima rationalis, quàm gratia præualẽt sensibilibus elementis. ergo sacramentum quod est materiale elementum, vt prius dictum est, non potest agere in animam ad causandum gratiam in ipsa.

¶ 4 Præt. Omnis causa vel est vniuoca, vel æquiuoca. In causa autem ęquiuoca est aliquid nobiliori modo quàm in causatis, sicut calor in Sole, quàm in aere: in causa aũt vniuoca est aliq͂d eodem modo: sed gratia non est in sacramentis, neq; eodẽ modo vt in anima, neq; nobiliori modo. ergo non sunt causa gratiæ nec vniuoce, neque æquiuoce, & ita nullo modo.

¶ 5 Præt. Sacramenta non causant gratiam in anima per modum influentiæ, quia sic crearent ipsam: nec iterum educunt eam de potentia materiæ, quia gratia non est in potentia naturali materiæ. ergo nullo modo gratiam causant.

¶ 6 Præt. In sacramento altaris transubstantiatur panis in cor-
F pus Christi, quod non potest fieri nisi virtute infinita, qualis non est virtus formæ illius sacramenti. ergo virtus illa nõ causat dictam transubstantiationem, & eadem ratione nec alia sacramenta quod signant, causant.

SED CONTRA. Hæc differentia assignatur cõiter inter sacramenta nouæ legis & veteris, q sacramenta nouæ legis efficiũt quod figurant, quod sacramentis veteris legis non competit: figurant aũt sacramẽta inuisibilem gratiã. si ergo sacramenta nouæ legis gratiam non causant, non
G differunt in aliquo a sacramentis veteris legis.

eruditionem etiã instituta sunt, vt per id quod foris in specie visibili cernitur, ad inuisibilem virtutem, quæ intus est agnoscendam, mens erudiatur. Homo.n. qui ante peccatum sine medio Deum vidit, per peccatũ a Deo habuit, vt nequaquàm diuina quæat cape-

¶ 2 Præt. Aug. dicit, quòd aqua baptismi corpus tangit, & cor abluit: sed cor non abluitur nisi per gratiam. ergo sacramenta nouæ legis gratiam causant. Sup Io. tract. 80. & habetur 1. q.1.c. detrahe.

II 3. q. & ar. vbi supra. VLTERIVS. Videtur q in sacramẽtis non sit aliqua virtus specialis ad gratiam inducendam. Quod enim nõ est in aliquo genere entium, non est ens: sed huiusmodi virtus non potest reduci ad aliquod decem generum, quia non est forma substantialis, vt per se patet: neque in aliquo aliorum generum pręter qualitatem, nec etiam in qualitate, vt patet discurrẽti per quatuor species qualitatis. ergo non est ens.

¶ 2 Præt. Constat q sacra non habent a seipsis huiusmodi virtutem. si ergo est in eis, oportet q a deo habeant eam: nec est assignare, vt videtur, quando eis data sit. Non enim in ista institutione sacramentorum dari eis potuit, quia res istæ, & hæc
H verba tunc non erant, & nõ enti nihil datur: nec iterum quotidie eis dat hanc virtutem, quia creatio dicitur esse hoc tempore solum, quantum ad animas rationales, & quantum ad gratiam: nec alio modo potest eis dari, nisi in eis crearetur: nec iterum est probabile, q tam nobilis virtus crearetur in verbis, quæ statim esse desinunt, & res etiam in breui corrumpuntur. ergo nullo modo huiusmodi virtus est in sacramentis.

¶ 3 Præt. Dicta virtus nõ potest computari inter minima bona, quia sic ad gratiam inducendam, quæ est de maximis bonis, efficaciam non haberet: nec iterum inter media, cuiusmodi sunt animæ potentiæ, quibus homo bene, & male vtitur. Eadem ratione nec iterum inter maxima. cum ergo nõ sit gratia, neque virtus mentis. ergo non est aliquod bonum, & ita nihil est.

¶ 4 Præt. Omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis, & inde est quòd virtus spiritualis non po-
I test esse in re corporali: sed hæc virtus, quæ ordinatur ad gratiam inducendam, est maxime spiritualis. ergo non potest esse in rebus corporalibus.

¶ 5 Præt. Vnius sacramenti non potest esse nisi vna virtus, cum sit ad vnum effectum: sed vna virtus non potest esse in diuersis. ergo cum in sacramento sint plura, scilicet verba, & res, videtur quòd non possit in sacramento esse aliqua virtus ad gratiam inducendam.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit. Quæ est vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? ergo habet aliquam virtutem. Similiter etiam Beda dicit, q Christus tactu mũdissimæ suæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis. Vbi sup. Super Luc. cap.3.

¶ 2 Præt. Sacramenta medicinæ quædam sunt: sed omnis medicina habet aliquam virtutem, per quam sit efficax. ergo & in sacramentis est aliqua virtus.

III VLTERIVS. Videtur q hæc virtus non sit in sacramentis a
K passione Christi. Christus enim, secundum quod homo, nõ dat spiritum sanctum, neq; gratiam causat, vt in 1. lib. dis. 14. dictũ est: sed passio cõuenit ei secundum quod homo. ergo efficacia virtutis, quæ est in sacramentis ad gratiam causandam, nõ potest esse a Christi passione, sed ab eius diuinitate. q.3. ar.1. & 3.

¶ 2 Præt. Ro. 5. dicitur, q resurrexit propter iustificationẽ nostram: sed iustificatio fit per infusionem gratiæ. ergo magis a resurrectione sacramenta prædictam virtutem habent.

¶ 3 Præt. Sacramenta dicuntur a fide efficaciam habere: sed fides non solum est de passione, sed etiam de aliis articulis. ergo non solum a passione efficaciam habent.

SED CONTRA. Ro. 5. super illud, Similitudinem præuaricationis Adæ. glo. Ex latere Christi profluxerũt sacramenta, per quæ saluata est ecclesia: hoc autem factum est in passione. ergo ex passione efficaciam habent.

¶ 2 Præt. Sacramenta sunt medicinæ contra peccata: sed peccata sunt ablata per Christi passionem, quia mortuus est propter delicta nostra, Ro. 5. ergo a passione efficaciam habent.

VLTI-

IIII 3 par.q.62. art.1. VLTERIVS. Videtur q sacra nouæ legis non contineant gratiã. Idẽ.n. est subiectũ gratiæ, & gloriæ: sed nihil potest esse subiectum gloriæ, nisi creatura rationalis. ergo nec in sacramẽto, quod est materiale elementum, potest esse gratia. A

¶ 2 Si dicatur q gratia non est in sacramẽtis, sicut in subiecto, sed sicut in vase. Cõtra. Esse in vase signat esse in loco, secundum Philos. in 4. phys. sed accidenti nõ competit esse in loco. ergo nõ potest esse verũ quod dictum est. T.com.23.

re, nisi humanis exercitatus. Propter exercitationem similiter instituta sunt, quia cũ homo otiosus esse non possit, proponitur ei vtilis, & salubris exercitatio in sacramentis, qua vanam, & noxiam de-

¶ 3 Præt. Si deus in sacramentis gratiam posuit, hoc non est nisi propter animam, in qua gratia transfundi debet: sed non potest eadem gratia, quæ est in sacramentis in animã transfundi, quia accidens nõ transit de subiecto in subiectum. ergo frustra esset ibi, & ita nõ est ibi, quia in operibus gratiæ minus est aliquid frustra, quàm in operibus naturæ. B

T.com.90. ¶ 4 Præt. Secundum Philos. in 1. de aĩa. Spiritualia etiã si sint in corporalibus, non dicuntur ab eis contineri, sed magis continere, sicut anima est in corpore, & continet ipsum: sed gratia est res spiritualis. ergo & si sit in sacramentis corporalibus, nõ debet dici contineri ab eis.

SED CONTRA est, quod dicitur in glo. Gal. 3. q sacramenta veteris legis dicebantur egena & inania, quia gratiam non cõtinebant: sed hoc non potest dici de sacramentis nouæ legis. ergo gratiam continent.

¶ 2 Præt. Hoc patet per diffinitionem Hug. de sancto Vict. supra positam.

V q.5. artic.1. VLTERIVS. Videtur q gratia, quæ est in sacramentis, non differat ab illa, quæ est in virtutibus & donis. Gratia.n. quæ est in sacramentis, est gratia gratum faciẽs, quia facit dignum vita æterna, vt patet de baptismo: sed gratia gratum faciens est vna tantum, quod patet ex vnitate subiecti, quod est essentia animæ, & ex vnitate effectus, quod est deo acceptum facere. ergo cum gratia, quæ est in virtutibus & donis, sit gratia gratũ faciens, videtur q eadem gratia sit hic, & ibi. C

¶ 2 Præt. Vnum vni opponitur: sed tam gratia quæ est in sacramẽtis, quàm illa quæ est in virtutibus opponitur peccato, quia vtraque peccatum destruit. ergo est vna tantum gratia.

¶ 3 Præt. Idem est motus in natura a termino, & ad terminũ: sed gratia sacramentalis ordinatur contra peccatum, gratia autem virtutum ad perficiendum animam, & deo coniungendum. ergo est vna gratia in sacramento.

SED CONTRA. Gratia in sacro non datur, nisi ei qui non ficte accedit: sed talis habet gratiã virtutũ. cũ ergo nulli detur quod iam habet, videtur q gratia quã accipit in sacro, sit alia. D

Dist. 36. q. vnic. art.2. & 3. ¶ 2 Præt. Virtutes & dona sunt connexa pp gratiã, vt in 3. lib. dictum est, non aũt sacra. ergo non est eadem gratia hic, & ibi.

RESPON. Dicendum ad primã quæstionem, q oẽs cogũtur ponere sacra nouæ legis aliquo modo causas gratię esse pp authoritates, quæ hoc expresse dicunt. Sed diuersi diuersimode eas causas ponunt. Quidam.n. dicunt, q nõ sunt causæ quasi facientes aliquid in anima, sed causæ sine quibus nõ: quia increata virtus, q̃ sola effectus ad gratiã pertinentes in aĩa facit, sacris assistit per quandã dei ordinationẽ, & quasi pactionem. Sic.n. ordinauit, & quasi pepigit deus, vt qui sacra accipiunt, simul ab ea gratiã recipiant, non quasi sacra aliquid faciãt ad hoc. Et est simile de illo, qui accipit denariũ plumbeum facta tali ordinatione, vt qui habuerit vnũ de illis denariis, habeat centum libras a rege, qui quidem denarius non dat illas centum libras, sed solus rex accipienti ipsum. Et quia pactio talis nõ erat facta in sacris veteris legis, vt accedentes ad ipsa gr̃am acciperẽt, ideo dĩr gratiã nõ conferre, sed promittebant tñ. E

¶ Sed hoc non videtur sufficere ad saluandum dicta sanctorũ. Causa.n. sine qua non, si nihil omnino faciat ad inducendum effectum vel disponendo, vel meliorando quantum ad rationem causandi, nihil habebit supra causas per accidens: sicut album ẽst causa domus, si ædificator sit albus, & secundũ hoc sacra essent causę per accidens tantum sanctificationis. Illa.n. ordinatio, quã dicunt, siue pactio, nihil dat eis de ratione causæ, sed solum de ratione signi: sicut etiam denarius plumbeus est solum signum indicans quis debet accipere. Quod autẽ est per accidens omittitur ab arte, nec ponitur in diffinitione: vnde in diffinitione sacri non poneretur causalitas prædicta, nec sancti multum curassent de ea dicere. Nec iterum sacra nouæ legis, quæ differunt a sacris veteris legis ẽm ordinationẽ prædictam, differrẽt ab eis ẽm rationem causæ, sed solum quantũ ad modum signandi, inquantũ hæc significãt gratiã, vt statim

A dandã, illa vero non. Et ideo alij dicunt, q ex sacris duo consequũtur in aĩa, vnum quod est sacrm, & res, sicut character, vel aliquis ornatus animæ in sacris, in quibus nõ imprimitur character. Aliud, quod est res tñ, sicut gratia. Respectu ergo primi effectus sunt sacra causæ aliquo modo efficientes: sed respectu secundi sunt causæ disponentes tali dispositione, q̃ est necessitas, nisi sit impedimẽtum ex parte recipiẽtis: & hoc videtur magis theologis, & dictis sanctorum conueniẽs.

clinet occupationem. Nõ enim facile capitur a tentatore, qui bono vacat exercitio. Vnde Hiero.* monet. Semper aliquid boni operis facito, vt te occupatum diabolus inueniat. *In epis. ad Rusti. to. 1.

¶ Ad cuius euidentiam sciendum est, q causa efficiens dupliciter potest diuidi.
B Vno modo ex parte effectus. s. in disponentem, quæ causat dispositionem ad formã vltimam, & perficientem, quæ inducit vltimam perfectionẽ. Alio modo, ex parte ipsius causæ in agẽs principale, & instrumentale. Agens.n. principale est primum mouens: agens autem instrumentale est mouens motum. Instrumẽto aũt competit duplex d actio, vna quam habet ex propria natura, alia quã habet prout est motum a primo agente: sicut calor ignis, qui est instrumẽtum virtutis nutritiuæ, vt dicitur in 2. de anima, ex natura propria habet dissoluere, & consumere, & huiusmodi effectus, sed inquantum est instrumentum animæ vegetabilis generat carnem. Sed sciendum, q actio instri quandoq; pertingit ad vltimã perfectionem, quam principale agens inducit, aliquando aũt non: semper tñ pertingit ad aliquid vltra id quod competit sibi ẽm suam naturã siue illud sit vltima forma, siue dispositio, aliàs non ageret vt instrumentum: sicut qualitates actiuæ & passiuæ elementorũ pertin-
C gunt instr̃aliter ad formas materiales educendas de materia, non aũt ad productionem aĩæ humanæ, quę est ab extrinseco. D. 37 T. com. 50.

¶ Dicendum est ergo, q principale agens respectu iustificationis deus est, nec indiget ad hoc aliquibus instrumentis ex parte sua, sed propter contrarietatẽ ex parte hominis iustificandi, vt supra dictum est, vtitur sacris quasi quibusdam instr̃is iustificationis. Huiusmodi aũt materialibus instr̃is cõpetit aliqua actio ex natura propria, sicut aquæ abluere, & oleo facere nitidum corpus: sed vlterius inquantũ sunt instr̃a diuinæ misericordiæ iustificantis, pertingunt instrumentaliter ad aliquẽ effectum in ipsa anima, qui primo correspondet sacris, sicut est character, vel aliquid huiusmodi. Ad vltimum autẽ effectum, qui est gratia, nõ pertingunt etiam instr̃aliter nisi dispositiue, inquantum hoc, ad quod instrumentaliter effectiue pertingũt, est dispositio, quæ est necessitas, quantum in se est, ad gratiæ susceptionem. Et quia omne instrumentum agendo actionem D. 680.
D naturalem, quæ competit sibi inquantum est res quædã, pertingit ad effectum, qui competit sibi inquantum est instrumẽtum, sicut dolabrum diuidendo suo acumine pertingit instrumentaliter ad formam scanni: ideo etiam materiale elementũ exercendo actionem naturalem, secundum quam est signum interioris effectus, pertingit ad interiorem effectum instrumẽtaliter. Et hoc est quod Aug. dicit, q aqua baptismi corpus tangit, & cor abluit: & ideo dicitur, q sacramenta efficiunt quod figurant. Et hunc modum iustificandi videtur magister tangere in litera. Dicit enim q homo non quærit salutem in sacramentis quasi ab eis, sed per illa a deo. Hæc enim prępositio, a, denotat principale agens: sed hæc præpositio, per, denotat causam instrumentalem. Prout sup. adductum est ar. 4. q. 1. 3. par. q. 60. art. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Bern. vt ex præcedentibus ibidem patet, non intendit ostendere similitudinem sacramentorum ad illa, nisi quantum ad significationem: quia
E anulus est signum, & baculus, & similiter sacramenta, sed sacramenta vlterius sunt causæ.

¶ Ad secundum dicendum, q reducuntur ad genus efficiẽtis causæ non principalis, sed instrumẽtalis: deus autem solus est causa gratiæ quasi principale agens, sed sacramenta quasi instrumentaliter & dispositiue, vt dictum est, agentia sunt.

¶ Ad tertium dicendum, q agens non semper est nobilius patiẽte simpliciter loquẽdo, sed inquãtũ est agens. Agit.n. ignis, vel ferrum in corpus humanũ, quod est simpliciter nobilius, quo tamen ignis est nobilior inquantum est actu calidus, & secundum hoc agit in corpus humanum: & sic non oportet q res illæ materiales quæ sunt in sacramẽtis, sint simpliciter aĩa nobiliores, sed ẽm quid. s. inquantum sunt instrumenta diuinæ misericordiæ operantis ad iustificationẽ. Nec iterũ oportet, q instrumentaliter agens sit simpliciter nobilius effectu, quia effectus non proportionatur instrumento, sed principali agenti, qui quandoq; per vilia instrumenta nobiliores effectus inducit: sicut medicus perducit ad sanitatem per clystere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd causa vniuoca, vel non vniuoca proprie loquẽdo, & simpliciter sunt diuisiones illius causæ, cuius est similitudinem habere cum effectu: hæc autẽ est principalis agentis, & non instrumentalis, vt dicit Alex. secundùm quod narrat Commen. in 11. meta. & ideo proprie loquendo, neque instrumentum est causa vniuoca, neque æquiuoca: posset tamen reduci ad vtrumlibet, secũdum quod principale agens, in cuius virtute instrumentũ agit, est causa vniuoca, vel non vniuoca.

Com. 24.

De triplici genere exercitationis.

SVNT autem exercitationum tres species, vna ad ædificationẽ animæ pertinet, alia ad corporis fomentum, alia ad vtriusque subuersionem. Cum igitur absque sacramentis, quibus non alligauit potentiam suam Deus, homini gratiam do-

¶ Ad quintum dicendum, quòd ex sacramentis causatur per modum influentiæ gratia, nec tamen sacramẽta sunt quæ influunt gratiam, sed per quæ deus sicut per instrumẽta animæ gratiam influit.

¶ Ad sextum dicendum, quòd in transubstantiatione cum sit quasi quidã motus, vel mutatio, duo sunt, scilicet recessus a termino, & accessus ad terminum. Verba ergo sacramentalia pertingunt instrumentaliter ad transubstantiationem quantũ ad recessum a termino a quo: sed quantùm ad accessum ad terminum ad quem, non pertingunt instrumentaliter, nisi dispositiue, sicut in aliis sacramentis accidit.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd propter authoritates inductas necesse est ponere aliquã virtutem supernaturalem in sacramentis. Sustinentes autem primam opinionem dicunt, quòd illa virtus non est nisi quidam ordo ad aliquid. Sed hoc nihil est dictũ, quia semper virtus nominat principium alicuius, præcipue prout sumitur hic pro virtute causæ. Ad aliquid autem, siue relatio non potest esse principium actionis, vel terminus, vt probatur in 5. phys. & ideo nullo modo ille ordo potest habere nomen virtutis, neque rationem. Et propter hoc dicendum aliter, quòd virtus agendi proportionatur agenti. Vnde alio modo oportet ponere virtutem agendi in agente principali: alio modo in agente instrumẽtali. Agens enim principale agit secundum exigentiam suæ formæ: & ideo virtus actiua in ipso est aliqua forma, vel qualitas habens completum esse in natura. Instrumẽtum autem agit vt motum ab alio, & ideo competit sibi virtus proportionata motui: motus autem non est ens completum, sed est via in ens, quasi mediũ quid inter potentiam puram, & actum purum, vt dicitur in 3. physic. & ideo virtus instrumenti inquantum huiusmodi secũdum quod agit ad effectum vltra id quod competit sibi secundum suam naturam, nõ est ens completum habens esse fixum in natura, sed quoddam ens incompletum, sicut est virtus immutandi visum in aere, inquantum est instrumentum motum ab exteriori visibili: & huiusmodi entia consueuerunt intentiones nominari, & habent aliquid simile cum ente, quod est anima, quod est ens diminutum, vt dicitur 6. meta. Et quia sacramenta non faciunt effectum spiritualem, nisi inquantum sunt instrumenta: ideo virtus spiritualis est in eis non quasi ens fixum, sed sicut ens incompletum.

T.com.10. T.com.6. Tex. 1 cõ. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ens incompletũ quod est in anima, diuiditur contra ens distinctum per decem genera, vt patet in 6. meta. & ideo talia entia incompleta, per se loquendo, non sunt in aliquo genere, nisi per reductionem: sicut motus quantum ad suam substantiam reducitur ad illud genus, in quo sunt termini motus sicut imperfectum ad perfectum, quàmuis ponatur in prædicamẽto passionis, secundum quod importat ordinationem mouentis ad motum, vt dicit Commen. in 3. phys. Vnde & virtus hæc, quæ est in sacramentis, reducitur ad id genus, in quo est virtus completa principalis agentis, quæ est qualitas, vel in qua esset, si in genere esset; quia virtus increata non est in aliquo genere.

Text. cõ. 4. & 8. Com. 4.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd instrumento datur virtus agẽdi instrumentaliter dupliciter. Vno modo, quasi inchoatiue, quando instituitur in specie instrumenti, & ideo dicit Hug. quòd continet gratiam ex sanctificatione. Alio modo, datur cõplete, quando actu mouetur a principali agente, sicut quando carpentarius vtitur serra: & similiter complete datur virtus sacramentis in ipso vsu sacramentorum, nec est inconueniens, si virtus, quæ motui proportionatur, datur rei statim, vel post modicum deseruire.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut virtus prædicta non potest poni in aliquo genere entis, nisi per reductionem: ita nec constitui in aliquo gradu boni, nisi per reductionem. Reducitur autem ad bona maxima, in quibus est gratia, quæ quodam modo est complementum ipsius virtutis, quasi finis eius.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in re corporali non potest esse

F virtus spiritualis secundum esse completum: potest tamen ibi esse per modum intentionis, sicut in instrumentis motis ab artifice est virtus artis: & sermo audibilis existens causa disciplinæ, vt dicitur in libro de sensu, & sensato, cõtinet intentiones animæ quodammodo: etiam in motu est virtus substantiæ separatæ mouẽtis, secũdũ philosophos, & semen agit in virtute animæ, vt dicitur in 1. de generat. animalium.

Cap. 1. Cap. 18. ca finc.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut virtus absoluta nõ est complete in quolibet congregatorum ad vnam actionem, quã nullus per se perficere potest; sicut est de tractu nauis, sed est in omnibus simul inquantum sunt omnes loco vnius agẽtis, & sic virtus in eis existens suã retinet vnitatem: ita etiam est de instrumentis quando vnum non sufficit, & sic etiam est in aliis multis, quæ exiguntur ad sacramentum: quia in omnibus est illa virtus simul acceptis complete, in singulis autem incomplete.

G

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd instrumentum prædicto modo virtutem non accipit, nisi secũdum quod principali agenti continuatur, vt virtus eius quodammodo in instrumentum transfundatur. Principale autem, & per se agẽs ad iustificationem est deus, sicut causa efficiens: & passio Christi, sicut meritoria. Huic autem causæ continuatur sacramentum per fidem ecclesiæ, quæ & instrumentum refert ad principalem causam, & signum ad signatum: & ideo efficacia instrumentorum, siue sacramentorum, vel virtus est ex tribus, scilicet ex institutione diuina, sicut ex principali causa agente: ex passione Christi, sicut ex causa prima meritoria: ex fide ecclesiæ, sicut ex continuante instrumentum principali agenti.

H

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus secundum quod homo, est causa meritoria nostræ iustificationis: sed secundum quod deus, est causa influens gratiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd resurrectio est causa iustificationis quantum ad terminum ad quem, sed sacramenta magis respiciunt terminũ a quo, & ideo directius respiciunt passionem, quæ ad peccati deletionem principaliter quasi satisfactio quædam ordinatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fides dat efficaciam sacramentis inquantum causæ principali ea quodammodo continuat, vt dictum est: & ideo fides passionis, a qua immediate & directe sacramenta efficaciã habent, sacramentis efficaciã largitur.

I

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd quia omne agens agit sibi simile, ideo effectus agentis oportet quòd aliquo modo sit in agente. In quibusdam enim est idem secundũ speciem: & ista dicũtur agentia vniuoca, sicut calor est in igne calefaciente. In quibusdam vero est idem secundum proportionem, siue analogiam, sicut cũ Sol calefacit. Est enim in Sole aliquid, quod ita facit eum calefacientem, sicut calor facit ignẽ calidum: & secũdum hoc calor dicitur esse in Sole æquiuoce, vt dicitur in libro de substantia orbis. Ex quo patet, quòd illud quod est in effectu vt forma dans esse, est in agente inquantũ huiusmodi vt virtus actiua: & ideo sicut se habet agens ad virtutem actiuam, ita se habet ad cõtinendam formam effectus. Et quia agens instrumentale non habet virtutem agendi ad aliquod ens completum, sed per modum intentionis, vt dictũ est, & forma introducta dcontinetur in eo per modũ intentionis, sicut sunt species colorum in aere, a quibus aer non denominatur coloratus: ẽt hoc modo gratia est in sacramentis sicut in instrumento non complete, sed incomplete quantum ad quatuor. Primo, quia in instrumento nõ est forma effectus secundum completam rationem speciei, sicut est in effectu iã completo, & in causa vniuoca. Secundo, quia est in eo per modum intentionis, & non secundum completum esse in natura, sicut forma effectus est in causa principali non vniuoca secundum esse perfectum in natura: quàmuis non secundum completam rationem illius speciei, siue formæ quam inducit in effectu, vt calor est in Sole. Tertio, quia non est in eo per modum intentionis quiescentis, sicut sunt intentiones rerum in anima, sed per modum intentionis fluentis duplici fluxu, quorum vnus est de potentia in actũ, sicut etiam in mobili est forma, quæ est terminus motus, dum mouetur vt fluens de potẽtia in actum. Et inter hæc cadit medium motus, cuius virtute instrumentum agit: alius de agente in patiens, inter quæ cadit medium instrumentum, prout vnum est mouens, & alterum motum. Quarto, quia sacramentum etiam instrumentaliter non attingit directe ad ipsam gratiam, vt dictum est, sed dispositiue.

Cap. 1. D. 748 K

AD

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia non est in sacramentis sicut in subiecto, sed sicut in causa dispositiua instrumentali: sed intentio illa, quæ & virtus dicitur, est in sacramento sicut in subiecto.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pulcherrime dictum est, gratiam contineri in sacramentis sicut in vase per quandã similitudinem. Sicut enim quod est in vase nõ denominat vas, sed in eo cõseruatur, vt possit inde accipi cum libet: ita gratia, quæ

nare posset, prædictis de causis sacramenta instituit. Duo autẽ sunt, in quibus sacramentum consistit, scilicet verba, & res. Verba, ut inuocatio Trinitatis: res, vt aqua, oleum, & huiusmodi.

continetur in sacramentis, non denominat ipsa, nec qualificat ea secundum aliquod esse completum, sed gratiam in eis accipere poterit, qui eis vti voluerit.

B

¶ Ad tertium dicendum, quòd forma effectus, quæ est in agente principali, vel instrumentali nõn fit eadem numero in effectu, nec propter hoc frustra est: quia non ad hoc ordinatur, vt ipsamet in effectum fiuat, sed vt ab ea, vel per eam similis fiat in effectu. Causa enim efficiens non reducitur in idem numero cum forma generati, sed in idem specie, vt patet in 2. phys.

T.com.70.

¶ Ad quartum dicendum, quòd continere dicuntur, inquantum aliquo modo sunt causa ipsius.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd sicut in 2. 26. distinct. dictum est, gratia gratum faciens est vna, & est in essentia animæ sicut in subiecto, & ab ipsa d fluunt virtutes, & dona ad perficiendum potentias animæ, sicut etiam potentiæ fluunt ab essentia: & distinguuntur istæ virtutes secundum diuersos actus, ad quos oportet potentias animæ perfici. Similiter etiam a gratia illa, quæ est in essentia animæ, effluit aliquid ad reparandum defectus, qui ex peccato inciderunt: & hoc diuersificatur secundum diuersitatem defectuum. Sed quia huiusmodi defectus non sunt ita noti sicut actus, ad quos virtutes perficiunt: ideo hic effectus ad reparandum defectum non habet speciale nomen sicut virtus, sed retinet nomen suæ causæ, & dicitur gratia sacramentalis, ad quam directe sacramenta ordinantur, quæ quidem non potest esse sine gratia, quæ respicit essentiam animæ sicut nec virtutes. Sed tamen gratia, quæ est in essentia animæ, non potest esse sine virtutibus, & ideo virtutes in ea habent connexionem. Potest autem esse sine gratia sacramentali, & ideo gratiæ sacramentales connexionem non habent. Et ita patet quòd gratia, quam sacramẽtum directe continet, differt a gratia quæ est in virtutibus & donis: quàmuis etiam illam gratiam per quandam continuationem contineant.

e vnica. ar. 3. & 4. D. 197 477 C

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia gratum faciẽs, prout est in essentia animæ, est vna: sed secundum quod fluit ad effectus potentiarum tollendos, & potentias perficiendas, multiplicatur.

D

¶ Ad secundum dicendum, quòd gratia virtutum opponitur peccato, secundum quod peccatum continet inordinationem actus: sed gratia sacramentalis opponitur ei, secundum quod vulnerat naturale bonum potentiarum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd recessus a peccato, prout opponitur virtuti, & accessus ad perfectionem virtutis pertinet ad eandem gratiam, non autem recessus a peccato secundum quod vulnerat naturam: quia requirit specialem medicinam, sicut in morbo corporali etiam patet.

ARTICVLVS V.

e *Vtrum sacramenta veteris legis gratiam conferrent.*

E

3. q. 61. ar. 6.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sacramenta veteris legis gratiam conferebant. Vt enim supra dictum est, sacramenta a sacrando dicuntur, sicut ornatus ab ornando, & munimenta a muniendo: sed sine gratia non potest aliquid sacrari. ergo sacramenta veteris legis gratiã conferebant.

¶ 2 Præt. In canone Missæ fit oratio, vt sacrificium ecclesiæ deo sit acceptum, sicut sacrificia antiquorum accepta fuerunt, & Dan. 3. petitur vt sacrificium humiliati, & contriti spiritus suscipiatur a deo sicut holocaustum arietum, & taurorum: sed sacrificium ecclesiæ, & sacrificium contriti spiritus gratiam conferunt. ergo & sacramenta veteris legis gratiã conferebãt.

Vbi supra, vt citatũ ẽ a. 2. q. 3. in oppos. falsi.

¶ 3 Præt. Hug. de sanct. Vict. dicit, quòd ex quo homo ægrotare cœpit, deus in sacramentis suis medicinam parauit: sed medicina non potest exhiberi contra morbũ peccati nisi per gratiam. ergo sacramenta antiquorum gratiam conferebant.

A ¶ 4 Præt. Homo periculosius infirmabatur in affectu per concupiscentiam, quàm in intellectu per ignorantiam: sed sacramenta contra ignorantiam figurabant futuram salutem. ergo multo amplius contra concupiscentiam gratiam conferebãt.

¶ 5 Præt. Impossibile est sine gratia satisfacere: sed sacramenta veteris legis erãt satisfactoria, vnde pro diuersis peccatis diuersa sacrificia iniungebantur in lege, vt patet Leuitic. 16. & 17. ergo gratiã conferebant.

De differentia sacramentorum ueterum, & nouorum.

IAM videre restat differentiam sacramẽtorum veterum, & nouorum,

SED CONTRA, Hebr. 10. Impossibile est sanguine hircorum, & taurorum auferri peccata: sed gratia tollit peccatum. ergo antiqua sacramenta gratiam non conferebant.

B

¶ 2 Præt. Per gratiam est vita animæ: sed de præceptis veterum sacramentorum dicitur Ezech. 20. Dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus non viuent. ergo gratiam non conferebant.

VLTERIVS. Videtur quòd eorum vsus non erat meritorius. Nihil enim est meritorium, nisi sit deo acceptum: sed sacramenta illa non erat deo accepta, super illud enim Esaiæ 1. Sanguinem hircorum nolui, dicit glos. præterito vtens tempore ostendit se numquàm sacrificia Iudæorum amasse. ergo eorum vsus non erat meritorius. II

¶ 2 Præt. Nullum opus inutile est meritorium: sed occisio tot animalium erat omnino inutilis. ergo non erat meritoria.

¶ 3 Præt. Nihil efficit nisi hoc, quod a deo institutum est: sed illa sacramenta imposuit deus in onus, sicut in litera dicitur. ergo eorum exercitium meritorium non erat.

C

¶ 4 Præt. Origenes dicit, quòd illa ratione permisit deus hoc sibi fieri, qua permisit libellum repudij: sed libellus repudij semper malus fuit, & numquàm meritorius. ergo nec prædictorũ sacramentorum vsus.

SED CONTRA. Dicit Beda, quòd sacramenta veteris legis suo tempore custoditæ vitam conferebant æternam: sed nihil perducit ad vitam æternam, nisi sit meritorium. ergo erãt meritoria. Super 10. cap. Marc.

¶ 2 Præt. Omnis actus virtutis formatæ est meritorius: sed vsus sacramentorum veteris legis erat actus latriæ, quæ in sanctis viris charitate formata erat. ergo erat meritorius.

VLTERIVS. Videtur quòd non purgabant ab immunditiis carnis. Aut enim illæ immunditiæ sunt pure corporales, aut spirituales: a corporalibus pure non mundabant, immo magis inquinare videbantur. Similiter nec a spiritualibus, quia spirituales ab anima in corpus fiunt, quia secundũ Aug. Non inquinatur corpus, nisi prius anima inquinata fuerit: dicta autem sacramenta animam non mundabant, cum gratiam non conferrent. ergo neque carnem. III

D

Ex li. de spiritu, & aïa. ca. 48. & ex li. 1. de ciu. dei, cap. 18. & adhuc expressius in lib. de continentia, capit. 2.

¶ 2 Præt. Inter omnia sacramenta veteris legis magis erat purgatiuum cinis vitulæ aspersus: sed hic magis immundabat, quàm purgaret, quia sacerdos, qui vitulum immolauerat, immundus efficiebatur, vt patet Nume. 19. ergo nec alia sacramenta purgabant.

¶ 3 Præt. Sacramẽta nouæ legis sunt maioris efficaciæ, quàm sacramenta veteris legis: sacramenta autem nouæ legis non purgant ab irregularitatibus. ergo nec sacramenta veteris legis ab eis purgabant, quas irregularitates Magister hic exponit immunditias carnis.

SED CONTRA est, quod dicitur Heb. 9. Sanguis hircorum, & sanguis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis.

E

¶ 2 Præt. Sicut sacramenta nostra dicuntur spiritualia, ita & illa carnalia dicebantur, Hebr. 9. Habuit prius testamentum iustificationes culturæ, glos. non veras & spirituales, sed pro modo culturæ carnales: sed sacramenta nouæ legis purgant ab immunditiis spiritualibus. ergo illa purgabant ab immunditiis carnis.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in sacramento est duo considerare, scilicet ipsum sacramentum, & vsum sacramenti. Ipsum sacramentum dicitur a quibusdam opus operatum: vsus autem sacramenti est ipsa operatio, quæ a quibusdam opus operans dicitur. Cum ergo dicitur sacramentum, per se loquendo, gratiam conferre, vel non conferre: iustificare, vel non iustificare, referendum est ad opus operatum. De opere autem operato in sacramentis veteris legis duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quòd in illis sacramentis opus operatum erat signum sacramentorum nouæ legis, & passionis Christi, a quo efficaciam habent: & ideo illud

Illud opus operatum erat cum quadam protestatione fidei, & ideo indirecte, & ex consequenti habebãt iustificare, quasi mediantibus nostris sacramentis per ea significatis a deo significationem habentia, vt dicit Hugo de sancto Victo. Nostra autem sacramenta directe, & immediate iustificant, quia ad hoc directe sunt instituta. Sed hæc opinio non videtur conuenire dictis sanctorum. Dicunt enim quòd lex erat occasio mortis, inquantum ostendebat peccatũ, & gratiã adinuicem nõ cõferebat. Nec differt quãtũ ad hoc, qualitercunq; vel directe,

Vgo de S. Vict. lib. I. de sacramẽtis. par. II. ca. 5.

vt sacramenta vocemus, quę antiquitus res sacras signabant, ut sacrificia, & oblationes, & huiusmodi. Eorum autem differentiã breuiter Augustinus * assignat dicens, quia illa promittebant tantum, & significabant: hæc autem dant salutem.

*Super Ps. 73. tom. 8.

G vel indirecte gratiã cõferrent. Et præterea, ſm hoc nulla esset, vel valde modica præeminentia sacramentorum nouæ legis ad sacramenta veteris legis: quia etiam sacramenta nouæ legis a fide, & significatione causandi efficaciam habent, ut dictum est. Et ideo alii dicunt, & melius, quòd nullo modo sacramenta ipsa veteris legis, idest, opus operatum, in eis gratiam conferebat excepta circuncisione, de qua post dicetur.

SECVNDVM hoc ergo Ad primum dicendũ, ꝙ sanctificatio quãdoque importat emundationem, & confirmationem spiritualem, quæ fit per gratiam, & sic sacramenta veteris legis non dicebantur sacramenta, nisi quasi signa sanctificantiũ, vt dictum est. Alio modo, sanctificatio importat mancipationem alicuius ad aliquod sacrum, & sic dicebantur sacramenta, & quasi sanctificantia: quia per ea fiebat quædam idoneitas ad sacros vsus & in templo, & in vasis, & in ministris, & in populo. Et

Dist. immediate sequẽti.

H per hunc etiam modum apud gentiles dicebantur sacramenta militaria, quibus homo mãcipabatur officio militari, quod sacramentum reputabant, sicut & omnia quæ ad communitatem pertinebant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa oratio in canone Missæ non attenditur quantum ad ipsa operata, quia hoc sacrificium magis placet, quàm illa: sed petit ut deuotio istius offerentis placeat, sicut illorum placuit. Et similiter Daniel comparat sacrificium, quale tunc poterat offerre, ad deuotionem illorum, qui sacrificia in lege præcepta in Hierusalem cum magna deuotione obtulerant.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sacramenta veteris legis dicebantur medicinæ quantum ad significationem, & non quantum ad collationem gratiæ.

I ¶ Ad quartum dicendum, quòd homo tempore legis naturæ relictus, est sibi quantum ad cognitionem, & per ignorantiam errauit in idolatriam lapsus: vnde vt quantum ad omnia se infirmum inueniret, oportebat vt instructus per legem, & sacramentorum eius significationem se impotentem cognosceret sine auxilio gratiæ: & ideo congruum fuit, vt illa sacramenta gratiam non conferrent, vt sic salus a solo Christo expectaretur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis illa sacramenta peccata non diluerẽt quantum ad maculam, quia gratiam non conferebant, diminuebant tamen reatum, inquantum onerosa erãt: & ideo satisfactoria esse poterant præsupposita gratia ex fide mediatoris ei collata.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd de vsu sacramentorum, qui opus operans a quibusdam dicitur, est etiã duplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd vsus ipse non erat meritorius, etiam si in fide & charitate fieret, & hoc videtur magister in litera dicere. Sed hoc videtur absurdum, quòd labores sanctorum patrum in huiusmodi sacramentis deo accepti non fuerint, & quòd opus virtutis possit esse non meritorium,

K & ideo communiter tenetur, quòd vsus eorum meritorius esse poterat, si ex charitate fieret. Aliqui tamen excusant magistrum dicentes, quòd ipse intellexerit ipsa opera operata non iustificare quantumcunque in charitate fierent, quàmuis ipsa operatio ex charitate facta possit esse meritoria in eo, qui est in statu merendi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacrificia illa per se loquendo, nunquàm fuerunt deo accepta, quia gratiam non continebant, per quam deo aliquid est acceptum, sed per accidens erant & accepta, & non accepta. Accepta quidem propter significationem, & deuotionem offerentium: sed non accepta, & abominabilia propter peccata, & abusum offerentiũ, & q a eadem idolis immolabantur, & sic inquantum erant deo accepta, poterant esse meritoria.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis occisio animalium esset secundum se inutilis, tamen inquantum ordinabatur ad

F cultum dei, ex diuina institutione vtilis erat, & eius vtilitates tanguntur in glo. Roman. 5. Lex data est ad domandum superbum, vt scilicet deo offerret potius, quam idolis: ad flagellandum durum, inquantum erat ad satisfactionem: ad instruendum insipientem, ratione significationis: ad ostensionem delicti, & humanæ infirmitatis, & hoc respondet primis duobus: ad manifestationem & testimonium gratiæ, & futurorum significationẽ, & hoc exponit tertium.

De circuncisione.

B

EVit tamen inter illa sacramenta sacramẽtũ quoddam, scilicet circuncisionis, idem conferens remediũ contra peccatum, quod nunc baptismus præstat. Vnde August.*Ex quo

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd lex secundum August. data est quantum ad huiusmodi sacramenta duris, & superbis in flagellum & onus, vt oneratis diuinis sacrificiis non liberet eis ad idolatriam declinare: sed perfectis in signum, & paruulis in pædagogum, & quantum ad hoc poterat esse eorum usus meritorius.

Super Ioã-nẽ. tr. ... 10. Tom. ... De nup... concup. ... II. in fi... Tom. 7.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ magister loquitur de illis sacrificiis, secundum quod habebant aliquam rationem displicentiæ ex hoc, quòd idolis immolabantur: & quantũ ad hoc non habebant rationem meriti.

¶ AD TERTIAM quęstionem dicendum, quòd veteris legis intentio erat homines ad timorem, & reuerentiam dei inducere, & a carnalibus ad spiritualia trahere paulatim: & ideo instituit multa impedimenta, quibus homines ab vsu illorum sacramentorum frequenter impedirentur, & vt sic magis in reuerentia haberentur, quia omne rarum charum: & sic etiam paulatim a carnalibus obseruantiis dissuescerent, quandoque totaliter abstrahendi in tempore gratiæ. Et hæc impedimenta immunditiæ carnis dicebantur, quibus homo corporaliter accedere ad sancta idoneus efficiebatur, & ab his carnis immunditiis sacramenta legis purgabant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd immunditiæ illæ non erant spirituales quasi a peccato causatæ semper, sed quasi a sacramentis prohibentes.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacerdos lauabat manus & vestimenta, ne cum manibus sanguinolentis, & cinerosis alia tangeret, & quia sacrorum ad communia non debet esse commistio: vnde etiam vncti chrismate manus lauant, & abstergunt. Immundus autem reputabatur propter tria. Primo, vt sacerdotes essent sub onere, sicut & alii. Secundo, ad tollendum superbiam sacerdotum de hoc, quòd alios sanctificabãt. Tertio, ad signandum quòd sacerdos noui testamenti propter maximam sanctitatem sacrificii semper debet se idoneum reputare.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in noua lege non sunt irregularitates tot sicut in veteri lege, nec sunt nisi in ministris ecclesię, in quibus requiritur maxima idoneitas propter sacramentorum sanctitatem: ideo tales irregularitates non ita facile absterguntur.

q. 2. ar... primus

EXPOSITIO TEXTVS.

OBSERVANTIAE *cæremoniales*. Cæremonialia dicuntur, quæ secundum se non habent causam manifestam ipsorum factorum, quàmuis possint habere causam manifestam suæ institutionis. Dicitur autem cæremonia, quasi munia Cęreris, quę erat dea frugũ: quia ei prius sacrificia instituta sunt, & exinde translatũ est nomen ad omnem diuinum cultum. Vel sicut dicit Valerius Maximus, dicuntur a Cære oppido, in quo prius Romani suos ritus instituerunt. Mundabant etiam interdum a corporali lepra. i. mũdatum ostendebant, quando signa, quæ apparuerant, cessabant. *Sine medio deum uidebant*, idest, diuinorum cognitionem non ex sensibilibus signis accipiebant, sed per infusionem. Et de hoc in 2. lib. dist. 24. dictum est.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister differẽtiã sacramentorum veteris, & nouæ legis, hic determinat de quodam sacramento veteris legis, scilicet circuncisione, quod cum sacramentis nouæ legis aliquam conuenientiam habet, & diuiditur in partes duas. In prima, determinat de circuncisione. In secunda, mouet quandam questionem circa prædeterminata, ibi. *Si uero quæritur &c*, Prima, in tres. In prima, determinat efficaciam circun-

circuncisionis. In secunda, institutionem ipsius, ibi. *Hic dicendum est in quo instituta, &c*. In tertia, determinat de mutatione ipsius per baptismum, ibi. *Ideo autem mutata est &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quam efficaciam circuncisio habeat. Secundo, ostendit quòd eandem efficaciam contra originale habebant quædam remedia ante præceptum de circuncisione datum, ibi. *Quæritur autem de uiris &c*.

instituta est circuncisio in populo Dei, quæ erat tunc signaculum iustitiæ fidei, ad purgationem vale-

QVAESTIO SECVNDA.

B

Hic quæruntur sex.

¶ Primo, De necessitate circuncisionis.
¶ Secundo, Quibus competeret.
¶ Tertio, De his, quæ ad circuncisionem requirebantur.
¶ Quarto, De efficacia circuncisionis.
¶ Quinto, De mutatione ipsius.
¶ Sexto, De remedio, quod circuncisionem præcessit.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum neceßarium fuerit circuncisionem dari.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit necessarium circuncisionem dari. Sapientis est enim facere aliquid quanto breuius potest: sed per fidem, & sacramenta legis naturæ sufficienter originale purgabatur. ergo non oportebat in remedium originalis circuncisionem dari.

¶ 2 Præt. Peccato originali, quia ex alio contractum est, non debetur pœna sensibilis, nec expiatio per satisfactionẽ: sed circũcisio pœnam sensibile habebat. ergo non erat conueniens remedium contra originale.

SED CONTRA. Circuncisio est signaculum fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahę. Ro. 4. sed conueniens fuit illã fidem significari, cuius oportet nos omnes imitatores existere. ergo congruum fuit circuncisionem dari.

II VLTERIVS videtur, ꝙ non debuerit dari ante legem scriptam, quia in lege naturæ nõ erat aliqua distinctio, cum lex tõis omnibus esset: sed circuncisio signum distinctiuum est, quia secũdum Damas. est signum determinans Israel a Gentibus. ergo non debebat dari ante legem scriptam.

3. part. 70. ar. 1. Libro de fide Ortho. 4. 16.

¶ 2 Præt. Præcepta quæ non sunt indita rationi naturali, debent ad populum per ministrorum officium trahi: sed circuncisio non erat de dictamine legis naturalis. ergo cum ante legem scriptam non esset ministrorum distinctio, videtur ꝙ tunc dari non debuerit.

SED CONTRA. Circuncisio, secundum Apostolum, est signum fidei: sed etiam ante legem scriptam erat distinctio fidelium a non fidelibus ergo tunc oportebat eis dari.

III VLTERIVS Videtur ꝙ non debuerit differri vsque ad tempus Abrahæ, quia etiam ante ipsum erant fideles ab infidelibus distincti: seu circuncisio est signum fidei. ergo ante tempus Abrahæ dari debuit.

Rom. 4. Vbi supra, 3. q. 70. art. ...

¶ 2 Præt. Circuncisio maiorem habet efficaciam, quàm sacramenta legis naturæ, alias postea instituta non fuisset: sed non minor erat necessitas efficacis remedii ante Abraham, quàm post. ergo etiam ante eum dari debuit.

SED CONTRA. Fides, quæ sacramentis efficaciam significandi dat, est fides mediatoris, vt su, ra dictum est: sed Abrahę primo dictę sunt repromissiones de mediatore ex semine eius nascendo. ergo ei primo signum fidei distinctum dari debuit in generationis membro.

Ad Gal. 4.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ circuncisio primo & principaliter necessaria fuit ad expressiorem significationem, quàm sacramenta præcedentia fuissent. Oportuit. n. ꝙ secundum processum temporis, sicut explicatio fidei crescebat, ita cresceret distinctio signorum sacramentalium. Habet autem circuncisio expressam similitudinem ablationis originalis peccati, quantũ ad quatuor. Primo, quantũ ad membrum generationis, per quam originale transfunditur. Secundo, quantum ad figuram circularem, in qua significatur circulus, qui est in processu originalis infectionis, secundum quod persona corrumpit naturam, & natura personam. Tertio, quantum ad pœnam, quæ erat in circuncisione contra delectationem concupiscentiæ, in qua præcipue viget fomitis virtus. Quarto, quantum ad sangui-

A nis effusionem, in quo significatur passio Christi, per quam pro originali satisfaciendum erat. Et quantum ad hanc vtilitatem diffinitur circuncisio, quod est signaculum curationis ab originali. Sed ex consequenti fuit alia vtilitas circuncisionis, scilicet distinctio fidelis populi ab infideli propter fidem eius, cui data fuit circuncisio: & quantum ad hoc diffinit Dama. circuncisionem sic. Circuncisio est signum determinans Israel a Gentibus, cum quibus conuersabatur. Habuit etiam mysticam significationem, & moralem, quia erat signum castitatis seruandæ: & allegoricam in quantum significabat purgationem per Christum futuram: & quasi anagogicam inquantum significabat depositionem corruptibilitatis, & carnis, & sanguinis in resurrectione.

bat magnis, & paruulis originalis, veterisq; peccati, sicut baptismus ex illo valere cœpit ad innouatio-

Vbi supra. Gene. 17. Vbi supra. De fide orthodoxa. c. 26.

B AD PRIMVM ergo dicendum, quòd has vtilitates habuit circuncisio prę sacramentis legis naturæ, & ideo post illa institui debuit.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ pœna illa non erat ad satisfactionem, sed tantum ad significationem.

AD SECVNDAM quęstionem dicendum, ꝙ lex scripta non debuit dari diuinitus, nisi populo fideli, & ideo oportuit populum fidelem prius congregari, & ab aliis distingui, quàm lex diuinitus ei daretur. Hoc autem non poterat fieri, nisi per aliquod signum, in quo fideles ad inuicem conuenirent, & ab aliis distinguerentur, quod ad circuncisionem pertinet: & ideo ante legislationem debuit circuncisio dari.

D. 344

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circuncisio erat quodammodo legis naturæ, inquantum tempore legis naturæ data fuit: & quodammodo legis scriptæ, inquantum ad ipsam præ-

C parabat. Dispositiones autem distinctionẽ habent penes ea, ad quę disponunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum originale a nobis nõ habemus, sed aliunde, & ideo aliunde totaliter remedium habet nobis non cooperantibus, scilicet a deo. Et propter hoc sacramentum, quod in remedium originalis erat a deo immediate, præcipi debuit, sicut circuncisio, & baptismus: secus autem est de sacramentis legalibus, quæ erant instituta ad satisfaciendum pro actualibus.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd ex corruptione peccati originalis humanum genus circa tempora Abrahę, vsque ad profundissima peccatorum venerat, scilicet in infidelitatem, & turpissimum uitium contra naturam: & ideo tunc temporis primo conueniebat promissionem fieri manifestam de semine nascituro, in quo omnes gentes benedicerentur, & a peccatis mundarentur. Tunc etiam oportebat in significationem,

D aliquod exemplum fidei hominibus proponi contra infidelitatem, tunc signa castitatis dari contra corruptissimam concupiscentiam: & ideo Abrahæ primo data est circuncisio in signum paternitatis, vt ex quo nasciturus erat peccatorum destructor etiam in signum fidei, & distinctionis ab infidelibus, & in signum castitatis & munditiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ante Abraham fere oẽs fideles erant, circa tẽpora. n. eius dicitur idolatria incœpisse.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quia tunc temporis corruptio magis inualuerat, ideo etiã tunc oportebat efficacius remediũ dari.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum omnibus populis debuerit circuncisio dari.*

E AD secundum sic proceditur. Videtur quòd omnibus populis circuncisio dari debuerit. Data est enim in remediũ contra originale: sed morbus iste communis omnibus erat. ergo & medicina debuit esse communis.

¶ 2 Præt. Circuncisio data est in signũ fidei: sed Abrahę fidẽ imitari omnes tenebantur, ac fides semper fuit de necessitate salutis ergo omnibus circuncisio dari debuit.

¶ 3 Præt. Gen. 17. dicitur. Hoc est pactum, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur in vobis omne masculinum: sed de semine Abrahæ multi populi processerunt præter filios Israel, sicut Ismahelitæ, Idumæi. ergo non solũ filiis Israel circuncisio competebat.

SED CONTRA. Circuncisio erat signum fidei: sed vnus tantum populus erat in quo fides & cultus dei remansit, cæteris per idolatriam deprauatis. ergo eis tantum circuncisio competebat.

¶ 2 Præt. Circuncisio significabat medicinam futuram per Christum: sed tantum ex vno populo, scilicet Israel, Christus nasciturus

sciturus erat, ergo tantum illi populo circuncisio competebat.

VLTERIVS videtur quòd debuit hoc remedium etiam mulieribus communiter dari. Circuncisio.n. data erat in medicinā contra primam transgressionem: sed prima transgressio incœpit a femina ergo & seminis remedium dari debuit.

¶ 2 Præt. Vbi eadē causa, & idem effectus: sed eadem causa in viris est, vt circūcisio eis daretur, & in mulieribus, ga & ipsæ ad populum dei pertinent, & in eis corruptio originalis est, ergo eis remedium dari debuit.

*In Homilia. Luc. 22.

Postquam consumati sunt.

SED CONTRA. Hugo. de sancto Victo dicit, quòd solis masculis data est circuncisio carnis, ga sacra scriptura ap masculinum sexum animam, per feminam vero carnem significare consueuit, vt.s. ostenderetur, q illa circuncisio animab sanctificationem contulit, non abstulit carni corruptionem.

Hug. de sancto Victo. libro. 1. de sacramentis par. 12. cap. 2. arca medium.

VLTERIVS videtur q Christo circuncidi non competebat. Sabbathi.n. obseruatio vicinior erat præceptis moralibus, inter quę etiam computatur, quàm circuncisio: sed Christus sabbathum literaliter non obseruabat, vnde dicebant de ipso, Ioh. 9. Non est hic homo a deo, qui sabbathum non custodit. ergo nec circuncisionē seru are debuit.

¶ 2 Præt. Heb. 7. dicit glo. quòd Christus in lumbis Abrahæ decimatus non fuit, quia decima figurabat medicinā originalis, quod in Christo nō fuit: sed similiter circuncisio, vt dictū est, significat emundationem ab originali. ergo Christo non competebat.

SED CONTRA. Gal. 4. Misit deus filium suum natum de muliere, factum sub lege: sed illis qui sub lege erant, competit circuncisio. ergo & Christo.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q sicut peccatum per Adam in omnes transiuerat, ita oportebat p Christum in omnes sanctificationem a peccato transire, vnde ad prærogatiuam sanctitatis eius insinuandam, oportebat quicquid ad Christum pertinebat, speciali sanctitate polleie. Et ideo in populo, de quo Christus nasciturus erat, oportebat specialiter cultum dei esse, & ipsum apud eos signari. Et quia circuncisio est signum distinguens populum dei ab aliis, ideo oportebat populo Israel specialiter circuncisionem datam esse non solum quantum ad illos, qui de stirpe Iacob erant, sed quantum ad omnes, qui ad populum illum qualitercunque pertinebant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circuncisio erat remedium contra originale cum significatione sanctificationis nascituri seminis, propter quod erat in membro generationis: & ideo hoc remedium illi tantum populo cōpetebat, e x quo Christus nasciturus erat. Apud alios autem manebant adhuc eadem remedia, quæ fuerant ante circuncisionem data: quia eis nō oportebat specialia sanctitatis documenta & remedia dare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis ad omnes teneretur ad habendum fidem, quam habuit Abraham, non tamen omnes tenebantur imitari Abraham in fide, quia nec ad omnes notitia Abrahæ venerat, nec omnibus erat datus vt exemplum imitabile, nisi mediante semine, in quo omnes gentes benedictionem Abrahæ consecuturæ erant: & ideo circuncisio, quæ erat signum fidei Abrahæ, non omnibus populis competebat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantum ad promissionem factā Abrahę, separatus est per electionem dei Isaac ab Ismahele, & Iacob ab Esau, ut patet Ro. 9. non autem aliqua segregatio facta est in filiis Israel: & ideo omnes filii Israel pertinebant ad populum dei peculiarem, & propter hoc illis solis circuncisio competebat, quasi nunquàm a familia Abrahæ separatis. Ismahel, & Esau tenebantur ad circuncisionem, quamdiu erant in familia parentum, non autem post recessum ab eis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd peccatū originale, ut in secundo libro dictum est, quantum ad culpam & reatum descendit a patre in filios: quantum ad pœnalitates descendit a femina, quia pater est efficiens in generatione, & mater materiam ministrat. Circuncisio autem data est contra originale ad tollendum culpam, non autem ad tollendū carnis corruptionem: & ideo viris, & non mulieribus data est, & hęc est causa, quæ i obiectione tacta est. Per hoc etiam ostenditur sacramentum imperfectum, & sua imperfectio in expectationem perfectionis educit.

dist. 32. a. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, q quamuis transgressio a femina incœperit, tamen transfusionis originalis peccati causa non fuit femina, sed virtus: quia si vir non peccasset, originale trāsfusum non fuisset, ideo dicit Apostolus Roman. 5. quòd per vnum hominē peccatum intrauit in mundum.

Dā. Libro 4. Moral.

¶ Ad secundum dicendum, q iam patet, quòd non est eadem causa & viris, & mulieribus quantum ad hoc, quòd circuncisio contra originale ordinatur. Similiter etiam nec quantum ad hoc, quòd distinctiuum, & signum populi fidelis ab infideli: quia principaliter populi distinctio est ex parte virorum, quia mulieres viris subiectæ sunt: & ideo etiam apud Hebræos non computabantur genealogiæ ex parte mulierum, sed ex parte virorum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q Christo circuncisio competebat non propter indigentiam, sed propter decentiam, cuius potest in Christo multiplex ratio assignari. Prima est, vt ipse se ostenderet filium Abrahæ, cui præceptum circuncisionis erat factum, & promissio nascituri seminis, & sic dei promissionem impleret a patre. Secunda, vt circuncisionē, sicut & alia legalia suscipiens, ab onere legis nos liberaret. Tertio, vt fratrem Iudæorum se ostenderet, ne haberent iustā occasionem ipsum repellendi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Christus in pueritia in nullo ab aliis pueris segregatus fuit quantum ad exteriorem cōuersationem: & ideo omnia quæ ad pueros pertinebant in veteri lege, in se implere voluit. Sed quando iam ad perfectam ætatē peruenit, ostendere debuit se dominum legis esse, & legem vsq; ad ipsum impositam fuisse: & ideo in quibusdā supra legē operatus est, sicut de obseruatione sabbathi, & in tactu leprosi.

¶ Ad secundum dicendum, q decimatio erat actus tantum figuralis, quantum ad illos qui in lumbis Abrahæ decimabantur, & ideo Christo non competebat, quia ab originali immunis fuit: sed circuncisio etiam habet alias causas præter significationem in illis, qui circunciduntur, & ideo non est similis ratio de vtroque.

ARTICVLVS III.

Vtrum dies octauus ad circuncisionem requireretur.

AD tertium sic proceditur. Videtur q octauus dies non requireretur ad circuncisionē. Alia enim remedia contra originale data siue in lege naturæ, siue in lege gratiæ, tempus determinatum non habent. ergo nec circuncisio habere debuit ad idem data.

¶ 2 Præt. Poterat contingere, q dies octauus erat dies sabbathi: sed in die illo præcepta erat quies ab exterioribus operibus. ergo non erat de necessitate circuncisionis, q octauo die fieret.

¶ 3 Præt. Illi qui vagati sunt in deserto, non fuerunt octauo die circuncisi, sed postea tpe Iosue in Galgala Iosue. 5. & profuit illis circuncisionem, nec illis ob fuit ad transgressionem, vt videtur qui in deserto mortui sunt incircuncisi. ergo determinatio temporis non est de necessitate circuncisionis.

¶ 4 Præt. Sicut prætermittit determinatum tempus si præueniatur, ita & si tardetur: sed Proseliti circuncidebantur post octauū diem, & eis valebat. ergo & pueri poterant ante octauum diem circuncidi, & eis valere.

De institutione, & causa circuncisionis.

SED CONTRA, Circuncisio non habebat efficaciā, nec obligationē nisi ex præcepto diuino: sed circuncisio fuit in præcepto secundum determinatum tempus, Gen. 17. In fans octo dierū circuncidetur in vobis. ergo & determinatū tempus erat de necessitate circuncisionis.

Gen. 17.

¶ 2 Præt. Significatio est de necessitate sacramenti: sed octaua dies facit ad significationem. ergo est de necessitate ipsius.

Isaiæ 5.

II VLTERIVS. Videtur quòd determinatio membri nō fuerit de necessitate circuncisionis. In sacramentis enim signum debet respondere signato: sed purgatio originalis, quæ significatur per circuncisionem, non est ſm aliquam partem determinatam, sed secundum totum. ergo nec circuncisio debet aliquam partē determinatam habere.

¶ 2 Præt. Sacramēta maximam honestatem in se habere debent: sed membra generationis videntur esse turpia & verecunda. ergo non decuit vt in illo membro determinate aliquod sacramētum daretur.

SED CONTRA est, quod dicitur Gen. 17. Circuncidetis carnem præputii uestri &c.

III VLTERIVS Videtur quòd cultellus lapideus sit de necessitate circuncisionis. Circuncisioni.n. baptismus successit: sed determinatum instrumentum ablutionis, scilicet aqua, est de necessitate baptismi. ergo & determinatum instrumentum inciſionis esse debuit de necessitate circuncisionis, & præcipue propter significationem, quæ in litera ponitur: significatio enim est de ratione sacramenti.

Greg. Homilia. 10.

¶ 2 Præt. Greg. dicit super Eze. In sanctorū vita cognoscimus quid in scriptura intelligere debeamus: sed sancti, & præcipue legislatores lapideo instrumento fecerunt circuncisionem, sicut legimus Iosue 5. & Exo. 4. de Moyse. ergo lapideum instrumentum erat de necessitate præcepti.

SED CONTRA. Circuncisio non habebat vim nisi ex diuina institutione: sed in eius institutione, quę tangitur Gen. 17. nulla fit mentio de instrumento lapideo. ergo non fuit de necessitate circuncisionis.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q circuncisio & erat in præcepto, & erat sacramentum. Octaua ergo dies erat de necessitate circuncisionis, quantum ad obligationē præcepti, ita q reus transgressionis erat, qui illud tempus non obseruabat. Sed non erat de necessitate eius, quātum ad efficaciam sacramenti: quia etiam in alio tempore circuncisio facta suū effectum sacramentalem habebat. Sicut etiam accidit de ministrantibus nostra sacramenta, qui seruant materiam & formam debitam, & omittunt aliquid de ritu ad solemnitatem sacramenti ab ecclesia instituto. Determinationis autem huius temporis causa est & mystica quæ tangitur in litera, & literalis quæ tāgitur a Rabi Moyse: quia puer ante octauū diem est ita tener quasi in ventre matris, & ideo sicut animalia non offerebantur propter prædictam causam ante octauum diem, ita nec puer circuncidebatur.

Hug. de sancto Victo. lib. 1. par. 11. c. 3. 4. & 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd remedium, quod præcessit circuncisionem, computatur simpliciter inter sacramenta legis naturæ, quæ non habebant tantam determinationem, secundum Hug. de sancto Victo, quantam habent sacramenta legis scriptæ, ad quam quodammodo pertinet circūcisio. Remediū autem quod circuncisionem sequitur. s. baptismus, est magis generale, & perfectius, nec debuit ita restringi: & ideo non est similis ratio de circuncisione, & aliis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dies sabbathi non impediebat circuncisionem. Non enim erat opus pure corporale, sed sacramentale, sicut & sacrificia, quæ in sabbatho offerri licebat: & ideò dicitur Io. 7. Circuncisionem accipit homo in sabbatho, & non soluitur lex Moysi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illis qui in deserto vagabantur, dispensatio præcepti facta est propter necessitatem, quæ tangitur Iosue 5. quia scilicet nesciebant quando castra mouēda essent. Et iterū quia non erat necesse eos tunc aliquod signum distinctioni habere, ut Damasc. dicit, quando seorsum ab aliis hominibus habitabant: & tamen quantum ad aliquos qui ex negligentia, vel contemptu prętermittebāt, dicit Augu. quòd in obedientiam incurrebant. Non autem constat, quòd aliqui de illis, qui i deserto nati sunt, in deserto mortui sint: & videtur probabile quòd non, quia dicitur in psal. 104. Nō erat in tribubus eorum infirmus. Vnde illi qui de Aegypto egressi sunt, qui circuncisi erant, mortui sunt: & ita nullus est ibi mortuus incircūcisus. Si tū aliqui incircūcisi mortui sunt, idē dicendū est de eis, & de illis qui ante circuncisionis institutionē moriebant.

Gen. 22. & Ro. 4.

De fide Orthodoxa c. 26.

Hoc Augustini dictū ex lib. 16 de ciui. Dei, c. 27. elici pōt

¶ Ad quartum dicendum, quòd magister videtur sentire in litera, q licebat imminente mortis articulo diem præuenire. Quidam vero dicunt Hug. de sancto Victo. sequentes, quòd nō erat necessitas diem pręueniendi, quia illis qui ante octauum diem moriebantur valebat ad salutem remedium, quod ante circuncisionem fuerat, quod adhuc efficaciam habebat: & hoc confirmant per Iudæos qui nunc sunt, qui nunquàm ante octauum diem circuncidūntur, & per glo. Prouer. 4. super illud. Vnigenitus etiam coram matre mea quæ dicit, quòd alius filius Berſabee paruulus non computatur, quia ante octauum diem mortuus nominatus non fuit, & per consequens nec circuncisus. Similiter etiam confirmant per simile, quia nullum animal offerebatur domino ante octauum diem. Secundum hanc ergo opinionem dicendum, q non est simile de præueniendo, & differendo: quia præceptū nullo modo quis transgredi debet, vt præueniat: sed si transgressus fuerit differendo, debet quantū potest illud implere in quocunque tempore.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q circuncisio erat in signum purgationis originalis peccati, & in signum distinctionis populi, ex quo Christus propagandus erat, & in signum castitatis seruandæ, vt dictum est. Et quantum ad omnia hæc decuit ut in mēbro generationis fieret, quia per actū generationis & originale contrahitur, & Christus ab illo populo descendit, & in illo actu castitas consistit: & ideo membrū generationis erat de necessitate circuncisionis & quantū ad efficaciam sacramenti, & quantum ad obligationem præcepti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis originale peccatum, quantum ad essentiam, non determinet aliquā partē corporis, neque quantum ad effectum, tamen quantum ad causam determinat, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd membrum generationis, quod de se nobile erat, propter concupiscentiam quæ præcipue in parte illa viget, ignobile redditum est: & ideo oportebat q in illo membro præcipue medicina apponeretur, quia quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent, vt dicitur. 1. Corin. 12.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sacramentum quod est signum & causa, efficit quod figurat: & ideo illa significatio est de necessitate sacramenti, quæ ad effectum sacramenti refertur, non autem illa quæ refertur ad causam principalem effectus, sed est de bene esse ipsius. Cultellus aūt apideus nō est de necessitate incisionis, per quam signæ circuncisio suū effectum. s. purgationē originalis: sed habet aliquā similitudinē ad causam principalē meritoriā remissionis originalis. s. Christū: & ideo non erat de necessitate circuncisionis neque quantū ad obligationē præcepti, neque quantū ad efficaciā sacramenti, quod fieret cultello lapideo, quod ritus Iudeorū vsque hodie ostēdit: sed in principalibus circuncisionibus, in quibus Christum signi ficari oportebat, tale instrumentum adhibitum est.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd aqua de se habet maximam

ximam conuenientiam ad ablutionem, per quam baptismus significat quod efficit, non autem lapis ad incisionem: & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc intelligendum est de illis, quæ sancti obseruant quasi ex lege obligati, sic autem nõ est in proposito: & ideo ratio non sequitur.

Quare die octauo, & petrino cultro.

Fiebat autem octaua die, & petrino cultro: quia et in resurrectione communi octaua die ætate futura per petram Christum omnis ab electis abscinderetur corruptio, & per Christi resurrectionem octaua die factã circunciditur a peccatis anima cuiusque in eum credentis. Duæ ergo res sunt illius sacramenti.

G

ARTIC. IIII.

Gen. 17. & Iosue 5. & 25. q. 1. ca. Ideo. §. His ita.

d Vtrum circuncisio characterem imprimeret in anima.

AD quartum sic proceditur. Videtur ꝙ circuncisio characterem imprimebat in anima. In sacramentis. n. effectus figuræ respondet: sed circuncisio exterius erat signum distinctiuum, non solum purgatiuum. ergo & interius characterem distinguentem imprimebat.

¶ 2 Præt. Omne sacramentum, quod non reiteratur in noua lege, characterem imprimit: sed circuncisio in veteri lege nõ reiterabatur. ergo characterem imprimebat.

¶ 3 Pręt. Aliquis adultus circuncisus poterat fictus accedere, & sic tunc effectum circuncisionis non suscipiebat, postmodum autem deposita fictione circuncisio ei valebat: alias. n. non fuisset via salutis, cum iterari non posset. ergo habebat aliquem effectũ manentem in anima, ratione cuius postea effectum vltimæ circuncisionis consequebatur, & hoc est character. ergo imprimebat characterem. H

SED CONTRA. In sacramentis nouæ legis perfectissima tantum sunt illa quæ characterem imprimunt: sed circuncisio erat longe inferior sacramentis nouę legis. ergo characterẽ non imprimebat.

¶ 2 Præt. Character nos Trinitati configurat: sed hoc indifferenter competit viris & mulieribus. Cum ergo circuncisio mulieribus non competeret, videtur quòd in ea character non imprimeretur.

II 3. par. q. 70. ar. 4.

VLTERIVS. Videtur quòd circuncisio a peccato nõ purgaret, Rom. 3. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo: sed alia opera legis vt sacrificia, non videntur minus honesta fuisse, quàm circuncisio. ergo nec circuncisio a peccato iustificabat. I

¶ 2 Pręt. Si ab aliquo peccato purgabat, præcipue videtur ꝙ ab originali: sed ab originali non purgabat, quod patet per hoc, qđ Ioannes circuncisus octaua die, vt dicitur Luc. 1. dixit ad Iesum Mat. 3. Ego a te debeo baptizari. glo. a peccato originali mũdari. ergo nullo modo a peccato mundabat.

¶ 3 Pręt. Nihil impedit vitæ æternæ introitum, nisi peccatũ: sed circuncisio ianuam vitæ æternæ non aperiebat, vt in litera dicitur. ergo neque peccata purgabat.

¶ 4 Præt. Quicquid tollit vnum peccatum, tollit omnia, quia impium est a deo dimidiam sperare veniam: sed nunquàm inuenitur a sanctis dictum, ꝙ circuncisio tolleret peccatum actuale. ergo nec originale tollebat.

¶ Sed in contrarium sunt authoritates in litera positæ.

III Vbi sup. q. 70. ar. 4.

VLTERIVS. Videtur quòd circuncisio gratiam non cõferret. Sacramentum. n. non efficit, nisi quod figurat: sed circuncisio non significat gratiæ collationem, sed solum culpæ ablationẽ. ergo gratiam non confert.

¶ 2 Præt. Baptismus non amplius facit, nisi ꝙ aufert culpam, & confert gratiam. si ergo hoc ipsum circũcisio faciebat, baptismus in nullo circuncisionem excedit.

¶ 3 Præt. Propter hoc lex vetus dicebatur occidere, quia gratiã contra concupiscentiam non conferebat: hoc autem non esset si circuncisio, quæ erat quodammodo legis sacramentum, gratiam conferret. ergo gratiam non conferebat.

SED CONTRA. In litera dicitur, ꝙ idẽ remediũ præbebat circũcisio, quod baptismus, excepto qđ ianuam regni cælestis non aperiebat: sed baptismus gratiam confert, non solũ culpam aufert. ergo & circuncisio idem facit.

¶ 2 Præt. Tenebra non expellitur, nisi per præsentiã lucis: sed gratia opponitur culpæ sicut lux tenebræ. cum ergo circuncisio expelleret culpam, videtur ꝙ gratiam conferret.

RESPON. Ad primam quæstionem dicendum, ꝙ chara-

F cter spiritualis est quoddam signum distinctiuum per hoc, ꝙ hominem in aliquo statu perfectionis constituit, sicut in baptismo, confirmatione, & ordine, vt magis infra patebit. Circuncisio autem principaliter erat signũ ad purgandum constitutũ, & ideo in ipsa non ponebatur homo in aliquo alio statu, & sic non competebat ꝙ ĩ ipsa character spiritualis cõferretur.

Dist. 4. q. 1. ar. 4. [illegible]

Quare in baptismum mutata sit circuncisio.

IDeo autem mutata est circuncisio per baptismum, quia sacramẽtum baptismi communius est & perfectius, quia pleniori gratia accumulatũ. Ibi enim peccata solum dimittebantur: sed nec gratia ad bene operandum adiutrix, nec virtutũ possessio, vel augumentum ibi præstabatur vt in baptismo, vbi non tantummodo abolentur peccata: sed etiam gratia adiutrix confertur, & virtutes augentur. Vnde aqua refectionis, vel regenerationis dicitur, quia aridos fecundat, etiam fructificãtes ampliori vbertate donat: quia quantumcunque per fidem, & charitatem ante habitã aliquis iustus ad baptismum accedit, vberiorem ibi recipit gratiam, sed non ita in circuncisione. Vnde Abrahæ per fidem iam iustificato signaculum tantum fuit: nihil. n. intus contulit.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd circuncisio principaliter signat p se ablationẽ, sed distinctionem ex consequenti & per accidens, inquantum aliqui circũcidebantur, & alii nõ: & ideo oportebat ꝙ responderet ei effectus quantum ad principalẽ significationem, non autẽ quantum ad secundariam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd circuncisio non iterabatur: qa causa eius. s. originale peccatum iterari nõ poterat, & non propter hoc, ꝙ character spiritualis in ipsa imprimeretur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in baptismo manet character spiritualis, ratione cuius fictus deposita fictione effectum baptismi recipit: ita manebat character exterior in circuncisione, quæ hoc idem faciebat.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd peccatum quod ex alio contrahitur, conueniens est vt per alium tollatur: & ideo in quolibet statu post peccatum fuit aliquod remedium, per quod originale peccatum ex virtute passionis Christi tolleretur. Et iterum, quia non poterat puer natus, antequàm haberet vsum liberi arbitrii, se ad gratiam præparare, ne omnino sine religione relinqueretur, oportuit aliquod remedium dari, quod ex ipso opered operato peccatum aboleret, & tale remediũ fuit circuncisio: & ideo ab omnibus conceditur, ꝙ peccatum auferebat, sicut signabat ablationem, & in hoc cum sacramentis nouæ legis quodammodo conueniebat, quia efficiebat hoc quod figurabat. Operabatur autem circuncisio peccati dimissionẽ a posteriori. In peccato enim originali tria sunt, scilicet culpa reat⁹, carentia visionis diuinæ, & fomes. Prima duo totaliter tollũtur, sed tertium per sacramentum diminuitur: & ideo circuncisio q̃ erat particularis abscisio, directe significabat, & causabat diminutionẽ fomitis, & per cõsequens auferebat reatũ visionis ęternæ, & per consequens culpam In baptismo autem ecõtrario est, quia prius destruit culpam, cuius ablationẽ significat ablutio exterior, & etiam causat, & per consequens destruit alia. D. 39 810

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacrificia erant instituta ad satisfaciendum pro peccatis actualibus, quæ homo ex se perpetrauit: & ideo non oportebat ꝙ peccata tollerentur per sacrificia, sicut peccatum originale per circuncisionem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd circuncisio quàmuis a peccato originali liberaret, non tamen per eam aliquis perfecte fructũ liberationis consequi poterat, quia ianuam non aperiebat, & secundum hoc Ioannes circũcisus, a peccato originali mundari indigebat. s. per baptismum.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd per circuncisionem auferebatur impedimentum, quod erat ex parte personæ ablato peccato originali, prout erat infectio huius personæ, adhuc tamen manebat impedimentum ex parte naturæ nondum soluto pretio: & ideo per accidens erat, ꝙ ianuam regni cælestis non aperiebat, quia si etiam baptismus, eandem quantum in se est, gratiam conferẽs K quã modo confert, eo tẽpore fuisset, ianuã nõ aperuisset, & si modo circuncisio locum haberet, ianuam aperiret.

¶ Ad quartum dicendum, quòd circuncisio directe cõtra originale ordinata fuit, sed ex cõsequenti etiã actuale tollebat vbi inueniebat: sed tamen sancti de hoc nõ loquuntur, quia ad hoc nõ erat circuncisio principaliter instituta.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ circa hoc est multiplex opinio. Quidam. n. dixerunt, ꝙ circuncisio quantum est de se, culpam tollebat, sed gratiam non cõferebat, innitentes cuidam glosæ, quæ habetur Roma. 4. quæ dicit. In circuncisione peccata remittebantur, sed non gratia per eam præstabatur. Dicebant. n. ꝙ cum originale nihil aliud sit, quàm concupiscentia intensa cum carentia debitę iustitiæ, circuncisio sine hoc ꝙ gratia conferretur, poterat auferre debitum nõ auferendo reatũ, vt patet per hoc, ꝙ si homo illam iustitiam non habebat, non ei imputaretur ad pœnam. Sed hoc non potest esse, quia manente inordinatione culpæ nullo modo potest non imputari a deo ad pœnam, cum culpæ inordinatio per pœnam ordinetur: & ideo oportet si imputatio ad pœnam tollitur, ꝙ inordinatio tollatur, quod sine gratia fieri non potest. Et ideo alii dicunt, ꝙ circuncisio ex sua virtute culpam tollebat, & gratiam circuncisõ conferebatur nõ ex vi circuncisionis, sed ex diuina liberalitate ablato gratiæ impedimento. Sed hoc non potest esse, quia quãuis ex parte recipiẽtis prius fit expulsio contrarii, quàm introductio formæ, tamen ex parte causæ agentis est prius introductio formæ, quia non expellitur contrarium, nisi introducendo formam: & ideo nisi circuncisio aliquo modo gratiam conferret, nullo modo culpam tolleret. Et ideo alii dicunt, ꝙ circuncisio conferebat gratiam quantum ad effectus priuatiuos, qui scilicet sunt auferre culpam, sed non quantũ ad effectus positiuos. Sed hoc nihil est, quia effectus vltimus gratiæ positiuus, est facere dignum vita ęterna, quod fiebat per circũcisionem, sicut & modo fit per baptismum. Et ideo alii dicunt probabilius, vt videtur, quòd dabat gratiam quantum ad effect⁹ priuatiuos culpæ, & reatus, & quantum ad quosdam effectus positiuos, sicut ordinare animam, & facere dignum vita æterna nõ tñ quantum ad omnes quos habet gratia baptismalis, quia illa sufficit ad totaliter concupiscentiã reprimendã, & meritorie agẽdum, ad quod gratia in circuncisione data sufficere non valebat, & secundum hoc intelligitur glosa inducta.

Dist. 10. q. 1. ar. 1. q. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut in sacramento altaris est aliquid ex vi sacramenti, aliquid autem ex naturali concomitantia, vt infra dicetur: ita circuncisio principaliter ordinata erat ad ablationem culpæ, sed ex consequenti ad collationem gratiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in baptismo amplior gratia datur, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ gratia circuncisionis nõ sufficienter reprimebat concupiscentiam, sicut facit gratia noui testamenti: & ideo ratio non sequitur.

ARTICVLVS V.

e Vtrum circuncisio cessare debuerit.

AD quintum sic proceditur. Videtur ꝙ circuncisio cessare nõ debuerit. Ge. 17 dicitur, ꝙ circuncisio datur in fędus ęternum: sed æternum est, quod nullo fine clauditur. ergo circuncisio cessare non debuit.

¶ 2 Præt. Illud quod cum lege non incipit, cum legẽ cessare nõ debet: sed circuncisio ante legem incępit. non. n. est ex lege, sed ex patribus, vt dicitur Io. 7. ergo cum lege cessare non debuit.

¶ 3 Præt. Figuralia, quæ signant id quod semper faciendũ est, non debent cessare, sicut de turificatione, quæ significat deuotionem, patet: sed circuncisio cordis, cuius laus ex deo est, vt dicitur Ro. 2. semper facienda est, & hanc significat exterior circuncisio. ergo cessare non debuit.

SED CONTRA. Gal. 2. Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit.

¶ 2 Præt. Veniente perfecto frustra imperfectum remaneret ad idem ordinatum: sed baptismus perfectius facit hoc, ad quod circuncisio ordinata erat, quàm circuncisio faceret. ergo veniente baptismo circuncisio cessare debuit.

II VLTERIVS videtur ꝙ nec alia legalia cessare debuerint. Christus. n. vt dicitur Mat. 5. non venit legẽ soluere, sed implere: sed lex consistebat non tantum in moralibus, sed etiam in sacramentis legalibus. ergo non venit ea soluere.

¶ 2 Præt. Apud deum non est transmutatio: sed signum mutationis voluntatis est, vt præceptum quod prius datum est, postea reuocetur. cum ergo deus hæc sacramenta præceperit, videtur ꝙ cessare non debuerint.

¶ 3 Præt. Præceptum non potest reuocari, nisi per æqualem, vel superiorem: sed deus nunquàm reuocasse legitur præceptũ de sacramentis legalibus in noua lege. ergo adhuc durant.

SED CONTRA Est quod dicitur Heb. 10. Vmbram habet lex futurorum bonorũ: sed veniente veritate cessat figura. ergo veniente Christo legalia cessare debuerunt.

¶ 2 Præt. Heb. 7. Trãslato sacerdotio necesse est vt & legis trãslatio fiat: sed in Christo translatum fuit sacerdotiũ, vt ibidẽ Apostolus probat. ergo & legalia cessare debuerunt.

A VLTERIVS Videtur ꝙ tẽpore gratiæ poterant sine peccato obseruari. Omnis. n. Christi actio nostra est instructio: sed Christus tempore gratiæ ea obseruauit, sicut in multis patet. ergo licitum est tempore gratiæ ea seruare. III

¶ 2 Præt. Tempore apostolorum etiam obseruabantur, sicut patet. Act. 16. de Paulo, qui circuncidit Timotheũ & de eodẽ Act. 21. qui purificatus per legem, templum intrauit, & hostias obtulit: quod non fecisset ad vitandum scandalum si peccatũ fuisset, quia veritas vitæ non est B dimittenda propter scandalum. ergo sine peccato tempore gratiæ obseruari poterant.

¶ 3 Præt. Omnis actus qui non est de se malus, potest sine peccato fieri, & meritorie, si recta intentione fiat: sed sacrificare, & circuncidi non sunt de se mala, alias nunquàm licita fuissent. ergo si bona intentione fiant, erunt meritoria etiam modo, nedum vt sint peccata.

SED CONTRA Est quod dicitur Gal. 5. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit: sed omne quod impedit profectum, qui prouenit ex Christi redemptione, est peccatũ. ergo circuncisio tempore gratię non poterat fieri, sine peccato, & pari ratione nec alia sacramenta.

¶ 2 Præt. Gal. 4. super illud, Quõ conuertimini rursus ad egena & infirma elementa? dicit glo. Ideo dicit, denuo, vt ostendat, ꝙ non distat modo lex post Christum ab antiqua idolatria: sed idolatria nunquàm poterat obseruari sine peccato. ergo nec legalia C post Christum.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ vsque modo teneamur aliqua legalia obseruare. Tenemur enim ad obseruanda præcepta noui testamenti, & statuta ecclesiæ: sed præceptum apostolorum in nouo testamento fuit de quibusdam legalibus obseruãdis. Act. 15. Visum est spiritui sancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quam vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatiõe. ergo adhuc tenemur ad hæc legalia seruanda. Sed si dicatur, ꝙ fuit permissio apostolorũ pro tempore illo.

¶ Contra glo. ibidẽ dicit, hęc esse necessaria: sed necessaria sunt, sine quibus non est salus, & de quibus non est permissio, sed præceptũ. ergo adhuc obseruare tenemur. Si dicatur ꝙ per Paulum reuocatum est, vt cum dicitur Timo. 4. Nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.

¶ Contra. Inferior non potest præceptum superioris reuocare: D sed Paulus fuit inferior, quàm totum apostolorum concilium in Hierusalem congregatum. ergo non potuit reuocare.

SED CONTRA. Petrus ibidem dicit Act. 15. ꝙ per gratiam Christi saluamur lege noua sine onere legis, sicut & patres nostri, vnde hoc iugum non est fidelibus imponendum: sed onus prędictum est obseruatio cæremonialium. ergo ad ea seruanda non tenemur.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd cum venit quod perfectum est, euacuari debet quod ex parte est, si ad idem ordinetur: quia gratia non facit per duo, quod per vnum potest facere, sicut nec natura. Circuncisio autem imperfecta erat respectu baptismi tripliciter. Primo, quantum ad significationẽ: quia non ita significabat expresse emundationem totius hominis ab immunditia totius culpæ originalis, sicut ablutio baptismalis. Secundo, quantum ad efficaciam: quia non tam abundãs gratia ad operandum, & reprimendum fomitem in circuncisione dabatur, sicut in baptismo. Tertio, quantum ad vtilitatem: E quia non erat eius vtilitas ita communis sicut baptismi, cum haberet determinatum populum, determinatum sexum, & determinatum tempus, quod in baptismo non accidit, & ideo in aduenTente tẽpore plenitudinis debuit cessare baptismo substituto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd æternum hoc accipitur pro sęculo, quod habet quidem finem, sed non est determinatus nobis. Vel etiam dicendum, ꝙ circuncisio corporalis potuit esse in fędus æternum quantum ad suum significatũ, & quãtum ad id quod ei succedit: sicut etiã fides potest dici semper manere ratione visionis, quæ ei succedit in patria.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis cum lege non incœperit circuncisio, tamen propter legem incœpit, quasi legis præparatorium, & ideo cessante lege cessare debuit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ principalis significatio, ad quam circuncisio instituta est, est ablutio originalis culpæ, quia sacramentalis significatio refertur ad effectum. Hoc autem non semper faciendum erat per circuncisionem, & ideo non oportebat quòd circun-

circuncisio semper remaneret. Alia autem significatio est ex consequenti, & secundum illam non oportet accipi iudicium de duratione circuncisionis. Thurificationis autem significatio nunquàm fuit ad significandum aliquid vt effectum eius, & ideo non est similis ratio.

De paruulis defunctis ante diem octauum.

SI vero quęritur de paruulis qui ante diem octauũ moriebantur antequàm fieret circuncisio ex lege, vtrum saluarentur, vel non. Idem potest respõderi quod sentitur de paruulis ante baptismũ defunctis, quos perire constat. Vñ Beda. Qui nũc per Euangeliũ suũ terribiliter & salubriter clamat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto non intrabit in regnum Dei: ipse dudum clamat per suam legẽ, Anima, cuius præputij caro circuncisa non fuerit, peribit de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Forte tamen sub lege ingruente necessitate mortis ante octauum diem circuncidebant sine peccato filios, sicut modo in ecclesia fit de baptismo.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd triplex erat præcipua ratio cessationis legaliũ. Vna est, quia lex instituta fuit ad significandum gratiã noui testamenti, quæ p Christũ facta est: & ideo veniẽte Christo cessare debuerũt, sicut veniẽte corpore cessat vmbra: & hanc causam tangit Apostolus Heb. 10. Vmbrã habens lex futurorum &c. Alia ratio est ex imperfectione, quia in legalibus gratia non conferebatur quantum oportebat in nouo testamento dari. Sicut enim virtus naturalis rei naturali proportionatur, ita virtus sacramentalis sacramẽto: vnde oportuit alia sacramenta institui, in quibus amplior gratia conferretur, & hãc causam tangit Apostolus Heb. 7. Reprobatio quidem fit prioris mandati propter infirmitatem & inutilitatem. Tertia, accipitur ex parte eorum, quibus lex data est, qui erant paruuli, & iõ erãt paulatim a pristina consuetudine idolatriæ abstrahendi, vt sic eis concederetur eadem deo offerre, quæ prius idolis obtulerunt, vel offerri viderant, sicut Rabbi Moyses dicit: sed postmodum quando ad perfectam ætatem humanum genus peruenit, debuit ab his obseruantiis liber esse, & hanc causam tangit Apostolus Gal. 3. & 4. & Pet. act. 15. ostendẽs illa legalia in onus populo rudi imposita esse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus in hoc legẽ impleuit quòd moralibus præceptis consilia apposuit, & præcepta magis elucidauit: sed figuris cæremonialium veritatem apposuit, & ea in seipso suscepit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non ex mutabilitate præcipientis, sed ex prudentis dispensatione contingit, quòd diuersa pcepta diuersis tẽporib9 accõmoda proponit, sicut ẽ in proposito.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dominus ipso facto reuocauit adimplens in se quod in figura præceperat obseruandũ, & ideo in sui passione dixit, Consummatum est, Ioan. 19.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd hæc qõ videtur habere difficultatem ex quibusdam contrarietatib9 quæ super hoc inueniuntur tam in canone, quàm in dictis sanctorum. Quandoque enim inueniuntur obseruata legalia tempore gratiæ, quandoque autem prohibita, & de hoc etiam Petr9 a Paulo redargutus videtur, Gal. 2. & ideo super hoc Hieron. & Aug. diuersa sensisse videntur. Volebat enim Hierony. quòd legalia statim post passionem Christi quantum ad illos, ad quos gratia noui testamenti manifeste diuulgata erat, fuerunt mortifera, sed apostolos quadam pia dispensatione his vsos fuisse ad vitandum scandalum Iudæorum: & ideo Petrus iudaizãs non peccauit dispensatorie id faciens, secundum quod etiam dicitur, 1. Cor. 9. Omnibus omnia factus sum: & similiter Paulus dispẽsatorie eum redarguit, ne gentiles exemplo Petri, quorum ipse apostolus erat, veteris legis sacramenta quasi necessaria quærerent, quia & ipse inuenitur eadem pia simulatione seruasse, & sic vterque excusatur & Petrus a culpa, & Paulus a procaci repræhensione. Sed quia non videtur conueniens, quòd apostoli aliquid contra veritatem doctrinæ fecissent ad vitandum scãdalum Iudæorum, nec iterum videtur conueniens q Paul9 in epistola ad Gal. aliquid simulate diceret, vbi dicit Petrum repræhẽsibilem fuisse: & ideo Aug. aliter dicit, & melius quòd ante Christi passionem legalia fuerunt obseruanda ex necessitate diuinæ iussionis, & habuerunt adhuc effectum: sed post Christi passionẽ ante diuulgationem euangelii obseruari poterant a Iudæis ad fidem conuersis, non spem in ipsis ponentibus quasi alicuius virtutis essent, aut quasi sine eis gratia Christi non sufficeret ad salutem, sed ne omnino videretur lex vetus reprobanda, si statim quasi idolatria fugeretur: & ideo hoc modo erat mater synagoga deducẽda ad tumulũ cũ honore, sed post diuulgationẽ euangelii non solũ non sunt salutifera, sed mortifera. Medio ergo tempore Petrus, & Paulus, & alii apostoli legalia obseruabant non simulatorie, sed uere. Petrus tamen incaute se habuit in obseruatione legaliũ nimis condescendens Iudæis illis, qui legalia obseruãda esse dicebant, ita vt aliqui eius exemplo inducerentur ad ea obseruanda quasi necessaria, & ideo vere repræhensibilis erat, & aliquã leuẽ incurrit culpam, & Paulus vere & non dispensatiue ipsum repræhendit.

Augu. Epistola 9. ad Hiero. to. 2. & ibidem Hie. in Epistola sua ad Aug. ibi inserta, quæ ambæ repe_riuntur. Tom. 2. Epistolarum Hiero.

ET PER hoc patet solutio ad primum & secundum: quia ante Christi passionem quando Christus ea seruauit, non erant mortua, nec mortifera, sed salutifera: tempore vero apostolorum ante diuulgationem euangelii erant quidẽ mortua quasi nullius existentia vtilitatis, sed non mortifera.

¶ Ad tertium dicendum, q una circunstantia mutata facit actũ bonũ in genere, vel malũ: & iõ legalia quæ absque cõsideratione alicuius tẽporis sunt indifferentia, suo tẽpore facta fuerũt bona, tempore aũt non suo obseruata, sunt facta mala, & ideo bona intentione fieri non possunt bene.

AD QVARTAM quæstionẽ dicẽdũ, q circa hoc tres sunt opiniones. Vna opinio dixit, q ad literã intelligendum est illud præceptum qđ legitur in actibus, & eius obligatio vsq; nũc manet: sed hoc manifeste contrariatur dictis Pauli, qui dixit nihil esse cõe. i. immundum per Christum, nisi ei qui æstimat aliquid esse cõe, Ro. 14. & iterum est cõtra rõnem, quia cum hoc præceptum non sit morale, quia naturalis rõ illud nõ dictat, oportet q sit cæremoniale, & iõ eius obligatio nõ manet magis q̃ aliorũ. Et ideo alii dixerunt, q non est intelligendũ ad literam de sanguine aĩalis, & suffocato animali, sed de effusione sanguinis quæ fit p homicidium, & de suffocatione pauperum. Sed hoc non põt stare, quia Hiero. Ezech. 18. post illam expositionem mysticã, expositionem ponit literalẽ, quam dicit apostolos etiam intendisse. Et iõ alii dicunt, q epistola apostolorum non erat præceptoria quantum ad hoc, q abstinerent se ab idolaticiis, & sanguine suffocato, sed erat quædam prouisio ad conseruandam pacem & cõmunem uitã gentilium & Iudæorum fidelium, & iõ fornicationem prohibuerunt quasi per se malũ, quod apud Gentiles non reputabatur pro peccato. Idolaticium autem prohibuerunt quasi illud quod posset suspitionem idolatriæ adhuc retentæ generare de Gentilibus in cordibus Iudæorum: sanguinem autem suffocatum sicut q Iudæi abominabantur ppter dissuetudinem, sicut etiam vsque hodie si aliquis socialiter vult alii conuiuere, oportet quòd abstineat ab his quæ alter abominatur. Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dicuntur esse necessaria quantum ad sensum mysticum prætactum, vel quantum ad obseruandum communitatem vitæ inter Iudæos & Gentiles.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Paulus non reuocauit, sed exposuit apostolorum intentionem, sicut qui præsens fuerat, qñ sententia data erat, vnde dicitur 1. Cor 8. De his autem quæ idolis immolantur, non omnes habemus scientiã, quia non omnes intelligebant qualiter essent prohibita.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sola fides valeret paruulis ad remissionem originalis peccati.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd ante circuncisionem non valebat ad remissionem originalis peccati pro paruulis sola fides. Efficacior enim est charitas quàm fides: sed charitas aliena nunq̃ sufficit ad meritum. ergo nec fides ad iustificationem.

¶ 2 Præt. Si fides aliena valebat. ergo eadem ratione etiam infidelitas nocebat, & ita ex peccato actuali parentum puer puniretur, quod est inconueniens.

¶ 3 Præt. Fides non magis iuuat alium q̃ habentem: sed illi q habebant fidem non semper iuuabantur a fide, quia poterat esse quòd haberent fidem informem. ergo nec puero valebat fides parentum ad delendum originale peccatum.

SED CONTRA est, quod dicit Greg. in litera.

¶ 2 Præt. Peccatum quod ex altero contrahitur, ex altero põt habere medicinam: sed peccatum originale paruuli ex altero cõtrahebatur. ergo poterat ex fide aliena ab ipso mundari.

VLTERIVS. Videtur quòd fides nõ suffecerit sine aliquo exteriori signo. Dicit enim Aug. contra Faustum, quòd in nullũ nomen religionis siue verum, siue falsum poterant homines sine aliquo signo visibili adunari: sed per illud quo originale deletur, homines in religionem veræ fidei adunantur, quia oportet huius remedium esse intrantium. ergo oportebat quòd fieret aliquo visibili signo.

Litera Textus circa.

¶ 2 Præt. Actus mentis potest se extendere ad natos & nõ natos, sed conceptus æqualiter. si ergo fides sine exteriori signo sufficiebat ad deletionem originalis, videtur quòd poterant & nondum nati ab originali peccato per fidem mundari.

¶ 3 Præt. Modo nõ ualet fides ad salutem sine aliquo signo exteriori. si

ergo tunc valuisset, videtur q fuisset maioris efficaciæ quàm modo.

SED CONTRA est, quia ẽm hoc non esset differentia inter paruulos & adultos, quam tamen Greg. assignat.

Lib. 4. Moral. c. 2.

¶ 2 Præt. Omnia sacramenta illius temporis habebant totam efficaciam suam ex fide. ergo tantum faciebat fides sine exteriori signo, quantum cum eo: & ita exteriora signa non requirebantur, vt videtur.

Gen. 17.

II VLTERIVS. Videtur q in adultis non requireretur sacrificiũ, vel aliud huiusmodi. Non minus .n. valet alicui fides propria, quàm alteri fides aliena: sed pueris sufficiebat fides aliena sine exteriori signo, vt pbatũ est. ergo & adultis.

¶ 2 Præt. Hugo de S. Vic. dicit q nullus obligabatur ad sacramẽta illius temporis, sed voto celebrabantur: sed quod est huiusmodi non est de necessitate salutis. ergo absque sacrificiis poterat emundari ab originali.

Hugo de S. Vict. lib. 1. part. 11. ex c. 3. 4. & 5.

SED CONTRA est, quod Greg. in litera dicit, quòd pro paruulis sola fides: pro adultis sacrificia, & oblationes.

RESPON. Dicẽdum, q peccatum originale est peccatum naturæ. Natura aũt reparari non poterat nisi per Christum: & ideo nunquam poterat remitti peccatum originale alicuius, nisi facta relatione, & quadam continuatione illius qui curari debebat ad Christum, quod per fidem fiebat: & ideo fides Mediatoris semper fuit efficax ad curandum ab originali, in illis quidem qui vsum liberi arbitrii habebant propria: in aliis vero aliena, vt nec eis omnino deesset diuinum remedium.

AD PRIMVM ergo dicendum, q fides in cognitione est: charitas autem in affectione. Affectio autem est eius quod est sibi bonum, sed cognitio est eius quod est verum simpliciter: & ideo fides poterat magis respicere Mediatorem, prout erat causa salutis alteri quàm charitas: & propter hoc magis iustificatio quæ fit in sacramentis attribuitur fidei, quàm charitati.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fides aliena non iuuabat inquantum erat actus personæ: sed ex parte illa qua respiciebat obiectum suum. s. Christum, quod erat medicina totius naturæ, in quo habebat quandam similitudinẽ cum sacris nostris inquantum iustificabat ex obiecto quasi ex opere operato, nõ autem ex opere operante.

¶ ET PER hoc patet solutio ad tertium, quia formatio & informitas fidei sunt conditiones eius ex parte operantis, non autẽ ex parte obiecti: & ideo informitas fidei in parente non impediebat effectum salutis in filio. Impediebat autem in ipso, quia informitas illa proueniebat ex aliquo quod erat contrarium saluti, scilicet ex peccato mortali.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam .n. dicunt q non sufficiebat fides sine protestatione fidei facta per aliquod exterius signum. Et erat differentia inter paruulos & adultos quãtum ad hoc tantum, quòd paruulis sufficiebat fides aliena cũ exteriori signo ab aliis facto: sed adultis fides propria cum signo ab eis facto. Sed quia hoc nõ videtur consonare cum verbis Gregor. in litera positis, ideo alii probabilius dicunt, quòd paruulis sufficiebat sola fides sine omni exteriori signo, non autem habitus fidei solum: sed motus eius relatus ad salutem pueri in vi cuiusdam professionis interioris fidei, quicumque esset ille, qui quoquo modo professionem fidei suæ ad puerum suum referret: magis tamen pertinebat hoc ad parentes qui pueri curam habere debebant, & per quos originale contraxerat.

AD PRIMVM ergo dicendũ, secundum hoc quòd illud per quod homines tempore legis naturæ in veram religionem cõgregabantur nõ habebat virtutẽ nisi ex fide, & ideo non erat necessitatis, sed pro uoto celebrabatur vt vnus alii innotesceret.

¶ Ad secundum dicendum, quòd puer adhuc in vtero matris existens, quantum ad humanam cognitionem pertinet, non habet esse distinctum a matre: & ideo per actum hominis consequi non potest, nec nunc vt mundetur ab originali per baptismum, nec tunc vt mũdaretur per fidem parentum, sed diuinitus mundari potest, sicut de sanctificatis in vtero apparet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fidei efficacia non est diminuta, cum omnia sacramenta ex fide efficaciam habent, sed est ei aliquid adiunctum quòd necesse est obseruari: sicut non est minoris efficaciæ lex moris in religioso, quàm in sæculari: quamuis pcepta moralia sufficiant ad salutem in sæculari, sed in religioso requiruntur consilia, ad quæ se ex voto obligauit.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd illa sacramenta legis naturæ non erãt ex præcepto diuino obligantia, sed ex uoto celebrabãtur secundum quòd vnicuique dictabat sua mẽs vt fidẽ suã aliis exteriori signo profiteretur ad honorem dei secundũ qđ habitus charitatis inclinabat ad exteriores actus. Et sic dicimus de charitate, quòd sufficit motus interior. Quãdo autem tempus habet operandi, requiruntur etiam exteriores actus. Ita ẽt quantum ad adultos in lege naturæ sufficiebat sola fides, cum etiam modo sufficiat ei qui non ex contemptu sacramenta dimittit: sed ipsa fides quãdo tempus habebat instigabat vt se aliquib9 signis exterioribus demonstraret. Quando aũt illa signa adhibebantur, nõ erãt efficacia remissionis culpæ ex illis exterioribus, sed ex interiori fide: & sic intelligenda sunt verba Greg. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

DISTIN. II.

A

De sacramẽtis nouæ legis.

IAm ad sacramenta[d] nouæ legis accedam[9], quæ sunt baptismus,[b] confirmatio, panis benedictio, idest eucharistia, pænitentia, vnctio extrema, ordo, coniugium. Quorum alia remedium[a] contra peccatum præbent, & gratiam adiutricem confe

EXPOSITIO TEXTVS.

IN *sinu Abrahæ*. Sinus Abrahæ dicitur limbus patrũ, in quo distincti erant sancti ab aliis. Et quia Abrahã primus ab infidelibus loco & ritu se separasse legit, ideo dicitur Abrahæ sinus. *Lapideo cultro*. Intelligendum est non semper, sed in quibusdam notabilibus circuncisionibus, sicut legitur. Exo. 4. & Iosue 5. *In carne vero præputij*. Caro pręputii dicitur, hæc pellicula contegens carnem, quia in ipsa carne vbi concupiscentia magis est, non poterat abscisio fieri sine periculo. *Tamen sub lege ingruente &c.* Magister hic loquitur ẽm opinionem suam, tamen alia opinio, quæ supra posita est, videtur esse magis probabilis.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de sacramentis in communi, hic descendit ad sacramenta nouæ legis, de quibus principaliter intendit, & diuiditur in partes duas. In prima, determinat de quibusdam quę præexiguntur ad sacramenta nouæ legis. In secunda, prosequitur de eis 3. dist. ibi. *Post hoc videndum est &c.* Prima diuiditur in duas. In prima, determinat quædã quæ præxigũtur ad sacramenta nouæ legis ordine doctrinæ. In secunda, determinat de baptismo Ioan. quod præexigebatur ad ea vt dispositio, siue præparatio, ibi. *Nunc autem de baptismo &c.* Circa primum, duo facit. Primo, ponit distinctionem sacramentorum nouæ legis & quantum ad numerum, & quantum ad effectum. Secundo, ponit eorum institutionem, ibi. *Si vero quæratur &c.* Vbi primo, ponit communem sacramẽtorum nouæ legis institutionem. Secundo, excipit matrimonium quantum ad aliquid, ibi. *Fuit tamen coniugium &c.* Nunc autem de baptismo &c. Hic determinat de baptismo Ioannis. Et circa hoc duo facit. Primo, determinat de ipso baptismo secundum se. Secundo, de eo quantum ad suscipientes, ibi. *Hic considerandum est &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit differentiam baptismi Ioannis ad baptismum Christi. Secundo, ostendit quasdam conditiones baptismi Ioannis. Primo, vtilitatem, ibi. *Ad quid ergo &c.* Secundo, nomen, ibi. *Sed quare quæritur dictus est &c.* Tertio, genus, ibi. *Si vero quæritur &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

Primo, De sacramentis nouæ legis in generali.
¶ Secũdo, De baptismo Ioannis.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, De diffinitione sacramentorum quantũ ad effectum.
¶ Secũdo, De distinctione eorum quantum ad numerum.
¶ Tertio, De ordine ipsorum.
¶ Quarto, De institutione eorum.

runt, vt baptismus: alia in remediũ tantum sunt, ut cõiugium: alia gratia & virtute nos fulciunt, vt eucharistia, & ordo.

Quare mox post hominis casum non fuerint instituta.

G SI vero quæritur, quare nõ fuerint hęc sacramenta instituta mox post hominis lapsum, cũ in his sit iustitia, & salus. Dicimus, ante aduentum Christi, qui gratiam attulit, gratiæ sacramenta fuisse danda, quæ ex ipsius morte, & passione virtutem sortita sunt. Christus autem venire noluit, antequàm homo de lege naturali & scripta conuinceretur, quòd neutra iuuare posset.

ARTICVLVS I.

Vtrum omnia sacramenta contra aliquem animæ defectum, sint instituta.

3.par.q.65. ar.1. in cor. AD primũ sic proceditur. Videt quòd non omnia sacramẽta sint instituta in remedium cõtra aliquem animæ defectum. Sacramentum .n. a sanctitate dicitur: sed sanctitas nõ semper importat remedium contra defectum, sed etiã confirmationem in bono, ergo non omne sacramentum est ad remedium institutum.

Dionysi. de ecclesi. Hierarchia ex c.5. parte 1. ¶ 2 Præt. Omne remedium cõtra aliquẽ defectũ ad purgationẽ pertinet: sed Dio. distinguit sacra q̃ pertinent ad perfectionẽ .s. cõfirmationẽ, & eucharistiã ab illis q̃ pertinent ad purgationẽ, sicut est baptismus. ergo non omne sacramentũ est ad remedium.

¶ 3 Præt. Hoc videtur ex diffinitione quam magister ponit in litera. Quibusdã .n. attribuit remediũ conferre & gratiã, sicut baptismo: quibusdã gratiam tantũ, sicut confirmationi & ordini: matrimonio autẽ remedii collationẽ tantũ. ergo nõ omne sacrm est ad remedium institutum.

Vgo de sancto vict. li. 1. par. 9. ca. 3. & 4. SED CONTRA est, quod Hugo de sancto Vict. dicit, q sacramenta sunt vasa medicinalia: sed omnis medicina est in remedium alicuius morbi. ergo & omne sacramentum est in remediũ alicuius defectus spiritualis.

¶ 2 Præt. Sacramenta, vt dictum est, habent efficaciam a passione Christi: sed passio Christi directe ordinatur ad tollendos defectus nostros. ergo & sacramenta in remedium ordinata sunt.

di. 1. q. 1. ar. 4. qu. 1. vbi sup. quæst. 3

II VLTERIVS. Videtur q aliquod sacramentum sit tantũ in remedium .s. matrimonium. Solus .n. consensus mutuus matrimonium facit: sed consensus nõ potest esse causa gratiæ, quia gratia non est ex actibus nostris. ergo in matrimonio gratia non confertur, & sic est in remedium tantum.

Vgo de s. Victo. li. 1. par. 9. ca. 2. ¶ 3 Præt. Secundum Hugo. sacramenta ex santificatione inuisibilem gratiam continent: sed sanctificatio quæ fit per ministros ecclesiæ non est de essentia matrimonii quantum ad sacramenti necessitatem, sed solum est de solemnitate ipsius. ergo non confertur ibi gratia, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præt. Hoc magister expresse in litera dicit.

SED CONTRA. Diffinitio generis debet omnibus speciebus conuenire: sed in diffinitione sacramẽti nouæ legis ponitur, vt causa gratiæ existat. ergo conuenit matrimonio, & sic non est tantum in remedium.

II VLTERIVS. Videtur quòd sacramenta non sint in remedium contra pænam, sed solum contra culpam. Sacramẽta enim efficaciam habent ex hoc quòd gratiam continent: sed gratia nõ opponitur pœnæ, sed culpæ. ergo sacramenta non ordinantur in remedium contra pœnam.

¶ 2 Præt. Sapientis medici est per causam curare effectum: sed causa pœnæ est culpa. ergo cum Christus sit sapientissimus medicus, non instituit aliqua sacramenta ad curandum pœnam, nisi ea quæ curant & culpam.

SED CONTRA. Extrema vnctio contra infirmitatem videtur ordinari, vt patet Iaco. vlti. sed infirmitas pœna est. cum ergo extrema vnctio sit sacramentum, aliquod sacramentum ordinabitur contra pœnam, & non tantum contra culpam.

II VLTERIVS. Videtur quòd aliquod sacramentum ordinetur contra culpam venialem. Quædam .n. sacramenta sunt nociua, nisi deposito mortali accipiantur, sicut patet de eucharistia, & de ordine: sed dantur in remedium alicuius culpæ. ergo dantur contra venialem.

¶ 2 Præt. Medicina spiritualis magis debet apponi contra culpã, quàm contra pœnam: sed peccatum veniale culpa aliqua est. cum ergo aliqua sacramenta ordinentur contra pœnam, multo fortius videtur q aliquod possit ordinari contra culpam venialem.

d.6.q.1.ar. 2. quæst. 3. Medicina c.2. SED CONTRA. Pænitentia ordinatur cõtra mortale & veniale peccatum, quod patet per magistrum, qui infra determinat de pænitentia venialium, & Augustinum in lib. de pænitentia: sed pænitentia sufficit contra mortale, nec aliud sacramentũ contra mortale ordinatur. ergo multo magis sufficit cõtra veniale, nec oportet aliquod sacramẽtũ speciale cõtra veniale ordinari.

RESPON. Dicendũ ad primam qõnẽ, q quandocũque ad perfectionem alicuius rei oportet aliquid apponere vltra id quod re-

F quirit ordo illius naturæ secundũ se consideratæ, hoc accidit ad subueniendum alicui defectui illius rei: sicut quando ad sustentationem corporis non sufficit cibum ministrare, nisi addantur aliqua digestiua, signum est defectus in virtute digerente. Ex ordine autem humanæ naturæ nihil aliud requiritur ad eius perfectionem spiritualẽ, nisi deus influẽs, & gratia & virtutes influxæ. Vnde cũ aliquæ res corporales adhibentur ad hominis sanctificationem, ex quibus secũdum ordinem naturæ sanctificatio hominis nõ dependet, signum est q hoc fit ad subueniẽdum alicui defectui ipsius: & ideo cum hoc inueniatur in omnibus sacramentis, omnia sacra in remedium alicuius spiritualis defectus instituta sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hoc ipso q ad sanctitatem homo perducit per ea quæ naturæ secundum se consideratæ ordo non requirit, signũ est q alicui defectui remediũ adhibetur. Vnde quis sacramenta ex ratione sanctificationis non habeant quòd sint in remedium, habent tamen hoc ex officio, siue ex modo sanctificandi.

¶ Ad sm dicendũ, q defectus spiritualis dupliciter cõtingit, sicut & corporalis. Vno modo ex positione contrarii, sicut qñ corpus est ægrũ, & qñ in aĩa est peccatum. Alio mõ ex subtractione eius quod ad pfectionẽ necessariũ erat vel corporis, vel animæ: sicut
H qñ corpus est debile ad exercenda corporalia opera, & similiter qñ spiritus ad exequenda spiritualia. Remedia ergo quæ dantur contra primũ defectũ aliquid realiter tollũt, & iõ purgationis rationẽ habent. Remedia autem quæ sunt cõtra defectũ secũdũ, nõ tollũt aliquid sm rẽ, sed solũ aliquid adiiciũt ad pfectionẽ: & iõ talia remedia non dicuntur purgare, sed perficere. Et hæc eadem sunt quæ magister dicit nos gratia & virtute fulcire inquantum perfectiua sunt, nihilominus tamen in remedium alicuius defectus sunt. Vnde patet solutio ad tertium.

AD SECVNDAM quæstionẽ dicẽdũ, q circa hoc sũt duæ opiniones. Vna est q in matrimonio gratia aliqua nõ cõfertur, sed tãtũmõ fit in remediũ cõtra cõcupiscẽtiã. Hoc aũt nõ vr cõuenienter dictũ, quia aut intelligit esse in remediũ cõcupiscentiæ quasi cõcupiscẽtiã reprimens, qđ sine gratia esse non põt: aut quasi cõcupiscẽtiæ in parte satisfaciẽs, qđ quidẽ facit ex ipsa natura actus nõ intellecta et rõne sacramẽti. Et pterea cõcupiscẽtia nõ d reprimit p hoc q ei satisfit, sed magis augetur, vt Philosophus dicit in
I 3. Eth. aut inquãtũ excusat cõcupiscẽtiæ actũ, qui sine matrimonio deformis esset: & hoc quidẽ facit p bona matrimonii, quæ ei cõueniũt etiã inquãtũ est in officiũ & rõne suæ sanctificationis, cũ qua cõicat cũ sacramentis veteris legis: & ita per hoc nõ haberet aliquid p̃ illis, vt cũ sacris nouæ legis cõputari debeat. Et ppter hoc alii dicũt, q matrimoniũ cõsideratur in triplici statu. Primo ante peccatũ, & tũc erat tantũ in officiũ. Secundo, sub lege vbi ex ipsa sanctificatione sua excusabilẽ reddebat matrimonii actũ, qui absq; hoc turpis fuisset. Tertio, sub statu gratiæ, vbi vlterius gratiã confert ad concupiscentiã reprimendã, vt .s. vnusquisque possideret vas suũ in honorẽ, & non in contumeliam: sicut & gentes quæ ignorabant deum 1. Thessa. 4. & Thob. 6. dicitur q in illis qui in timore dei vxores accipiunt, & amore filiorũ ad cultũ dei magis q̃ amore libidinis, dæmon potestatẽ nõ habet.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut res corporales quæ sunt in aliis sacramentis, non habent vt propria virtute gratiam conferre possint, sed ex institutione diuina: ita etiam est de illis quæ matrimoniũ causant, q ex ipsa institutione diuina habẽt, q
K ad gratiam instrũaliter disponant, nisi sit defectus ex parte nostra.

¶ Ad secundum dicendum, q quædam sacramenta sunt, ad quorũ efficaciã præexigitur sanctificatio materiæ, vt patet in confirmatione, vel extrema vnctione: quædã vero nõ præexigunt prædictam sanctificationẽ, sicut patet in baptismo. Vnde benedictio materiæ quæ fit a ministro, non est de necessitate, sed de solemnitate sacramenti: & similiter est etiam de matrimonio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnumquodque denominatur ab eo ad quod est. Gratia autem quæ in matrimonio confertur secũdũ qđ est sacramentũ ecclesię in fide Christi celebratũ, ordinatur directe ad reprimendũ concupiscentiam, quæ concurrit ad actum matrimonii: & ideo magister dicit, q matrimonium est tãtum in remedium, sed hoc est per gratiam quę in eo cõfertur. Vbi sup.

AD TERTIAM quæstionẽ dicendum, q duplex est pœna peccati. Quædã q̃ pro pctõ infligit, sicut pena inferni, & flagella quibus

A quibus a deo temporaliter punimur: quædam ex ipso peccato cõsequens immediate, & per consequens ad peccatum ordinans, sicut est debilitatio naturæ ad resistendum peccato, & huiusmodi. Contra primam ergo pœnam non datur sacramentum in remedium directe, sed ex consequenti, vt .s. curata causa .s. peccato, cesset effectus, scilicet pœna. Sed contra secundam pœnã datur directe aliquod sacramentum, illa .s. quę in remediũ sunt contra defectũ contingentem ex subtractione necessarii, nõ ex positiõe cõtrarii.

Quòd sacramentum coniugii fuit ante peccatum.

VIt tñ coniugiũ ante peccatum institutũ, nõ vtique propter remediũ, sed ad sacrm & ad officiũ: post pctm vero fuit ad remediũ contra carnalis cõcupiscentiæ corruptelam, de quo suo loco tractabimus. B

AD PRIMVM ergo dicendum, q pœnæ, contra quas dictum est sacramentum ordinari, etiam ad gratiam contrarietatem habent, quia ex subtractione contingunt, & in contrarium gratiæ ordinant.

¶ Ad secundum dicendum, q sicut est in medicina corporali, q curato morbo adhuc remanent aliquæ reliquiæ morbi ex morbo causatæ, contra quas oportet specialia medicamenta dari, ita etiã est in medicina spirituali: & propter hoc cõtra prædictas pœnas oportet esse aliqua sacramenta.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, q circa hoc est duplex opinio. Quidam .n. dicunt aliqua sacramenta in remediũ venialis dari, sicut eucharistiam, & extremam vnctionẽ. Sed hoc non videtur conuenienter dictum: quia pænitentia purgatiua est vniuersaliter omnis peccati actualis, mortalis, & venialis: vnde ad hoc non oportebat aliquod sacramentum institui. Et præterea C
etiam non existentibus venialibus adhuc necessitas illorum sacramentorum esset ad consummandum in bonum, secundũ doctri-
Vbi supra. nam Dio. Et ideo aliter dicendum, q contra veniale non ordinatur aliquod sacramentum ad curationem ipsius principaliter institutum, quamuis ex consequenti multa sacramenta contra venialia valeant. Veniale .n. & culpa est, & dispositio ad culpã, imperfectam tñ rationem habens culpæ, ita q gratiam non excludit: & ideo inquantũ culpa est, potest tolli per omnia sacramenta quæ contra culpam tollendam ordinantur. Inquantũ vero est dispositio ad culpam ex ablata mortali culpa remanens, potest tolli etiam per sacramenta illa, quæ contra pœnam ex culpa relicta, & ad culpam inclinantem ordinantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa sacramenta quæ gratiam in suscipiente preexigunt, non ordinantur directe contra culpam, quia non sunt ad tollendum contrarium, sed ad supplendum defectum. D

¶ Ad secundum dicẽdum, q sacramentum quod tollit mortalẽ culpam, sufficit etiam ad tollendum venialem: & ideo contra veniale non oportet aliquod sacramentum dari, sicut contra reliquias culpæ, ad quarum ablationem pęnitentia non ex toto sufficit sine aliis sacramentis.

ARTICVLVS II.

b Vtrum sacramenta debeant esse septem.

3 par. Vbi supra. AD secundum sic proceditur. Videtur quòd non debeant esse septem sacramenta. Sicut .n. supra dictum est, omnia sacramenta efficaciam habent a passione Christi: sed vnum est sacramentum, quod directe est repræsentatiuum passionis Christi, & ipsum totum Christum continet .s. eucharistia. ergo illud sacramentum sufficeret. E

¶ 2 Præt. Quod potest fieri p vnũ, non debet fieri per plura: sed per baptismũ tollunt omnia peccata. ergo non oportebat q aliquod aliud sacramentum contra culpam ordinaretur.

¶ 3 Præt. Sacramenta in remedium contra defectum ordinãtur: sed duplex est defectus .s. culpæ quæ est quasi contrarium, & pænæ quæ ex defectu gratiæ accidit, vt dictum est. ergo duo sacramẽta sufficerent.

Hug. de S. Vict. lib. 1. de sacramẽtis. par. 11. ca. 1. ¶ 4 Præt. In lege noua ubi manifestior est ueritas, minimum debet esse de figuris: sed in lege naturæ secundum Hug. erant tantum tria sacramenta scilicet oblationes, decimæ, & sacrificia. ergo non debent esse plura sacramenta in lege noua q̃ tria.

¶ 5 Præt. Sacramenta legalia nostrorum sacramentorum figuræ fuerunt: sed ipsi non habuerunt aliqua sacramenta respondentia confirmationi, & extremæ vnctioni. ergo nec nos huiusmodi sacramenta habere debemus.

A ¶ 6 Præt. Dio. in eccle. hierarch. vbi de sacramentis tractat, matrimonium, & pænitentiam omittit. ergo videtur q non sint nisi quinque sacramenta.

SED CONTRA. Videtur q sint plura. Omne .n. illud qđ in remedium peccati datur, videtur esse sacramentum: sed aqua benedicta est huiusmodi, quia per eam venialia tolluntur. ergo est sacramẽtũ.

¶ 2 Præt. Sicut circa concupiscentiam, quæ est in venereis, contingit esse peccatum intemperantiæ, ita circa concupiscẽtiã quæ est in cibis, & potibus: sed contra primam concupiscẽtiam habemus vnum sacramentũ. Ex c.5. par. 1. & alibi. ergo & contra secundam habere debemus.

De baptismo.

NVnc vero de baptismi sacramẽto videamus, qđ inter nouæ grãe sacra primũ est. Baptismum Christi Ioannes suo baptismo prænuntiauit, qui primus baptizasse legitur: sed in aqua nõ in spiritu, sicut ipse ait. Ego B baptizo vos in aqua .i. in pænitentiam. Sola enim corpora abluebat,

De ecclesi. hier. ca. 6. par. 3. ¶ 2 Præt. Dio. inter sacra nominat monasticam consummationem, siue consecrationẽ: sed nõ cõputatur inter septem sacra hic enumerata. ergo sunt plura, quàm septem.

Hug. de S. Vict. ubi supra. ¶ 3 Præt. Oblationes & decimæ in lege naturæ erant sacra, sm Hug. cum ergo modo sint oblationes & decimæ, videtur q sint sacramenta, & sic idem quod prius.

Hug. de S. Vict. libr. 1. par. 9. ca. 2. ¶ 4 Præt. Sacra ex sanctificatione inuisibilẽ gratiã continent, sm Hugo. sed multæ sunt sanctificationes per ministros ecclesiæ factæ, quæ hic non numerantur, sicut consecratio templi, & altaris, & sacrarum vestium, & huiusmodi. ergo sunt plura sacramenta.

C RESPON. Dicendum, q sacra ex hoc q sunt sacra, habent q sint in remedium cõtra defectũ aliquẽ: ex hoc aũt q sunt sacra ecclesiæ, habent p ministros ecclesiæ dispensari, & in membra ecclesiæ transfundi. Et ideo dupliciter põt accipi numerus sacrorum proprie. Primo, ex defectibus, contra quos sacra ordinant. Ordinantur aũt sacra, vt ex dictis patet, ad tollendũ cõtrariũ, & ad supplẽdũ defectũ. Contrarium aũt sanctitati est culpa, q̃ quidẽ dupliciter tollit. Vno modo, impediẽdo ne fiat, & hoc modo in remediũ culpæ matrimoniũ ordinatur. Alio modo, subtrahendo iam existentẽ, & sic contra originalẽ culpã ordinat baptismus, contra actualẽ pnĩa. Secundũ remediũ præbent supplendo, qđ deficit, & ea q̃ perfectionis sunt effectiua. Est aũt duplex perfectio. Vna formæ ad actũ, & hanc quidẽ perfectionem facit ordo quantũ ad executionẽ bonorũ, quia reddit hoĩem idoneũ ad dispensationem sacrorum: sed quantum ad perpessionem difficilium facit dictam perfectionem confirmatio, quæ hominem
D fortem reddit, vt nomen Christi propter pressuras mundi confiteri non refugiat. Alia autem perfectio est in ordine ad finem, ad quem per actus peruenitur, & hanc quidem perfectionẽ quãtum ad finem intra facit extrema vnctio, quæ est quædam delibutio præparans in gloriã resurrectionis. Quantum vero ad finem extra facit eucharistia, quæ membra capiti coniungit. Et quia hic est vltimus terminus nostrę sanctificationis, ideo dicit Dio. quòd omnis alia sanctificatio in eucharistiam terminatur, quia & ordinati, & baptizati eucharistiam sumunt. Si autem considerantur sacramenta, vt sunt ecclesiæ sacramenta, scilicet per ministros ecclesiæ dispensanda, sic potest secundum doctrinam Dio. hoc modo numerus eorum accipi. In qualibet enim hierarchia oportet esse actionem hierarchicam, & exercẽtes eam, & recipientes. Recipientes autem per ipsas actiones superiorum in suis gradibus perficiuntur, & ideo ex parte eorum non debet esse aliquod speciale sacramentum, per quod receptiui sacramentorum fiant. Actio autem hierarchica est triplex, scilicet purgare, illuminare, perficere: sed quia nullum sacramentum nouæ legis purgat sine gratiæ infusione, quæ illuminatio dicitur: ideo Dio. in sacramentis coniungit purgationem illuminationi. Potest autem esse in sacramẽtis purgatio vel a culpa, & sic habet purgatiuam & illuminatiuam vim quantum ad originale baptismus, quantum ad actuale pænitentia: vel a reliquiis culpæ, & sic extrema vnctio purgare habet: vel a causa culpæ, quæ est concupiscentia, & sic matrimonium, quod eam reprimit & ordinat, vim purgatiuam habet. Perfectio autem est duplex, scilicet perfectio formæ, & ad hanc est confirmatio, quæ hominem in seipso consistere facit vt a contrariis non facile soluatur, & perfectio finis, & ad hanc est eucharistia, quæ nos fini coniungit. Ex parte autem exercentium actiones hierarchicas accipitur vnum sacramentum, scilicet ordo, per quæ ministri ecclesię ponuntur in statu exercendi hierarchicas actiones. Potest & aliter accipi numerus sacramentorum secundum conditionem eorum, quibus per sacramenta subuenitur. Sunt .n. sacra

De ecclesi. hier. par. 3. c. 2. in fi. ibid. ca. 5. par. 1. Ex capite 3. cælestis hierarchie.

in remediū data. Aut igitur in remediū vnius personæ, aut toti ecclesiæ. Si primo modo, aut quantum ad ingressum, & sic est baptismus: aut quantū ad egressum, & sic est extrema vnctio: aut quantū ad progressum, & hoc est dupliciter. Vno modo quantū ad exequutionem virtutis, vel vt a malis non superemur, & quātum ad hoc est cōfirmatio: vel ut bonis adhæreamus, & quantum ad hoc est eucharistia. Alio modo ad reparationem virtutis, si ipsam in pugna spirituali aliquo modo lædi contingit, & sic est pœnitentia. Si in remedium totius ecclesiæ, aut in regimen, & multiplicationem ipsius spiritualem, & sic est ordo: quia principatus bonum multitudinis est, ſm Philosophum. in 5. Ethi. Aut quantum ad multiplicationem materialem fidelium, & sic est matrimonium. Quidam autem accipiunt numerum sacrorum secūdū adaptationem ad virtutes, vt fidei, respondeat baptismus, quod est sacramentum fidei dicitur: spei, extrema vnctio, per quam homo præparatur quodammodo ad futuram gloriam: charitati, eucharistia: prudentiæ, ordo: iustitiæ, pœnitentia: temperātiæ, matrimonium: fortitudini, confirmatio. Quidam vero adaptant diuersis generibus culparū, & pœnarum, vt baptismus sit contra culpam originalem, pœnitentia cōtra actualē mortalē, extrema vnctio contra venialē, ordo contra ignorantiā, matrimoniū contra cōcupiscentiā, confirmatio cōtra infirmitatem, eucharistia cōtra malitiā, quia est sacrm charitatis, quæ p se opponitur malitiæ. Hæc n. quatuor dicit Beda ex peccato consecuta.

D. 584

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis eucharistia sit memoriale ipsius dominicę passionis ipsum Christū continens, nō tn dquantū ad omnes effectus eius. Vel dicēdū, q propter prædictā rationē eucharistia ordinatur ad vltimum effectū passionis Christi, quasi completissime ab ea efficaciā habens: & ideo quantum est de se, valet contra omnes spirituales defectus. Vnde & cū singulis sacramentis exhibetur, quasi cōsummās effectum vniuscuiusque: sed tn prę exigit alia sacramēta, vt idoneus quis reddatur ad tanti perceptionem mysterii, sicut etiam in naturalibus vltima forma non datur, nisi præcedentibus omnibus dispositionibus.

¶ Ad secundum dicendum, q baptismus est sacramentū intrantium, quia facit hominem primo participem redemptionis Christi consepeliens eū in similitudinē mortis Christi, & ideo nonpotest iterari, sicut nec passio Christi. Et quia peccata actualia iterantur, ideo contra culpam actualem oportuit aliquod remedium adhiberi, scilicet pœnitentiam, quamuis etiam baptismus ipsum deleat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd defectus illi sunt generales, & non habent eādē rationē in oibus suis partibus, & ideo oportuit contra diuersas partes eorū diuersa remedia adhiberi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in lege naturæ multa signa gratiæ præcesserunt, sicut diluuiū, occisio Abel, & huiusmodi, quæ tn non debent dici sacramenta: sed illa tantū quæ ad aliquod remediū exhibebantur. Ea. n. significabant rem sacrā, vt actu sacrātem, quod est de ratione sacri, vt supra dictum est, & ideo in lege naturæ Hugo. tantū ponit tria sacra. s. sacrificia, oblatiões, & decimas, quia p hæc, vt dicit Greg. remedium ante circuncisionem contra originale erat. Et quamuis tunc esset tempus figurarū magis q̄ modo, non oportebat esse signa determinata ad determinatos effectus gratiæ, sicut modo sunt: & ideo in quadam generalitate sacra illā, nostra sacra, & ipsorum causam. s. passionē Christi significabant: sicut q̄ per sacrificia significabat passio, p oblationes dispositio patientis ad passionē, quia ipse se voluntarie obtulit ad passionē Esa. 53. p decimas autē comparatio patientis ad illos, pro quibus patiebatur, qui imperfecti erant, ab ipso oēm perfectionem expectantes, sicut nouem p decē complent. Horū autem duo referuntur ad eucharistiam. s. sacrificium, quantū ad signatum, & oblatio quantū ad materiā & vsum: sed decima præfigurabat baptismū, inquantū aliquid auferebat: matrimonium autem, & pœnitentia, & ordo erant illo tempore, sed tn non cōpurantur inter sacra illius temporis, quia non fiebant cū aliqua cōsecratione. Quilibet. n. primogenitus, ſm Hiero. sacerdos erat, nec erat aliquis modus determinatus ipsorum, nisi secundum instinctum naturæ, prout cuique ratio fide innata dictabat faciendum.

dist. 1. q. 1. ar. 1. quæstiūcula 3. Hug. Gregorius, & habetur de consecrat. dist. 4. c. qđ autē apud nos.

Hiero. in Epistola ad Euagrium. to. 3. Epistolarum.

¶ Ad quintum dicendum, q tempore legis scriptæ, iam plura cū aliqua cōsecratione celebrabāt, q̄ nostris sacramētis quasi figurę respondent: quia p circuncisionem nostrū baptisma figuratur, p oblationes & sacrificia eucharistia, per diuersos ritus expiationū pœnitentia, p consecrationes Aaron, & filiorū eius noster ordo, & p matrimoniū iam ad aliquas certas personas determinatum, & sub lege constitutum, nostrū matrimonium: sed extrema vnctionis non debuit præcedere figura; quia extrema vnctio est directiuū, & præparatorū in gloriā, quā tunc statim post mortē consequi nō poterant, sicut modo possunt: similiter dnec cōfirmatio, in qua cōplemen tū spūsancti datur: tēpus autē illud nō erat tps plenitudinis sicut tempus istud.

¶ Ad sextum dicendum, q̄ Dio. nō intēdit ibi determinare de sacris, sed de actionibus hierarchicis, q̄ consistunt in consecratione p ministros ecclesiæ facta. Et quia matrimoniū & pœnitentia possunt habere suum effectum sine tali consecratione, non de eis ideo determinauit.

¶ Ad septimum dicendum, q̄ aqua benedicta non ordinatur directe ad remediū præstandū, sed remouendū prohibens: vnde datur contra dæmonū nequitias, & venialia, & oē quod effectū sacramentorū impedire posset: propter hoc non est sacramentum, quia remouens prohibens est agens p accidens, sed est sacramēta le, quasi dispositio quædam ad sacramenta.

¶ Ad octauum dicendum, q̄ concupiscentia, quæ est in actu generatiuæ habet specialē fœditatē ab aliis concupiscentiis: quia præter hoc q̄ est infectiua personæ, quod habet commune cum aliis, & idem remediū habens. s. pœnitentiam, est etiam infectio naturæ: & ideo debet habere speciale remedium, secundū quod ad purgationem naturæ ordinatur.

¶ Ad nonum dicendum, q̄ ad quamlibet eminentiam status dat aliqua sanctificatio, cum sit ibi necessariū speciale auxiliū gratiæ sicut in cōsecratione regū, & monachorum, & monialiū, & ideo sunt actiones hierarchicæ: & propter hoc Dio. de eis determinat, nō tamen habent rationem sacramenti, sed solū illam eminentiā per quam homo efficitur sacrorum dispensator.

¶ Ad decimum dicendum, q̄ oblationes, & decimæ erant sacra tunc inquantū erant figurales, sed quantum ad hoc nunc nō manent, sed solum ſm quod sunt morales ad vsum ministrorū ecclesiæ, & pauperum deputatæ, & ideo nunc non sunt sacramenta.

¶ Ad vndecimum dicendum, q̄ oēs illæ sanctificationes ordinantur ad sacramentum eucharistię, & ideo non sunt sacramenta, sed sacramentalia quædam.

ARTICVLVS III.

c Vtrum sacramenta conuenienter a Magistro ordinentur.

I

AD tertium sic proceditur. Videtur q̄ sacramenta inconuenienter a magistro hic ordinentur. Prius. n. est qđ a iale est quàm quod spirituale. 1. Cor. 15. sed matrimonium ad vitam animalem pertinet, omnia aut̄ sacramentalia ad vitam spiritualem. ergo matrimonium est omnibus prius.

¶ 2 Præt. Agens naturaliter prior est sua actione, vnde & in iure prius determinatur de officiis, quàm de actionibus: sed p sacramentum ordinis constituuntur dispensatores aliorū sacramētorum. ergo ordo inter alia primo debet poni.

¶ 3 Præt. Bonū commune est diuinius, q̄ bonum personæ, vt dicitur in 1. Eth. sed matrimoniū & ordo ordinantur in remediū commune, alia autē in remediū vnius personæ, vt dictū est, ergo illa duo sacramenta ante alia poni debent.

¶ 4 Præt. Eucharistia perficit nos coniungendo fini, vt dictum est: sed finis est vltimum in adeptione. ergo eucharistia post omnia debet poni.

¶ 5 Præter. Purgatio præcedit illuminationē, & perfectionē: sed secundū Dio. eucharistia pertinet ad perfectionē, similiter & confirmatio. ergo pœnitentia, quæ maxime ad purgationē pertinet, videtur q̄ antea debet poni.

¶ 6 Præt. Dionysius ponit eucharistiam ante confirmationem, cum ergo magister contrarium faciat, videtur quòd inconuenienter ordinet.

RESPON. Dicēdū, q̄ prius & posteri⁹ multipliciter dicit: sed in his quæ ad actiones pertinēt, prius quo ad nos est illud, quod est prius in via generationis: & ideo secundū hanc viā magister sacra, q̄ sanctificationes quædā sunt, ordinat. Prius. n. in via generationis est bonū priuatū, q̄ cōe, quod cōsurgit ex bonis singulorū, sicut homo est prior domo, & domus ciuitate. Et ideo sacra, q̄ i remediū vnius personæ ordinant, prius ponunt, inter q̄ primo ponit illud qđ ptinet ad dnitātes. s. baptismus, vltimo illud qđ ptinet ad exeūtes. s. extrema vnctio, in medio illa q̄ ptinēt ad pgredientes, q̄ hoc modo ordinātur. Quia. n. perfici bono essentialius est virtuti, & commune singulis progredientibus ad virtutē: sed resurgere a peccato accidit huic progressui ex parte subiecti qđ cecidit, vnde non est omnibus commune, & quantum ad perfectionem ad bonum perfectio in forma præcedit in via generationis perfectionem in consecutione ad finē: ideo inter sacramenta quæ ad progressum in bonum ptinent, primo ponitur confirmatio, quæ est ad perfectionem similē secūdo; eucharistia quæ est ad perfectionem in fine. Tertio, pœnia quæ est ad reparationem virtutis amissæ. Inter sacramenta autem quæ ad remediū totius ecclesiæ deputantur, primo ponitur ordo, quia matrimoniū, inquantum matrimonium, per ordinem dispensatur, secundum quod est sacramentum.

Quid utilitatis habebat baptismus Ioannis.

ADquid ergo vtilis erat baptismus Ioannis? quia hoies vsu baptizandi præparabat ad baptismum Christi. Sed quęritur, quare dictus est baptismus Ioānis, sicut veritas dicit. Baptismus Ioannis vnde est? quia ibi Ioannis operatio tātū visibilis erat exterius lauantis, non inuisibilis gratia Dei

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis natura brevissime operatur. tn nihil omittit de cōtingentibus, quibus aliquid optime fieri possit, & similiter gratia: & ideo in sacramētis instituendis non solum attenditur qualiter aliquid breuiter fiat, sed qualiter congruenter.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præcepta moralia cōsequuntur naturam humanā, cum sint de dictamine rationis naturalis, & ideo permanēt eadē in qualibet lege, & in quolibet statu hoīs: & propter hoc non est simile de præceptis & sacramentis, quæ ex sola institutione efficaciam habent.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sacra nouæ legis, quia gratiā cōtinent, non sunt vacua, sed plena: & ideo non competebat ea instituī nisi tempore plenitudinis, quod est tēpus incarnationis. Quare autē Christus suū aduentum distulerit, & non statim post peccatum carnem assumpserit, in 3. lib. dist. 1. dictum est.

q. 1. ar. 4. p totum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ aliter est in morbo spirituali, & corporali. Non. n. potest aliquis a morbo spirituali consurgere curari, nisi prius morbum cognoscat, & medicinam desideret, si sit cognitionis capax: & ideo oportuit vt homo sibi relinqueretur, et sic primo tempore legis naturę infirmum se cognosceret per ignorantiam ad idolatriam declinando, & deinde tēpore legis scriptæ, quæ auxilium contra ignorantiam præbebat, recognoscerer se infirmum per concupiscentiam ad peccata declinando, & sic salutem ab alio expectaret, qui & viam salutis docuit contra ignorantiam, & sacramenta gratiæ dedit contra infirmitatem concupiscentiæ, vt dicitur Ioann. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. In morbo autem corporali hoc non requiritur, quia corpus non est cognitionis capax.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis etiam ex tunc

pio mundi post peccatum ad reparationem, secundum quod erat credita, vt in 3. lib. distin. 19. dictum est. ergo & tunc sacramenta instituī debuerunt.

q. 1. ar. 1. q̄stiūcula 2. ad secūdū.

SED CONTRA. Gratia perficit naturam: sed natura procedit ex imperfectioribus ad perfectiora, sicut patet in omni motu & generatione, & similiter etiā ars. ergo & similiter gratia debuit prius imperfecte, & postea copiose per efficaciā sacramenti dari.

III

VLTERIVS. Videtur q̄ statim Christo nato sacramenta instituī debuerunt. Sunt. n. sacramenta nouæ legis gratiam continentia: sed tempus gratiæ extunc incœpit. ergo tunc instituī debuerunt.

¶ 2 Præt. Sacramenta adiuuant ad implendum præcepta: sed præcepta moralia omnia simul data fuerunt in ipso initio legis. ergo & sacramenta gratiæ in ipso initio gratiæ omnia simul dari debuerunt.

SED CONTRA est, quia quæ a deo sunt, ordinata sunt, Rom. 13. sed iste est debitus ordo, vt causa effectum præcedat, & vt illud quod prius est, primo tradatur. ergo cum passio Christi sit causa efficaciam sacramentis præbens, & vnum sacrm sit alio prius, vt dictum est. ergo videtur q̄ non debuerunt instituī statim Christo nato.

IIII Præsenti d. ar. 3.

VLTERIVS. Videtur quòd sacramenta nouę legis non sunt omnia a Christo instituta, quia de confirmatione & extrema vnctione non legitur aliquid dixisse: sed extrema vnctio, & confirmatio sunt sacramenta nouæ legis. ergo non oia sacramēta nouæ legis sunt instituta a Christo.

¶ 2 Præt. Non minoris authoritatis est mysterium sacerdotii nouę legis, q̄ legis naturæ: sed quæ sacra dispensabant in lege naturæ. s. sacerdotes, pro suo libito sacris visibilibus suam fidem profitebātur. ergo multo fortius hoc debet esse in lege noua, quæ etiam est maioris libertatis.

SED CONTRA. Sacramenta nouæ legis efficiunt quod signant: sed ex institutione signant ſm Hugo. ergo ex institutione efficaciam habent: sed efficacia sacramentorum nō est nisi a deo, qui solus peccata remittit. ergo non potuit esse a puro homine sacramentorum institutio.

Hugo de sanct. Vict. lib. 1. de sacramentis. par. 9. ca. 2.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q̄ sacramenta sunt signa remedii ad quod ordinantur: sunt autē signa repræsentantia effectus spirituales ex similitudine sensibilium rerū quibus in sacramento est vsus. Et ideo cum in nova lege oportuerit esse sacramenta maioris efficaciæ propter perfectionem testamenti, debuerunt etiam esse alia signa quæ expressius figurarent gratiam: & ideo oportuit alia sacramenta instituī.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis natura brevissime operatur. tn nihil omittit de cōtingentibus, quibus aliquid optime fieri possit, & similiter gratia: & ideo in sacramētis instituendis non solum attenditur qualiter aliquid breuiter fiat, sed qualiter congruenter.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præcepta moralia cōsequuntur naturam humanā, cum sint de dictamine rationis naturalis, & ideo permanēt eadē in qualibet lege, & in quolibet statu hoīs: & propter hoc non est simile de præceptis & sacramentis, quæ ex sola institutione efficaciam habent.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sacra nouæ legis, quia gratiā cōtinent, non sunt vacua, sed plena: & ideo non competebat ea instituī nisi tempore plenitudinis, quod est tēpus incarnationis. Quare autē Christus suū aduentum distulerit, & non statim post peccatum carnem assumpserit, in 3. lib. dist. 1. dictum est.

q. 1. ar. 4. p totum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ aliter est in morbo spirituali, & corporali. Non. n. potest aliquis a morbo spirituali consurgere curari, nisi prius morbum cognoscat, & medicinam desideret, si sit cognitionis capax: & ideo oportuit vt homo sibi relinqueretur, et sic primo tempore legis naturę infirmum se cognosceret per ignorantiam ad idolatriam declinando, & deinde tēpore legis scriptæ, quæ auxilium contra ignorantiam præbebat, recognoscerer se infirmum per concupiscentiam ad peccata declinando, & sic salutem ab alio expectaret, qui & viam salutis docuit contra ignorantiam, & sacramenta gratiæ dedit contra infirmitatem concupiscentiæ, vt dicitur Ioann. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. In morbo autem corporali hoc non requiritur, quia corpus non est cognitionis capax.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis etiam ex tunc

passio Christi efficaciam haberet, non tamen tantam efficaciam in humana natura, pro qua nondũ satisfactum erat, habebat, sicut post satisfactionẽ habuit, & post Christi incarnationem, quę totam naturam humanam dignificauit, vt fieret magis ad gratiã recipiendam idonea. F

AD TERTIAM questionem dicendum, quòd sacramẽta nouæ legis dupliciter instituta sunt. Primo, ad documentum & exercitium quoddam, & sic potuerant ante passionẽ Christi institui. Secundo, quantum ad necessitatem & obligationem, & sic eorũ institutio non fuit ante passionem, quia adhuc legalia non fuerunt mortua: vnde a tempore prædicationis Christi vsque ad passionem, sacramenta nouæ legis simul currebant cum legalibus, & vtraque ad salutẽ operabantur. Sic ergo quantum ad secundum modum institutionis omnia simul in passione Christi instituta sunt: sed quantum ad primum, oportuit vt primo instituerentur illa quæ sunt maioris necessitatis, vnde statim in principio prædicationis suæ pænitentiam prædicauit, vt legitur Matth. 4. & baptismum docuit, vt legitur Ioã. 3. Alia autem sacramenta processu temporis instituit, & docuit.

operantis interius. Sed tamen & illa Ioannis operatio a Deo erat, & baptismus ille a Deo erat non ab homine: sed hominis dictus est, quia nihil gerebatur, quod non ageret homo. Si vero quæritur, an sacramentum fuerit, satis potest G [a] concedi ex eo sensu, quo legalia signa dicuntur sacramenta. Significabat enim baptismus Ioannis rem sacrã, scilicet baptismum Christi, qui non tantum est pęnitentiæ, sed & remissionis peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tempus gratiæ dicitur quantum ad initium, & quantum ad complementum: cõplementum autem eius non fuit ante passionem & resurrectionem Christi: vnde Ioan. 8 dicitur. Nondum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. Principium autem potest attendi dupliciter. Primo, quantum ad præsentiã gratiæ in mundo, & sic fuit in ipsa incarnatione. Secundo, quantum ad eius diffusionẽ in mundo, & sic fuit in prædicatione, siue baptismo Christi, & ante non oportebat institui sacramenta. H

¶ Ad secundum dicendum, quòd præcepta moralia homini natura dictat: & ideo statim potuerunt homini simul proponi, non enim est ita de sacramentis.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt non omnia sacramenta a Christo immediate instituta fuisse, sed quędam ipse per se instituit, quædam vero apostolis instituenda commisit, scilicet confirmationem, in qua spiritussanctus datur ad robur, cuius institutio esse non debuit ante plenam spiritussancti missionem: & extremam vnctionem, quę tamen cum ad gloriam resurrectionis sit immediatum & proximum præparatorium, ante resurrectionem institui non debuit. I Sed quia institutio sacramentorum videtur ad potestatem plenitudinis in sacramentis pertinere, quã sibi Christus reseruauit in sacramentis, cum ex institutione sacramenta habeant quod significent: ideo aliis probabilius videtur, quòd sicut hominis puri non est sacramenta mutare, vel a sacramentis absoluere, ita nec noua sacramenta instituere: & ideo omnia sacramenta nouæ legis ab ipso Christo institutionem habent.

SECVNDVM hoc ergo dicendum ad primum, ꝙ ipse sacramentum confirmationis instituit, quando pueris sibi præsentatis manus imposuit: similiter extremã vnctionem, quando apostolos ad prædicandum mittens, oleo inungere infirmos disposuit, vt sic curarentur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramenta illa legis naturæ nõ habebant aliquam efficaciam ex opere operato, sed solum ex fide: & ideo determinatio eorum ab homine puro habente fidẽ fieri poterat: nõ autem ita est de sacramentis nouæ legis, quę ex opere operato gratiam conferunt.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de baptismo Ioannis, & circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum fuerit sacramentum.
¶ Secundo, De efficacia ipsius.
¶ Tertio, Quibus competebat.
¶ Quarto, Vtrum baptizati a Ioanne, essent baptismo Christi baptizandi.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum Baptismus Ioannis fuerit sacramentum.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ baptismus Ioannis non fuerit sacramentum, Ioã. 3. super illud. Erat Ioannes baptizans, &c. dicit glo. Quantum cathecuminis nondũ baptizatis prodest doctrina fidei, tantum profuit baptismus Ioannis ante baptismũ Christi: sed cathechismus nõ est sacramentũ, sed sacramentale. ergo baptismus Ioannis non erat sacramentum, sed sacramentale.

¶ 2 Præt. Omne sacramentum est alicuius legis sacramentum: sed baptismus Ioannis non erat sacramentum legis naturæ, neque legis veteris, quia sicut Augustinus dicit, nulli præcedentium prophetarum fuit datum baptizare, nisi Ioanni soli, quod nõ cõtingit de sacramentis ueteris legis: similiter nõ est sacramẽtum nouæ legis, quia prędicationem Christi præcessit. ergo non erat sacramentum. Super Io. tract. Tom. 9.

SED CONTRA. Sacramentum est sacræ rei signum: sed baptismus Ioannis figurabat baptismum Christi. ergo erat sacramentum.

II VLTERIVS. Videtur quòd non baptizauerit sub hac forma. Ego baptizo te in nomine venturi: Christus. n. in cuius nomine baptizabat, iam venerat. ergo non competebat forma illa pro tempore illo.

¶ 2 Præt. Eadem est fides de Christo venturo, quę erant in patribus, & de Christo qui iam venit, quam nos habemus. ergo eadem est forma baptismi in nomine venturi, & in nomine Christi. ergo baptismus idem: sed apostoli baptizauerunt in nomine Christi, vt infra dicetur. si ergo Ioannes baptizauit in nomine venturi, idem fuit baptisma Ioannis & apostolorũ Christi, quod falsum est. dist. seq.

SED CONTRA est, quod dicitur Act. 19. Baptizabat Ioannes populum dicens, In eum qui venturus est post ipsum, vt crederent.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ non fuit institutus a deo. Nullũ. n. sacramentum a deo institutũ nominatur a ministro, non. n. dicitur baptismus Petri: sed baptismus ille dicitur baptismus Ioãnis. ergo non fuit a deo institutus. 3. par. q. ar. 2.

¶ 2 Pręt. Sacramenta legis naturæ, quæ ad sacramenta Christi disponebant, a deo institutionẽ nõ habuerunt, sed ex voto celebrabant ſm Hug. sed baptismus Ioannis fuit præparatorius ad sacramenta Christi. ergo non debuit habere institutionẽ a deo. Lib. 1. de sacrament. par. 11. c. 4. & 5.

SED CONTRA est, quod dicitur Io. 1. Qui me misit baptizare, ille mihi dixit &c.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd debuit statim Christo baptizato cessare: quia super illud Io. Vidit Ioãnes Iesum venientem ad se, dicit Augu. Baptizatus est dominus baptismo Ioannis, & cessauit baptismus Ioannis. Tract. 4. per totum tom. 9.

¶ 2 Præt. Baptismus Ioannis erat præparatorius ad baptismum Christi: sed baptismus Christi icœpit statim Christo baptizato: quia tactu mũdissimæ suæ carnis vim regeneratiuã cõtulit aquis, vt dicit Beda. ergo statim debuit cessare.

SED CONTRA est, quod legitur Ioan. 3. ꝙ post baptismum Christi baptizabat Ioannes, & discipuli eius similiter baptizabant. ergo baptismus Ioannis non cessauit statim Christo baptizato. K

RESPON. Dicendum ad primã quæstionẽ, ꝙ ſm Hug. de san. Vict. ſm processum tẽporis, & maiorẽ propinquitatẽ ad tẽpus gratiæ oportuit alia, & alia sacra institui. Vnde qa in Ioãne quodammodo incœpit tempus gratiæ, quia lex & prophetę vsque ad Ioannẽ Mat. 11. nõ quasi ab ipso esset gratia, sed quia ad gratiã viã præparabat: ideo eius baptismus fuit aliquod sacrũ, qđ quidẽ erat initiatio quædã sacrorũ gratiæ, quamuis gratia in eo non conferretur. Vnde dicendũ, ꝙ baptismus Ioannis sacrũ erat quodãmodo mediũ inter sacra veteris & nouæ legis: sicut dispositio ad formã media est quodãmodo inter priuationẽ & formam. Conueniebat. n. quodãmodo cũ sacramentis veteris legis in hoc, ꝙ erat signũ tantum: cum sacramentis legis nouæ in materia, & quodammodo in forma.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus Ioannis habet aliquid simile cum sacramentalibus baptismi, inquantum erat dispositio ad baptismum Christi: sed inquantum præcessit institutionem baptismi Christi differt a sacramentalibus, & est sacramentum per se: sicut sacramenta veteris legis, quæ etiã suo modo, licet non tam de propinquo, ad sacramenta nouæ legis disponebant. A

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ dispositio reducitur ad genus formæ, ad quam disponit, & ideo baptism⁹ Ioãnis reducitur ad sacramenta nouæ legis, sicut incompletum in genere illo, & hoc patet ex ordine procedendi, quẽ magister seruat.

D. 114. 641. — Huius decisio quæstionis habet. 21. 19. Mat. 3. Luc. 3. Marci 1. & Ioan. 1. — D. 1094.

De forma baptismi Ioannis, & de baptizatis ab eo.

Hic considerandũ est, si baptizati a Ioanne, iterum baptizati sunt baptismo Christi, & qua forma verborũ vsus sit Ioannes. Illi qui baptizati sunt a Ioanne nescientes Spiritum sanctum esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi: baptismus autem Ioannis in nomine venturi tradebatur. Vnde Hieronymus super Ioelem. Qui dicit se in Christum credere, non credens in Spiritum sanctum, perfectę fidei oculos non habebit. Vnde baptizati a Ioanne in nomine venturi. i. domini Iesu, quia dixerunt, Sed neque si Spiritussanctus est, audiuimus, iterum baptizabantur: immo verum baptisma accipiebant. B Illi vero qui spem non posuerunt in baptismo Ioannis, & Patrem, & Filium, & Spiritussanctũ credebãt,

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd vtilitas rei dex forma sua cõsequitur, & ideo formæ sacramentorum ostendunt illud, ex quo sacramenta & efficaciam, & vtilitatem habent. Et quia vtilitas baptismi Ioãnis tota erat disponere ad Christum, ideo hæc erat sua forma competens, vt in nomine venturi baptizaret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis iã venisset in carne, non tñ iam venerat ad baptizandum, & alia salutis nostræ opera exercendum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ fides cum sit cognitio quædam, respicit rei veritatem. Et quia diuersitas temporum significatorum non diuersificat veritatem, nec fides penes hoc diuersificatur, sed sacramenta efficiunt respectũ: & quia non eodem modo se habet ad actũ hoc quod iam est, & hoc quod expectatur futurũ, quia ad id quod expectatur futurũ actus ordinantur vt disponẽtes, ab eo autẽ quod iam est effectiue aliquid producitur: ideo diuersificatio formæ per futurum & præsens designat diuersitatem sacramenti. C

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd Ioannes suum baptismum instituit præcepto diuino. Vnde patet ꝙ institutio ipsius fuit a deo per authoritatem, ab ipso Ioanne per ministerium.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ propter tres rationes baptismus a Ioanne nomen accepit. Primo, quia ipse fuit sui baptismi institutor aliquo modo: Petrus autem nullo modo baptismi quo baptizabat. Secũdo, quia nihil in illo baptismo efficiebatur, quod Ioannes non faceret. Tertio, quia sibi soli erat datum illius baptismi ministerium. D

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ fides magis determinabatur secũdum appropinquationem ad Christum, & ideo etiam sacramẽta quæ quędam fidei protestationes sunt, magis Christo remota, minus determinata esse debuerunt. Et quia baptismus Ioannis de propinquo ad Christi sacramenta disponebat, ideo debuit magis habere determinationem, quàm sacramenta legis naturæ.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ cessatio baptismi Ioãnis potest accipi dupliciter. Vno modo, qñ cessauit totaliter, & hoc fuit Ioanne in carcerem misso, quia ministerium illud soli Ioãni concessum est. Alio modo, quantũ ad maximum suum posse, & sic cessauit baptizato Christo, quia ex tunc eius baptismus non fuit præcipuus, sed alius fuit eo dignior: sicut cessat officium legati domino suo superueniente, quãuis & aliqua exerceat. Et per hoc patet solutio.

ARTICVLVS II. E

b Vtrum Baptismus Ioannis gratiam contulerit.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd baptismus Ioannis gratiam contulerit, Luc. 3. Erat Ioannes baptizans, & prædicans baptismum pænitentiæ in remissionem peccatorum: sed remissio peccatorum nõ fit sine gratia. ergo baptismus ille gratiam contulit. 3. par. q. ubi supra. ar. 3.

¶ 2 Præt. Dam. dicit. Purgat Ioannes spiritum per aquam: sed purgatio spiritualis non fit sine gratia. ergo ille baptismus gratiam contulit. De fide orthodoxa li. 4. c. 10. lib. 5. c. 10.

¶ 3 Præt. Aug. dicit contra Donatistas. Ita credã Ioãnem baptizasse in aqua in remissionẽ peccatorũ, vt ab eo baptizatis in spe remitterentur peccata: sed spes de remissione peccatorũ nõ potest esse nisi per gratiam. ergo baptismus ille gratiam contulit.

¶ 4 Præt. Baptismus Ioannis propinquior fuit baptismo Christi, quàm circuncisio: sed circuncisio gratiã contulit, vt dictũ est. ergo multo fortius baptismus Ioannis. q. 2. præcedẽtis qõnis ar. 4. quæstiũcula 3.

¶ 5 Præt. Sacramentum non instituitur nisi ad causandum gratiam, vel significandũ: sed gratia sufficienter per sacramenta veteris legis erat significata. si ergo baptismus Ioannis gratiã non contulit, pro nihilo institutus fuit.

SED CONTRA. Gratia non confert sine spiritussancto: sed in baptismo Ioãnis non conferebat spiritussanctus, sed aqua tantum, vt patet Act. 1. Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizamini spũ sancto &c. ergo in illo baptismo non erat gratia. cap. 2. circa finem. to. 6.

¶ 2 Præt. Non est idem effectus dispositionis, & perfectionis. Si ergo baptismus Ioannis disponebat ad baptismũ Christi, cuius est gratiã cõferre, qa gratia & veritas facta ẽ p Iesum Christũ, Io. 1. videtur ꝙ baptismus Ioannis gratiam non contulit.

RESPON. Dicendum, ꝙ hoc ab oibus concedit, ꝙ non efficiebatur aliquid p baptismũ Ioannis, quod non esset operatio hois. Et quia gratia non potest ab homine dari, ideo patet ꝙ baptismus Ioannis gratiam non conferebat.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd illa authoritas sic exponenda est, vt referatur ad diuersa baptismata hoc modo. C Erat Ioannes baptizans. s. baptismate suo, & prædicans. s. baptismum Christi, qui est in remissionem peccatorum. Si autem referatur vtrumque ad baptismum Ioannis, sic dicitur esse in remissionem peccatorum: quia baptizatis imponebat dignos fructus pænitentiæ agere, quibus peccatorum remissionem consequerentur. Vnde baptismus ille erat quasi quædam protestatio, & professio pænitentiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus ille purgare dicitur modo prædicto, vel etiam materialiter a sordibus corporalibus in signum spiritualis purgationis per Christum futuræ: vel a cæcitate ignorantiæ per doctrinam Ioannis Christum annuntiantis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ spes semper ex gratia procedit, nõ tñ semper ex gratia habita, sed quandoque ex gratia expectata: & sic baptismus Ioannis spem faciebat remissionis peccatorũ non conferens gratiã, sed promittens eam in hoc, ꝙ præfigurabat baptismum Christi, quo gratia daretur. D

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis baptismus Ioannis magis conueniret cum baptismo Christi, quàm circuncisio quantum ad materiam, non tamen conueniebat magis quantum ad causam institutionis: quia circũcisio ad necessitatẽ instituta erat vt remedium contra originale, sed baptismus Ioannis vt assuefaceret ad baptismum Christi.

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ baptismus Ioannis expressius figurabat baptismũ Christi, quàm sacramẽta veteris legis pp maiorẽ similitudinẽ ad ipsum, & ideo magis de propinquo prępárabat ad ipsum in significatione, & quadam pænitentiæ protestatione.

ARTICVLVS III.

c Vtrum conuenienter Christus Ioannis baptismate baptizatus fuerit.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ Christo nõ cõpeteret baptizari baptismo Ioannis. Baptismus. n. Ioannis erat baptismus pniæ, vt dicitur Luc. 3. sed Christo non cõpetit pnia, sicut nec peccatum. ergo nec baptizari baptismo Ioannis. 3. par. q. 39 ar. 1. & 2.

¶ 2 Præt. Omnis Christi actio nostra est instructio: sed non instruimur baptizari baptismo Ioannis. ergo non debuit Christus illo baptismo baptizari.

SED CONTRA est, ꝙ ipse ad baptismũ Ioannis vadens dixit. Sic decet nos implere omnem iustitiam, Mat. 3.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ nulli alii hoc baptismo debuerũt baptizari. Hoc. n. est solius Christi, vt a sacris nõ accipiat, sed magis eis conferat: sed baptismus Ioannis erat tale sacrũ, a quo non poterat aliquid accipi. ergo soli Christo competebat.

¶ 2 Præt. Sacramenta eadẽ ratione omnibus cõpetunt: sed non erat necessarium quòd omnes baptismo Ioannis baptizarentur.

ergo nulli præter Christum ipsō baptizari debuerunt.

Sed contra est, quod dicitur Matth.3. Egrediebantur ad illū Hierosolymitæ vniuersi, & baptizabantur ab eo.

Vlterivs. Videtur ꝙ debuerunt illo baptismo pueri baptizari. Erat.n. ille baptismus signum baptismi Christi: sed baptismus Christi cōpetit pueris. ergo & ille.

[Act. 8.] ¶ 2 Præt. Circuncisio dabatur etiam pueris, & eis principaliter: sed baptismus Ioānis est medium inter circuncisionem & baptismum Christi, qui dat' indifferēter magnis & paruis. ergo & baptism' Ioannis paruis dari debuit. [In epistola, De vnius vxoris viro. Act.19.]

non baptizati fuerūt, sed impositiōe manuū ab apostolis super eos facta Spiritumsanctū receperunt. Alij vero qui nō ita credebant, baptizati sunt baptismo Christi, vt p̄dictū est. Vnde Hieronymus. Qui Spiritumsanctū nesciebant cū baptismū a Ioanne cœperunt, iterum baptizati sunt baptismo Christi, vt [G] prædictū est, ne quis ex Iudæis, vel

Sed contra. Quia baptismus ille erat vt assuesceret ad baptismum Christi: sed hoc non poterat esse nisi ratione illorum qui discretionem habebant. ergo pueris ille baptismus non competebat.

Respon. Dicendum, quòd Christus pluribus de causis a Ioanne baptizari voluit, quarum tres tanguntur in glo. Marci.1. scilicet propter humilitatem implendam, vt ipsemet dicit Matth.3, vt baptismum Ioannis approbaret, & vt aquas consecraret suæ carnis tactu, & sic baptismum suum institueret. [Libro.5.de Baptismo contra Donatistas. c. 11. tom.7.] Quartam causam tangit Aug. vt scilicet ostenderet non interesse quis a quo baptizaretur. Quintam tangit in lib. quæstionū veteris & noui testamenti, scilicet ad exemplum baptismi proponendum illis, qui erant futuri filij dei per fidem. [H] Sextā tangit Chryso. vt scilicet in baptismo miracula ostendens, euacuaret illorum errorem, qui Ioannem Christo maiorem credebāt.

[Par.2. q.49 Tom.4. Chrysost. sup c.3. Mat. Homilia 12] Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut dictum est, Christus a sacramentis nihil accepit: & ideo non dicitur baptismus Ioannis baptismus pænitentiæ quo ad Christum, sed quo ad alios qui ad pænitentiam per ipsum præparabantur: sicut etiam circuncisio Christi non fuit in remedium originalis peccati, a quo Christus immunis erat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actio Christi nostra est instructio, non vt eodem modo agamus sicut Christus fecit, sed vt pro modo nostro Christum imitemur: & ideo per baptismū suum dedit nobis exemplum, vt baptizaremur illo baptismo qui nobis competit, per quem scilicet remissionem peccatorum consequamur.

[Libr.5 c.9. Tom.7.] Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd dicit August. in li. de baptismo cōtra Donatistas. Si Ioannes solum [I] Christum baptizasset, videretur melioris baptismi dispensator, quanto melior erat qui baptizabatur: & si omnes baptizasset, videretur quòd Christi baptismus non sufficeret ad salutem: & ideo quosdam alios baptizauit, sed non omnes.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quàmuis alij a baptismo Ioannis non acciperent gratiam, accipiebant tamen quoddam signum gratiæ suscipiendæ, & seruandæ pænitentię.

¶ Ad secundum patet solutio ex dictis.

Ad tertiam quęstionem dicendū, quòd baptismus Ioannis erat baptismus pænitentiæ: & quia pueris non competit pænitentia, ideo non competebat eis ille baptismus. Nec est simile de baptismo Christi, & circuncisione, quæ ordinantur contra originale peccatum, quod in pueris est. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Articvlvs IIII.

d *Vtrum baptizati Ioannis baptismate, iterum baptizari debuerint*

[3.par.q.38. ar.6.] Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd baptizati baptismo Ioannis non debebant baptizari baptismo Christi. Act. enim. 8. dicitur, quòd apostoli in Samariam venientes, illos qui baptizati erant in nomine Iesu, non baptizabant, sed tantum manus imponebant. cum ergo baptismus in nomine Iesu sine collatione spiritussancti sic baptismus Ioannis, videtur quòd baptizati baptismo Ioannis, non baptizabantur baptismo Christi.

[Iohelis 2. Tom. 6.] ¶ 2 Præt. Hieron. super illud, Effundam de spiritu meo, dicit quòd hæc est causa quare quidam baptizati a Ioanne, baptismo Christi, iterum baptizati sunt a Paulo, Act. 20. quia fidem trinitatis non habebant, quia neque si spiritussanctus est, au-

[F] dierant. *Si ergo aliqui baptizati essent a Ioanne, fidem trinitatis habentes*, videtur quòd iterum baptizari non debuerint baptismo Christi.

¶ 2 Præt. In apostolis debuit ostendi omne illud quod est necessarium ad salutem: sed apostolis post baptismum Ioannis solus baptismus spiritussancti prænuntiatur, Act. 1. ergo non erat necessariū ꝙ baptismo Christi iterum baptizarēt'. [C.1. in pri. Tom.1.]

¶ 3 Præt. Ad baptismum requiritur aqua, & spiritussanctus: sed per baptismum Ioannis erat facta ablutio aquæ. ergo non oportebat nisi quòd suppleretur quod deerat, scilicet spiritussanctus.

Gētibus putaret aquam sine Spiritusanto ad salutem posse sufficere. De hoc etiā Ambrosius in libro de Spiritusancto ait. Quidā negauerunt se scire Spiritūsanctum, cum baptizatos se dicerēt baptismo Ioannis, qui aduenīetis Iesu non in suo baptizauit nomine. Isti ergo quia nec in Christi nomine, nec cū fide Spiritusancti baptizati fuerāt,

Sed contra est, quod dicitur Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto &c. sed baptismus Ioānis non regenerabat aliquo modo. ergo necessarium erat vt iterum baptismo Christi baptizarentur.

¶ 2 Præt. Augu. dixit quòd baptizabat Ioannes, & non est baptizatus: sed de necessitate salutis tempore gratiæ est quòd homo sit baptizatus, vel saltem propositum baptismi habuerit. ergo oportebat eos qui baptismum Ioannis acceperant, iterum baptizari baptismo Christi.

¶ 3 Præt. Impositio manuum præcedente baptismo Ioannis [H] non imprimebat characterem baptismalem: sed character talis est de necessitate salutis vel in actu, vel in proposito. ergo oportebat quòd baptizati baptismo Ioannis iterum baptizarentur baptismo Christi, & non sufficiebat eis manus impositio.

Respon. Dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd baptismus Ioannis erat præparatorius ad Christum suscipiendum, & ideo si quis baptismum Ioannis suscepisset in eo sistens, non referens ad Christum, baptismus in eo frustraretur a fine suo: & ideo oportebat eum iterum baptizari baptismo Christi. Si autem non figeret spem suam in baptismo Ioannis, sed vlterius referret ad Christum, sic ex gratia Christi, & baptismo Ioannis præaccepto efficiebatur quasi vnum quid: & ideo non oportebat quòd iterum aqua baptizaretur, sed solum quòd spiritumsanctum per manus impositionem acciperet: & hæc videtur fuisse magistri opinio in litera. Sed quia sacramenta nouæ legis ex ipso opere [I] operato efficaciam habēt, ideo videtur [d] quòd spes & fides illius qui baptismum suscipit, nihil faciat ad sacramētum: quàmuis posset facere ad rem sacramenti impediendam, vel promouendam. [D.titi] Vnde quantumcunque spem suam aliquis ad Christum referret baptizatus baptismo Ioannis, baptismum nouæ legis non consequebatur: & ideo si baptismus nouæ legis est de necessitate salutis, oportebat quòd iterum illo baptismo baptizaretur.

¶ 2 Præt. Hoc est generale in omnibus sacramentis, quòd si omittatur quod est de substantia sacramenti, oportet id sacramentum iterari. Vnde cum non esset forma debita in baptismo Ioannis, oportebat ꝙ iteraretur baptismus. Et hoc habet communior opinio, quæ etiam ex verbis Aug. cōfirmatur, qui dicit super Ioan. Homel. 5. Qui baptizati sunt baptismate Ioannis, non eis sufficit: baptizandi enim sunt baptismate Christi. Et ideo s̄m hoc dicendum ad primum, quòd ibi agitur de illis qui baptizati erant a Philippo, de quo constat quòd baptismo Christi baptizauerat. Sed non erat ibi datus spiritussan- [K] ctus ad robur, sicut in confirmatione datur, quia ille non fuit Philippus apostolus, sed vnus de septem diaconibus: & ideo non poterat manus imponere, quia hoc episcoporum est, & propter hoc missi sunt ad hoc Petrus & Ioannes.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Hiero. non vult tangere causam rebaptizationis, sed insufficientiam fidei ipsorum ad salutem, vt patet ex verbis præcedentibus. Præmittit enim. Qui dicit se credere in Christum, & non credit in spiritumsanctū, nondum habet claros oculos. Insufficientia autem fidei non posset esse causa quare aliqui baptizarent', sed quare instruendi essent, sicut & nunc fit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ apostoli creduntur baptizati fuisse baptismo Christi, quàmuis scriptum non inueniatur, vt dicitur in glo. Io. 13. super illud, Qui Lotus est &c. Ex quo enim ipsi alios baptizabant, vt habetur Io. 3. videtur ꝙ & ipsi venientes ad Christum baptizati fuerint. Si tamen Christus, qui habuit

buit potestatem remittendi peccata, eos sine baptismo ex priuilegio quodam sanctificare voluisset, & qui virtutē suam sacramentis non alligauit, non esset ad consequentiam trahendum. [A] Ex authoritate autem inducta non habetur, quòd Apostoli tantum baptismo Ioannis baptizati erant, sed comparatio quædam baptismi flaminis ad baptismum Ioannis.

¶ Ad quartum dicē dū, quòd ad baptismū requiritur aqua cum debita forma. Ioannes autem non obseruabat formam baptismi Christi, nec iterum erat in eo efficacia, sicut in baptismo Christi: & ideo quia omittebantur ea, quæ erāt de necessitate sacramenti, oportebat iterum baptizari.

non potuerunt accipere baptismi sacramentum. Baptizati sunt ergo in nomine Christi, nec iteratum est in his baptisma, sed innouatum.

DISTINCTIO III.

A

Quid sit baptismus. [B]

Post hæc uidendum est quid sit baptismus, & quæ sit forma, & quando institutus, & causa institutionis. Baptismus dicitur intinctio, idest, ablutio * corporis exterior facta sub forma verborum præscripta. Si enim ablutio fiat sine verbo, non est ibi sacramentum, sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum: non vtique ipsum elementum fit sacramentum, sed ablutio facta in elemento. Vnde Aug. * Verbo baptisma consecratur: detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. [Super Ioā. tract. 8. ca. 15. Tom.9. Et habetur p.q.1. cap. Detrahe.] Vnde est hæc tanta virtus aquæ vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo nō quia dicit', sed quia creditur? Nāque & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud est virtus intus manens. In duobus ergo consistit sacramentum baptismi, scilicet in verbo, & elemento. Ergo & si alia desunt, quæ ad decorem sacramenti instituta sunt, non ideo minus est verum sacramentum & sanctum, si verbum sit ibi & elementum. Nam & in hoc sacramento, & in aliis quædam solent fieri ad decorem & honestatem sacramenti, quædam ad substantiam & causam sacramenti pertinētia. De substantia huius sacramenti sunt verbum & elementum, cætera ad solemnitatem eius pertinent.

De forma baptismi.

[C] Sed quod est illud verbum, quo accedente ad elementum, fit sacramētum veritas docet, quæ huius sacramenti formam tradens, ait discipulis. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritusancti. [Matt.c.vlt.] Inuocatio igitur Trinitatis verbum dicitur, quo baptisma consecratur: & hæc est forma [b] verborum sub qua traditur baptismus. Vnde Bonifacio episcopo Zacharias Papa ait. Fir- [De Cōsecr. dist.4. c. In synodo.]

Expositio textvs.

Vorvm *alia remedii*. Oia sacramenta nouæ legis sūt in remedium, & gratiā cōferunt, vt dictum est. ergo distinctio illa nulla videtur. Et dicendum, quòd illa distinctio sacramentorum sumitur secundū id, ad quod principaliter ordinantur. Quàmuis ergo omnia sacramēta aliquo modo gratiam cōferant, & in remedium sint, quædam tamen principaliter ordinata sunt in remedium contra aliquem specialem morbum, vt matrimonium contra concupiscentiam. [D] Quædam vero de sui propria intentione sunt ordinata ad remedium morbi, & ad gratiam, sicut baptismus qui est spiritualis regeneratio, per quam vetus homo corrumpitur, & nouus generatur. Quædam autem quia gratiam præsupponunt, ordinantur ad gratiæ perfectionem, sicut Eucharistia: & sic intelligenda sunt verba magistri. Non vtique propter remedium, sed ad sacramentum: & debet accipi sacramentum large pro quolibet signo rei sacræ. Baptismum *Christi Ioannes &c.* Ideo baptismus Christi potiusquàm alia sacramenta nouæ legis præparatorium habuit: quia baptismus est ianua sacramentorum, & ipse facit aliis viam, vnde præparatorio sacramenta alia non indigebant. *Iterum baptizabantur, immo &c.* Ex hoc patet, quòd præcedens baptismus non reputabatur aliquibus pro baptismo: quia qui baptisma Christi accipiebant, non iterato baptizabantur, sed verum baptisma de nouo accipiebant: & ideo quasi corrigens quod dixerat, Iterum baptizabantur, addit, immo verum baptisma accipiebant: & sic magister per verba Hierony. suam intentionem probare non potest. [E]

Divisio textvs.

Postqvam determinauit magister de his quæ præexiguntur ad sacramenta nouæ legis, hic incipit determinare de singulis sacramentorum nouæ legis, & diuiditur in partes duas. In prima, determinat de illis sacramentis quæ sunt ordinata in remedium vnius personę. In secunda, de illis quæ sunt ordinata in remedium totius ecclesiæ, 24. dist. ibi. *Nunc ad considerationem sacræ ordinationis &c.* Prima diuiditur in tres. In prima, determinat de sacramento intrantium, scilicet baptismo. In secunda, de sacramentis progredientium, 7. distin. ibi. *Nunc de sacramento confirmationis &c.* In tertia, de sacramento exeuntium, scilicet extrema vnctione, 23. dist. ibi. *Præter præmissa est aliud saramentum &c.* Prima in tres. In prima, determinat de baptismo secundum se. In secunda, de baptismo per comparationem ad recipientes, 4. dist. ibi. *Hic dicendum est aliquos &c.* In tertia, secundum comparationem ad ministrantes, 5. dis. ibi. *Post hæc sciendum est sacramentum baptismi &c.* Prima in duas. In prima, determinat de baptismo secundum se. In secunda, determinat de eo per comparationem ad circuncisionem, ibi. *Solet etiam quæri si circuncisio &c.* Prima in duas. In prima, determinat quid est baptismus. In secunda, de his quæ ad baptismum requiruntur, ibi. *Sed quod est illud uerbum &c.* Hæc pars diuiditur in tres secundum tria quæ exiguntur ad baptismum. In prima enim determinat de forma baptismi. In secunda, de materia eius ibi. *Celebratur autem &c.* In tertia, de ipso actu ablutionis, vel immersionis, ibi. *De immersione uero &c.* Prima in duas. In prima, determinat de forma baptismi. In secunda, de institutione ipsius, ibi. *De institutione baptismi &c.* Circa primū duo facit. Primo, determinat formam baptismi: secūdo, mouet quandā quæstionem circa formam baptismi, [D] & determinat eam, ibi. *Hic quæritur, an baptismus &c.* Prima in duas. In prima determinat formam principalem baptismi. In secunda, quandam formam secundariam pro tempore obseruatam, ibi. *Legitur tamen in actibus apostolorum &c. Solet etiam quæri &c.* Hic determinat de baptismo per comparationem ad circuncisionem. Et circa hoc tria facit. Primo, determinat cessationem circuncisionis. Secundo, institutionem baptismi, ibi. *Causa uero institutionis &c.* Tertio, effectum vtriusque, ibi. *Sed quæritur, utrum baptismus &c.*

QVAESTIO I.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, Quid sit baptismus.
¶ Secūdo, De forma ipsius.
¶ Tertio, De materia eius.
[E] ¶ Quarto, De intentione.
¶ Quinto, De institutione.

Articvlvs primvs.

a *Vtrum Baptismi diffinitio assignata sit conueniens.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter sit assignata hæc diffinitio baptismi, quæ in litera ponitur, scilicet. Baptismus est ablutio corporis exterior, facta sub forma præscripta verborum. [3.par.q.66. art.1.] Manente enim diffinito, manet diffinitio: sed transeunte ablutione, quæ est quædam actio, vel passio, manet baptismus ergo baptismus non est ablutio.

¶ 2 Præt. Sacramentum, secundum Hug. est materiale elementum: [De sacramētis li.1. par. 9. c. 2.]

tum: ablutio autem non est materiale elementum, sed elementi vsus. ergo baptismus, cum sit sacramentum, non erit ablutio.

¶ 3 Præt. Sacrm est in genere relationis, cum sit causa, vel signum, sicut supra dictum est: sed baptismus est sacramentum. ergo inconuenienter ponitur in genere actionis, vel passionis.

distin. 1. in princ.

¶ 4 Præt. In diffinitione instrumenti debet poni illud ad qđ est: sed baptismus, sicut & alia sacramenta, vt prius dictum est, sunt instrumenta sanctificationis. ergo cum in diffinitione eius nulla mentio fiat de sanctificatione, videtur inconuenienter esse assignata.

missime præceptum est in synodo Anglorum, vt quicunque sine inuocatione Trinitatis mersus fuisset, quòd sacramentum regenerationis non haberet, quod omnino verum est. Quòd si mersus in fonte baptismi quis fuerit sine inuocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti fuerit baptizatus. G Legitur tamen in Actibus apostolorum, apostolos baptizasse in nomine Christi: sed in hoc nomine, vt exponit Ambr. tota Trinitas intelligitur. Intelligitur enim cum Christum dicis, & Pater a quo unctus est, & ipsum qui unctus est, & Spiritussanctus per quem unctus est. Vnde Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorū. A quodam Iudæo multos baptizatos asseritis, & quid inde agendum sit, consulitis. H Hi profecto si in nomine sanctæ Trinitatis, uel in nomine Christi, sicut in Actibus apostolorum legimus, baptizentur, baptizati sunt: vnum enim idemque est, ut exponit Ambrosius.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ etiam incōuenienter assignatur diffinitio Hug. quæ talis est. Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum dei, nihil enim fit in seipso: sed baptismus in aqua fit. ergo baptismus non est aqua.

Lib 2. de sacramētis, par. 6. cap. 2. in princ. c. 8. & 10. Li. 1. de spiritusancto, cap. 3.

De consec. dist. 4. cap. A quodā.

¶ 2 Præt. In diffinitione alicuius nō debet poni aliquid, qđ non sit de essentia eius: sed sanctificatio materiæ non est de essentia baptismi, qa in mari, vel in flumine potest fieri baptismus. ergo sanctificatio aquæ non debet poni in diffinitione baptismi.

¶ 3 Præt. Diffinitio debet conuerti cum diffinito: sed potest esse aqua sanctificata verbo vitæ diluendis criminibus, & tamen non erit baptismus, sicut quando non fit intinctio. ergo hæc non est competens baptismi diffinitio. I

¶ 4 Præt. Effectus qui pōt impediri, nō debet poni in diffinitione causæ, quia tunc diffinitio esset minus quàm diffinitum: sed potest impediri quòd per baptismum non diluantur crimina. ergo non debet ablutio criminum in diffinitione baptismi poni.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ etiam inconuenienter assignetur diffinitio Dionysii quā ponit. 2. ca. ce. hier. vbi dicit. Quoddam ergo est principium sanctissimorum mandatorū sacræ actionis, & aliorum diuinorum eloquiorum, & sacrarum actionum susceptiuam opportunitatem, formans nostros animales habitus ad supercælestis quietis anagogem, nostrum iter faciens sacræ & diuinissimæ nostræ regenerationis traditio. Principium enim reducitur ad genus principiatorum: sed sacramentum non est in genere principii, sed in genere sacramenti. ergo non debet dici principium sanctissimorum mandatorum.

1. par. eiusdem cap.

¶ 2 Præt. Non dicitur esse principium sanctorum mandatorū, nisi inquantum præparat viam ad alia mandata. ergo superfluū fuit postea addere, Ad susceptiuam opportunitatem aliorum nos formans. K

¶ 3 Præt. Nihil potest formari ad diuina eloquia, nisi quod est perceptiuum eorum: sed hoc quod est animale in nobis, nō percipit diuina eloquia, sed solum hoc quod est rationale. ergo male dixit, Formans animales habitus ad diuina eloquia.

¶ 4 Præt. Forma & materia sunt de essentia rei: sed ipse nullam mentionem facit de materia & forma baptismi. ergo videtur quòd insufficienter diffiniat.

VLTERIVS. Videtur quòd inconuenienter assignetur diffinitio, quam Dam. ponit in 4. lib. c. 10. sic dicens. Baptismus est per quem primitias spiritussancti accipimus, & principium alterius vitæ fit nobis regeneratio, & sigillū, & custodia, & illuminatio. Aliqui enim prius habent spiritumsanctum, & spiritualem vitam, quàm baptismum consequantur, sicut patet de Cornelio Act. 10. ergo per baptismum non semper accipimus F primitias Spiritussancti, nec est baptismus principium alterius vitæ in nobis.

¶ 2 Præt. Idem non debet poni in diffinitione suiipsius: sed regeneratio est idem quod baptismus. ergo non debet poni in diffinitione baptismi.

¶ 3 Præt. Illuminatio non fit per virtutes ītellectuales: sed baptismus non est intellectualis virtus, sed sacramentum. ergo non debet sibi attribui illuminatio.

¶ 4 Præt. Custodia fit in nobis per diuinam prouidentiam, de qua dicit in psal. Ecce nō dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel. ergo nō debet hoc baptismo attribui.

Lib. 1. de spiritusancto c. 3. Tom.

c Si in nomine patris tantum, uel spiritussancti possit tradi baptismus.

HIc quæritur, an baptismus esset uerus, si diceretur, In nomine Patris tantum: uel, Spiritussancti tātum, vt cū dicitur, In nomine Christi. Ambros. videtur dicere, quòd si fide mysterium Trinitatis teneatur, & vna persona tantum nominetur, plenum est sacramentum. Et econuerso, si tres nominentur, & non recte de aliquo illorum sentiatur, vacuum fieret mysterium Trinitatis. Ait enim sic. Vbi non est plenum baptismi sacramētum, nec principium, nec species aliqua baptismi æstimatur. Plenum autem est si Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum fatearis: si vnum neges, totum subrues. Et sicut si in vnum sermonem comprehendas vel Patrem, vel Filium, vel Spiritumsanctum, fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritumsanctum abneges, plenum est fidei sacramētum: ita etiam licet Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum dicas, & Patris, & Filii, & Spiritussancti minuas potestatem, vacuū est omne mysterium. Cum enim dicitur, In nomine Christi, per virtutem nominis impletum est mysterium, nec a Christi baptismate spiritus separatur, quia Christus baptizauit in spiritu.

Quæstio Ambrosii.

NVNC consideremus, utrū sicut Christi nomine legimus baptismi plenum esse sacramentum, ita etiam Spiritusancto nuncupato nihil desit ad mysterij plenitudinem? Rationem sequimur. Qui vnum dixerit, *Trinitatem significauit. Si Christum dicas, & Patrem a quo vnctus est filius, & Christum qui vnctus est scilicet Filium & Spiritumsanctū quo vnctus est, designasti. Scriptū est enim, *hunc esse Iesum a Nazareth, quem vnxit Deus Spiritusancto. & si Patrē dicas, Filium eius, & Spiritum oris eius pariter indicas: si tamen id etiam corde comprehendas. Et si Spiritumsanctum dicas, Deum patrem a quo procedit, & Filium eius cuius est spiritus, nuncupasti. Vnde vt rationi copuletur authoritas, Domin⁹ dicit.* B Vos autem baptizabimini in Spiritusancto, ex quo indicat nos recte posse baptizari ī Spūsancto.

*Aliis per trinitatem. Ioan. 1. & Act. 1.

Ambrosius ex superi⁹ citato.

*Act. 10.

*Ioan. 1. Act. 1. & Matth. 3.

Perstringit præmissorum intelligentiam cum determinatione cuiusdam dicti.

EX his aperte ītellexisti, in nomine Christi verum baptisma tradi. Vnde nihilominus insinuari uidetur, uerum baptisma dari posse in nomine C Patris tantum, vel Spiritussancti, si tamen ille qui baptizat, fidē Trinitatis teneat, quæ Trinitas in

RESPOND. Ad primam quæstionem dicēdum, quòd secūdum doctrinam Philosophi in li. posteriorū, triplex est genus diffinitionis. Quædam. n. sunt diffinitiões materiales, quas dicimus demōstrationis conclusiones: quędam formales, quæ sunt principia demōstrationis: quædam materiales & formales simul, q sunt demonstrationes positione differentes, quia habent medium demonstrationis inquantū continent diffinitionem formalem: & conclusionem inquantum continent materialem, sed deest solus ordo terminorum, quia ante omne completiuum quodammodo formale est respectu eius quod completur: ideo diffinitio formalis non dicitur quæ solum continet formam, sed illa quæ continet hoc quod est completiuum respectu alterius. Et quia in causis est talis ordo, quòd materia completur per formam, & forma per efficientem, & efficiens per finem, ideo diffinitio quandoque materialis dicitur, quæ comprehendit tantum materiam rei, formalis autem quæ comprehendit formam: sicut, Ira est accensio sanguinis circa cor, dicitur materialis diffinitio: &, Ira est appetitus in vindictam, dicitur formalis. Quandoq; autē materialis comprehendit formam & materiam, sed formalis causam efficientem: sicut hæc dicitur materialis, Tonitruum est continuus sonus in nubibus: hæc autem formalis, Tonitruum est extinctio ignis in nube. Quandoque autem diffinitio materialis comprehendit materiam, & formam, & efficientem: formalis autem finem: sicut, Domus est coopertorium factum ex lapidibus, & lignis per talem modum, & talem artem, est diffinitio materialis respectu huius, Domus est cooperimentum prohibens nos a frigoribus & caumatibus: & hoc pręcipue accidit in instrumētis, quia in eis quasi tota ratio speciei a fine sumitur. Et quia baptismus cum sit sacramentum, quoddam instrumētum est, ideo diffinitio materialis eius erit quæ comprehendit materiam & formam eius & efficientem, & formalis quæ comprehendit finē: & sic diffinitio quam magister in litera ponit, est materialis. Cōtinet enim materiam in hoc quod dicit, ablutio exterior: & innuit efficiētem in hoc quod dicit, facta: & ponit formam in hoc quod dicit, sub forma verborum &c. Et sciendum quòd Augu. ponit eadem diffinitionem, quamuis sub aliis verbis. dicit enim, Baptismus est tinctio in aqua verbo vitæ sanctificata.

ex tertio primi post.

Super Io. c. 4. tract. 15.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in sacramento baptismi sunt tria. Aliquid quod est sacramentum tantum, sicut aqua quæ exterius fluit, & transfluit, & non manet: & aliquid quod est sacramentum & res, & hoc semper manet, scilicet character: & aliquid quod est res tantum quod quandoque manet, quandoque transit, scilicet gratia. Magister ergo hic diffinit baptismum quantū ad id quod est sacramētum tantum, quia intendit ipsum materialiter diffinire.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramentum nouæ legis est signum, & causa gratiæ: vnde secundum hoc est sacramentum, secundum quod habet significare & causare: aqua autē non habet significare & causare effectū baptismi, nisi secundū quod est abluēs. Vnde essentialiter baptismus est ipsa ablutio: quia ad ablutionem interiorem causandā instituta est, quam significando causat ipsa exterior ablutio: sed aqua est materia ei⁹ remota, & ablutio ipsa est materiale baptismo, sed verbum vitæ est forma completiua sacramenti. Aug. autem & magister diffiniūt baptismum per materiam proximam, quæ prædicatur ꝓprie de baptismo, sicut materia de artificialibus, vt phiala est argentum: sed Hugo. diffiniuit ꝑ materiam remotā, quæ nō ita proprie prædicatur nisi per causam remotam.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ baptismus inquantum est sacramētum, est in genere signi, vel causæ: & in hoc genere constituitur per formam verborum, a qua habet significationem & efficaciam sacramentalem. Sicut autem artificialia non ponuntur in genere ex forma simpliciter, sed ex materia (non enim dicimus, quòd domus sit in genere qualitatis, nisi inquantum artificiale figuratum, sed dicitur esse in genere substātię) ita etiā est de sacramentis. Baptismus enim simpliciter est in genere ablutionis, sed secundum quid, scilicet inquantum est sacramentum, est in genere relationis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd finis ad quem est sacramentum, est vltimum formale ipsius, a quo sumitur formalis diffinitio: magister autem non intendit hic diffinire baptismum formaliter, sed naturaliter, & ideo sanctificationem.

D. 1094.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd diffinitio illa Hug. complectitur & materiam baptismi in hoc quòd dicit, aqua: & finem in hoc quòd dicit, diluendis criminibus: & formam per hoc quòd dicit, per verbum vitæ sanctificata: vnde est diffinitio composita ex materiali & formali, quasi demonstratio positione differens, & complete essentiā baptismi cōplectitur, excepto quòd actus ablutionis intermittitur, qui facit materiam proximam baptismo, quàmuis ex aliis quę ponuntur, intelligi possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc est propria prędicatio. Baptismus fit in aqua: sed hæc est per causam prædicatio, Baptismus est aqua.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ibi non tangitur sanctificatio, nisi illa quæ fit per formam baptismi, quæ consistit in inuocationem trinitatis: & hæc sanctificatio est de necessitate baptismi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sacramenta non efficiunt nisi id quod figurant. Ex hoc autem ipso, quòd ponitur dilutio criminum, effectus baptismi potest accipi, quia baptismus materialiter non consistit in aqua, nisi secundum quod est abluens: quandocumque autem est aqua sanctificata in actu ablutionis, est baptismus.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ idem numero quandoq; est effectus alicuius & finis, sicut sanitas est effectus, & finis medicantis: sed effectus, secundum quod producitur per actū medici, finis autem secundum quod est intentum a medico. Medicus autem potest impediri a productione sanitatis, sed non ab intentione, & ideo sanitas potest poni in diffinitione vt est finis, non autem ut est effectus: & similiter dilutio criminum in diffinitione sacramenti.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd Dion. ex diffinitione baptismi data, intendit procedere ad ea quæ mate- A rialiter in baptismo requiruntur: vnde post hāc diffinitionem datam, ritum baptismi ponit, & ideo ponit eam vt demonstrationis principium: & propter hoc est diffinitio totaliter formalis. Et est sciendum, ꝙ in verbis eius aliquid ponitur quasi diffinitum, & aliquid ponitur tamquàm diffinitio: tamquàm diffinitum ponitur, scilicet traditio sacræ & diuinissimæ regenerationis. Ista. n. est quædam circumlocutio baptismi, qua ipse frequenter vtitur: & hoc patet ex hoc, quòd ibi baptismum non nominat, vt sit sensus. Quoddam est principium &c. scilicet sacræ & diuinissimæ &c. Quasi diffinitio ponit hic, ꝙ dicit, Principiū sanctissimorum &c. Et ponit tria, ad quæ baptismus ordinatur, quæ formaliter rationem eius complent. Vnum est, quod competit ei secundum quod est ianua sacramentorum: & quantum ad hoc, ꝙ est principium sanctissimorum mandatorum sacræ actiōis. Actiones enim sacras nominat actiones hierarchicas, scilicet purgare, illuminare, & perficere, quæ præcipue in nostra hierarchia consistunt in dispensatione sacramentorum: quæ quidem actiones nobis sub pręcepto traditæ sunt, & ad eas est principium baptismus quasi eorum ianua. Secundum competit sibi inquantum est causa, prout scilicet characterem imprimit, & gratiam confert, secundum quod homo informatur, & idoneus redditur ad aliorum sacramentorum perceptionem: & quantum ad hoc dicit, ꝙ est formans per characterem & gratiam nostros animales habitus, idest, vires animæ ad susceptiuam opportunitatem, idest, ad idoneam & opportunam susceptionem diuinorum eloquiorum, quātum ad doctrinam fidei: & sacrarum actionum, D quantum ad alia sacramenta, quæ nulli non baptizato debent conferri. Tertium competit sibi inquantum est signum & figura cælestium, & secundum hoc per baptismum manuducimur in cælestium contemplationem: & quantum ad hoc dicit, quòd est faciens iter nostrum, idest, præparans nobis contemplationis viam ad anagogen, idest, sursum ductionem supercælestis quietis, quæ consistit in contemplatione spiritualium. Vel potest dici, ꝙ per secundum tangit finem proximū baptismi, quantum ad ea quę sunt viæ. Per tertium autem tangit finem remotum & vltimum, quantum ad ea quæ sunt patriæ, ad quam nos baptismus perducit per gratiam, quam confert, quæ est res significata, & non contenta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dion. determinat de baptismo, secundum quod est actio quædam hierarchica: & ideo diffinit principium mandatorum non quorumlibet, sed illorum quibus actiones hierarchicæ nobis traduntur.

E ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ per primum tangit tantum ordinem baptismi ad alia sacramenta: sed per secundum, tangit effectum, quo mediante ad alia sacramenta percipienda idonee perducit, vt ex dictis patet.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ animales habitus hic dicuntur ab anima, & nō ab animalitate, qua scilicet cum aliis animalibus cōmunicamus, vt ostendat quòd nō solum baptismus corpus exterius lauat, sed etiam animam interius format.

¶ Ad quartum dicēdum, ꝙ hæc diffinitio est principium omnium, quæ Dion. de baptismo tradit: vnde in principio statim hanc diffinitionem ponit. Et quia in omnibus quæ sunt propter finem, & ex fine, debet accipi & forma competens fini, & materia competens formæ & fini, ideo in hac diffinitione non posuit formam & materiam, sed solum ea, ad quæ baptismus ordinatur quasi ad finem proximum, vel remotum.

AD QVARTAM quæstionē dicendū, ꝙ Dam. prædictā diffinitionē venatur ex hoc ipso, ꝙ baptismus regeneratio dicitur.

Cum

Cum enim generatio sit motus ad esse, constat quòd baptismus est per quem nobis traditur spirituale esse. Et quia nullus potest agere actionem alicuius naturæ, nisi prius habeat esse in natura illa: ideo concluditur quòd baptismus est principium omnium spiritualium actionum, & secundum hoc Damasc. baptismum diffiniunt adhuc per priora, quàm Dion. inquantum accipit primum effectum baptismi, qui est constituere in spirituali vita, ex qua hét quòd regeneratio dicatur: & ideo diffinit baptismum vt principium spualis vitæ in hoc q dicit, Principium alterius vitæ, scilicet spiritualis, quæ est altera a naturali, & hæc generatio sit altera a naturali, & regeneratio dicatur: & iterum vt principiù eorum quæ ad vitã primo cõsequuntur: & ideo dicit, Per qđ si unt primitiæ spiritus, ideſt primi spiritus effectus in nobis. Hi autem effectus vel consequuntur ipsam generationem, sicut filiatio, vel aliqua talis relatio: & sic per baptismum dicimur regenerari in filios dei, & quantũ ad hoc dicitur regeneratio: vel consequuntur formam per generationem inductam, & hoc tripliciter. Primo, in ordine ad generantem, secundum quod per formam inductam genitus fit similis generanti: & quantum ad hoc dicitur sigillum. Secundo, quantum ad esse ipsius geniti, quod per formam conseruatur: & quantum ad hoc dicitur custodia. Tertio, quantum ad actionẽ eius, cuius forma est principium: & quantum ad hoc dicitur illuminatio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd primitiæ spiritus dantur antequàm percipiatur baptismus actu, sed non antequã percipiatur proposito habituali, sicut in Cornelio: vel actuali, sicut in aliis qui baptismi fidem habent. Vel dicendum, quòd hic loquitur de vita spirituali secundum quod homo quantum ad exteriora reputatur membrum ecclesiæ, quod non fit ante baptismum, quia ad actus fidelium nullus ante baptismum admittitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd regeneratio ponitur hic pro relatione consequente regenerationẽ, sicut est filiatio.

De eccles. sti. Hierar. c. 4. par. 1. ¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam Dio. vim illuminatiuã baptismo attribuit, quod quidem ei competit inquantum est fidei sacramentum: vnde baptizatus iam admittitur ad inspectionem sacramentorum quasi illuminatus, non autem ante debet admitti, ne sancta canibus tradantur secundum Dionysiũ.

De Cæsesti Hierar. c. 1. ¶ Ad quartum dicendum, quòd custodia conseruationem importat, quæ quidem est a deo sicut a principio efficiente, a gratia baptismali sicut a principio formali.

ARTICVLVS II.

b Vtrum hæc uerba, Ego te baptizo &c. sint de integritate formæ baptismalis.

3. par. q. 66. art. 1. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd integritas formæ baptismalis non contineatur in his verbis, Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spũsancti. Actio enim magis debet attribui principali agenti quàm secundario: sed principalis baptizans est Christus, vt patet Ioan. 1. vbi dicitur. Hic est qui baptizat, homo autem est tantum minister baptismi. ergo magis debuit dici, Christus te baptizat &c. quàm, Ego te baptizo.

¶ 2 Præt. Secundum grammaticos in verbis primæ & secundæ personæ intelligitur nominatiuus certus & determinatus: sed baptizo est verbum primæ personæ. ergo non fuit necessarium quòd addatur, Ego.

¶ 3 Præt. Sacramenta habent a diuina institutione efficaciam & virtutem: sed ex forma, quam dominus tradidit Matth. vlti. vbi dicitur. Docete omnes gentes, non potest haberi quòd, ego te baptizo, sit de forma baptismi: quia hoc participium, baptizantes, ponitur ibi ad designandum exercitium actus non quasi pars formæ. ergo videtur quòd non sit de necessitate formæ.

¶ 4 Præt. Simul dominus præcepit actum docendi & baptizandi, Matth. vlti. sed non exigitur ad docendum quòd sacerdos dicat, Ego te doceo. ergo similiter non exigitur ad baptismum quòd dicat, Ego te baptizo.

¶ 5 Præt. Verba non debent dirigi ad eum qui non est verborum sensus perceptiuus: sed quandoque baptizatus non potest percipere sensum verborum, sicut patet quando puer baptizatur, ergo non debet dicere, Baptizo te, sed, Baptizo Ioannem.

¶ 6 Præt. Hoc videtur ex modo loquendi, quo dominꝰ vsus est ponens baptizandos in tertia persona dicens, Baptizantes eos.

¶ 7 Præt. Materia sacramenti non minus est de essentia sacramenti, quàm suscipiens illud sacramentum: sed nulla mentio fit in forma de aqua, quæ est materia sacramenti. ergo non debet fieri mentio de recipiente, vt dicatur, Baptizo te.

¶ 8 Præt. Baptismus a passione Christi efficaciam habet, & figura est mortis Christi, vt patet Roma. 6. ergo potius debuit in baptismi forma fieri mentio de fide passionis, quàm de fide Trinitatis.

¶ 9 Præt. Omne illud in quo personæ non conueniunt, debet de eis pluraliter dici: sed personæ distinguuntur quantum ad nomen, quia nomen filii patri non conuenit, nec econuerso. ergo non debuit dici, in nomine patris &c. sed, in nominibus.

VLTERIVS. Videtur quòd liceat ea quæ in hac forma pronuntur, mutare sine præiudicio baptismi. Græci enim hanc formam baptizandi habent, Baptizetur seruus Christi Nicolaus in nomine patris &c. sed apud omnes est vnum baptisma. ergo & nostrer similiter baptismus fieri posset. II Vbi supra art. 6.

¶ 2 Præt. Hoc quòd dicit, Ego baptizo te, ponitur in forma ad exprimendum baptismi actum: sed actus baptismi potest effici ab vno, & duobus, & in vnum, & in duos. ergo potest fieri mutatio formæ, vt dicatur, Nos baptizamus vos.

¶ 3 Præt. Ecclesia est eiusdem potestatis nunc, cuius erat primitiua ecclesia quantum ad sacramentorum dispensationem: sed primitiua ecclesia mutauit formam baptismi, quia baptizabant in nomine Christi, sicut in Act. legitur. ergo & nunc ecclesia formam mutare posset. c. 8. I

¶ 4 Præt. Tres personæ in forma baptismi ponuntur ad exprimendum fidem trinitatis: sed ita exprimeretur fides trinitatis, si diceretur, In nomine trinitatis, sicut si dicitur, In nomine patris & filii &c. ergo potest ita mutatio fieri vt dicatur, In nomine trinitatis.

¶ 5 Præt. Virtus sacramentalis non consistit in verbis, nisi secundum quòd ad significationem referuntur, alias non esset virtutis alicuius nisi in vna lingua, quia voces non sunt eædem apud omnes: sed idem significat pater quod genitor, & filius quod genitus, & spiritussanctus quod ab vtroque procedens. ergo potest hoc modo fieri mutatio, vt dicatur, In nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab vtroque.

¶ 6 Præt. Qui corrumpit verba, mutat literas & syllabas, & per consequens dictiones: sed infra di. 6. dicitur, quòd reputatur baptismus, quamuis aliquis verba corrupte proferat. ergo potest fieri formæ mutatio. in litera Magistri III

VLTERIVS. Videtur quòd non possit aliquid addi, vel minui. Non enim est minor necessitas in verbis quæ pertinent ad formas sacramentorum, quàm in verbis sacræ scripturæ: sed in verbis sacræ scripturæ non licet addere, vel minuere, vt patet Apoc. vlt. ergo nec verbis formarum in sacramentis. Circa lit.

¶ 2 Præt. In formis naturalibus ita est, quòd differentia addita, vel subtracta variat speciem, ergo & si in formis sacramentorum aliquid addatur, vel subtrahatur, tolletur ratio illius sacramenti.

¶ 3 Præt. Ariani non mutabant formam istam nisi per additionẽ. Dicebant enim, In nomine patris maioris, & filii minoris, & propter hoc non reputabantur baptizati. ergo non licet addere, vel diminuere in forma.

SED CONTRA. In litera habetur ab Ambros. Quòd si fides totius trinitatis corde teneatur, & una tantum persona nominata, fit baptisma verum. ergo licet aliquid de forma subtrahere.

¶ 2 Præt. Actus baptizandi ponitur in forma ad excitandum attentionem. ergo vt videtur, licet addere verbum intentionem signans, vt dicatur, Intendo te baptizare.

II VLTERIVS. Videtur quòd non possit fieri interpositio, vel trãspositio: quia baptismus est vnus actus, vnus autem est actus qui est continuus, vt dicitur in 5. physic. sed interruptio tollit continuitatem baptismi. ergo tollit vnitatem eius. ergo non debet fieri aliqua interruptio. 5. physic. 3. Matth. vlt.

¶ 2 Præt. Sicut ad fidem trinitatis pertinent tres personæ, ita & personarum ordo: sed in translatione variat ordo. ergo corrumpitur forma.

SED CONTRA est, quia transposita nomina & verba idem significant.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd forma completiua rei media est quodammodo inter materiam quam perficit, & causam efficientem a qua producitur, vt virtus efficiẽtis mediante forma ad materiam traducatur. Et quia medium complectitur aliquo modo vtrunque extremorum, ideo forma baptismi continet & principale efficiens, vnde baptismus efficaciam habet: & materiam baptismi proximam, quæ est actus ablutionis: & ideo ponitur, In nomine Patris & Filii & Spiritussancti tanquam principale efficiens, a quo baptismus efficaciam habet: & ponitur actus materialis in ea quæ circunstant ipsum, scilicet conferens & recipiens in hoc quod dicit, Ego baptizo te.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principale agens significatur in inuocatione trinitatis, quę inuisibiliter agit, & ideo relinquebatur vt circa actum materiale imponeretur agens secundarium, scilicet minister sacramenti.

¶ Ad secundum dicendum, qp formæ sacramentorum non accipiuntur vt voces significatiuę tantum, sed vt effectiuæ. Et quia nihil agit nisi secundum quod perfectum est, ideo de integritate formæ baptismalis est, vt ponatur totum quod ad baptismum requiritur, quamuis vnum ex alio intelligi possit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in verbis illis dominus principaliter non intendit tradere formam sacramenti, quia prius eis tradiderat, quando baptizabant etiam ante passionem: sed intendit eis præcipere actum baptizandi secundum formam prius eis traditam: & ideo ex verbis illis potest probabiliter accipi forma prædicta, quamuis non expresse ibi ponatur.

¶ 2 Ad quartum dicendum, quòd quia baptismus est sacramentum necessitatis, & in sacramento requiritur intentio: ideo oportet exprimi omnia quę intentionem determinãt ad actum illum, non autem sic in aliis actibus, in quibus non est tantum periculum si intentio non adsit. Vel dicendum, quòd alii actus habent efficaciam ex ipso suo exercitio tantum, sed actus baptizandi habet efficaciam ex forma verborum: & quia talis efficacia est sacramentalis, idcirco oportet quòd verba formæ significando efficaciam actui præbeant: & ideo oportet baptizantem actum suum verbo significare, quamuis hoc in aliis actibus non requiratur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ratio illa tenet de illis verbis quæ proferuntur causa significationis tantum, non autem de illis quæ proferuntur causa efficiendi, quæ etiam oportet ad res non intelligentes proferri, vt effectus verborum determinetur ad res illas: vnde etiam dicitur, Exorcizo te creatura talis. B

¶ Ad sextum dicendum, quòd dominus percipiebat actum baptismi vt absentium, & ideo oportebat quòd vteretur tertia persona: secus autem est de illis qui exercent actum illum in præsentes.

¶ Ad septimum dicendum, quòd aqua comprehenditur in diffinitione baptismi: quia baptismus nihil aliud est quàm ablutio facta in aqua, & ideo esset fugatio si iterum poneretur.

¶ Ad octauum dicendum, quòd actio semper magis attribuitur principali agenti, quia efficacius imprimit ad agendum. Tota enim virtus mediæ causæ est a prima, sed non conuertitur: quia prima causa a qua baptismus efficaciam habet, auctoritatiue est trinitas, passio autem Christi causa secũdaria & inferioria: ideo magis fit mentio de trinitate, quàm de passione. A

¶ Ad nonum dicendum, quòd nomen non competit voci nisi secundum quod facit notitiam de re. Nomen enim dicitur quasi notamen: notitiam autem habemus de trinitate per fidem. Et quia est vna fides trinitatis, & vna confessio dei, quamuis sint diuersæ voces significantes tres personas: ideo dicitur, in nõe; quasi in inuocatione, quæ fit per professionem exteriorẽ interioris fidei. Matth. 28.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd quia sacramenta efficaciam habent ex institutione diuina, & principalius est in sacramẽtis forma, quàm etiã materia: ideo sicut nulli licet mutare sacramentum, vel aliquod nouũ instituere, ita nulli licet mutare formam sacramenti, quantum ad id quòd est de essentia formæ absque speciali consilio spiritussancti, qui virtutem suam illis verbis non alligauit: & si mutatur, nihil agitur; & præter hoc culpa incurritur. Si autem aliquid pertinet ad formam ex determinatione ecclesiæ, si illud mutatur, nihilominus est sacramentum, sed culpa incurritur. In forma aũt baptismali essentialiꝰ est quod exprimit cãm agentem, a qua est tota efficacia, quàm quod exprimit actum exercitum: & ideo quantũ ad omnes, inuocatio trinitatis est de essentia formæ, nec aliqui quantum ad hoc formam mutare possunt. Quidam vero dicebant, quòd actus exercitus non est de essentia formæ, & qp in illa inuocatione trinitatis eũ essentia formæ consistit, quos refellit authoritas Alexan. Papæ, qui dicit quòd non est baptismus illud lauacrum, quo aliquis in nomine patris & filii & spiritussancti nihil addendo baptizatur. De Baptismo & eius. c. si quis.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd secundum opinionem Græcorum, de necessitate formæ est actus baptismi, quantum ad significatum, sed non quantum ad consignificatum: persona autem baptizans per ministerium non est de necessitate formæ, quia ex eo baptismus efficaciam non habet: sed persona recipiens est de necessitate formæ, quia actus ad suscipientem terminatur. & ideo differunt in forma a nobis quantum ad tria. Primo, quia personam ministri in forma non exprimunt, & hoc dicunt ad remouendum errorem qui fuit in primitiua ecclesia, quæ efficaciam baptismi baptizanti attribuebat, ut patet Corinth. 3. Secundo, in hoc quòd significant actum sub alia persona, scilicet tertia, & sub alio modo, scilicet subiunctiuo, vel optatiuo ad significandum quòd actus interior expectatur ab extra. Tertio, quia personam baptizatam ponunt in nominatiuo casu & in tertia persona, quia quandoque baptizatus non habet intellectum vt ad eum possit dirigi sermo. Vtrum autem ipsi mutent aliquid qp sit de substantia formæ, vt sic oporteat rebaptizari, quamuis quidam dicant hoc, non tamen est determinatum: sed dubium apud quosdam, quibus videtur qp sufficiat actum baptismi significare ad perfectionem sacramenti, & quòd consignificationis determinatio sit ex ecclesiæ institutione. Hoc autem certum est, qp forma qua nos vtimur, melior est, tum quia perfectior est, ut patet ex supradictis: tum quia magis consonat verbis euangelii quod ministros baptizantes dicit: tum propter authoritatem ecclesiæ, quæ hanc formam tradit, quæ nunquam a vera fide legitur declinasse hanc formam ab apostolis retinens: & ideo non licet præcipue Latinis, in forma Græcorũ baptizare, quod si præsumerent, secundum quosdam non esset baptismus, secundum quosdam autem esset, sed grauiter peccarent.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vnus actus qui uno agente expleri potest, nõn progreditur a pluribus agentibus simul: & ideo vnus baptizans cum ipse solus baptizare possit, debet significare actum suum non vt a pluribus exeuntem, sed vt a se solo: & ideo non potest dici, Nos baptizamus: sed secundum quosdã dici potest, Ego baptizo vos, si necessitas adsit. Nec est aliqua mutatio formę quantum ad significationem, quia plurale non est nisi singulare geminatum. Potest & alia ratio assignari, quia baptizo vos, idem est quod, baptizo te, & te: & ideo per hoc non fit mutatio formæ quantum ad sensum, sed solum quantum ad vocem: sed nos baptizamus, idem est quod, ego & ille, non autem

tem ego, & ego. Vnde non omnino est idem, & ideo qui dicit, Nos baptizamus, nihil facit: qui autem dicit, Baptizo vos, simul plures baptizaret, baptizatum est: sed peccat, nisi ex magna necessitate faciens.

Matth. vlt. ¶ Ad tertium dicendum, quòd forma quam dominus tradidit, non fuit ab apostolis mutata quantum ad intellectum, quia in Christi nomine tota trinitas intelligitur, vt in litera habetur, sed solum quantum ad vocem: & hoc est quod quidam dicũt, quòd est mutata forma sensibilis, sed non intelligibilis: nec hoc ipsũ potuissent nisi ex familiari consilio spiritussancti. Ratio autem mutationis fuit vt nomen Christi amabile redderetur, si in eius nomine baptism⁹ fieret, & hoc etiam ecclesia nunc posset, si speciale præceptum a spiritusancto haberet, non autem propria authoritate. Et quia illius mutationis causa fuit conueniens illi tempori, ideo cessante causa, cessat effectus: & modo non esset baptismus, si quis in Christi nomine baptizaret, vt cõmuniter dicitur, quamuis quidam contrarium dicant.

Matth. 3. De Cõsec. dist. 4. c. Nunquam aqua.

ptum. Non ergo tunc illam formã Christus prius tradidit, cum ad euangelizandum Gentibus misit, sed quam ante tradiderat mittens eos in Iudæam, post iterauit cum ad Gentes misit. Commodius ergo dicitur institutio facta, quando Christus a Ioãne baptizatus est in Iordane, quod dispensauit non quia mundari voluit, cum sine peccato fuerit, sed quia contactus mũdę carnis suæ vim regeneratiuã cõtulit aquis, vt qui postea immergeretur inuocato nomine Trinitatis, a peccatis purgaretur. Tunc ergo inuocato nomine Trinitatis institutus est baptismus Christi, in quo Trinitas, cuius mysterium ibi innotuit, interius hoĩem baptizat.

Quare in aqua tantum fiat.

G Celebratur autem hoc sacramentum in aqua, [c] nõ alio liquore, vt ait Christus. Nisi quis renatus fuerit &c. Ideo vniformiter id fieri in aqua præcipitur, vt intelligatur, quòd sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit, ita baptismus maculas animæ sordesque vitiorum emundãdo abstergit: vel ideo vt nullum inopia excusaret, quod põt fieri, si in vino, vel oleo fieret, & vt communis materia baptizandi inueniretur apud omnes, quod aqua signauit quæ de latere Christi manauit, sicut sanguis alterius sacramenti signum fuit. Non ergo in aliquo liquore potest consecrari baptismus, nisi in aqua.

Ioan. 19.

B

De immersione, quotiens fieri debeat.

De immersione [d] vero, si q̃ritur quomodo fieri debeat, præcise respondem⁹ vt semel, vel tertio pro vario more ecclesiæ. Vnde Greg. De Trina ĩmersione baptismi, nil verius responderi potest, quàm quod vos ipsi sensistis: quia in vna fide nihil officit ecclesiæ sanctæ consuetudo diuersa. Quia enim in tribus subsistentiis una substantia est, repræhẽsibile esse nullatenus potest infantem in baptismo ter, vel semel mergere: quia & in tribus mersionibus personarum Trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Nos vero qui tertio immergimus, etiã triduanæ sepulturæ sacramentum signamus. Se-

Epist. 41. li. primi Registri & habetur. De Cõsecr. dist. 4. ca. de trina immersiõe.

H ¶ Ad quartum dicendum, quòd in nomine trinitatis non exprimũtur ipsæ personæ, sed solum numerus personarum: & ideo non sufficit dicere, In nomine trinitatis, nec esset baptismus si diceretur.

De Cõsecr. distin. 4. A quodam.

¶ Ad quintum dicendum, quòd genitor non signat personam patris, sicut hypostasim subsistentem, vt hoc nomen, pater, sed per modum actus: & ideo non est eadem significatio si dicatur, In nomine genitoris, & in nomine patris: & similis ratio est de aliis. Quamuis autem non sit eadem vox in Græco & Latino, tamen est eadem vocis significatio, & in qualibet lingua verba illa pertinent ad formam, quæ principalius sunt instituta ad significandum personas illas.

¶ Ad sextum dicendum, quòd qui corrupte profert verba, aut hoc facit ex industria, & sic non videtur intendere quod ecclesia intendit, vnde non est baptismus: aut hoc facit ex ignorantia, vel defectu linguæ, & tunc dicitur quòd si sit tanta corruptio ꝙ omnino auferat sensum locutionis, quòd nõ est baptismus: si autem sensus locutionis remaneat, tunc erit baptismus, & hoc præcipue accidit, quòd sensus non mutatur quando fit corruptio in fine: quia ex parte finis mutatio variat consignificationem, non autem significationem, vt grammatici dicunt. Sed mutatio ex parte principii variat significationem: vnde corruptio talis, maxime si sit magna, omnino sensum locutionis auferret. Quando autem sensus locutionis aliquo modo manet, tunc quamuis mutetur forma quantum ad sonum sensibilem, non tamen mutatur quantum ad significationem: quia quamuis oratio corrupte prolata nihil significet ex veritate impositionis, significat tamen ex accommodatione vsus.

AD TERTIAM questionem dicendum, quòd de subtractione hoc certum est, ꝙ si subtrahatur aliquid quod sit de essentia formæ, quòd non est baptismus, & ille qui baptizat, grauiter peccat. Et quia apud omnes ĩuocatio trinitatis est de essentia formæ, ideo hoc nullo modo subtrahi potest. Sed quidam dñt, ꝙ expressio actus non est de substantia formæ, vnde si subtrahatur facta sola trinitatis inuocatione, erit baptismus, quamuis peccet baptizans.

De Baptismo & euã. effectu. c. Si quis.

SED CONTRA hoc est Decretalis Alexand. Papæ. 3. qui dicit, ꝙ siquis puerum in aqua ter merserit dicendo, In nomine patris, & filii, & spiritussancti, si non dicat, Ego baptizo te, talis immersio nõ facit baptisma. Oportet. n. ꝙ per formam virtus trinitatis inuocatæ ad materiã propositam determinetur, ꝙ fit in expressiõe actus. Simil'r ẽt expressio personæ baptizatæ ẽ de substantia formæ, quia per eam determinatur actus ad hunc baptismum: & ideo si subtrahatur, non erit baptismus, sed expressio personæ baptizantis dicitur, quod non est de forma quantum ad necessitatem sacramenti, sed ex institutione ecclesiæ, vt intentio magis feratur ad actum illum: & ideo si omittatur, erit baptismus, sed peccat omittẽs. De additione vero duo sunt obseruanda. Primum est ex parte addentis, quia si adderet intendens illud esse de forma quasi volens per hoc nouum ritum ad-

F ducere, constat quòd non intendit proferre formam, qua vtitur ecclesia, & ita nec faceret quod ecclesia facit, quare non esset baptismus. Secus autem est, si quis ex aliqua causa adderet vt ex deuotione quadam. Secundum est ex parte eius quod additur: quod si est corruptiuum formę, tunc non est baptismus. si autem non, est baptismus secundum quosdam, sicut si dicatur, In nomine patris maioris, & filii minoris, corrũpitur fides, quã forma profitetur. Si autem addatur, & beatæ Mariæ, quidam dicunt quòd non est baptismus, quia non fit baptismus in virtute beatæ Mariæ: fieret autem si diceretur, & beata Maria iuuet puerum istũ, vel aliqđ huiusmodi. Alii autem dicunt, & probabilius, quòd esset baptismus etiam primo modo additione facta, quia secundum magistrum, in nomine patris, idem est qđ in inuocatione. Potest autem in inuocatione beatæ Mariæ fieri baptismus, cũ in inuocatione trinitatis non quasi ex virtute eius efficaciam habeat baptismus, sicut habet ex virtute trinitatis, sed vt eius intercessio baptizato proficiat ad salutem. Quidam autem addunt tertium considerandum. dicunt enim quòd si fiat additio in medio, vel in principio, non est baptismus: si autem in fine, est baptismus. Sed hoc nullam videtur habere rationem, vnde secundum alios qualitercunq; fiat additio, non refert, dum modo non sit contraria formæ, & baptizans non intendat mutare ritum baptismi.

Ioan. 3. Ambr. Epist. Ro. c. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud dicitur contra hæreticos, qui addebant scripturæ, vel minuebant ex ea propter fidei corruptionem: & similiter in proposito additio, vel subtractio corrumpens formam d tollit baptisma.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc est verum de differentia essentiali, non autem de accidentali: vnde si subtrahatur aliquid de essentia formæ existens, vel addatur aliquid non de essentia formæ, ac si sit de essentia formæ, non erit baptismus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd additio illa corrumpebat fidẽ trinitatis, quàm exprimit forma: & ideo corrũpebat formã.

I ¶ Ad quartum dicendum, quòd secundum quosdam sufficiebat quantum ad inuocationem trinitatis, vt nihil minueretur de forma intelligibili, quamuis minueretur de forma sensibili quia in vna persona omnes intelliguntur: ideo dicebant quòd vna persona nominata plenus esset baptismus, si fides interius plena esset. Sed quia fides personæ baptizantis, vel infidelitas nihil prodest, nec nocet ad baptismum, qui fit in fide ecclesiæ, ideo quasi communiori modo dicitur, quòd oportet omnes tres personas exprimi: & ideo ad verbum Ambr. multipliciter respondetur. Quidam enim dicunt, quòd cum dicit, Plenum sit sacramentum, ponit sacramentum pro fide: quia qui vnam tantum personam confitetur, si alias corde teneat, plenam habet fidem. Quidam vero dicunt, quòd intelligitur quantum ad plenitudinem ipsius sacramenti, quam habet ex fide, quod patet ex hoc, quòd dicit, Plenum est fidei sacramentum: vel quòd intelligatur

K ẽm quosdã in casu, quãdo vna persona nominata, puer, vel sacerdos moreretur. Creditur enim quòd inuisibilis sacerdos suppleret defectum, vel in casu simili, in quo apostoli in nomine Christi baptizabant: & hoc magis consonat verbis eius.

¶ Ad quintum dicendum, quòd qui intendit aliquid facere, nõ est consequens quòd faciat illud, vnde esset ad corruptionem formæ, Ego intendo te baptizare.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd cum forma verborum consistat in tribus, scilicet, significatione, integritate verborum, & ordine. Quidam dicunt, quòd quicquid horum mutetur, vel varietur, non erit baptismus. Sed quia formæ sacramentorum sunt quędam fidei professiones, fidẽ autem non profitentur verba formæ, nisi ratione suæ significationis: ideo alii dicunt quòd dummodo seruetur intellectus vel implicite, vel explicite, etiam si non esset vocum integritas, nec ordo, idem erit baptismus. Sed quia sacramentum quantum ad formam & materiam debet esse eiusdem signum, ideo alii dicunt medio modo, quòd requiritur & significatio plena, & verba integra quę sunt de essentia formæ. Si autem ordo, vel aliquid circa verba mutetur, quòd non tollit nec significationem, nec integritatem verborum, erit baptismus.

A ¶ ET SECVNDVM hoc ad primum dicẽdum, quòd si fiat tanta interruptio quòd intercipiat intentionem baptizantis, tũc non erit vna forma: & ideo vtraque per se erit imperfecta, nec sufficit ad baptismũ. Sicut si dicatur, In nomine patris, & interponat longam fabulam: & postea dicat, & filii. Si autem ita fiat parua interruptio, vel verbi nõ corrumpẽtis formã, vt si dicatur, In nomine patris omnipotentis, aut silentii, aut tussis, vel alicui⁹ huiusmodi, quòd intentionem non discontinuet, tunc erit ab vnitate intentionis vnitas formæ. Constat enim quòd continuitatis forma ex vocibus vnitatem habere non potest, cum oratio sit quantitas discreta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quidam dicũt, quòd si sit talis ordo qui mutat intellectum, non sit baptismus, vt si dicatur, In nomine patris baptizo te, & filii, & spiritussancti. Si autem non mutetur intellectus, erit baptismus, vt si dicatur, In nomine patris, & filii, & spiritussancti baptizo te. Alii vero dicunt, quòd qualitercunque mutetur ordo verborum, non videtur intellectus mutari, & ideo erit baptismus, quamuis peccet transponẽs: & secundum hoc dicendum, quòd ordo personarum non est quo vna sit prior altera, sed quo vna est ex altera, quem ordinem ipsa nomina personarũ ostendunt quocunque ordine proferantur.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum baptismus debeat fieri in aqua.*

3. par. q. 66. a. 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus non debeat fieri in aqua. Ex similibus enim causis similes effectus producuntur: sed baptismus hẽt similem effectũ cum circuncisione. cum ergo aqua in nullo conueniat cum instrumento circuncisionis, videtur quòd non congrue fiat baptismus in aqua. D

Dã fide Orthod. lib. 4. c. 10. Dion. de eccl. Hierar. cap. 5. par. 1.

¶ 2 Præt. Secundum Damasc. & Diony. Baptismus habet vim illuminatiuam, & in eo spiritussãctus datur, & homo in filium dei regeneratur: sed ignis inter alia elementa plus habet de luce, & per eum ratione caloris spiritussanctus, qui est charitas, significatur, & secundum Dyon. in fine ce. hierar. Ignis maxime deiformitatem signat. ergo baptismus debet fieri in igne, & non in aqua.

Ibid.

¶ 3 Præt. Secundum. Damasc. Baptismus est principium vitæ, & est sacramentum maxime necessitatis: sed aer habet maximam conuenientiam cum vita, quia calidus est & humidus, & est communissimum elemẽtum, vt nulli propter eius penuriam posset esse periculum, sicut quandoque paruulis est periculum propter defectum aquæ. ergo baptismus debuit in aere fieri, & non in aqua.

¶ 4 Pręt. Per baptismum configuramur sepulturę Christi, Ro. 6. sed Christus in terra sepultus est. ergo baptismus debet in terra fieri, & non in aqua. E

¶ 5 Præt. Oleum, & vinum ablutiua sunt, & lætificantia, & impinguantia: sed baptismus præter ablutionem peccatorum pinguedinem, & lætitiam spiritualem tribuit. ergo in his liquoribus fieri debet.

¶ 6 Præt. Sacramenta de latere Christi fluxerunt: sed sicut fluxit aqua, sic & sanguis. ergo in sanguine debet fieri baptismus.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto &c.

¶ 2 Præt. Reparatio debet creationi respondere: sed in creatione mundi spiritus domini commemoratur primo super aquas ferri, & ex aquis primo animam viuentem produxisse, vt patet Gen. 1. ergo & spiritussanctus in opere reparationis primo dari debet in aqua & spiritualis vita: & sic baptismus in aqua fieri debet, quod est principium alterius vitæ, & per quod primitias spiritus accepimus.

A VLTERIVS. Videtur quòd non debeat fieri in aqua simplici, quia medicina debet esse infirmis proportionata: sed nos quibus medicina baptismi adhibetur, habemus corpus ex elementis mistum. ergo aqua baptismi non debet esse elementum simplex. II Vbi supra art. 4.

¶ 2 Præt. Sacramẽta fluxerunt de latere Christi dormientis in cruce: sed de latere eius non est probabile fluxisse aquã, quę sit purum elementum, cum tale quid in corporibus mistis non inueniatur. ergo non debet in aqua simplici baptismus fieri.

¶ 3 Præt. Pura elementa, secundũ philosophos, non sunt in extremis, sed in mediis elementorũ, quia in extremis alterant se inuicem. si ergo oporteret in aqua simplici baptismum fieri, non posset apud nos fieri.

¶ 4 Præt. Cõstat ꝙ aqua maris nõ est simplex aqua, qđ eius amaritũdo & salsedo demõstrat, q̃ ex terrestri misto cõtingit: sed in aqua maris põt fieri baptismus. ergo non requirit aqua simplex.

¶ 5 Præt. Aqua competit baptismo ratione ablutionis: sed quæ C dam aqua mista magis abluit, sicut lixiuium, & huiusmodi. ergo magis baptismo competit.

SED CONTRA est, quòd mistum neutrum miscibilium est. si ergo fiat baptismus in aqua mista, non fieret in aqua, quod esset contra doctrinam euangelii.

VLTERIVS. Videtur quòd non in qualibet aqua simplici possit fieri baptismus. Dominus enim tactu mundissimæ suæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis: sed non tetigit nisi aquas Iordanis. ergo solę illæ aquæ habent vim regeneratiuam, & ita non in qualibet aqua potest fieri baptismus. III

¶ 2 Præt. Baptismus non potest fieri nisi in aqua verbo vitę sanctificata. si ergo baptismus fieret in mari, vel in aliquo fluuio, tota aqua fluminis esset sanctificata, quod videtur absurdum.

¶ 3 Præt. Quædam aquæ non habent vim abluendi, sed magis deturpant, sicut aquæ paludum. ergo videtur quòd in huiusmodi aquis non possit fieri baptismus.

D SED CORNTA est, quia materia baptismi debet esse cõmunis, quia baptismus est sacramẽtum maximę necessitatis: sed hoc non esset nisi in qualibet aqua baptismus fieri posset. ergo in qualibet aqua potest fieri baptismus.

RESPOND. Dicendum ad primam quæstionem, quòd ex institutione diuina necessarium est baptismum in aqua fieri. Possunt autem institutionis accipi sex rationes. Prima est, quia aqua ratione diaphaneitatis habet aliquid de lumine, & ita cõpetit baptismo, qui habet vim illuminatiuam secundum quod in eo gratia confertur. Secunda est, quia ratione humiditatis habet vim ablutiuã, & ideo competit baptismo, in quo sordes culpæ mundantur. Tertia est, quia ratione frigiditatis habet vim refrigerandi, & ideo competit baptismo, in quo incendium fomitis mitigatur. Quarta est, quia vt dicitur in 17. de animalibus. Aqua maxime competit generationi & augmentationi rerum viuentium, vnde & in principio mundi ex aqua primitus animalia producta sunt, & sic competit baptismo inquantum est regeneratio in spiritualem uitam. Quinta est, quia in oĩbus mundi partibus aqua inuenitur. Sexta, quia est res quę de facili ab omnibus haberi potest sine magno pretio, & hæ duæ competũt baptismo prout est sacramentum necessitatis. idest 4. lib. de generatiõe animalium. c. 2. E

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ neq; circuncisio, neq; baptismus tollunt originalẽ culpã ex uirtute naturali ipsarũ rerũ, sed inquantũ signant aliquid spũale, & in significatione cõicat aqua cum instrõ circũcisionis, quia in utroq; fit ablatio alicuius.

¶ Ad ẽm dicendũ, ꝙ ignis habet lucẽ ex se, & calorẽ qui est qualitas actiua, & quia spũssanctus est primũ agẽs deiformitatẽ in baptismo, & primũ illuminãs. Sed baptismus ẽ sicut qđã instr'alis cã, ideo spirituisancto cõpetit figurari per ignẽ, sed baptismo ꝑ aquam, quã mediante trãsfunditur lumen a spiritusancto in animam, sicut per diaphanum lumen corporale ad sensum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis aer communicet cum uita, non tamen aer generationi uiuentium sicut aqua competit: & propter hoc magis competit aqua baptismo, quàm aer.

¶ Ad

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sepultura Christi est res significata non contenta: institutio autem sacramentalis materiæ attẽditur principaliter quantum ad significationem rei contentæ, magis autem competit aqua tali significationi in baptismo, quàm terra, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ oleum & vinum non habentur in vsu ablutionis sicut aqua, nec ita bene abluũt quia ex eis etiam aliquæ sordes contrahũtur, & desunt iterum aliæ conditiones, quæ aquæ competunt: & ideo nõ ita cõpetunt baptismo sicut aqua. Pinguedo autẽ deuotionis, & lætitia sunt quidam effect⁹ baptismum consequentes, & non primi.

¶ Ad sextum dicẽdum, quòd ex latere Christi fluxit sanguis & aqua, sed sanguis ad redimẽdum, vt dicitur 1. Petr. 1. aqua autem ad abluendum: & ideo aqua baptismo cõpetit, & non sanguis.

Super epis. ad Roma. c. 14. super illud, Vnusquisque in sensu suo abundet.

cundũ hoc licet nõ modo ter, sed etiam semel mergere tantum. Ibi tamen dumtaxat mergere semel licet, vbi consuetudo ecclesiæ talis existit. Si quis vero id facere incipiat, vbi consuetudo talis non est, vel semel tantum mergendum asserat, repræhensibilem se constituit. Vnde Haymo. * In suo sensu abundabat Cyprianus, cum semel mergebat in baptismo paruulos, qui quod intelligebat, studiose implebat, bonis operibus abundando, licet in hoc nescius delinqueret: sed quia bonis operibus abundabat, postea correctus a Deo abundauit altiori sensu, ter illos mergẽdo. Ecce habemus, quia deliquit, qui semel mersit: sed hoc ideo, quia aliter se habebat consuetudo illius ecclesiæ, vel quia vnam tantum faciendam mersionem asserebat. De trina mersione Aug. ait.* Postquàm nos credere promisimus, tertio capita in sacro fonte dimersimus, qui ordo baptizandi duplici mysterij significatione celebratur. Recte enim tertio immersi estis, quia accepistis baptismum in nomine Trinitatis. Recte tertio immersi, quia accepistis baptismũ in nomine Christi, qui die tertia resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita immersio, typum dominicæ exprimit sepulturæ. Constat ergo baptizandos tertio debere immergi, & tamen si semel tantum immergantur, verum baptisma accipiunt: & qui semel immergit tantum, non peccat, nisi consuetudo ecclesiæ obsistat, vel hoc modo tantum debere fieri asserat.

*Homil. *Rom.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd permistio aquę potest esse duplex. Vna, quæ tollit speciem, sicut quãdo per alterationem transit in aliam speciem, sicut per putrefactionem aliquam, vel dignationem transit in vinum, aut etiã per additionem tantam alterius liquoris, quòd soluatur spẽs aquæ, sicut si parum aquæ multo vino admisceatur. Alia permistio est, quæ non tollit speciem aquæ, sicut quando alteratur aqua secundum aliquod accidens, & manet species, vt patet in aqua calefacta: vel quando additur aliquid aquæ, quod vel nõ commisceatur, sicut si aliqua solida ponantur in aqua: vel si sit commistibile, sicut aliquod humidum, tamen est tam paruæ quantitatis, quòd mistionem non faciat, sed in aquam penitus conuertatur. In aqua ergo primo modo permista non potest fieri baptismus, quia iam non est aqua: in aqua autem secundo modo potest fieri. Vt autem cognoscatur quando sic, vel sic permista est aqua, sciendum est, quòd sicut diuersitatem speciei in animalibus iudicamus ex diuersitate figurarum, ita etiam diuersam speciem in elementis cognoscimus ex diuersitate rari & densi: & ideo si fiat tanta alteratio, vel permistio aquæ, quòd recedatur a termino raritatis & densitatis aquæ vel in actu, vel in potentia, signum est, ꝙ sit species aquæ transmutata: & dico in potentia, quando humor aliquis non condensatur & rarefit calido, vel frigido sicut aqua, sed aliter, sicut patet in vino, oleo, lacte, & huiusmodi.

Ad primum ergo dicendum, quòd non oportet, ꝙ aqua competat nobis per conuenientiam in naturali proprietate, sed significando effectum, qui in nobis debet fieri.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de corpore Christi exiuit vera d aqua, sicut verus sanguis, & hoc ad probandum esse corpus Christi verum non phantasticum, vt Manichæi ponunt. Fuit enim in eo compositio ex elementis, quod probatum fuit ex eo, quòd aqua quæ est elementum, prodiit ex eius latere, & compositionem humorum probauit sanguis effluens. D.235

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis aqua quæ est apud nos, sit aliquo modo alterata, & habẽs aliquid de permistione aliorum elementorum, non tamen amisit speciem propriam.

¶ Et similiter dicendum est ad quartum de aqua maris.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ illæ aquæ, quę per aliquam transmutationem speciem aquæ amittunt, & si retineant abluendi virtutem, tamen materia baptismi esse non possunt, quia prima virtus abluendi est in vera aqua, & etiam purius abluit, quia ex aliis liquoribus corpora abluta aliquo modo inficiuntur, communius etiam aqua vtimur ad abluendum. De lixiuio autem quidam dicunt, ꝙ speciem aquæ amisit, vnde baptismi materia esse non potest. Sed hoc non videtur, quia eadẽ ratione nec aqua transiẽs per mineras sulphureas, & terras cõbustas posset esse materia baptismi, quod falsum est. Lixiuium enim ab alia aqua non differt, nisi in hoc, ꝙ per cineres transiuit. Vnde videtur aliter dicẽdum, quòd baptismus potest fieri in lixiuio, sicut & in aquis sulphureis, & in aliis aquis quæ ex terra, per quam transeunt, immutantur.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd diuersitas aquarum, quæ est per loca & situs, est differentia accidentalis, vnde non mutat speciem aquæ: & ideo in qualibet aqua huiusmodi vel maris, vel fluminis, vel cisternæ, vel fontis, vel stagni, potest fieri baptismus.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ dominus tangendo illam aquam dedit vim regeneratiuam in tota specie aquæ instituens eã instrumentum baptismi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si baptizatur aliquis in mari, sola illa aqua maris pertinet ad baptismum, quæ potest habere aliquem effectum in baptizato vel lauando, vel infrigidando, & non totum mare.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd si aqua paludis esset intantum ingrossata, ꝙ recederet a vera raritate aquę, non esset baptismus, sicut si esset lutum, aliàs esset baptismus, quia adhuc species aquæ manet.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum immersio sit de necessitate baptismi.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd immersio sit de necessitate baptismi. Quia per baptismum configuramur sepulturæ Christi, vt dicitur Rom. 6. sed hoc non fit per baptismum, nisi inquantum immergimur, & occultamur in aqua, sicut Christus sub terra. ergo immersio est de necessitate baptismi. 3. par. q. 66. art. 7.

¶ 2 Præt. Baptismus datur in remedium contra originale peccatum: sed originale peccatum est in toto corpore. ergo totum debet immergi.

¶ 3 Præt. Si aliqua pars sufficeret, vt intingeretur, præcipue videretur de membris genitalibus, in quibus præcipue originale manet, & in quibus circuncisio fiebat: sed ablutio non potest fieri congrue in illis membris, nisi totum corpus immergatur. ergo totum corpus debet immergi.

Sed contra est consuetudo in aliquibus ecclesiis, in quibus quandoque per aspersionem, & non per immersionem baptismus celebratur.

¶ 2 Præt. In baptismo beati Laurentij legitur, ꝙ Romanus ab eo baptizandus vrceum aquæ attulit, in quo constat, ꝙ immergi non poterat. ergo immersio non est de necessitate baptismi.

Vlterius. Videtur quòd nõ debeat esse trina. Baptismus enim est tinctio in aqua verbo vitæ sanctificata, vt dicit August. sed vnus est baptismus. ergo debet esse vna tinctio, siue immersio.

¶ 2 Præt. Requiritur ad baptismum fides de vnitate, & de trinitate personarum: sed trinitas personarum sufficienter exprimitur in forma. ergo vnitas essentiæ debet exprimi in vnitate immersionis.

¶ 3 Præt. Baptismus est figura passionis Christi: sed vna est passio Christi. ergo vna debet esse immersio in baptismo.

Sed contra est, quod Dion. dicit 2. cap. eccles. hierar. ꝙ debet fieri baptismus tribus immersionibus & eleuationibus ad signandum, quòd Christus in sepulchro iacuit tribus diebus & tribus noctibus.

¶ 2 Præt. Chrysost. super Io. 3. fit immersio, vt discas quoniam virtus patris, & filij, & spiritussancti omnia hæc implet, idem bus dicit Hieron. super epist. ad Ephes. 4.

Vlterius. Videtur quòd trina immersio sit de necessitate sacramenti. Legitur enim in decretis de consecratione dist. 6. cap. Si quis præsbyter, vel episcopus semel immergat, & vnam immersionem fecerit, deponatur: hoc autem non esset nisi trina immersio esset de necessitate sacramenti. ergo est de necessitate sacramenti.

¶ 2 Præt. Sicut fidei trinitas exprimitur per nomina trium personarum, ita per tres immersiones, vt ex dictis patet: sed si non nominarentur tres personæ, non esset baptismus. ergo similiter si non trina immersio fiat.

¶ 3 Præt. Si nõ trina immersio est de necessitate sacramẽti, statim in prima immersione baptismus habet totum effectum suum, ergo aliæ immersiones frustra addentur, & fit iniuria sacramento.

Sed contra est, quòd ipsa immersio non est de necessitate sacramẽti, ergo multo minus numerus immersionis.

¶ 2 Præt. Authoritas Gregor. in litera posita dicit, quòd vtrumque potest fieri seruata ecclesiæ consuetudine. ergo non est de necessitate sacramenti neque vna, neque trina immersio.

Quando circuncisio amisit uim suam.

Solet etiam quæri, si circuncisio amisit statim vim suam ab institutione baptismi: ad quod dicimus, in Christi morte terminata esse legalia omnia. Ex tunc ergo circuncisio perdidit vim suam, ita quòd postea non profecerit, sed potius obfuit obseruatoribus suis. Sed vsque ad oblationem veræ Hostiæ potuit prodesse. Si enim ante passionem legalia finem habuissent, non ea imminente vetus pascha cum discipulis manducasset.

De causa institutionis.

Causa e vero institutionis baptismi est innouatio mentis, vt homo qui per peccatũ vetus fuerat, per gratiam baptismi renouetur, quod fit depositione vitiorum, & collatione virtutum. Sic enim fit quisque nouus homo, cum abolitis peccatis ornatur virtutibus. Abolitio peccatorum pellit fœditatem: appositio virtutum affert decorem. Et hæc est res huius sacramenti, scilicet interior munditia.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd baptismus ablutionem importat. Ablutio autem per aquam potest fieri non tantum per modum immersionis, sed per modũ aspersionis, vel effusionis: & ideo vtroque modo potest fieri baptismus. Et videtur quòd apostoli hoc modo baptizarent, cum legatur, quòd simul vna die conuersi sunt quinque milia, & alia tria milia Act. 2. & 3. & ideo quando consuetudo ecclesiæ patitur, vel quando necessitas incumbit propter defectum aquæ, siue propter periculum pueri, de cuius morte timetur, vel etiam propter imbecillitatem sacerdotis non potentis sustentare infantem, potest sine immersione baptismus celebrari.

Ad primum ergo dicendum, quòd etiam in effusione aquæ homo quodammodo sub aqua ponitur, & ideo quodam modo Christo per baptismum consepelitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnes operationes animales a capite principium habẽt, quia baptismus format animales habitus secundum diffinitionem Dion. prius positam, nõ autem naturales, vel vitales: ideo si sit caput aspersum aqua, in totum corpus aspersio reputatur, sicut etiam Iuristæ dicũt, ꝙ vbi caput hominis iacet, reputatur ac si totus homo sepultus esset ibidem, non sic autem est de aliis partibus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis originale peccatum consistat præcipue in membris genitalibus quãtum ad originem, tamen in operationibus animalibus cõsummatur quantũ ad rõnem culpæ: & ideo potius oportet baptismũ adhiberi circa caput, si necessitas incũbit, vt nõ totũ corpus possit immergi.

Ad secundam quæstionem dicendum, ꝙ congruentissime fit trina immersio, tum ad exprimẽdum in factis fidem trinitatis: tum ad significãdum Christi sepulturam, cui per baptismum consepelimur, vt patet ex authoritatibus inductis.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ magister exposuit tinctionem per ablutionem: quàmuis autem in trina immersione sit trina intinctio, tamen est vna ablutio: sicut etiam in ablutionibus pure materialibus videmus contingere, quòd aliquid pluries in aquam immergitur, vel aqua perfunditur, antequàm ablutio vna sit perfecta.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in fide trinitatis includitur fides vnitatis, & ideo in baptismo cum fide trinitatis expressa datur intelligi fides vnitatis, & in forma verborum per hoc, ꝙ singulariter dicitur, In nomine, & in immersione propter similitudinem immersionum: non autem in fide vnitatis includitur fides trinitatis, & ideo congruentius est, vt etiam in actu baptismi fides trinitatis exprimatur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis passio Christi sit vna, tamen Christus passus triduo in sepulcro quieuit, & hoc baptismus significare debuit trina immersione.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd cum trina immersio non sit ad signandum rem in sacramento contentã, quam oportet per materiam & vsum sacramẽti significari, sed significet rem significatam, & non contentam, quæ significatio non est principalis in sacramento, trina immersio, vt in litera dicitur, non est de necessitate sacramenti: si tamen omittatur contra consuetudinem ecclesiæ, grauiter aliquis peccat semel tantum immergẽs, & ideo per canones pœna adhibetur: ꝙ quod patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ forma principaliter debet significare illud, vnde est efficacia in sacramento, cum sit medium quo quasi puenit efficacia ad naturam quę verbo illo sanctificat: sed materia debet principaliter significare effectum, qui immediate cõsequitur ex vsu eius.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ vnitas intẽtionis in tribus immersionib⁹ facit vnitatem baptismi, vt dictum est: & ideo quando aliquis intendit ter immergere, prima immersio non terminat intentionem baptizantis, & per consequens nec esse baptismi completur, nec per illum tantum habet effectum, nisi per ordinem ad alias, vnde aliæ non superfluunt: si autem non intendit nisi vnam facere, prima sola complet baptismũ terminans intentionem baptizantis.

ARTICVLVS V.

e Vtrum fuerit necessarium instituere baptismum post circuncisionem.

Ad quintum sic proceditur. Videtur ꝙ non fuit necessarium instituere baptismum post circuncisionẽ. Causa enim institutionis baptismi, vt in litera dicitur, est innouatio mentis: sed circuncisio mentem innouabat cum peccatum auferret, & gratiam conferret, vt supra dictum est: ergo nõ fuit necessarium baptismum instituere. 3. par. q. 65. art. 4. Dist. 1. q. 2. art. 2. q. 3.

¶ 2 Præt. In sacramentis efficacia respondet significationi: sed circuncisio expressius significat, vt videtur, ablationem originalis, & quantum ad causam ablationis, quæ est effusio sanguinis Christi: & quantum ad causam traductionis, quæ est generatio in membris generationis cum sanguinis effusione facta. ergo habuit maiorem efficaciam, quàm baptismus, & ita non debuit post eam baptismus institui.

Sed contra. Perfectum debet imperfecto succedere: sed baptismus est perfectior circuncisione, quia communior est. ergo debuit post circuncisionem institui.

Vlterius. Videtur ꝙ fuerit ante passionẽ institutus: quia dominus tactu carnis suæ, vim regeneratiuam contulit aquis: sed hoc fuit ante passionem in baptismo suo. ergo ante passionem fuit institutus.

¶ 2 Præt. Io. 3. dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu &c. sed hoc fuit ante passionem. ergo baptismus ante passionem fuit institutus.

Sed contra. Causam non præcedit effectus: sed baptismus habet efficaciam a passione Christi. ergo non debuit ante passionem institui.

¶ 2 Præt. Baptismus non fuit sine forma sua: sed forma fuit instituta post passionem, Matth. vlt. ergo & baptismus.

Vlterius. Videtur ꝙ statim in sua institutione fuit obligatorium: quia dicitur Io. 3. quasi in principio institutionis. Nisi quis renatus fuerit &c. quod obligationem importat. ergo statim obligatorium fuit.

¶ 2 Præt. Institutio sacramentorum nouæ legis est per modũ præcepti: sed præceptum statim est obligatorium. ergo institutio baptismi statim obligabat.

Sed contra. Ad idem non sunt necessaria duo remedia: sed ante passionem iam instituto baptismo homines obligabantur adhuc ad circuncisionem, quæ ad idem ordinatur cum baptismo.

baptismo. ergo non obligabantur ad baptismum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd secundum Hug. de sanc. Vict. oportuit, vt secundum processionem temporum, spiritualium gratiarum signa magis ac magis euidentia darentur: & ideo oportuit quòd baptismus post circuncisionem institueretur, quia circũcisio significabat tantum in remouẽdo: perfectio autem sanctificationis nõ est in remouendo, sed in collatiõe gratiæ, cuius effectus aqua figurat, scilicet vitam, illuminationem, & huiusmodi, de quibus dictum est: & præter hoc significat ablutionẽ, & iterum etiam est perfectio quantum ad vsum, quia sexui vtrique communis est, quod non erat de circuncisione. Lib. 2. de sacramentis, par. 6. ca. 3. circa med.

Quæritur, an baptismus aperuit cælum, quod non aperuit circuncisio.

SI queritur, vtrum baptismus aperuit cælũ, quod non aperuit circuncisio. Dicimus, quòd nec baptismus, nec circuncisio regni nobis aditum aperuit, sed hostia Saluatoris, quæ si tempore circuncisionis oblata fuisset, illius temporis homines in regnum intrassent. Res ergo huius sacramenti iustificatio est. G

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis circuncisio auferret culpam sicut baptismus, non tamen conferebat tantam plenitudinem gratiæ sicut baptismus, nec tantum diminuebat fomitem; & ideo oportuit baptismum succedere. Innouatio enim non solum consistit in remotione culpæ, sed in collatione gratiæ.

¶ Ad secundum ergo dicendum, quòd illæ significationes sunt rerum non contentarum, & ideo de illis nihil ad propositum. H

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd multiplex fuit baptismi institutio. Fuit enim primo institutus quantum ad materiam in baptismo Christi, tunc enim vim regeneratiuam aquis cõtulit, & aliquo modo fuit forma figurata per præsentiam trium personarum in signo visibili: quia pater apparuit in voce, filius in carne, spiritussanctus in columba. Et similiter fructus baptismi ibi præfiguratus fuit, quia cæli aperti sunt super eum, sed necessitas eius fuit declarata, Io. 3. vbi dicit. Nisi quis renatus &c. sed vsus fuit inchoatus, quando misit discipulos ad prædicandum & baptizandum, vt patet Matth. 10. sed efficaciam habuit ex passione Christi, quantum ad vltimum effectũ, qui est apertio ianuæ: sed diuulgatio eius quantum ad omnes nationes præcepta fuit, Matth. vlt. vbi dixit, Euntes, docete omnes gentes &c. I

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta, tamen sciendum quòd, Matth. vlt. non fuit forma instituta, cum ante passionem in eadem forma baptizauerint, sicut in litera dicitur, sed fuit iterata.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd ante passionem nullus obligabatur ad baptismum, quia tunc non erat institutus ad obligandum, sed ad exercitandum: sed post passionem obligatoriũ fuit, quando circuncisio mortua fuit quantum ad omnes, ad quos institutio potuit peruenire.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta. Dominus enim Ioan. 3. magis prædixit obligationem futuram, quàm narraret præsentem, nec præceptum obligat antequàm sit diuulgatum.

EXPOSITIO TEXTVS.

BAPTISMVS *dicitur corporis tinctio &c.* Sciendum est, quòd baptizare in græco, idem est quod lauare. A lauando enim duo dicuntur, scilicet lauacrum, quod significat aquam, in qua fit lotio humano artificio præparatam: alio modo lotio, quæ significat vsum lauacri. Baptismus ergo potest significare ipsam aquam, quæ dicitur lauacrum, vnde dicitur Tit. 2. Per lauacrum regenerationis &c. & potest significare ipsam ablutionem Matth. 7. Tenentes baptismata hominum, & calicum, & vrceorum, idest ablutiones, & ideo Hugo, de sanct. Vict. diffiniuit baptismum aquam quantum ad primam acceptionem; magister vero ablutionem quantum ad secundam. Sed hæc diffinitio est magis propria, quia aqua non significat mundationem, neque causat nisi secũdũ quod est abluens. *Vnde est hæc tanta virtus aquæ &c.* Quid sit ista virtus, & quando sit data, dictum est supra dist. 1. *Vnde nihilominus insinuari &c.* hoc est intelligendum in simili casu, sicut apostoli in nomine Christi baptizabant, aliàs magister falsum diceret. *Celebratur autem hoc sacramentum &c.* Sciendum quòd aqua est materia baptismi, & potest tripliciter consi- (3. lib. de sacramentis, par. 9. ca. 2.; q. 1. artic. 4. q. 2.)

F derari: quia secundum quod consideratur in sua propria natura est quasi materia remota, quia ex naturali proprietate habet aliquam conuenientiam ad hoc, quòd sit baptismi materia ratione similitudinis. Secundum autem quod est instituta ad hoc, accipiens vim regeneratiuam ex tactu carnis saluatoris, sic est materia quasi disposita. Secũdum autem quòd consideratur sub forma verborum, est quasi materia iam informata. *Solet autem quæri &c.* de hac dictum est prius di. 1. *Aditum nobis regni aperuit.* Apertio ianuæ non est aliud, quàm remotio impedimẽti quod prohibebat totũ humanũ genus ab introitu cæli, quod quidem ablatũ est per passionem Christi, vt dictum est in 3. lib. dist. 18. (q. 1. art. ... ibi, idem ... tem ... ta est ... cisio; q. 1. art. ... q. 3.)

DISTIN. IIII.
B

Quòd alij suscipiunt sacramentum, & rem: alij sacramentum, & non rem: alij rem, & non sacramentum.

HIc dicẽdum est, aliquos suscipere sacramẽtum, & rem sacramenti: aliquos sacramentum, & non rem: aliquos rem, & non sacramẽtum. Sacramentũ C[a] & rẽ B[b] simul suscipiunt oẽs paruuli, qui in baptismo ab originali mundantur peccato.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de baptismo, quantum ad ea quæ conueniunt ei secundum se considerato, hic determinat de effectu baptismi per comparationem ad accipientes. Et diuiditur in partes duas. In prima, determinat de effectu baptismi communiter quantum ad omnes. In secunda, specialiter quantum ad paruulos, ibi. *Solet etiam quæri si paruulis &c.* Prima, diuiditur in partes tres. In prima, ostendit quomodo quidam recipiunt sacramentum, & rem sacramenti. In secunda, quomodo quidã sacramentum recipiunt, & non rem, ibi. *Qui vero sine fide accedunt &c.* In tertia, quomodo quidam accipiunt rem, & non sacramentũ, ibi *Sunt & alij, ut supra posuimus &c.* Circa secundũ, duo facit. Primo, determinat veritatẽ. Secundo, obiicit in cõtrarium, ibi. *Videtur tamen Aug. &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, obiicit per authoritatẽ Aug. qui contrariũ ex authoritate Apost. probare videtur. Secundo, soluit. & primo ad authoritatẽ Aug. ibi. *Hic tamen, ut supra diximus &c.* Secundo ad authoritatẽ Apost. ibi. *Quæritur ergo &c. Sunt alij &c.* Hic determinat de illis qui recipiunt rem sine sacrõ. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quod quidã accipiunt rem sine sacrõ. Secundo, inquirit quid postmodum per huiusmodi sacrm addatur qñ sacrm susceperũt, ibi. *Solet etiam quæri de illis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit veritatẽ. Secundo, excludit errorem, ibi. *Sed dicunt aliqui &c.* Circa primũ duo facit. Primo, ostendit propositũ. Secundo, respondet cuidam obiectioni, ibi. *His autem videntur obuiare &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostẽdit quod patientes pro Christo si non sunt baptizati, recipiunt rem sacri sine sacramento. Secundo, ostendit idem de illis qui fidẽ & contritionẽ habent, ibi. *Nec tantum passio &c. Sed dicunt aliqui &c.* Hic excludit errorẽ dicentium non posse aliquem saluari per fidem & contritionem sine baptismo, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit hoc esse falsum quantũ ad adultos. Secundo, ostẽdit hoc esse verum quãtum ad paruulos, ibi. *Paruulis non sufficit &c. Solet quæri de illis &c.* Hic determinat de baptismo eorum qui prius rem sacramenti acceperant. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit effectum baptismi in eis. Secundo, significationem, ibi. *Si quæritur cuius rei &c.* K

QVAESTIO PRIMA.
A
Hic est triplex quæstio.

¶ Primo, De effectu, qui est in baptismo sacramentum, & res, scilicet, de charactere.
¶ Secundo, De eo quod est res tantũ, scilicet effectu vltimo baptismi.
¶ Tertio, De suscipientibus alterum, vel vtrumque: quia de eo quod est sacramentum tantum, in præcedenti dist. dictũ est.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum sit character.
¶ Secũdo, Quid sit.
¶ Tertio, In quo sit.
¶ Quarto, A quo sit.

ARTI-

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum character sit in anima.

AD PRImum sic proceditur. Videtur quòd character non sit in anima. Quia vt in 2. ethic. Philosophus dicit. Omne quod est in anima, est potẽtia, vel passio, vel habitus: sed character non est potentia, quia potentiæ omnibus hominibus cõmunes sunt, character autẽ nõ, cum sit distinctiuũ signum, sicut ipsum nomen ostendit. (3. par. q. 63. ar. 1. & 2.; Cap. 5.)

¶ 2 Præt. Potentiæ sunt a natura, non autem character, nec iterum est passio, quia passiones animæ contingunt cum aliqua transmutatione corporali, vt dicitur in 1. de anima. & pertinent ad sensitiuam partẽ, vt dicitur 7. Phy. nec iterum est habitus, quia habitus ordinatur ad agendum, vt patet per diffinitionem Aug. Habitus est quo quis agit, cum tempus fuerit. ergo character collatus in baptismo, non est aliquid in anima. (T. com. 14.; T. com. 19.; ... 14. de ... cap. 7.)

¶ 3 Præt. Omne quod est, reducitur ad aliquod genus entis: sed character non videtur posse reduci ad aliquod genus entis, nisi forte ad qualitatem. Qualitas autem esse non potest, cum sub nulla specie qualitatis contineatur. Non enim est habitus, vt probatum est: nec dispositio, cum non sit facile mobilis, immo omnino indelebilis: nec iterum est potentia naturalis, vt probatum est: nec impotentia, quia tunc sacramenta, quæ characterem imprimunt, magis officerent quàm iuuarẽt: nec iterum est passio, vt probatum est nec passibilis qualitas, cum nõ sit natus aliquam passionem sensui inferre, nec a passione aliqua innascatur: nec iterum est forma, & circa aliquid constans figura, quia figura est terminatio quantitatis, anima autem non habet quantitatem. ergo character nihil est. D

¶ 3 Præt. Contraria sunt in eodem genere: sed ea quæ Christo competunt, sunt contraria his quæ ad diabolum pertinent. cum ergo character bestiæ, de qua dicitur Apoc. 13. nihil aliud sit quàm peccatum mortale, videtur quod supra virtutem & gratiam non oporteat in anima aliquem characterem poni. (... meta, ... com. 14.)

¶ 5 Præt. Ea quæ sunt in sacramentis nouæ legis ordinantur ad causandum gratiam: sed character non videtur posse gratiam causare, quia multi characterem habere dicuntur qui gratia carent. ergo non videtur in sacramentis aliquis character imprimi.

¶ 6 Præt. Si dicatur, quòd est dispositio ad gratiã. Cõtra. Agens infinitum non requirit materiam dispositam: sed dispositio non est necessaria nisi ad hoc, quòd materia sit disposita. cum ergo gratia sit ab agente infinitæ virtutis, videtur quòd non oporteat characterem dari in sacramentis ad disponendum ad gratiam. E

SED CONTRA est, quòd Dam. in diffinitione baptismi, ponit sigillum; sed sigillum impressum in aliquo est character quidam, ergo in sacramentis character imprimitur. (Dam. li. or... lib. 4. c. 10.)

¶ 2 Præt. Vbicumque est aliqua distinctio, competit esse aliquẽ characterem distinguentem: sed per sacramenta fit distinctio fidelium ab infidelibus, & fidelium abinuicem. ergo competit in sacramentis characterem dari.

¶ 3 Præt. Per sacramentum configuramur Christo, quia ab eo sacramenta efficaciam habent, & ipsum signant: sed configuratio fit per characterem assimilationis. ergo in sacramentis competit esse characterem.

RESPON. Dicendum, quòd characterem in sacramen-

Quàmuis quidam diffiteantur illis, qui perituri sunt, paruulis in baptismo dimitti peccata, innitentes illi verbo Augustini. Sacramẽta in solis electis efficiunt quod figurant, nõ intelligentes illud ita esse accipiendum: quia cum in aliis efficiant sacramẽta remissionem, non hoc eis faciunt ad salutem, sed solis electis. Nam quòd omnibus paruulis in baptismo remittatur peccatum per baptismum, Augustinus euidẽter dicit. A paruulo, inquit, recenter nato vsque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibetur a baptismo, ita[c] nullus est qui non peccato moriatur in baptismo. Sed paruuli tantum originali, maiores vero etiã omnibus[a] quæ male viuendo addiderunt ad illud, nisi enormitas vitæ impediat, idest, fictio. Adulti vero, qui cum fide baptizantur, sacramentum, & rem suscipiunt. B C

De ficte accedentibus.
C

QVi vero sine fide, vel ficte accedunt, sacramentum[b], non rem suscipiunt. Vnde Hierony. Sunt lauacra gentilium hæreticorum, sed non lauant ad salutem. In ecclesia etiam qui non plena fide accipiunt baptisma, non spiritum, sed aquam suscipiunt. August. etiam ait. Iudæis omnibus communia erant sacramenta, sed non communis omnibus erat gratia, quæ est virtus sacramẽtorum. Ita & nunc communis est baptismus omnibus baptizatis, sed non virtus baptismi, idest, ipsa gratia. Item, Omnis qui iam suæ voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi pæniteat eum veteris vitæ, nouam non potest inchoare. Ab hac pænitentia cum baptizantur, soli paruuli C (*Super Ezechiel. ca. 16 sup illa verba, Aqua nõ est lota in salm.; *Sup psal. 77. in prin.; *De pæniten. medic. cap. 1.; *De consecrat. dist. 4. cap. omnis qui.)

A tis quibusdam imprimi omnes moderni confitentur: sed in modo ponendi ipsum in anima partim differunt, & partim cõueniunt. Cõueniunt quidem in hoc, quòd omnes dicunt per characterem importari relationem triplicem. Est enim character signum distinctiuum, & configuratiuum. Inquantum ergo est signum, importat relationem ad signatũ: inquantum autem est distinctiuum, importat relationem ad ea, a quibus distinguit: inquantũ autem est configuratiuum, importat relationem ad ea, quibus assimilat. Differunt autem in hoc, quia quidã ponunt istis relationibus nõ subesse aliquod accidens absolutum, sed immediate in anima fundari istas relationes. Hoc autem esse nõ potest, quia signũ per formam quam sensibus, vel intellectui imprimit, facit aliquid in cognitionẽ venire. Similiter etiam nihil distinguitur ab alio, nisi per aliquam formam: similitudo etiam est relatio super vnitate qualitatis fundata, vt dicitur in 5. meta. vnde patet, quòd quælibet illarum relationum, quam importat character, requirit aliquam formam subtractam: & cum non sit forma substantialis, quia forma substantialis in sacramentis non datur, relinquitur quod forma subtracta sit qualitas quædam, cuius vnitas consignificationis similitudinem facit. Et ideo quidam dicunt, quòd nõ est in aliqua quatuor specierũ qualitatis, & tamẽ est in genere qualitatis, innitentes illi verbo Philosophi in prædicamentis. Fortasse, inquit, apparebũt alij qualitatis modi. Sed hæc est fuga quædam, quia quàmuis sint alij modi qualitatis, tñ omnes reducuntur ad has species: quod patet ex hoc, quod nulla alia species inueniri adhuc potuit. Et ideo dicunt alij, quod est in quarta specie qualitatis, quia ipsa cõfiguratio quã character suo noĩe exprimit, importat vnitatẽ figuræ, quæ est in specie quarta qualitatis. Et quidã dicunt hanc figurã esse crucẽ Christi. Sed hoc non potest stare, quia aut figura proprie accipitur, aut metaphorice: si proprie accipitur, sic importat terminationẽ quantitatis dimensiuæ, quã constat in anima non esse: si aũt metaphorice dicatur, tunc oportet quod metaphora reducatur ad proprietatẽ, quia res nõ ponitur in genere per id quod de eo metaphorice dr: sicut non dr quod apostoli sint in genere qualitatis, quia eis dictũ est Matth. 5. Vos estis lux mũdi. Nec poterit aliquid in quarta specie qualitatis inueniri, quod sit in anima secundum proprietatẽ: unde character, de quo loquimur, nõ põt fundari supra qualitatem quartæ speciei. Et ideo quidã dñt, quod est in tertia specie qualitatis, eo quod sensui spirituali infert quandã mulcebrẽ passionẽ, inquantũ aĩam ornat & decorat. Sed hoc iterũ non põt stare, quia sicut probat Philos. in 7. phy. Tertia species qualitatis non est, nisi in sensibili parte aĩæ: character aũt a nullo ponitur in hac parte aĩæ, sed in intellectiua. Et præterea illæ qualitates semper habent ordinẽ ad aliquã transmutationẽ corporalẽ, vel quã inferunt, vel a qua causantur. Et ideo alij dicũt, quod est in prima specie qualitatis, & est quasi media inter dispositionẽ & habitũ. Inquantũ. n. est difficile mobilis cõuenit cũ habitu: inquantũ aũt non est vltima perfectio, sed ad gratiã disponit, cum dispositione cõuenit. Sed hoc nõ põt stare, quia secundum Philos. in 2. eth. habitus est quo habemus nos ad passiones bene, vel male: & vl'r cõsideranti hæc, apparet dñia inter habitũ & potentiã, quia potentia est qua possumus aliquid simpliciter, habitus autem quo possumus illud bene, vel male: sicut intellectus quo consideramus, scientia qua bene cõsideramus, concupiscibilis qua cõcupiscimus, tẽperantia qua bene cõcupiscimus, intẽperantia qua male: & similiter est de dispositione, quia nihil aliud est dispositio, quàm quidam habitus incõpletus. Cũ ergo character (T. com. 20.; D E; T. com. 19.; D. 520.; Cap. 5.)

ordinetur ad aliquid simpliciter, non ad illud bene, vel male, quia sacerdos potest conficere bene, vel male, non potest esse ꝙ qualitas, super quam fundatur relatio characteris, sit habitus, sed magis potentia: vnde relinquitur, ꝙ non sit in prima specie qualitatis, sed magis reducitur ad secũdam, vt quidam alij dicũt, & hoc sic patet. Sicut.n.cuiuslibet existẽtis in aliqua natura, sunt aliquae operationes propriae, ita etiã in spirituali vita regenerati, vt Dio. dicit in 2.c.cael.hier. Vbicumq; aũt sunt operationes propriae, oportet ꝙ sint principia propria illarũ opationũ. Vnde sicut ĩ aliis reb⁹ sunt potentiae naturales ad proprias operationes, ita etiam renati in vitam spiritualẽ habent quasdam potẽtias, secũdum quas possunt illa opera, quae potẽtiae sunt similes illis virtutibus, quibus sacramenta efficaciã habent sibi inditam: quia sicut sacramenta causant gratiam instrumentaliter, vt supra di.j. dictum est, ita recipientes characterẽ operantur diuina p ministerium: minister autem est sicut instrumentum eius cui ministrat. Vnde dicit Philosophus in 8.ethic. ꝙ seruus est sicut organum animatum: & ideo tam virtus sacramenti, quàm minister, quàm character est instrumentalis. Et ꝙ huiusmodi potentia sit character, patet si quis diligenter considerat verba Dionys. a quo prima traditio characteris nobis aduenit. Assignans enim ministerium ritus cuiusdam, qui in primitiua ecclesia erat, quando adulti baptizabantur, ꝙ accedenti ad baptismum hierarcha, idest pontifex manum imponebat, & signabat eum signo crucis, & praecipiebat eum descrbi inter nomina christianorum, vt de caetero ad diuina cum aliis admitteretur, dicit ꝙ sic accedentem, scilicet ad vitam spiritualem, diuina beatitudo in sui participationem recipit: sicut sacerdos baptizandum in proprio lumine quasi quoddam signum ipsi tradit, scilicet sui participationem, perficiens eum scilicet diuinum, & communicantem diuinorum &c. Patet ergo, ꝙ ipse per hoc signũ nihil aliud intendit, quàm illud quod facit eum participatiuum diuinarum operationum: vnde hoc signum nihil aliud est, quàm quaedam potentia, qua potest in actiones hierarchicas, quae sunt ministrationes, & receptiones sacramentorum, & aliorum quę ad fideles pertinent: & ad hoc ꝙ has operationes bene exerceat, indiget habitu gratiae, sicut & aliae potentiae habitibus indigent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non sunt habitus, nec passiones, sed sunt potentiae quaedam consequentes animam, secundum quod est in vita spirituali regenerata: & ideo non oportet ꝙ omnibus insint, vel ꝙ a natura sint.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ reducitur ad secundam speciem qualitatis, & est alius modus ab illo, quem Philosophus ibi ponit, quia Philosophus non cognoscebat nisi operationes naturales, & ita non nisi potentias naturales. Cõstat autem ꝙ apud nos oportet ponere potentias spirituales, sicut potentiã conficiendi, & absoluendi, & huiusmodi, & ꝙ ad secundã speciem qualitatis reducantur: sicut habitus infusi in eadem specie qualitatis sunt cum habitibus naturalibus, vel acquisitis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ per hoc ꝙ homo configuratur bestiae, non accipit aliquam spiritualem potestatem: sicut per aliquam potestatẽ spiritualem homo assimilatur Christo, & ideo non est simile: tamen ex litera Apostoli colligitur, ꝙ charactere bestiae configuratur quis ad saeculares operationes: vnde dicit, vt non possit emere, vel vẽdere &c. & similiter charactere Chri- F sti aliquis configuratur ad actiones Christi.

*De baptis. contra Donatis. li.1. ca. 12.
*De conse crat. dist.4. cap. Quõ, versus fin.
art.4.q.1.
*Gal.3.
*Sapien.1. Et habetur de consecr. vbi supra. Cap.8.
Ex lib. de eccles. hier. cap.2.

immunes sunt. His, aliisque testimoniis aperte ostenditur, adultis sine fide & paenitentia vera in baptismo non conferri gratiam remissionis; quia nec paruulis sine fide aliena, qui propriã habere nequeunt, datur in baptismo remissio. Siquis ergo ficte accedit, nõ habens veram cordis contritionem, sacramentum sine re accipit. G Videtur tamen Aug. dicere, ꝙ etiam ficte accedenti, qui etiã habet odiũ fraternum in ipso momento quo baptizatur, omnia condonentur, & post baptismum mox redeant. Sed non hoc asserendo dicit, immo hanc opinionem & praemissam sententiam conferendo. Ait enim sic. His qui ficto corde baptizantur, aut peccata nullatenus dimittuntur, quia Spiritussanctus disciplinae effugiet fictum: H aut in ipso temporis puncto per vim sacramenti dimissa iterum per fictionẽ replicantur, vt etiam illud verum sit. Quotquot in Christo baptizati estis. & etiam illud. Spiritussanctus disciplinae effugiet fictum, vt scilicet induat eum Christum sanctitas baptismi, exuat eum Christum pernities fictionis. Nam redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, aperte Dominus docet etiam in illo seruo, a quo Dominus dimissum debitum petiit, quia ille conseruo dimittere noluit. Sic non impeditur baptismi gratia, quo minus omnia peccata dimittãtur, etiam si fraternũ odiũ in eius, cui dimittãtur, animo perseuerat. Soluitur enim hesternus dies, & quicquid superest, & soluitur etiam ipsa hora, momentumq; ante baptimum, & in baptismo. Deinceps autem continuo reus incipit esse, non solum consequentium, sed etiam praeteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus quae dimissa sunt. Hoc autem, vt praediximus, non sub assertione dixit, quod ostenditur ex eo quod ait in eodem libro sic. Si ad baptismum fictus accedit, dimissa sunt ei peccata, aut non sunt dimissa? eligant quod voluerint. Ecce aperte cernis. Si tamen intendis id dixisse August. non asserendo, sed quęrendo, & aliorum opinionem referendo. Idem enim ait. Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio veraci cõfessione recesserit, quae corde in malitia perseuerante peccatorum ablutionem non sinebat fieri. Non ergo ficte B accedenti peccata dimittuntur.

*Matth.18.
*De conse crat. dist.4. cap. Tunc valere.

Quomodo intelligatur illud, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.

QVAERITVR ergo quomodo illud accipiatur. Quotquot in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Potest dici, ꝙ qui in Christo, idest, in Christi cõformitate baptizantur, scilicet vt moriantur vetustati pec- C cati, sicut Christus vetustati pœnę, induunt Christum, quem per gratiam inhabitantem habent. Potest & aliter solui. Duobus enim modis Christum induere dicimur, vel assumptione sacramẽti, vel rei perceptione. Vnde Aug. Induunt homines Christum aliquando vsque ad sacramenti perceptionem, aliquando vsque ad vitae sanctificationem, atque illud primum bonis & malis potest esse commune: hoc autem est proprium bonorũ & piorũ. Omnes ergo qui in Christi nomine baptizantur, Christum induunt vel secundum sacramenti perceptionem, vel secundum vitae sanctificationem.

*Gal.3.
*Rom.6. Ephes.4.
*De baptis. contra Donatis. lib.5. cap.24.

De illis, qui suscipiunt rem, & non sacramentum.

SVNT & alii, ut supra posuimus, qui suscipiunt rem & non sacramẽtum. Qui enim effundunt sanguinem

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ character est causa sacramentalis gratiae. ergo & ꝙ quidam cum charactere gratiã non recipiũt, est ex eorum indispositione ad gratiam suscipiendam.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ character est dispositio ad gratiã per quãdã congruitatis dignitatẽ. Ex hoc. n. ipso ꝙ homo mancipatus est diuinis actionibus, & inter mẽbra Christi connumeratus, fit ei quaedam congruitas ad gratiam suscipiendam, quia deus perfecte in sacramẽtis homini prouidet: vñ simul cũ charactere, quo dat homini vt possit exercere spirituales actiones fidelium, vel passiones, seu receptiões, datur gratia, qua haec bene possit.

ARTICVLVS II.

b Vtrum diffinitio quae attribuit Dionysio de charactere bene assignetur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ diffinitio quę attribuitur Dio. de charactere, nõ bene assignetur, quae talis est. Character est signum sanctum communionis fidei, & sanctae ordinationis, datum diuina beatitudine a hierarcha. Signum enim, vt in 1. dist. dictum est, est quod speciem aliquam sensibus ingerit, & praeter eam aliquid facit in cognitionem venire: sed character nullam sensibus formam ingerit, ergo non I est signum.

¶ 2 Praet. Potentiis, quae sunt principium actionis, vel passionis, magis cõgruit significari, quàm significare, quia causae per effectus significantur: sed character, vt dictum est, est potentia spiritualis. ergo non est signum.

¶ 3 Praet. Quidam habent characterem, qui non habent fidẽ, sicut qui post baptismum in haeresim dilabuntur: sed qui non habet fidem, non communicat in fide. ergo character non est signum cõmunionis fidei, vel erit signum falsum, quod absurdum est sentire de signo diuinitus dato.

¶ 4 Praet. Diffinitio debet omnibus quae cõtinentur sub diffinito communiter conuenire: sed esse signum sacrae ordinationis non conuenit omni characteri, sed solum characteri qui imprimitur in ordine. ergo non est diffinitio bene assignata.

¶ 5 Praet. Hierarcha, vt dictum est, est pontifex: sed in aliquibus sacramentis, quę conferuntur a simplicibus sacerdotibus, vel etiam a laicis imprimitur character. ergo non debuit dicere, datum a hierarcha. K

*Idẽ Aug. contra Donat. li.1. ca.12. in princ.
Ex li. de eccles. hier. cap.2.
In lite. Magistri.
Art. praec.
Eod. praeceden. art.

VLTERIVS. Videtur ꝙ nõ bene assignetur quędam alia diffinitio magistralis, quae talis est. Character est distinctio a charactere aeterno impressa animae rationali secundum imaginem, consignans trinitatem creatam trinitati creãti, & recreanti, & distinguens a non configuratis secundum statũ fidei. Vbi.n. est magna differentia, non oportet signa distinctionis dari: sed infideles a fidelibus maxime differunt & in vita, & in ritu. ergo non oportet ꝙ detur aliquod signum distinctiuum. II

¶ 2 Praet. Aut istud signum distinctionis fit propter hominẽ, aut propter deum, aut propter angelos. non propter hominẽ, quia nec alij homines possunt cognoscere characterem, nec ipsemet qui habet percipit se habere, signum autem oportet esse notum: nec quo ad deum, qui sine hoc signo scit fideles ab infidelibus discernere: & similiter nec quo ad angelos, ergo illud signum distinctionis character non est.

¶ 3 Praet. Homo non configuratur trinitati, nisi per imaginẽ & similitudinẽ: sed prima configuratio est per naturã, secunda per gratiam. ergo character nullo modo configurat. A

¶ 4 Praet. Charitas est excellentior virtus, quàm fides: sed charitati non ponitur aliquod distinguens signum, nec aliis virtutibus, ergo nec fidei debet poni.

¶ 5 Praet. Contrariũ distinguit sufficienter a suo cõtrario: sed fides infidelitati cõtraria est. ergo sufficiẽter fideles ab infidelibus distinguit, & ita nõ oportet ꝙ p characterẽ distinguantur.

RESPON. Dicendum ad primam quaestionẽ, quòd illa diffinitio nusquàm inuenitur a Dion. posita: sed potest accipi ex verbis eius supra inductis, & acciperetur adhuc cõuenientius si sic diceretur. Character est signum cõmunionis potestatis diuinorum, & sacrae ordinationis fidelium, datum a diuina beatitudine. Et tangit quatuor causas. Primo, genus characteris, inquantum est character, scilicet signum quod pertinet ad causam formalem. Secundo, finem, datur enim hoc signũ ad duo, vt scilicet recipiens configuretur quasi ascriptus ad communicandum diuinis sacramentis, & actionibus sacris: & quantum ad hoc dicit, Communionis diuinorum potestatis: & vt configuretur coordinandus aliis, quibus eadem potestas data est, quod tangit in hoc ꝙ dicit, Et sacrae ordinationis fidelium, quae duo excommunicatio suspendit ad tempus: quia priuat hominem participatione diuinorum, & communione fidelium. Tertio, ponit materiam in qua, in hoc quòd dicit, Datum a sacerdote. Quarto, efficiens scilicet a diuina beatitudine: tamen diffinitio prius posita potest etiam sustineri, vt in idem redeat cum ista, vt hoc ꝙ dicit, Communionis fidei, referatur ad participationem sacramentorum, & actionum D fidelium. Quod autẽ dicit, Et sanctę ordinationis, ponitur coordinatio eius ad alios, Accedenti datum a hieracha ponitur quantum ad causam efficientem instrumentalem, scilicet ministrum, qui configuratione exteriori figurat interiorem.

*Vbi supra, cap. eod.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd character accipit rationem signi, secundum quod per sacramentum visibile exterius efficitur, & significatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum qualibet potestate exterius datur aliquod visibile signum illius potestatis: sicut regi in signum regiae potestatis datur corona, & sceptrum, & pontifici mitra, & baculus, & anulus: & similiter cum spirituali potestate, quae in sacramentis confertur, datur signum sacramentale exterius, & per comparationem ad illud exterius signum, ipsa spiritualis potentia dicitur signum inquantum homo per eam configuratur & determinatur ad actiones spirituales.

¶ Ad tertium dicendum, quòd communio fidei, vt patet per verba Dion. oportet quòd recipiatur pro communione in sacramentis fidei, & aliis actionibus quae fidelibus competunt, E ad quas nullus admittitur antequàm characterem suscipiat spiritualis potestatis respectu illorum: nec oportet quòd omnis qui characterem habet, illas actiones bene exerceat, sicut nec omnis qui habet potentiam, bene operetur actum illius potentiae.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ordinatio non accipitur hic pro ordinis sacramento, sed pro coordinatione ad alios fideles, vt in cętu fidelium aggregetur, quantum ad ea quae fideles facere dicuntur, vel quantum ad ea quę pro fidelibus fiunt.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc quod dicitur, Datum accedenti a hierarcha, non potest accipi a verbis Dion. sed magis sic, Datum accedẽti a diuina beatitudine: & sic cessat obiectio. Si autem accipiatur dans ministerio, sicut dicitur a hierarcha dari character baptismalis quãtum ad maximam solemnitatem baptismi, quae quandoque per pontifices celebratur. Sicut enim Dio. ibi ritum baptismi tradit summum sacerdotem ministrum baptismi ponens, vt patet literam eius intuenti.

AD SECVNDAM quaestionem dicendum, quòd in illa etiam diffinitione tanguntur quatuor causae characteris. Nã causa formalis tangitur in hoc, quòd ponitur genus cum dicit, Distĩctio, idest, distinctiuũ signũ, & est genus magis proximum, quàm genus in praecedẽti diffinitione positũ. Causa efficiens tangitur in hoc, quod dicit, Charactere aeterno, idest, filio, qui est figura substantiae patris, Hebr.1. Causa autem materialis, in qua ponitur cum dicit, Animae rationali impressa secundum imaginem. Causa vero finalis ponit duplex, scilicet configuratio in hoc quod dicit, Configurans trinitatem &c. idest configurat: & distinctio in hoc, quòd dicit, Et distinguens &c. Et sicut hic ponitur genus proximum, ita finis proximus, & subiectum proximum, & efficiens appropriatũ, in quo excedit praedictam diffinitionem haec diffinitio, inquantum per causas magis proximas datur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ character non est signum tantum, vt distinctionis nota, sed vt distinctionem causans, sicut & alia sacramẽtalia signa: & ideo eo indigetur ad distinctionem faciendam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd istud distinctionis signum est & propter ipsum hominem, qui suscipit, qui eo accipit distinctum posse ab aliis: & propter alios homines, qui eum admittunt ad spirituales actiones ex consignificatione sacramẽtali exteriori interiorem perpendentes: & quo ad deum, qui eius actionibus spiritualibus efficaciam praebet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd configuratio ista attenditur ad deum secundum participationem diuinae potestatis, quae non est neque per gratiam virtutum, neque per naturam.

¶ Ad quartum dicendum, quòd fides hominis nota est, charitas autem incerta. Nihil enim est alicui certius sua fide, vt August. dicit, sed an habeat charitatem, non est alicui certum: & ideo distinctio data magis respicit fidem, quàm charitatem, vel alias virtutes. Vel dicendum, quòd ista distinctio praecipue attenditur quantum ad operationes & receptiones, quae sunt in sacramentis, in quibus maxime operatur fides.

Aug. in exposit. epist. Io. tract.5. sup illa verba, Dilectio sola discernit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd fides sufficienter distinguit fideles ab infidelibus quantum ad actus fidei, non tamen quantum ad actus spirituales, qui competũt fidelibus, quia ad hos oportet ꝙ spiritualis potentia addatur.

ARTICVLVS III.

c Vtrum character sit in essentia animae quasi in subiecto.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd character sit in essentia animae quasi in subiecto. Dispositio enim & habitus sunt in eodem subiecto: sed character disponit ad habitum gratiae. cum ergo gratia sit in essentia animae sicut in subiecto, videtur quòd etiam character.

3.par.q.63. art.4.

¶ 2 Praet. Nihil est subiectum potentiae animae nisi essentia animae: sed character, vt dictum est, est quaedam spiritualis potentia. ergo est in essentia animae sicut in subiecto.

SED CONTRA. Character configurat trinitatem creatam increatae, vt patet ex diffinitione supra posita: sed trinitas increata consistit in potentiis, vnitas autem in essentia, vt in 1.lib.dist.3. dictum est. ergo character non est in essentia aĩae.

In text. magistri.

II VLTERIVS. Videtur quòd non sit in una potentia, sed in pluribus: quia sicut ex prædicta diffinitione patet, character est in anima rationali secundum imaginem, secundum quam etiam est configuratio hominis ad deum: sed imago non consistit in vna tantum potentia, sed in pluribus. ergo nec character.

¶ 2 Præt. Cuius est potentia, eius est actio, & econuerso, vt dicitur in 1. de somno, & vigilia: sed actio spiritualis, ad quam character ordinat, est per plures potētias, scilicet quia requirit & affectiua, & intellectiua. ergo character est in pluribus potentiis, sicut spiritualis potentia.

SED CONTRA. Vnū accidens non est in pluribus subiectis: sed in vno sacramento imprimitur vnus character. ergo non est in pluribus potentiis.

III VLTERIVS. Videtur quòd sit magis in affectiua, quàm cognitiua, quia character disponit ad gratiam: sed gratia magis respicit affectiuam. ergo & character.

* De ciuit. dei lib. 13. cap. 7. — * De consecrat. dist. 4. c. Baptismi vicem. — * Cont. Donatis. lib. 4. cap. 22. — * Luc. 23.

pro nomine Iesu, & si non sacramentum, rem tamen accipiunt. Vnde Aug. Quicunque non percepto regenerationis lauacro pro cōfessione Christi moriūtur, tantum eis ualet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismi. Audistis quòd passio pro christi nomine suscepta, supplet vicem baptismi. Nec tantum passio uicem baptismi implet, sed etiam fides & contritio, vbi necessitas excludit sacramentum, sicut aperte docet Augu. dicens, baptismi vicē C c aliquando implere passionem. De latrone illo, cui non baptizato dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, Beatus Cyprianus in lib. 4. de baptismo, nō leue documentum assumit: quod etiam atque etiam ego considerās inuenio non tantum passionē pro

¶ 2 Præt. Character est ad assimilandum nos deo: sed per affectum maxime deo appropinquamus, & similes ei efficimur. ergo character est in affectiua.

Vbi supra. SED CONTRA. Characterem Dion. lumini comparat: sed lumen magis intellectiuæ competit, quàm affectiuæ. ergo & character.

IIII 3.par.q.63 art.5. VLTERIVS. Videtur quòd character non indelebiliter insit potentiæ cui inest. Accidens enim diuturnitatem habet ex causa & subiecto: sed gratia est ab eadem causa, & in eodē subiecto cum charactere. ergo cum gratia amitti possit, & character similiter deleri poterit.

¶ 2 Præt. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, 1. Cor. 13. sed character est ex parte, datur enim ad distinguendum in operibus sacramentalibus, quæ competunt secundum statum viæ. ergo in patria character cessabit, & ita est delebilis.

SED CONTRA. Si character deleretur, maxime per culpam deleretur: sed per culpam non deletur, quia sacerdos malus non reordinatur, vt iterum characterem accipiat. ergo character est indelebilis.

V Vbi supra art. 3. VLTERIVS. Videtur quòd Christus habuerit characterem. Ipse enim sacerdos fuit secundum ordinem Melchisedech, Hebr. 7. quod est sacerdotium noui testamenti: sed tale sacerdotium requirit characterem. ergo Christus habuit characterem.

¶ 2 Præt. Nihil quod est perfectionis quantum ad animam, vel dignitatis Christo subtrahendum est: sed character decorat, & nobilitat animam in qua est. ergo character in Christo fuit.

SED CONTRA. Character est regeneratorum, & accipientium aliquid a sacramentis: sed Christus non accepit aliquid a sacramentis, nec renatus est etiam, quia sicut dicit August. in ench. ipse solus ita potuit nasci, vt non esset ei opus renasci. ergo non habet characterem. (Cap. 48. tomo 3.)

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd natura proportionaliter spiritualitati substernitur, sicut perfectibile perfectioni. Vnde sicut gratia, quæ est spiritualis vitæ principium, est in essentia animæ sicut in subiecto: ita & character, qui est spiritualis potentia, est sicut in subiecto in naturali potentia animæ, & non in essentia animæ, vt quidam dicunt, nisi mediante potentia animæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dispositionem esse in eodem cum eo ad quod disponit, non est necesse nisi quando dispositio postea fit perfectio, sicut scientia quæ prius fuit dispositio, postea fit habitus: & ideo sciētia dispositio, & scientia habitus sunt in eodem subiecto proximo, non autem hoc F oportet, quando dispositio & perfectio differūt per essentiam, sed possunt esse in diuersis subiectis, & præcipue quando illa diuersa habent ordinem adinuicem: sicut operatio sensibilis est dispositio ad intelligibilem operationem, & similiter character est dispositio ad gratiam.

nomine Christi, id quod baptismo deerat, posse supplere, sed etiam fidem conuersionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim ille latro pro nomine christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum, G nec quia credidit passus est, sed dum patitur credit. Quantum ergo ualeat sine uisibilis baptismi sacramento, quod Apostolus ait. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est, sed tunc impletur inuisibiliter, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et baptismus quidem potest esse ubi cōuersio cordis defuerit: H conuersio autem cordis po-

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa obiectio pcedit de potentiis naturalibus, sed potentias spirituales oportet fundari in naturalibus.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd esse in pluribus potentiis est dupliciter, aut ita quòd æqualiter sit in omnibus, sicut essentia animæ est in omnibus potētiis: aut ita quòd sit in vna per prius, & per posterius respiciat alias mediāte illa, in qua primo est: sicut electio d est in intellectu, & appetitu, & formaliter in appetitu perficitur, vt patet per Philosophum in 6. eth. Primo ergo modo, nullum accidēs potest esse in pluribus potentiis, quia accidens numeratur, & distinguitur penes materiam & distinctionem subiecti: d & ideo cum character sit accidens, non potest esse in pluribus potentiis animæ primo modo, sed secundo modo, quia vnam respicit per prius, & alias per posterius. (* Rom. 10.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam potentiæ magis habent ordinem adinuicem, vt in 1. lib. dictum est: & ideo quod est in vna, potest aliquando ad alias redundare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quando ad vnam actionem requiruntur plures potentię, in illa actione est principalis vna potentia quasi mouens, & trahens alias in obsequium sui, & aliæ induunt quodammodo formam, & modum ipsius: & ideo ex eo quod est in principali potentia, potest actio illa sufficienter perfici.

I AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd imago principaliter consistit in potentia cognitiua, quia ex memoria & intelligentia oritur voluntas: vnde tota imago est in intellectiua parte, sicut in radice: & ideo omne quod attribuitur homini ratione imaginis, principaliter respicit intellectiuam, & ex consequenti affectiuam: quia etiam ex intellectiua parte habet homo quòd sit homo, sed ex affectiua q sit bonus, vel malus: & ideo quia character respicit imaginē, principaliter est in intellectiua parte.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia non est neq; in intellectiua, neque affectiua, sed in essentia animæ: tamen magis de propinquo respicit affectiuam, quia gratia datur ad bene operandum, qualiter autem aliquis operetur præcipue ex voluntate pendet, sed character datur ad exercendas actiones spirituales aliquas simpliciter: quòd autem bene, vel male fiant, hoc est per gratiam, & per habitum virtutum, & ideo nō est similis ratio de charactere, & gratia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd assimilatio in bonitate pręcipue est ad deum per voluntatem, sed assimilatio in esse & K posse, magis est ex parte intellectus: quia ex hoc ipso quòd aliquid esse immateriale habet, intellectiuum est, & potentiam habet quodammodo infinitam, secundum quod intellectus vniuersalium est, quæ quodammodo infinita sunt virtute: & ideo cum conformitas characteris respiciat spiritualem potestatem, magis competit intellectiuæ parti, quàm affectiuæ.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd impressio characteris est per quandam animæ rationalis sanctificationem, prout sanctificatio dicitur deputatio alicuius ad aliquid sacrum. Ad hanc autem sanctificationem non magis actiue comparatur anima sanctificanda, q̄ aqua sanctificanda, vel oleū, vel chrisma ad sui sāctificationē, nisi q homo se subiicit tali sanctificationi per cōsensum, res aūt prędictæ subiiciunt, quia libero arb. carēt: & ideo qualitercūq; aīa variet p pprias operationes,

operationes, numquam characterem amittit: sicut nec chrisma, nec oleum, nec panis consecratus vnquàm sanctificationem perdunt qualitercumque transmutentur, dummodo nō corrumpatur. A

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd causa indelebilitatis characteris est ex parte subiecti, quod est incorruptibile, & ex parte causæ, quæ est inuariabilis. Gratia autem habet aliquo modo causam non efficiētem, sed d dispōnentem ex parte subiecti: quia secundum Aug. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te, & ideo per indispositionē subiecti gratia amittitur.

D. 618 — De verbis apostolo. ser. 15. circa medium, to. 10.

test quidem inesse nō percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest: nec vllo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cum Dei sacramētum contēnitur. Ecce hic habes non solum passionem, sed etiam fidem & contritionem conferre remissionem, vbi nō contemnitur sacramentum, vt in B latrone illo ostenditur, qui nō per passionem, sed per fidem saluatus est sine baptismo. Sed dicunt quidam hoc argumentum retractasse Augustinus. Retractauit quidem exemplum, sed sententiam non. Ait enim in 4. libro de baptismo. Cum dicerem vicē baptismi posse habere passionē, non satis idoneum posui illius latronis exemplum, quia vtrum non fuerit baptizatus incertum est. Constat ergo sine baptismo aliquis iustificari, & saluari. Vnde Ambr. C de Valentiniano. Ventrem meum

¶ Ad secundum dicendum, quòd per characterem homo cōfiguratur ad hoc q sit de cętu fidelium, & participes hierarchicarum actionum. Ecclesiasticæ autē hierarchiæ succedit cęlestis, & ideo communionem fidelium in ecclesia triūphāte, & ad participationem actionum cælestis hierarchiæ character in patria perficiet, & sic erit ad alios actus, sicut virtutes, & dona in damnatis etiam manent: sed hoc est per accidens præter intentionem imprimentis characterem, quòd recipiens damnetur: & ideo non est ibi ordinatus ad aliquem finem, quia quæ præter intentionem accidunt, carent ordine ad finem: tamen Deus, qui nihil inordinatum relinquit, elicit ex hoc aliquod bonum, scilicet quod appareat iustior eorū damnatio, qui tantum munus neglexerunt.

* Lib. 2. retract. ca. 18 — * De obitu Valentiniani, tom. 3.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd quidam dicunt, quòd Christus non habuit characterem baptismalem, quia a baptismo nihil accepit: habuit autem characterem ordinis, qui pertinet ad quendam eminentem statum. Sed melius est si dicatur, quòd Christus nullum characterem habuit: quia ipse habuit potestatem plenitudinis in sacramētis quasi ea instituens, & eis efficaciam præbens. Vnde sicut poterat inducere effectum sacramenti in aliquo sine sacramento exteriori, ita ex parte ipsius ad hoc non requirebatur aliquod sacramentale interius. D

AD PRIMVM ergo dicendum, q ipse fuit sacerdos quasi sacerdotium instituens, & ideo eius nō est habere characterē, sed illius qui aliunde sacerdotium recipit, vt per characterem principali sacerdoti configuretur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliquid est perfectionis in nobis, quod non esset Christi, sicut gratia adoptionis: & similiter est de charactere, qui poneret in eo potestatem spiritualē coartatam, & ab alio deriuatam.

ARTICVLVS IIII.

d *Vtrum character solum in sacramentis nouæ legis imprimatur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non solum in sacramentis nouæ legis character imprimatur. Characteris enim est effectus configurare, & distinguere: sed hoc faciūt virtutes, quia in eis boni & a malis distinguūtur, & deo assimilantur. ergo per virtutes, & non per sacramenta nouæ legis tantum character imprimitur.

¶ 2 Præt. Sicut per sacramenta nouæ legis distinguitur populus fidelis ab infideli, ita per sacramenta veteris legis distinguebatur. ergo sacramenta nouæ legis non magis imprimunt characterem, quàm sacramenta veteris legis.

SED CONTRA. Habens characterem non baptizatur, quia alij characteres baptismum præsupponunt, qui etiam iterari non debet: sed habentes virtutem, & qui sacramenta veteris legis susceperant, baptizabantur. ergo neque per virtutes, neq; per sacramenta veteris legis character imprimitur.

VLTERIVS. Videtur q per omnia sacramenta legis nouę imprimatur character. In quolibet enim sacramento nouæ legis est aliquid quod est sacramentū tantū, & aliquid quod est res tantum, & aliquid quod est res & sacramentū: sed character in baptismo est illud quod est res, & sacramentum. ergo in quolibet sacramento nouę legis imprimitur character. II 3.par.q.63. art.6.

doleo, vt prophetico vtar eloquio, quia quem regeneraturus eram amisi: veruntamen gratiam ille, quam poposcit non amisit.

Quæ uidentur obuiare prædictis.

B His autem uidentur obuiare quod Dominus dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto non potest intrare in regnum cælorum: quod si generaliter verum est, non videntur esse vera superius posita. Sed illud intelligēdum de illis, qui possunt, & contemnunt baptizari: vel ita intelligendum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, idest, ex ea regeneratione, quæ fit per aquam & C Spiritumsanctum, non saluabitur. Illa autem regeneratio fit non tantum per baptismum, sed etiam

¶ 2 Præt. Quolibet sacramento nouæ legis confertur gratia, & distinguitur recipiens a non recipiente. cum ergo character sit disponens ad gratiam, & distinguat, videtur q in quolibet sacramento nouæ legis character īprimatur. *Ioan. 3.

SED CONTRA. Nullum sacramentum, in quo character īprimitur, iteratur, quia character indelebilis ē: sed quædam sacra iterātur. ergo non omnia sacramenta nouæ legis characterem imprimunt.

VLTERIVS. Videtur q in sacramento baptismi character nō imprimatur. Baptismus enim sanguinis est dignior, quàm baptismus fluminis, quia meretur aureolam: sed in baptismo sanguinis non imprimitur character. ergo nec in baptismo fluminis. III

¶ 2 Præt. Baptismus fluminis non habet supra baptismum flaminis nisi aquam: sed baptismus ratione aquæ non potest imprimere characterem, aliàs baptismus Ioannis impressisset characterem, quod esse non potest, cum baptizati a Ioanne iterum baptizarentur, vt supra dictum est. ergo nec baptismus fluminis characterem imprimit. Dist.2.ar.4

D SED CONTRA est authoritas Dion. ex qua characteris traditio deriuatur, quia ipse inducit verba illa: vnde diffinitio characteris accipitur in tractatu de baptismo.

VLTERIVS. Videtur q character sit sicut a causa efficiente prima a solo filio. Character enim est distinctio a charactere æterno impresso &c. vt supra dictum est: sed character æternus est solus filius, sicut & imago. ergo a solo filio character imprimitur. IIII Præsenti distinc. art. 2. q. 2.

¶ 2 Præt. Charactere cōfiguratur, & assimilatur anima deo: sed principium assimilationis ad deum est filius, vnde Aug. filium nominat similitudinem, per quam ad vnitatem reformamur, vt patet 1. lib. dist. 3. ergo character est tantum a filio. De vera reli. c. 7. & 55. In lite. magistri.

SED CONTRA est, quod Dion. dicit quòd signum characteris datur a diuina beatitudine: sed diuina beatitudo est communis tribus personis. ergo character non datur a solo filio.

E RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut in 2. ethic. dicit Philosophus. Virtus, ex quibus innascitur ea operatur, loquens de virtute acquisita: & similiter est in omnibus virtutibus, quæ ex aliquibus actibus aliquo modo causantur. Vnde cum character sit virtus, seu potentia spiritualis ad actiones sacramentales ordinata, si ex aliquo, quod per nos fiat, imprimi character debeat, oportet q per sacramenta nouæ legis imprimatur, & per ea tantum, quia ad illas actiones tantum directe illa potentia ordinatur. Cap. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actiones spirituales, ad quas character ordinat, intra ecclesiam tantum exercentur: & ideo pro nihilo potestas ad illas actiones daretur alicui, nisi tali modo, quòd innotesceret illis qui sunt de ecclesia, vt eum ad tales actiones admittant: per gratiam autem & virtutes non posset innotescere, quia ignotæ sunt: & ideo oportet quòd imprimatur character per signa visibilia sacramentorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramenta veteris legis ex opere operato nihil conferebant, & ideo illæ actiones non requirebant aliquam spiritualem potestatẽ : & ideo nec ab illis, nec ad illa imprimebatur character. F

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sacramenta legis nouæ sunt sanctificationes quædam. Sanctificatio autẽ duobus modis accipitur. Vno modo, pro emundatione, quia sanctum est mundum. Alio modo, pro mancipatione ad aliquod sacrum, sicut dicitur altare sanctificari, vel aliquod huiusmodi. omnia ergo sacramenta sunt sanctificatiões primo modo, quia omnia dantur in remediũ contra aliquem defectum, vt dictum est prius distinct. 2. sed quædam sunt sanctificationes etiam, secundo modo, sicut patet præcipue in ordine, quia ordinatus mancipatur ad aliquid sacrum, non autem omnia, sicut patet de pænitentia. Quicumque autem mancipatur ad aliquid sacrum spirituale exercendum, oportet ꝙ habeat spiritualem potestatem, & solum talis: & ideo non omnia sacramenta nouæ legis characterem imprimunt, sed quædam quæ etiam secundo modo sanctificationes sunt.

* Glos. sup epist. ad Hebræ. cap. 6.

* Li. de vnico baptis. contra Petil. cap. 9. q. 1. artic. 1. q. 3.

* Ioan. 5.

per pænitentiam & sanguinem. Vnde authoritas dicit, ideo Apostolum pluraliter dixisse, fundamentum baptismatum, quia est baptismus in aqua, in sanguine, in pęnitentia. Hoc autem non ideo dicit, quòd sacramentum baptismi fiat nisi in aqua, sed quia ipsius virtus, & sanctificatio datur non tantummodo per aquam, sed per sanguinẽ, & pænitentiam: ratio enim id suadet. G Si enim non valentibus credere paruulis sufficit baptism⁹, multo magis sufficit fides adultis volentibus, & non valentibus baptizari. Vnde Augu. Quæris quid sit maius, fides, an aqua? non dubito quin respondeam, fides. Si ergo quod minus ē, sanctificare potest, nõne quod maius est? idest fides, de qua Christus ait. Qui crediderit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. H Sed dicunt aliqui, nullum adultum in Christum credere, vel

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd quàmuis illud quod est res & sacramentum, in baptismo sit character, non tamen oportet ꝙ sit character in omnibus sacramentis, in quibus est res & sacramentum. Quid autem sit res & sacramentum in singulis, postea singillatim ostenditur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quàmuis quodlibet sacramentum distinguat a non habente, non tamen tali distinctione indelebili, qualis est distinctio in sacramentis sanctificantibus secundo modo: & ideo non est simile de omnibus sacramentis. I

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut in naturalibus est potentia actiua, & potẽtia naturalis passiua: ita etiã in spiritualibus est potentia spiritualis quasi passiua, per quã homo efficitur susceptiuus spiritualium actionum, & talis spiritualis potentia confertur in baptismo: quia non baptizatus effectum aliorum sacramentorum suscipere non posset, unde & per cõsequens nec aliis tradere. Et hæc est prima distinctio, qua communiter totus populus fidelis, cuius est sacramentorum participem esse, ab aliis distinguitur. Alia potentia est actiua spiritualis ordinata ad sacramentorum dispensationem, & aliarum sacrarum hierarchicarum actionum exercitium, & hęc potestas traditur in confirmatione, & ordine, vt suis locis patebit. Et quia in ecclesiastica hierarchia non omnes sunt agentes, vtputa, perficientes, purgantes, & illuminantes, sicut oẽs K sunt recipientes, puta, purgandi, illuminandi, perficiendi, vt dicit Dion. ideo isti duo characteres non distingunt populũ dei vniuersaliter ab aliis, sed quosdam de populo ab aliis.

De eccles. hier. cap. 6. part. 3.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ baptismus sanguinis non habet efficaciam sacramẽtalem, sed solum meritoriam: & ideo ibi nõ confertur potestas spiritualis ad actiones hierarchicas, nec character sicut in baptismo fluminis, quod est sacramẽtũ.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ nec baptismus flaminis tantũ, nec baptismus aquæ tantum sufficit ad sacramentum nouæ legis, & ideo neuter eorum character imprimit.

AD QVARTAM quæstionem dicendũ, ꝙ omnis effectus in creatura est communiter a tota trinitate: vnde & character nõ est tantum a filio, sed a tribus personis. Attribuitur autem filio tum propter rationem similitudinis ad proprium personę, quia ipse per proprietatem est imago, & figura, siue character patris: tum quia virtus passionis Christi operatur in sacramentis. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de effectu baptismi, qui est res, & non sacramentum.

charitatem habere sine baptismo, nisi sanguinem fundat pro domino, subita introducentes testimonia. August. ait. Ex illo tempore, quo saluator dixit, Nisi quis renatus fuerit &c. absque sacramento baptismi, præter eos qui in ecclesia catholica sanguinem fundunt, aliquis vitam ęternam accipere nõ potest. Item, nullum cathecumenum quàmuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio, vbi tota sacramenta baptismi cõplentur. Item, baptizatis iter tantum salutis esse credimus. Sed quod in his minus dixit, in aliis capitulis supra positis suppleuit. Et ideo hæc sic intelligenda sunt, vt illi soli habentes tempus baptizãdi excipiantur. Si enim aliquis habens fidem, & charitatem voluerit baptizari, & non valet necessitate præuentus, supplet omnipotentis

Et circa hoc quærũtur tria.

¶ Primo, De effectu ipsius quantum ad remotionem mali.

¶ Secundo, De effectu ipsius quantum ad collationem boni.

¶ Tertio, Vtrum effect⁹ eius æqualiter participat.

* De fide ad Pet. cap. 3. * Ioan. 3.

Aug. de eccl. dogm. cap. 74. De conse. dist. 4. cap. cathecumenum. * Aug. vbi supra.

ARTICVLVS I.

a Vtrũ baptismus tollat actualem culpam.

AD PRImum sic proceditur. Videt' ꝙ baptismus non tollat actualem culpã. Baptismus .n. non tollit actualem culpam, nisi adsit contritio, quia nullus suę voluntatis arbiter constitutus, in quo solum potest esse actualis culpa, potest inchoare nouam vitã, nisi pæniteat eum veteris vitæ, vt in litera dicitur: contritio autem per se etiam sine baptismo delet culpam actualem. ergo baptismus nihil facit ad deletionem actualis culpæ.

3. par. q. 69. art. 1.

Aug. de pœniten. medicin. cap. in princ.

¶ 2 Præt. Diuersorũ morborum diuersæ sunt medicinæ, quia non sanat oculum, quod sanat calcaneum, vt dicit Hieron. sed baptismus directe ordinatur vt medicina contra peccatũ originale. ergo non poterat saluare ab actuali.

¶ 3 Præt. Aliquis, qui est in proposito peccandi, nõ potest cõsequi peccati remissionem: sed contingit aliquem dum baptizatur, peccare venialiter, vel in proposito peccandi venialiter remanere, nec tamen propter hoc reputatur fictus. ergo etiam in non fictis baptismus non tollit culpam actualem. I

Sup Matt. cap. 9. & ... mo 4 ... sto. ad ... cum ... tum.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. in enchir. Baptizati non vni tantum peccato, sed multis magis, aut omnibus moriuntur, quicumque iam propria commiserunt vel cogitatione, vel locutione, vel opere: sed hæc sunt peccata actualia. ergo baptismus tollit culpam actualem.

Tom. 3. capit. 44.

¶ 2 Præt. Baptismus est ordinatus ad tollendum culpam originalem: sed originale non potest tolli sine actuali, etiam qui vtrumque habet, quia impium est a deo dimidiam sperare veniam, vt infra dicetur dist. 15. ergo baptismus etiam tollit culpam actualem.

In litera Magistri.

VLTERIVS. Videtur ꝙ non tollit omnem pœnam temporalem debitam actuali peccato: quia sicut Aug. dicit. Peccatum aut homo punit, aut deus. si ergo homo in seipso non puniat peccatum quod commisit, a deo punietur: & ita per baptismum actualis peccati pœna non totaliter tollitur. K

II 3. par. q. 69. art. 2. Super ... 44. & ...

¶ 2 Præt. Culpa non potest ordinari nisi per pœnam: sed deus nil inordinatum relinquit. ergo non dimittit quin pro culpa aliquam pœnam infligat, & sic baptismus non absoluit ab omni pœna.

¶ 3 Præt. Eucharistia est perfectius sacramentum, quàm baptismus, quia est speciale repræsentatiuum passionis Christi, a qua est efficacia in sacramentis: sed eucharistia non absoluit etiam non indigne percipientes ab omni pœna. ergo multo minus baptismus.

SED CONTRA est, quod dicit Ambr. Ro. 11. super illud Sine pænitentia enim sunt dona dei. Gratia dei, inquit, in baptismo nõ requirit gemitum, vel planctum, vel aliquod opus, sed omnia gratis condonat.

¶ 2 Præt. Christus sua simplici morte, scilicet pœnæ duas mortes in nobis consumpsit, vt dicitur in glos. Rom. 6. scilicet culpæ & pœnæ: sed in baptismo configuratur homo morti Christi,

sti, vt ibidem dicit Apostolus. ergo absoluitur & a culpa, & a pœna.

II VLTERIVS. Videtur quòd etiam tollat omnem pœnã originalis peccati. Efficacius enim est donum Christi quàm peccatum Adæ, vt dicit Apostolus Rom. 5. sed omnis pęna peccati originalis est inducta per peccatum Adæ. ergo per donũ Christi, quod maxime in baptismo operatur, omnis pœna tollitur.

1. supra ... 3.

¶ 2 Præt. Baptismus directius ordinatur contra peccatũ originale, quàm peccatũ actuale: sed tollit omnem pœnã actualis peccati, vt Amb. dicit. ergo tollit omnem pœnam originalis.

lib. de sacra. cap. 2. cap. 4.

dignitas quod sacramento defuerat. Dum enim soluere potest, nisi soluat, tenetur: sed cũ iam nõ potest, & tamen vult, non imputat ei Deus, qui suam potẽtiam sacramẽtis non alligauit. Quia vero inuisibilis sanctificatio sine visibili sacramento quibusdam insit, aperte August. tradit super leuiticum dicens. B Inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse, & ꝓfuisse sine visibilibus sacramentis. Visibilem vero sanctificationem, quæ fit sacramento visibili, sine inuisibili posse adesse, non posse prodesse. Nec tamen visibile sacramentum ideo cõtemnendum est, quia contemptor eius inuisibiliter sanctificari nõ potest. Hinc Cornelius, & qui cum eo erant iam spiritu sanctificati, baptizati sunt. Nec superflua iudicãda est sanctificatio visibilis, quia inuisibilis præcessit. Sine visibili ergo inuisibilis sanctificatio esse po-

¶ 3 Præt. Cessante causa, cessat effectus: sed causa pęnæ est culpa. si ergo tollit culpã originalẽ, & per consequens aufert pęnã.

¶ 4 Præt. Nullus qui est debitor alicuius pœnæ, euolat statim: sed baptizatus, si statim moriatur, euolat. ergo non est debitor alicuius pęnæ: & sic baptismus absoluit ab omni pęna ẽt originali.

SED CONTRA est, quia in baptizatis etiam caro concupiscit aduersus spiritum: sed hæc pugna est ex peccato originali consecuta. ergo nõ tollitur oĩs pœna originalis peccati per baptismũ.

¶ 2 Præt. Necessitas moriendi, & incinerationis, & pœnalitates huius vitæ sunt pœnæ originalis peccati: sed istę adhuc manent in baptizatis. ergo baptismus non tollit omnem pœnam originalis peccati. C

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in generatione qualibet per introductionem formæ omnis contraria forma expellitur, & etiam dispositio ad formã contraria, nisi quandoque relinquatur ex indispositione recipientis formam. Vnde cũm baptismus sit regeneratio in vitam spiritualem, omne quod est vitæ spirituali contrarium, quod scilicet cum gratia stare non potest, quæ est spiritualis vitæ principium, per baptismum tollitur: & ideo baptismus delet & originalem, & actualem culpam mortalem, & quantum est de se etiam venialem, quę disponit ad priuationem gratiæ: quàmuis quandoque culpa venialis remaneat post baptismum, mortali remota propter indispositionem recipientis baptismum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus non requirit contritionem quasi continuam ad destructionem peccati actualis, quasi de se ad hoc non sufficiat: sed solum ad remouendam fictionem quæ est contraria dispositio impediens effectum baptismi. D

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus non ordinatur tantum contra culpam originalem, alias circuncisis in primitiua ecclesia non fuisset necessarius baptismus, sed ordinatur ad destruẽdum omnem culpam quam inueniat, & ad regenerandum in nouam vitam destructa omni vetustate: & ideo est sicut totum potentiale habens completam potentiam ad destruendum totaliter peccatum; sed pænitentia participat aliquid de potentia, quasi potentialis ordinata contra alia peccata, scilicet actualia, quia baptismus iterari non potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantum est de se, baptismus vt dictum est, tollit omnem culpam originalem & actualem non solum mortalem, sed venialem, quæ quàmuis non contrarietur gratiæ simpliciter, contrariatur tamen gratię baptismali, quæ debet esse perfecta ratione nouitatis vitæ, sed potest impediri effectus eius ex parte recipientis, si sit indispositus per fictionem. Sed cum fictio sit peccatum, sicut peccatum mortale est peccatum simpliciter, ita facit fictum simpliciter, & totaliter effectum baptismi impedit quantum ad remissionem culpæ. E Sed peccatũ veniale quod in actu, vel in proposito est, facit fictum secundũ quid, & est secundum quid peccatum vt dispositio ad peccatum: & ideo impedit effectum baptismi non simpliciter, sed quantum ad remissionem illius venialis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quod Christus per mortẽ suam sufficienter satisfecit pro peccatis totius humani generis, etiam si essent multo plura. Et quia homo per baptismum in mortem Christi baptizatur, & ei commoritur & cõsepellitur, vt dicitur Roma. 6. ideo baptismus quantum in se est, totam efficaciam passionis in baptizatum influit, & ꝓpter hoc absoluit non solum a culpa, sed a pęna satisfactoria.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ per baptismum homo incorporatur Christo, & efficitur membrum eius, & ideo pœna quam Christum sustinuit, reputatur isti in satisfactionem, A quia si patitur vnum membrum, omnia alia compatiuntur, vt dicitur. 1. Cor. 11. & ideo deus in Christo peccata illa puniuit, sicut dicitur Esa. 53. Posuit in eo iniquitatem omnium nostrũ.

¶ Ad secũdum dicendum, ꝙ pęna ordinat culpam dupliciter. Vno modo, vt satisfaciens, & sic culpa remanet ordinata ꝑ satisfactionem Christi. Alio mõ, vt medicina sanans, vel repręsentans membrũ sanabile, & sic culpa in baptizatis ordinatur vt sanata per gratiam oppositam.

Act. 10.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quãuis eucharistia sit memoriale passionis Christi, non ordinatur tamen ad hoc, quòd ꝑ ipsam homo regeneretur in membrum Christi crucifixi, sed vt iam regeneratus ei adhęreat, & in ipso perficiatur: & ideo non est similis ratio de baptismo, & eucharistia.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, quòd in peccato originali talis fuit processus, quòd persona corrupit naturam, & natura personam corrupit: vnde aliquid consideratur in hoc peccato quod pertinet ad naturam, aliquid quod pertinet ad personam: passio autem Christi sufficienter peccatum originale abstulit quantum ad vtrumque. Sed quia sacramenta personis adhibentur, ideo baptismus hoc ab homine tollit, quod ex corruptione naturæ in persona redundabat, & propter hoc ipsam infectionem culpæ, prout afficit personam, & pœnam illam quæ actum personæ priuabat, scilicet carentiam visionis diuinæ, baptismus aufert, sed non aufert actu infectionẽ prout afficit naturam: quod patet ex hoc, quòd baptizatus per actum naturæ originale transmittit in prolem. Similiter nec pœnas, quæ consequuntur prinpipia naturæ destitutæ gratia innocentiæ primi status, cuiusmodi sunt rebellio carnis ad spiritum, mors, & huiusmodi pœnalitates quæ consequuntur ex hoc ipso, quòd homo ex contrariis cõpositus est & quantum ad corpus, & quantum ad animam quodammodo scilicet quantum ad appetitum sensus & intellectus: sed per gratiam baptismalem efficitur, vt hæ pœnæ remanentes non dominentur in personam, sed magis ei subiiciantur, & in vtilitatem ipsius cedant, inquantum sunt materia virtutis, & occasio humilitatis, & exercitii.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passio Christi sufficienter aufert & illud quod est personæ, & illud quod est naturæ per cãm: sed quia omnes homines in natura communicãt, iõ effectus secundum legem commumem curationis naturæ non erit nisi in fine mundi, quando omnibus electis iam congregatis, simul cum eis etiam alia creatura insensibilis liberabitur a seruitute corruptionis, vt dicitur Rom. 8.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ea quæ ad peccatum actuale ꝑtinent, sunt tantum personæ, quia actus indiuiduorum sunt, secundum Philosophum: & ideo non est simile de pœna actualis, & originalis. Procemio Metaph.

¶ Ad tertium dicendum, quòd tollitur culpa originalis per baptismum inquantum est infectiua personæ, non autem inquantum est infectiua naturæ per actum generationis: & ideo pœnæ quæ ad corruptionem naturæ pertinent, etiam non tolluntur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd baptizatus statim d euolat, quia nulla pœna debetur sibi ratione personæ, sed ratione naturæ humanæ, quæ post mortem non manet secundum hunc statum, in quo sibi pœna debetur. D. 269

ARTICVLVS II.

b Vtrum per baptismum conferantur in pueris gratia & uirtutes.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ꝑ baptismum non conferantur pueris gratia & virtutes. Dicit .n. August. in libro de baptismo paruulorum. Paruulos fideles facit non fides ea quæ consistit in credentium voluntate, sed fidei sacramentum: sed fides quæ est virtus consistit in credentium voluntate, vt in 3. libro distin. 23. dictum est. ergo paruuli baptizati non habent virtutẽ fidei, & pari ratione nec alias virtutes, quæ etiam in voluntate consistunt.

3. par. q. 69. ar. 4. & 6. To. 2. Epist. 23. ad Bonifa. episc. q. 2. a. 3. q. 1

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Si aliquid de nouo recipiatur in aliquo, oportet quòd recipiens, vel influens alio modo se habeat nunc quàm prius: sed anima pueri baptizati non alio modo se habet dum baptizatur quàm prius, quia proprium motū non habet carens liberi ar. vsu, nec deus qui est influens gratiam & virtutes. ergo pueri in baptismo gratiam & virtutes non recipiunt.

De fide Orthod. lib. 2. c. 23. ¶ 3 Præt. Damasc. dicit, quòd substantia nullo modo est sine propria operatione: sed constat ꝙ in puero non sunt operationes virtutū, quia non habet electionem, vt dicitur in 3. eth. quæ in opere virtutis requirit. ergo non habet virtutes. cap. 5.

¶ 4 Præt. Virtutes, cum sint habitus, habilitant ad actum: sed pueri non sunt habiles ad agendum, quæ secundum virtutem sunt. ergo non recipiunt virtutes in baptismo.

Act. 8. test, & prodesse. Visibilis autē quæ sit sacramento tenus sine inuisibili prodesse nō potest, cum illa sit omnis illius veritas. Simoni Mago visibilis baptismus non profuit, quia inuisibiliter non adfuit sed quibus inuisibilis adfuit, profuit. Nec tantum valet fides aliena paruulo, quātum propria adulto. Paruulis enim non sufficit fides ecclesiæ sine sacramēto, qui si absque baptismo fuerint defuncti, etiam cum defe-

Sed contra. Aug. dicit, quòd fides datur & nutritur in baptismo, datur quantum ad paruulos, nutritur quantum ad adultos: sed fides est virtus. ergo virtutes dantur paruulis in baptismo, & eadem ratione aliæ virtutes.

¶ 2 Præt. Nullus admittitur ad gloriam, nisi habeat vestem nuptialem, quæ est charitas: sed pueri baptizati, si moriantur, statim euolant. ergo habent chariratem, quę est magistra virtutum, & per consequens alias virtutes.

II Ex trac. 74. super Ioā. circa med. Vlterius. Videtur quòd in adultis virtutes per baptismum non augeantur. Augmentum enim virtutū est per meritum, quia secundum Augu. charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici: sed in baptismo non operatur meritum baptizati quantum ad opus operatum. ergo ex opere operato virtutes in baptismo non augentur.

¶ 2 Præt. Cibus corporalis in eo qui iam peruenit ad quantitatem determinatam, non facit augmentum: sed potest esse quòd aliquis ante baptismum perueniat ad quantitatem gratiæ baptismalis, quam puer recipit, in quo nullum est impedimentum. ergo baptismus nihil supra gratiam adijciet.

Sed contra. Super illud psal. 22. Super aquam refectionis educauit me, dicit glo. per augmentum virtutis & bonæ operationis educauit in baptismo. ergo baptismus auget virtutes habentibus.

II Vlterius. Videtur quòd baptismi effectus non sit illuminatio, quia illuminatio ad doctrinam pertinet: sed doctrina fidei est per catechismum, qui præcedit baptismum. ergo nō est effectus baptismi.

¶ 2 Præt. Illuminatio contra ignorantiam ordinatur: sed secundum quosdam baptismus non ordinatur cōtra ignorantiam, sed magis ordo. ergo illuminatio non est effectus baptismi, sed magis ordinis.

De fide Orthod. lib. 4. cap. 10. Sed contra est, quòd Damasc. ponit inter effectus baptismi illuminationem, vt patet ex eius diffinitione in præcedenti di. inducta.

II Vlterius. Videtur quòd fœcundatio non sit effectus baptismi. Nō enim idem est quo aliquis actiue generat, & passiue generatur: sed baptismus est regeneratio passiua baptizati. cum ergo fœcunditas importet generationem actiuam, videtur quòd non pertineat ad baptismum.

¶ 2 Præt. Fœcunditas est proprietas consequens aliquid quantum ad perfectum statum sui, quia vt dicitur in 4. metheor. Perfectum vnumquodque est, quando potest alterum generare: sed baptismus non ordinatur ad perficiendum, sicut eucharistia, & confirmatio secundum Dionys. sed magis ad illuminandum & purgandum. ergo baptismus non habet fœcunditatem pro effectu. lib. 1. de Eccle. Hierar. c. 2. & 3.

Sed contra est, quòd dicit glo. super illud psal. Super aquam refectionis. Anima peccatorum ariditate sterilis fœcundatur per baptismum.

II Vbi supra. in litera. Vlterius. Videtur quòd incorporari Christo non sit effectus baptismi. Aliquis enim incorporatur Christo & membris eius per fidem formatam, vt in 3. lib. di. 23. dixit magister: sed aliquis habet fidem formatam etiam ante baptismum. ergo incorporatio non est effectus baptismi.

¶ 2 Præt. Incorporatio est effectus eucharistiæ: sed ad eundem effectum non ordinantur diuersa sacramenta. ergo non est effectus baptismi.

F Sed contra est, quòd August. dicit ad Bonifacium quòd in baptismo aliquis membrum Christi efficitur: sed hoc est Christo incorporari. ergo incorporatio est effectus baptismi. Tom. 2. Epistola 23.

II 3. par. q. 66. ar. 7. Vlterius. Videtur quòd apertio ianuę non sit effectus baptismi. Quidam enim ante passionem Christi baptizati sunt: sed tūc eis ianua nō est aperta, quia si aliquis eorum tunc decessit, regnum non introiuit. ergo baptismus non aperit ianuam regni cælestis.

¶ 2 Præt. Baptism⁹ repræsentat passionē Christi, non resurrectionem, vt videtur: sed in resurrectione est aperta ianua, vt patet per collectam, quæ dicitur in die resurrectionis. Deus qui hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditū deuicta morte reserasti. ergo non debet iste effectus baptismo attribui.

De fide ad Petrum, & habetur De Conse. dist. 4. c. Firmissime. runtur ad baptismum, damnabuntur, sicut multis sanctorum auctoritatibus cōprobat. Ad hoc vnum sufficiat. Aug. ait. Firmissime tene paruulos, qui vel in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur: vel de matribus nati sine sacramento baptismi de hoc sæculo transeunt,

G æterno supplicio puniēdos: quia & si propriæ actionis peccata non habuerunt, originale tamē peccatum traxerunt carnali conce-

Sed contra est authoritas Bedæ supra inducta, quòd in hoc differebat circuncisio a baptismo, quòd aditum regni cælestis non aperiebat. Dist. 1.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd pueris in baptismo nullo modo virtutes dantur, sed solum a peccato originali mundantur: sed postea quando decedunt, vel quando ad

H perfectam ætatem veniunt eis virtutes, conferuntur, si innocentiam seruent.

Sed hæc opinio non potest stare, quia lignum cum præcisum fuerit, vbi ceciderit, ibi stabit eccles. 11. & ideo si pueris ante mortem non fuissent collatæ virtutes, & gratia operans & cooperans, nec in morte eis conferrentur, & sic non saluarentur: quod falsum est. Videtur autem hęc opinio venisse ex hoc quòd virtutes actus tantum esse credebant, quod falsum est, vt in 2. libro dist. 27. dictum est. q. 1. art. 1.

Et ideo alii dicunt, quòd pueris in baptismo dantur gratia & virtutes non in seipsis, sed in radice sua, scilicet gratia quæ est radix virtutum, sicut essentia animæ potentiarum: sed postea quando soluuntur potentiæ perfectis organis, effluunt virtutes in ipsa ab ipsa essentia animæ: sed hoc pro tanto esse non potest, quia tunc si puer in furiam verteretur antequam ad perfectam ætatem veniret, nunquam in ipso potentiæ soluerentur, &

I ita nunquā virtutes explicite haberet. Et præterea quòd potentiæ sint ligatæ aliquo impedimento non impedit habitum, sed actum: quia dormientes & vinolēti habitus habent, sed ligatos.

Et ideo alii dicunt, & melius, quòd pueris in baptismo dantur gratia & virtutes, sed habitus illi ligati sunt propter pueritiam, sicut in dormiente propter somnum: sed pueritia discedente inclinat ad bene operandum, nisi aliquis spirituisancto resistat.

Ad primum ergo dicendum, quòd Aug. loquitur de fide, & voluntate actuali quæ in pueris esse non potest.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis agens principale sit immobile, tamen agens instrumentale non eodem modo se habet nunc & prius ad puerum, quia nūc adhibetur sibi baptismus, non autem prius: tamen etiam sine aliqua mutabilitate sui deus alicui puero posset gratiam conferre, etiam sine adhibitione sa-

K cramenti, si ab æterno disposuisset se ei daturum, sicut patet de sanctificatis in vtero.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ duplex est actus virtutum. Vnus primus, qui est perficere animam & potentias eius: & hunc actū etiam pueri habent. Alius est secundus, qui est operari cum electione, & hunc actum non semper habent: quia eorum operationes sunt voluntariæ, & voluntas nō habet necesse semper agere, etiam in adultis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd habitus facit habilem ad actum tollendo inhabilitatem, quæ est ex imperfectione potentiæ: non autem tollit inhabilitatem quæ est ex parte corporis, sicut patet in dormientibus.

Ad secundam quæstionem dicendum, ꝙ per easdem causas quibus generatur, & augetur, vt dicit Philosophus in secundo ethi. & ideo quia baptismi est confere virtutem & gratiā non habentibus, oportet quòd in habentibus augeat. cap. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd in baptismo quàmuis non operetur meritum baptizati, operatur ibi tamen meritū Christi, quod est efficacius.

Ad

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ gratia non habet aliquem determinatum terminum ad quem pertingat, vel vltra quem procedere non possit, sicut est de quantitate animalis, & ideo non est simile.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd lumen est quo dirigimur in visionem alicuius rei: baptismus autem dirigit in visionem spiritualem exteriorē, & interiorem. In interiorem quidem, in quantum baptismus dicitur sacramētum fidei, quæ oculum mentis idoneum facit ad visionem diuinorum: exteriorem vero, quia baptizatis conceditur inspicere sacram eucharistiam, & non aliis, vt Dionys. dicit, & ideo tam Damasc. quàm Dion. baptismo vim illuminatiuam attribuunt.

De Baptismo Paruulis, ad Bonifatium. De Consec. di. 4. c. Nihil. &c. ptione. Et sicut paruuli qui sine baptismo moriuntur infidelium ascribuntur numero, ita qui baptizantur fideles dicuntur, quia fidelium consortio non separantur, cū orat ecclesia pro fidelibus defunctis. Fideles ergo sunt non propter virtutem, sed fidei sacramentum. Vnde August. Paruulum, & si nondum

B fides illa quæ etiam in credentium voluntate cōsistit, iam tamen fidei ipsius sacramentum, idest, baptismus fidelem facit. Nam sicut, credere, respondetur, ita etiam fidelis

Vterque in locis prēal. legatis. D. 600.

Ad primum ergo dicendum, quòd fides d principaliter est ex infusione, & quantum ad hoc per baptismum datur: sed quantum ad determinationem suam est ex auditu, & sic homo ad fidem per catechismum instruitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd scia plus dicit quàm illuminatio. Importat enim comprehensionem eorum, ad quorum visionem illuminatio dirigebat, & ideo scientia ad perfectionem

C pertinet: vnde Dion. doctos perfectos nominat, & doctores perfectiores: & sic contra ignorantiam ordo datur, vt scilicet ordinati sint docti, & etiam doctores aliorum.

Ad quartam quæstionem dicendum, quòd fœcunditas dicitur dupliciter. Vno modo respectu fructus producendi in ipso, qui dicitur fœcundari: sicut operationes virtutum quidam fructus boni dicuntur. Hoc modo fœcundatur anima in baptismo, cum in eo dentur virtutes non habentibus, & augeantur habentibus. Alio modo respectu fructus producendi in altero, sicut cum aliquis per doctrinam, & sollicitudinem pastoralem in plebe dei fructum facit: & hoc modo fœcundatio non pertinet ad baptismum, sed magis ad sacramentum ordinis.

Ad primum ergo dicendum, quòd ex eodem ex quo aliquid habet generationē in natura, aliqua habet quòd faciat operationes illius naturę: & ideo cum per baptismum homo regeneretur in vitam spiritualem, per ipsum homo efficitur actiuæ fę-

D cundus, & quasi genitor spiritualium operum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de secunda fœcundatione.

Ad quintam quæstionem dicendum, ꝙ incorporari Christo contingit dupliciter, scilicet merito, & numero. Merito quidem potest aliquis de ecclesia effici, quod est Christo incorporari, etiam ante baptismum actu susceptum, sed non ante baptismi propositum, vel ipsum baptismum post tempus gratiæ reuelatæ: sed numero non potest aliquis effici de ecclesia nisi per baptismum. Vnde aliquis ante baptismum non admittitur ad perceptionem eucharistiæ, & aliorum sacramentorum ecclesiæ, vt prius dictum est.

Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de prima incorporatione.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ perceptio eucharistiæ præsupponit incorporationem absolute, quia capitis virtus non communicatur membro nisi iam vnito: sed per eucharistiam est perfecta influentia a capite in membro, & quantum ad hanc perfectionem incorporatio est effectus eucharistiæ.

E Ad sextam quæstionem dicendum, ꝙ aperiri ianuam regni cælestis, nihil aliud est quàm amouere impedimētum, quo aditus in regnum cæleste toti naturæ humanæ prohibebatur. Hoc ergo impedimētum absolute quantum ad omnes, remotum fuit sufficienter per passionem Christi: sed illa remotio efficienter fit quo ad istum secundum quod particeps fit passionis Christi iam factæ per baptismum: & sic baptismus quasi causa instrumentalis aperit ianuam regni cælestis quo ad istum, sed passio vt causa satisfactoria quo ad omnes.

Ad primum ergo dicendum, quòd hęc ratio erat, quia passio Christi, in cuius virtute baptismus agit, nondum facta erat, nec per eum aditus regni cælestis apertus: vnde ratio probat, quòd baptismus non habeat hanc virtutem quasi causa principalis.

A ¶ Ad secundum dicendum, quòd aditus regni cælestis aperitur tripliciter. Vno modo, quantum ad gloriam animæ, & sic in passione apertus est. vnde dictum est latroni. Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso. Alio modo, quantum ad gloriam corporis, & sic apertus est in resurrectione. Alio modo, quātum ad locum glorię congruētem, & sic apertus est in ascēsione: & his tribus modis baptism⁹ instrumētaliter aperit quo ad istū. Agit autē virtute & passionis, & resurrectionis, & ascensionis in quantum homo configurat Christo passo per immersionē, qua quodammodo Christo consepelitur, & ei resurgenti quantum ad nitorē q resultat ex aqua: & ascendenti quantum ad eleuationem baptizati de sacro fonte. Vnde baptismus passioni appropriatur, quia etiam gloria animæ principalior est & causa quodammodo aliorum, & in huius signum baptizato domino cæli aperti sunt super eum, Matthæi tertio.

vocatur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei percipiendo sacramentum.

f Quid prosit baptismus his, qui cum fide accedunt.

B Solet etiam quæri de illis qui iam sanctificati Spiritu, cum fide & charitate ad baptismum accedunt, quid eis conferat baptismus. Nihil enim videtur præstare, cum per fidem & contritionem iam remissis pecca-

Articulus III.

C *c Vtrum baptismus æqualem effectum habeat in omnes quantum ad remotionem mali.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd baptismus non æqualem effectum habeat in omnes quantum ad remotionem mali. In adultis enim remouet peccatum actuale, & originale, sed in pueris originale tantum. ergo plus efficit in adultis quàm in pueris, quantum ad mali remotionem. 3. par. q. 69. art. 3.

¶ 2 Præt. Mitigatio fomitis est effectus baptismi: sed post baptismum in quibusdam inuenitur fomes magis mitigatus quàm in aliis. ergo in eis efficacius baptismus se habuit in remotione mali.

Sed contra. Baptismus habet efficaciam ad remouendum malum, secundū quod habet quandam similitudinem mortis: sed morientium vnus non magis moritur quàm alius. ergo &

D baptismus æqualiter in omnibus mala aufert.

II Vbi supra. Vlterius. Videtur quòd etiam æqualis gratia omnibus in baptismo conferatur, qui non ficte accedunt. In baptismo enim operatur passio Christi, quæ habet quodāmodo efficaciam infinitam: sed finitum infinito additum nihil maius efficit. cum ergo deuotio accedētis qua vnus alium excedit, sit quoddam bonum finitum, videtur quòd deuotio, vel aliquid huiusmodi efficere non possit, quin omnes in baptismo æqualem gratiam consequantur.

¶ 2 Præt. Ad baptismi effectum capiendum non requiritur alia concausa, sed solum vt impedimentum remoueatur: sed nullus recipit gratiam in baptismo nisi ab eo sit impedimentum remotum. ergo omnes recipiunt gratiam æqualem.

De fide Orthod. lib. 4. cap. 10. Sed contra. Damasc. dicit, ꝙ peccatorum remissio cunctis æqualiter in baptismo datur, gratia autem spiritussancti secundum proportionem fidei, & secundum purgationem: sed non omnes cum æquali fide, nec æqualiter præparati ad baptismum accedunt. ergo non omnes æqualiter gratiam consequuntur.

II Vbi supra. Vlterius. Videtur quòd nec etiam pueri in baptismo consequantur æqualem gratiā, quia in angelis secundum quantitatem naturalium gratia infundebatur: sed vnus puerorum habet meliora naturalia quàm alius. ergo & maiorem gratiam in baptismo recipit.

¶ 2 Præt. Quidam in baptismo recipiunt gratiam finalem, qui innocentiam baptismalem vsque ad finem seruant, quidam autem non. ergo etiam de pueris aliqui aliis maiorem gratiam consequuntur.

Sed cornta. Gratia baptismalis in pueritia non opponitur nisi peccato originali: sed vnus puer non habet plus de peccato originali quàm alius. ergo nec maiorem gratiam baptismalem recipit vnus alio.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd baptismus vniuersaliter aufert in eo qui non ficte accedit, culpam

personam

personam inficientem, quam inuenit, vt dictum est: & sic accedit ad terminum. Ea autem quæ in termino sunt, intensionem non recipiunt, & ideo quantum ad remotionem culpæ ęqualem effectum habet in omnibus baptismus: & similiter est de pœna personali, quæ respondet culpæ originali, prout est inficiens personam, scilicet carentia diuinæ visionis, sed contra aliam pœnã ex principiis naturæ corruptę consequentem, sicut est concupiscentia vel fomes, remedium adhibetur in baptismo vt non dominentur per gratiam in baptismo collatam, & iõ simile ẽ de pœna illa & de gratia.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd hoc non est de efficacia baptismi, quòd non tot peccata destruit in vno quot in alio: sed quia non tot inuenit in vno quot in alio, in quolibet enim destruit omnia quæ inuenit.

tis iustificati sunt. Ad quod sane dici potest, eos quidem per fidem & contritionẽ iustificatos, idest, a macula peccati purgatos & a debito æternæ pœnæ absolutos, tamen adhuc teneri satisfactione temporali, qua pænitentes ligantur in ecclesia. Cum autem baptismum percipiunt, & a peccatis, si qua interim post conuersionem contraxerunt, mundantur, & ab exteriori satisfactione absoluũtur, & adiutrix gratia omnisque virtus in eo augetur, vt vere nouus homo tunc dici possit. Fomes quoque peccati in eo am-

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa obiectio procedit de secunda pœna, quæ habet reprimi per baptismum ex parte gratiæ collatæ.

Arist. 2. de anima tex. com. 26.

Ad secundam quęstionem dicendum, quòd actus actiuorum recipiuntur in passiuis secundum suam dispositionem, & ideo quamuis baptismus vt passio Christi quæ in eo operatur, quantum est de se, æqualem respectum ad omnes habeat: quia tamẽ quidam ad baptismum cum maiori pręparatione d fidei & deuotionis accedunt, quàm alii: ideo quidam aliis maiorem gratiam consequuntur. Nullus enim gratiam in termino recipit, vt intendi non possit per baptismum.

D. 266.

Ad primum ergo dicendum, quòd deuotio baptizati nõ additur quasi concausa, vt efficienter agat ad gratiæ receptionẽ, sed additur quasi dispositio materialis: & ideo secundum diuersitatem ipsius participatur baptismi effectus.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd quando adultus baptizatur, non solum requiritur ad percipiendum baptismi effectum remouens prohibẽs, scilicet fictionem, sed etiam requiritur dispositio quasi materialis, scilicet deuotio, & fides recipientis baptismum: & secundum quod magis vel minus inuenitur dispositus, effectum baptismi diuersimode consequitur.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd in pueris baptizatis nihil ex parte eorum requiritur, sed habent quasi pro dispositione ad salutem fidem ecclesię: & pro effectiuo salutis virtutẽ passionis Christi, quæ operatur in baptismo, & hæc duo æqualiter ad omnes pueros se habẽt: & ideo non differunt quantum ad effectum baptismi suscipiendũ, sed omnes æqualem gratiam suscipiunt.

Ad primum ergo dicendum, quòd non est simile de pueris & de angelis, quia angeli differunt specie secundum multorum opinionem, pueri autem non: vnde non est tanta differentia naturaliũ in pueris sicut in angelis. Vel dicendum, quòd in angelis secundum proportionem gradus naturalium erat etiã proportio d conatus, qui ex parte eorum requirebatur, & ideo accipiebant gratiam secundum proportionem naturalium: in pueris autem non requiritur aliquis actus ex parte eorum, & ideo non est simile.

D. 121 125 1158

¶ Ad secundum dicendum, quòd gratia accepta in pueris, non facit eis necessitatem ad bonum, sed inclinationem tantum: & ideo postquam ad perfectam ætatem peruenerint, possunt diuersimode gratia recepta vti. Et inde est quòd quidam perficiunt, & perseuerant, quidam vero deficiunt non ex diuersa quantitate gratiæ in baptismo perceptæ.

QVAESTIO III.

C

Deinde quæritur de recipientibus baptismum.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo. De pueris, & aliis vsu rationis carentibus, quos constat sacramentum & rem sacramenti percipere.

F ¶ Secundo. De fictis qui recipiunt sacramentum, & non rem sacramenti.

¶ Tertio. De baptizatis baptismo flaminis & sanguinis, qui non recipiunt sacramentum, sed rem sacramenti.

plius debilitat. Ideo Hiero. dicit, quòd fides quæ fidelibus in aquis baptismi datur, vel nutritur, quia non habenti aliquando ibi datur, & iam habenti, vt plenius habeat, datur: sic & de aliis intelligendum est. Qui ergo mundus accedit ibi, fit mundior: & omni habenti ibi, G amplius datur. Quòd vero omnis exterior satisfactio ibi relaxetur, Ambr. ostendit super illum locum. Sine pænitentia sunt dona Dei, & vocatio dicens: Gratia Dei ĩ baptismo non requirit gemitũ, vel planctum, vel aliquod opus, sed & oĩa

Hieron.

a Vtrum pueri sacramentum suscipere possint.

ARTICVLVS I.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd pueri sacramentum suscipere nõ possint, Matth. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Ex quo patet quòd credere præsupponitur ad baptismum: sed pueri nõ possunt credere, quia non possunt aliquid cum assertione cogitare. ergo pueri non possunt suscipere sacramẽtum baptismi.

3. par. q. 68. ar. 9.

Super Epistolam ad Ro. ... habetur in Confess. 4. c. ... nitentia.

¶ 2 Præt. In baptismo fit quædam obligatio hominis ad ea quæ sunt fidei christianæ seruanda: sed obligatio non potest fieri nisi ab eo qui est suæ voluntatis arbiter constitutus. ergo pueri sacramentum baptismi suscipere non possunt.

H ¶ 3 Præt. Per baptismum, vt dicit Dio. fit aliquis particeps cõmunionis diuinorum: sed pueris non competit sacra communicare. ergo non competit eis sacramentum baptismi.

Sed contra est, quòd Dio. dicit vlt. ca. ec. hierar. Quod diuini nostri duces, scilicet apostoli probauerunt infantes recipi ad baptismum. ergo pueri possunt sacramentum baptismi recipere.

¶ 2 Præt. Baptismus circuncisioni successit: sed circuncisio pueris conferebatur. ergo & baptismus pueris debet dari.

Vlterius. Videtur quòd melius sit baptismum differri, quàm statim in pueritia dare, nisi necessitas mortis emergat, quia omnis Christi actio, nostra est instructio: sed Christus baptismum accipere voluit in tricesimo anno vitæ suæ, vt dicitur Luc. 3. ergo & similiter apud nos debet vsque ad tempus perfectæ ætatis differri.

II Vbi supra artic. 3.

¶ 2 Præt. Medicina efficax debet sumi quando maxime potest I iuuare: sed baptismus maxime iuuaret in fine vitæ, vel saltem in perfecta ætate, quia per ipsum omnia delicta adolescentiæ & iuuentutis soluerentur. ergo vsque tunc deberet differri.

¶ 3 Præt. Magis afficitur homo ad ea quæ ex seipso acquirit, quàm ad ea quæ ab alio accipit. vnde & illi qui ex propria acquisitione diuitias habent, nõ sunt ita liberales, sicut qui ab aliis acceperunt, vt dicit Philosophus in 4. ethi. sed pueri qui baptizantur quasi ab aliis baptismum suscipiunt, adulti autem ex seipsis ad baptismum accedunt. ergo magis afficerentur ad fidem christianam, quæ in baptismo suscipitur, si baptizarentur adulti, quàm si baptizarentur infantes.

capi.

Sed contra. Medicina debet quàm citius morbo apponi: sed baptismus est medicina contra originale peccatum, quod etiam in pueris est. ergo debet eis baptismus dari statim.

¶ 2 Præt. Melius est impedire malum ne fiat, quàm iam factum destruere: sed per baptismum debilitatur fomes, ne dominetur K in nobis, & in peccatum actuale ne nos præcipitet, & sic in pueritia susceptus, futura peccata impedit. ergo melius est tunc dari baptismum quàm postea ad destruendum peccata pręterita.

Vlterius. Videtur quòd adultis, vsu rationis carentibus, baptisma dari non debeat. In adultis enim non solum per baptismum originale sed etiam actualia peccata soluuntur: sed contra actuale peccatum, quod quis ex seipso commisit, requiritur proprius motus liberi arb. ergo his adultis qui vsum liberi arb. non habent, baptismus dari non debet.

II Vbi supra artic.

¶ 2 Præt. Nulli contradicenti sacramentum exhiberi oportet: sed quandoque amentes & furiosi contradicunt. ergo eis baptismus dari non debet.

¶ 3 Præt. Dormientes secundum Philosophum viuunt vita plãtæ: sed baptismus non datur nisi viuenti vita humana, quæ est secundum animam rationalem. ergo dormienti baptismus dari non oportet.

ex 1. ethic. ... 8. cap.

Sed contra est, quòd Aug. dicit 4. confes. de amico suo, qui cum desperaretur, baptizatus est nesciens: & tamen in ipso baptismus efficaciam habuit, quod patet ex hoc, quòd postea peruersæ suasioni contradixit, ergo etiam carẽtibus vsu rationis baptismus dari potest.

¶ 2 Præt. Pueri, qui numquàm habuerunt vsum rationis, baptizantur, ergo multo amplius illi, qui aliquãdo habuerũt, quàmuis nunc non habeant.

Respon. Dicẽdum ad primam quæstionem, quòd diuersi status mundi comparantur diuersis ætatibus vnius hominis, sicut Augu. dicit in lib. 83. quæstionum. Vnde sicut nullus status mundi fuit, in quo esset humano generi præclusa via salutis: ita nulla ętas hominis vnius est, in qua sibi via salutis precludatur. Vnde cum in pueris sit peccatum originale, per quod a consecutione æternę salutis impediuntur, oportet ꝙ eis adhiberi possit aliquod remedium ad remouendum prædictum impedimentum, hoc autem est baptismus. Vnde diuinæ misericordiæ contradicit, qui negat baptismum paruulis posse exhiberi, & propter hoc hæreticum est hoc dicere.

83. q. & super ... q. 58.

gratis condonat: quod quidem de exteriori gemitu, vel planctu accipiendum est. Nam sine interiore nemo adultus renouatur, sed exteriores satisfactiones, & afflictiones, scilicet sordes pænitentium ibi dimittuntur. Multum ergo cõfert baptismus etiam iam per fidem iustificato: quia accedens ad baptismum quasi ramus a columba portatur in archam. Ante intus erat iudicio Dei, sed nunc etiam iudicio ecclesiæ intus est. Cum vero in baptismo peccatum deleatur, & satisfactio exterior non imputetur, quæritur cur pœnalitas, cui pro peccato addicti sumus, non tollatur. Hoc ideo tradunt fieri sancti, quia si a pœna homines per baptismum liberarentur, ipsam putarent baptismi pretium, non æternum regnum. Ideo soluto reatu peccati, temporalis pœna ta- B men manet, vt illa vita studiosius quæratur, quæ erit a pœnis omnibus aliena. Ideo etiam manet vt sit fideli & certandi materia, & vincendi occasio, qui non vinceret, si non pugnaret: nec pugnaret, si in baptismo fieret immortalis.

Ad primum ergo dicendum, quòd pueri quàmuis non habeant actum fidei, habent tamen habitum, quẽ in baptismo suscipiunt, sicut & habitus aliarum virtutum. Sed si verbum domini intelligatur de actu fidei, tunc referendum est ad illos tantum, qui per doctrinam apostolorum induendi erant, de quibus prædixerat, Prædicate euangelium omni creaturæ. nulli enim eorum, quibus euangelium prædicandum erat, baptismus dari debebat, nisi crederet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obligatio in baptismo nõ fit ad aliquid, ad quod non omnis homo teneatur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut ille qui ascribitur ad militiã, non oportet, quòd statim in pugnam vadat, sed quando opportunitas imminet: ita nec ille qui in baptismo ascribitur ad diuinas actiones, oportet ꝙ statim ad eas admittatur, sed quãdo tempus opportunum fuerit.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd magis laudabile est, quòd pueri quàm citius poterint baptizentur cõmode, non expectata perfecta ætate propter tres rationes. Primo, quia propter imbecillitatem naturæ de facili mori possunt D & damnari: vnde vt damnationis periculum euitetur, debent baptismo præueniri. Secundo, propter infestationes dæmonũ, qui non habent tantam potestatem in pueris baptizatis ab originali mundatis, quantam in illis qui adhuc originale habent neque quantum ad nocumenta spiritualia, neque quantum ad nocumenta corporalia. Tertio, quia in pueritia facilius homo ad aliqua inducitur, & firmius inhæret, secundum quod Philosophus dicit in 2. ethic. cap. 1. Non parum differt ex iuuene confestim assuefieri, sed multum, magis autem omne: & hanc causam assignat Dion. in fine eccles. hierar. dicens. Tradit autem puerum sacris symbolis, idest, sacramentalibus signis summus sacerdos, vt cum eis conuersetur, & neque formetur in vitam alteram, nisi diuina contemplantem semper.

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus suscepit baptismum quasi ipsum instituens, vel consecrans: hoc autem ad doctoris, vel sacerdotis officium pertinet nuntiare viam salutis. Et ideo ante tempus perfectæ ætatis, quòd competit esse in doctore, vel sacerdote, baptizari non debuit: nec est simile de aliis qui baptismum suscipiunt, vt ab eo iuuentur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in baptismo confertur gratia ad bene viuendum, & peccata tolluntur præterita, & impediuntur futura: & ideo quàmuis baptismus in fine vitæ susceptus, plura peccata præterita tolleret, tamen pauciora impediret, & ad pauciora bona promoueret, & ideo minus esset vtilis. ¶ Præt. Multis casibus subiacet humana uita, & posset contingere, vt qui baptismum in fine accipere expectaret, morte subita præuentus expectatione sua fraudaretur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gratia baptismalis nõn est per acquisitionem hominis, sed dono dei. ¶ Præt. Status paupertatis ante diuitias acquisitas non inclinat affectum, vt homo paupertatem sequatur, sed magis vt paupertatem fugiat: status autem peccati ante gratiam, vel virtutem relinquit pro-

A pter assuetudinem inclinationem in anima, vt facilius in peccatum labatur: & ideo non est simile de acquisitione pecuniæ, & gratiæ, vel virtutis.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd de amentibus distinguendum est. Quidam enim sunt qui ex natiuitate amentes fuerũt, & numquàm habent aliqua lucida interualla: & de talibus videtur esse idẽ iudicium quod de pueris. Quidam autem amentiam incurrerunt ex infirmitate, vel aliquo huiusmodi, & habent aliqua lucida interualla: & de istis dicendum est, quòd si antequàm amentiam incurrerunt, vel dum habent lucida interualla, fuerunt in proposito baptismũ suscipiendi, si necessitas sit, possunt baptizari, & baptismi sacramẽtum suscipiunt, & rem sacramenti, etiam si tunc actu dissentiant quãdo baptizantur in amentia existentes. Si autem ante amentiam cõtradixerint, non recipiunt sacramentum, neque rem sacramenti.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut in adulto, qui habet vsum rationis disponit ad gratiam baptismalem suscipiendam motus liberi arbitrii quem habet dum baptizatur: ita in C amente motus liberi arbitrij quem habebat dum sanæ mentis erat.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ effectus baptismi in mente suscipitur, nec impeditur nisi ex contradictione mentis: illi autem qui mentis vsum non habent, non contradicunt mente, sed magis phantasia ducti: & ideo talis contradictio effectũ baptismi non impedit, quando mentis consensus præcessit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ dormientes baptizandi non sunt, nisi periculum mortis immineat: & tunc similiter distinguendum est de dormientibus, sicut de illis, qui amentiam incurrunt post statum sanæ mentis.

ARTICVLVS II.

b Vtrum aliqua indispositio uoluntatis humanæ possit effectum baptismi impedire. D

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd nulla indispositio voluntatis humanę possit effectum baptismi impedire. Ea enim quæ sunt a natura, sunt magis permanentia, quàm ea quæ sunt a voluntate: sed originale est peccatum naturæ, quod baptismi effectum non impedit. ergo nec aliqua indispositio voluntatis baptismum in suo effectu impedire potest.

3. par. q. 68. art. 4.

¶ 2 Præt. In naturalibus indispositio materiæ non impedit effectum agentis totaliter, nisi quando contraria dispositio quæ est in materia, est fortior quàm virtus agentis, sicut patet de aquositate lignorum per comparationem ad calorem ignis: sed virtus diuina quæ in sacramentis secretius operatur salutem, vt August. dicit, est potentior qualibet indispositione nostræ voluntatis. ergo non potest propter indispositionem voluntatis effectus baptismi totaliter tolli. E

Huic simile ab ipso ponit li. 15 de ciui. dei, cap. 6. circa med. Et explicati⁹ super Leuiti. cap. 20. super illa verba, Ego dominus sanctifico eũ, & est expositionis ipsi⁹ cap. 84.

¶ 3 Præt. Baptismus sicut & alia sacramenta instrumentum est diuinæ misericordiæ operantis salutem: sed diuina misericordia operans salutem etiam voluntatem in bonum mutat per gratiam pręuenientem. ergo & baptismus indispositionem voluntatis magis tollit, quàm ab ea impediatur.

Sed contra. Rom. 11. super illud. Sine pænitẽtia sunt dona dei, & vocatio, dicit Ambr. ꝙ gratia dei in baptismo non requirit nisi solam fidem & contritionem: sed per hæc duo tollitur omnis contrarietas voluntatis ad gratiã. ergo requiritur ad baptismum vt indispositio voluntatis tollatur.

¶ 2 Præt. Secundum August. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te: sed ille qui habet indispositam voluntatem non cooperatur deo, immo magis in contrarium operatur. ergo in baptismo non iustificatur.

Tom. 10. de verb. apost. serm. 15.

Vlterius. Videtur ꝙ huiusmodi voluntatis indispositio non debeat dici fictio. Secundum enim vnumquodque genus peccati

II

peccati contingit voluntatem esse indispositam ad baptismalis gratiæ susceptionem: sed fictio est speciale peccatum, quia opponitur speciali virtuti, scilicet veritati, vt patet per Philosophum in 4. ethic. ergo non debet dici vniuersale impedimentum baptismalis gratiæ. Cap. 7.

Hæ quatuor fictiones elici possunt oēs ex cap. 53. li. 7. de baptis. contra Donatist.

¶ 2 Præt. August. dicit, quòd fict⁹ est qui non credit: sed sicut in baptismo datur fides, ita & aliæ virtutes, & præcipue charitas, per quam aliquis fit filius dei. ergo fictio nõ magis debet poni impedimentum baptismi, quàm opposita aliarum virtutum.

¶ 3 Præt. Secundũ August. aliquo modo fictus est, qui indeuot⁹ accedit: sed indeuotio potest esse sine peccato mortali, talis autem non habet aliquod impedimentum baptismi. ergo impedimentũ baptismi non debet dici fictio.

¶ 4 Præt. Secundum August. alio modo dicitur fictus, qui aliter celebrat: sed qui non seruat formam ecclesiæ, non confert sacramentum, neque suscipit. ergo talis fictio non est sacramẽti impedimentum.

¶ 5 Præt. Fictus alio modo ab August. dicitur, qui contemnit suscipere: sed talis non suscipit. ergo talis fictio non impedit sacramenti effectum. H

III Vbi supra art. 10. q. 2. arti. 3. q. 1.

VLTERIVS. Videtur quòd recedente fictione baptismus effectum non consequatur. Opus enim mortuum numquàm viuificatur, vt infra dist. 14. dicetur: sed opus mortuum dicitur, quod in peccato mortali factum est. cum ergo ficte accedens ad baptismum, in peccato mortali sit, baptismus ille numquàm viuificare poterit, vt ei gratiam conferat.

¶ 2 Præt. Effectus baptismi est ab omni culpa & pœna absoluere: sed hoc non accidit recedente fictione, quia a pœna peccatorum, quę post baptismum commisit, non absoluitur, aliàs esset maioris efficaciæ in ficte accedentibus, quàm in aliis, quibus ad deletionem sequentium peccatorum baptismus non operatur. ergo recedente fictione baptismus non habet suum effectum.

¶ 3 Præt. Sicut aliquis ficte accedit ad baptismum, ita etiam ad eucharistiam; sed recedente fictione eucharistiæ effectũ non percipit qui prius fictus accesserat. ergo nec etiam recedente fictione aliquis baptismi effectum percipit.

SED CONTRA. Remota causa, remouetur effectus: sed causa impediens effectum baptismi erat fictio. ergo remota fictione baptismus effectum suum habebit.

¶ 2 Præt. Cuilibet culpæ in statu viæ potest remedium adhiberi: sed contra originalem culpam non est aliud remedium, quàm baptismus. ergo cum ficte accedentibus originale non remittatur, oportet baptismum iterari, si recedente fictione baptismus effectum suum non haberet, quod est inconueniens, & hæreticum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd duplex est effectus baptismi. Primus est res, & sacramentum, scilicet character. Et quia character non imprimitur ad præparandum hominis voluntatem, vt aliquid bene fiat, cum nõ sit habitus, sed potentia, vt dictum est: ideo hunc effectum voluntatis indispositio non impedit, dummodo aliqualis sit voluntas recipiendi sacramentum. Alius effectus est, qui est res, & non sacramentum, scilicet gratia, & quæ ad ipsam cõsequuntur, per quæ hominis voluntas præparatur vt bene velit, & bene cooperetur: & ideo ad hunc effectum percipiendum non sufficit quælibet voluntas sacramentum recipiendi, sed requiritur voluntas talis, a qua remoueatur omnis indispositio contraria gratiæ baptismali, quia contraria non se compatiuntur: vnde manente contraria dispositione, baptismus vltimum suũ effectum habere non posset.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatum originale eo ipso ꝙ non est d voluntarium voluntate huius personę, habet ꝙ in voluntate, in qua vltimus effectus baptismi effici debet, indispositionem aliquam non causat, & ideo effectum baptismi impedire non potest. D. 1006.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de ratione voluntatis est, vt cogi non possit, & ideo non est similis ratio de indispositione voluntatis, & aliarum rerum naturalium, quæ per violentam F actionem agentis dispositiones contrarias admittunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in his quæ ad esse naturæ spectant, quædam deus operatur mediantibus rebus naturalibus; quædam autem sibi reseruauit: ita etiam in aliis quæ ad gratiam pertinent, quædam operatur mediantibus sacramentis, quædam autem immediate operatur: & quandoque præter legem naturæ, sicut & miracula facit præter rationes seminales, seu naturales: & de huiusmodi est permutatio voluntatis eorum, qui gratiæ contrariam voluntatẽ habent non solum habitu, quod quandoque contingit in his qui non ficte accedunt se ad gratiam disponentib⁹, quam in ipso momento baptismi consequuntur, sed etiam eorum qui contrariam actu voluntatem habẽt, sicut d de Paulo accidit, Act. 10.

Cuius rei baptismus, qui datur iam iusto, sit sacramentum.

SI quæritur cuius rei baptismus ille sit sacramentum, qui datur iam iusto. Dicimus sacramentum esse, & rei quæ præcessit, idest, remissionis ante per fidem datæ, & remissionis temporalis pœnæ, siue peccati, si habetur quod interim committitur, & nouitatis, ac omnis gratiæ ibi præstitæ. Omnis etenim rei signum est, cuius causa est. Nec mireris rem aliquando præcedere sacramentum, cum aliquando etiam longe post sequatur: vt in illis qui ficte accedunt, quibus cum post pænituerint, incipiat baptismus prodesse, in quibus fuit G baptismus sacramentum huius sanctificationis, quam pænitendo habent. Sed si numquàm pæniterent, nec a figmento recederent, cuius rei sacramentum esset baptismus ab illis susceptus? Potest dici, rei quæ ibi fieret, si eorũ enormitas non impediret.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd ad hoc quòd aliquis alicuius agentis effectum percipere debeat, oportet quòd se habeat in debita dispositione ad causam agẽtem, & ad effectum percipiendum: & ideo indispositio voluntatis quæ effectum vltimum baptismi impedit, est duplex. Vna H secundum ordinem ad ipsum sacramentum: alia secundum ordinem ad effectum sacramenti. Ad ipsum autem sacramentum contingit voluntatem esse indispositam dupliciter. Vno modo, per subtractionem necessarij: alio modo, per positionẽ contrarij. Quia autem omnis actio est per contactum, ideo necessarium est ꝙ recipiens sacramentum quodammodo contingat ipsum: & per intellectum, quem quidem contactum facit fides: & per affectum, quem cõtactum facit deuotio: & ideo indispositus reputatur & qui non credit, & qui indeuotus accedit. Similiter autem duplex est contrarium, quod subtrahi oportet. Vnum est ex parte eorum quæ exterius aguntur, & sic indispositus est qui aliter celebrat. Aliud est ex parte virtutis intrinsecæ, quæ secretius operatur salutem, & sic indispositus est qui contemnit. Similiter autem per comparationem ad effectum baptismi, oportet quòd disponatur aliquis adhibendo necessarium, scilicet fidem, quæ cor purificat, & quod remoueat contrarium, scilicet peccatum per contritionem: I & ideo Ambros. dicit, quòd non sunt necessaria ex hac parte, nisi fides, & contritio, tamen contritio etiam in deuotione includitur.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd fictio proprie est cum aliquis aliquid ostendit dicto, vel facto, quod non est in rei veritate. Hoc autem contingit dupliciter. Vno modo, quando ex hac intentione aliquid dicitur, vel fit vt aliud ostẽdatur quàm rei veritas habet, & tunc fictio est speciale peccatum, & sic non accipitur hic. Alio modo, quando aliquid ostenditur, quòd rei veritas non habet dicto, vel facto, etiam si non propter hoc dicatur vel fiat, & sic accipitur hic fictio. Quicumque enim ad baptismum accedit, ostendit se veteri vitæ abrenunciare, & nouam inchoare: vnde si voluntas eius adhuc in vetustate vitæ remaneat, aliud ostendit quàm sit in rei veritate, & ideo est fictio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in sacramentis præcipue fides operatur, per quam sacramenta quodammodo continuantur suæ causæ principaliter agenti, & etiam ipsi recipienti: & K ideo defectus fidei specialius pertinet ad fictionem, quæ est in sacramentis, quàm defectus aliarum virtutum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ deuotio hic accipitur voluntas consequendi baptismum totaliter & quantum ad sacramentum, & quantum ad rem sacramenti, & huius deuotionis defectus non potest sine peccato mortali esse: quàmuis defectus cognitionis, prout importat feruorem charitatis in reuerẽtia dei, & diuinorum, possit esse sine peccato mortali.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aliter celebrans quandoque non variant ea quæ sunt de essentia sacramenti, & tunc confertur sacramentum: sed non consequitur aliquis rem sacramenti, nisi suscipiens sacramentum sit immunis a culpa aliter celebrantis.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ non loquimur hic de contẽptu quo aliquis abiicit sacrm nõ recipiens ipsum, sed quo aliquis paruipẽdit non æstimans in eo esse efficaciam ad saluandum.

AD SE-

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd in baptismo imprimitur character, qui est immediata causa disponens ad gratiam: & ideo cum fictio non auferat characterem, recedente fictione quæ effectum characteris impediebat, character, qui est præsens in anima, incipit habere effectum suum: & ita baptismus recedente fictione, effectum suum consequitur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd baptismus non habet efficaciam solũ ex opere operante, sed magis ex opere operato, quod est opus dei, & non hominis: & ideo non potest esse mortuũ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus recedente fictione habet illũ effectum quẽ prius habuisset, si fictio non fuisset: & ideo peccata præcedentia baptismum remittit & quo ad culpam, & quo ad pœnam: sed peccata sequentia remittuntur virtute contritionis, quæ fictionem amouet quantum ad culpam, sed non quantum ad pœnam totaliter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in Eucharistia non imprimitur character, cuius virtute possit aliquis virtutem sacramẽti percipere fictione recedente, & ideo non est simile.

Si paruulis datur in baptismo gratia, qua possunt in maiori ætate proficere.

SOLET etiam quæri, si paruulis in baptismo datur gratia, qua cum tempus habuerint vtendi libero arbitrio, possint velle & currere. De adultis enim qui digne recipiunt sacramentum, nõ ambigitur quin gratiam operantem & cooperantem perceperint, quæ in vacuum eis cedit, si per liberum arbitrium post mortaliter deliquerunt, qui merito peccati gratiam appositam perdunt. Vnde dicuntur contumeliam Spirituisancto facere, & ipsum a se fugare. B De paruulis vero, qui nondum ratione vtũtur, quæstio est, an in baptismo receperint gratiam, qua ad maiorem venientes ætatem, possint velle, & operari bonum. Videtur quòd non receperint, quia gratia illa charitas est,

ARTICVLVS III.

c Vtrum præter baptismum fluminis debeant alia baptismata esse.

3. q. 66. art. 11. & 12. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd præter baptismum fluminis non debeant alia baptismata esse. In omnibus enim quæ sunt vnius speciei est vnus modus generationis: sed baptismus est regeneratio in vitam spiritualem, quæ est vnius rationis in omnibus generatis. ergo non debet esse regeneratio, nisi vnius modi, & ita tantum baptismus fluminis.

¶ 2 Præt. Baptismus condiuiditur contra alia sacramenta nouæ legis: sed alia sacramenta non multiplicantur, non enim sunt plures confirmationes, neque plura sacerdotia, & sic de aliis. ergo præter baptismum etiam fluminis non debet esse aliquod baptisma.

¶ 3 Præt. Sacramentum est genus baptismi: sed alia quæ dicuntur baptismata non sunt sacramenta, quia non seruatur debita forma, & debita materia. ergo non sunt baptismata.

SED CONTRA est, quòd Dam. determinat in 4. lib. cap. 10. plura genera baptismatum.

¶ 2 Præt. Hæb. 6. super illud, Baptismatum doctrinæ, dicit glo. plura dicit, quia est baptisma aquæ, pænitentiæ, & sanguinis. ergo sunt plura genera baptismatum.

II VLTERIVS. Videtur quòd pænitentiæ baptismus non sufficiat ad salutem. Character enim baptismalis videtur esse de pertinentibus ad salutem, eo quòd per ipsum distinguitur populus dei a non populo dei: sed per baptismum pænitẽtiæ non imprimitur character. ergo non sufficit ad salutem.

¶ 2 Præt. Posita causa sufficiente superfluum videtur aliam causam addere. si ergo baptismus pænitentiæ ad salutem sufficeret necessitate imminente, tunc aliquis necessitatis articulum euadens, non deberet baptismo aquæ baptizari, quod falsum est.

¶ 3 Præt. Aetas puerilis magis est ad misericordiam inclinãs, quàm ætas perfecta, vt patet per glos. Rom. 5. super illud, Vix pro iusto quis moritur &c. sed pueris non remittitur peccatum originale pro sola fide, & contritione aliorum, nisi baptismus aquæ eis adhibeatur. ergo videtur ꝙ nec adultis remittatur originale & actuale simul sine baptismo aquæ.

SED CONTRA. Salus hominis cum sit de maximis bonis, non potest homini inuito auferri: sed in potestate hominis est impedire alium ne baptizetur baptismo aquæ. ergo sine baptismo aquæ per solam fidem & cõtritionem potest esse salus.

¶ 2 Præt. Rom. 6. dicitur, Gratia dei vita æterna: sed contritio non est sine gratia. ergo qui habet fidem, & contritionem etiã A sine baptismo aquæ saluatur.

III VLTERIVS, Videtur quòd baptismus sanguinis non suppleat vicem baptismi aquæ. Baptismus enim aquæ habet efficaciam ex opere operato: baptismus autem sanguinis solũ ex opere operante, vnde sine charitate non prodest, vt dicitur 1. Corinth. 13. sed in pueris nihil habet efficaciam ex opere operãte, quia vsum liberi arbitrij non habent. ergo in eis baptismus sanguis non supplet vicem baptismi aquę.

¶ 2 Præt. In baptismo sanguinis non est nisi pœna, & causa: sed pœna quandoque non est proportionata ad tollendam tantam pœnam debitam pro peccatis, nec etiam deuotio ad causam passionis, cum quibus ꝓ deo patitur, ad hoc sufficeret. ergo baptismus sanguinis non semper totam pœnam debitam pro peccatis tollit, & ita non supplet in omnibus vicem baptismi aquæ. * Hebr. 10.

¶ 3 Præt. Alia multa sunt genera supererogationum sicut virginitas, cui etiam debetur aureola, & doctrina, & huiusmodi: sed hæc non supplent locum baptismi. ergo nec martyrium, C vt videtur.

SED CONTRA est, quod Augus. dicit de Cypriano, quòd siquid in eo purgandum erat, passionis falce ablatum est. ergo baptismus sanguinis purgat vniuersaliter, & etiam supplet locum baptismi aquæ. De baptis. contra Donatist. li. 1. cap. 18. in fine.

¶ 2 Præt. Baptismus aquæ efficaciam habet ex passione Christi, cui nos conformat: sed similiter baptismus sanguinis nos passioni Christi conformat. ergo supplet vicem baptismi.

IIII 3. q. 66. artic. 12. VLTERIVS. Videtur quòd baptismus aquæ sit potior quàm baptismus sanguinis. Baptismus enim sanguinis efficaciam habet ex opere operante illius qui patitur: baptismus autem aquæ ex passione Christi. cum ergo passio Christi sit efficacior, quàm opus operans alicuius puri hominis, baptismus aquæ nobilior erit quàm baptismus sanguinis.

¶ 2 Præt. Per baptismum aquæ datur homini gratia, per quam debetur ei aurea: sed per baptismum sanguinis debetur homini aureola. ergo cum aurea sit nobilior quàm aureola, & D baptismus aquæ erit nobilior quàm baptismus sanguinis.

SED CONTRA est, quod dicitur in glos. Iudi. 6. super illud. Tolle vitulum &c. Baptismus in sanguine puriores reddit quàm baptismus aquę.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd proprie loquendo, vnum est tantum baptisma, quod in aqua celebratur sub determinata forma verborum, de qua dominus dicit Matth. vlt. Docete omnes gentes baptizantes eos &c. Alia autem dicuntur baptismata per ordinem ad illud baptisma, & hoc tripliciter. Primo, dicitur aliquid baptisma quasi signum huius baptismi, & sic diluuium dicitur baptismus inquãtum signat nostrum baptismum, quantum ad saluationem spiritualis vitæ ex saluatione humani generis tunc facta in archa, vt patet 1. Petr. 3. & transitus maris rubri qui signat baptismũ nostrum quantum ad liberationem a seruitute dæmonum, vt dicitur 1. Cor. 10. & ablutiones quæ fiebant in lege, quæ signãt E nostrum baptisma quãtum ad purgationem peccatorum, quæ in ipso fit. Alio modo, dicitur baptisma quasi causa aliqua nostri baptismi, & sic baptismus Ioannis dicitur baptisma, vt disponens ad nostrum baptisma: & baptisma quo Christus baptizatus est, vt dans efficaciam nostro baptismo. Alio modo, dicitur aliquid baptismus secundum proportionem ad eundem effectũ, & sic dicitur baptismus pænitentiæ, & baptismus sanguinis, de quibus magister hic loquitur: vel quantum ad effectum secundarium, qui est consummatio in bono, & sic dicitur baptismus spiritus, de quo dicitur Act. 1. & hæc nouem genera baptismatum ponit Damas. sed magister hic tangit illa tantum, quæ habent conuenientiam cum sacramẽto baptismi in principali effectu. De fide orthod. lib. 4. cap. 10.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus sanguinis, & baptismus pænitentiæ habent vim eandem regenerandi cũ baptismo aquæ, quia baptismus sanguinis & pænitẽtiæ non valent ad regenerationem, nisi ei qui habet baptismum aquæ.

aquæ in proposito, scilicet quando articulus necessitatis, non contemptus religionis sacramentum excludit, vt in litera dicitur, & sic quodammodo agunt in vi baptismi aquæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd alia sacramenta non sunt tantæ necessitatis sicut baptismus: & ideo non oportuit quòd haberent aliqua supplentia, cum articulus necessitatis sacramentū excludit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd duo baptismata, de quib⁹ magister facit mentionem in litera, non conueniunt cū baptismi sacramento in signando, sed solum in causando, ideo nō ꝓprie possunt dici sacramenta: propter quod in litera dicitur, quòd tales suscipiunt rem sacramenti sine sacramento.

& fides quæ voluntatem præparat & adiuuat. Sed quis dixerit eos accepisse fidem, & charitatem? Si vero gratiam non receperint, qua bene operari possunt cum fuerint adulti, non ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data, nec per illam possunt modo boni esse, G nisi alia addatur, quæ si non additur, non est ex eorum culpa, quia iustificati* sunt a peccato. Quidam putant gratiam operantem, & cooperantem cunctis paruulis in baptismo dari in munere non in vsu, vt cum ad maiorem venerint ætatem ex munere sortiantur vsum, nisi per liberum arbitrium vsum generis extinguant peccando: & ita ex culpa eorum est, non ex defectu gratiæ, quòd mali fiunt, qui ex Dei munere valentes habere vsum bonum, per liberum arbitrium renuerunt, & vsum prauum elegerunt.

*Aliàs non sunt.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd aliquid dicitur ad salutem sufficere dupliciter. Vno modo, simpliciter & absolute, & sic baptismus pænitentiæ sine baptismo aquæ non sufficit ad salutem. Alio modo, secūdum quid & in casu, & sic sufficit, quando articulus necessitatis sacramentum excludit ne actu percipi possit. Tunc enim quàmuis sit pænitentia sine baptismo in actu, est tamen cum desiderio & proposito baptismi: & voluntas pro facto reputatur ei, qui non habet tempus operandi.

Ad primum ergo dicendum, quòd eadem ratio est de charactere baptismali, & de ablutione aquæ exteriori, quia vtrumque simpliciter est necessarium ad salutem: sed in casu sufficit propositum, quando articulus necessitatis sacramentum excludit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procederet bene, si baptismus pænitentiæ esset simpliciter & absolute ad salutem sufficiens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis puerorum ætas sit magis mirabilis, tamen oportet, si saluari debeant, quòd in eis aliqua causa salutis sit. Et quia per proprium motū liberi arb. saluari non possunt, oportet quòd per sacramentum baptismi saluentur. Plus enim valet adulto fides propria, quàm paruulo fides aliena. Quòd enim aliquando fides aliena puero ad salutem sufficiebat cum aliqua protestatione, hoc erat inquantum illa protestatio habebat vim sacramenti, quam nunc habet baptismus aquæ.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd baptismus aquę efficaciam habet a passione Christi inquantum eam sacramentaliter repræsentat: baptismus autem sanguinis passioni Christi conformat realiter, non sacramentali repræsentatione: & ideo in his quæ sacramentalia sunt, baptismus sanguinis non supplet vicem baptismi aquæ, sicut est impressio characteris, & huiusmodi: sed in eo quod est res tantum, supplet totaliter vicem baptismi aquæ, quando articulus necessitatis sacramentum excludit. Sicut enim in baptismo aquæ liberatur homo ab omni culpa præcedente, & pœna, ita in baptismo sanguinis.

Ad primum ergo dicendum, quòd baptismus sanguinis non habet hoc tantum ex opere operante, neq; quantum ad pœnam qua aliquis martyrium explicet, quam contingit non esse sufficientem ad satisfaciendum pro peccato: neq; quantū ad deuotionem iustæ voluntatis, quia contingit quòd voluntate maiori charitate informata, aliquis sine martyrio non potest ab omni pœna liberari, sed hoc habet ex imitatione passionis Christi. Vnde de martyribus dicit Apoc. 7. Lauerūt stolas suas in sanguine agni: & ideo pueri, quis liberū arbit. non habeant, si occidantur pro Christo, in suo sanguine baptizati saluātur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis illa pœna in se cōsiderata, non esset sufficiens ad liberādum ab omni pœna peccati, tamē relata ad causam passionis, accipit efficaciam a passione Christi, cui aliquis per talem pœnam conformatur, & ex hoc ab omni pœna absoluere potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in aliis supererogationis, vel perfectionis operibus, vel statibus non est ita expressa cōformitas ad passionem Christi, sicut in baptismo sanguinis, neque etiam in baptismo pœnitentiæ, & ideo non oportet quòd in eis omnis pœna dimittatur: tamen in vitis Patrum dicitur, quòd quidam Patrum vidit eandem gratiā descendentem super eū, qui habitum religionis assumit, & super eum qui baptizatur: sed

F hoc nō est quia talis a satisfactione absoluat, sed quia eo ipso quòd suā voluntatem etiā in seruitutem redigit propter deū, plenarie iam pro omni peccato satisfecit, quā chariorē habet omnibus rebus mundi, de quibus tantum posset dare, quòd eleemosynis omnia peccata redimeret, etiam quantum ad pœnam.

Ad quartam quæstionem dicendum, quòd vterq; baptismus habet efficaciam a passione Christi, secundum quod ei cōformat. Et quia baptismus aquæ conformat ei sacramentali significatione, baptismus autē sanguinis realiter: ideo quantum ad sacramētalia excedit baptism⁹ aquę, sicut est īpressio characteris, & huiusmodi: sed quantum ad ea quæ sunt hæ res sacramenti, excedit baptismus sanguinis: quia & gratia in baptismo sanguinis magis augetur habenti, & amplior datur non habenti, si impedimentum non adsit: & remissio peccatorum quàmuis non sit plenior, quia vterque omnem pœnam, & culpam tollit, tamen est in baptismo sanguinis efficacior, & fructuosior, quia secundis maculis non inquinatur, vt Dam. dicit. Quod enim quidā dicunt, quòd in baptismo sanguinis gratia non cōfertur, apparet falsum esse in pueris, qui pro Christo occiduntur, & etiam in adultis, quibus potest in ipso actu passionis gratia dari: sicut H & in baptismo aquæ, si se ad eam disposuerint, & obicem aliquem non ponant spirituisancto: & hoc patet per Aug. qui loquens de comparatione horum baptismatum ait. Baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdote, martyr coram persecutore: ille post professionem aspergitur aquæ, hic sanguine: ille per impositionem manus Pontificis recipit spiritumsanctū, hic templum efficitur spiritussancti. Nullus autē efficitur templum spiritussancti, nisi gratiam accipiendo.

Vbi supra. De eccl. dogmat. ca. 74.

Ad primum ergo dicēdum, quòd et baptismus sanguinis efficaciam habet a passione Christi, cui expressius conformat, quàm baptismus aquæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in baptismo sanguinis aliquis non solum aureolam meretur, sed etiam auream per gratiam tunc collatam, vel augmentatam.

EXPOSITIO TEXTVS.

I OMNES *paruuli qui in baptismo &c.* non tamen soli paruuli, sed etiam adulti. Quandoque tamen de paruulis non est dubium, quin recipiant: de adultis autem est, quia per fictionem impediri possent, & ideo de paruulis potius exemplificat. *Nisi pænitoat eum ueteris uitæ &c.* Contra, ergo baptismus non est primum sacramētum, sed pænitentia. Et dicendum, quòd loquitur de pænitentia, prout est virtus, non prout est sacramentum. *Non redire dimissa &c.* hoc qualiter verum sit, infra dist. 22. dicetur. *Induunt homines Christum aliquando &c.* Induere Christum nihil aliud est quàm Christi similitudinem assumere, quod contingit exterius per sacramentalem repræsentationem, & interius per realem imitationem. *Nec tantum passio uicem baptismi &c.* contritio non totaliter supplet, quia non semper a tota pœna absoluit, quàmuis absoluat ab omni culpa. *Neque enim ille latro &c.* K Contra est quod Hieronymus dicit, quòd Christus homicidij pœnam in illo latrone fecit esse martyrium. Et dicendum, quòd habuit aliquid de martyrio, scilicet pœnam, & iustam voluntatem: & aliquid defecit ad martyrium, scilicet causa, sicut in innocentibus defuit iusta voluntas, sed fuit pœna, & causa. *Quem regeneraturus eram amisi.* amisisse se eum dicit, quia gaudium, & meritum quod de baptizatione eius habiturus erat, amisit differens baptismum eius vsque ad solemne tēpus secundum morem ecclesiæ, qui tūc erat: vel vsque ad perfectam instructionem. Ille autem gratiam baptismi non amisit, quia cum desiderio eius decessit, & hoc est verum quātum ad remissionem culpæ, sed non quantum ad remissionem omnis pœnæ. *Vbi tota sacramenta baptismi &c.* verum est quantum ad id quod est tantum res in sacramento. *Aeterno suppliciis puniendos.* Supplicium impropriè nominat pœnam damni, quā solam pueri sustinebunt, vt in 2. lib. dist. 33. dictum est. *Quia fidelium consortio non separantur &c.* orationes tamen illæ non sunt pro eis suffragia, sed gratiarum actiones.

q. 1. arti. in corp. — In epist. ad Paulin. in fine — q. 1. arti. per totum.

DIVI

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de baptismo per comparationem ad recipientes, hic determinat de ipso per comparationem ad dantes: & diuiditur in duas partes. In prima, ostendit a quibus dari possit baptismus. In secunda, a quibus, & qualiter dari debeat. 6. distinct. *Nunc quibus liceat baptizare &c.* Prima in tres. In prima, ostendit a quibus dari possit baptismus, quia a bonis, & a malis. In secunda assignat huius rationem, ibi. *Quia ministerium tantum habent &c.* In tertia remouet quandam dubitationem, ibi. *Hic quæritur, si potestas baptismi &c.*

DISTINCTIO V.

A

Quòd baptismus aquæ sanctus est, a bono & a malo datus bono, uel malo.

POST hæc sciendum est, sacramentum baptismi a bonis & a malis ministris dari, sicut a bonis & a malis sumitur: nec melior est baptismus, qui per meliorem datur, nec minus bonus, qui per minus bonum datur, nec malus, qui per malum datur: nec maius munus datur in baptismo dato a bono, nec minus in baptismo dato a malo, sed æquale: quia non est munus hominis, sed Dei. quod totum subditis declaratur testimoniis. Augustinus ait. Baptismus talis est, qualis est ille, in cuius potestate datur, non qualis est ille, per cuius ministerium datur. B Item. Prorsus fieri potest, vt aliqui verum habeant baptisma, & non habeant veram fidem. Item. Si inter bonos ministros, cū sit alius alio melior, nō est melior baptism⁹ qui ꝑ meliorē dat, nullo modo malus est, qui etiā per malū datur, qa idē baptism⁹ datur: & ideo ꝑ mini

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De potestate baptizandi.
¶ Secunda, De ipsis baptizantibus.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, Quam potestatem Christus secūdum quod homo, in baptizando habuit.
¶ Secundo, Quam ministris contulerit.
¶ Tertio, Quam conferre potuerit, sed non contulit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus secundum quod homo, habuit potestatem dimittendi peccata.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus secundum quod homo, habuit potestatem dimittēdi peccata. Matth. 9. dicitur. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, dixit paralytico. Surge, & ambula: sed non oportebat signum ostēdere ad probandum quòd dominus haberet potestatem dimittendi peccatū: quia hoc Iudæi confitebantur. ergo etiam secundum quod homo, habuit hanc potestatē.

3. par. q. 64. ar. 3.

¶ 2 Præt. Christus secūdum quod homo, est redemptor, vt in 3. dist. 19. dictum est: sed non potest aliquis liberari a seruitute peccati, nisi sibi peccatum dimissum sit. ergo Christus secundum quod homo, habuit potestatem dimittendi peccata.

q. 1. artic. 4. q. 1.

¶ 3 Præt. Super illud Ioā. 5. Sicut pater suscitat mortuos &c. dicit Aug. Iudicat, & suscitat corpora, non pater, sed filius secundum humanitatis dispensationem, qua minor est patre: sed suscitatio corporum attestatur suscitationi animarum, quæ fit per dimissionem peccati. ergo Christus secundū quod homo, potuit peccatum dimittere.

Tracta. 21. circa 9.

¶ 4 Præt. Maius est imperium eius, quàm inuocatio nominis eius: sed ad inuocationem nominis Christi dabatur baptism⁹ & remissio peccatorum in primitiua ecclesia. ergo & ipse Christus suo imperio poterat peccata dimittere.

¶ 2 Præt. Christus amplioris gloriæ præ Moyse habitus est, qa non sicut seruus, vel minister sicut Moyses, est in domo dei, sed sicut dominus & hæres, vt dicitur Heb. 3. sed si non haberet potestatem dimittendi peccatum secundum quod homo, non esset sicut dominus, sed solum sicut minister, sicut & alij. ergo habet potestatem dimittendi peccata.

SED CONTRA. Illud quod est solius dei, non conuenit Christo inquantum est homo: sed dimittere peccatum est huiusmodi, vt patet Esa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. ergo non conuenit Christo.

A ¶ 2 Præt. Nulli dimittitur peccatum, nisi per spiritumsanctū: sed Christus secundum quod homo, non poterat dare spiritū sanctum, vt dist. 15. 1. lib. dictum est. ergo non potest remittere peccata secundum quod homo. q. 5. arti. 1. q. 4.

¶ 5 Prēt. Aug. dicit super Ioā. quòd Christus secundum quod est filius dei, est vita quę viuificat aīas: sed quod conuenit sibi inquātum est filius dei, nō competit ei secundum quod homo. ergo viuificare animas remittēdo peccata, nō competit ei secūdū quod homo.

Cap. 5. tractā. 21. to. 9. — Super Ioā. c. 1. tract. 5.

RESPON. Dicendum, quòd triplex est potestas absoluēdi a peccato in baptismo. Vna, potestas authoritatis, & hæc solius dei est, quia propria virtute peccata dimittit, quasi principalis cā remissionis peccati: vnde tali potestate Christus secundum quod homo, peccata remittere non poterat. Alia potestas est ministerij, quæ eis competit, qui sacramenta dispensant, in quibus diuina virtus secretius operatur salutem. Tertia est media inter has duas, quæ dicitur potestas excellentiæ, & hanc Christus præ aliis habuit. Attenditur autem hæc excellentia quantum ad tria. C Primo, quantum ad hoc, quòd ex merito passionis eius baptismus efficaciam habet, non autem ex merito alicuius alterius baptizantis: vnde non est melior baptismus a meliore baptizante datus. Secundo quantum ad hoc, quòd Christus sine sacramento sacramentorum effectum conferre poterat quasi dominus, & institutor sacramentorum, quod de aliis non est verum. Tertio, quantum ad hoc, quòd ad inuocationem nominis eius dabatur remissio peccatorum in baptismo in primitiua ecclesia. Sed quia secundæ rationes videntur procedere de prima potestate, ideo concededendæ sunt illæ, & respondendum est ad primas.

De consec. dist. 4. c. baptismus, & c. si inter.

Ad primum ergo dicendum, quòd filius hominis habebat potestatem authoritatis dimittendi peccata non secundum quod homo, sed secundum quod deus: & ideo per miraculum ostensum hic probatur, quòd ille homo esset deus, cui natura obediebat quasi proprio creatori.

D ¶ Ad secundum dicendum, quòd redemptor dicitur dupliciter. Vno modo, propter vsum potestatis authoritatiuę in absoluendo a peccato, & sic Christus secundum quod deus redemptor est. Alio modo, propter effectum humilitatis, & sic competit ei secundum quod homo inquantum per humilitatem passionis nobis remissionem meruit peccatorum, & hoc pertinet ad potestatem excellentiæ, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd potestas quam Christus secundum quod homo habuit suscitandi corpora, non est potestas tantum ministerij, sicut & Petrus mortuos suscitauit: neque est iterum potestas authoritatis, quia hoc solius dei est, sed est potestas cuiusdam excellentiæ, quæ ei competit ex vnione ad deum, vt scilicet imperio, non prece mortuos suscitaret, & similiter habuit potestatem excellentiæ in remittendo peccata.

E ¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc, quòd ad inuocationem nominis eius cōferebatur remissio peccatorum in baptismo, pertinet ad potestatem excellentiæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non habuit tantum ministerij potestatem, sed altiorem, vt dictum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus ministris contulerit potestatem cooperandi ad interiorem emundationem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ministris contulerit potestatem cooperandi ad interiorem emūdationem. Ministris enim data est aliqua spiritualis potestas: sed ad emundationem corporalem non requiritur aliqua spiritualis potestas, sed sufficit corporalis. ergo ministri cooperantur ad emundationem interiorem.

Vbi supra, art. 4.

¶ 2 Præt. Sicut sanctificatio quædam adhibetur rebus sacramentalibus, ita etiam & ministris sacramẽtorum: sed res sacramentales ex sanctificatione inuisibilem gratiam continent, & conferunt, secundum Hug. de sanct. Vict. ergo ministri sanctificati in sua sanctificatione ad interiorem emundationem, quæ est per gratiam, operantur.

Lib. 1. de sacramentis, par. 9. ca. 2.

¶ 3 Prӕt. Inter creaturas dignior est creatura rationalis quàm aliqua forma actualis: sed gratia operatur interius ad peccati remissionem. ergo & homo multo fortiꝰ habet potestatem interius cooperãdi.

Aug. super Io. c. 1. tracta. 6. to. 9.

Idem Aug. super Ioã. c. 1. tract. 5. vltra med. tom. 9.

¶ 4 Præt. Omnis actio alicuius formæ attribuitur habenti formam illã, quia calor agit secundum calidum: sed remissio culpæ est actio gratię. ergo habenti gratiã competit cooperari ad remissionem culpæ.

stros dispares Dei munus est æquale, quia non illorum, sed eius est. Idem. Cum baptizat malus, illud quod datum est, vnum est, non impar propter impares ministros, sed par & æquale propter hoc, Hic est qui baptizat. Item. Ego dico, & nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse, per quos baptizatur, iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti si volunt. Si autem noluerint esse iusti qui sedent in cathedra Moysi, securũ me facit magister meus, scilicet Christus, de quo Spiritussanctus dicit, Hic est qui baptizat.

Part. 1.

¶ 5 Præt. Dion. 6. ca. eccles. hier. Ad ministros ecclesiæ pertinet purgare, illuminare, perficere: sed purgatio in ecclesia fit a sordibus mentis. ergo ministri ecclesiæ cooperantur ad interiorem emundationem.

SED CONTRA. Emundatio interior a peccatis fit per spiritumsanctum: sed ministri ecclesiæ non dant spiritumsanctum. ergo nec cooperantur ad interiorem emundationem.

Aug. super Ioan. c. 14. tract. 72.

¶ 2 Præt. Maius est iustificare impium, quàm creare cælum & terram: sed in creatione cæli & terræ nihil deo cooperatur. ergo nec in iustificatione impij.

De cæl. hierar. cap. 9. q. 1. arti. 5. ad 7.

¶ 3 Præt. Hominis operatio etiam in actibus hierarchicis est sub operatione angeli, vt dicit Diony. sed angeli non possunt imprimere in affectum, vt in 2. lib. dist. 8. dictum est. ergo cum affectum oporteat a peccatis mundari, videtur ꝙ nec cooperetur ad emundationem interiorem.

Aris. 2. physic. text. cõ. 29. & 5. meta. t. cõ. 2.

RESPON. Dicendum, quòd cooperari alicui agenti dicitur quatuor modis. Vno modo, sicut adiuuans, ei cui auxiliũ præbet, cooperatur. Alio modo, sicut consiliũ præbens. Tertio mõ, sicut quo mediante agens primum suum effectũ inducit, sicut cooperantur instrumenta principali agenti. Quarto modo, sicut disponens materiam ad effectum agentis principalis suscipiendum. Primis ergo duobus modis in nulla actione aliquid deo cooperatur propter perfectam eius potentiam; quæ auxilio non indiget, & propter perfectam sapientiam, quę non indiget consilio, Esa. 40. Quis adiuuit spiritum domini? aut qs consiliarius eius fuit? Sed tertio modo cooperatur aliqua creatura deo in aliqua actione, non tamen in omnibus. Cũ enim deus sit primum agens omnium naturalium actionum, quicquid natura agit, hoc efficit quasi instrumentale agens cooperans primo agenti; quod est deus: sed quædam sunt, quæ sibi deus retinuit immediate ea operans, & in his creatura deo nõ cooperatur hoc tertio modo, sed quarto modo potest ei cooperari: sicut patet in creatione animæ rationalis, quam immediate deus producit, sed tamen natura disponit materiam ad animæ rationalis receptionẽ. Et quia recreatio animæ rationalis creationi ipsius respondet, ideo emundationi ipsius immediate operatur: nec aliquis ei quantum ad hoc cooperatur tertio modo, sed quarto, & hoc dupliciter, vel ex opere operante siue docẽdo, siue merendo, & sic homines ei cooperantur in peccatorum remissionem, de quibus dicitur 1. Cor. 3. Dei adiutores sumus: uel ex opere operato, sicut qui conferunt sacramenta, quæ ad gratiam disponunt, per quam fit remissio peccatorum: & hæc est cooperatio ministerij, quæ ministris ecclesiæ competit, de quibus dicitur 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi &c.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ potestas spiritualis, quæ ministris ecclesiæ conceditur, ad aliquid interius se extendit, sicut virtus sacramentalis, sed non ad collationem gratiæ, per quam est remissio peccatorum, nisi dispensando, sicut & de sacramentis dictum est: vnde patet solutio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gratia non remittit culpam effectiue, sed formaliter, sicut albedo aufert nigredinem: & ideo non sequitur quòd creaturæ rationali competat, quæ non est forma.

F ¶ Ad quartum dicendum, quòd est duplex operatio formæ alicuius, scilicet prima, quæ pertinet ad informationem subiecti: & secunda, quæ dicitur vsus, vel actio, sicut considerare. Primam ergo operationem non participat habens formam, sed solum secundam: remittere autem culpam competit gratiæ quãtum ad operationem primam: sicut albedo eadem ratione, qua facit album, & aufert nigredinem a subiecto in quo est: & ideo non oportet, quòd habens gratiam, hoc per gratiam participet.

Ibidẽ parum post.

¶ Ad quintum dicendum, quòd purgatio, de qua Dionys. loquitur, est a tenebris ignorãtiæ, sicut ipsemet dicit: vnde magis pertinet ad intellectum, quàm ad affectum.

Ibidẽ parum post.

Cap. 6. eccl. hierar.

G Item, Quos baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Si quos ergo baptizauit ebriosus, homicida, adulter, si Christi erat baptismus, Christus baptizauit. Non timeo adulterum, nec ebriosum, nec homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur, Hic est, qui baptizat. Item, Homicida dedit baptismum Christi, quod sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrante polluatur. Item, Si in heresi quacumque, vel schismate quisquàm in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti baptismi sacramentum accepe-

H

ARTICVLVS III.

c Vtrum ministris conferri potuerit a Deo potestas cooperationis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ministris conferri potuit a deo potestas cooperationis. Super illud Io. 1. Hic est qui baptizat, dicit Aug. ꝙ Ioan. dicit, ꝙ potestatem mundandi a peccatis Christus dare potuit, sed non dedit: dedit autem potestatem ministerij. ergo videtur ꝙ potuerit dare potestatem cooperationis.

¶ 2 Præt. Maior est potestas authoritatis, quàm cooperationis: sed super illud 1. Cor. 1. Diuisus est Christus? dicit glos. ꝙ potuit eis dare potestatem baptizandi, quibus contulit ministerium. ergo multo fortius potuit cooperationem interius emundandi.

¶ 3 Præt. Plus est expellere dæmonem, quàm seminatum per ipsum, scilicet peccatum: sed deus dedit hominibus potestatẽ dæmones expellendi, vt patet Luc. 10. ergo multo fortius potuit dare potestatem expellendi peccatum.

I SED CONTRA. Omne agens oportet ꝙ sit simul cum patiente, vt probatur in 7. phys. sed non potest conferri alicui creaturæ, ꝙ illabatur in animam rationalem. ergo non potest conferri ꝙ cooperetur ad interiorem emundationem.

¶ 2 Præt. Gratia est quædam inchoatio gloriæ: sed non potest alicui creaturæ communicari, ꝙ ab ipsa sit gloria, sicut neque quòd sit summum bonum. ergo potestas cooperationis ad gratiam habendam, per quam fit peccatorum remissio, homini conferri non potuit.

II VLTERIVS. Videtur quòd nec potestas excellentiæ: quia Matth. 25. dicitur, ꝙ dedit vnicuique secundum propriã virtutem: sed non dedit potestatem excellentiæ, nisi soli Christo. ergo non potuit aliis conferri.

K ¶ 2 Præt. Potestas excellentiæ competit Christo, secundum quod meritum eius operatur ad remissionem omnium peccatorum, vt dictum est, sed hoc non competit Christo, nisi secundum quod eius meritum habet quandam infinitatem, vt in 3. lib. dictum est. cum ergo habere efficaciam infinitam in merendo, non possit alicui creaturæ puræ conferri, videtur ꝙ nec potestas excellentiæ.

¶ 3 Præt. Potestas excellentiæ competit Christo secundum quod est caput ecclesiæ, de cuius plenitudine omnes accipimus: sed hoc cõpetit ei, quia est vnigenitus a patre, vt dicitur Io. 1. ergo nulli puræ creaturæ communicari potuit.

SED CONTRA. Quicquid competit Christo secundũ quod homo, potest & alij homini communicari: sed potestas excellentiæ, vt dictum est, competit Christo secundum quod homo est, ergo potest aliis omnibus communicari.

¶ 2 Præt. Ad potestatem excellentiæ pertinet, quòd ad innocationem nominis Christi remissio peccatorum in baptismo detur: sed potuit etiam hoc deus conferre Petro, vel Paulo, vt ad inuocationem nominis eius baptisma conferretur, vt dicit glos. 1. Corinth. 1. ergo potestas excellentiæ potuit aliis conferri.

VLTI-

III VLTERIVS. Videtur quòd potentia creandi potuerit creaturæ cõmunicari. Plus enim deus potest facere, quàm homo possit intelligere, quia non est impossibile apud deum omne verbum, vt dicitur Luc. 1. sed quidam philosophi posuerũt in aliquibus creaturis potentiam creandi, sicut Auic. qui dicit, ꝙ intelligentia prima producit secundã, & sic deinceps. ergo deꝰ posset hoc creaturæ communicare.

¶ 2 Præt. Nihil potentiæ diuinæ absolute acceptæ subtrahẽdum est, quod in se contradictionẽm non implicat, vel defectum: sed ꝙ aliqua creatura habeat potentiã creandi, hoc nullam contradictionem implicat, vt videtur: neq; in aliquem defectũ sonat, immo magis in perfectionem diuinam, quia perfectum est, quod potest alterum facere quale ipsum est, vt dicitur in 4. meta. & non sic ponit imperfectionem in deo, ꝙ ipse creator alios creatores constituat. ergo hoc potentiæ eius subtrahendum non est.

rit, integrum sacramentum accepit: sed salutẽ, quæ virtus est sacramenti, non habebit, si extra Ecclesiam catholicam ipsum sacramentum habuerit. Debet ergo ad Ecclesiã redire, non vt sacramentum baptismi iterum accipiat, quod nemo debet in aliquo repetere, sed vt in societate catholica vitam accipiat. Baptismus enim extra Ecclesiam nequit prodesse. Ibi enim cuique prodesse potest baptismus, vbi potest prodesse eleemosyna, scilicet in Ecclesia. Item Isidorus. Romanus Pontifex nõ hominem iudicat qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat. In his perspicue cernis baptismũ verum bonis & malis dari, & a bonis & a malis: & ipsum tamen æque sanctum esse, & munus eius æquale in bonis siue a bonis, siue a malis baptizantur.

B

De potestate baptismi, & ministerio.

QVIA ministerium tantũ habent, nõ potestatẽ baptismi: potestatẽ [b] enim sibi retinuit. Quod nouit Ioannes vt dictum est.

De sacramento baptismi. Et habetur de consecr. di. 4. c. Romanus.

Com. 19. & 3. de ãia, com. 34.

C ¶ 3 Prӕt. Forma est nobilior quàm materia: sed aliquibus creaturis collatum est, vt possint producere formas. ergo & potuit creaturę conferri, vt possit producere materiam, & hoc est creare. ergo potentia creandi creaturæ communicari potuit.

¶ 4 Præt. Quanto est maior resistentia, tanto est maior difficultas in actione: sed contrarium magis resistit actioni, quàm non ens, quod non potest agere. si ergo creaturæ collatum est, vt possit aliquid ex contrario facere, multo fortius potuit ei cõferri, vt possit aliquid ex non ente facere, quod est creare.

SED CONTRA. Creaturæ non potest cõferri, ꝙ habeat potentiam infinitam, cum sit essentiæ finitæ: sed creatio est opus potentiæ infinitæ, quod patet per distantiam infinitam, quæ est inter ens & non ens. ergo potentia creandi creaturæ communicari non potuit.

¶ 2 Præt. Creatori debetur latria: sed hoc non potest creaturæ communicari, vt ei latria debeatur, sicut nec ꝙ sit deus. ergo creaturæ non potest communicari potentia creandi

D ¶ 3 Præt. Nihil agit, nisi secundum quod est actu: sed creaturæ non potest communicari ꝙ sit actus purus. ergo nõ potest sibi communicari ꝙ agat se tota. ergo neq; ꝙ agat totũ quod est in re, quod est creare.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd dupliciter dicitur aliquid non posse cõmunicari alicui creaturæ, aut quia nulli creaturæ cõmunicari potest, aut quia alicui põt cõmunicari, sed non isti. Quicquid enim cõmunicatum alicui traheret ipsum extra terminos suæ spẽi, non potest sibi cõmunicari, sicut equo non potest communicari ꝙ habeat rationẽ, quàmuis hoc cõmunicatum sit homini: quod autem communicatum alicui trahit ipsum extra terminos creaturæ, non potest alicui creaturę cõmunicari. Potestas ergo [d] authoritatis cõmunicata alicui, traheret ipsum extra terminos creaturæ: quia non potest esse, ꝙ creatura sit agens principale respectu nobilissimi effectus, quo vltimo fini coniungimur, cuiusmodi est gratia, per quam fit remissio peccatorum: & ideo omnes dicunt, quòd potestas authoritatis nulli creaturæ communicari potuit. Sed de potentia cooperationis est duplex opinio. Magister enim in litera videtur dicere, quòd potentia cooperationis ad emundationem interiorem possit alicui creaturæ conferri, quàmuis non sit collata: quod non potest intelligi de cooperatione, quæ fit per modum dispositionis, quia hæc collata est ministris ecclesiæ, vt dictum est. Alij autem dicunt contrarium, quòd conferri non potuit. Vtraque autem opinio aliquo modo sustineri potest. Cooperatur enim aliquid deo instrumentaliter duobus modis. Vno modo, ita quòd per virtutem aliquam habentem esse absolutum, & completum in natura operetur ad effectum aliquem producendum non solum secũdarium, sed principalem, sicut ignis cooperatur deo in generatione ignis alterius: & hoc modo accipiendo cooperationem, non poterat conferri homini, vt deo cooperetur in interiori mundatione, quæ fit per gratiam: quia gratia eleuat hominem ad vitam quandam, quæ est supra conditionem omnis naturæ creatæ. Est enim esse gratiæ supra esse naturale, & hominis, & angeli, quæ sunt supremæ creaturæ: & ideo agens quod propria virtute sibi animam assimilat per gratiam, oportet quòd sit supra omnem virtutem creatam, & sic talis cooperatio excedet terminos creaturæ. Alio modo, aliquid cooperatur deo nõ per virtutem, quæ habeat esse perfectum in natura, neque ad vltimũ principalem effectum directe pertingendo, sicut de sacramentis in 1. distinct. dictum est: & hoc modo cooperari deo in interiori emundatione, vt quidam dicunt, disponendo, potuit homini conferri sine sacramentis, sicut sacramenta præbendo facit: & hoc modo cooperari pertinet ad potestatem excellentiæ in Christo.

D. 1041.

q. 1. art. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc intelligitur de potestate excellentiæ, quam Christus habuit etiam secundum quod homo, quæ includit potestatem cooperationis secundo modo dictæ: non autem de potestate cooperationis primo modo dictæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd authoritas ibi accipitur nõ respectu emundationis, sed respectu institutionis sacramentorum eis efficaciam præbendo per meritum baptizantis, quod ad potestatem excellentiæ pertinet, & hoc potuit eis conferri. Vel dicendum, quòd non loquitur de authoritate prima, sed de subauthoritate: quod patet ex eo, quod sequitur in glos. ita scilicet, ꝙ ipse principalis author existeret. Vbi supra.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hominibus datur potestas expellendi dæmones quantum ad effectum nocumenti corporalis, quem in vexatis faciunt: non autem quantum ad effectum spiritualis nocumenti, quod est peccatum expellere, & a seruitute dæmonis liberare, Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd potestatem excellentiæ deus homini puro conferre potuit: sed tamen non fuit decens, ne spes in homine poneretur, & vt ecclesiæ vnum caput esse ostenderet, a quo omnia membra spiritualem sensum, & motum reciperent. Vt dicit gl. vbi supra.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc intelligitur de illis quæ sunt necessaria ad perfectionem hominis, vel quantum ad esse naturæ, vel quantũ ad esse gratiæ. Non enim oportet quòd deus homini dederit omnem gratiam gratis datam, quam dare potest, quia diuisiones gratiarum sunt, & dat vnicuique sicut vult, 1. Cor. 12.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad hoc quòd homo purus cooperaretur deo ĩ interiori emũdatione modo prædicto, non oportet quòd haberet efficaciam infinitã in merendo, quàmuis Christus quodammodo habuerit infinitam in merendo, quia non cooperaretur respectu omnium, nec ita plene, sicut Christus.

E ¶ *Ad tertium dicendum, quòd gratia capitis in Christo distin*guitur a gratia vnionis: quàmuis ex ipsa vnione per quãdam condecentiam plenitudo omnis gratiæ, & capitis, & singularis personæ in illa anima fuerit. Nec tamen sequitur, ꝙ si alicui quantum ad aliquid, potestas excellentiæ conferretur, puta, ꝙ in nomine eius baptismus daretur, vel quòd meritum eius aliquo modo operaretur ad effectum baptismi in illo baptizato, quod esset simpliciter caput.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ cõmunis opinio habet, ꝙ creatio non potest alicui creaturæ [d] cõmunicari: quia est opus infinitæ potentiæ propter distantiam infinitam quæ est inter simpliciter ens, & simpliciter non ens, inter quæ est mutatio creationis: potentia autem infinita non potest esse in essentia finita, Vnde ex hoc ipso, quòd ponitur potentia infinita alicui communicari, ponitur consequenter ꝙ illud habeat essentiam infinitam, & per hoc habeat esse non receptum, sed purũ & simplex, & sic ponitur extra terminos creaturæ: & ideo nulli creaturæ secundum communem opinionẽ, communicari potest talis potentia. D. 409. 410 558

F

minister, cum B d diabolo computatur, sed non contaminatus donū Christi. Quod per illud fluit, purum est. Per lapideum canalē transit aqua ad areolas, in canali lapideo nil generat, sed hortus fruct⁹ plurimos affert. Habent ergo non modo boni, sed etiā mali B b ministerium baptizandi, sed neutri potestatem baptismi. Ministerium.n. dedit Christus seruis, sed potestatem sibi retinuit, quā si vellet, c poterat seruis dare, vt seru⁹ daret baptismum suū tamquàm vice sua, & potestatem suam cōstituere poterat in aliquo, vel in aliquibus ser-

cum vidit columbam descendentem super Christum. Vnde Augus. Quid nouerat Ioānes Baptista Dominum? Quid non nouerat? potestatem dominici baptismi in nullum hominē a Domino transiturā, sed ministerium plane transiturū. Potestatem a domino in neminē, sed ministeriū in bonos, & in malos. Non exhorreat columba ministerium malorum, respiciat potestatem Domini. Quid facit tibi minister malus, vbi bonus est dominus? Neque qui plantat, neq; qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Si superbus fuerit

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illi philosophi, qui hoc posuerunt, non intellexerunt plene rationem creationis, & quomodo requirit potentiam infinitam agentem: & ideo nō intellexerunt incompossibilitatem suæ positionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc etiam implicat contradictionem inquātū ponitur creaturam habere essentiam infinitā, & per consequēs non esse creaturam, & sonat in defectū diuinæ maiestatis, cui ponitur aliquid in essentiæ infinitate posse æquari. Nō enim oportet, vt qđ est pfectionis apud nos, scilicet posse aliquid facere æquale sibi, sit perfectionis apud Deum, vt scilicet possit facere aliquid æquale sibi.

Super Ioā, trac. 5, ca. 1, tom. 9.

Aug. super Io. ca. 1, tracta. 5. Et habetur de cōsecr. dist. 4. ca. Baptismus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nullum agens creatum facit formam, quia formę non fiunt, vt probatur in 7. meta. sed educuntur de d potētia materiæ; sed materia non potest educi de potentia alterius, & ideo non est simile de forma, & materia.

T. cō. 27. D. 642 643

¶ Ad quartum dicendum, quòd contrarium ex quo fit generatio, non impedit actionem agentis nisi dupliciter. Vno modo, debilitando virtutem agentis, quod etiam non est vniuersaliter verum, sed in his tantum, in quibus est mutua actio & passio, vnde hoc accidit. Alio modo, per se loquendo, elongando potentiam passiuam patientis per indispositionē a receptione effectus agentis, & hoc est in omnibus. Constat autem, quòd nulla indispositio potest potentiam passiuam tantum elongare ab effectu agentis percipiendo, quantum subtractio ipsius potentiæ totaliter; & ideo multo maioris uirtutis est facere aliquid ex nihilo, quàm ex contrario, simpliciter loquendo: quàmuis secundum quid hoc habeat aliquam difficultatem, quæ non est in illo.

Vide j. par. q. 45. art. 5. D. 408 411 680 944

Quia tamē magister in litera dicit, quòd potest d creaturæ communicari ministerium creationis, & non authoritatis: si quis vellet eum in hoc sustinere, posset dicere, quòd tūc proprie aliquid creatur, quando fit ex nullo præexistente. Vnde patet quòd creatio de sui ratione excludit prędsuppositionem alicuius præexistentis. Hoc autem contingit dupliciter. Vno modo, ita quòd excludat omne pręexistens & ex parte agentis, & ex parte facti, vt scilicet creatio dicatur quando nec agens agit virtute alicuius prioris agentis, nec factum sit ex aliqua præexistenti materia, & hæc est potentia authoritatis in creando, & est infinita; & ideo nulli creaturę communicari potest. Alio modo, ita quòd excludat pręexistens ex parte facti, sed non ex parte agentis, vt scilicet dicatur creatio, scilicet minus proprie, quando aliquid agens virtute alicuius prioris agentis ex non præsupposita materia aliquem effectū producit, & sic erit creationis ministeriū; & ita aliqui philosophi posuerunt aliquas creaturas creari, & sic magister dicit, q potuit communicari potentia creādi, nō est autem alicui communicata.

¶ Secundum hoc ergo, ad quintum dicendum esset secundum magistrum, quòd distantia inter ens, & non ens, non requirit absolute infinitatem potentiæ in eo, qui facit aliquid ex simpliciter non ente. Quod enim in motibus virtus mouentis proportionetur distantiæ, quæ est inter terminos, ideo contingit, quia ab illa distantia motus accipit quantitatem. Quanta enim est via, tantus est motus, vt dicitur in 4. physic. Motus autem est proprius effectus virtutis mouentis, inquantum huiusmodi, ei proportionatus; sed in creatione non sic est, quia non ens purum non est per se terminus creationis, sed per accidens se habet ad ipsam. Dicitur enim aliquid fieri ex non ente, idest, post non ens: vnde creatio non habet quantitatem ex distantia non entis ad ens, sed ab ente creatur; & ideo non oportet quòd potentia creantis proportionetur distantiæ, quæ est inter ens, & non ens, sed solum ei quod creatur, quod non est infinitum: & ideo non requiritur potentia infinita simpliciter, sed infinita secundum quid, vt scilicet non commensurata alicui materiæ determinatę, sicut sunt omnia agentia naturalia, & materialia. Ignis enim nō habet effectū nisi in aliqua materia determinata, quia virtus eius materialis est: & ideo etiā philosophi nō posuerunt creationem secundo modo, nisi in substantiis incorporeis, & immaterialibus. Vel dicendum, quòd non est distantia infinita inter ens, & non ens ex parte ipsius entis, nisi ens sit infinitum, quia tantum distat aliquid ab vno oppositorum, quantum participat de altero: vnde non distat in infinitum a non esse, nisi quòd esse infinitum habet, scilicet deus, cui quanto reliqua entia sunt proximiora, tanto magis a non esse distant: sicut Augustin⁹ dicit i libro. 12. confessio. quòd angelus factus est prope deum, materia prope nihil. Sed verum est, quòd dicta distantia est quodammodo infinita ex parte non entis simpliciter, eo quòd neque determinatā distātiam ab aliquo ente signato transcēdit: quia nihil potest magis distare ab ente, quàm non ens. Contingit enim aliquam distātiam esse infinitā ex vna parte, & finitam ex altera: sicut quandocumque fit comparatio finiti ad infinitum. Nisi enim esset aliquo modo talis distantia finita, non distaret minus vna creatura a deo, quàm altera: & nisi esset aliquo modo infinita, posset intelligi aliquid magis distans a creatura quacumque quàm deus. Creatio autem non respicit hanc distantiam ex parte non entis, sed magis ex parte entis, quod est creationis terminus.

T. com. 99.

Cap. 8.

¶ Ad sextum dicendum, quòd latria debetur creatori, inquantum ipse est primum agens, cuius virtute omnia alia agunt, & ipse non agit virtute alterius: & hoc non potest alicui creaturæ communicari.

¶ Ad septimum dicendum, quòd quàmuis nulla creatura sit, in qua non sit aliquid de potentia, ad minus secundum quod eius natura se habet ad esse quod recipit a deo, sicut potentia ad actum: tamen aliqua creatura est, in qua nihil de potentia remanet, quæ nō sit completa per actum, sicut est angelus, & ideo talis creatura se tota potest agere: quàmuis primum principium suæ actionis sit aliquid aliud ab ipsa, scilicet deus, qui est primus agens.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur, qui possunt baptizare.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum possint baptizare tam ordinati, quàm non ordinati.

¶ Secūdo, Vtrum possint baptizare tam boni, quàm mali.

¶ Tertio. Vtrum possint baptizare tā homines, quàm angeli.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum nullus possit baptizare, nisi habeat ordinem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nullus possit baptizare nisi habeat ordinem. Actū enim hierarchicum nullus potest exercere, nisi sit hierarchiæ particeps: sed illi qui non habent ordinem, non sunt participes hierarchiæ, quia non habent aliquem sacrum principatum, ergo cum baptizare sit actus hierarchicus, quia baptismus est purgatio, & illuminatio, vt dicit Dion. in eccl. hier. videtur q nullus possit baptizare, nisi habeat ordinem.

¶ 2 Præt, Sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & pænitentia: sed nullus potest absoluere sacramentaliter in pænitentia, nisi habeat ordinem. ergo & similiter nullus non ordinatus potest baptizare.

SED CONTRA est, quod Isid. dicit, quòd cum vltima necessitas cogit, etiam laicis fidelibus permittitur baptizare: sed laici non habent ordinem. ergo &c.

II

VLTERIVS. Videtur quòd baptizare sit proprium ordinis diaconi, quia secundum Dion, diaconi habent vim purgatiuam: sed baptismus principaliter ad purgandum est institutus: ergo diaconis competit baptizare ex proprio officio.

¶ 2 Præt.

uis suis, vt tanta vis esset in baptismo serui, quanta est in baptismo domini, sed noluit, ne seruus in seruo spem poneret. Baptizat seruus vt minister, baptizat dominus tamquàm potestatē habens, quàm si daret seruis, vt scilicet ipsorum esset quod domini erat, tot essent baptismi quot serui, & sicut dictus est baptismus Ioannis, sic diceretur baptismus Petri, & Pauli. Quod ne fieret, retinuit sibi dominus potestatem baptismi, seruis autem ministerium dedit. Si ergo seruus dicit se baptizare, recte dicit, sed tamquàm minister baptizat: & ideo non differt siue bonus, siue malus baptizet. Inde etiā nemo dicit baptismus meus, cum tamen dicat, Euangelium meum, prudentia mea: licet hæc sint a domino, in quibus differentia est. Alius enim alio melius operatur in euangelizādo, & alius alio prudētior est. Alius autem alio magis, minusue baptizatus siue ab inferiori, siue a maiori baptizetur, dici non potest.

B *Quæ fuit potestas baptismi, quam potuit Christus dare seruis.*

HIc quæritur, quæ sit illa potestas baptismi, quā Christus sibi retinuit, & potuit dare seruis. Hæc est vt plurimū velut potestas dimittēdi peccata in baptismo, sed potestas dimittēdi peccata, quæ in Deo est, Deus est. Ideo alij dicunt, hanc potestatē nō potuisse dare alicui seruorum:

¶ 2 Præt, Marc. vlt. Simul iniungitur officium baptizandi cum prædicatione euangelij: sed prædicatio euangelij pertinet ad diaconos ex proprio officio. ergo & baptizare.

De officiis, lib. 2. c. 24.

SED CONTRA est, quod Isid. dicit, q baptismi ministerium nec ipsis diaconibus implere est licitum.

III

Vbi supra.

VLTERIVS. Videtur quòd non baptizati baptizare non possint. Minus enim est sacramentum recipere, quàm sacramentum conferre: sed non baptizati non possunt sacramētum aliquod recipere, quia secundum Dion. nō sunt ad spirituales, & hierarchicas actiones idonei. ergo nec sacramentum baptismi conferre pñt.

Hier. 17

De eccles. hier. cap. 2. par. 1.

¶ 2 Præt. Si nō baptizatus posset baptizare, & ipse baptismo indigeret, posset seipsum baptizare: sed hoc est impossibile, tū quia nulla res secūdum Aug. seipsam gignit vt sit, baptismus autem regeneratio quædam est: tum quia non posset seruari forma ecclesiæ. ergo non baptizatus baptizare non potest.

Habetur de Bapt. & ei⁹ effectu. ca. Debitum.

SED CONTRA est, quod in litera dicitur, q Romanus Pontifex nō hominem indicat qui baptizat, sed spiritū dei, quàmuis paganus sit qui baptizat: sed paganus non est baptizatus. ergo non baptizatus potest baptizare.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd baptisma inter alia sacramenta est maximæ necessitatis, tū quia pueris non potest aliter subueniri: tum quia etiam nec adultis quantum ad remissionē totius pœnæ: & ideo ea quæ ad necessitatem sacramenti requiruntur, debuerunt esse communissima & ex parte materię, scilicet aquæ, quæ vbiq; haberi potest: & ex parte ministri, vt quilibet homo baptizare possit: & sic sanctificatio materiæ, & benedictio præcedens baptismum non est de necessitate sacramenti, sed de solemnitate, quam non licet prætermittere propter ecclesiæ institutionem. Ita etiam ordinatio ministri non est de necessitate sacramenti, sed de solemnitate, & peccat si aliquis non ordinatus baptizet, nisi necessitate imminente, tamen sacramentum confert.

AD PRIMVM ergo dicendum, q homini non cōpetit actus hierarchicus ex natura sua, sed ex diuina institutione, & sanctificatione: & quāuis simplr gradū hierarchicū nō cōtulit oī homini, tñ actū istū hierarchicū omnibus hoib⁹ cōtulit pp necessitatem, sicut omnibus aquis vim regeneratiuam dedit.

¶ Ad secundum dicendum, q non est simile de pænitentiæ sacramento, & baptismo: quia aliquis sine absolutione sacramenti pænitētiæ potest saluari in necessitate, nec iterum absolutio sacerdotalis a tota pœna absoluit: sed in pueris non est aliquid aliud, per quod possint saluari, nec quo adulti possint a tota pęna liberari: & ideo est maioris necessitatis, quàm pænitentia.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd in potentiis ordinatis ita est, quòd quicquid potest potētia inferior potest superior, sed non conuertitur. Vnde cum potestas sacerdotalis ordinis sit supra potestatem diaconi, sacerdos habet vim purgatiuam cum illuminatiua, sed diaconus habet purgatiuam tantum sine illuminatiua. Et quia in omnibus sacramētis nouæ legis est illuminatio gratiæ cum purgatione: ideo nō est diaconus proprius minister baptismi, nec alicuius sacramēti, sed aliquorum sacramentalium, sicut exorcismi, & expulsionis immundorum a diuinis, vt cum dicit. Si quis iudæus est, abscedat: & eruditionis eorum qui ignorant qualiter se habere debeant ad diuina, vt cum dicit, Flectamus genua: &, Humiliate vos ad benedictionem, vel aliud huiusmodi.

De eccl. hier. cap. 5. par. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus non habet tantum purgare, sed illuminare, vt dicit Dion. & ideo non competit diacono, sed sacerdoti.

¶ Ad secundum dicendum, q ad diaconum pertinet prædicare euangelium, & in ecclesia recitare, quod est quasi loqui linguis: sed ad presbyterum pertinet interpretari, & exhortari, quod est quasi prophetare.

A AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut aqua absq; omni sanctificatione est materia baptismi, ita etiam homo absq; omni sacramentali sanctificatione est baptismi minister quantum ad necessitatē sacramenti: vnde non baptizatus potest baptizari, dummodo seruet formā ecclesiæ, & habeat intentionē baptizādi.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd receptio aliorum sacramentorum non est tantæ necessitatis quātæ collatio isti⁹: & ideo potest aliqs conferre hoc sacramentum, qui alia nō posset percipere.

¶ Ad secundum dicendum, q quàmuis posset aliquis nō baptizatus baptizare alium, non tamē potest seipsum baptizare rationibus prædictis in obiectione. Sed quod Innocētius tertius in decretali quadā dicit, Iudæus, qui se ipsum in aquam immersit dicens, Ego baptizo me in nomine patris &c. si decessisset, ad patriam euolasset, intelligendum est propter vim contritionis, & deuotionis, ex cuius magnitudine hoc procedere videbatur, vt inter Iudæos existens, quasi periculo mortis se offerret.

De baptis. & eius effectu. c. Debitum.

V

ARTICVLVS II.

b Vtrum mali sacramentum baptismi conferre possint.

1. par. q. 64 art. 5.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q mali sacramentum baptismi conferre non possint. Sicut enim ad baptismum requiritur forma & materia, ita & minister: sed si sit materia indebita, vel forma non erit baptismus, ergo & sic si sit minister indebitus: sed mali non sunt debiti ministri, quia sicut dicit Aug. Iustos oportet esse, per quos baptizatur. ergo mali sacramentum conferre non possunt.

Super Ioā. c. 1. tract. 5. vltra med.

D ¶ 2 Præt. Membrū aridum non participat aliquā actionē corporis: sed baptizare est aliqua actio corporis mystici. cum ergo mali sint quasi membrum aridum carentes pinguedine charitatis & gratiæ, videtur q baptismum conferre non possint.

SED CONTRA. Sunt plures rationes in litera.

II

VLTERIVS. Videtur q per eos non conferatur res sacramenti. Eccl. 34. Ab immundo quis mundabitur? sed peccator omnis est immundus, ergo ab eo nullus potest mundari. cum ergo mundatio sit res sacramenti baptismi, videtur q per malos res sacramenti non conferatur.

¶ 2 Præt. Sacerdotes sunt medij inter deum & plebem, diuina in sacris præbentes populo per doctrinam, & ea quæ sunt populi repræsentantes deo per orationem: sed orationes malorum sacerdotum non prosunt plebi; quia secundum Gregor. in pastorali. cum his qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. ergo nec sacramēta per malos ministros data prosunt ad effectum salutis.

Par. 1. c. 11.

E SED CONTRA est, quod in litera dicitur. Cum baptizat malus, illud quod datum est, vnum est, nec impar propter impares ministros: sed boni baptizando conferunt sacramentum, & rem sacramenti. ergo & mali.

III

VLTERIVS. Videtur quòd per meliorem ministrum baptismus datus maiorem effectū habeat. Multiplicata enim causa multiplicatur effectus: sed baptismus ex opere operato gratiam cōfert. Similiter etiam patet, quòd sancti homines ex opere operante gratiam alicui merentur. ergo si opus operans baptizantis adiungatur cum efficacia baptismi, maior gratia dabitur.

¶ 2 Præt. Baptismus magis est ordinatus ad spiritualem salutem, quàm ad corporalem: sed aliquis baptizatus a sancto homine meritis, & intercessione baptizantis quandoq; salutē corporalē cōsequitur, qđ nō est ex opere operato, qa baptism⁹ ad hoc efficaciā nō habet, sicut patet de Cōstātino, quē Sylurster

baptizauit, ergo etiam quantum ad spiritualem salutem baptismus a bono ministratus potest ampliorem effectum spiritualis salutis habere.

SED CONTRA est, quod in litera dicitur. Non est melior baptismus, qui per meliorem ministrum datur, sed per ministros dispares dei munus est æquale,

quia nulli potuit dare vt esset qđ ipse est, vel vt haberet essentiam, quam ipse habet, cui hoc est esse quod posse. Dicunt enim, si hanc potentiam alicui dare potuit, potuit ei dare creaturas creare: quia non est hoc maioris potentiæ, quàm illud. Ad quod dici potest, quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, & tamen nō ipsam eandem, qua ipse potēs est, sed potentiam creatam, qua seruus posset dimittere peccata: non tamen vt author remissionis, sed vt minister, nec tamen sine Deo authore, vt sicut in ministerio habet exterius sanctificare, ita in ministerio haberet interius mundare. Et sicut illud facit Deo authore, qui cū eo, & in eo operatur illud exterius, ita interius mundaret Deo authore, qui eius verbo velut quodam ministerio vteretur: ita etiam posset Deus per aliquem creare aliqua, nō per eū tamquàm authorem, sed ministrum, cū quo, & in quo operaretur: sicut in bonis operibus nostris ipse operatur & nos, nec ipse tantū, nec nos tantum, sed ipse nobiscum & in nobis, & tamen in illis agendis ministri eius sumus, non authores. Ita

IIII Vbi supra, art. 6. VLTERIVS. Videtur quòd malus minister peccet baptizans: quia sicut Aug. in litera dicit, (Vbi supra, super Ioā.) Iustos oportet esse, per quos baptizatur. si ergo non sint iusti cùm baptizent, faciunt quod non oportet, ergo peccant.

¶ 2 Præt. Eucharistiæ sacramentū nō est maioris efficaciæ quàm baptismi: sed peccat sacerdos indigne accedens ad illud sacramētum, vt patet 1. Cor. 11. ergo & peccat, si sit malus, baptizando.

SED CONTRA. Ex officio habet, φ baptizet. ergo exequendo suum ministerium non peccat.

¶ 2 Præt. Ipse tenetur baptizare. ergo si baptizando peccat, esset perplexus, quod non potest esse.

V VLTERIVS. Videtur quòd recipiens in se, vel in alio sacramentum a malo sacerdote, peccat, quia consentiens peccanti ipse peccat: sed sacerdos in aliquo casu peccat indigne baptizans. ergo & ab eo baptismum accipiens, vel exigens.

¶ 2 Præt. Esto φ sacerdos non velit baptizare sine pretio, constat φ si datur ei pretium, simonia committitur, quod sine peccato fieri non potest. ergo in aliquo casu peccat accipiens sacramentum baptismi a malo ministro.

Vbi supra, cap. & trac. eodem circa finem. SED CONTRA est, quod August. in litera dicit. Nec timeo adulterum, nec homicidam: esset autem timendus, si ab eo accipiens sacramentum peccaret. ergo nec peccat ab eo accipiens sacramentum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in sacramentis est aliquid, quod est de substantia sacramenti, & aliquid quod est de cōuenientia sacramenti, & solemnitate. si ergo subtraheretur aliquid, quod est de substātia sacramenti, nō erit verum sacramentum: si autem subtraheretur aliquid eorū quæ requiruntur ad solemnitatem, vel conuenientiam sacramenti, propter hoc non desinit esse sacramentum. Vnde cum bonitas ministri non sit de substantia sacramenti, quia nō omnino certa est, sed quandoq; ignorata, ea autem quæ sunt de substantia sacramenti oportet esse certa, patet φ subtracta bonitate ministri adhuc est sacramentū, dummodo alia quę sunt de sacramenti substantia obseruentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd debitū dicitur dupliciter. Vno modo, debito necessitatis, & sic est debitus minister baptismi quilibet homo, Alio modo, debito conuenientiæ & congruitatis, & sic oportet ministrum esse bonū, sicut oportet aquam in qua fit baptismus, esse mundam ob reuerentiā sacri, tamen si sit immūda, nihilominus fit in ea baptismus: & similiter si sit minister malus, nihilominus cōfertur baptism⁹.

¶ Ad secundum dicendum, φ duplex est actio corporis, Vna est intranea, sicut sentire, viuere, & huiusmodi, & talē actionē non participat membrum aridum: & similiter nec homo malus actionē virtutum, quæ huic proportionatur. Alia est actio ad extra, & talis actio bene potest fieri per membrum aridum, sicut percutere, quod etiam omnino re inanimata fit, vt baculo, & huic proportionaliter respondet ministratio sacrorum.

AD SECVNDAM quæstionē dicendum, φ duplex est agens, vnum principale, & aliud instrumentale. Agens autem principale cum agat sibi simile, oportet φ habeat formā, quam inducit per suā actionē in agentibus vniuocis, vel aliquam nobiliorem in agentibus non vniuocis. Sed agens instr̄ale nō oportet φ habeat formā, quam inducit vt disponentem ipsum, sed solum per modū intentionis, sicut de forma scāni in serra patet,

q. 1. artic. 4. q. 1. & 2. vt in 1. dist. dictum est. Agens autem principale in baptizando est ipse deus per authoritatē, & ipse Christus s̄m quod homo, cuius meritū operatur in baptismo, & ex plenitudine diuinæ bonitatis, & gratię Christi peruenit gratia ad baptizatū: sed baptizans est tantum agens instrumentale, vnde non refert ad rē

F sacramenti percipiendam, vtrum ipse gratiam habeat, vel nō.

AD PRIMVM ergo dicendū, φ actio non attribuitur instrumento, secūdum Philos. proprie, sed principali agēti. Vnde proprie & per se loquendo, iste malus minister non est qui mundat, sed Christus, de quo dictum est Ioan. 1. Hic est qui baptizat. (Ex cap. 1. 2 de gener. animalium.)

¶ Ad secundum dicendum, φ in oratione orās est sicut principale agēs, nō solum sicut instrumentale: & ideo requiritur ad efficaciā orationis, φ ex opere operante effectū sortiatur, d nō solū ex opere operato, sicut est in sacramētis: & ideo malorū orationes īfructuosæ sunt quantum ex eis est, sed d possunt esse fructuosæ aliis, pro quibus oratur, propter eorum deuotionē, vel inquantum orāt in persona ecclesiæ. (D. 114. D. 91.)

AD TERTIAM quæstionem dicendum, φ aliquid dicitur effectus alicuius per se, & per accidens. Per se quidem effectus alicuius est, quod per ipsum ad hoc ordinatū producitur, sicut domus ædificatoris. Per accidens, quod coniungitur ei, quod est effectus per se, sicut si habitatio domus dicatur effectus ædificatoris. Sic ergo dico, quòd effectus per se baptismi æqualis est a quocumq; detur vel a malo, vel bono cæteris paribus ex parte baptizati: sed cum effectu baptismi potest aliquid aliud baptizato conferri siue pertineat ad salutem corporis, siue animæ, ex merito baptizantis, & hoc non est proprie effectus baptismi: quia baptismus non est causa nisi instrumentalis, & non est instrumentum agens in virtute ministri, qui & ipse instrumentum est in virtute Christi, & dei. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, φ quicumq; in peccato mortali existens, exhibet se ministrum ecclesiæ, etiam in quocumque spirituali, d peccat secundum quorundam opinionem satis probabilem, & quæ per authoritatem Dion. confirmatur, vt infra melius ostenditur: & ideo sacerdos baptizās cum solemnitate, ministium ecclesiæ se exhibens, peccat mortaliter: si autem simpliciter baptizet in articulo necessitatis, non quasi minister ecclesiæ, sed sicut vetula baptizare posset, non peccat. (D. 16. 891 900. Ex cap. 3. par. 3. eccl. hierar.)

AD PRIMVM ergo dicendum, φ authoritas Aug. non multum cogit, quia loquitur de opportunitate congruētię: & præterea loquitur de illis qui baptizant vt ministri ecclesiæ, vnde subdit, Iustos oportet esse tanti iudicis ministros. (Eodē in loco vbi supra.)

¶ Ad secūdum dicendum, quòd secus est de Eucharistia, quia illud sacramentum numquàm nisi a ministris ecclesiæ perfici potest: & ideo semper aliquis celebrans illud sacramentum, ministrum ecclesiæ se exhibet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis ex officio cōpetat sibi φ baptizet, tamen officium suum debet iuste exercere: sicut dicitur Deut. 16, Iuste, quod iustum est, exequeris.

¶ Ad quartum dicendum, φ ipse non est perplexus, quia potest conteri de peccato, & tunc baptizare, & conficere.

K AD QVINTAM quæstionem dicēdum, quòd malus minister aut est præcisus ab ecclesia, aut non, Si sit præcisus ab ecclesia, tunc peccat ab eo recipiens sacramentum nisi in necessitate, in qua posset etiam a pagano, vel a Iudæo suscipere. Si autem non sit præcisus ab ecclesia, non peccat ab eo accipiens sacramentum, nisi per accidens, scilicet si eius peccato communicet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dato quòd malus sacerdos peccet baptizando, non tamen oportet quòd ille, qui ab eo baptismum recipit, vel exigit, etiam excepto casu necessitatis, peccet, propter duas rationes. Primo, quia isti non potest esse certum, quòd ille sit in peccato mortali, cùm in vno instanti spiritus operetur iustificationem impij. Secundo, quia iste petit quod iustum est, quia a suo sacerdote debet sacramenta percipere, nec propter hoc cogit, vel inducit eum ad peccandum, quia ille potest reddere quod debet, non peccando.

¶ Ad secundum dicendum, φ aut ille qui est baptizandus, est adultus

adultus, aut non. Si est adultus, sufficit ei petere baptismum A ad salutem, quia baptizatur baptismo flaminis, nec debet propter hoc simoniam committere. Si aūt sit puer qui est baptizādus, tunc potius debet ipsemet puerum baptizare, quàm pretium sacerdoti pro baptismo simoniace dare: & tamen licitum est ei aquam emere si alias habere non posset, quia aqua non est sacrū quid, & si sit sanctificata non operatur ad baptismum de necessitate eius existēs quasi sanctificata, sed quasi aqua: & ideo non emit aquam sanctificatā, sed aquā. Quidam vero dicunt, φ potest pretium dare, quia hoc non est simoniam committere, sed redimere vexationem suam, sed primum melius videtur.

ergo potuit dare seruo potestatē dimittēdi peccata in baptismo, id est, vt in mundatione interiori seruus cum domino operaretur, non seruus sine domino, nec dominus sine seruo, sed dominus cum seruo, & in seruo, sicut in exteriori ministerio dominus operatur cū seruo, & ī seruo. Vnde & Dn̄s dicitur sanctificare & seruus, B sed domin⁹ inuisibili gratia, seruus visibili sacramento. Vnde Aug. super Leuit. Dominus ait. (Cap. 11.) Ego dn̄s qui sanctifico: Et de Moyse etiā dictum est, Et sanctificabis eum. (Iud. 19.) Sed Moyses sanctificabat visibilibus sacramentis per ministerium, Dominus autem inuisibili gratia per spiritum, vbi est totus fructus visibilium sacramentorum: sine hac sanctificatione visibilia sacramenta nil prosunt. Si quis hoc melius aperire poterit, non inuideo.

DISTINCTIO VI.

B

Quibus liceat baptizare.

NVNC quibus liceat baptizare addam⁹. De hoc Isidorus ait. Constat baptismum solis sacerdotibus esse (Li. 2. de officiis c. 24. Et habetur de consecr. dist. 4. c. Cōstat.)

ARTICVLVS III.

C *Vtrum dæmon in figura hominis apparens possit baptizare.*

3. par. q. 64. art. 7. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd dæmon in figura hominis apparens possit baptizare. Dicit enim Aug. super Io. (Cap. 1. tracta. 5.) φ talis est baptismus, qualis ille in cuius potestate datur. si ergo diabolus baptizet inuocando potestatem trinitatis, bonus est baptismus.

¶ 2 Præt. In baptizante non requiritur assimilatio ad deū per gratiam, quia etiam mali possunt baptizare: nec etiam assimilatio per characterem, quia etiam pagani baptizare possunt. ergo sufficit assimilatio per naturam: sed hoc est in dæmonibus. ergo possunt baptizare.

SED CONTRA. Ministri baptismi ad Christū est aliqua conuentio: sed nulla est conuentio Christi ad diabolum, vt patet 2. Cor. 6. ergo diabolus non potest conferre sacr̄m baptismi.

II VLTERIVS. Videtur quòd bonus angelus in figura hominis apparens, baptizare possit. (Vbi supra, eodem art. Et etiā ex par. 1. & 2. cap. 1.) Baptismus enim est actio hierarchica, quia est illuminatio, & purgatio secundum Dion. in eccles. hierar. cap. 4. D sed angeli exercent in nos hierarchicas actiones, quia purgant nos, perficiunt, & illuminat. ergo possunt baptizare.

¶ 2 Præt. In actionibus hierarchicis ita est, φ quācumq; actionem pōt facere inferior, pōt facere superior, sicut quicquid potest diaconus, pōt sacerdos: sed s̄m Dion. 12. cap. cæl. hier, quilibet angelus est maior summo sacerdote apud nos, qui ex eorum potestatis participatione angelus dicitur, Mal. 2. si ergo sacerdos homo potest baptizare, multo fortius angelus.

SED CONTRA. Baptismus est actio militantis ecclesiæ: sed angeli non sunt neque actu, neque potentia de ecclesia militāte. ergo baptizare non possunt.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd diabolus in figura sacerdotis apparens, potest immergere, sed non sacr̄m conferre propter duas rationes. Primo, quia dispensatio sacrorum non est concessa nisi hominibus, qui cōueniunt cū verbo incarnato, a quo sacra fluxerunt in natura assumpta: & E etiā cum sacris, in quibus est spiritualis virtus in corporeis elemētis, sicut & homines ex natura spirituali & corporali cōpositi sunt. Secūdo, si baptizare se fingeret, semper esset timendū, φ non faceret intentione baptizandi, quæ ad sacr̄m exigitur, sed intentione decipiendi: quia non esset probabile, φ tantum bonum homini procuraret, sicut est spiritualis regeneratio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vbi datur baptismus talis est, qualis ille in cuius potestatem datur: sed diabolus nullo modo dare potest.

¶ Ad secundum dicendum, φ homo peccator habet similitudinem cum deo non solum quantum ad naturā diuinā per imaginē, sed etiam quantū ad naturā assumptam: & iterū in malis hoībus possibile est esse similitudinē p gratiā, non aūt in dæmonib⁹. Et ꝑterea, φ oībus hoībus cōcessa est baptizādi ptās, hoc est pp necessitatē sacri, vt oībus possit de facili adesse baptizās, sed diaboli conuersatio non est cū hoībus: vnde non iuuaret ad necessitatem sacramenti, si sibi potestas illa concederetur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd angelis bonis non est collata potestas baptizandi propter duas rationes. Primo, quia non habent prædictam conuenientiam cum sacramēto & cum Christo, qui est actor sacri. Secundo, quia ad necessitatem baptismi non valeret potestas eis concessa, cum non sint in promptu hominibus, nec per eos baptizarentur: sed sicut deus potētiam suam sacramentis non alligauit, ita nec potestatem consecrandi sacramenta alligauit aliquibus ministris, vnde qui dedit hanc potestatem hominib⁹, posset dare & angelis: nec angelus bonus baptizaret nisi diuinitus potestate sibi cōcessa, vnde si baptizaret, nō esset rebaptizandus, dummodo constaret quòd bonus angelus esset: sicut & iudicatum est templum quod per angelos consecratum est, non oportere per hominem consecrari, vt legitur in historia dedicationis sancti Michaelis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angeli actiones hie- C rarchicas eis proportionaliter exequuntur, sed inuisibiliter: nō autē eis est proportionale, vt per corporalia hierarchicas actiones perficiant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non oportet quòd superior potestas eodem modo operetur quo inferior, sed modo altiori: & ideo non oportet φ si homines sacerdotes per sacramentalia symbola actiones hierarchicas exequuntur, φ hoc angeli possint facere, sed modo altiori.

EXPOSITIO TEXTVS.

QVID *nouerat Ioannes Baptista &c.* Sciendum est, quòd Ioannes antequàm intraret eremum, Christum cognouit personaliter ex conuersatione, cum fuerit eius cognatus per carnem, & sciuit etiam dignitatem eius ex prophetica reuelatione: sed propter longam D moram amiserat vultus eius imaginationem, vnde personaliter eum non cognoscebat. Et ideo Christo veniente ad baptismum, tria didicit secundum diuersos sanctos, quia secundum Chrysost. didicit, quòd iste in persona erat ille, quē prædicauerat venturum: (Super Ioā. cap. 1. Homil 16.) secundum August. didicit, quòd haberet potestatem excellentiæ quam sibi retineret, tamen posset eam seruis largiri, quod tamen in generali prius sciuerat, sed tunc in speciali de hac persona cognouit: (Aug. vbi supra.) sed secundum Hieron. didicit, quòd per baptismum Christi non solum gratia conferretur mundans a culpā, sed etiam ab omni pœna absoluens, quod habet ab eius passione. *Nec tot essent baptismi &c.* Hoc non videtur esse inconueniens: quia per hoc non differrent baptismi secundum speciem, cum haberent vnam formam, & vnum effectum, sed differrent tantum secundum materiam, sicut & nunc differunt. Et dicendum, quòd differrent secundum virtutem, & secundum inuocationem: & sic esset occasio schismaticis in ecclesiā, vt vnus diceret, ego sum Pauli: alius, ego sum Petri.

DIVISIO TEXTVS.

SVPERIVS determinauit magister, qui possunt baptizare, hic intendit determinare qui, & qualiter congrue baptizent. Et diuiditur in partes tres. In prima, ostendit qualiter congrue fiat baptismus ex parte baptizantis. In secunda, qualiter congrue fiat ex parte baptizandi, vtrum aliquis sit rebaptizandus, vel non, ibi. *De illis vero qui ab hæreticis &c.* In tertia, qualiter congrue fiat quantum ad ritum baptismi, ibi. *Cognoscendum est etiam &c.* Secunda pars diuiditur in tres. In prima, ostendit, vtrum aliquis sit rebaptizandus propter defectum baptizantis. In secunda, vtrum sit rebaptizandus propter defectum baptizati, ibi, *Illud etiam ignorandum non est &cet.* In tertia, vtrum sit rebaptizandus propter defe-

traditum, eiusque ministerium: nec ipsis diaconis implere est licitum absque episcopo, vel presbytero, nisi his procul absentibus vltima languoris cogat necessitas, quod etiam laicis fidelibus permittitur ex concilio Carthaginensi quinto. Item, Mulier, quàmuis sancta, baptizare non præsumat, nisi necessitate cogente. De illis vero, qui ab hæreticis baptizantur, vtrum rebaptizandi * sint, quæri solet. Ad quod breuiter dicimus, quia quicumque sit qui baptizet, si seruatur forma a Christo tradita, verum baptismum dat; & ideo qui illum sumit, non debet rebaptizari. Vnde Beda, Siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisque in confessione sanctæ Trinitatis baptizet, non valet ille, qui baptizatus est, a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio & Trinitatis inuocatio videatur annullari. Item August. Quàmuis vnum sit baptisma & hæreticorum, scilicet eorum, qui in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti baptizāt, & Ecclesiæ catholicæ, tamen qui foris Ecclesiam baptizantur, non sumunt ad salutem baptismum, sed ad pernitiem, habentes formā sacramenti, virtutem autem eius abnegantes: & ideo Ecclesia non eos baptizat, qui in nomine Trinitatis baptizati sunt, & ipsa ē forma sacramenti. Item, Rebaptizare hæreticum qui hæc sanctificationis signa perceperit, omnino peccatum est; catholicum vero, immanissimum scelus est. Ex his aperte colligitur, quòd qui etiam ab hæreticis baptizati sunt seruato charactere Christi, rebaptizandi non sunt; sed tantum impositione manus reconciliandi, vt Spiritumsanctum accipiant, & in signum detestationis hæreticorum. Sunt tamen nonnulli doctorum, vt Cyprianus, & alij quidam, qui dicere videntur ab hæreticis non posse tradi baptismum, & eos esse rebaptizandos cum veniunt ad ecclesiam, qui ab illis dicuntur baptizati. Sed hoc de illis verum est, qui extra formam Ecclesiæ baptizare præsumunt. Cyprianus tamē ibi a veritate deuiasse videtur, qui ait de hæretico, Quomodo sanctificare aquam potest, cum ipse immundus est, & apud quem Spiritussanctus non est; cum dominus dicat in lege, Quæcumque tetigerit immundus, immunda erunt: quis potest dare quod ipse non habet? Hoc ergo ex ignorantia eum dixisse August. innuit dicens. Martyrem Cyprianum gloriosum, qui apud hæreticos, vel schismaticos datum baptismum nolebat cognoscere, dum eos nimis detestaretur, tanta eius merita vsque ad triumphum martyrij secuta sunt, vt & charitatis qua excellebat luce, obūbratio illa fugaretur, & si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur. Nec nos, qui baptismi veritatem, & hæreticorum iniquitatem agnoscimus, ideo Cypriano meliores sumus, sicut nec Pe-

De consec. dist.4. cap. Mulier.

Homil. 36. Et habetur de consecr. dist.4. Siue hæreticus.

Num. 19.

De vnic. baptis. contra Petilianū cap.13.

ctum eorum, quæ pertinent ad ipsum baptismum, ibi. *Quæri autem solet &c.* Prima diuiditur in tres. In prima, ostendit quòd baptizati ab hæreticis non sunt rebaptizandi. Secundo, excludit opinionem contrariam, ibi, *Sunt tamen nonnulli doctorum &c.* In tertia, remouet quandam obiectionem, quæ rebaptizantibus patrocinari videtur, ibi. *Hoc etiam sciendum est &c. Illud autē ignorandum non est &c.* Hic inquirit vtrum sit aliquis rebaptizādus propter defectum natiuitatis ex vtero. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quòd illi qui nondum nati sunt, in maternis vteris existentes nō susceperunt baptismum baptizatis matribus, vnde baptizandi sunt. Secundo, obiicit in contrarium, & soluit, ibi. *Si uero apponitur &c. Quæri etiā solet &c.* Hic inquirit vtrum sint aliqui rebaptizandi propter defectum eorum quę ad baptismum requirūtur. Et primo, vtrum propter corruptionem formæ. Secundo, vtrum propter incertitudinem baptismalis ablutionis, ibi. *Præt. Sciendum est &c.* Tertio, vtrum propter defectum intentionis, ibi. *Solet etiam quæri de illo &c. Cognoscendum est &c.* Hic ostendit qualiter baptismus congrue fiat ex parte ritus, Et circa hoc tria facit, Primo, ostendit quòd tempus sit deputatum ad solemnem baptismi celebrationem. Secundo, determinat de professione, quæ præcedit baptismum, ibi. *Porro cuncti ad baptismum &c.* Tertio, determinat de catechismo, & exorcismo, in quibus huiusmodi professio fit, ibi. *Illa autem interrogatio &c.* Circa secundum duo facit. Primo, ostendit propositum: secundo, mouet duas quæstiones. Primam, ibi, *Si uero quæritur &c.* Secundā, ibi. *Sed adhuc quæritur &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De his quæ requiruntur ad baptismum ex parte baptizantis, & baptizati.

¶ Secunda, De ritu baptismi.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum requiratur in baptizando natiuitas ex vtero.

¶ Secundo, Vtrum requiratur in vtroque intentio, & voluntas.

¶ Tertio, Vtrum requiratur fides.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum natiuitas ex utero in baptizando sit expectanda.

3.par.q.68. art.11.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd natiuitas ex vtero non sit expectanda. Nulli enim statui hominis præcluditur via salutis ab eo, qui vult omnes homines saluos fieri; sed existentes in maternis vteris homines sunt, cum sint iam animam rationalem sortiti, & sunt in periculo damnationis propter peccatum originale cō tractum, & facilitatem corruptionis, ergo cum eis non possit remedium adhiberi perueniendi ad uitam, nisi per baptismum, dicitur ꝙ debeant baptizari.

¶ 2 Præt. Puer in materno utero existens, est quasi qdā pars matris, sicut fructus pendens in arbore pars arboris, ergo baptizata matre baptizatur puer in uentre eius existens.

¶ 3 Præt. Contingit quandoque, quòd aliqua pars prius egrediatur, sicut legitur Gen. 25. de Esau, quod exiuit primo manus, &

F tamen timetur de periculo mortis. ergo uidetur ꝙ saltem in tali casu non sit expectanda natiuitas ex utero, sed pars egressa aspergenda baptismali aqua.

¶ 4 Præt. Mors æterna peior est quàm mors corporalis in infinitum: sed de duobus malis eligendum est minus malum. ergo debet mater scindi, & extrahi puer, ut baptizatus a morte æterna liberetur, & non expectari natiuitas ex utero.

G SED CONTRA. Cor. 16. Non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde qđ spirituale: sed baptismus est quædam regeneratio spiritualis. ergo prius homo animali & carnali natiuitate nasci debet, quàm baptizetur.

Lib.6. cōt. ad Orōtij, q.59. to.4.

¶ 2 Præt. Sacramētum est actio militātis ecclesiæ: sed quādiu puer est in uentre matris nondum connumeratur aliis membris ecclesię. ergo nō potest sibi baptismus exhiberi.

Aug. ad Maximū epist. 203. tom.2. Et habetur de consec. dist.4. c. baptizat.

II

H VLTERIVS. Videtur quòd nullus etiam in materno utero possit sanctificari per gratiæ gratum facientis donum, quia vt Isidorus dicit, regeneratio in eum non dici potest, in quem generatio non præcessit: sed per gratiam gratum facientem fit homo filius dei, & ita regeneratur. ergo non potest homo sanctificari antequàm nascatur ex utero.

De summo bono. c.44.

¶ 2 Præt. Sicut peccatum actuale contrahitur ex actu, ita originale contrahitur ex origine: sed peccatum actuale non potest remitti quandiu homo est in actu peccandi. ergo nec peccatum originale potest remitti puero in materno utero existenti, qui adhuc est actualiter in origine existens.

¶ 3 Præt. Vbi est maius periculum, ibi magis diuina misericordia subuenit; sed illi qui morituri sunt antequàm ex utero nascantur, sunt in maiori periculo quàm Ioannes Baptista, & Hieremias, qui ex utero postmodum nati sunt. si ergo non dicimus pueros dictos sanctificari in utero, ne præueniantur morte, uidetur ꝙ multo fortius nec Ioannes, nec Hieremias sanctificati fuerunt.

I SED CONTRA est, quòd dicitur Hiere. 1. Antequàm exires de vulua, sanctificaui te. & Luc. 1. dicitur de Ioanne. Et spiritusancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, ergo aliqui in utero sanctificantur.

¶ 2 Præt. De nullo celebrat ecclesia festū, nisi de sancto aliquo: sed celebrat natiuitatem Ioānis. ergo tunc nascens sanctus erat. ergo in utero sanctificatus fuit.

III

VLTERIVS. Videtur quòd in utero sanctificati nō sint baptizandi. In sanctificatione enim in utero datur maior gratia quàm in baptismo, quia sanctificationis gratia dicitur esse confirmans salutem contra mortale peccatum: sed iniuriam faceret baptismo, qui baptizatum iterum baptizaret. ergo iniuriam facit sanctificationi in utero, qui sanctificatum iterum baptizando sanctificaret.

¶ 2 Præt. Natura non facit per plura quod per unum potest facere: sed operatio gratiæ est ordinatior quàm natura. cum ergo ad salutem sufficiat gratia sanctificationis, uidetur ꝙ frustra baptismus addatur.

K ¶ 3 Præt. Diuina operatio non est minus efficax in sanatione spirituali, quàm corporali: sed in illis quos curauit corporaliter, non oportebat aliquem medicum ab homine superaddi. ergo & in illis quos curat per gratiam sanctificationis interius, nō sunt adhibenda sacramentorum medicamenta.

SED CONTRA. Baptismus circuncisioni successit: sed Ioannes sanctificatus in utero octauo die legitur circuncisus, Luc. 1. ergo & sanctificatus in utero esset baptizandus.

¶ 2 Præter. Sanctificatio in utero est baptismus flaminis: sed adulti baptizati per contritionem baptismo flaminis, sunt baptizandi baptismo fluminis. ergo & similiter sanctificati in vtero.

De eccle. hierar. ca.4 & ca.1. par.4 & 1.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd baptismus est actio hierarchica secundum Dion, vnde per ministros

A ecclesiæ conferendus est, vel per eos qui in necessitate vicem ministrorum obtinent. Puer autem quandiu est in vtero matris existens, non potest subiici operationi ministrorum ecclesiæ, nec est hominibus notus, & ideo tūc baptizari non potest. Quidam autem assignant alias causas, quæ non sunt magni ponderis, quarum vna est, quòd diuina iustitia exigit, quòd peccatum quodlibet non dimittatur sine pœna aliqua, quam puer in baptismo sentit, quod esse non posset, dum adhuc est in vtero matris. Sed hoc nihil est, quia baptismus secundū Ambros. non requirit pœnam exteriorē. Et præterea peccato originali non debetur pœna sensibilis inflicta. Alia est, quòd gratia dat esse ordinatum, & ideo regeneratio gratiæ præsupponit generationem naturæ. Alia est, ꝙ puer quandiu est in materno vtero adhuc coniungitur causæ originalis peccati, & ideo non potest ab eo mundari: sed hæ duæ causæ repugnant sanctificationi in vtero, sicut & baptismo. Alia est, ꝙ in baptismo debet esse aqua & spiritus contra infectionem carnis & animæ per originale: & ideo oportet præexistere ad baptismum natiuitatem in vtero, qua infunditur anima, & natiuitatem ex vtero qua nascitur corpus: sed hoc nihil est, quia natiuitas neque est animæ, neq; corporis, sed coniuncti: vnde in natiuitate in vtero nascitur & corpus & anima, vnde primæ rationi standum est.

Epist. 12. lib.1. super illud Ezec. cap.16. Aspergā super vos aquā mundam. super epistolas Pau. ad Ro. 11.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est ex defectu diuinæ misericordiæ, quòd in maternis vteris existentibus remedium non exhibetur, sed quia non sunt capaces illius remedij, per quod secundum legem communem participes passionis Christi efficiantur, a qua est remissio peccatorum: quia nō possunt subiici operationi ministrorum ecclesiæ, per quos talia remedia ministrantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd puer in materno vtero existens, quàmuis sit coniunctus matri secundum corpus, quod ab ipsa traxit, tamen est omnino distinctus secundum animā rationalem, quam ab extrinseco habet: & ideo secundum immutationem corporalem matris, immutatur corporaliter: sed non oportet quòd sanctificata matre per baptismum spiritualiter sanctificetur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ expectanda est totalis egressio ex vtero, nisi periculum mortis timeatur, tunc autem egressa parte principali, scilicet capite, in quo operationes animæ magis manifestantur, vt quidam dicūt, baptizari debet: secus autem est de aliis partibus, vt de manu, & pede, quàmuis non noceat etiam si tunc asperguntur illæ partes baptismali aqua, quia diuina misericordia non est arctanda. Si tamen postea plenarie nascatur, non est rebaptizandus, secundum quosdam: sed nihil periculi accidit, si ad maiorē cautelam baptizetur sub hac forma, Si non es baptizatus, ego te baptizo &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non sunt facienda mala, vt veniant bona, sicut dicitur Rom. 3. & ideo homo potius debet dimittere perire infantem, quàm ipse pereat homicidij crimē in matre committens.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut deus non alligauit virtutem suam rebus naturalibus, vt non possit præter eas operari cum voluerit, quod in miraculosis actibus facit: ita non alligauit virtutem suam sacramentis, vt non possit sine sacramentorum ministris aliquem sanctificare: & ideo aliquos præter legem communem quasi miraculose in maternis vteris sanctificasse legitur, illos præcipue, qui immediatius ordinabantur ad eius sanctissimam conceptionem: & ideo mater sanctificata creditur, & Ioannes baptista, qui ei in vtero existenti testimonium perhibuit, & Hieremias, qui ipsius conceptionem vaticinio expresso prædixit. Nouum, inquit, faciet dominus super terram, Mulier circūdabit virum. Hierem. 31. & ideo etiam in beata Virgine fuit amplior sancti-

A ficatio, in qua fomes adeo debilitatus est, vel extinctus, vt ad peccatum actuale numquàm inclinaretur: in aliis autem inclinauit ad veniale, non autem ad mortale, & in Ioāne Baptista etiam fuit expressior, quàm in Hieremia, cuius interior sanctificatio exultatione quadam in notitiam hominum prodiit, quia dictū est. Exultauit infans &c. Luc. 1. vt secūdum gradum propinquitatis ad Christum, sit gradus sanctificationis.

B AD PRIMVM ergo dicendū, quòd generatio spiritualis præsupponit naturalem sibi correspōdentem: & ideo generatio spiritualis, quæ fit per ministerium hominum in baptismo, præsupponit natiuitatem ex vtero, qua homo in notitiam & societatem hominum prodit: sed regeneratio quæ fit diuinitus, non præsupponit de necessitate nisi natiuitatem in vtero, qua homo a deo creatus, formatus est.

C ¶ Ad secundum dicendum, quòd iam formato puerperio anima rationali infusa, puer non accipit a matre nisi nutrimentum: peccatum autem originale non contrahitur per actum nutritiuæ, sed generatiuæ, & ideo non est actu in contrahendo originale, nisi in ipsa infusione animæ: & propter hoc nihil prohibet puerum in statu illo post infusionem a peccato originali mundari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea quæ fiunt præter legem cōmunem, non fiunt principaliter ad subueniendum vni personæ, sed ad insinuationem & commendationem gratiæ: & ideo quàmuis non fuerit tantum periculum in sanctificatis in vtero, qui prodituri erant, tamen quia eligebantur diuinitus, vt gratiæ *speciales præcones & ministri*, ideo tali priuilegiata sanctificatione dotati sunt.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sanctificatus in vtero debet baptizari propter tres rationes. Primo, propter acquirendum characterem, quo annumeretur in populo D dei, & quasi deputetur ad percipienda diuina sacramenta. Secundo, vt per baptismi perceptionem passioni Christi etiam corporaliter conformetur. Tertio, propter bonum obedientię, quia præceptum de baptismo omnibus datum est, & ab omnibus impleri debet, nisi articulus necessitatis sacramentum excludat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus quantum ad aliquid extensiue excedit sanctificationem, quia in baptismo imprimit character, & corporaliter homo morti Christi cōfiguratur: quàmuis intensiue in sanctificatione amplior gratia fortassis præbeatur, & ideo non fit iniuria sanctificationi, si sanctificatis baptismus conferatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non totum quod facit baptismus, factum est per sanctificationem, quia non imprimit characterem: & ideo non frustra baptismus additur, in quo etiam sanctificatis gratia augetur.

E ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ per medicinam corporalem nihil aliud addi posset ad salutem eorum, quos Christus curauerat, & ideo non est similis ratio.

ARTICVLVS II.

b Vtrum intentio baptizantis, ad baptismum requiratur.

3.par.q.64. art.8.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd intentio baptizantis nō requiratur ad baptismū. Intētio.n. nō requiritur ad opus, nisi in principali agente, qui præstituit finem, & per imperium suum alios mouet ad finē intentū a se: sed sacerdos baptizās non est principale agens, sed instrumentale, vt dictū est supra. ergo non requiritur eius intētio ad baptismum.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Intentio hominis non est alicui certa nisi sibi. si ergo requiratur intentio ad baptismum, non erit certum de aliquo ꝙ sit baptizatus, nisi apud eum qui baptizauit: & hoc est inconueniens, ꝙ homo sit in tanto dubio salutis.

Super Ioā, c. 1. tract. 5.

¶ 3 Præt. Sicut August. dicit, Ebriosus & furiosus baptizare possunt: sed isti, vt videtur, non possunt habere intentionem, quia priuantur vsu rationis. ergo intentio non requiritur ad baptismum.

Hier. super Epist. ad Ephes. libr. 2. cap. 4.

¶ 4 Præt. Intentio cogitationē requirit: sed frequenter, & de facili cogitatio ad alia rapitur. ergo frequenter baptismus impediretur.

De consec. dist. 4. c. Eodē modo.

Sed contra. Ea quæ fiunt præter intentionē, sunt casualia: sed hoc sacramentis nō competit, cum habeant determinatos effectus, & determinatas causas. ergo requiritur intētio in baptismo, & in aliis sacramentis.

Li. 1. de sūmo bono, c. 24. Et habetur de cō secr. dist. 4. ca. Quòd ī materni.

tro, quia Gentes iudaizare non cogimus.

Quòd nullus in materno utero baptizetur.

A

Hoc etiam sciendum est, quòd licet ter immergatur propter mysterium Trinitatis, tamen vnum baptisma reputatur. Illud etiam ignorandum nō est, quòd in materno vtero * nullus baptizari potest, etiam si mater baptizetur. vnde Isidorus. Qui in maternis vteris sunt, baptizari non possunt: quia qui natus adhuc secundum Adam non est, secundum Christum non potest renasci: neque regeneratio in eum dici potest, in quem generatio nō G

præcessit. Item August. Non potest quisquam renasci antequàm natus sit. Si vero opponitur de Hieremia, & de Ioanne Baptista, qui ab vtero sanctificati leguntur, quod etiam de Iacob quidam putant, Dicimus, si sanctificatio ibi accipitur interior emundatio, in miraculis diuinæ potentiæ esse habendum, vt August. ait ambigue super hoc loquens. Si vsqueadeo, inquit, in illo puero acceleratus est vsus rationis & voluntatis, vt intra materna viscera iam posset agnoscere, & credere quod in aliis paruulis expectat ætas vt possint, in miraculis habendum esse diuinæ potentiæ, non ad humanæ trahendum exemplum naturæ. Nam quando voluit Deus etiam iumē- H

Ad Dardanū epist. post med. tom. 2. Hierem. 1. Luc. 1. Eadē epist. supra cita. & eodē ac tomo. Num. 22.

¶ 2 Præt. Opera quæ fiunt a voluntate, determinantur & specificantur intētione, vnde Ambr. dicit, ꝙ effectus operi tuo imponit nomen. & in glo. Matth. 12. dicitur. Quantum intendis, tantum facis: sed baptizare est actus voluntarius: ergo requiritur in ipso intentio ex parte baptizantis.

Elicitur ex ipso Ambr. de Elia, & ieiunio ca. 10. Et in lib. de Nabuch. c. 10.

Vlterius. Videtur quòd requiratur intentio recta. Requiritur enim intentio faciendi quod facit ecclesia: sed hoc intendere est rectæ intentionis. ergo ad baptismum requiritur recta intentio.

II Vbi supra art. 10. In lite. magistri.

¶ 2 Pręt. In omnibus ad quæ requiritur intentio ita est, ꝙ per prauam intentionem vitiantur: sed baptismus, dummodo detur, non potest esse prauus, vt in præcedenti dist. dictū est. ergo videtur ꝙ praua intentio non possit conferre baptismum.

Sed contra. Baptismus non impeditur ex malitia baptizantis: sed peruersa intentio pertinet ad malitiā baptizantis. ergo peruersa intentio in aliis non impedit baptismi effectum.

III

Vlterius. Videtur ꝙ intentio, vel voluntas non requiratur in baptizato. Baptismus enim contra peccatum originale datur: sed peccatum originale præter voluntatem & intentionem contrahitur. ergo & intentio, & voluntas non requiruntur ad baptismum in baptizando.

¶ 2 Præt. Pueri dormientes, & amentes possunt baptizari, vt supra dist. 4. dictum est: sed illi carent intentione baptismi. ergo ad baptismum non requiritur intentio ex parte baptizādi.

q. 3. artic. 1. q. 2. & 3.

¶ 3 Præt. Vnaquæque res per eadem corrumpitur & fit, contrarie tamen facta, vt dicitur in 2. ethi. si ergo intentione baptizandi fieret baptismus, tunc intentione ipsius character baptismalis deleri posset, quod falsum est.

Cap. 1.

Sed contra. In baptismo fit quoddā spirituale connubiū animæ ad deum: sed in coniugio requiritur consensus. ergo & in baptismo.

¶ 2 Præt. Baptismi effectus magis impeditur ex parte baptizati q̄ baptizātis, quia malitia baptizantis non īpedit receptionē gratię in baptismo, q̄ impediri pōt per malitiam recipientis sacramentum: sed defectus intentionis ex parte baptizantis impedit sacramentum. ergo multo fortius defectus intentionis ex parte baptizati. K

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd cum vnius effectus vna sit causa, si ex aliquibus pluribus causis vnus effectus procedat, oportet quòd illæ causæ sint aliquo modo factæ vnum adinuicem. Ad effectum autem sacramenti videmus multa concurrere, scilicet ministrum, formam verborum, & materiam: hæc autem nō possunt colligari adinuicem vt sint vna causa, nisi per intentionem baptizantis, qui scilicet formam ad materiam applicat, suum vero ministerium ad vtrumque, & totum hoc ad sacramenti collationem: & ideo requiritur intentio baptizantis. Et similiter etiam in omnibus aliis sacramentis requiritur intentio ministri cum debita ma- F teria & forma non solum ad effectum sacramenti consequendum, sed ad sacramenti perceptionem.

Ad primum ergo dicendum, quòd duplex est instrumentum, scilicet animatum vt seruus, & inanimatum vt securis, vt dicitur in 8. ethic. In instrumento igitur inanimato nō requiritur intentio propria, quia ipsa inclinatio instrumenti ad effectum per motum principalis agētis, locum intētionis supplet: sed in instrumento animato quod non tantum agitur, sed aliquo modo agit, vt pote per imperiū agens, & nō per impulsum motus, requirit intentio exequendi ministeriū, ad quod applicatum est.

Cap. 1.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ad hoc dupliciter secundū diuersas opiniones respondetur. Quidā enim dicunt, quòd si desit mentalis intentio in baptizante, non confert sacramentum baptismi: tamen in adulto supplet fides, & deuotio effectum baptismi, vt periculum ex hoc baptizato, qui ignorat intentionem baptizantis, nullum proueniat. Si autem sit puer, creditur pie, quòd summus sacerdos, scilicet deus defectum suppleat, & salutem ei conferat: si tamen non facit, non iniuste facit, sicut nec in illo qui sacramento non subiicitur. Alij dicunt, quòd in baptismo, & in aliis sacramentis quæ habent in forma actū exercitum, nō requiritur mentalis intentio, sed sufficit expressio intentionis per verba ab ecclesia instituta: & ideo si forma seruatur, nec aliquid exterius dicitur, quod intentionem contrariam exprimat, baptizatus est. Non enim sine causa in sacramentis necessitatis, scilicet baptismo & quibusdam alijs actus baptizantis tam sollicite expressus est ad intentionis expressionem.

I ¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis actu ebrius intentionem habere non possit, tamen ebriosus potest esse non actu ebrius, & intentionem baptizandi habens baptizare.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quàmuis minister sacramenti debeat niti ad custodiendum cor suum quantum potest, vt maxime in verbis sacramentalis formæ intētionem habeat actualem, quia tamen cogitatio est valde labilis, etiam si tunc non adsit actualis intentio quando verba profert, dummodo prius intendit, & contraria intentio nō interuenerit, sacramentum non impeditur: quia operatur tunc in vi principalis intentionis. Non enim oportet ꝙ in opere semper intentio coniungatur in actu, sed sufficit ꝙ opus ab intentione procedat.

Ad secundam quæstionem dicēdum, quòd rectum est, cuius medium nō exit ab extremis. Sacramentum autem baptismi est, quo mediāte acquiritur effectus baptismi in anima baptizati: vnde tunc est recta intentio, quando baptizans, seu baptizatus sacramētum ordinat ad effectum sacramenti, qui est salus. Si ergo intentio adsit in baptizante, quia intendit sacramentum conferre, sed desit rectitudo, quia ordinat sacramentum ad finem indebitum, non propter hoc in recipiente impeditur perceptio sacramenti, quia ad hoc fertur intentio baptizantis: neque effectus sacramenti, quia mundatio interior a ministro non est, vnde eius intentio ad hoc nihil facit. Si autem in baptizato sit intentio percipiendi sacramentum, sed desit rectitudo intentionis, recipit quidem quod intendit sacramentum, sed non rem sacramenti: quia obicem per prauam intentionem spirituisancto ponit.

Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis ad sacramentum requiratur intentio faciendi quod facit ecclesia, nō tamen requiritur quasi de necessitate sacramenti existens, facere quod facit ecclesia propter hoc, quod ecclesia facit: & in hoc consistit rectitudo intentionis.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ baptismus non habet bonitatem ex ministro, sicut alia operatio volūtaria habet bonitatem ex operante, & ideo non est simile.

AD

A Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd in baptismo baptizatus duo recipit, scilicet sacramentum, & rem sacramenti: sed ad hæc duo recipienda non requiritur aliquid causans ex parte recipientis, sed solum impedimentum remouēs, quod quidem impedimentum nihil aliud est, quàm voluntas contraria alteri prædictorum: & ideo in adultis, & in habentibus vsum rationis, in quibus potest esse contraria voluntas actu, vel habitu, requiritur & cōtritio, siue deuotio ad percipiendam rem sacramenti, & intentio, vel voluntas ad recipiendum sacramentum: in pueris autem absque vtroq; percipitur & sacramentum, & res sacramenti: & similiter est in carentib⁹ vsu rationis, nisi cō traria voluntas habitu insit, & si non actu. Tamen sciendum, quòd non requiritur in adulto voluntas absoluta suscipiendi quod ecclesia confert, sed sufficit voluntas cō ditionata, sicut est in voluntariis mistis, vt dicitur in 3. ethic. & ideo si sit coactio sufficiens, ita quòd principium sit ex toto extra nil conferente vim passo, vt cum aliquis reclamans immergitur violenter, tunc talis nec sacramētum suscipit, nec rem sacramenti. Si autem sit coactio inducens sicut minis, vel flagellis, ita quòd baptizatus potius eligat baptismum suscipere quàm talia pati, tunc suscipit sacramentum, sed non rem sacramenti.

Cap. 1.

tum locutum est. Ideo de Hierem. legitur. Priusquàm exires de ventre, sanctificaui te. Illa tamen sanctificatio, qua efficimur templum Dei, nonnisi renatorum est. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non potest intrare in regnum Dei. Nemo autem renascitur, nisi prius nascatur: vnde illa sanctificatio potest secundum prædestinationem accipi. Ecce videtur dubitanter loqui, qui ēt in eodem dicit. Non dictum est, quia credidit infans in vtero, sed exultauit: nec Elisabeth dicit, exultauit in fide, sed exultauit in vtero meo. Et potuit esse sanctificatio tantæ rei a maiori cognoscendæ indicium, non a paruulo cognitæ absque assertione. De hac sanctificatione loquitur, non diffiniens qualiter intelligenda sit illa sanctificatio, an sit signum futuræ rei, an veritas iustificationis per spiritum factæ. Sed melius est vt dicamus illos præter communem legem in vteris iustificatos, & gratia præuentos dimissis omnibus peccatis, quod etiam multis sanctorum testimoniis edocetur.

Hierem. 1. Ioan. 3. Luc. 1. B C

Si baptismus sit uerbis corrupte prolatis.

Qværi etiam solet, si corrupte proferātur verba illa, an baptismus sit. De hoc Zacharias Bonifacio scribit. Retulerunt mihi nuntij tui, quòd fuerit sacerdos in eadē prouincia, qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, nescius latini eloquii infringens linguam diceret, Baptizato te in nomine patria, & filia, & spiritussancta, & propter hoc considerasti rebaptizare. Sed si ille qui baptizauit, non errorem inducens,

De consec. dist. 4. c. Retulerunt.

Ad primum ergo dicendum, quòd intentio, vel voluntas in baptizato, vt dictū est, non requiritur quasi causans deletionem culpæ originalis, sed solum quasi remouens prohibēs, scilicet contrariam voluntatem.

D ¶ Ad secundum dicendum, quòd in pueris non potest esse contraria voluntas neque actu, neque habitu: & ideo non requiritur voluntas, vel intentio in eis, qua prohibens remoueatur. In amentibus autem & dormientibus potest esse voluntas contraria habitualis, quàmuis non sit actualis: & ideo si ante somnum, vel furiam fuerunt contrariæ voluntatis, non recipiunt sacramentum, quia adhuc illa voluntas habitualiter manet. Si autem habuerunt propositum recipiendi baptismum, & hoc per aliqua signa innotuit, tunc in articulo necessitatis debet eis conferri baptismus, & suscipiunt sacramentum, & rem sacramenti, etiam si furiosus tunc contradicat: quia illa contradictio non procedit a voluntate rationis, secundum quam est capax baptismalis gratiæ. Si autem necessitas non sit, debet in furiosis expectari lucidum interuallum, vel in dormientibus vigilia: si tamen baptizetur in statu illo, sacramentum suscipit, quàmuis peccet baptizans.

E ¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas, vel intentio baptismum suscipiendi non requiritur ad baptismum quasi causa, vel dispositio characteris, sed solum sicut remouens prohibēs, ideo ratio non valet.

Articvlvs III.

Vtrum in baptizato fides requiratur.

3. par. q. 68. art.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd in baptizato fides requiratur ad hoc, quòd sacramentum suscipiat. Baptismus enim sacramentum fidei dicitur: sed non nisi propter fidem recipientis ipsum. ergo requiritur fides baptizandi.

¶ 2 Præt. Matth. vlt. dicitur. Qui crediderit, & baptizatus fuerit. ergo vr̄ ꝙ requiritur in adulto ꝙ credat, ad hoc ꝙ baptizetur.

¶ 3 Præter. Fides essentialior est sacramento, quàm voluntas: sed voluntas requiritur, vt dictum est. ergo multo amplius fides.

Sed contra. Adulti non sunt peioris conditionis, quàm pueri: sed in pueris sufficit fides ecclesiæ ad baptismum, & non requiritur fides personę illius, ergo nec in adultis.

¶ 2 Præt. Charitas ꝓpinquior ē ad gratiam, quàm fides; quia charitas non potest esse sine gratia, sicut fides: sed non requiritur charitas in recipiente baptismum, quia sic nullus adultus de nouo acciperet ibi gratiam. ergo non requiritur fides.

II 3. par. q. 64. art. 9.

Vlterius. Videtur quòd requiratur fides in baptizante. Requiritur enim in baptizante intentio conferendi sacramentum: sed infidelis quantum ad articulum baptismi non credit sacramētum baptismi. ergo non potest intendere conferre illud, & ita non potest baptizare.

¶ 2 Præt. Baptismus est sacramentum ecclesiæ: sed fides est per quam membra ecclesiæ primo adinuicem vniuntur. ergo qui non habet fidem, nec potest baptizare, cum non sit de ecclesia.

¶ 3 Præt. Propinquius se habet ad baptismum baptizans, quàm offerens puerum ad baptizandum: sed in offerente requiritur fides, quia respondet, credo. ergo multo fortius requiritur in baptizante.

D Sed contra est, quod in litera determinatur, quòd hæretici verum baptismum conferunt: hæretici autem infideles sunt. ergo &c.

III 3. par. q. 64. art. 9. Lib. 4. contra Donatistas, cap. 1. & 2.

Vlterius. Videtur quòd recipientes baptismum ab hæreticis non consequantur rem sacramenti: quia August dicit, quòd qui foris ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem, sed ad pernitiem: sed baptizati ab hæreticis sumunt baptismum extra ecclesiam. ergo non sumunt ad salutem, & ita rem sacramenti non consequuntur.

¶ 2 Præt. Quicumque accipit aliquid ab aliquo, qui non habet ius dandi illud, iniuste accipit: sed hæreticus non habet ius dandi baptismum, vt dicit Aug. in libro 5. cap. 7. de baptismo contra Donatum. Si, inquit, hæreticus ius baptizandi non habuit, tamen Christi est quod dedit. ergo accipiens ab hæretico, iniuste accipit, & ita peccat.

Sed contra. Peccatum baptizantis non polluit baptismum, vt dictum est supra: sed infidelitas est quoddam peccatum. ergo non impedit effectum baptismi in baptizato.

E Etiam in litera magistri, dist. 5.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd cum quæritur, vtrum fides requiratur, vel sit necessaria ad baptismum, non intelligitur quæstio de necessitate absoluta, sed de necessitate, quæ est ex conditione finis. Est autem duplex finis in baptizatis. Primus est perceptio sacramenti: secundus est perceptio rei sacramenti. Dico ergo quòd in adultis requiritur fides etiam personalis necessitate, quæ est ex suppositione finis secūdi: quia nisi credat, reputatur fictus, vt supra dist. 4. dictum est, & ita non consequitur rem sacramenti. Non autem requiritur ad primum finem consequendum, quia sacramentum percipit aliquis etiam si non credat. Vnde Aug. dicit, quòd prorsus fieri potest vt aliqui verum baptisma habeant, & non habeant veram fidem: in paruulis autem sufficit fides ecclesiæ ad vtrumque.

q. 3. artic. 2. q. 1. 2. & 3. Lib. 4. contra Donatistas, ca. 15.

Ad primum ergo dicendum, quòd baptismus dicitur fidei sacramentum, quia per eum homo cętibus fidelium aggregatur: & ideo qui accipit baptismum, ostendit se fidem

habere

habere, & si non habet, reputatur fictus, & rem sacramēti cūm sacramento percepto non percipit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dominus in verbis illis ostēdit, quid requiritur in baptizando ad salutem consequendam, quæ est res sacramenti. vnde subdit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd sacramentum baptismi in anima recipitur quantum ad characterem: anima autem non potest alicui subiici in vita, & ideo voluntas, seu intentio facit ad hoc, quòd homo se sacramento subiiciat: sed fides facit ad hoc, quòd debito modo se subiiciat. Vnde fides requiritur tantum ad perceptionē rei sacramenti, sed intentio ad perceptionem rei simpliciter.

De consec. dist. 4. ca. Si nulla.

¶ Et quia aliæ rationes probant, quòd nec quantum ad vltimum effectum fides requirat: ideo ad quartum dicendum, quòd in pueris non potest esse contrarium gratiæ baptismalis ex personali voluntate: & ideo nō requiritur personalis fides, sicut requiritur in adultis ad consequendam rem sacramenti, in quibus potest esse personalis infidelitas.

¶ Ad quintum dicendum, quòd recta intentio requiritur ad consequendam rem sacramenti. Fides autem intentionem dirigit, & sine ea non potest esse præcipue in talibus intentio recta: sed charitas vlterius facit intentionem meritoriam, & ideo ad hoc, quòd homo præparet se ad gratiam in baptismo percipiendam, præexigitur fides, sed non charitas, quia sufficit attritio præcedens, & si non sit contritio.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd dum hæreticus, vel quicumque infidelis debitam formam seruet, & intentionem baptizandi habeat, verum sacramentum confert: quia baptismus non habet efficaciam ex merito baptizātis, sed ex merito Christi, quod operatur in baptizato per fidē propriam in adultis, vel per fidem ecclesię in pueris.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd quàmuis ille, qui nō credit baptismum esse sacramentum, aut habere aliquam spiritualem virtutem, non intendat dum baptizat conferre sacramentum, tamen intendit facere quandoque quod facit ecclesia, & si illud reputet nihil esse: & quia ecclesia aliquid facit, ideo ex consequenti, & implicite intēdit aliquid facere, quàmuis non explicite.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis hæreticus per fidem rectam non sit membrum ecclesiæ, tamen inquantum seruat morem ecclesiæ in baptizando, baptismum ecclesiæ tradit, vnde regenerat filios Christi, & ecclesiæ non sibi, vel hæresi suę. *Sicut enim Iacob genuit filios per liberas, & ancillas, ita Christus per catholicos, & hæreticos bonos, & malos,* vt August. dicit contra Donatum.

Gene. 30. Lib. & cap. codē supra citato.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non requiritur fides personalis offerentium puerum ad baptismum, nec alicuius personæ determinatæ, sed solum fides ecclesiæ militantis, quam non est possibile deficere totaliter deo hæc ordinante, qui dixit Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Si tamen deficeret illud, suppleret quod de fide remansit in ecclesia triumphante, scilicet visio: nec offerens puerum ad baptismum in persona sua, dicit, credo, sed in persona pueri, vt sit sensus, credo, idest, sacramentum fidei præsto sum recipere.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd ille qui ab hæretico baptizatur, propter peccatum hæretici non priuatur gratia baptismali, sed quandoque propter peccatum proprium. Vnde si sit puer, in quem culpa actualis non cadit, si baptizatur in forma ecclesiæ, recipit sacramentum, & rem sacramenti: similiter si sit adultus, & baptizans non sit hæreticus manifestus, & ab ecclesia præcisus, vel si baptizatus sit in articulo necessitatis. Si autem sciat ipsum esse hæreticum, & baptismum ab ipso suscipiat, hoc contingit vel quia fauet hæresi suæ, vel in contemptum ecclesiæ, vel propter aliquod temporale commodum, & sic ipsemet peccat: vnde proprio peccato obicem ponit spirituisancto, ne consequatur rem sacramenti.

Extra articulum necessitatis.

vel hæresim, sed pro sola ignorantia romanæ locutionis infringendo linguam baptizans dixisset, nō possumus consentire, vt denuo baptizetur.

Leo Papa.

PRAETEREA sciēdum est, quòd illi, de quibus nulla extant indicia inter propinquos, vel domesticos, vel vicinos, a quibus baptizati fuisse doceantur, agendum est vt renascantur, ne pereant, in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit vt videatur iteratum. Conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur: quia non temeritas interuenit præassumptionis, vbi est diligentia pietatis.

De illo qui pro ludo immergitur.

SOLET etiam quæri de illo, qui iocans sicut mimus, commemoratione tantum Trinitatis immergitur, vtrum baptizatus sit. Hoc autem August. non diffinit ita inquiens. Si totum ludicre, & mimice, & iocularitur ageretur, vtrum approbandus esset baptismus qui sic daretur, diuinum iudicium per alicuius reuelationis miraculū orationē implorandum esse censerē. Videtur tamen sapientibus non fuisse baptisma, vt cum aliqui in balneum, vel in flumen mergun-

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd August. loquitur in casu illo, quādo aliquis in fauorem hæresis, vel aliquo alio malo fine ab hæretico baptismum suscipit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ius dandi baptisma est ex duobus, scilicet ex ordine sacerdotali, & ex iurisdictione. In hæretico ergo ab ecclesia præciso manet ius dandi baptisma quantum ad ordinem sacerdotalem, si primo in ecclesia sacerdos fuerit: non tamen manet quantum ad iurisdictionem, quam amittit, tamen sequitur, quòd baptismum ab hæretico suscipiens, semper iniuste accipiat, cum credit eum habere ius dandi, & non esse hæreticum: vel in casu necessitatis in quolibet habet potestatem baptizandi.

Li. 7. de baptis. 5 [illegible] Et habetur de consec. dist. 4. c. [illegible]

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de ritu baptismi.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, De ritu ipsius baptismi.
¶ Secundo, De ritu catechismi.
¶ Tertio, De ritu exorcismi.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum baptismus iterari possit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus iterari possit: quia eucharistia est sacramentum excellentius quàm baptismus, quia est perfectio secundum Dionys. sed eucharistia iteratur, ergo & baptismus iterari potest.

3. par. q. [illegible] art. 3. De eccl. hier. cap. [illegible] parti.

¶ 2 Præt. Gratia est principalior effectus baptismi, quàm character: sed gratia amittitur, quàmuis character non deleatur. ergo videtur quòd ratione gratiæ recuperandæ baptismus iterari debeat.

¶ 3 Præt. Sicut ad vnitatem actionis requiritur vnitas temporis, ita & vnitas agentis: sed plures possunt aliquem simul baptizare, quia vnus alium non impedit, & præcipue hoc necessarium est, si vnus sit mutus, qui verba proferre non possit, & alius mancus, qui nō possit immergere. ergo & similiter potest aliquis pluries diuersis temporibus baptizari.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephes. 4. Vna fides, vnum baptisma. ergo iterari non debet.

¶ 2 Præt. Baptismus contra originale datur: sed originale peccatum non iteratur, ergo nec baptismus iterari debet.

VLTERIVS, Videtur quòd non debeant esse illa duo tempora determinata ad baptismum, scilicet sabbathum Paschæ, & Pentecostes, quia periculo quàm citius succurrendum est: sed homo propter fragilitatem naturæ semper est in periculo vitæ suæ. ergo non debet expectari tempus aliquod determinatum ad baptismum, sed statim baptizari.

¶ 2 Præt. Per baptismum homo regeneratur in filium dei ad imaginem Christi. ergo præcipue in festo natiuitatis baptismus celebrari deberet.

¶ 3 Præt. Baptismus Christi contulit aquis vim regeneratiuam:

sed Christus in die Epiphaniæ baptizatus fuit. ergo tunc præcipue homo deberet baptizari.

¶ 4 Præt. Baptismus habet efficaciam a passione Christi. ergo in die passionis dominicæ magis deberet celebrari baptismus, quàm in sabbatho Paschæ.

III

VLTERIVS. Videtur quòd sacramentalia baptismi male ponantur a Diony. Ponit enim primo receptionem baptizandi ab episcopo, quem summum sacerdotem dicit præsentem omni ecclesiæ plenitudine. Debet enim baptizandus recipi ab eo qui est proprius baptismi minister: talis autem est sacerdos, & non episcopus. ergo nō oportet ponere receptionē ab episcopo.

De eccles. hier. cap. 2. parti.

¶ 2 Præt. Per manus impositionem datur spiritussanctus ad robur, quod ad confirmationē pertinet, quę baptismū sequitur. ergo incōuenienter ponit, quòd episcopus baptizando recepto manus ei ante baptismum imponit.

De consec. di. 4. c. Duo tempora.

¶ 3 Præt. Baptizandis sal in os mittitur, & aures & nares sputo liniuntur. cum ergo de his Dion. mentionem non facit, videtur quòd sacramentalia baptismi ponat insufficienter.

Vt supra, in eccl. hier. Idem codē in loco.

¶ 4 Præt. Ipse ponit olei inunctionem ante baptismum, quo inungitur Christianus quasi ad pugnam, vt ipse dicit: sed ad pugnam spiritualem præcipue ordinatur sacramentum confirmationis. ergo videtur quòd talis inunctio nō debet fieri in baptismuo.

¶ 5 Pręt. Sacramenta sunt distincta. ergo videtur quòd nō debeat simul cum baptismo cōnumerare Eucharistiæ perceptionem, & sacri chrismatis linitionem.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd baptismus nullo modo iterari debet propter quatuor rationes. Prima sumitur ex morbo, contra quem datur, scilicet originale peccatum, quod non iteratur, vnde nec medicina iterari debet. Secunda sumitur ex re sacramenti, quia in baptismo deletur culpa & pœna totaliter. Vnde si frequenter liceret homini baptismum suscipere, esset quædam prouocatio ad peccandum: quia facilitas veniæ incentiuum præbet delinquendi, vt dicit Greg. Tertia sumitur ex sua significatione, quia configuratur morti Christi, qui semel tantum mortuus est. Quarta sumitur ex ipso sacramento, scilicet charactere, quod indelebiliter manet: vnde fieret iniuria sacramento, si baptismus iteraretur, quasi prima sanctificatio non sufficeisset, & iterum quia ipsum sacramentum regeneratio quædam est: cuiuslibet autem generatio est tātum semel. Quod autem nescitur esse factum, nō iteratur. Vnde si inueniatur pro certo aliquis defectus fuisse in baptismo eorum, quæ sunt de essentia sacramenti, debet absolute iterum baptizari sub hac forma: Baptizo te, si non es baptizatus, in nomine patris &c.

Aliqualiter habetur ex lib. 9. Mo. [illegible] c. 16. circa prin.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd sicut in Eucharistiæ sacramēto sanctificatur materia, ita in baptismo sanctificatur recipiens characteris impressionem. Vnde sicut fieret[d] iniuria Eucharistiæ si hostia consecrata cōsecraretur iterū, ita fit[d] iniuria baptismo, si aliquis semel baptizatus, iterum baptizetur: quia sicut ibi sanctificatio refertur ad materiam, ita hic ad suscipientem sacramentum.

D. 583. D. 165.

¶ Ad secūdū dicendum, quòd quàmuis gratia sit dignior effectus baptismi, quàm character, & sit quodammodo principalior, non tamen est ita proprius effectus eius, & in hoc nō ita principalis: quia gratia amissa, per alia sacramenta recuperari potest, & ideo non oportet quòd ad ipsam recuperandam iteretur baptismus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si plures simul immergerent, ita quòd vterque diceret, Ego te baptizo &c. baptizatū esset, quàmuis peccarent non seruantes ritum ecclesiæ: nec tamen essent puniendi tamquàm iterantes baptisma, nisi hoc intēderent: quia contingit eandem actionem & ab vno, & a pluribus exerceri, non autem contingit eandem actionem esse, quæ in diuersis temporibus fit. Si autem dicant, Nos baptizamus te, non erit baptismus, quia nō seruatur debita forma, vt supra dist. 3. dictū est. Similiter nō erit baptismus, si vnus sit mancus, & alius mutus, vno proferente verba, & alio īmergente: quia ipsa verba formæ ostendunt, quòd ab eodem debet fieri immersio, & verborum pronuntiatio.

q. 1. arti. 2. q. 2.

tur in nomine Trinitatis, non est tamen baptismus, quia non intentione baptizandi illud gerit. Nam in hoc, & in aliis sacramentis, sicut forma est seruanda, ita & intentio [b] illud celebrandi est habenda. Illud etiam non te moueat, quòd quidam non ea fide paruulos ad baptismum ferunt, vt per spiritum ad vitam regenerentur æternam, sed eos putant hoc remedio temporalem accipere sanitatem: non enim propterea illi non regenerantur, quia nec ab illis hac intentione offeruntur.

Leo Papa.

AGNOSCENDVM est etiam in baptizandis electis duo tēpora esse seruanda, idest Pascha, & Pentecosten, vt in sabbatho Paschæ, vel Pētecostes baptismi sacramētum celebretur. Qui vero necessitate mortis, vel periculi vrgentur, omni tēpore debent baptizari.

De responsione patrinorum.

PORRO cuncti ad baptismum venietes fidē [f] suam profiteri debent, & exponere quid petendum venerint ad Ecclesiam. Vnde etiā a baptizādo quæritur, Quid venisti ad Ecclesiam petere? Qui si adultus est, pro se respondet, Fidem, idest, sacramentum fidei, & doctrinam. Ita etiam per singula interrogatus respondet se credere in Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum. Si autem paruulus est, non valens credere, vel loqui, alius pro eo respōdet. Vnde Isid. Paruuli alio profitente baptizantur, qui adhuc loqui, vel credere nesciunt: sicut etiam pro ægris, mutis, vel surdis

Li. 2. de offi. Et habetur de consecr. dist. 4. c. Paruuli.

AD SECVNDAM quæstionem dicendū, quòd in baptismo duo considerantur, scilicet substātia sacramenti, & solemnitas: & quantū ad substantiam sacramenti non est aliqd tempus determinatum ad baptismū, imo quolibet die, & qualibet hora baptismus celebrari potest. Sed solēnis celebratio baptismi in ecclesia habet tēpus deputatū, s. duplex sabbathū, de quo in litera dicitur: cuius ratio est, quia baptismus habet efficaciam ex duobus, scilicet ex virtute spiritussancti, & ideo in vigilia Pentecostes celebratur solemniter baptismus. Item, ex passione Christi, cuius morti aliquis configuratur per baptismum quasi consepultus Christo in mortē, vt dicitur Rom. 6. & ideo celebratur solemniter in die sepulturæ Christi, idest, in vigilia Paschæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in necessitate non oportet expectare ista duo tempora. Vnde dicitur de consecr. dist. 3. De catechumenis baptizandis id decretum est, vt in Paschali festiuitate, vel Pentecostes veniant ad baptismum, in cæteris autem solemnitatibus infirmi tantum debent baptizari. Et quia pueri, qui infirmi cōputantur propter naturæ imbecillitatē, & pp periculū damnationis, a qua nō pñt aliter liberari: ideo nunc ipsi pueri baptizātur vt in pluribus, & nō expectātur hæc duo tempora, sicut in adultis expectari solebant.

Cap. de catechumenis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in festo Natiuitatis recolitur natiuitas domini secundum carnem: nos autem nō efficimur fratres eius natiuitate carnis, sed spiritus: & ideo non oportet quòd tunc baptismus celebretur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per baptismum Christi est tantum materia præparata ad actum baptismi: sed virtus agens in baptismo est meritum passionis Christi, & virtus spiritussancti. Et quia agēs in omnibus est principalius, quàm materia, ideo potius in duobus determinatis temporibus baptismus celebrari debet, quàm in Epiphania: tamen ideo non est specialiter institutum baptismum celebrari in die illa, vt excluderetur error quorundam, qui dicebant numquàm baptismum posse cōferri, nisi in die illa, qua dominus baptizatus est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd homo in baptismo cōfiguratur passioni Christi per modū cuiusdā cōsepelitionis, vt Apost. Ro. 6. dicit: & ideo in die sepulturæ cōgruētius fit, quàm in die passionis.

AD TERTIAM quæstionem dicēdum, quòd Diony. prosequitur ritum baptismi, qui in primitiua ecclesia seruabatur in solemni celebratione baptismi, quando adulti ad baptismum veniebāt, & ideo quatuor per ordinem ponit, quorum primū pertinet ad catechismum: secundum, ad exorcismum: tertiū, ad baptismum: quartum, ad baptismi complementum. Quantum ad catechismum pertinent hæc, quæ hic per ordinē tanguntur. Primo, instructio de fide per prædicationem episcopi. Secundo, conuersio infidelis ad fidē, & accessus ad episcopum mediante patrino, quem anadochum dicit. Tertio, gratiarum actio, & oratio ab epo, & clericis facta. Quarto, petitio baptismi, & pfessio obseruātiæ christianæ religionis. Quinto, manus impositio, & signatio eius signo crucis. Sexto, conscriptio baptizandi,

ptizandi, & anadochi. Sed quantũ ad exorcismũ ponũtur quatuor. Primo, exsufflatio versus Occidentalem partẽ, & abrenũtiatio. Secũdo, manuũ ad cælum erectio cum sacræ confessione fidei, & ꝓfessione christianæ religionis. Tertio, oratio, benedictio, & man⁹ impositio. Quarto, denudatio, & vnctio oleo sancto, quod dr̃ ad catechumenos. Sed quantũ ad baptismum ponit trinã immersionem cum aliis, quæ requirũtur ad baptismum: quantũ vero ad ꝑfectionẽ baptismi, quæ consequitur, ponit tria, s. vestis traditionem, linitionẽ chrismatis in vertice, & eucharistiæ perceptionem.

Aug. de baptismo cõtra Donatistas, lib. 4. c. 24. in fin. Et habetur de consecr. dist. 4. c. Cũ pro paruulis.

alius profitetur dum baptizantur, sic & de pænitentibus agendũ est. Si vero pro eo qui respondere potest, alius respondeat, non itidem valet, sicut dictum est, Aetatem habet ipse de se loquatur. Si vero quæritur ex quo sensu pro paruulo dicatur, credo, & fidem peto. G Dicimus de sacramẽto fidei id esse intelligendum, quod respondetur petere cum defertur ad Ecclesiam, & habere cum baptizatur, vt sit sensus cum dicitur, Fidem peto, idest, sacramentum fidei præsto sum recipere: credo, idest, sacramentũ fidei suscipio, quod est, hic paruulus præsto est sacramentum fidei accipere. Vnde August. Nihil est aliud credere, quàm fidẽ habere, & ideo cum respondetur,

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Dion. tradit ritum baptismi quantum ad maximã sui solẽnitatẽ: & ideo non ponit solum ministrum sufficiẽtem, sed excellentem.

Vbi supra, ca. 2. par. 2.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ circa baptismũ, vt ex ꝑdictis patet, triplex man⁹ impositio dat̃. Vna in catechismo, vt homo in fide roboretur in seipso. Alia in exorcismo, vt roboretur in pugna aduersus diabolum. Tertia in confirmatione, vt roboretur in confessione fidei contra pressuras mundi.

Epis. 23. ad Bonifaciũ, in fine. Et habetur de consecr. distin. 4. c. Nihil est.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ de illis sacralibus, quæ pertinẽt ad solẽnitatem baptismi, quædã fuerunt in primitiua ecclesia, quę nunc nõ sunt: & quędã postea superaddita sunt. Vnde in exorcismo aliquid subtractum est, vt patet per ritũ, quem docet Rabanus, s. conuersio ad Occidentalem partẽ, & Orientalẽ: & aliquid additum, s. salis cibatio, & aurium, & naris sputo linitio ad designãdum remotionẽ illorum, quæ præcipue possunt impedire fidei doctrinã, cuius sacrm̃ percipiendũ est. Potest. n. impediri ne recipiat̃: & contra hoc adaperiuntur aures sputo ad recipiendũ fidem ex auditu per verbũ dei, & nares ad ꝗrendũ doctrinã fidei per odorẽ bonũ notitiæ suæ sparsum in conuersatione & doctrina sanctorũ ad similitudinẽ eius, ꝙ dñs luto ex sputo facto liniuit oculos cæci nati. Ideo autem oculi non liniuntur, quia visus inuentioni seruit: fides aũt nõ est per inuentionem humanam. Potest etiam impediri diuulgatio fidei in confitentibus, & docẽtibus ipsam, & ideo apponitur in ore sal discretionis, vt omnis sermo fidelium sit sale conditus.

De institu. clericorum Et habetur de consecr. dist. 4. c. Postea. Et Dionys. de ecclesiast. hierarc. cap. 2. part. 2.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ circa baptismum est triplex inunctio. Vna ante baptismum, quæ fit oleo sancto, quod dicitur ad catechumenos: & hoc secundum Dion. & Amb. fit in signum pugnæ contra inimicũ, sicut athletæ inunguntur: vel secundũ Raban. vt nullæ reliquiæ latentis inimici resideant, quia quod emollitum est, facilius ablui ab intrinsecis sordibus potest. Secunda fit post baptismũ chrismate in vertice, vt sicut per ablutionem aquæ significatur emũdatio a peccatis, ita per chrismatis linitionem in vertice significetur gratia collata in mente ad bene operandum, vt odor boni exempli ad alios diffundatur. Tertia, fit in confirmatione, de qua post dicetur.

De ecclesi. hier. cap. 2. par. 3. Amb. lib. 2. de sacramen. cap. 2. Et Raban. vt habetur de consecr. dist. 4. cap. Deinde.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illa linitio chrismatis non est sacramentum confirmationis, sed datur tantum in signum sicut & vestis candida, & candela accensa, vt per vestem candidam significetur nouitas vitæ, & puritas: per chrisma, odor bonæ famæ: per candelam accensam, veritas doctrinæ. Eucharistiæ autem perceptio non ponitur a Dion. quasi sacramentale baptismi, sed quia iam baptizatus est configuratus, admittitur ad sacram mensam: & iterum quia omne sacramentum per eucharistiam consummatur, vt Dion. dicit.

Dist. 7. q. 3. art. 3. De ecclesi. hierar. c. 3. in princip. Eodem lib. ca. 5. par. 1.

ARTICVLVS II.

b Vtrum catechismus baptismum præcedere debeat.

3. par. q. 71. art. 1. To. 4. ca. 2. in fine.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd catechismus baptismum præcedere non debeat. Quia sicut dicit Aug. in lib. de catechizandis rudibus, narratio plana est, cum quisq; primo catechizatur ab eo, quod scriptum est, In

F principio creauit deus cælum & terram vsq; ad præsentia tempora ecclesiæ: sed hoc non potest fieri nisi longissimo tempore. cum ergo periculosum sit tantum differri baptismum, videtur ꝙ non debeat baptismum catechismus præcedere.

¶ 2 Præt. Matth. 7. dicitur, Nolite sanctum dare canibus: sed sanctũ ibi dicit doctrina sacra, quæ nõ est committẽda immundis, vt Dion. dicit. cum ergo non baptizati sint immundi, videtur ꝙ non debeant catechizari non baptizati.

De eccl. hierar. c. in prin.

credere paruulus, qui fidei nondum effectum habet: respondetur fidem habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad Deũ propter conuersionis sacramentum. Sed adhuc quæritur, ex quo sensu pro paruulo respondeatur, Credo in Deum patrem, & in Ie- G sum Christum, & in Spiritumsanctum, numquid de sacramento fidei, an de fide mentis ibi agitur. Si de sacramento, cur nominatim distinguuntur personæ? Si vero de fidei effectu, quomodo verum est, cum ea paruulus careat? Respondetur. An illud facturus paruulus spondetur cum creuerit, sicut & omnibus pompis diaboli spondetur abrenunciare: quod si non seruauerit factus adultus, tenebitur

¶ 3 Præt. Baptism⁹ est spiritualis regeneratio, per quam datur esse spirituale, vt Dion. dicit: sed prius est accipere esse, quàm doctrinam. ergo baptism⁹ debet præcedere catechismum.

Eodem lib. ca. 2. par.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. vlt. Docete omnes gẽtes, baptizantes eos &c. ergo doctrina fidei, quæ ad catechismũ per- H tinet, debet præcedere baptismum.

¶ 2 Præt. Nullus digne accedit ad baptismum, qui fictus accedit: sed non credens reputatur fictus, secundum Aug. cum ergo fides sit ex auditu, auditus per verbum Christi, vt dicitur Ro. 10. videtur ꝙ oporteat prius instrui aliquem per verbum Christi, quàm ad baptismum accedat.

VLTERIVS. Videtur quòd catechizare nõ sit officium sacerdotis: quia secundum Dionys. in ecclesiast. hierarch. diaconi habent officium super omnes immundos, quia ipsi habent purgatiuam virtutem: sed primus gradus immundorum sunt catechumeni, vt ipse dicit. ergo ad diaconos pertinet eorum instructio. II

Ca. 5. par.

¶ 2 Præt. Illius videtur esse instruere baptizandum, cuius est ad baptismum eum adducere: hoc autem est anodochi, idest, patrini secundum Dion. & non sacerdotis. ergo & catechizare non erit sacerdotis officium.

De eccl. hierar. cap. 2. part. 2.

I SED CONTRA est, quod dicit Nicol. Papa. Catechismi baptizandorum a sacerdotibus vniuscuiusq; ecclesiæ fieri possunt. ergo videtur esse officium sacerdotum.

De consec. dist. 4. c. Catechismi.

VLTERIVS. Videtur quòd pueri non debeant catechizari. Frustra enim adhibetur instructio ei, qui non est perceptibilis disciplinæ: sed puer non est perceptibilis disciplinæ, quia non habet vsum liberi arbitrij. ergo non debet ei instructio adhiberi. III

¶ 2 Præt. In catechismo requiritur confessio fidei, & professio christianæ religionis, vt per Dion. patet: sed hoc per se puer facere non potest, nec aliquis pro puero, quia nullus potest ex voto alterius obligari. ergo videtur quòd non debeant pueri catechizari.

De eccl. hierar. c. 2. part.

¶ 3 Præt. Si ipse pro puero confitetur, ergo videtur ꝙ ipse patrinus obligetur ad instruendum puerum de his quæ pertinẽt ad fidem christianam: & ita videtur ꝙ sit valde periculosum puerum de sacro fonte leuare, cum raro aliquis de pueri instructione curam gerat.

K SED CONTRA est, quòd ritus baptismi debet in omnibus similiter obseruari, vt ostendatur vnitas baptismi. si ergo adulti catechizantur, & similiter pueri catechizari debent.

¶ 2 Præt. Ad hoc est generalis ecclesiæ consuetudo.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut in aliis scientiis & doctrinis quædam sunt cõmunia, quibus ignoratis necesse est artem ignorare, quædam autem propria, quæ sine ignorantia illius doctrinæ ignorari possunt: & ita etiam in doctrina fidei, quædam dicuntur quæ sunt fidei communia rudimenta, ad quæ credenda explicite omnes tenentur: sicut est fides trinitatis, & incarnationis, & passionis, & diuini iudicij, & prouidentiæ dei de factis hominum, & talis instructio catechismus dicitur: de aliis autem debet instrui post baptismum temporis processu.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est necessariũ ꝙ omnia in particulari addiscat, quæ in tota biblia cõtinẽtur, sed

sed in quadam summa, vt scilicet videat quomodo in quolibet statu mundi deo fuit cura de omnibus. A

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ dominus loquitur de illis immũdis, qui fidei contrariantur, non de illis, qui ad fidem accedere volunt: vnde sequitur. Ne ipsi conuersi dirumpant vos.

¶ Ad tertium dicendum, quòd generatio naturalis nõ præsupponit aliquã cognitionem, & ideo non potest præexistere aliqua instructio: sed spiritualis regeneratio præsupponit vitam naturalem, & ideo potest præexistere aliqua instructio.

ipse, vel sponsor. Sane etiam dici potest ibi sponderi pro paruulo, quòd ad maiorem ætatem si venerit, & pompis diaboli renunciabit, & sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramentum recipit. Hac autem sponsione paruulus, pro quo fit, tenebitur, non sponsor: si tamen vt cautio impleatur, quantum in se est, operam dederit, quia B exigitur a patrino vt sit diligens circa eum, pro quo spopondit, sollicitudo. De hoc August. Certissimam emisistis cautionem, qua renuntiare pompis diaboli spopondistis.

De peccatorum meritis & remiss. sine, vt habetur de cõsecr. dist. 4. c. Mater. De eccl. hierarc. cap. 2. part. 3.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd triplex est instructio fidei, vna admonitoria, qua quis ad fidem conuertitur, & hæc proprie est sacerdotum, quorum est prædicare, & docere: unde & Dion. hanc instructionem episcopo attribuit. Alia est instructio disciplinalis, qua quis instruitur qualiter ad baptismum accedere debet, & quid credere debeat, & hæc pertinet ad officium diaconi, & per consequens sacerdotis: quia quicquid est diaconi, est etiã sacerdotis. Tertia, quæ sequitur baptismum, & hæc pertinet ad anadochũ, & ad prælatos ecclesiæ. Prælati enim ecclesiæ habent quasi doctrinã generalem, quæ per officium anadochi specialiter ad hunc, vel illum adaptatur secundum quod ei competit. C

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd in primitiua ecclesia quando adulti ad baptismum veniebant, qui magna instructione indigebant, hoc per diaconos exercebatur, sacerdotibus circa maiora occupatis, & ideo Dionys. diaconibus attribuit.

Vbi supra, ... 1 larg.

¶ Ad secundum dicendum, quòd anadochus non instruit ante baptismum de fide, sed conuersum iam recipit ad instructionem præsentans.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quicquid est diaconi, licet etiã sacerdotibus facere: unde per hoc non remouetur quin catechizare sit officium diaconi.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd catechismus est quasi quædam dispositio ad baptismum. Dispositiones autem debent proportionari illis, ad quæ disponunt: vnde in adultis, in quibus in baptismo requiritur propria fides, & propria voluntas, requiritur etiam quòd ipse per se catechizetur, & per se confiteatur, & christianam religionem profiteatur. In puero autem cuius baptismus operatur tantum ex fide ecclesiæ, & merito Christi, fit instructio mediante alio: vnde eadem quibus instruendus est, proponuntur præsente anadocho, cui committitur in his instruendus, & ipse loco eius confessionem, & professionem facit. D

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis non sit tunc actu perceptibilis disciplinæ, tamen habet huiusmodi perceptibilitatem in radice quantum ad potentiam rationis, quam habet ex natura: & quantum ad habitum fidei, quem recipit in baptismo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis puer confiteri non possit per se, vel profiteri, tamen alius vicem eius supplet, non quidem suam propriam fidem confitens, sed fidem pueri, & quantum ad id quod nunc est, vt sit sensus, Credo, idest, sacramentum fidei præsto sum accipere in persona pueri loquens, vt Augustinus exponit: & quantum ad id quod futurum est, vt sit sensus, Credo, idest, quando ad perfectam ætatem veniam, fidei consentiam, vt Dionys. exponit: & hoc quidem cõfiteri potest ex proposito solicitudinis circa ipsum adhibendæ, vt alio modo possit esse sensus, Credo, idest, operã dabo ad hoc, quòd credat: & in hoc ipse puer obligatur & anadochus, quia de illis, ad quæ omnes tenentur, non est inconueniens si vnus alium obliget: secus autem est de consiliis, ad quæ non omnes tenentur. E

Epis. 23. ad Bonifaciũ, & baptis. paruulorũ. Et habetur de consecr. dist. 4. cap. Vnde. De eccl. hierarc. cap. 7. part. 3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est ibi magnum periculum quantum ad modernum tempus, quia parentes pueri sunt & christiani, & satis probabiliter potest æstimari, quòd eum in fide nutrient, & etiam ex aliis, quibus conuiuet, fidem addiscet. Secus autẽ erat in primitiua ecclesia, vbi pueri

A cum infidelibus cõuersabantur, & ideo diligentior cura adhibenda erat ab anadocho, vel patrino. Et similiter etiam nunc si pueri parentes de infidelitate suspecti essent, vel si inter infideles conuersaturus forte puer esset.

De catechismo, & exorcismo.

B

ILLA autem interrogatio, & responsio fidei fit in catechumeno, cui additur exorcismus. Ante [b] baptismum enim fit catechismus, post catechismum sequitur [c] exorcism⁹, B vt ab eo qui iam fide instructus est, aduersaria virtus pellatur. Exorcismus de græco dicitur in latinum adiuratio. Catechismus, instructio. Catechizare enim est instruere, vt de symbolo, ac rudimentis fidei. Exorcizare est adiurare, vt, Exi ab eo spiritus immun-

ARTICVLVS III.

c Vtrum exorcismus baptismum præcedere debeat.

3. par. q. 71. art. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd exorcismus in eodẽ non debeat præcedere baptismũ. Exorcismi enim contra energumenos instituti sunt: sed nõ omnes qui accedunt ad baptismum, sunt energumeni. ergo non omnes sunt exorcizandi.

¶ 2 Præt. Prius debet curari causa, quàm curetur effectus: sed peccatum est causa quare in quibusdam diabolus potestatem habeat. si ergo exorcismi sunt ad potestatem diaboli pellẽdam, videtur ꝙ prius deberet aliquis per baptismum a peccato mũdari, quàm per exorcismum a potestate diaboli.

C ¶ 3 Præt. Ad idem superfluũ est diuersa remedia ordinari: sed ad potestates dæmonis arcendas sufficit aqua benedicta. ergo non oportet ad hoc alios exorcismos esse.

SED CONTRA est, quod Cælestin⁹. Papa dicit, Siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniant sacramentum, nõ fontem vitæ prius adeant, quàm exorcismis, & exsufflationibus clericorum immundus spiritus ab eis abiiciatur.

De consec. dist. 4. c. Siue paruuli.

¶ 2 Præt. Alia quæ sanctificantur, prius exorcizantur, sicut patet in aqua benedicta, & in sale quod apponitur. cum ergo in baptismo homo cõsecretur, videtur ꝙ prius debeat exorcizari.

VLTERIVS. Videtur quòd exorcismus non habeat aliquem effectum, sed sit ad signandum tantum. Nihil enim plus exigitur ad sacramentum nouæ legis, nisi quòd significet, & efficiat quod significat. si ergo ea quæ sunt in exorcismo non solum significant, sed etiam efficiunt, tunc per se sacramenta sunt, & non sacramentalia. II

¶ 2 Præt. Sicut exorcismus præcedit baptismum, ita & quædã D alia sacramentalia consequuntur ipsum, sicut prius dictũ est: sed illa consequentia sunt tm̃ ad signandũ. ergo & exorcism⁹.

¶ 3 Præt. Si aliquis exorcizatus puer ante baptismum moriatur, constat ꝙ hoc eum a dæmone non liberat. ergo ad minus in anima eius exorcismus nullum effectum habuit.

¶ 4 Præt. Sicut dicit Cyprian⁹. Scias nequitiã diaboli permanere vsque ad aquam salutarem posse, in baptismo autem omnem nequitiam amittere: sed aliquando etiam post baptismũ exorcismus fit in illis, quibus in articulo necessitatis exorcismus omissus fuerit, si periculum euadat. ergo non liberat a potestate dæmonis, & nullum alium effectum habere videtur.

In sermo. de ablutione pedum.

SED CONTRA. Gregor. super Ezech. Sacerdos dum per exorcismi gratiam manus imponit credẽtibus, & habitare malignos spiritus in eorum mente contradicit, quid aliud facit, nisi quia dæmones eiicit? ergo habet aliquem effectum.

Homil. 29. Et habetur de consecr. dist. 4. c. Sacerdotes.

SED CONTRA. Exorcismi Salomonis habebant aliquem effectũ ad pellendos dæmones. ergo multo fortius exorcismi ecclesiæ.

E VLTERIVS. Videtur quòd exorcizare sit officium eorum, qui in sacris ordinibus constituuntur. Quia operari in immundis, secundum Diony. ad diaconos pertinet: sed inter immundos, secũdum Dion. locum tenent energumeni. cum ergo exorcizatio sit ad eos, sicut catechizatio ad catechumenos, videtur ꝙ sit eorum qui sunt in sacris ordinibus. III

Vbi supra, art. 4. De eccl. hierarc. cap. 5. part. 3. De eccl. hierarc. cap. 6. part. 1.

¶ 2 Præt. Catechismus præcedit exorcismum: sed in artibus operatiuis ita est, quòd operatio principalioris artis semper sequitur, sicut patet de arte quæ secat ligna, & quæ compaginat nauem. cũ ergo catechismus per diaconos, vel sacerdotes fiat, videtur quòd exorcismus non possit fieri per illos, qui sunt in minoribus ordinibus.

¶ 3 Præt. Ad hoc est consuetudo ecclesiæ, quia exorcizatio solum per sacerdotes fit, quod etiam ex authoritate Gregor. inducta patet.

SED

Vbi supra, quæstiũ. 2. arg. in opposit. falsi.

SED CONTRA est, quod infra dist. 24. dicit magister, ꝙ ad exorcistas pertinet exorcismos memoriter tenere, manus super energumenos imponere. ergo cum exorcista non sit sacer ordo, videtur ꝙ ille qui est in minoribus ordinibus constitutus, possit exorcizare ex officio.

RESPON. Dicẽdum ad primam quæstionem, quòd propter peccatum hominis diabolus potestatem accepit in hominem, & in omnia quæ ĩ vsum hominis veniũt in ipsius nocumentũ. Et ideo quia nulla conuentio est Christi ad belial, ideo quandocumque aliquid sanctificandũ est ad cultum diuinum, prius exorcizatur, vt liberatum a potestate diaboli, qua illud nocumentũ hominis assumere poterat, deo consecretur: & hoc patet in benedictione aquæ, in consecratione templi, & in omnibus huiusmodi. Vnde cum propria sanctificatio, qua homo deo consecratur, fit in baptismo, oportet ꝙ etiam homo prius exorcizetur quàm baptizetur, multo fortiori ratione, quàm aliæ res: quia in ipso homine est causa, quare diabolus potestatem accepit in homine, & in alia quæ sunt propter hominẽ, scilicet peccatum originale, vel actuale: & hæc signant ea quæ in exorcismo dicuntur, vt cum dicitur, Recede ab eo satana, & huiusmodi: & similiter ea quæ ibi fiunt, quia ipsa exsufflatio signat dæmonis expulsionem. Benedictio autem cum manus impositione præcludit expulso viam, ne redire possit. Sal autẽ in os missum, & narium & aurium sputo linitio signat remotionem impedimenti ipsius dæmonis respectu fidei docendæ, vel addiscẽdę, vt dictum est: sed olei inunctio signat expeditionem hominis in pugna, quã aduersus diabolum suscipit, a cuius potestate exemptus est.

de. Symbolum est signum, vel collatio. Signum, quia eo fideles ab infidelibus discernuntur: collatio, quia ibi totius fidei sufficientia & integritas est collata. Catechismus, & exorcismus neophytorum sunt, magisque sacramentalia, quàm sacramenta dici debẽt. Neophytus, nouitius interpretatur, vel rudis: & dicitur neophytus nuper ad fidem conuersus, vel in disciplina religiosæ conuersationis rudis. Hæc ergo præcedunt baptismum, nõ ꝙ sine istis non possit esse baptismus verus, sed vt baptizandus de fide instruatur, & sciat cui debitor fiat deinceps, & vt diaboli potestas in eo minuatur. Vnde Rabanus. Ante baptismum catechizandi deberet in homine præuenire officium, vt fidei catechumenus accipiat rudimentum, & sciat cui debitor fiat deinceps. Item Aug. Paruuli exsufflantur & exorcizantur, vel ab eis pellatur potestas diaboli, ne iam contendat eos subuertere ne baptismũ consequantur. Non ergo ab infantibus creatura Dei ex sufflat, vel exorcizatur, sed diabolus vt recedat ab homine.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ energumeni dicuntur interius laborãtes, ab en, quod est, in, & ergon, quod est, labor. Et quàmuis non omnes baptizandi sint energumeni, nec interius laborantes a diabolo vexati corporaliter, tamen interius laborant, vel infirmantur propter infectionem fomitis diabolo in eis potestatem habente.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quando effectus confirmat causam, tunc prius laborandum est ad curandum effectũ, vt sic expeditius procedatur ad curationem causæ. Potestas aũt dæmonis, quæ ex peccato consequitur, & tenet & seruat hominẽ in malitia, & in peccato: & ideo prius euacuanda est potestas dæmonis, vel debilitanda, quod in exorcismo fit, ne curationẽ causæ, idest, peccati in baptismo factam impedire possit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ diabolus impugnat nos & ab exteriori, & ab interiori. Aqua ergo benedicta ordinatur cõtra impugnationẽ diaboli, quæ est ab exteriori: sed exorcismus contra impugnationẽ, quæ est ab interiori. Vnde & illi, cõtra quos datur, dicuntur energumeni, idest, interius laborantes.

Vbi supra, arg. 1. in opposit. falsi, q. 2.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, ꝙ ea quæ in exorcismo aguntur, sunt tantum signa eorum, quæ postea in baptismo complentur, in quo potestas dæmonis totaliter euacuatur, vt Cyprianus dicit in authoritate inducta. Sed hoc est contra authoritatem Greg. inductam, & contra ea quę in exorcizando dicuntur, quæ frustra dicerentur, nisi aliquem effectũ haberent, præcipuę cũ per modum imperij, & non solum per modum orationis dicantur in hoc quod dicitur. Ergo maledicte diabole exi ab eo &c. Et ideo dicendũ secundũ alios, quòd non tantum signant, sed etiã efficiunt aliquid non tantũ in corpore, sed etiã in anima: quia in vtroq; est infectio fomitis. Effectus autẽ iste est debilitatio potestatis dæmonis, ne tantũ possit in homine sicut ante, ne baptismũ, & alia bona in ipso impediat, sed potestas prædicta totaliter in baptismo aufertur: sicut etiã Pharao prius flagellatus est populo nondũ de Aegypto egresso, & postea totaliter in mari rubro, quod est figura baptismi, submersus.

Exod. ca. 7. & deinceps.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sacramenta nouæ legis habent effectum in conferendo gratiam, qua perfecte morbo subuenitur, contra quẽ sacramentum ordinatur: sed sacramentalia habent effectum in remouendo cõtrarias dispositiones, vel impedimenta gratiæ, & ideo secundum diuersa impedimenta multiplicantur, nec in eis gratia confertur.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ non est simile de sacralibus quæ sequũtur, & quæ præcedunt: quia ex quo baptismus plene effectũ suum habet, non oportet ꝙ impedientia baptismum tollantur: quia iam impediri non põt, tñ non est remotũ quin vnctio chrismatis post baptismũ in vertice facta, aliquẽ effectum ad gratiã conferendam, vel conseruandam habeat.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ Præpositinus dixit, ꝙ exorcizatus ante baptismum decedens, minores tenebras patietur: sed hoc nihil est, quia tenebrę illę in sola carentia diuinæ visionis consistũt, cũ non habeãt aliã pœnam sensibilem, & hoc in oĩbus æqualiter erit. Et iõ dicẽdũ aliter, ꝙ nõ habet effectũ in collationẽ gratiæ, sed solũ in debilitatione potestatis dęmonis, & ideo hoc valet ei tm̃ ĩ vita.

De instit. clericor. habetur & consecr. dist. 4. c. ante baptismum.

¶ Ad quartũ dicendum, ꝙ ad hoc ꝙ vniformitas baptismi obseruetur, oportet ꝙ exorcismus si prætermissus fuit, post baptismũ suppleatur, & tunc tantum signat, vel forte additur etiã aliqua cohibitio ab impugnatione diaboli, nec hoc est inconueniens, cum etiam per aquã benedictam, quã post baptismũ aspergimur, aliqua potestas dæmonis reprimatur.

De nup. & concupis. lib. 1. c. 20. & li. 2. ca. 18 & 2 eccl. dogm. cap. 31.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ exorcizare ad exorcistas pertinet ex proprio officio ordinis, nihilominus tñ est & superiorum ordinum: tamen propter ostendendã vnitatem baptismi, consuetum est in ecclesia, vt totum quod ad baptismum pertinet, expleatur ab vno, scilicet a sacerdote: & pręcipue nunc, quando non venit magna multitudo simul ad baptismum, & sunt multi sacerdotes. In primitiua autem ecclesia quandoque magna turba simul ad baptismum accedebat, & erant pauci sacerdotes: vnde huiusmodi sacramentalia relinquebantur in minoribus ordinibus constitutis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Dion. sub ministris cõprehendit omnes ordines inferiores: & ideo ministris, qui diaconi dicunt, attribuit omnia quæ sunt inferiorum ordinum: quia fortę in primitiua ecclesia nondum erant illi ordines ita distincti propter paucitatem ministrorum.

De eccl. hierar. cap. 3. par. 3.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ sicut exorcismus primo pertinet ad exorcistã, ita etiã primus d ordo, qui habet actũ in catechizando, est ordo lectorum, quàmuis hoc postea per superiores ordines compleatur: & ideo sicut catechismus præcedit exorcismum, ita ordo lectoris præcedit ordinẽ exorcistæ.

Dist. 80.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ completa potestas in exorcizando competit sacerdoti: & ideo quando non est magna necessitas ipse secundũ consuetudinem ecclesiæ exorcismi actũ exequitur, & secundũ hanc cõsuetudinẽ loquitur authoritas Grego.

Vbi supra, arg. 1. in opposit. falsi.

EXPOSITIO TEXTVS.

HIc etiam sciendum est, quòd licet ter immergatur &c. De trina immersione, supra dist. 3. dictum est. *Accelerauis est vsus rationis.* Quia Aug. super hoc ambigue loquitur, ideo diuersimode quidam de hoc senserunt. Dixerunt n. quidam, ꝙ Ioannis exultatio non fuit aliquis motus corporalis, sed miraculosus quasi gaudentis, vt matri innotesceret matris Saluatoris aduentus. Alij autem dicunt aliter, & melius, ꝙ ad illud momentum datus est ei vsus rationis, & non est inconueniens, si postea sit subtractus, sicut & gratia raptus ad momentum datur: secus autem est de gratia gratum faciente, quæ non subtrahitur sine culpa. *Non errorem inducens &c.* quia si errorem vellet inducere intendens mutare formam ecclesiæ, hoc ipso non intenderet facere quod ecclesia facit, & ideo non baptizaret. De corruptione autem formæ supra dist. 2. dictum est. *Diuinum iudicium per alicuius tentationis &c.* Videtur ꝙ male dicat, quia diuinum iudicium nõ est hoc modo requirendum, nisi in dubiis. Certum autem videtur, ꝙ si ludo fecit, intentio defuit, & verus baptismus non fuit. Et dicendum, ꝙ ludus aliquando excludit intentionẽ, & aliquando non. Cum n. ludo fieri dicantur, quæ præter intentionem alicuius vtilitatis fiunt, ad solam delectationẽ: ludus baptizantium potest excludere intentionem respectu vtriusq; effectus ablutionis, s. sacri collationis, & rei sacramenti, & tũc non intendit facere quod facit ecclesia in collatione sacramenti: & ita talis ludus euacuat intentionẽ, quæ requiritur in sacro: vel

In litera Augustin. 1. ar. 4. & 5. In epist. ad Dardanu. medio.

In litera Augustin. 1. ar. 4. ad 6.

G 2

vel potest excludere tm̃ secundam vtilitatem, vt. s. velit de hoc ludũ suũ facere ex eo ꝙ baptismi sacramentum conferat, non propter sanctificationem baptizandi hoc faciens, & tunc manet intentio quæ sufficit ad baptismũ. Et propter hoc dubium dixit Aug. Implorãdum est diuinum iudicium: & ideo dicitur ꝙ puer Atanasius loquendo simulãs se episcopũ baptizauit quosdam, & iudicatũ est ab Alexã. episcopo vt nõ rebaptizarent, qa inuẽtum est quòd ipse intentionẽ baptizãdi habuit, qđ etiam patet ex hoc, quòd non baptizabat nisi catechumenos.

¶ *Cui additur exorcismus &c.* Videtur ꝙ exorcismus debeat p̃cedere catechismum, quia prius remouendum est malum, q̃ perficiatur aliquis in bono: & dicendum, ꝙ verũ est, si vtrũq; in eodem genere accipiatur. Sed catechismus ordinat ad bonũ nõ efficiendo aliquid, sed solũ instruendo: exorcismus autem remouet malum in operãdo, & instructio in talibus debet operationem præcedere, vt sciat homo quid in eo fieri debeat.

DIVISIO TEXTVS.

POstquam magister determinauit de sacro intrantiũ. s. de baptismo, hic intendit determinare de sacris quæ pertinent ad progredientes in via dei, & diuiditur in partes duas. In prima determinat de sacris quibus progredientes in bono perficiuntur. In secunda de sacramento quo a malo subleuãtur, quos cadere accidit. s. de pęnitentia dist. 14. ibi. *Post hoc de pænitentia agendum &c.* Prima in duas. In prima, determinat de sacramento cõfirmationis, qua aliquis in seipso perficitur ad modum quo forma perficit. In secunda de eucharistia, qua aliquis perficitur per coniunctionẽ ad finem. 8. dist. ibi. *Post sacramentum baptismi &c.* Prima in duas. In prima, tangit ea quæ sunt intra essentiam sacri. s. materiam & formam. In secunda, ea quæ sunt extra essentiam ipsius, ibi. *Quod sacramentum ab alijs &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, determinat ministrum huius sacramenti: Secundo, effectum, ibi. *Virtus autem huius sacramenti &c.* Tertio, ritum, ibi. *Hoc sacramentum tantum a ieiunis &c.* Circa primum duo facit. Primo, determinat veritatem. Secundo, remouet quandam obiectionem, ibi. *Melchiades &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est triplex quæstio.

¶ Prima, De ipso sacramento confirmationis.
¶ Secunda, De effectu eius.
¶ Tertia, De celebratione eius.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum confirmatio sit sacramentum per se.
¶ Secundo, De materia eius.
¶ Tertio, De forma.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum confirmatio sit sacramentum.*

3. p. q. 72. ar. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ confirmatio non sit sacramentũ. Omne n. sacrm̃ efficaciam habet ab institutione diuina: sed confirmatio non legitur a domino instituta. ergo non est sacrm̃.

¶ 2 Præt. Illud cuius est vsus in omnibus, vel pluribus sacramentis, non videtur esse sacramentũ per se: sed sicut dicit Dio. vsus sacri vnguenti. s. chrismatis est in alijs sacris pluribus, sicut patet in baptismo in quo infunditur chrisma in aqua baptismi, & baptizatus in vertice chrismate iniungit: & similiter pontifices chrismatis inunctione consecrantur, & altare etiam in quo eucharistia consecranda est, chrismate linitur, & calix similiter. ergo confirmatio quæ dicitur chrismatio, non est aliqđ speciale sacramentum, sed magis sacramentale.

De eccl. hierar. c. 4. in fine par. 3.

¶ 3 Præt. Sacra nouę legis in veteri præfigurata fuerunt: sed nulla figura confirmationis in lege veteri legitur præcessisse. ergo confirmatio non est sacramentum.

SED CONTRA est, quod Melchiades in lra dicit. Scito vtrũq; magnum esse sacrm̃. s. confirmationẽ, & baptismum.

¶ 2 Præt. Hoc patet per diffinitionẽ sacri, quæ competit cõfirmationi, quæ habet significationem gratiæ in linitione olei, & habet efficaciam, vt in litera dicitur, in collatione gratiæ ad plenitudinem sanctitatis. ergo est sacramentum.

III Vbi supra.

VLTERIVS. Videt ꝙ sit sacrm̃ necessitatis: quia vt Rabanus in lra dicit. Oẽs fideles debent post baptismum p episcopos accipere spiritumsanctũ, vt pleni christiani inueniant: sed hoc ẽ de necessitate salutis, vt aliquis sit plenus christianus. ergo sacramentũ cõfirmationis est sacramentum necessitatis.

DISTINCTIO VII.

A

De confirmatione.

NVnc de sacramento [a] confirmationis addẽdum est, de cuius virtute quæri so-

¶ 2 Præt. Sacramentũ confirmationis contra morbũ peccati ordinat: sed hoc est de necessitate salutis, vt quis a morbo peccati liberet. ergo confirmatio est sacramentum necessitatis.

¶ 2 Præt. Sicut ad iustitiam exigitur recessus a malo, ita & accessus ad bonũ: sed baptismus operatur ad recessum a malo, quod ipsum ablutionis nomẽ ostendit: confirmatio aũt ad accessum ad bonũ, quod etiã ex nomine patet. ergo sicut baptismus est de necessitate sanctificationis, ita & confirmatio.

SED CONTRA. Sine eo quod ẽ de necessitate salutis, nõ est salus: sed pueri baptizati saluantur si ante confirmationem moriantur. ergo non est sacramentum necessitatis.

¶ 2 Præt. Gratia & virtus sufficiunt ad salutem: sed in baptismo confertur gr̃a & plenitudo virtutũ. ergo baptismus sufficit ad salutẽ, & ita confirmatio non est sacramentum necessitatis.

II Vbi supra.

VLTERIVS. Videtur ꝙ baptismus sit nobilius sacrm̃ q̃ cõfirmatio. quia essentialia rei accidentalibus digniora sunt, sicut substantia accidente: sed baptismus essentialiter se habet ad salutem, cum sit sacramentum necessitatis, confirmatio aũt accidentaliter, cum non sit necessitatis sacramentum. ergo baptismus est nobilius sacramentum confirmatione.

¶ 2 Præt. Effectus proportionatur suæ causæ: sed baptismus habet maiorem efficaciam in efficiendo, quia delet omnem culpã & pœnam, quod nõ facit confirmatio. ergo ẽ nobilius sacrm̃.

SED CONTRA. Ad nobiliorem actionem ordinatur nobilius ministerium: sed confirmatio datur a nobiliori ministro quàm baptismus. ergo confirmatio est nobilius sacramentum baptismo.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ actiones quæ sunt ordinatæ ad aliquos effectus proprios & determinatos, recipiunt distinctionem secundum proportionem ad suos effectus: vnde si ad duos effectus distinctos ordinentur, erunt duæ diuersæ actiones. Si autem ordinentur ad vnum effectũ ita ꝙ vna disponat, vel impedimentum remoueat, & alia perficiat, & alia ornet perfectum, totum computatur pro vna integra actione, sicut patet in operibus artificum. Vnde cum sacramenta sint quædam actiones hierarchicę secundum Dio. ordinatæ ad aliquos effectus salutis, quando plures actiones sacramentales ordinantur ad vnum effectum, vna vt perficiens, alia vt disponens, vel impedimentum remouens, vel aliquo modo ornans, tunc in illa quæ efficit effectum principalem consistit essentialiter ratio sacramenti. Aliæ aũt non dicuntur per se sacramenta, sed sacramentalia quædam quasi sacris adiuncta: sicut patet ex his quę dicta sunt circa baptismum in exorcismo, & catechismo, & alijs hmõi concurrere. Quãdo aũt sunt plures actiones ordinatæ ad effectus omnino distinctos, tunc sunt diuersa sacra: & ideo cũ cõfirmatio habeat per se effectũ distinctum ab effectu baptismi, vt patebit, non est sacramentale baptismi, sed potius per se est principale sacramentum.

De eccl. hierar. cap. 5. par. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circa institutionẽ huius sacri est triplex opinio. Vna. n. dicit ꝙ hoc sacramentũ non fuit institutum nec a Christo, nec ab apostolis, sed postea processu temporis in quodam concilio: & dicunt ꝙ dominus rem sacri huius sine sacro conferebat manus imponendo: sicut & apostoli, eo ꝙ ipsi confirmati fuerunt immediate a spiritu sctõ. Et hoc vr̃ valde absurdũ, quia s̃m hoc ecclia tota die posset noua sacra instituere, quod falsum est, cum ipsi non sint latores legis, sed ministri, & fundamẽtũ cuiuslibet legis in sacris consistit: & p̃terea in litera dr̃ de tp̃e apostolorum, Non ab alijs q̃ ab apostolis fuit peractũ. Ideo alij dicunt, ꝙ non fuit a Christo, sed ab apostolis institutum hoc sacramentum. Sed hoc etiã nõ cõpetit, quia ipsi apostoli q̃uis erãt bases ecclesiæ, tamen nõ fuerunt legislatores: vñ ad eos nõ pertinebat sacra instituere. Et ideo pbabilior vr̃ aliorũ opinio, qui dicunt hoc sacrm̃ sicut & oĩa alia, a Chr̃o fuisse instituta, qđ patet ex hoc ꝙ ipse etiam dominus manus pueris imponebat, vt patet Matth. 19. Nec

obstat ꝙ in euangelio, vel in actibus apostolorum non fit mẽtio de materia, vel forma huius sacramenti: quia formæ sacramentales, & alia quæ in sacris exiguntur, occultanda erant in primitiua ecclesia propter irrisiones gentilium, vt Dion. dicit: vnde etiã in fine eccl. hier. excusat se a determinatione formarum sacraliũ. Sec⁹ aũt ẽ de baptismo, qđ erat sacr̃m necessitatis, & statim cuilibet offerebat̃ in principio.

let. Forma enim aperta est, scilicet verba quæ dicit Episcopus cum baptizatos in frõtibus sacro signat chrismate. Hoc sacramentũ ab alijs pfici non põt, nisi a summis sacerdotibus, nec tpe apostolorũ ab alijs q̃ ab ipsis apostolis legit̃ peractum, nec ab alijs q̃ ab illis, qui locũ eorũ tenẽt, pfici potest, aut debet. Nam si

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quãuis materia confirmationis .s. chrismate vtantur ecclesię ministri in diuersis sacramentis, tamen hoc sacr̃m non consistit tm̃ in materia, sed in forma verborum & actu, sicut & sacramentum baptismi, & hoc non vtuntur in alijs sacramentis, & ideo est per se sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ hoc sacramẽtum est ad perfectionem gratiæ. Et quia status legis erat status imperfectionis, eo ꝙ nihil ad perfectum adduxit lex, ideo hoc sacr̃m non habuit aliquid sibi respondens in veteri lege: (Hebr. 7.) quamuis aliquo modo sit figuratum in vnctione ꝗ pontificũ, qua significabatur vnctio Christi, a quo hæc vnctio deriuatur. (D. 382.)

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ est triplex necessitas. Vna est necessitas absoluta, sicut necessarium est deum esse, vel triangulũ habere tres angulos. Alia est necessitas ex causa efficiente, quæ dicitur necessitas coactionis. Tertia est necessitas ex suppositione finis: & est duplex, quia vno mõ dicitur necessarium sine quo aliquis non potest conseruari in esse, sicut nutrimentũ animali. Alio modo sine quo non potest haberi quod pertinet ad bene esse, sicut equus dr̃ necessarius ambulare volenti, & medicina ad hoc ꝙ homo sane viuat. Primis autem duobus modis non dicitur aliquod sacramentum esse necessitatis, sed tertia necessitate, quædam quidem quantũ ad primum modum, illa .s. sine quibus non potest homo in spirituali vita viuere, sicut & baptismus, & pœnitẽtia: quædam autem sine quibus non potest cõsequi aliquem effectũ, qui est ad bene esse spiritualis vitæ: & hoc modo confirmatio, & omnia alia sunt necessaria, verũtñ contẽptus cuiuslibet sacr̃i est piculosus: obiectiones aũt pcedũt de primo mõ tertię necessitatis. H

¶ Et ideo dicẽdum ad primũ, ꝙ est plenitudo christianæ gr̃æ sufficiens ad salutem, & hæc datur in baptismo: & est plenitudo copiæ gratiæ ad fortiter resistendum contra pressuras mundi, & hæc datur in confirmatione, & sine hac potest esse salus.

¶ Ad secũdum dicendum, ꝙ morbus peccati dupliciter expellitur. Vno modo quo ad culpã originalẽ in baptismo, & actualem in pęnitentia, & hæc expulsio sufficit ad salutem. Alio mõ, quo ad pęnam inclinantem ad culpã, & sic expellitur in confirmatione, & in alijs sacris: & hæc nõ est de necessitate salutis. I

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in baptismo datur gr̃a quæ a pctõ mundat, & ad bene operandũ perficit quãtum ad sufficientiã salutis: sed in confirmatione additur amplius munus gratiæ, quod non est de necessitate salutis.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ quinque modis vnum sacr̃m dicitur esse dignius alio. Vno modo, quo ad rẽ sacramenti, siue effectum eius: & sic baptismus qui delet omnẽ culpam, & aufert omnem pęnam est maximum sacrorum. Alio modo, quãtum ad id quod continet̃ in sacro, & sic eucharistia est nobilissimũ, in qua cõtinetur ipse Christus. Tertio, quãtum ad gradũ dignitatis in quo cõstituit, & sic ordo est dignissimũ sacramentum. Quarto, quãtum ad ministrum, & sic confirmatio & etiam ordo sunt dignissima, quia non nisi per episcopum ministrantur. Quinto, quantum ad signatum, & non contentum, & sic matrimonium est dignissimum, quia signat coniunctionem duarum naturarum in persona Christi. K Si tamen has dignitates adinuicem comparemus, inuenitur illa dignitas potissima, quam sacramentum habet ex contento, quia est essentialior: & ideo sacramentum eucharistiæ est simpliciter dignissimum, & ad ipsum quodammodo alia sacramenta ordinant̃. Dignitas aũt quæ est in efficiendo, præualet ei quæ est in significando: & illa quæ est in efficiẽdo respectu boni, simpliciter loquendo, præualet ei quæ est in amotione mali: & ideo simplr̃ loquẽdo, post eucharistiã nobilius sacr̃m ẽ ordo, p qđ hõ & in gr̃a, & in gradu dignitatis ponit̃: & post hoc cõfirmatio, p quã perfectio gratiæ cõfert̃: & post baptismus, per quẽ fit plena remissio culpæ & pęnę: & post matrimoniũ, qđ habet maximã significationem. Pęnitentia aũt & extrema vnctio ponunt̃ inter baptismum & matrimoniũ, quia ordinantur directe ad remo-

F tionem mali: quãuis in hoc pęnitentia habeat minorem efficaciam q̃ baptismus, quia ordinatur contra culpã actualem tantum, & nõ delet totaliter pœnam: & adhuc minorem extrema vnctio, quæ contra reliquias peccati ordinatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quamuis confirmatio se habeat quasi accidentaliter ad vitã spiritualem simpliciter acceptam, tñ ad vitam spiritualem secundũ sui pfectam differẽtiam non habet se accidẽtaliter, sed essentialiter: & ideo nõ oportet ꝙ sit minoris dignitatis q̃ baptismus. Sicut etiã rationale est differentia nobilior q̃ sensibile, quamuis animali inquantum animal accidat esse rationale, cui inquantum huiusmodi per se conuenit esse sensibile.

aliter p̃sumptũ fuerit, irritum hr̃ & uacuũ, nec inter ecclesiastica reputabit̃ sacr̃a: licet aũt presbyteris baptizatos tãgere in pectore, sed non chrismate signare in frõte. Virt⁹ aũt huius sacr̃i ẽ B donatio Spiritussancti ad robur, qui in baptismo datur ad remissionem. Vnde Rabanus. G A summo sacerdote per impositionẽ

(De insti... tione cle... corũ lib. ... cap. ... habet... sic. dist. ... Nouiss... De con... dist. 5. c. 1.)

¶ Vel dicendum, vt quidam dicunt, ꝙ confirmatio præsupponit baptismũ: vnde dupliciter possunt cõparari. Vno modo, vt accipiatur confirmatio cum præsuppositione baptismi, & sic confirmatio simpliciter est nobilior: sicut etiam esse substantiale perfectum per accidentalia simpliciter, nobilius est q̃ esse substantiale simpliciter. Alio modo, cum præcisione baptismi, & sic quodãmodo baptismus est nobilior quantum ad maiorẽ efficaciam in remouendo malum.

¶ Ad secũdũ dicendũ, ꝙ baptism⁹ nõ habet maiorem efficaciã simpliciter, sed solum in remotione mali, vt dictum est.

ARTICVLVS II.

H *Vtrum sacramentum confirmationis habeat materiam.*

AD SECVNDVM sic procedit̃. Videtur ꝙ sacr̃m istud materiã nõ habeat. Sacr̃a. n. habent efficaciam ex diuina institutione: sed materia huius sacramenti non legitur a domino instituta. ergo non habet determinatam materiam. (3. par. q. ... ar. 1.)

¶ 2 Præt. Confirmatio datur ad plenitudinem sancti spiritus percipiendam: sed super apostolos in die Pentecostes descendit spiritussancti plenitudo absque omni materia. ergo hoc sacramentum materia non indiget. (Act. 1.)

¶ 3 Præt. Apostoli formã nobis ecclesiastici ritus tradiderunt: sed ipsi confirmabant manus imponendo sine aliqua materia, vt legitur in Act. Apostolorũ. ergo hoc sacr̃m materiã nõ habet. (Act. ...)

I SED CONTRA est, quia secundũ Hug de S. Vict. sa. r̃m est materiale elemẽtũ. ergo debet omne sacr̃m habere materiã. (Lib. ... cris ... cap. ...)

¶ 2 Præt. Si omittat̃ aliqd qđ nõ sit de substãtia sacr̃i, nõ ĩpeditur pceptio sacr̃i: sed si omitteret episcop⁹ chrismatis linitionẽ non conferret sacr̃m. ergo materia est de essentia huius sacr̃i.

VLTERIVS. Videtur ꝙ chrisma non sit materia cõpetẽs. In sacramentis. n. vniformitas obseruari debet: sed in baptismo est materia simplex elementũ, scilicet aqua. ergo etiam in confirmatione aliquod elementum deberet esse materia (II 3. par. ... supra.)

¶ 2 Præt. Virt⁹ agẽtis pportionat̃ agẽti: sed virt⁹ agẽs in sacr̃is ẽ simplex: ergo & materia dẽt eẽ simplex, & ita mã cõfirmationis nõ debet eẽ cõmista ex duob⁹ liquorib⁹ .s. oleo, & balsamo.

¶ 3 Præt. Materia sacr̃i debet esse oĩbus cõis, qa oĩbus sacramenta pponuntur in salutẽ: sed oleũ oliuæ & balsamũ nõ est apud oẽs. ergo non sunt conueniens materia alicuius sacr̃i.

¶ 4 Præt. Ex alijs etiã reb⁹ fit oleũ q̃ ex oliua, sicut ex nucib⁹, & papauere. ergo vr̃ ꝙ etiam ex tali oleo posset fieri chrisma.

¶ 5 Præt. Sacr̃m cõfirmationis est ad corroborandũ hominẽ ĩ pugna sp̃uali: sed vinũ facit hoĩes bonæ spei sm̃ Philosophũ, quod ad fortitudinẽ pugnę exigitur: & similiter panis cor hominis confirmat, vt dicitur in psal. ergo panis & vinum esset huius sacramenti cõuenientior materia q̃ oleũ & balsam⁹. (3. Ethic. ... 10. ... blem... sect. ... Psal. ...) K

¶ 6 Præt. Materia sacr̃i debet habere significationẽ & respectu effectus, & respectu alicuius qđ in Chr̃o præcessit, a quo sacra pfluxerũt: sed p hmõi liquores nihil significatur in Chr̃o pcedẽs. ergo hmõi liquores nõ sunt cõueniẽs materia hui⁹ sacr̃i.

VLTERIVS. Videtur ꝙ nõ exigatur materia prius sanctificata. Confirmatio. n. vt in litera dicitur, non est maioris virtutis q̃ baptismus: sed in baptismo non requiritur materia prius sanctificata. ergo nec in confirmatione.

¶ 2 Præt. Scdm Aug. Accedit verbũ ad elementũ, & fit sacr̃m. si ergo oporteret ꝙ materia aliqb⁹ verbis pri⁹ sctificaret̃, tunc etiã ipsum chrisma p se est quoddã sacr̃m, & nõ sacr̃i materia.

¶ 3 Præt. Sctificatio nõ est iterãda circa idẽ: sed per formã sacr̃i sctificat̃ materia, vt patet in baptismo, cuius materia est aqua verbo

verbo vitæ sanctificata, quod verbum supra dist. 3. dixit magister esse formam baptismi. ergo non debet ante prolationem formæ sacramentalis, aliqua sanctificatio circa materiam cõfirmationis adhiberi.

SED CONTRA est communis vsus ecclesiæ, & etiam determinatio Dion. q. ponit ritum consecrationis chrismatis. (De eccles. hierar. cap. 4. par. 3.)

manus paraclitus tradit̃ baptizato, ut roboretur p Spiritumsanctũ ad prędicandũ alijs illud quod ipse in baptismo consecutus est. Item. Oẽs

RESPON. Dicendum ad primã quæstionem, ꝙ materia sacramenti dicitur illa res visibilis, sub cuius tegumento diuina virtus secretius operatur salutem: & ideo ad hoc necessaria est materia sacramentis, vt ad effectum, ad quẽ virtus humana nullatenus attingit neque operando, neque cooperãdo, diuina virtus in re visibili operans perducat. B Et ideo in pęnitentia, & in matrimonio, cuius effectus aliquo modo dependet ex operatione humana .s. dolore de peccatis, & consensu etiam in copulam coniugalem, nõ requiritur talis materia. In baptismo autem, cuius effectus totaliter est ab extrinseco nil cooperante interius baptizante, neque eo qui baptizatur, nisi ad remouendum impedimentum, requiritur materia sensibilis. Cum ergo effectus confirmationis, qui est plenitudo spiritussancti, sit omnino ab extrinseco, non per aliquam operationem humanam, non est dubium ꝙ in sacramento cõfirmationis materia exigatur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ plenitudo spiritussancti non erat danda ante Christi resurrectionem & ascẽsionem, sicut dicitur Ioã. 7. Nondum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus: & ideo secundum vnam opinionẽ, ea quæ ad hoc sacramentum pertinent, non fuerunt ante Christi ascensionem instituenda: sed aliquo modo præfiguratum fuit hoc sacramentum in manus impositione Christi super pueros, C quamuis etiam illa manus impositio possit referri magis ad manus impositionem, quę fit super catechumenos, vt dictũ est. Nec hoc differt siue dominus ipsemet instituit, siue apostoli eius speciali pręcepto. Secundum vero aliam opinionem dicendum, quòd dominus materiam huius sacramenti per seipsum instituit, sicut & aduentum spiritussancti promisit: sed denunciandam apostolis dereliquit, quando vsus sacramenti competebat .s. post plenam spiritussancti missionem.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut sacramentum baptismi incępit in baptismo Christi, ita sacramentum confirmationis incępit in aduentu spiritussancti in apostolos. Et quia principia rerum debent esse notissima, ideo vtrobique spiritussanct⁹ apparuit visibiliter, in baptismo quidem in columbæ specie, & in confirmatione a apostolorum in linguis igneis: & propter hoc non opportuit esse materiam, in qua spiritussanctus secretius operaretur salutem, vt Aug. dicit. (Super Ioã. tract. 6.)

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ apostoli non confirmabant sine materia, nisi forte quando præter legem communem visibilibus signis spiritussanctus in eos descendebat, quibus per apostolos manus impositio facta fuerat: tunc enim illa visibilis apparitio supplebat locum elementi visibilis. D Quòd autem aliquãdo materia vterentur, patet per Dio. in 4. cap. eccl. hierar. in principio, vbi dicitur, ꝙ est quædam perfectiua operatio, quam duces nostri, quos apostolos nominat, chrismatis hostiam nominant, hostiam dicens communiter omnem ritum sacramenti.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut dictũ est, hoc sacramentum initium sumpsit ab aduentu spiritussancti in discipulos, qui quamuis prius spiritumsanctum habuissent in munere gratię, quo perficiebantur ad ea quæ ad singulares personas eorum pertinebant, tamen in die etiam Pentecostes susceperunt spiritumsanctum. Sed in munere gratiæ, quo perficiebantur ad promulgationem fidei, in salutem aliorum: & ideo facta est apparitio spiritussancti linguis igneis, vt verbis essent proflui ad diuulgandam fidem Christi, & charitate feruidi, aliorum salutem quærentes: E & propter hoc dicitur Act. 2. Repleti sunt spiritusancto, & cęperunt loqui. Igni autem nihil conuenientius accipi potuit loco eius in materia cõfirmationis q̃ oleum, tum quia lucet, tum quia maxime est nutritiuum ignis. Figuræ autem linguæ nihil conuenientius esse potuit q̃ balsamum propter odorem, quia propter confessionem linguę odor bonæ notitiæ dei diffunditur in omni loco. Et ideo sicut visibilis apparitio spiritussancti fuit in igne figurata figura linguæ, ita materia cõfirmationis est oleũ balsamatũ, vt oleum pertineat ad cõscientiã quam oportet nitidã habere eos, q cõfessores diuinæ fidei constituuntur: & balsamũ ad famã quã oportet effundere & verbis, & factis fidei confessores.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non debet in omnibus sacris obseruari vniformitas identitatis, sed pportionalitatis:

A vt sicut materia vnius sacr̃i competit illi sacro, ita materiã alterius sacr̃i etiã cõpetat alij. Et quia baptismus est ianua sacrorũ quasi principiũ & elementum omnium aliorũ, ideo sibi cõpetit materia quę sit simplex elemẽtũ, nõ aũt ita alijs sacr̃is, in quib⁹ addit̃ aliquid sp̃ale: sicut corpora mista hñt aliquas virtutes superadditas speciẽ cõsequẽtes.

fideles per manus impositionẽ episcoporum post baptismum accipere debent Spiritumsanctum, ut pleni christiani inueniantur.

¶ Ad secundũ dicẽdum ꝙ virt⁹ huius sacr̃i quãuis sit simplex in essentia, tñ est multiplex in effectu, quia & hominẽ facit feruentẽ in cõscientia, & famosum p cõfessionẽ: & ideo materia huius sacr̃i ẽ & vna, & multiplex, vna in actu, sed multiplex in virtute, sicut & alia mista.

B ¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ illa ratio procedit in sacramentis necessitatis, cuiusmodi non est hoc sacramentum: tamen oleũ & balsamum quãuis non vbique terrarum crescant, tamen vbique de facili transportari possunt.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ proprietates olei pfectius in oleo oliuæ inueniuntur, vnde antonomatice, oleũ dicitur: & præterea ipsa oliua propter virorem perpetuum quem conseruat, adiuuat ad significationem mysterij.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ vinum & panis roborant hominem per modum nutrimenti confortando hominẽ in seipso, ideo magis competunt eucharistię: sed oleum facit expeditum & feruentẽ ad ea quæ exterius sunt: & ideo etiam pugiles oleo vnguntur, & ideo competit magis oleum huic sacramento.

¶ Ad sextum dicendũ, ꝙ hac vnctione, vt dicit Hugo de sancto Vic. significatur illa vnctio, qua Christus vnctus est vt rex & sacerdos oleo lætitiæ præ cõsortibus suis. Vnde etiam a chrismate Christus dicitur, & a Christo christianus: & propter hoc etiã Diony. per chrisma Christum significare dicit. (Lib. 2. de sacramentis par. 1. ca. 1. De eccles. hierar. cap. 4. par. 3.)

C AD TERTIAM quæstionem dicendũ, ꝙ materia sacr̃i est quasi instrumentũ sanctificationis: est autem instrumentũ & principalis agentis, & ministri qui materia sacramenti vtitur ad significandum. Quodlibet aũt sacramentum determinat sibi principale agens quãtum ad necessitatẽ sacr̃i, quia nõ habet efficaciam aliquam nisi ex authoritate dñi, & merito Chr̃i: sed nõ quodlibet sacramẽtum determinat sibi ministrum quantũ ad necessitatem sacramẽti, sed qñque solũ quãtũ ad solẽnitatẽ, sicut patet in baptismo. Et ideo vt materia sacr̃i etiam principali agenti respondeat proportionaliter & ministro illa sacr̃a q̃ ministrũ sibi determinant, materiam sanctificatam exigunt, vt dispositio sacr̃i a ministris ecclesiæ descendere ostẽdatur. Sacramentum autem quod non determinat sibi ministrũ nisi quãtum ad solẽnitatem, non habet materiã sanctificatam quantũ ad necessitatẽ sacr̃i, sed solũ quãtũ ad solẽnitatẽ, in cuius materia etiam chrisma ĩ modũ crucis effunditur. Et qa sacr̃m cõfirmationis determinat sibi ministrũ vt dicet̃, ideo materiã sanctificatam D requirit ab eo qui est minister sacr̃i .s. ab episcopo.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad hoc nihil facit virt⁹ sacramenti, sed determinatio ministri, vt dictum est.

¶ Vel dicendum, ꝙ baptismus est sacramentum necessitatis, & ideo materiam communissimã habet, & propter hoc sanctificatione non indiget.

¶ Ad secundũ dicẽdum, ꝙ quidam dicunt ipsum chrisma esse sacramentũ: sed hoc falsum apparet in hoc, ꝙ vsus chrismatis in pluribus est q̃ sacramentum confirmationis, sicut patet in baptizato, qui chrismate in frõte linitur: & de pontifice, cuius caput chrismate tangitur. Et ideo dicendum, ꝙ sacr̃m cõfirmationis non est ipsum chrisma, sed linitio chrismatis sub forma præscripta verborũ. Illa autem benedictio vocalis chrismatis non est forma sacramenti, sed magis est quædã benedictio sacramẽtalis, sicut benedictio aquę, vel altaris.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ sicut instrumentũ virtutẽ instrumẽtalẽ acquirit dupliciter .s. qñ accipit formam instrumenti, & qñ mouetur a principali agente ad effectum: E ita etiam materia sacramenti duplici sanctificatiõe indiget, vna qua instituitur materia propria sacr̃i, & ad hoc est sanctificatio materiæ: alia ẽ qñ applicat̃ ad effectũ quæ fit p formã sacr̃i. Et ideo nõ fit iniuria sanctificationi, si duplex sanctificatio in talibus adhibeatur.

ARTICVLVS III.

C *Vtrum sacramentum confirmationis habeat formam.*

AD TERTIVM sic pcedit̃. Videt̃ ꝙ sacr̃m confirmationis nõ habeat formã. Sacramẽta n. a Chr̃o descenderũt: sed Chr̃s non legit̃ aliqua forma vsus manus imponens. ergo cum illa manus impositio confirmationẽ designet, videtur ꝙ confirmationis sacramentum non habeat aliquam formam. (Vbi supra art. 4.)

Act. 8. ¶ 2 Pręt. Apostoli etiam leguntur per manus impositionē spiritum sanctū dedisse: sed illa manus impositio, vt sancti dicūt, fuit confirmatio illorū, quibus manus imponebant. ergo cum non legatur eos sub aliqua forma verborum manus imposuisse, sicut leguntur in nomine Christi baptizasse, videtur quòd hoc sacramētū nō habeat formam. (Act. 1. 8. & 10.)

¶ 3 Præt. Sacramēta quæ habent formam, sub eisdē verbis apud omnes pficiuntur: sed sacramentum confirmationis non perficit eisdem verbis apud omnes. Dicunt. n. quidam. Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in noīe patris &c. Quidam autem dicunt, chrismate sanctificationis. ergo hoc sacramentum nōn habet aliquam formam.

Melchiades.

> Scito te utrumque esse magnum sacramentum, sed vnum maiori veneratione tenendum, sicut a maioribus datur. Ecce maius dicit sacramētum confirmationis: sed forte non ob maiorem virtutem & vtilitatem quam conferat, sed quia a dignioribus datur, & in digniori parte corporis fit, scilicet in fronte: vel forte quia maius augmentum virtutum præstat, licet baptismus plus ad remissionem ualeat. Quod uidetur innuere Rabanus dicens, in unctione baptismi Spiritumsanctum descendere ad habitatio-

In litera. SED CONTRA est, quod magister dixit in 1. dist. ꝙ duo sunt in quibus sacramenta consistunt, verbū, & res: verba autem ad formam pertinent.

Super Ioā. ca 15. tract. 80. ¶ 2 Præt. Aug. dicit. Accedit verbū ad elemētum, & fit sacrm.

II VLTERIVS. Videtur quòd illa forma verborum non sit competēs. In quolibet. n. sacramento exigitur intentio: sed ad designandum intentionem in forma baptismi exprimitur persona baptizans hoc pronomine, ego. ergo & in forma confirmationis hoc pronomen, ego, apponi debet. (3. par. vbi supra.)

¶ 2 Præt. Consignatio videtur ad characteris impressionem ptinere: sed characterem non imprimit minister magis hic q̃ in baptismo. cum ergo in baptismo nulla fiat mentio de consignatione in forma, nec hic fieri deberet de ipsa mentio.

¶ 3 Præt. Per baptismum homo maxime configuratur passioni Christi: sed in forma baptismi non fit mētio aliqua de Chr̄i passione. ergo nec in forma ista deberet fieri mentio de cruce.

¶ 4 Præt. Sicut confirmatio habet formam determinatam, ita & baptismus: sed in baptismi forma non fit mentio de materia ipsius, non. n. dicitur baptizo te aqua. ergo nec hic deberet fieri mentio de chrismate. H

¶ 5 Præt. Forma est de essentia sacramenti: sed res sacramenti non est de essentia sacramenti, quia multi accipiunt sacrm qui non accipiunt rem sacramēti. ergo non debet res sacramenti poni in forma, sicut hic ponitur, chrismate salutis.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ forma ista non habeat in hoc sacramēto aliquam efficaciam: quia s̄m Hug. de S. Vict. sacrm ex sanctificatione inuisibilem gratiam continet: sed materia huius sacramenti est sanctificata etiam ante formę prolationē. ergo formæ prolatio nullam efficaciam præbet sacramento. (Libro 1. de sacris par. 9. cap. 2.)

¶ 2 Præt. Sicut ī eucharistia est sanctificatio hostiæ & vsus ipsi⁹, ita & hic: sed ibi tota virtus sacramenti est in hostia sanctificata, vt patet in forma verborum quę proferuntur, cum quis hostiā sumit, cum dicitur. Corpus domini nostri &c. ergo & similiter hic virtus sacramenti nō consistit in verbis præmissis, quæ in vsu materiæ huius sacramenti dicuntur. I

SED CONTRA est, ꝙ forma est principalior in re quàm in materia. si ergo materia aliquid efficit, multo fortius forma.

RESPON. Dicēdū ad primā qōnem, ꝙ ministri sacramentorum operantur in sacris benedicēdo & sanctificādo: & ideo secūdum quod ad aliquod sacramentum requiritur minister, ita requiritur forma qua minister sacramentum dispensat.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut dictum est, illa manus impositio quam dn̄s pueris exhibebat, non erat proprie sacramentum confirmationis, quod non conueniebat exhiberi ante ipsius glorificationem: sed vel erat signum quoddam futuræ confirmationis, vel erat talis manus impositio, qualis fit in catechismo, & exorcismo. Si tamen dominus confirmasset sine forma, vel materia, non esset inconueniens, quia ipse habebat excellentiæ potestatem in sacramentis, qui poterat effectum sacramenti sine sacralibus præbere, quod non est de alijs. K

Ad secundum dicendum, quòd quidam dicunt, quòd apostoli propter dignitatem & authoritatem ipsorum confirmabant sine materia & forma per solam manus impositionem. Sed hoc non videtur bene dictum, quia quantumcumque ipsi essent magnæ authoritatis, tamen potestatem excellentiæ in sacris dispensandis non habebāt: & ideo dicendum, quòd apostoli aliqua forma vtebantur, quamuis non sit scripta. Multa enim apostoli seruabant in sacramentorum dispensatione, quę nolebant diuulgari propter irrisionem Gentilium euitandam, sicut patet per Apostolum, qui dicit 1. Cor. 11. Cætera cum venero disponam: & loquitur de celebratione sacramenti eucharistiæ, & hoc est etiam quod Diony. dicit in fine eccle. hier. Consummatiuas autem inuocationes, idest, verba, quibus perficiuntur sacramenta, non est iustum scripturas interpre- (Idem ponit sub alijs tñ verbis ī pri. eiusdē eccl. hierar.)

F tantibus neque mysticum earum, aut in ipsis operatas ex deo virtutes, ex occulto ad commune adducere, sed vt nostra sacra traditio habet sine pompa, idest, occulte eas edocens &c. Ex quibus verbis tria possumus accipere. Primo, quia apostoli in sacramentis vtebantur forma verborum certa, quia ipse alibi in eodē lib. dicit, ꝙ tradit ritū sacramentorū, sicut apostoli docebant. Secundo, quòd in occulto tradebant huiusmodi sacramentalia in primitiua ecclesia. Tertio, ꝙ in ipsis verbis est aliqua virtus, quod quidam negant.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ variatio formæ in his quę nō sunt de essentia formæ, potest tolerari secundum diuersas ecclesiarū consuetudines, dūmodo substātia formæ apud omnes seruet. Hoc autē qđ a quibusdā dicitur, chrismate salutis, vel sanctificationis, quasi in vnum redit: & ideo per hoc non remouetur quin hoc sacramentum habeat determinatam formam. G

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut diffinitio debet indicare totum esse rei, si sit perfecta, ita per formā sacramenti debet innotescere totum quod ad sacramentum pertinet. Sacramentum autem & est ad aliquem finem ordinatum, & ab aliqua causa principali efficaciam habet. Et ideo tria ponuntur in forma huius sacramenti, quorum primum pertinet ad finem ad quem institutum est hoc sacramētum, q est confessio fidei christianæ, cuius tota summa cōsistit in passione Christi. Vnde Apostolus 1. Cor. 2. Non. n. iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum crucifixum, & ita huius articuli confessio maiorem habet difficultatem: quia sicut dicitur in eadem epistola. 1. Cor. Nos aūt prædicamus Christū crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: & ad hoc pertinet cum dicitur. Consigno te signo sanctæ crucis, vt crucis verbum non erubescat, sed publice confiteat. (1. Cor. 1.) Secundo, ponitur ipse sacramentalis actus cum sua materia & effectu, vt sic tangatur & id quod est sacramentum tantū, in hoc quod dicitur, Chrismate, & id quod est res & sacramentum, in hoc ꝙ dicit, Confirmo. i. sacramentum confirmationis præbeo: & id quod est res & non sacramentum in hoc quod dicit, Salutis. Sed causa agens principalis, vnde sacramentū effectum habet, tangitur in hoc qđ dicit, In nomine patris &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus est sacramentum necessitatis: & ideo intentio baptizantis magis est arctanda ad actum sacramenti.

¶ Vel dicendum, quòd baptizare potest quilibet: confirmare autem solus ille qui est in summo gradu ecclesiæ, de quo præsumitur ꝙ minus possit in dispensatione sacri deficere: & ideo nō requirit tāta arctatio intētionis p verba in forma apposita.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ consignatio quæ ponitur in forma, non pertinet ad consignationem characteris, sed ad consignationem crucis, quæ fit in fronte linitione chrismatis propter confessionem fidei crucis, & talis signatio non fit in baptismo: quia baptizatus non consecratur ad aliquid spāle, sed vl'r ad spūalem vitam: consignatio importat quandā ascriptionem, vel aliquid speciale quod est in sacramēto confirmatiōis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ille qui baptizatur, configuratur passioni Christi per fidem eius quam habere in corde debet, & ideo nō exigitur aliqua consignatio exterius: sed sufficit consignatio interior q̃ est p characterē, & cōsignatio ad passionem Chr̄i in cōsepelitione aquæ. Sed cōfirmatio ē sacrm cōfessionis passionis Chr̄i, sicut baptism⁹ sacrm fidei, & ideo exterius ī manifesto imprimit crucis signaculum & in forma exprimitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in ipso actu baptizationis intelligitur determinata materia baptismi: non autem materia confirmationis intelligitur in ipso actu confirmandi, & ideo oportet ꝙ materia addatur. K

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ in actu ablutionis magis expresse significatur res sacramenti in baptismo, quàm in linitione chrismatis: & ideo non oportet quòd addatur effectus salutis ad maiorem expressionem.

AD TERTIAM qōnem dicēdū, ꝙ formę sacrorum sunt ad pficiendū sacra: vñ Dio. vocat eas consummatiuas inuocationes, vt dictum est: & ideo in illo sacramento quod totū cōsistit in illa re sensibili sanctificata, & non in vsu illius rei, forma sacramenti dicitur illud quo materia sanctificatur, nō autem illa verba quæ in materiæ vsu proferuntur, sicut patet in eucharistia. In illis autē sacris quæ perficiuntur in vsu materiæ, sicut baptismus, in ipsa tinctione, vel ablutione, forma sacri est q̃ dr̄ in vsu materiæ, non quæ dr̄ in sanctificatione materiæ, ga illa sacrale quoddā est: & ideo cū sacrm cōfirmationis, vt dictū est, (Dion. hierar. cap. par. 1.)

A est, pficiatur in vsu materiæ, cōstat ꝙ illa verba quæ dicit episcopus confirmans, sunt forma sacramenti, & habent efficaciam sicut & aliæ formæ sacramentorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ duplex est sanctificatio sacramenti, vt dictum est. Ex prima ergo sanctificatione quæ fit in benedictione materiæ, nō habet vt actu conferat gratiam, sed ex secunda. (D. 681)

¶ Ad secūdum dicendum, ꝙ aliter est in sacramento eucharistiæ quàm in alijs sacramentis, quia ibi totum sacramentum consistit in ipsa hostia consecrata, eo ꝙ ibi Christus realiter continetur, & nō virtute tantum, sicut in alijs sacramentis: & ideo forma sacramenti illius sunt verba prolata in sanctificatione hostiæ.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de effectu confirmationis.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, De effectu, qui est res, & sacramentum. s. character.
¶ Secundo, De effectu, qui est res tantum. s. gratia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrū in sacramento confirmationis character imprimatur.

(3. par. q. 72. ar. 5. q. 1. ar. 1. in cor.) AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ in confirmatione character non imprimatur. Character. n. vt supra dist. 4. dictum est, est signum distinctiuum: sed pugna spiritualis omnibus indicitur. cum ergo confirmationis sacramentū detur ad roborandū in pugna spirituali, videtur ꝙ in ipsa non fiat aliqua distinctio alicuius ab altero per impressionem characteris. C

¶ 2 Præt. In veteri lege erat necessaria pugna spūalis, sicut & ī noua: sed in lege veteri nō erat aliqđ sacrm characterē imprimēs, vt supra dictū est. ergo nec cōfirmatio characterē īprimit.

¶ 3 Præt. Supra dictum est, ꝙ character est spiritualis potestas: sed spiritualis potestas passiua. s. percipiendi sacramenta, alia sufficienter traditur in baptismo: potestas autem actiua. s. dispensandi sacramenta, ad ordinem pertinet. cum ergo confirmatus non constituatur in gradu alicuius ordinis, vel dignitatis, videtur ꝙ in confirmatione character non imprimatur.

SED CONTRA. Character ē signū conformans nos trinitati: sed sicut oportet nos cōfirmari in sapiētia & potētia, ita & ī bonitate. cū ergo in baptismo imprimat character fidei cōformās nos dīnæ sapīæ, & in ordine character ptātis cōformās nos dīnæ potētiæ, vr̄ ꝙ in cōfirmatione imprimatur character plenitudinis spiritussancti conformans nos diuinæ bonitati. D

¶ 2 Pręt. Per characterē quasi ascribimur ad familiā Iesu Chr̄i: sed Chr̄s sicut est pater noster, & sacerdos, ita est & rex noster. cū ergo p characterē baptismalē ascribamur ei quasi patri filij regenerati p baptismū, & p characterem ordinis quasi ministri sacerdoti summo, videt̄ ꝙ simili rōne in cōfirmatione debeat īprimi character, quo cōformemur ei quasi milites regi.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ idē sit character confirmationis per essentiā & baptismi: quia ad eandē formā, seu speciem non potest esse nisi vna assimilatio: sed in trinitate, vt Hila. dicit, est species indifferēs. ergo cum character sit signū assimilans trinitati, videtur ꝙ character confirmationis nō possit esse alius a charactere baptismi. (Vbi supra ar. 6. Lib. de synodis ca. ... art. 3. quæst. 1. d. 4. huius 4.) E

¶ 2 Præt. In corporalibus ita est, ꝙ duo characteres nō pn̄t eē in eadem parte: sed characteris subiectum est vna pars animæ, vt supra dictum est. ergo post primum characterem non potest alius character superaddi.

¶ 3 Præt. Ad ea quæ se necessario consequuntur, aliquis eodē charactere ascribitur, sicut idem character est in sacerdote ad confitendum, & ad absoluendum: sed confessio fidei, cuius sacramentum est confirmatio, consequitur de necessitate ad fidem, cuius sacramentum est baptismus, quia corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem. Rom. 10. ergo idem character est in baptismo, & in confirmatione.

SED CONTRA. Character est proprius effectus sacramenti, & immediatus: sed diuersarum causarum proprij effectus sunt diuersi. cum ergo baptismus & confirmatio sint diuersa sacramenta, & characteres impressi, erunt diuersi.

¶ 2 Præt. Ideo baptismus iterari non potest, quia character est A indelebilis. si ergo idem esset character baptismi & confirmationis, post baptismum confirmatio non adderetur.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ character confirmationis non præsupponat characterem baptismalē. Character enim confirmationis ad hoc datur, ꝙ homo fortiter Christum confiteat: sed aliqui ante baptismum fortiter Christum confessi, sunt ad martyrij palmā puenientes. ergo ante baptismum potest aliquis accipere characterem confirmationis. (Vbi supra.) (De instit. cleric. lib. 1. cap. 30.)

¶ 2 Præt. Character confirmationis est sacramētum & res: sed homo etiam non baptizatus potest percipere id quod est sacramentum, & res in eucharistia. s. corpus domini verum, quāuis rem sacramēti non consequatur inordinate accipiens, nisi forte credat se baptizatum. ergo & similiter characterem confirmationis consequi potest non baptizatus.

B ¶ 3 Præt. Sicut baptism⁹ naturaliter præcedit confirmationē, ita vnus ordo naturaliter præcedit alium. si ergo aliquis accipit ordinis consequentis characterem, qui non accipit characterem præcedentis, tamen non reordinatur, sed quod defuerat suppletur. ergo & characterem confirmationis potest homo accipere sine charactere baptismali.

SED CONTRA est, qđ Dio. dicit 2. cap. eccl. hierar. ꝙ nihil diuinitus traditorum operari potest, qui non est regeneratus p baptismum: sed character confirmationis est huiusmodi. ergo non potest aliquis characterem confirmationis percipere, qui non est baptizatus.

¶ 2 Præt. Baptismus dicitur esse principium spiritualis vitæ, secundum Dio. & Dama. sed remoto principio aufertur quod ē post principium. ergo qui non est baptizatus non potest characterem confirmationis accipere (cap. 2. eccl. hier. Dam. de fide orthodoxa li. 4 cap. 10.) C

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ character est distinctiuum signum quo quis ab alijs distinguitur ad aliquid spirituale deputatus: sed ad spirituale potest aliquis tripliciter deputari. Vno modo, vt aliquis in se spiritualia participet, & ad hoc quis deputatur in baptismo, quia iam baptizatus potest esse particeps omnis spiritualis receptionis: vnde character baptismalis, vt supra dictum est, est quasi quædā spiritualis potentia passiua. (d. 4. q. 1. art. 1. & 2.) Alio modo, vt spiritualia quis in notitiam ducat per eorum fortem confessionem, & ad hoc quis deputatur in confirmatione: vnde atiam tempore persecutionis eligebantur aliqui, qui deberent in locum persecutionis remanere ad publice nomen Christi confitendum, alijs occulte credentibus, sicut patet in legenda beati Sebastiani. Tertio modo, vt etiam spiritualia credentibus tradat, & ad hoc deputat aliquid per sacramentum ordinis: & ideo sicut in baptismo cōfertur character & in ordine, ita & in confirmatione. D

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ pugna spiritualis qua quis pugnat contra impedientes salutem suiipsius, omnibus indicitur: sed ad hoc non datur sacramentum confirmationis, sed ad persistendum fortiter in pugna, qua quis nomen Chr̄i impugnat, & vt inuictus confessor Christi permaneat, & huic pugnæ non oēs exponuntur, sed solum confirmati.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in veteri lege non erat tempus per stultitiam prædicationis propagandi cultum dei, sed magis per generationē carnalem, & ideo tunc talis pugna de cōfessione fidei non multum erat necessaria: nihilominus tamen erat distinctio huius characteris in veteri lege figurata, sicut & aliorum. In distinctione. n. filiorum Israel ab Aegyptijs, significabatur character baptismalis: in distinctionē timidorum a fortibus in bellis, character confirmationis: in distinctione Leuitarum a fratribus suis, character ordinis.

E ¶ Ad tertium dicēdum, ꝙ potestas characteris huius est potestas actiua, non ad conferendum spiritualia, quod est ordinis, sed magis ad confitendum publice: & ideo confirmatus non constituitur in gradu alicuius ordinis, quia nūllus ei subiicitur in receptione diuinorum ab ipso.

AD SECVNDAM quæstionem dicēdum, quòd quęlibet potentia de sui ratione importat ordinem ad aliquid: & ideo oportet potentiam proportionatam esse actui ad quē est, quia proprius actus non fit nisi in propria materia, secundum Philosophum in 2. de anima: & ideo oportet ꝙ potentiæ distinguātur per distinctionem actuum, ad quos ordinantur siue sint potentiæ actiuæ, siue passiuæ, & quia character, vt supra dictū est, est potētia spiritualis: & ideo cum character baptismalis nō ad idem ordinetur cum charactere confirmationis, vt ex dictis patet, planum est quòd non est idem vterque character. (T. co. 24. & Tex. cō. 33. dist. 4. q. 1. ar. 1. in cor.)

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad vnam speciem, seu formam quam aliquid perfecte repræsentat, non potest esse nisi vna assimilatio, & ideo patris non est nisi vna perfecta ima-

go, scilicet filius: sed si non sit perfecta repræsentatio, tunc possunt esse diuersæ assimilationes ad vnum simplex, & ideo diuersæ creaturæ diuersimode se undum suum modum diuinā similitudinem habent: & propter hoc non est inconueniens si sint diuersi characteres in anima trinitati secundum diuersa conformantes.

¶ Ad secundum dicendum, quòd character corporalis attenditur secundū figuram quæ consistit in terminatio-

nem Deo consecrandā. In hoc vero eiusdem septiformem gratiam cum omni plenitudine sanctitatis & virtutis venire in hominem.

ne figurati. Et quia impossibile est esse diuersas terminationes vnius rei, ideo impossibile est vt idem corpus secundum eandē partem diuersimode figuretur, aut characterizetur: sed character spiritualis attenditur secūdum aliquam spiritualem proprietatem. Non est aūt inconueniens diuersas proprietates non oppositas eisdem inesse secundum eādem partem: & ideo in eadem parte animæ plures characteres esse possunt.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis cuiuslibet baptizati & credentis sit confiteri, quando confessio ab eo expectatur, non tamen est cuiuslibet se libere exponere, sed tantum confirmati. Et hoc etiam patet in Apostolis, in quibus hoc sacramentū initium sumpsit: quia ante aduentum spiritussancti confirmātis eos erant clausæ fores cęnaculi propter metum Iudæorū, postea repleti spiritusancto cęperunt loqui cum fiducia & publice verbum dei, vt patet in actibus.

Cap. 2. AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ nihil potest participare actionem, vel proprietatem alicuius naturæ, nisi prius habeat subsistentiā in natura illa: vnde cum per baptismum qui est spiritualis regeneratio, homo acquirat subsistentiam in vita spirituali christianæ religionis, non potest non baptizatus aliquid eorum quæ ad hanc spiritualem vitam pertinent participare: & ideo non potest percipere confirmationis characterem: & hanc rationem Dio. assignat in 2. cap. eccl. hier.

Pār. 1. AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad ea quæ sunt necessitatis, homo admittitur etiam si hoc nō competat ei ex officio, sicut patet ꝙ etiam nō habens ordinem, in casu necessitatis baptizare potest licite, quāuis hoc non competat sibi ex officio: Similiter ēt quia cōfiteri nomen Christi, vbi confessio exquiritur, est necessitatis, ideo etiam non baptizatis hoc competit: quāuis hæc non habeant ex officio characteris in sacramento confirmationis suscepti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in sacramento eucharistiæ illud quod est res & sacramentum, est extra suscipientem, & ideo indispositio illius non impedit quin sit illud, quod est res & sacramentum, scilicet corpus Christi verum: sed hoc quod est res & sacramentum in confirmatione, est aliqua forma in suscipiente recepta, & ideo indispositio recipientis impedit impressionem characteris.

¶ Ad tertiū dicēdum, ꝙ ordo potentiæ passiuæ ad actiuam est ordo necessitatis, quia qui non habet potentiam passiuam ad aliquid recipiendum, nihil recipit nisi miraculose: sed ordo potentiæ inferioris actiuæ ad superiorem est tantum ordo congruitatis, & ideo carens baptismali charactere, qui est potentia passiua recipiendi spiritualia, nihil potest recipere de alijs spūalibus: carens aūt charactere inferioris ordinis, qui est potentia actiua, potest recipere characterem superioris ordinis.

ARTICVLVS II.

b Vtrū in confirmatione conferatur gratia gratum faciens.

Vbi supra art. 7. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ gratia gratum faciens, in confirmatione non conferatur. Gratia.n. gratū faciens ordinatur contra culpā, & non cōtra pęnam: sed confirmatio ordinatur contra pęnam, & non contra culpam, quia ille qui cōfirmatur, iam non est impius, per baptismum iustificatus. ergo non recipit gratiam gratum facientem.

¶ 2 Præt. Baptismus non habet minus ordinem ad gratiā gratum facientē q̄ cōfirmatio: sed ille qui prius habuit gratiam p baptismum, non accipit grām gratū facientē. ergo cū confirmatus iam habeat grām quā in baptismo suscepit, sicut patet ī pueris, vr̄ ꝙ in confirmatiōe gr̄a gratum faciens nō conferat.

¶ 3 Præt. Ad id quod potest fieri in mortali pc̄tō, nō requiritur gr̄a gratū faciens: sed aliqui in pc̄tō mortali existētes possunt fortiter nomen Chr̄i confiteri. ergo cum confirmatio sit sacr̄m confessionis Chr̄i, videtur ꝙ non detur ibi gratia gratū faciēs.

SED CONTRA. Sacramentum nouæ legis efficit quod figurat: sed per vnctionem chrismatis significatur vnctio gratiæ. ergo in confirmatione gratia gratum faciens confertur.

¶ 2 Præt. In litera dicitur, ꝙ ibi datur spiritussanctus: sed in

F primo lib. dictum est, quòd missio spiritussancti non est sine gratia gratum faciente. ergo in confirmatione datur gratia gratum faciens. dist. 14 q. 1. ar. 1. in cor. vbi supra.

II VLTERIVS. Videtur quòd sit eadē cum gratia baptismali. Duo enim accidentia eiusdem speciei non possunt esse in eodem simplici & indiuisibili: sed subiectū gratiæ gratum faciētis est essentia animæ, quæ est vna & simplex. ergo in ea non pos

Hoc sacramentum tantum a ieiunis accipi, & ieiunis tradi debet, sicut & baptismus, nisi aliter cogat necessitas. Nec debet iterari sicut

sunt esse diuersæ gratiæ: & ideo cum gratia baptismalis sit ibi, gratia in confirmatione data erit penitus idem.

G ¶ 2 Præt. Eadem est gratia quæ est in virtutibus & donis: sed per baptismum confertur gratia cum omnibus virtutibus, vt supra dictum est: in confirmatione autem datur gratia cum septiformi plenitudine spiritussancti, vt in litera dicitur, quod ad septem dona pertinet. ergo eadem est gratia quæ datur in confirmatione & in baptismo. q. 1 art. 4. 5. dist. 1.

¶ 3 Præt. Maior est distinctio virtutū q̄ gr̄æ: sed ad eandē virtutē ptinet credere, & cōfiteri. s. ad fidē. ergo multo fortius ptinēt ad eandē grām. ergo gr̄a baptismalis q̄ pficit ad credendum, & gr̄a confirmationis quæ perficit ad confitendum, est eadē gr̄a.

SED CONTRA. Causæ diuersæ inducunt diuersos effectus: sed aliud est sacramentum exterius in baptismo quàm in confirmatione, & alius character interior, vt dictum est, quæ sunt causa gratiæ. ergo & alia est gratia vtrobique.

¶ 2 Præt. Contra diuersos morbos datur diuersa medicina: sed contra alium morbum ordinatur confirmatio & baptismus, vt supra dist 2. dictum est. ergo alia est gratia quæ in medicinam morbi in sacramento vtroque datur.

H III VLTERIVS. Videtur ꝙ gr̄a confirmationis nō perficiat grām baptismalē. Omnis. n. perfectio quæ confirmationi ascribitur, ad dona, vel virtutes pertinet, sicut fortiter confiteri & psistere, quod est fortitudinis virtutis, vel doni: sed in baptismo vbi confertur gratia, cōferuntur & virtutes & dona, quæ in gr̄a connexionē habent, vt dictum est. ergo gratia confirmationis non perficit gratiam baptismalem. q. 1. q. 2. corp. & 2 arg. dist.

¶ 2 Præt. Ex eodē habit⁹ generat, & pficit, vt dr̄ ī 2. eth. sed gr̄a baptismalis p baptismū acqrit. ergo nō pficit p cōfirmationē. Sup. dist. q. 1. art. 4. 5. cap. 1.

¶ 3 Præt. In augmento fit idem ex eo quod auget, & quod augetur: sed gratia baptismalis differt a gr̄a confirmationis. ergo gratia confirmationis non perficit gratiam baptismalem.

SED CONTRA. Secundum Dio. baptismus est illuminatio, chrisma autem perfectio: sed perfectio consummat illuminationem, sicut illuminatio purgationem. ergo confirmatio chrismatis consummat gratiam baptismalem. De Eccl. hierar. c. 5. par. 1.

I ¶ 2 Præt. In omnibus perfectionibus ordinatis adinuicem, ita est ꝙ secunda perficit primam: sed confirmationis gratia supadditur ad gratiam baptismalem. ergo gratia confirmationis perficit gratiam baptismalem.

RESPON. Dicendū ad primā quæstionem ꝙ in quolibet sacr̄o est aliqua sanctificatio. Sed quædā est sanctificatio ī sacr̄o quę est communis omnibus sacr̄is. s. emendatio a pc̄tō, vel a reliquijs peccati: & q̄dā sanctificatio quæ est specialis quibusdā sacr̄is imprimētibus characterē. s. deputatio ad aliquid sacrū. Vtraq; aūt sanctificatio grām gratum facientem requirit, quia illud quod directe contrariat pc̄tō, est gr̄a: contraria aūt cōtrarijs curātur. Vn̄ idē remediū adhiberi nō potest cōtra pc̄m, & sequelas eius, nisi p grām gratū facientē: & ideo in omni sacr̄o nouę legis gr̄a gratū faciēs cōfert, vt dictū est supra dist. 1. Similiter aūt accessus ad sacra nō est licit⁹ immūdis, nec aliquis ab immūditia liberari pōt nisi p grām, nec effici idoneus ad sacra ministranda, vel percipienda: & ideo oportet ꝙ in sacr̄is q̄ characterē imprimūt, gr̄a gratū faciēs imprimatur. Cum ergo confirmatio sit sacramentū nouæ legis characterem imprimēs ex duplici parte, necessariū est ꝙ grām gratū facientem conferat. q. 1. ar. 3. 1. & 2.

K AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ cōfirmatio ordinat cōtra pęnam quæ est ex culpa causata, & ad culpā inclinās; & ideo ex cōsequenti habet repugnantiā ad grām, & propter hoc contra ipsam oportet quòd gratia gratum faciens detur: & ideo si inuenit aliquā culpā q̄ fictum non faciat, delet illā, sicut patet de culpa veniali, quāuis non principaliter cōtra culpā ordinetur.

¶ Ad secūdū dicendū, ꝙ baptism⁹ ē sacr̄m necessitatis, & ideo gr̄a q̄ cōfert in baptismo, ordinat in cōem statū salutis, & non in aliquē spālē effectū: & pp hoc p baptismū ei, q habuit grām gratū facientē, nō additur alia gr̄a noua, sed illa q̄ prius inerat, augetur. Secus autem de confirmatione, quæ non est sacramētum necessitatis, vnde eius gratia ad aliquem specialem effectum ordinatur: & propter hoc gratia confirmationis potest addi ad gratiam, quę perficit in communi statu vitæ.

¶ Ad

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ quamuis aliquis possit constanter etiā si sit in mortali pc̄tō, fidē Christi confiteri, non tamen est idonea illa confessio, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, nec iterum est meritoria ad salutem: sacramentum autem ordinatur nō solum ad hoc ꝙ aliquid fiat, qualitercumque, sed ad hoc quòd aliquid idonee fiat, nisi sit defect⁹ ex parte recipientis sacramentum. Luc. 15.

nec baptismus, uel ordo. Nulli enim sacramento facienda est iniuria, quod fieri putatur, quando nō

Dist. 1. q. 1. ar. 4. q. 5. in corp. AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, sacramētales gratiæ adinuicem distinctæ sunt, secundū distinctionem eorum ad quæ ordinantur, sicut & virtutes: quis earum distinctio non ita appareat, sicut distinctio virtutum, quia earū effectus non sunt ita manifesti sicut effectus virtutū. Ita ēt videm⁹ in virtutibus moralibus, quia vbi est specialis difficultas requiritur specialis virtus: vnde alia est virtus quæ dirigit in magnis sumptibus secundū magnificentiā ab ea, quæ in communib⁹ donis & sumptibus perficit. s. liberalitate. Et quia gr̄a baptismalis datur ad perficiendum in his quæ pertinēt ad cōmunē statum vitæ Christianæ, gr̄a aūt cōfirmationis ad perficiendū in his quæ sunt difficillima in isto statu. s. cōfiteri nomen Chr̄i cōtra persecutores: ideo speciali gr̄a ad hoc indigetur, & ppter hoc alia est gr̄a cōfirmationis a gratia baptismi & contra aliū defectum datur. Gr̄a. n. baptismi datur cōtra defectum qui impedit omnem statum iustitiæ in vita Christiana. s. contra peccatum originale & actuale: gratia aūt confirmationis contra defectum oppositum robori, quod exigitur in confessoribus nominis Christi, scilicet, infirmitati.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ gr̄a confirmationis & baptismi non sunt eiusdem speciei, vt dictum est: & ideo nihil prohibet ꝙ in eodē indiuisibili sint. Vel dicendū, ꝙ gr̄a baptismalis ex essentia animæ deriuatur in intellectu, quod est ad recte & perfecte credēdum: sed gratia confirmationis respicit magis irascibilem, ad quam pertinet fortitudo & robur.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ gr̄a sacramentalis quæ est principalis effectus sacr̄i, quis habeat connexionem cum gr̄a quæ est in virtutibus & donis, tn̄ est alia ab ea: quia gr̄a sacr̄alis perficit remouendo primo & principaliter defectum ex peccato cōsequentem, sed gratia virtutum & donorum perficit inclinando ad bonum virtutis & doni, sicut gratia confirmationis remouendo infirmitatis morbum: fortitudinis aūt donum, vel virtus inclinando ad bonum quod est proprium virtuti, vel dono. Et ideo quāuis in baptismo dentur virtutes & dona, & similiter ī cōfirmatione, nō oportet ꝙ sit eadē gr̄a sacr̄alis vtrobiq;.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ confiteri vbi ex confessione imminet mortis periculum, non est tantū fidei, sed indiget auxilio alterius virtutis. s. fortitudinis: & similiter etiam indiget alia gr̄a sacr̄ali, quæ remoueat effectum oppositum fortitudini.

q. 1. a. 4. q. 1. AD TERTIAM quæstionem dicendū, ꝙ vt supra dictū est dist. 1. sicut gratia gratum faciēs, quæ essentiam animæ perficit, differt a virtutibus & donis quę ab ipsa fluunt: ita etiam differt a gratia quæ est proprius effectus sacramentorum, tamē est ei connexa, sicut & cōnexionem habet ad virtutes & dona: vnde in sacramentis principaliter datur gratia sacramentalis quæ differt in diuersis sacr̄is, & per consequens gr̄a virtutum & donorum quę est communis in oībus sacramentis. Secundū hoc ergo gratia baptismalis potest dici dupliciter. Vnomodo, illa quę est principalis & proprius effectus baptismi operans cōtra morbū: aliomodo, gratia quæ est effectus baptismi ex consequenti, & per quādam connexionem, & similiter distinguendum est de gr̄a cōfirmationis. Accipiendo ergo grām baptismalem & confirmationis primo modo, sic sunt diuersæ gr̄æ, & ideo non perficit eam directe quasi cedens in eandem essentiā cū ipsa, sed directe perficit ipsum baptizatū ad aliquid altius: & per consequens etiam ipsa baptismalis gratia perfectius & nobilius esse habet, sicut & anima sensibilis est pfectior adiuncta rōnali, & uirtus adiuncta dono, & liberalitas adiuncta magnificētiæ. Accipiendo autem gratiam baptismalem & confirmationis scdo mō, sic directe auget eā cedens in candē essentiā cū ipsa, sicut baptism⁹ directe auget grām quā pri⁹ īuenit.

¶ Et per hoc patet responsio ad vtramque partem.

QVAESTIO III.

C

Deinde quæritur de celebratione huius sacramenti, & circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Quis possit conferre hoc sacramentum.
¶ Secundo, Quis debeat recipere.
¶ Tertio, De ritu & modo recipiendi.

A

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum quilibet non ordinatus possit alium confirmare.

AD PRIMŪ sic proceditur. Videtur ꝙ qlibet nō ordinatus possit alium confirmare. Efficacia. n. sacramentorū est a virtute verborum: sed quilibet etiam non ordinatus potest verba pferre q̄ sunt forma huius sacr̄i. ergo non ordinat⁹ potest confirmare. 3. par. q. 7. ar. 11.

iterandum iteratur. Sed utrum aliqua, uel nulla iterari possint, quæstio est. Nam de baptismo, & ordi-

B ¶ 2 Præt. Vnumquodque potest agere secundū formam quā habet, quia vnumquodque agit secundum quod est actu: sed aliquis non ordinatus habet characterem confirmationis. ergo potest confirmare.

¶ 3 Præt. Quanto aliquod sacramentum est maioris necessitatis, tanto indiget maiori discretione & attentione in ministrando: sed baptismus est sacramentum necessitatis. ergo cū illud quod requirit maiorem discretionem debeat maioribus committi, videtur ꝙ ex quo non ordinatus potest baptizare, ꝙ etiam possit confirmare.

SED CONTRA est, quod Hugo de S. Victo. dicit, ꝙ administratio ecclesiæ consistit in ordinibus ministrorum, & sacramentis. ergo sicut sine sacramento non potest quis confirmari, ita nec sine ordine confirmantis. De sacris lib. 2. part. 2. cap. 5.

¶ 2 Præt. Vnctio confirmationis est dignior quàm extremæ vnctionis: sed illa non potest fieri nisi ab ordinatis, vt patet Iac. vlti. ergo nec illa.

C VLTERIVS. Videtur quòd sacerdos simplex, etiam si nō sit episcopus, possit confirmare. Baptismus. n. quantum ad aliquid est maioris efficacię quàm cōfirmatio: sed sacerdos ex suo officio potest baptizare. ergo & confirmare. II Vbi supra.

¶ 2 Præt. Sicut confirmationis sacramentum ad perfectionem ptinet, ita & eucharistiæ s̄m Dio. sed sacerdos est proprius minister sacramenti eucharistiæ. ergo ipse potest confirmare. Ex cap. 6. De eccles. Hier. par. 3.

¶ 3 Præt. In sacramentis ex parte cōferentis requiritur ordo, & intentio: sed episcopus nō habet aliquē ordinē, vel characterē quē non habeat simplex sacerdos. ergo sicut episcopus ita, & sacerdos potest confirmare, si intentionem confirmandi habeat.

SED CONTRA. Soli episcopi in loco apostolorum succedunt: sed soli apostoli in primitiua ecclesia manus imponebāt, qd̄ erat cōfirmare. ergo soli episcopi nūc possunt cōfirmar̄.

¶ 2 Præt. In ordine ecclesiasticæ hierarchiæ s̄m Dio. soli episcopi sunt perfectores: sed secundum eundem sicut aliquis per exorcismum purgatur, & per baptismum illuminatur, ita per confirmationem chrismatis perficitur. ergo soli episcopi possunt confirmare. Eodem lib. c. 2. par. 3.

D VLTERIVS. Videtur ꝙ sacerdos simplex ex cōmissione Papæ non possit cōfirmare. Sicut. n. se habet hoc quod est sacerdotis ad sacerdotem, ita hoc quod est episcopi ad episcopū: sed nullus nō sacerdos potest propter Papæ cōmissionē eucharistiam conficere, quod est sacerdotum. ergo similiter ex commissione Papę nullus potest non episcopus confirmare, quod est episcopi. III Vbi supra.

¶ 2 Præt. Sicut conferre sacerdotalem ordinem est episcopi, ita & confirmare: sed nullus non episcopus ex mandato Papæ posset aliquem in sacerdotem promouere. ergo nullus ex Papæ mandato qui non sit episcopus, potest præbere confirmationis sacramentum.

¶ 3 Præt. Quicunque potest ex mandato, vel ex commissione alicuius baptizare, si sine commissione baptizat eum, qui non est sibi subditus, extra casum necessitatis baptizatus est, q̄uis peccet: sed si sacerdos sine cōmissione alicuius cōfirmet, nō ē confirmatū. ergo non potest ex cōmissione Papæ confirmare.

E SED CONTRA est, quod in litera dicitur, quòd Grego. in casu permisit, ꝙ simplices sacerdotes possent confirmare. Vt hr̄ 95. dist. ca. Peruenit.

¶ 2 Præt. Maius est ordinē conferre q̄ confirmare: sed ex mandato Papæ aliqui non episcopi conferunt quosdam ordines: sicut sunt præsbyteri cardinales, qui cōferunt minores ordines. ergo multo fortius ex mandato Papæ potest aliquis simplex sacerdos confirmare.

RESPON. Dicendum ad primā qōnem, ꝙ proprij dispensatores sacramentorum sunt ministri ecclesiæ. per sacramentū ordinis consecrati, vt sint medij inter deum & plebem diuina populo tradentes, & ideo solis eis cōpetit ex officio sacra ministrare: nec per aliū conferri possunt excepto baptismo propter necessitatē. Vnde cum confirmatio non sit sacramentum necessitatis, non poterit nisi ab ordinatis conferri.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ efficacia sacramenti nō

tantum est ex verbis prolatis, sed etiam ex materia debita & persona conueniente: & ideo si sit defectus in persona ministri, verba prolata ab alio non possunt efficaciam sacramẽto pbere.
¶ Ad secundũ dicẽdum, ꝙ pfectio personalis huius, vel illius, nihil facit ad collationem sacramentorũ, quod patet ex hoc, ꝙ sacramenta conferuntur a bonis ministris & malis, sed exigitur pfectio huius inquantum est minister ecclesiæ: si

Contra epistolam Parmen. ca. 12. to. 7

ne quòd non debeant iterari aperte August. dicit. Vtrumque sacramentum est, & quadam consecra-

cut in naturalibus ad hoc ꝙ forma se in alterã materiam trãsfundat per sui similitudinẽ, requiritur qualitas actiua. Et ideo quia per cõfirmationis sacramentum non efficitur aliquis minister ecclesiæ, q̃uis quadam naturalẽ perfectionẽ cõsequatur: ideo non oportet ꝙ quilibet confirmatus confirmare possit.
¶ Ad tertium dicendum, ꝙ omnia sacramenta indigent æqualiter intentione: sed illa quæ omnib⁹ sunt conferenda, non indigent discretione qua vnus repellatur, & alius admittatur, quia a sacramentis necessitatis nullus debet excludi: & ideo cuilibet etiam sacerdoti committitur illa sacramenta conferre, non autẽ illa quibus aliquis ad statum perfectionis promouetur.

Ad secvndam quæstionem dicẽdum, ꝙ in omnibus artibus & potentijs ordinatis, vel habitibus, ita est ꝙ vltima pfectio reseruatur inducenda per supremam artem in genere illo: sicut artes qui operantur circa materiã nauis reseruant inductionẽ formæ arti superiori quę nauẽ compaginat, & illa reseruat vlterius finẽ. s. vsum nauis arti superiori. s. gubernatorię. Vnde cum episcopi in ecclesiastica hierarchia teneãt supremũ locum; illud quod est vltimũ in actionibus hierarchicis eis reseruandum fuit. Et quia perficere aliquem hoc modo, ꝙ sit supra communẽ statum aliorũ est supremum in actionibus hierarchicis, ideo sacramentum confirmationis & ordinis, quib⁹ hoc efficitur, solis episcopis dispensanda reseruantur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ baptismus cum sit sacramentum necessitatis, cõmuniter omnibus cõpetit, & ideo per ipsum non ponitur aliquis supra communẽ statum, sicut fit per confirmationem, vt prius etiam dictum est.
¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Eucharistia sicut confirmatio & ordo est sacramentũ perficiens: sed in hoc differt ab alijs, quia in ordine & cõfirmatione illud quod est ibi res & sacramentũ, est aliquid in suscipiente acquisitum, & ideo suscipientem hæc sacramenta promouent ad perfectionem quandam vltra communem statum fidelium: sed eucharistia habet illud quod est res & sacramentum in se, non in suscipiente, & ideo per sumptionem eucharistiæ non acquirit aliquis perfectionem vltra communem statum, cum non imprimatur character, sed perficit vnumquemque in suo statu: & ideo etiam secundum Dio. cuilibet sacramento eucharistiæ perceptio adiungitur, & ideo non est simile de eucharistia, & de alijs.

De eccles. hierar. art. 3. par. 1.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quãuis episcopus non habeat aliquem ordinem supra sacerdotem secundum quod ordines distinguuntur per actus relatos ad corpus domini: veruntamen habet aliquem ordinem supra sacerdotem secundum quod ordines distinguuntur per actus supra corpus mysticum. Vnde Dio. in eccl. hierar. ponit episcopatũ ordinẽ, vñ & cũ quadam cõsecratione dignitas episcopalis confertur: & ideo in promotione membrorũ corporis mystici aliquid potest competere episcopo, quod non competit simplici sacerdoti.

Cap. 5. par. 1.

Ad tertiam quæstionẽ dicendũ, ꝙ circa hoc est multiplex opinio. Quidã n. dicunt, ꝙ presbyter simplex non possit ex mãdato Papæ cõfirmare, & quod dr̃ de Greg. ad Ianuarium scribẽte, exponũt ꝙ illi p̃sbyteri ex mandato Papæ non cõferebãt sacr̃m cõfirmationis, sed aliquod sacramẽtalę simile illi sacramẽto, sicut alicui porrigit̃ panis bñdictus loco eucharistiæ. Sed nõ vr̃ cõueniẽs vt talẽ simulationẽ in dispẽsatione sacrorũ induxisset Greg. vel sustinuisset, quia dispẽsatio sacrorum ptinet ad veritatẽ doctrinæ, quæ nõ est propter scãdalũ dimittẽda. Et ideo alij dicunt, ꝙ authoritas Papæ tanta est, ꝙ eius mãdato qlibet põt cõferre qđ habet, vt cõfirmatus cõfirmare, sacerdos sacerdotiũ cõferre, diaconus diaconatũ: nõ aũt mandato ipsius põt aliquis conferre qđ nõ habet, vt diaconus ordinẽ sacerdotalẽ. Sed hæc opinio vr̃ nimis ampla, & ideo media via ſm alios tenẽda est. Et ideo sciẽdũ est, ꝙ cũ epatus non addat aliqd supra sacerdotiũ p relationẽ ad corpus dñi verũ, sed solũ p relationẽ ad corpus mysticũ, Papa p hoc ꝙ est epor̃ summ⁹, nõ dr̃ hr̃e plenitudinẽ ptãtis p relationẽ ad corpus dñi verum, sed per relationẽ ad corp⁹ mysticũ. Et quia gr̃a sacr̃alis descendit in corp⁹ mysticũ a capite: ideo oĩs opatio in corp⁹ mysticũ sacramẽtalis, p quã gr̃a dat, depẽdet ab opatione sacr̃ali super corp⁹ dñi verũ: & ideo solus sacerdos põt absoluere in foro pęnitẽtiali, & baptizare ex offo. Et ideo dicẽdũ, ꝙ pmouere ad il-

Vt hr̃ dist. 95. c. Peruenit.

F las pfectiones, q̃ nõ respiciũt corp⁹ dñi verũ, sed solũ corp⁹ mysticũ, potest a Papa q habet plenitudinẽ pontificalis ptãtis cõmitti sacerdoti, q habet actũ summũ sup corpus dñi verũ: non aũt diacono, vel alicui inferiori qui nõ habet pficere corp⁹ dñi verũ, sicut nec absoluere in foro penitentiali. Nõ aũt põt simplici sacerdoti cõmittere promouere ad perfectionẽ, quæ respicit aliquo mõ corpus dñi verũ: & ideo simplex

tione datur, illud quidem cum baptizatur, illud uero cũ ordinatur. Ideoq; in ecclesia catholica utrũq;

sacerdos ex mãdato Papæ nõ potest cõferre ordinẽ sacerdotij: quia ordines sacri hñt actũ supra corp⁹ dñi verũ, vel supra materiã eius. Potest aũt cõcedere simplici sacerdoti, ꝙ cõferat minores ordines, quia isti nullũ actũ hñt supra corp⁹ dñi verũ, vel materiã eius, nec etiã supra corpus mysticũ actũ, p quẽ gr̃a cõferatur, sed hñt ex officio quosdam actus secũdarios & pparatorios. Et similiter potest concedere alicui sacerdoti, ꝙ confirmet, quia confirmatio perficit eum in actu corporis mystici, nõ

D. 94.

G autem habet aliquam relationem ad corpus domini verum. Et per hoc de facili patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus debuerit sacramentum confirmationis accipere.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ Christ⁹ debuerit sacramentũ confirmationis accipere. Sacramentũ enim confirmationis confert maiorem plenitudinem gratiæ q̃ baptismus: sed Christus baptizari voluit, vt tactu mũdissimæ suæ carnis efficaciam baptismo præberet: ergo similiter debuit confirmationem accipere.
¶ 2 Pręt. Cõfirmatio ad hoc dat̃, vt hõ in confessione veritatis vsque ad mortẽ firmiter stet: sed Christus dedit oĩbus exemplũ
H p veritate moriendi: ergo hoc sacr̃m maxime debuit accipere.

Sed contra. Confirmatur qđ infirmũ est: sed infirmitas spiritualis in Christo non fuit. ergo nec confirmari debuit.

II Vlterivs. Videtur ꝙ hoc sacramentũ pueris non sit conferendum, quia hoc sacramentum supra communem statum promouet, sicut & sacramentum ordinis: sed illud sacramentum non confertur pueris. ergo nec istud.

3. par. q. 72. art. 8.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum datur ad confitendum fidem, & ad pugnandum pro ipsa: sed hoc non competit pueris. ergo non debent hoc sacramentum suscipere.

Sed contra. Gratia baptismalis est immediata dispositio ad gratiam confirmationis: sed baptismus confertur pueris. ergo confirmatio debet pueris dari.

III Vlterivs. Videtur quòd non debeat dari omnibus adultis. Illud enim quod omnibus datur, non excedit cõmunem statum, vt dictum est: sed confirmatio ponit supra cõmunem statũ, vt supra dictum est. ergo non debet omnibus dari.

Vbi supra.

I ¶ 2 Præt. Hoc sacramentum est ad robur in pugna sp̃uali: sed pugnare nõ est mulierũ propter imbecillitatẽ sexus. ergo nec hoc sacramentum eis competit.
¶ 3 Præt. Confirmatio est sacramentũ cõfessionis: sed muti nõ possunt confiteri. ergo nõ debet eis dari hoc sacramentum.
¶ 4 Præt. Morientes a pugna huius vitæ subtrahuntur: sed ad robur in pugna huius vitę datur confirmatio. ergo non debet morientibus dari.

Sed contra est, quòd dicit Hugo de S. Vict. omnino periculosum esset, si ab hac vita sine confirmatione migrare contingeret. ergo omnibus dandum est hoc sacramentum.

De sacr. lib. 2. par. 7.

¶ 2 Præt. Ad robur in hoc sacramẽto dat̃ septiformis gr̃a spiritussancti: sed hæc omnibus est necessaria. ergo & sacramentum confirmationis omnibus dari competit.

K Respon. Dicẽdũ ad primã q̃onẽ ꝙ suscipere baptismũ est in pcepto, cũ sit sacr̃m necessitatis: & ideo dñs voluit baptizari, q̃uis in baptismo nihil susciperet, sed magis cõtulerit, vt formã obediẽdi mãdatis oĩbus præberet p ipsum: & ppter hoc dixit ad baptismũ veniẽs. Sic decet nos ĩplere oẽm iustitiã. Iustitia enim cõsistit in obediẽtia legis, vt Philoso. dicit in 5. eth. sed sacramentũ cõfirmationis nõ est necessitatis, sed vtilitatis alicui⁹ cõsequẽdæ causa accipit̃: & ideo cũ dñs nõ acceperit aliquid a sacris, nõ debuit sacr̃m cõfirmationis accipere, si ut nec sacr̃m ordinis: quia potestas excellẽtiæ in sacris, & plenitudo spiritussancti in ipso a sui cõceptione fuit, & sic nõ oportebat nisi ꝙ ĩ ipso erat ĩnotesceret, qđ factũ est p aduẽtũ colũbę sup ipsum.

Cap. 1.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Ad secvndam quæstionem dicendum, ꝙ perfectio quæ confertur in ordine, & cõfirmatione in hoc differũt, ꝙ pfectio ordinis ẽ ad aliqd dispẽsandũ: perfectio aũt cõfirmationis est ad standum fortiter in seipso. Ad hoc autem quòd dispensatio alicuius rei detur alicui, requiritur idoneitas aliqua præexistens in eo qui dispensationem recipit propter periculum quod potest imminere ex praua dispẽsatione: & ideo perfectio ordinis non confertur pueris, sed perfectio qua quis in seipso perficitur, nõ præexigit aliã perfectionẽ, sed ipsa perfectione q̃s idoneus redditur, nec ex hoc aliquod periculum

A

non licet iterari, quia neutri facienda est iniuria: quod indubitanter etiam de cõfirmatione tenendum

imminere potest: & ideo confirmatio potest puero tradi, & cõuenienter traditur, quia infantilis ætas non patitur fictionem, qua effectus sacramẽti in traditione impediatur: & ideo quãuis tunc nõ competit ei confiteri, vel pugnare, certum tamen est quòd effectum sacramenti plene recipit, per quem erit idoneus ad pugnam & confessionem ad perfectã ætatem veniens, nisi gratiam acceptam per peccatum amittat. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

B

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd sicut dictum est, perfectio in confirmatione collata non præexigit aliã perfectionem, sed per eam quis in seipso perficitur, vt sit idoneus ad pugnam spiritualem. Et quia cuilibet est conueniens & bonum, vt in pugna spirituali fortitudinem habeat: ideo ab hoc sacramento nullus excludi debet, qui sit baptizatus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd non ponit supra communem statum quantum ad dispensationem alicuius sacramenti, sed quantum ad confessionem sacramentorum: & hæc perfectio, vel excellentia omnibus membris ecclesiæ competit per hoc sacramentum confirmationis collata.

C

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam quædam mulieres in pugna spirituali gloriosum reportauerunt ab hoste triumphũ; sicut patet de beata Agnete, & beata Cecilia, & alijs: vnde ab hoc sacramento mulieres non sunt excludendæ.
¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis muti non possunt confiteri ore, possunt confiteri nutibus, & possunt habere voluntatem & propositum confitendi: & ideo eis non debet denegari hoc sacramentum.
¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis moriẽtes abstrahantur a pugna, tamen vadunt ad locũ præmij, in quo secundum mensuram gratiæ datur mensura gloriæ: & ideo indigent plenitudine gratiæ, quæ in pugna perficit propter finem pugnæ consequendum.

ARTICVLVS III.

Vtrum exigatur quod aliquis teneat aliquem ad confirmationem.

D

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd non exigatur quòd aliquis teneat aliquem ad confirmationem. Ille enim qui habet immediatam relationem ad principem, sicut liberi, non oportet quòd mediantibus aliquibus coram principe compareant, sicut serui compareãt mediantibus dominis, & filij familias mediantibus patribus: sed confirmandus iam habet immediatam relationem ad principem ecclesiæ, cum sit membrum ecclesiæ per baptismum. ergo quàmuis baptizatus per alium debeat præsentari, tamen confirmandus nullo modo debet per alium ad confirmationem teneri, præcipue si sit adultus.

3. par. q. 72. a. 10.

¶ 2 Præt. Fortitudo minus competit mulieribus quàm viris, Prouer. vlti. Mulierem fortem quis inueniet? sed confirmatio est sacramentum fortitudinis, quia in eo datur spiritussanctus ad robur. ergo ad minus mulier non debet tenere virum ad confirmationem.

E

Sed contra. Videtur etiam ꝙ nõ confirmatus possit tenere ad confirmationem, quia maius est sacramentum conferre, quàm ad sacramentum subsequendum aliquem tenere: sed non confirmatus potest sacramentum baptismi conferre. ergo multo fortius potest ad confirmationem tenere.

II Vlterivs. Videtur quòd non debeat fieri linitio chrismatis tantum in fronte, quia vertex est nobilior pars corporis quàm frons, quia ibi est organum cogitatiuæ, hic autem organum phantasiæ: sed sacerdos qui est interior quàm episcopus vngit baptizatos chrismate in vertice. ergo episcopus non debet vngere chrismate confirmando in fronte.

Vbi supra a. 9.

¶ 2 Præt. Confirmatio est sacramentum confessionis: sed confessio fit ore. ergo vnctio confirmationis magis deberet in ore fieri.
¶ 3 Præt. Frons est locus nudus & patens: sed hic de facili sordes contrahit. cũ ergo chrisma sit seruandum ab omni inquinamento, videtur quòd non congrue fiat vnctio in fronte.

Sed contra. In confirmatione datur spiritussanctus ad robur: sed robur in fronte significatur, vt patet Ezec. 3. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum. ergo in fronte debet fieri vnctio confirmationis.

est. De alijs uero utrum iterari ualeant, uel debeant, postea disseremus.

¶ 2 Præt. Apocal. 7. Angelus dicit. Quoadusque signemus seruos dei viui in frontibus eorũ: sed episcopi dicũtur angeli, vt patet Apoc. 3. ergo eorum est in fronte signare.

III Vlterivs. Videtur quòd confirmatio possit iterari. Sicut enim confirmatio datur ad robur fidei, ita eucharistia ad robur charitatis: sed eucharistia iteratur. ergo & confirmatio.
¶ 3 Præt. Si morbus iteratur, & medicina iterari debet: sed morbus contra quem datur hoc sacramentum potest iterari, scilicet spiritualis infirmitas. ergo & sacramentũ debet iterari.

B Sed contra. Sicut in baptismo imprimitur character, ita & in confirmatione: sed baptismus non iteratur. ergo nec confirmatio.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ in sacramento confirmationis datur spiritussanctus ad robur. Vnde propter hoc aliquis ad confirmationem accedit, quia se habere robur standi non præsumit: & ideo institutum fuit vt ab altero teneatur ad significandum, quòd per se stare non posset.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ille qui est mediator in hoc sacramento, non habet officiũ repræsentandi quasi extraneum, sicut est in baptismo; neq; suscipiendi quasi instruendum, sed solum tenendi quasi infirmum.

C ¶ Ad secundum dicendum, quòd fortitudo spiritualis est per Christum in quo nõ est masculus & femina, vt dicitur ad Gal. 3. & ita non differt, vtrum vir mulierem, vel mulier virum teneat: quàmuis quidam contrarium dicant, scilicet quòd mulier virum tenere non potest.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd homo potest impediri a libera & aperta confessione nominis Christi propter duo, scilicet propter timorem mortis, & propter confusionem, quę est timor ignominiæ: vtriusque autem signum præcipue in facie manifestatur, quia pallescunt timentes, & rubent verecundati, vt dicitur in 4. eth. & præcipue in fronte quę est pars magis aperta; & imaginationi, ex qua procedunt passiones prædictæ, vicina: & ideo cum confirmatio detur ad liberam confessionem nominis Christi, cõuenienter vnguntur confirmati in fronte.

Ad primvm ergo dicendum, quòd vnctio quæ datur in vertice a sacerdote significat dignitatem regalem & sacerdotalem in baptizato, quia incipit esse de numero illorum, quibus dicitur. Vos estis gens sancta, regale sacerdotium, 1. Pet. 2. & ideo in vertice fit ad assignandum eminentiam dignitatis

D collatæ: sed vnctio confirmationis datur ad fortiter defendendam dignitatem acceptam, quòd amplius est, & ideo in loco publico dari debet.
¶ Ad secundum dicendum, quòd nõ datur hoc sacramentum ad confessionem simpliciter, sed ad libertatem confessionis: & ideo debet dari vbi apparent illæ passiones, quæ liberam confessionem impedire possunt.
¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc non est periculum, quia ligatur frons cõfirmati quousque desiccetur locus, & postmodum etiam secundum Hug. debet esse sub quadam disciplina custodiendi chrisma, ne scilicet caput lauet usque ad septem dies propter septem dona spiritussancti, & sicut etiam ecclesia septem diebus aduentum spiritussancti in discipulos celebrat.

Lib. 2. de sacramentis c. 6. par. 7.

E Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd sacramentum quod habet effectum semper permanentem, nõ potest iterari sine iniuria sacramenti: & ideo quia in confirmatione imprimitur character qui est indelebilis, ideo non debet iterari.

Ad primvm ergo dicendum, quòd eucharistia non imprimit characterem, nec illud quod est res & sacramentum est aliqua forma recepta in recipiente sacramentum, sicut est in confirmatione, & ideo non est similis ratio.
¶ Ad secundum dicendum, quòd confirmatio datur contra infirmitatem prout est contracta per originale peccatum: & sic non redit, quàmuis infirmitas actualis peccati redeat.

EXPOSITIO TEXTVS.

Donatio *spiritussancti ad robur.* Contra. Panis cor hominis confirmat, ergo magis pertinet ad eucharistiam, quàm ad confirmationem. Et dicendum, quòd per eucharistiam roboratur charitas, per hoc autem sacramentum fides. In his enim duabus virtutibus to-

ta

ta virtus spiritualis ædificij consistit. Vel dicendum, quòd charitas perficit & roborat ad standum in seipso per modum cibi: sed confirmatio ad pugnam, qua quis ab alijs patitur in confessionẽ noĩs Christi, cõtra aduersarios audaciam præbens. *Hoc sacramentum tantum a ieiunis &c.* Propter eminentiam spiritussancti, quę cum sua plenitudine in hoc sacramento dat robur.

DISTINCTIO VIII.

A

De sacramento altaris & Eucharistiæ.

Post sacramentum baptismi, & confirmationis sequitur Eucharistiæ [a] sacramentum. Per baptismũ mundamur, per Eucharistiam in bono consummamur. Baptismus æstus uitiorũ extinguit, Eucharistia spiritualiter reficit. Vnde excellenter Eucharistia dicitur, idest, bona gratia: quia in hoc sacramento non modo est augmentum uirtutis &

G gratiæ, sed ille totus sumitur, qui est fons & origo totius gratiæ: cuius [b] figura præcessit, quod manna pluit Deus patrib⁹ in deserto, qui quotidiano cæli pascebantur alimento: unde panem angelorum manducauit homo. Sed tunc qui panem illũ manducauerunt, mortui sunt: iste uero panis uiuus, qui de cælo descendit, uitam mundo tribuit. Manna illud de cælo, hoc super cælum. Illud scaturiebat in diem alterum reseruatum, hoc ab omni corruptione alienum. Quicumque religiose gustauerit cor- (Exod. 16. Ioan. 6.)

DIVISIO TEXTVS.

Effect⁹ Baptismi & Eucharistiæ.

Postquàm magister determinauit de baptismo & confirmatione, hic tertio determinat de Eucharistiæ sacramento. Et diuiditur in partes duas. In prima, determinat ea quæ pertinent ad ipsum sacramentum. In secunda, determinat de dispensantibus sacramentum. 13. dist. ibi. *Solet etiam quæri, vtrum quicumque sacerdotes &c.* Prima in duas. In prima, determinat ea quæ requiruntur ad hoc sacramentum in generali In secunda, prosequitur de eis in speciali, dist. 10. ibi. *Sunt item alij præcedentium &c.* Prima iterum in duas. In prima, determinat ea quæ requiruntur ad hoc sacramentum. In secunda, determinat vsum sacramenti. 9. dist. ibi. *Et sicut duæ sunt res &c.* Prima añt in tres. In prima, determinat pcedẽtia eucharistiam, quibus hoc sacramẽtũ figuratur. In secunda, determinat concomitantia, quibus hoc sacramentum integratur, scilicet formam & institutionem, ibi. *Hæc etiam ante alia &c.* In tertia, determinat consequentia quæ in hoc sacramento efficiuntur, vel significantur, ibi. *Nunc quid sit sacramentum &c.* Secunda pars diuiditur in tres. In prima, determinat institutionem. In secunda formam, ibi. *Forma vero est &c.* In tertia mouet quandam quæstionem, & soluit, ibi. *Vbi consideratione dignum est &c.* *Numquid ibi sit sacramentũ &c.* Hic determinat de sacramento eucharistiæ per cõparationem ad significatum, vel causatũ eius. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quid sit ibi res, & quid sacramentum. Secundo, concludit eorum numerum, & ordinem, ibi. *Sunt igitur hæc tria distinguenda &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De ipso Eucharistiæ sacramento.
¶ Secunda, De forma ipsius.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Eucharistia sit sacramentum.
¶ Secundo, De significatione eius.
¶ Tertio, De institutione.
¶ Quarto, De ordine sumendi hunc cibum respectu aliorum ciborum.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum Eucharistia sit sacramentum.

(3. par. qu. 73. ar. 1.) Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd eucharistia non sit sacramentum. Ad idem enim non debent diuersa ordinari, sed confirmatio est ad perficiendum, secundum Dionys. cum ergo secundum ipsum eucharistia etiam sit perfectio, videtur quòd superfluat hoc sacramentum. (De cælest. Hierar. ca. 5. par. 1.)

¶ 2 Præt. In omni sacramento nouæ legis idem quod figuratur, efficitur per signum figurans: sed species panis & vini, quę figurant corpus Christi verũ & mysticum, non efficiunt illud. ergo eucharistia non est sacramentum nouæ legis.

¶ 3 Præt. Sacramentum est elementum materiale secundum Hugo, exterius oculis suppositum: sed corpus Christi verum, (Lib. 1. De sacramẽtis c. 3. par. 9.)

F quod dicitur hic sacramentum, & res similiter, non est oculis videntium suppositum. ergo non est sacramentum.

¶ 4 Præt. Omne sacramentum in ipsa sui susceptione consecratur, & perficitur, sicut patet de baptismo quod perficitur in ipsa ablutione: sed eucharistia consecratur ante sumptionem. ergo non est sacramentum.

¶ 5 Præt. In omni alio sacramento illud quod est res & sacramentum est aliquid effectum in suscipiente, sicut character in baptismo; sed corpus Christi verum, quod ponitur hic res & sacramentum, non est aliquid in recipiente effectum. ergo non est sacramentũ eiusdem rationis cum alijs.

Sed contra, est, quod in collecta dicitur. Præsta vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam.

¶ 2 Præt. Omnis actio per ministros ecclesiæ dispensata, in qua ex ipso opere operato gratia confertur, est sacramentum: sed eucharistia est huiusmodi. ergo est sacramentum.

II Vlterivs. Videtur ꝙ non sit unũ sacramentũ, sed multa, primo per hoc, quòd in collecta dicitur. Purificent nos do-H mine hæc sacramenta quæ sumpsimus. (Vbi supra art. 1.)

¶ 2 Præt. Sacramentum est in genere signi: sed ea quæ sunt in genere signi, sicut nomina plurificantur ad pluralitatẽ signantium, quàmuis sit idem signatum: sicut Marcus & Tullius sunt duo nomina, quàmuis sit eadem res significata, cum in eucharistia sint plura signantia sicut species panis & vini, videtur quòd sint plura sacramenta.

¶ 3 Præt. Vnitas rei est ex forma sua: sed in eucharistia sunt duæ formæ, vna ad consecrationem panis, alia ad consecrationem sanguinis. ergo sunt duo sacramenta.

¶ 4 Præt. Ea quæ nec in genere, nec in specie conueniunt, sunt plura simpliciter: sed corpus Christi verum cum speciebus panis & vini sunt differentia & specie, & genere. ergo sunt plura simpliciter. cum ergo vtrumque dicatur sacramentum in eucharistia, videtur quòd non sit vnum sacramentum.

¶ 5 Præt. Ex duobus perfectis non fit aliquid vnum: sed Christus perfecte est sub vtraque specie, scilicet panis & vini. ergo I ex his duobus non fit vnum sacramentum.

Sed contra est, quia si essent duo, tunc sacramenta nouæ legis non essent tantum septem.

¶ 2 Præt. Quæcumque ordinantur ad idẽ efficiẽdũ & significãdum pertinent ad unum sacramentum: sed omnia quæ in eucharistia sunt, pertinẽt ad idem repræsentandum, scilicet mortem domini, & idem efficiendum, scilicet gratiam, per quam homo incorporatur corpori mystico. ergo est vnum tantum sacramentum.

III Vlterivs. Videtur ꝙ non conuenientibus nominibus nominetur. Nomen. n. proprium alicui debet imponi ex eo quòd sit ibi proprium: sed bonitas gratiæ est communis omnibus sacramentis. ergo ex hoc non debet imponi nomẽ proprium vni sacramento, vt dicatur eucharistia. (Vbi supra art. 4.)

¶ 2 Præt. Sicut in litera dicitur, hoc sacramentum ideo viaticũ appellatur, quia in uia nos reficiens, usque ad patriam deducit: K sed hoc est commune omnibus sacramentis, quæ non nisi viatoribus dantur ad perueniendum ad gloriam patriæ, quæ est res non contenta & significata in omnibus sacramentis. ergo non conuenienter viaticum appellatur.

¶ 3 Præt. Causæ per effectus denominari solent: sed adducere ad communionẽ fidelium est effectus baptismi, secundum Dion. vt ex prædictis patet. ergo baptismus magis debet dici communio, vel synaxis quàm hoc sacramentum. (De Ecclesiast. hierar. ca. 3.)

¶ 4 Præt. In quolibet sacramento est aliquid sacrum: sed hoc importat sacrificii nomen. ergo sacrificium etiam non est nomen proprium huius sacramenti.

¶ 5 Pręt. Hostia videtur idem quod sacrificium: sed Dionys. confirmationem nominat charismatis hostiam. ergo neque hostia, neque sacrificium est nomen proprium huic sacramẽto.

Respon. Dicendũ ad primã qõnẽ, ꝙ eucharistia sacramentum quoddam est, alio tamen modo ab omnibus alijs sacramentis. Sacramentum enim secũdum sui nominis proprietatem sanctitatem

A ctitatem actiue importat: unde secundùm hoc aliquid habet sacramenti rationem, secundùm quod habet rationem sanctificationis, qua sanctum aliquid fit. Dicitur autem aliquid sanctum dupliciter. Vno modo simpliciter & per se, sicut quod est subiectum sanctitatis, sicut dicitur homo sanctus. Alio modo secundario & secundum quid, ex eo ꝙ habet ordinem ad hanc sanctitatem, vel sicut habens virtutem sanctificandi, sicut chrisma dicitur sanctum, vel quocumq; alio modo ad aliquid sanctum deputetur, sicut altare sanctum. Et ideo ea quibus aliquid fit sanctum primo modo, dicuntur sacramenta simpliciter: illa autem quibus fit aliquid sanctũ secundo modo, non dicuntur sacramenta, sed sacramentalia magis. In alijs ergo sacramentis fit aliquid sanctum primo modo, sicut homo suscipiens sacramentum, non autem elementum corporale sanctificans hominem, quia hoc est sacrum secundo modo: & ideo hoc quod pertinet ad sanctificationem materiæ in omnibus sacramentis non est sacramentum, sed sacramentale: sed hoc quod pertinet ad vsum materiæ, qua homo sanctificatur, est sacramentum. In hoc autem sacramento illud quod est sanctificans hominem, est sanctum primo modo, quasi subiectum sanctitatis, C quia est ipse Christus: & ideo ista sanctificatio materiæ est hoc sacramentum, sed sanctificatio hominis est effectus sacramenti. Et ideo hoc sacramentum in se cõsideratum, est dignius omnibus sacramentis, quia habet absolutam sanctitatem etiam præter suscipientem: alia autem non habent nisi in ordine ad aliud, & ideo hoc sacramẽtum est perfectio aliorum sacramentorum, quia omne quod est per aliud, reducitur ad id quod est per se, sicut patet de accidente & substantia.

(Lombard text continued:) ruptionem non videbit. Illud datum fuit antiquis post transitum maris rubri, ubi submersis Aegyptijs liberati sunt Hebræi: ita hoc cæleste manna, non nisi renatis præstari debet. Panis ille corporalis populum antiquum ad terrã promissionis per desertum eduxit: B hæc esca cælestis fideles huius sæculi desertum transeuntes in cælum subuehit. Vnde recte uiaticũ appellatur, quia in uia nos reficiẽs usque ad patriam deducit. Sicut ergo in mari rubro figura baptismi præcessit, ita in manna significatio dominici corporis. Hæc duo sacramẽta demonstratiua sunt, ubi de latere Christi sanguis & aqua profluxerunt: quia per sanguinem redemptionis, & aquam ablutionis nos redimere uenit a diabolo & a peccato: sicut Israelitas per B sanguinem agni paschalis ab exterminatore, & per aquam maris rubri ab Aegyptijs liberauit. Huius etiam sacramenti ritum Melchisedech ostendit, ubi panem & uinũ Abrahæ obtulit. Vnde, ut ait Am- (Exod. 14. Ioan. 19. Exod. 12. Gen. 14.)

Ad primvm ergo dicendum, quòd perfectum vnumquodque est, cum attingit propriam virtutem, vt dicitur in 7. phy. Virtus autem est vltimum d in re, vt dicitur in 1. cę. & mũdi: & ideo perfectio rei consistit in hoc, quòd res ad sui vltimũ perducatur. Est autem dupliciter vltimum rei, vnum quod est in re, & aliud quod est contra rem: sicut in corporibus vltimũ in corpore est superficies corporis contenti, vltimum extra, est locus qui est superficies corporis continentis: vltimum D autem cuiuslibet rei in seipsa est ipsa rei operatio, propter quã res est: forma enim est finis generationis, non ipsius generati, vt dicit Commen. in 2. phys. Vnde res quæ habet formam substantialem per quam est, esse nõ dicitur perfecta simpliciter, sed perfecta in esse, vel perfecta perfectione prima, & talem perfectionem quantum ad esse spirituale acquirit homo in baptismo, in quo est regeneratio spiritualis: & ideo Dionys. non ponit baptismum habentem vim perfectiuam simpliciter, sed magis purgatiuam & illuminatiuam: sed simpliciter perfectum dicitur, quòd habet operationem conuenientem suæ formę. In hoc enim consistit virtus rei, secundum Philosophum in 2. eth. per cuius cõsecutionem aliquid dicitur perfectum, vt dictum est. Hominis autẽ operatio spiritualis est duplex. Vna ipsius, inquantum est persona priuata: & quantum ad hoc perficit confirmatio, quæ facit hominem non impeditum aliquo mundano timore in confessione fidei, & alijs quæ ad christianam E religionem spectant. Alia, inquantum est persona publica quasi membrum principale & influens alijs membris: & quantum ad hoc perficit sacrementum ordinis. Vltimũm autem cuiuslibet rei extra seipsam, est principium a quo res habet esse, quia per coniunctionem ad ipsum res complentur & firmantur, & propter distantiam ab ipso deficiunt, sicut corruptibilia propter longe distare a primo, vt dicitur in 2. de generatio. & ideo primum agens habet etiam rationem d vltimi finis perficiẽtis. Fons autem christianæ vitæ est Christus, & ideo hoc modo eucharistia perficit Christo coniungens: & ideo hoc sacramentum est perfectio omnium perfectionum, vt Dionys. dicit. vnde & omnes qui sacramenta alia accipiunt, hoc sacramento in fine confirmantur, vt ipse dicit. (T. com. 18. T. com. 116. D. 1171. Com. 75. & 5. Metaph. cm. 22. D. 610. De Ecclesiast. hierar. c. 5. par. 1.)

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut ad species sensibiles aliorum sacramẽtorum se habet virtus quæ interius inest, quæ sanctificationem acquirit, ex qua sacramentum efficit, secundùm Hug. ita in hoc sacramento se habet ipsum corpus Christi, quod per consecrationem sub speciebus illis fit. Vnde sicut in alijs sacramentis materiale elementum non est causa virtutis quæ in ipso est, neque alicuius spiritualis effectus in homine nisi mediante virtute, secundum quod ex elemento & virtute quasi vnum efficitur: ita in hoc sacramento spẽs non sunt causa corporis Christi, neque alicuius effectus in anima spiritualis nisi mediante corpore Christi vero, secundũ quod ex speciebus & corpore Christi fit vnũ sacramentum. Vtrum autem species illæ secundũ se habeant aliquem effectum corporalẽ, sicut aqua corporaliter abluit in baptismo, etiam non mediante spirituali virtute, infra dicetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omne sacramentum est visibile, non tamen oportet quòd quicquid est in sacramento sit visibile. Videtur. n. species visibilis aquę in baptismo, sed non vis virtus spiritualis quæ secretius operatur salutem: & similiter hic videntur species; sed non videtur verum corpus Christi. Vel dicendum, quòd est visibile non in se, sed in speciebus quę ipsum tegunt, sicut & substantia aliorum corporum videtur mediante colore.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sanctitas quæ est in materijs aliorum sacramentorum, non est forma sanctitatis absolute, sed secundum ordinem ad aliud, vt in 1. dist dictum est: & ideo non est simile de alijs sacramentis, & de hoc, vt ex dictis patet. (q. 1. ex. ar. 1.)

¶ Ad quintum dicendum, quòd ex hoc ipso quòd alia sacramenta perficiuntur in acceptione, vel collatione, contingit quòd illud quod est in eis sacramentum & res, est aliquid acquisitum in suscipiente, in hoc autem sacramento aliter est, vt ex dictis patet.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd per se vnum simpliciter, & quod est numero vnum, tribus modis dicitur. Vno modo, sicut indiuisibile est vnum, vt punctus, & vnitas, quod neque est multa actũ, neque potentia. Alio modo, quod est vnum ex continuitate, quod tamen est multa potentia, sicut linea. Tertio modo, quod est vnum perfectione, sicut dici- D tur calceamentum vnum, quia habet omnes partes quæ requiruntur ad calceamentum: & hæc vnitas dicitur in omnibus illis, ad quorum integritatem aliqua exiguntur, sicut vnus homo, vna domus. Et quia ad esse sacramenti multa concurrũt, sicut forma, & materia, & huiusmodi, ideo ab hac vnitate perfectionis dicitur sacramentum vnum esse. Illa enim sunt de integritate alicuius instrumenti, quæ requiruntur ad operationem illam, ad quam instrumentum deputatum est: hoc añt sacramentum deputatum est ex diuina institutione ad cibationem spiritualem, quę per cibationem corporalem significatur. Et quia cibatio corporalis duo requirit, scilicet aliquid per modum cibi, & aliquid per modum potus: ideo ad integritatem huius sacramenti ex diuina institutione est aliquid per modum cibi, scilicet corpus Christi, & aliquid per modum potus, scilicet sanguis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd dicitur pluraliter E sacramenta propter materialem diuersitatem signorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit quando vtrumque signum habet integram significationem: sic autem non est hic, quia cibatio spiritualis non significatur perfecte neque per panis tantum, neque per vini tantum sumptionem, sed per vtrumque simul, sicut est in significatione nominum compositorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, si vtraque forma responderet toti sacramento: sed hoc falsum est, quia vna forma respondet vni, & alia alij eorum quæ ad sacramentum exiguntur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis non sint vnum in genere, vel specie naturæ: possunt tamen esse vnum per relationem ad vnam operationem, ex qua vnitate sumitur vnitas sacramenti.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis Christus perfectus sit sub vtraque specie, non tamen quantum ad integrũ vsum sacramen.

sacramenti est sub utroque, sed quantum ad diuersos usus. P

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q in quolibet sacramento est tria considerare, scilicet originẽ, perfectionem, & finem ad quem est. Origo autem omnium sacramentorum est passio Christi, de cuius latere in cruce pendentis sacramenta profluxerunt, ut sancti dicunt: perfectio autẽ sacramenti est in hoc qđ continet gratiam. Finis autẽ sacramenti est duplex, proximus, scilicet sanctificatio recipientis, & ultimus, s. uita æterna. Hæc aũt per quandam excellẽtiam in eucharistia inueniũtur, quia hoc sacramentum est specialiter in memoriam dominicę passionis. Vnde Matthæi.26. Quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis: & ideo quantũ ad originem uocatur sacrificium, uel hostia. Similiter etiam gratiam non per modum intentionis continet, sicut alia sacramenta, sed plenitudinem gratiæ in suo fonte: & ideo antonomatice eucharistia dicitur. Similiter etiam quia ipsa est consummatio omnium sanctificationum, ut Dion. dicit, id quod est omniũ, scilicet congregari ad unum, huic sacramento attribuitur, & dicitur communio, uel synaxis, quod idem est, inquantum scilicet homo congregatur ad unum, & ad seipsum, & ad alios ei, quod est maxime unum, coniunctus. Similiter etiam quantum ad ultimum finem consequendum maximam efficaciam habet, inquantum realiter continet hoc quo ianua cæli nobis aperta est, scilicet sanguinem Christi, & ideo specialiter uiaticum appellatur. Et per hæc patet solutio ad obiecta: quia ab eo quod est commune, aliquid antonomatice denominari potest.

De sacramẽtis lib. 4 cap 4 post med. & lib. 1. cap.4.

Matth. 26.

De consec. dist. 2. cap. quia corp.

De Eccles. hierar. c.5. par.1.

brosius intelligi datur anteriora esse sacramenta Christianorũ, quàm Iudæorum.

b *De institutione sacramenti.*

HIc etiam illa consideranda occurrunt quatuor, scilicet sacramentum, institutio, forma, & res. Sacramentum Dominus instituit, quando post typicum agnũ corpus & sanguinem suum discipulis in cœna porrexit. Vnde Eusebius Emisenus. Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus c necesse erat ut die cœnæ sacramentum nobis corporis & sanguinis cõsecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium. G

B *De forma.*

FOrma a uero est quam ipse ibidẽ edidit dicens, Hoc est corpus meum: & post. b Hic est sanguis meus. Cũ enim hæc uerba c proferuntur, conuersio fit panis & uini in substantiam corporis & sanguinis Christi: reliqua ad laudem Dei dicuntur. Vnde Ambro. Sermone Christi hoc conficitur sacr̃m, quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi, & uinum cum aqua in calicem missum fit sanguis consecratione uerbi cęlestis. Consecratio quibus fit uerbis? Attende quæ sunt uerba. Accipite ergo, & comedite ex eo omnes. Hoc est corpus meum. & iterum: Accipite & bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus. Per reliqua omnia quæ dicuntur laus Deo refertur, oratio præmittitur pro populo, pro regibus. Item August. Credendum est quòd in illis uerbis Christi sacramenta cõficiantur: reliqua omnia nihil aliud sunt quàm laudes, uel obsecrationes fidelium & petitiones. Ecce quæ sit institutio & forma huius sacramẽti: vbi consideratione dignum est, quare illud sacramentum post cœnam dedit discipulis. Dominus igitur Iesus ad inuisibilia paternæ maiestatis migraturus, celebrato cũ discipulis typico pascha, quoddam memoriale eis commendare uolens, sub specie panis & uini corpus & sanguinem suum ita eis

ARTICVLVS II.

b *Vtrum huic sacramento figuræ assignari debeant.*

3.par. q.73 ar.6.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q huic sacramento figuræ assignari non debeant. Nihil enim disponitur per aliquid sui generis: albedinis enim non est albedo, nec motus est motus: sed sacramentum est signum, ergo sacramento non debet aptari aliqua figura, quia in infinitum iretur.

¶ 2 Præt. Sacramenta ueteris legis dicuntur sacramentis nouæ legis respondere inquantum signant ipsa: sacramentis autem nouæ legis quæ sunt maxime perfectionis, non respondebant aliqua sacramenta in ueteri lege, ut quidam dicunt. cum ergo hoc sacramentum sit maxima perfectionis, uidetur quòd non debeant ei aliquæ figuræ assignari.

¶ 3 Præt. Sicut præfigurata eucharistia est in agno paschali, ita & baptismus in transitu maris rubri, ut dicitur. 1. Cor. 11. cum ergo magister non assignauerit aliquas figuras baptismi, uidetur quòd nec eucharistiæ figuras assignare debeat.

SED CONTRA. Hoc sacramentum memoriale passionis Christi est specialiter: sed, passionem Christi præcipue oportebat præfigurari, per quam nos redemit, ut fides antiquorum ad redemptorem ferretur. ergo præcipue oportebat hoc sacramentum figurari.

¶ 2 Pręt. Hoc sacramentum est dignissimum, & difficilimum ad credendum: sed talia maxime consueuerunt præfigurari. ergo &c.

II Vbi supra.

VLTERIVS. Videtur q magister inconuenienter assignet figuras huius sacramenti. Hoc enim sacramentum post baptismum datur: sed agnus paschalis præcessit transitum maris rubri, in quo baptismus est præfiguratus. ergo non est congrua figura huius sacramenti.

¶ 2 Præt. In hoc sacramento aliquid offertur deo: sed Melchisedech non legitur deo obtulisse, sed homini, scilicet Abrahæ, cui obtulit panem & uinum, ut dicitur Gen. 14. ergo illa oblatio non est conueniens figura huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Idem non est signum suiipsius: sed sanguis qui consecratur in altari, est illemet quem Christus in cruce fudit pro nobis. ergo ille non est signum, uel figura istius.

¶ 4 Præt. Manna habebat in se omnem saporis suauitatem, ut dicitur Sap. 16. sed hoc sacramentum non habet in se omnem saporem spiritualem, quia sic haberet effectus omnium sacramentorum, & alia sacramenta superfluerent. ergo manna nõ est figura huius sacramenti.

¶ 5 Præt. Nobilioris rei nobilior debet esse figura: sed eucharistia est nobilius sacramentum quàm baptismus, cũ ergo baptismus habuerit figurã quæ præbebat remediũ ex ipso opere operato contra originale, scilicet circuncisionem, supradictæ autem figuræ non fuerunt tales, uidetur quòd fuerũt incompetentes.

Matth. 26.

¶ 6 Præt. In canone Missæ fit mentio de sacrificio Abrahę, & Abel, & similiter omnia sacrificia legalia huius ueri sacrificij figura fuerunt. ergo insufficienter posuit magister figuras huius sacramenti.

III De sacramẽtis par. 6.

VLTERIVS. Videtur q in lege Moysi expressius fuit figuratum hoc sacrificium quàm in lege naturæ: quia secũdum Hug. quanto magis appropinquauit passio Saluatoris, tanto signa fuerunt euidentiora: sed ea quæ fuerunt in lege Moysi fuerunt propinquiora. ergo expressiora. H

¶ 2 Præt. In sacrificijs legis Moysi fiebat sanguinis effusio: sed oblatio Melchisedech fuit sine sanguinis effusione. ergo legalia sacrificia expressius figurabant sacramentũ passionis Christi, quàm oblatio Melchisedech.

SED CONTRA. Christus dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, non autem secundum sacerdotium legis Moysi, quod est sacerdotium leuiticum, ut patet Heb.7. ergo oblatio Melchisedech magis conuenit cum sacrificio Christi, quàm sacrificium legis Moysi.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q sacramenta nouę legis tripliciter se habent ad veterem legem. Quędam enim essentialiter fuerunt in veteri lege, quàmuis non vt sunt sacramenta nouæ legis, sed magis secundũ quod sunt in officium, uel actum uirtutis, sicut pænitentia, ordo, & matrimonium. I Quædam fuerunt secundum aliquid eis respondens non essentialiter, sicut baptismus, & eucharistia. Quędã autem nihil respondens habuerunt in ueteri lege, sicut confirmatio, & extrema unctio: cuius ratio est, quia prima tria sacramenta non solum sunt sacramenta, sed pænitẽtia est actus uirtutis: ordo autem pertinet ad officium dispensationis sacramentorum, matrimonium autem ad officium naturæ, & ideo in qualibet lege requiruntur. Baptismus autem & eucharistia sunt sacramenta tantum gratiam continentia, & ideo ante tempus gratiæ esse non debuerunt. Sed quia sunt sacramenta necessitatis, baptismus quidem quantum ad effectum, eucharistia autem quantum ad fidem eius quod repræsentatur per ipsam, ideo oportuit quòd in lege Moysi haberent aliquid respondens: sed confirmatio & extrema unctio sunt sacramenta gratiam conferentia, & ideo in ueteri lege esse non debuerunt. Et quia non sunt sacramenta necessitatis, sed cuiusdam superabundantis perfectionis, ideo non oportebat quòd haberent aliquid respondens, cum non esset tempus plenitudinis gratiæ: K & ideo hæc duo non fuerunt præfiguranda aliquibus expressis figuris: similiter neque prima tria, sed tantum duo media, scilicet eucharistia, & baptismus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oppositæ relationes possunt inesse eidem respectu diuersorum, eo quòd esse relatiui est ad aliquid se habere, non autem proprietates absolutæ: & ideo in relatiuis contingit aliquid disponi d per aliquid sui generis per accidens, & non per se: sicut filij est filius, non inquantum filius, sed inquantum pater. Et similiter signi potest esse signum inquantum est signatum, in absolutis autem non contingit hoc: unde qualitatis d non est qualitas nec per se, nec per accidens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd una perfectio dicitur alia maior dupliciter, aut simpliciter, aut secundum statum: sicut præmium essentiale, quod aurea dicitur, est simpliciter maius

quàm præmium accidentale, quod dicitur aureola: sed aureola est maior quantum ad statum habentis, quia non cuilibet datur, sed tantummodo illis qui sunt in statu perfectionis. Et similiter dico, quòd perfectio eucharistiæ est simpliciter maior quàm perfectio confirmationis & extremæ vnctionis: sed illæ sunt maiores secundum statum, quia pfectio eucharistiæ, quæ est per coniunctionem ad principium sanctitatis, est omnibus de necessitate salutis: sed perfectio spiritussancti ad robur quæ est in confirmatione, vel perfectio purgationis a reliquijs peccati quæ est in extrema vnctione, non sunt omnibus necessaria: & ideo perfectioni eucharistiæ debet aliquid respõdere in qualibet lege, non autem perfectioni cõfirmationis & extremæ vnctionis, nisi in lege in qua est status perfectionis, quæ est lex gratiæ. A

Lib. 4. de sacramentis c. 4. tom. 4.

Matth. 26.

¶ Ad tertium dicendum, quòd præfiguratio eucharistiæ erat magis necessaria quàm baptismi, tum ratione dignitatis, tum ratione difficultatis, tum propter necessitatem fidei eius quod figuratur in eucharistia, tamen magister supra aliquas figuras baptismi posuit. s. circuncisionem, & baptismum Ioannis. C

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd aliquid potest figurari dupliciter. Vno modo, per id quod est signum & causa, & hoc modo effusio sanguinis & aquæ ex latere Christi fuerunt figura huius sacramenti: alio modo, per id quod est signum tantum, & sic quantum ad id quod est sacramentum tantũ, in eucharistia fuit figura eius, oblatio Melchisech. Quantum autem ad id quod est res & sacramentum, scilicet ipsum Christum passum, fuit figura agnus paschalis: quantũ autem ad id quod est res tantum, scilicet gratiam, fuit signum manna quod reficiebat omnem saporem suauitatis habens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa valeret, si baptismi & eucharistiæ tantum esset vna figura: sunt autem plures, & ideo non est inconueniens aliquam figuram baptismi quòd præcedat aliqua figura eucharistię, & ab aliqua præcedatur: sicut præcedit agnus paschalis transitum maris rubri, & & sequitur circuncisionem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd eucharistia offertur deo in sanctificatione hostiæ, & offertur populo in ipsius sumptione, & hoc significatum fuit in oblatione Melchisedech, qui obtulit Abrahæ panem & uinum, & benedixit deo excelso. D

¶ Ad tertium dicendum, quòd nihil sub eadem specie manens est signum suiipsius: sed aliquid secundum quod est in vna specie potest esse signum sui secũdum quod est sub alia specie. Et similiter est in proposito dicendum, quòd aqua fluens de latere Christi figurabat populum, qui eius sanguine redimendus & reficiendus erat, & ideo significabat aqua sanguini admista huius sacramenti vsum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sacramentum habet omnem suauitatem, inquantum continet fontem omnis gratiæ, quàmuis non ordinetur eius vsus ad omnes effectus sacramentalis gratiæ. Vel dicendum, quòd etiam quantum ad effectum habet omnem suauitatis effectum in reficiendo, quia hoc solum sacramentum per modum refectionis operatur. Vel dicendum secundum Diony. quòd omnium sacramentorũ effectus huic sacramento possunt ascribi inquantum perfectio est omnis sacramenti, habens quasi in capitulo & summa omnia quæ alia sacramenta continent singillatim. E

In ulti. ca. Eccle. hier.

¶ Ad quintum dicendum, quòd baptismus est sacramentum necessitatis quantum ad effectum, quia delet peccatum originale, quo manente non est salus: & ideo oportebat quòd in veteri lege responderet sibi aliqua figura, quæ contra originale, remedium præberet, scilicet circuncisio: sed eucharistia est sacramentum necessitatis quantum ad fidem eius quod repræsentat, scilicet opus nostræ redemptionis: & ideo non oportuit q haberet figuras remedium præbentes, sed signantes tantum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quàmuis in veteri lege fuerunt figuræ plures materialiter, tamen omnes ad has reducuntur: quia in omnibus sacrificijs & oblationibus antiquorum significabatur illud quod est res & sacramentũ in eucharistia, quod etiam significatur per agnum paschalem, scilicet ipse Christus, qui obtulit se deo patri pro nobis oblationem & hostiam. Vel dicendum, quòd istæ figuræ repræsentant corpus Christi secundum quod est in vsu fidelium per esum, quod patet de oblatione Melchisech, qui panem & vinum edẽdum obtulit Abrahæ: & similiter agn9 paschalis edẽdus a populo occidebatur, & etiam manna ad esum populi a deo prouidebat. Aqua etiam sanguini admista in passione Christi populum significat Christi sanguinẽ communicantem, non autem ita est ĩ alijs sacrificijs: & ideo quãuis sint figuræ Christi passi, nõ tamen sunt propriæ figuræ huius sacramẽti. Fit autem in canone Missæ mentio de oblatione Abrahæ & Abel magis propter deuotionem offerentium, quàm propter figuram rei oblatæ.

Vt habetur de consecr. di.2.c.vtrũ

Matth. 26.

B

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd quantum ad id quod est signum tantum in hoc sacramento, expressior figura huius sacramenti fuit oblatio Melchisedech, quàm figuræ legis Moysi: sed quantum ad id quod est res & sacramẽtũ, expressior fuit figura legis Mosaycæ, qua expressius Christus passus significabatur. Et quia ritus sacramenti consistit in signis exterioribus, ideo sacerdotium Christi quantũ ad ritum magis conuenit cum sacerdotio Melchisedech, quàm cum sacerdotio Leuitico, & etiam quantum ad alias conditiones Melchisedech, quas Apostolus plenius prosequitur. Et per hoc patet solutio ad obiecta. C

ARTICVLVS III.

c *Vtrum aliqua fuerit necessitas instituendi hoc sacramentum.*

3.par.q.73. art. 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nulla fuit necessitas instituendi hoc sacramentum. Veniente enim veritate debet cessare figura: sed hoc sacramentum agitur in figuram dominicæ passionis, quæ iam realiter venit. ergo non debuit hoc sacramentum institui. D

¶ 2 Præt. Eadem actione aliquid instituitur, & a contraria dispositione remouetur: sed ad eandem actionem non debet institui nisi vnum sacramentum, sicut vnum instrumentum est vnius actionis. cum ergo per baptismum mundemur a malo, videtur quòd non oportuit institui aliquod sacramentum per quod in bono cõfirmemur. s. eucharistiam, vt in litera dicitur.

¶ 3 Præt. Ex eisdem ex quibus sumus, & nutrimur, vt in 2. de de generatione dicitur: sed per baptismum qui est spiritualis regeneratio, acquirimus esse spirituale, vt Dionys. dicit. 2. ca. eccles. hierar. ergo per gratiam reficimur baptismalem, & ita non oportet hoc sacramentum institui ad spiritualiter reficiendum, vt in litera dicitur. T.com.50. part. 1.

SED CONTRA. Ad perfectionem corporis exigitur quòd membra capiti coniungantur: sed per hoc sacramentum membra ecclesiæ suo capiti coniunguntur, vnde Ioan. 6. dicitur, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. ergo necessaria fuit huius sacramenti institutio. E

¶ 2 Præt. Charitas non est minus necessaria quàm fides: sed habemus vnum sacramentum fidei, scilicet baptismum. cum ergo charitatis sacramentum sit eucharistia, vnde & communio dicitur, videtur quòd eius institutio fuerit necessaria.

II Vbi supra. q.2. ar.2.q. 2. ad 4.

VLTERIVS. Videtur quòd ante aduentum Christi debuerit institui, Christus enim est caput hominum iustorum qui fuerunt a principio mundi, vt in 3. lib. distin. 13. dictum est. si ergo per hoc sacr̃m mẽbra capitis mystico suo capiti coniungantur, videtur quòd debuerit a principio mundi institui.

¶ 2 Præt. Populus Israel fuit populus deo dilectissimus. vnde dicitur Exo.4. Filius meus primogenitus Israel: sed hoc sacramentum est sacramentũ charitatis, vt dictum est, ergo debuit institui adhuc proprie populo habente statum.

¶3 Præt.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum dicitur viaticum, quia tendentes ad patriam, in via confortat, quotidianos etiam lapsus reparat: sed patres qui erāt ante aduentum Christi ad patriam tendebant, hospites & peregrinos se vocantes super terram, vt dicitur Hebr. 11. & etiam quotidianis peccatis impediebantur. ergo ante aduentū Christi debuit hoc sacramentum institui.

SED CONTRA. Hoc sacramentum cōtinet verbum incarnatum realiter. ergo institui nō potuit ante incarnationem verbi.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum continet gratiæ plenitudinem, vnde & eucharistia dicitur: sed tempus plenitudinis incępit ab incarnatione Christi. ergo ante incarnationem hoc sacramentum institui non potuit.

tradidit, ut ostenderet legis ueteris sacramenta, inter quæ præcipuum erat agni paschalis sacrificium, in morte sua terminari, ac legis nouæ sacramenta substitui, in quibus excellit mysterium Eucharistiæ. Ideo etiam post alia dedit, ut hoc unum arctius memorię discipulorum infigeretur, & ab Ecclesia deinceps frequētaretur. Sed non exinde disciplinam sanxit in posterum, ut post alios cibos sumatur: potius a [d] ieiunis sumi oportet, sicut Apostolus docet, ut singulari reuerentia diiudicetur, idest discernatur ab alijs cibis: quod Dominus Apostolis disponēdum reliquit. Vnde Aug. Apparet cum primo acceperunt discipuli Eucharistiam, non eos accepisse ieiunos. Non ideo tamen calumniandum est uniuersæ Ecclesiæ, quòd a ieiunis sumitur semper. Placuit enim Spiritussancto, ut in honore tāti sacramēti prius in ǫs christiani dominicum corpus intraret quàm alij cibi: ideo ubique mos iste seruatur. Non enim quia post cibos dedit Dominus, ideo prāsi, uel cœnati illud accipere debent, ut illi faciebant quos Apostolus redarguit. Nam Saluator quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem ordine deinceps su-

III Vbi supra art. 5. — VLTERIVS. Videtur quòd post passionem institui debuit, quia hoc sacramentum est in memoriam dominicæ passionis, ut patet 1. Cor. 11. sed memoria præteritorum est. ergo & a præterita passione Christi institui debuit.

¶ 2 Præt. Eucharistia non nisi baptizatis debet dari: sed baptismus fuit institutus post Christi passionem, quando dominus discipulis formam baptizandi dedit, Matth. ulti. ergo & post passionem institui debuit eucharistia.

¶ 3 Præt. In his quæ sibi inuicem continue succedunt, vltimum primi debet coniungi primo secundi: sed dominus uoluit in cœna ostendere terminationem ueteris legis, & continuationē nouæ legis ad ipsam, ut ex litera habetur. ergo debuit post cęnam paschalem statim instituere primū sacramentum nouæ legis, & alia per ordinē, & sic post passionem eucharistiam, quæ est ultimum.

SED CONTRA. Videtur quòd debuerit institui a principio prædicationis Christi, quia quæ primo capiuntur, arctius memoriæ imprimuntur, ut patet de his quæ homo a pueritia capit: sed dominus uoluit ut hoc sacramentum arctissime memoriæ cōmendaretur. ergo debuit a principio hoc instituere.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q in quolibet genere actionum, in quo inueniuntur plures actiones ordinatæ diuersis agentibus ordinatis distributæ, oportet quòd principalis illarum actionum attribuatur principali agenti, cuius virtute secundarij agentes operantur secundarias actiones: sicut patet in artibus quæ sibi inuicem continentur, ut militaris, equestris, & frænorum factrix. Et quia inuenimus diuersas actiones sacramentales diuersis sacramentis distributas, quæ in uirtute uerbi incarnati agunt, oportet ad perfectam actionem huius generis esse aliquā sacramentalem actionem, quæ ipsimet principali agenti attribuatur, quod est uerbum incarnatum: & ideo oportuit esse sacramentum eucharistiæ, quod ipsum uerbum incarnatum contineret, cæteris sacramentis tantum in uirtute ipsius agentibus: & ideo conuenienter in figura cibi hoc sacramentum institutum est, quia inter alios sensus solus tactus est, cui suū sensibile realiter cōiungitur, similitudinibus tantum sensibilium ad alios sensus per medium peruenientibus: gustus autem tactus quidam est, & inter alia quæ ad tactum pertinent, solus cibus est qui agit per coniunctionem sui ad cibatum, quia nutriens & nutritum fit unum. Alia tangibilia agunt efficiēdo aliquas impressiones in eo quod tangitur, sicut patet de calido, & frigido, & huiusmodi: & ideo cum omne sacramentum in figura alicuius rei sensibilis proponi debeat, conuenienter sacramentum, in quo ipsum uerbum incarnatum nobis coniungendum continetur, proponitur nobis in figura cibi, non quidem conuertendi in nos per suam coniunctionem ad nos, sed potius sua coniunctione nos in seipsum conuertens, secundum quod Augu. ex persona uerbi incarnati dicit. Non tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. (Lib. 7. confessionum, cap. 10.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum Diony. (De Ecclesiast. Hierar. cap. 5. par. 1.) nostra hierarchia est media inter cælestem, & eam quæ in ueteri lege erat. Tempore enim legis erat ueritas promissa tantum, sed in statu nouæ legis est ueritas inchoata per Iesum Christū, in patria autem erit ueritas consummata. Et ideo in ueteri lege figuræ sine rebus proponebantur, in noua autem proponuntur figuræ cum rebus, in patria autem res sine figuris: & ideo orat ecclesia, ut quod nunc spe gerimus in uia, rerum ueritate capiamus in patria.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obiectio illa procedit de perfectione illa qua aliquid ad formam receptam perficitur, qualis perfectio fit per baptismum: non autem de illa quæ est per coniunctionem ad principium perfectionis, quę fit per eucharistiam, ut supra dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de nutrimento corporali uerum est nos eisdē nutriri ex quib' sumus, quia oportet cibum carnis nostrę in nos transmutari, & ideo oportet quòd nobiscum in materia conueniat: secus autem de cibo spirituali, q nos in seipsum transmutat. (1. Cor. 11. Ad Ianuarium. Epistol. 118.)

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut dictum est (Superiori quæst.), in hoc sacramento ipse Christus qui est sanctificationis principale agens, realiter nobis proponitur: in ueteri autē lege non exhibebatur, sed promittebatur incarnatione nondū facta: & ideo in ueteri lege huius sacramenti institutio esse nō non potuit. Vnde sacramenta ueteris legis habebant se ad modum sensibilium quæ per medium cognoscuntur, quę quidem realiter sentienti non coniunguntur, sed suas similitudines ad sensus a longinquo transmittunt. Sacramenta uero alia nouæ legis, in quibus uirtus Christi operatur, cum ipsum realiter non contineant, assimilantur sensibilibus iam dictis, quæ quidem nō incorporantur sentienti, sed secundum aliquam qualitatem immutant: hoc autem sacramentum, ut dictum est, quasi maioris perfectionis similatur illi sensibili quod incorporatur sentienti, scilicet cibo: unde magis distat a modo sacramentorum ueteris legis, quàm alia sacramenta nouæ legis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus ab initio mundi erat caput sanctorum, non quasi habens actu conformitatem in natura cum membris ecclesiæ incarnatione nondum facta, sed solum secundum fidem incarnationem expectantium: & ideo coniunctio corporis mystici ad suum caput pro tempore illo non poterat fieri per aliquod sacramentū realiter continens ipsum caput membris conforme, sed poterat per aliqua sacramenta figurari.

¶ Ad secundum dicendum, quòd populus Israel erat dilectissimus pro tempore illo comparatione aliorum populorū, qui idolis seruiebant, non autem comparatione populi noui testamenti, de quo dicitur. 1. Pet. 2. Vos estis gens sancta, populus acquisitionis. Vel dicendum secundum Apostolum Roma. 9. Non qui sunt secundum carnem, sed qui ex promissione, hi computantur in semine: unde populus noui testamenti non excluditur ab illo priuilegio amoris, ratione cuius Israel primogenitus dei dicebatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis antiqui patres in uia essent tendentes ad patriam, non tamen erant in statu perueniendi ante Christi incarnationem: & ideo non competebat pro tēpore illo uiaticū esse, quo statim ad patriā perducimur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd propter quatuor rationes hoc sacramentum in cœna institui debuit, & non ante. Prima apparet ex ipsa necessitate sacramenti assignata, quia ad perfectionem nostram exigebatur, ut caput nostrū etiam nobis realiter coniungeretur: & ideo quandiu sub propria specie cum hominibus conuersatus est, non oportebat hoc sacramentum institui, sed quando eius corporali præsentia destituenda erat ecclesia: & hæc ratio tangitur in litera ab Eusebio. Quia, inquit, corpus assumptū ablaturus erat &c. Secunda, sumitur ex eius figura. Christus enim quandiu in mundo conuersatus est, figuras legis obseruare uoluit, factus sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Et quia ueniente ueritate cessat figura, ideo non debuit hoc sacramentum institui, nisi Christo ascendente per mortem, quando figuræ ueteris legis terminandæ erant. Tertia ratio sumitur ab ipsa repræsentatione huius sacramenti. Est enim repræsentatiuum dominicæ passionis: & ideo congruè iam passione imminente instituitur. Quarta ratio sumitur ex ritu quo frequētandum est hoc sacramentum, ut ultimo traditum magis memoriæ teneretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q imminente passione corda discipulorum magis erant affecta ad passionem, quàm passione iā peracta, quando iam erant immemores pressuræ passionis propter gaudium resurrectionis: & ideo memoriale passionis magis erat eis proponendum ante, quàm post: nec tunc erat memoriale, sed instituebatur, vt in memoriam in posterum celebrandum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus etiam ante passionē institutus est quantū ad aliquid, vt supra dictū est (d. 3. q. 1. ar. 5. quæst. 2.): & præterea non oportet quòd sit idem ordo institutionis sacramentorū, & perceptionis, quia ad finem qui nobis præstituitur, vltimo peruenimus: sed eucharistia est quodammodo finis baptismi, quia per baptismum aliquis consecratur ad eucharistiæ perceptionem, sicut per ordinem ad eius consecrationem, & ideo ratio non procedit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis hoc sacramentum sit quasi vltimum in perceptione, est tamen primum in intentione: institutio autem ordini intentionis respondet, & ideo terminatis sacramentis legalibus hoc primo instituendum fuit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ratio illa procedit de illis quæ a principio quis capere potest. Apostoli autem a principio non tanti capaces erant mysterij, & ideo in fine hoc eis proponendum fuit: & præterea ratio illa procedit de illis quæ memoriæ imprimuntur propter seipsa. In illis autem quæ memoriæ imprimit affectio ad dicentem, secus est: quia tunc firmius imprimuntur, quando affectionis motus ad dicentem maior sentitur. Quanto autem aliquis ad amicum diutius conuersatur, fit maior dilectio, & quanto ab amicis separatur, sentitur motus dilectionis feruentior propter dolorem separationis: & ideo verba amicorum a nobis recedentiū finaliter dicta magis memoriæ imprimuntur.

ARTICVLVS IIII.

d *Vtrum hoc sacramentum a non ieiunis licite sumi possit.*

3. p. q. 80. ar. 8 — AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum a non ieiunis licite sumi possit. Hoc enim sacramentum a domino in cœna institutum est: sed ecclesia obseruat ea quæ dominus seruauit in sacramentorum traditione, sicut formā & materiam. ergo & ritum deberet seruare, vt iam pransis hoc sacramentum traderetur.

¶ 2 Præt. 1. Cor. 11. dicitur. Dum conuenitis ad manducandū, inuicem expectate, siquis autem esurit, domi manducet: loquitur autem de manducatione corporis Christi. ergo postquàm aliquis domi manducauerit, potest in ecclesia corpus Christi manducare licite.

Cap. sacramenta, — ¶ 3 Præt. De consecratione dist. 1. dicitur. Sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrantur excepto vno die aniuersario, quo cœna domini celebratur. ergo ad minus illo die potest aliquis post alios cibos corpus Christi sumere.

Cap. liquido § pateret. §. — SED CONTRA est, quod dicitur de conse. dist. 2. Placuit spirituissancto in honore tanti sacramenti prius in os christiani dominicum corpus intrare.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum cum magna reuerentia sumendum est: sed post cibum nō est aliquis ita sobrius & modestus sicut ante. ergo non debet post cibum sumi.

II — VLTERIVS. Videtur q non quælibet cibi sumptio perceptionem huius sacramenti impediat: quia sumptio cibi & potus in parua quantitate in nullo sobrietatem diminuit, immo magis auget naturam confortando: sed ideo oportet a ieiunis sumi, vt cum reuerentia sumatur & sobrietate. ergo non quælibet sumptio cibi impedit perceptionē huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Ad perceptionem huius sacramenti exigitur quòd homo sit ieiunus: sed quædam sunt quæ non frangunt ieiuniū sicut aquæ & medicinæ quædam. ergo videtur quòd post earū sumptionem homo possit hoc sacramentum percipere.

¶ 3 Præt. Corpus Christi sicut in os intrat, ita in ventrem traijcitur: sed si aliquæ cibi reliquiæ in ore remaneant, & postmodum de mane in ventrem traijciantur, non impeditur quis a sumptione corporis Christi, quia hoc posset sacerdoti accidere etiam dum est in ipsa celebratione sacramenti, quando non deberet a sumptione corporis Christi desistere. ergo nec cibus in os missus, debet perceptionem huius sacramenti impedire, in parua quantitate sumptus.

SED CONTRA est, quòd ex hoc ipso sacramento reuerentia exibetur, q prius in os corpus domini sumitur a christianis: sed quicumque cibus præponeretur, & in quacumque quantitate nō esset corpus domini prius acceptum. ergo quælibet sumptio cibi impedit a perceptione huius sacramenti.

III Cap. tribus gradib'. §. si mane. 1. Cor. vbi supra. — VLTERIVS. Videtur q homo non statim debet comedere post corporis Christi sumptionē, per hoc quod dicitur de consec. di. 2 Si mane dominica portio editur, vsq; ad sextam ministri ieiunēt qui eū consumpserunt: & si ī tertia, vel quarta hora acceperint, ieiunent vsque ad vesperam.

¶ 2 Præt. Non minor reuerentia exhibenda est sacramento iam sumpto, quàm sumendo: sed ante perceptionem non est aliquis cibus sumendus, ergo nec post quousque in ventre remaneat.

SED CONTRA est contraria consuetudo totius ecclesiæ.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd hoc sacramentum a ieiunis tantum percipi debet, nisi propter necessitatem imminentis mortis, ne cōtingat sine viatico ex hac vita transire, quod oportet esse in reuerentiam tanti sacramenti præcipue propter tria instituta ecclesiæ. Primo propter ipsam sanctitatem sacramenti, & os christiani quo sumendum est, non sit alio cibo prius imbutum, sed quasi nouum & purum ad perceptionem eius reseruetur. Secundo, propter deuotionem quæ exigitur ex parte recipientis, & attentionem quæ ex cibis acceptis impediri posset, fumis a stomacho ad caput ascendentibus. Tertio, propter periculum vomitus, vel alicuius huiusmodi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q forma & materia sunt seruata a domino instituēte hoc sacramentum quasi essentialia sacramento: & ideo oportuit quòd ecclesia hæc retineret, sed ordinem sumendi seruauit dominus quasi conuenientem institutioni sacramenti: vnde non oportet quòd ecclesia seruet, quia non oportet quòd illud quod conuenit principio, vel generationi alicuius rei, quòd competat ei quando iam est in esse perfecto: & similiter quod competit sacramento quantum ad sui institutionem, non oportet quòd competat ei quantum ad suum vsum.

¶ Ad secundum dicendū, quòd Apostolus non intendit quòd fideles post cibos sumptos domi in ecclesia corpus Christi sumant: sed illos redarguit, quia hunc cibum volebant alijs cibis commiscere, quos in ecclesia sumebant.

¶ Ad tertium dicendum, quòd forte ecclesia aliquo tempore sustinuit in die cœnæ sumi corpus Christi post alios cibos in repræsentationem dominicæ cœnæ, sed nunc abrogatum est decretum illud per communem consuetudinem, vel loquitur quantum ad astantes qui non sumunt.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut dictum est, in reuerentiam sanctitatis huius sacramenti institutū est, quòd os christiani suscipientis corpus Christi quasi nouum ad ipsum sumendū accedat. Quantalibet autem cibi assumptio hanc auferret nouitatem, & ideo quælibet cibi sumptio impedimentum præbet eucharistiæ sumptioni.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd legis præcepta se habent ad ea quæ agenda sunt sicut vniuersalia ad singularia, vt dicitur in 5. ethico. (Cap. 15.) Quia enim legislator non potest ad omnes euentus attendere, oportet quòd ad ea quæ in pluribus accidunt attendentes vniuersalem legem constituat, vt lex vniuersalis sit. Et quia vt frequenter per cibum turbatur hominis discretio & sobrietas, quæ præcipue in hoc sacramento exigitur, ideo vniuersaliter prohibitum est post cibum corpus Christi sumi, quàmuis aliqua cibi sumptio non impediat rationem, præcipue cum nihil periculi accidat, si post cibum sumptū abstineatur a perceptione huius sacramenti, quia in articulo necessitatis licet sumere post alios cibos.

¶ Ad secundum dicendum, quòd duplex est ieiunium, scilicet naturæ, & ecclesiæ. Ieiunium naturæ est, quo quis ieiunus dicitur ante cibum sumptum illa die, etiam si pluries postea comesturus sit: & quia hoc ieiunium dicitur ex priuatione cibi præassumpti, ideo quælibet cibi sumptio hoc ieiunium tollit. Ieiunium autem ecclesiæ est, quo dicitur ieiunans secundum modum ab ecclesia institutum ad carnis afflictionem, & hoc ieiunium manet etiam post vnicam comestionem, nec soluitur nisi per secundam sumptionem illorum quæ in cibum & refectionem de se consueuerunt assumi: & ideo ea quæ propter alios cibos accipi consueuerunt, vel dirigendos, sicut electuaria: vel deducēdos per membra, sicut potus vini, aut aquæ, huiusmodi ieiunium non soluunt, quàmuis etiam aliquo mo

do

do nutriant. Ad debitam ergo sumptionem dominici corporis non exigitur ieiunium ecclesiæ, quia etiam præter dies ieiunij hoc sacramentum celebratur, sed requiritur ieiunium naturæ propter reuerentiam sacramenti: & ideo secundum communem sententiam electuaria, & uinum præassumpta impediunt a pceptione eucharistiæ. Sed de aqua diuersa est opinio. Quidam .n. dicunt, ꝙ quia nullo modo nutrit, nõ soluit neque ieiunium naturæ, neque ieiunium ecclesiæ: sed quãuis aqua in se non nutriat, tñ cõmista nutrit, in stomacho autem oportet ꝙ alijs humoribus admisceatur, & ideo in nutrimẽtũ cedere põt: & pp hoc alij probabilibus & securius dicunt, ꝙ ẽt post aquæ potũ corpus Christi non sumendũ est.

Quid sit sacramentũ, ex Aug. de ciu. dei. c. 5. lib. 10.

meretur, Apostolis per quos Ecclesias dispositurᵒ erat, reseruauit docendum.

De sacramento, & re.

NVNC quid ibi sacramentum sit, & quid res uideamus. Sacramentum G est inuisibilis gratiæ uisibilis forma. Forma ergo panis & uini quæ ibi uidetur, est sacramentum, idest, signum sacræ rei: quia præter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem uenire. Tenent ergo species uocabula rerum quæ ante fuerunt, scilicet panis & uini. Huius autem sacramenti gemina est res, una scilicet contenta & significata, altera significata & non contenta. Res cõtenta & significata est caro Christi, quam de Virgine traxit, & sanguis quem pro nobis fudit. Res autem significata, & non contenta, est unitas Ecclesiæ in prædestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis. Hæc est duplex, caro Christi,

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ ieiunium naturæ dicitur per priuationem actus comestionis, secundum quod comestio etiã potionem includit: comestio aũt principalis dicitur a sumptione exterioris cibi, quãuis terminetur ad traiectionem cibi in uentrem, & ulterius ad nutritionem: & ideo quæ interius geruntur sine exterioris cibi sumptione, non uidentur soluere ieiunium naturæ, nec impedire eucharistię perceptionem, sicut deglutio saliuę: & similiter uidetur de his quæ intra dentes remanent, & etiam de eructuationibus, tamen propter reuerẽtiam, nisi necessitas incumbat, potest sine periculo abstineri.

AD TERTIAM quæstionem dicẽdum, ꝙ secundũ cõsuetudinem ecclesiæ propter reuerentiã tanti sacramenti post eius sumptionem homo debet in gratiarũ actione persistere, unde etiam in Missa oratio gratiarũ actionis post cõmunionem dicitur, & sacerdotes post celebrationem suas speciales orationes habent ad gratiarũ actionem: & ideo oportet esse aliquod interuallum inter sumptionem eucharistiæ, & aliorum ciborũ. Sed quia non requiritur magnum interuallum, & quod parũ T. com. 56. deest, nihil deesse uidetur, ut dicitur in 2. physi. ideo possemus sub hoc sensu cõcedere, quòd statim potest aliquis cibos alios sumere post eucharistiæ sumptionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud decretũ loquitur secundum consuetudinem primitiuæ ecclesiæ, quãdo propter paucitatem ministrorum rarius Missarum solemnia celebrabantur, & cum maiori præparatione. Vnde Dionys. narrat, de Carpo in suis epistolis, quòd numquàm Missam celebrabat nisi aliqua diuina reuelatione prius percepta: & ideo nunc per contrariam consuetudinem abrogatum est.

Epist. 8. ad Demophylum prope finem.

¶Ad secundum dicendum, quòd sacramentum post sui sumptionem, effectum proprium causat, & ideo oportet actualiter in ipsa sumptione cor hominis in deuotione psistere: sed post perceptionem sufficit ꝙ habitu deuotio teneatur, quia nõ potest semper in actu esse: & ideo ea quæ possunt actũ impedire, prohibentur magis ante sumptionem sacramenti quàm post.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de forma huius sacramenti.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, De forma qua corpus Christi consecratur.
¶ Secundo, De forma qua consecratur ipsius sanguis.
¶ Tertio, De uirtute utriusque.
¶ Quarto, De comparatione unius ad aliam.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum hæc sit forma sacramenti, scilicet. Hoc est corpus meum.*

3. par. q. 78 ar. 1. & 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit forma cõsecrationis panis, Hoc est corpus meũ. Sacramenta enim habent efficaciam ex institutione diuina: sed dominus instituens hoc sacramentum non consecrauit his uerbis, sed post consecrationẽ & fractionem hæc uerba protulit: unde dicitur Matth. 26. Cœnantibus illis accepit Iesus panem, & benedixit, & fregit, deditque discipulis suis, & ait, Accipite &c. ergo in prædictis uerbis F non consistit forma consecrationis panis.

¶2 Præt. Forma baptismi consistit in uerbis quæ dicuntur in ipso usu baptismi: sed hæc uerba non dicuntur in usu eucharistiæ, sed magis in sanctificatione materiæ. ergo in his uerbis non consistit forma huius sacramenti.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ non tantũ in his uerbis consistat forma, Hoc est corpus meũ: sicut .n. dicit Euse. Emissenus. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in suum corpus cõuertit dicẽs, Accipite, & comedite &c. ergo hæc etiã est forma, Accipite & comedite.

De conse. dist. 2. ca. quia corpus. §. Quaro.

¶2 Pręt. Illud quod non est de substantia formę, non debet interponi inter substantialia formæ in hoc sacramento, sicut nec in alijs: sed inter hæc uerba in libris romanis interposita, inuenitur hęc coniunctio, enim. ergo hoc ẽt est de forma, & non tantum uerba prædicta.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ forma hæc non sit conueniens. In forma .n. sacramenti debet exprimi hoc quod in sacramẽto geritur per actum conuenientem materiæ, sicut in forma baptismi dicitur, Ego te baptizo: & in forma confirmationis, Confirmo te chrismate salutis: sed non ponitur in uerbis præmissis aliquid pertinẽs ad transubstantiationem, quæ fit in hoc sacro panis, sed in corpus Christi. ergo non est conueniens forma. Vbi supra.

¶2 Præt. Dispensatur hoc sacramentum per ministros eccle-H siæ, sicut & alia sacramenta: sed in formis aliorum sacramentorum ponitur aliquid pertinens ad ministrum. ergo cum in hac forma nõ ponatur actus ministri, uidetur ꝙ sit incompetens.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd singulæ partes inconuenienter ponantur. Hoc enim pronomen, hoc, demonstratiuum est. aut ergo importat demonstrationem ut conceptã, aut ut exercitam. Si ut conceptam, sic sumitur ut res quædam, & non ut habens ordinem ad rem aliam, ut si diceretur, Hoc pronomen hoc: sed sanctificatio sacramenti non fit nisi per hoc ꝙ uerba formæ ordinantur ad materiam ex intentione proferentis. ergo secundum hoc non posset uerbis prędictis fieri consecratio aliqua corporis Christi. Si autem importat demonstrationem ut exercitam, aut facit demonstrationem ad intellectum, aut ad sensum. Si ad intellectum, ut sit sensus, Hoc, idest, significatum per hoc, est corpus meum, tunc iterum significatio uerborum non refertur ad hanc materiam panis, sed sacramenta I significando efficiunt: & de formis sacramentorum Aug. dicit. Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. ergo adhuc per uerba prædicta non fit transubstantiatio. Si autem facit demonstrationem ad sensum. ergo demonstrabit substantiam contentã sub illis speciebus sensibilibus: sed illa substantia est panis, de quo non potest dici quòd sit corpus Christi. ergo non erit uera hæc locutio, Hoc est corpus meum. Vbi supra. Super Io. c. 15. tract. 80. Hoc habetur 1. q. 1. c. detrahe.

¶2 Præt. Quod transit in aliquid, non est illud, quia omnis motus & factio est ex contingenti, vt dicit philosophus in 2. phy. sed verum est dicere, quòd hæc substantia demonstrata fit corpus Christi, vel transit in corpus Christi. ergo non vere dicitur, Hoc est corpus meum. T. com.

¶3 Præt. Signatum debet respondere signo: sed panis est corpus homogeneum. ergo significatio eius est respectu alicuius partis homogeneę corporis Christi, non nisi carnis, quia de ipsa dicit dominus. Io. 6. Caro mea vere est cibus. ergo potius dici debuit, Hæc est caro mea, quàm, Hoc est corpus meum.

¶4 Præt. Sicut dictum est, oportet ꝙ hoc pronomen, hoc, faciat K demonstrationem exercitam ad hoc ꝙ fiat consecratio corporis Christi ex hac materia: sed non potest hoc esse, nisi quando demonstratio profertur ex persona loquentis: quia si profertur a recitante verba alterius, non faceret demonstrationem ad istã materiam, sed quasi materialiter sumerentur. ergo oportet ꝙ per verba prędicta proferantur quasi ex persona sacerdotis ea enũtiantis: sed panis nõ cõuertit in corpus sacerdotis, sed in corpus Christi. ergo deberet dicere, Hoc est corpus Christi & nõ, Hoc est corpus meũ; qa hoc posset esse erroris materia.

V VLTERIVS. Videtur ꝙ verba quæ circa formam dicuntur, non conuenienter ponantur. Sicut .n. dicit Dion. in principio de di. nõ. Non est audendum dicere aliquid de diuinis præter ea quæ nobis ex sacris eloquijs sunt expressa: sed in euangelijs non legitur quòd dominus instituens hoc sacramentum in cœna, oculos ad cœlum leuauerit. ergo inconuenienter præmittitur, Subleuatis oculis in cœlum.

¶2 Præt.

¶2 Præt. In baptismo non licet fieri mutationẽ verborum, & per uerba eiusdem significationis, ut pro loco patris, genitoris poneretur: sed in nullo euangelio sunt hæc verba. Accipite, & mãducate: sed, Accipite, & comedite, ergo inconuenienter dicitur, manducate.

¶3 Præt. In nullo euangelio ponitur, omnes. ergo uidetur quòd præsumptuosum fuit addere.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd per formam cuiuslibet sacramenti oportet ꝙ exprimatur hoc, in quo substantia sacramenti consistit, sicut in forma baptismi absolutio exprimitur qua baptismi perficitur sacramentum: tota autem perfectio huius sacramenti in ipsa materiæ consecratione consistit, quæ est per transubstantiationem panis in corpus Christi, & hanc transubstantiationem exprimũt verba hæc, Hoc est corpus meum: & ideo hæc verba sunt forma huius sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circa hoc est quadruplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd Christus qui habebat potestatem excellentiæ in sacramentis, absque omni forma, virtute diuina confecit, & postea verba protulit, sub quibus alii deinceps consecrabant: & hanc opinionem tangit Inno. dicens. Sane dici potest quòd Christus virtute diuina confecit, & postea formam expressit sub qua posteri benedicerent. Sed hoc non videtur cõueniens, quia in textu euãgelii dicitur, Benedixit, quod aliquibus uerbis factum est. Innoc. autem loquitur opinionem narrando, uel tangendo ordinẽ quo virtus consecrationis a Christo, in quo primo erat, ad verba deriuata est. Et ideo alii dicunt, quòd confecit quidem sub aliqua forma verborum, non autem sub his, sed sub aliis verbis ignotis. Sed hoc etiam videtur inconueniens, quia sacerdos his verbis conficiens, ea profert ut tunc a Christo prolata: vnde si tunc eis non fiebat confectio, nec modo fieret. Et ideo alii dicunt, quòd confecit sub eisdem verbis, sed ea bis protulit, primo tacite cum benedixit: secundo aperte, cum distribuit, vt formam consecrandi aliis traderet. Sed hoc etiam videtur inconueniens, quia non proferuntur a sacerdote consecrante in persona Christi, vt in occulto prolata: non enim benedixit dicens, Hoc est corpus meũ: sed dedit dicens, Accipite &c. Et ideo alii dicunt, & melius, quòd Christus ea semel tantũ protulit, & eis semel prolatis consecrauit, & formam consecrandi dedit. hoc enim participium, dicens, non importat concomitantiam solum ad hoc verbum, dedit: sed ad hoc cum aliis prædictis, vt sit sensus, Dũ benedixit, & fregit, & dedit discipulis, hæc verba protulit, Accipite &c. Vel secundum quosdam, euangelista non obseruat ordinem verborum quo a domino fuerunt prolata. ordo enim fuit talis. Accepit panem, & benedixit, dicens, Accipite &c. Sed primum melius est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectio aliorum sacramentorum consistit in usu materiæ, istius autem in materiæ consecratione. Et ideo forma etiam in aliis sacramentis est in uerbis quæ dicuntur in usu sacramenti: in hoc aũt forma sacramenti est in verbis quæ dicuntur in consecratione materiæ consecratæ.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd in hoc sacramento, sicut in aliis, duo sunt, scilicet cõsecratio materiæ, & usus materiæ consecratæ: & hæc duo per verba domini exprimuntur. In hoc enim quòd dicitur. Accipite & mãducate ex hoc omnes, præcipitur usus sacramenti: in hoc autem quòd dicitur. Hoc est corpus meum, traditur materiæ consecratio. Et quia consecratio materię est ad usum fidelium, ideo usus præmittitur in institutione sacramenti, quamuis sequatur in executione, quia finis est prior in intentione & cognitione, & vltimus in operatione. Sed quia vt dictum est, usus materiæ in hoc sacramento non est de essentia sacramenti, sicut in aliis, ideo illa verba quæ ad usum pertinent, non sunt de forma, sed tantum illa quæ ad consecrationẽ materiæ pertinent, scilicet, Hoc est corpus meum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis sacramenti vsus non sit de essentia sacramenti, est tamen ad completum esse ipsius, inquantum pertingit ad hoc, ad quod institutum est: & ideo quandoque dicuntur esse de forma non solum illa quę pertinent ad consecrationem, sed etiam illa quę pertinent ad vsum, & sic loquitur Ambr. & Euse. & magister in litera.

Ambro. & ... in litera. Eusebius. Vbi sup.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hæc coniunctio, enim, importat ordinem consecrationis ad vsum materiæ consecratæ, & ideo sicut verba quæ pertinẽt ad vsum non sunt de forma, ita nec prædicta coniunctio. Apponi autem debet, secundum vsum Romanæ ecclesiæ quæ a beato Petro initium sumpsit, nec est simile de hoc sacramento, & de aliis. Verba enim formæ huius sacramenti proferuntur a ministro in persona Christi quasi recitatiue: & ideo oportet apponere continuationem ad recitationem præmissam, A quam facit coniunctio, enim: aliorum autem sacramentorum formę ex persona ministri proferuntur, & ideo non oportet interponere aliquid quod non sit de forma ratione continuationis, cum absolute proferantur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd minister in sacramentis dupliciter operatur. Vno modo verbo pronuncians: alio modo actum aliquem exteriorem exercens, vt in baptismo patet: & utrunque istorum est sacramentalis causa eius quod diuina virtute, quæ in sacramentis latet, perficitur. Causa autem sacramentalis significando efficit: vnde in illis sacramentis, in quibus vtroque modo minister operatur, oportet quòd verba prolata signifi-B cent actum exercitum, & actus exterior significet interiorem effectum, vt in baptismo patet: quia ablutio exterior, quam verba formæ exprimunt, significat interiorem ablutionem, quam diuina virtus perficit in sacramento latens. Vbi ergo minister non operatur nisi verba pronuncians, oportet quòd verborum significatio immediate ad hoc quod efficitur referatur: in hoc autem sacramento cuius perfectio in ipsa materiæ consecratione consistit, non habet minister actum nisi pronunciationem verborum, sicut nec in aliqua alia materiæ sanctificatione. Vnde oportet ꝙ verba formæ significent hoc, quod virtus diuina in secreto facit, hoc autem est esse corpus Christi sub speciebus illis: & ideo hæc est conueniens forma huic sacramẽto, Hoc est ᵈ corpus meũ, quæ hoc quòd dictum est, significat. D.575.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc sacramento non geritur aliquid a ministro quod sit de essentia sacramenti, sicut erat in baptismo: vnde oportet quòd verba significent illud tan-C tum quod diuina virtute geritur: omne autem faciens causat ipsam factionem in hoc quod factum est, nec oportet esse assimilationem factionis ad facientem, sed facti ad faciẽtem, quia ad hoc est intentio facientis. Sicut autem in operibus artis & naturæ requiritur inter faciens & factum similitudo secundum formam naturalem & artificialem, ita in causis sacramentalibus requiritur assimilatio, vel repræsentatio per modũ significationis: vnde verba prolata in hoc sacramento non deberent signare ipsam factionem, vel transubstantiationem, vt in fieri, sed vt in factũ esse. vnde hæc non esset conueniens forma huius sacramẽti, Hoc fit corpus meum, quia per hoc non significatur aliquid esse, vel nõ esse. Et similiter nec hæc, Hoc mutetur, vel trãsubstãtietur in corpus meum: quia non significatur esse, vel non esse hoc, quod est principaliter intentum in hoc sacramento. Vel dicendũ quòd alia verba signant agere & pati, & ita motum aliquem: & quia in transubstantiatione nõ ᵈ est motus aliquis, cum non sit subie-D ctum commune, nec mutatio, quia terminus transubstantiationis est præexistens actu: ideo per nullum verbum congrue potuit tradi forma sacramẽti huius, nisi per verbum substantiuum. D.578

¶ Ad secundum dicendum, quòd minister non habet actum exteriorem in consecratione, in qua consistit essentia huius sacramenti, quamuis habeat actum exteriorem in dispensatione quæ consequitur ad sacramentum: & ideo actus ministri in forma quæ est de essentia sacramenti, poni non debuit.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut dictum est, verba formæ transubstantiationem in suo termino signare debent, non secundum quod considerãtur vt in fieri: esse autem est terminus transubstantiationis, cuius extrema, vel termini sunt duæ substantiæ: & ideo in verbis formæ signantur duo termini transubstantiationis, & ipsa transubstantiatio prout est in suo termino per verbum essendi: in termino autem transubstantiationis substantia, quæ erat terminus a quo, non manet quantum E ad naturam speciei, sed solum quantum ad accidentia, quibus eius indiuiduatio cognoscebatur: sed substantia quæ est terminus ad quem, in termino transubstantiationis continetur in sacramento integre, & quo ad naturam speciei, & quo ad accidentia propria: & ideo ex parte termini a quo, non ponitur illud quod non significaret naturam speciei, sed pronomen demonstratiuum, quod signat indiuiduationem per accidẽtia prout cadunt sub sensu: ex parte autem termini ad quem, ponitur nomen designans naturam speciei; & pronomen non demonstratiuum huius substantiæ prout est sub sacramento, sed prout est Christi in propria spẽ visibilis, qa sic verba formæ pronunciauit: vnde patet ꝙ cõgrue ĩ his verbis quatuor, formã cõsistit, Hoc est corpus meũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd hoc pronomen, hoc, nullam demonstrationem facit, quia sumitur materialiter, cum verba illa recitatiue a sacerdote proferantur. Sed hoc non potest stare, quia secundum hoc verba illa nullum ordinem haberent ad materiam præsentem, & sic non fieret sacramentum. August.

enim dicit. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Et preterea, eadem difficultas remanet de verbis istis secundum quod fuerunt ab ipso Christo prolata. Et ideo alii dicunt quòd facit demonstrationem ad intellectum, & est sensus. Hoc est corpus meum, ideſt, per hunc panem, vel per has species significatur corpus meum: vel, ſi

Tom. 9. ſuper Io. c. 15 tract. 80. Et hȝ 1. q. 1. c. Detrahe.

Super ca. 1. Epiſt. Pau. ad Epheſios licet Hiero. alio ordine idem dicat.

& ſanguis. Vnde Hiero. Dupliciter, inquit, intelligitur caro Chriſti, & ſanguis, vel illa quę crucifixa eſt &

significatum per hoc, eſt corpus meũ. Sed illud iterũ ſtare non poteſt, quia cum in ſacramentis non efficiatur niſi quod ſignificatur virtute dictorum verborum, non fieret corpus Chriſti in altari ſecundum veritatẽ, ſed ſecundum ſignificationem tantum, quod eſt hæreticum: vel verba præmiſſa non eſſent forma huius ſacramenti. Nec poteſt dici, quòd intento proferentis verba facit vt his verbis conſecretur virtute diuinitus collata, quia virtus data ſacramentis conſequitur ſignificationem, & intentio miniſtri non poteſt ad alium effectum ſacramenti perducere, niſi qui eis ſignificatur. Et ideo alii dicunt, quòd ly, hoc, facit demonſtrationẽ ad ſenſum, & demonſtrat panem non ſimpliciter, ſed ſecundum quod eſt tranſubſtantiatus in corpus Chriſti.

SED CONTRA hoc eſt, quia panis tranſubſtantiatus iam nõ eſt panis, ſed dum profertur hoc pronomen, hoc, nondum facta eſt tranſubſtantiatio, quia iam alia verba non eſſent de eſſentia formæ. Cũ igitur non poſſit ad ſenſum demonſtrari quod actu non ſubeſt ſenſui, non poterit prædicto modo demonſtratio ſumi, niſi dicatur ſicut alii dicunt, quia totus ſenſus locutionis, & omnium partium eius referendus eſt ad vltimum inſtans pro nuntiationis verborum, quia pro illo inſtanti pro quo res eſt, habet locutio veritatem: & eſt ſimile cum dicitur, Nunc taceo, Nũc bibo, ſi ſtatim tacere, uel bibere incipiat. Sed hoc iterum non poteſt ſtare, quia ſecundum hoc ſignificatio horum verborum præſupponeret tranſubſtantiationẽ iam factã, ergo virtute verborum non fieret. Et præterea ſecundũ hoc, ſenſus huius locutionis erit. Corpus meum eſt corpus meum, quod quidem vitute horũ verborum non fit. Et ideo aliter dicendum, quòd ea quæ ſunt in uoce proportionantur his quæ ſunt in anima, Conceptio autem animæ duobus modis ſe habet. Vno modo, vt repræſentatio rei tantum, ſicut eſt in omnibus cognitionibus accepis a rebus, & tunc veritas conceptionis præſupponit entitatem rei ſicut propriam menſuram, ut dicitur in 10. Meta. & per modum huiuſmodi conceptionum ſe habent locutiones quæ cauſa ſignificationis tãtum proferuntur. Alio modo, conceptio animæ non eſt repræſentatiua rei, ſed magis præſignatiua, ſicut exemplar factiuum, ſicut patet in ſcientia pratica quæ eſt cauſa rei; & ueritas huius conceptionis non præſupponit entitatem rei, ſed præcedit ipſam naturaliter quaſi cauſa, & ſi ſimul ſunt tempore: & ad hunc modum ſe habent verba præmiſſa, quia ſunt ſignificantia, & factiua eius quod ſignificatur. Vnde ueritas & ſignificatio huius locutionis præcedit naturaliter entitatem rei quam ſignat, & non præſupponit ipſam quamuis ſit ſimul cum ipſo tempore, ſicut cauſa propria cum proprio effectu. Sed quia ſignificatio & veritas locutionis, quæ eſt ſimul tempore cum tranſubſtantiatione, cõſurgit ex conſignificationibus partium ſucceſſiue prolatarum, ideo oportet quòd dictio vltimo prolata compleat ſignificationem locutionis, ſicut differentia ſpecifica, & ſimul cum ſignificatione ſit entitas rei, & per conſequens ſignificationes primarum partium præcedant tranſubſtantiationem, quæ quidem non ſucceſſiue fit, ſed in inſtanti vltimo per ſignificationem locutionis iam perfectam. Sic ergo hoc pronomen, hoc, neque demonſtrat terminum ad quem tranſubſtantiationis determinate, quia iam ſignificatio locutionis præſupponeret entitatem rei ſignificatæ, & non eſſet cauſa eius: neque iterum demõſtrat terminum a quo determinate, quia eius ſignificatio impediret veritatem ſignificationis totius locutionis, cum terminus a quo non remaneat in vltimo inſtanti locutionis. Relinquitur ergo quòd demõſtret hoc quod eſt commune utrique termino indeterminate. Sicut autem in formalibus mutationibus cõmune vtrique termino eſt ſubiectum, uel materia, diſtinguuntur autem termini per formas accidentales, uel ſubſtantiales, ita in tranſubſtantiatione communia ſunt accidentia ſenſibilia quæ remanent, diuerſitas autem eſt ſubiecti. Vnde ſenſus eſt, Hoc cõtentum ſub his ſpẽbus, eſt corpus meum: & hæc eſt cauſa quare cum pronomine non ponitur aliquod nomen, ne demonſtratio ad aliquam ſpeciem ſubſtantiæ determinetur. Sicut enim in locutione quę ſignificat tantum alterationem, per ſe ſubiectum eſt ſubiectum commune alterationis, vt cum dicitur, hoc ſit album: ita oportet quòd in locutione quæ facit tranſubſtantiationem, ſubiectum ſit hoc, quod eſt commune in tranſubſtantiatione.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procederet, ſi demonſtratio pronominis ferretur ad contentum ſub ſpeciebus ſecundum quod eſt determinatum ad ſpeciem panis, quia corpus Chriſti non poteſt prædicari de pane niſi cum uerbo importante ſitum: ſed ſic non intelligitur demonſtratio pronominis, ſecut dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dominus Io. 6. loquebatur de hoc ſacramento tantum ſecũdum quod eſt ad actum refectionis. Et quia refectioni magis conuenit caro, quàm cor

ſepulta, & ſanguis qui militis lãcea effuſus eſt: vel illa ſpiritualis ac diuina, de qua ipſe ait. Caro mea ve-

pus ſecundum ſimilitudinem ad refectionem corporalem, ideo ibi potius dixit carnem, quàm corpus: ſed in forma ſacramenti debet exprimi & eſſentia ſacramẽti, & ſignificatio ipſius, & ideo potius debet dici corpus, quàm caro, tum quia eſſentialiter in hoc ſacramento continetur ex ui ſacramenti non ſolum caro, ſed totum corpus Chriſti: tum quia hoc ſacramentum ſignificat repræſentando Chriſti paſſionem, quæ erat per totum corpus. Significat etiam quaſi rem ultimam corpus myſticũ, ſcilicet eccleſiam, quæ propter diſtinctionem officiorum habet ſimilitudinem cum toto corpore ratione diſtinctionis membrorum. Panis aũt non eſt figura rei cõtentæ in ſacramento ſecundum quod eſt corpus homogeneum, ſed ſecundum qđ ex diuerſis cõficitur granis: vnde ſua ſignificatio magis apratur ad totũ corpus, q̃ ad carnem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc ſacramentum directe repræſentatiuum eſt dominicæ paſſionis, qua Chriſtus ut ſacerdos & hoſtia deo ſe obtulit in ara crucis. Hoſtia autem quam ſacerdos offert, eſt una cum illa quam Chriſtus obtulit ſecundum rẽ, quia Chriſtum realiter continet: miniſter autem offerens non eſt idem realiter, vnde oportet quòd ſit idem repræſentatione: & ideo ſacerdos conſecrans prout gerit perſonam Chriſti, profert verba conſecrationis recitatiue ex perſona Chriſti, ne hoſtia alia videatur. Et quia per ea quæ gerit reſpectu exterioris materiæ, Chriſti perſonam repræſentat, ideo uerba illa ſimul & recitatiue, & ſignificatione tenentur reſpectu præſentis materiæ, quæ eſt figura illius, quam Chriſtus præſentem habuit: & propter hoc dicitur conuenientius, Hoc eſt corpus meum, quàm, Hoc eſt corpus Chriſti. Vel etiam propter hoc quòd ſacerdos non habet actum exteriorem, qui ſit ſacramentaliter cauſa conſecrationis, ſed in ſolis uerbis prolatis conſiſtit uirtus conſecrationis: & ideo ex perſona illius proferuntur, cuius virtute fit tranſubſtantiatio.

AD QVINTAM quæſtionem dicendũ, quòd multa ſunt a domino facta, vel dicta quæ euangeliſtæ non ſcripſerunt, ut patet Ioan. 21. quæ tamen eccleſia poſtea ab apoſtolis accepta fideliter obſeruauit.

¶ Et ſecundum hoc dicendum ad primum, ſicut Innocen. dicit, quòd quamuis nuſquàm in ſacra ſcriptura legatur quòd dominus ad cælum oculos ſubleuauerit in cœna, tamen hoc eccleſia ex traditione apoſtolorum recitat, & ſatis rationabiliter poteſt ex aliis locis ſcripturæ colligi. Legitur enim Ioan. 11. quòd in ſuſcitatione Lazari oculos ad patrem eleuauerit: & ſimiliter Io. 17. orationem ad patrem fundens. Hoc autem in arduis faciebat gratias agens, & exemplum nobis ad deum recurrendi præbens, ſecundum illud Pſal. Ad te leuaui oculos meos &c. Et quia hoc ſacramentum arduiſſimum eſt, ideo inſtituens hoc ſacramentum, probabiliter colligitur quòd oculos ad patrem leuauerit, gratias agens patri de reparatione humani generis, quæ hoc ſacramento figuratur, & nobis oſtendens virtute diuina hoc conſici ſacramentum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut dictum eſt, hæc verba, Accipite, & manducate ex hoc omnes, non ſunt de ſubſtantia formæ: & ideo non eſt tanta vis facienda, vt penitus eadem obſeruentur. Et præterea, comedere & manducare, in nullo differẽtem habent ſignificationem: & quamuis circa iſta verba non ponatur in euangeliis verbum manducandi, ponitur tñ parum ante, Luc. 22. Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcũ &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis non exprimatur in euangelio hæc determinatio, omnes, tamen intelligitur: quia ſacramentalis manducatio eſt omnium, quamuis non ſpiritualis: ideo etiam exprimitur circa ſumptionem ſanguinis in euangeliis prædicta dictio, quia ſanguis in redemptione effuſus eſt: redemptio autem omnium quantum ad ſufficientiã, quamuis non quantum ad efficaciam: vel quia vltimo traditur ſumptio ſanguinis, quod circa eam dicitur, circa ſumptionem corporis ſimiliter intelligendum eſt.

ARTICVLVS II.

b Vtrum forma conſecrationis ſanguinis conſiſtat in his tantum uerbis, Hic eſt calix ſanguinis mei.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd forma conſecrationis ſanguinis cõſiſtat in his tantũ verbis, Hic eſt calix

lix ſanguinis mei: & hoc quod additur, Noui, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum, non ſit de forma. Euangeliſtæ enim conuenire debent in his, quæ ſunt de ſubſtantia formæ huius ſacramenti, quia verba formæ huius ſacramenti recitatiue dicũtur ex perſona Chriſti: ſed nõ conueniunt in verbis illis appoſitis, quia in nullo euangeliſtarũ legunt, nec 2ª Apoſt. 1. Cor. 11. habeti poſſũt. ergo non ſunt de forma huius ſacramenti.

re eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus: &, Niſi manducaueritis carnẽ meam, & biberitis meũ ſanguinẽ, non habebitis vitã in vobis. Sunt ergo hic tria diſtinguenda. Vnum quod tantũ eſt ſacramẽtũ,

¶ 2 Præt. Sicut panis tranſubſtantiatur in corpus Chriſti per conſecrationem, ita vinum in Chriſti ſanguinem: ſed conſecratio, quæ fit his verbis, Hoc eſt corpus meũ, ſufficit ad tranſubſtantiationem panis in corpus Chriſti. ergo & hæc verba, Hic eſt calix ſanguinis mei, ſufficiunt ad tranſubſtantiationẽ vini in ſanguinem Chriſti. ergo verba quę ſequuntur non ſunt de forma,

¶ 3 Præt. Proprietates naturaliter conſequuntur ſubſtantiam rei: ſed illud quod ſequitur ſubſtantiam, non poteſt eſſe factium tranſubſtantiationis. ergo cum illa verba quæ ſequuntur, deſignent aliquas proprietates ſanguinis, in quem fit tranſubſtantiatio, videtur q̃ non ſint de forma.

SED CONTRA eſt, quia Luc. 22. interponuntur prædicta verba verbis formæ. Ita enim dicitur, Hic eſt calix noui teſtamenti in meo ſanguine.

¶ 2 Præt. Hoc videtur ex ritu cõſecrationis, quia ſacerdos nõ deponit calicem vſq; ad verba illa, Hæc quotieſcumq; feceritis, quæ non ſunt de forma quàmuis ſint domini verba.

VLTERIVS. Videtur quòd hæc verba inconuenienter ponantur, Hic eſt calix ſanguinis mei. Vnius enim modi eſt tranſubſtantiatio panis in corpus Chriſti, & vini in ſanguinẽ: ſed in trãſubſtantiatione panis in corpus Chriſti ponitur corpus Chriſti in recto. ergo in conſecratione vini poni debet ſanguis Chriſti in recto, vt dicatur ſicut magiſter dicit in litera, Hic eſt ſanguis meus, ſicut etiam habetur Matth. 26.

¶ 2 Præt. In forma tranſubſtantiante ex parte prædicati poni debet terminus in quem fit tranſubſtantiatio, vt ex dictis patet: ſed tranſubſtantiatio non fit in calicem alicuius. ergo non debet prædicari in forma tranſubſtantiante.

¶ 3 Præt. In forma ſacramenti non debet poni aliquid quod non ſit de ſubſtantia ſacramenti: ſed calix non eſt de ſubſtantia ſacramenti, cum ſit vas quoddam. ergo non debet poni in forma ſacramenti.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Luc. 22. Hic calix noui teſtamenti &c.

¶ Ad idem eſt etiam vſus Eccleſiæ.

VLTERIVS. Videtur quòd etiam verba quæ ſequuntur, inconuenienter ponantur. Teſtamẽtum enim videtur pertinere ad traditionem mandatorum, vnde & tabulæ continentes decem præcepta, dicuntur tabulæ teſtamenti: ſed traditio ſacramentorum eſt alia a traditione mandatorum. ergo in ſacramentis non debet fieri mentio de teſtamento.

¶ 2 Præt. Ambroſ. dicit, noſtra ſacramenta antiquiora eſſe ſacramentis Iudæorum: ſed ſacramenta Iudæorum nõ pertinẽt ad nouum teſtamentum, ſed ad vetus. ergo nec in ſacramẽto iſto, de quo Ambr. loquitur, debet apponi, Noui teſtamenti.

¶ 3 Præt. Nouum & æternum videntur ad inuicem contrarietatem habere, quia æternum eſt quod caret principio: nouũ autem eſt quod quantum ad ſui principium eſt propinquum. ergo eſt oppoſitio in adiecto.

¶ 4 Præt. Illud quod poteſt eſſe inuamentum erroris, non debet apponi in forma ſacramenti: ſed ſicut dicit Innoc. tertius, q̃ dicitur, Hoc myſterium, quibuſdam eſt adinuamẽtum erroris, qui dicunt corpus Chriſti verum in altari non contineri, ſed per ſignificationem tantum: ergo inconuenienter ponitur in forma.

¶ 5 Præt. Hoc ſacramentum, vt prius dictum eſt, præcipue videtur eſſe ſacramentum charitatis, ſicut & baptiſmus ſacramentum fidei: ergo inconuenienter dicitur, Myſterium fidei: ſed magis dicendum eſſet, Myſterium charitatis.

¶ 6 Præt. Sicut ſanguis Chriſti pro nobis eſt effuſus, ita corpus Chriſti pro nobis eſt traditum, vt ex verbis etiam domini habetur, Luc. 22. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. cum ergo hoc non apponatur in forma corporis conſecrãdi, nec in conſecratione ſanguinis, de effuſione fieri mentio deberet.

¶ 7 Præt. Quod dicitur, Pro vobis, & pro multis effundetur, aut accipitur de effuſione quantum ad ſufficientiam, aut quantum ad efficaciam. Si quantum ad ſufficientiam, ſic pro omnibus effuſus eſt non ſolum pro multis: ſi autem quantum ad efficaciam quam habet ſolum in electis, non videtur diſtinguendum fuiſſe inter apoſtolos, & alios.

¶ 8 Præt. Baptiſmus magis ordinatur contra amotionem mali, quàm euchariſtia, quæ maxime ordinatur ad perfectionem in bono: ſed in forma baptiſmi non fit mentio de remiſſione peccatorum. ergo nec hic deberet dici, In remiſſionem peccatorum.

RESPON. Dicendum ad primam quæſtionem, quòd circa hoc aliqui diuerſimode dixerunt. Quidam enim dicunt, quòd hoc eſt tantum de forma, Hic eſt calix ſanguinis mei, vt forma vtriuſq; conſecrationis ſit cõſimilis: ſed quia conditiones appoſitæ ad ſubiectum, vel prædicatum ſunt de integritate locutionis alicuius: ideo alij probabilius dicunt, quòd totum quod ſequitur, eſt de forma, cum totum hoc quod additur non ſit locutio per ſe, ſed ſit determinatio prædicati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verba ſupradicta ex magna parte poſſunt ex diuerſis locis ſacræ ſcripturæ colligi, quamuis nõ inueniantur alicubi ſimul ſcripta. Quod enim dicitur, Hic eſt calix, habetur Luc. 22. & 1. Corinth. 11. Quòd autem dicitur, Noui teſtamenti, ex tribus habetur, Matth. 26. & Marc. 14. & Luc. 22. Quod autem dicitur, Aeterni, & iterũ. Myſterium fidei, ex traditione domini habetur, quæ per Apoſtolos ad eccleſiam peruenit, ſecundum illud 1. Corinth. 11. Ego enim accepi a domino, quod & tradidi vobis. Euangeliſtæ enim non intendebant formas & ritus ſacramentorũ tradere, ſed dicta & facta domini enarrare.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cum euchariſtiæ ſacramentum ſit memoriale dominicæ paſſionis, in conſecratione corporis Chriſti non repreſentatur niſi paſſionis ſubſtantia; ſed in conſecratione ſanguinis repræſentatur paſſionis myſterium, non enim a corpore Chriſti ſanguis eius ſeorſum fuit, niſi per paſſionem: & ideo conditiones dominicæ paſſionis exprimuntur per verba ſequẽtia magis in cõſecratione ſanguinis, quàm in conſecratione corporis.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd quamuis illa quæ ſequuntur, ſint vt proprietates conſequentes Chriſti ſanguinem inquantum huiuſmodi, ſunt tamen eſſentiales ſanguini Chriſti, inquantum eſt per paſſionem effuſus: non autem ſeorſum a corpore conſecraretur ſanguis Chriſti, ſicut nec aliæ partes eius, niſi pro eo quòd eſt in paſſione effuſus: & ideo illa quæ ſequuntur, ſunt eſſentialia ſanguini, prout in hoc ſacramento conſecratur, & ideo oportet quòd ſint de ſubſtantia formæ.

AD SECVNDAM quæſtionem dicendum, quòd hæc locutio, *Hic eſt calix ſanguinis mei*, figuratiua eſt, & poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, vt ſit metonomica locutio, vt ponatur continens pro contento, ſecundum quod dicere conſueuimus, Bibe calicem vini, ideſt, vinum contentum in calice: ideo autem talis modus locutionis congruus eſt formæ huic, quia ſanguis de ſui ratione non dicit aliquid potabile, immo magis aliquid quod natura abhorret in potum. Et quia in hoc ſacramento ſanguis Chriſti conſecratur vt potus, ideo oportuit aliquid addi quod ad potum pertineret, ſcilicet calicem. Alio modo, poteſt intelligi vt ſit metaphorica locutio, vt per calicem paſſio Chriſti deſignetur. Sicut enim calix vini inebriat, ita & paſſio ſui amaritudine quaſi hominem extra ſe ponit, Tren. 3. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſinthio: & hoc modo loquendi vſus eſt dominus de ſua paſſione loquens, vt patet Matth. 26. Tranſeat a me calix iſte: & hic modus loquendi etiam eſt conueniẽs in hac forma, quia vt dictum eſt, in conſecratione ſanguinis exprimitur directe myſterium paſſionis. Nec obſtat quòd ſolet obiici, quòd locutiones figuratiuæ faciunt diſtrahere intellectum, & ita ſunt cauſa euagationis: quia mens ſacerdotis debet eſſe adeo fixa ad ea quæ dicit, quòd nõ qualibet leui actione euagetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus de ſui ratione non dicit aliquid repugnans cibo ex ipſa ſui nominatione, ſicut ſanguis repugnat potui: & ideo non eſt ſimilis ratio. Magiſter autem non poſuit formam quantum ad verba, ſed quantum ad ſenſum.

¶ Ad ſecundum dicendum, q̃ tranſubſtantiatio vini in ipſum

calicẽ non fit, sed in contentũ, f sanguinem Christi, prout potus est, & prout est per passionem fusus, & ideo obiecto cessat.
¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis vas illud non sit de substantia sacramenti, tamen cõtentum & significatum est de substantia sacramenti, & secundum hoc intelligitur locutio.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̃ sicut dictũ est, verba illa q̃ adduntur in consecratione sanguinis, exprimunt conditiones passionis, & præcipue secundum quod operatur in sacris. Sunt aũt tria in passione cõsiderãda, ẽm quod in sacramentis operatur. Primo, effectus quem inducit, qui est remissio peccatorum: & hoc tangitur in hoc q̃ dicit, Qui pro vobis, & p̃ multis &c. Secundo, medium quo iste effectus in alios traducitur, quod est fides, qua mediante habet effectum & in his qui præcesserunt, & in his qui sequuntur: & quãtum ad hoc dicit, Mysterium fidei, quod quidem potest referri ad ipsam passionem, quæ est mysterium fidei, vt occultum quoddam latens in fide omnium Christi fidelium, & præcipue antiquorum, apud quos erat in mysterio abscondita diuersimode figurata: & ad ipsum sanguinem, prout in sacramento continetur, quod quidem latet sub speciebus, & maximam habet difficultatem ad credendum, vnde antonomatice dicitur, Mysterium fidei. Tertio, finis, ad quem perducit qui est æternorum bonorum perceptio, ad quem introducit Christus per sanguinem propriæ passionis, in quo nouum testamentum confirmatur, non quidẽ promittens temporalia vt prius, sed eterna: & quantum ad hoc dicit, Noui & æterni testamẽti. Et quia finis prius est in intentione, ideo fine præmisso per medium ad effectum passionis ostendendum verba formæ producunt.

sacramentũ, mystica eius caro. Porro illa species visibilis sacramentũ est geminæ rei, quia vtrãq; rẽ significat, vtriusq; rei similitudinem ge

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd testamentum p̃prie est hæreditatis percipiendæ institutio filiis a patre: & ideo testamentum proprie pertinet ad promissionem bonorũ, quę nobis a patre cælesti disponuntur, ad quod quidem testamentũ præcepta se habent sicut via ad consequendum hæreditatẽ p̃missam: & ita per posterius testamentum ad mandata pertinet.
¶ Ad secundum dicendum, quòd antiquitas illa intelligitur quantum ad similitudinem ritus: dicitur autem hoc testamentum nouum & ratione huius sacramenti, quod in renouatione mundi institutum est tempore gratiæ, & iterum ratione p̃missionis per sanguinem Christi confirmatæ, quæ vetus impedimentum consequendæ hæreditatis amouit: & sic quasi quædam innouatio promissionis per mortem Christi facta est.
¶ Ad tertium dicendum, quòd dicitur nouum & æternum diuersis rationibus, nouum quidem ratione iam dicta: æternum vel ratione bonorum æternorum, de quibus est testamentum, vel ratione huius sacramenti continentis Christũ, qui est persona æterna, vel ratione prædestinationis æternæ hanc gratiam præparantis.
¶ Ad quartum dicendum, q̃ nihil prohibet id quod est in aliquo occultatum & figuratum, secundum veritatem ibidẽ esse: & ideo friuolum iuuamentum sui erroris accipiunt, qui negant Christi sanguinem secundum veritatem in altari esse propter hoc, q̃ est ibi, & secundum mysterium.
¶ Ad quintum dicendum, quòd eucharistia dicitur sacramentum charitatis Christi expressiuum, & nostræ factiuum: sed fides supponitur ad effectum huiusmodi sacramenti, quo mediante aliquis effectum participet: & ideo potius ponit vt medium perducens ad effectum fidem, quàm charitatem.
¶ Ad sextum dicendum, quòd huius solutio ex dictis patet, quia hoc accidit propter hoc, quòd in consecratione corporis non signatur passio, sicut in consecratione sanguinis.
¶ Ad septimum dicendum, quòd sanguis Christi effusus est pro omnibus quo ad sufficientiam, sed pro electis tantum quo ad efficaciam: & ne putaretur effusus pro Iudæis tantum electis, quibus promissio facta fuerat, ideo dicit, Vobis, qui ex Iudæis: &, Multis, scilicet multitudine gẽtium. Vel per apostolos, sacerdotes signat, quibus mediantibus ad alios effectus passionis per dispensationem sacramentorum peruenit, qui etiam pro seipsis, & pro aliis orant.
¶ Ad octauum dicendum, quòd remissio peccatorum non ponitur hic vt proprius effectus huius sacramenti, sed vt effectus passionis, quæ per consecrationem sanguinis exprimitur. De mutatione autem, additione, & subtractione idem dicendum hic, quod supra positum est de forma baptismi, distinct. 3.
q. 1. artic. 2. q. 2. 3. & 4.

ARTICVLVS III.

c Vtrum verbis prædictis insit aliqua vis creata ad transubstantiationem faciendam.

rit expressam. Nã sicut panis præ ceteris cibis corpus reficit & sustẽtat, & vinum hoĩem lætificat atq; inebriat: sic caro Christi interiorẽ

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ verbis p̃dictis non insit aliqua vis creata ad trãsubstãtiationẽ faciendam. Dam. enim dicit q̃ sola virtute spiritussancti fit conuersio panis in corpus Christi: sed virtus spiritussancti nõ est virtus creata. ergo nulla virtus creata inest his verbis, per quã fiat transubstantiatio. Psalm. 103. Lib. 4. de orth. cap. 14.
¶ 2 Præt. Opus transubstantiationis videtur esse difficilius, quàm opus creationis, quia citius ratio consentit creationi, quàm huic conuersioni, cum quidam etiam philosophi ratione naturali ducti creationem posuerunt: sed nulla virtus creata secundum communem opinionem potest deo cooperari in opere creationis. ergo multo minus in opere huius conuersionis.
¶ 3 Pręt. Difficilius est conuertere panem in substantiam corporis Christi, quàm purissimos sanguines virginis, quia corp⁹ Christi, & sanguines virginis habent materiam communem, quæ est subiectum conuersionis, quod non potest esse in conuersione panis in corpus Christi: sed in formatione corporis Christi ex Virgine non fuit aliqua virtus creata actiue operans transformationem, vt in 3. lib. distinct. 3. dictum est. ergo nec verbis prædictis inest aliqua virtus creata ad transubstantiandum. q. 2. artic.
¶ 4 Præt. Nulla virtus creata potest operari aliquid supra naturam: sed conuersio panis in corpus Christi est maxime supra naturam, cum nõ seruetur modus mutationis naturalis, quia neq; est subiectum commune, & terminus ad quem est præexistens actu. ergo non potest per virtutem creatam verbis formæ collatam huiusmodi conuersio fieri.
¶ 5 Pręt. Virtus actiua directe p̃portionatur ei, ad quod actio terminatur, quia hoc est intentum ab agente, & ex eo denominatur actio: sed corpus Christi, ad quod terminatur conuersio, est multo dignius qualibet pura creatura. ergo cum agens debet esse nobilius facto, non potest aliqua virtute creata aliquid in corpus Christi conuerti.
¶ 6 Pręt. Faciens & factum, causa & causatum debent esse simul, quia quod non est, non potest aliquid facere, vel alicuius causa existere: sed cum cõuersio prædicta fiat in instanti, & verba formæ successiue proferantur quando fit conuersio, verba illa non possunt simul esse, nisi secundum aliquid minimum sui. ergo virtute aliqua quæ insit verbis, non potest fieri huiusmodi conuersio.
¶ 7 Pręt. Verba ista non habent virtutem ex seipsis: hoc planũ est. si ergo habent aliquam huiusmodi virtutem, oportet q̃ ei sit diuinitus data. Oportet autem hãc virtutem esse simplicẽ, cum eius effectus sit in instanti: simplex autem virtus non potest successiue dari, & eius subiectum oportet esse simplex. cũ ergo verba prædicta compositionem habeant, & successionem, non potest ipsis talis virtus esse collata.
¶ 8 Præt. Inconueniens videtur facere aliquid nobilissimum, quod statim desinat esse: sed virtus transubstantians est nobilissima, quod patet ex nobilitate effectus. ergo cum verba formæ statim esse desinant, inconueniens videtur si ei virtus trãsubstantiandi data est a deo.
¶ 8 Præt. Verba ista non faciunt conuersionem prædictam, nisi a sacerdote dicta: sed anima sacerdotis magis est capax virtutis alicuius diuinæ, quàm verba prolata ab ipso. ergo magis dicendum est, q̃ hæc virtus in sacerdote sit, quàm in verbis, si tamen aliqua virtus creata ad transubstantiationẽ operetur.
SED CONTRA est, quod Dion. dicit in fine eccl. hierar. In ipsis, scilicet consummatiuis inuocationibus, idest, formis sacramentorum esse virtutes operatiuas ex deo: sed verba prędicta sunt forma dignissimi sacramenti. ergo est in ipsis aliqua virtus ad transubstantiandum.
¶ 2 Præt. Ambr. dicit q̃ sermo Christi creaturas mutat, & sic ex pane fit corpus Christi consecratione cælestis verbi: verbũ autem Christi est forma prædicta a Christo instituta, & ex eius persona recitata. ergo nec virtute horum verborum fit transubstantiatio.
¶ 3 Præt. Sacerdos non operatur ad trãsubstantiationem, nisi proferendo verba. si ergo verbis non inesset virtus ad transubstantiandum, tunc sacerdos non haberet aliquam potestatem spiritualem conficiendi: & sic non haberet ordinem qui est quædam potestas ad hoc principaliter.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd nulla virtus creata inest his verbis, qua fiat transubstantiatio: sed quod dicitur aliquando virtute horum verborum transubstantiationem fieri, intelligendum est, quòd diuina institutione firmatum est, vt ad p̃lationem horũ verborũ conuersio prædicta fiat virtute diuina tantum: & sic etiam dicunt in omnibus aliis sacramentis, vt supra distin. 1. dictum est. Sed hæc opinio dignitati sacramentorum nouæ legis derogat, & dictis sanctorum obuiare videtur. Et ideo dicendum est, quòd in verbis prædictis, sicut & in aliis formis sacramentorum, est aliqua virtus ex deo, sed hæc virtus non est qualitas habens esse completum in natura, qualiter est virtus alicuius principalis agentis secundum formam suam, sed habet esse incompletum, sicut virtus quæ est in instrumento ex intẽtione principalis agẽtis, & sicut similitudines colorum in aere, vt supra dist. 1. dictum est. Psalm. 22. q. 1. artic. 2. q. 2. per totum. Vbi supra.

hoĩem plus cæteris gratiis spiritualiter reficit & saginat. Vnde, Calix tuus inebrians, q̃ pręclarus est? Habet etiã similitudinẽ cũ re mystica,

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dictio exclusiua, adiuncta principali agenti non excludit agens instrumentale: non enim sequitur, Solus hic faber facit cultellum. ergo martellus nihil ad hoc operatus est. Virtus enim instrumenti non est nisi quædam redundantia virtutis agentis principalis: vnde in toto actio non attribuitur instrumento, sed principali agenti, secundum Philosophum: & propter hoc, ex hoc quod dicitur, quòd sola virtute spiritussancti fit huiusmodi conuersio, non excluditur virtus instrumentalis, quæ est in verbis præmissis.
¶ Ad secundum dicendum, quòd virtus creata præsupponit materiam, in qua operetur, quod quidem contingit esse dupliciter. Vno modo, ita quòd sit mutationis subiectum, sicut accidit in conuersionibus naturalibus. Alio modo, ita quòd subsit termino a quo, non autem mutationi, sicut accidit in dicta cõuersione: sed creatio neutro modo materiam præsupponit, & ideo magis potest aliquid deo instrumentaliter cooperari in hac conuersione, quàm in opere creationis. Vtrum autem maioris virtutis sit ista conuersio, vel creatio, dicetur infra distinct. 11. q. 1. artic. 3.
¶ Ad tertium dicendum, quòd si in conceptione vnio includatur, quæ simul cum ipsa facta est, maior difficultas fuit in conceptione, quàm in transubstantiatione: quia illa vnio est terminata ad esse diuinæ personæ: hæc autem transubstantiatio ad corpus Christi, quia panis non conuertitur nisi in corpus Christi. Si autem conceptionis opus includat tantum conuersionem sanguinum purissimorum Virginis in corpus Christi, sic maior difficultas est in hac conuersione, quàm in illa conceptione: vnde potuit etiam alicui creaturæ conferre, quod in illa conceptione sibi cooperaretur, quàmuis non fuisset conueniens propter dignitatem Christi seruandam, quod tunc fiebat simpliciter, prius non existens, quod hic non accidit: & ideo nihil deperit dignitati corporis Christi, si aliqua creatura accipiat instrumentalem virtutem operandi in id, quod in corpus Christi transubstantiatur.
¶ Ad quartum dicendum, quòd nulla creatura potest agere ea quæ sunt supra naturam quasi principale agens, potest tamẽ d agere quasi agens instrumentale a virtute increata motum: quia sicut creaturæ inest obedientię potentia, vt in ea fiat quicquid creator disposuerit, ita etiam vt ea mediante fiat, q̃d est ratio instrumenti. D. 37. 409. 418.
¶ Ad quintum dicendum, quòd virtus agentis principalis respicit principaliter terminum ad quem: sed virtus causæ instrumentalis non attingit ad terminum ad quem, sed habet operationem suam in his quæ sunt circa terminum: sicut qualitates actiuæ elementales non attingunt ad animæ rationalis introductionem. Et similiter hoc contingit, quia virtus illa instrumentalis, quæ inest verbis, habet operationem supra substantiam panis, quia verbum ad elementum accedit, secundum Augustinum: non est autem aliquo modo causa eorum quæ in termino ad quem sunt, sicut quòd sunt accidẽtia sine subiecto, vel alicuius huiusmodi, & ideo obiectio cessat. Super Ioã. c. 15. tract. 80.
¶ Ad sextum dicendum, quòd virtus hæc conuersiua, quæ est in his verbis, cum sit sacramentalis, sequitur significationem, vt dictum est: significatio autem existentis conuersionis cum importet ordinem vnius ad alterum, non potest fieri per dictionem, sed oportet quòd per orationem fiat, cuius partes quàmuis successiue proferantur, tamen significatio est tota simul, quod tunc complet vltima orationis particula ad modum differentiæ vltimæ in diffinitionibus: & hac significatione existente in vltimo prolationis instanti fit transubstantiatio.
¶ Ad septimum dicendum, quòd significatio orationis, quàmuis relata ad partes qb⁹ fit significatio, videatur composita, tamen relata ad rem significatã simplex est inquantum significat vnum, scilicet compositionem huiusmodi cũ hoc: sicut etiam Philosophus dicit in 5. meta. quòd substantia senaria non est bis tria, sed semel sex, quam ibi qualitatem nominat: vnde sicut ad hãc qualitatem senarij se habent partes eius, vt dispositiones materiales, non vt qualitates partium, sicut partes vnius qualitatis totius, ita significationes partium sunt dispositiones ad significationem totius orationis, quæ consurgit ex significatione vltimæ partis in ordine ad omnes præcedentes, quia virtus conuersiua sequitur significationem, vt dictum est: & ideo in ipso complemento significationis datur illa virtus orationi toti, ita quòd partes singulæ se habent materialiter tantum ad illam virtutem. T. com. 19.

quę est vnitas fideliũ: quia sicut ex multis granis cõficitur vn⁹ panis, & ex pluribus acinis vinũ in vnũ cõfluit, sic ex multis fideliũ perso-

¶ Ad octauum dicendum, quòd valde conueniens est, quòd omne quod est propter aliquid, esse desinat perfecto hoc propter quod erat: & quia virtus illa non erat ad perfectionẽ eius cui dabatur, sed magis ad faciendum conuersionem, de qua loquimur, cum sit tantum instrumentalis virtus, vt dictum est: ideo non est inconueniens si statim cõuersione facta, & verba, & virtus verborum esse desinant.
¶ Ad nonum dicendum, quòd quando aliquod opus perficitur pluribus instrumentis, virtus instrumentalis non est complete in vno, sed incomplete in vtroque, sicut manu, & penna scribitur: & similiter contingit in proposito, quia virtus instrumentalis ad faciendam prædictam conuersionem non tantum est in verbo, vel in sacerdote, sed in vtroque incomplete: quia nec sacerdos sine verbo, nec verbum sine sacerdote conficere potest. Et quia sacerdos est similior principali agẽti, quàm verbum, quia gerit eius figuram: ideo simpliciter loquendo, sua virtus instrumentalis est maior & dignior, vnde etiam permanet, & ad multos huiusmodi effectus se habet, virtus autem verbi transit, & ad semel tantum est: sed secundũ quid est potentior virtus verbi inquãtum effectui propinquior quasi signum ipsius: sicut etiam penna est scripturæ propinquior, sed manus scribenti.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum formæ expectent se in operando.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd formæ expectent se in operando. Sicut enim se habet res ad rem, ita se habet forma ad formam: sed res corporis non est sine re sanguinis, quia non consecratur corpus Christi sine sanguine. ergo nec forma corporis operatur sine forma sanguinis. 3. par. q. 78. art. 6.
¶ 2 Præt. Hoc sacramentum est vnum: sed propter vnitatem sacramenti species duæ, scilicet panis, & vini se habent in ratione vnius signi, vt dictum est. ergo similiter duæ formæ se habent in ratione vnius formæ: sed in vna forma partes se expectant inuicem ad agendum, vt dictum est. ergo & forma corporis expectat formam sanguinis.
¶ 3 Præt. In baptismo tres immersiones se expectant in agendo. ergo & similiter hæ duæ prolationes verborum.
SED CONTRA. Si statim verbis prolatis quãdo est orationis significatio, non esset ibi verum corpus Christi, hæc esset falsa, Hoc est corpus meũ: sed in sacramento veritatis non contingit aliquod esse falsum: ergo forma prima non expectat secundam in operando.
¶ 2 Præt. Hostia non est adoranda ante consecrationem: sed secundum communem modum ecclesiæ statim dictis primis verbis formæ super panem, ante formam sanguinis eleuatur hostia a populo adoranda, ergo ante formam sanguinis hostia est consecrata.
VLTERIVS. Videtur q̃ deficiente sacerdote post corporis Christi consecrationem non debet alius procedere ad consecrationem sanguinis, quia vnius sacramenti vnus debet esse minister: sed consecratio vtraque ad vnũ sacerdotem pertinet. ergo ab vno ministro fieri debet. II
¶ 2 Pr. Sacerdos ꝯsecrãs gerit figurã xp̃i, ex cui⁹ psõa v̾ba p̃ferũ-

tur: sed Christus non est diuisus, vt dicitur 1.Cor.1. ergo nec verba diuidi debent, vt a diuersis proferantur.

Sed contra, Ad perfectionem huius sacri vtraq; cõsecratio requiritur, si ergo consecrato corpore non cõsecratur sanguis, sacrm̃ remanet imperfectum, quod est inconueniens.

III Vlterius.

1.Cor.1.

Hr̃ sñia eadẽ de cõsecrat. dist.2. cap. Quia passus, Eandẽ quoque sñiam ponit Aug. de bapt. cõtra Donat. lib.7.ca.50.

Videtur φ hæc verba sine aliis, quæ in canone Missæ dicũtur, nõ habeant vim conficiendi, quia in hoc sacramento requiritur intentio faciendi quod facit ecclesia, & sic intentio debet esse secundum statuta ecclesiæ regulata: sed proferens hæc verba tantum, non seruat ecclesiæ statuta. ergo non conficit.

¶ 2 Præt. Verba, quibus fit consecratio per se prolata, ad personam dicentis referuntur: sed conuersio panis & vini non fit in corpus & sanguinem dicentis, sed in corpus & sanguinem Christi. ergo sine verbis præmissis, quibus verba formæ determinantur ad personam Christi, scilicet, Qui pridie quàm pateretur &c, non potest fieri conuersio.

¶ 3 Præt. Si verbis prædictis tantum posset fieri consecratio, tunc aliquis in periculo mortis existens, posset licite sine verbis præcedentibus conficere, sicut aliquis in necessitate potest baptizare omissis illis quæ sunt ad decorem sacramenti: sed hoc numquàm licet. ergo sine verbis aliis ista non habent vim conuertendi.

Lib.4.de sacramentis, cap.4.

Sed contra est, quod Ambr. dicit, Sacramentũ istud quod accipis, sermone domini conficitur, & loquitur de verbis prædictis. ergo sine aliis ista prolata habent vim conficiendi.

¶ 2 Præt. Virtus conuersiua sequitur significationem verborum, vt dictum est: sed verba formæ absque præcedentibus sufficienter significant hoc, quod in sacramento hoc faciendum est. ergo sine aliis habent vim conuersiuam.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd quidam dixerunt, quòd prima forma non habet effectum suum, nisi prolata forma secunda, nec secunda haberet effectum nisi prima prius prolata: nec tamen periculose adoratur hostia ante consecrationem sanguinis, quia non adoratur quod est, sed quod erit. Sed illud non potest stare, quia forma materiæ proportionari debet: unde sicut materiæ distinctæ sunt, nec adinuicem commistæ, ita formæ diuisim operantur, quod patet ex hoc, quòd vtraque per se completam significationem habet: & ideo dicendum cum aliis, quòd formæ prædictæ non expectãt se mutuo in operando.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in hoc sacramento dupliciter aliquid continetur, scilicet ex vi sacramenti, & ex naturali concomitantia: & quia sacramentum est institutum in vsum fidelium, ideo ex vi sacramenti continetur in hoc sacramento, quod in vsum fidelium venit. Et quia in pane consecrato non continetur sanguis Christi, secundum quod est in vsum potus fidelium: ideo non continetur ibi ex vi sacramenti, sed ex naturali cõcomitantia, qua conuenit vt corpus Christi non sit sine sanguine: & econtrario est de vino consecrato, vnde panis non conuertitur per vim primorum verborum in corpus ex sanguine, sed in corpus sine sanguine veniente in vsum potus fidelium. Causa autẽ quare diuisim sanguis a corpore consecratur, cum nunc nõ sit diuisus, potest sumi ex vsu ad quem est sacramentum, quia manducatio in cibo & potu cõsistit: & ex eo quod per sacramentum repræsentatur, quia in passione sanguis Christi a corpore diuisus fuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd duæ formæ in hoc sacramento non pertinent ad vnum sacramentum quasi vnam formam constituant, sicut ex diuersis dictionibus constituitur vna forma, sed pertinent ad vnum sacramentum mediantibus diuersis partibus huius sacramenti: & ideo vtraque habet seorsum effectum suum supra partem, ad quam ordinatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd tres immersiones referuntur ad vnum characterem, qui est res & sacramẽtum in baptismo: sed diuersæ formæ referuntur ad diuersa, quæ sunt res & sacramentum hic, & ideo non est simile.

7.q.1.c.Nihil.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd secundum statutum concilij Toletani, si sacerdos impeditur vt coeptum Missarum officium explere non possit, alius sacerdos debet explere, quod ille inchoauit, ita quòd incipiat sequens sacerdos vbi primus dimisit, si sciatur: si autem nesciatur debet a capite incipere, non enim dicitur iteratum, quod nescitur esse factum, nec aliquid per hoc derogatur vnitati sacramenti: quia oẽs vnum sumus in Christo propter fidei vnitatem. Secũdum tamen Innoc. tertium consultius est vti illa hostia iam consecrata seorsum posita super aliam, deinceps totum officium iteretur. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

nis vnitas ecclesiastica constat. Vnde Apost. Vnus panis, & vnũ corp⁹ multi sumus &c. Vnde Aug. Vnus panis, & vnum corpus Ecclesia dr̃, pro eo φ sicut vnus panis ex multis granis, & vnũ corpus ex multis membris cõponitur, sic Ecclesia ex multis fidelibus charitate copulã-

F Ad tertiam quæstionem dicendum, φ quidam dixerũt φ verba ista, in quibus forma consistit, vt dictum est, si per se dicantur sine aliis, non faciunt conuersionẽ ad minus sine illis quæ sunt in canone Missæ. Sed hoc nõ vr̃ probabile, quia sm̃ Aug. accedit verbũ ad elementum, & fit sacramentũ: verbũ autem quo accedẽte ad elemẽtũ fit sacramentũ, a sanctis dicit̃ esse verbũ Saluatoris: vnde alia sunt de solẽnitate sacri, non de necessitate. Et ideo cum aliis dicendum est, φ in his verbis sine aliis potest confici corpus Christi, quàmuis grauiter peccaret qui hoc faceret. Et φ hæc opinio sit verior patet ex hoc, φ non sit idem canon Missæ apud omnes, & secundum diuersa tempora diuersa sunt in canone Missæ superaddita.

Super Ioã. cap.15. tra. 80.

G Ad primvm ergo dicendum, φ ad sacramentum requiritur intentio faciendi quod facit ecclesia in essentialibus sacramento, non autem in his quæ pertinent ad decorem, vel solemnitatem sacramenti, sicut in baptismo patet.

¶ Ad secundum dicendum, φ ex ipsa intentione proferentis possunt verba formæ ad personam Christi referri, etiam verbis aliis non præmissis, si sacerdos verba prædicta in persona Christi dicere intenderet.

¶ Ad tertium dicendũ, φ baptismus est sacrm̃ necessitatis, & ideo cõcessum est vt imminente necessitatis articulo possit aliquis baptizare sine solemnitate ab ecclesia instituta: secus aũt est de hoc sacramento, quia alicui in necessitate cõstituto sufficeret spiritualiter manducare, si sacramentaliter manducare non posset: & ideo in nullo casu a peccato excusaretur.

H

EXPOSITIO TEXTVS.

Post *sacramentum baptismi, & confirmationis &c.* Vr̃ quod male ordinet, quia quod est p̃ essentiã, prius est quàm id quod est per participationẽ: in hoc aũt sacramento cõtinetur Christus per essentiã, in aliis vero per participationem suę virtutis. ergo hoc sacrm̃ ante oĩa alia determinare debuit. ¶ Præt. Dio. aliter ordinat. Prius.n. de baptismo, & postea de eucharistia, & postea de chrismate determinat. ergo vr̃ φ magister hic ordinem peruertat. ¶ Et dicẽdum ad primũ, φ sacra sunt ordinata ad vsum fidelium, vnde ordo sacrorum non attenditur sm̃ contentorũ ordinẽ, sed sm̃ quod veniũt in vsum fidelium: & ideo baptismus ante eucharistiam ab omnibus ponitur. ¶ Ad secũdum dicẽdum, φ Dio. determinat de sacris sm̃ quod sunt actiones hierarchicæ, vt supra dist.2. dictũ est: & ideo ordinem sacrorum attendit, sm̃ qđ

Decedit rat.

I per ea distinguuntur personæ, vt in hierarchia, & ordine. Et q̃a eucharistia nõ importat aliquam distinctionẽ supra baptismũ, cũ ex hoc ipso φ baptizatur aliquis, ad eucharistiæ perceptionem deputetur, confirmatio autẽ addit: ideo præmittit eucharistiã cõfirmationi, sicut cõe ad propriũ. Magister aũt determinat de sacris, sm̃ quod sacra sunt medicinæ quædam sanctificantes, & ideo sm̃ ordinem sanctificationum ordinat sacra: & quia amplioris sanctificationis est eucharistia, q̃ confirmatio, iõ postremo de ea determinat. *Intelligi datur antiquiora esse &c.* Videtur hoc esse falsum, quia hoc sacrm̃ quo ad rem non fuit ante aduentũ Christi: quo ad speciem aũt & ritum fuerunt sacrificia, quę erãt sacra Iudæorũ etiã ante Melchisedech. Et dicendũ, φ loquitur quantũ ad figurã huius sacri per similitudinẽ speciei & ritus: sacra aũt quæ in lege naturæ fiebant, non erãt figurę sacrorum veteris legis, sed magis passionis Christi. *Consecratio quibus fit uerbis.* Vr̃ falsum esse qđ dicit, quia nõ dr̃,

q.1.ar.1.a corpore.

K Accipite, & edite, sed, Manducate: & præterea hoc nõ est de forma, vt dictũ est supra. Itẽ nõ dr̃, Hic est sanguis meus: sed, Hic est calix sanguinis mei. Et dicendũ, φ magister nõ intẽdit hic diffinite ponere verba, quibus fit cõsecratio, sed explanare, qđ verbis dñi fit, non tñ oĩbus verbis quæ ipse ponit, nec eisdẽ numero, sed eisdẽ quo ad sensum. *Reliqua autem omnia quæ dicuntur &c.* Sciendum, φ eorum quæ in officio Missæ dicuntur, quædam dñr per sacerdotem, quædã per ministros, q̃dã a toto choro. Ea quidẽ quib⁹ populus immediate ordinatur ad deũ, per sacerdotes tñ dicũtur, qui sunt mediatores inter populũ & deũ, quorum quædã dicuntur publice spectantia ad totũ populum, in cuius persona ipse solus ea deo p̃ponit, sicut orõnes, & gratiarũ actiones: quędã priuatim, quę ad officiũ ipsius tñ spectant, vt consecrationes, & hmõi orõnes, quas ipse pro populo facit, tñ in persona populi orans etiã in oĩbus præmittit, Dñs vobiscũ, vt mens populi deo coniungatur ad ipsum p̃ intentionẽ erecti. Et quia popul⁹ in his q̃ ad deũ sunt, sacerdotẽ ducẽ habet, ideo in fine cuiuslibet orõnis populus cõsentit, respondens

Panis dictus q.1.ar.1.

respondens, Amen: vnde & omnis sacerdotis oratio alte termi natur, etiã si priuatim fiat. Ad ea vero quæ per ministeriũ aliorũ diuinitus sunt tradita, per ministros altaris populus ordinatur. Ea vero quæ ad dispositionem populi pertinẽt, chorus prosequitur, quorum quædam a sacerdote inchoãtur, quæ ad hoc pertinent, quæ rationẽ humanam excedũt quasi diuinitus accepta: quędam chorus per seipsum, qbus illa declarantur, quę ratio ni sunt consona. Itẽ, quædam pertinẽt ad populũ vt præparato sta ad diuina percipienda, & hæc a choro præmittũtur his, quę a ministris & sacerdote dicuntur: quædã vero ex perceptione diuinorum in populo causata, & hæc sequuntur. ¶ His ergo visis sciendum est, φ quia omnis nostra operatio a deo inchoata circulariter ĩ ipsum terminari debet, ideo Missæ officiũ incipit ab oratione, & terminatur in gratiarum actione. Vnde tres habet partes principales, s. principiũ orationis, qđ durat vsq; ad epistolã: mediũ, celebrationẽ ipsam, q̃ durat vsq; ad post cõionẽ: & finem gratiarũ actionis exinde vsq; in finem. Prima pars duo continet, s. populi præparationẽ ad orationẽ, & ipsam orationẽ. Præparatur aũt populus ad orationẽ tripliciter. Primo, p̃ deuotionem, quæ excitatur in introitu, vnde & sumitur ex aliquo pertinente ad solẽnitatem, in cuius deuotionem populus cõgregatur, & etiã adiungitur psalmus. Secundo, p̃ humiliationem, quæ fit per Kyrieeleison, quia misericordiã petentes miseriam profitentur: & dr̃ nonies p̃p nouem choros angelorũ, vel p̃p fidem trinitatis, sm̃ quod quælibet persona in se cõsideratur, & in ordine ad alias duas. Tertio, per rectã intentionem quæ ad cælestem patriã & gloriã dirigenda est, quæ oẽm rationem humanam excedit: & hoc fit per, Gloria in excelsis, quod chorus prosequitur sacerdote inchoante: & ideo non dr̃ nisi in solẽnitatibus, quæ nobis cælestem solẽnitatem repræsentãt in officiis vero luctus omnino intermittitur. Deinde sequitur orõ ad deum pro populo fusa, quam sacerdos publice p̃ponit præmisso, Dominus vobiscum, quod sumitur de Ruth.2. Pontifex aũt dicit, Pax vobis gerens typum Christi, qui his verbis discipulos post resurrectionẽ allocutus est, Io.20. Secunda aũt pars principalis tres partes cõtinet, prima est populi instructio vsq; ad Offertoriũ: secunda, materiæ oblatio vsq; ad Præfationem: tertia, sacri consummatio vsq; ad Postcõionem. Instructio aũt populi fit per verbũ dei, quod quidem a deo p̃ ministros suos ad populũ peruenit: & ideo ea quæ ad instructionẽ plebis pertinent, non dicũtur a sacerdote, sed a ministris. Ministeriũ aũt verbi dei est triplex. Primũ authoritatis, quod cõpetit Christo, qui dr̃ minister, Ro.15. Erat aũt in potestate docens, de quo dr̃ Matth.7. Secundũ, manifestæ veritatis, quæ cõpetit prædicatoribus noui testamenti, de quo dr̃, 2.Cor.3. Qui & idoneos nos fecit ministros &c. Tertiũ figurationis, quod cõpetit prædicatoribus veteris testamenti: & ideo doctrinã Christi proponit diaconus. Et quia Christus nõ solum est homo, sed deus, ideo diaconus præmittit, Dñs vobiscũ, vt ad Christũ quasi ad deũ hoĩes attentos faciat. Doctrina vero prędicatorũ noui testamẽti proponitur per subdiaconos. Nec obstat, φ aliqñ ab eis legitur loco Epistolę aliquid de veteri testamẽto, quia prędicatores noui testamenti etiã vetus p̃dicant. Doctrina vero prędicatorũ veteris testamenti per inferiores ministros legitur nõ semper, sed illis diebus, quibus præcipue configuratio noui & veteris testamenti designatur, vt in ieiuniis quatuor tẽporum, & qñ aliqua celebrãtur, quæ in veteri lege figurata sunt, sicut passio, natiuitas, baptismus, & aliquod huiusmodi. Et quia vtraq; doctrina ordinat ad Christũ & eorũ qui præibant, & eorũ qui sequebãtur: ideo doctrina Christi postponitur quasi finis. Ex doctrina aũt ordinante ad Christum duplex effectus populo prouenit, quibus etiã homo preparatur ad doctrinã Christi, s. profectus virtutũ, qui pro graduali insinuatur. dicitur.n. a gradu quo ascẽditur de virtute in virtutẽ, vel a gradibus altaris, ante quos dr̃: & exultatio habita de æternorum spe, quod insinuat Alleluia, vnde & replicatur propter stolam animæ & corporis. In diebus vero & officiis luctus intermittitur, & loco eius Tractus ponitur, qui asperitate vocũ, & prolixitate verborum præsentis miserię incolatũ insinuat: tpe aũt resurrectionis duplex Alleluia dicitur propter gaudium resurrectionis capitis, & mẽbrorum. Effectus autem euangelicæ doctrinæ est fidei cõfessio, quæ quia supra rationem est, a sacerdote inchoatur symbolũ fidei, & chorus p̃sequitur: nec dicitur nisi in illis solẽnitatib⁹, de quibus fit mentio in symbolo: sicut de natiuitate, resurrectione, de apostolis, qui fidei fundatores extiterũt, vt 1.Cor.3. Vt sapiens architectus fundamentũ posui. Deinde sequitur secunda pars partis secundæ principalis, quæ pertinet ad ma-

te connectitur. Hoc mysteriũ pacis & vnitatis nostræ Christus in sua mensa cõsecrauit. Qui accipit hoc mysteriũ vnitatis, & non tenet vinculũ pacis, non accipit hoc mysteriũ pro se, sed contra se. Cuius etiã sacramentũ est corpus Christi proprium de Virgine sumptum: quia

A teriæ consecrandæ oblationẽ: & hæc tria continet. Præmittitur enim offerentium exultatio quasi præparatoria in offertorio, quia hilarem datorem diligit deus: exprimitur ipsa oblatio dũ dicitur, Suscipe sancta trinitas: petitur oblationis acceptatio per orationes secreto dictas, quia hoc sacerdotis tantũ est deũ oblationibus placare, ad quam oratione sacerdos per humilitatẽ se preparat dicẽs, In spiritu humilitatis &c. Et q̃a hęc tria predicta exigunt mentis erectionẽ ad deum, ideo omnibus tribus præmittitur, Dominus vobiscum, loco cuius quando oratio secreta facienda est, dicitur, Orate fratres &c. Tertia pars secundæ principalis partis, quæ ad sacramenti perceptionem pertinet, tria continet, primo, præparationem: secundo, sacramenti

B perfectionem, ibi, Te igitur &c. tertio, sacramenti susceptionẽ, ibi, Oremus præceptis &c. Præparatio autem populi, & ministrorum, & sacerdotis ad tantum sacramentum fit per deuotã dei laudem, vnde in præfatione, in qua fit dicta præparatio, tria continentur. Primo, populi excitatio ad laudem, vbi sacerdos præmisso, Dominus vobiscum, quod ad totam hanc tertiam partem referendum est, inducit ad mentis erectionem, dicens, Sursum corda: & ad gratiarum actionem, dicens, Gratias agamus &c. Secundo, deum implorat ad laudem suscipiendum ostendens laudis debitum, dicens, Vere dignum, ratione domini: vnde subdit, Domine sancte, iustum, ratione paternitatis: vnde subdit, Pater omnipotens, æquum, ratione deitatis, vnde subdit, Aeternæ deus; salutare, ratione redẽptionis, vnde subdit, Per Christum dominum nostrum. Quandoq; vero adiungitur aliqua alia laudis materia secundum congruentiam so-

C lemnitatis, sicut, Et te in assumptione &c. etiam proponens laudis exemplum. Per quem maiestatem &c. Tertio, populus laudes exoluit diuinitatis, assumens angelorũ verba. Sanctus, sanctus &c. Esa 6. & humanitatis Christi assumens verba puerorum, Benedictus qui venit &c. Matth.21. Illa autẽ pars quę perfectionem sacramenti continet, in tres diuiditur secundũ tria, quæ sunt de integritate huius sacramenti, s. aliquid quod est sacramentum tantum, aliquid quod est res & sacramentũ, aliquid quod est res tantum. In prima igitur parte continetur benedictio oblatæ materiæ, quæ est tantum sacrm̃. In secunda, corporis, & sanguinis Christi consecreatio, qđ est res & sacrm̃, ibi. Quam oblationem. In tertia, effectus sacramẽti postulatio, quod est res tantũ, ibi. Supra quæ propitio. Circa primum duo facit sacerdos. Primo, petit oblationis benedictionem, quæ dicitur donum a deo nobis datum, munus deo a nobis oblatum, sacrificium ad nostram salutem a deo sanctificatum. Secundo, petit offerentibus, siue pro quibus offertur salutem, ibi. In pri-

D mis quę tibi &c. vbi tria facit. Primo, cõmemorat eos, pro quorum vtilitate offertur hostia tam quantum ad generalem statũ ecclesiæ, quàm quantum ad personas speciales, ibi. Memento. Secundo, commemorat eos, in quorum offertur reuerẽtia, ibi. Communicantes, & ponitur Virgo quæ Christum in templo obtulit, Apostoli qui ritum offerẽdi nobis tradiderunt, & Martyres qui seipsos deo obtulerunt, non autem confessores, quia de eis antiquitus non solemnizabat ecclesia: vel quia nõ sunt passi sicut Christus, cuius passionis memoriale est hoc sacramentum. Tertio, concluditur expresse quid per oblationẽ hostiæ impetrandum petatur, ibi. Hanc igitur oblationem &c. Quam oblationem &c. hæc pars ad consecrationem pertinet, quæ tria continet. Primo, imploratur consecrantis virtus. Secundo, perficitur cõsecratio, ibi. Qui pridie. Tertio, exponitur rei consecratæ commemoratio, ibi. Vnde & memores &c. Verba autem illa, quæ ibi dicũtur, Benedictam, ascriptam &c. pos-

E sunt referri vno modo ad hoc, quod est res contenta in hoc sacramento, scilicet Christum, qui est hostia benedicta ab omni macula peccati immunis: ascripta, idest, præfigurata figuris veteris testamenti, & prædestinatione diuina præordinata: rata, quia non transitoria: rationabilis, propter cõgruitatem ad placandum: acceptabilis, propter efficaciam. Alio modo possunt referri ad ipsam hostiam, quæ est sacramentum tantum, quam petit fieri benedictam, vt deus eam consecret, & vt confirmet quantum ad memoriam: ascriptã, quantum ad propositum immobile: ratam, vt ante accepte: rationabilẽ, quantum ad iudicium rationis: acceptabilem, quantum ad beneplacitum voluntatis. Tertio modo possunt referri ad effectum, vnde dicit, Benedictam, per quam benedicimur: ascriptam, per quam in cælis ascribamur: ratam, per quam in membris Christi censeamur: rationabilem, per quam a bestiali sensu eruamur: acceptabilem, per quam a deo accepti simus. Supra quæ propitio ac &c. Hic petit sacerdos sacramenti effectum, & primo, ef-

In expositione literæ. Aug. super Io. trac. 26. circa fin.

sectum gratiæ. Secundo, effectum gloriæ, ibi. Memento etiam domine &c. Circa primum duo facit. Primo, petit acceptari sacramentum, quod est gratiæ causa. Secundo, petit dari gratiæ donū, ibi. Supplices te rogamus, cuius expositio infra dist. 13. ponetur, effectum autem gloriæ primo petit iam mortuis, ibi. Memento. Scđo, adhuc viuis, ibi. Nobis quoque. Completur aũt canon Missæ more aliarũ orationũ in Christo, ibi. Per Christũ dominũ nostrũ &c. per quem hoc sacrũ originem habet, & quãtũ ad substãtiã, vnde dicit, Creas, propter esse naturæ: Sanctificas, propter esse sacramenti: & quãtum ad virtutẽ, vnde dicit, Viuificas, ppter effectũ gratiæ, quæ est vita aiæ: Benedicis, pp gratiæ augmẽtum: & quãtum ad operationẽ, siue vsum, vnde dicit, Et pstas nobis. Oremus, Præceptis salutaribus &c. Hic ponitur sacramenti perceptio. Primo, n. ponitur sacri perceptio, ad quã præmittitur præparatio cõis, & specialis. Cõis triplex. Primo. n. ponitur sacri petitio in oratione dominica, in qua dicitur, Panem nostrum &c. Secundo, percipientiũ expiatio per oratio nem sacerdotis. Libera nos. Tertio, pacis adimpletio, ibi, Pax domini. Hoc. n. sacramẽtum est sanitatis, & pacis: & quia pax Christi exuperat omnẽ sensum, ideo pacis petitio a sacerdote inchoatur, cum dicit. Pax domini: & a choro completur cum dicitur, Agnus dei: & sic tria a sacerdote incepta psequitur. s. Gloria in excelsis, quod pertinet ad spem: Credo in vnum deum, quod pertinet ad fidẽ: Pax domini, quod pertinet ad charitatem. Petit aũt populus misericordiam quantum ad amotionem mali contra miseriam culpæ, & pœnæ: & pacem quantum ad consecutionẽ omnis boni, vnde ter Agnus dei dicitur. Præparatio autem specialis sacerdotis sumentis, fit per orationes quas priuatim dicit. Domine Iesu Christe, & si quæ aliæ sunt. Tertia pars principalis est gratiarum actionis, & cõtinet duo, rememorationem accepti beneficii in cantu antiphonæ post cõmunionem, & gratiarũ actionem in oratione, quam sacerdos prolequitur, vt conformiter finis Missæ principio respondeat. Sciendum autem ꝙ in officio Missæ, vbi passio repræsentatur, quædam continentur verba græca, sicut, Kyrieleison, idest, domine miserere: quædam hebraica, sicut, Alleluia, idest, laudate deum: Sabaoth, idest, exercituum: Osanna, salua obsecro: Amen, idest, vere, vel fiat: quædam latine, quæ patent, quia his tribus linguis scriptus est titulus crucis Christi, Ioan. 19.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de sacramento Eucharistiæ secundum se, hic determinat de vsu ipsius, & diuiditur in partes tres. In prima, distinguit duos modos manducandi corpus Christi. In secũda, excludit ex determinatis quẽdam; errorem, ibi. *Hæc uerba, & alia huiusmodi &c.* In tertia, manifestat quædam dubia ex prædeterminatis, ibi. *Secundum hos duos modos &c.* Secunda, diuiditur in duas. In prima, ponit errorem. In secunda, excludit ipsum, ibi. *Sed indubitanter tenendum, &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, De manducatione corporis Christi.
¶ Secũdo, Qui possint manducare.
¶ Tertio, Vtrum peccatoribus liceat cõrpus Christi mãducare.
¶ Quarto, Vtrum corporaliter pollutis.
¶ Quinto, Vtrum cuilibet sit dandum ad manducandum.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum corpus Christi debeat sumi per modum manducationis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non debeat sumi per modum manducationis. Quia quod manducatur, per os intrat: omne autem quod per os intrat, in vẽtrem vadit, & per secessum emittitur, vt dicitur Matth. 15. quod dignitati corporis Christi non competit. ergo non debet per modum manducationis sumi.

¶ 2 Præt. Quod manducatur, ad manducantem trahitur: sed sicut dicit Dion 4. cap. de diuin. nom. nos non trahimus deum ad nos, sed magis nos in deum. ergo non debemus nos deo coniungi per modum manducationis.

DISTIN. IX.

A

De duobus modis manducandi.

SIT sicut duæ sunt res illius sacrameti, ita etiam duo modi manducandi. Vnus sacramentalis, scilicet quo per modum manducationis, Competit etiã

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum ordinatur ad refectionem mentis: sed refectio mentis, quæ erit in patria, erit per visionem. ergo corpus Christi deberet dari videndũ, nõ manducandum.

SED CONTRA est, quod dicitur Io. 6. Caro mea vere est cibus: sed vsus cibi non est vt videatur, sed vt manducetur. ergo non debet videri tantum corpus Christi, sed manducari.

¶ 2 Præt, Oportet membra capiti realiter coniungi ad hoc, ꝙ viuificentur: sed per visum non coniungitur nobis aliquid realiter, sed secundum similitudinem tantum. ergo non per visum, sed per manducationem corpus Christi sumi debet.

VLTERIVS. Videtur quòd manducatio corporis Christi sit de necessitate salutis. Sicut enim dicitur de baptismo. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum cælorum: ita dictum est Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & bibueritis eius sanguinem non habebitis vitã in vobis; sed propter verba prædicta dicitur baptismus sacramentum necessitatis. ergo eadem ratione manducatio corporis Christi est de necessitate salutis.

¶ 2 Præt. Innoc. III. dicit, ꝙ manducandus est agnus, vt a vastante angelo protegamur: sed protegi a vastante angelo est de necessitate salutis. ergo & prædicta manducatio.

¶ 3 Præt. Per istam mãducationem Christo incorporamur: sed hoc est de necessitate salutis, sicut & a peccato mũdari. ergo prædicta manducatio est de necessitate salutis, sicut & pœnitentia, & baptismus, quibus a peccatis mundamur.

SED CONTRA. Pueri baptizati salutem consequuntur, cum gratia in baptismo datur: sed eis non datur corpus Christi manducandum. ergo manducatio prædicta non est de necessitate salutis.

¶ 2 Præt. Baptismi ministerium propter hoc, ꝙ est de necessitate salutis, omnibus est concessum in casu necessitatis: sed hoc sacramentum per solos sacerdotes perfici potest, ergo non est sacramentum necessitatis.

VLTERIVS. Videtur ꝙ male distinguantur duo modi manducationis in litera. Corpus Christi est cibus spiritualis: sed cibi corporalis manducatio semper est corporalis. ergo & huius cibi manducatio semper est spiritualis, & ita non sunt duo modi manducationis.

¶ 2 Præt. In aliis sacramentis non attenditur aliqua distinctio, nisi ex parte recipientis tantum, sicut ꝙ quidam accedunt ficti, quidam non: sed hæc distinctio videtur esse ex parte ipsius sacramenti. ergo inconuenienter ponitur.

¶ 3 Præt. Vbi vnum propter alterum, ibi vnum tantum: sed mãducatio sacramentalis est propter spiritualem. ergo vna non debet contra aliam distingui.

SED CONTRA. Videtur quòd sint plures modi, quia vsus huius sacramenti dicitur manducatio: sed in hoc sacramento sunt tria, scilicet id quod est sacramentum tantum, id quod est res & sacramentum, & id quod est res tantum. ergo debent esse tres modi manducationis.

¶ 2 Præt. In baptismo etiam sit trimembris diuisio suscipientium, quidam enim suscipiunt rem & sacramentum; quidam sacramentum & nõ rem, quidam rem & nõ sacramentũ: sed susceptio huius sacramenti dicitur manducatio, ergo hic etiam deberet distingui triplex modus manducandi.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut dictum est, ad perfectionem sacramentorum nouæ legis exigitur quòd sit sacramentum aliquod, in quo Christus nobis realiter coniungatur, & vniatur non solum per participationem virtutis eius, sicut est in aliis sacramentis: & quia sacramentum est sensibile signum, ideo oportet quòd alicui sensui vsus sacramenti approprietur. In sensibilibus autem est triplex differentia. Quædam enim sentientibus neque coniunguntur, neque uniuntur, sicut ea quæ sentiuntur per medium extrinsecum, ut in usu præcipue accidit, & auditu, & olfactu, sed solum similitudines sensibilium ad sensum referuntur. Quædam autem sensibilia cõiunguntur quidem, sed non uniuntur realiter, sed secundum assimilationem qualitatis tantum, sicut accidit in tactu quia qualitates tangibilium immutant tactum, nec tamen ex tangente, & tacto fit vnum nisi secundum quid. Quædam autem & coniunguntur, & vniuntur, sicut accidit in cibis & potibus: & ideo sumptio huius sacramenti congrue per modum manducationis fit. Alia vero sacramenta nouæ legis, quibus per virtutem eis indita Christo assimilamur, fiunt in tangendo tantum, vt baptismus. Figuræ autem veteris testamenti, quæ solam similitudinem Christi venturi habebant, significabant per modum visionis, Competit etiã manducatio passioni Christi in hoc sacramento repræsentatæ, per quam corpus Christi vulneratum fuit; conuenit etiam effectui, qui est robur animæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de cibo, qui ordinatur ad refectionem corporis, quem oportet digeri, & sic impuro separato in membra conuerti, sed cibus iste ordinatur ad refectionem mentis: & propter hoc ratio non sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de ratione manducationis est, quòd aliquid per os introrsum sumatur: sed esse in, aliter in spiritualibus, & aliter in corporalibus sumitur: quia in corporalibus quod est in, continetur sicut locatum in loco: in spiritualibus autem quod est in, continet sicut anima corpus. Et ideo conuenienter cibus corporis trahitur ad corpus, vt cõtentum ad continens: cibus autem mentis trahit ad se mentem, vt continens contentum. propter quod Aug. dicit sibi dictum. Non tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ res visa beatificans per essentiam suam videnti coniungetur in patria, quod quidem non accidit in visione corporali. Et quia oportebat hanc coniunctionem significari per aliquod sensibile signum, oportuit illud sensibile ad hoc assumi, quod realiter coniungatur, & vniatur. In patria autem signis sacramentalibus opus non erit: nihilominus propter similitudinem ad ea quæ nunc geruntur, frequentabilia beata visio nobis per figuram manducationis in scriptura exprimitur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd gratia est sufficiens causa gloriæ: vnde omne illud, sine quo potest haberi gratia, nõ est de necessitate salutis. Hoc autem sacramentum gratiam præsupponit, quia præsupponit baptismũ, in quo gratia datur, nec debet peccato præueniri, quod gratiã priuet, & ideo quantum est de se, non est de necessitate salutis: sed de ordinatione ecclesiæ homines obligantur secundum ecclesiæ statutum, corpus Christi semel in anno sumere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dominus loquitur de manducatione spirituali, sine qua non potest esse salus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Innoc. loquitur quantum ad institutionem ecclesiæ, vel etiam quantum ad manducationem spiritualem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ incorporatio spiritualis ad Christum potest esse sine manducatione sacramentali: & ideo non oportet ꝙ sit sacramenti susceptio de necessitate salutis.

AD TERTIAM quæstionem dicẽdum, ꝙ diuisio formalis alicuius sumitur penes id quod competit ei per se, & non per accidens: vsus autẽ alicuius rei per se, & non per accidẽs, est quando vitur quis re aliqua ad hoc, ad quod instituta est: vnde cum mãducatio dicat vsum huius sacramenti, quod quidem ad hoc institutum est, vt quis re sacramenti potiatur, distinguetur mãducatio secundum duas res huius sacramenti, vt manducatio sacramentalis respondeat ei quod est res, & sacramentum: mãducatio vero spiritualis ei, quod est res tantũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd manducatio cibi corporalis nõ præsupponit aliam manducationẽ, quæ sit eius causa: sicut manducatio spiritualis præsupponit sacramentalem quasi causam. Vnde in his, qui sacramentaliter manducant, potest ex defectu manducantium impediri effectus sacramenti, qui est spiritualis manducatio: & ideo possunt hæ manducationes ab inuicem separari, & propter hoc oportet eas distinguere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectio aliorum sacramentorum in ipso vsu consistit, & ideo eorum distinctio non potest nisi ex parte recipientium sumi: sed perfectio huius sacramenti in ipsa materiæ consecratione consistit, & ideo potest esse hic distinctio ex parte ipsius sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd verbum illud intelligitur in his quæ hoc modo ad se inuicem ordinantur, quòd ab inuicem separari non possunt: sicut quãdo talis effectus numquàm potest esse sine tali causa, nec econuerso: & tunc etiam non excluditur diuersitas rerum inter causam & causatum, sed ponitur necessitas ordinis.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ id quod est hic res, & sacramẽtum, numquàm separatur ab eo qđ est sacramentũ tantum: & si separaretur vsus eius, quod est sacramentum tantum, esset accidentalis vsus: & ideo penes hoc non debet sumi aliquis modus mãducationis specialis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hic etiam posset fieri talis distinctio. In quibusdam enim coniunguntur duæ manducationes, & hi suscipiunt rem & sacramentum: & in quibusdam separantur, & hi suscipiunt vel rem tantum, vel sacramentum tantum: sed quia hæc diuisio magis se tenet ex parte suscipientium, quàm ex parte sacramenti, ideo non est propria huic sacramento, sicut baptismo.

ARTICVLVS II.

b Vtrum peccator manducet corpus Christi sacramentaliter.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd peccator non manducet corpus Christi sacramẽtaliter: quia vt dicitur Sap. 1. In malivolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: sed Christus, qui est res contenta in hoc sacramento, est dei sapiẽtia, vt habetur 1. Cor. 1. ergo a peccatore sumi non potest.

¶ 2 Præt. Cibus iste non vadit in ventrem, sed in mentem: nõ autem vadit in mentem peccatoris. ergo nullo modo corpus Christi sumit.

¶ 3 Præt. Nihil indecens debet fieri a sapiente: sed hoc est valde indecens, quòd corpus tam pretiosum in immundo corpore ponatur. ergo cum corpus peccatoris sit immundum, non recipietur verum corpus Christi.

SED CONTRA. Maius videtur consecrare corpus Christi, quàm sumere: sed peccator põt consecrare. ergo & sumere.

¶ 2 Præt. Christi corpus nõ est magis nobile sub sacro, quàm in specie propria: sed in specie ꝓpria permisit se a peccatoribꝰ tractari. ergo & sub specie sacri a peccatoribꝰ mãducari potest.

VLTERIVS. Videtur quòd infideles sacramentaliter comedant: quia sicut dicit Hugo de S. vict. quandiu sensus corporalis afficitur, præsentia carnis non tollitur: sed sensus corporalis infidelis afficitur. ergo præsentiam corporalem carnis Christi non amittit.

¶ 2 Præt. Infidelis potest recipere characterem, qui est res & sacramentum in baptismo: sed fides operatur in baptismo, sicut in Eucharistia. ergo & corpus Christi sacramentaliter potest manducare.

¶ 3 Præt. Plus est conficere corpus Christi, quàm sumere: sed hæreticus habens ordinem potest conficere, vt infra dicetur. ergo & potest sacramentaliter manducare.

SED CONTRA, In forma huius sacramenti ponitur, mysterium fidei. ergo hi qui fide carent, sacramentaliter manducare non possunt.

¶ 2 Præt. De ratione sacramenti est, ꝙ significet & efficiat: sed in eo qui non habet fidem, non efficit aliquid, nec aliquid ei significat. ergo sacramentaliter non manducat.

VLTERIVS. Videtur quòd creatura irrationalis nõ sumat aliqualiter corpus Christi. Primo per hoc, ꝙ magister infra dicit, ꝙ hoc quod a brutis sumitur, non est corpus Christi.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentũ est maioris perfectionis, q̃ baptismus: sed quantũcumq; animal brutum aqua abluatur, non dicitur baptismi sacramentũ percipere aliquo modo, ergo neq; sacramentum corporis Christi potest aliquo modo percipere.

¶ 3 Præt. Constat, ꝙ non percipit spiritualiter, quia nõ creditur neq; sacramentaliter, quia sacramenta creaturæ rationali sunt tradita. si ergo aliquo modo sumat, erit tertius modus manducandi præter duos in litera assignatos.

SED CONTRA. Deus magis abominatur peccatorem, quàm creaturam irrationalem, in qua non est nisi quod deus in ea

3. par. q. 80. art. 3.

II 3. part. vbi supra ar. 3. Lib. 2. de sacramentis. ca. 7. ac 13. part. 8.

Dist. 13. & 1 litera a magistro, & a D. Tho. q. 1. artic. 1. q. 3. in cor.

III

in ea fecit, q̃ solus culpã nõ fecit: sed sicut in litera determinat, corpus Christi verum a peccatoribus sumitur. ergo & a brutis.
¶ 2 Præt. Si corpus Christi per negligentiã, vel quocumq; modo in aliquem locum immundum proiiciatur, non dicitur ꝙ desinat esse sub speciebus corporis Christi. ergo non oportet dici, ꝙ sub specieb' a brutis comestis desinat esse corpus Christi: sed species possunt a brutis mãducari. ergo & corpus Christi.

Super Ioã. c.6. trac.25 Et habetur de consecr. dist.2. c. Vt quid.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ qui non manducat sacramẽtaliter, non manducet spiritualiter: sacramentalis autem manducatio est propter spiritualem. si ergo spiritualis sine corporali haberi possit, frustra aliquis sacramentali vteretur.

Aug. super Ioan. ca.6. tract.26. Et habetur de cõsecratio. dis.2. c. Credere.

cationem Augustinus distinguens a sacramentali ait. Vt quid paras ventrem, & dentem? crede, & mãducasti. Credere enim in eum, hoc est comedere panem, & vinum. Qui credit in eum, manducat eum. Item. Quomodo manducandus est Christus? quomodo ipse dicit. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Si in me manet, & ego in eo, tunc bibit: qui vero in me non manet, nec ego in illo, & si accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum. Item. Nulli ambigendum est tunc quemquàm corporis & sanguinis domini participem fieri, quando Christi membrũ efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequàm illum panem edat, & calicem bibat, de hoc sæculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat: quia illius sacramenti beneficio non priuatur, quando ille habere hoc quod illud sacramentum signat, inuenitur. In illo enim sacramento corpus & sanguinem suum nobis comendauit, quod & fecit nosipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus. Item, qui discor

¶ 2 Præt. Spiritualis manducatio est per fidem & charitatem, per quæ aliquis Christo incorporatur: sed antiqui patres fidẽ & charitatẽ habuerũt. ergo si spiritualis mãducatio esse posset sine sacrali, ipsi spiritualiter manducassent, quod non pôt esse: quia vsus sacramenti non potest esse ante eius institutionem.

SED CONTRA. Aliquis potest percipere rem baptismi sine sacramento, vt supra dist.4. dictũ est: sed baptismi sacramentum est maioris necessitatis, quàm hoc, ergo potest etiam spiritualiter manducare quis sine sacramenti manducatione. In lite. magistri.

V VLTERIVS, Videtur quòd etiam angelus corpus Christi possit manducare spiritualiter: quia super illud psalm. 72. Panem angelorum manducauit homo. dicit glos. idest, corpus Christi, qui est vere cibus angelorum.

¶ 2 Præt. Quicumq; potest manducare sacramẽtaliter, potest etiam manducare spiritualiter: sed angelus in carne assumpta potest manducare sacramentaliter. ergo etiam sine corpore assumpto potest manducare spiritualiter.

SED CONTRA. Manducare est vsus sacramenti: sed sacramenta nõ sunt data angelis ad vsum, sed hominibus. ergo angeli non possunt spiritualiter manducare.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ quidã dixerunt corpus Christi secundum rei veritatem a peccatoribus nõ sumi: quia quàm cito labiis peccatoris tãgebatur, desinebat sub speciebus esse corpus Christi, intantum dignitati sacramenti deferentes, quòd derogabant veritati. Si enim vere corpus Christi sub speciebus erat per conuersionem panis & vini in substantiam corporis Christi, speciebus remanentibus non poterit esse ꝙ desinat ibi esse corpus Christi, nisi per aliquam contrariam mutationem eius, quod prius conuertebatur in corpus Christi. Et quia de illo non manẽt nisi species solæ, quæ ad vtramq; substantiam communiter se habent, sicut subiectum in naturalibus mutationibus duabus formis: ideo quãdiu species non mutantur, nullo modo desinit ibi esse corpus Christi: sicut nec in mutationibus formalibus forma introducta desinit esse in subiecto, donec subiectum ad formam aliam transmutetur. Speciebus autem in aliquid transmutari non competit, nisi secundum quod habent aliquam proprietatem substantiæ in hoc, quòd sunt sine subiecto: vnde nihil potest eas transmutare ad aliam substantiam, nisi quod transmutaret substantiam panis & vini, si ibi esset, quòd solus tactus labiorum, vel diuisio quæ est per dentes, vel traiectio in ventrem non faceret, sed sola digestio, quæ est a calore naturali conuertente cibum. Vnde patet, quòd veritati sacramenti derogat qui dicit, quòd ad solum tactum labiorum desinit esse corpus Christi a peccatore sumptum: & ideo hac opinione tamquàm hæretica de medio sublata, eius contrarium ab omnibus tenetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd authoritas illa loquitur de spirituali inhabitatione, & non de sacramentali, vel corporali, quia Christus etiam peccatoribus corpus suum tractandum exhibuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum dicitur, Cibus iste non transit in ventrem, sed in mentem: hæc præpositio, in, nõ denotat terminum motus localis, sed finem sumptionis, vadit enim quasi localiter quocumq; species vadunt: sed non sumitur propter ventris repletionem, sicut corporales cibi, sed propter mentis refectionem, in qua eius effectus recipitur non in ipsa materia corporis, quia mentem inhabitare per essentiam sola diuinitas potest.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd ex hoc quòd corpus Christi sumitur a peccatoribus, nullo modo corpus Christi aliquã immunditiam contrahit: quia labia peccatoris non tangunt nisi spe-

F cies, sub quibus secundũ veritatem est corpus Christi: & præterea in hoc dat exemplum mansuetudinis, & humilitatis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd manducatio est actus transiens a manducante in manducatũ. Vnde sacramentaliter manducare potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt aduerbiũ determinet manducationem ex parte manducati: & sic quicũq; sumit species, sacramẽtaliter manducat, idest, sumit hoc quod est sacramentum in Eucharistia, idest, verũ corpus Christi. Alio modo, vt determi-

Habentur hæc Aug. verba de consecr. dist.2. c. Quia passus. §. in dominum

G minet manducationem ex parte manducantis: & sic solus ille sacramentaliter manducat, qui vtitur illo cibo visibili vt sacramento: infidelis autem circa id quod est signatum in hoc sacramento errans, nõ vtitur speciebus illis vt sacramento, siue nõ credat in Christum secundũ se, siue non credat in Christum secundum quod sub hoc sacramento cõtinetur: vnde talis non sacramentaliter manducat. Et quia actio est magis propinqua agenti, q̃ patienti, ideo sensus secundus est magis proprius: & ideo secundũ hunc sensum dicendum, ꝙ infidelis nõ credens rem huius sacramenti, non manducat sacraliter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa obiectio procedit secundum primum sensum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd percipiens baptismũ se habet tantum vt patiens. Vnde adhoc ꝙ aliquis recipiat sacramẽ-
H taliter baptismum, non exigitur nisi ꝙ subiiciat se actioni ecclesiæ, vt scilicet intendat recipere quicquid illa facit, quàmuis quandoq; credat illa nihil facere: sed percipiens eucharistiam non solum se habet vt recipiens, seu patiens, sed etiã vt agens inquantum manducat: ideo ad hoc vt sacramentaliter manducet, oportet ꝙ ipsemet vtatur sacramento vt sacramento.

¶ Ad tertium dicendum, quòd consecrare eucharistiã non est vti sacramento, sed quodammodo efficere ipsum, sed manducare est vti sacramẽto: actio autem vtentis recipit modum ab eo quo quis vtitur, sed actio efficientis non recipit modum ab eo quo quis efficit, sed a virtute actiua: vnde aliquis dicitur conficere sacramentum, & non conficere sacramentaliter, dicitur autem manducare & sacramentũ, & sacraliter. Et ideo nõ est mirum, si aliquid requiritur ad hoc ꝙ aliquis manducet sacramentaliter, quod nõ requiritur ad hoc quod efficiat sacrm.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ circa hoc est duplex opinio. Quidam.n. dicunt, ꝙ corpus Christi non man-
I ducatur a brutis, ita ꝙ in ventrẽ traiiciatur, eo ꝙ corpus Christi non est sub speciebus illis, nisi prout est ordinabile ad vsum humanum. Ex quo autẽ in ventrem muris descendũt species, non possunt ordinari ad vsum humanum, & ideo desinit esse corpus Christi. Sed hæc ratio non valet propter duo. Primo, quia supponit falsum. Cum enim non statim species in ventrẽ traiectæ esse desinant, vel in aliud conuertantur, possunt adhuc de ventre animalis extrahi, & in vsum venire. Secundo, quia quàmuis aliquid ordinetur ad vsum aliquem, non tamẽ oportet ꝙ esse desinat, quando quis eo vti non potest. Et ideo secundum alios dicendum, ꝙ verum corpus Christi manet adhuc sub speciebus a brutis ore acceptis, & in ventrem traiectis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nulla ordinatio bruti est ad corpus Christi, secundum quam possit Christo incorporari: & ideo nõ sumunt corpus Christi, nisi per accidens, inquantum sumũnt illud, sub quo est corpus Christi: & sic magister intellexit, ꝙ nõ sumitur corpus Christi a brutis: vel loquitur secundum aliam opinionem.

K ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ illud quod est sacramentum in baptismo est aliquis effectus inductus in recipiente, cuius creatura irrationalis capax esse non potest: & ideo sacramentũ baptismi creatura irrationalis neque per se, neque per accidens recipit: sed sacramentum eucharistiæ consistit in ipsa materiæ consecratione, & ideo potest creatura irrationalis ipsum accipere non per se, sed per accidens.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ creatura irrationalis nullo modo spiritualiter manducat, neq; sacramentaliter: quia neq; vtitur manducato vt sacramento, neq; manducat sacramentũ secundum rationem sacramenti: sicut dicitur sacramentaliter manducare infidelis, qui intẽdit recipere hoc quod recipit ecclesia, quàmuis hoc credat nihil esse. Et similiter etiã ille qui manducaret hostiam consecratam, nesciens eam consecratã esse, non manducaret sacramentaliter aliquo modo, quia nõ mãducaret sacrm nisi per accidens: nisi ꝙ plus accederet ad sacramentalẽ mandu-

manducationem inquantum est aptus natus sacramẽtum vt sacramentum manducare, quod bruto non competit: nec tamen oportet ꝙ sit alius modus mãducationis tertius a duob' prædictis, quia hoc quod est per accidẽs, in diuisionẽ nõ cadit.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ Christus est spiritualis electorũ cibus, non quidem in alios conuersus, sed ad se conuertẽs eos quos reficit: vnde spiritualiter Christum mãducare est Christo incorporari, quod per fidẽ & charitatem contingit. Et quia Christ' in seipso est spiritualis cibus, ideo in sacramentali cibo significatur, & continetur. Prius ergo naturaliter est Christum esse cibum spiritualẽ, quàm esse cibum spiritualem sub sacramento contentũ: quia prius est aliquid naturaliter proprietatem aliquam habens, q̃ similitudinẽ proprietatis illius ei significatio aliqua adhibeat. Vnde non quicumq; manducat Christum spiritualiter, mãducat hoc sacramentum spiritualiter: vtroq; tamen modo conuenit spiritualiter manducare non manducantem sacramentaliter. Manducat enim spiritualiter Christum, qui fidẽ, & charitatem ad ipsum habet sine ordine ad hoc sacramentum: non tamen mãducat talis spiritualiter hoc sacramentum, sed solum ille qui habet fidem & charitatem ad Christũ cũ deuotione & pposito sumendi hoc sacrm, etiã si sacraliter non manducet.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ sicut baptizatus baptismo flaminis emundationem cõsecutus est propter propositũ baptismi sacramentalis, & accipiens sacramẽtum ampliorem gratiam consequitur: ita etiam qui spiritualiter mãducauit in proposito & deuotione habuit manducationem sacramẽtalẽ, ad quam accedens ex ipsa vi sacramenti maiorem gratiam cõsequitur: vnde non sequitur quòd sacramentalis manducatio superfluat.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ antiqui patres non manducauerunt spiritualiter hoc sacramentum, quia nondum erat institutum, nec consecratio præcesserat, manducauerunt tamen spiritualiter Christum: & secundum hoc dicitur 1. Cor. 10. ꝙ omnes eandem escam manducauerunt spiritualem.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd manducare hoc sacramentum spiritualiter nõ competit angelis, quia eis Christus sub sacramento non proponitur, sed in nuda veritate: Christum tamen quodammodo spiritualiter manducant, & quodammodo non. Cum enim spiritualiter manducare sit Christo incorporari, secundum hoc aliquis Christum manducare potest, secundum quod eius membrũ effici potest, & Christus esse caput eius. Est autem Christus caput angelorum quodammodo, quia secundum rationem influentiæ, & secundum conformitatem naturæ in genere, & quodammodo non, quia non secundum conformitatem in specie, vt in 3. lib. dist.13. dictum est: & ideo vno modo spiritualiter mãducant Christum, & alio modo non. (q.8. artic.2. & 1. in cor.)

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Christus dicitur esca angelorum secundum diuinitatem, inquãtum angelos reficit: & secundum humanitatem, secundum quod in ipsum desiderant angeli prospicere, 1. Pet. 1. non tamen secundum conformitatem naturæ in specie.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si angelus assumpto corpore species masticaret, non tamen manducaret sacramẽtaliter: quia non manducaret sacramentum secundum rationem sacramenti, cum non habeat fidem, sed manifestam visionẽ, neq; habet conformitatem naturæ: & ideo non manducaret sacramentum, nisi per accidens.

ARTICVLVS III.

Vtrum peccet quis cum conscientia peccati mortalis corpus Christi manducans.

3.par.q.80. ar.4. lib.3. de libe.arb. cap.19.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non peccet quis cum cõscientia peccati mortalis corpus Christi manducans, quia secundum Aug. maximis bonis nullus male vtitur: sed corpus Christi de maximis bonis est. ergo nullus potest ipso vtendo peccare.

¶ 2 Præt. Infirmi non minus egent medicina, quàm medico: sed Christus in propria specie veniens, vt medicus non refugit peccatorum consortium, quia sicut ipse dicit Luc. 5. Non
A egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. ergo cum Christus sub sacramento proponatur vt medicina, non debet peccatoribus subtrahi.

¶ 3 Præt. Nullus peccat faciendo id quod tenetur: sed iste peccator tenetur ex præcepto ecclesiæ semel in anno corpus Christi sumere. ergo quàmuis sit in proposito peccandi, nõ peccat corpus Christi sumendo.

SED CONTRA. 1. Cor. 11. Qui manducat indigne, iudicium sibi mãducat: sed qui cũ consciẽtia peccati mortalis manducat, indi-
B gne manducat. ergo &c. Super Ioã. cap.6. tracta.26. & habet de consecr. dist.2. cap. Qui discordat.

¶ 2 Præt. Deus magis horret sordes spirituales, quæ sunt peccata, quàm sordes corporales: sed peccaret, qui corpus Christi in lutum proiiceret. ergo peccat qui corpus Christi in corpus suum peccato infectum intromittit.

VLTERIVS. Videtur quòd etiam ille qui non habet conscientiam peccati mortalis in peccato mortali existens, peccet corpus Christi sumendo. Peccatum enim facit hominem indigne accedere ad corpus Christi: sed ignorantia peccati, cui homo subiacet, non tollit peccatum, immo grauissime peccat qui ignorat secundũ Amb. ergo cum indigne accedens peccet mortaliter, videtur ꝙ habens peccatum, cuius nõ est cõscius, accedens peccet. II

Ex libr. de sacerdotali dignitate, cap.4.

¶ 2 Præt. In meliori statu est iustus habens conscientiam peccati mortalis, cui non subiacet, quàm peccator subiacens peccato, cuius non est conscius, quia hoc videtur esse presumptio-
C nis, primum autem humilitatis: quia secundum Greg. Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est: sed iustus carens peccato peccat, si cum conscientia peccati mortalis accedat. ergo multo fortius peccator, qui peccati sui sibi non est conscius.

Simile habet de verbor. signifi. in clemen. Exiui de paradiso.

¶ 3 Præt. Vbicumque requiritur examinatio, ibi est necessaria rei veritas, & non opinio tantum: sed ad hoc ꝙ aliquis digne accedat ad corpus Christi requiritur diligens examinatio suiipsius, vt patet 1. Cor. 11. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat. ergo necessarium est ꝙ sit puritas a peccato secundũ veritatem, & non solum secundum æstimationem.

SED CONTRA. Eccl. 9. dicitur. Nemo scit vtrũ odio, vel amore dignus sit. si ergo habens peccatum, cui non est conscius, peccaret corpus Christi sumendo, quicũq; sumit exponeret se periculo peccati mortalis, & ita nullus sumere deberet.

¶ 2 Præt. Ignorantia facti excusat: sed ignorantia peccati est
D huiusmodi. ergo excusat.

VLTERIVS. Videtur quòd manducans indigne corpus Christi magis peccet, quàm quodcumq; aliud peccatum committat. Sup illud Marc. 14. Væ homini illi &c. dicit glo. Væ homini illi, qui ad mensam domini accedit indigne: iste enim in exemplum Iudæ filium hominis tradit, & in 1. Cor. 11. dicit, quòd est reus sanguinis domini: sed Iudas, & illi qui sanguinẽ domini fuderunt, grauissime peccauerunt. ergo & hoc peccatũ est cæteris grauius. III 3.par.q.80 art.5.

¶ 2 Præt. Plus peccaret qui corpus Christi in lutum proiiceret, quàm qui aliquod aliud peccatum committeret, puta, fornicationem, vel aliud huiusmodi: sed deus plus horret sordes peccati, quàm sordes luti. ergo peccator sumẽs corpus Christi grauius peccat, quàm quodlibet aliud peccatum committens.

SED CONTRA. Quòd est per se malum, est maius malum, quàm quod est per accidens malum: sed alia peccata sunt per se mala, vt fornicatio: manducare corpus Christi est per se bonum, & per accidens malum. ergo est minus malum.

E VLTERIVS. Videtur ꝙ minus peccat hæreticus manducans corpus Christi, quàm fidelis peccator, quia peius est contemnere Christum, quàm contemnere sacramentum Christi: sed fidelis peccator manducans cõtemnit Christum, quem sub sacramento vere esse credit, infidelis autem contemnit sacramentum in hoc, quòd sub eo Christum esse nõ credit. ergo infidelis minus peccat. IIII

¶ 2 Præt. Quanto aliquod peccatum est magis dissonum a ratione, tanto est grauius: sed peccatum fidelis indigne sumentis est contra rationem naturalem manifeste, non autem illius qui non credit sub hoc sacramento Christum secundum veritatem esse, quia hoc supra rationem est, & supra sensum. ergo infidelis minus peccat.

SED CONTRA. Quanto aliquis magis elongatur à Christo realiter, tanto magis debet elongari sacramentaliter: sed

sed infidelis magis elongatur realiter, quia prima vnio ad Christum est per fidem, qua ille caret. ergo magis peccat accedendo ad Christum sacramentaliter.

V

VLTERIVS. Videtur quòd subiacens peccato carnis, magis peccat accedens ad hoc sacramentum, quàm subiacens peccato spirituali: quia peccatum mãducantium corpus Christi in peccato carnis existentium comparatur peccato Iudæ. vnde Hieron. Quid tibi cum feminis, qui ad altare cum deo fabularis? dic sacerdos, dic clerice, qualiter eisdem labiis filium dei oscularis, quib⁹ osculatus es filiam meretricis? o Iuda osculo filium hominis tradis: sed peccatum Iudæ fuit grauissimum. ergo talis grauius peccat.

Epistola ad Oceanum Tom. 2.

¶ 2 Præt. In peccato carnis est immunditia mentis & corporis. ergo magis facit contumeliam sacramento, qui cum peccato carnis corpus Christi manducat, quàm qui manducat cum peccato spirituali, vbi est immunditia mentis tantum.

Ex lib. 31. moral. c. 31 super c. 39. Iob.

SED CONTRA. Greg. dicit q̃ peccata spiritualia sunt maioris culpæ, cuius ratio est: quia peccata carnis magis ex infirmitate accidunt: sed ex hoc est aliquis indignus corporis, & sanguinis domini q̃ culpæ subiacet. ergo minus peccat accedens cum peccato carnis, quàm cum peccato spirituali.

VI

VLTERIVS. Videtur quòd peccator peccat videndo corpus Christi, quia corpus Christi est dignius, quàm arca testamenti: sed Bethsamitæ videntes arcam domini, quia peccatores erant, percussi sunt, vt dicitur 1. Reg. 6. ergo multo fortius peccator videns corpus Christi peccat.

¶ 2 Præt. Publicanus laudatur Luc. 18. de hoc, q̃ oculos non leuabat ad cælum: sed corpus Christi est dignius cælo. ergo debent peccatores ab aspectu corporis Christi abstinere.

SED CONTRA est consuetudo ecclesiæ, secundum quã eleuatur corpus Christi ab omnibus aspiciendum sine aliqua discretione videntium. ergo non peccat peccator videns.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd quilibet est conscientia peccati mortalis manducans corpus Christi, peccat mortaliter, quia abutitur sacramento: & quanto sacramentum est dignius, tanto abusus est periculosior. Ratio autem huius ex tribus potest sumi. Primo, ex eo quòd est sacramentum tantum, ex quo apparet, quòd hoc sacramentum in modum cibi proponitur, cibus autem non competit nisi viuenti: vnde si carens vita spirituali per peccatum mortale accipiat hoc sacramentum, abutitur ipso. Secundo, ex eo quòd est ibi res, & sacramentum, quod est ipse Christus, qui est sanctus sanctorum, vnde receptaculum eius debet esse sanctũ: & ideo si aliquis cum contrario sanctitatis corpus Christi sumat, sacramento abutitur. Tertio, ex eo quòd est res tantum, quod est corpus Christi mysticũ, quia ex hoc ipso quòd aliquis ad hoc sacramentum accedit, significat se ad vnitatem corporis mystici tendere: vnde si peccatum in conscientia teneat, per quod a corpore mystico separatur, fictionis culpam incurrit, & ita abutitur sacramento.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Aug. intelligẽdum est de eo, quo vitur quis sicut eliciente actũ vsus: sic enim virtutibus, quas maxima bona dicit, nullus male vtitur. Sed non est intelligendũ de eo, quo quis vtitur quasi obiecto vsus: sic enim etiam virtutibus aliquis male vtitur, qui de virtutibus gloriatur, & superbit: & ita etiam aliquis potest corpore Christi male vti sicut obiecto.

¶ Ad secundum dicendum, quòd duplex est medicina. Vna est remouens morbum, & talis infirmis debetur, & huic comparatur baptismus, & pœnitentia. Alia est promouens in perfectam sanitatem, & talis non debetur infirmis, sed iam sanis, & huic comparatur hæc medicina: vtraque autem medicina per medicum datur. Vnde non sequitur, si medicus non fugit infirmi consortium, quòd quælibet eius medicina infirmis dari debeat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd habens conscientiam mortalis, quod dimittere non proponit, peccat accedens ad sumendum corpus Christi, quia indigne accedit. Peccat etiam non accedendo tempore ab ecclesia constituto, quia inobediens est, non tamen est perplexus, quia potest se ab hoc dubio eripere peccati propositum dimittendo. Nihilominus tamen manente tali proposito minus peccat non sumendo, quàm sumendo: quia illud quod est malum secũdum se, est maius malum, quàm illud quod est malum, quia prohibitum: vnde primum se debet dimittere excommunicari, quàm cum proposito peccati corpus Christi sumat.

F

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd ignorãtia circunstantiæ a peccato excusat adhibita debita diligẽtia, præcipue quando est talis circunstantia, cuius certitudo plene haberi nõ potest. Quòd autem homo sit omnino a peccato immunis, per certitudinem sciri non potest. 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. Potest tamen de hoc haberi aliqua coniectura, præcipue per quatuor signa, sicut Bernard. dicit. Primo, cum quis deuote verba dei audit: quia qui est ex deo, verba dei audit, Ioan. 8. Secundo, cum q̃tis se promptum ad bene operandum inuenit: quia probatio dilectionis exhibitio est operis, vt dicit Gregorius. Tertio, cum quis a peccatis abstinendi in futurũ propositum habet. Quarto, cum de præteritis dolet, quia in his vera pœnitentia secundum Greg. consistit. Vnde si aliquis per huiusmodi signa facta diligenti discussione suæ conscientiæ, quàmuis forte non sufficienti, ad corpus Christi denote accedat aliquo peccato mortali in ipso manente, quod eius cognitionem præterfugiat, non peccat, immo magis ex vi sacramenti peccati remissionem consequitur. Vnde Aug. dicit in quodam sermone, quòd quando corpus Christi manducatur, viuificat mortuos.

G

H

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd duplex est ignorantia peccati. Vna, qua ignoratur an aliquid peccatum sit: & hæc quidem ignorantia si sit in sola cognitione consistens, quandoque excusat peccatum, sicut cum ignoratur circunstantia, quæ peccatum facit, sicut cum quis commiscetur alienę quam credit suam: & hic non habet locum authoritas Ambr. Quandoque autem non excusat, sicut cum est ignorantia vniuersalis iuris, immo ipsa ignorantia graue peccatum est, & videtur in his quæ per se mala sunt ad infidelitatem pertinere: in his autem quæ sunt mala, quia prohibita, ad negligentiam: & hic habet aliquo modo locum verbum Ambros. propter ignorantiæ periculum: quia medicina nõ quæritur cum morbus ignoratur, & etiam propter infidelitatem, quæ est grauissimum peccatum. Si autem sit talis ignorantia in cognitione simul & affectione consistens, sicut ignorantia electionis, quãdo quis in illicitum improhibite fertur, ac si esset licitum, sicut dicit Philosophus de his qui ex habitu alicuius vitij operantur, vt intemperati, tunc grauissime peccat qui ignorat, quia hæc ignorantia prouenit ex contemptu. Alia ignorantia peccati est, qua id quod scitur esse peccatum, iam non creditur esse, sed sibi dimissum esse: & talis ignorantia non excusat, nec aggrauat illud peccatum, cuius ignorantia dicitur: sed potest excusare respectu sequentis peccati, respectu cuius peccatum præcedens, quod ignoratum est, se habet vt circunstantia, quæ peccatum in actu sequenti induceret si sciretur: & ita est in proposito. Vnde quàmuis sit indignus ratione præcedentis peccati, non tamen indigne accedit: quia ignorantia excusat a peccato illum accessum, vt dictum est.

I

K

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut ignorantia circunstantiæ, quæ excusat peccatum, excusat a peccato, ita error circunstantiæ talis causat peccatum, vt patet in eo qui accedit ad suam, quam credit non esse suam. Et similiter est in proposito, quia iustus credens se peccatorem, errat in hac circunstantia. Vnde si tali d opinione manente corpus Christi manducaret, constat quòd eligeret se peccatorem corpus Christi manducare, ita electio esset praua. & peccaret: sed electio nõ est prana in eo qui peccatum habet quod nescit, & ideo quàmuis iustus sit simpliciter melius dispositus, tamẽ est peius dispositus quantum ad hoc.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ examinatio requiritur, ne ignorantia ex negligentia procedat, quia talis ignorantia non excusaret.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut meritum præcipue consistit penes charitatem, ita demeritum præcipue consistit penes contemptum dei: vnde secundum

dum quod aliquis deum per actum peccati magis contemnit, secundum hoc maiorem reatum incurrit: & ideo illa peccata quæ in actuali contẽptu consistunt, sunt grauiora illis, in quibus non est contemptus nisi ex consequenti, & quasi interpretatus: sicut accidit in fruitione creaturæ, per quam aliquis delectationi intendit, ex cuius intẽtione a præceptis dei discedit, & sic per consequens præcipientẽ contemnit. Peccatũ autem blasphemiæ in contemptũ principaliter consistit, & similiter peccatum accedentis indigne ad corp⁹ Christi, irreuerentia quædam & contemptus essentialiter est. Sciendũ autẽ q̃ contemptus ex duplici parte mensurari põt. Vno modo, ex parte contemnentis, & sic non põt fieri comparatio vnius generis peccati ad aliud genus, sed vnius particularis peccati ad aliudquia cõtingit in vno veniali peccato ex genere esse maiorem contemptum actualem, q̃ in vno grauissimo peccato mortali ex genere. Alio modo, ex parte eius quod contẽnitur, & sic est talis ordo peccatorũ, q̃ illud in quo ipse deus in seipso etiã cõtẽnitur, est peccatũ grauissimum, sicut peccatũ infidelitatis & blasphemiæ: & post hoc illud peccatũ in quo contemnitur deus in sacramento, & inter alia præcipue in isto, in quo essentialiter Christus deus & homo continetur. Nõ tamen contemptus iste est circa Christũ, vt est deus & homo, sed prout est in sacramento: & post peccatum illud, in quo contẽnitur deus in membris suis: & post peccatum, in quo contemnitur deus in præceptis suis, quod cõmune est omni peccato mortali: & ẽx hoc patet, q̃ peccatum, de quo nunc agitur, neq; est oũm grauissimũ, neq; est oũm minimum, sed est mediũ inter peccata quæ cõmittunt̃ in deũ, & alia peccata q̃ cõmittunt̃ in ꝓximũ, vel in seipsum: vnde ad vtraq; argumenta oportet respondere.

A

B

C

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ peccatũ indigne corp⁹ Christi manducantium comparatur peccato Christũ occidentium, inquantum vterumque peccatum in ipsum Christum cõmittitur: sed tamen peccatum Christum occidentium maius est, quia illud peccatum commissum est in ipsam Christi personam; hoc autem peccatum committitur in ipsum, secundum quod est sub sacramento.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ille qui corpus Christi in lutum proiiceret, magis peccaret, quàm mãducans peccator, quia magis abutitur sacramẽto, secundum quod longius a debito vsu sacramenti recedit, quo ab homine iusto sumendum est.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quàmuis corpus Christi manducare non sit malum nisi per accidens, tñ manducare corpus Christi indigne est malũ per se. Nullum enim peccatũ dicitur malũ per se, nisi propter corruptionem alicuius circunstantiæ.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, q̃ indigne mãducare est duo peccata considerare, s. peccatum quo indignus redditur ad mãducandum, & peccatũ quo indigne manducat: quia ergo peccatum infidelitatis est grauius cæteris aliis peccatis, ideo infidelis mãducans indignior est ad manducandum. Sed quia non credit illud quod sumitur esse tantæ dignitatis, quantæ est, ideo non tantum peccat in abusu: quia ignorantia infidelitatis quãmuis non excusęt sequens peccatum a toto, excusat tamen a tanto, vt patet de peccato occidentium Christum: quia si cognouissent, numquam dominum gloriæ crucifixissent, 1. Cor. 2. & per hanc ignorantiam eorum peccatum allegatur esse diminutum, vt dicit Ansel. & similiter Pau. de seipso dicit, Misericordiã consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea: & ideo infidelis indignior mãducat, sed peccator fidelis magis indigne.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ infidelis quantum ad peccatum infidelitatis contemnit Christum in sua persona, quia eius doctrinæ repugnat: quantum aũt ad manducationẽ contemnit quidem nõ expresse, sed interpretatiue inquantũ illa ignorantia, qua Christum sub sacramento esse non credit, non est insuincibilis: vnde quia põt facere vt credat, proinde reputatur ac si credat in genere peccati, quàmuis actualis & expressius cõtemptus aggrauet quantitatem istius peccati: & sic quantũ ad ipsam mãducationem magis fidelis peccator peccat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis ea quæ sunt fidei, & præcipue circa hoc sacramentum, non sint ita rationi humanæ consona secundum se considerata, tamen vt dicta a deo, & prodigiis approbata, sunt maxime rationi cõsona. Nihil enim est adeo rationi consonum, sicut q̃ deo sit credendum in omnibus quæ dicit, & cõtestatur. Doctrina autem fidei, cum accesserit principium ingrandi a domino contestante deo signis & prodigiis, & variis spiritussancti distributionibus, per eos qui audierunt, in nos confirmata est, Hebr. 2. & ideo peccatum infidelitatis est grauius, quàm peccatum indigne manducantis.

¶ Tertium autem argumentum concludit, quòd infidelis indigniior sit, & hoc cõcedendũ est.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd ad hoc q̃ aliquis digne corpus Christi a mãducet, duo requirũt, scilicet vt sit in statu gratiæ, per quam capiti Christo vnitur, & quòd in actu mẽs eius feratur ad diuina: vnde & sacerdos monet populum sursum corda ad deum habere. Peccatum autem quanto est grauius, tanto magis a gratia elongat: vnde cum peccata spiritualia secundum genus sint grauiora carnalibus, vt per Gregor. patet, quàmuis aliquod carnale aliquo spirituali sit grauius loquendo in genere, per peccatum spirituale aliquis efficitur magis indignus manducationis corporis Christi, quàm per peccatum carnale quantum ad primum quod requirebatur ad digne manducandum. Sed quia per peccatum carnale per luxuriam præcipue mens humana ddeprimitur, vt ad superna ferri non possit, quia etiam in actu matrimoniali spiritussanctus cordã prophetarum non tangit, vt Hieron. dicit: & secundum Philosophum in 7. ethic. impossibile est hominem aliquid intelligere in ipsa delectatione venereorum, per peccatum carnale homo magis indignus redditur quantum ad secundũ quod exigebatur ad digne manducandum. Sed quia multo grauius est habitum gratiæ tollere, quàm actum virtutis impedire, cum illud pertineat ad peccatum mortale semper, hoc autem interdum ad veniale, maior indignitas relinquitur ex defectu primi, quàm ex defectu secundi & ideo simpliciter loquendo, plus peccat qui peccato maiori irretitus accedit, nisi per ignorantiam excusetur. Certius autem cognosci potest peccatum mortale in peccatis carnis, præcipue luxuria, quàm in peccatis spiritualibus; & ideo quantum ad hoc per accidens peccat plus accedẽs cum carnali peccato, quàmuis simpliciter, & per se loquendo, peccet plus accedens cum spirituali, si spirituale carnali sit grauius,

Lib. 31. moral. cap. 31. super 39. c. Iob.

D. 717. 580.

D. 357. 372.

Cap. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc idem quod de peccato luxuriæ dicit Hieron. de quolibet peccato mortali dici potest: quia qui manducat indigne, reus est corporis & sanguinis domini aliquo modo, vt dictum est.

D

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa immũditia corporis procedit ex immunditia mentis, quia non inquinatur corpus, nisi de consensu mentis, vt dicit Lucia. Vnde magis pensatur indignitas ex mente, quàm ex carne.

Vt habetur ex cõi eius historia.

AD SEXTAM quæstionem dicendum, quòd ea quæ in sacramentis geruntur exterius, debent respondere his quæ interius geruntur: vnde secundum quod homo ad Christum accedit interius mente, ita ad eius sacramentum debet accedere corpore. Quidam autem non accedunt neq; fide, neq; charitate, vnde tales arcendi sunt ab inspectione sacramenti, & assumptione: quidam autem accedunt fide sine charitate, & tales possunt videre, sed non sumere, q̃ia per charitatem aliquis Christo incorporatur, sed non per fidem accedens, adhuc longius stat.

E

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ hoc non erat propter dignitatem arcæ, q̃ prohibita erat videri, sed propter figuram. omnia enim in figura contingebant illis, 1. Cor. 10. quia non licet nisi maioribus & perfectis secreta fidei, quæ per arcam signãtur, curiose scrutari: quia qui perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria, Eccles. 15.

F

¶ Ad secundum dicendum, q̃ humilitas alicuius commendatur in hoc etiam q̃ a licitis abstinet: & ideo non sequitur, si aliquis peccator abstinẽs ad hoc ad tempus laudatur, q̃ propter hoc non abstinens peccet.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum nocturna pollutio quæ in somnis accidit, sit peccatum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd nocturna pollutio quæ in somnis accidit, sit peccatum. Meritum enim & demeritum, cum sint contraria, nata sunt fieri circa idem:

3. par. q. 86. art. 7.

idem: sed homo in somnis mereri potest, sicut patet de Salomone qui dormiens a domino sapientiæ donum impetrauit, 2. Paralip. 1. ergo & potest aliquis demereri. ergo si in somnis in aliquod peccatum consentiat, peccatum est, quod in nocturna pollutione frequenter accidit.

¶ 2 Præt. Quicumque non habet mentem ligatam, nō excusatur a peccato, si aliquod turpe cōmittere consentiat: sed mens dormientis non videtur esse ligata, cum non sit actus corporis, ex cuius passione somnus accidit: immo videtur quòd debeat esse magis libera, quia immobilitatis exterioribus sensibus interiores, a quibus immediate mens accipit, confortantur, & quædam quandoque de futuris mente dormiens percipit, quæ vigilans percipere non potest. ergo non excusatur a peccato, si in aliquod turpe consentiat, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Quicumque potest deliberare, & ratiocinari, videtur vsum liberi arbitrij habere, quod inquirendo elegit: sed dormiens, vt experimento scitur, interdum argumentatur, & argumenta soluit, & legit. ergo habet vsum liberi arbitrij, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præt. Quicumque potest consentire & dissentire alicui turpi, reus esse videtur si consentiat, quia talis videtur esse dominus sui actus: sed dormiens aliquando dissentit turpitudini præsentatæ, aliquando autem consentit. ergo quando cō sentit, videtur esse reus peccati.

¶ 5 Præt. Actiones & motus ex terminis iudicantur: sed nocturna pollutio frequenter vigilia finitur, quàmuis in somno inchoetur. ergo est iudicanda, ac si in vigilia fieret, & ita est peccatum.

Cap. 12. tomo 3. SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 12. super Gen. ad literam. Ipsa phantasia quæ fit in cognitione sermocinantis, cum expressa fuerit in visione somniantis, vt inter illam & veram coniunctionem corporum non discernatur, continue mouetur caro, & sequitur quod eum motum sequi solet: cum hoc tamen sine peccato fiat, quæ sine peccato vigilantibus dicitur, quod vobis diceretur, sine dubio cogitatum est.

Cap. 2. & 3. ¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 1. eth. quòd secundum dimidium vitæ, scilicet somnum, non differt felix a misero, neq; vitiosus a studioso: sed secundum peccatum differunt. ergo peccatum non potest in somnis accidere.

II Vbi supra, VLTERIVS. Videtur quòd non impediat a sumptione corporis Christi. Veniale enim peccatū magis displicet deo, quàm quælibet immūditia corporalis, quæ fit sine peccato: sed nocturna pollutio non est peccatum, vt ex authoritate Aug. inducta patet. ergo cum veniale peccatum non impediret a sumptione corporis Christi, multo minꝰ nocturna pollutio ꝓdit.

¶ 2 Præt. Non est dubium quin peccatum mortale plus impedit, quàm nocturna pollutio: sed aliquis post peccatum mortale, confessus, potest corpus Christi māducare. ergo multo fortius qui pollutionem nocturnam confessus est, potest eadem die manducare corpus Christi.

¶ 3 Præt. Homo debet impedire peccatum alterius mortale quantumcumque potest: sed si aliquis in peccato mortali existens celebret Missam, constat ꝙ peccat mortaliter. ergo si aliquis non habens conscientiam peccati mortalis pollit hoc impedire celebrando loco eius, videtur ꝙ debeat celebrare etiam si sit nocturna pollutione pollutus.

¶ 4 Præt. Turpis cogitatio aliquando sine peccato accidit, vt Vbi supra. ex verbis Aug. inductis patet, crapulatio autem sine peccato Ad 11. interrogationem Aug. Anglorum epi. cap. 11. accidere non potest: sed secundum Greg. pollutio, quæ ex crapula accidit, a communione non impedit, si necessitas incumbat. ergo nec illa, quæ ex turpi cogitatione præcedente in vigilia procedit, nec illa quæ ex infirmitate naturæ, vt Greg. dicit. ergo nulla pollutio impedit.

Vbi supra. SED CONTRA est, quod dicitur Leuit. 15. Vir, a quo egreditur semen coitus, immundus erit vsq; ad vesperam: sed immundus nō licet sancta tangere. ergo multo minus corpus Christi manducare.

Cap. Non est peccatū §. Item qui. ¶ 2 Præt. Isid. dicit, & habetur in decret. dist. 6. Qui nocturna pollutione polluitur, quàmuis extra memoriam turpium cogitationum se sentiat, inquantum tamen hic vt tentaretur suæ culpæ tribuat, & suam immūditiam statim fletibus tergat: sed ille qui purgatione indiget, debet a perceptione huius sacramenti abstinere. ergo pollutus nocturna pollutione impedi-

F tur a perceptione corporis Christi.

VLTERIVS. Videtur ꝙ propter immunditiā peccati corporalē aliquis a perceptione huius sacri impediatur, Deut. 23. Habebitis locum extra castra. dicit glo. Corporalem mūditiam diligit deus. ergo corporalem immūditiam odit, & ita propter corporalem immūditiam debet homo ab hoc sacramento abstinere.

¶ 2 Præt. Maior est dignitas huius sacramēti, quàm omnium sacramentorum veteris testamēti: sed in veteri lege & mulieres post partum, & patiētes fluxum menstrui, & seminiſluui immundi reputabantur respectu sacramentorum veteris testamenti. ergo multo fortius debent abstinere a perceptione huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Sacerdoti leproso interdicitur facultas celebrandi, vt patet extra de cleric. ægro. vel debilit. c. Tua nos. ergo eadem ratione propter lepram debet laicus a perceptione huius sacramenti abstinere.

SED CONTRA. Pœna non debetur pœnæ, sed culpæ, alioquin consurgeret duplex tribulatio, quod est contra id quod dicitur Nahum. 1. sed omnes prædictæ immunditiæ corporales pœnæ quædā sunt. ergo propter eas non debet aliquis a sacramento altaris impediri, quod est maxima pœna.

¶ 2 Præt. Naturalibus nō meremur, neq; demeremur: sed oēs prædictæ immūditiæ ex causis naturalibus accidunt. ergo pp eas nō meretur aliquis a participatione huius sacri impediri.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd omne peccatum secundum Aug. est in voluntate: motus autē voluntaris præsupponit iudicium rationis, eo ꝙ est apparētis boni vel vere, vel falsē: vnde vbi nō potest esse iudicium rationis, non potest esse voluntaris motus; in somnis autem iudicium rationis impeditur. Iudicium enim perfectum haberi non potest de aliqua cognitione, nisi per resolutionem ad principia, vnde cognitio ortum habet: sicut patet, ꝙ cognitio conclusionum ortum habet a principiis, vnde iudicium rectum de conclusione haberi non potest, nisi resoluendo ad principia inde mōstrabilia. Cum ergo omnis cognitio intellectus nostri a sensu oriatur, non potest esse iudicium rectum, nisi reducatur ad sensum. Et ideo Philos. dicit in 6. eth. ꝙ sicut principia indemōstrabilia, quorum est intellectus, sunt extrema, scilicet resolutionis, ita & singularia, quorum est sensus: in somno autē sensus ligati sunt, & ideo nullum iudicium animæ est liberū neq; rationis, neq; sensus cōis, & ideo neq; motus appetitiuæ partis est liber: & propter hoc nō potest aliquis peccare in somno, neq; mereri. Sed tamē potest in somno accidere signum peccati, vel meriti inquantum somnia habent causas imaginationis vigilantium: vnde dicit Philos. in 1. eth. ꝙ inquantū paulatim pertranseant quidem motū, scilicet a vigilantibus ad dormientes, meliora sunt phantasmata studiosorum, quàm quorumlibet. & Aug. 12. super Gen. ꝙ propter affectionem animæ bonam etiam in somnis quædam eius merita clarent.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ secundum quod Aug. ibidem dicit, Salomonis petitio in somnis facta placuisse deo, & remunerationē inuenisse dicitur pro bono desiderio prius habito, quod in somnis per signum sanctæ petitionis claruit, non quòd tunc in somno meruerit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd mens humana habet duos respectus. Vnum ad superiora quibus illustratur, alium ad corpus a quo recipit, & quod regit: ex parte illa qua anima a supernis accipit, per somnum nō ligatur, immo magis libera redditur quanto fit a corporalibus curis magis absoluta: & ideo etiam ex influentia superni luminis aliqua de futuris percipere potest dormiens, quæ vigilans scire non posset. Ex parte autē illa qua a corpore recipit, oportet ꝙ ligetur quantum ad vltimum iudicium & completum ligatis sensibus, a quibus eius cognitio initium sumit, quàmuis etiam imaginatio eius non ligetur, quæ immediate ei species rerum subministrat.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ actus liberi arbitrij est eligere, secundum quod patet ex Aug. diffinitione in 2. lib. dist. 24. posita, electio autem est quasi conclusio cōsilij, vt dicitur in 3. eth. vnde ad iudicium pertinet, vel iudicium præsupponit: & ideo quàmuis aliquem vsum alicuius rationis homo dormiens habere possit, secūdum quod sensus minus ligantur, tamē vsum liberi arbitrij in eligendo habere non potest.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ secundum quod sensus magis, vel minus ligatur a passione somni, hoc etiam iudicium rationis

magis, vel minus impeditur. Vnde qñq; homo dormiēs cō A cato, sicut cū in cogitatione tm̄ manet, vt cum quis disputans de talibus, oportet ꝙ loquens cogitet: aliqñ etiam cum peccato veniali, qñ ad affectionem cogitatio pertingens in sola delectatione finitur: qñq; & cū mortali, qñ cōsensus adiungitur. Et quia cogitationi tali de propinquo est delectatio, & delectationi consensus, vnde etiam in dubiū potest verti, vtrū sequens pollutio ex peccato acciderit, vel nō, & aut venialī, aut mortali, satis probabiliter pōt coniici non præcessisse consensum, qñ in ipsa somni imaginatiōe ala dissentit: nō tñ oportet ꝙ si consentiat, ꝙ consensus in vigilando præcesserit, quia hoc pōt accidere pp ligamen iudicij rationis, quod qñq; magis, qñq; minus est liberum in somno: vnde in tali pollutione si ad causam recurrēs dubitet de cōsensu, omnino abstinere debet: si aūt expresse inueniat cōsensum nō præcessisse, & necessitas vrgeat, aut aliqua causa potior reformet pactum, pōt accedere, aut etiā celebrare nō obstante corporis immunditia, aut hebetatione mentis: aliàs si necessitas nō incumbat, vī non exhibere debitā reuerentiā sacro, non tñ si celebrat, mortaliter peccat, sed venialiter: sicut cum quis qñq; magis euagationem patitur. Qñ aūt ex illusione accidit, si illusio causa in nobis præcessit, puta, cum quis in deuotus ad diu miendum accesserit, idem est iudicium & de pollutione, quæ ex cogitatione præcedenti causatur. Si aūt in nobis causa nō præcesserit, immo magis causa contraria, & hoc frequenter accidat, & præcipue in diebus, quibus quis cōicare debet, signū est ꝙ diabolus homini fructū eucharistiæ percipiendæ auferre conatur. Vnde in tali casu consultum fuit cuidā monacho, vt in collationibus patrū legitur, ꝙ cōicaret, & sic diabolus videns se non posse cō suo intentū, ab illusione cessauit. Si aūt ex cibo præcedenti, aut potu acciderit, idem est iudicium & de pollutione, quæ ex turpi cogitatione processit, nisi intantū, ꝙ nō ita de facili accidit peccare mortaliter in sumptione cibi, sicut in cogitatione turpi. Et quia aliqñ hæc pollutio sine imaginatione accidit; illa vero numquàm: illa aūt quæ ex natura dispositione accidit, non est signum alicuius peccati, sed potest hebetationē mentis inducere, si cū imaginatione contingat, immūditiā aūt corporalē habet: & ideo si necessitas imminеat, vel deuotio exposcat, talis non impeditur, & præcipue qñ non cum imaginatione accidit, tñ si pp reuerentiam abstineat, laudādus est, qñ infirmitas non est perpetua. Et quia non ita de facili potest percipi ex qua causa contingat, ideo tuti⁹ est semper abstinere, nisi necessitas incūbat: debet aūt abstinere, vt dicunt, vsq; ad viginti quatuor horas, qa in tali spatio natura deordinata p corporalē immunditiam, & mentis hebetationē, reordinatur.

In glos. ordin. 1. Cor. 11. habentur hæc verba ex Aug. citata.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quāmuis peccatum quodlibet veniale magis ad impuritatem pertineat mentis secundum se, quàm pollutio nocturna, & secundū hoc magis deo displiceat: tamen peccatum veniale nō ita hebetat animā, & corpus inquinat, nec ita de facili est signū peccati mortalis, sicut pollutio: & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non esset consulendum alicui, ꝙ statim post peccatum mortale etiam contritus, & confessus, ad eucharistiā accederet, sed deberet, nisi magna necessitas vrgeret, per aliquod tempus propter reuerētiam abstinere: & præterea confessio purgat maculam mentis, non autem immunditiam corporalem, & hebetudinē, quæ contingit in mente ex depressione ipsius ad carnem.

¶ Ad tertium dicēdum, ꝙ quidā dicunt ꝙ homo debet peccare veniāliter vt alium a peccato mortali impediat: sed hoc dictū contradictionem implicat, quia ex hoc ipso ꝙ dicitur peccatum, ponitur in debitum fieri. Vnde si aliquid fit, quod nullo modo possit non esse peccatum, non debet fieri, nec etiā bonū est fieri, nec licitū, vt alius a peccato mortali liberetur, quāmuis ad hoc ex quadā pietate animi etiā multi boni inclinēturi sed pōt hoc contingere vt aliquid quod aliàs est peccatū venialе, ex tali causa factū desineret esse peccatū: sicut dicere aliquod verbum iocosum, qđ non esset otiosum si diceretur causa piæ vtilitatis: vnde si talis pollutio sit, ꝙ in casu necessitatis nō impediat, deberet pollutus in casu proposito celebrare, aliàs non.

Collat. 22. cap. 6.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ turpis cogitatio dicitur non solū quæ de turpibus est, quia de eis nō potest esse honesta cogitatio, se quæ turpitudinē habet pp delectationē, vel consensum adiunctum

adiunctum, & hæc quidem turpitudo magis horrenda est quàm illa quæ in cibo accidit, tum quia magis vitare potest, cum difficillimum sit in cibo modum tenere: tum quia est magis propinqua ad mortale peccatum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd cum iste cibus nō sit corporis, sed mētis cibus, magis in eius sumptione considerandad est dispō mentis, quàm corporis: & ideo distinguendum est in immunditia corporali tantum: quia aut est perpetua sicut lepra, aut diuturna, vel est temporalis & cito purgibilis, Si quidem sit perpetua, vel diuturna, tunc nullo modo propter hoc quis abstinere debet, ne propter immunditiam corporis perdatur fructus mentis, sicut accidit in leprosis patientibus fluxum sanguinis, uel seminis. Si autem sit temporalis, & facile expurgabilis, tunc si aliquis in mente sit bene dispositus, sumere non prohibetur: quamuis etiam possit ad tempus laudabiliter abstinere propter reuerentiam tanti sacramenti.

tum sacramentum, idest, corpus Christi sub sacramēto, & non rem spiritualem. Item. Non manducans manducat, & manducans nō manducat: quia non manducans sacramentaliter, aliquādo manducat spiritualiter, & econuerso. Et qui manducant spiritualiter, veri-

D.1015. Aug. ut citat Bernardus in Epistola ad Hyrenæum. Et habetur ubi sup. in Gl. ordinaria.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd deus diligit corporalem munditiam, & immunditiam odit secundum quòd pertinent ad reuerentiam, uel irreuerentiam sacramenti: & ideo si ex deuotione mentis non propter irreuerentiam aliquis cum immunditia corporali accedat, deus acceptat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd prohibitio immundorum in lege a sanctis magis erat propter significationem, quàm propter ipsas res: & ideo non oportet quòd similiter fiat in nouo testamento vbi veniente veritate figuræ cessauerunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd interdicitur sacerdoti leproso, ne celebret publice coram populo propter honorem: tamen secrete bene potest ex deuotione celebrare, nisi sit adeo corruptus quòd ministerium sine periculo explere non possit, leprosus tamen ad sacerdotium promoueri non debet.

ARTICVLVS V.

Vtrum sacerdos debeat dare corpus Christi petenti, si sciat ipsum esse peccatorem.

3.par.q.80. ar.6.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos dare non debeat corpus Christi petenti, si sciant ipsum esse peccatorem. Medicus enim non debet dare infirmo medicinam, quam scit ei esse mortiferam: sed sacerdos scit peccatori corpus Christi esse mortiferam causam. ergo non debet ei dare.

¶ 2 Præt. Contra veritatem vitæ non est faciendum aliquid propter vitandum scandalum: sed dare corpus Christi peccatori est contra veritatem vitæ, cum sit contra præceptum domini, Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. ergo quantumcunque possit sequi scandalum, nullo modo est ei dandum: sicut nec pro aliquo scandalo vitando deberet dari cani, aut in lutum proiici.

¶ 3 Præt. De duobus malis minus malum eligendum est: sed peccatori minus est malum si infametur, quàm si corpus Christi manducet indigne: ergo magis sacerdos debet ei negare in publico, etiam si crimē ipsius in notitiam venire debeat, quàm ei dare.

¶ 4 Præt. Si dat ei hostiam non consecratam, nullum scandalum erit. ergo videtur quòd hoc debeat magis facere.

De Eccles. Hierarc. & c.3.par.3.

SED CONTRA. Omnis Christi actio nostra est instructio: sed Christus dedit corpus suum in cæna Iudæ, ut habetur Io.13. & Dio. dicit. quamuis sciret eum peccatorem. ergo & sacerdos peccatori petenti denegare non debet.

¶ 2 Præt. Aug. dicit. Non prohibeat dispensator pingues terræ, idest, peccatores mensam domini manducare.

II

VLTERIVS. Videtur quòd suspectis de crimine etiam dari debeat. Suspitio enim dubitationem importat: sed dubia in meliorem partē interpretanda sunt. ergo videtur quòd debeat ei dari, ac si esset iustus.

Ex Episto. 120. ad Honoratum, & habetur de consec. dist. 2. c. Nihil prohibeat.

¶ 2 Præt. Experimentum non sumitur de aliquo crimine nisi de quo suspitio præcessit: sed corpus Christi dandum est aliquando alicui ad experimentum de peccato sumendum sub his verbis, Corpus domini sit tibi ad probationem hodie, vt dicitur in decret. secunda quæstio. 4. Sæpe contingit. ergo dari debet suspectis.

F SED CONTRA. Si suspectis de crimine daretur corpus Christi, esset scandalum populo videnti & scienti: sed scandalum vitandum est. ergo non oportet ei dari corpus Christi.

II

VLTERIVS. Videtur quòd amentibus corpus Christi dari non debeat: quia ad hoc quòd aliquis corpus Christi sumat, requiritur diligens examinatio, vt patet prima Cor.11. Probet autem seipsum homo &c. sed hoc non potest in amente præcedere. ergo non potest ei dari eucharistia.

tatem carnis & sanguinis dicūtur sumere, quia ipsam efficiētiam habent, idest, remissionem peccatorum, pro qua videtur orari, cū dicitur. Perficiant in nobis domine, quæsumus, tua sacrā qd continent, vt quod nunc specie gerimus, rerū ueritate capiamus. Rerū veritatē

G

Grego. in Homil. Paschali. & habetur de consec. d.2.c. Species. 3.74.

¶ 2 Præt. Inter amentes etiam energumini computantur, secundum Dio. in eccl. hierarc. energumini etiam ab inspectione diuinorum arcentur: vnde statim post euangelium in primitiua ecclesia per uocem diaconi cum catechuminis excludebantur. ergo non debet eis dari eucharistia.

SED CONTRA. Cassio. dicit. Eis, qui ab immundis vexantur spiritibus, communionem sacrosanctam a senioribus nostris nunquam meminimus interdictam. ergo cum tales sint amentes, amentibus debet dari.

¶ 2 Præt. In decret. 26. q. 1. dicitur, Qui recedunt Amentibus etiam quæcunque pietatis sunt, conferenda sunt, & loquitur de reconciliatione, & sacra communione.

II

VLTERIVS. Videtur quòd etiam pueris dandum sit corpus Christi, quia per baptismum aliquis ascribitur ad corporis Christi sumptionem, vnde & baptizato cōferendum est, ut Dio. dicit: sed pueri baptizati sunt. ergo & eis corpus Christi debet dari.

H

3.q.d.a.3. De Eccle. Hier. cap. par.3.

¶ 2 Præt. Vita spiritualis sicut est per baptismū, ita est per eucharistiam, quia dicitur Io.6. Qui manducat me, uiuit propter me: sed pueris datur baptismus vt habeant spiritualem vitam. ergo & similiter debet dari eis eucharistia.

SED CONTRA est, quòd iste cibus est grandium, ut patet per Aug. in libro confes. sed pueri nondum sunt grandes in fide. ergo non debet eis dari.

Lib.7.conf.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd si sacerdos sciat peccatum alicuius, qui eucharistiam petit, per confessionem, uel alio quolibet modo, distinguendum est, quia aut peccatum est occultum, aut manifestum. Si est occultum, aut exigit in occulto, aut in manifesto: si in occulto, debet ei denegare, & monere ne in publico petat: si aūt in manifesto petit, debet ei dare, primo quia pro peccato occulto penam inferens publicā, reuelator dest confessionis, aut proditor criminis. Secundo, quia quilibet Christianus habet ius in perceptione eucharistiæ, nisi illud per peccatum mortale amittat. vnde cùm in facie ecclesiæ non constet illum amisisse ius suum, non oportet ei in facie ecclesiæ denegari, alias daretur facultas malis sacerdotibus pro suod libito punire maxima pœna quos vellent. Tertio, propter incertitudinem status sumentis, quia spiritus vbi vult, spirat: vnde subito potest esse compunctus, & diuinitus a peccato purgatus, & diuina inspiratione ad sacramentum accedere. Quarto, quia esset scandalum si denegaretur. Si uero peccatum est manifestum, debet ei denegari siue in occulto, siue in manifesto peccat.

I

D.9.q.

D.93.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd potius deberet eligere medicus medicinam esse mortiferam infirmo, quàm sibi, si alterum oporteret. Et similiter sacerdos potius deberet eligere quòd peccator assumat ad perditionem suam, quàm ipse deneget in perditionem propriam in scandalizando, & peccatum occultum reuelando. Et prætereanon est certum, vtrum sit ei mortifera, quia subito homo spiritu dei mutatur, & iterum in ipsa petitione peccauit mortaliter in mortale peccatum consentiens.

K

¶ Ad secundum dicendum, quòd non dimittitur tantum propter scandalum, sed propter alias causas quæ faciunt, ne esset contra veritatem vitæ, si negaret dominus. ergo non prohibuit simpliciter dare, sed voluntatem dandi dicens, Nolite sanctum &c. Sacerdos autem in casu proposito non dat propria sponte, sed magis coactus: nec est similis ratio de animalibus brutis, & de proiectione in lutum, quia causæ prædictæ non sunt ibi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum Innocentium tertium cum nemo debeat vnum mortale committere, ut proximus aliud non committat, eligendum est potius sacerdoti non prodere peccatorem, quàm ut ille non peccet: sed peccator debet potius eligere ut abstinendo reddatur suspectus, quàm communicando manducet indignus.

¶ Ad

¶ Ad quartum dicendum, quòd nullo modo debet dari hostia non consecrata pro consecrata, tum quia in sacramento veritatis non debet esse aliqua fictio: tū quia non manducans adoret quod māducat, vt dicit Aug. daret sacerdos ei occasionem idolatrandi, vnde Decretalis dicit in casu cōsimili, q́ falsa sunt abijcienda remedia quæ sunt ueris periculis grauiora. Rōnes q́ sunt ad oppositum procedūt sub quādo peccator occult' publice petit.

D.717. & habetur de celebra. missa. c. De homine.

dicit ipsam efficientiā q.d. per hæc sacramēta præsta ut sicut sacramentaliter carnē Christi sumimus, ita spūaliter sumamus. Vel petit sacerdos ut Christus qui nūc sub spē panis & uini sumitur manifesta uisione, sicut in essentia diuinitatis est, quandoq; capiatur. Constat ergo a bonis & a malis sumi corpus Christi, sed a bonis ad salutem, a malis ad pernitiem.

B

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q́ triplex est suspitio. Quędā violentia, ad cuius contrarium non admittitur probatio, sicut si inueniatur solus cum sola nudus in lecto loco secreto & tempore apto ad commistionem. Alia est probabilis, sicut si inueniatur solus cum sola colloquens in locis suspectis & frequēter. Tertia est præsumptuosa, quæ ex leui coniectura ortum habet, hæc autem ultima deponenda est: in secunda non debet denegari, quia pœna non infligitur, vbi culpa ignoratur, sed de prima est idem iudicium quod de peccato. Vnde si sit suspitio procedens ex fama publica, non debet ei dari neque in occulto, neque in manifesto: si autem sit singularis ipsius sacerdotis, sic debet dari in publico, sed non in occulto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis non habeatur in prima suspitione certitudo sensibilis, uel per demonstrationem, tamen habetur talis certitudo quæ sufficit ad probationem iuris. Non enim in omnibus est similiter certitudo requirenda, ut dicitur 1. ethi. cap. 2.

¶ Ad secundum dicendum, quòd decretum illud abrogatum est, quia facere tales probationes esset tentare deum. Vel dicendum, q́ intentio illius decreti non est vt talis purgatio fiat, sed ut propter timorem talis purgationis a futuris abstineat.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q́ de amentibus distinguendum est. Quidam .n. dicuntur large amentes, quia debilem mentē habent, sicut dicitur inuisibile qd male vr, & tñ sunt aliquo modo docibiles eorū quę ad fidem & deuotionem sacramenti pertineant, & talibus non oportet corpus Christi denegari. Quidā uero sunt omnino carentes iudicio rōnis, & isti uel fuerūnt tales a natiuitate, & tunc eis non debet dari, quia non pñt ad deuotionē induci quæ requiritur ad hoc sacramentū, quàmuis quidā contrariū dicant: vel inciderunt in amentiā post fidem & deuotionem sacri, & tūc debet eis dari, nisi timeatur periculum uel de uomitu, uel de expuitione, aut aliquo huiusmodi. & hoc patet per hoc quod habetur in Decretis. 26. q. 6. c. Si is qui in infirmitate pęnitentiā petit, & dum sacerdos inuitatus ad eum uenit, uertatur in frenesi accepto testimonio ab astantibus qui petitionem audierunt, & reconcilietur, & eucharistia eius ori infundatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in isto casu præcedens deuotio computatr ei ad dignam manducationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dæmoniacis non est deneganda communio, nisi forte certum sit quòd pro aliquo crimine a diabolo torqueant, & de talibus loquitur Dionys. Vel dicendum, & meliūs quòd ipse uocat energumenos illos, in quibus adhuc uiget uirtus dæmonis propter peccatum originale nondum extirpatum, eo quòd nondum baptismi gratiam consecuti sunt, quibus adhibetur exorcissimus post catechismum ante baptismum: unde ipse ponit eos secundo loco post catechuminos.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd pueris carentibus usu rationis, qui non possunt distinguere inter cibum spiritualem & corporalem, non debet eucharistia dari, quàmuis quidam græci contrarium teneant, irrationabiliter autem, quia ad eucharistiæ sumptionem exigitur actualis deuotio, quam tales pueri habere non possunt: pueris autem iam incipientibus habere discretionem etiam ante perfectam ætatē, puta, cū sint decem, uel undecim annorū, aut circa, hoc potest dari, si in eis signa discretionis appareant & deuotionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q́ pueri baptizati acquirunt ius percipiendi corpus Christi, non tamen statim, sed tempore competenti, sicut & ius percipiendæ hæreditatis habent, quāuis eam statim non possideant. Dion. autem assignat ritum baptismi quo ad adultos, ut patet inspicienti uerba eius.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per baptismū datur primus

A actus uitæ spiritualis, unde est de necessitate salutis: & ideo pueris baptismus dandus est, sed per eucharistiam datur complementum spiritualis uitæ: & ideo illis qui perfectionis secundæ, quæ est per actualem deuotionem, possunt esse capaces, debet dari prout habetur de consec. dist. 4. In ecclesia.

DISTINCTIO X.

A

De hæresi aliorum, qui dicunt corpus Christi non esse in altari, nisi in signo.

SVNT item alij præcedentium insaniam transcendētes, qui Dei uirtutem iuxta modum naturalium rerum mentientes, audacius ac periculo-

B

EXPOSITIO TEXTVS.

VBI dicitur. *Non cogitetis uitam habere posse qui sunt expertes corporis & sanguinis Domini.* Et loquit de pueris, intelligendū est quantū ad rē sacri, quæ est unitas ecclesiæ extra quā nō est salus, nec uita, & non quantū ad sacrālem manducationem. *Crede, & manducasti.* Intelligendū est de manducatione spūali & fide formata, ideo aūt potius fidem cōmemorat, quia ipsa est quæ maxime in sacris operatur. *Nos corpus Christi facti sumus.* ergo spiritualiter manducamus nosipsos: & dicendū, q́ nos non sumus corpus ipsius nisi rōne unionis, quā manducādo spūaliter acquirimus. *Ecce factū est malū.* Cōtrariū dicit supra eodē capite. Indigne quis sumens corpus Christi, non efficit vt malū sit qd accipit, & dicendum q́ non fit malum in se, sed fit malū, idest, nociuū ei. *Ita spiritualiter sumamus.* Contra, quia in patria nullus vsus sacramēti erit. ergo nec spiritualis sumptio. Et dicendum q́ dicitur spūalis sumptio cōsecutio rei sacramenti, quā sacramentū statim non efficit, sed tantum significat. s. fruitio diuinitatis, quam etiam significat sacramentalis manducatio.

C

De consec. dist. 2. Ego Berēgari. Et Ioan. Vuicleff. ut patet ex cōcil. Constantiensi. sess. 8. Ioā. Oecolampad. modo. hæretic.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM magister determinauit q́ in hoc sacro tria inueniūtur, aliquod qd est sacrm tm, & aliquid qd est res & sacramentū, & aliquid qd est res tm, & sm hoc diuersimode diuersi manducant: in parte ista incipit prosequi de singulis dictorū trium in speciali. Vnde diuiditur in partes tres. In prima, determinat de ipso vero corpore Christi qd est sacramentū, & res cōtenta in sacramento. In secunda, de speciebus panis & vini, quæ sunt sacrm tm 12. dis. 1. ibi. *Si autem quæritur de accidentibus.* In tertia, determinat de effectu sacri, qui est res tm, in fine dist. ibi. *Institutum est hoc sacramentum.* Prima in duas. In prima, ostendit verū corpus Christi in altari contineri sub sacro. In secunda, determinat de transubstantiatione p quā fit ut ibi sit uerū corpus Christi. dis. 11. *Si autem quæritur qualis &c.* Prima in tres. In prima, ponit errorē quorūdā negantiū ueritatē, quā asserere intēdit, & probationes eorū. In secūda, soluit probationes ipsorū, ibi. *Quæ ex eadem ratione &c.* In tertia, inducit auhoritates ad ueritatem probandā, ibi. *Hæc, & his similia obijciunt &c.* Secunda pars diuiditur in partes tres. In prima, exponit authoritates quas illi errātes pro se inducunt, & expositionem sanctorū prædictam confirmat. In secunda, ostendit dubitationem esse de quadam authoritate Aug. inducta pro se, ibi. *Deinde addit quòd magis mouet &c.* In tertia exponit eam, ibi. *Attende his diligenter &c.*

D

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quatuor quæruntur.

E ¶ Primo, Vtrū uerū corpus Christi contineatur in hoc sacro.

¶ Secundo, Vtrum totus Christus contineatur in sacramento sub speciebus quæ manent.

¶ Tertio, Qualiter sit ibi.

¶ Quarto, Quomodo possit agnosci corpus Christi secundum quod est sub sacramento.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum in sacramento altaris contineatur uerum corpus Christi.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in sacramento altaris non contineatur verum corpus Christi. In his .n. quæ ad pietatem & reuerentiam pertinent diuinam, nihil debet esse qd in crudelita- 3.par.q.75. ar.1.

tem, vel irreuerentiā sonet: sed manducare carnes hominis sonat in quandam bestialem crudelitatem & irreuerentiam manducati. ergo & in sacramēto pietatis, qđ ad manducationis vsū ordinatur, nō debet esse verū corpus Christi qđ manducatur.

¶ 2 Præt. Sacramenta ordinantur ad vtilitatem nostram: sed Ioan. 6. dicitur. Caro nō prodest quicquam. ergo corpus Christi, siue eius caro, nō debet esse in hoc sacramento, sed solum eius spiritualis virtus.

Homil. 28. ¶ 3 Præt. Greg. dicit ĩ homel. de Regulo, Corporalem præsentiam domini quærebat, qui per spiritum nusquàm deerat: minus itaque in illum credidit, quem non putabat posse salutē dare, nisi præsens esset in corpore: sed nō ponimus ꝙ corpus Christi sit in altari, nisi vt nobis sit causa salutis. ergo videt̃ ꝙ ex infirmitate fidei procedat.

Ioan. 6. Aug. super psal. 54. Et de cons. di. 2. c. Prima quidem.

sius ueritati contradicunt asserentes in altari non esse corpus Christi, uel sanguinem, nec substantiam panis, uel uini in substantiam carnis & sanguinis conuerti, sed ita Christum dixisse. Hoc est corpus meū: sicut Apostolus dicit, Petra autem erat Christus. Dicunt.n. ibi esse corpus Christi tm̃ in sacramento.i. in signo, & tm̃ in signo manducari a nobis, qui errandi occasionem sumunt a uerbis ueritatis: unde prima hæresis facta est in discipulis Christi. Cū.n. diceret, Nisi quis mãducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meū, non habebit uitā æternā, illi non intelligentes dixerunt. Durus est hic ser- G mo, quis potest eū audire? & abierunt retro. Illis discedentibus instruxit duodecim qui remanserāt. Spiritus est, inquit, qui uiuificat, caro nihil prodest. Verba quæ locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Intellexisti spiritualiter, spiritus & uita sunt: intellexisti carnaliter, ēt sic spūs & uita sunt, sed tibi nō sūt. Spūaliter intellige quæ locutus sum. Non hoc corpus qđ uidetis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigēt. Sacramētū aliquod uobis commendaui: spiritualiter intellectum uiuificabit uos, caro autem non prodest quicquam. Sunt etiam alia illorū insa-

¶ 4 Præt. Nihil potest esse nunc, vbi prius non fuit loco præexistente, nisi ipsum mutetur: sed corpus Christi ante consecrationem non erat in altari. si ergo post consecrationem sit ibi secundum ueritatem, oportet quòd aliquo modo sit mutatum, quod non potest dici. ergo non est uerum ibi corpus Christi.

¶ 5 Præt. Nullum corpus potest esse simul in diuersis locis: sed corpus Christi est in cælo uere, quo ascendit. ergo impossibile est quòd sit in altari. Probatio primæ. Nihil continetur extra suos terminos, si terminos habeat: sed termini cuiuslibet corporis locati sunt simul cum termino corporis locantis. ergo nullum corpus locatum in vno loco potest esse extra terminos illius loci, & ita non potest esse in duobus locis simul.

¶ 6 Præt. Eadem ratione potest poni corpus Christi esse in diuersis locis, & esse ubique: sicut ponentes angelum esse in diuersis locis, dicunt quòd est ubicumque uelit: sed ponere quòd corpus Christi ubique possit esse, est hæreticum, quia hoc solius diuinitatis est. ergo non potest esse in diuersis locis simul.

¶ 7 Præt. Angelus est simplicior quàm corpus Christi: sed angelus non potest esse simul in pluribus locis. ergo neque corpus Christi, & sic idem quod prius.

¶ 8 Præt. Corpus Christi inquantum corpus, non habet quòd sit in pluribus locis, quia sic cuilibet corpori conueniret: neque inquantum gloriosum, quia multo fortius spiritui glorificato conueniret: neque inquantum diuinitati unitum, quia unio non ponit ipsum extra limites corporis. ergo nullo modo sibi competit.

Sed contra. 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit non diiudicans corpus domini: sed si esset corpus Christi ibi secundum solam significationem, non oporteret diiudicare hunc cibum ab alijs, quia quilibet panis eadem ratione signat corpus Christi. ergo oportet ponere quòd sit ibi uerum corpus Christi.

¶ 2 Præt. Veritas in nouo testamento debet respondere figuris ueteris testamenti: sed in ueteri testamento ipse agnus, qui figurabat Christum, sumebatur in cibum, ut patet Exod. 12. ergo in noua lege ipsum uerum corpus Christi quod per agnum significatur, debet manducari.

¶ 3 Præt. Deuter. 32. dicitur. Dei perfecta sunt opera: sed non perfecte coniungeremur deo per sacramenta quæ nobis tradidit, nisi sub aliquo eorum ipse vere contineretur. ergo in hoc sacramento verū corpus Christi continetur, quia non est aliud assignare sacramentum, in quo Christus realiter contineatur. Ad hoc etiam sunt multæ authoritates in litera positæ.

Respon. Dicendum, quòd sub sacramento altaris continetur uerum corpus Christi, quod de Virgine traxit: & contrarium dicere est hæresis, quia derogatur ueritati scripturæ, qua dominus dicit. Hoc est corpus meum. Ratio autem quare oportet quòd in hoc sacramento ipse Christus contineatur, in principio huius tractatus dicta est, quia scilicet non ita perfecte nobis Christus coniungeretur, si sola sacramenta illa haberemus, in quibus coniungitur nobis Christus

Matth. 26. Dist. 8. in litera Magistri & ar. 3. D. Tho.

F per uirtutem suam in sacramentis illis participatam: & ideo oportet esse aliquod sacramētū in quo Christus nō participatiue, sed per suam essentiam contineatur, vt sit perfecta coniunctio capitis ad membra: consequuntur autem & aliæ utilitates, sicut ostensio maximę charitatis in hoc, quòd seipsum dat nobis in cibum, subleuatio spei ex tam familiari coniunctione ad ipsum, & maximum meritum fidei in hoc, quòd credūtur multa in hoc sacramēto quæ non solum præter rationem sunt, sed etiam contra sensum, ut uidetur, & multæ aliæ utilitates quæ explicari sufficienter non possent.

Aug. super Ioā. c. 6. circa med.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ in crudelitatem sonaret, & maximam irreuerētiam, si corpus Christi ad modum cibi corporalis manducaretur, vt scilicet ipsum uerum corpus Christi dilaniaretur, & dentibus attereretur: hoc autē non contingit in sacramentali manducatione, quia ipsum per manducationem non laceratur, sed manducantes integros facit speciebus, sub quibus latet, di H uersis, ut infra dicetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nihil prodesset caro Christi corporaliter manducata, ut dictum est: multum autem prodest sacramentaliter manducata. vnde August. dicit. Caro non prodest quicquam, sed quomodo illi intellexerunt: sic enim intellexerunt carnem quomodo in cadauer uertitur, aut in macello dilaniatur.

Dist. 2. in Magistro in litera, & in ipso. S. Th. ar. 3. q. 1. Aug. super Io. c. 6. circa 27.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non dicimus uerum corpus Christi esse in altari, eo quòd aliter non posset salutem conferre, sicut Regulus credebat. sed quia iste est conuenientissimus modus saluandi, sicut & conuenientissimus modus reparationis humanæ fuit per hoc, quòd Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: quàmuis etiam alius modus reparationis fuit possibilis.

¶ Ad quartum dicendū, quòd non oportet semper illud quod I est nunc, ubi prius non fuit localiter, mutatum esse: quia potest aliquid esse conuersum in ipsum, sicut cum aer in ignem conuertitur, sed tamen ignis mutatur mutatione generationis: & hoc accidit, quia ignis in illa conuersione non est terminus generationis, sed compositum ex subiecto generationis, scilicet materia, & termino, scilicet forma: vnde forma ipsa quę est terminus, per se non generatur, vt in 7. meta. probatur: generatur autem per accidens, quia non est per se subsistens, sed in alio, quo mutato mutari dicitur. Corpus autem Christi est in altari cum prius non fuerit, quia panis conuersus est in ipsum, ita quòd ipsum totum corpus est terminus per se conuersionis, sicut ibi erat forma: non tamen est ens in alio sicut forma, sed per se subsistens: & ita non oportet quòd sit localiter motum, neque generatum per se, neque per accidens. T. com. x

¶ Ad quintum dicendum, quòd nullum corpus comparatur ad locum, nisi mediantibus dimensionibus quantitatis: & ideo K ibi corpus est aliquod ut in loco, ubi commensurantur dimensiones eius dimensionibus loci: & secundū hoc corpus Christi non est nisi in uno loco tantum, s. in cælo. Sed quia conuersa est in corpus Christi substantia panis, qui prius erat in hoc loco determinate mediantibus dimensionibus suis, quæ manent transubstantiatione facta: ideo manet locus non quidem immediate habēs ordinem ad corpus Christi secundum proprias dimensiones, sed secundū dimensiones panis remanentes, sub quibus succedit corpus Christi substātię panis: & ideo non est hic ut in loco per se loquendo, sed ut in sacramento, non solum significante, sed continente ipsum ex ui cōuersionis factæ: & sic patet ꝙ corpus Christi non est extra terminos loci sui secūdum qđ ei cōpetit esse alicubi intus, uel extra ex dimensionibus proprijs, quod est per se alicubi esse intus, uel extra: sed est extra terminos loci quasi per accidens, s̃m quod competit ei esse alicubi ratione illarum dimensionum quæ remanent ex illo corpore, qđ conuersum est in corpus Christi.

¶ Ad

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ sicut ex dictis patet, corpus Christi nō dicitur esse alicubi nisi ratione dimensionum propriarum, & illius corporis quod in ipsum conuersum est: non est autem possibile, quòd dimensiones eius propriæ sint vbique, neque quòd corpus in ipsum conuertendum vbique sit: & ideo quāuis corpus Christi sit in pluribus locis aliquo modo, non tñ potest esse vbiq;.

Super Ioā. tr. 30.

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ ratio illa bene sequeret̃, si ratione propriorum terminorum esset ĩ plurib' locis, quod multo fortius angelo conueniret, sed cōuenit ei inquantū aliquod corpus conuertitur in corpus Christi, non autem in angelum.

August. ad Dardanum Epist. 57. Matth. 26.

¶ Ad octauum dicendum, quòd hoc nō competit corpori Christi neque inquantum est corpus, neque inquantum est glorificatum, neque inquantum diuinitati vnitū, sed inquantum est terminus conuersionis: vnde similiter accideret de corpore lapidis, si deus simili modo panis substātiam in lapidem conuerteret, quod non est dubium eum posse.

niæ fomitem ministrantia. Ait.n. Aug. Donec sæculum finiatur, sursum est Dominus, sed tamen etiā hic nobiscum est veritas Domini. Corpus enim in quo resurrexit, in vno loco esse oportet: veritas autē eius vbique diffusa est. Item, vna persona Deus & homo, vbiq; per id qđ est Deus, in cęlo per id quod homo est. Christus etiā dicit. Pauperes semper habebitis vobiscū, me autem non semper habebitis. His alijsq; vtuntur præfati hæretici in assertione sui erroris.

Articvlvs II.

b Vtrum Christus contineatur sub sacramento quantum ad animam.

q. 76. ar. 1. ad 1.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd Christus non contineatur sub sacramento quantum ad animam: quia Christo non competit esse in altari, vt dictum est, nisi secundum quod panis in ipsum conuertitur: sed constat ꝙ panis nō conuertitur in aīam Christi. ergo aīa Christi nō est ibi.

¶ 2 Præt. Christus est in sacramento altaris vt cibus fidelium: sed non est cibus secundum animam, sed secundum corpus, quia dicit, Caro mea vere est cibus, Ioan. 6. ergo non est ibi secundum animam.

¶ 3 Præt. Forma sacramenti debet respondere sacramento: sed in forma non fit mentio de anima, sed solum de corpore, quia dicitur, Hoc est corpus meum. ergo non est ibi secundū aīam. (Matth. 26.)

Sed contra. Quæcumque non separantur secundum esse, vbicumque est vnum, & aliud: sed vnum est esse animæ Christi & corporis; sicut materiæ & formæ. ergo cum corpus Christi sit in altari, erit ibi anima.

¶ 2 Præt. Corpus Christi non est in sacramento inanimatum: sed corpus sine anima est inanimatum. ergo Christus non est ibi secundum corpus tantum, sed etiam secundum animam.

II Vbi supra ar. 1.

Vlterivs. Videtur quòd sub specie panis Christus non contineatur inquantum ad carnem animatam, quia vt dictum est, corpus Christi est ibi secundum quod cibus: sed esse cibum non conuenit nisi carni, vnde Ioan. 6. Caro mea vere est cibus. ergo non est ibi aliqua pars corporis, nisi caro.

¶ 2 Præt. Quod iam est, non oportet fieri. si ergo in pane consecrato sunt omnes partes corporis Christi, erit ibi sanguis. ergo non oportet ꝙ per consecrationem vini iterum ibi fieret.

¶ 3 Præt. Deus in reuelationibus veritatem ostendit, alias reuelatio esset causa erroris, quod est inconueniens: sed species panis ostensa est aliquando vt caro tantum, sicut legitur in vita beati Greg. ergo non est sub specie panis aliquid de corpore Christi nisi caro, & non sanguis, vel os, vel aliud huiusmodi.

Sed contra. Sicut corpus Christi significatur in sacramēto, ita continetur ibi: sed significatur secundū quod est, aliàs significatio esset falsa. ergo est ibi secundum quod est: sed caro non est sine sanguine, & alijs partibus corporis. ergo est ibi non solum caro, sed etiam aliæ partes corporis.

In litera Magistri.

¶ 2 Præt. In specie panis significatur totum id quod est res tantum sine sacramento, scilicet vnitas corporis mystici, & similiter in vino, vt ex dictis. 8. dis. patet: sed sicut signat id quod est res tantum, ita significatur & continetur id quod est res & sacramentum. ergo & totus Christus qui est res & sacramentum, continetur sub vtraque specie.

III Vbi supra ar. 4.

Vlterivs. Videtur quòd non sit ibi corpus Christi secundum propriam quantitatem. Nihil enim quod manet, con- A uertitur in alterum: sed quantitas panis manet. ergo non conuertitur in quantitatem corporis Christi: sed corpus Christi non est in altari, vt dictum est, nisi vt est terminus conuersionis. ergo non est ibi secundum propriam quantitatem.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 3. phys. Corpus naturale non potest esse simul cū dimensionibus separatis, quia tunc duæ dimensiones essent simul: sed dimensiones panis manent. ergo sub eisdem dimensionibus non potest esse corpus Christi cum dimensionibus proprię quantitatis. T.com.43.

Determinatio præmissorum.

Qvae ex eadem ratione omnia accipienda sunt. Non.n. verbis his negatur, verum corpus Christi a fidelibus sumi, vel in altari esse, sed in his Veritas Apostolos, & ĩ eis nos B instruxit. Quod ipsius corpus non in partes discerptum, vt putauerūt illi Discipuli qui retroierunt, sed integrum, nec visibiliter in forma humana: sed inuisibiliter sub forma panis & vini, corpus &

Ioan. 6.

¶ 3 Præt. Accidens plus depēdet a substantia, quàm substantia ab accidente: sed ex parte eius quod est sacramentū tantū, inuenitur accidens sine substantia. ergo multo magis potest poni ex parte eius quod est res & sacramentum, quòd sit substantia sine accidente, & ita corpus Christi sine quantitate.

¶ 4 Præt. Sicut dictum est supra, Vbicumque est corpus aliquod secundum proprias dimensiones, est ibi vt in loco: sed corpus Christi non est sub sacramento vt in loco, quia iam esset extra terminos loci proprij. ergo impossibile est quòd sit ibi secundum dimensiones proprias. Ar. præced. ad 5.

C Sed contra. Subiectum numquàm separatur a propria passione: sed substantiæ corporalis propria passio est quantitas dimensiua. ergo cum substantia corporis Christi sit sub sacramento, etiam quantitas eius dimensiua erit.

¶ 2 Præt. De ratione corporis viui est organizatio, vt patet in 2. de anima: sed organizatio requirit diuersum situm partium, situs autem præsupponit quantitatem. ergo oportet cum corpus Christi sit viuum sub sacramento, quòd sit ibi sub propria quantitate. T. com. 6. & 7.

IIII Vbi supra.

Vlterivs. Videtur quòd non sit ibi secundum totam quantitatem suam. Constat enim ꝙ quantitas corporis Christi non inuenitur extra corpus Christi, vt corpus Christi sit sine propria quantitate: sed constat quòd corpus Christi non est vltra dimensiones panis, neque aliqua pars dimensionis est sub qua non sit corpus Christi. ergo si est ibi quantitas tota corporis Christi neque excedit dimensiones panis, neque exceditur: sed communis animi conceptio est quòd duæ quanti- D tates, quarum vna alteri superposita neque excedit, neque exceditur, sunt æquales, vt patet in principio Euclidis. ergo quātitas corporis Christi tota æquatur quantitati panis, quod est falsum, quia contingit esse maiorem & minorem.

¶ 2 Præt. Nullum corpus secundum totam suam quantitatem potest contineri indifferenter magna & parua quantitate extrinseca: sed corpus Christi continetur indifferenter sub parua parte, vel magna panis consecrati. ergo non est ibi secundum totam suam quantitatem.

¶ 3 Præt. Quandocumque sub aliqua quantitate extrinseca continetur corpus aliquod habens partes distinctas secundū suam intrinsecam quantitatem totam, cōtingit assignare sub qua parte illius quantitatis singulæ partes contineantur: sed corpus Christi, cum sit organicum, habet partes distinctas. si ergo secundum totam suam quantitatem continetur sub dimēsionibus, erit assignare vbi sit caput eius, & manus, & pes, E quod est impossibile: quia paruitas quantitatis non sufficit ad talem distantiam, & præcipue cum partes habeant distantias determinatas propter multa intermedia quę habent quantitates determinatas.

Sed contra. Formalitas corporis attenditur secundum totalitatem quantitatis eius, quia secundū quantitatem diuidit̃, & partes habet: sed secundū Aug. Christus totus manducatur in sacramento. ergo est ibi s̃m totā suā quantitatem.

In quodam ser. de ver. Euāgelii, & habet̃ de cō sec. dis. 2. c. Inuitat & c. Qui mãducat.

¶ 2 Præt. Impossibile est aliquid esse alicubi secundum partem quantitatis, & non secundum totam, nisi diuisa quantitate ipsius: sed quantitas corporis Christi non diuiditur actu, quia corpus illud diuidi est impossibile. ergo cū in sacramento contineatur aliquid quantitatis corporis eius, impossibile est dicere quòd non contineatur in toto.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in sacramento altaris continetur aliquid dupliciter. Vno modo,

ex vi sacramenti: alio modo ex naturali concomitantia. Ex vi quidem sacramenti continetur ibi illud, ad quod cõuersio terminatur. Ad quid autem terminatur conuersio, sciri potest ex tribus Primo, ex eo quòd conuertebatur: non enim conuertitur materia sacramẽti nisi in id, ad quod habet similitudinem secundum proprietem naturæ suæ, sicut vinum in sanguinem; Secundo, ex significatione formæ, cuius virtute fit conuersio, vnde in illud conuersio terminatur quod est significatum per formam; Tertio, ex vsu sacramenti: quia quod pertinet ad cibum, continetur sub specie panis ex vi sacramenti: quod pertinet ad potum, sub specie vini. Ex naturali autem, concomitantia, & quasi per accidens continetur sub sacramento illud, quod per se non est terminus conuersionis, sed sine quo terminus conuersionis esse non potest. Secundum hoc ergo patet, quòd cũ anima Christi non habeat similitudinem cum substantia panis, nec in forma sacramenti de anima fiat mentio, nec anima cõueniat ad vsum sacramenti, qui est manducare & bibere, ad animam non terminatur cõuersio panis, nec vini, sed ad corpus & sanguinẽ Christi, quæ ab anima separata non sunt: & ideo anima non continetur ibi ex vi sacramenti, sed tamen continetur ibi ex naturali concomitantia ad corpus quod viuificat. Vnde si fuisset facta conuersio panis in corpus Christi, quãdo erat mortuum, anima non fuisset sub sacramento. Et quod dictum est de anima, debet intelligi de diuinitate, nisi quòd diuinitas eius, etiam præter sacramentum, est vbique. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

De consec. dist. 2. cap. Hæc Aug. verba citantur. ex episto. ad Irenæum habentur de consec. dist. 2. cap. Non hoc.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd duplex est vsus sacramenti, scilicet manducare, & bibere. Manducare autem est vsus cibi sicci: sed bibere est vsus cibi humidi, qui potus dicitur: & ideo sub specie panis qui ad vsum manducationis ordinatur, continetur ex vi sacramenti non solum caro Christi, sed os, & omnes huiusmodi partes, non autẽ sanguis: quia continetur ex vi sacramenti sub specie vini, qui ad vsum potus ordinatur, quàmuis ex naturali concomitantia & sanguis sit sub specie panis, & caro sub specie vini.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ponitur ibi pars pro toto. s. caro pro toto corpore, & hãc partem specialiter posuit, vt per similitudinem manducationis corporalis cui præcipue caro apta est, manuduceret ad sacramentalem: quàmuis etiam ossa, & aliæ huiusmodi partes manducationi aliquo modo cõpetant, cum secundum Auicen. quædam animalia ipsis nutriantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud quod iam est, non fit eo modo quo est, sed alio modo potest fieri, quia quod est potentia fit actu: & ideo sanguis Christi qui est sub sacramento hostia consecrata non ex vi sacramenti, fit ibi per consecrationẽm vini ex vi sacramenti existens, sicut etiam quod est in vno loco per accidens, fit ibi per se quandoque.

¶ Ad tertium dicendum, quòd visus corporalis, vt dicetur, nõ potest videre corpus Christi secundum quod est sub sacramento. Quid autem illud sit quod quandoque in hoc sacramento in specie carnis, aut sanguinis apparet, infra dicetur.

Ar. 4. quęst. 2. pręsentis quæstio.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ substantia panis quæ conuertitur in corpus Christi, non habet aliquam proportionem similitudinis ad quantitatem, vel alia accidentia Christi, sed tantũmodo ad substantiam eius corporis: & ideo cum nihil conuertatur in corpus Christi de pane nisi substantia panis, quia accidentia manent, constat ꝙ conuersio illa terminatur directe ad substantiam, non autem ad accidentia, quia accidentia panis remanent: & ideo quantitas, & alia accidentia propria corporis non sunt ibi ex vi sacramenti, sunt tamen ibi secundum rei veritatem ex naturali concomitantia accidentis ad subiectum, vt de anima dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa probat ꝙ non sit ibi ex vi sacramenti, & hoc concedo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia dimensiones corporis Christi non sunt ibi ex vi sacramenti, sed solum ex eo ꝙ concomitantur inseparabiliter substantiam, constat ꝙ contrario ordine sunt ibi dimẽsiones proprie corporis Christi, & dimensiones locati corporis in loco. Corporis.n. substantia locati nõ habet ordinem ad locum, nisi mediantibus dimensionibus: & ideo quia dimensiones corporis locati non possunt esse simul cum alijs dimensionibus, sequitur ex consequenti ꝙ substantia corporis locati nõ possit esse simul cum alijs dimensionibus neque separatis, neq; in alio corpore existẽtib'. Sed hic econtrario substãtia corporis Christi per se immediate ordinatur ad hoc ꝙ sit sub sacramento, & dimensiones eius proprie ex cõsequẽti & per accidens: substãtia autem ex hoc ꝙ est substãtia, non prohibetur esse simul cum dimensionibus quibuscũque siue coniunctis sibi, siue separatis, aut existentibus in alio subiecto, sicut substantia angeli potest esse simul vbi est aliud corpus: & ideo etiã corpus Christi sub propria quantitate potest esse sub dimensionibus panis.

Habetur de consec. di. 2. c. Hoc est, habetur & in lib. sententiarum Prosperi.

sanguinem nobis traderet. Quem sensum August. confirmat dicens. Ipsum quidem & non ipsum corpus quod uidebatur manducatur, ipsum quidem inuisibiliter, non ipsum uisibiliter. Item. Et si necesse est illud uisibiliter celebrari, necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ita etiam intelligendum est, corpus Christi esse in uno loco, scilicet uisibiliter in forma humana, ueritas tamen eius, idest, diuinitas ubique est: ueritas etiam eius, idest, uerum corpus, in omni altari est, ubicumque celebratur. Sic etiam illud intelligendum est. Pauperes semper habebitis uobiscum, me autẽ non semper habebitis, secundum corporalem præsentiam .s. qua cum eis cõuersabatur. Similiter per id quod homo est, in cælo est uisibiliter: inuisibiliter autem est in altari, quia non in forma humana apparet, sed forma panis & uini operitur. Vnde & inuisibilis caro eius dicitur, quæ uere est in altari: sed quia in specie sua non apparet, inuisibilis dicitur. Ait enim Augustinus. Hoc est quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus sacrificium Ecclesiæ duobus confici, duobus constare, uisibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, sacramento & re sacramenti, idest, corpore Christi, sicut Christi persona constat & conficitur ex Deo, & homine, cum Christus sit uerus Deus & homo: quia omnis res illarum rerum naturam & ueritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium Ecclesiæ duobus, sacramento, & re sacramenti, idest, corpore Christi. Est ergo sacramentum, & res sacramenti idẽ corpus Christi. Ecce inuisibilem dixit carnem Christi, quia forma panis operta sumitur & tractatur. Idemque corpus Christi dixit esse sacramentum & rem, ex quo confirmatur quod supra diximus. Deinde addit, quod magis mouet lectorem. Caro, inquit, eius est, quam sub forma panis opertam in sacramento accipimus: & sanguis eius, quem sub uini specie ac sapore potamus, caro videlicet carnis, & sanguis sacramentum est sanguinis: carne & sanguine utroque inuisibili, intelligibili, & spirituali significatur corpus Christi uisibile, & palpabile, plenum gratia & diuina maiestate.

Quæ sit intelligentia præmissorum.

ATTENDE his diligenter, quia tropo quodam utitur hic Augustinus, quo solent res significantes rerum sortiri uocabula quas significant.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non potest fieri sine mutatione panis, quòd eius accidentia sine substantia remaneant: & similiter non posset fieri quòd substantia corporis Christi esset sine accidẽtib' sine sua mutatione. Posset aũt deus d hoc facere, vt sine accidentibus proprijs esset ad minus aliquibus intrinsecis: & quia non est inconueniens panẽ mutari, esset aũt inconueniens Christũ mutari, & ideo nõ est simile qd inducit ratio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis corpus Christi cum quantitate propria sit sub sacramento, non est tamen ibi mediante sua quantitate, & ideo non est ibi vt in loco.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd qua ratione ponitur ibi pars quantitatis, eadem ratione ibi poni debet etiam tota quantitas: quia sicut corpus Christi non separatur propria quantitate, ita una pars quantitatis non separatur ab alia: vtrumque enim sine mutatione intrinseca corporis Christi non posset euenire.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd in suppositione directe quantitas applicatur quantitati. Et quia quantitas Christi nõ directe applicatur quantitati panis, quia non mediante ipsa corpus Christi sub dimẽsione panis est: ideo non est ibi aliqua superpositio quantitatis ad quantitatem, nec aliqua commensuratio quantitatum, & ideo non sequitur quòd sint æquales.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut illa quę non habent quantitatem, possunt esse indifferenter sub parua & magna quantitate, sicut patet de anima, quę est indifferẽter in magno & paruo corpore: ita illud quod non ratione suæ quantitatis continetur sub aliqua quantitate, potest esse indifferenter in magna & parua quantitate, & sic est in proposito.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ situs, sicut obiectio tangit, quantitatem præsupponit: & quia quantitas Christi nullam similitudinem habet ad dimensiones panis, ideo ẽt nec situs partium corporis Christi. Et ideo quàmuis corpus Christi, prout est sub sacramento, habeat partes distinctas & situatas situ naturali, non est tamen assignare in partibus dimensionum panis, vbi singulæ partes corporis Christi iaceant: nec tamen sequitur ꝙ dicamus corpus Christi confusum, quia ordinem habent partes in se, sed secundum ordinem illum non comparantur ad dimensiones exteriores.

ARTICVLVS III.

Vtrum corpus Christi contineatur sub sacramento circumscriptiue.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ corpus Christi contineatur sub sacramento circũscriptiue. Omne.n. corpus quod est in loco, circumscribitur: sed corpus Christi est sub sacramento sicut in loco, quod patet, quia non est alium modum assignare de modis essendi in, quos assignat Philosophus in 4. phy. ergo corpus Christi est in loco circumscriptiue.

¶ 2 Præt. In sex principijs dicitur, quòd proprium est positionis primo loco substantiæ inhærere: sed corporis Christi substantia non denudatur alijs proprietatibus, prout est sub sacramento. ergo neque positione. ergo secundum quod est sub sacramento est in loco, quia positio ordinem partium in loco dicit.

¶ 3 Præt. Omne corpus quod continetur superficie alterius corporis ita quòd non excedit, neque exceditur, circumscribitur illa superficie sicut loco: sed corpus Christi totum, vt dictum est, continetur sub vltima superficie dimẽsionum panis quæ manent, & nec excedit, nec exceditur. ergo est sicut in loco circumscriptiue.

¶ 4 Præt. Omne qd replet locũ circumscribitur loco: sed corp' Christi replet locum dimẽsiuum, alias esset vacuum. ergo corpus Christi circumscribitur speciebus illis.

SED CONTRA. Omne corp' quod circumscribitur loco, commensuratur locum circumscribenti, quia locus & locatum sunt ęqualia, vt dicitur in 4. phys. sed corpus Christi non commensuratur quantitati dimensionum, vt dictum est. ergo non est ibi sicut in loco circumscriptiue.

¶ 1 Præt. Omne corpus quod circumscribitur loco aliquo, partes eius habent situm determinatum in loco illo: sed hoc, vt dictum est, non cõuenit corpori Christi ratione dimensionum illarum. ergo non continetur eis circumscriptiue.

II VLTERIVS. Videtur quòd contineatur eis saltem definitiue, quia plus distat a natura loci angelus q̃ corpus Christi: sed angelus non potest esse in loco quin loco definiatur, vt cõmuniter dicitur. ergo multo fortius corpus Christi est definitiue sub speciebus illis.

¶ 2 Præt. Omne corporale indiuiduum est determinatum ad hic & nunc: sed corpus Christi est huiusmodi. ergo determinatur ad hic & nunc. ergo est definitiue sub speciebus.

¶ 3 Præt. Omne finitum existens alicubi, definitiue est ibi: sed corpus Christi est huiusmodi. ergo &c.

SED CONTRA. Omne quod est definitiue alicubi, ita est ibi, quòd non alibi: sed corpus Christi non ita est sub speciebus quòd non alibi. ergo non est definitiue sub eis.

¶ 2 Præt. Omne quod potest sine sui mutatione alibi esse quàm hic, non est hic definitiue. propter hoc enim ponimus angelos moueri, quia loco definiuntur: sed corpus Christi potest alicubi esse quàm sub speciebus illis sine omni mutatione vel sua, vel specierum, puta si alicubi corpus Christi consecratur. ergo non erat hic definitiue.

III VLTERIVS. Videtur quòd corpus Christi non possit esse totum sub qualibet parte specierum. Dimensiones enim panis remanentes possunt in infinitum diuidi, si ergo in qualibet parte dimensionum illarum esset corpus Christi totũ, esset infinities sub eisdem dimensionibus, quod est impossibile.

¶ 2 Præt. Quæcumque vni & eidem sunt simul, sibi inuicem sunt simul: sed si in qualibet parte dimensionum est totum corpus Christi, vbicumque est pars corporis Christi esset totum corpus Christi. ergo vbi esset vna pars esset alia, & hoc repugnat distinctioni partium, quæ requiritur in corpore organico. ergo non est possibile quòd totum corpus Christi sub qualibet parte specierum sit.

¶ 3 Præt. August. dicit quòd proprium est spiritus quòd possit simul in diuersis partibus totius esse: sed corpus Christi nõ ponitur neque per vnionem, neque per gloriam extra limites corporis vt possit percipere proprietatem spiritus. ergo corpus Christi non est totum in qualibet parte specierum.

SED CONTRA est, quod Hylarius dicit. Vbi pars est corporis, & totum, & loquitur de corpore domini in sacramento: sed in qualibet parte dimensionũ est aliqua pars corporis domini, ergo in qualibet parte dimensionum est totum.

¶ 2 Præt. Panis consecratus est quoddam totum homogeneũ, idest, vnius rationis in toto & in partibus: sed sub toto est totum corpus. ergo sub qualibet parte corporis est totum.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd corpus Christi mouetur ad motum hostiæ. Omne enim quod desinit esse vbi prius erat, & incipit esse vbi prius non erat, mouetur vel per se, vel per accidens: sed corpus Christi translata hostia desinit esse vbi prius erat, scilicet in altari, & incipit esse vbi pri' non erat, scilicet in pixide, vel in ore. ergo corpus Christi mouetur ad motũ hostiæ vel per se, vel per accidens.

Vbi supra art. 6. Vbi supra in decreto.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 2. topic. Mouentibus nobis, mouentur ea quæ in nobis sunt: sed corpus Christi vere continetur sub speciebus illis. ergo speciebus translatis & ipsum trãsfertur.

Cap. 3. In præmissa authoritate.

¶ 3 Præt. Anima, vel angelus magis recedit a natura loci q̃ corpus Christi: sed anima, vel angelus mouetur per accidens moto corpore vnito, vel assumpto. ergo multo fortius corpus Christi.

SED CONTRA. Nullum quietum manens in eodem loco mouetur per se, vel per accidens: sed corpus Christi est huiusmodi. ergo &c.

¶ 2 Præt. Quod mouetur per accidens ad motum alterius, definitiue est in illo, vnde deus non mouetur ad motum alicuius, nec anima ad motum manus: sed corpus Christi non est definitiue sub speciebus illis. ergo non mouetur ad motũ illarũ.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd locus dicitur circumscribere locatũm ex eo quòd in circuitu describit figurã locati, quia loci proprij & locati oportet esse vnã figuram: figura autem est qualitas circa quantitatem. Et quia corpus Christi non habet ordinem ad species sub quibus continetur mediante quantitate, sed ecõuerso, vt dictum est: ideo neque figura corporis Christi respondet figuræ specierum, sicut patet ad sensum: & ideo patet quòd non est sub speciebus circumscriptiue, & per consequens nec est in eis sicut in loco: quia nihil per se & proprie loquendo, est in loco vt in loco, nisi quod loco circumscribitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd comparatio corporis Christi ad species sub quibus est, non est similis alicui comparationi naturali: & ideo non potest reduci proprie loquendo, ad aliquem modorum a Philosopho assignatorum: tamen habet aliquam similitudinem cum illo modo quo aliquid dicitur esse in loco, sm quod esse in loco, est esse in aliquo separato extra substantiã suam, quod non est eius causa: & secundum hoc etiam Inno. dicit corpus Christi esse in pluribus locis, quod continetur sub pluribus speciebus.

Elicitur de sum. Tri. & fide cath. c. Firmiter.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis corpus Christi nõ denudetur positione, neque aliqua suarum proprietatum ex hoc quòd est sub sacramento, non tamen sequitur quòd secundum quod habet figuram, & quantitatem, & positionem comparetur ad species sacramenti: sicut homo non comparatur ad locum ex hoc quòd habet animam, vel mediante anima, quàmuis per hoc quòd in loco est, anima non priuetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad circumscriptionem plus exigitur, scilicet quòd locatũ cõfiguratur loco, aut econuerso: & hoc non est in proposito ratione iam dicta.

¶ Ad quartum dicendum, quòd corpus naturale non habet quòd repleat locum ex parte materiæ, neque ex parte dimensionum: vnde secundum Philosophum in 4 phy. & in 3. meta. dimensiones separatæ si ponantur esse, vel corpus mathematicũ, quod idem est, replent locũ & non possunt esse simul cum alio corpore. Nec obstat quòd ipse in 4. phys. in cap. de vacuo videtur vti dimensionibus separatis quasi uacuo: quia procedit ex suppositione illorũ qui ponebãt dimensiones separatas existen-

4. phys. tex. co. 8. & 55. & 3. Meta. tex. com. 9. T. com. 52.

existentes inter terminos corporis continentis esse locum. Vnde sequitur, quod quando illae dimensiones fuerunt sine corpore sensibili, quod dicatur vacuum, sic enim vacuum ponebant: & ideo dicendum est in proposito, quod cum corpus Christi non comparetur ad locum istum, in quo est sub sacramento mediatibus proprijs dimensionibus, non replet locum, neque tamen loc' ille est vacuus, quia repletur dimensionibus separatis sacramenti corporis Christi.

Ad secundam quaestionem dicendum, quod ad hoc quod aliquid sit in loco definitiue, duo requiruntur. Primum est, vt competat ibi esse ei, quia quod non est in aliquo loco, non potest loco illo definiri. Secundum est, quod sit ibi sicut in loco commensurato aliquo modo suae quantitati, vel virtuti. Corpus enim bicubitale non definitur loco vnius cubiti, quàmuis aliquo modo sit ibi: neque anima est definitiue in manu, quia est in alijs partibus, eo quod non est in manu secundum totam uirtutem suam: & ideo omne quod habet quantitatem finitam, uel uirtutem, oportet quod sit definitiue in loco in quo est, & ideo angeli definitiue sunt in loco, non tamen deus: corpus autem Christi quàmuis secundum ueritatem sit sub speciebus, non tamen competit ei ratione sui, quia neque ratione suae quantitatis, ut dictum est, neque ratione suae uirtutis, sed ratione illius quod in ipsum conuersum est ibi praeexistens, cuius dimensiones adhuc manent, quibus ad locum illum determinabatur, & ideo non definitur loco illo: simili modo potest esse alibi ubicumque fuerint panis dimensiones conuersi in ipsum.

Ad primum ergo dicendum, quod angelus est in loco quo definitur, non quia aliquid conuertatur in ipsum, sed ratione suae operationis, uirtutis, & essentiae: & ideo non potest esse nisi in uno loco, quia substantia rei non est nisi semel.

¶ Ad secundum dicendum, quod corpus Christi, sicut & alia corpora, determinatur ad unum locum qui competit ei ratione suae quantitatis, quia ibi est ut in loco, sed non hoc modo sub speciebus est, & ideo ratio non sequitur.

T.com.15.

¶ Ad tertium dicendum, quod finitum & infinitum sunt passiones quantitatis, secundum Philosophum in 1. physic. unde cum corpus Christi non habeat ex ratione suae quantitatis quod sit ubi consecratur, sed magis ex conuersione alterius in ipsum corpus Christi, sic esse in pluribus, & non definitiue in uno, non pertinet ad eius finitatem, uel infinitatem: sed magis ad numerum eorum quae conuertuntur in ipsum.

Ad tertiam quaestionem dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod hostia remanente integra, Christus totus est sub tota hostia, nō tamen sub qualibet hostiae parte: sed hostia diuisa Christus totus remanet sub qualibet parte. Et ponunt exemplum de speculo, quia August. dicit quod sicut fracto speculo multiplicantur species, uel imagines, sic post fractionem quot sunt partes, totiens est ibi Christus: cōstat autem q ante fractionem speculi non erat ibi nisi una imago. Istud autem non potest stare, quia hostia integra manente aliquo modo est corpus Christi sub partibus hostiae. Si ergo non sit ibi secundum totum, erit secundum partem: sed omne quod est totum in toto, & pars eius in parte, est ibi situaliter, & ita corpus Christi esset situaliter sub sacramento, & circumscriptiue, quod est impossibile. Exemplum autem non est conueniens, quia imago speculi non est ibi ut forma absolute quiescens in subiecto, sed aggeneratur ex reuerbera-

In quodā ser. de verbis Euāgelij. Et idem quantū ad sniam habet de conse. dist. 2. c. Inuitat, & c. Qui mā ducat.

De consec. di. 2. c. Hoc est. §. Sicut ergo.

Hic enim uisibilis species panis uocatur nomine carnis, & uisibilis species uini, nomine sanguinis. Inuisibilis uero & intelligibilis dicitur caro Christi, quia secundum illam speciem non uidetur caro, sed intelligitur, ita & sanguis. Caro ergo inuisibilis dicitur esse sacramentum carnis uisibilis, quia species panis secundum quam illa non uidetur caro, est sacramentum carnis uisibilis: quia carne inuisibili, idest, specie secundum quam caro Christi non uidetur caro, significatur corpus Christi, quod est uisibile & palpabile, ubi in sua forma apparet, ita & de sanguine accipi debet: quem sensum confirmat Augustin. aperiens qualiter prędicta intelligenda sint, quia obscure dixerat consequenter dicens, ita panem uocari corpus Christi, cum uere sit sacramentum corporis Christi, quod in cruce positum est, sicut ipsa immolatio quae fit manibus sacerdotis, uocatur Christi passio non rei ueritate, sed significandi mysterio, & sicut sacramentum fidei dicitur fides. Satis responsum est haereticis, & obiectionibus eorum, qui negant uerum corpus Christi in altari esse, & panem in corpus, uel uinum in sanguinem mystica consecratione conuerti, dicētes. Quis audeat manducare dominū suū? Quis etiam audeat dicere quotidie formari corpus Christi de materia, uel substantia, quae non fuit Virginis caro?

Authoritatibus probat uerum corpus Christi esse in altari, & in id panem conuerti.

Haec & his similia obijciunt illi in diuino mysterio legem naturae sectantes, quorum perfidiam subdita conuincunt testimonia. Ait. n. Veritas. Accipite, Hoc est corpus meū. Itē Ambr. Si tm̄ ualuit sermo

tione: & ideo quandiu est una superficies speculi, fit una reuerberatio, & per consequens una imago resultat: fracto autem speculo sunt multae superficies, & per consequens multae reflexiones, & imagines multae resultantes. Si autem esset forma absolute quiescens in subiecto, aut esset consequens quantitatem, sicut albedo quę fundatur in superficie, aut praecedens quantitatem, sicut forma substantialis. Si primo modo, de necessitate esset tota in toto, & pars in parte ante fractionē speculi & post: si autem esset praecedens quantitatem, esset ante & post, & tota in toto, & tota in partib'; sicut tota forma substātialis ligni est in qualibet parte eius, quia totalitas formę substantialis nō recipit quantitatis totalitatē, sicut est de totalitate formarum accidētalium, quae fundantur in quantitate, & supponunt ipsam: corpus aūt Christi cōtinetur absolute sub spēbus, & hoc nō cōuenit sibi mediante quantitate, vt dictū est, sed ratione substantiae in quantum substantia panis est conuersa, & ideo etiam ante fractionem est totum in toto, & totum in partibus: quia ubicumque erat tota natura panis est tota natura corporis Christi, & per consequens etiam totum corpus, & tota quantitas eius. Et haec est alia opinio quae magis uera uidetur.

Ad primum ergo dicendum, quod unitas rei consequitur esse ipsius: partes autem alicuius homogenei continui ante diuisionem non habent esse actu, sed potentia tantum: & ideo nulla illarum habet unitatem propriam in actu, unde actu non est accipere ipsarum numerum, sed potentia tantum. Et propter hoc forma quae est tota in toto tali, & tota in partibus eius, non dicitur ante diuisionem continui esse ibi pluries actu, sed solum potentia, sed post diuisionem multiplicatur secundum actum, sicut patet de anima in animalibus anulosis: Et similiter corpus Christi ante diuisionem hostiae, quàmuis sit totum sub qualibet parte hostiae, non est tamen pluries actu sub partibus illis, sed tantum potentia, nec est inconueniens quod sit ibi infinities in potentia.

¶ Ad secundum dicendum, quod confusio opponitur ordini partium qui pertinet ad rationem situs: & quia corpus Christi non est situaliter sub sacramento, ideo non sequitur ibi aliqua confusio partium ex hoc, quod in quolibet signato hostiae est totum corpus Christi, & quaelibet pars eius. Quàmuis enim non sit accipere ordinem partium corporis Christi secundum comparationem ad partes hostiae, tamen est accipere ordinem ipsarum partium adinuicem in corpore Christi secundum propriam quantitatem.

¶ Ad tertium dicendum, quod spiritui competit esse totum in toto, & in qualibet parte: quia non habet quantitatem, neca quantitate substantia eius dependet. Corpus autem Christi quàmuis in se consideratum non absoluatur a propria quantitate, tamen non comparatur ad hostiam sub qua est secundum propriam quantiatem: & ideo non est spiritus, sed participat quantum ad aliquid proprietatem spiritus secundum comparationem ad species, sub quibus continetur.

Ad quartam quaestionem dicendum, quod moueri in loco includit esse in loco: unde ad hoc quod aliquid per se moueatur in loco, oportet quod per se sit in loco, & quod per se moueatur non ad motum alterius: sed per accidens aliquid mouetur in loco dupliciter. Vno modo, quia per accidens est in loco, sicut formae mouentur per accidens: alio modo, quia per se est in loco, sed per accidens mouetur in loco, sicut patet

patet in his quae vehuntur, quia locus quem mutant, est per se eorum proprius locus, vel communis: corpus autem Christi in loco quem species transmutant, non est per se, neque sicut in loco proprio, neque sicut in loco communi, sicut ex dictis patere potest: & ideo per se in illo moueri non potest, neque per accidens, sicut corpora per accidēs mouentur: sed hoc modo quo aliquid & per accidens est in loco, & per accidens mouetur: nec differt, vt quidam dicunt differre, vtrum species moueantur in eodem loco, aut transferantur de loco ad locum: quia quod in eodem loco secundum substantiā manens mouetur, mutat locum non solum secundum partes, sed secundum totum, vt in 6. phy. probatur. Et secundum hoc patet solutio ad vtramque partem, praeter vltimum.

3. [illegible] Idem [illegible] his, vi supra, & de con[illegible] ubi su[illegible]

[illegible] co.

¶ Ad secundum dicendum, quod quàmuis non definiatur hoc loco, tamen perfecte est ibi & quantum ad substantiam, & quantum ad virtutem, tamen per accidens, non autem in manu perfecte est anima: vnde non est simile.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum oculus glorificatus possit uidere ipsum uerum corpus Christi sub speciebus existens.

3. p. q. 76. ar. 7.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod oculus glorificatus possit uidere ipsum verum corpus Christi sub speciebus existens. Ipse enim Christus sub speciebus existens videt seipsum ibi corporali oculo: sed corpora glorificata conformantur corpori eius, vt dicitur, Phil. 3. ergo & alius oculus glorificatus, puta, virginis, potest hoc idem.

Et seq. in [illegible]

¶ 2 Praet. Ideo, vt infra dicetur, corpus Christi sub alia specie proponitur vt fides habeat meritum: sed illi qui sunt in gloria, non habent fidem, ergo ipsi ad ipsam substantiam corporis eius videndam pertingunt corporali oculo, etiam secundū quod est sub sacramento.

¶ 3 Praet. Propter velamen specierum, quibus uerum corpus Christi uelatur, decipitur sensus uiatoris: sed status gloriae nō patitur deceptionem, neque uelamen, ergo ipsam substantiam corporis Christi sub sacramento uident.

Sed contra. Maior magnitudo in aequali distantia visa, sub maiori angulo uidetur, ut Perspectiui probant: sed maior est quantitas corporis Christi quàm hostiae huius, & distantia ad oculū est eadem, ergo oculus uidēs corpus Christi & hostiam, uidet corpus Christi sub maiori angulo: sed corpus Christi uidetur sub specie hostiae. ergo minor angulus continet maiorem, quod est impossibile.

¶ 4 Praet. Corpus non est natum mouere uisum nisi moto medio: sed medium non mouetur a colore corporis Christi, quia nos etiam uideremus. ergo impossibile est quod ab aliquo oculo uideatur: nullus enim oculus uidet, nisi motus a colore.

II Vbi supra ar. 8.

Vlterius. Videtur quod quando apparet in specie carnis, uel pueri in altari, quod uideatur in specie propria. Corpus enim Christi non est nisi sub specie propria, uel sub specie panis: sed tunc desinunt ibi esse species panis. ergo si nō est species propria illa in qua uidetur, nullo modo erit ibi.

¶ 2 Praet. Illa ostensio est ad aedificationem fidei: sed non confirmaretur fides, si Christus in specie alterius carnis appareret. ergo in specie propria ibi apparet.

¶ 3 Praet. Nihil potest apparere in aliquo, quod non est in eo: sed in sacramento altaris non est nisi species panis, quae est tantum sacramentum, & corpus Christi, quod est res contenta, illud autem quod ibi apparet non est species panis. ergo est species corporis Christi.

Sed contra. Cum in hoc sacramento non sit aliqua deceptio, ergo debet secundum ueritatem ibi esse illud quod sensus percipit: sed sensus percipit ibi quasdam paruas dimensiones, quarum iudicium ad ipsum pertinet. ergo sunt ibi illae dimensiones: sed illae non sunt dimensiones corporis Christi, cum sint multo minores. ergo sunt ibi aliae dimensiones quàm dimensiones corporis Christi, & super illas fundantur

Eliae vt ignem de caelo deponeret, non ualebit tantum sermo Christi ut substantias mutet? De totius mundi operibus legitur: quia ipse dixit, & facta sunt &c. Sermo igitur, idest, filius, qui potuit ex nihilo facere quod nō erat, non potest ea quae sunt, in id mutare quod non erant? Non enim minus est causare, quàm mutare nouas naturas rebus. Item, Si ordinem quaerimus, uiro mista femina generare consueuerat. Liquet ergo quod praeter naturae ordinem uirgo generauit, & hoc quod conficimus corpus, ex uirgine est. Quid ergo hic quaeris naturae ordinem in Christi corpore, cum praeter naturam sit ipse partus ex uirgine? Item, Ante benedictionem alia species nominatur, post consecrationem corpus signi-

species quae ibi apparent. cum ergo species corporis Christi nō fundentur nisi super dimensiones proprias, non uidetur ibi corpus Christi in propria specie.

¶ 2 Praet. Superficies illius speciei quae ibi apparet, tangit aerem circunstantem. ergo illud cuius est illa superficies, est ibi sicut in loco: sed corpus Christi non est ibi sicut in loco, ut dictum est: ergo illa species quae ibi apparet, non est species corporis Christi.

III Vbi supra.

Vlterius. Videtur q in hoc casu debeat sumi, quia in sumente exigitur deuotio: sed talis ostensio fit ad augmentandam deuotionem. ergo tūc magis debet sumi.

¶ 2 Praet. Ille qui consecrat, secundum canones, debet sumere: quod non posset, nisi illud quod sub specie carnis apparet, sumeret. ergo debet sumere.

Sed contra. Nihil horrendum est committendum in hoc sacramento: sed horrendum est comedere carnem crudam. ergo illud quod in substantia carnis crudae apparet, non est sumendum.

IIII Vbi supra ar. 7. ad 3.

Vlterius. Videtur quod nec angelus possit videre corpus Christi sub sacramento: quia quidam sancti sunt maiores quibusdam angelis, ut habetur per glo. 1. Corinth 6. super illud, Angelos iudicabimus: sed oculus glorificatus hominis sancti non potest ipsum uidere. ergo nec angelus.

¶ 2 Praet. Quod est in se uisibile, si ab aliquo non uideatur, hoc est propter defectum videntis: sed oculus glorificatus qui non uidet corpus Christi sub sacramento, ab omni defectu est immunis. ergo corpus Christi non est de se uisibile sub sacramento existens: sed quod de se non est uisibile, a nullo potest uideri. ergo nec angelus corpus Christi uidere potest sub sacramento.

2. lib. mor. cap. 5.

Sed contra. Gregorius. Quid est quod non videant, qui uidentem omnia, uident? sed angeli uident deum uidentem omnia, ut patet Matth. 18. Angeli eorum semper uident faciem patris. ergo uident corpus Christi sub sacramento.

V Vbi supra ad 2. Et Caieta. supra eod. art. Propositione 6.

Vlterius. Videtur quod comprehendi possit intellectu uiatoris. Quod enim est supra intellectum, est supra sermonem, ut patet in lib. de causis: sed nos loquimur de corpore Christi sub sacramento contento. ergo non est omnino supra intellectum nostrum.

¶ 2 Praet. Nullus tenetur ad impossibile: sed quilibet tenetur concedere, & mente tenere corpus Christi uerum esse sub sacramento. ergo mente capi potest.

Sed contra. Intellectus noster ortū habet a sensu: sed corpus Christi sub sacramento non cadit in sensum, ut probatum est. ergo non cadit in intellectum nostrum.

Respon. Dicendum ad primam quaestionem, quod nihil uidetur corporali uisu, nisi per hoc quod oculus eius mouetur ab obiecto secundum similitudinem coloris in ipso existentis, quae quidem similitudo primo fit in medio, & deinde in sensu: corpus autem Christi nō habet ordinem ad species, sub quibus est ratione quantitatis suae: & ideo non potest aggenerari similitudo coloris eius in aere contingente species duplici ratione. Primo, quia omnis actio corporalis requirit contactum, tactus autem corporalium consequitur quantitatem, quia nihil aliud est quàm coniunctio terminorum duarū quātitatum: & ideo corpus Christi nō tangit aerem circunstantē, & propter hoc non potest in ipso aggenerare similitudinem coloris sui. Secundo, quia color consequitur quantitatem, cum immediatum subiectum eius sit superficies: & quia corpus Christi non habet ordinem ad hunc locum ratione suae quantitatis, ideo nec ratione sui coloris: & ideo sicut non coniungitur aeri circunstanti secundum quantitatem, ita non assimilat sibi ipsum aggenerando similitudinem coloris sui in eo. D.1145.

Ad primum ergo dicendum, quod si oculus Christi esset extra species sacramenti, non uideret substantiam suam infra species contentam ex natura gloriae nisi miraculose: & ideo non oportet quod oculus glorificatus uideat, nisi forte per miraculum.

¶ Ad secundum dicendum, quod comprehensores, quàmuis non videant forte corporali visione corpus Christi sub sacramen-

cramento, videnť tamen visione intellectuali plena: & ideo non oportet quòd habeant de eo fidem, sed perfectam cognitionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sensus in hoc sacramento non decipitur, quia sensus non habet iudicare de substantia, sed de formis sensibilibus: & ideo cum formæ sensibiles sint ibi vere, in iudicio sensus nō est deceptio: sed potest esse deceptio in iudicio intellectꝰ nisi adsit fides, vel plena cognitio: & quãuis lateat visum corporalem beatorum, non tamen latet ipsos, quia intellectu cõspiciunt: sicut & eẽtiã dei nõ videt oculus corporis, sed oculus mentis ipsorũ, vt Augu. dicit in lib. de viden do deum.

In li. Sent. Prosperi. & habetur de consec. dist. 2. c. Nos autem.

Cap. 5. Io. 4. & lib. 4. De sacris ca. 4. Et hẽ. De consec. dist. 2. c. Panis.

Idem Ambro. eodem lib. & ca. 4. Et hẽ de cõsecr. dist. 2. c. Reuera.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd absque omni dubio dicendum est, illud quod ibi apparet esse verum corpus Christi, alias non adoraret, sicut & prius erat quãdo in specie panis videbatur. Sed vtrũ species illa quę ibi apparet, sit species corporis Christi, difficile est determinare. Quidam enim dicunt, quòd species illa carnis, vel pueri est tantum in oculo videntis, & hoc forte aliquando verum est, cum ab vno videatur in specie panis, & ab alio in specie carnis, vel pueri: ab eodem etiam quandoque post modicum iterum sub specie panis videtur, quod prius sub specie carnis videbatur: & secũdũ hoc põt fieri diuino miraculo vt similitudo corporis Christi fiat in oculo, sicut naturaliter fieret si corpꝰ Christi presens esset: nec est deceptio, quia non fit nisi ad instructionem fidei, & deuotionem excitandam. Sed quia aliquando ab omnibus ita videtur, & quandoque ita diu seruatur in tali specie: ideo alij dicunt, quòd vera species corporis Christi extra visum immutat. Nec obstat quòd videtur in minori quantitate, & non in specie gloriosa, quia in potestate corporis glorioſi est vt se ostendat sin toto, vel in parte, & in specie gloriosa, vel non gloriosa. Sed quia mutatio visus ab aliquo corpore per mediũ, fit per contactum eius quod sentitur ad medium quo sentitur, oportebit secundum hoc dicere, quòd corpus Christi secundũ hoc tangat medium visionis, & per consequens quòd sit ibi sicut in loco, & ita quòd vel sit simul in plũribus locis, vel quia localiter motum sit de cęlo descendens, quod tamen ei non est impossibile. Sed huic obuiat quod Gerimundus dicit, quòd de multorum episcoporum consilio sigillatum fuit hoc quod apparebat in specie corporis Christi, & positum in altari: corpus autem Christi si ibi esset localiter, dispareret postquàm apparuisset, sicut accidit discipulis euntibus in Emaus, nullo autem modo reseruaretur inclusum. Et ideo securius videtur dicere, quòd sicut quando videbatur corpus Christi in specie panis, erant quædam dimensiones subsistentes, & in illis alia accidentia sensibilia fundabantur: ita illæ eædem dimensiones manent, & eis alia accidentia superducuntur diuina virtute quæ speciem carnis prætendunt, sicut & accidentia quæ prius erant, prætendebant speciem panis: & potest esse quòd eadem virtute illis accidentibus recedentibus, iterum accidentia panis reducantur, cum etiam naturali actione aliquod illorum quandoque accidentium immutari posset dimensionibus manentibus, sicut odor vini, vel sapor si diu conseruaretur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd adhuc species panis manent quantum ad dimensiones quæ prius subsistebant, & principales erant in sacramento, quãmuis color & alia huiusmodi non maneant diuina virtute hoc faciente: & ideo sub illis dimensionibus adhuc manet corpus Christi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ædificatur fides, & excitatur deuotio: quia alia accidentia sunt similia omnino accidentibus carnis Christi veræ, quod non erat de accidentibus panis, quãmuis non sint ipsamet accidentia corporis Christi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quãmuis illa accidentia essent ibi prius non essent, tamen sunt superinducta ad fidei instructionem diuina virtute.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd vsus sacramenti debet materię sacramenti cõpetere, sicut ablutio aquæ in baptismo. Et quia corpus Christi in hoc sacramento sub spẽ panis nobis proponitur: ideo vsus sacramẽti est per manducationem, vt supra dictum est. Cũ ergo in specie propria, vel in specie carnis cruentatę apparens, vel in simili specie non habeat rationem cibi, non debet assumi ab eo, cui sic apparet: sed ab alio, cui sub specie panis apparet: si autem omnibus sub specie carnis appareret, tunc debet eum reliquijs poni.

In serm. de verbis Euangelij. Et de de consecr. dist. 2. c. Verum. Præsenti. & stin. ar. 1. q. 2.

De consec. dist. 2. cap. Quia corpus.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd deuotio non excitatur hic ad manducandum, quia non in specie cibi proponitur, sed ad venerandum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in tali casu sacerdos debet iterum celebrare, vt quidam dicunt, & corpus Christi sumere: & si secundo hoc accideret, iterum tertio. Quidam autem dicunt, quòd in tali casu sufficit spiritualis manducatio, nec propter hoc efficitur transgressor constitutionis ecclesiæ: quia ad ea quæ frequentius accidunt, leges aptantur.

Ad qvartam quæstionem dicendum, quòd angelus nihil videt corporali visione, quia etsi corpus assumat, non tamen concedit quòd videat per corpus assumptum: vnde relinquitur quòd in ipso non est nisi intellectualis visus, qui quidem non est recipiendo a sensibilibus, vt in 2. lib. dictũ est. distinctio. 3. sed vel per species innatas, quantum ad ea quæ naturali cognitione intelligunt: vel per verbum quod videt, quantum ad ea quæ supra naturalem cognitionem ipsorum sunt. Et quia angeli sunt beati, oportet quòd habeant plenam visionem eorum omnium de quibus est fides quantum ad visionem gloriosam quæ fidei succedit, & ideo sicut fides credit corpus Christi esse sub sacramento, & ita in visione beata angeli vident. Credo autem quòd omnia quæ sunt fidei, sunt supra naturalem cognitionem angelorum, sicut supra rationem naturalem hominum: & ideo mysteria fidei dicuntur esse abscondita sæculis in deo, vt dicitur ephes. 3. vnde naturali cognitione non vident angeli corpus Christi sub sacramento, sed solum beata: dæmones vero nullo modo vident plenarie, sed credunt & contremiscunt.

q. 1. q. 1. ar. 1. ad 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd beati visione intellectuali gloriæ vident corpus Christi sub sacramento, quãmuis non corporali, in qua cum angelis non communicant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de se secundum quod est sub sacramento, non est visibile corpus Christi visu corporali, est tamen visibile visu intellectuali.

Ad qvintam quæstionem dicendum, quòd sicut in 3. lib. dictum est distinctio. 34. illa tantum intellectus nostri videre dicitur proprie loquendo, quorum essentiæ ei representantur siue lumine naturali, siue lumine gratiæ, aut gloriæ: & ideo per consequens videre dicitur illa a principio quæ statim cognitis terminis, quasi visis essentijs terminorum, cognoscuntur, & per consequens tantum illa quæ reducuntur in illa principia sicut conclusiones scientiarum: quæ vero nullo modo ordinem habent ad principia naturaliter cognita, nec ad sensus perceptionem, non potest in statu viæ videre. Et quia corpus Christi esse sub sacramento nullum ordinem

q. 1. artic. 1. quæst. 1.

ordinem habet ad principia naturaliter cognita, quæ sunt principia scientiarum, nec etiam sensu a nobis apprehendi potest: ideo intellectus viatoris nullo modo hoc videre potest & multo minus comprehendere: quia aliquid videtur quod non comprehenditur, sicut essentia diuina in patria, nisi videre largo modo dicto, secundũ quod dicimur ea q̃ sunt fidei videre in speculo & ænigmate, 1. Cor. 13.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ sicut imperfecte videmus, ita etiam & deficiẽter loquimur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ nullus tenetur videre in præsenti, sed tenetur credere: fides autem de non visis est, credere autem est possibile.

in altari esse, immo [b] integrũ Christum ibi sub vtraque specie, & substantiam panis in corpus, vinique substantiã in sanguinem conuerti.

DISTINCTIO XI.
A
De modo conuersionis.

SI autem quæritur, qualis sit illa conuersio, [c] an formalis, an substantialis, vel alterius generis, diffinire non

EXPOSITIO TEXTVS.

On hoc corpus quod videtis &c. Intelligendum est per se, ideſt, secundum quòd videtur in forma sua. *Ipsum quidem, & non ipsum corpus.* Videtur esse contradictio. Et dicendum, q̃ non est, quia ipsum corpus Christi in propria specie nõ manducatur, & hoc dicit vt visibiliter Augu. quia in propria specie corpus Christi videri põt, sed sub specie panis mãducatur: & hoc dicit invisibiliter, quia in ꝓpria specie videri nõ põt. *Sacrificium ecclesiæ duobus constat.* Non quòd ex eis fiat vnum in essentia, sed quia ex eis fit vnũ sacramentum. Qualiter autem persona Christi dicatur composita ex duabus naturis, dictũ est in 3. lib. dist. 6. *Caro carnis.* Videtur hoc esse falsum, quia nihil est signum sui ipsius. Et dicendum q̃ carnem quæ significat, nominat ipsas species quæ sunt signum carnis, & hoc tropice, vt magister dicit, & ipse species cum carne contenta dicuntur caro invisibilis, quia sub specie illa caro Christi non videtur. Carnem autem significatã nominat ipsam carnem Christi, secundum quod sub propria forma videtur, vnde & visibiliter dicitur. *Quis audeat manducare &c.* Ad primam harum rationum responsum est in primo articulo huius distinctionis. Ad secundam patebit solutio ex his quæ dicentur in secunda dist. sequenti. *Sed tamen valuit sermo Eliæ.* Locus est a minori, vnde intelligendum est, q̃ plus valeat sermo Christi, & in persona Christi prolatus: quia sermo Eliæ in seipso non habebat virtutem aliquam, sed operabatur per modum intercessionis. Sermo autẽ Christi sub forma huius sacramenti habet virtutem intraneam, de qua supra dist. 8. dictum est. *Quid ergo hic quæris naturæ ordinem &c.* Ergo videtur q̃ non licet disputare per rationes de hoc sacramento. Et dicẽdum q̃ loquitur contra illos qui nihil in hoc sacramento, & in alijs quæ sunt fidei volunt credere, nisi hoc quod per naturalẽ rationem probari potest: non autem contra illos qui ex principijs fidei disputant, & qui ex principijs naturalibus non volunt probare quæ sunt fidei, sed sustinere: quia quæ sunt fidei quamuis sint supra rationem, non tamen sunt contra rationem, alias deus esset sibi contrarius si alia posuisset in ratione quàm rei veritas habet. *Si tanta vis esset in sermone domini.* Videtur q̃ hæc probatio non valeat, quia sermo quo omnia facta sunt ex nihilo, est verbum increatum: nunc autem loqui debuit de verbo creato. s. forma sacramenti. Et dicendum, quòd authoritas huius virtutis residet in verbo increato, sed in verbo creato est instrumentaliter, vt dictum est. *Sicut per spiritum &c.* Vt q̃ ista transubstantiatio non debeatur spiritui sancto, sed magis filio, & dicendũ est q̃ appropriat filio sicut operanti, quia ipse est sacerdos & hostia, spiritui autẽ sctõ sicut quo operanti: quia ipse est virtus de illo exiens ad sanandũ, Luc. 6.

DIVISIO TEXTVS.

POstquam determinauit magister de re cõtenta in hoc sacramento, ostendens quòd verum corpus ibi continetur, hic intendit determinare de conuersione panis in corpus Christi, ex qua cõuenit vt sub sacramento corpus Christi verũ cõtineatur. Et diuiditur in partes duas. In prima, determinat de prædicta conuersione panis in corpus Christi. In secũda, ostendit

QVAESTIO PRIMA.
A
Hic est triplex quæstio.

¶ Prima, De conuersione panis in corpus Christi, & vini in sanguinem.

¶ Secunda, De materia huius sacramenti, cuius species post conuersionem remanent.

¶ Tertia, De vsu sacramenti istius in prima ipsa sui institutione, qua Christus ipsum discipulis dedit.

Circa primum quęruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum post consecrationem remaneat ibi panis.

¶ Secundo, Vtrum annihiletur.

¶ Tertio, Vtrũ conuertatur in corpus Christi.

¶ Quarto, De locutionibus quæ in hac materia concedendæ sunt.

Articvlvs primvs.

a Vtrum substantia panis remaneat post consecrationem.

AD primvm sic proceditur. Videtur q̃ substantia panis remaneat post consecrationem, vt dicit tertia opinio. Damascẽ. enim dicit. Quia consuetudo est hominibus comedere panem & vinum, coniungauit eis diuinitatem, & fecit ea corpus & sanguinem suum: sed coniunctio requirit vtrũque coniunctorum existere actu. ergo panis remanet cum corpore Christi.

¶ 2 Præt. Illud quod de pane remanet in hoc sacramento post consecrationem, cum sit sacramentum tantum, debet verum corpus Christi, & etiam mysticum significare: sed significatio talis non competit pani nisi ratione substantiæ suæ, secundum quam ex diuersis granis conficitur, secundum quam etiam reficere & nutrire habet. ergo oportet quòd remaneat in substantia panis.

¶ 3 Præt. Illud ad quod pauciora difficilia sequuntur, est magis eligendum: sed ad hanc positionem sequuntur pauciora difficilia, cum nihil aliud sequatur nisi quòd duo corpora sint in eodem loco, quod nõ est inconueniens de corpore glorioso ratione suæ subtilitatis. ergo hæc opinio est aliis præeligenda.

3. par. q. 75. ar. 2. De fide. orthodoxa libro 4. c. 14.

Sed

SED CONTRA. Hoc pronomen, hoc, cum sit demonstrativum ad sensum, demonstrat substantiam sub speciebus immediate latentem: sed si substantia panis ibi remaneret, ipsa sola immediate accidentibus subesset, quia eis afficeretur. ergo ad ipsam ferretur demonstratio huius pronominis, hoc, cum dicitur, Hoc est corpus meum, & sic locutio esset falsa, qđ est inconueniens & hæreticũ, quia est in doctrina religionis proposita. ergo & prædicta positio est hæretica.

¶ 2 Præt. Si substãtia panis ibi remaneret, tunc sumẽs hoc sacramentum nõ solum sumeret spiritualem cibũ, sed corporalem: sed corporalis cibi sũptio impedit a sacramento vlterius eadem die percipiẽdo, vt supra dist. 8. q. 1. arti. 4. quæstiũ. 1. dictũ est. ergo q semel sumpsisset corpus Christi, nõ posset iterato sumere, quod est contra ritum huius sacri.

VLTERIVS. Videtur q̃ non debeãt species panis remanere: quia in sacramento veritatis nõ debet esse aliqua deceptio: sed cum accidentia ducant in cognitionẽ eius quod quid est, secundum Philosophum id 1. de anima, deceptio videtur ostendere illius accidentia, cuius substantia non manet. ergo ex quo substantia panis non manet, non deberẽt accidentia eius manere. T.com.11.

¶ 2 Præt. Causæ in litera assignatæ non videntur conuenientes. Fides enim quamuis experimentum rationis effugiat, tamen rationis cum tradictionem non requirit, quia ea quæ sunt fidei, non sunt contra rationem, sed supra: sed quòd sub alia specie videatur, hoc non solum contra rationem, sed etiam cõtra sensum apparet. ergo non deberet sub alia specie apparere propter meritum fidei.

¶ 3 Præt. Suppositа fide huius sacramenti, per quam corpus Christi sine sui detrimento manducari creditur, non esset horridum istud sumere in quacũque specie appareret: sed fides necessaria est ad sumẽdũ. ergo secũda causa quã assignat, nulla ẽ.

¶ 4 Præt. Illud quod aliquando fit ad confirmationem fidei, si semper fieret, non esset irrisio, sed maior confirmatio: sed aliquando ad confirmationem fidei alicuius dubitantis de hoc sacramento, ostenditur corpus Christi sub specie carnis, sicut legitur in vita beati Greg. & in vitis patrum. ergo non esset ad irrisionem, si semper in specie propria ostenderetur.

SED CONTRA. Sacramentum est sensibile signũ, vt prima dist. dictum est: sed panis est corporis Christi veri sacrm. ergo debet remanere quantum ad sensibilia accidentia. q. 1. art. 1. p totũ & in lra magistri q. 1. ar. 1. p totũ & in lra magri.

¶ 2 Præt. Vsus huius sacramẽti est manducatio, vt supra dist. 9. dictum est: sed manducatio requirit diuisionem cibi quæ fit per masticationem. ergo cum diuisio nõ possit fieri in vero corpore Christi, quod est gloriosum, oportuit quòd essent ibi species saltem aliæ, quarum fractio esset.

II

VLTERIVS. Videtur quòd etiam forma substantialis panis debeat remanere. Operatio. n. substantialis non potest fieri sine forma substantiali: sed nutrire est operatio formæ substantialis, quia nutrit inquantum quidam cibus, vt dicitur in 2. de anima. ergo cum species quæ in sacramento remanent, etiam corporaliter nutriant, vt a quibusdam dicitur, videtur q̃ forma substantialis panis remaneat. T.com.49.

¶ 2 Præt. Illud quod non mutatur in aliquid corporis Christi, oportet q̃ post consecrationem maneat: sed forma substantialis panis non conuertitur in aliquid corporis Christi, quia si conuerteretur, oporteret q̃ conuerteretur in animam, quæ est forma substantialis corporis Christi, in quam non conuertitur aliquid, vt ex præcedenti dist. patet. ergo forma substantialis panis manet sicut accidentia. q. 1. artic. 2. quæstiũ. 1.

¶ 3 Præt. Panis est quoddam artificiale: sed formæ artificiales sunt accidentia, vt patet in 2. physi cum ergo accidentia maneant, videtur quòd forma panis secundum quam est panis, maneat. T.com.7.

¶ 4 Præt. Secundum Auerr. in lib. de substantia orbis, & in 1. phy. oportet in materia præintelligere dimensiones ante formas substantiales aliquo modo ingenerabilib' & corruptibilibus, alias non possunt esse diuersæ formæ in diuersis ptibus materiæ, cum diuisio non fiat nisi secundum quantitatem: sed dimẽsiones manent. ergo & forma substãtialis manet. ca. 1. col. 5.

Augustinus in libro sententiarum Prosperi.

Quero quæris modũ, quo id fieri possit, breuiter respondeo. Mysterium fidei credi salubriter potest, inuestigari salubriter non potest. Quòd ergo corpus Christi panis mutatione in id non augmentatur, nec sanguis ex uini conuersione, eius uoluntati & potentiæ ascribatur, qui idem corpus de Virgine eduxit: fit ergo substãtia illa, ista sine eius augmento. Nec tamen concedunt quidam, quòd substantia panis aliquãdo fit caro Christi, & si fiat caro Christi, sicut farina facta est panis, & aqua facta est uinum: nec tamen dicitur farina est panis, & aqua est uinum. Alij uero concedunt illud quod erat panis, uel uinum, post consecrationem esse corpus & sanguinem: non tamen sequitur, Panis est caro Christi: uel, Vinum est sanguis, quia substantia panis uel uini, postquam facta est caro Christi uel sanguis, non est substãtia panis uel uini, sed caro & sanguis. Ideo distinguendum uidetur, cum dicitur substantia panis, uel id quod erat panis, modo ẽ corpus Christi. Manens enim panis non est corpus Christi, sed mutata in id quod facta est, est corpus Christi. Nec dicimus substantiam panis, vel uini materiam esse corporis, uel sanguinis, quia non de ea ut de materia formatur corpus, sed ipsa formatur in illud, & efficitur illud. Vnde Augusti. Corpus Christi dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum, sumimus in memoriam dominicæ passionis, Quod cum per manus hominis ad illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur, vt sit tam dignum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei.

Asserunt dictum panem transire in corpus Christi.

Videam vero sic dicunt cõuersionem illam esse intelligendam, ut sub illis accidentibus, sub quibus erat prius ignis potest consequi forma aliqua substantialis, quæ sit forma substantialis, per quam panis est panis. Si autem non esset forma substantialis quæ est per artem inducta, per quam panis est panis, substerneretur forma substantialis accidentali. (forma farinæ: triticum. n. iam a sua specie est corruptum, quia nõ manet eius operatio vt possit sibi simile generare.

¶ Ad quartum dicẽdum, q̃ dimensio ḋ quę præintelligitur ante formam substantialem in materia, non habet esse completum, quia non est dimensio. Terminata: terminatio. n. dimẽsionis est per formam, sed dimensiones quæ manent post consecrationem, sunt dimensiones terminatæ, quæ habent certam mensuram & figuram. D. 516 517 523

ARTICVLVS II.

b Vtrum panis facta conuersione annihiletur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ panis facta conuersione annihiletur. In qualibet enim mutatione quæ est secundum aliquid intraneum rei, terminus a q̃ non manet nisi in potentia præiacenti: sicut quando nigrum fit album, nigredo non remanet nisi in potentia subiecti, & quando ex aere fit ignis, forma aeris quę est terminus a quo, non manet nisi in potentia materiæ communis quę subijcitur mutationi: sed in conuersione, de qua loquimur, est terminus a quo, tota substantia panis. ergo cum non sit accipere aliquid præiacens ad totam substantiam panis, quia non est in subiecto sicut accidens, neque in materia sicut forma, videtur q̃ omnino annihiletur. 3. par. q. 75. ar. 3.

¶ 2 Præt. Respectu eiusdem est aliquid natum esse terminus a quo, & terminus ad quem, sicut ex albo fit nigrum, & ex nigro album: sed mutationis, cuius terminus a quo est tota substantia rei, terminus est simpliciter nihil, sicut patet in creatione. ergo similiter cum in conuersione de qua loquimur, terminus a quo sit tota substantia panis, terminus ad quem erit simpliciter nihil. ergo substantia panis annihilatur. D. 516

¶ 3 Præt. Si vnum contradictorium est falsum, reliquum de necessitate erit verum: sed facta conuersione hæc est falsa, Panis est aliquid: vel, De pane est aliquid, ergo hæc est vera, Nihil de pane est. ergo panis est annihilatus.

¶ 4 Præt. Illud annihilari dicitur, quod neque in se, neque in alio manet: sed panis substantia non manet facta in se conuersione, vt dictum est; neque manet in corpore Christi, quia sic corpus Christi augeretur. ergo penitus annihilatur.

¶ 5 Præt. Sicut se habet conuersio formalis ad formam, ita substantialis ad substantiam: sed in conuersione formali annihilatur forma, sicut patet cum ex aere fit ignis. ergo in conuersione substantiali qualis hæc esse dicitur, annihilatur substantia panis.

SED CONTRA. Aug. dicit in lib. 83. q. Ille ad quem non esse non pertinet, non est causa tendendi ad non esse: sed deus est huiusmodi. ergo i. se nihil in nihilum reducit: sed conuersio prædicta fit diuina virtute. ergo non reducitur substantia panis in nihil. q. 21.

¶ 2 Præt. Illud quod in aliquid conuertitur, non annihilatur: sed

sed panis in corpus Christi conuertitur, vt per authoritates in litera positas ostendi potest. ergo non annihilatur.

dist. 8. q. 1. ar. 3. qst. 1.

¶ 3 Præt. Defectus perfectioni repugnat: sed hoc sacramentum est maxime perfectionis, vt supra dictum est. ergo cum annihilatio sit via ad defectum, non competit huic sacramento.

Respon. Dicendum, quod hęc opinio duo ponit sub disiunctione, s. quòd substãtia panis resoluitur in præiacentem materiam, vel quod annihilatur, & quãtum ad vtrũque est falsa: si. n. in preiacentem materiam resolueret, hoc non potest intelligi nisi dupliciter. Vnomodo, quod esset in materia sine forma omni, quod quidem nec per miraculum esse potest, quia hæc positio implicat in se contradictionem. Materia. n. per essentiam suam est ens in potentia, & forma est actus eius. si ergo ponatur materia sine forma esse actu, ponetur actu materia esse & non esse. Alio modo potest intelligi ita quod resoluatur in materialia elementa, & hoc iterum non potest esse: quia illa materialia elementa aut remanerent in eodem loco, & oporteret quod sub illis speciebus esset aliud corpus quàm corpus Christi, & quòd illud materiale corpus esset simul cum dimensionibus panis, & multa huiusmodi inconuenientia sequeretur: vel non esset in eodem loco, & sic esset motus localis illius elemẽti materialis, quod non potest esse, quia sentiretur talis mutatio si esset.

ar. sequenti quæstiũ. 2.

¶ 2 Præt. Cum motus localis necessario sit successiuus, oportet quòd illud materiale elementum prius relinqueret vnam partem hostiæ quàm aliam: transubstantiatio autem fit in instanti, vt dicetur. Vnde sequeretur alterum duorum, vel quòd aliquando sub aliqua parte specierum non esset neque corpus Christi, neque substantia panis, neque materiale elementum, quod iam abscessit ab illa parte: vel quod aliquãdo sub eadem parte hostiæ esset corpus Christi, & materiale elementum, quod est impossibile: & ideo non potest dici quod resoluatur in præiacentem materiam. Similiter non potest dici quod annihiletur, eo quod omnis motus denominatur a termino ad quem, sicut motus qui est ad albedinem dicitur dealbatio: vnde illa transmutatio tãtum posset dici annihilatio, cuius terminus ad quem esset nihil: hoc autem non potest esse in illa conuersione, quia oportet hanc conuersionem terminari ad corpus Christi, quia nihil potest incipere hic esse, cum prius non fuerit, nisi per motum, aut mutationem propriam, vel alterius terminatam aliquo modo ad ipsum: vnde si conuersio prędicta ad corpus Christi non terminaretur, oporteret quòd corpus Christi esset hic in altari facta consecratione, vbi prius non erat per motum proprium, quod supra est improbatum: vnde patet quod opinio illa falsa est, quæ ponebat substantiam panis annihilari.

Ad primum ergo dicendum, quod in mutationibus naturalibus terminus a quo est forma aliqua, quæ quidem non conuertitur in terminum ad quem, & ideo annihilatur nisi quatenus manet in potẽtia in suo subiecto: sed illud quod cõuertitur ad terminum ad quem, est subiectum mutationis, nõ quidem vt sit illud, sed vt sit sub illo: vnde subiectum annihilari non dicitur inquantum in aliud conuertitur. Vnde cum in hac conuersione id quod est terminus a quo. s. substantia panis, conuertatur secundum se totum in terminum ad quem. s. corpus Christi, nõ quidem vt sit sub ipso, sed vt sit ipsummet, patet quòd non est annihilatio substantiæ panis.

¶ Ad secũdum dicendum, quod ratio illa procedit in mutationibus oppositis, quia illud quod est terminus a quo in vna est terminus ad quem in alia, non autem in mutationibus quarum vna ordinatur ad aliam, sicut perfectum ad imperfectum, sicut mutatio qua acquiritur perfectio prima ordinat ad illam qua acquiritur perfectio secunda: conuersio autem panis in corpus Christi nõ est mutatio opposita creationi, sed quodam modo perficiens ipsam inquãtum panis nobilius esse per hãc conuersionem consequitur: & ideo non oportet quod sit in hac conuersione terminus ad quem, quod in creatione erat terminus a quo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis panis non sit aliquid, tamen illud in quod conuersus est panis, est aliquid conuersione facta: & ideo non sequitur quòd panis sit annihilatus.

F ¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis non maneat panis neque in se, neque in alio, manet tamen corpus Christi in quod conuersus est panis: & ideo non sequitur quòd sit annihilatus.

¶ Ad quintum dicendum sicut ad primum.

substantia panis & uini, post consecrationem sit substantia corporis & sanguinis, sic tamen ut non eis afficiatur: & sic asserunt dictum panem trãsire in corpus Christi, quia ubi erat panis, nũc est corpus Christi. Quod si est, quid ergo fit de substantia panis & uini? Illi dicunt uel in præiacentem materiam resolui, uel in [b] nihilum redigi. Alij uero putauerunt ibi substantiam panis & uini [a] remanere, & ibidem corpus Christi esse & sanguinem, & hac ratione dici illam substantiam fieri istam, quia ubi est hæc, est & illa, quod mirum est: & ipsam substantiam panis, vel uini dicunt esse sacramentum. Sed quòd non sit ibi substantia nisi corpus Christi & sanguis, ex prædictis & subditis aperte ostenditur. G Ait. n. Amb. Panem istũ quem sumimus in mysterio, illum intelligo utiq; qui manu sancti spiritus format⁹ est in utero Virginis,

Artic. III.

C *Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.*

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd panis non possit conuerti in corpus Christi. Conuersio enim mutatio quędã est: sed nulla specie trãsmutationis in corpus Christi panis conuertitur, non enim est ibi generatio & corruptio, quia materia panis non manet: nec est alteratio, quia non manet aliqua substantia eius actu: nec est augmentum, quia nõ additur aliquid ad corpus Christi: neque motus localis, non enim ipsum corpus Christi de cęlo descendit, vt Damasc. dicit. ergo videtur quòd nullo modo panis in corpus Christi conuertatur.

¶ 2 Præt. In omni conuersione oportet esse aliquid quod mutetur: mutatur autẽ quod dissimiliter se habet nunc & prius. si ergo panis in corpus Christi conuertatur, oportet aliquid esse idem numero quod prius fuerit de substãtia panis, & nũc H sit de substantia corporis Christi, quod non ponitur. ergo panis in corpus Christi non conuertitur.

¶ 3 Præt. Conuersio accidens quodammodo est, omne enim accidens est in subiecto: non autem potest dici quod subiectum eius sit panis, neque corpus Christi, quia non est idem subiectum mutationis, & terminus a quo, vel ad quem. ergo panis nullo modo conuertitur in corpus Christi.

¶ 4 Præt. Omne quod fit aliquid, acquirit hoc quod fieri dicit: sed omne singulare est incommunicabile. ergo impossibile est quod aliquod singulare fiat aliud singulare, quãuis possit ei adiungi, & sic esse eius percipere sicut pars: sed corpus Christi est quoddam singulare demonstratum. ergo non potest esse quod aliquid conuertatur in ipsum, ita quod fiat ipsummet, sed solum quod adiungatur ei.

I Sed contra est, quod Dama dicit, Fecit Christus panem & vinum corpus & sanguinem suum, non quoniam ipsum corpus Christi de cęlo descendit, sed quoniam panis & vinum transit in corpus & sanguinem Christi.

¶ 2 Præt. Illud quod nec in se manet, nec annihilatur, oportet quod in aliud conuertatur: sed panis non manet in se, sicut in primo articulo dictum est, nec etiam annihilatur, vt ex secundo articulo patuit, ergo oportet quod in aliud conuertatur.

II

Vlterius. Videtur quod ista conuersio fit successiue. Fit enim hęc conuersio virtute verborum: sed verba non possunt aliquid facere, nisi dum sunt. ergo cum habeant esse in successione, videtur quod successiue conuersio prædicta fiat.

¶ 2 Præt. Impossibile est in eodem instanti esse aliquid corpus Christi, & panẽ. ergo non est idem instans in quo corpus Christi, & in quo vltimo est panis: sed inter quælibet duo instantia est tempus medium, vt probatur in 6. Phy. ergo conuersio panis in corpus Christi est successiua.

¶ 3 Præt. In omni conuersione requiritur, vt sit aliquid aliter nunc & prius, cũm conuersio mutatio quædam sit: sed vbicũque est nunc & prius, successio est. ergo in omni conuersione & K mutatione oportet esse successionem, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præt. In omni factione est fieri & factum esse: sed fieri & factum esse non sunt simul, quia quod fit non est, quod autem factum est iam est. ergo est ibi prius & posterius, & sic idem quod prius.

Sed contra est, quia virtus infinita operatur subito: sed hæc conuersio fit virtute diuina quæ est infinita. ergo fit subito.

¶ 2 Præt. In omni successiua mutatione prius aliquid ẽ in medio quàm in termino: sed in hac conuersione non est inuenire aliquid medium inter substãtiam panis & corpus Christi. ergo non est ibi successiua conuersio.

III

Vlterius. Videtur quod hæc conuersio sit miraculosior omni alia mutatione, quia quanto alicui magis de facili consentit ratio nostra, minus habet de miraculo: sed non est aliqua

Vbi supra. — Vt hr de cons. dist. 2. cap. Qia, & elici pòt ex 4 lib. de fi. cris. c. 4. & 6. — Ioan. 6. — De fide orthodox. libro 4. c. 14. — Vbi supra. — Vbi supra art. 7. — T. com. 46. — 3. par. q. 75. ar. vlt. et responsione ad 1.

quã miraculosa conuersio, cui ratio magis nõ cõsentiat quàm huic quia creationem etiam quidam philosophi posuerunt ratione naturali ducti: & etiam quòd materia obedit substantijs separatis, & maxime deo ad omnem formationem. ergo ista conuersio est miraculosior omnibus mutationibus.

¶ 2 Præt. Vbi est plus de resistentia, ibi est maior difficultas in conuertẽdo, & per cõsequẽs maius miraculũ: sed in hac conuersione est maxima resistentia, cum oporteat totum cõuerti in totum. ergo ista cõuersio est maxime difficultatis, ergo est & maxime miraculosa.

¶ 3 Præt. Quanto minus est de potentia ex parte creaturæ in qua fit miraculum, tãto est maius miraculum quod fit per potentiam

& igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est cibus hominum. Vnde veritas ait, Ego sum panis viuus qui de cęlo descendi: & iterum, Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Ex his namque duabus sentẽtijs aperte datur intelligi, quia panis ille & iste non duo, sed vnus panis, & una caro proculdubio vnũ efficitur corpus. Illud vere, illud sane, quod sum ptum est de Virgine, quod resurrexit, & in cęlum ascendit. Item Grego. Quis fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocẽ cęlos aperiri illo Christi mysterio, angelorum choros adesse, summa & ima sociari, unum quid ex inuisibilibus atque visibilibus fieri idem? Eodem momento & in cęlum rapitur ministerio angelorum consociandũ corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari uidet. Sicut diuinitas uerbi totum implet mundum, ita multis locis illud corpus B consecratur. Nec sunt tamen multa corpora Christi, sed unum corp⁹, & unus sanguis. Ideoque siue plus, siue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter corpus Christi integerrime sumunt. Post conseeratio-

diuinam: sed in hac conuersione minimum est de potentia in creatura, quia in quibusdam conuersionibus miraculosis est potentia naturalis, sicut quando aqua conuersa fuit in vinũ: in quibusdam autem potentia obedientiæ tantum, sicut quando costa formata est in mulierem: in creatione autem & si nõ præcedat aliqua potentia, tamen non est aliqua repugnantia, ergo cum in hac conuersione sit repugnantia, & nulla potentia ex parte creaturæ, quia non potest esse aliquid in potentia respectu totius compositi, videtur quod hæc conuersio sit miraculosior omni alia mutatione.

Sed contra. Quanto aliqua sunt magis distantia, tãto difficilius in inuicem mutantur: sed magis distat non ens simpliciter ab ente, quàm hoc ens ab hoc ente. ergo difficilius est ex non ente simpliciter facere ens aliquod, quàm ex ente hoc facere illud: & ideo creatio est maioris virtutis indicatiua quàm transubstantiatio.

¶ 2 Præt. Quanto terminus mutationis est altior, tanto mutatio est maioris virtutis, sicut maioris virtutis est facere hominem quàm animal: sed assumptio humanæ naturæ quæ est mutatio quædam, terminatur ad personam filij dei, quę est dignius quid quàm corpus Christi, ad quod terminatur trãsubstantiatio. ergo magis est miraculosa illa mutatio quàm ista conuersio.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quod in mutationibus naturalibus inuenitur aliqua mutatio, secundũ quã nihil variatur de eo quod est intraneum rei, sed solum hoc quod est extra, sicut patet in motu locali. Aliqua vero mutatio in qua variatur illud quod inest rei accidentaliter. s. quantitas, vel qualitas, vt patet in motu augmenti & alterationis. Aliqua vero mutatio est quæ pertingit vsque ad formam substantialem, sicut generatio & corruptio: sed naturalis mutatio non põt pertingere vsque ad variationem materiæ, quia operatur ex supposita materia, sicut quodlibet secundum agens operatur suppositis his quæ data sunt sibi a primo agente, & hæc principia oportet manere in operatione naturæ, vt in 1. phy. dicit. (Tom. 40.) Sicut autem esse compositi quod ex suppositione materiæ natura producit, operationi naturæ subijcitur: ita ipsa materia quam præsupponit natura, subijcitur actioni primi agentis. s. dei a quo hoc ipsum imperfectum esse. s. impotentia quod habet accepit. vnde diuina operatio pertingere potest ad variationem materiæ, vt. s. sicut natura facit hoc totum esse hoc totum, vt ex toto aere totã aquam: ita deus facit ex hac materia signata illam. Et quia materia signata est indiuiduationis principium, ideo solius dei operatione hoc fieri potest, vt hoc indiuiduum demonstratum fiat illud indiuiduum demonstratũ: & talis modus conuersionis est in hoc sacramẽto, quia ex hoc pane fit hoc corpus Christi. Ex quo patet quod ista conuersio differt ab omnibus naturalibus conuersionibus in quatuor. Primo in hoc, quod vsque ad materiam pertingit, quod in illis non inuenitur. Et quia materia est primum subiectum, ipsius non est aliud subiectum, ideo secundo differt in hoc quod hæc conuersio non habet subiectum sicut illę habent. Tertio, quod in naturalibus conuersionibus conuertitur totum in totum, non autem partes essentiales in partes, totus enim aer conuertitur in aquam: sed materia aeris non conuertitur in aliquid, quia est

A eadem forma: etiam non conuertitur, quia abscedit illa, & alia introducitur: sed hoc & d totum cõuertitur in totum, quia panis fit corpus Christi, & partes etiam conuertuntur, quia materia panis fit materia corporis Christi, & forma substantialis similiter fit illa forma quæ est corporis Chri. Quarto quia in naturalib⁹ cõuersionib⁹ transmutat, & id quod conuertitur, in id quod cõuertit. Illud quidẽ quod in alterum conuertitur semper transmutatur corruptiõe, sed illud in quod aliquid naturaliter conuertitur, si quidem sit simplex conuersio transmutatur per generationẽ, sicut cum aqua generatur ex aere: si autẽ sit conuersio cum additione ad alterum præexistens, illud cui addit transmutatur secundũ augmẽtum, vel saltem per restaurationem deperditi, sicut accidit in nutrimento: sed hoc illud in quod fit conuersio, erat præexistens, & non ei additur: quia vt dictum est, illud quod conuertitur, conuertitur in ipsum & secundum totum, & secundum omnes par- C tes eius: vnde hoc in quod terminatur conuersio, nullomodo transmutatur. s. corpus Christi, sed solum panis qui conuertit. (D. 577)

Ad primum ergo dicendum, quod hæc conuersio sub nulla naturalium mutationum continetur, sed ab omnibus differt, vt ex dictis patet: habet tamen aliquam conuenientiam cum transmutatione nutrimenti, inquantum vtraque conuersio fit in aliquid præexistens, differt tamen ab ea, inquantum hic non fit aliqua additio sicut ibi.

Ad secundum dicendum, quod in hac transmutatione, seu conuersione est aliquid quod transmutatur. s. panis, non quidem ad modum aliarum mutationum naturalium, vt aliquid ipsius maneat: sed secundum totum & oẽs partes eius, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quod transmutatio naturalis ponit actum imperfectum, vt patet in 3. phy. & quia idem est subiectum actus perfecti & imperfecti: ideo oportet quod subiectum transmutationis naturalis sit id quod est subiectum post modum actus perfecti. s. formæ ad quem tendit motus, & non ipsum iam perfectum: sed transmutatio huius conuersionis nõ D ponit aliquem actum imperfectum, sed solum successionem quandam perfectorum non solum actuum, sed rerum subsistentium: successio autem est in succedentibus sibi, sicut & ordo in ordinatis. Sed secundum regulam in 1. lib. dist. 26. de relatiuis datam, erit ista relatio ordinis huius successionis secundũ rem quidem in ipso pane qui mutatur, non autem in corpore Christi vero, nisi secundum rationem, quia ipsum immutatum manet. (T. com. 6.) (q. 2. ar. 3. ad 1. & 2.)

¶ Ad quartum dicendum, quod communicatio importat quandam collationem, & ideo exigit aliquid recipiens id quod confertur, seu datur: vnde non habet locum nisi in formalibus conuersionibus, in quibus mutatio non attingit nisi vsque ad formam: & ideo cum in hac cõuersione nihil maneat, cui possit aliquid conferri, non habet locum communicatio.

E Ad secundam quæstionem dicendum, quod causa quare aliqua mutatio non est in instanti, est distantia eius quod mouetur a termino motus. Distantiam autem dico non solũ secundum dimensionem loci, aut quantitatis, sed secundum repugnantiam formæ, vel naturæ: & ideo vbi nihil est repugnans formæ introducendæ, forma ibi recipitur in instanti præsente agente: sicut patet de illuminatione diaphani, cum in eo non sit aliquid cõtrarium, vel repugnans luci: & similiter in forma subito introducenda, quando materia est necessitãs contrarijs dispositionibus ab ea exclusis. Sicut autem aer subiacet Soli ad recipiendum ab eo formam luminis non existente aliquo interposito: ita tota natura creata subditur diuino nutui, vt statim fiat omne quod deus vult: quia quicquid est in natura est materiale, & non contrarium dispositioni diuinæ: & ideo ea quæ per seipsum facit, potest cum voluerit, facere in instanti. Quandoque autem successiue facit vt in nobis secundum modum nostrum operetur, hoc tamen contingit quando hoc quod transmutatur, potest magis, vel minus distare a termino transmu-

ttansmutationis, quia secundum hoc fit successio in motu. Cū autem conuersio, de qua loquimur, ad ipsam materiæ essentiā pertingat, vt dictum est, secundum quam separatis per intellectum formis & dispositionibus vna res non magis conuenit cum vna, quàm cum alia, non potest accipi maior & minor distantia a termino: quia hoc singulare demonstratum, q̄tum ad hoc quòd conuertitur in corpus Christi, tantū distat ab alio singulari suæ speciei, q̄tū a singulari alterius speciei: & ideo conuersio prædicta fit in instanti.

Grego. in homi. pas. 26.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ verba formæ habēt sacramentalem virtutem, vnde nō efficiunt nisi quod significant: & ideo cum significatio illius formæ non sit perfecta nisi in ultimo instanti, tunc habet efficaciam suam.

nem ergo non est ibi substantia panis, uel uini, licet species remaneāt. Est enim ibi species panis & uini, sicut & sapor: unde aliud uidetur, aliud intelligitur.

Quare sub alia specie.

G Sub alia autē specie tribus de causis carnem & sanguinē tradidit Christus, & deinceps sumendum instituit, ut fides. s. haberet meritum, quæ est de his quæ non uidentur: quia fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimētum. Et ideo

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ad hoc argumentum multipliciter respondetur a diuersis. Quidam concedunt quòd est signare vltimum instans in quo est panis, sicut & primū in quo est corpus Christi, propter hoc ꝙ in toto quodam tēpore fuit panis, & ita in quolibet instanti illius temporis. Vnde quidam istorum dicunt, ꝙ vnum est instans secundum rem, in quo est panis & corpus Christi, sed differt secundum rationem: quia inquantum illud instans est finis præteriti temporis, est in eo panis: inquantum autem est principium futuri, est in eo corpus Christi. Sed hoc non potest stare, quia contradictoria simul esse secundum rem est impossibile: simul autem secundū rem maxime sunt, quæ sunt in eodem instanti secūdum rē. Vnde impossibile est duo contradictoria esse in instanti, quod est vnum secūdum rem, quantumcūque sit differens ratione: quia ex illa ratione non habet ordinem ad mensuratum, & ad tempus, cuius est terminus, sed ad animam. Et quia si ponamus simul esse corpus Christi & panem, sequuntur duo contradictoria simul esse, quia dum est panis, non est corpus Christi: ideo impossibile est ꝙ sit vnum instans secundum rem, in quo nunc vltimo est panis, & nunc primo corpus Christi. Ideo alij dicunt, quòd istud nunc, est quodammodo vnum realiter, & quodammodo diuersum, & ponunt exemplum de duabus lineis se tangentibus, de quibus cōstat ꝙ habent duo puncta, & tamen illa puncta coniunguntur in vno puncto lineæ continētis: contigua n. sunt quorum termini sunt simul. Et similiter dicunt, ꝙ esse panem, & esse corpus Christi in altari, contiguantur: vnde est vnum instans extra mēsurans, in quo primo est corpus Christi, & vltimo panis: sed tamen sunt duo instantia si accipiamus vt duorum temporum quibus mensuratur esse panis in altari, & esse corporis Christi: & sic inter duo instantia quasi contiguata non est necesse esse tempus mediū, sicut nec inter duo puncta contiguata, lineam. Sed illud non potest stare, quia cum punctus sit terminus lineæ, quæ potest esse mensura & intranea, & extranea, possibile est puncta assignare & intrinseca, & extrinseca: sed instans est terminus temporis quod nūquam est nisi mensura extrinseca, vnde non est accipere instans, nisi quod se habet per modum extra iacentis puncti: & ideo hæc positio redit in idem impossibile cum prima. Et ideo alij dicunt, ꝙ sicut probatur 4. physi. in toto tpe non est accipere nisi vnum nunc secundum substantiam, & ꝙ numerentur duo instantia hoc est secundum ordinem tēporis ad motum & actionem quam mensurant, prout scilicet tempus excedens mensurat aliquam actionem, & ita principium & finis illius actionis est in tempore, & secūdum hoc in tēpore numerantur duo instātia: & ideo ordo, & habitudo duorum instantium adinuicem est consideranda secundum actiones & motus qui mensurantur. Vnde si accipiantur duo instantia respectu eiusdem motus prout tempus mensurat principium & finem illius motus, sic oportet quòd inter duo instantia sit tempus medium, sicut inter principium motus & finem est motus medius. Si autem accipiantur duo instantia per comparationem ad diuersos motus secundum quod mensurant principium vnius & finem alterius, sic inter duo instantia non est tempus medium, sicut nec motus

T. cō. 103. & 104. & li. 8. te. co. 11.

F est medius inter principium vnius motus, & finem alterius: & ideo cum quies mensuretur tempore sicut & motus, duo instantia sunt se inuicem consequentia, quorum vnum mensurat finem quietis in quo erat panis, & alterum principium quietis in quo est corpus Christi. Sed hoc iterum non potest stare, quia instantia temporis distinguuntur per comparationē ad illum motū, a quo tempus potest habere vnitatem, vel multitudinem ad quam comparatur: nō solum sicut mēsura ad mēsuratū, sed sicut accidens ad subiectū, s. motum cęli qui est cōtinuus, & interruptionem non patitur secundum naturam: vnde qualitercumque signes duo instantia in tēpore, semper est accipere tempus medium, quia est accipere inter quælibet momēta motus cęli motū medium: & ideo in alijs motibus non differret siue comparētur diuersa instantia ad eundem motum, siue ad diuersos. Patet etiam ꝙ hæc positio contradicit dicto philosophi in 8. phy. vbi probat quòd inter quoslibet motus cōtrarios est quies media, quod non oporteret, si duo instātia modo prædicto possent se inuicem consequi. Et ideo alij dicunt, ꝙ ista conuersio cū sit supra naturam, non habet ordinem ad motum cęli: vnde non mensuratur tempore, sed instanti quod est mensura motus cęli: & propter hoc non est inconueniens, si duo instantia succedunt sibi sine tempore medio, sicut in primo lib. di. 37. dictum est de motu angeli. Sed hoc iterum stare nō potest, quia ista conuersio sequitur motum prolationis verborum, qui habet reduci ad mensuram motus cęli, sicut illuminatio sequit ad motum localem, quo defertur illuminās: & ideo oportet ꝙ instantia accipiantur in hac conuersione secundum mensurā motus cæli. Et propter hoc alij dicunt, ꝙ non est simul signare duo instantia, in quorum vno primo sit corpus Christi, & in alio vltimo sit panis: quia sic de necessitate esset inter ea tē pus medium, sed tamen vtrumlibet eorum potest per se signari. Sed hoc iterum nihil est, quia designatio nostra nihil facit ad hoc ꝙ tempus intersit, vel non intersit: vnde si sint duo instantia secūdum rem, in quorum vno est panis vltimo, & in alio corpus Christi primo, siue signentur a nobis, siue nō, oportet esse tempus medium.

Vt hī de cō secr. di. 2. c. Verū sub figura.

T. com. 64 & 65.

H

q. 4. ar. 5.

D. 741

I

¶ Præt. Ex quo instans illud est signabile, non videtur ꝙ possit designatio eius impediri per designationem alterius instantis, cum istæ duæ designationes non sint contrariæ.

¶ Et ideo aliter dicendum, quod non est designare vltimum instās, sed vltimum tempus in quo est panis: inter tēpus aūt & instans non cadit necessario tempus medium, sicut cadit medium inter duo instantia. Et veritas huius quæstionis apparet ex hoc, ꝙ Philosophus dicit in 8. phy. ꝙ quando ex albo fit nigrum, in toto tempore mensurante motum alterationis erat album, sed in vltimo instanti illius temporis est nigrum: vnde, secundum ipsum, nō est dandum ꝙ in toto illo tempore sit album, sed in toto præter vltimum nunc. Et quia ante vltimum nunc alicuius temporis non est accipere penultimū, sicut nec ante vltimum punctum lineæ penultimum, ideo nō est accipere vltimum instans in quo erat album, sed vltimum tempus: & similiter est de illis mutationibus, quæ sunt termini motus, sicut generatio est terminus alterationis: quia cum ex aere fit ignis, in toto tempore alterationis præcedentis erat aer præter vltimum instans in quo est ignis: & similiter est in illuminatione respectu motus localis, & ideo cum conuersio sit terminus cuiusdam motus. s. prolationis verborum, in toto tempore præcedenti erat panis præter vltimum istans, in quo est corpus Christi.

D. 744

T. com. 64

K

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in qualibet mutatione oportet designari nunc & prius secūdum duos terminos mutationis, qui sunt incontingentes, vt dicitur in primo phy. id est, qui nō possunt simul esse. Vnde secundum diuersitatem terminorum in diuersis mutationibus, secundum hoc diuersimode signatur ibi nunc, & prius. Aliqua. n. mutatio est inter cuius terminos potest accipi medium quod minus distat ab vno extremorum

T. co. 41 & 44. tex. 5. tiā tex. co. 7. idē dō potest.

etiam ne abhorreret animus quod cerneret oculus, quia non habem⁹ in usu carnem crudam & sanguinē comedere. Quia ergo Christum uorari dentibus fas non est, in mysterio carnem & sanguinem nobis cōmendauit: & etiam ideo ne ab incredulis religioni christianæ insultaretur. Vnde August. Nihil rationabilius quàm ut sanguinis similitudinem summamus, ut ita & ueritas nō desit, & ridiculum nullum fiat a paganis, quia cruorem occisi hominis bibamus. Ne ergo hoc fieret, & ne ueluti quidam horror esset cruoris, in similitudinem acci-

A motum quàm aliud: vnde antequàm perueniatur ad vltimū mutationis terminū fuit recessus ab vno termino, & accessus ad alterū, in quo consistit mutationis ratio: & ideo vtrumq; ad illam mutationem pertinet & nūc. s. in quo terminatur accessus & recessus, & prius illud in quo incępit, & ideo talis mutatio non est in instanti, sed in tēpore. Aliqua vero mutatio est inter cuius terminos nō potest accipi medium in eodem subiecto, nisi forte p accidens, sicut inter affirmationem & negationē, quia contradictio est oppositio, cuius non est medium secundum se, vt dicitur in primo posteri. Per accidens autē pōt accipi ibi medium ex parte negationis cui aliqd adiungatur, quod magis vel minus distat ab affirmatione, siue illud sit contrarium in eodem genere directe, siue dispositio contraria: sicut inter non album & album accipitur per accidens medium ex parte coloris cui cōiungitur negatio albedinis, secundum quod magis vel min⁹ distat ab albedine: & inter non ignem & ignem accipitur medium secundum quod aliquid est magis vel minus frigidū, aut humidum: vnde in omnibus mutationibus, in quibus sunt affirmatio & negatio tantum, seu priuatio & forma tantum, p se loquendo, non potest esse recessus a termino, vel accessus ad terminum ante peruentionem ad vltimum terminum: & ideo illud principium non pertinet, per se loquendo, ad hanc mutationem, sed solum per accidens ratione illius adiuncti ad negationem, secundum quod per accidens negatio recipiebat magis & minus, & per consequens medium: unde per se loquendo, pertinet ad motum præcedentem, sicut ad alteratione quæ præcedit generationem, & ad motum localem qui præcedit illuminationem: & propter hoc istæ mutationes dicuntur esse in instanti. Et quia, vt dictum est, inter substantiam panis, & substantiam corporis Christi non est accipere medium, quod magis sit propinquum corpori Christi, quam substantia panis, quantum ad hoc ꝙ conuertatur in ipsum diuina virtute: ideo simile est iudicium de ista conuersione, & de prædictis mutationibus: vnde ad hanc conuersionem non pertinet nisi illud nunc, in quo desinit esse panis, & incipit esse corpus Christi: sed illud primum pertinet ad totum, tempus præcedens quod mensurabat prolationem verborum, quæ quodammodo efficit conuersionem.

C

D

¶ Ad quartum dicēdum, ꝙ mutatio, vt dictum est, in instanti est, sed motus præcedens est in tempore. Si ergo includitur in factione tam motus præcedens, quàm mutatio quæ est terminus eius, sicut generatio alterationis, tunc fieri pertinebit ad motum præcedentem, & factum esse ad terminum motus qui est ipsa generatio: & sic non simul fit, & factum est. Si autem factio non extendit se ad mutationem illam, tunc vtrumque est simul, & fieri, & factum esse: & sic quod fit, est, si dicatur fieri ratione ipsius mutationis quę tunc est: sed factum est ratione termini mutationis. Sicut enim dicimus ꝙ simul terminatur motus, & terminatus est, simul illuminat aer, & illuminatus est, & similiter etiam est in conuersione, de qua loquimur.

E

Ad tertiam quæstionem dicendum, ꝙ quanto aliqd est permanentius, tanto difficilius trāsmutatur. Et quia subiectum in qualibet mutatione manet, ideo in omnibus mutationibus materia est maxime manens, cum sit subiectum omnium mutationum: vnde illa mutatio quę ad ipsam materiam attingit, est difficilior, & maioris virtutis ostensiua, quàm quæcumque alia transmutatio ex parte eius quod transmutatur. Et quia creatio, & hæc conuersio pertingunt vsque ad essentiā materiæ, vt ex prædictis patet, constat has mutationes esse maioris virtutis ostensiuas quibuscūque alijs, in quibus mutat vel forma substantialis, vel accidentalis, vel locus exterior: sed inter has duas videtur creatio, simpliciter loquēdo, præcellere, quia per ipsam materiæ essentia producitur, ex quo cōsequit, vt a producente per hanc cōuersionem possit in alterum trāsmutari: sed ex parte eius ad quod ē mutatio, mutatio quæ est in vnione humanæ naturæ ad diuinā personam, præcellit has, & omnes alias mutationes in difficultate, vnde ipsa est miraculum miraculorum omnium.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ mutatio ista fit ex existente in existens præter modum aliarum mutationū quæ fiūt etiam ex existentibus in existentia, ex quarum inspectione intellectus noster sibi suas conceptiones formauit: & ideo hęc conuersio videtur esse contra cōceptiones intellectus, & propter hoc difficilius ei assentit, quàm creationi quę est ex omnino non existēti, cuiusmodi mutationem non vidit.

Sup ep'lam 1. ad Cor. cap. 11.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ aliqua actione potest esse resistentia dupl'r. Vno modo ex pte agentis, quando. s. ex contrario agente virtus ipsius debilitatur: aliomodo ex parte ipsius effectus, quando ex contraria dispositione impeditur effectus. In omni actione vbi agens non patitur, prima resistentia non habet locum, sed secunda solum: vnde in operationibus diuinis non attenditur difficultas secūdum resistentiam ad agentem, sed secundum impedimētum effectus: magis autem impeditur effectus per subtractionem potentiæ recipientis, quàm p rōnem contrariæ dispositionis, quia contraria dispositio non impedit effectum, nisi inquātum facit potētiam indispositam: & ideo maior difficultas est in creatione, vbi omnino materia non præexistit, quàm vbi præexistenti materia est aliquid quod effectui contrariando repugnat.

Leuit. 17.

C

¶ Ad tertium dicēdum, quòd sicut se habet potentia naturalis ad mutationes naturales, ita se habet potentia obedientiæ ad conuersiones miraculosas: vnde secundum modum miraculosæ conuersionis est etiam modus obedientialis potentiæ in creatura in aliud conuertendo. Sicut ergo in conuersionibus formalibus inest potentia obedientiæ ad recipiendum talem formam, ita in hac substantiali conuersione inest potentia obedientiæ, vt hæc substantia conuertatur in illam: vnde maioris virtutis ostensiua est creatio, in qua nulla potentia obediētiæ præexistit, quàm hæc conuersio.

pimus sacramentum. Ex præmissis iam liquet, quare non sub alia specie, & quare sub ista hoc sacramentum Dominus celebrauerit, & celebrari nobis instituerit.

Quare sub duplici specie.

B

Sed quare sub duplici specie* sumitur, cum subalterutra totus sit Christ⁹? Vt ostenderetur totam humanam naturam assumpsisse, vt totam redimeret. Panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam: quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes animæ a physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur, vt animæ & carnis susceptio in Christo, & vtriusque liberatio in nobis significetur. Valet. n. vt Ambro. ait, ad tuitionem corporis & animæ qd percipimus, quia caro Christi pro salute corporis, sanguis uero pro anima nostra offertur, sicut præfigurauit Moyses. Caro, inquit, pro corpore vestro offertur, sanguis pro anima: sed tamē sub utraque specie sumitur, quod ad utramque ualet, quia sub utraq; sumitur ipse totus Christus. Sed si in altera tantum sumeretur, ad al-

D

Articvlvs IIII.

Vtrum prædicta conuersio possit exprimi per uerbum substantiuum alterius temporis, quàm præsentis.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd prædicta conuersio possit exprimi per verbum substantiuum alterius temporis quàm præsentis, vt dicatur, Quod est panis, erit corp⁹ Christi: vel, Quod est corpus Christi, fuit panis. Amb. enim dicit in lib. de sacramentis, quòd erat panis ante consecrationem.

Lib. 4. ca. 4.

E

¶ 2 Præt. Maior est conuenientia, quanto perfectior est conuersio: sed hæc conuersio est perfectior omnibus alijs, quia in hac conuertitur totum in totum, & partes in partes, sicut ex prædictis patet. cum ergo in aliis conuersionibus vtimur tali modo loquendi. s. quod erat aqua, est vinum: vel, quod erat aer, est ignis, videtur multo fortius hic quòd possit dici, quod est corpus Christi, erat panis.

Sed contra. Quod, est relatiuum suppositi eiusdem: sed non est accipere aliquod suppositum quod sit quandoque panis, quandoque corpus Christi, vt ex prædictis patet. ergo non est dicendum, quod est corpus Christi, fuit panis.

II

Vlterivs. Videtur ꝙ hæc sit vera, Panis fit corpus Christi. Ad omne enim facere sequitur fieri: sed Christus fecit ea. s. panem & vinum corpus suum, vt Damascenus dicit. ergo panis fit Corpus Christi.

3. par. q. 75. ar. 8.

¶ 2 Præt. Omne quod conuertitur in alterum, fit illud: sed panis conuertitur in corpus Christi. ergo fit corpus Christi.

De fide orthodoxa li. 4. cap. 14.

Sed contra. Omne fieri terminatur ad factum esse: sed hæc numquàm erit vera, Panis est factus corpus Christi, quia quod factum est, est: panis autem numquàm est corpus Christi

Vbi supra III Christi. ergo & hæc est falsa, Panis fit corpus Christi.

VLTERIVS. Videtur quòd hæc sit falsa, De pane fit corpus Christi. Ex eodem enim fit aliquid, & factum est: sed hęc est falsa, Corpus Christi factũ est de pane, vel ex pane. ergo & hęc, Corpus Christi fit de pane.

¶ 2. Præt. Denotat consubstantialitatẽ, vt magister dicit in primo disti. 36. sed nulla consubstantialitas est panis ad corp⁹ Christi. ergo non potest dici quòd corpus Christi fuit de pane, vel ex pane.

In sra Magistri li. 4. de sacris ca. 4.

terius tantum, idest, animę, uel corporis non ad utriusque pariter tuitionem ualere significaretur. Sub utraque specie tamen totus sumitur Christus: nec plus sub utraque, nec minus sub altera tantum sumitur. Eadem enim ratio est, ut ait Hilarius in corpore Christi, quę

Ambro. lib. 4. de sacris cap. 4. SED CONTRA Ambro. dicit, Vbi accessit consecratio, de pane fit corpus Chri.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd hæc sit vera, Panis potest esse corpus Christi. Motus enim est actus existentis in potentia: sed panis mutatur in corpus Christi. ergo panis est potentia corpus Christi. ergo potest esse corpus Christi.

Vbi supra. ¶ 2 Præt. Amb. dicit ꝙ panis potest esse corpus Christi consecratione, quæ fit Christi sermone.

SED CONTRA. Quod potest esse aliquid, nihil prohibet si ponatur illud, quia possibili posito, secundum Philosophum, non sequitur inconueniens: sed inconueniens sequitur si di atur, Panis est corpus Christi. ergo hæc est falsa, Panis potest esse corpus Christi.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ hæc cõuersio in hoc differt ab omnibus alijs mutationibus, ꝙ in omnibus alijs mutationibus est aliquod subiectum commune, in hac autem non, sed solum est accipere duos terminos conuersionis: & ideo omnes locutiones exprimentes mutationem per quam importatur ordo termini ad terminum, sunt concedendæ in hac materia, sicut hęc, Panis conuertitur in corpus Christi. Locutiones vero quæ exprimunt idẽtitatem subiecti, non sunt cõcedendæ proprie loquendo. Sed quia in hac conuersione est aliquid simile identitati subiecti. s. cõmunitas specierum, quæ manent hinc inde, quamuis illæ species non sint mutationis subiectum: ideo etiam tales locutiones aliquando a sanctis positæ inueniuntur, vt identitas importata non referatur ad subiectum, sed ad species easdem: vnde tales locutiones non sunt extendendę, quia sunt improprię, & hæc locutio, quæ est, Hoc fuit illud, vel, quod est, hoc erit illud, expresse important identitatem subiecti mutationis propter naturam relationis, ideo non est simpliciter concedenda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Ambro. est exponẽdum, quod erat panis est corpus Christi. i. quod est sub speciebus panis, primo fuit panis, & postea corpus Christi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum Philosophum in 2. de anima. Passum in principio est dissimile, sed in fine est simile: vnde perfecta conuersio requirit perfectam distantiã in principio, & perfectam vnitatem in fine: sed hoc nomen panis, importat quod erat in principio, quia importat terminum a quo: ideo quanto perfectior est conuersio, tanto minus potest corpus Christi de pane prędicari. T.com.45.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ cum dicitur, Hoc fit illud, ex vi locutionis, in ly hoc, importatur subiectum factionis: vnde hæc est per se, Homo fit albus: sed hęc est per accidens, Nigrum fit album, subiectum autem factionis cõmune est vtrique termino: vnde patet ꝙ prędicta locutio importat communitatem subiecti, & proprie non est cõcedenda.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ exponendum est verbum Dama. sicut expositum est verbum Ambr vt relatio importata in ly ea, designet vnitatẽ specierũ, & nõ subiecti vnitatẽ.

¶ Ad secũdum dicendum, ꝙ in hac locutione, Panis conuertitur in corpus Christi, importatur tantum ordo vnius termini ad alterum: in hac autem, Panis fit corpus Christi, importatur vnitas subiecti, & ideo non est similis ratio de vtraque.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut patet in primo physi. hoc fit hoc, dicimus in permanentibus per se, sed in non permanentibus per accidens: sed ex hoc fit hoc, dicitur proprie in non permanentibus. Dicimus enim, ex non albo fit album: & si aliquando dicatur aliquid fieri ex permanente, hoc est inquantum intelligitur cum permanẽte aliquid non permanens: sicut cum dicitur, ex ære fit statua, intelligitur ex ære infigurato: & sic patet quòd hæc locutio, hoc fit hoc, exprimit identitatem subiecti: hæc autem locutio, ex hoc fit hoc, principaliter exprimit ordinem terminorum adinuicẽ, & per consequens quandoque vnitatem subiecti: vnde quandoque importat tantum ordinem sine hoc quòd importet su- T.com.61.

F biectum, vt cum dicitur, ex mane fit meridies, idest post, vt dicitur in 2. methaphysi. & secundum hoc erit incongrua, Panis fit corpus Christi: sed hæc erit concedenda, Ex pane fit corpus Christi, si ly ex, non denotet subiectum, & quasi causam materialem, sed tantum ordinem terminorum conuersionis adinuicẽ: sed hæc, De pane fit corpus Christi, est minus propria: quia hæc præpositio, de, notat consubstantialitatem, vt Ambro. tangit: tamen quãdoque, de, ponitur pro ex, & sic potest cõcedi quòd de pane fit corpus Christi, sicut ex pane. T.com.7. Vbi supra

in mãna præcessit, de quo dicitur. Qui plus collegerat, nõ habuit amplius: nec qui minus parauerat, habuit minus. Et licet sub vtraque specie sumatur totus Christus, tamen non fit conuersio panis nisi in carnem, nec uini nisi in sanguinem.

G Nec debet dici duo sacramenta, sed

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cum dicitur, De pane factum est corpus Christi, ly de, potest importare ordinem in essendo, quia quod significatur in factũ esse, significatur iam esse, & sic non conceditur quòd de pane sit factum corpus Christi: quia significaretur quòd panis haberet ordinem ad corpus Christi in essendo, quod falsum est, quia non est materia eius: potest etiam importare ordinem in fieri quod pręcessit factum esse & sic sicut conceditur hæc, De pane fit corpus Christi, ita potest concedi ista, Ex pane factum est corpus Christi.

¶ Ad secundum patet solutio ex dictis.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd cum potentia pertineat ad subiectum, non est dubium quòd cum dicitur, Panis potest esse corpus Christi, importatur vnitas subiecti: & ideo non est concedenda, quia nihil panis vnquam erit aliquid corporis Christi: sed sicut conceditur ista, Panis con-

H uertitur in corpus Christi, ita potest concedi ista, Panis potest conuerti, quia cuius est potẽtia, eius est actus, vt dicitur in lib. de somno & vigilia. Cap. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ista diffinitio non habet locum in ista conuersione, vt ex prædictis patet.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ illud verbum Ambr. exponẽdum est sicut prius dictum est.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de materia huius sacramenti.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

I

Primo, Vtrũ panis & vinum sint materia huius sacramenti.
Secundo, Qualis panis.
Tertio, Quale vinum huius sacramenti materia esse possit.
Quarto, De aquæ admistione.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum sit duplex materia huius sacramenti.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non debeat esse duplex materia huius sacramenti. Quãto enim aliquid est simplicius, tanto nobilius, vnde & simplicissima sunt nobilissima: sed hoc sacramentum est nobilius alijs. ergo debet esse simplicius. cum ergo alia sacramenta vnam tantum materiam habeant, sicut baptismus aquam, confirmatio chrisma, videtur ꝙ non debeat esse duplex materia huius sacramenti.

K ¶ 2 Præt. Materia sacramenti debet respondere ei quod est sacramentum, & res in sacramento, quia est signum eius: sed totum illud quod est res, & sacramentum continetur sub specie panis. s. totus Christus. ergo panis est tota materia huius sacramenti, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum ordinatur ad vsum fidelium: sed tantum sub vna specie populo hoc sacramentum ministratur. s. sub specie panis. ergo tantum vna eiusdẽ debet esse materia.

¶ 4 Præt. Posset contingere ꝙ in aliqua terra triticum haberetur, & non vinum, vel econuerso. ergo in tali casu liceret & in vna specie tantum conficere.

SED CONTRA. Sacramentum eucharistiæ a Christo initium sumpsit: sed Chrs discipulis duo in cęna dedit, scilicet panem, & vinum, ergo debent esse materia huius sacramenti. q. 1. arti. per totum.

¶ 2 Præt. Materia sacramenti debet respondere vsui sacramẽti: sed manducatio q̃ est vsus huius sacri, vt supra di. 9. dictũ est, requirit

requirit cibum & potũ. ergo huius sacri materia debet esse duplex, vna q̃ competat in cibũ, & alia quæ competat in potum.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ non debeat esse materia huius sacri panis & vinũ. Sacramẽta. n. legis mosaycæ propinquiora fuerunt sacramentis legis nouæ q̃ sacra legis naturæ: sed in lege mosayca secũdũ modũ sacri mãducabãtur carnes animalium. ergo hoc magis debet eẽ materia huius sacri q̃ panis & vinũ, quæ sumebãtur in lege naturæ per modũ sacramenti.

unum: quia sub utraque specie idẽ sumitur. Neque debet iterari sacramentum, quia benedictio non repetitur super speciem eandem. Neque aliæ substantiæ in sacrificium veritatis offerri debent, quia de alijs non potest consecrari corpus Christi, uel sanguis.

¶ 2 Præt. Materia sacri debet cõpetere vsui sacramenti & significationi: sed expressius significaret caro animalis alicuius carnem Christi quàm panis, quia maiorem habet conuenientiam ad ipsam, & iterum magis reficit. ergo magis debet caro esse materia huius sacri quàm panis.

¶ 3 Præt. Sacramenta infirmis ministrari debent, quia medicinæ sunt: sed vinum non datur infirmis. ergo non debet esse materia huius sacramenti.

¶ 4 Pręt. Illud sacrm non solum præfiguratũ fuit in oblatione Melchisedech qui obtulit panẽ & vinum, vt dicitur Genes. 14. sed etiã in fauo mellis, quem sumpsit Ionathas, vt dicit 1. Reg. 13. ergo etiam mel deberet esse materia huius sacramenti, & præcipue propter suauitatem.

¶ 5 Præt. In hoc sacramento continetur Chrs vt cibus paruulorum: sed paruulis datur in cibum lac. ergo lac deberet esse materia huius sacramenti.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ panis & vinum non possint esse materia huius sacramenti, nisi sub determinata quantitate. In sacramentis. n. intentio requiritur conformis intentioni ecclesiæ: sed si aliquis vellet consecrare totum panem qui est in foro, & totum vinũ quod est in cellario, intentio eius non esset concors intentioni ecclesiæ q̃ intẽdit cõsecrare ad vsum fideliũ, qđ etiã verba instituentis ostẽdunt. Accipite, inquit, & mãducate &c. ergo requiritur determinata quantitas panis.

¶ 2 Præt. Virtus data verbis & ministro, datur ad venerationẽ sacri, nõ ad irrisionẽ: sed si immoderata quantitas panis & vini consecraretur, verteretur in irrisionem. ergo non potest consecrari nisi sub determinata quantitate.

¶ 3 Præt. Si aliquis in mari hominem baptizet, illa tantũ aqua verbo vitæ sanctificatur, quæ ad vsum ablutionis cedit, & non totum mare. ergo a simili & hic tm̃ de pane & vino consecrari potest, quantum potest venire in vsum fidelium.

SED CONTRA. Secundum philosophum. Omne determinatum est medium duorum extremorum determinatorum: sed quantitas panis qui consecrari potest, nõ est medium duorum extremorum determinatorum, quia nũquàm est ita parua quantitas quin possit consecrari. ergo non est determinata quantitas etiam secundum magnitudinem.

¶ 2 Præt. Constat ꝙ sacerdos habens paucos parochianos potest tm̃ de pane consecrare, quãtum hñs multos, q̃uis non debeat: sed nõ põt accipi tanta quantitas panis quæ non possit venire in vsum multorum parochianorum, & præcipue cum vnus homo possit & multum, & parum in quantitate sumere. ergo non potest esse tanta materia panis, quin possit consecrari etiam a quocunque sacerdote.

RESPON. Dicendũ ad primam quæstionẽ, ꝙ materia sacramenti debet competere & significationi sacramẽti, & vsui: & vtroque modo exigitur duplex materia in hoc sacramento. Vsus. n. huius sacramenti est mãducatio, quæ ad sui integritatem & cibum, & potum exigit: & ideo huius sacri debet esse duplex materia, vna quæ in cibum sumitur, & alia quæ in potũ. Significatio autem sacri est duplex. Vna ẽm quod repræsentat præteritum, & sic in hoc sacramento significatur passio Chri, in qua separatus fuit eius sanguis a corpore: & ideo separatim in hoc sacro offerri debet signum corporis, & signum sanguinis duplici materia existente. Alia significatio sacramenti est de effectu per sacrm inducendo, quia sacra efficiunt quod figurãt, & sic cum hoc sacramentum ad salutem corporis & animæ sumat, oportet ꝙ sub specie panis ad significandã salutẽ corporis, & sub specie vini ad significandam salutem animæ hoc sacramentum perficiatur, vt in litera magister dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ simplicitas per se non est causa nobilitatis, sed perfectio: vnde vbi perfecta bonitas in vno simplici inuenitur, simplex est nobilius q̃ compositũ: qñ autem econtrario, simplex est imperfectum, compositum vero perfectum, tunc compositum est nobilius quàm simplex, sicut

A homo est nobilior terra: & ideo hoc sacrm q̃uis sit magis cõpositum ratione materiæ, est tamen nobilius, quia est magis perfectum: quòd autem ad perfectionem eius hæc compositio exigitur, patet ex dictis. dist. 10. art. 2. quæst. 1.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis totus Christus sit sub specie panis scdm rei veritatem, non tamen est ibi ex vi sacramenti nisi corpus eius, vt ex dictis patet, & scdm quod venit i vsum fidelium.

Quare aqua admisceatur.

Aqua uero admiscenda [d] est vino, quia aqua populum signat, qui per Christi passionem redemptus est. Calix ergo dominicus iuxta canonum præceptum aqua & uino

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd populo non datur sanguis propter peri-

B culũ, quia vna gutta sanguinis citius laberetur, quàm aliqua particula corporis: vnde ministris altaris secundum consuetudinem aliquorũ datur participatio sanguinis, de quibus præsumitur ꝙ in talibus magis sint cauti. In lege aũt veteri de libaminibus nihil habebant offerentes, sed soli sacerdotes, per quæ significabatur potus huius sacramenti: de sacrifi ijs autem habebant, quibus significabatur cibus huius sacramenti.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quamũis consecratio panis non dependeat a consecratione vini, quod quidam posuerunt, vt supra dist. 8. dictum est, tamen potius deberet desistere qui non haberet vtrumque, quàm conficere præter morem ecclesiæ in vna tantum specie, quamuis etiam si in vna tãtum specie cõsecraret, consecratum esset: peccaret autem grauiter, nisi post consecrationem corporis ante consecrationem sanguinis occideretur, vel alias præter culpam suam impediretur. q. 2. arti. 4. q. 1. in co

C AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd causa quare panis & vinũ sunt materia huius sacramenti inter alios cibos & potus, est institutio diuina. Causa autem institutionis multipliciter potest assignari. Prima, ex parte vsus sacramenti, quia hæc duo communius in cibum & potum veniunt: vnde conuenientius per hoc in cibum & potum spiritualem manuducimur. Secũda, ex effectu sacramenti, quia vt dicitur in glo. 1. Cor. 11. panis præ cæteris cibis sustentat corpus, & vinum lætificat cor: & similiter hoc sacramentum sustentat magis, & lætificat charitatę inebriatos, quàm alia sacramenta. Tertia, ex ritu celebrationis, quia mundius tractantur q̃ alia, quæ in cibũ & potum veniunt. Quarta, ex significatione duplicis rei huius sacramenti, quia panis ex multis granis conficitur, & vinum ex multis acinis confluit, quod competit ad significandũ corpus Christi verũ & mysticũ, vt supra dist. 8. dictũ est. Quinta, ex repræsentatione eius quod præcessit: nã grana in area con- In sra magistri.

D culcantur, & panis in fornace decoquitur, & vinum in torculari exprimitur, quæ omnia competunt ad repræsentandum passionem Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc sacramentum nõ debuit in specie alicuius sacramenti legis mosaycæ institui, vt ostenderetur cessatio legalium, quorum sacerdotium est imperfectius sacerdotio Christi: & ideo conuenienter ad illas species in nouo testamento reducitur, quibus ostenditur sacerdotium noui testamenti sic præeminere sacerdotio leuitico. s. ad oblationem Melchisedech, vt Apostolus probat Heb. 7.

¶ Ad secũdum dicendum, ꝙ caro de ratione sui non dicit aliquid ordinatum in cibum, sed quandam rem naturæ: & ideo non ita competenter significaret caro animalis carnem Christi, vt est cibus fidelium, secundum quod in hoc sacro continetur, sicut panis, quia ad hoc confectus est vt cibus sit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ vinum q̃uis non detur infirmis q morbo febrili subiacent, datur tamen debilibus vt confortentur: & similiter hoc sacramentum non est dandum his qui sunt in

E febre peccati, sed ad confortationem debilium qui a peccato liberati sunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mel quamuis habeat suauitatem, est tamen inflatiuum, & ideo magis congrue significat suauitatem temporalem quę inflat, q̃ charitatem quæ ædificat. Vnde & in sacrificijs veteris legis apponi ꝓhibebatur: & ideo etiam non competit huic sacramento.

¶ Ad quintũ dicendum, ꝙ q̃uis cibus iste sit paruulorũ ꝑ humilitatem, est tñ grandiũ in fide. vñ Aug. Cibus sum grandiũ: & ideo non conuenit vt sub specie lactis sumatur. libr. 7. Confess. ca. 10.

AD TERTIAM qõnem dicendũ, ꝙ quidã dicunt ꝙ virtus non est data ministro & verbis ad cõsecrandum panem & vinũ sub quacũque quãtitate, sed sub tanta quantitate, quãta potest cõpetere ad usum fideliũ: sic enim conformabitur intentio consecrãtis intentioni ecclesię. Sed hoc non uidetur uerũ. II.
Nõ. n. potest dici ꝙ q̃titas materię sit determinata secundum

vsum qui in præsenti occurrit, quia sic sacerdos in deserto non posset cõficere tot hostias, quot sacerdos alicuius ciuitatis habẽtis multos parochianos, quod falsum est: sed secundũ vsum qui nũquam occurrere potest. tãtum ergo de vino & pane cõsecrare potest, quãtum est sumibile ab omnibus. Ad hoc aũt nõ est quantitas determinata, præcipue cũ vnus hõ possit sumere in magna quãtitate, & parua quãtitate: vñ quãtitas parua, vel magna ad hoc nihil facit.

mistus debet offerri: quia videmus in aqua populũ intelligi, ĩ vino ostẽdi sanguinẽ Chr̃i. Cum ergo in calice vino aqua miscet', Chr̃o popul' adunatur, & credentium plebs, & in quem credit copulatur: quæ copulatio aquæ & vini sic miscetur in calice Christi, vt mistio illa non possit separari. Nam si uinum quis tantum offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sacra ad aliquid ordinantur: vnde in sacris est duplex ĩtentio. Vna, quæ ordinatur ad perfectionem sacri, & hæc est essentialis sacr̃o: vnde ea prætermissa non est sacramentum. Alia, quæ ordinatur ad finem sacri, & hæc consequitur sacr̃m, vt ea posita, vel remota, nihilominus perficitur sacr̃m: sicut si aliquis intendat baptizare aliquem vt lucrum temporale consequatur, sacr̃m baptismi verũ est: quia ẽm primam intẽtionem conformatur intentioni ecclesiæ, q̃uis non quantum ad secundã. Et sil'r in hoc sacr̃o, si aliquis sacerdos intenderet consecrare non ad sumendum, sed vt in veneficijs vteretur, verũ corpus Christi esset. Vndę & si aliquis sacerdos intenderet consecrare magnam quantitatem panis & vini non ad vsum fidelium, sed in irrisionem, esset consecratum: nõ tñ dico ꝙ posset consecrare totum panem qui est in ciuitate simul, vel qui est in foro, quia ipsa forma pronomine demõstratiuo vtens, ostendit ꝙ materia consecranda debet esse corã sacerdote: vnde sacerdos existens in domo sua non posset consecrare panem qui est in altari, quod etiam non põt de toto pane qui est in foro, neque de toto vino quod est in cellario: sed quãtacunque sit quantitas panis & vini quæ coram sacerdote proponitur, credo quòd possit consecrari ab ipso.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ potestas omnis a deo est, vt dicitur Ro. 13. & quantum est de intentione dantis potestatem, ad bonum est ordinata, nihil tamen prohibet quin potestate accepta abutatur. Vnde sicut prælati ecclesiæ habent potestatem in ædificationem, & non in destructionem, tamen multa pñt facere quæ sunt in destructionem: ita virtus consecrandi data est verbo, & ministris ad dei honorem, tamẽ potest aliquis abuti vt ad irrisionem, vel ad lucrum, vel aliquid huiusmodi faciat.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ perfectio sacramenti in baptismo consistit in ipso vsu materiæ: & ideo illud tantum aquę consecratur verbo vitæ, quod in vsum venit, sed perfectio huius sacramenti consistit in ipsa materiæ consecratione, & vsus est consequens ad hoc sacramentum: vnde perfectio huius sacramenti non dependet ab vsu, sicut est in baptismo.

ARTICVLVS II.

Vtrum oporteat quòd sit panis triticeus.

Vbi supra art. 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ nõ oportet ꝙ sit panis triticeus. Hoc enim sacr̃m est memoriale dominicæ passionis: sed magis cõpeteret ad signandum passionẽ panis ordei quod est durum & hispidũ, q̃ granum tritici quod est delicatum. ergo ex alio frumento panis confectus potest esse materia huius sacramenti.

¶ 2 Præt. In omni aqua potest perfici sacramentum baptismi vt nullus propter defectum materiæ a sacramenti perceptione fraudetur. ergo & similiter omnis panis debet esse materia huius sacramenti, vt nullum inopia excuset.

¶ 3 Præt. Figura in naturalibus est signum speciei: sed quædã frumenta sunt quæ habent similẽ figuram grano tritici, sicut patet de farre & spelta. ergo sunt eiusdẽ speciei cum grano tritici, & ita panis ex illis frumentis confectus poterit esse materia huius sacramenti.

In l'ra magistri.

¶ 4 Præt. Panis materia huius sacri est, quia ex multis granis confectus vnitatem corporis mystici designat, vt supra dist. 8. dictũ est: sed hoc etiam inuenitur in pane de alijs frumentis confecto. ergo ille panis potest esse materia huius sacramenti.

SED CONTRA est vsus ecclesiæ, & hoc ꝙ dominus se grano frumenti cõparauit, Io. 12. & non alijs leguminibus.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ si grano tritici admisceat' aliud frumentum, ꝙ possit panis exinde cõfectus esse materia huius sacramenti, quia in siccis commistio non tollit speciem: sed granum tritici, & alia huiusmodi sunt sicca. ergo si commisceant', adhuc manet species tritici, & ita potest inde confici corpus Christi.

¶ 2 Pręt. Vix inuenitur farina ex solis granis tritici, nisi studiose fiat si ergo ex farina commista ex diuersis granis nõ posset cõfici panis, qui sit materia huius sacramenti, rarissime hoc sacramentum perficeretur, quod est absurdum.

Iulius papa.

C

Si vero quæritur, an irritum sit quod geritur, si aqua p̃termittatur, audi quod sequitur in eodem canone. Non potest, ĩquit, calix Domini esse aqua sola, aut vinũ solum, nisi vtrumque misceatur. Item Cyprianus. Calix Domini non est aqua sola, aut vinũ solum nisi utrumque misceatur: sicut nec corpus Domini potest esse farina sola, nec aqua sola, nisi utrũque fuerit adunatũ, & panis unius compage solidatum. Si quis tamẽ nõ intendens introducere hæresim, obliuione, uel ignorantia aquã prætermiserit, non uidetur esse irritum sacramentum, sed ille grauiter est corripiendus. Nam & Græcorũ ecclesia nõ apponere aquã dicit'. Quod etiã ex dictis Cypriani uidetur.

De conse. dist. 2. cap. Nõ debet.

¶ 3 Præt. Per corruptionem magis receditur a specie q̃ per mistionem: sed de pane corrupto potest fieri hoc sacramentum, cum videamus hostias diutissime a quibusdã cõseruari. ergo multo magis de pane ex granis commistis cõfecto potest perfici hoc sacramentum.

SED CONTRA. Medium neutrum extremorum est: sed panis commistus ex diuersis granis est medius inter panem tritici & aliorum granorum. ergo non est panis triticeus. ergo de eo non potest perfici hoc sacramentum.

¶ 2 Præt. De amido, vt quidam dicunt, non potest perfici hoc sacramentum: sed amidum est farina triticea pura. ergo multo minus potest perfici hoc sacramẽtum de pane alterius farinę.

III Vbi supra art. 4.

VLTERIVS. Videtur quòd non debeamus conficere in azymo, sed in fermentato. Nos. n. debemus conficere secũdum ꝙ Christus confecit: sed Christus confecit in fermentato, non in azymo. ergo nec nos debemus in azymo conficere. Probatio mediæ. Ante pascha Iudæi azymis non vtebantur: sed cęna domini in qua hoc sacramentum inchoauit, fuit ante pascha celebratum, vt patet Io. 13. Ante diem festum paschæ &c. ergo ipse in fermentato, non in azymis confecit.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed agnus typicus immolabat' luna 14. vt habetur Exo. 12. ergo Chr̃s immolatus fuit luna 14. sed in die p̃cedenti corpus suum dedit discipulis mãducandũ. ergo hoc fuit luna 13. sed pascha incipiebat luna 14. ergo ante pascha fuit cęna domini, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Io. 18. dr̃, ꝙ in die passionis dñi Iudæi non intrauerũt p̃torium Pilati, vt non contaminarentur, sed ut manducarent pascha. ergo illa die a Iudæis manducabatur pascha, & sic cęna domini fuit ante pascha, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præt. Luc. 24. dr̃ ꝙ mulieres uiso monumẽto iuerũt, & parauerũt aromata: sed hoc nõ licuisset prima die de septẽ quib' azyma comedebãt, quia dies illa erat eis celeberrima, q̃ quidẽ dies erat luna 15. ergo Chr̃s passus ẽ luna 14. & sic idẽ qđ pri'.

¶ 5 Pręt. Io. 20. dr̃ ꝙ dies sepulturæ dñicæ erat magn' dies sabbathi: sed in solẽnitate azymorum sola prima dies erat celeberrima, & uocabatur magna. ergo dies sabbathi fuit prima dies solemnitatis, quod est luna 15. & sic dies ueneris fuit luna 14. & sic idem quod prius.

¶ 6 Præt. Artos, ẽm græcos, significat panẽ fermẽtatũ: sed hoc nomen inuenitur apud græcos, ubi nos habemus, Accepit Iesus panem. ergo de fermentato confecit, & sic idem qđ prius.

¶ 7 Præt. Sacramenta ueteris legis tẽpore reuelatæ gratiæ obseruata ad l'ram, sunt mortifera, quia litera occidit. 2. Cor. 3. sed hoc erat unum de legalibus, comedere in azimis. ergo uidetur esse mortiferum in azymis conficere.

¶ 8 Pręt. Hoc sacramentum est specialiter sacramentum charitatis: sed fermentum charitatem significat, vt patet in glo. Math. 13. super illud. Simile est regnum cęlorum fermento &c. ergo maxime debet confici de fermentato.

¶ 9 Præt. Sicut albũ & rubeum sunt accidẽtia uini, ita azymũ & fermentatũ sunt accñtia panis: sed indifferẽter cõfici' de uino albo & rubeo. ergo nõ magis debet attẽdi de pane an sit azymus, uel fermentatus, quàm de uino an sit album, uel rubeũ.

SED CONTRA. Prima die azymorum nihil fermentatũ esse debebat ĩ domib' Iudęorũ, ut patet Exo. 12. sed dñs cõfecit prima die azymorũ, ut patet Math. 26. Mar. 14. Luc. 22. ergo ipse cõfecit de azymo. ergo & nos debemus de azymo cõficere.

¶ 2 Pręt. Christus nõ uenit legẽ soluere, sed implere, vt dicitur Math. 5. sed secundum legem agnus paschalis comedebatur cum azymis, ut patet Exo. 17. ergo Christus agnũ paschalem cum azymis comedit, ergo de azymo confecit.

¶ 3 Præt. Materia debet conuenire sacr̃o: sed panis azymus magis cõperit huic sacr̃o q̃ fermentatus p̃pter puritatem, 1. Cor. 5. Epulemur non in fermento veteri &c. ergo debet de panẽ azymo fieri sacramentum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ non potest cõfici nisi de pane triticeo, cuius causa ẽ diuina institutio, quia ipse hoc pane confecit. Ratio autem institutionis põt triplex assignari. Prima ex effectu, quia talis panis melius nutrimentum pręstat: vndẽ cõpetit ad significandũ excellentiam gr̃æ quę in hoc sacr̃o confertur. Secunda, ex vsu sacri, qa panis tritice' est, qui cõius in vsum cibi venit, alij aũt panes nõ fiunt nisi p̃p defectũ tritici: vnde & panis simpliciter dict' intelligit' de tritico, sicut & olei de oliuis, vñ cõpetit huic sacr̃o, cuius vsus est in mãducando, vt supradictũ est. Tertia ex re contenta, quæ est Chr̃s, qui se grano frumenti cõparauit dicens. Nisi granum frumenti cadens in terra &c. Ioan. 12.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in passione Christi nõ fuit aliqua duritia ex parte Christi qui patiebatur, sed summa benignitas: & quia hostia panis significat & continet ipsum Chr̃m, ideo nõ ita cõpetit huic sacr̃o panis ordeaceus, vel alterius modi sicut panis triticeus, qui est delicatior & suauior.

¶ Ad secũdum dicendum, ꝙ omnis aqua omni aquę est eadẽ specie, ẽm Philosophũ, & ideo nõ differt in quacũque aqua baptismus fiat: sed non omnia grana, ex quibus panis consueuit confici, sunt eiusdem speciei, & ideo non est similis ratio vtrobique: & præterea sacramentum istud non est tantæ necessitatis, sicut sacramentum baptismi, vt prius dictum est.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ quidã dicunt ꝙ de spelta potest confici corpus Christi propter similitudinem quam habet ad triticum. Sed sicut patet intuenti, q̃tum ad figurã plus appropinquat ordeum ad similitudinem tritici q̃ spelta remoto cortice ab vtroque, q̃uis in colore plus spelta cõueniat: sed inter alia omnia hmõi plus cõuenit maxime in figura far cũ tritico, & similiter in colore: vñ ex identitate figuræ non potest haberi ꝙ aliquod istorũ sit eiusdem speciei cũ grano tritici, sed identitatis speciei potest ex alio experimentum accipi. Generans, n. & genitum cõueniunt de necessitate in specie, sed non de necessitate in accidentibus, quinimmo accidentia varian' ex causis extrinsecis: vnde cum ex grano tritici vbicumqũe seminetur, nũquã nascatur spelta, vel far, aut ordeũ, vel aliquid hmõi cõstat quòd omnino ista differunt specie a tritico.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ illud quod obiectio tãgit, est causa, quare ex pane fit hoc sacramentum, non autem quare ex tali pane, sed hanc oportet superaddere sicut proprium ad cõe.

AD SECVNDAM quæstionẽ dicendum, ꝙ admistio extranei duplex põt esse. Vnomodo, ita ꝙ extraneũ adiunctũ soluat speciẽ eius cui adiungitur, vel trahendo ad speciẽ suã, sicut si amphoræ aquæ adderetur phiala vini: vel faciendo mediam speciẽ, sicut qñ vtrũque æqualiter ponit', vt æqualitas non accipiat' tñ ẽm quãtitatẽ, sed ẽm proportionem virtutis. Aliomõ, ita ꝙ additũ nõ soluat speciem, sed ipsum assumatur ad spẽm eius cui additur, sicut si gutta aquæ amphoræ vini apponatur. Si ergo fiat tãta admistio extranei ꝙ soluat' spẽs panis triticei, non poterit confici ex pane illo: si autem adeo sit parua admistio ꝙ species panis triticei maneat, & illud quod additur ad naturam tritici cõuertatur, potest exinde confici sacramentũ. Huiusmodi autem signum potest accipi ex accidẽtibus. s. colore, sapore, & huiusmodi: quia accidentia maximã partem conferunt ad cognoscendũ qđ quid est, ẽm Philosophũ in 1. de aĩa.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ quàmuis sicca cum integra maneant, non amittãt speciem ex permistione, tñ qñ diuiduntur & conficiunt', sicut in pane accidit, pñt speciẽ amittere.

¶ Ad secundum patet solutio ex distinctione prædicta.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ si sit tanta corruptio ꝙ spẽs panis nõ maneat, tunc nõ põt ex eo cõfici. Si aũt specie manente sit aliqua dispositio ad corruptionẽ, potest exinde confici, quãuis grauiter peccet conficiens ex tali sciẽter propter irreuerentiam sacri: & ꝙ spẽs maneat potest ex hoc cognosci, ꝙ continuitas non est soluta, nec alia accñtia oĩo ablata. Et quia amidũ fit de farina triticea, q̃ quidem p̃ attritionẽ, & excolationẽ, & vaporis admistionẽ vr̃ speciẽ farinæ amisisse, vel ad corruptionẽ oĩno esse disposita, ideo ex ea non debet confici, nec potest secũdum quosdam. Quidam autem dicunt quòd amidum cum sit crudum, non potest esse materia huius sacramenti, sicut nec pasta: sed si conquatur, poterit exinde confici, quia amidum fit ex farina maxime depurata.

AD TERTIAM qõnem dicendũ, ꝙ in hoc vr̃ esse diuersitas inter grecos & latinos. Gręci. n. de fermẽtato, latini de azymo cõficiunt. Causa aũt hmõi diuersitatis est, quia dñs in azymo cõfecit, vt ex tribus euãgelistis hr̃ manifeste: & ita in primitiua eccl'ia ap'li celebrabãt, quẽ morẽ Romana eccl'ia ab ap'lis, q ipsam fundauerunt, accepit, vt Inno. 3. dicit: sed postea, vt dicit Leo papa, imminẽte hæresi Hebionitarũ, q dicebãt simul cum euãgelio legalia obseruãda, sancti patres ne eis consentire viderent', voluerunt ad tempus instinctu spiritussancti ex fermentato cõfici sacr̃m, postea cessante illa hæresi ecclesia Romana ad pristinũ morẽ redijt. Græci aũt seruare voluerunt morẽ ad tẽpus a p̃ribus introductum, vlterius addentes nõ posse cõfici nisi de fermentato: & ad hoc p̃bandũ asserere voluerũt dñm in fermẽtato cõfecisse. Et quia tres euangelistæ concorditer dicunt prima die azymorũ dñm instituisse hoc sacramentum, in tantam insaniam quidam ex eis proruperũt, vt dicerent euangelistas illos falsum scripsisse, & a Ioãne fuisse correptos qui ante diem paschæ dicit dñm cęnasse cum discipulis. Sed ꝙ hoc non contradicat ostẽdetur. Supposito autem ꝙ dñs 13. luna, vt dicunt, cęnam celebrasset, adhuc euidenter ostenditur ꝙ de azymo confecit: quia sicut dicit Chryso. super Matth. Apertissime dñs demonstrauit, quia a principio circuncisionis suæ vsque ad diem paschæ extremum, non erat cõtrarius diuinarum legũ, in quibus præcipiebatur, vt cum azymis paschalis agnus comederetur. Et ideo dicendum est, ꝙ dñs in azymo confecit, & in azymo cõficiendum est, quamuis etiam in fermentato confici possit: quamuis peccaret conficiens, ecclesiæ morem non seruans.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.
Innocenti' 3. de misterijs Missę li. 4. cap. 4. in fine.
Leo papa. 9 vt etiã citat Innocẽ. eodem cap. in fine in quadã dicti Leonis ep'la super hoc ad Imperatorẽ constantinopolitanũ directa.
cap. 26. homilia 82.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ verbum illud Ioannis, græci hoc modo intelligũt, sicut obiectio procedit. Sed hic intellectus stare non potest, quia est contrarius alijs euangelistis, quod non est fas in sacra scriptura dicere.

¶ Præt. Non inuenitur in lege ꝙ aliquo casu liceret anticipare lunam. 14. sicut dicunt dñm fecisse p̃uidens passionem. Vñ quidam dixerunt, ꝙ cęna qua dñs lauit discipulorum pedes, & qua corpus suum cõsecrauit, nõ fuit eadẽ, sed vna aliã præcessit: & de prima loquitur Ioannes, de secunda alij euangelistæ. Sed hoc est contra vsum ecclesiæ, q̃ die Iouis ablutionem pedũ celebrat, & etiam contra textum euangelij: quia sicut ex serie euangelij Ioannis apparet, eodem sero quo pedes lauit, a Iuda post bucellam recedente traditus est.

Ioann. 20. Matth. 26. Marci 14. & Luc. 22.

¶ Et ideo dicendum est, ꝙ dies festus paschæ vocabatur prima dies de septem quæ erat celeberrima, & hæc erat 15. luna & in vespere præcedẽti immolabat', & comedebat' agnus luna 14. cum azymis, & tunc dominus cęnã fecit cum dicipulis suis: & hanc diem dicunt alij euangelistæ primam diem azymorũ, & Ioannes ante diem festum paschę.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non oportet ꝙ veritas responderet figuræ quantum ad omnia, alioquin oportebit nos dicere quòd dominus ad vesperam passus sit, quia tunc immolabatur agnus, quod est contra omnes euangelistas: sed quantum ad aliquid veritas figuræ respondet, quia quamuis ante Christi resurrectionem dies a mane in mane computaret', sicut in 2. lib. dist. 13, dictum est, tamen hoc erat speciale in solemnitatibus legis ꝙ computabatur dies a vespera in vesperam. Vnde vespera quartedecimæ diei cõputabatur quantum ad solẽnitatem in numero dierum cum 15. in qua dominus passus est: & etiam immolatio eius vespere 14. diei quodãmodo inchoauit, quia tunc traditus fuit, & tunc factus est sudor eius sanguineus, vt dicitur Lucæ 22.

A magistro in l'ra a D. Tho. ĩ eiusdem l'rę expositione.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ pascha accipitur ibi pro cibis paschalibus. s. azymis, qui per oẽs septẽ dies comedebant'. Chry. tamen dicit super Ioan ꝙ intelligit' de agno paschali, quem in alia die ab ea quam lex instituit, comederunt, & legem soluerunt, vt animi sui adimplerent desiderium in morte Christi. Christus autem non præterijt tempus paschæ, diem. s. Iouis: sed in ipso pascha comedit.

Homil. 82.

¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ nulla dies erat adeo celebris q̃tum ad vacationẽ ab operibus, sicut dies sabbathi: vnde in prima die solẽnitatis licebat coqre cibos, & alia hmõi facere, qđ non licebat facere sabbathis: & ideo mulieres feria 6. parauerunt aromata vidẽtes ꝙ nõ sufficerẽt q̃ per Nicodemũ parata erãt, & sabbatho ẽm legẽ quieuerunt, & trãseunte sabbatho emerunt aromata. i. empta parauerũt, vel etiã alia superemerunt vidẽtes nõ sufficere quæ prius feria sexta parauerãt, & venerunt ad monumentum. Vel ẽm quosdam, opera misericordiæ non reputãtur inter opera seruilia, vnde in die solenni licebat aromata ad sepulturam præparare, quia hoc erat opus misericordiæ.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quocũque die de septem diebus azimorũ sabbathum veniret, dicebatur magnus dies sabbathi propter geminatam solemnitatem. s. sabbathi, & paschæ.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ artos apud græcos quandoque etiã pro azymo pane ponitur, & ideo Exo. 12. dicitur in græco ἄρτος vbi nos habemus panes azymos.

tur posse colligi. Ait enim. Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter, vel simpliciter hoc non seruauerit quod nos dominus facere & exemplo, & magisterio docuit, potest simplicitati eius indulgentia Domini venia concedi. Nobis vero non potest ignosci, qui

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ facere aliquid quod in lege fiebat, vt dicit Ansel. non est iudaizare, alioquin iudaizant conficiẽtes ex fermentato: quia in lege præceptum erat vt panes primitiarum fermentatos offerrent: sed facere aliquid hac intentione, vt legalia obseruentur, est iudaizare: nos autem non ob hoc ex azymo conficimus, vt legem seruemus, sed vt Christo conformemur seruantes hoc quod huic competit sacramento ab eo instituto. Significatur. n. in azymo puritas vitæ, quę semper seruanda est, sicut & in turificatione deuotio orationis: vnde vtrumque in lege noua retinetur.

Anselm⁹ in libro de fermentato & azymo.

¶ Ad octauum dicendum, quòd in hoc sacramẽto continetur Christus vt hostia, & quia puritas præcipue in hostia etiam secundum legem exigebatur, ideo magis competit huic sacramẽto vt significetur Christi puritas per panem azymum, quàm ꝙ significetur feruor charitatis per fermentum.

¶ Ad nonum dicendum, ꝙ album & rubeum non ita faciunt differentiam in significatione sacramenti circa vinum, sicut azymum & fermentum circa panem, & ideo non est similis ratio de vtroque.

ARTICVLVS III.

Vtrum solum de uino uitis debeat sanguis Christi consecrari.

3. par. q. 74. art. 5.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ non solum de vino vitis debeat sanguis Christi consecrari. Baptism⁹ enim in qualibet aqua fieri potest: sed vinũ est materia huius sacramẽti, sicut aqua, baptismi. ergo & de quolibet vino potest hoc sacramẽtum fieri, sicut & de vino malorum granatorum, vel mororum, vel huiusmodi.

¶ 2 Præt. In aliquibus terris non sunt vites, nec ad eas de facili vinum portari potest. ergo debuit a diuina sapientia prouideri, vt alius aliquis liquor in loco vini de vite possit in sacramento assumi.

SED CONTRA. Sicut dñs se comparauit grano frumẽti Io. 12. ita comparauit se viti Io. 15. ergo sicut nõ debet in hoc sacro assumi nisi panis de tritico, ita nec vinum nisi de vite.

II Vbi supra ad secũdũ. lib. 20. ethymolog. c. 3.

VLTERIVS. Videtur quòd possit etiam confici de aceto, quia secundum Isido. Acetum. n. est species vini: sed cum vino vitis potest confici hoc sacramentum. ergo & de aceto.

¶ 2 Præt. Si vinum consecratum in aceto conuerteretur, non desineret ibi esse Christi sanguis. ergo eadẽ ratione si ante consecrationem sit acetũ, potest exinde sanguis Christi cõsecrari.

Mysteriorũ Missæ li. 4. cap. 3.

SED CONTRA. Inno. dicit, ꝙ vinum huic sacramento competit, quia cor bibentis & dilatat, & exhilarat: sed hoc nõ facit acetum. ergo ex aceto nõ potest consecrari sanguis Chri.

III Vbi supra art. 5. ad 3. c. Cum omne.

VLTERIVS. Videtur ꝙ de agresta possit sanguis Christi consecrari. Sicut. n. agresta non habet speciem perfectam vini, ita nec mustũ: sed de musto dulci potest confici sanguis Chri, dicitur enim de conse. dist. 2. Si necesse fuerit, botrus in calicẽ præmatur. ergo & eadem ratione de agresta.

¶ 2 Præt. Agresta non differt a vino, nisi quia immatura est: sed maturitas & immaturitas sunt accidentia. ergo non differunt secundum speciem, & ita videtur ꝙ ex agresta sicut ex vino indifferenter sanguis Christi consecrari possit.

5. physico. tex. com. 8.

SED CONTRA. Quod fit, non est, secundũ Philosophũ: sed agresta est in via generationis respectu vini. ergo nondum est vinum. ergo ex ea non potest sanguis Christi consecrari.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ non potest confici sanguis Christi nisi de vino vitis, quia hoc proprie vinum est. Alia vero dicuntur vina per similitudinem huius vini, hoc etiam vinum communius sumitur in potum sicut & panis tritici in cibum, & habet proprietates magis cõuenientes ad effectum sacramenti, inquãtum calefacit & lætificat: & ideo dominus de vino vitis confecit, vt patet per hoc quod dicitur Lucę 22. Amodo non bibam de hoc genimine vitis.

Marc. 14.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ omnis aqua est eiusdem speciei, sed non sic est de vino.

F ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non est aliqua terra, ad quam non possit tantum de vino portari, quantum sufficeret ad celebrandum, vnde ratio illa non cogit.

nunc a Domino instructi sumus, vt calicem domini cum vino mistum secundum quod Dominus obtulit, offeramus. Ex hoc videtur quòd siquis simpliciter, vel ignoranter vinum offerat sine aqua, sacramentũ conficiat. Aqua vero nullatenus sine vino potest offerri in sacrifi-

T. com. 41.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ secũdum Philosophum in 8. metha. hoc modo fit ex vino acetum, quo ex viuo fit mortuum: vnde sicut animal viuum & mortuũ non sunt eiusdẽ speciei; ita nec vinum & acetum, & hoc ostendunt contrariæ proprietates: quia vinum est calidum, acetũ aũt frigidum, & nõ fit reditus de aceto in vinum, sicut nec de mortuo ad viuum. Et ideo dicendum, ꝙ G si vinum factum sit omnino acetum, de eo non potest confici, sed si sit acidum quasi in via acescẽdi, est idem iudicium quod de pane, quia in via est ad corruptionem: vnde sicut de pane illo potest confici, peccat tamen conficiens propter irreuerentiam, ita & hic.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipse largo modo accipit vinum pro omni liquore, qui ex vuis ortum habet.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ si vinum consecratum reseruatum omnino acetum fieret, esset idem iudicium quod de pane omnino corrupto: vnde sicut non remanet ibi corpus Christi, ita nec hic sanguis. Secus autem est de pane qui est in via ad corruptionem, & de vino quod est in via ad acescendum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd nihil recipit speciem nisi in termino generationis: agresta aũt adhuc H est in via generationis ad vinum, sicut sanguis quando coagulari incipit in via generationis ad animal: vnde sicut ille sanguis non est animal, ita agresta non est vinum, & propter hoc de ipsa non potest confici sanguis Christi.

T. com. 14.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ mustum iam ad completam speciem vini venit: dulcedo. n. ipsius attestatur maturationem quæ est digestionis species, digestio autem est completio a naturali calore, vt patet in 4. metheororum, & ideo ex musto confici potest, sed non decet propter impuritatẽ ipsius, vt ex ipso conficiatur, nisi necessitas emergat.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ maturatio est naturalis digestio, per quam digestum ad vltimam perfectionem naturalem perducitur, vt etiam possit alterum generare sibi simile, vt dicitur in 4. metheororum. vnde maturum & acerbum differunt sicut completum & incompletum, quæ quidem differentia non est tantum accidentalis. I

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aqua uino admiscenda sit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ aqua vino admiscenda non sit. De latere. n. domini in cruce pendentis effluxit sanguis, & aqua, vt dicitur Io. 19. per quæ duo sacramẽta præcipue intelligunt, vt dicit Inno. sed aqua competit sacramento regenerationis. s. baptismo. ergo sanguis tantum cõpetit sacro redemptionis eucharistiæ, & ita vinum sine aqua.

¶ 2 Præt. Vinum & aqua sunt alterius speciei. si ergo aqua admiscetur vino, erit triplex materia huius sacramenti, & non solum duplex, vt dictum est.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum sub specie panis & vini celebratur, vt in litera dicitur, sed ad speciem panis nihil additur. ergo K nec vino aliquid addi debet.

De conse. dist. 2. cap. In sacramẽtorum.

SED CONTRA est, quod dicit Alexan. papa. In sacramentorum oblationibus, panis tantum & vinum aqua permistum offerantur. ergo debet admisceri aqua.

¶ 2 Præt. Materia sacramenti debet competere rei significatæ: sed populus significat per aquã qui ad corpus mysticum pertinet, quod est res vltima huius scri. ergo aqua debet apponi.

II lib. 2. epistolarũ epist. ad Cecili. post medium.

VLTERIVS. Videtur ꝙ absque ea non possit sanguis consecrari. Cypria. n. dicit. Calix dñi nõ potest esse aqua sola, & vinũ solum, nisi vtrumq; misceatur: quoniam nec corpus dñi farina esse potest, nisi vtrumque. s. farina & aqua adunatũ fuerit: sed cõstat ꝙ ex farina sine aqua nullo modo potest corpus Christi consecrari. ergo nec ex vino sine aqua.

¶ 2 Præt. Significatio est de essentia sacramenti: sed aqua significat aliquid quod est principale in sacramento. s. vnionẽ corporis mystici ad caput. ergo aqua est de necessitate huius sacramenti, vt sine ea confici non possit.

¶ 3 Præt. Hoc sacramẽtum est memoriale dominicæ passionis: sed

sed ex latere dñi patientis non solum fluxit sanguis, sed aqua. A ergo ex vino sine aqua sacramentum hoc confici non potest.

SED CONTRA. Græci non apponunt aquam, vt magister dicit, sed tamen conficiunt. ergo sine aquæ admistione confici potest sacramentum.

cium, nec panis nisi de frumento, nec granum fruméti nisi redactum fuerit in panem: quia Christus & panem se dicit, & grano frumenti se comparat. Quod ergo supradictũ est, non posse vinum solum offer-

¶ 2 Præt. Nihil est de substantia sacramenti, qd non manet in sacro: sed aqua non manet in propria specie in sacramento. ergo nõ est de substantia sacramenti.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ debeat aqua artificialis apponi, quia sacramentum dicitur esse vniforme: sed ex parte corporis est aliquid artificiale. s. panis. ergo ex parte sanguinis debet B esse aqua artificialis.

¶ 2 Præt. Si panis ex aqua artificiali, vt rosacea, conficeretur, posset ex eo corpus Christi consecrari. ergo & similiter potest apponi in vino aqua artificialis.

SED CONTRA. Baptismus est sacramentum maioris necessitatis quàm eucharistia: sed in baptismo non potest accipi nisi aqua naturalis, vt supradictũ est. ergo nec in eucharistia.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ debeat in magna quantitate apponi, quia quod nõ est, non potest aliquid significare: sed quod corruptum est, non est. cum ergo aqua ponatur ad significandum, vt dicitur, videtur ꝙ debeat tantũm apponi ꝙ non corrumpatur, & ita tantum quantum de vino, vel plus, quia vinũ est magis actiuum.

¶ 2 Præt. De latere Christi sicut sanguis, ita & aqua sensibiliter fluxit: sed si parum de aqua poneretur, non posset sentiri. ergo debet in maiori quantitate apponi.

¶ 3 Præt. Si sufficit in parua quantitate aquam apponi, eadẽ ratione sufficeret ad sacramentum, si gutta aquę in totum dolium proijceretur: sed hoc videtur ridiculum. ergo non sufficit quòd parua quantitas ponatur.

¶ 4 Pręt. Quorundam consuetudo esse dicitur in terris, vbi nõ crescit vinum, ꝙ pãnum vino rubeo intinctum & siccatũ aqua lauẽt, de qua cũ suborẽ vini acceperit, sanguinẽ Christi conficiunt. ergo videtur ꝙ aqua in magna quantitate possit apponi.

lib. 3. de Orthodoxa fi. c. 13.

SED CONTRA. Illud quod est ex duobus, neutrum illorum est, vt Damasce. dicit sed si magna quantitas aquæ apponeretur, esset quædam mistio. ergo non esset vinũ, & ita non posset inde sanguis Christi confici.

¶ 2 Præt. Oportet ꝙ aqua consumatur a vino ad hoc, ꝙ ex pte sanguinis sit tantum vna species, sicut ex parte corporis: sed non posset consumi, si aqua in magna quantitate poneretur. ergo non debet in magna quantitate poni.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ aqua debet apponi vino propter institutionem, quia dominus apposuisse probabiliter creditur ex more illius patriæ: quia vinum ibi sine aqua nũquàm bibitur propter vini fortitudinem, quãuis de aqua in euangelio mentio non fiat, quia non est principalis materia in hoc sacramento: sed eius appositio competit huic sacramento, & quantum ad repræsentationem passionis Christi, & quantum ad significationem rei huius sacramenti, quæ est corpus mysticum per aquam significatum: quia aquæ multæ, populi multi, Apoc. 17. & sic appositio aquę ad vinum significat vnionem membrorum ad caput ratione ipsius coniunctionis: & amorem capitis patientis pro mẽbris ad ipsa ex hoc, ꝙ ex duobus coniunctis vnum efficitur, & processum redemptionis a capite ad membra ex ipsa transformatione aquę in vinum. Vnde dicit glo. Marc. 14. super illud. Accepit Iesus panem &c. Neque aqua solum, neque vinum solum cuilibet licet offerre, ne videatur caput a membris secernere, vel Christũ sine nostræ redẽptionis amore pati potuisse, vel nos sine illius passione saluari.

Gregorius.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut dicit Grego. in mora. ꝙ quia natura vniuscuiusque ex diuersitate componitur, in sacro eloquio per rem ǭlibet recte diuersa significantur. Aqua ergo secundum quod habet vim abluendi, significatio eius cõpetit baptismo: ſm aũt quod cõtinue in terrã decurrit, habet signare populũ 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur: & sic eius significatio competit huic sacramento.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ de aqua apposita est duplex opinio. Quidã. n. dicũt, ꝙ aqua manet ĩ sua natura, & solũ vinum transubstãtiatur: vnde aqua nõ apponitur ibi, nisi ad significationẽ. Alij vero dicunt, ꝙ aqua apposita in vinum cõuertit, & sic totum in sanguinem Christi transubstantiatur. Quæcumq; autem harum opinionum sit vera, aqua nõ erit materia huius sacramenti, quia ſm primam non conuertitur in corpus, vel

sanguinẽ Chri: ſm secundã nõ manet in propria specie, sed vini. Secũda tñ verior apparet & ſm rõnem naturalem, quia modica aqua vino admista, quod est magis actiuum, a vino corrũpitur, & in speciem vini transit: & quantum ad ritũ sacri, quia si aqua in propria natura remaneret, sic calix consecratus non esset tantum pot⁹ spiritualis, sed etiã corporalis: & ita nõ liceret post primam sumptionem sanguinis iterũ sumere.

ri, determinari oportet, recipit. n. exceptionem. Non potest, nisi simpliciter, vel ignoranter fiat: uel nõ potest, idest, non debet: quibusdam tamẽ uidetur hoc generaliter uerũ. Colligitur etiã ex prædictis, ꝙ

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ aqua apponitur pani in ipsa sua confectione, & ideo non est necesse vt postea apponatur. Vel dicendum, ꝙ effectus redemptionis a capite puenit ad mẽbra per sanguinis effusionem: & ideo magis apponitur aliquid ad signandũ populi vnionẽ ad sanguinẽ, quàm ad corpus.

AD SECVNDAM quæstionem dicẽdũ, ꝙ materia ꝓportionatur sacro, vñ ſm aliquid est de essentia sacri. Dictum est aũt supra, quòd perfectio huius sacri consistit in ipsa consecratione corporis & sanguinis Christi, & non in vsu materiæ consecratæ, sicut est in baptismo & confirmatione: & ideo ex parte materiæ illud tantum est de necessitate sacri, quod signat corpus & sanguinẽ Chri. s. panis & vinũ: illud aũt quod signat vsum & effectũ huius sacri. s. aqua, nõ est de necessitate huius sacri: vñ vinũ sine aqua potest cõsecrari, sed cõsecrans peccat.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ exponendum est verbum Cypriani. Nõ põt. i. nõ debet, quia illud possumus, quod de iure possumus: & ideo ǭtum ad id quod debet fieri, est simile ex parte corporis & sanguinis, non autem quantum ad id qđ C fieri põt, qa aqua ẽ de substãtia panis, nõ aũt de substãtia vini.

¶ Ad secũdum dicendum, ꝙ non signat aqua aliquid quod sit de substantia huius sacramenti, vt dictum est, sed effectum, vel vsum consequentem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ effusio sanguinis in passione Christi directe pertinebat ad ipsam passionem, sed emanatio aquæ magis pertinebat ad effectum ablutionis a peccatis.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ cum sine aqua possit sanguis consecrari quantum ad id quod fieri potest, non refert quæcumque aqua apponatur, dummodo sit talis aqua, quæ in vinũ cõuerti possit: sed ǭtum ad id quod fieri debet, nõ debet apponi nisi aqua naturalis, qa illę aquę nõ sũt eiusdẽ speciei, & dñr aquæ æquoce, sicut etiã de vino, & de pane dictũ est.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ panis artificialiter factus est eiusdem speciei cum illo pane, de quo confecit Christ⁹, non autẽ aqua artificialis cum aqua quæ effluxit cũ sanguine D de corpore Chri, est eadem specie: & ideo non est similis ratio.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ quidã dicũt ꝙ silr est ex parte panis, ꝙ de pane cõfecto ex aqua rosacea põt cõfici corpus Chri: quãuis peccaret scienter ex tali pane cõficiens. Sed probabiliter videtur, ꝙ non possit confici, quia panis est principalis materia huius sacramenti, de cuius substantia & compositione est aqua: & ideo diuersificatio aquæ secundum speciem, facit diuersitatem speciei in materia sacramenti, sed aqua non est de substantia vini quæ est principalis materia in hoc sacramento.

¶ Patet etiam responsio ad id quod in oppositum obijcit, quia aqua in baptismo est principalis materia: & ideo si aqua alterius speciei apponatur, nõ seruatur debita materia, & propter hoc non est sacramentum, sed hic est aliter, vt dictum est.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut dictũ est, aqua apposita vino in vinum conuertitur, & sic totum cõuertitur in sanguinem: vnde non tantum de aqua debet apponi quòd vinum in aquam conuertatur, vel in aliquod medium per mistionẽ: & ideo semper tutius est apponere parum, quia E quãtumcunque apponatur parum, significatio seruatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ex hoc ipso ꝙ in vinũ conuertitur aqua, habet suam significationẽ: quia nos in Christum mutamur, non ipse in nos.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ hoc sacramentum repræsentat Christi passionem quantum ad redemptionem quæ facta est ꝑ effusionem sanguinis, sed baptismus quantum ad ablutionẽ: & ideo in baptismo oportet quòd sensibiliter aqua maneat, sicut & ꝙ vinũ hoc sanguini rñdet: aqua aũt hæc apposita a vino absorbet, sicut nña mortalitas ꝑ virtutẽ passionis Christi.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ si apponeretur aqua in dolio non significaret aliquid, & ideo hoc non sufficeret, sed oportet vt imminẽte oblatione apponat ad sacramentum perficiendum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum illud sit magis aqua rubea quàm vinũ, non potest exinde sanguis Christi consecrari: vnde illa consuetudo damnatur in canone de conse. dist. 2. Sicut ĩ sanctificãdo & ca, sequẽti

QVAESTIO III. F

C

Deinde quæritur quomodo Christus hoc sacramento vsus sit in ipsa prima sui institutione.

Et circa hoc qrũtur quatuor.

Christus vinum aqua mistum dedit discipulis. Corpus uero tale dedit, quale tunc habuit, idest, mortale & passibile. Nunc vero sumi-

¶ Primo, Vtrũ ipse corpus suum manducauerit.
¶ Secundo, Vtrum Iudæ dederit.
¶ Tertio, Vtrũ dederit corpus suũ passibile, vel impassibile.
¶ Quarto, Vtrum si in pixide reseruatũ fuisset corpus Christi, ibi moreretur. Sub qua autem forma consecrauerit, supra distin. 8. dictum est.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus manducauerit.

q.1.ar.1.3. part. q.81. art.1. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod ipse Christus non manducauerit: quia de his quæ dominus fecit, non sunt alia asserenda, nisi quæ nobis in euãgelio narrantur: sed in euangelio continetur ꝙ Christus accepit panem in manibus, & dedit discipulis suis manducandum. ergo non debemus asserere ꝙ ipse manducauerit.

¶ 2 Præt. Omne quod manducatur, in cibum assumitur: sed assumens non est assumptum, vt in 3. lib. dist. 5. dictũ est. ergo Christus corpus suum manducare non potuit. (q.1.art.1. quæst.3.)

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum ordinatur ad spiritualem refectionem: sed ipse spirituali refectione non indigebat. ergo hoc sacramentum non sumpsit, quia in vanum accepisset.

q.1.art.1.q.3. & in lr̃a magistri. ¶ 4 Præt. Vt supra dist. 9. dictum est, duplex est modus manducandi. s. spiritualis, & sacramentalis: sed Christo non competebat sacramentaliter manducare, cum esset verus comprehensor, & sine velamine figurarum ad rem sacramenti pertingeret: nec iterum spiritualiter, quia in ipso gratia non augebatur, ergo ipse non manducauit.

Ad Hedibiám & hr̃ de cõsecra. dist. 2. cap. Nec Moyses. SED CONTRA. Hiero. dicit, & habetur de conse. dist. 2. Dñs Iesus ipse cũ apostolis cõuiua & cõuiuium, ipse comedẽs & qui comeditur, ergo ipse corpus suum manducauit.

¶ 2 Præt. Sicut Christus instituit baptismum, ita & hoc sacramentum: sed ipse baptizatus fuit, ergo similiter debuit hoc sacramentum assumere.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ circa hoc est duplex opinio. Quidam. n. dicunt, ꝙ Christus corpus suum in cęna non manducauit, sed tantum manibus accepit: & nituntur soluere authoritates sanctorum qui contrarium dicunt, ꝙ ipse manducauit & bibit in cęna ante consecrationem, sed non corpus suum. Sed expresse habetur Luc. 22 in glo. super illud, Desiderio desideraui &c. ꝙ Christus comedit & bibit in cęna, cum corporis & sanguinis sui sacramentum discipulis tradidit: vnde quia pueri cõicauerũt carni & sanguini, & ipse participauit eisdem: & pp hoc cõius tenetur, ꝙ manducauerit ẽm quod sancti expresse dicere videntur, vñ & ab antiquis versus est factus. Rex sedet in cęna turba cinctus duodena. Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus: non aũt manducauit vt aliquem effectum cõsequeretur a sacro, sed vt alijs manducandi exemplum daret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in acceptione panis potest vtrumque intelligi, scilicet & acceptio in manibus, & manducatio.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ Christus sub specie propria quodammodo distat a seipso sub specie sacramenti, vnde nunc in specie propria est in cęlo, sed sub specie sacramenti est in altari: & secundum hunc modum non est inconueniens quòd seipsum assumat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa manducatio non efficiebat in ipso spiritualem refectionem, sed significabat: nullus. n. adeo perfecte in ipso reficitur, sicut ipsemet.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Christus manducauit, vt dicitur, & sacramentaliter, & spiritualiter: sacramentaliter quidẽ, quia verum corpus suum sub sacramento sumpsit. Poterat. n. in sacramento rem sacramenti inspicere non ex sacramento, & etiã deus videt in effectibus causas, sed non ex effectibus. Spiritualiter autem inquantum in re sacramenti spiritualiter delectaretur, non tamen hæc spiritualis refectio ex sacramento causabatur, nec augmentabatur: vnde nec spiritualis manducatio erat in eo sicut in alijs, nec sacramentaliter. Et ideo quidam dixerunt, ꝙ neque sacramentaliter, neque spiritualiter manducauit. Quidam ꝙ sacramentaliter, sed non spiritualiter.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum Christus corpus suum Iudæ dederit.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ Christus corpus suum Iudę non dederit. Ipse enim impleuit quod mandauit: sed mãdauerat sanctũ nõ esse canibus dandum, Math. 7. ergo ipse non dedit Iudę corpus suũ sanctissimum. (Vbi supra ar.1.)

tur a nobis immortale & impassibile, nec tamen maiorem habet efficaciã. Eucharistia quoque intincta nõ debet dari populo ꝓ supple-

¶ 2 Præt. Secũdum Aug. Deus non est causa alicui ꝙ deterior fiat: sed si Iudas corpus Christi sumpsisset, ex hoc factus fuisset deterior, quia sumendo peccasset. ergo Christus corpus suum ei manducandum non dedit. (lib. 83. quæstionũ. q.3. tom.4.)

G ¶ 3 Præt. Sicut supra dist. 9. dictũ est, ideo sacerdos debet peccatori dare, quia non est dominus, sed dispensator, & reddit qd suum est exigenti: sed Christus erat dominus sacramenti, nec Iudas ibi ius habere poterat, nisi ꝙ Christus sibi daret. ergo nõ debuit Iudæ corpus tradere. (q.1.art.1. quæst.1.)

¶ 4 Præt. Dominus dixit, ꝙ discipuli bibentes bibituri essent secum illud nouum in regno patris sui, & quòd erat eis in remissionem peccatorum: sed neutrum Iudæ competit. ergo ipse non sumpsit, & hæc est ratio Hilarii.

SED CONTRA est, quod Dio dicit 3. cap. eccl. hier. Symbolorũ cõditor partitur sanctissima non vnimode ei sacra cõcęnanti. s. Iudæ: sanctissima autem dicit corpus & sanguinem suum, vt ibidem patet. ergo Iudæ dedit corpus suum. (Sup Math. cano. 30.)

¶ 2 Præt. Sine exceptione dicitur Math. 26. Accipite omnes, & comedite. ergo etiam Iudæ dedit.

VLTERIVS. Videtur ꝙ sub bucella corpus suum ei dedit. Dicit enim Aug. de cõse. Nõ mala erat bucella q̃ data est Iudæ a dño, salutẽ medicus dedit: sed ille quia indignus erat, accepit ad perniciem, nõ aũt fuisset indignus si bucella illa tantum panis fuisset. ergo illa bucella erat corpus Christi. II (dist. 2. c. [illegible] sancta ma[illegible]lis, eripi[illegible] met Aug. tracta. 6. & 26. sup Io.)

H ¶ 2 Præt. Diabolũ intrare in hominẽ est effect⁹ peccati: sed Io. 13. dicit, ꝙ post bucellã introiuit in eum satanas. ergo accipiẽdo bucellam, peccauit. ergo bucella erat corpus Christi.

SED CONTRA est, quod habetur in glo. Ioan. 13. super illud. Cui intinctum panem porrexero &c.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ secũdũ Aug. Christus corpus suum in cęna cum alijs discipulis Iudæ dedit, vt nobis exẽplum daret ꝙ peccatoribus occultis nõ essent sacra deneganda, & vt omnem occasionem ei auferret male faciendi, quam assumere potuisset, si in aliquo ab alijs discipulis ante apertam malitiam fuisset discretus. Hila. tamen cõtrarium dicere videtur, sed primum communius tenetur. (Epla [illegible] tom.1. — Vbi supra cano.32.)

I AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ q̃uis Iudas in rei veritate canis esset, tamen non in manifesto: & ideo noluit eum detegere coram alijs discipulis, ne desperationem incurreret, & sic liberius peccaret.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Christus non dedit causam, nec occasionem Iudæ peccandi, sed peccatum euitandi ex mansuetudinis suæ ostensione ad ipsum: sed ipse ex vitali medicina sumpsit periculum mortis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa non est sola causa, sed etiam ne peccatorem occultum prodat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Iudas bibit cum alijs sacramentaliter, sed non spiritualiter: vnde nec remissionem peccatorum consecutus est, nec in regno patris secum bibit, quia potus ille tantum spiritualiter bibentibus debetur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ Christus primo Iudæ dedit corpus suũ cum alijs discipulis, sed postea bucella intincta in ostensione proditionis eius ei porrecta purus

K panis fuit, sicut patet ex glo. inducta.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Aug. loquit̃ nõ de bucella intincta, sed de eo quod prius cũ alijs discipulis acceperat. (Aug. vbi supra.)

¶ Vel dicendũ, ꝙ dicitur ad pernitiem assumpsisse, quia quod Christus ad salutem suam fecerat porrigendo bucellam, vt videns se deprehensum sub iniquo proposito desisteret, sed ille ex hoc magis exasperatus fuit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in commestione bucellæ intinctæ, peccatum Iudæ augmentatum fuit, vel ex hoc quòd exasperatus est magis, vel propter præsumptionem qua cum magistro in catinum manum mittebat, vt audacia bonam conscientiam mentiretur, vt dicitur Matth. 26. super illud, Qui intingit manum mecum &c. & ratione huius augmẽti dicitur diabolus post bucellã in eum intrasse: iam enim præmissum erat in euangelio, ꝙ diabolus immiserat in cor Iudæ Simonis Scarioth, vt traderet eum.

ARTI-

ARTICVLVS III.

c *Vtrum Christus in cæna discipulis suis corpus impassibile dedit.*

AD TERTIVM sic procedit. Videtur ꝙ Christ⁹ in cęna discipulis suis corpus impassibile dedit: quia su per illud Matth. 17. Transfiguratus est ante eos, dicit glo. Illud corpus quod habuit per naturam, dedit discipulis in cęna, nõ mortale & corruptibile. (Vbi supra a.1.)

mento communionis, quia non legitur Christus alicui discipulorum præbuisse panem intin-

¶ 2 Pręt. Leuit. 2. sup illud. Si oblatio tua fuerit de sartagine &c. dicit glo. Crux super omnia fortis carnẽ Christi quæ ante passionem non videbatur esui apta, post aptam fecit: sed Christus in cęna dedit carnem suam vt aptam ad manducandum. ergo dedit eam talem, qualis fuit post passionem: sed post passionẽ suã fuit impassibilis. ergo dedit corpus suum impassibile.

¶ 3 Præt. Passibile trahitur ad naturã agentis: sed Christus in cęna dedit corpus suum in cibum nõ qui in alios mutaret, sed qui alios in se mutaret. ergo non dedit corpus suum passibile.

¶ 4 Pręt. Omne corpus passibile ex contactu patitur: sed corpus Christi a discipulis manducatum non lædebatur. ergo nõ erat passibile.

SED CONTRA. Inno. dicit. Tale corpus tunc dedit, qua le habuit. s. passibile. (De myster. missæ li. 4. c. 11. & 12.)

¶ 2 Præt. Constat ꝙ Christus discipulis verũ corpus suum tradidit. Corpus suum verum erat passibile. si ergo corpus datum erat impassibile, idem erat passibile & impassibile, quod non est possibile.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ circa hoc duplex fuit opinio. Hugo enim de S. Vict. dicere voluit, ꝙ Christus adhuc existens in carne mortali quandoque vnam dotem, quandoque aliam legit̃ accepisse, sicut claritatem in transfiguratione, subtilitatem in natiuitate, agilitatem quando super mare ambulauit, & similiter impassibilitatem quando corpus suum in cæna dedit, nõ quidem nec tunc simpliciter erat impassibile, sed erat impassibile secundum quod in sacramento dabatur, quia masticatione non lędebatur: sicut etiam in se erat visibile, sed secundum quod in sacro dabat̃, erat inuisibile. Sed istud non potest stare, quia substantia corporis Christi eadem est in sacramento, & in specie propria: sed comparatione eius ad exteriora non est eadem, quia in specie propria comparatur ad exteriora secundũ situm propriarum dimensionum, sed in sacramento secũdum situm dimensionum panis: vnde illæ proprietates quæ insunt absolute corpori Christi, oportet quòd eodem modo insint sibi secũdum quod est in sacramẽto, & secundũ quod est in specie propria: sed illę quæ conueniunt ei ex cõparatione ad aliud corpus extra, non eodem modo, sicut patet de visione: sed passibilitas est proprietas absolute ipsius corporis, vnde cum in propria specię esset passibile, & in sacramento passibile erat, vt alij dicunt, quamuis ibi non pateretur. (vbi supra a.1., c.3.)

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dicitur corpus Christi in sacramento non mortale, non passibile, quia per sacramentalem sumptionem non patiebatur, neque moriebatur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ caro Christi nõ est apta esui, nisi prout est sub sacramento: & quia sacrm̃ huius est repræsentatiuũ passionis Christi, ideo quia dicit̃ crux, fecit eã esui aptam.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ non ratione passibilitatis, sed virtute diuinitatis vnitę habebat corp⁹ Chr̃i ꝙ alios in se cõuerteret.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ masticatio importat respectum corporis Christi ad aliud extra: & ideo quantum ad hoc non comparatur ad manducantem secundum dimensiones proprias, sed secundum dimensiones panis: & inde est ꝙ nunc nõ læditur per masticationem, nisi ratione impassibilitatis, quæ in ipso corpore nunc est.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum corpus Christi, si fuisset in pixide seruatum, non ibi moneretur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ corpus Chr̃i, si fuisset in pixide seruatum, non ibi moreretur. Corpus. n. Christi non est mortuum nisi crucifixione: sed ibi non crucifigebatur, ergo & ibi non moriebatur. (Vbi supra a.4.)

¶ 2 Præt. Actio Iudæorum erat causa mortis Christi & sanguinis effusio: sed ibi non effudisset sanguinem, nec actio Iudęorũ ibi fuisset. ergo non fuisset ibi mortuum.

SED CONTRA. Vnum & idem corpus fuisset tunc in pixide, & in crucę: sed in cruce moriebatur. ergo & in pixide.

A VLTERIVS. Videtur ꝙ si post mortẽ Chr̃i aliquis apostolorũ cõfecisset hoc sacrm̃, ꝙ fuisset ibi anima Chr̃i, fuisset. n. aliter impfe[illegible]ũ sacrm̃: sed de pfectione sacri est nõ solũ corp⁹, sed etiã aĩa, qa totus Chr̃s in sacro cõtinet̃ ergo ibi fuisset aĩa. II

¶ 2 Præt. Verba formæ nõ fuissent tũc maioris virtutis q̃ mõ: sed mõ ex vi formę conficitur corpus cũ anima. ergo &c.

ctum, nisi Iudæ. Tunc vero non accepit Iudas corpus Christi, sed tantum panem: corpus vero

SED CONTRA. Corpus Christi nõ est perfectius sub specie sacramenti, quàm sub specie propria: sed tunc corpus Christi erat exanime. ergo & sub sacramento.

VLTERIVS. Videtur quòd Deus facere potuerit, ꝙ tũc anima esset corpori Chr̃i in sacro exñti vnita. Anima. n. Chr̃i maiorem conuenientiam habebat ad corpus proprium quàm ad infernum: sed anima separata a corpore Christi iacente in sepulcro fuit in inferno. ergo similiter potuisset esse ĩ loco illo, vbi corpus Christi sub sacramento conseruabatur. Et præterea, corpus Christi, quia est diuinitati adiunctum, potest esse in sacramento, & in specie propria. ergo & anima, cum sit diuinitati vnita, poterat esse simul in inferno, & in corpore Christi sub sacramento. III

B

SED CONTRA. Ex hoc sequeretur ꝙ duo contradictoria essent simul vera, si corpus Christi esset simul animatum & inanimatum: sed hoc deus facere non potest, vt August. dicit contra Faustum. ergo nec primum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ omnia verba quæ signant passionem ab extrinseco illatã, nõ possunt attribui corpori Christi, prout est sub sacramento, cuius ratio ex dictis apparet: vnde non potest dici ꝙ in pixide crucifigeretur, vel verberaretur, vel aliquid huiusmodi: nec ex hoc sequit̃ ꝙ duo contradictoria sint simul vera, quia non secundum idẽ

C comparatur ad extra corpus Christi hic, & ibi: omnia aũt verba quæ signant passionem innatam, conueniunt ei vt dolet, patitur & cætera huiusmodi: & similiter põt dici, ꝙ in altari moritur, vnde versus. Pixide seruato poteris copulare dolorẽ Innatum, sed non illatus conuenit illi.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ passiones extrinsecæ pertingunt ad substantiam corporis Christi mediantibus dimensionibus proprijs: & ideo propter impressiones extrinsecas, quæ ad species panis pertinent, nulla passio intrinseca corpori Christi attribuitur: sed propter impressiones extrinsecas ad dimensiones proprias pertinentes attribuuntur passiones corpori Christi, & extrinsecę sub specie propria tantum, & intrinsecę etiam sub specie aliena: & ideo propter crucifixionem in Caluarię loco factam, corpus Christi verum seruatum moriebatur sub specie propria, & sub sacramento.

¶ Et per hoc patet solutio ad secundum, quia actio Iudæorum extrinseca erat: fluxus etiam sanguinis ad motum localẽ pertinet, & sic importat ordinem ad aliquid extra.

D AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ cum animatio sit proprietas intrinseca, constat ꝙ sicut corpus Christi in specie propria erat exanime, ita sub sacramento: vnde si corpus Christi fuisset ab vllo discipulorum consecratum, non fuisset ibi anima. Quidam autem dicunt, ꝙ forma fuit suspensa in illo triduo, & ꝙ si primo consecratum fuisset reseruatum, desineret ibi esse Christo mortuo. Sed hæc friuola sunt, quia nec ratione, nec authoritate confirmantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est dist. 10. anima non est ibi ex vi sacramenti, sed ꝓpter concomitantiam ad corpus: & ideo corpore sine anima existente, nihil deperit perfectioni sacramenti, si anima ibi non contineatur.

¶ Ad secũdum dicendum, ꝙ hoc non est propter defectum virtutis verborum, sed propter diuersam dispositionem corporis Christi.

E AD TERTIAM qõnem dicendum, ꝙ deus bene poterat facere ꝙ anima Christi a corpore separata iacente in sepulcro esset in loco vbi erat corpus sub sacro, quia hoc importat respectum ad extra: sed nõn ꝙ esset ei vnita sub sacro sicut forma, quia hoc pertinet ad dispositionem interiorem: vnde ineuitabiliter sequeretur duo contradictoria esse simul.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio illa non cõcludit, nisi ꝙ esset ibi sicut in loco, & hoc deus bene potuit facere. q.1.ar.2. q̃stiũ.1. & 2.

Et similiter etiam dicendum ad secundum, tamen non est hęc causa, quare corpus Christi potest esse aliquo modo in diuersis locis, quia est diuinitati vnitum: sed ratione conuersionis alterius corporis in ipsum factæ, quæ non fit in animam.

EXPOSITIO TEXTVS.

DE *materia de qua, in conceptione &c.* patet ꝙ ex æquiuotione huius præpositionis, de, procedunt: quia cum dicitur, De pane fit corpus Christi, ly de, non deno-

tet habitudinem causæ materialis : sed solum ordinem muta F tionis terminorum. *Inuestigari salubriter non potest.* s. ut aliquis comprehendere nitatur, quia præsumptuosum est & periculosum, dum aliquis non vult plus credere quàm ratione videri potest : sed inuestigare pro defensione fidei, vtile est. *Quis fidelium habere dubium possit &cæt.* Dicuntur cęli aperiri in ipsa immolationis hora ꝑpter efficaciam diuinæ virtutis, quæ operatur in sacramento summa imis sociari : quia ex specieb⁹ & corpore Christi fit vnum sacramētum, & iterum mēbra capiti vniūtur, & iterum in cęlum rapitur corp⁹ Christi, inquātum fideliū deuotio nō sistit in specie sacramenti, sed fertur vsque ad Christū, secundum quod est in cęlo sub specie propria per desiderium.

& sanguinē Christi ante cum alijs discipulis [b] perceperat.

DISTINCTIO XII.

A

Vbi illa accidentia fundentur.

SI autem quæritur de accidentibus quæ remanent G .i. de speciebus, & sapore, & pondere, in quo subiecto fundentur, potius mihi videtur fatendum existere sine [a] subiecto, quàm esse in subiecto: quia ibi nō est substantia nisi corporis & sanguinis dominici, quę nōn afficitur illis accidentibus. Non.n. corpus Christi talem habet in se formam, sed qualis in iudicio apparebit. Remanent ergo illa accidentia per se subsistentia ad mysterij ritum, ad gustus, fideique suffragium, quibus corpus Christi, habens formam & naturā suam, tegitur.

Vinum operatur sanguinem, in quo est sedes animæ. Hoc potest intelligi tripliciter. Vno modo, vt sedes animæ dicatur consecratio vitæ, quæ est per sanguinem. Alio modo, quia sanguis est potentia totum, quia per actum virtutis nutritiuæ in membra conuertitur. Tertio modo, quia per sanguinem in corde gene H ratum vitalis operatio in omnia membra diffunditur, vt Philosophus in lib. de animalibus dicit. (li.2. de partib⁹ aīaliū cap.4.) *Caro pro corpore vestro offertur &c.* Hoc intelligendum est per quandam adaptationem de salute corporis, quæ erat per gloriam resurrectionis, ad quam hoc sacramentum operatur. *Nec debet iterari sacramentum*, Quātum ad id quod est principale in hoc sacramēto. s. consecratio materiæ: quamuis iteretur quantum ad vsum, vt mistio illa nō possit separari. Sed contra. Alchimistæ dicunt ꝙ per immissionem iunci decorticati potest separari, & dicendum quòd a vino aufertur substantia aquæ, quæ ibi est propter similitudinē iunci quod etiam porosum est, non tamen illa aqua quæ fuit apposita separatur, quia iam facta est vinum. *Nobis vero non potest, ignosci*, idest peccatum nostrum non haberet in se causam veniæ, cum non ex ignorantia procederet. *Aqua vero nullatenus &c.* Si autem per errorem cōtingat, vt aqua loco vini ponatur, si ante consecrationem vini percipiat, debet aquam effundere, & vinum imponere. Si autem post, debet incipere consecrationē vini alio vino super infuso, contritione de negligentia præhabita: vel etiam a capite canonem inchoare super aliā hostiā, hostia prius consecrata posita seorsum, vt Innocen. dicit. (De mysterijs Missę li.4.ca.22. in fine.)

DIVISIO TEXTVS.

POstquàm determinauit magister de vno trium, in quibus consistit integritas huius sacramenti. s. de eo quod est res & sacrm̄, in parte ista intendit determinare de alijs duobus. s. de eo qđ est sacrm̄ tm̄, & de eo qđ est res tm̄: unde diuiditur in partes duas. In prima determinat de eo quod est sacramentum tantum. In scđa de effectu sacramenti, quod est res tantum, ibi. *Institutum est hoc sacramentum &c.* Prima in duas. In prima determinat de accidētibus quæ sunt sacramenta. i. signa vtriusque corporis Christi, scilicet veri, & mystici. In secunda determinat de actu sacerdotis, qui est sacramentum, siue signum passionis Christi, ibi. *Post hoc quæritur, si quod gerit &c.* Circa primum duo facit. Primo determinat de ipsis accidentibus. Secundo, de fractione quæ in eis fundatur, ibi. *Solet autem quæri &c.* Circa hoc duo facit. Primo, determinat de ipsa fractione. Secundo, de partiū significatione, ibi. *Quid autem partes illæ &c.* Circa primum duo facit. Primo, mouet quæstionem. Secundo, determinat eam, ibi. *Ideo quibusdam placet &c.* Circa quod quatuor opiniones ponit. Secunda incipit, ibi. *Alij vero dicunt &c.* Tertia, ibi. *Alij tradunt corpus Christi &c.* Quarta, ibi. *Sed quia corpus Christi &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, ponit opinionē quartam. Secundo, confirmat eam : quia præ cæteris vera est, ibi. *Ne autem mireris &c. Institutum est hoc sacramentum &c.* Hic ponit effectum huius sacramenti : & quia ex effectu rei accipitur vsus eius, ideo circa hoc duo facit. Primo, ponit effectum. Secundo, determinat vtendi modum, ibi. *Si autem quæritur, vtrum quotidie &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est triplex quæstio.

¶Prima, De accidentibus.
¶Secunda, De effectibus huius sacramenti.
¶Tertia, De frequentatione ipsius.

Circa primū q̄runtur tria.

¶Primo, Vtrum accidentia sint hic sine subiecto.
¶Secūdo, De operatione illorum accidentium.
¶Tertio, De fractione quæ in eis fundatur.

De fractione, & partibus.

SOlet etiam quæri de [c] fractione & partitione quæ ibi videtur fieri, utrum uera sit : & si vera fractio est, cuius rei sit, vel in qua re fiat. Cumque non sit ibi alia substantia q̄ Christi, si in aliqua substantia est illa fractio, in corpore Christi videtur esse. Sed econtra, cum ipsum corpus incorruptibile sit, quia immortale & impassibile, in Christo non posse esse uidetur. Nā & Christus redarguit carnalem sensum discipulorum, (Iean.6.) qui putabant carnem Christi, sicut aliam, in partes diuidendam, & morsibus dilacerandam. B Ideo quibusdam placet, quòd nō sit ibi fractio sicut vr̄, sed dicit frāgi, quia vr̄ frāgi. Quibus objicitur quod ait Ambro. Nihil falsi putandum est in sacrificio ueritatis, uel sicut fit in magorum prestigijs, ubi delusione quadam falluntur oculi, ut uideant esse quod non est. At hoc illi dicunt. Non fallit nos uisus, nec fallitur: quod esset, si crederetur ita frangi, ut uidetur. Nec illusio est, quia ad utilitatem fidei, non ad deceptionem ita fit:

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum accidentia sine subiecto esse Deus facere possit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ accidētia sine subiecto esse deus facere nō possit. (D.15 3.par.q.75. arti.5.&q.77.arti.1.) Si.n. esse rei separaretur ab ente, ens esset non ens: sed hoc deus nō potest facere, q̄a non potest facere ꝙ duo cōtradictoria sint simul vera. ergo nō pōt separare eē rei ab ente: sed accidentis esse est inesse, secundum Philosophum. (7. Metaph. tex. co. 15.) ergo deus non potest facere quin accidens insit.

¶2 Præt. Quicūque separat diffinitionē a diffinito, ponit duo cōtradictoria esse simul vera, quia hoc ipsum qđ est hō, est animal rōnale mortale: & ita si ponatur esse hō, & non esse animal rōnale mortale, ponit eē hō, & nō esse: sed diffinitio accn̄tis est ꝙ inest substātiæ, vn̄ etiā in diffinitione singulorum accn̄tium oportet ꝙ ponat substātia. ergo cū de⁹ nō possit facere cōtradictoria sil' eē vera, neq; facere poterit ꝙ accn̄s sit sine substātia.

¶3 Præt. Deus nō pōt facere ꝙ diffinitio insit alicui, & diffinitū non insit eidē, nec ꝙ inter affirmationē & negationē sit mediū: sed si ponamus accn̄tia esse sine substātia, oportet alterum dictorū sequi. ergo deus nō pōt hoc facere. Probatio mediæ. I Nō esse.n. in subiecto, sed ꝑ se existere, est diffinitio substātię, & opponit cōtradictorie ei qđ est esse in subiecto : sed si ponam⁹ aliquod accidens nō esse in subiecto, vel ponem⁹ ꝙ aliquid sit mediū īter esse ĩ subiecto, & nō eē, vel ponem⁹ ꝙ aliquid sit nō ens ĩ subiecto, & nō sit substātia, q̄a si est substātia, nō ē accn̄s. ergo si ponam⁹ accn̄s eē sine subiecto, sequit alterū duorū vel ꝙ inter cōtradictoria sit mediū, vel ꝙ diffinitio separaret a diffinito, quod iterum implicat contradictoria esse simul vera.

SED CONTRA est, quod dicitur Lucæ 1. Nō erit impossibile apud Deum omne verbum.

¶2 Præt. Potest de⁹ plura facere q̄ hō possit ītelligere, vel imaginari: sed aliq philosophi posuerūt dimēsiones eē sine subiecto, sicut q. posuerūt mathematica separata. ergo de⁹ pōt hoc facere.

VLTERIVS. Vr̄ ꝙ nō sit cōgruū huic sacro, ꝙ accn̄tia sint sine substātia. (II Vbi supra ad primū.) In sacro.n. pfectissimo nō cōgruit esse aliqd K qđ diuinæ ordinatiōi repugnet: sed diuina ordinatio ē ꝙ accn̄s sit in subiecto. ergo in hoc sacro nō cōpetit ꝙ sit sine subiecto.

¶2 Præt. Sacrm̄ veritatis non decet aliqua fallacia: sed hoc sacramentū est maxime veritatis, quia continet illum qui dixit. Ego sum veritas Io. 14. cum ergo existentibus accidētibus sine subiecto sequatur fallacia: quia accidentia quantum est in se, signant substantiam propriam subesse, videtur ꝙ non competat huic sacramento accidentia esse sine subiecto.

¶3 Præt. Materia debet esse formę ꝓportionata: sed ex pte formæ sacri nō cōpeteret ꝙ esset accn̄s verbi sine essentia verbi, ergo nec ex pte materiæ cōpetit ꝙ sit accn̄s elemēti sine elemēto.

SED CONTRA. Accidens subiecto respondet: sed substātia panis, qui prius erat subiectum priorum accidentium, mutata est in alterum statum per hoc quòd cōuersa est in corpus Christi, ergo & accidentia congruit in alterum statum mutari, vt. s. sint sine subiecto.

¶2 Præt. Hoc sacrm̄ dicitur mysterium fidei: sed fides nō solū est supra intellectū, sed etiā supra sensum. ergo in hoc sacro nō solum

solum debet aliquid esse supra intellectum, sicut quòd corpus A Christi sub tam paruis panis dimensionibus contineatur, sed etiam supra sensum, scilicet quòd accidentibus quæ sensui subiacent, substantia propria non subsit.

VLTERIVS. Videtur ꝙ accidentia non sint in hoc sacramento sine substantia. Esse enim in substantia æqualiter conuenit omnibus accidentibus: sed albedo non est hic sine subiecto, quod patet ex hoc quòd diuiditur per accidens, quod non cōpetit nisi existēti in subiecto. ergo nec quantitas, aut aliqđ accidens est hic sine subiecto.

¶2 Præt. Illud quod sensus percipit in hoc sacramento, est ibi secundum veritatem, alias esset fictio in hoc sacramento : sed sensus non tantum percipit ibi quantitatem, aut albedinem, sed etiam quantum & album. ergo nō est ibi accidens sine subiecto.

¶3 Præt. Accidens non indiuiduatur nisi ex subiecto, sicut nec forma nisi ex materia : sed accidentia sunt ibi indiuiduata, alias non essent sensibilia. ergo non sunt sine subiecto.

¶4 Præt. Omnis forma separata a materia est intellectus in actu, vt a philosophis probatur : sed si accidentia sunt hic sine subiecto, erunt quædam formæ sine materia, non enim habent materiam partem sui. ergo erunt intellectus in actu, quod falsum apparet.

¶5 Præt. Quanto aliquid appropinquat ad diuinam simplicitatem, tanto est simplicius : sed si sunt hæc accidentia sine substātia, magis appropinquant ad diuinam simplicitatem quàm angeli, quia in angelis est compositio ad minus ex quo est, & qđ est, quæ in his accidentibus inueniri non potest, ergo erunt nobiliora angelis, quod falsum est.

¶6 Præt. Impossibile est densitatem esse sine materia, neque raritatem, quia hæc est diffinitio densi, quòd multum de materia contineatur sub paruis dimensionibus, & contraria est diffinitio rari : sed tactus percipit in hoc sacramento densitatem. ergo est ibi materia sub dimensionibus. ergo dimensiones non per se existunt, & ita nec alia accidentia.

SED CONTRA. Sicut in præcedenti dist. dictum est, ibi non est alia substantia quàm corporis Christi : sed nō sunt accidentia quæ apparent in corpore Christi, sicut in subiecto, quia non denominant ipsum. ergo nō sunt in subiecto aliquo.

¶2 Præt. Species ad hoc remanent in sacramento, vt ducant per significationem in corpus Christi: sed si essent in aliquo sicut in subiecto, non ducerent in corpus Christi, sed magis in cognitionē sui subiecti. ergo sunt hic accidentia sine subiecto.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut dicitur prima propositione lib. de causis, causa prima est vehementioris impressionis supra causatum causæ secundæ, quàm ipsa causa secunda. Vnde quando causa secunda remouet influentiam suam a causato, adhuc potest manere influentia causæ primę in causatum illud: sicut remoto rationali, remanet viuum, quo remoto remanet esse. Cum ergo causa prima accidentium, & omnium existentium deus sit, causa autem secunda accidentiū sit substantia, quia accidentia ex principijs substantiæ causantur, poterit deus accidentia in esse conseruare, remota tamen causa secunda, scilicet substantia. Et ideo absq; omni dubitatione dicendum est, quòd deus potest facere accidens sine subiecto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd inesse nō d dicit esse accidentis absolute, sed magis modum essendi qui sibi competit ex ordine ad causam proximam sui esse. Et quia remoto ordine accidentis ad causam proximam adhuc potest remanere ordo ipsius ad causam primam, secundum quem modum ipsius essendi non est inesse, sed ab alio esse : ideo potest deus facere quòd sit accidens, & non insit, nec tamen esse accidentis ab accidente remouebitur, sed modus essendi.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut probat Auicen. in sua meta. (Auicenna. D.148) per se existere nō est diffinitio d substantiæ: quia per hoc nō demonstratur quidditas eius, sed eius esse, & sua quidditas non est sup esse, alias non posset esse genus: quia esse non potest esse commune per modum d generis, (D.154.) cum singula cōtenta in genere differant secundum esse: sed diffinitio, vel quasi diffinitio substantiæ est res habens quidditatē, cui acquiritur esse, uel debet, vt non in alio. Et similiter esse in subiecto nō est diffinitio accidentis, sed econtrario, res cui debetur esse in alio, & hoc numquàm separatur ab aliquo accidente, nec separari potest: quia illi rei quæ est accidens, secundum rationem suæ quidditatis semper debetur esse ĩ alio, sed potest esse quòd illud quod debetur alicui secūdum rationem suæ q̄dditatis, ei virtute diuina agente, non conueniat : & sic patet quòd facere accidens esse sine substantia, non est separare diffinitionem a diffinitio : & si aliquando hoc dicatur, diffinitio accidentis prædicto modo intelligenda est diffinitio dicta, quia aliquando ab authoribus diffinitiones ponuntur causa breuitatis non secundum debitum ordinem, sed tanguntur illa ex quibus potest accipi diffinitio.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut ab accidentibus in hoc sacramento remouetur esse in subiecto, ita conuenit eis non esse in subiecto, vnde non ponitur aliquid medium inter affirmationem & negationem: nec tamen sequitur quòd diffinitio alicui conueniat, cui non conuenit diffinitum : quia non esse in substantia non est diffinitio substantiæ, vt dictum est, sed habere quidditatem, cui tale esse competat, & hoc nō conuenit eis ex ratione suæ quidditatis, sed diuina virtute.

C AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd accidentia remanere in hoc sacramento qualiter congruat, supra dictū est dist. præcedenti. (a Magistro in litera & a S.Tho.q.1.ar.1.quęstiun.2.) Sed accidentia esse sine subiecto congruit huic sacramento multipliciter. Primo, quantum ad significationem, quia species sine substantia existentes expressius ducunt in corpus Christi quod sub eis continetur & immediatius : si.n. subiectum haberent, ducerent immediate in subiectum illud. Secundo, propter effectū qui est vnio membrorum ad caput, in quo sunt per fidē: & ideo in hoc sacramento oportet aliquid esse supra naturam, per quod intellectus noster assuescat ad ea quę sunt fidei credēda. Tertio, quantū ad vsum, quia est cibus spiritualis ; & ideo competit quòd nullum accidentibus subiectum subsit, quod cibus corporalis esse possit. Quarto, quantum ad perfectionem: quia enim hoc sacramentum est perfectissimum, ideo omnia quæ sunt in hoc sacramento altissimum statum accipiunt, sicut quòd substantia panis in corpus gloriosum diuitati vnitum conuertitur : & propter hoc etiam accidentibus datur in hoc sacramento sine subie- D cto esse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuina dispositio quæ aliquid ordinat secundum legem communem, etiam sibi aliqua reseruat præter legem communem facienda ad aliquod priuilegium gratiæ communicandum : nec ex hoc sequitur aliqua inordinatio, quia diuina dispositio vnicuique rei ordinem imponit.

¶Ad secundum dicendum, quòd de substantia rei iudicare nō pertinet ad sensum, sed ad intellectum, cuius obiectum d est quod quid est, vt dicitur in 3. de anima : (D.752. Elicitur ex text. 21. & 26.) & ideo non accidit ibi aliqua deceptio, quia accidentia sunt ibi de quibus sensus iudicat: sed de substantia verum iudicium habet intellectus fide iuuatus, nec est inconueniens quòd intellectus absque fide erret in hoc sacramento, sicut & in alijs quæ sunt fidei.

E ¶Ad tertium dicendum, quòd verbo inest virtus transubstantiandi : & ideo ad hoc quòd sit vera transubstantiatio, oportet quòd sit verum verbum, sed materia est ibi ad significandum : & ideo sufficit quòd accidentia remaneant, quibus mediantibus significatio completur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ quidam dixerunt, quòd vera substantia panis simul remaneat sub sacramento cum corpore Christi, & secundum hoc accidentia non essent in hoc sacramento sine subiecto: sed hæc opinio in præcedenti dist. improbata est. Alia opinio est, quòd remanet ibi forma substantialis, & in ea fundantur omnia accidentia quæ apparent: (a Magistro in litera & a S.Tho.q.1.ar.1.quęstiun.1.) sed non minus difficile est materialem formam substantialem a materia separare, quàm accidentia a substantijs. Et præterea quantitas non respicit formam nisi ratione materiæ, vnde formæ immateriales dimensionibus carent : & ideo cū alia accidentia mediante quantitate referantur ad substantiam, non poterat forma existens sine materia accidentiū sensibilium subiectum esse. Boetius ēt dicit in lib. de Trini. (Li.1. cap.3) quòd forma

forma simplex subiectum esse non potest. Et ideo alij dixerũt, quòd accidentia illa fundantur in aere sicut in subiecto: sed hæc opinio stare non potest. Constat enim quòd ante transubstantiationem sub dimensionibus panis non erat aer. ergo si cõuersione facta sit ibi aer, oportet quòd aer subintrauerit per motum localem dimensiones illas, & iste motus non percipitur. (Lucæ vlt.) Et præterea, inconueniens est ꝙ subiectum moueatur motu locali ad accidens, & ꝙ accidens trãseat de subiecto in subiectum. Probatum est etiam a Philosophis, quòd corpus naturale & corpus mathematicum non possunt esse simul: (4. phys. tex. com. 76.) vnde cum illæ dimẽsiones quę fuerunt, sint quoddam corpus non naturale, sed mathematicum, non poterit aer cum illis dimensionibus simul esse, nec poterit esse subiectum eorũ, quia habet dimensiones proprias aer. Cum ergo omnes dimensiones sint eiusdem speciei in quacumque materia sint, quia materia non intrat in diffinitionem earum, si dimensiones panis iterum sint sicut in subiecto in aere, sequitur quòd duo accidentia speciei eiusdem sunt in eodem subiecto, quod est contradictoria esse simul, quia accidentium eiusdem speciei numeratio nõ est nisi ex subiecto: vnde si subiectum sit vnum, sequitur illa accidentia esse plura, & non plura. Constat etiam quòd aer non est susceptiuus talium accidentium, scilicet duritiei, figuræ determinatæ, & aliarum huiusmodi quæ ibi apparẽt. Et ideo dicendum est, quòd accidentia sunt ibi sine subiecto: non enim potest dici ꝙ sint in corpore Christi, sicut in subiecto. Sciendum autem ꝙ substantia corporalis habet quòd sit subiectum accidentium ex materia sua, cui primo inest subijci alteri. Prima autem dispositio materiæ est quantitas, quia secundum ipsam attenditur diuisio eius & indiuisio, & ita vnitas & multitudo quæ sunt prima consequentia ens: & propter hoc sunt dispositiones totius materiæ, non huius aut illius tantum. Vnde omnia alia accidentia mediante [d] quantitate in substantia fundantur, & quantitas est prior eis naturaliter: (D. 24) & ideo non claudit materiam sensibilem in ratione sua, quàmuis claudat materiam intelligibilẽ, vt dicitur in 7. meta. (T.com.34.) Vnde ex hoc quidam decepti fuerunt, vt crederent dimensiones esse substantiam rerum sensibilium, quia remotis qualitatibus nihil sensibile remanere videbant nisi quantitatem, quæ tamen secundum esse suum dependet a substantia, sicut & alia accidentia. Virtute autem diuina confertur dimensionibus quæ fuerũt panis, vt sine subiecto subsistant in hoc sacramento, quod est prima proprietas substantiæ, & per consequens datur eis vt sustineant alia accidentia, sicut & sustinebant quando substantia eis suberat: & sic alia accidentia sunt in dimensionibus sicut in subiecto, ipsæ vero dimensiones non sunt in subiecto.

sicut Christus se ostendit duobus discipulis in uia in specie peregrini, nec in eo tamẽ talis forma erat, sed oculi eorũ tenebantur ne eum agnoscerent.

Aliorum opinio.

Alii uero dicunt, quòd sicut ibi species panis ẽ, & non est ibi res cuius, uel in qua sit illa species: ita ibi est fractio, quæ non fit in aliqua re, quia nihil ibi frangitur: quod mirabiliter Dei potentia fieri dicunt, ut fiat fractio, ubi nihil frangitur.

Aliorum opinio.

Alii tradunt corpus Christi essentialiter frangi & diuidi, & tamen integrum & incorruptibile existere. Quod se colligere asserunt ex confessione Berengarij, qui confessus est coram Nicolao Papa, & pluribus Episcopis, panem & uinum quæ in altari ponuntur, post con- (De consec. dist. 2. cap. Ego Berengarius.)

Ad primum ergo dicendum, ꝙ prima accidentia consequentia substantiam sunt quantitas & qualitas, & hæc duo proportionantur duobus principijs essentialibus substantiæ, scilicet formæ & materiæ, quia quantitas respondet materiæ, vnde magnum & paruum Plato posuit differentias materiæ, sed qualitas ex parte formæ. Et quia materia est subiectum primum quod non est in alio, forma autem est in alio, scilicet materia: ideo magis appropinquat ad hoc quod est non esse in alio quantitas, quàm qualitas, & per consequens quàm alia accidentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantitas dimensiua secundum suam rationem non dependet a materia sensibili, quàmuis dependeat secundũ suum esse, ideo in prędicando & subijciendo accipit modum substantiæ & accidentis: vnde lineam dicimus & quantitatem, & quantam, & magnitudinem, & magnam: & ideo cum sint ibi dimensiones sine substantia, non tantum videt sensus quantitatem, sed etiam quantum: de alijs autem accidentibus planum est, quòd est ibi aliquid album, quia albedo est ibi in subiecto.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ de ratione [d] indiuidui duo sunt, scilicet quòd sit ens actu vel in se, vel in alio: & quòd sit diuisum ab alijs quæ sunt, vel possunt esse in eadem specie in se indiuisum existens: (.728) & ideo primum indiuiduationis princi-

F pium est materia, qua acquiritur esse in actu cuilibet tali formæ siue substantiali, siue accidentali: & secundarium principium indiuiduationis est dimensio, quia ex ipsa habet materia quòd diuidatur: vnde in carẽtibus dimensione impossibile est aliquam esse distinctionem, nisi per formam quæ facit diuersitatem speciei: & propter hoc in angelis sunt tot species quot indiuidua, qa cum sint formę, siue quidditates subsistẽtes ex seipsis, habẽt esse in actu & distinctionem: & ideo nõ indigent ad sui indiuiduationem neq; materia, neque dimensione. Si ergo quantitas sine materia haberet eẽ actu, per se haberet indiuiduationem, quia per se habet diuisionem illam secundũ quam diuiditur materia, & sic vna pars differret ab alia non specie, sed numero secundum ordinem qui attenditur in situ partium: & similiter vna linea ab alia differt numero, dummodo acciperetur in diuerso situ. Quia ergo in hoc sacramẽto ponimus dimensiones per se subsistere, constat quòd ex seipsis indiuiduantur, & per eã alia accidentia quæ in eis fundantur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud quod est intellectus, vel H intellectum in actu, secundum Philosophos oportet esse separatũ non solum a materia, sed ẽt a conditionibus materiæ indiuiduantibus, & hoc non est in proposito, vt ex dictis patet.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cum ista accidentia habeant esse, & essentias proprias, & eorum essentia non sit eorum esse, constat quòd aliud est in eis esse, & quod est: & ita habent compositionem illam quę in angelis inuenitur: & vlterius compositionem ex partibus quantitatis, quæ in angelis non inuenitur, & sic magis recedunt a diuina simplicitate.

¶ Ad sextum dicendum, quòd sicut subiectum quod ponitur in diffinitione aliorum accidentium, non est de essentia accidentis, ita etiam materia quæ ponitur in diffinitione raritatis & densitatis non est de essentia eorum: non enim est densitas materia multa existens sub paruis dimensionibus, sed proprietas quędam consequens ex hoc, quòd materia sic se habet: vnde talem proprietatem deus potest facere, etiam si materia non esset. I

ARTICVLVS II.

b *Vtrum accidentia quæ remanent in hoc sacramento possint immutare aliquid extrinsecum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd accidentia quæ remanent in hoc sacramento non possint immutare aliquid extrinsecum. (3. par. q. 77. ad 3.) Illa enim agunt & patiuntur adinuicem, quæ communicant in materia, vt dicitur in 1. de generatione: (T.com.41.) sed accidentia illa non communicant in materia cum corporibus exterioribus. ergo non possunt ea immutare.

¶ 2 Præt. Actio naturalis requirit contactum naturalem, vt patet in 1. de generatione: sed mathematicis, idest, dimẽsionibus separatis nõ conuenit tactus physicus, sed mathematicus K tantum, sicut & locus, vt ibidem dicitur. ergo cũ in hoc sacramẽto sint dimensiones separatæ, in quibus alia accidẽtia fundantur, vt dictum est, videtur quòd non possint agere in aliquid extrinsecum.

¶ 3 Præt. Passum, quàmuis in principio sit contrarium, tamen in fine est simile: sed si corpora exteriora immutarentur, ipsa iam immutata non essent formæ tantum, sed formæ in materia. ergo non possunt immutari a dimensionibus quæ sunt formæ tantum.

SED CONTRA. Nihil sentitur quod immutat sensum: sed huiusmodi accidentia sentiuntur. ergo immutant. (Vt habetur 2. de anima text. co. 51.)

¶ 2 Præt. Omne quod habet esse, habet agere aliquo modo, quia nulla res destituitur propria operatione: sed huiusmodi accidentia habent esse. ergo possunt agere.

VLTERIVS. Videtur quòd non possint aliquid extrinsecum immutare substantialiter. Generans enim debet esse simile generato: sed omne generatum est compositum ex materia

ria & forma. cum ergo accidentia illa sint formæ tantum, non possunt immutare generatum aliquid extra se. Et hac ratione vtitur Philosophus in 7. meta. contra Platonem, qui ponebat formas separatas esse causas generationis sensibilium. (T.com.30.)

¶ 1 Præt. Nihil agit vltra suam speciem, sed citra quandoque, quia effectus nõ est nobilior causa: sed substantia est nobilior omni accidente. ergo illa accidentia non possunt aliquam substantiam generare.

SED CONTRA. Species istæ habent eandẽ virtutem quã habebant ante transubstantiationem, qa nihil est eis ablatum, sed additum: sed ante trãsubstantiationem poterant aliquid substantialiter immutare. ergo & post.

tionem non solum sacramentum, sed etiam uerum corpus & sanguinem Christi esse, & sensualiter non solum sacramento, sed in ueritate manibus sacerdotũ tractari & frangi, & fidelium dentibus atteri.

Sententia probabilior.

Sed quia corpus Christi incorruptibile est, sane dici potest fractio illa & partitio non in substantia corporis, sed in ipsa forma panis sacramẽtalis fieri, ut uera fractio & partitio sit ibi, quæ fit non in substantia corporis, sed in sacramento, idest, ĩ specie. Ne autem mireris, uel insultes, si accidẽtia uideantur frangi, cum ibi sint sine subiecto, licet quidam asserãt ea fundari in aere: est enim ibi uera fractio & partitio quæ fit in pane, idest, in forma panis. Vnde Apostolus ait. Panis B quem frangimus, quia forma panis ibi frangitur, & in partes diuidit: Christus uero integer manet, & totus est in singulis. Vnde Aug. (1. Cor. 10.) (In ser. quodam verbis Euangelij & habetur De consec. dist. 2. cap. Inuitat.)

III VLTERIVS. Videtur quòd ista accidentia nullo modo possint corrumpi, quia ista accidentia sunt formæ tantum: sed forma est inuariabili essentia cõsistens, vt dicitur in li. sex principi. ergo huiusmodi species non corrumpuntur. (Vt supra, a. 4. In princip.)

¶ 2 Præt. Oĩs res per se subsistens sine materia, est incorruptibilis, quia materia est corruptionis principium, sicut patet in angelis, & animabus: sed huiusmodi species sunt formæ sine materia subsistentes, ergo sunt incorruptibiles.

¶ 3 Præt. Si corrumpuntur, aut corruptio ista est naturalis, aut miraculosa: naturalis nõn, quia sicut nihil generatur naturaliter nisi compositum, ita nihil corrumpitur nisi compositum naturaliter. Similiter neque miracula, quia sic sola dei virtute fieret; deus autem secundum Aug. non est causa tendendi in non esse. ergo nullo modo corrumpitur. (lib. 83. quæst. q. 21.)

SED CONTRA. Quandiu sunt accidentia sensibilia, sentiri possunt: sed quandoque desinunt sentiri posse huiusmodi accidentia. ergo desinunt esse.

¶ 2 Præt. Quandiu species manent, & corpus Christi manet sub sacramento: sed corpus Christi quandoque desinit esse sub sacrãmento. ergo quandoque desinunt esse species illæ.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd ex eis non possit aliquid generari. (Vt supra, a. 5.) Corruptio enim generationi, vel factioni opponitur: sed omne quod non habet materiam partem sui, si sit, oportet quòd ex nihilo fiat. ergo si corrumpitur, oportet quòd in nihilum tendat, & nihil ex eo fiat.

¶ 2 Præt. Substantia & accidens magis differunt quàm corpus & spiritus: sed ex corpore non potest fieri spiritus, vt patet in lib. de duabus naturis. ergo ex speciebus illis quæ sunt accidentia tantum, non potest substantia aliqua generari. (Boetius in li. de dua. naturis, paulo post initium.)

¶ 3 Præt. Impossibile est ex vno simul & semel multa fieri: sed si aliquid generatur, in illo est inuenire substantiam & accidẽs. ergo non potest generari ex accidente tantum.

¶ 4 Præt. Si aliquid generatur, aut illa generatio est naturalis, aut miraculosa: naturalis non, quia generatum, & id ex quo generatur naturaliter conueniunt in materia, vt patet in omnibus generationibus naturalibus, quod hic non potest inueniri: similiter nec miraculosa, quia quòd vermes aliquando inde generẽtur, vel in cinerem resoluatur, hoc est in irreuerentiam tanti sacramenti, quod a deo non est, ergo nullo modo aliquid ex huiusmodi speciebus generari potest.

SED CONTRA est, quòd sensibiliter apparet, si diu reseruentur, paulatim in aliud mutari.

¶ 2 Præt. Inno. dicit. In quo similitudo deficeret, in eo sacramentum non esset: sed ibi se proderet, & locum fidei auferret. ergo oportet esse omnimodam similitudinem specierum ad substantiam panis: sed ex substantia panis poterat aliquid generari. ergo & ex speciebus ibi remanentibus. (Li. 4. de mysterijs Missæ, ca. 37.)

V VLTERIVS. Videtur quòd non possint nutrire, quia omnis cibus qui nutrit, in corpus transit, & superfluitates ex eo resoluuntur: sed cibus iste non vadit in corpus, vt Ambro. in litera dicit. ergo non nutrit. (Vt supra a. 6.)

¶ 2 Præt. Ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus, vt dicitur in 2. de generatione: sed non sumus ex accidentibus. ergo ex eis non nutrimur. (T.com.50.)

¶ 3 Præt. Omne qđ nutrit quocumq; modo, soluit ieiuniũ. si ergo species illæ nutriunt, soluunt ieiuniũ: & sic post sumptionẽ corporis Christi non posset aliquis cõmunicare, qđ falsum est.

A SED CONTRA est, quod dicitur in glo. 1. Cor. 11. super illud. Alius quidem esurit, alius ebrius est, quòd aliqui sunt inebriati ex vsu specierum huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Nihil aufert sitim, vel famem nisi quod nutrit: sed sensibiliter reperiri potest quòd ex potu illo sitis tollitur, præcipue si in multa quãtitate sumatur. ergo nutriunt species illæ.

VI VLTERIVS. Videtur quòd nullus liquor possit speciebus illis permisceri, quia vt in 1. de generatione probat Philosophus, accidens non permiscetur substantiæ: (T.com.83.) sed quilibet liquor substantia quædam est. cum ergo illæ species sint tantũ accidẽtia, videtur quòd nihil possit eis permisceri.

¶ 2 Præt. Sicut hoc sacramentum sub certa forma verborum consecratur, ita & aqua benedicta: sed si aqua permiscetur aquæ benedictæ, totum fit benedictum. si ergo aliquis liquorum permisceri posset vino consecrato, esset totum consecratum: & sic liquor ille transiret in sanguinem Christi sine forma verborum, quod falsum est.

¶ 3 Præt. Humidorum permistorum efficitur superficies vna. si C ergo illis speciebus aliquis liquor admisceatur, efficitur vna superficies liquoris aduenientis, & specierum præexistentium: sed superficies liquoris est in subiecto, superficies autem specierum non est in subiecto. ergo eadem superficies erit in subiecto, & non in subiecto, quod est impossibile.

¶ 4 Præt Corpus Christi non est sub sacramento ex quo sub speciebus illis est alia substantia: sed si aliquis liquor subtilis, puta, vinum, vel aqua admisceatur illis speciebus, cum non contineatur proprijs terminis, oportet quòd diffluat ad terminos dimensionum, sub quibus erat corpus Christi. ergo desinunt ibi esse species. ergo corrumpuntur, & non permiscẽtur.

¶ 5 Præt. Sicut album & nigrum sunt differentiæ coloris, ita magnum & paruũ sunt differentiæ quantitatis, vel circa quantitatem: sed idem color non est albus & niger, ergo neque eædem dimensiones sunt magnæ & paruæ: sed addito aliquo liquore dimensiones illæ efficiuntur magnæ. ergo non sunt eædem quæ prius. ergo non permiscentur.

D SED CONTRA. Secundum Philosophum in 1. de generatione, Ea quæ sunt diuisibilia in minima, sunt bene permiscibilia: sed ita est de speciebus illis. ergo &c. (T.com.88.)

¶ 2 Præt. Maius est corrumpi quàm permisceri: sed species possunt corrumpi. ergo possunt permisceri.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd agere nõ est nisi rei per se subsistẽtis, & ideo neq; materia agit, neque forma, sed compositum: quod tamen non agit ratione materiæ, sed ratione formæ quæ est actus, & actionis principium. Et quia quantitas se tenet ex parte materiæ, qualitas ex parte formæ, ideo quantitas non agit nisi mediante qualitate, quæ est per se actionis principium: vnde qualitates sunt sensibiles primo, quantitates secundo. Quia ergo in sacramento quantitates retinent eundem modum essendi quem habebant substantia panis existente: ideo habent eundem modum agendi vt immutent, & agant naturaliter sicut prius. E Quantitatis enim, quæ alium modum essendi habet, quia non est in subiecto, non est agere nisi mediante qualitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd materia accidentis est proximum subiectum eius, proximum autem subiectũ qualitatis corporalis est quantitas, vt superficies coloris: & ideo qualitas quæ est actionis principium, communicat quodammodo in materia cum his quæ sunt extra, quia quantitas hincinde subesse inuenitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd mathematici non solum abstrahunt a materia, sed a sensibilibus accidentibus. Et quia dimensiones in hoc sacramento non sunt separatæ ab accidentibus sensibilibus, ideo non solum habent tactum mathematicum sicut mathematica, sed etiam physicum: quia ratione illorum accidentium possunt immutare, & immutari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantum ad immutationem accidentalem satis simile inuenitur hincinde, quia sicut in sacramento non est albedo separata, sed album quod agit: ita exterius

terius per immutationem non fit albedo, sed aliquod album: & ita inquantum huiusmodi passum in fine est simile.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd in actionibus naturalibus formę substantiales non sunt immediatum actionis principium, sed agunt mediantibus qualitatibus actiuis & passiuis sicut proprijs instrumentis, vt dicitur in 2. de anima quòd calor naturalis ē quo anima agit: & ideo qualitates non solū agunt in virtute ꝓpria, sed etiā in virtute formæ substantialis, vnde actio earum non solum terminatur ad formā accidentalem, sed ēt ad formam substantialē, & propter hoc generatio est terminus alterationis: huiusmodi autem virtutem instrumentalem recipiunt eo ipso quo a principijs essentialibus causantur. Vnde sicut remotis substantijs remanet accidentibus idem esse secundū speciem virtute diuina, ita etiam remanet eis eadem virtus quæ & prius: & ideo sicut ante poterant immutare ad formam substantialem, ita & nunc.

Elicitiue ex text. co. 24. vbi inquit Philosoph. Aīa ē principiū quo uiuim. &c.

Quando Christus manducatur, uita manducatur: sed quis audeat manducare Dominum suum? & tamē ueritas inuitans nos ad manducandum ait. Qui manducat me, uiuet propter me. Nec occiditur Christus ut manducetur, sed mortuos uiuificat quādo māducatur: reficit, non deficit: uiuit māducatus, quia surrexit occisus: nec quādo manducamus, partes de illo facimus, & quidem in sacramento sic fit. Item, Norūt fideles quomodo manducent carnem Christi, unusquisq; accipit partem suam. Vnde & ipsa gratia partes uocantur, per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cælo, manet integer totus in corde tuo. Ideo ista dicuntur sacramēta, quia in eis aliud uidetur, & aliud intelligitur. Videtur panis & calix, quod & oculi re

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nos non ponimus omnino huiusmodi qualitates separatas, sicut Plato ponebat formas naturales, cum ponamus pro subiecto id quod erat proximum subiectum eorū primo, & ideo non est similis ratio hinc inde: tamen hic etiam generans non est omnino simile generato, quia generatum est substantia, generans autem non: sed hoc ideo contingit, quia vt dictum est, huiusmodi qualitates habent instrumentalem virtutem generandi. Generatū autem non oportet quòd assimiletur instrumento, sed principali generanti, vt dicit Commen. in 11. meta. quia instrumentum nō agit virtute sua, sed alterius, & illi assimilat, non sibi: vnde generatio hic assimilatur substantiæ quæ prius erat. Plato autem formas separatas non ponebat instrumentalia generantia, sed primas causas generationis & principales.

Ex com. 13

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ propria virtute nihil agit vltra suā speciem, sed virtute alterius, cuius est [d] instrumētū, potest agere vltra speciem suam, sicut serra agit ad formam scamni.

D. 92

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ vnaquæque res habet proprium esse suæ speciei. Nō enim esse in omnibus est vnius speciei, sicut nec animalitas est vnius speciei in omnibus animalibus: nec humanitas eadem numero in omnibus hominibus, sicut & vnaquæque res habet propriam actionem. Vnde sicut in qualitatibus quæ remanent in hoc sacramento, remanet actio conformis actioni substātiæ prius existentis: ita etiam esse subsistens, quod conuenit dimensionibus remanentibus, est conformæ illi esse quod prius substantia panis habebat. Vnde sicut qualitas facit eandem actionem quam prius faciebat substantia panis & vini existente, ita esse, in quo dimensiones subsistunt, tollitur eisdē passionibus quibus ante ea tolleretur eadem substātia existente: & propter hoc eodem modo corrumpuntur accidentia remanentia, sicut & prius corrumpi poterant. Prius autem corrumpi poterant dupliciter. Vno modo, manente substantia subiecti per aliquam accidentalem mutationem, sicut ex parte qualitatū secūdum aliquam alterationem vinum saporem, vel colorem mutare poterat, & ita color qui prius erat, aut sapor corrumpebatur: sed quantitas prædicto modo non poterat corrumpi per motum in quantitate, s. augmentum, quia vinum & panis nō sunt corpora animata quæ possunt esse subiectū augmenti & diminutionis, s. per additionem, vel diuisionem, quia s̄m Philosophum in 5. meta. in additione quātitatis ad quantitatē vna quantitas esse incipit duabus esse desinentibus, & econtrario est in diuisione. Alio modo, per corruptionem substantiæ, quæ quidem contingit ex trāsmutatione accidentium, & ex parte qualitatum, quia sicut generatio, ita & corruptio est terminus alterationis: & ex parte quantitatis, quia cūm vnaquæq; res naturalis habeat quantitatem determinatam, in tantū poterit diuisio fieri, ꝙ species non remanebit. Vnde etiam in hoc sacramento aliquando aliqua alteratione facta in qualitatibus, adhuc manet esse illud dimensionum conforme substantiæ præcedenti: & tunc ratione ipsius corruptionis accidentium non desinit esse corpus Christi sub sacramento. Aliquando autem alteratio ad terminum venit, & tunc esse prædictum tollitur, & sic desinit esse sacramentum: & similiter ex parte quantitatis, quia si fiat diuisio in partes tantæ quantitatis quæ sufficiat ad speciem panis, vel vini, sunt quidem aliæ dimensiones, quia partes continui quæ erant potentia, fiunt actu, sed esse conforme substantiæ præexistenti manet, & ideo adhuc est sacramentum. Si autem quantitas partium adhoc non sufficiat, vtrumque esse desinet & dimensio, & esse prædictum, & ideo corpus Christi desinit esse sub sacro.

T. com. 16.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ forma dicitur esse inuariabilis, qa non est variationis subiectum, tamen per variationem tollitur, sicut patet in alteratione & augmento, & ita largo modo dicuntur corrumpi, prout omne qd̄ esse desinit, dr̄ corrūpi.

Vbi supra eodem. & c. Qui manducat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dimensiones, quæ sunt proximæ dispositiones materiæ, retinent in hoc sacramento vicem materiæ: & ideo se habent ad esse, in quo subsistūt, sicut materia ad formam substantialem, & ipsæ subsunt sicut subiectum accidentibus, & hoc modo corruptionis principium esse possunt, sicut & materia esset. Ipsæ etiam partes dimensionum, cum sint in potentia, habent quandam rationem materiæ ratione totius dimensionis: & ideo ex parte earum accidit corruptio aliqua in tota dimensione per diuisionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd species sic remanere miraculosum est, sed ꝙ sic remanentes corrumpantur, est naturale: sicut miraculosum est ꝙ cæcus visum recipiat, sed ꝙ iam visu recepto videat, est naturale. Remanet. n. quidā compositionis modus in accidentibus istis, dū quantitas retinet rationē materiæ, & qualitas rationem formæ, vt dictum est.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd quidam dicunt, ꝙ quàmuis illæ species possint corrumpi & putrefieri, tamen ex tali putrefactione, vel corruptione nō generantur vermes, vel aliquid huiusmodi: sed hoc nihil est. Constat enim ꝙ accidentia qn̄ corrumpuntur, non hoc modo esse desinunt, vt dispareant omnino ac si totaliter annihilarentur, sed succedit illis accidentibus aliquid sensibile, & hoc oportet esse de nouo generatum. Nec est differentia, quicquid sit illud, vtrum sit vermis, vel cinis, vel aliquid huiusmodi, quia similis difficultas est de omnibus: & ideo alij dixerunt, ꝙ substantia panis ibi remanet, ex qua materialiter aliqua generari possūt: sed hæc opinio supra improbata est. Et ideo alij dixerunt, ꝙ ex mutua actione accidentium sacramenti ad corpora circunstantia generantur vermes ex aere continente. Sed hoc non videtur esse verum, quia accidentia illa non habent ibi aliam actionem, quam haberent si substantia remansisset: sed quando substātia erat, non poterāt vermes ex aere generari, vel cinis per talem actionem, vnde nec modo. Et præterea sensibiliter apparet, ꝙ in illo loco vbi fuit corpus Christi, est illud quod generatur, & ibidem alte ratio præcedens apparet: aer autem ante vltimū instans corruptionis specierum non erat in loco illo, quia sic subintrasset dimensiones, sub quibus erat corpus Christi, quod est impossibile. Nec etiam mouebatur ad locum illum, quia quietus forte manebat, vnde sequitur ꝙ totus motus aeris, & alteratio ipsius, & corruptio, & generatio vermiū, aut cineris sit in eodem instanti, quod est impossibile. Et præterea, idem accideret si corpus Christi conseruaretur inter aliqua corpora solida, quæ nō subintraret aer, & non appareret aliqua mutatio facta in corporibus solidis circunstantibus. Et præterea, Si corpus Christi in magna quantitate consecratum esset, idem posset accidere, & tanta inspissatio aeris non posset de facili accidere sine sensibili ipsius immutatione. Et ideo alij dicunt, ꝙ peracto sacramento redit substantia panis sub speciebus quę prius fuerat, & ex illa generantur vermes, vel aliquid huiusmodi. Sed hoc non pōt esse. Quandiu. n. est ibi corpus Christi, non redit substantia panis: quia sic esset corpus Christi sub speciebus cum substantia panis, quod est tertia opinio quæ non sustinetur. Quandiu autem sunt ibi species, manet sub speciebus corpus Christi, vnde quandiu manent species, substantia panis non redit: remotis aūt speciebus illis iam non est ibi substantia panis, sed vermium, vel cineris, vel alicuius huiusmodi. Numquā enim est substantia panis sine speciebus panis, vnde substantia panis nō rediret, nisi forte dicatur redire quo ad materiam tantum, quia illa eadem materia, quæ prius erat sub forma panis, postmodum fit sub forma cineris, vel alicuius huiusmodi:

& hoc

Dist. 11. q. ar. 1. per totum, & in litera Magistri.

Et improbata est supra.

& hoc posset stare cum secūda opinione prius tacta, quantum ad hoc quòd ponebat substantiam panis in præiacentem materiam resolui: quod stare non potest, vt supra probatum est. Sed quantum ad aliam partem quæ ponebat ꝙ annihilaretur, non potest stare, quia quod in nihilum redactum est, nō potest iterum idem numero sumi. Sed quantum ad primam opinionem, quę cōmuniter sustinetur, omnino stare non pōt: quia quod conuersum est in alterum, non potest redire nisi alterum in ipsum cōuertatur: substantia autem panis cōuersa est in corpus Christi, & hæc substātia scilicet panis, facta est illa. s. corporis Christi, vt ex prædictis patet: vnde nō potest esse quòd substantia panis redeat neq; quantum ad totū, neq; quantum ad partem, nisi corpus Christi econuerso conuertatur in substantiam panis, quod est impossibile: & ideo impossibile est dicere ꝙ substantia panis redeat, neque secundum totum, neque secundū partem, si redire proprie sumatur, vt sit idem numero quod redit. Si autem materia panis redire dicatur, non quia eadem numero redeat, sed alia eiusdem rō nis, tunc oportebit dicere, ꝙ illa alia materia de nouo creetur. Et forte hoc intellexerunt, qui dixerunt substantiam panis redire, vnde satis probabiliter per hunc modum opinio sustineri potest, vt dicatur ꝙ ad hoc deus materiam creat, ne sacramentum deprehendatur, & sic fides meritum perdat: nec tamen materia corporalis in principio creata augetur, quia quantum de materia conuersum fuit in substantiam corporis Christi, tantū de materia creatur nunc de nouo. Potest tamen & aliter dici, ꝙ illæ species sicut habent ex hoc ꝙ subsistunt, ꝙ possint agere quicquid poterant substantijs panis & vini existentibus, ita habēt vt possint conuerti in quicquid conuerti poterant substantiæ præexistentes, quod sic intelligi potest. Sicut. n. Commen. dicit in 1. phys. & in lib. de substantia orbis in materia generabilium & corruptibilium oportet intelligere dimensiones interminatas ante aduentum formæ substantialis, alias non posset intelligi diuisio materiæ, vt in diuersis partibus materiæ diuersæ formæ substantiales essent: huiusmodi autem [d] dimensiones post aduentum formæ substantialis accipiunt esse terminatum & completū: quicquid autem intelligitur in materia ante aduentum formæ substantialis, hoc manet idem numero in generato, & in eo ex quo generat, quia remoto posteriori oportet remanere prius: dimensiones autem illæ interminatæ se habent ad genus quantitatis, sicut materia ad genus substantiæ. Vnde sicut in quolibet cōpleto in genere substantiæ est accipere materiam quæ est ens incompletum in genere illo: ita in dimensionibus cōpletis q̄ sunt in hoc sacramento, est accipere dimensiones incompletas, & his mediātibus materia panis formam reciperet eius quod ex pane generaretur, pane nō conuerso in corpus Christi: vnde sicut dimensionibus illis est datū vt subsistant, & subsint, & illi esse quod est conforme esse prioris substantiæ, & terminationi quantitatis, & omnibus alijs accidentibus: ita etiam datur eis vt possint subesse alteri formæ naturali, & alijs accidentibus: quia de natura sua nō habent vt subsint tantum accidenti, sed etiam formæ substantiali, vt dictum est: & tunc vel ex consequenti adueniet etiam materia propter concomitantiam naturalem formę ad materiam: sicut propter concomitantiam naturalem animæ Christi ad corpus, erat anima sub sacramento. Et hoc quodammodo redit in primum dictum, vt. s. materia de nouo fiat, vel ipsi dimensioni virtute diuina dabitur natura materię propter propinquitatē ad ipsam, vt sic illud generatum sit compositum ex materia & forma.

Dist. 11. q. 1. ar. 1.

Quę habē. ubi supra. Ego Berengarius

Hieron. de con. dist. 2. ca. 5. in Epist. Et de con. dist. 2. c. singulari.

Comm. 63 in lib. de substā. orbis c.

D. 115. 117 131.

nuntiant: quod autē fides instruenda postulat, panis est corpus Christi, calix est sanguis. Ex his datur intelligi, ꝙ fractio & partes quæ ibi uidentur fieri, in sacramento fiunt, idest, in specie uisibili. Ideoque illa Berengarij uerba ita distinguenda sunt, ut sensualiter nō modo in sacramento, sed in ueritate dicatur corp⁹ Christi tractari [b] manibus sacerdotum: frangi uero & atteri dentibus, uere quidem, sed in sacramento tantum. Vera ergo est ibi attritio & partitio, sed in singulis partibus totus est Christus. Vnde Hierony. Singuli accipiunt Christum Dominum, in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet singulis. Item Hylar. Vbi pars est corporis, ibi est & totum.

Quid illæ partes significent.

QVID autem partes illę significent, Sergius Papa tradit, inquiens. Triforme est corpus Christi, pars ablata in calicem missa, corpus Christi quod iam surrexit monstrat: pars commesta, ambulans adhuc super terram: pars in altari usque ad fi-

Hylari⁹, vt habetur, de conse. dist. 2. cap. Vbi pars.

Sergius Papa, ut habetur, de consecr. dist. 2. cap. Triforme.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum penultimam opinionem species illę penitus cedunt in nihil, sed substantia prædicto modo redeunte generatur illud ꝙ succedit, nec dicitur generari ex speciebus secundum qd̄ ly ex, dicit causam materialem, sed solum secundum quod dicit ordinem, vt ex mane fit meridies, idest, post: sed secundum aliā opinionem illud totum demonstratū sensibile in sacramento habebat aliquid, scilicet partem sui simile materię, & illud non cedit in nihil, sed remanet, scilicet dimensiones interminatas, sicut & remanerent si substantia panis esset.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc non est remotum quin deus possit mutare corpus in spiritum, & tamen quantum ad aliquid dimensiones interminatæ magis sunt propinquæ materię corporali, q̄ corpus spiritui.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut quando aer conuertitur in ignem, nō dicitur ꝙ materia aeris fiat duo. s. materia ignis, & forma ignis, sed vnum tantum ꝙ sit s. ignis: ita etiam dimensiones illæ non dicuntur fieri duo, sed vnum tantū, scilicet materia sic dimensionata, & hoc fit diuina virtute.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ secundum quamlibet positionem oportet ponere aliquid in hac generatione esse [d] miraculosum, & aliquid naturale: reditus enim substantiæ, uel creatio materiæ, uel conuersio dimensionum in materiam est miraculosum: sed quòd materia iam existens recipiat talem formam, cuius dispositiones præcesserunt in dimensionibus, hoc est naturale.

D. 23. 27.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd quidam dixerunt ꝙ species illæ nō nutriunt, sed reficiunt, & inebriant ex sola immutatione accidentali, sicut aliqui inebriantur odore vini, & reficiuntur, & famem amittunt ex sapore & odore. Sed hoc non potest esse, quia talis immutatio quàmuis ad horam reficiat, tamen sustentare non potest, quod tamen facerēt species illæ, si in magna quantitate sumerentur. Et ideo alij dixerunt, quòd remanet forma substantialis panis, & illa habet eandem operationem quā habebat panis, & ideo nutrit sicut panis nutriret. Sed hoc non potest esse, quia operatio formæ non est pati, sed agere: nutrimentum aūt non nutrit nisi quod conuertitur in substantiam nutriti, & ideo nutrit secundum quod patitur, & secundū quod ex eo aliquid generatur, quod non potest dici de forma. Et ideo dicendum est, quòd cum generari aliquid ex illis speciebus possit per modum prædictum, eodem modo & nutrire possunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quod dicitur, ꝙ cibus iste nō transit in corpus, intelligendum est quantum ad rem contentam sub sacramento. s. uerum corpus Christi, quod non mutatur in manducantē, sed ipsum in se mutat spiritualiter: sed species in corpus comedentis conuertuntur, sicut & in aliquod aliud corpus conuerti possunt, ut dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd accidentia manentia in suo esse accidentali non nutriunt, sed eo modo quo in aliud conuertuntur, uel aliud sub eis creatur, uel redit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa nutritio non est omnino secundum ordinem naturæ, ut dictum est, & ideo talis manducatio ieiunium non soluit.

AD SEXTAM quæstionem dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ quicumque liquor [d] addatur speciebus uini in quantacumque quātitate, statim desinit ibi esse corpus Christi, quia dimensiones illæ non manent eædem, & iterum liquor additus per totum diffunditur. Vnde cum corpus Christi non sit sub speciebus cum alio corpore, oportet ꝙ in toto desinat esse corpus Christi: sed hæc positio non pōt stare. Constat. n. ꝙ corpus Christi manet quandiu illa accidentia manent, illa autem accidentia non corrumpuntur aliter q̄ ut corrūperetur substantia panis & uini: constat autem ꝙ ex paruo liquore addito non destrueretur uinum, & ideo nec species uini remanentes. Rationes. n. prædictæ non cogunt. Primo, quia non quælibet dimensionum distinctio tollit sacramentū: sicut. n. additio, ita & diuisio facit aliam dimensionem, ut ex dictis patet per Philosophū: diuisio aūt non tollit ueritatē sacramenti, ut patet in pane qui frangitur, unde nec additio: quia illa uarietas dimensionum, quam facit talis additio & diuisio est quantum ad determinationem ipsarū, non quantū ad indeterminatū esse earū secundū qd̄ competit eis subsistere, neq; quantū ad esse, in quo subsistunt conformes substantiæ præcedenti. Similiter ēt paruus liquor constat ꝙ non potest diffundi per omnes dimensiones, nisi rarefieret, & transmutaretur in aliam speciem, unde non

D. 121

oportet.

oportet q; occuper omnes dimensiones. Et ideo aliter dicendum, q hoc modo admisceretur liquor quicumque speciebus illis, sicut admisceretur substantiæ vini. Liquor autem additus si esset æqualis quantitatis, vel maioris, pertingeret ad omnes dimēsiones vini, & sic si esset alterius speciei faceret aliam speciē liquoris mediam: si autem esset eiusdem speciei, vinum faceret aliud vinum secundū numerū, maxime quātum ad accidentia. Si autem liquor additus esset minoris quantitatis, nō posset ptingere ad omnes dimensiones totius vini, sed ad aliquas, & illas immutaret altero dictorum modorum, & forte immutaretur secundum speciem, si esset alterius speciei. Constat autem quòd in hoc sacramento non manet corpus Christi, nisi quandiu illæ species manent eædem numero: & ideo si apponatur paruus liquor, corrumpet partem specierum, & sub illa parte desinit esse corpus Christi: non enim est probabile q; vna gutta aquæ per totum cyphum diffundatur. Si autem addatur in magna quantitate, sic corrumpet species secundum totum, & ita totaliter desinit ibi esse corpus Christi.

Matth. 26. & Luc. 22.

Et habetur de consecr. dist. 2. c. Nō isti.

nē Missæ remanens, corpus iacens in sepulcro significat, quia usque in finem sæculi corpora sanctorū in sepulcris erunt. Et sicut partes illæ mysticam tenent significationem: ita etiam & fractio passionis Christi, & mortis est repręsentatio. Vnde ipse ait. Hoc facite in meam commemorationem, idest, in memoriam passionis, & mortis meæ. Nam, ut ait Ambro. Quia in morte Christi liberati sumus, huius in edendo & bibendo carnem & sanguinem memores esse debemus. Sed caueat quisq; ne indigne percipiat, quia iudicium manducat. Nō est enim iste panis qui uadit in corpus, sed panis uitæ æternę qui animæ nostræ substantiam fulcit. Sic ergo uiue, ut quotidiæ merearis accipere, nec accedas indignus. Indignus ē, qui aliter celebrat mysterium, q̄ Christus tradidit, uel qui habens mortale peccatum accedit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus intelligit de accidente, cuius subiectum est substantia, quod ei non permiscetur: sic autem non est in proposito.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in aqua benedicta non fit aliqua mutatio substātialis ipsius aquæ, sicut est in hoc sacramento, sed acquiritur ei virtus aliqua ex benedictione, & ideo illa virtus potest peruenire ad aquam additam. Sed in hoc sacramento vinum conuertitur substantialiter in aliud virtute verborum, & ideo non oportet quòd vinum additum substantialiter ēt conuertatur in sacramentum: sed potest esse q; conuertatur in vinū virtute accidētiū vini quæ remanēt, vt dictū est.

¶ Ad tertium dicendum, q; non est inconueniens vnā dimensionem ſm vnam partem sui esse in hoc sacramento sine subiecto, & aliam esse in subiecto: quia plures partes dimensionis quàmuis sint vna dimensio in actu, sunt tñ plures in potētia.

¶ Ad quartum patet solutio ex dictis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd magnum & paruum consequuntur quantitatem secundum quod ad certam mensuram determinatur. In sacramento autem altaris non oportet remanere dimensiones easdem secundum terminationem eandem, quia sic diuisis speciebus nō remanerent eædem dimensiones, nec per consequens idem sacramentum: sed sufficit ad subsistentiam sacramenti quòd remaneant dimensiones eædem secundum quod indeterminate intelliguntur.

ARTICVLVS III.

c Vtrū ipsum uerū corpus Christi frangatur in sacramento.

Vbi supra art. 7.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q; ipsum verum corpus Christi frangatur in sacramento. Omne .n. quod manducatur, masticatur & frangitur: sed verum corpus Christi manducatur, Ioan. 6. Qui manducat carnem meam &c. ergo & frangitur.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentū est memoriale dominicæ passionis: sed in passione ipsum corpus Christi est perforatū clauis, & lancea. ergo in sacramento ipsum corpus Christi frangitur.

¶ 3 Præt. Sicut corpus Christi est totum in qualibet parte specierū, ita forma substantialis: sed forma substantialis materialis diuiditur per accidens per diuisionem specierum. ergo & corpus Christi.

SED CONTRA. Quod frangitur, non manet integrum: sed corpus Christi manet integrum, vt in litera dicitur. ergo non frangitur.

¶ 2 Præt. Omne corpus frangibile est passibile: sed corpus Christi est impassibile, cum sit gloriosum. ergo non frangitur.

II Ibidem.

VLTERIVS. Videtur quòd nec etiam species frangantur. Signum enim debet respondere signato: sed species sunt signum corporis Christi. cum ergo uerum corpus Christi non frangatur, nec ipse species frangentur.

T. com. 43.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 4. Meteororum, Corpo-

F ra dicuntur frangibilia & comminuibilia secundum determinatam dispositionem pororum: sed species illæ non habent poros, quia sub omnibus partibus specierum est equaliter corpus Christi, & sub nulla aliquid aliud. ergo species illæ neque frangi, neque comminui possunt.

¶ 3 Præt. In omni fractiōe, ea perfecta aliud est quod continetur sub diuersis partibus: sed omnino est idem qd continetur sub diuersis partibus specierum, qualitercumque disponantur, ergo nō proprie dicuntur frangi.

G SED CONTRA. Matth. 26. dicitur, quòd deus benedixit, & fregit: sed uerba euangeli nō possunt esse falsa. ergo fuit ibi fractio uera: sed nō in corpore Christi, ut probatum est. ergo in speciebus fuit.

¶ 2 Præt. Magis competit quantitati diuidi, quàm corrumpi, uel in aliud conuerti: sed hoc contingit dimensionibus ibi remanentibus, ut ex dictis patet. ergo & frangi, siue diuidi.

III VLTERIVS. Videtur quòd inconuenienter assignetur in litera significatio partium fractionis, quia partes fractionis fractioni respondent: sed fractio significat passionem Christi, ut in litera dicitur. ergo partes fractionis debent significare partes ueri corporis Christi, in quas per passionem diuisum est corpus eius.

H ¶ 2 Præt. Hoc sacramentum est maxime sacramentum unionis: sed distinctio partium unioni opponitur. ergo non competit in hoc sacramento significari partes distinctas corporis mystici.

¶ 3 Præt. Hoc non uidetur seruari secundum communem morem ecclesiæ, quòd aliqua pars usque in finem Missæ reseruetur, ergo secundum hoc non debet accipi significatio alicuius partis.

¶ 4 Præt. Inno. & Hugo de S. Vict. dicunt, quòd pars extra calicem seruata, signat beatos, & ita uidetur male dicere quòd signat illos qui sunt in sepulcris.

De Mysterio Missæ, 3. lib. 5. Hugo lib. de sacr. par. 8. c. 1.

¶ 6 Præt. Beati remedio non indigent: sed sacramenta ecclesiæ in remedium ordinantur. ergo non debet esse aliqua pars quæ beatos significet.

I ¶ 7 Præt. Sicut est diuersitas inter mortuos, ita etiam inter uiuos: sed pro mortuis ponuntur duæ partes, ergo & pro uiuis duæ poni debent ad minus.

¶ 8 Præt. Sicut membra distinguuntur abinuicem, ita caput distinguitur a membris. ergo cum sint tres partes ad significandum diuersitatem membrorum corporis mystici, deberet addi & quarta ad significandum ipsum caput.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut supra dictum est, corpus Christi non comparatur ad species, sub quibus continetur, mediantibus suis dimensionibus, immo dimensiones eius sunt ibi quasi ex consequenti: ideo quicquid conuenit corpori Christi mediantibus dimensionibus suis, hoc non conuenit ei secundum quod est sub sacramento. Cum ergo diuisio quantitatiua ei conuenire non possit, nisi mediante dimensione propria, constat quòd fractione specierum ipsum corpus eius non diuiditur, neque frangitur, etiam si passibile esset, sicut in cœna fuit.

K AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in manducatione sunt multa, & fractio, siue masticatio, & traiectio in uentrem, siue nutritio. Primum autem conuenit ipsis speciebus tantum, sed secundum & speciebus continentibus, & corpori cōtento, quia ubi sunt species, est uerum corpus Christi. Sed tertium, si loquamur spiritualiter, conuenit corpori Christi: si autem corporaliter, speciebus, ut dictum est: & ideo manducatio aliquo modo competit corpori Christi; sed non fractio, siue diuisio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia hoc sacramentum est signum passionis Christi, & non ipsa passio: ideo oportet quòd passio quam signat fractio, non sit in corpore Christi, sed in speciebus quæ sunt signum eius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd forma substantialis materialis aliquo modo habet ordinem ad dimensiones, cum dimensiones interminatæ præintelligantur in materia ante formā substantialem, ut dictum est, sed corpus Christi nequaquam: & ideo non est simile de corpore Christi, & illis formis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd fractio, secundum rei ueritatem, nō erat in hoc sacramento. Sed hoc non potest esse, quia fractio importat passionem, siue motum quendam, & multitudinem ad quam terminatur motus, & vtrumque horum est sensibile per se. Sunt enim sensibilia communia, quæ contra sensibilia per accidens diuiduntur in 2. de anima, & ita iudicium de his pertinet ad sensitiuam partem: vnde cum sensus iudicet fractionem, si non esset fractio, esset falsum iudiciū, quod non competit in sacramento ueritatis. Et ideo alij dixerūt, quòd est ibi fractio sine subiecto: sed hoc non potest dici, quia fractio cum sit quidam motus, secūdum rationem suæ speciei, requirit terminum a quo, & in quē: & ideo oportet ibi esse vnum qd in multa diuiditur, & hoc est subiectum fractionis. Et præterea actio, uel passio habet magis debile esse quàm qualitas, unde cum qualitates in hoc sacramento ponamus in subiecto, multo fortius passionem: & ideo cum fractio non possit esse in corpore Christi sicut in subiecto, ut dictum est, oportet quòd sit in speciebus.

Ergo & si sint peccata quotidiana, uel non sint mortifera, antequàm accedas, dimitte debitoribus tuis. Si dimittis, dimittitur tibi, & sic securus accede. Panis enim salutaris est, & non uenenū: si ita accedis, spiritualiter manducas. Spiritualiter enim manducat, qui innocentiam ad altare portat.

Si illud sit sacrificium, & si sæpius immoletur Christus.

B

POST hoc, quæritur, si quod gerit sacerdos proprie dicatur sacrificium, uel immolatio: & si Christus quotidie immoletur, uel semel tantum immolatus sit. Ad hoc breuiter dici potest, illud quod offertur & consecratur a sacerdote uocari sacrificium & oblationē, quia memoria est, & repræsentatio ueri sacrificificij, & sanctæ immolationis factæ in ara crucis: & semel Christus mortuus in cruce est, ibique immolatus est in semetipso. Quotidie autē immolatur in sacramento, quia in sacramento recordatio fit illius, quod factum est semel. Vnde August. Certum habemus, quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur &c. tamen ne obliuiscamur quod semel factum est in memoria nostra, omni anno fit, scilicet quotiens Pas-

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd signum respondet signato quantum ad id quod fuit, sed non quantū ad id quod est: est enim hoc sacramentum signum rememoratiuum respectu dominicæ passionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut densitas manet in hoc sacramento, ita durities quæ est eius effectus, & propter hoc etiam species illæ sonum facere natæ sunt, & sic etiam est ibi porositatem inuenire.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud de speciebus quod est in una portione, non est in alia, quia species sunt quæ franguntur: corpus autem Christi non frangitur, quia totum remanet sub qualibet parte, & ratio huius dicta est supra dist. 10.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut in hoc sacramento est duplex res sacramenti, scilicet corpus Christi uerum, & mysticum: ita etiam fractio duo signat, scilicet ipsam diuisionem corporis ueri, quæ fracta est in passione, & hęc significatio tangitur in litera: & distributionem uirtutis redemptionis Christi per diuersa membra ecclesiæ, & hāc significationem tangit Dionys. in 3. c. ec. hierar. Et secundum hoc accipitur significatio partium secundum diuersum membrorum statum: quia quidam sunt adhuc uiui, & hi signantur per partem quæ comeditur, quia ipsi atteruntur diuersis pœnalitatibus, & sunt in ipso motu ut incorporentur Christo. Quidam autem sunt mortui, & hi sunt in duplici statu: quia quidam in plena participatione beatitudinis, & hoc est corpus Christi quod iam surrexit, sicut ipse Christus, & beata Virgo, & hi signantur per partem in calice missam, quia illi inebriantur ab ubertate domus dei. Quidam autem sunt in expectatione plenæ beatitudinis, qui vel stolam animæ tantum habent, uel neutram, ut hi qui sunt in purgatorio, & hi signantur per tertiam partem quæ reseruatur usque in finem: quia hi perfectam gloriam consequentur in fine mundi, & interim in speciebus quiescunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipsum corpus Christi uerum signat corpus Christi mysticum, unde & partes corporis ueri signant partes corporis mystici.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ista unio facta est per passionem Christi, & ideo oportet quòd sit in hoc sacramento fractio quæ passionem significet.

¶ Ad teritum dicendum, quòd talis mos fuit in primitiua ecclesia, qui tamen modo cessauit propter periculum, nihilominus remanet eadem significatio partium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nō est inconueniens per idem diuersa significari secundum suas proprietates diuersas: vnde & calix passionem signat inquantum inebriat, & sic procedit significatio quam ponit Innoc. quia pars extra calicem si-

A gnat eos qui sunt extra passionem præsentis miseriæ: & pars in calice missa eos qui prædictis passionibus opprimuntur: sed inquantum potus calicis delectat, signat gaudium æternitatis, & ita procedit significatio in litera posita, quæ continetur sub his versibus. Hostia diuiditur in partes, tincta beatos. Plena sicca notat uiuos, seruata sepultos.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc sacramentum non solum est in remedium, sed etiam in gratiarū actionem: & ideo quàmuis beati nō consequantur aliquod remedium in isto sacramento, quia tamen est in gratiarum actione pro eorum gloria, conueniens fuit ut & ipsi in hoc sacramento significarentur.

Super psal. 20. Et habetur. De consecr. dist. 2. cap. Semel. el 1.

¶ Ad sextum dicendum, quòd omnes uiui indigēt hoc sacramento ad remediū, sed non omnes mortui: & ideo pro mortuis ponuntur duæ partes, sed pro uiuis una tantum. Vel dicendum, quòd duæ ponuntur pro

C uiuis, una pro uiuis in hoc sæculo, & alia pro uiuis in gloria, qui resurrexerunt, & pro omnibus qui adhuc non resurrexerunt una tantum.

¶ Ad septimum dicendum, quòd resurrectio membrorum est conformis resurrectioni capitis: quia reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, Phil. 3. & ideo eadem parte significatur & caput, & membra ei perfecte configurata.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de effectu huius sacramenti.

Et circa hoc quæruntur duo.

D ¶ Primo, De effectu eius quantum ad consecutionem boni.
¶ Secundo, De effectu eius quantum ad remotionem mali.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum per hoc sacramentum augeantur uirtutes.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per hoc sacramentum non augeantur uirtutes, quia diuersarū causarum diuersi sunt effectus: sed augmentum uirtutis est effectus baptismi, & etiam confirmationis, ut supra dictum est. ergo non est effectus eucharistiæ.

3. par. q. 79. ar. 1. ad 2.

¶ 2 Præt. Per augmentum charitatis ad perfectionem charitatis uenitur. si ergo per hoc sacramentum charitas, & aliæ uirtutes augerentur, totiens posset sumi quòd homo in hac

E uita ad perfectam charitatem ueniret, & ad summum gradum ipsius, quod non est nisi in patria, ut Aug. dicit.

Vt habetur in glos. or. ex ipsomet 1. Cor. 11.

¶ 3 Præt. Omnes uirtutes simul augentur. si ergo augmentum uirtutum esset effectus huius sacramenti, non magis deberet poni effectus augmentum charitatis, quàm aliarum uirtutum.

SED CONTRA. Nihil spiritualiter perficitur, nisi per augmentum uirtutum: sed secundum Dionysium eucharistia habet uirtutem perfectiuam. ergo effectus eiūs est uirtutis augmentum.

De eccles. hierar. c. 2. in fine.

¶ 2 Præt. Effectus huius sacramenti est plenitudo gratiæ, ut patet in oratione canonis. Quotquot ex hac altaris participatione sumpserimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur: sed ad plenitudinem gratię per augmentum uirtutis peruenitur. ergo idem quod prius.

VLTERIVS. Videtur quòd hoc sacramentum prosit etiam beatis ad augmentum gloriæ. In collecta enim beati

Leonis Papæ, vt Innocen. dicit, ita dicitur. Annue nobis domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio: sed constat beatum Leonem in gloria esse. ergo prodest beatis ad gloriæ augmentum. Inno. de celebratione Miss. c. Cum Martha, circa finem.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum offertur etiam pro paruulis decedentibus in innocentia baptismali: sed constat quòd tales ad gloriam transeunt. ergo prodest etiam hoc sacramētum ad augmētum gloriæ.

Aug. in lib. senten. Prosperi. & habet de consecr. dist. 2. c. Semel immolatus.

Sed contra. Sacramenta ecclesiæ nō prosunt alicui, qui non sit in statu proficiendi: sed sancti in patria existentes non sunt in statu proficiendi, cum sint in termino profectus. ergo eis eucharistia non prodest.

cha celebratur. Nunquid totiens Christus occiditur? sed tantum anniuersaria recordatio repræsentat quod olim factum est, & sic nos facit moueri, tamquàm uideamus Dominum in cruce. Item, Semel immolatus est Christus in semetipso, & tamen quotidie immolatur in sacramento: quod sic intelligendum est, quia in manifestatione corporis, & distinctione

Vlterivs. Videtur quòd effectus huius sacramenti non possit impediri nisi per peccatum mortale: quia sicut Ambros. in litera dicit, spiritualiter manducat, qui innocentiam ad altare portat: sed quicumque sine peccato mortali accedit, portat innocentiam ad altare, quia uenialia peccata innocentiam non tollunt. cum ergo spiritualiter manducans effectum sacramenti percipiat, videtur quòd effectus sacramenti non possit impediri nisi per peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Baptismus non est nobilius sacramentū quàm istud: sed nihil impedit effectum baptismi nisi peccatum mortale. ergo nec effectum huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Peccatum veniale non facit fictum: sed sola fictio impedit sacramentorum effectum. ergo solum peccatum mortale impedit sacramenti effectum.

Sed contra. Nullus percipit effectum huius sacramenti, nisi qui accedit sicut accedendum est: sed aliquis debet accedere ad hoc sacramentum cum diligenti conscientiæ suæ examinatione, vt patet 1. Cor. 11. cum ergo sine peccato mortali possit hoc prætermitti, videtur quòd sine peccato mortali possit effectus huius sacramenti impediri.

¶ 2 Præt. Ad hoc quòd aliquis adultus gratiam recipiat, oportet quòd se ad gratiam habendam præparauerit: sed hanc præparationem contingit sine peccato mortali impediri. ergo sine peccato mortali contingit impediri effectū huius sacramenti.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd proprius effectus cuiuslibet sacramenti debet assumi ex similitudine ad materiam illius sacramenti: sicut expurgatio veteris vitæ est effectus baptismi per ablutionē aquæ significata: Et ideo cum materiale in hoc sacramento sit cibus, oportet q effectus proprius huius sacramenti accipiatur secundum similitudinem ad effectum cibi. Cibus autem corporalis primo in cibatum conuertitur, & ex tali conuersione deperdita restaurat & quantitatem auget: sed spiritualis cibus non conuertitur in manducantem, sed eum ad se conuertit: vnde proprius effectus huius sacramenti est conuersio hominis in Christum, vt dicat cum Apostolo. Viuo ego, iam non ego, uiuit uero in me Christus Gal. 2. & ad hoc sequuntur duo effectus, augmentum spiritualis quantitatis in augmento virtutum, & restauratio deperditorum in remissionem venialium, vel reparationem cuiuscumque defectus præcedentis.

Ad primvm ergo dicendum, q augmentum dicitur dupliciter. Vno modo communiter, prout inuenitur in viuentibus & non viuentibus, secundum quod quælibet additio augmentum facit: & hoc modo virtutes augentur per omnia sacramenta quæ gratiam inueniunt in subiecto ex eo, quòd ipsa de se nata sunt gratiam causare. Alio modo, augmentum dicitur proprie, prout est in viuentibus ex coniunctione nutrimenti, & talis modus augmēti virtutum est proprius huic sacramento.

¶ Ad secundum dicendum, quòd duplex est perfectio charitatis, scilicet viæ, & patriæ: & quàmuis non possit hoc sacramentum existentes in via perducere ad perfectionē patriæ propter diuersum statū, potest tamen perducere ad perfectionem viæ. Per augmentū enim charitatis ad perfectionem patriæ in via peruenire non possumus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd charitatis proprium est transformare amantem in amatum, qui ipsa est quæ exstasim facit, vt Dionys. dicit. Et quia augmentum virtutum in hoc sacramento fit per conuersionem manducantis in spiritualem cibum, ideo magis attribuitur huic sacramento charitatis aug- De diui. nomi. ca. 7.

mentum, quàm aliarum virtutum.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd gloria comprehendit sanctorum præmium, quod quidem est duplex, scilicet essentiale gaudium, quod de diuinitate habent & accidentale, idest, gaudium quòd habent de quocumq; bono creato. Quātum autem ad præmiū essentiale, secundum probabiliorē opinionem, eorum gloria augeri non potest: sed quantū ad præmiū accidētale vsque ad diem iudicij augeri potest, alioquin tūc non augeretur gaudium de gloria corporis: vnde de omnibus benefactis eis gloria accrescit, quia gaudium est angelis dei super vno peccatore pænitentiam agente, Lucæ 15. & ita etiam de omnibus, quæ in dei honorem fiunt, gaudent, & maxime de his, in quibus de eorū gloria deo gratias agimus. Vnde simpliciter loquendo, hoc est, quantum ad essentiam gloriæ, hoc sacramentum non auget in beatis gloriam, sed secundum quid, scilicet quantum ad accidentale præmium auget. Ambros. in epistol. ad Heb. & habet de consecr. dist. 2. c. In Christo.

membrorum semel tantum in cruce pependit, offerens se Deo Patri hostiam redemptionis efficacem, eorum scilicet, quos prædestinauit. Item Ambrosius. In Christo enim oblata est hostia ad salutem potens, quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Et si quotidie offeramus, ad recordationem eius mortis fit, & una est hostia, nō multæ. Quomodo una,

Vbi supra.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Innoc. soluit, vbicumque talis loquendi modus inuenitur, ita debet intelligi vt ad hoc prosit, vt a fidelibus magis ac magis glorificetur in terris.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pro pueris baptizatis Missarum solemnia celebrantur, non quia eis iuuetur quantum ad remissionem alicuius culpæ, vel quantum ad augmentum gloriæ, sed propter alias rationes, tum propter solatium viuorum: tum ad ostendendum paruulos ad vnitatem corporis mystici pertinere, dum idem modus exequiarum seruetur in ipsis, & in alijs: tum ad commendandum redemptionis mysterium, quod in hoc sacramento commemoratur, per qd paruuli sine proprio merito salutem consequuntur æternam.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd omnis perfectio acquirenda impeditur per remotionem propriæ dispositionis. Sicut autem dispositiones materiales se habēt ad perfectionem formæ, ita actus se habent ad perfectionem finis: vnde cum hoc sacramentum perficiat coniungendo fini, vt supra dictum est, ad hoc quòd effectum suum plene habeat in sumente, oportet quòd adsit actualis deuotio. Et quia interdum absque mortali peccato actualis deuotio impediri potest, cum distractiones variæ ipsam impediant, & peccata venialia virtutum actum tollant, absque peccato mortali potest effectus huius sacramenti impediri: ita quòd aliquis augmentum gratiæ non consequatur, nec tamen reatum peccati mortalis incurret, sed forte reatum venialis peccati, ex hoc quòd imparatus accedit. In hoc art. quæstiunc. ad 1.

Ad primvm ergo dicendum, quòd innocentiam portans spiritualiter manducat habitu, sed non semper actu, & ad hoc quòd effectum sacramēti percipiat, oportet quòd actu spiritualiter manducet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in baptismo datur primum esse spirituale, & ideo effectus eius non impeditur nisi per propositum peccatum mortalis committendi, quod directe vitæ spirituali opponitur: sed in hoc sacramento fit coniunctio ad finem, quæ debet esse per debitam operationem: & ideo defectus talis operationis impedit effectum huius sacramēti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis peccatum veniale non faciat fictum simpliciter, facit tamē fictum quo ad aliquid, nec tamen dicendum quòd omne peccatum veniale impediat effectum huius sacramenti, sed solum illud quod tollit actualem deuotionem quæ exigitur in hoc sacramento.

Articvlvs II.

Vtrum uirtute huius sacramenti uenialia peccata dimittantur.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd uirtute huius sacramenti venialia peccata non dimittantur. Qua enim ratione dimittitur vnum, & aliud: sed omnia non dimittuntur, quia sic aliquis esset frequenter absque omni ueniali peccato, quod est contra illud quod dicitur. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quòd peccatum non habemus, nosipsos seducimus. 3. par. q. 79. art. 4.

ducimus. ergo non delet aliquod peccatum veniale.

¶ 2 Præt. Peccatum non deletur, nisi per id quod habet oppositionem ad ipsum: sed veniale peccatum non habet oppositionem ad gratiam, quam hoc sacramentum confert. ergo virtute huius sacramenti venialia non dimittuntur.

¶ 3 Pręt. Baptismus, qa dimittit omnia peccata mortalia & venialia, non requirit luctum exteriorem, si ergo in hoc sacramento venialia peccata dimittantur, nō requiritur quòd post sumptionem huius sacramenti aliquis faceret pænitentiā de peccatis venialibus, quod falsum est.

semel imolatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius: idipsum, semper ad ipsum

Sed contra. Inno. dicit q hoc sacramentum venialia delet, & cauet mortalia.

¶ 2 Pręt. Vt ex verbis Amb. in litera positis accipi potest, hoc sacrm̄ datur in remediū quotidianæ infirmitatis: sed quotidiana peccata dicuntur venialia, ergo hoc sacrm̄ tollit venialia.

Vlterivs. Videtur q etiā virtute huius sacri dimittātur mortalia. Dicitur. n. in collecta illa, Purificent nos quęsumus domine &c. sit ablutio scelerum: sed scelera dicuntur mortalia peccata. ergo delet peccata mortalia.

¶ 2 Pręt. Hoc sacramentum expressius passionem Christi repræsentat, quàm baptismus: sed baptismus virtute passionis in eo operantis, delet peccata mortalia. ergo & hoc sacramētum.

¶ 3 Præt. Minima gratia sufficit ad delendū omnia mortalia; sed hoc sacramentum gratiam confert. ergo mortalia delet.

¶ 4 Præt. Hoc sacrm̄ magis operatur in sumente, q̄ in alio, aliàs frustra quis assumeret: sed offertur sacrificium ecclesiæ pro aliquibus impiis vt conuertantur, & non frustra. ergo & in ipso, qui sumit, mortalia peccata delet.

Sed contra. Aug. ad Rena. Quis offerat corp' Christi, nisi pro his, qui sunt membra Christi? sed illi qui sunt membra Christi non habent peccatum mortale, ergo virtute huius sacramenti non delentur mortalia.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum non habet aliquem effectum in indigne accedentibus: sed quicumq; accedit cum mortali indigne accedit, ergo non percipit effectum huius sacramenti, & ita non delet mortalia.

Vlterivs, Videtur q remittat pænam peccati mortalis. Deus. n. pronior est ad miserendū, q̄ ad puniēdum, vt dicit glo. in princ. Hiere. sed indigne accedens incurrit reatum pęnę mortalis peccati, ergo digne accedens ab eo absoluitur.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum nō minus valet viuis, quàm mortuis: sed mortuis valet ad remissionem pœnæ, quia ad hoc pro eis offertur. ergo multo magis viuis.

¶ 3 Præt. Veritas est maioris efficaciæ, quàm figura: sed sacrificia veteris testamenti in satisfactionem pro peccatis mortalibus offerebantur, ergo multo fortius & hoc, cuius sunt illa figura, & sic remittit mortalium pœnam.

Sed contra. Quicumq; non est debitor pœnæ, statim moriens euolat, si ergo hoc sacramento pœna mortalis peccati dimitteretur, quilibet munitus hoc sacramento ex hac vita discedens, euolaret, quod falsum est.

¶ 2 Præt. Satisfactio non exigitur nisi ad dimissionem pœnæ: si ergo hoc sacramento dimitteretur pœna, omnis alia satisfactio toleretur, quod est inconueniens.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd virtute huius sacramenti fit quædam transformatio hominis ad Christum per amorē, vt dictum est, & hoc est proprius eius effectus, Et quia ex feruore charitatis peccata venialia dimittūtur, propter hoc, q dicto feruori contrariantur, ideo ex consequenti virtute huius sacramenti venialia delentur.

Ad primvm ergo dicendum, q tantus potest esse deuotionis feruor, q omnia venialia peccata delet: neq; est inconueniēs, q aliqua hora homo sit absq; omni peccato veniali, quāuis hoc diu durare non possit, propter difficultatē vitandi peccata venialia: nec tamen oportet, q semper omnia peccata venialia deleat, sed secundum mensuram deuotionis, quia nō est proximus effectus eius deletio venialium, sed ex consequenti, vt ex dictis patet.

¶ Ad secundum dicendum, q in hoc sacramento non solum confertur gratia habitualis, sed excitatur feruor actualis deuotionis: & ideo gratiæ huius sacramenti nō solum mortalia, sed etiam venialia opponuntur.

¶ Ad tertium dicendum, q baptismus habet pro principali effectu delere peccatū, & ideo quando non impeditur, delet oīa: sed non est ita in hoc sacramento, & ideo ratio non sequitur.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd effectus sacramenti, vt dictum est, respondet his quæ exterius in sacramento geruntur: exterius aūt vsus huius sacramenti est p mā-

ducationem, quæ non debetur nisi rei viuenti, & ideo effectus huius sacramenti præsupponit vitam in sumente. Et quia peccatum mortale vitam spiritualem tollit, ideo hoc sacrm̄ nō est ad abluenda peccata mortalia in sumentibus, sed illos solum defectus, qui cum vita esse possunt.

offer t. Proinde hoc est sacrificiū: alioquin, qm̄ ī multis locis offert, multi sunt Christi? non, sed vnus

Ad primvm ergo dicendum, q sicut Inno. dicit, huiusmodi locutiones sunt impropriæ. Dicitur. n. hoc sacrm̄ scelera, vel crimina abluere, vel tollere inquantum ea impedit, contra ipsa robur ministrando. Vel dicendum, q in aliquo pōt esse peccatum mortale, qui eius conscientiam non habet, & talis si deuote accedit, veniā consequitur, vt supra dis. 9. dictū est. Mysteriorū missæ lib. 4. ca. 44. circa medium. q. 1. arti. 3. q. 2.

¶ Ad secundum dicendum, q baptismus non solum exprimit passionem Christi, sed etiam facit baptizatum Christo cōmori. Et quia corruptio vnius est generatio alterius: generatio autē est motus in vitam, & non præsupponit vitam, sed priuationē eius: ideo per baptismū possunt peccata mortalia dimitti virtute passionis, non autem per eucharistiam, per cuius sumptionem homo non significatur commori Christo, sed fructu mortis Christi refici, quod vitam præsupponit.

¶ Ad tertiū dicendum, q gratia quā eucharistia confert, quantum est de se, habet virtutem mortalia delendi: sed ratione ordinis quem habet ad vitam quam præsupponit, mortalia inuenire nō potest, & ideo nec ea delere: si autem inueniat in subiecto, non in conscientia, nihilominus ea delet.

¶ Ad quartum dicendum, q eucharistia non solum est sacrm̄, sed etiam est sacrificium: inquantū autem est sacramētum habet effectum in omni viuente, in quo requirit vitam præexistere. Sed inquātum est sacrificium, habet effectum etiam in aliis, pro quibus offertur, in quibus non præexigit vitā spiritualem in actu, sed in potētia tm̄: & ideo si eos dispositos inueniat, eis gratiā obtinet virtute illius veri sacrificij, a quo omnis gratia in nos influxit, & per cōsequens peccata mortalia in eis delet, non sicut causa proxima, sed inquantum gratiam cōtritionis eis impetrat. Et quod in contrarium dicitur, q nō offertur nisi pro membris Christi, intelligendum est pro membris Christi offerri, quando offertur pro aliquibus vt sint membra.

Ad tertiam quæstionem dicendum, q eucharistia inquantum est sacramētum, vt dictū est, pro principali effectu habet vnionem hominis ad Christum: & ideo per modū sacri non aufert nisi ea quæ in habente vitam huic vnioni opposita inuenit: pœna autem peccato mortali debita, quod iam deletū est, non est huiusmodi, ideo inquantum est sacramentum non habet effectum pœnæ mortalis dimissionem, sed inquātum est sacrificium accipit rationem satisfactionis: & secūdum hoc in parte, vel in toto pœnā tollit, sicut & aliæ satisfactiones secundum mensuram pœnæ debitæ pro peccato, & deuotionis qua sacramentum offertur: nec tamen semper virtute huius sacramenti tota pœna tollitur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd indigne accedens cum cōscientia mortalis peccati, mortaliter peccat: & ideo reatū pœnę debitæ mortali peccato incurrit. Digne aūt accedens meretur vitā ęternam, ad quam meritum ordinatur, sicut mortale peccatum ad pœnam: non aūt ordinatur meritum directe principaliter ad remissionem pœnæ, & ideo ratio nō procedit.

¶ Ad secundum dicendū, q non totaliter semper aufertur pœna per hoc sacrificiū illis qui sunt in purgatorio, nec auferebat in veteri lege p antiqua sacrificia: vnde patet solutio ad tertiū.

QVAESTIO III.

Deinde quæritur de frequentatione huius sacramenti.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, De frequentatione.
¶ Secundo, De cessatione.

Articvlvs primvs.

Vtrum debeat homo frequentare hoc sacramentum, sed semel tantum in uita sua sumere.

Ad primvm sic proceditur. Videtur q non debeat homo frequētare hoc sacrm̄, sed semel tantum in vita sua sumere. Iniuriam. n. facit sacro, qui sacrm̄ iterat: sed rei digniori minus facienda est iniuria. cum ergo hoc sacramentum sit dignius aliis quibusdam, quæ non iterantur, videtur q non nisi semel accipi debeat. 3. par. q. 80. art. 10.

¶ 1 Præt. Apost. probat Heb. 10. ex vnitate hostiæ, vel passionis Christi vnitatem baptismi: sed hoc sacrm magis cõuenit cum passione Christi inquãtũ est hostia, q̃ baptismꝰ. ergo cũ baptismus semel tm̃ percipiatur, & hoc sacrm semel tm̃ debet pcipi.

SED CONTRA. Cũ frequẽtatione mysterij crescit nostræ salutis effectus, vt in collecta dr̃: sed ad hoc debemꝰ hiti, vt effectꝰ salutis in nobis crescat. ergo debemus frequẽter sumere.

II Vbi supra eod art. De consec. dist. 2. c. Nõ iste.

VLTERIVS. Videtur q̃ qualibet die. Ambr. n. dicit, Iste panis quotidianus est, accipe quotidie qđ tibi prosit.

¶ 2 Præt. Isto sacrõ excitat feruor charitatis, qua hõ Christo vnitur: sed hoc expedit vt quotidie fiat. ergo quotidie cõicandum est.

Cap. 53. Et hñ de cõsecrat. dist. 2. cap. Quotidie. III

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de eccles. dogmat. Quotidie eucharistiã sumere nec laudo, nec vitupero. ergo non est quotidie communicandum.

VLTERIVS. Videtur q̃ sit semel in anno cõicandũ tm̃, quia agnus paschalis signũ fuit huius sacri: sed sumebaꝫ tm̃ semel in anno. ergo & hoc sacrm debet semel in anno tm̃ pcipi.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentũ est memoriale dominicæ passionis: sed passionem domini cõmemorat ecclesia semel in anno. ergo tunc tantum debet esse tempus communicandi.

De consec. dist. 2. c. Et si non frequentius. IIII

SED CONTRA est, quod dicit Fabianus Papa. Et si non pluries, ter saltem in anno communicent homines, scilicet in Pascha, Pentecoste, & Natali domini.

VLTERIVS. Videtur q̃ homo possit vna die pluries communicare, quia maius est celebrare, quàm communicare: sed sacerdos potest vna die celebrare pluries, si necesse sit. ergo & alius fidelis potest pluries communicare.

¶ 2 Præt. Quotienscumq; ægritudo corporalis iteratur, extrema vnctio potest iterari: sed eucharistia ordinatur contra ægritudinem peccatorum venialium, quæ vno die pluries iterãtur. ergo vna die potest homo pluries communicare.

Cap. Sufficit.

SED CONTRA est, quod dicitur de consecr. dist. 1. Sufficit sacerdoti semel in die Missam celebrare: quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit. ergo etiam semel tantum in die debet quis communicare.

RESPON. Dicendum ad primã quæstionem, q̃ ea quę in hoc sacro geruntur, habent similitudinẽ cũ his quæ accidunt in corporali nutrimento. Quia n. fit quasi cõtinua deperditio naturalis humiditatis per actionẽ caloris naturalis, & exercitium laboris, ideo oportet frequenter corporalem cibum assumere ad restaurationẽ deperditi, ne perditio cõtinua mortem inducat. Similiter etiã ex cõcupiscẽtia innata, & occupatione circa exteriora fit deperditio deuotionis, & feruoris, secundũ quæ homo in deum colligitur: vnde oportet q̃ pluries deperdita restaurentur, ne homo totaliter alienetur a deo.

Dist. 8. q. 1. art. 1. q. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ perfectio huius sacrĩ, vt dictum est, consistit in consecratione materiæ, nõ in vsu ipsius: & ideo consecratio non repetitur super eandem materiã propter reuerentiam sacramenti, sed vsus potest repeti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus repræsentat illam hostiam, secundum quod facit in nobis spiritualem vitã: & quia generatio vninscuiusq; non est nisi semel, ideo baptizamus non repetitur: sed eucharistia repræsentat illam hostiam, secundum quod reficit, & ideo oportet q̃ frequẽter sumatur.

De consec. dist. 2. cap. Quotidie. §. Si dixerit.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ in hoc sacramento duo requiruntur ex parte recipientis. s. desiderium coniunctionis ad Christum, quod facit amor: & reuerentia sacramẽti, quæ ad donum timoris pertinet. Primum aũt incitat ad frequẽtationem huius sacrĩ quotidianam, sed ẽm retrahit; vnde si aliquis experimentaliter cognosceret ex quotidiana sumptione fervorem amoris augeri, & reuerentiã non minui, talis deberet quotidie cõicare: si autem sentiret per quotidianam frequentationem reverentiã minui, & feruorem nõ multum augeri, talis deberet interdũ abstinere, vt cum maiori reuerentia, & deuotione postmodum accederet: vnde quantum ad hoc vnusquisq; relinquendus est iudicio suo, & hoc est qđ Aug. dicit, Si dixerit quispiam non quotidie accipiendam esse eucharistiam, alius affirmat quotidie sumendam; faciat vnusquisq; quod ẽm fidem suam pie credit esse faciendum, & probat per exemplum Zachæi, & Centurionis, quorum vnus recipit dominum gaudens, alius dicit, Non sum dignus vt intres sub tectum meum, & vterq; misericordiam cõsecutus est. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

De causa institutionis. C

INSTITVTVM est. n. hoc sacrm duabꝰ de causis, in augmentũ virtutis s. charitatis, & in medicinã quotidianæ infirmitatis. Vnde. Ambr. Si quotiens effunditur sanguis Christi, & in remissionem peccatorum effundit, debeo semper accipere, q̃ semper pecco, debeo semper habere medicinã. Itẽ Aug. Iterat quotidie hęc oblatio, licet Christꝰ semel sit passus: quia quotidie peccamꝰ peccatis sine quibꝰ mortalis infirmitas viuere nõ põt. Et quia quotidie labimur, quotidie Christus mystice ĩmolatur pro nobis. Dedit. n. nobis hoc sacrm salutis, vt qã nos quotidie peccamus, & ille iã mori nõ põt, p hoc sacrm remissionẽ cõsequamur. Quotidie comedit ipse, & bibitur in veritate, sed integer & viuus manet. Itẽ, Mysteriũ fidei dr̃, quia credere debes, q̃ ibi salus nostra cõsistit. Si aũt q̃ratur, vtrũ quotidie cõicandũ sit: audi quid inde tradit Aug. Quotidie, ingt, Eucharistiã accipere nec laudo, nec vitupero: oĩbus tm̃ dominicis diebus cõicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, grauari magis dico Eucharistiæ perceptione, quàm purificari. Et licet q̃s peccator mordeatur, si peccandi tamen de cætero non habeat voluntatem, & satisfaciat lacrymis, & orationibus, accedat securus: sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non grauant. Si non frequentius, accidit, nisi ex aliqua accidente dum inordinate explentur: & ideo in eis peificere per se bonum est, sed abstinere ab eis non est bonum nisi ratione accidentis alicuius. Vnde cum eucharistiam accipere sit bonum ex genere, assũmere eam est bonum per se, abstinere est bonum per accidens, inquantum scilicet timetur, ne inordinate sumatur. Et quia quod est per se, præindicat ei quod est per accidens, ideo simpliciter loquendo, melius est eucharistiam sumere, quàm ab ea abstinere: sed in casu aliquo nihil prohibet esse melius abstinere, quando aliquis propabiliter præsumit ex sumptione reuerentiam minui. Si autem hæc duo adinuicem comparemus, adhuc inuenitur prætualere sumptio sacramenti abstinentiæ a sacramento, tum ratione effectus sacramenti, tum ratione præparationis quantu lacumque sit, tum etiam ratione virtutis elicientis actum: quia sumere videtur esse charitatis, in qua radix meriti consistit, abstinere autem timoris. amor autem timori præualet.

Et est Gelasij Pap. dictum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitas est, quæ deo directe nos coniungit, sed humilitas ad hanc vnionem dispouit inquantum hominem deo subdit: vnde meritum magis consistit in charitate, quàm in humilitate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc maxime est gloria dei, & bonitas, quòd se creaturis pro captu earum communicat: vnde magis videtur ad dei gloriam pertinere, quòd aliquis ad communionem accedat, quàm q̃ abstineat.

Peracta consecratione omnes communicent, qui nolunt eccle siasticis carere liminibus. Sic enim apostoli statuerunt. Postmodum indictum fuit, vt saltem ter in anno communicarent, vt dictum est, propter solemnitatem illorum dierum: sed postmodum arctatum est, vt saltem semel in anno, scilicet in Pascha communicent: & ad hoc etiam *multi idonei non inueniuntur*, & quàmuis statutum ecclesiæ non liceat præterire, tamen licet pluries communicare, vnde Augus. laudat omnibus diebus *dominicis communicandum esse*, & ita pluries in anno potest communicare quis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd agnus paschalis fuit figura huius sacramenti ratione passionis Christi, quæ semel tantum facta est, & ideo semel tantum in anno sumebatur: sed manna quod fuit figura huius sacramenti, in quantum hoc sacramentum est cibus fidelium, quolibet die sumebatur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ecclesia tempore passionis recolit ipsam passionem secundum se, & ideo semel in anno tantũ recolit: sed in hoc sacramento recolitur passio, secũdum quod per ipsam reficimur: & quia *tali refectione* pluries indigemus, ideo pluries hoc modo recolitur dominica passio.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd homo non debet pluries in vna die communicare, vt saltem quantum ad vnam diem repræsentetur vnitas dominicæ passionis, & vt quantum ad aliquid reuerentia sacramento exhibeatur semel sumendo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacerdos est quasi persona publica, & ideo oportet q̃ nõ solum pro se, sed etiam pro aliis celebret: & ideo necessitate cogente potest pluries celebrare in die, sed non est eadem ratio de illis, qui *non sumũt* nisi ratione sui.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sunt alia remedia, quibus peccatum veniale expiari potest: vnde non oportet vt ad ea expianda homo pluries in die communicet.

ARTICVLVS II.

b Vtrum liceat omnino a communione cessare.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd liceat omnino a communione cessare, quia nullus tenetur nisi ad ea quæ sunt necessitatis: sed hoc sacramentum, vt supra dist. 9. dictum est, non est necessitatis. ergo aliquis potest omnino a sacramenti sumptione cessare.

¶ 2 Præt. Quod fit ad reuerentiam dei, non est peccatum: sed aliquis potest ex reuerentia sacramenti omnino cessare. ergo si omnino cesset, non est peccatum.

¶ 3 Præt. Aug. dicit q̃ de sumptione huius sacramenti debet quilibet facere, quod pie credit faciendum esse. ergo nõ peccat si omnino cesset, & putat hoc esse faciendum.

SED CONTRA est, quòd Innoc. dicit, Cauendum est ne si nimium huius sacramenti sumptio differatur, mortis periculum incurratur. ergo si omnino cessatur, est mortiferum.

¶ 2 Præt. Statutum est ecclesiæ, vt saltem semel in anno fideles communicent. ergo qui omnino cessat, peccat.

VLTERIVS. Videtur q̃ ille qui consecrat, possit a cõsecratione cessare, quia *vbi est maior necessitas, ibi ẽm ordinem debitũ* charitatis est magis subueniendũ: sed põt contingere, q̃ postq̃ sacerdos consecrauerit, alijs infirmetur ad mortem, & instãter petat corpꝰ Christi in vltima necessitate cõstitutꝰ. ergo cũ sit hoc sacrm charitatis, debet sacerdos ipse a cõsecratione desistere, & infirmo dare.

¶ 2 Præt. Grauiꝰ est peccatũ peccato superaddere, q̃ vnum simplex peccatũ cõmittere: sed habens conscientiã peccati mortalis peccat cõsecrãdo, peccat etiã cõicando. ergo ex quo consecrauit, debet saltẽ a sumptione cessare.

¶ 3 Præt. Cõicatio corporis domini & sanguinis æqualiter debetur omnibus mẽbris Christi: sed aliis datur corpus Christi sine sanguine. ergo sacerdos saltem a sumptione sanguinis abstinere potest.

SED CONTRA est, quod dicitur de consecra. dist. 2. c. Relatum, vbi reprobatur eorum error, qui volebant cõsecrare corpus Christi, & non sumere.

¶ 2 Præt. Hoc idem videtur ex verbis domini, quibus dixit hoc sacramentum instituens, Accipite, & comedite, Matth. 26.

VLTERIVS. Videtur q̃ laudabilius sit abstinere ab hoc sacramento, quàm accedere, quia ad eum maxime per humilitatem appropinquamus: sed q̃ homo ex reuerentia sacramẽti a communione desistit, humilitatis est. ergo hoc videtur magis meritorium & fructuosum, quàm etiam sumere.

¶ 2 Præt. Charitatis veræ est magis dei gloriam, q̃ cõmodum proprium quærere: sed iste qui abstinet, videtur propter gloriã dei facere quam reueretur: qui autẽ sumit, *propter proprium commodum* facere, quia fructum sacrum quærit. ergo illud est perfectioris charitatis, & ita magis meritorium.

SED CONTRA. In aliis sacramentis ei, cui licet sacramentum accipere, melius est accipere, quàm desistere: sed hoc sacramentum dignius est aliis. ergo multo melius est homini parato accipere, quàm ex reuerentia desistere.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionẽ, q̃ nulli licet omnino a cõione cessare, quia ecclesia statuit tps, in quo fideles cõicare debeant: vnde qui omnino desistunt, efficiuntur rei transgressionis præcepti. Institutio aũt ecclesiæ fuit necessaria: quia enim in quotidiana pugna sumus, vita spiritualis in nobis euaneseeret, nisi aliquando cibum vitæ sumeremus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ hoc sacramẽtum de sui institutione prima, quàmuis non sit de necessitate salutis, tamen ex institutione ecclesiæ necessarium efficitur, & sine hoc etiam necessarium esset non simpliciter, vt sine quo non esset salus, sed ex suppositione finis, si scilicet homo in vita spiritua li firmus persistere vellet.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ reuerẽtia debita deo in hoc exhibetur, quòd homo non se nimis diuinis ingerat supra suum modum, sed quòd homo omnino se subtrahat, hoc est contempnus, & pusillanimitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd verbum Augustini referendum est ad hoc, quòd quotidie sumatur, vel non, non autem ad hoc, quòd omnino quis desistat.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ semper ille qui consecrat, debet sumere corpus & sanguinem Christi, nisi impediatur vel per violentiã, vel per mortem, vel per infirmitatẽ, vel aliquid huiusmodi: cuius ratio põt sumi ex parte ipsius sacri, quod in ipsa sumptione cõplementum suæ significationis accipit, quia vt dicit Aug. dũ sanguis in ore fidelium de calice funditur, sanguinis effusio de latere Christi designatur. Et, etiam complementum suæ efficaciæ, quia vltimum effectũ prius habet in hoc, q̃ sumitur. Vt ergo sacramentum sit perfectum, oportet illum, qui sacramentum celebrauit, cõmunicare. Potest etiam sumi ratio ex parte ipsius cõsecrantis, quia cũ ipse sit aliis dispensator diuinorum, debet primo in participatione diuinorum fieri, vt Dion. dicit in 3. cap. eccles. hierar.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in tali casu non oportet q̃ sacerdos communionem intermittat, sed potest dare infirmo petenti partem hostiæ consecratæ.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ magis peccaret non sumendo, quia sacrilegium committeret peruertens ritum sacramentorum. Nec tamen est perplexus, quia potest ad dcum cõuerti, &

EXPOSITIO TEXTVS.

ICVT & *Christus se ostendit &c.* Contra veritatem non decet aliqua fictio. ergo non debuit eis aliud ostendere, quàm quod in ipso erat. Et ideo dicendum, quòd Christus eis speciem suam naturalem ostẽdit, & sensus exterior per eam mouebatur: sed propter dubitationem resurrectionis sensus interioris iudicium impedie batur, vnde eum talem inspiciebant exterius, vt Gregorius dicit, qualis erat apud eos interius, & ita non erat aliqua deceptio ex parte Christi: sicut non est aliqua deceptio in sacra scriptura ex hoc, quòd singuntur figuræ angelis, & ipsi deo. Non enim ad hoc fit vt in eis intellectus remaneat, sed ex his in significata eorum surgat, & ita etiam per speciem illam, in qua eis apparuit, voluit eis dominus interiorem eorum dispositionem significare. *Qui confessus est coram Nicolao Papa &c.* Videtur ex hoc, quòd hæc opinio omnino sit tonenda: quia in principio confessionis huius dicitur. Consentio Romanæ ecclesiæ, & apostolicæ sedi. ergo nulli licet aliter tenere. Et dicendum, quòd quia Berengarius negauerat verum corpus Christi in altari esse, coactus fuit hanc confessionem facere: vnde non intendit dicere, quòd ipsum corpus Christi frangatur, sed quòd sub speciebus, in quibus est fractio, verum corpus Christi sit: & in hoc se dicit consentire apostolicæ sedi a contrario errore reuersus. *Manet integer in corde suo.* Et intelligendum est quantum ad effectum, non quòd corpus eius menti illabatur, quia hoc solius dei est. *Non est pars corporis &c.* de hoc dictum est supra distinct. 10. *Indignus est qui aliter celebrat.* Aliter celebrare dicitur, qui non seruat materiam, vel formam, aut ritum debitum ab ecclesia institutum, & debet talis si ex contemptu faciat, gradus sui periculo subiacere. *Et si Christus quotidie immoletur &c.* Sciendum est quòd omnia illa verba, quæ important comparationem Iudæorum ad Christum, & pœnã Christi, nõ dicuntur

quotidie fieri. Non enim dicimus, ꝙ Christus quotidie crucifigatur, & occidatur, quia actus Iudæorũ, & pœna Christi trãsiit. Illa autem quę important cõparationem Christi ad deũ patrẽ, dicuntur quotidie fieri, sicut offerre, sacrificare, & huiusmodi, eo ꝙ hostia illa perpetua est, & hoc modo est semel oblata per Christum, ꝙ quotidie etiam per membra ipsius offerri possit. *In sacramento recordatio illius fit, quod factum est semel.* Sacerdos enim non solũ verbis, sed etiã factis Christi passionem repræsentat. Vnde & in principio canonis tres cruces facit sup illud, Hæc dona, hæc munera &c. ad significandum trinam traditionem Christi, s. a Deo, Iuda, & Iudæis. Secundo autẽ super illud, Benedictam, ascriptam &c, facit tres communiter super vtrumq;, ad ostendendum, ꝙ tribus Christus est venditus, s. sacerdotibus, scribis, & pharisæis. Duas autem facit diuisim super corpus & sanguinem, ad ostẽdendum venditorẽ, & venditum. Tertio, facit duas super illud, Benedixit, & fregit: vnam super corpus, aliam super sanguinem, ad ostendendum ꝙ hoc sacramentum valet ad salutem corporis & animæ. Et quia dominus hoc sacramentum in mortis suæ memoriã exercendum mandauit, ideo statim post consecrationem brachiorum extensione crucis effigiem repræsentat: vnde etiam, vt Innoc. dicit, Verba cõsecrationis, quæ in fine ponẽda essent quasi complementum totius, in medio ponuntur ad historiæ ordinem obseruandum, quia verba canonis ad eucharistiam consecrandam principaliter pertinẽt: sed signa ad historiam recolendam. Quarto, facit quinq; cruces super illud, Hostiã purã &c. ad repræsentandum quinque plagas. Quinto, facit duas super illud, Sacrosanctum filij tui corpus, & ad signandum vincula, & flagella Christi. Et additur tertia, qua sacerdos seipsum signat super illud, Omni benedictione, quia Christi vulnera nostra sunt medicamenta. Vel per has tres cruces significatur triplex oratio, qua Christus orasse legitur Matth. 26. passione imminente. Sexto, facit tres super illud, Sanctificas, viuificas &c. ad repræsentandum, quòd Iudæi ter dixerunt, crucifige, verbo crucifigentes Christum, quod fuit tertia hora. Septimo, iterum facit tres super illud, Per ipsum, & in ipso &c, ad repræsentandum secundam crucifixionem, qua a militibus hora sexta post trium horarum spatium crucifixus est: vel ad repræsentandum tres eius cruciatus, scilicet passionis, propassionis, compassionis. Deinde facit duas extra calicem super illud, Est tibi deo patri &c. ad repræsentandum separationẽ animæ a corpore, quę facta est hora nona, vel propter sanguinem, & aquã, quæ de latere Christi profluxerunt. Inclinationes etiã factæ a sacerdote, signant Christi obedientiam ad Patrẽ, ex qua mortem sustinuit. Tacita etiam locutio exprimit consilium Iudæorum mortem Christi machinantium, vel discipulorum, qui palam Christum confiteri non audebant. Quid enim fractio significet, dictum est: quia aũt commistio corporis & sanguinis vnionem aĩę, & corporis significat, ideo illa crucis signatio, quæ fit super illa verba, Pax domini, magis pertinet ad resurrectionem, quæ virtute trinitatis, & tertia die facta est. Quòd autem quinquies se sacerdos ad populum conuertit, significat ꝙ dominus die resurrectionis quinquies se manifestauit. Primo, Mariæ Magdalenę Io. vlt. Secundo, Petro, Luc. vlt. Tertio, mulieribus, Matth. vlt. Quarto, discipulis in Emaus, Lucæ vltim. Quinto, discipulis congregatis in vnum, Ioan. vltim. Salutat autem populum septies ad septiformem gratiam spiritussancti ostendendam, sine quibus mortalis vita duci non potest, quia etsi possumus vitare singula, non tamen omnia.

Ex Inno. 3. li. 4. de mysteriis Missæ, cap. 3. & 12.
Mysteriorũ Missæ, li. 5. cap. 2.
Ex li. 5. mysteriorum Missæ. c. 1. eiusdem Innoc. 3.
Innoc. vbi supra ca. 9. ita hæc oĩa exponit, & etiam c. 11.

saltem ter in anno homines cõmunicẽt, nisi forte quis criminalibus impediatur, in Pascha scilicet, Pentecoste, & in Natali. Omnes [b] ergo communicent qui noluerint carere ecclesiasticis liminibus.

DISTINCTIO XIII.

A

Si hæretici & excommunicati hoc sacramentum conficiant.

SOlet etiam quæri, vtrum praui sacerdotes hoc sacramentum conficere queant. Ad quod dici potest, quòd aliqui, licet sint praui, consecrant vere, scilicet qui intus sunt nomine, & sacramento, & si non vita: quia non in merito consecrãtis, sed in verbo efficitur creatoris. Vnde August. Intra catholicam Ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis Domini nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo conficitur creatoris, & virtute Spiritussancti. Credendum est enim, ꝙ in verbis Christi sacramenta conficiãtur. Sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritumsanctum suam efficit carnem & sanguinem. Item Gregor. Putant quidam communionem corporis nimis esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorũ oculis videtur ignobilis. Heu, ĩquàm, in magnũ laqueum incidunt, vt diuina & occulta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credãt, cum vnus, idemque Spiritussanctus in tota Ecclesia inuisibiliter ea mysteria & operando sanctificet, & sanctificando benedicat. Mysterium ideo dicitur, quòd secretam, & reconditam habeat dispensationem. Sacrificium vero quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam dominicæ passionis. Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res ita fit, vt aliquid significatæ rei accipiamus. Sacramenta sunt baptisma, chrisma, corpus: quæ ideo sacramenta dicun-

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de sacramento eucharistiæ, hic determinat de ministris huius sacramenti, & diuiditur in partes duas. In prima, determinat propositum, In secunda, epilogat, ibi. *De hoc cælesti mysterio &c.* Prima in duas. In prima, ostendit quis possit consecrare, & dispensare huiusmodi sacramentum, In secunda, quis possit sumere, ibi, *Illud etiam sane dici potest &c.* Prima in duas. In prima inquirit, vtrum potestas consecrandi, per peccatum a ministro tollatur, In secunda, ostendit quæ requiruntur in ministro ad hoc quòd sacramentum cõsecrare possit, ibi. *In huius autem mysterij &c.* Prima in duas, In prima, inquirit vtrum malus sacerdos possit consecrare. In secunda, vtrum ab ecclesia præcisi, ibi, *Illi uero qui excommunicati sunt &c.* De *hoc cælesti mysterio &c.* Hic epilogat, & circa hoc duo facit. Primo, ponit epilogum, Secundo, ex incidenti determinat, quid faciat hæreticum, ibi. *Ne autem ignores quid faciat &c.*

1. q. 1. c. Intra catholicam. Et de consecrat. di. 2. cap. Vtrum.

QVÆSTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De ministro consecrante,
¶ Secunda, De hæresi.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, Quis possit consecrare.
¶ Secundo, De ritu consecrandi.
¶ Tertio, De dispensatione sacramenti.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum etiam laicus possit consecrare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd etiam laicus possit consecrare. Consecrare enim sacerdotis est: sed omnis laicus, si sit bonus, sacerdos est, quia, vt dicit Chrysost. Omnis sanctus sacerdos est, & omnibus fidelibus dictum est, 1. Petr. 2. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. ergo bonus laicus potest consecrare.

3. par. q. 82. art. 1. ad 1.
Homil. 43. operis imperfecti.

¶ 2 Præt. Homo non potest consecrare virtute propria, sed virtute dei: sed bonus laicus magis est particeps diuinæ virtutis, quàm malus sacerdos, ergo magis potest bonus laicus consecrare, quàm malus sacerdos.

¶ 3 Præt. Magis est sumere sacramentum, quàm conficere, quia hoc ad illud ordinatur: sed bonus laicus potest sumere sacramentum. ergo & consecrare.

SED CONTRA. Hoc sacramentum offertur ad reconciliandum nos deo, quod est officium mediatoris. cum ergo sacerdotis tantum sit medium esse inter deum & populum, soli sacerdotes hoc sacramentum conficere possunt.

¶ 2 Præt, Bonitas virtutis non est manifesta; quia nemo scit vtrum sit dignus odio, vel amore, Eccles. 9 & præcipue alteri nota esse non potest, si ergo potestas consecrandi sequatur bonitatem personæ, non poterit esse notum quando consecratum sit vere, & quando non, & ita erit deceptio in sacramentis.

II

VLTERIVS, Videtur quòd solus episcopus possit consecrare, quia in qualibet republica principi debetur actus nobilissimus, sicut etiam Commentator dicit in 11. metaphis. sed summus in nostra hierarchia est episcopus, vt dicit Dion. ergo cum consecrare sit summus actus nostræ hierarchiæ, hic actus sibi soli debetur.

De eccl. hierar. cap. 5. part. 1.
Ibidem.

¶ 2 Præt. Secundum Dion. perficere est tantum episcopi: sed secundum ipsum eucharistia est perfectiuam habẽs virtutem. ergo solus episcopus potest consecrare.

¶ 3 Præt. Maius est consecrare corpus Christi, quàm consecrare altare, vel benedicere virgines: sed illa reseruantur solis episcopis. ergo multo fortius consecratio corporis domini.

SED CONTRA est communis vsus ecclesiæ, & canonum institutio, qui docent potestatem conserandi, & baptizandi episcopis & sacerdotibus esse cõmunem.

III

VLTERIVS. videtur, quòd hæretici, & schismatici, & excommunicati consecrare nõ possint: quia sicut dicit canon. 24. quæst. 1. cap. Audiuimus. Quicumque fuerit ab vnitate ecclesiæ alienus execrare potest, consecrare non valet Aug. etiam dicit ꝙ extra ecclesiã non est locus veri sacrificij: sed omnes prædicti sunt extra ecclesiã. ergo non possunt consecrare.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum pollui non potest: sed secundum Hiero. hæretici panem pollutum comedunt. ergo verum sacrificium non habent, ergo non consecrant.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum est vnionis ecclesiæ, vnde & communio dicitur: sed omnes prædicti hac vnione carent. ergo cõsecrare non possunt.

SED CONTRA. Sacerdos habet potestatem consecrandi ex ipso charactere: sed character manet in ipso hæretico, schismatico, & excommunicato. ergo possunt consecrare.

¶ 2 Præt. Qualitas personæ non exigitur nisi ad actum proprium personæ: sed consecratio non est actus personalis ipsius sacerdotis, sed dei cuius verbis consecrat. ergo non impeditur propter propriam qualitatem.

IIII

VLTERIVS. Videtur quòd degradatus non possit consecrare. Nullus enim consecrare potest, qui non habet potestatem consecrandi: sed degradatus non habet potestatem consecrandi, quàmuis habeat potestatem baptizãdi, vt dicit canon. ergo non potest consecrare.

¶ 2 Præt. Ex eisdem fit res, & corrumpitur, secundum Philosophum in 2. ethic. sed aliquis ex potestate episcopi accipit posse consecrare. ergo quando ab ipso degradatur, videtur quòd hoc posse amittat.

¶ 3 Præt, Habens ordinem sacerdotalem non relinquitur puniendus iudicio sæculari; sed degradatus relinquitur. ergo nõ habet ordinem, ergo non potest consecrare.

SED CONTRA. Si degradatus reconciliatur, non iterum ordinatur. ergo ordinem non amisit, ergo consecrare potuit.

¶ 2 Præt. Hoc idem probatur per indelebilitatẽ characteris, vt supra: vtrum autem malus sacerdos, vel angelus possit consecrare eadem ratio est, quæ & de baptizatione: & ideo quæratur supra distinct. v.

V

VLTERIVS. Videtur quòd Missa mali sacerdotis non minus valeat, quàm boni: quia sicut dicit Augustinus in lib. de corpore Christi. In mysterio corporis, & sanguinis domini nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur sacerdote.

¶ 2 Præt, Baptismus datus a bono ministro nihil melius valet, quàm datus a malo. ergo nec Missa a bono sacerdote, vel malo dicta.

SED CONTRA. Melius est, quod est fructuosius: sed Missa boni sacerdotis est fructuosior, quia eius oratio magis exauditur. ergo est melior.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd ordo ecclesiæ deriuatus est ab ordine cælestis hierarchiæ: vnde sicut in angelis diuersis ordinibus diuersi actus debentur: ita & in ecclesia militante ad diuersos actus diuersi ordines applicantur: sicut etiam & in corpore diuersa membra diuersa habent officia, cui corpus mysticum similatur, vt patet 1. Cor. 12. Ordines autem ecclesiæ distingui non possunt per diuersitatem interioris bonitatis, quia ignota est, & indeterminati sunt gradus eius, Et quia bonitas, vel virtus alicuius non ordinatur ad hoc quòd aliquis aliquid possit, sed ad hoc quòd bene faciat illud quod potest, habitus enim virtutum non sunt potentia, sicut Philosophus probat: & ideo quòd vnus possit actũ quem alius non potest, non contingit ex diuersitate bonitatis, vel malitiæ, sed ex potestate suscepta quam habet vnus, & non alius; & ideo quia laicus potestatem consecrandi non accipit, sua bonitas quantacumque sit, non iuuat eum ad hoc quòd consecrare possit.

Ethic. c. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnis bonus homo dicitur esse sacerdos mystice: quia scilicet mysticum sacrificium deo offert seipsum, scilicet hostiam viuẽtem deo, Rom. 12.

¶ Ad secundum dicendum, quòd laicus bonus sit particeps dominicæ virtutis ad bene agendum hoc, quod poterat prius aliquo modo facere: non autem ad hoc quòd possit hoc per virtutem, quod prius non poterat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis acceptio sacramenti sit maior in fructu, tamen consecratio est maior in potestate: vnde non oportet ꝙ qui potest accipere, possit consecrare.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd potestas consecrandi non solum episcopis, sed etiam sacerdotibus collata est: quia ordo sacerdotis est medius inter episcopos, & populum. Vnde sicut in angelica hierarchia illuminationes ad inferiorem ordinem mediante superiore perueniunt, ita omnia sacramenta quæ communiter toti populo dispensantur, per sacerdotes conferuntur: & huiusmodi sunt omnia quæ non collocant in aliquo statu, vel gradu super alios. Et quia eucharistia est huiusmodi, ideo nõ solum per episcopos, sed etiam per sacerdotes dispensatur, & consecratur. Est etiam alia ratio, vt sit frequentior memoria dominicæ passionis, & magis subueniatur viuis, & mortuis ex maiori frequentia sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet iste actus sit maximus in se, tamen non est maximus quantum ad constituendum in ordine ecclesiæ: quia per sumptionem huius sacramenti nõ constituitur aliquis in gradu, vel statũ altiori inter membra ecclesiæ, sicut fit per ordinem: & ideo non oportet ꝙ ille actus solis episcopis reseruetur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in rebus ordinatis ita est, quòd semper inferior participat aliquid de perfectione superioris, vt Dion. dicit: & hoc modo est in connexione cælestis hierarchię, vt in 2. lib. dist. 9. dictum est. Et ideo quia ordo sacerdotis continuus est ordini episcopi, participat etiam aliquid de perfectiua virtute quantum ad illam perfectionem, qua quis in seipso perficitur: non autem quantum ad perfectionem, qua aliquis in eminentiori gradu constituitur, sicut est in ordine: vel altiori officio, sicut est in confirmatione: & ideo sacerdos participat ab episcopo potestatem consecrandi, non autẽ confirmandi, vel ordinãdi. Et ꝙ ipsam habeat participatiue Dio. dicit, quod patet ex hoc ꝙ sacerdos consecrat super altare ab episcopo cõsecrato, & in vasis consecratis per episcopum, ipse etiam consecratus per episcopum.

De eccl. hierar. cap. 6. part. 3.
q. 1. art. 6.
De eccl. hierar. cap. 5. part. 1.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illæ benedictiones non veniunt in vsum totius populi, sed aliquarum excellentium personarum: & ideo solis episcopis reseruatur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ quidã dixerunt, quòd hæretici ab ecclesia præcisi, & similiter excommunicati, & schismatici, quia sunt extra vnitatẽ ecclesiæ, nõ possunt consecrare: & huius opinionis videtur fuisse magister in litera. Sed quia omne illud quod per consecrationem datur, est perpetuum, ideo sicut baptismus, qui per consecrationem datur, numquàm amittitur, quãtumcumque aliquis in hæresim labatur, vel schisma, vel excommunicationem: ita nec sacerdotalis ordo aliquo modo amitti potest, vt August. dicit ad Parmenianum. Et quia potestas consecrandi ordinem sacerdotalem consequitur, vt dictum est, ideo hæretici, schismatici, & excommunicati consecrant; quàmuis ad suam pernitiem, dummodo seruetur debita forma, & materia, & intentio, quę etiam in infidelibus esse possunt, vt supra distinct. 5. de baptismo dictum est.

Lib. 2. c. 13.
q. 2. artic. 2. quæstiũ. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum canonis intelligendum est quantum ad illos, qui debitam formam non seruant, vel quantum ad executionem quam amittunt, non enim ius consecrandi habent; & hoc solum posse dicimur in iure, quod iuste possumus. Vel loquitur de consecratione, quã

ordines conferuntur, quia ad damnationem potius, quàm ad sanctificationem recipientium cedit. Et similiter quod August. dicit, quòd extra ecclesiam non est locus veri sacrificij, intelligendum est quãtum ad effectum: vel extra ecclesiam, idest, extra formam ecclesiæ. *Vbi supra, lib. & cap. eodem.*

¶ Ad secundum dicendum, quòd dicitur panis pollutus non in se, sed quia ipsi, & seipsos polluunt consecrando & sumendo, & alios qui ab eis sacramẽta sciẽter accipiũt.

tur, quia sub tegumento visibiliũ rerum diuina virtus secretius salutem eorundem sacramentorum operatur: unde a secretis virtutibus, vel sacris sacramenta dicuntur. Panis, & calicis sacramentum græce Eucharistia dicitur, latine bona gratia interpretatur: & quid

¶ Ad tertium dicendum, quòd inquantũ ordinem habet, ad vnitatem ecclesiæ pertinet, quàmuis quantum ad aliquid possit ab ecclesia esse præcisus.

Ad quartam quæstionem dicendum, quòd degradatus, quia ordinem non amittit, potestatẽ consecrandi retinet, sed ius consecrandi sibi aufertur: & ideo si consecrat, peccat, tamen consecratum est.

Ad primum ergo dicendum, quòd ille canon non loquitur asserendo, sed quasi opponendo, vt ex circunstantia literæ apparet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd episcopus non dedit ordinem, sed deus per ministerium episcopi, & deus posset auferre non episcopus: quia non est constitutus minister auferendi ordinem, sicut conferendi, quia propter efficaciam consecrationis debet esse ordo perpetuus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est essentiale ordini sacerdotali, quòd iudicio sæculari relinqui non possit, sed ex priuilegio indultum: & ideo manẽte ordine degradatus sua culpa hoc priuilegium amittit.

Ad quintam quæstionem dicendum, quòd de Missa possumus loqui dupliciter, aut quantum ad id quod est essentiale in ea, scilicet corpus Christi, & sic a quocumque dicatur, æqualiter bona est, quia opus operatum æqualiter bonum est, & virtuosum: vel quantum ad id quod est annexum sacramento, & quasi secũdarium: & sic Missa boni sacerdotis melior est, quia non solum habet efficaciam ex opere operato, sed ex opere operante, & ideo cæteris paribus melior est audire Missam boni sacerdotis, quàm mali. Et per hoc patet solutio ad vtramque partem.

Articvlvs II.

b *Vtrum liceat sacerdoti omnino a consecratione abstinere.*

3. par. q 82 art. 10. In prologo super euangeliũ Marci.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd liceat sacerdoti omnino a consecratione abstinere: quia de beato Marco narrat Hieron. quòd sibi pollicem amputauerit, vt sacerdotio reprobus haberetur: nec hoc fecit, nisi indignum se reputans tali sacramento. ergo videtur quòd si omnino a celebratione abstineat ex reuerentia dominici corporis, & proprię infirmitatis consideratione aliquis sacerdos non peccet.

¶ 2 Præt. Sicut sacerdotis officium est consecrare, ita & ligare, & soluere: sed non exigitur vt liget, & soluat nisi habeat curam animarum. ergo etiam a sacerdote qui non habet populũ cui teneatur, non exigitur ꝙ consecret, & ita non peccat omnino abstinendo.

Sed contra est, quod Ambros. dicit. Graue est, quòd ad mensam tuam mundo corde, & manibus innocentibus nõ venimus, sed grauius est, si dum peccatum metuimus, etiam sacrificium non reddamus: sed primum est peccatum mortale. ergo & secundum.

II *Vbi supra, art. 2.* Vlterius. Videtur quòd non possint plures simul eãdem hostiam consecrare, quia plurium agentium sunt plures actiones, maxime quando vnusquisq; sufficit ad agẽdum: sed vnus sacerdos tantum põt consecrare. ergo si plures simul cõsecrent, sunt plures consecrationes super eandem hostiam, & ita fit iniuria sacramento.

¶ 2 Præt. Vnus dicens verba, virtute verborum consecrat: sed quod factum est fieri nõ potest, quia quod est non fit. ergo alij nihil faciunt. ergo superfluum est ꝙ dicunt verba.

Sed contra est consuetũdo quarundam ecclesiarũ, in quibus noui sacerdotes simul episcopo concelebrant.

III Vlterius. Videtur quòd non debeat quotidie Missa in ecclesia celebrari, quia in Missa recolitur dominica passio:

F sed ecclesia celebrat memoriam dominicæ passionis semel in anno. ergo non pluries debet in ecclesia Missa dici.

¶ 2 Præt. In die Parasceues agitur memoria dominicæ passionis, nec tamen tunc consecratio fit. ergo multo minus deberet fieri in aliis diebus.

melius corpore & sanguine Christi? Siue ergo per bonos, siue per malos ministros intra Ecclesiam dispensetur, sacrum tamẽ est, quia Spiritussanctus viuificat: nec bonorum dispẽsatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. Hoc de corpore Domini, hoc &

¶ 3 Præt. Aliquibᵘˢ diebus celebratᵘʳ hoc sacramentum pluries vna die solemniter in ecclesia, sicut patet ĩ festo Natiuitatis, & multis aliis diebus. ergo videtur quòd aliquando deberet prætermitti.

G Sed contra. Sacramentum ecclesiæ deberet magis assiduari, quàm sacramẽtum veteris legis: sed quotidie in veteri lege offerebatur sacrificium. ergo multo fortius debet in noua lege fieri.

¶ 2 Præt. Panis huius sacramenti dicitur quotidianus: sed nõ nisi quia quotidie consecratur. ergo quotidie consecrari debet.

IIII *3. par. q. 83. art. 2.* Vlterius. Videtur quòd hora vespertina deberet Missa celebrari, quia Christi actio nostra est instructio: sed ipse Christus hoc sacramentum fecit in cœna hora serotina. ergo & tali hora deberet fieri.

¶ 2 Præt. Secũdum canones ordines sunt celebrandi circa vespertinam horã: sed ordines sacri non celebrantur sine Missarum solemniis. ergo debet Missa vespertina hora celebrari.

¶ 3 Item. Videtur ꝙ post mediam noctem: quia tunc dies secundum ecclesiæ computum incipit.

H ¶ 4 Item. Videtur quòd tantum in hora sexta, quia illa hora dominus passus est, cuius passionis hoc sacramentum est memoriale.

V *Vbi supra, art. 3.* Vlterius. Videtur quòd non oporteat in loco sacro celebrari, quia sicut hoc sacramentum non est necessitatis, ita nec confirmatio: sed confirmatio potest conferri in loco non sacro. ergo & hoc sacramentum non oportet quòd in loco sacro conficiatur.

¶ 2 Item. Videtur quòd non oporteat esse altare de lapide: quia sacrificia veteris legis fuerunt sacrificij huius figura: sed ad veteris legis sacrificia altare fiebat de lignis sethim, vt patet Exod. 25. & iterum de auro, vt patet 3. Reg. 7 & iterum de terra, vt patet Exod. 26. ergo & in noua lege non solum de lapide oportet quòd fiat.

¶ 3 Item. Videtur quòd in pallis sericis debeat consecrari, quia panni illi sunt pretiosiores. ergo ad reuerentiam sacramenti magis eis debemus vti.

I ¶ 4 Item. Videtur ꝙ in calice de petra possit celebrari, quia calix signat sepulcrum Christi: sed illud sepulcrum fuit de petra. ergo & calix de petra debet fieri. De indumentis autem sacerdotalibus dicetur in tractatu de ordine. *Dist. 24. q. 3. art. 3.*

VI Vlterius. Videtur quòd aliquo prædictorum omisso non fit consecratio: quia sicut dicit Dion. 3. cap. cæl. hierar. Operationes hierarchicæ ordinantur secundum diuinas leges: sed ille qui prætermittit ritum ab ecclesia institutum, non sequitur diuinas leges, quæ per patres nobis positæ sunt. ergo talis nõ consecrat, cum consecrare sit actus hierarchicus, quia est actus ordinis.

¶ 2 Præt. Totus ritus sacramenti suam habet significationem: sed significatio est de essentia sacramenti. ergo & ritus consecrandi, & ita si prætermittatur, non erit vera consecratio.

K ¶ 3 Præt. Actiones spirituales magis sunt ordinatæ, quàm sæculares: sed si aliqua actio in rebus sæcularibus, puta, venditio, vel emptio, vel aliquid huiusmodi contra statuta principum fiat, pro nulla haberetur. ergo & si aliquis consecraret cõtra statutum ecclesiæ, consecratio nulla est.

Sed contra: Ea quæ sunt de essentia sacramenti, sunt eadem apud omnes: sed ritus sacramenti non est idem apud omnes, nec secundum omne tempus. ergo non est de essentia sacramenti. ergo sine hoc potest fieri consecratio.

¶ 2 Præt. In baptismo sunt quædam quæ si omittantur, non reputatur sacramentum irritum, quia sunt ad solemnitatem sacramenti. ergo & hic si omittantur illa, quæ pertinent ad solemnitatem consecrationis, vere consecratio erit.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd secundum quosdam non peccat, qui dimittit celebrationem, nisi populum habeat commissum, vel ex obedientia teneatur celebrare: sed quia secundum Gregorium, *Homil.* cum crescunt dona, rationes crescunt donorum, cum sacerdoti sit data potestas nobilissima, reus negligentiæ erit, nisi

nisi illa vtatur ad honorem dei & salutem suam, & aliorum viuorum & mortuorum, secundum illud. 1. Pe. 3. Vnusquisque gratiam, quam accepit in alterutrum, illam administrantes &c. nisi forte aliquis ex familiari spiritus sancti instinctu dimittat, sicut legitur de quodam sancto patre in vitis patrum, qui ordinatus nunquam postea celebrauit.

Ad primum ergo dicendũ, quòd ille qui non habet ordinem, potest ordinem refugere, sed ille qui habet, tenetur ipsum exequi.

de baptismate, & chrismate sciẽdũ & tenendũ, quia virtus diuina secretiᵘˢ operatᵘʳ in eis: & diuina solũmodo est hæc virtus, siue ptãs, nõ humanę efficaciæ. Illi uero qui excõmunicati sunt, vel de heresi manifeste notati, non videntur hoc sacramentum posse conficere, licet sacerdotes sint: quia nemo dicit in ipsa consecratione, offero, sed, offe

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum omnes, alios actus ordinum debet homo non soli deo, sed etiam proximis, quia actus inferiorum sunt ad ministerium sacerdotis: alii autem actus sacerdotis vt ligare, & soluere respiciunt corpus mysticum, similiter etiam docere & baptizare: & ideo qui non tenetur aliis uel subiectione, uel prælatione, potest ab illis actibus sine peccato cessare. Sed consecratio est actus dignus, & ordinatus ad corpus Christi verum, nec respicit corpus Christi mysticum, nisi ex consequenti: & ideo etiam si nulli homini teneatur, tamen tenetur deo vt reddat ei sacrificium acceptum, sacerdotibus enim præceptum est. Hoc facite in meam commemorationem.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd secundum morem quarundam ecclesiarum plures sacerdotes episcopo concelebrant, quando ordinantur ad repræsentandum, quòd quando dominus hoc sacramentum instituit, & potestatem consecrandi discipulis dedit, eis concœnauit, sicut episcopus simul cum ordinatis presbyteris celebrat. C

Ad primum ergo dicendum, quòd quia intentio requiritur ad perfectionem sacramentorũ: ideo cum omnes habeant intentionem vnam consecrationem faciendi, non est ibi nisi vna tantum consecratio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Innocen. dicit. Omnes celebrantes debent intentionem referre ad illud instans in quo episcopus verba profert: & sic episcopi intentio non defraudatur, nec aliquis ibi facit quod factum est.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd secundum Innoc. quinque de causis quotidie Missa in ecclesia celebratur. Primo, quia oportet semper esse paratam medicinam contra quotidiana peccata. Secundo, ut lignum uitæ semper sit in medio paradisi. Tertio, ut nobis quotidie Christus vniatur sacramentaliter, & nos ei spiritualiter. Quarto, ut sit apud nos vigil memoria passionis. Quinto, ut uero agno loco typici quotidie vtamur ad vesperam: quoniam Iudæi ad vesperam cõuertendi esurient, secundum illud Psal. 58. Conuertẽtur ad vesperam &c. D

Ad primum ergo dicendum, quòd passio Christi prout in capite contigit, semel tantũ in anno repræsentatur in ecclesia: sed prout in nos eius effectus prouenit, quotidie debet repræsentari, quia eius effectus in nobis continuus est, & sic repræsentatur in hoc sacramento.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ecclesia uolens populum Christianum circa ipsam dominicam passionem prout in capite nostro fuit, menti occupari, statuit vt illa die non consecraretur corpus Christi: ne tamen ecclesia omnino sine corpore Christi esset, corpus Christi præcedenti die consecratum & reseruatum sumitur: sanguis autem non reseruatur propter effusionis periculum. Nec est uerum quod quidam dicunt, quòd uinum ex immissione partis hostiæ in calicem consecratur, quia transubstantiatio non fit sine debita forma verborum: vnde post potum illum non liceret eadem die communicare. E

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd omnis nostra actio per Christum perfici debet, & ideo quando in una die occurrunt uel diuersa dei beneficia commemoranda, uel quibus sunt gratiæ deo reddendæ, uel etiam plura a deo impetranda pro salute uiuorum & mortuorum, oportet quòd pluries Missa in ecclesia celebretur, si adsit facultas: nec ex hoc sequitur quòd aliquando debeat intermitti.

Ad quartam quæstionem dicendum, quòd communiter loquendo, Missa debet dici in die, & non in nocte: quia hoc sacramentum ad tempus gratiæ pertinet, quod per diem significatur, Roma. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Dies autem iudicatur non solum ab ortu Solis, sed ex quo incipiunt orituri Solis signa manifestari per aliquam aeris illustrationem: tamen in duobus noctibus Missa decantatur propter

A priuilegium illarũ noctium, scilicet in nocte Natiuitatis quando Christus natus est, & in nocte Resurrectionis, circa principium, ut patet ex oratione. Deus qui hanc sacratissimam noctem &c. quamuis hoc non oporteat semper obseruari. Solemnis autem Missæ celebratio tribus horis instituta est fieri, scilicet in tertia, diebus festis: in sexta, diebus profestis: ĩ nona, diebus ieiuniorum: quia in Missa recolitur mors Christi, quĩ quidẽ hora tertia crucifixus est linguis Iudæorum, hora sexta manibus militũ, hora nona expirauit. Sed quando fiunt ordines, Missa potest cantari etiam post nonam, & præcipue in sabbatho sancto, quia ordines pertinent ad diem dominicam: vel etiam vt diligentior fiat præparatio, differtur quantum differri potest ante prandium: & ideo quando non est dies ieiunii, celebratur inter tertiam & sextam, qua hora comeditur communiter: sed in diebus ieiunii in nona. Priuatæ autem Missæ possunt dici a mane usque ad tertiam, uel etiam usque ad nonam in diebus ieiuniorum. *In lib. corporis Christi, huiusce que sententię nouitas habetur de Conse. di. 2. c. Vtrũ. circa medium.*

rimus, quasi ex persona ecclesiæ: & ideo cum alia sacramenta extra ecclesiam possint celebrari, de hoc non uidetur. Quod etiam August. tradere uidetur dicens. Recolite nomen, & aduertite veritatem. Missa enim dicit, eo quòd cælestis missus ad consecrandum viuificãdum corpus adueniat, iuxta dictum sacerdotis dicentis. Oĩpotens Deus B

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd eadem ratio est quare Christus hora vespertina consecrauit, & quare post cœnam: vnde sicut non oportet quòd imitemur cum in secundo, ita nec in primo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc singulariter est in diebus ordinum ratione iam dicta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in medio noctis secundum ecclesiam incipit dies naturalis, non autem dies artificialis, in qua solum licet celebrare.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis Christus hora sexta fuerit in cruce positus, tamen sacramentum passionis suæ peractum est in aliis horis: & ideo non oportet quòd tunc tantum Missa celebretur.

Ad quintam quæstionem dicendum, quòd in hoc sacramento continetur ille qui est totius sanctitatis causa: & ideo omnia quæ ad consecrationem huius sacramenti pertinent, etiam consecrata sunt: sicut ipsi sacerdotes consecrantes, & ministri, & vestes, & vasa, & omnia huiusmodi: & ideo etiam debet in altari, & in domo consecrata celebrari hoc sacramentum. Si autem necessitas adsit, uel propter destructionem ecclesiarum in aliqua terra, uel in itinere constitutis, licet etiam in locis non consecratis celebrare, dummodo habeant altare portatile consecratum, & alia huiusmodi, quæ ad consecrationem huius mysterii requiruntur, alias non licet nisi episcopo concedente.

Ad primum ergo dicendum, quòd confirmationis sacramentum non continet ipsum Christum, & ideo non requiritur loci sanctificatio, sicut in hoc sacramento.

¶ Ad secundum dicendum, quòd beatus Siluester instituit, quòd altare decætero non nisi lapideum esset. Quia enim altare consecrari debet, oportet esse aliquam rem fortem & non fragilem sicut est lignum, uel terra, de qua fiat altare.

¶ Item, quia debet esse in ecclesia copia altarium ut frequentetur hoc mysterium, ideo debet esse materia communis, non antem aurum, uel argentum, uel aliquid huiusmodi, quod non de facili possit haberi. In veteri autem lege erat tantum vnum altare ad unum tantum effectum deputatum, & ideo nihil oberat si de auro fieret, competit etiam lapis ad significationem altaris quod Christum significat, qui etiam per petram significatur, 1. Corin. 10. Petra autem erat Christus: sed ante tempus Siluestri, propter persecutionem, non erat fidelibus certus locus ad manendum, & ideo habebant altare ligneum, quod facile transferretur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd panni in quibus corpus Christi consecratur, repræsentant sindonem mundam, qua corpus Christi inuolutum est: & ideo sicut illa linea fuit, ita non licet nisi in pannis lineis corpus Christi consecrare. Linum etiam competit huic sacramento & propter puritatẽ, quia ex eo panni candidissimi, & facile mundabiles fiunt: & propter multiplicem tunsionem lini qua paratur ad hoc, ut ex eo fiat pannus candidus, quæ competit ad significandum passionem Christi: vnde non deceret de pannis sericis corporale, & pallas altaris esse, quamuis sint pretiosiores: neque de panno lineo tincto, quamuis sit pulchrior.

¶ Ad quartum dicendum, quòd secundum statutum ecclesiæ calix debet esse tantum de auro, vel argento, vel stanno, non autem de ære, vel auricalco: quia ex fortitudine vini rubiginē generaret, & nauseam prouocaret: neque ex vitro, vel crystallo propter fragilitatem, neque ex ligno propter porositatem, quia imbibit liquorem immissum, neque ex lapide, propter ineptitudinē: non enim oportet, quòd quantum ad omnia signa signatis respondeant.

iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum &c. Idcirco nisi angelus venerit, Missa nequaquam iure vocari potest. Numquid enim si hoc mysterium hæreticus ausus fuerit vsurpare, angelum de cælis mittit Deus oblationem eius cōsecrare? maxime cum eisdem per Prophetam comminatus sit dicens, Maledicam benedictionibus vestris? Quòd si benedictionibus eorum se asserit maledicturum veritas, quid erit de Hostia? ergo dicemus illam posse benedici ab illo, quem scimus a Deo fore maledictum cū

AD SEXTAM quæstionem dicendum, quòd remotis his, quæ nō sunt de essentia rei, nihilominus res manet: vnde cū huiusmodi ritus, & quātum ad determinationē horæ, vel loci, vel indumentorum nō sint de essentia sacramenti, sed de solemnitate, si omittātur: nihilominus consecratum est sacrificium, dummodo adsint ea, quæ sunt de essentia sacramenti, scilicet ordo & intentio ex parte consecrantis, & materia & forma ex parte consecrati: tamen grauiter peccat, qui aliter facit, & degradandus esset.

Malach. c. 1. Et hī 1. q. 1 c. Maledicā & c. Multi secularium §. vlt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd leges diuinæ, quæ pertinent ad essentialem institutionem sacramenti, si mutentur, nihil fit, vt si alia materia esset, vel forma: secus autem est de legibus, quæ pertinent ad solemnitatem sacramenti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd significatio rei sacramentalis est de essentia sacramenti, & hoc sufficienter habetur per materiam: & ideo significatio, quę superadditur in aliquo ritu, est de solemnitate, non de essentia sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sacramenta originem habent ex institutione diuina: & ideo omissio alicuius quod sit ab ecclesia institutum, non potest impedire quin verum sacramentum fiat: impediret autem si sacramenta ex institutione ecclesiæ efficaciam haberent, sicut actiones sæculares ex statutis principium ratificantur.

ARTICVLVS III.

c Vtrum laicus possit dispensare corpus Christi.

3. par. q. 82. art. 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd laicus potest dispensare corpus Christi. Perfectio enim huius sacramenti in materiæ consecratione consistit, vt supra dictum est, non in vsu sacramenti: sed ordinati sunt ministri sacramentorum. ergo & si consecratio materiæ ad solos sacerdotes pertineant, tamen dispensatio debet ad omnes pertinere.

¶ 2 Præt. Ab illis debet dispensari sacramentum, qui cum reuerentia ipsum tractant: sed quidam laici sunt maioris reuerētiæ ad sacramentum, quàm etiam sacerdotes, & etiam mulieres interdum. ergo per eos potest hoc sacramentum dispēsari.

¶ 3 Præt. Sicut sacerdotis est dispensare corpus Christi, ita & tangere: sed in aliquo casu licet tangere laico corpus Christi, puta, si videret ipsum in terra iacere, & non esset sacerdos qui tolleret. ergo & in aliquo casu liceret ei dispensare.

SED CONTRA est, quod dicitur de consecrat. dist. 2. cap. Peruenit, vbi inhibetur ne etiam infirmis per laicos sacerdotes hoc sacramentum transmittant.

¶ 2 Præt. Ad eosdem pertinet esse ministros ecclesiæ, & dispensatores mysteriorum dei, 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo &c. sed laici non sunt ministri ecclesiæ. ergo non debent esse dispēsatores sacramentorum.

II Vbi supra, ad 1.

VLTERIVS, Videtur quòd diaconus possit dispensare, quia beatus Laurentius diaconus fuit: sibi autem commissa fuit dispensatio dominici sanguinis, vt patet in legenda sua. ergo diaconus potest dispensare.

¶ 2 Præt. Dispensatio huius sacramenti ad populi curationē pertinet: sed diaconus potest habere curam animarum. ergo & ipse est dispensator huius sacramenti.

Cap. Non oportet.

SED CONTRA est, quod dicit canon dist. 93. nō oportet diaconum panem dare, idest corpus Christi.

F VLTERIVS. Videtur quòd aliquis possit licite recipere dispensationem sacramenti a fornicario, vel excommunicato, vel hæretico sacerdote. Augustinus enim dicit. Neque in homine bono, neque in homine malo aliquis sacramenta dei fugiat. ergo potest a quolibet sacerdote hoc sacramentū recipere.

III Vbi supra, art. 9. Lib. 19. cōtra Faust. Manichæū cap. 11.

sua benedictione? Si enim Deus maledixerit benedictionibus hæreticorum, & simoniacus benedixerit, quis eorum præualebit? Numquid benedictio maledicti ad nihilum poterit redigere verba verissima comminantis Dei? Ex his colligitur, quòd hæreticus G a catholica fide præcisus nequeat hoc sacramentum conficere: quia sancti angeli, qui huius mysterij celebrationi assistunt, tunc nō adsunt, quando hæreticus, & simoniacus hoc mysterium temerarie celebrare præsumit. Non enim dubitari licet vbi corporis dominici,

¶ 2 Præt. Virtus diuina præualet maliciæ humanæ: sed sacramentum diuina virtute cōtinet gratiā, & causam. ergo quantumcumq; sit malus ille qui dederit, vel hæreticus cōsequitur gratiā, qui ab eo sacramentum recipit.

¶ 3 Præt. Iniquitas sacerdotis non pōt ipsum corpus Christi inquinare: sed hoc sacramentū ex ipso opere operato, quod est corp⁹ Christi, gratiam confert. ergo etiam si aliquis sit excommunicatus, vel hæreticus sacramentum ab eo perceptum gratiam confert.

SED CONTRA est, quod dicit canon. Nullus Missam audiat sacerdotis, quem scit concubinam indubitanter habere. ergo peccat qui recipit sacramentum a concubinario sacerdote.

Dist. 32. c. Null' missam. & c. Nicolai Papæ.

H ¶ 2 Præt. Nullus debet recipere sacramentum præter institutionem ecclesiæ, quia indignus accederet: sed aliqui secundum institutionem ecclesiæ sunt suspensi. ergo non licet ab eis sacramenta recipere.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, quòd sicut in corpore naturali sunt quędam membra principalia, per quę virtutes & operationes vitæ a principio vitæ ad cætera membra decurrunt ita & in ecclesia sacerdotes & alij ministri sunt quasi membra principalia, quibus mediantibus sacramenta vitæ populo dispensari debent: & ideo laicis quantumcumq; sanctis, sicut nec consecratio, ita nec dispensatio huius sacramenti competit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis in essentia sua sacramentum sit perfectum sine vsu sacramenti, tamen perfectionem quantum ad effectū sine vsu non habet: & ideo I etiam vsus sacramenti huius ad dispensationem ministrorum ecclesiæ pertinet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc sacramento ad reuerentiam ipsius non solum exigitur sanctificatio morum, sed etiam sacramentalis sanctificatio: quia & ipse calix in quo sanctitas morum esse non potest, consecratur propter reuerentiā sacramenti: & similiter in dispensante hoc sacramentum debet esse vtraq; sanctificatio: vnde & manus sacerdotis vnctione sanctificantur, sicut & calix. Et ideo quia laicus hanc sanctitatē non habet, ideo non potest hoc sacramentū dispensare.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut baptismum conferre cōpetit sacerdoti ex officio, tamen laicus in casu necessitatis non peccat baptizans: ita tangere corpus Christi ex officio soli sacerdoti competit, sed in casu necessitatis potest, & debet corpus Christi tangere, etiam si sit peccator, vt si in aliquo loco immundo iaceret: sed non est simile de dispensatione sacramenti, quia receptio huius sacramenti non est necessitatis: vnde ei qui non potest sacramentaliter manducare dicendum est, Crede, & manducasti.

K AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd dispensatio huius sacramenti proprie ad sacerdotem pertinet, eo q ipse repręsentat Christum, qui fuit mediator dei, & hominum: vnde cum hoc sacramentum sit ad reconciliandum nos deo, oportet per sacerdotem, qui est mediator inter deum, & populum dispensari: sed sicut sacerdos, vt dictum est, participat aliquid de virtute perfectiua, quæ est episcopi, ita diaconus participat aliquid de dispensatione huius sacramenti: cōpetit enim ei ex officio sanguinem domini dispensare, sed non corpus: quia dispensator corporis oportet quòd ipsum corpus tangat, non autem dispensator sanguinis: diacono autem non licet corpus Christi tangere, cum non habeat manus sacratas, & ideo non debet corpus dispensare nisi de mandato presbyteri, vel episcopi, vel presbytero longe posito in casu necessitatis: vel ideo dispensat sanguinem, & non corpus, quia per sanguinem

A nem significatur redemptionis mysterium, quod a capite Christi in membra diffunditur officio ministrorum: vnde & sanguini aqua, quę populum signat admiscetur, sed incarnatio, quam corpus Christi signat, non est humano ministerio facta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis fuerit dispensator sanguinis non tamen legitur fuisse dispēsator corporis: vñ & adhuc hodie in quibusdā ecclesiis sanguis per diaconum ministris altaris dispensatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd diaconus potest habere curam animarum quantum ad ea quę iurisdictionis sunt, sed non quantum ad ea quæ sunt ordinis: dispensatio autem sacramentorum ad ordinem pertinet.

& sanguinis mysteria geruntur, supernorum ciuium adesse conuentus. In huius autem mysterij expletione sicut formam seruari, ita ordinem haberi, scilicet vt sit sacerdos, & intētionem adhiberi oportet, vt illud facere intendat. Si non credit de illo mysterio, sicut veritas habet, numquid potest intendere illud conficere? & si non intendit, numquid conficit? Aliqui dicunt etiam non recte de illo mysterio sentientem posse intendere, non quidem illud conficere, quod iam esset recte credere, sed id agere quod geritur ab aliis dum conficitur, & sic adhibetur intentio: & si intentio dicatur deesse conficiendi illud mysteriū, tñ ex quo intendit ea dicere, & agere, quæ ab B aliis geruntur, impletur mysterium. Illud etiam sane dici potest, quòd a brutis animalibus corpus Christi nō sumitur, & si videatur.

Oppo. AD TERTIAM quæstionem dicendum, q si aliquis cū peccato ad hoc sacramentum accedit, magis cedit ei in nocumentum, quàm in profectum. Quicumque autem contra ordinationem ecclesiæ accedit, per inobedientiam peccat. Simoniaci autem & schismatici, & excommunicati ex statuto ecclesiæ a dispensatione huius sacramenti sunt suspensi: quia sunt extra vnitatem ecclesiæ, in qua sacramenta conferuntur: & similiter interdictum est cōcubinariis sacerdotibus propter spiritualitatem maximam, quæ in hoc sacramēto requiritur. Vnde si aliquis ab aliquo prædictorum sacramentum suscipiat, C peccat, & sic gratiam non consequitur: tamen differt de fornicariis, & aliis prædictis, quia aliis non debet homo communicare in diuinis scienter, quantumcumque sint occulti: sed concubinarij sacerdotes non sunt vitandi, nisi sint notori. Et dicuntur notorij tribus modis, vel propter sententiam, quia cōuicti sunt, vel per confessionem in iure factam, vel per rei euidentiam: sicut quando est ita manifestum, quòd nulla potest tergiuersatione cælari: ab aliis autem peccatoribus licet sacramenta recipere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd inquantum est malus non fugitur, sed propter ecclesiæ prohibitionem: vel dicendum, quòd Augustinus dicit, q sacramenta non sunt fugienda, quia cognoscendum est etiam ab eis verum perfici sacramentum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis sacramentum virtutem suam non amittat, tamen in eo qui indigne accedit cōtra obedientiam ecclesiæ faciens, effectum non habet.

¶ Et similiter dicendum ad tertium.

QVÆSTIO II.

B

Deinde quæritur de hæresi.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Quid faciat hæreticum.
¶ Secundo, Vtrum hæresis sit maius peccatum aliis.
¶ Tertio, Vtrum hæretici sint tolerandi.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum hæresis dicat peruersitatem fidei.

...11. ar. 1. & 2. ... summo ... c. 19. ... no. ... par. 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hæresis non dicat peruersitatem fidei. Hæresis enim vt dicit Isid. idem est quòd diuisio, diuisio autem vnioni opponitur: vnio autem fit per charitatem, quia amor est vnitiua virtus, vt dicit Dion. ergo hæresis nō pertinet ad peruersitatem fidei, sed magis ad peruersitatem odij.

¶ 2 Præt. Schisma diuisionem importat, & ita videntur schismatici hæretici esse: sed schismatici non semper habent fidei peruersitatem. ergo hæresis non consistit in peruersitate fidei.

¶ 3 Præt. Simoniaci non errant in fide: sed tamen simoniaci sunt hæretici, quia vt dicit Gregor. in registro. Qui per pecuniā ordinatur, hæreticus promouetur. ergo hæresis non importat errorem in fide.

...4. c. 95. ... med.

¶ 4 Præt. Superstitio religioni opponitur, non fidei: sed hæresis superstitio dicitur. ergo non pertinet ad fidei peruersitatē, sed magis ad peruersitatem religionis.

¶ 5 Pręt. Hiero. dicit, quòd ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis: sed fides non consistit in verbis oris, sed in assensu cordis. ergo hæresis non dicit peruersitatem fidei.

Super Ose. ca. 8. & sup Amos. c. 3.

¶ 6 Pręt. Multa sūt de his quę ad fidem pertinent, in quib⁹ sunt contrariæ oppositiones, & sic oportet alteram earum esse falsam, nec tamen aliqua iudicatur hęretica. ergo tota ratio hæresis non consistit in peruersitate fidei.

Et hī 24. q. 3. c. Transferunt.

¶ 7 Pręt. Iudæi habent peruersam fidem, nec tamen hæretici dicuntur. ergo oīs hæresis non consistit in peruersitatē fidei.

¶ 8 Præt. Multi habent peruersam fidem, qui non habent nouam opinionem, sicut Manichæi: sed habere nouam opinionem est de essentia hæresis, sicut patet per diffinitionem August. ergo &c.

De vtilitate credendi ad Honoratum c. 1.

¶ 9 Præt. Multi habent peruersam opinionem in eis, quę sunt fidei, qui ex hoc nullum commodum temporale sperant: sed hoc est de essentia hæresis, vt patet per Aug. ergo &c.

Ibidem.

SED CONTRA. Hæresis est peccatum. ergo alicui virtuti opponitur: sed nulla cognitio inter virtutes computatur, nisi fides. ergo cum hæresis ad cognitionem pertineat, vt ex diffinitione Augustini patet, videtur quòd hæresis sit peruersitas fidei.

Vbi supra.

¶ 2 Pręt. Hoc patet ex communi vsu loquendi.

RESPON. Dicendum, quòd nomen hæresis, græcum est, & electionem importat secundum Isidor. vnde & hæretica diuisiua dicuntur. Et quia in electione fit diuisio vnius ab altero, electio prohæresis dicitur, vt patet 9. metaphys. diuisio autem contingit alicui parti per recessum a toto. Prima autē congregatio, quæ est in hominibus, est per viam cognitionis, quia ex hac omnes aliæ oriuntur: vnde & hæresis consistit in singulari opinione præter cōmunem opinionem. Vnde & philosophi, qui quasdam positiones habebant præter communem sententiam aliorum sectas, vel hæreses proprias constituebant. Sed quia nullus denominatur ab eo, quod inest sibi imperfecte, sed solum quando confirmatur in illo, sicut nō dicitur iracundus cui inest passio iræ, sed qui passibilis est de facili ab ea, D neque qui habet dispositionem dicitur sanus: ideo neque hæreticus nominatur, nisi qui in singulari opinione firmam habet stabilitatem, vnde etiam competit ei nomen hæresis, secundum quod in electionem sonat, quia quod in electione fit, quasi ex habitu firmato procedit: competit ei etiam nomen hæresis, secundum quod latinum est ab hærendo dictum, quia suæ opinioni vehementer inhæret. Et quia congregatio corporis mystici per vnitatem veræ fidei primo constituitur: ideo hæreticus secundum nos dicitur, qui a communi fide, quæ catholica dicitur, discedit, contrariæ opinioni vehementer inhærens per electionem.

Lib. etymologiarū 8. cap. 3. T. com. 10.

AD PRIMVM ergo dicendum, q amor facit completam vnionem, sed principium vnionis est ex cognitione: & ideo diuisio, quæ est in fide, hæresim constituit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd schisma importat diuisionē oppositam charitatis vnioni. Dicuntur enim schismatici, qui concordiam non seruant in ecclesiæ obseruantiis, vt ecclesiæ prælatis obediant, volentes per se ecclesiam constituere singu- E larem: & isti in principio peruersum dogma non habent, sed ab ecclesiæ fundamento recedentes in vaniloquium vertūtur, & peruersum aliquod confingunt, & sic in fine in hæresim labuntur: vnde Hieron. dicit q hæresis, & schisma differunt sicut genus, & species.

In exposit. c. 3. Episto. ad Titum, tom. 9.

¶ Ad tertium dicendum, quòd simoniaci quandoque dicuntur per similitudinem hæretici, quia sicut hæreticus contra fidem sentit, ita simoniacus operatur, ac si cōtra fidem sentiret, dum pretio sacra vult adipisci, vel dare, ac si æstimaret donum spiritussancti pecunia possideri.

¶ Ad quartum dicendum, q fides est primum eorum quæ ad religionem requiruntur, quia omnis religio, siue cultus dei est quædam fidei protestatio: & ideo veritas fidei dicitur veritas quæ secundum pietatem est, Tit. 1. ideo etiam ea quæ hæresis sunt ad superstitionem pertinent.

¶ Ad

¶ Ad quintum dicendum, quòd fides principaliter consistit in corde & primo, sed secundario in ore: quia corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem, Ro. 10. & similiter hæresis principaliter consistit in corde, secundum quod Hila. dicit. Intellectiue sensus in animo est, sed secundario in ore. vnde Hieron. dicit quòd ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis, non quia hæresis per se in his cõsistat, sed quia sunt occasio & causa erroris.

Libro. 2. de Trini. circa principium Hiero. ubi supra.

Quid ergo sumit mus? vel qd mãducat? Deus nouit hoc. De hoc cælesti mysterio aliqua perstrinximus a catholicis fideliter tenenda. Qui enim his contradicit, hæreticus iudicatur.

Quid facit hæreticum, et quid sit hæreticus.

B

NE autem ignores quid faciat hæreticum, uel quid sit hæreticus, audi breuiter quid inde sancti doctores tradãt. Hilarius ait. Extiterunt plures, qui cælestium verborum simplicitatem, non ueritatis ipsius absolutionem susceperunt, aliter interpretantes quàm dictorum uirtus postularet. De intelligentia enim hæresis, non de scriptura est: & sensus, non sermo fit crimen. Idem in 8. Intelligentiæ sensus in crimine est. Hiero. dicit quòd ex uerbis inordinate prolatis incurritur hæresis. August. diffiniens quid sit hæreticus ait. Hæreticus est, qui pro alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatusque sui gratia, falsas, aut nouas opiniones gignit, uel sequitur.

Libro. 1. de Trinitate, in princip.

¶ Ad sextum dicendum, quòd in fide sunt aliqua ad quæ explicite cognoscenda omnis homo tenetur: vnde si in his aliquis errat, infidelis reputatur, & hæreticus, si pertinaciam adiungat. Si autem sunt aliqua ad quæ explicite credenda homo non tenetur, non efficietur hæreticus in his errans, vt si aliquis simplex credat Iacob patrem fuisse Abrahæ, quod est contra veritatem scripturæ, quam fides profitetur quousque hoc sibi innotescat, quòd fides ecclesiæ contrarium habet: quia non discedit per se loquendo a fide ecclesiæ, nisi ille qui scit hoc, a quo recedit, de fide ecclesiæ esse. Et quia quædam sunt quæ in fide ecclesiæ implicite continentur vt conclusiones in principiis, ideo in his diuersæ opiniones sustinẽtur quousque per ecclesiam determinatur quòd aliquid eorum contra fidem ecclesiæ est, quia ex eo sequitur aliquid contrarium fidei directe.

¶ Ad septimum dicendum, quòd diuidi non conuenit nisi parti, & ideo illi qui nunquam fuerunt de fide ecclesiæ, non reputantur hæretici si peruersam fidem habeant, ut Iudæi, uel Pagani: quia nunquam fuerunt partes huius totius quod est ecclesia.

¶ Ad octauum dicendum, quòd omnis opinio, quæ non habet initium a doctrina Christi, quæ est fundamentum, noua reputatur, quantuncunque secundum tempus sit antiqua.

¶ Vel dicendum, quòd Aug. loquitur quantum ad primos hæresum inuentores.

¶ Ad nonum dicendum, quòd illi qui hæresim confingunt de nouo, constat quòd aliquod expectant commodum saltem principatum, volunt enim habere sequaces: hoc etiam in omnibus ex superbia procedit, quæ est amor propriæ excellentiæ, quòd a communi via discedunt animi leuitate, aut peruersitate.

ARTICVLVS II.

Vtrum hæresis sit maximum peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hæresis non sit maximum peccatum. Maxima enim peccata videtur esse principalia peccata, quia illud est maximum in vnoquoque genere, quod est principale: sed hæresis non est principale vitium. ergo non est maximum. (Habetur ex 3. a. q. 10. 22)

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 8. Ethi. Pessimum opponitur optimo: sed fides cui opponitur hæresis, non est optima virtutum. ergo nec hæresis est maximum peccatum. (cap. 7.)

¶ 3 Præt. Illud quod excusat, non est maximum peccatorum: sed hæresis, uel infidelitas excusat. i. Thi. 1. Sed misericordiã consecutus sum, quia ignorãs feci in crudelitate mea. ergo hæresis non est maximum peccatum.

¶ 4 Præt. Secundum mensuram peccati est mensura pœnæ: sed secundum Hiero. peccatum schismatis est magis punitum quàm aliquod aliud peccatum, quia absorpti sunt a terra, vt patet Numeri. 16. ergo hæresis non est maximum peccatum. (Hierony.)

¶ 5 Præt. Peccatum in spiritum sanctum est grauius cæteris peccatis: sed hæresis non est huiusmodi. ergo non est grauissimum.

SED CONTRA. In Epistola Clementis dicitur, quòd primum locum in pęnis habent, qui oberrãt a deo: sed tales sunt hæretici. ergo &c.

¶ 2 Præt. Ambro. dicit. Grauissime peccas, si ignoras: sed hæretici ignorantiam dei habent. ergo grauissime peccant. (Ex libro de dignitate sacerdotii. c. 4)

¶ 3 Præt. Dyo. dicit. 3. c. eccl. hierar. quòd ille qui habet participationem quandam sacratissimarum consummationum, non est æqualis vniuersaliter indocto, & non participanti aliquam diuinarum teletarum, idest, consecrationum: sed tales sunt hæretici. ergo alii peccatores non sunt eis æquandi in malo.

F RESPON. Dicendum, quòd vnumquodque dicitur malum quia nocet. Vnde cum hæresis plus noceat quàm aliquod aliud peccatum, quia subuertit fundamentum omnium bonorum, sine quo nihil boni remanet: ideo hæresis est ex genere suo maximum peccatorum, quamuis ex accidenti aliquod peccatum posisit esse grauius: sicut si multum cresceret contẽptus dei in aliquo, quod etiã ex genere suo esset veniale: sed de eo quod est secundum accidens, non est curandum in arte, vt Philosophus dicit in 5. Ethic. (Cap. vlt.)

G AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd sicut secundum Philosophũ in 7. Ethi. bestialitas ponitur extra numerũ aliarum humanarum malitiarum, quia humanum modum transcendit: ita a sanctis ponitur hæresis extra numerum peccatorũ, quæ in infidelibus inueniuntur, quasi grauius eis: & ideo non computatur inter vitia capitalia, nec inter eorum filias, quia vitia capitalia secundum Isido. in glos. Deuter. 7. signantur per septem populos qui in terra promissionis non remanserunt: tamen si ad aliquod de septem capitalibus reduci debeat, poterat ad superbiam reduci, ut per diffinitionem Aug. in litera positam patet. (Cap. 1.)

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum Philosophi intelligendum est in his quæ non sunt ordinata adinuicem, in quibus destructo vno alterum non destruitur: sed in ordinatis adinuicem H destructio prioris semper est peior, siue illud sit melius, siue non, quia eo remoto consequentia remouentur: sicut ægritudo est peior quàm cachexia quamuis euexia sit melior quàm sanitas. (De vtilitate credendi ad Honoratum in prin. lib.) (καχεξία, εὐεξία)

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut fides habet aliquid in affectu, ita & hæresis, quamuis ex illa parte qua habet ignorantiam in intellectu aliquo modo excusare posit, tamẽ secundum quod habet duritiam in affectu ad non obediendum primæ veritati, nihil prohibet eam esse maximum peccatorum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis schisma fuerit grauius punitum quantum ad nouitatem pęnæ, quod expediebat ut prælati ecclesiæ non contemnerentur: tamen infidelitas est magis punita quantum ad multitudinem punitorum, vt patet Exodi. 20.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hæresis secundum quod pertinaciam importat, species est peccati in spiritum sanctum, quia est impugnatio veritatis agnitæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum hæretici sint sustinendi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hæretici sint sustinendi. Nihil enim debet impugnari, nisi quòd est contra amicitiam: sed diuersitas opinionum non est contra concordiam amicitiæ, ut Philosophus in 1. Ethic. cap. 6. innuit. ergo non sunt impugnandi. (2. 2. q. 11. ar. 3.)

¶ 2 Præt. Quod est necessarium, non est impediendum: sed hæresis est necessaria ecclesiæ, 1. Corinthio. 2. Necesse est hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. ergo non sunt impugnandi.

¶ 3 Præt. Matthæ. 13. Dominus præcepit ut zizania permitterentur crescere usque ad messem: messis autem est finis sæculi. cum ergo hæretici sint zizania, videtur quòd debeant permitti crescere vsque ad finem mundi.

¶ 4 Præt. Nullus sapiens debet niti ad hoc quod consequi non potest: sed sicut dicit quædam glos. Esa. septimo. Quamdiu stabit mundus sapiens, sæcularis, & hæreticus sermo dominabuntur. ergo non debet ecclesia niti ad hæresum impugnationem.

¶ 5 Præt. Nullus credit non uolens, ut dicit Aug. sed hæretici in fide errant. ergo non sunt cogendi. (Super Io. c. 6. trac. 26 circa princ.)

SED CONTRA. 1. Corinth. 5. Apostolus præcepit esse extirpandum vetus fermentum, quia totam massam corrumpit: sed hæretici ecclesiam maxime corrumpunt. ergo sunt ab ecclesia extirpandi.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Lupi sunt ab ouibus arcendi pastorum officio, vt patet Ioan. 10. sed hæretici sunt lupi, ut patet Act. 20. ergo debent extirpari.

¶ 3 Præt. Vita spiritualis est melior quàm corporalis: sed homicidæ extirpantur, qui auferunt hominibus vitam corporalem. ergo multo amplius hæretici, qui auferunt hominibus vitam spiritualem.

RESPON. Dicendum, quòd hæresis est infectiuum vitium. Vnde. 2. Timo. 2. dicitur quòd multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit: & ideo ecclesia eos a consortio fidelium excludit, & præcipue illos qui alios corrumpunt: vt simplices, qui de facili corrumpi possunt, ab eis sint segregati non solum mente, sed etiam corporaliter, vnde per ecclesiam carcerantur & expelluntur. Si autem alios non corrumperent, possent etiam celari: sed illi qui sunt firmi in fide, possunt cum eis corpore conuersari vt eos conuertant, non tamen in diuinis, quia excommunicati sunt. Sed iudicio sæculari possunt licite occidi, & bonis suis spoliari, & si alios non corrumpant, quia sunt blasphemi in deum, & fidem falsam obseruant: vnde magis possunt puniri isti, quàm illi qui sunt rei criminis læsæ maiestatis, & illi qui falsam monetam cudunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de opinionibus speculatiuis tantum: sed consensus in vnitate fidei est principium communionis in charitate, & ideo dissensus in fide excludit amicitiam familiaritatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hæresis dicitur necessaria non per se loquendo, sed per accidens, inquantum ex quolibet malo deus elicit aliquod bonum: quia secundum August. ecclesia vtitur hæreticis ad probationem doctrinæ suæ, dum scilicet eorum falsa dogmata impugnat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dominus ideo præcepit vt zizania nõ eradicarentur, ne forte simul cum ipsis eradicaretur & triticum: & ideo hoc locum habet in illis, de quibus non constat vtrum sint hæretici, vel non.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis ecclesia non possit facere quin sint aliqui hæretici, tamen potest singulariter hunc, vel illum coercere: sicut etiam omnia peccata venialia vitare non possumus, tamen singula vitare nitimur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ecclesia non persequitur eos vt per violentiam inducantur ad credendum, sed ne alios corrumpant, & ne tantum peccatum inultum remaneat.

EXPOSITIO TEXTVS.

VT INTVS *sub nomine &c.* Hoc dicit propter schismaticos & hæreticos, qui secundum ipsum non possunt cõsecrare. *Et quid maius corpore & sanguine?* Videtur corpus mysticũ, quia significatur per ipsum. Et dicendum, quòd in his quæ sunt tantum ad significandum, verum est quòd signatum prȩualet signo, non autem in aliis quæ ex consequenti significant. Et ideo dicendum, quòd corpus Christi mysticũ, si accipiatur cum ipso capite, est melius quàm corpus Christi verum, si tamen corpus Christi verum accipiatur sine diuinitate cui est vnitum, alias non: quia deus & omnes creaturę non sunt aliquid melius quàm deus tantum. Si autem accipiatur corpus Christi mysticum absque capite, sic corpus Christi verum est nobilius. *Illi uero qui excommunicati sunt &c.* Sciendum quòd in hoc opinio magistri discordat a communi opinione, & ideo contrariæ opinioni adhærendum est. *Missa enim dicitur &c.* præter hanc rationem nominis assignat Hugo tres alias rationes. Primo, quia Missa dicitur quasi transmissa, eo quòd populus fidelis per ministerium sacerdotis, qui mediatoris vice fungitur inter deum & hominem preces, vota, & oblationes deo transmittit. Secundo, ipsa hostia sacra Missa vocari potest, quia transmissa est prius a patre nobis, ut scilicet nobiscum esset, postea a nobis patri, ut apud patrem pro nobis esset. Tertio, Missa ab emittendo dicitur, ut quidam dicũt: quia ut sacerdos hostiam consecrare incipit per manum diaconi & ostiarii, catechumenos & non communicantes foras ecclesiam mittit. Quarta causa ponitur in litera. *Iube ergo hoc perferri per manus &c.* Angelus sacris mysteriis interesse credendus est, non ut consecret, quia huiusmodi potestatem non habet, sed ut orationes sacerdotis & populi A deo repræsentet, secundum illud Apocal. Ascendit fumus aromatum in conspectu domini de manu angeli, quæ sunt orationes sanctorum. (Cap. 8.) Petit ergo sacerdos ut hæc, idest, significata per hæc, scilicet corpus mysticum, per manus angeli, idest, ministerio angelorum perferantur in altare sublime, idest, in ecclesiam triumphantem, uel in participationẽ diuinitatis plenã, quia deus ipse altare sublime dicitur, Exo. 20. Nõ ascendes ad altare meum per gradus, idest, in trinitate nõ facies gradus. Vel p angelum ipse Christus intelligitur, qui B est magni consilii angelus, qui corpus suum mysticum deo patri coniungit & ecclesiæ triumphanti. *Oblationem eius consecrare*, idest, consecratam deo repræsentare, vt accepta sit in conspectu dei quantum ad illos qui offerunt, quia quantum ad id quod continetur, semper est deo accepta. *Non maledicam benedictionibus vestris.* Hostiæ benedictio non est principaliter a sacerdote, sed a deo: vnde hæc authoritas non est ad propositum. *Et intentionem adhiberi oportet.* De intentione idem dicendum est, quod supra de baptismo, distin. 6. *Illud etiam sane dici potest &c.* (q. 1. a. 2. q. 1) quomodo hoc sit verum supra, distinct. 10. dictum est. Debet aut ille, cuius negligentia hoc accidit, quòd mus species comedat, secundum canones quadraginta diebus pænitere, & mus si capi potest, comburi potest, & cinis in sacrarium proiici. Si autem amissa fuerit hostia, uel pars eius ut inueniri non possit, debet viginti duobus diebus pænitere. Si autem per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in tabulam quæ terræ adhæret, lingua lambetur, & tabula radetur: si uero non fuerit C tabula, terra radetur & igni comburetur, & cinis in altari condetur, & sacerdos quadraginta diebus pæniteat. Si autem super altare calix stillauerit, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pæniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pæniteat: si usque ad tertium linteum, octo diebus pęniteat: si vsque ad quartum, viginti diebus pæniteat, & linteamina quæ stilla tetigit, tribus vicibus lauet minister calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare condatur. Tutum est etiam ut pars illa lintei abscindatur & comburatur, & cinis in altari condatur. Si autem aliquis per ebrietatem, vel voracitatem eucharistiam vomuerit, quadraginta diebus pæniteat: clerici, vel monachi, sexaginta: episcopus nonaginta. Si autem infirmitatis causa uomuerit, septem diebus pæniteat. Dicunt autem quidam quòd pœna irrogata fuit ad cautelam, vt negligentia magis caueretur: & D ideo circũstantiis pensatis potest minui, uel addi ad pœnam prædictam, sed tutius est ut prædictam peragat. Debet autem secundum quosdam illis diebus ieiunare, & a communione cessare. Alii uero dicunt, quòd his diebus iniungenda est pænitentia arbitraria pensatis conditionibus personæ & negotii: & hoc probabilius videtur. Et hæc de eucharistia dicta sufficiant.

DISTIN. XIIII.

A

De pænitentia.

POst hæc de pænitentia agendũ est. Pænitentia longe positis a Deo necessa-

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de confirmatione, & eucharistia, quæ sunt sacramenta procedentium ordinata ad perfectionem in bono, *hic incipit* determinare de pænitentia quæ ordinatur ad amotionem mali, quod per actum procedentium in uita ista prouenit. Et diuiditur in partes duas. In prima, determinat de his E quæ pertinent ad essentiam sacramenti. In secunda, determinat quædam accidentia sacramenti huius, sicut tempus, & huiusmodi 20. distinct. ibi. *Sciendum est etiam, quòd tempus pænitentiæ &c.* Prima in duas. In prima, determinauit de sacramento pænitentiæ. In secunda, de ministro huius sacramenti 18. distinctione, ibi. *Hic quæri solet, si peccatum omnino dimissum &c.* Prima in duas. In prima, determinat de pænitentia communiter. In secunda, descendendo ad partes eius 16. dist. ibi. *In perfectione autem pænitentiæ &c.* Prima in duas. In prima, determinat quid sit de ratione pænitentiæ: & excludit errorem quorundam addentium ad rationem veræ pænitentiæ, quòd non est de ratione ipsius. In secunda, determinat de integritate ipsius. dist. 15. ibi. *Et sicut de prædictis authoribus &c.* Prima in duas. In prima, ostẽdit quid sit de ratione pænitentiæ secundum veritatem. In secunda, excludit errorem, ibi. *His uerbis quidam uehementius &c.* Circa primum duo

facit.

facit. Primo, ostendit necessitatem pœnitentiæ. Secundo, inquirit quid sit pœnitentia, ibi. *Baptismus tantum est &c.* Circa quod duo facit. Primo, ponit ea ex quibus pœnitentia diffiniri potest. Secundo, ponit diffinitionem, ibi. *Pœnitentia est, ut ait Ambros. &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit genus. Secundo, tangit actū ibi. *Pœnitentia dicitur &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit pniam in genere virtutis, & sacramenti. Secundo, quia virtus īdiget doctrina hortante, & sacramentum doctrina instruente, ponit doctrinam de pœnitentia, ibi. *A pœnitentia incœpit &c. Pœnitentia dicitur a pœnitendo &c.* hic tangit pœnitētiæ actum. Et circa hoc duo facit. Primo, accipit actum ex nominis interpretatione. Secundo, ostendit actûs originem, ibi. *Pœnitentiæ virtus &c.* *His verbis quidam vehementius &c.* hic excludit errorem addentium ad rationem pœnitentiæ perseuerantiam vsque in finem, & diuiditur in partes duas. In prima, ponit errorem. In secunda, excludit ipsum, ibi. *Sed Ambros. dicit &c.* Circa primum duo facit: Primo, ponit errorem dictum habere occasionem ex prædicta diffinitione. Secundo, ostendit cōfirmationem ipsius secundū alias authoritates, ibi. *Quod in aliis &c.* Et ponit quatuor authoritates. Prima est Isidori. Secūda Aug. ibi. *Item Aug.* Tertia Greg. ibi, *Item Greg. &c.* Quarta, Amb. ibi. *Itē Amb. &c.* *Sed Ambr. dicit &c.* excludit prædictum errorem. Et circa hoc duo facit. Primo, excludit errorem per Aug. Secundo, soluit ad authoritates positas, ibi. *Vnde illa uerba &c.* Et circa hoc quatuor facit. Primo, soluit ad diffinitionem primo positā, ex qua prædictus error sequi videbatur. Secundo, ad authoritatē Isid. ibi. *Ille autem irrisione &c.* Tertio, ad authoritatem August. ibi. *Item, illud inanis est &c.* Quarto, ad authoritatem Ambros. ibi. *Illud autem quod Ambr. &c.* Authoritas autem Greg. habet similem solutionem aliis. Circa tertium horum tria facit. Primo, soluit authoritatem Aug. prius inductam. Secundo, inducit aliam ad idem, ibi. *Ita etiam intelligendum &c.* Tertio, soluit eam, ibi. *De pœnitentia perfectorum &c.* Circa quartum duo facit. Primo, soluit authoritatem Ambros. Secundo, probat authoritate & exemplis, quòd pœnitentia possit iterari, cuius cōtrarium authoritas Ambr. dicere videbatur, ibi. *Quod autem pœnitentia non semel &c.*

De virginitate seruanda, prope medium, & lib. 2. super Esai. cap. 3. Item Amb. ad virginē lapsam. tomo 1. ca. 8.

ria est, vt appropinquet. Est enim vt ait Hieron. secunda tabula post naufragium: quia si quis vestem innocentiæ in baptismo perceptā peccando corruperit, pœnitentiæ remedio reparare potest. Prima tabula est baptismus, vbi deponitur vetus homo, & induitur nouus. Secunda, pœnitentia, qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reuersa repellitur, & nouitas perdita resumitur. Post baptismum prolapsi per pœnitentiam renouari valent, sed non per baptismum: licet homini sæpius pœnitere, sed non baptizari. Baptismus tantum est sacramentum, sed pœnitētia dicitur & [a] sacramentum, & virtus mentis. Est enim pœnitentia interior, & est pœnitentia exterior. Exterior, sacramentum est: interior, virtus mētis est, & vtraq; causa salutis est, & iustificationis. Vtrum vero omnis exterior pęnitentia sit sacramentū,

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De ipsa pœnitentia.
¶ Secunda, De effectu ipsius.

Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primo, Quid sit pœnitentia.
¶ Secūdo, De comparatione ipsius ad alia.
¶ Tertio, De subiecto ipsis.
¶ Quarto, De continuatione.
¶ Quinto, De solemnitate eius.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum pœnitentia sit sacramentum.

3. par. q. 84. art. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non sit sacramentum. In omni enim sacramento nouæ legis est aliquod materiale, quod est causa gratiæ, vt patet ex diffinitione Hug. de sacramento supra dist. 1. posita: sed nihil tale est in pœnitentia. ergo non est sacramentum nouæ legis.

art. 1. q. 5.

¶ 2 Præt. Sicut magister dixit in 1. dist. omnia sacramenta nouæ legis consistunt in rebus, & verbis: sed in pœnitentia non sunt aliqua verba determinata, quæ sint de essentia sacramenti. ergo non est sacramentum.

¶ 3 Præt. Omne sacramentum a ministris ecclesiæ exhibetur: pœnitentia autem non, immo ab intrinseco oritur, quia timore concipitur, vt in litera habetur: ergo non est sacramentum.

¶ 4 Præt. Omnia sacramēta nostra sunt actiones quædā hierarchicæ: sed Dionys. non determinat de pœnitentia inter alias hierarchicas actiones, ergo non est sacramentum.

In lib. de eccl. hierar. c. 5. par. 1.

SED CONTRA est, quia septem sunt sacramenta nouæ legis, vt prædictum est, quod non esset pœnitentia amota. ergo pœnitentia est sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramenta, secundum Hugo. sunt quædam medicinæ, quæ peccatorum vulneribus adhibentur: sed peccatum præcipue pœnitentia sanatur. ergo pœnitentia est sacramentum.

Lib. 1. de sacramen. pat. 9. ca. 2.

II 3. par. q. 85. art. 1. q. 1. artic. 4. q. 4. q. 1. art. 4.

VLTERIVS. Videtur quòd pœnitentia non sit virtus, quia gratiæ sacramētales differunt a virtutibus, vt supra dist. 1. dictum est, vnde nec baptismus, nec aliquod aliorum sacramētorum ponitur virtus: sed pœnitentia est sacramentum, ergo non est virtus.

¶ 2 Præt. Vt in 2. lib. dist 26. dictum est, gratia, & virtus differunt per essentiam: sed pœnitentia est gratia, vt ex litera habetur. ergo non est virtus.

¶ 3 Præt, Nulla passio est virtus, neq; virtus cum passione est, vt quidam Philosophus dicit: sed pœnitentia est passio, quia est dolor. ergo non est virtus.

¶ 4 Præt. Omnis virtus est per ordinem ad bonum: sed pœnitentia dicitur per ordinem a malo. ergo non est virtus.

¶ 5 Præt. Omnis virtus est dispositio pfecti, vt patet in 7. phys. sed pœnitentia non est dispositio perfecti, sed imperfecti, sicut & verecundia, quia vtraque præsupponit malum in eo, cui insunt, ergo pœnitentia non est virtus, sicut nec verecundia, vt dicit Philosophus in 4. ethic. (T. com.) (Ca. 9. & dis rius cap.)

SED CONTRA. Legis præcepta non debent esse nisi de actibus virtutum, quia hoc intendit legislator, vt dicitur in 2. ethic. sed pœnitere cadit sub præcepto legis, vt patet in litera. ergo pœnitentia est virtus. (2. lib. eth. cap. 1.)

¶ 2 Præt. Non meremur nisi actibus virtutum: sed pœnitere est meritorium, vt per se patet. ergo pœnitentia est uirtus.

III Vbi supra, art. 2.

VLTERIVS, Videtur quòd sit virtus generalis. Contrarium enim non expellitur nisi a suo contrario: sed pœnitentia expellit omne peccatum. ergo contrariatur omni peccato, ergo est generalis virtus.

¶ 2 Præt, Omnis virtus specialis habet speciale obiectum: sed pœnitentia non habet, quia operatur in materia omnium virtutum, & vitiorum, ergo non est virtus specialis.

¶ 3 Præt. Pœnitere de malis peractis consequitur ex hoc, quòd homo habet rectam electionem: vnde incontinens est pœnitibilis, non autem intemperatus, quia habet malam electionem: sed quęlibet virtus facit rectam electionem, vt dicitur in 3. eth. ergo pœnitere est actus virtutis cuiuslibet, ergo pœnitentia nō est specialis virtus. (Cap. 5.)

¶ 4 Præt, Omnis virtus specialis vel est cardinalis, vel pars ei', si sit moralis: sed pœnitētia si sit virtus, non potest esse nisi moralis, quia habet passionem annexam; nō autem est cardinalis, neq; continetur inter partes alicuius cardinalis virtutis a philosophis enumeratas, quia de virtute pœnitentiæ nullam mentionem fecerunt. ergo non est specialis virtus.

SED CONTRA, Sicut habitus distinguitur ex obiectis, ita & passiones: sed pœnitentia passio est distincta ab aliis passionibus, ergo pœnitentia virtus est distincta ab aliis virtutib'.

¶ 2 Præt. Omne quod perficit liberum arbitrium ad actū determinatum, est virtus specialis: sed detestari peccatum spe veniæ, ad quod perficit pœnitentia, est actus specialis reducibilis ad aliam virtutem. ergo pœnitentia est specialis virtus.

IIII Vbi supra, art. 3. ad 4.

VLTERIVS. Videt' ꝙ sit virtus theologica. Omnis. n. virtus, quæ habet deū pro obiecto, est virtus theologica: sed pœnitētia est huiusmodi, quia deo reconciliat. ergo est virtus theologica,

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Contrariorum contrariæ sunt causæ: sed concupiscētia, quæ opponitur charitati, est radix omnium malorum. ergo charitas est causa destructionis peccatorum, quod est pœnitentiæ, ergo pœnitentia est charitas.

¶ 3 Præt, Iustificari est fidei, vt patet Rom. 3. sed iustificatio est effectus pęnitentię, ergo est idem quod fides, & sic idē quod prius.

¶ 4 Præt, Omnis virtus moralis consistit in medio circa suam materiam: sed pœnitentia non cōsistit in medio suæ materię, quia omne peccatum commissum detestatur. ergo non est moralis virtus, ergo est theologica.

SED CONTRA. Obiectum virtutis theologicę est deus, non aūt pęnitentię: sed magis peccatū cōmissum. ergo &c.

¶ 2 Præt. Pœnitentia habet passionem adiunctam, non autem virtus theologica. ergo &c.

vel si nō omnis, quæ hoc nomine censenda sit consequenter inuestigabimus. A pœnitentia cœpit Ioan prædicatio, dicentis. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū cælorum. Quod autem præco docuit, illud post veritas prædicauit, exordium sumens sermonis a pœnitentia. Pœnitentia dicitur a puniendo, qua quis punit illicita quæ commisit. Pœnitentiæ virtus [b] timore concipitur. Vnde Esa. A timore tuo Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. Est autem pœnitentia, vt ait Ambros. mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Item Gregorius. Pœnitere est ante acta peccata deflere, & flenda non committere. Nam qui sic alia deplorat, vt alia tamen cōmittat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxuriæ quis defleat, & adhuc auaritiæ æstibus anhelat? His verbis quidam vehementius inhærētes, contendunt vere pœnitentem vltra non posse peccare damnabiliter, & si grauiter peccauerit, veram non percepisse pœnitentiam. Quod etiam aliis muniunt testimoniis. Ait enim Isidor. Irrisor est, & non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet. Nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus. Canis reuersus ad vomitum, & pœnitens ad peccatum. Multi autem lacrymas indesinenter fundunt, & peccare

VLTERIVS, Videtur quòd non reducatur ad iustitiam, quia iustitia est æqualitas quædam secundum Philosophum: sed pœnitens non potest æqualem recompensationem reddere pro offensa dei, ergo non est iustitia.

¶ 2 Præt. Luc. 6. super illud. Beati qui nunc fletis, dicit glo. Ecce prudentia, qua ostenditur, quàm hæc terrena sint misera, & quàm beata cælestia: sed lugere est actus pœnitentiæ, vt in litera dicitur. ergo pœnitentia est prudentia, non ergo iustitia.

¶ 3 Præt, Isidor. dicit, Illa est perfecta compunctio, quæ omnes carnalium desideriorum affectus repellit: compunctio autem est pars pœnitentiæ, vt dicetur infra dist. 16. cum ergo reprimere carnalia desideria sit temperantiæ, videtur ꝙ pœnitentia ad temperantiam debeat reduci, non ad iustitiam.

¶ 4 Præt. Virtutes distinguuntur penes obiecta: sed idem est obiectum pœnitentiæ & verecundię, sicut peccatum. ergo sunt idem. cum ergo verecundia ad temperantiam reducatur, videtur ꝙ similiter pœnitentia, & non ad iustitiam.

¶ 5 Præt, Chryso. dicit, quòd pœnitentia cogit pœnitētem omnia sustinere libenter: sed hoc est actus patientiæ. cum ergo patientia ad fortitudinem reducatur, videtur quòd similiter pœnitentia, & non ad iustitiam.

SED CONTRA. Aug. dicit, quòd pœnitētia est quędam vindicta: sed vindicatio, per Tullium, ponitur pars iustitiæ, ergo pœnitentia virtus ad iustitiam reducetur.

¶ 2 Præt. Isid. dicit. Tunc iudicium quilibet de se sumit, quando per dignam pœnitentiam sua praua facta condemnat: sed iudicium ad iustitiam pertinet. ergo & pœnitentia.

VLTERIVS. Videtur quòd sit incompetens diffinitio pœnitentiæ, quam Greg. & Ambr. ponunt. Pœnitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Virtutes enim non sunt actus, sed habitus, vt in 2. lib. distinct. 27. dictum est: sed plangere est actus. ergo nō debet poni vt genus pœnitentiæ, quod est virtus.

¶ 2 Præt. Quod pertinet ad corporalem immutationem non est de essentia virtutis, vnde Philos. dicit in 4. ethi. ꝙ verecūdia non est virtus, quia verecundati rubescunt: sed plangere dicit corporalem immutationem. ergo non est de essentia pœnitentiæ, quæ est virtus, & ita non debet poni in diffinitione eius.

¶ 3 Præt. Stultum est dolere de eo quod non potest non esse: sed præteritum non potest non esse. ergo stultum est dolere, vel plangere de peccatis præteritis: sed nullus virtuosus est stultus, vt patet in 4. ethi. ergo plangere præterita non debet poni in diffinitione virtutis.

¶ 4 Præt, In diffinitione non debet poni aliquid, quod nō pertineat ad rationem diffiniti; sed pœnitentia secundum rationem propriam respicit præteritum. ergo non debet poni in diffinitione eius, plangenda non committere, quod ad futurum pertinet.

¶ 5 Præt. In lib. de ecclesiasticis dogmatibus diffinitur pœnitentia sic. Pœnitentia vero est pęnitenda non admittere, & admissa deflere, ergo videtur quòd in præmissa diffinitione male ordinantur partes diffinitionis.

¶ 6 Præt. Quęritur de aliis diffinitionibus, quomodo pęnitētię conueniant, cum vnius vna debet esse diffinitio.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, quòd sicut supra dist. 1. dictum est, sacramentū importat sanctitatem actiue, per modum qui nobis sanctificādis competit, vt scilicet adiungatur significatio sanctificationis inuisibilis p visibilia signa, prout nunc de sacramētis loquimur. Vnde vbicumq; sit aliqua sanctificatio sanctificata aliquibus sensibilibus signis, ibi est sacramentum: & ideo cum hoc sit in pœnitentia, constat ꝙ pœnitentia est sacramentum.

De summo bono, li. 2. ca. 16. & hēc de pęnit. distin. 3. c. Irrisor.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut in corporalib' medicinis quædam sunt, quæ consistūt in sola passione, vel receptione curati, vt sectio vulneris, vel appositio emplastri: quædam vero quę consistunt in actu laborantis, sicut exercitationes, & huiusmodi: ita etiam in sacramentis quędam non requirunt actum eius qui sanctificatur quantum ad substantiā sacri, nisi per accidens sicut remouens prohibens, sicut patet in baptismo, & confirmatione, & huiusmodi. Quędam autem requirunt essentialiter & per se actum eius qui sacramentum recipit ad essentiam sacramenti, sicut patet in pęnitentia, & matrimonio. In illis ergo sacramentis, quę sine actu nostro complentur est materia, quę causat, & significat quasi medicina exterius apposita. In illis autem sacramentis quæ actum nostrū requirunt, non est talis materia, sed ipsi actus exterius apparētes hoc idem faciunt, quod materia in aliis sacramentis. Quomodo autem ea quæ exterius gerūtur, sint causa sanctificationis in pęnitentia, ex sequentibus apparebit. Verum in diffinitione hac oportet ꝙ materiale elementum accipiatur communiter pro causa sensibili, siue sit materia aliqua corporalis, siue sit actus aliquis sensibilis.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in hoc sacramento sunt aliquæ res, s. ipsi exteriores actus, & aliqua verba, s. sacerdotis absoluētis, quę sunt forma huius sacramenti, quibus exprimitur absolutionis actus: sed non requiritur tanta verborum determinatio sicut in baptismo, & eucharistia: quia non est hic aliqua materia sanctificanda verbo vitæ, sicut in illis sacramentis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam pęnitentiæ sacramentū a ministris ecclesię exhibetur, quia sacerdotes absoluunt confitentes, & satisfactionē iniungunt: sed ꝙ habeant aliquod principium in nobis, hoc est ex parte illa, qua in hoc sacramēto exigitur actus noster, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ intentio Dion. non fuit in ecclesiastica hierarchia tradere notitiam sacramentorum: vnde quędā determinat, quę nō sunt sacramēta, sicut consummationes monasticas, & exequias mortuorū: sed ministrare exteriores ritus signant spirituales actus. Et quia in pęnitētia & matrimonio non est aliquis determinatus ritus, eo ꝙ non habeant materiā, sicut & alia sacramenta, vt dictū est, ideo de his duobus non determinauit, nec sequitur ꝙ non sint sacramenta.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd in pœnitentia se habet homo & vt recipiens, & vt agens. Recipit quidem a deo veniam & reconciliationem per ecclesiæ ministros, & secundum hoc habet rationē sacramenti. Sed ex parte actus sunt de ipsa diuersę opiniones. Quidam enim dicunt, quòd est actus tantum virtutis, & non est virtus: sed hoc non potest esse, quia cum actus virtutum non sint in dormiente, dormiēs non posset dici pęnitens, quod falsum est. Et ideo aliqui dixerunt, quòd ex parte ista pęnitentia est virtus; sed non proprie loquendo, sed communiter, prout omnia laudabilia virtutes dicuntur, etiam si sint passiones. Sed hoc non est verū, quia sēm Philos. in 6. ethic. principale in virtute morali est electio: vnde omnis habitus qui facit rectam electionem, potest dici proprie Cap. 3.

loquendo,

loquendo, virtus. Vnde cum actus pęnitentiæ non causetur tantum ex passione, sed magis ex electione, etiam si nulla sit passio, constat quòd pænitentia proprie loquēdo, est virtus, & non improprie, sicut verecundia, & aliud huiusmodi.

Ad primum ergo dicendum, quòd non secundum idē pænitētia est virtus & sacramentum, sed inquantum per pænitentiā recipit gratiam curantem peccati vuln9, pænitētia potest esse sacramentum: inquātum autem per habitum infusum ordinatur ad actū rectum, sic est virtus. Et quia aliquis actus rectus nō est de essentia baptismi, ideo baptismus nullo modo dicitur virtus, nec etiam cōfirmatio eadem ratione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pænitentia nō est idem quod gratia per essentiam, sed dicitur gratia quia cōuenit cum gratia in proprio effectu. Effectus enim proprius gratię est iustificare, & deo gratum reddere, & hoc etiam est effectus pænitentiæ, ut infra dicetur.

Esa. c. 1. — Et habetur. De Consec. dist. 3. c. Inanis. — Ex registro.

non desinunt. Quosdam accipere lacrymas ad pænitentiam cerno, & affectum pænitentiæ non habere, quia inconstantia mentis nunc recordatione peccati lacrymas fundunt, nunc reuiuiscente viu ea quæ fleuerunt, iterando committunt. Esa. de peccatoribus dicit. Lauamini, mundi estote. Lauatur, & mundus est, qui præterita plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur, & non est mundus, qui plāgit quæ gessit, nec deserit, & post lacrymas ea quæ defleuerat, repetit. Item August. Inanis est pænitentia, quam sequens culpa coinquinat. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valet veniam a malis poscere, & mala denuo iterare. Itē Gregorius. Qui commissa plangit, nec tamen deserit, pœnæ grauiori se subiicit. Item Ambr. Reperiuntur qui sæpius agendam pænitentiam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si uere pænitentiam in Christo agerent, [d] iterandam postea nō putarent: quia sicut unum baptisma, ita est una pænitentia. His, aliisque pluribus vtuntur in assertione suæ opinionis. Sed Ambrosius dicit. Hæc uera pęnitentia est, cessare a peccato. Et idem. Magni profectus est renuntiasse errori. Imbutos enim vitiis animos exuere, atque emendare, virtutis est perfectæ, & cęlestis gratiæ: & ideo sane ita diffiniri potest. Pænitentia est virtus, qua commissa mala cum emendationis proposito plāgimus & odimus, & plangenda vlterius com-

libr. 9. c. 9. circa fin. — De pæn. dist. 3. c. Reperiuntur. — Vbi supra.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pænitentia passio non est virtus, nec actus virtutis, sed potest esse virtuti annexum: quia virtutes non sunt quietes, uel immobilitates, vt quidam dixerunt, vt dicit Philosophus in 2. ethi. sed habent & gaudium, & tristitiam adiunctam, prout sunt passiones quædam. Actus enim pænitentiæ prout est virtus, non est ex passione prouen iens, sed ex debita electione.

¶ Ad quartum dicendum, quòd bonum illud, ad quod virtus ordinat immediate, est actus perfectus ipsius: & ideo aliquæ virtutes sunt quæ principalem actum habent in retrahendo ab aliquo, sicut dictum est in 3. li. dist. 23. de temperantia, & modestia, & huiusmodi: & similiter actus perfectus pænitentiæ est in retrahendo ab aliquo malo, nec propter hoc sequitur quòd non sit virtus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd verecundia est timor de turpi; timor autem futuri est. Futurum autem non timetur nisi secundum quod habet propinquam dispositionem in causa sua: & ideo verecundia ponit propinquam dispositionem in eo qui verecundatur ad turpe committendum, prout Philosophus de verecundia loquitur, & ideo de necessitate ponit imperfectionem in eo cui inest: sed pænitentia respicit turpe in præterito, cum potest succedere perfecto in præsenti, & ideo non est actus imperfecti de necessitate.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd quidam dixerūt, quòd pænitere non est actus alicuius specialis virtutis, sed omnis virtutis communiter. Sed hoc non potest esse, quia aliud est de ratione pęnitentiæ, prout nunc de ipsa loquimur, quod non est de ratione virtutis communiter, scilicet de peccato commisso satisfacere. Et ideo alii dicunt, quòd pænitentia est specialis virtus, & specificatur ex hoc, quòd detestatur peccatum commissum a se. Sed hoc non potest specificare virtutē, quia cum virtus sit peccato contrarium, maxime repugnat ei, prout est in eodem subiecto: vnde hoc est omni virtuti commune, quòd uitium repellit a subiecto suo. Et ideo alii dicunt, quòd specificatur ex hoc quòd detestatur peccatum a se commissum sub spe ueniæ. Sed hoc non potest esse, quia nulla virtus recipit speciem ex hoc, quòd imperatur ab alia virtute. Quod autē dicitur, ex spe veniæ, nihil aliud dicit quàm imperium spei, vnde ex hoc non haberet quòd esset specialis virtus: sicut nec actus castitatis, propter hoc quòd a charitate imperatur, speciem recipit virtutis specialis. Et ideo aliter dicendum, quòd pænitentia accipit specialem rationem obiecti ex hoc, quòd respicit peccatum a se commissum vt expiabile per pænitentis actum: & ita actus pænitentiæ non est detestari peccatum absolute, quia hoc est cuiuslibet virtutis, sed detestari aliquid ex purgatione eius & quantum ad culpam, & quantum ad reatum: hoc enim nulla alia virtus facit.

Ad primum ergo dicendum, quòd omnis virtus expellit peccatum oppositum formaliter quātum ad suum actum primum, qui est informare subiectum: sed actus secundus in aliis uirtutibus, qui est operatio, non ordinatur principaliter ad repellendum peccatum, sicut est in pænitentia: & ideo pænitentia non formaliter, sed quasi effectiue peccatum expellit. Habet enim peccatum expellēdum pro materia, & operatur contra ipsum vt expellatur: unde nō opponitur oī peccato formaliter, sed alicui tantum, quod est impænitētia: & propter hoc nō oportet quòd sit generalis virtus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quāuis pænitentia habeat actū suum circa materiam omniū vitiorum, & per consequens omniū virtutum, tamen considerat specialem rationē obiecti in materia circa quā operatur, ut dictum est: sicut etiam magnanimitas habet quodammodo pro obiecto & materia actus omnium aliarum virtutum in ratione magni, quia operatur magna in omnibus virtutibus, ut dicitur in 4. ethi. c. 9. & ideo sicut magnanimitas est specialis virtus, ita & pænitentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis detestari absolute mala peracta consequatur omnem virtutem secundum quod habet electionem rectam, tamen ad expiationem detestari, est proprium specialis virtutis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hæc virtus reducitur ad aliquam cardinalium virtutum, ut dicetur: tamen Philosophi de hac virtute ideo mentionem non fecerunt, quia remissio peccati, siue expiatio pertinet ad prouidentiam dei de humanis actibus, inquantum culpa offenditur, & pænitentia placatur. Philosophi aūt non considerauerunt virtutes dirigentes in actibus humanis prout ordinantur ad dei prouidentiam, sed prout ordinantur ad bonum humanum: & ideo de pænitentia mentionem non fecerunt, sed ex similitudine aliarum quas determinauit, possumus nos istam accipere. Sicut enim est alicuius virtutis, vt homo placet eum, quem peccando offendit: ita etiam est alicuius virtutis, ut homo deū placet, quē peccando offendit.

Ad quartam quæstionem dicendum, quòd uirtus theologica habet idem pro obiecto, & pro fine: hoc autem non est in pænitentia, quia obiectum eius est peccatum commissum quod intendit expiare, finis autem est deus cui intendit reconciliari: & ideo non est uirtus theologica, sed inter morales virtutes numeranda est.

Ad primum ergo dicendum, quòd in hoc quod dicit, quòd pænitentia reconciliat deo, non tangitur relatio pænitentiæ ad obiectum suū, sed magis ad finem: sed ordo eius ad obiectum tangitur in hoc, quòd dicitur, peccata commissa flere, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtutes infusæ tripliciter se habent ad deum, quædam enim habent deum pro obiecto & fine, sicut theologicæ. Quædam non pro obiecto in quod transeat earum actus, sed pro fine proximo, sicut patet de latria quæ aliquas seruitutis protestationes quasi materiam habet, quas immediate ordinat in deum quasi in finem, & tales virtutes propinquissimæ sunt theologicis, vnde & actus harum virtutum attribuuntur virtutibus theologicis, sicut proximis imperantibus. Vnde dicitur ab Augu. quòd fide, spe, & charitate colitur deus. Quædam aūt nō habent deum pro obiecto neque pro fine proximo, sed vltimo, sicut temperantia quæ habet passiones pro materia, & quietem animi pro fine proximo, sed hanc vlterius ordinat ad deum. Pænitentia autem quamuis non habeat deum pro obiecto, habet tamen deum pro fine proximo, quia ad hoc in peccata commissa destruenda mouetur ut deo reconcilietur: & ideo actus eius. s. peccatum expellere, uel iustificare, quandoque fidei, quandoque charitati ascribitur. Vnde patet solutio ad tertium.

¶ Ad

¶ Ad quartum dicendum, quòd medium in iustitia non eodem modo accipitur, & in aliis virtutibus moralibus, ut in 3. li. di. 33 dictum est. Accipitur enim iustitiæ medium per adæquationem rei ad rem: hæc autem adæquatio fit in iustitia commutatiua, quando ab eo qui plus habuit, aliquid subtrahitur, & ei qui minus habuit, additur. Ille autem qui alterum offendit, uel læsit [d] plus habuit, & qui læsus est, habuit minus, inquantum huic subtractum est quod ei debebatur, & ille vsus est propria volūtate in hoc quod non debuit: & ideo vindicatiua iustitia ab eo qui offensam fecit, quantum habuit plus debito, tātum subtrahit ei, & dat illi qui est læsus, dum ad honorē & in satisfactionem eius alium punit. Sic ergo vindicatiua iustitia constituit mediū in offensis, quæ sunt ei9 materia, nō quidem tenendo medium in offensis, ut quasdam retineat, & quasdam abiiciat: sicut temperantia ponit medium in delectationibus, sed omni offensæ proportionando pœnam debitā. Et similiter pnīa pro quolibet pctō cōmisso pœnā infert sibiipsi debitā, nō aūt ita q dimittat aliquod pctm, & aliquod abiiciat.

mittere nolumus: quia pænitentia uera est in animo dolere, & odire vitia. Vnde illa verba præmissa, pænitere est ante acta deflere, & flenda non committere, recte sic accipi possunt, vt non ad diuersa tempora, sed ad idem referantur, ut scilicet tempore quo deflet commissa mala, non committat uoluntate, uel opere flenda, quod innuitur ex verbis consequentibus. Nam qui sic alia deplorat &c. Hinc August. ait. Cauendum est ne quis existimet nephanda illa crimina, qualia qui agunt regnum Dei nō possidebūt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius est enim uita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis propitiandus est Deus, non ad hoc emendus quodammodo, ut ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, & si miserando deleat commissa peccata, si nō satisfactio congrua negligatur. Item Pius Papa, Nihil prodest homini ieiunare & orare, & alia religionis opera agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur. Qui ergo a malis sic mentem reuocat, ut commissa plangat, & plangenda committere non uelit, nec satisfacere negligit, vere pęnitet. Nec ideo non est uera pænitentia, quia forte non de proposito, sed casu, uel infirmitate peccabit. Ille autem irrisor est & non pænitens, qui sic commissa plangit, ut plangen-

De pæn. di. 3. ca. Nihil prodest.

Ad quintam quæstionem dicendum, q quia iustitia æqualitas quædam est, ideo non potest esse uera adæquatio, vbi non est perfecta ratio iustitiæ: sed aliquis iustitiæ modus, sicut dicit Philosophus in 5. ethic. q domini ad seruum non est simpliciter iustum, sed dominatiuum iustum. cum ergo inter hominem & deum sit maxima distantia, non poterit ibi esse dicta proprie [d] iustitia hoīs ad deum, sed aliquis iustitiæ modus quasi per similitudinem. Homo autem efficitur debitor alteri homini dupliciter. Vno modo, per hoc quòd ab eo sibi est datum, sicut in uoluntariis cōicationibus, puta, in emptionibus & venditionibus. Alio modo per hoc, quòd ei subtraxit, sicut est in inuoluntariis cōicationibus, ut est furtum, percussio, & huiusmodi. Et similiter aliquis efficitur deo debitor p hoc, q ab eo aliquid recipit, & hac ratione deo reddit debitum honorem latria, siue religio. Alio modo ex hoc, quòd contra deum peccauit, & sic reddit deo debitum pænitentia: vnde sicut religio ponitur pars iustitiæ a Tullio, nō quidem quasi species, sed quasi [d] pars potentialis, inquantum aliquem modum iustitiæ participat, ita etiam pænitentia pars iustitiæ debet poni.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut dicit Philosophus in ethicis, ut habetur ex libro 5. cap. 8. virtus non requirit semper æquale, sed sufficit quòd possibile est ut in honoribus ad parentes & deos: vnde sicut latria est pars iustitiæ, quamuis non reddat æqualem honorem beneficiis acceptis, ita & pnīa quamuis non possit aliquid æquale reddere offensæ præcedēti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut actus prudentiæ coniungitur actibus aliarum uirtutum moralium, ita etiam coniungitur actui pænitentiæ, & secundum hoc procedit obiectio. Vel dicendum, quòd glo. non loquitur de luctu pænitentiæ, sed de luctu quo spretis terrenis ad cælestia suspiramus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pænitentia vtitur temperantia ad finem suum, & secundū hoc intelligenda est authoritas Isid. non quòd repellere carnalia desideria sit actus elicitus a pnīa.

¶ Ad quartum dicendum, quòd verecundia est in alio genere quàm pænitentia, quia verecundia est timor, ut dicit Philosophus: sed pænitentia est dolor, & ideo non sunt idem, quamuis obiectum vtriusque sit turpe actum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd pænitentiæ est sufferre difficilia uoluntarie assumpta: sed patientia est proprie in sustinendo difficilia ab aliis illata, & ideo non sunt idem.

Ad sextam quæstionem dicendum, quòd pænitentia & vindicatiua iustitia circa idem aliquo modo sunt. s. circa punitionem offensæ: sicut differunt in duobus, primo, quia vindicatiua proprie inest in iudice pœnam infligēte, quam reus qñq; inuite sustinet: sed pnīa est in ipso reo qui uoluntarius pœnā sustinet pro culpa cōmissa. Secūdo, quia vindicatiua respicit offensam cōiter, sed pnīæ virtus respicit offensam dei: unde oportet q pænitentia consistat in emendatione offensæ voluntarie assumpta, & talis qualis deo competit. Sicut autē hominibus qui uident ea quę foris parent, fit offensæ recompensatio per aliqua exteriora: ita deo qui intuetur cor, oportet quòd incipiat recōpensatio fieri in ipso cordis affectu. Fit autem bene recompensatio præcedentis offensæ exterius in duobus. Primo in hoc, quòd aliquis exterius pœnam subit pro offensa quam fecit. Secundo in hoc, quòd cauet in futurum ne similis offensa ab eo fiat: & hæc duo oportet q homo in corde exhibeat per pænitētiā. Primo dolorem cordis pro malis quæ fecit: secundo propositum decætero talia non committendi, & hæc duo prædicta diffinitio comprehendit, quamuis non in forma diffinitiōis proponatur. Vnde magister ad formam debitam eam reducens tria ponit. s. genus, in hoc quod dicit quòd est virtus: dolorem de præteritis, in hoc quod dicit, qua commissa mala plangimus: & propositum de futura emendatione, in hoc quod dicit, cum emendationis proposito. Alia uero quæ dicuntur ad idem pertinent, ut in expositione literæ patebit.

Ad primum ergo dicendum, quòd quia habitus per actus cognoscuntur, ideo consuetum est apud authores, ut habitus per actus diffiniant, ponentes actus loco habituum: sicut et differentiæ accidentales interdum in diffinitionibus ponuntur pro essentialibus, propter earum latentiam, vt dicit Philosophus.

Ex 1. de aīa text. co. 11. elicitur. & ex Comentatore. 4. cę. com. 6.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud quod pertinet ad corporalem immutationem, non pertinet ad virtutem quasi essentialis actus eius, sed potest pertinere ad virtutem sicut materiale circa quod operatur virtus, quia etiam passiones corporales sunt materia virtutum: & secundum hoc dicendū, quòd ipsius virtutis pænitentiæ sensibilis dolor, vel corporalis fletus potest esse quoddam materiale inquantum hæc deo reddit pænitens quasi debitum pro offensa commissa: & ideo si per planctum significatur actus pænitentiæ, tunc nihil aliud dicit quàm detestationem. Si autem dicat materiale pænitentiæ, sic potest etiam sensibilem, vel corporalem fletum dicere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis peccatum sit præteritum quantum ad actum, manet tamen quantum ad effectum, vel reatus, uel maculæ, uel offensæ diuinæ: & sic potest aliquis de peccato dolere, inquantum est præsens, dolor enim de præsenti est.

¶ Vel dicendum, & melius, quòd quamuis voluntas completa non sit de impossibili, est tamen de ipso velleitas quędam, idest, uoluntas conditionata. Vellemus enim si esset possibile, q hoc non fuisset, & secundum hoc etiam accipiunt ex conditione prædicta quandam rationem præsentis, vt de eis possit esse dolor, qui non est nisi de præsentibus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis ad pęnitentiam inquantum est pænitentia, non pertineat respectus ad futurum, tamen inquātum est emendatoria offensæ commissæ in deum, exigit respectum in futurum, scilicet propositum decætero cauendi: & hoc propositum intelligitur in hoc quod dicit, flenda iterum non committere, idest, habere, propositum non committendi. Vel intelligatur quantum ad perfectam pænitentiam, vt quod additur non sit de essentia pænitentiæ, sed de perfectione, quia sine hoc non consequitur ultimum fructum suum: uel vt referatur ad idem tempus, ut Magister dicit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Ambros. ordinat partes diffinitionis secundum ordinem ad pænitentiam, quia illud quod est magis essentiale pænitentiæ primo ponit: sed Aug. ordinat per ordinem ad pænitentem, quia hoc prius occurrit ut a proposito peccandi desistat, quasi remouens pænitentiæ impedimentum.

¶ Ad

¶Ad sextum dicendum, ꝙ non est inconueniens de eodem dari diuersas diffinitiones secūdum diuersa, quæ in rebus inueniuntur. Diffinitio igitur præmissa Greg. & Ambr. quam magister ad formam diffinitionis reducit, completissima est, quia tangit & genus, & actum, & obiectum, & vtrumq; illorum, quę ad emendationem deo exhibendam requiruntur. Et in idē redit diffinitio Aug. posita ī litera, scilicet, Pænitentia est quædam vindicta dolentis &c. nisi ꝙ magis exprimit proximum gen⁹ ipsius, quia ponit ipsam nō solum in genere virtutis, sed in genere iustitiæ, in hoc ꝙ dicit, eā vindictam: & differentias etiam magis ꝓximas ad propriam speciē ponit in hoc ꝙ addit, rationē punitionis ad dolorē. Et in idē redit diffinitio Ambros. alia, quam ponit, ꝙ pænitētia est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quisq; commisit: nisi ꝙ non ponit vnum eorum, quæ continent prædictæ diffinitiones, scilicet detestationem peccati cōmissi. Alia autem notificatio, qua dicitur, ꝙ pęnitentia est res optima, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum, datur per effectum pęnitentię: & dicitur esse optima res non simpliciter, sed in genere declinationis a malo post peccatum cōmissum. Et similiter etiam illa Damas. diffinitio. Pænitentia est remotio ab eo quod est contra naturam in id quod est secundum naturam, datur per effectum, & quasi in idem redeunt, quia peccatum quod in prima descriptione dicitur defectus, in secunda dicitur contra naturam esse: status autem gratię, vel virtutis, quæ in prima diffinitione dicitur perfectio, in secunda dicitur secundum naturam esse, quia ad hoc natura est ordinata.

da voluntate, vel opere committere non desinat. Ille etiam qui post lacrymas repetit, quæ fleuit, lauatur ad tempus, sed mundus non est, idest, illa munditia non est ei sufficiens ad salutem, quia est momentanea, non perseuerans. Item illud, Inanis est pænitentia, quam sequens culpa coinquinat, sic intelligendum est. Inanis est, scilicet carens fructu illius pænitentiæ, quā sequens culpa nō coinquinat. Illius enim fructus est vitatio geennæ, adeptio gloriæ. Mortificatur enim illa pænitentia, & alia anteacta bona persequens peccatum, vt non sortiantur mercedem quam meruerunt cum fieret, & quam haberent, si peccatum nō succederet. Sed & si de peccato suc-
G cedenti pænitentia agatur, & pænitentia quæ præcessit, & alia anteacta bona reuiuiscunt, sed illa tantum quæ ex charitate prodierunt, Illa enim sola viua sunt, quę ex charitate fiunt. Ideoque si per sequentia peccata mortificantur, per subsequentem pænitentiam reuiuiscere possunt. Quæ vero sine charitate fiunt, mortua, & inania generantur, & ideo per pænitentiam reuiuiscere non valent. Similiter intelligendum est illud, Nihil prosunt lamenta &c. Et illud, Nihil valet &c. Si enim replicantur peccata, nihil valet ad salutem, vel ad veniam in fine præcedens lamentum, quia nihil relinquitur de vitæ munditia: quia aut peccata dimissa redeunt, vt quibus-

ARTICVLVS II.

b Vtrum uirtus pænitentiæ timore concipiatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ virtus pænitentiæ timore non concipiatur. Quod enim est ex infusione, non habet causam in subiecto: sed pænitentia cum sit virtus, de qua Aug. dicit, ꝙ deus eam in nobis sine nobis facit, est ex infusione. ergo non habet causam in suo subiecto, & ita timore non concipitur. Ex cap. 31. lib. de fide ad Petrum diaconum, to. 3. & ex ca. 3. lib. 5. contra Iulianū Pelagianum. tomo. 7.

¶ 2 Præt. Illud quod in esse perfectum prodit, non tantū concipitur, sed etiam perfecte generatur: sed pænitētia in esse perfectum prodit, quia etiam defectus ad perfectum reuocat. ergo eius generatio non debet timore concipi.

¶ 3 Præt. Plus prouocatur homo ad pænitentiam ex expectatione gloriæ, quàm ex comminatione pœnę: vnde Ioannes pęnitentiam prędicans dixit, Pænitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum, Matth. 3. sed expectatio glorię pertinet ad spem, vel charitatem quam excitat: pœnę autē comminatio ad timorem. ergo magis dicendum fuit, ꝙ oriatur ex spe, vel amore, quàm ex timore.

¶ 4 Præt. Si concipitur timore, aut timore initiali, aut seruili, aut mundano, aut casto. Non mundano, quia ille magis ad peccatum trahit: similiter etiam nec seruili, quia ille non est simul cum pęnitentia, generans autem & generatum, siue concipiens & conceptum oportet esse simul: similiter nec initialis, aut castus, aut filialis, quia isti non præcedunt pænitentiam: oportet autem ꝙ concipiens præcedat conceptum. ergo nullo modo pænitentiæ virtus timore concipitur.

SED CONTRA. Secundum Aug. Timor introducit ad charitatem: sed introductio charitatis, & aliarum virtutum est per pęnitentiam. ergo pænitentia a timore initium sumit. Serm. 2. dominicæ 9. post trinitatē, & est sermo 214. in ordine.

¶ 2 Præt. Contrariorum contraria sunt principia: sed delectatio peccati ad peccatum attraxit, ergo & acerbitas pœnæ a peccato reuocat: reuocatio autem fit per pęnitentiam. ergo timor,

F qui pœnam respicit, est pęnitentiæ principium.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ pænitentia sit prima virtutum. Matth. 3. super illud, Pænitentiam agite, dicit glo. prima virtus est per pænitētiam perimere veterem hominem, & vitia odire. Vbi supra, art. 6.

¶ 2 Præt. Causa pręcedit effectum: sed pęnitētia est causa iustificationis, ī qua oēs virtutes infunduntur, ergo ē prior aliis virtutibus.

¶ 3 Præt. In quolibet motu prius est recedere a termino, quàm ad terminū peruenire: sed pænitentia ordinatur ad recessum a malo, omnes autem aliæ virtutes ad consecutionē boni. ergo pænitentia pręcedit oēs alias virtutes.

SED CONTRA, Fides est causa timoris; sed timor ꝓcedit pænitentiam sicut causa eius. ergo & fides, non ergo pęnitentia est prima virtus.

¶ 2 Præt. Pænitētia ex recta electione ꝓcedit, vt supra dictū q. 1. artic. q. 1.
H est: sed recta electio procedit ex qualibet virtute, ergo pænitentia est posterior omnibus virtutibus.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ pænitentia non sit fundamentum. Illud. n. quod sequitur ad fundamentū, non debet dici fundamentum, sed superædificatio: sed fides quæ est fundamentum, vt habetur Heb. 11. præcedit pænitentiam, vt dictum est. ergo pænitentia non est fundamentum aliarum virtutum. præcedenti quæstiun. ibi, Sed contra.

¶ 2 Præt. Eccl. 25. super illud, Quod magnus est qui inuenit sapientiā &c. dicit glo. Timor dñi sanctus permanet in sæculū, ipse est fidei fundamentū, & charitatis origo: sed pænitētia sequitur timorē. ergo ipsa non est fundamentū aliarū virtutum.

¶ 3 Præt. Fundamenti non est fundamentū, quia sic iretur in infinitum; sed quædam aliæ virtutes sunt fundamentum, sicut fortitudo, vt dicit glo. Luc. 12. super illud, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus: & iterum vt dicit Ber. in lib. de consi. Humilitas est quoddam fundamentum stabile virtutum. ergo pænitentia non est fundamentum aliarum virtutum. Lib. 5. circa finem.
I
SED CONTRA est, quod dicitur Hebr. 6. Non rursus iacientes fundamentum pænitentiæ ab operibus mortuis.

¶ 2 Præt. Fundamentum est prima pars ædificij: sed primum quod est in ædificatione spirituali est ædificiū satanæ destruere: quod pænitentia facit. ergo pænitentia est fundamentum.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ non sit secunda tabula. Secundum. n. non dicitur, nisi respectu primi; sed prima tabula in litera dicitur baptismus, respectu cuius pænitentia non est secūda, quia non secundum sacramentum: sed quarto loco magister ipsum determinat. ergo pęnitentia non est secunda tabula. 3. par. q. 84. art. 6.

¶ 2 Præt. Act. 2. dicit Petrus, Pænitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. ergo pænitentia non est secunda tabula post baptismum, sed econuerso.

¶ 3 Præt. Esa. 3. super illud, Peccatū suum quasi Sodoma prædicauerunt, dicit glo. secunda tabula post naufragiū pænitētia est: & consolatio miseriarum impietatem suam abscondere, & est glo. Hieronymi: sed pænitentia non abscondit peccata, sed magis reuelat. ergo non est secunda tabula.

K SED CONTRA est, quod Hiero. dicit in lrã. Prima tabula pp liberationē a primo naufragio: sed baptismus liberat a peccato originali, quod est primū naufragiū, pænitentia ab actuali qđ est secundum. ergo baptismus est prima tabula, & pnĩa secūda.

RESPON. Dicendum ad primā qōnem, ꝙ virtutem pnĩæ deus nobis infundit: sed dispositio aliqua ex parte nrã ꝓcedit, & ſm hoc habet aliquā originē in nobis. Sed quia humani act⁹ nō ꝓcedūt ex necessitate, sed ex libero arb. ideo nō pōt assignari causa ex parte nrã alicuius act⁹ nostri, ex quo semp ꝓcedat; sed ex quo vt in plibus cōtingit pp dispositionē existētē in nobis ad hoc, q̃ tñ nō necessario inclinat: vnde oēs sermones morales sunt tales, vt Philos. in 3. eth. dicit, ꝙ vt in pluribus oportet eos intelligere. Cū aūt pnĩa sit reuocatio a peccato, vt Damas. dicit, oportet originē eius in nobis accipi ſm dispositionē existētis in peccato. Ille aūt qui in peccato est, nō habet gustū sanum Cap. 8. De fid. orthod. lib. 4. ex cap. 10.

sanum ut ex dulcedine diuinæ bonitatis a peccato reuocetur: sed habet affectū infectum amore sui inordinato, & ideo per pœnas quæ naturæ suæ contrariantur & uoluntati a peccato reuocat, ut Philosophus in 10. eth. dicit de talibus, ꝙ proprias delectationes prosequuntur, & fugiunt oppositas tristitias: boni autē & uere delectabiles neque intellectum habent, neq; gustatiui existētes; & ideo in eis ut in pluribus ex timore pænitentia initium sumit, quàmuis etiam in aliquibus ex timore pænitentia inchoetur.

dam placet cum replicantur: vel si non redeunt, eis tñ deletis pp ingratitudinē ita reus & immundus constituitur, cum adhuc in expiandis implicatur, ut si iam deleta redirent. De hoc tñ. s. an peccata redeant, post plenius agemus. Similiter nihil ualet ad salutē obtinen-

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis non habeat causam in subiecto, habet tamen dispositionem in ipso, & secundum hoc origo pænitentiæ hic assignatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd conceptio proprie dicitur generatio alicuius intra uterum Et quia primum esse pænitentię est in corde, postea autem prodit exterius per confessionem & satisfactionem, ideo ut primam eius originem designaret dicit, quòd concipitur timore.

¶Ad tertium dicendum, quòd bonitas dei & gloria, quantum est de se, magis nata sunt reuocare a peccato, sed non quantū est ex parte eorum qui in peccato sunt, qui prædictorū gustum non habent.

¶Ad quartum dicendum, quòd pænitentia timore seruili concipitur qui pœnam respicit: nec oportet quòd timor seruilis & pænitentia sint simul, quia timor seruilis non est causa esse ipsius pænitentiæ, sed generationis eius: sicut etiā sumptio medicinæ est causa sanitatis, non tamen sunt simul.

D. 1181. AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ virtutes d oēs simul infunduntur quātū ad habitus: sed ꝙ vna dicatur prior altera est quantū ad ordinem consideratū in earū actibus. Cū aūt per virtutum actus homo tendat in deū, oportet ordinem actuum considerari ſm ordinem eorum quæ in motu sunt: motum autem uoluntatis cuiusmodi est motus uirtutum moralium, præcedit motus cognitionis: quia appetibile imaginatū, uel intellectum mouet appetitum, ut dicitur in 3. de anima: & iterum æstimatio possibilitatis, quia electio quæ est principalis motus uirtutis, nō fit de impossibili æstimato: motus aūt appetitus in duobus consistit. s. in fuga mali, & in prosecutione boni: & hęc duo diuersimode ordinantur. Quandoque. n. aliquis fugit malum pp desiderium boni, quandoque autem econuerso: & hic motus est ut frequentius in reuersione peccatoris ad deum per pænitentiam, ut dictum est: & ideo motum pænitentiæ præcedit motus fidei, quia accedentem ad deum oportet credere, Hebr. 11. Et iterum motus spei coniunctus motui timoris, per quem fit æstimatio de possibilitate ueniæ consequendæ: & ideo dicit Gregor. ꝙ pænitens mouetur inter spem & timorem, deinde ut in pluribus sequitur motus pænitentiæ, & deinde motus charitatis, & aliarum uirtutū per ordinē. Quandoque etiam motus amoris motum d pænitentiæ præcedit, ut dictum est: sed ille amor non est charitatis, quia charitas amissa non recuperatur nisi per contritionē de peccatis præcedentibus, quæ est motus pænitentiæ virtutis: & secundum hoc dicendum, quòd pænitentia est prior quibusdam. s. charitate, & sequentibus ipsam: & posterior alijs, scilicet fide, & spe.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fides & spes non habent rationem perfectæ uirtutis, nisi secundum quod sunt informatæ charitate: & secundū hoc pænitentiam sequuntur, & sic aliquo modo uerum est, ꝙ est prima inter omnes uirtutes.

¶Ad secundum dicendum, quòd fides informis & spes etiam sine gratia habentur, & ideo eas in iustificatione non oportet superaddi: & sic pænitentia earum causa non est.

¶Ad tertium dicendum, quòd finis qui est prior in intentione, est vltimus in executionē: & ideo quàmuis in motu corporali prius recedatur a termino quàm ad terminum perueniatur, tamen in motu uoluntatis est econtrario, quia propter bonum aliquod consequendum uoluntas recedit a contrario, uel impedimento eius.

¶ Quartum concedimus, secundum hoc tamen quòd fides non est uirtus.

¶Ad quintum dicendum, quòd pænitentia de malo commisso, quàmuis ex electione boni possit prouenire, tamen etiam ex alia causa quandoque contingit, scilicet ex fuga mali pœnæ, vt dictum est: & quando etiā ex electione boni contingit, primus pænitentiæ motus nō prouenit ex electione boni formata per aliquem habitum alterius uirtutis, sed per naturalem quendā appetitum; uel etiam ex ipso habitu pænitentiæ uirtutis bono: & ideo primus motus pænitentiæ præcedit motus aliarum

A uirtutum. Sed non est inconueniens ut motus aliarum uirtutum quandoque causent aliquos motus pænitentiæ: sicut aliquis ex amore tēperantiæ de luxuria ꝓcedente, motū pænitentiæ habet, quia etiā interdum ex virtute sequente motus præcedētis uirtutis oritur: sicut quis mouetur in amorem dei, qui castitatem præcipit ex hoc, quòd castitas ei placet.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd fundamentum dicitur in spiritualibus ad similitudinem corporalis fundamenti, quod duas habet proprietates, prima est, quòd ipsum est prima pars ędificij: alia est, ꝙ fundamento totum ędificium sustentatur, & ideo in spiritualibus fundamentum dicitur aliquid uel ratione prioritatis, uel ratione cōseruationis & sustentationis aliorum, aut etiam ratione utriusque. Prioritas autem attenditur Dist. 22.
B dupliciter. Vno modo, quantum ad disciplinam spiritualium, & sic illa quæ primo occurrunt edocenda in christiana religione, fundamentum dicuntur, Hebr. 6. Alio modo, quantum ad uitam spiritualem, & sic fides d dicitur simpliciter fundamentū primum: sed timor & pænitentia in genere eorum quę ad effectum pertinent quantū ad fugam mali, charitas autem quantum ad persecutionem boni, prout dicitur Ephe. 4. In charitate radicati & fundati: sed ratione sustentationis in prosperis dicitur humilitas fundamentum, in aduersis autem fortitudo. Pænitentia autem & timor in recedendo a malo, diuersimode sunt fundamenta, quia timor est primum in isto toto genere, quod est recedere a malo, sed pænitentia quantū ad hanc speciem quæ est recedere a malo commisso: & ideo etiam timor præcedit pænitentiam, sicut principia generis præcedunt principia speciei. Et per hoc patet solutio ad obiecta. D. 657.

C AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ locutio Hiero. est metaphorica. Illi. n. qui prospero itinere mare nauigant, prima tabula sustentantur, scilicet ipsa naui integra, sed naufragium passi alicuius tabulæ nauis fractæ auxilio ad portum salutis ducuntur: & hæc est secunda tabula quæ est post naufragium, non quòd sit secunda post naufragium, sed quia existens post naufragium, est secunda a prima quæ erat ante naufragium. Vnde consuetudo sua est, ut patet eius dicta legenti, ut omne illud quod præstat remedium post aliquod periculum eueniens, secundam tabulam post naufragium uocet: gratia autem baptismalis per quam in ecclesia collocamur, cuius figura fuit arca Noe, dicitur prima tabula ante naufragium: sed quia per peccatum mortale naufragium passis, & gratia innocentiæ cadentibus non restat aliquod remedium nisi pænitentia, ideo pænitentia secunda tabula dicitur.

D AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alia sacramenta non subueniunt naufragium passis per peccatum mortale sine pænitētia, & ideo non possunt dici secunda tabula sicut pænitentia, quæ post lapsum subuenit: vnde quàmuis non sit secundū sacramentum, est tamen secunda tabula.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Petrus non loquitur ibi de pænitentiæ sacramento, sed de pænitentia quæ requiritur in baptismo, quæ ad primam tabulam pertinet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa absconsio peccati, de qua Hierony. ibi loquitur, non contrariatur illi manifestationi quę fit in pænitentia, sed illi quam faciunt illi, qui effrontes in peccatis existentes gloriantur cum malefecerint, & se de peccatis iactant, & hæc absconsio ad uerecundiam pertinet: & secundum eandem similitudinem dicitur secunda tabula, quia prima tabula prosperę nauigationis est, ut homo peccatum non committat: secunda, ut de peccato commisso erubescat. Sed
E per hanc tabulam non datur sufficiens remedium, nisi quatenus ad emendationem peccati & pænitentiam ducit: & ita nō proprie dicitur secunda tabula sicut pænitentia, tamen secunda tabula dici potest: quia tabula secunda in naufragio corporali non semper a periculo liberat, & si periculum quantum est de se, aliquo modo impediat.

ARTICVLVS III.

Vtrum pænitentia sit in qualibet ui.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd pænitentia sit in qualibet vi. Nihil enim agit vbi non est: sed pænitentia expellit peccatū a qualibet ui. ergo est in qualibet ui. 3. q. 85. ar. 4

¶ 2 Item. Videtur quòd sit in concupiscibili, quia pænitentia

est dolor: sed dolor est in concupiscibili, sicut & gaudium. ergo pænitentia est in concupiscibili. F

¶ 3 Item. Videtur quòd sit in irascibili, quia pænitentia est quædam uindicta dolentis: sed uindicta pertinet ad irascibilē, quia ira est appetitus vindictæ, ergo pænitentia est in irascibili.

dam, uel ad munditiā uitæ habendā, ueniam de male factis poscere, & malefacta denuo iterare. Ita etiā intelligēdū est illud qđ idem Aug. alibi ait. Pænitentia est quædam dolentis uindicta, semper puniens in se qđ dolet commisisse: & infra. Quotidie dolendū est de peccato, quod declarat ipsa dilectionis uirtus. Pænitere.n. est pœnā tenere, ut semper puniat in se ulciscendo, qđ cōmisit peccando. Ille pœnā tenet, qui semper uindicat qđ cōmisisse dolet: pænitentia ergo est uindicta semper puniēs in se, qđ dolet commisisse. Quid restat nobis nisi dolere in uita? ubi.n. dolor finitur, deficit & pænitentia. Si uero pænitentia finitur, quid relinquitur de ue- G

¶ 4 Item. Videtur quòd sit in memoria, quia sicut timor est de futuro, & gaudium de præsenti, ita memoria de præterito: sed pænitentia est de malo commisso, quod est præteritum. ergo est in memoria.

De vera & falsa pænitentia. c.8. circa med. Et habetur de pæn. dis. 3. c. Pnia.

¶ 5 Item. Videtur quòd sit in ratione, quia pænitentia est pars iustitiæ: sed iustitia est in ratione. ergo & pænitentia.

II — 3. par. q. 84. art. 5.

VLTERIVS. Videtur quòd in innocentibus pænitentia esse non possit, quia pænitere est commissa mala plāgere: sed innocentes nullum malum commiserunt. ergo in eis pænitentia non est.

¶ 2 Præt. Pænitentia ex suo nomine importat pœnam: sed innocētibus non debetur pœna. ergo non est in eis pænitentia. H

¶ 3 Præt. Pænitentia in idem coincidit cum uindicatiua iustitia, ut supra dictum est: sed omnibus existentibus innocentibus uindicatiua iustitia locum non haberet, ergo nec pænitentia, & ita non est in innocentibus.

Dist. præsenti. q.1. ar.1. quæstiun. 6

SED CONTRA. Omnes uirtutes simul infunduntur: sed pænitentia est uirtus. cum ergo innocentibus in baptismo infundantur aliæ uirtutes, infunditur etiam & pænitentia.

¶ 2 Præt. Ille qui numquàm fuit infirmus, corporaliter dicitur sanabilis. ergo & similiter qui numquàm fuit infirmus spiritualiter: sed sicut sanatio in actu a vulnere peccati non est nisi per actum pænitentiæ, ita nec sanabilitas nisi per habitum. ergo ille qui numquam habuit infirmitatem peccati, habet habitum pænitentiæ.

III — Et etiā habet ex homi. 40. & vltima vltra dimidium.

VLTERIVS. Videtur quòd sancti homines, qui sunt in gloria, non habeāt pænitentiam, quia sicut dicit Greg. in moralibus. Beati peccatorum recordantur, sicut nos sani sine dolore dolorum memoramur: sed pænitentia est dolor cordis, ut dictum est. ergo sancti in patria non habent pænitentiam. I

¶ 2 Præt. Sancti in patria sunt Christo conformes: sed in Christo non fuit pænitētia: quia nec fides quæ est principium pænitentiæ. ergo nec in sanctis in patria erit pænitentia.

¶ 3 Præt. Frustra est habitus, qui ad actum non reducitur: sed sancti in patria non pænitebunt actu, quia sic esset eis aliquid contra uotum. ergo non erit in eis habitus pænitentiæ.

SED CONTRA. Pænitentia est pars iustitiæ: sed iustitia est immortalis & perpetua, & in patria remanebit. ergo & pænitentia.

¶ 2 Præt. In uitis patrum legitur a quodam patre dictum, quòd etiam Abraham pænitebit de hoc, quòd non plura bona fecit: sed magis debet aliquis pænitere de malo commisso, quàm de bono omisso, ad quod non tenebatur, quia de tali bono loquitur, ergo erit ibi pænitentia de malis commissis. K

IIII

VLTERIVS. Videtur quòd etiam angelus bonus, seu malus sit susceptiuus pænitentiæ, quia timor est initium pænitentiæ: sed in eis est timor, Iaco. 2. Dæmones credunt, & contremiscunt. ergo in eis potest esse pænitentia.

Cap. 5. circa finem.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 9. ethicor. quòd pænitudine replentur mali, & hæc est maxima pœna eis: sed dæmones maxime sunt praui, nec aliqua pœna eis deest. ergo dæmones possunt pænitere.

¶ 3 Præt. Facilius mouetur aliquid in id quod est secundum naturam, quàm in id quod est contra naturam, sicut aqua quę per violentiam est calefacta, etiam per seipsam ad naturalem proprietatem redit: sed angelus potest mutari in peccatum quod est contra omnem naturam eorum. ergo multo fortius potest reuocari in id, quod est secundum naturam, & hoc facit pænitentia, ergo sunt susceptibiles pænitentiæ.

¶ 4 Præt. Idem iudicium est secundum Damasc. de angelis & de aīabus separatis: sed in animabus separatis pōt esse pænitētia, ut quidam dicunt, sicut in animabus beatis quæ sunt in patria. ergo & in angelis potest esse pænitentia.

Ex cap. 11. lib. 1. de fi. de Orthod.

nia? Tandiu gaudeat & speret de gratia, quandiu sustentantur a pænitentia. Dicit.n. dn̄s. Vade, & amplius noli peccare. non dixit: Ne pecces, sed ne uoluntas peccādi in te oriatur. Qđ quō seruabitur, nisi dolor in pænitentia continue custodiatur? Semper doleat, & de dolore gaudeat, & non sit satis quòd doleat, sed ex fide doleat, & non semper doluisse doleat.

Determinatio intelligentiæ dictorum.

DE pænitentia perfectorū, uel ad salutem sufficiendi, intelligendū est quod supra dixit, scilicet, Pænitentia est

SED CONTRA. Per pænitentiam homo reparatur ad vitam peccato dimisso, sed hoc est impossibile in angelis, vt in 2. lib. dictum est. ergo non sunt susceptibiles pænitentiæ.

Ioan. c.5. Dist. 7. q.1. ar.1.

¶ 2 Præt. Damasc. dicit, quòd homo fungitur pænitentia propter corporis infirmitatem: sed angeli sunt incorporei. ergo in eis non potest esse pænitentia.

Damasc. de fide Orth. lib. 2. c. 3.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd quidam dicunt subiectum omnis virtutis esse liberum arbitrium. Sed hoc non potest esse, quia omnis actus humanus ordinatus elicitiue procedit ab aliqua virtute humana: quælibet autem potentia humana habet aliquem actum ordinatum, & dico potentiam humanam rationem, vel quæ rationi obediat: & ideo in omni tali potentia potest esse virtus, quæ eliciat ordinatum actum illius potentiæ, & de hoc in tertio libro distinct. 33. plura dicta sunt. Et ideo quidam dicunt, quòd pænitentia est in omnibus viribus. Sed hoc non potest esse, quia vnus habitus non potest esse nisi vnius potentiæ, sicut vna forma nisi vnius materiæ, & vnum accidens non nisi vnius subiecti. Et ideo alij dicunt, quòd est in irascibili, quia vt dicit August. est vindicta quædam quam appetit ira. Sed hoc non potest esse, quia vindictam expetere de altero quod arduitatem habet, ad irascibilem pertinet: sed vindictam pati non videtur esse irascibilis. Et ideo quidam dicunt, quòd pænitentia est dolor, & propter hoc est in concupiscibili: sed hoc etiam non valet, quia ille dolor qui est in concupiscibili, est passio: dolor autem qui est actus pænitentiæ, non est passio. Et ideo dicendum cum alijs, quòd pænitentia est pars iustitiæ: & ideo cum iustitia sit in ratione non quidem quantum ad partem cognitiuam, sed quantum ad affectiuam, & pænitentia in ratione est inquantum est virtus: sed pænitentia quæ est passio, est in concupiscibili sicut in subiecto, quia est dolor quidam: sed hæc passio est quasi materiale in pænitentia virtute, quia pænitentia virtus hunc dolorem recompensat pro peccatis commissis, sicut & pœna quam patitur reus est materiale in vindicatiua iustitia.

q.1. artic. 4. quæst. 1. — De pæn. dis. 3. ca. Pænitentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ pænitentia non expellit omne peccatum formaliter, sed quasi actiue: vnde non oportet ꝙ sit in subiecto in qualibet vi, vbi potest esse pctm̄, sed ꝙ ea quæ sunt in illis virtutibus subijciātur ei quasi materialia: & hoc pænitentia habet inquantum est in ratione, cui omnes aliæ vires subduntur quasi ab ipsa motæ & regulatæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dolor qui est in concupiscibili, non est actus pænitentiæ virtutis, sed materiale, vt dictum est: sed dolor qui est detestatio culpæ commissæ, est actus eius, & hoc est voluntatis, in qua est iustitia, cuius actus est detestari inæqualitatē præexistentem, & eam ad æqualitatē reducere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd exhibitio vindictæ est materialis in pænitentia, sicut etiam in iustitia vindicatiua: non enim exhibet vindictam ex appetitu vindictæ, sed ad æqualitatem restituendum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis pænitentia sit de præterito sicut memoria, tamen respicit affectum: memoria autem est potentia pure cognoscitiua, & ideo in ea non potest esse pænitentia.

¶ Quintum concedimus.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd habitus medius est inter potentiam & actum. Et quia remoto priori, remouetur posterius, non autem econuerso: ideo remota potentia ad actum, remouetur habitus, non autem remoto actu.

Et quia subtractio materiæ tollit actum, propter hoc ꝙ actus nō potest esse sine materia in quam transit: ideo habitus alicuius virtutis competit alicui, cui non suppetit materia, pp hoc quòd suppetere potest, & ita in actum exire: sicut pauper homo potest habere habitum magnificentiæ, sed non actum, A

uindicta semper puniens quod cōmisit, & alia huiusmodi. Illud uero, Si pænitentia finitur, nihil de uenia relinquitur, dupliciter accipi potest. Si enim iuxta quorundam intelligentiam, peccata dimissa redeunt, facile est intelligere nihil de uenia relinqui, quia peccata dimissa iterum replicantur. Sicut enim ille qui ex seruitute in libertatem manumittitur, iterum uere liber est, & tamen propter offensam in seruitutem postea reuocatur: sic & pænitenti peccata uere dimittuntur, & tamen propter offensam quæ replicatur, iterum redeunt. Si uero redire dicantur, sane potest dici, etiam sic nihil de uenia relinqui: non quòd dimissa peccata iterum

quia non habet magnitudinem diuitiarum, quę sunt materia magnificentiæ, sed potest habere: & ideo cū innocentes in statu innocentiæ nō habeant peccata cōmissa quę sūt materia pænitentię, sed possunt habere, act⁹ pænitentię in eis esse non potest, sed habitus potest, & hoc si gratiam habeant, cum qua omnes virtutes infunduntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quàmuis non commiserūt, possunt tamen committere, & ideo eis habitum pęnitentiæ habere cōpetit: sed tamen habitus iste nūquam in actum exire potest, nisi forte respectu venialium peccatorum, quia peccata mortalia tollunt ipsum, nec tamen est frustra, quia est perfectio potentiæ naturalis.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ quāuis nō sit eis debita pœna in actu, tn̄ in eis est possibile esse aliquid ꝓ quo eis pœna debeat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd remanente potentia ad peccandum, adhuc haberet locum vindicatiua iustitia secundum habitū, quàmuis non secundū actum, si peccata actu non essent.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ virtutes cardinales in patria remanebunt, sed secundum actus quos habent in fine suo, vt in 3. lib. dist. 33. dictum est: & ideo cum pænitentia virtus sit d pars iustitiæ, quæ est habitus cardinalis, quicumque habet habitum pænitentiæ in hac vita, habebit in futura: sed non habebit eundem actum quem nunc habet, sed alium, scilicet, gratias agere deo pro misericordia relaxante peccata.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa authoritas probat quòd non habent eundem actum quem hic habet pęnitentia, & hoc concedimus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus non potuit peccare, vt in 3. lib. dist. 12. dictum est: & ideo materia huius virtutis non competit sibi nec actu, nec potentia, & propter hoc non est simile de ipso & de alijs.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pænitere proprie loquendo, prout dicit actum pænitentiæ, qui nunc est, non erit in patria: nec tamen habitus frustra erit, quia alium actum habebit.

¶ Quartum concedimus. Sed quia quinta ratio probat quòd etiam idem actus pænitentiæ erit in patria, qui modo est, ideo dicendum ad quintum, ꝙ voluntas nostra in patria erit omnino conformis voluntati dei: vn̄ sicut deus volūtate antecedente vult omnia esse bona, & per consequens nihil esse mali, non aūt voluntate consequente: ita etiam est de beatis, & talis voluntas improprie dicitur ab illo sancto patre pænitentia.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ pænitentia in nobis dupliciter accipitur. Vno modo, secundū qđ est passio: sic.n. nihil aliud est, q̄ dolor, vel tristitia de malo commisso. Et quàmuis secundū qđ est passio, non sit nisi in concupiscibili, tn̄ aliquis voluntatis actus similitudinarie pænitentia dicitur, quo quidem detestatur quod facit, sicut ēt amor & alię d passiones dicuntur in intellectiuo appetitu, vt in 3. lib. di. 26. dictū est. Alio modo, accipitur secundum qđ est virtus, & hoc modo detestari malū cōmissum cū emendationis proposito & intentione expiandi, vel deum placandi de offensa cōmissa, est actus eius. Detestatio aūt mali competit alicui secundū qđ habet ordinem naturalem ad bonū: & quia in nulla creatura talis inclinatio totaliter tollitur, ideo etiā in damnatis talis detestatio manet, & ꝑ cōsequēs pęnitētia passio, vel similis ei, vt dr̄ Sap. 5. Intra se gementes, & pænitentiam agentes. Et hæc quidem pænitentia, cum non sit habitus, sed passio, vel actus, nullo modo in beatis angelis esse potest, in quibus peccata commissa non præcesserunt, sed in malis angelis, est, cum sit eadem ratio de

ipsis, & de animabus damnatorum, quia secundum Damasc. quod est homini mors, hoc est angelis casus: sed peccatum dangeli est irremissibile, vt in 2. lib. dictum est. Et quia peccatum vt est remissibile, vel expiabile est propria materia istius virtutis quæ pænitentia dicitur, ideo cum materia non possit eis competere, nō adest eis potentia exeundi in actū, & ideo nec habitus eis conuenit: & ideo angeli susceptiui pænitentiæ virtutis esse non pnt.

De fide Orthod. lib. 2. cap. 4. — Dist. 7. q.1. ar.2.

imputentur, sed quia propter ingratitudinem ita reus & immundus constituitur, ac si illa redirent.

De solemni & unica pænitentia.

ILLVD autem quod Ambrosius ait. Reperiuntur &c. Sicut unum baptisma, ita & una pænitentia, non secundum generalem, sed secundum specialem morem Ecclesię de solemni pænitentia dictum intelligitur, quæ apud quosdam semel celebrata, non iteratur. Item illud aliud Ambrosij. Pænitentia semel usurpata, nec uere celebrata, & fructum prioris aufert, & usum sequentis amittit, de solemni intelligitur. Solemnis ergo B

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ex timore in eis generatur aliquis pænitentiæ motus, sed non quæ sit virtus.

De pæn. di. 3. c. Reperiuntur.

¶ Et similiter dicendum ad secundum.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ quicquid in eis est naturale, totum est bonū, & ad bonū inclinans, sed liberum arbit. in eis est in malitia obstinatum. Et quia motus virtutis & vitij non cōsequitur inclinationē naturæ, sed magis motū liberi arbit. ideo non oportet ꝙ quàmuis naturaliter inclinetur ad bonum, quòd motus virtutis in eis sit, vel esse possit. C

De pæn. di. 3. ca. finali. §. vlt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non est eadem ratio de angelis sanctis, & animabus sanctis: quia in animabus sanctis pręcessit, vel pręcedere potuit peccatum remissibile, non autem in angelis: & ita quàmuis sint similes quantum ad statum præsentem, non tamen quantum ad statum præteritum, quē pænitentia respicit directe.

ARTICVLVS IIII.

d *Vtrum de ratione ueræ pænitentiæ sit, quòd usque in finem uitæ continuetur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd de ratione veræ pænitentis sit quòd vsq; in finem vitæ continuetur. Pænitentia enim est quasi quædā recompensatio deo facta pro offensa commissa: sed offensa fuit infinita, vnde æterna pœna debetur pro peccato mortali. ergo & pænitentia delens hanc culpam, ad hoc quòd sit vera, oportet ꝙ vsque in finem duret. D

3. par. q. 84. ar. 8.

¶ 2 Præt. Nihil destruitur nisi a fortiori se: sed pænitentia est fortius quàm peccatum, quia expellit ipsum. cum ergo vera pænitentia non possit discontinuari nisi per peccatum, videtur ꝙ si fuerit vera, nullo modo a statu pænitētiæ quis cadere possit.

¶ 3 Præt. Facilius est peccatum impedire ne fiat, quàm peccatum factum destruere: sed pænitentia destruit peccatum factum. ergo multo fortius impedit ne aliquod peccatum committatur, & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Baptismus est efficacius sacramentum q̄ pænitentia, quia ēt totaliter pœnā tollit: sed gratia baptismalis tollitur per peccatum sequens. ergo multo fortius pænitentia.

¶ 2 Præt. Nulla virtus potest remanere sine charitate, & ea habita, omnes habentur: sed charitatem semel habitam contingit amitti, vt in 3. lib. di. 33. dictum est. ergo & pænitentiam. E — q.1. ar.1.

II — Vbi supra. art. 9.

VLTERIVS. Videtur quòd necesse sit dolorem pænitentiæ per gaudium interrumpi. Gaudium enim & dolor sunt affectiones contrariæ: sed contraria non sunt nata esse in eodem. ergo cum oporteat pænitentem aliquando de sua pænitentia gaudere, vt in litera dicitur, oportet quòd dolor per illud gaudium interrumpatur.

¶ 2 Præt. Sicut mali dolent de suo gaudio, ita boni gaudent de suo dolore: sed Philosophus in 9. ethic. dicit quòd mali de hoc quòd delectati sunt, postmodum dolent, quod non potest esse simul dum delectantur. ergo nec boni simul cum dolent, possunt gaudere de hoc quod dolent.

Cap. 5. circa finem.

¶ 3 Præt. Si dicatur ꝙ dolor est causa gaudij, & sic possunt esse simul. Contra. Contrarium non est causa sui contrarij: sed dolor est contrarium gaudio. ergo non potest esse causa ipsius.

SED CONTRA. Galat. 5. super illud. Fructus autem

spiritus, dicit glos. quòd virtutes fructus dicuntur, quia suos possessores sancta delectatione delectant: sed pænitentia est virtus, ergo in suo actu, qui est dolere, habet delectationem.

Cap. 3. in princip. ¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 2. ethicor. signum generati habitus oportet accipere fientem in opere delectationem: sed pænitentia est habitus quidã: ergo actus eius habet delectationẽ: ergo non interrumpitur per gaudium.

III Vbi supra ar. 10. VLTERIVS. Videtur quòd pænitentia iterari non possit. Sicut enim baptismus habet efficaciam a passione Christi, ita pænitentia, & omnia alia sacramenta: sed quia passio Christi est vna, ideo baptismus iterari non potest: ergo nec pænitentia potest iterari.

Ad Macedonium. Et habetur de pæn. dis. 3. c. Quàmuis.

Ex 2. parte pastoralis cura. ca. 6. ¶ 3 Præt. Sicut dicit Gregorius. Facilitas venię incentiuum præbet delinquendi: sed deus nõ debet alicui dare peccandi occasionem. ergo non debet dare locum pænitentiam iterandi.

¶ 3 Præt. Spiritualis curatio, quæ per pænitentiam fit, signatur per corporales curationes, quas dominus miraculose fecit: sed in illis curationibus non legitur quòd aliquem bis sanauerit. ergo nec per pænitentiam aliquis bis potest spiritualiter curari.

SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesia. 2. Secundum magnitudinem eius, sic & misericordia illius cum eo est: sed magnitudo eius est infinita, ergo & misericordia, non ergo coarctatur per vnam pænitentiam vt postmodum ad se conuersis non parcat.

¶ 2 Præt. Matth. 12. dr̃ Qui peccat in patrem, vel filium remittetur ei: sed contingit quòd post peractam pænitentiam aliquis peccet per infirmitatem, quod est in patrem peccare, & per ignorantiam, quod est in filium peccare. ergo tale peccatũ remittetur. ergo pænitentia potest iterari.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd opinio ista, quæ posuit, quòd nullus homo a vera pænitentia possit excidere, est erronea & conformis illi quæ in 3. lib. posita est distinct. 26. quòd charitas semel habita non possit amitti. (q. 1. ar. 1.) Sed tamen de charitate videbantur magis moueri considerantes efficaciam eius, ex qua apparebat quòd non posset p aliquod peccatũ vinci. Sed de pænitentia videbãtur moueri, quia ad integritatem pænitentiæ requiritur continuatio vsque in finem vitæ. Sed vtrumque friuolum est. Primo, quia quantumcumque aliqua virtus efficaciam habeat, flexibilitatẽ a libero arbitrio non tollit, dum est in statu viæ. Similiter illud quod futurum est, non potest esse de substantia, vel de integritate alicuius virtutis, nisi secundum quod est præsens in apprehensione, vel in voluntate, quia virtus quantum ad habitum non expectat aliquid in futurum. Habitus enim virtutis est de rebus permanẽtibus, non de successiuis: vnde totam perfectionem suam habet simul in instanti, quæ tota simul in vnum actũ potest effluere, quia actus sunt similes habitibus, vt dicitur in 3. ethic. (Cap. 8.) Et sic quod futurum est non est de integritate, vel essentia ipsius: vnde cum pænitentia sit virtus, & secundum quod est sacramentum nõ se extendat vltra actum virtutis, nõ erit de integritate pænitentię essentiali futuri continuatio, nisi vt sit in proposito, & ideo potest esse vera pænitentia, & tamen ab ea postmodum aliquis excidet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut offensa habuit infinitatem, ita etiam & vnus contritionis actus habet quandam infinitatem, tum ex virtute gratiæ quæ dat operibus infinitum valorem, vt scilicet per ea homo infinitum bonum mereatur: tum ex merito Christi, quod operatur in omnibus sacramentis, & in omnibus meritis nostris.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nec pænitentia, nec aliqua virtus agit de necessitate, sed ex libertate arbitrij: & ideo quàmuis pænitentia sit fortior quàm peccatum, & per hoc possit peccatum expellere, tamen homo pænitentiæ virtutem

pænitentia, ut Ambrosius in eodem ait, est quæ fit extra Ecclesiam in manifesto in cinere & cilicio, quæ pro grauioribus horrendisque ac manifestis delictis tantum imponitur, & illa non est iteranda pro reuerentia sacramenti, & ne uilescat & cotemptibilis fiat hominibus. Vnde Augustinus. Quàmuis caute & salubriter prouisum sit, ut locus illius humillimæ pænitentiæ semel in Ecclesia concedatur, ne medicina uilis minus utilis esset ægrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat Deo dicere. Quare huic homini qui post pænitentiam primam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc

F habens, potest sponte se peccato subijcere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquando homo vincitur a debiliori qui fortiorem vincit, quia non tantam curam adhibet: & similiter pænitens propter negligentiam a peccato nondum commisso liberatus vincitur, qui per pænitentiam a peccato commisso liberatus fuit.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd gaudium & tristitia secũdum genus sunt contraria, non tamen quodlibet gaudium cuilibet tristitiæ opponitur, sed ei quę est de eodem. Si autem de contrarijs sunt, vel de diuersis, vnum potest esse causa alterius, uel materiale ad ipsum: qui enim de præsentia gaudet, eo ipso sequitur q de absentia tristatur. Similiter etiam quando de aliquo tristari est nobis vtile, vel decens, tristitia potest esse materia gaudij. (Super Leuitic. homilia 15.) Si ergo gaudium & tristitia directe contraria accipiantur, sic non possunt simul esse in eodem secundum idem: si autem sint de diuersis, uel contrarijs, sic quidem quantum ad causam suam possunt simul esse, quia potest esse uoluntas de uno, & uoluntas de altero, & similiter si unum sit ratio altersus: sed quantum ad sensum qui requiritur in utroque, quia gaudium non est sine perceptione conuenientis, neque tristitia sine perceptione nociui, impossibile est quòd utrumque simul intense insint, quia anima quando intense occupatur circa unum, retrahitur ab altero, sed imperfecte possunt esse simul: ita tamen quòd unum nunc sit perfectius, & aliud postmodum. Dolor autem qui est in pænitentia est de peccato commisso, unde simul cum hoc non potest esse gaudium de eodem, sed potest esse gaudium de spe ueniæ quam p dolorẽ concipit, uel etiam hoc ipso quòd in exhibendo dolorem pro peccatis commissis, facit quod debet, & ideo detestatio peccati cõmissi quæ est causa doloris, & uoluntas detestandi quæ est causa gaudij, sunt simul, uolens enim detestatur: & quia unum est ratio alterius, ideo anima ad utrumq; conuerti potest simul, inquantum ex eis quodammodo fit unum. Quando aũt ex aliquibus duobus fit unum, unum est ut materiale, & alterum ut formale: & ideo anima ad unum illorum conuertitur per prius, & ad alterum per posterius: & propter hoc non potest inesse utrumque secundum sui completam rõnem, sed quandoque unum, quandoque alterum. Quando enim plene cõuertitur ad spem ueniæ, uel ad decentiam doloris, tunc gaudium est principaliter, & dolor de peccato ex consequenti: quando aũt principaliter conuertitur ad peccatũ commissum, tunc est econtrario.

AD PRIMVM ergo dicendum, q dolor de peccato & gaudium de dolore non sunt affectiones contrariæ, ut dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obiectum gaudij est aliquid conueniens, sed obiectum tristitiæ est contrarium nociuum: unde dolor de quo quis gaudet, non est contrarius gaudenti, sed conueniens: sed gaudium de quo quis dolet, est contrarium dolenti, & ideo simul cum quis gaudet, non põt esse dolor de gaudio secundum idem, sed simul cũ quis dolet, potest esse gaudium de illo.

¶ Ad tertium dicendum sicut ad primum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd erroneum est dicere, quòd pænitentia non possit iterari, & misericordiæ diuinæ contrarium. Causa aũtem quare iteratur, cum baptismus non iteretur, est quadruplex. Prima est, quia pænitentia non imprimit characterem sicut baptismus: character enim indelebilis est. Secunda, quia baptisma est contra morbũ non iterabilem, scilicet originale peccatum: pænitentia autem contra actuale peccatũ quod iteratur. Tertia causa est, quia baptismus habet totam efficaciã a passione Christi sine actu nostro, & ideo quia passio est una tñ, & baptismus unus: sed pænitentia ẽt requirit actũ nostrũ, ut prius dictũ est, & ideo rõne eius iterationẽ suscipit. Quarta, quia baptismus est generatio spiri-

(Et a Magistro in litera huius distinct.)

iterum parcis? Origenes quoque de hac solemni pænitentia quæ pro grauioribus criminibus iniungitur, ait. Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, uel in blasphemia fidei, sed in sermonis, uel in morum uitio consistat, hæc culpa semper reparari potest. Nec interdicitur aliquando de huiusmodi pænitentiam agere, sed non ita de grauioribus criminibus. In grauioribus enim criminibus semel tantum pænitentię conceditur locus. Commmunia quæ frequenter incurrimus, semper pænitentiam recipiunt, & semper rediimuntur. Communia dicit uenialia peccata, & forte mortalia quædam alijs minus grauia. Quæ

spiritualis, sed pænitentia est quædam sanatio spiritualis, semel autem aliquid generatur, sed pluries curari, siue sanari potest, quandiu in hac uita uiuit: & sic patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut iustus dominus summe iustitiam diligit, ita summe peccatum odit, & ita quantum ex ipso est, paratus est ipsum destruere semper, dummodo ex parte hominis non remaneat, qui pænitentiam neglegit, vel contemnit. Nec obstat quòd quidam ex hoc sumsit occasionem delinquendi, quia ex contrario sumerent occasionem desperandi, quod esset grauius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis nõ sit scriptum quòd idẽ infirmus frequentius a domino sit curatus, tamen nec etiam factũ negatur: & præterea hoc oculata fide uidemus, quòd frequenter homines infirmantur, & diuina virtute quæ omnia restaurat, curantur.

sicut sæpe committuntur, ita frequenter per pænitentiam redimuntur. Sed de grauioribus criminibus semel tantum agitur pænitentia, scilicet solemnis. Nam & de illis si iterentur, iteratur pænitentia, sed non solemnis: quòd tamen in quibusdam Ecclesijs non seruatur.

Authoritatibus probat, quòd non semel tantum, sed frequenter peccata dimittantur per pænitentiam.

QVOD uero pænitentia non semel tantum agatur, sed frequenter iteretur, & per eam frequenter iterum uenia præstetur, pluribus sanctorum testimonijs probatur. Ait enim Augustinus, scribens contra quosdam hæreticos, qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant utilem esse pænitentiam, ita. Adhuc instant perfidi, qui sapiunt plusquàm oportet, non sobrij, sed excedentes mensuram, dicunt. Et si semel peccantibus post baptismum ualeat pœnitentia, non tamen sæpe peccantibus proderit iterata, alioquin remissio, ad peccandum esset incitatio. Dicunt enim, quis non semper peccaret, si semper redire posset? Di-

(De uera & falsa pnia cap. 5. & habet. de pænit. dist. 3. c. Adhuc.)

ARTICVLVS V.

Vtrum debeat aliqua pænitentia publicari uel solemnizari.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd non debeat aliqua pænitentia publicari, uel solemnizari: quia non licet sacerdoti, etiam metu, peccatum alicuius confiteri quantumcumque publicum: sed per pænitentiam solemnem publicatur peccatum. ergo non debet solemnizari.

¶ 2 Præt. Iudicium debet esse secundum conditionem fori: sed pænitentia est quoddam iudicium, quod in foro occulto agitur. ergo non debet publicari, siue solemnizari.

¶ 3 Præt. Pænitentia omnes defectus reuocat ad perfectum, vt Ambr. dicit: sed solemnizatio facit contrarium, quia pænitentem in multis defectibus innectit, non enim laicus potest post solemnem pænitentiam ad clericatum promoueri, nec clericus ad superiorẽ ordinem. ergo pænitentia non est solemnizanda.

(...lib. de ...& præ ...im cap. ...m hor... ...ad pe... ...ntiam.)

SED CONTRA. Pænitentia est quoddam sacramentum: sed in quolibet sacramento quædam solemnitas adhibetur. ergo & in pænitentia adhiberi debet.

¶ 2 Præt. Medicina debet respondere morbo: sed peccatum quandoque est publicum, quod multos ad exemplum peccandi trahit. ergo & pænitentia quæ est medicina eius, debet esse solemnis & publica, qua multi ædificentur.

II VLTERIVS. Videtur quòd solemnis pænitentia iterari possit. Sacramenta enim quæ characterem non imprimunt, cum sua solemnitate iterantur, sicut eucharistia, & extrema unctio, & huiusmodi: sed pænitentia non imprimit characterem. ergo cum sua solemnitate debet iterari.

¶ 2 Præt. Pænitentia solemnizatur propter grauitatem & manifestationem peccati: sed post peractam pænitentiam contingit similia peccata committere, vel etiam grauiora. ergo solemnis pænitentia iterum debet adhiberi.

SED CONTRA. Pænitentia solemnis significat eiectionem primi hominis de paradiso: sed hæc tantum semel est facta. ergo & pænitentia solemnis tantum semel debet fieri.

III VLTERIVS. Quæritur de ritu solemnis pænitentiæ, & uidetur quòd mulieribus non sit imponenda, quia uir, cui imponitur solemnis pænitentia, debet comam abijcere: sed hoc non competit mulieri, ut patet 1. Corint. 11. ergo non debet agere solemnem pænitentiam.

¶ 2 Item. Videtur quòd clericis sit imponenda, quia imponitur propter grauitatem delicti: sed idem peccatum grauius est in clerico quàm in laico. ergo magis debet imponi clerico quàm laico.

¶ 3 Item. Videtur quòd a quolibet sacerdote possit imponi, quia absoluere in foro pænitentiali est eius qui habet claues: sed simplex sacerdos habet claues. ergo potest esse minister huius pænitentiæ.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd aliqua pænitentia debet esse publica & solemnis propter quatuor. Primo, vt peccatum publicum publicam habeat medicinam. Secundo, quia maxima cõfusione in hoc mundo etiã est dignus, qui grauissimũ scelus commisit. Tertio, ut sit alijs ad terrorem. Quarto, ut sit ad exemplum pænitendi, ne desperent qui in grauibus peccatis detinentur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sacerdos non reuelat confessionem, talem pænitẽtiam iniungendo, quàmuis suspitio oriatur illum aliquod enorme peccatum commisisse: (D. 378.) non enim culpa pro certo scitur ex pœna, quia quandoque aliquis pænitentiam pro alio facit, sicut legitur in uitis patrum de quodam, qui ut socium suum ad pænitentiam prouocaret, ipse cum eo pænitentiam egit. Si autem sit peccatum publicum, ipse pænitens exequendo pænitentiam, confessionem ad a se factam manifestat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pænitentia solemnis, quantum ad iniunctionem, non exigit forum occultum: quia sicut occulte quis confitetur, ita occulta ei pænitentia iniungitur: sed executio exigit forum occultum, & hoc non est inconueniens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pænitentia quàmuis reuocet omnes defectus restituendo in pristinam gratiam, non tamen restituit in pristinam dignitatem, & ideo etiam mulieres post peractam pænitentiam de fornicatione, non uelantur, quia dignitatem uirginitatis non recuperant. (D. 1169.) Et similiter post publicam pænitentiam peccator non redit ad hanc dignitatem, ut possit ad clericatum assumi, & episcopus talem ordinans, potestate ordinandi priuari debet, nisi forte necessitas ecclesiæ exposcat, aut consuetudo: tunc enim dispensatiue recipitur ad minores ordines, non autem ad sacros ordines. Primo, propter dignitatem ordinum istorum. Secundo, propter timorem recidiui. Tertio, propter scandalum uitandum, quod posset in populo oriri ex memoria pręcedentium peccatorum. Quarto, quia non haberet frontem alios corrigendi, cum peccatum eius fuerit publicum.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd solemnis pænitentia iterari non debet propter tria. Primo, ne ex iteratione uilescat. Secundo, propter significationem, quia est figura expulsionis hominis de paradiso, quæ est semel tantum facta. Tertio, quia solemnizatio est quasi quædam professio perpetuo pænitentiam conseruandi, & ideo iteratio solemnitati resistit: si tamen postmodum peccauerit, non clauditur ei locus pænitentiæ, sed pænitentia solemnis iterum ei iniungenda non est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in illis sacramentis, in quibus solemnitas iteratur, iteratio solemnitati non repugnat, ut est in proposito, & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis ratione criminis deberetur sibi eadem pænitentia, tamen solemnitatis iteratio non competit propter prædictas causas.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd omnis solemnis pænitentia est publica, sed non conuertitur. Pænitentia enim solemnis hoc modo fit. In capite quadragesimæ tales pænitentes præsentant se cum presbyteris suis episcopo ciuitatis ante fores ecclesiæ, sacco induti, nudis pedibus, vultibus demissis, coma deposita, & eis in ecclesia introductis episcopus cum omni clero septem psalmos pænitentiales dicit, & postmodum eis manum imponit, aquam benedictam spargit, & cinerem capitibus imponit, cilicio colla eorũ operit, & denuntiat eis lacrymabiliter, q sicut Adã eiectus est a paradiso, ita ipsi de ecclesia eijciũtur, & iubet ministris ut eos ab ecclesia pellant, clero eos persequente cũ hoc responso- (Gen. 3.)

rio. In sudore vultus tui &c. In cœna aūt dñi quolibet anno à suis presbyteris in ecclesiam reducuntur, & erunt ibi usque ad octauas Paschæ, ita tamen quòd non communicabunt, nec pacem accipient, & sic fiat quolibet anno quousque aditus ecclesiæ est eis interdictus. Vltima autem reconciliatio episcopo reseruatur, ad quem solùm spectat solēnis pænitentiæ impositio. Potest autem imponi viris & mulieribus, sed non clericis propter scandalum: non autem talis pænitentia debet imponi, nisi pro peccato quod totā commouerit vrbem. Publica autem, & non solēnis, quæ in facie ecclesiæ fit, sed non cum solemnitate prædicta, sicut peregrinatio per mundum cum baculo cubitali, & hæc potest iterari, & a simplici sacerdote iniungi, & potest etiam clerico imponi: quandoque tamen solemnis ponitur pro publica, & secundum hoc authoritates quædam varie loquuntur de solemni.

cunt enim Dominum incitatorem mali, si semper peccantibus subuenit, & ei peccata placere, quibus semper præsto est gratia: errant autem. Constat enim ei peccata displicere, qui semper præsto est ea destruere: si ea amaret, nō semper ea destrueret. Idem ad Macedonium. Intantum hominum iniquitas aliquando progre-

Epistol. 54. nō longe à princip. Et habetur de pæni. dist. 3 c. Inãtū.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mulier habet comam in signum subiectionis, non autem vir: & ideo non competit vt in pænitentia mulieri coma deponatur, sicut viro.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet in eodem genere peccati clericus plus peccet quàm laicus, tamen non iniungitur ei pænitentia solemnis, ne ordo veniat in contemptum, vnde non defertur personæ, sed ordini.

¶ Ad tertium dicendum, quòd magna peccata indigent maiori cautela ad sui curationem: & ideo iniunctio pænitentiæ solemnis, quæ non nisi pro grauissimis peccatis fit, soli episcopo reseruatur.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de effectu pænitentiæ.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum pænitentia peccata tollat.
¶ Secundo, Vtrum virtutes restituat.
¶ Tertio, Vtrum opera præcedentia viuificet.
¶ Quarto, Vtrum prædicti effectus sint pænitentiæ inquantum est virtus, vel inquantum est sacramentum.
¶ Quinto, Vtrum sine pænitentia possit peruenire aliquis peccator ad salutem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum per pænitentiam semper peccata tollantur.

3. par. q. 86. ar. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per pænitentiam non semper peccata tollantur, Hebr. 10. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hostia pro peccato: sed in pænitentia homo se offert hostiam deo. psal. 50. Sacrificium deo spiritus contribulatus &c. ergo pænitentia peccata eorum, qui prolapsi sunt post notitiam veritatis, non delet.

¶ 2 Præt. Hebr. 12. super illud, Non inuenit pænitentiæ locum, inquit Glos. interlinearis, id est, veniæ, locum benedictionis per pænitentiam. ergo pænitentia non semper tollit præterita peccata.

¶ 3 Præt. 2. Machab. 9. dicitur de Antiocho. Orabat scelestus deum, a quo non esset misericordiam consecuturus. ergo cum ipse pæniteret de malis commissis, videtur quòd non semper pænitentia peccata præcedentia deleat.

¶ 4 Præt. Peccatum commissum est quodammodo infinitum inquantum est offensa dei: sed actus nostri sunt finiti. cum ergo finitum non possit in infinitum, videtur quòd pænitentia nō possit delere peccatum commissum.

SED CONTRA. Luc. 5. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pænitentiam: sed inutilis esset ista uocatio pænitentibus, nisi veniam de peccato largiretur. ergo pænitentia peccata delet.

¶ 2 Præt. Maior est misericordia dei, quàm iniquitas hominis: vnde reprehenditur ille qui dixit, Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear: sed pænitentia misericordiæ dei innititur. ergo omnia peccata, quantumcumque sint, delet. Gen. 4.

II Vbi supra art. 4.

VLTERIVS. Videtur quòd etiam totaliter reatum tollat. Bonum enim est efficacius ad agendū quàm malum, quia malum non agit nisi in virtute boni, vt Diony. dicit: sed per vnum actum peccati homo & culpam, & reatum incurrit. ergo & per actū contritionis & a culpa, & reatu absoluitur.

De diuin. nomi. cap. 4. post med.

¶ 2 Præt. Deus non plus exigit in pæna, quàm erat in culpa:

ditur, ut etiam post peractam pænitentiam, post altaris reconciliationem, uel similia, uel grauiora committant: & tamen Deus facit etiam super tales oriri Solem suum, nec minus tribuit quàm ante tribuerat largissima munera uitæ & salutis. Et quàmuis eis in Ecclesia locus ille pænitentiæ non concedatur, Deus ta-

sed maior dolor est in contritione de peccato, quàm fuerit in peccando delectatio, quia quantitas doloris de peccato est secundum quantitatem amoris dei, qui est maior quàm omnis cupiditas rei temporalis, vt dicit glos. super illud, Dilexi mandata tua super aurum &c. ergo non exigit pro peccato aliam pęnam quàm illam quæ est in contritione, & sic pænitentia a toto reatu absoluit.

¶ 3 Præt. Magis valet ad remouendum peccatum pœna propria adiuncta alienæ, quàm aliena pœna tantum: sed in baptismo non est aliqua pœna propria, sed tantum virtute pœnę Christi omnia peccata delet: & quantum ad culpam, & quantum ad reatum. ergo & pænitentia, in qua cum pœna Christi adiungitur pœna propria, totus reatus auferri debet.

SED CONTRA. Pœna non iniungitur nisi ei qui est debitor pœnæ: sed pænitenti iniungitur pœna aliqua satisfactoria. ergo adhuc est debitor pœnæ, & sic non est a toto reatu per pænitentiam liberatus.

¶ 2 Præt. Per pænitentiam non aufertur illud, quod est ad expedimentum & ad profectum: sed pœna remanens satisfactoria est ad profectum virtutum. ergo per pænitentiam non tollitur.

III Vbi supra art. 5.

VLTERIVS. Videtur quòd per pænitentiam etiam reliquiæ peccati actualis tollantur, sicut pronitas ad malum, habitudo, & huiusmodi: quia in generatione naturali non solum tollitur forma contraria, sed etiam dispositiones ad formam illam: sed gratia quæ per pænitentiam datur, est potentior quàm forma naturalis. ergo non solum tollit culpam, sed etiam huiusmodi reliquias, quæ sunt dispositio ad culpam.

¶ 2 Præt. Sicut gratia est in essentia animæ, ita virtus in potentia: sed pænitentia restituit gratiam & virtutes, vt dicitur. ergo sicut per gratiam aufert culpam ab anima ipsa, ita & per virtutes aufert reliquias a potentiis.

Infra art. q. huius 1. præsentis dist.

SED CONTRA. Baptismus est efficacior ad remouendum peccatum quàm pænitentia: sed baptismus non remouet peccati reliquias. ergo nec pænitentia.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd pænitentia potest considerari inquantum est sacramentū, & inquantum est virtus: & vtroque modo ad remissionem peccatorum aliquo modo operatur. Secundum enim quod est nouæ legis sacramentum, gratia in ea datur ad defectum illum sanandum, contra quem inducta est, scilicet ad dimissionem culpæ actualis. Operatur etiam ad dimissionem peccati, inquantum est virtus speciali modo præ aliis uirtutibus. Facit remissionem peccatorum, quia secundum omnem virtutem formatam ex parte habitus peccata dimittuntur ratione gratiæ quæ cum ea infunditur, sed hoc est formaliter remittere: sed pænitentia ex ratione sui actus habet, quòd per eam peccata dimittantur, secundum quod peccata commissa sunt materia actus eius. Cum enim peccatum ex hoc remitti dicatur, uel retineri, quòd habet rationem offensæ, illud quod offensam aufert, peccatū tollit. Cum autem offensa inquantū huiusmodi, sit inæqualitas quædam, qua unus alii subtraxit quod debitum erat actu, illius uirtutis peccatum remittitur, quæ inæqualitatem prædictam ad æqualitatem reducit, hoc autem facit pænitentia ut ex dictis patet, quæ in recompensatione diuinæ offensæ spiritum deo contribulatum offert: & ideo pænitentiæ d etiam ex parte actus sui competit peccatum tollere: & hoc est efficienter, & non solum formaliter per pęnitentiam peccata dimitti. D.1114.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Apostolus loquitur ibi de hostia quę uniuersaliter pro peccatis totius mundi oblata est. s. Christo, quę est unica & singularis: nec iterū pro peccatis delendis offertur, sed unica sua oblatione ualet ad hoc, ꝙ per pęnitentiam, & alia sacramenta omnia peccata possint dimitti.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd ideo Esau, de quo Apostolus loquitur, locum veniæ non inuenit, quia non vere pęnituit, & si lacrymas exterius emiserit: quod patet ex hoc quod dixit. Veniēt dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meū.

¶ Et similiter dicendum ad tertium de Antiocho, qui vere non pænituit interius, quàmuis exterius verba pænitentiæ proferret, magis ꝓpter infirmitatē corporis, quàm ꝓp offensam dei vitādā.

¶ Ad quartum dicendum, quòd offensa infinita est ex parte auersionis, sed non ex parte cōuersionis: & similiter etiam actus pęnitentiæ habet infinitatē

men super eos suæ potentiæ non obliuiscitur: ex quorum numero si quis nobis dicat. Dicite mihi, vtrū aliquid prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissimæ voluptatis blandimenta contempsero, si me pænitendo vehementius quàm prius excruciauero, si uberius fleuero, si melius uixero, si pauperes largius sustentauero, si

ex parte gratiæ quæ est dei similitudo, & in uirtute diuinæ misericordiæ operans quæ infinita est, quàmuis ex parte actus nostri sit finita. Habet etiam efficaciam ex virtute passionis Christi quæ infiniti ualoris quodammodo est, inquantum fuit passio dei & hominis.

Cap. 5. & li. 8. 1. magna. mora. cap. 11.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd secundum Philosophum in 5. ethicor. tam iustitia quàm amicitia in æqualitate quadam cōsistit. Qui ergo aliquem offendit contra æqualitatem amicitiæ peccat, inquantum affectum debitum non impendit: & contra æqualitatem iustitiæ, inquantum rem debitam subtrahit. Et sicut hæc duo in offensa quandoque diuiduntur, ita etiā in recompensatione separantur: sicut quando pœna per uiolentiam offendenti infertur, fit recompensatio quantum ad iustitiam, sed non quantum ad amicitiam. Similiter quando offendens offensum verbis placat nondum re subtracta restituta, fit recompensatio amicitiæ, sed non iustitiæ. Peccator ergo per affectū peccati amicitiam dei violauit, & per inobedientiam diuinæ legis honorem debitum deo subtraxit, & ex primo amittit gratiam, & incurrit offensam: ex secundo meretur pęnam vt ab eo qui per inobedientiam subtraxit, subtrahatur per pœnam, & hoc pęnæ meritum reatus dicitur, & ideo per pęnitentiam qua homo se Deo supponit peccata præterita detestando cum emendationis proposito, remittitur quidem peccatum quantum ad offensam, sed non oportet quòd remittatur quantum ad totum reatum, nisi pœna iam soluta, & sic per pænitentiam non simul cum culpę dimensione totus etiam reatus dimittitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut quod est perfectum, est efficacius ad agendū quàm imperfectum, ita quod est perfectum est difficilius ad fiendum: unde sicut bonum est efficacius ad agendum quàm malum, ita difficilius est ad constituendum quàm malum. In hoc ergo efficacior apparet actio boni quàm actio mali, quia actio mali numquàm terminatur ad malum, quod non habet admistum bonum: sed actio boni terminatur ad bonum quandoq;, cui non admiscetur malum, non tamen oportet quòd si aliquod malum per unum actum malum incurritur, quòd per unum actum bonum opposita bona reparentur.

Cap. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum Philosophum in 5. ethic. in recompensatione iniurię iustitia commutatiua non semper æqualem quantitatem absolute in pœna infert ei, qui in culpa fuit. Non enim si aliquis percussit principem, oportet ipsum solum repercuti, sed etiam grauius puniri: infert tamen æqualem pœnam habita prius comparatione ad personam, in quam culpa commissa fuit. Et ideo cum per pænitentiam homo de seipso iustitiam deo faciat, non sufficit tantus dolor in pænitentia, quanta fuit delectatio in culpa, quia illa delectatio in iniuriam dei fuit inquantum deo prætermisso homo delectationi se subdidit ad peccandum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus est spiritualis regeneratio: & quia non potest esse generatio unius nisi per corruptionem alterius, ideo oportet quòd in baptismo quicquid ad præcedentem uitam pertinebat, totum aboleatur, scilicet & culpa, & reatus, nisi sit defectus ex parte recipientis: sed pænitentia non est regeneratio, sed magis reparatio uitæ prius habitæ, & ideo non est similis ratio.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut pænitentia non tollit totaliter reatum per quemlibet actum commissum primum, sed tunc tollit quando ad perfectum perducitur secundum omnes pænitentiæ partes: ita etiam non oportet quòd per primum pænitentiæ actū omnes defectus ex peccato actuali consecutos, qui dicuntur reliquiæ, reparentur: sed pænitentia iam perfecta quantum ad omnes sui partes, & reliquiæ etiam tolluntur peccati actualis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pænitentia non comparatur generationi, sed magis sanationi, quia per pænitentiā homini non datur noua uita, sed in pristinam uitam reparatur. In sanatione autē hoc uidemus accidere, quòd sanitate restituta adhuc reliquiæ aliquæ morbi manent ante perfectæ sanitatis restitutionem: ita etiā ante completam pænitentiam reliquiæ actualis peccati manent.

chatitate ardētius flagrauero, quis uestrū ita desipit, ut huic homini dicat, Nihil tibi ista in posterum proderunt? Vade, saltem huius vitæ suauitate fruere. Auertat Deus tam immanem, sacrilegiamque dementiam. Item, Ioannes Chrysostomus de reparatione lapsi. Talis mihi crede, talis est erga homines pietas Dei. Numquam

Et habetur de pæn. dis. 3. c. Talis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum per actū potentiarum commissum est, & ideo in ipsis potentijs pręter priuationem uirtutum alij etiam defectus ex peccato causantur, sed non in essentia animæ præter defectum gratiæ: & ideo non oportet quòd si per aduentum gratiæ ad essentiam animę macula, quæ nihil aliud erat quàm gratiæ priuatio, tollitur, quòd etiam a potentijs omnes alij defectus tollantur.

ARTICVLVS II.

Vtrum per pænitentiam uirtutes restituantur.

3. par. q. 85 ar. 1.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd per pænitentiam uirtutes non restituantur. Virtutes enim, de quibus loquimur, non causantur ex actibus nostris, quia secundum August. deus eas in nobis sine nobis operatur: sed pænitentia in actu nostro consistit. ergo per pænitentiam uirtutes non restituuntur.

Lib. 2. Medita. cap. 8.

¶ 2 Præt. Nihil restituit uirtutem, nisi quod est causa uirtutis, sicut restituentia sanitatem sunt causa sanitatis: sed pænitentia non est causa omnium aliarum uirtutum, alias esset nobilior alijs uirtutibus, quia causa præeminet effectui. ergo pænitentia non restituit uirtutes.

¶ 3 Præt. Quod non est, non potest aliquid restituere, & quod habetur, non potest restitui, sicut neque quod est, fieri: sed pęnitentia non prius quàm omnes uirtutes habetur, quia omnes uirtutes simul infunduntur. ergo non potest pænitentia uirtutes restituere.

¶ 4 Præt. Habitus uirtūtis non manet cūm habitu uitii, quia contraria non sunt simul in eodem: sed post contritionem adhuc manet habitus uitii, qđ patet ex inclinatione ad pristinos actus. ergo pænitentia non statim omnes uirtutes restituit.

¶ 5 Præt. Nullus habet uirtutem, nisi qui sine difficultate, & cū delectatione operatur ea quæ sunt uirtutis: sed post primam contritionem etiam si sit uera, adhuc remanet difficultas ad opera uirtutis agenda. ergo uirtūtes per primūm actum pænitentiæ non restituuntur. 4. Met. tex. com. 27.

SED CONTRA est, quod Ambro. dicit, quòd pænitentia res optima est, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum: sed hoc non esset nisi uirtutes amissas restitueret. ergo per pænitentiam uirtutes restituuntur. Ex 2. lib. de pænit. c. 1.

¶ 2 Præt. Effectus pænitentiæ est iustificatio, ut infra dicetur: sed iustitia generalis, ex qua aliquis iustificari dicitur, omnes uirtutes includit, ut dicit glos. super illud ps. 118. Feci iudiciū & iustitiam. ergo omnes uirtutes per pænitentiā restaurantur.

¶ 3 Præt. Non remittitur peccatum sine gratia: sed per pænitentiam peccatum dimittitur. ergo gratia restituitur: sed simul cum gratia omnes uirtutes infunduntur. ergo pænitentia omnes uirtutes restituit.

RESPON. Dicendum, quòd gratia & uirtutes in anima causantur d ex influentia diuini luminis, quæ quidem influentia impeditur per peccatum, quod animam a deo auertit: sicut nubes interposita inter nos & Solem radium eius a nobis prohibet. Vnde dicitur Esaiæ. 59. Peccata nostra diuiserunt inter nos & deum nostrum. Et quia per pænitentiam peccata dimittuntur, ut dictum est, in primo pænitentiæ actu quantum ad offensam, ideo sicut uentus auferens nubem, nobis lumen Solis restituit, ita pænitentia tamquàm remouens prohibens, gratiam gratum facientem, & omnes uirtutes nobis restituit. D. 680.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd solus deus est per se causa gratię, & uirtutum infusarum in nobis: sed nihil prohibet etiam actus nostros esse causas per accidens, sicut

remouens prohibens: sicut sunt causæ etiam gratiæ baptismalis inquantum prohibent fictionem, & hoc modo per pæniten tiam virtutes restituuntur.

¶Ad secundum dicendum, quòd causa per accidens non oportet quòd sit nobilior effectu, sed solum causa per se: pænitentiā autē causam per accidēs posuimus virtutū, per hoc quòd est remouens prohibes, scilicet peccata.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in eodem instanti, in quo obstaculū luminis primo remotum est, lumen consequitur, & tamen remotio obstaculi est causa illuminationis: ita in eodem instanti, in quo est actus pænitentię, peccatū aufertur, & virtus restituitur, & tamen nihil prohibet per pænitentiam virtutes restitui.

spernit pęnitentiam, si ei sincere & simpliciter offeratur: etiā ad summum quis perueniat malorum, & inde tamen uelit reuerti ad uirtutis uitam, suscipit libenter & amplectitur; & facit omnia quatenus ad priorem reuocet statum. Quodque est adhuc præstantius & eminentius, etiam si non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulamcumque tamen & quamlibet breui tempore

D.1180. q.1.artic.2. quæst.4.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut in 3. lib. distinct. 33. dictum est, virtus d infusa & acquisita non sunt eiusdem speciei: vnde cum habitus ex frequentia operū peccati generatus virtuti acquisitæ contrarius sit, non contrariatur directe virtuti infusæ, quę habet oppositionem ad peccatum ex parte illa qua est offensa dei: vnde non oportet quòd statim virtutibus infusis restitutis, habitus vitiorum totaliter tollantur, quàmuis impediantur, & etiam diminuantur.

D.510.

¶Ad quintum dicendum, quòd facilitas operandi d opera virtutum potest esse ex duobus, scilicet ex cōsuetudine præcedente, & hanc facilitatem non tribuit virtus infusa statim in sui principio: & iterum ex forti inhæsione ad obiectum virtutis, & hāc est inuenire in virtute infusa statim in sui principio.

ARTICVLVS III.

Vtrum per pænitentiam etiam bona opera in statu peccati mortalis facta, ad uitam reputentur.

Vbi supra. art. 5. Homil. 10. exponens. cap. 9.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd per pænitentiam etiam bona opera prius in statu peccati mortalis facta, ad vitam reputentur. *Dicit enim* Adamantius supra Iosue. Sunt in ecclesia credentes quidam, & acquiescentes diuinis præceptis erga seruos dei religiosi & officiosi, & ad ornatum ecclesiæ, vel ministerium satis prompti: sed in conuersatione propria obscœnis vitijs inuoluti, nec omnino deponentes veterem hominem cum actibus suis, nihil adhibent emendationis morum & innouationis. In istis ergo Christus salutem concedit, sed quandam insaniæ notam non euadent: sed magis videtur quòd eis qui per pænitentiam emendationem adhibent, illa opera bona valeant ad salutem. ergo pænitentia opera sine charitate facta viuificat ad salutem.

¶2 Præt. Plus appropinquat charitati & gratiæ bonum ex genere, & bonum virtutis mortalis, quàm bonum naturale: sed gratia sequens per pænitentiam restituta naturalia perficit, & secundum quosdam ipsa naturalia gratuita fiunt. ergo multo fortius bona ex genere, vel ex circunstantia, aut etiam actus virtutis acquisitæ sine charitate facta per pænitentiam viuificantur vt prosint ad vitam.

¶ 3 Præt. Remota causa, remouetur effectus: sed causa quare illa opera non valeant ad vitam, erat charitatis defectus & gratiæ. ergo cum pænitentia charitatem, & gratiam, & omnes virtutes restituat, etiam opera bona sine charitate facta viuificabit.

SED CONTRA. Ante viuum non generatur aliquid viuum, vel habens potentiam ad vitam: sed homo sine charitate non viuit spirituali vita. ergo non potest aliquod opus facere spiritualiter viuum, sed est mortuum non habens potentiam ad vitam, & ita non est viuificabile.

¶2 Præt. Omnia viuificabilia sunt aliquo modo meritoria, quia ad minus in potentia. si ergo opera extra charitatem facta possent aliquo modo viuificari, aliquis sine charitate posset aliquo modo mereri vitam æternam, quod falsum est.

II Vbi supra ex codē ar.

VLTERIVS. Videtur quòd opera in charitate facta per peccatum sequens mortificari non possunt, quia quod non est, non potest mortificari: sed opera quæ in charitate facta fuerant, transeunt, & post peccatum sequens non sunt:

F ergo non possunt mortificari.

¶ 2 Præt. Pœna non debet excedere culpam: sed in aliquo qui multa bona facit ex maxima charitate, pœna culpam excederet, si per vnum peccatum mortale partum forte ex surreptione factum, omnia bona præcedentia perderet. ergo peccatum sequens non mortificat omnia bona prius in charitate facta.

¶3 Præt. Illud quod est mortuum, non potest actum vitæ habere respectu alicuius: sed opera in charitate facta etiā post peccatū facientis actum vitæ habent in alijs sanctis, vnde dicitur Apoc. 2. vnus alterius coronam accipere. ergo peccatū sequens bona præcedentia non mortificat.

2. Reg. 11. Ambros. in apologia Dauid. c. 7.

gestam non respuit pænitentiam, suscipit etiam ipsam, nec patitur quàmuis exiguę conuersionis perdere mercedem. Exemplis etiam hoc idem astrui potest. Dauid .n. per pęnitentiam, adulterij simul & homicidij ueniam impetrauit, grauiter tamen postea deliquit in po-
G puli enumeratione, quod populi multitudo prostrata ostendit. Illud autem mirabile est, quòd angelo ferienti plebem se obtulit di-

SED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 10. Si auerterit se iustus a iustitia sua, omnium quæ operatus est non recordabor amplius.

¶2 Præt. Vita operum ex vita operantis dependet: sed per peccatum mortale ille qui prius opera fecerat in charitate, mortificatur. ergo & opera ab ipso facta mortificantur.

III Vbi supra, art. 5. D. 951. Lib. 1. de sacramentis, par. 14. c. 4.

VLTERIVS. Videtur quòd opera mortificata per peccatum, per d pænitentiam non viuificentur. Hugo de Sancto Victore dicit, ꝙ nemo debet in spe correctionis peccare, quia
H quod semel amittitur, ipsum amplius nō recuperatur: sed opera in charitate facta sunt per peccatum amissa, vt dictum est. ergo non possunt amplius per pænitentiam recuperari.

¶ 2 Præt. Nihil uiuificatur, nisi quod natum est habere uitam: sed uita non est operum, sed opera facientis. ergo opera non possunt uiuificari per pænitentiam.

¶ 3 Præt. Quod non est, non potest viuificari: sed opera mortificata non sunt. ergo non possunt viuificari per pænitentiam.

¶ 4 Præt. Illud quod moritur non solum cadit a vita, sed etiam a potentia vitæ, quia principia vitæ corrumpuntur, sine quibus non est potentia ad vitam: sed opera præcedentia in charitate facta sunt per peccatum sequens mortificata. ergo non manet in eis potentia ad vitam, & sic non possunt iterum viuificari.

SED CONTRA. Iohel. 2. super illud, Reddam vobis, di-
I cit glo. Non patiar perire vbertatem, quam cum perturbationibus animi amisistis: sed vbertas illa fuit multitudo bonorum operum. ergo illa per pænitentiam restituuntur.

Ar. præced. argu. 1. in opp. falli et Ambro. ibi supra.

¶ 2 Præt. Pænitentia reuocat omnes defectus ad perfectum, vt dictum est: sed hoc non esset nisi opera mortificata restituerentur ad vitam. ergo per pænitentiam viuificantur.

Ar. præced. in cor. & ad 1.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd pænitentia de ratione sui ordinatur ad remotionem mali. Vnde quòd aliqua bona per pænitentiam restituuntur, hoc non est nisi per accidens inquantum remouet prohibens, vt dictum est: causa autem quæ est remouens prohibens exigit causam per se aliquam respectu effectus, cuius ipsa est causa per accidens. Viuificationis autem operum extra charitatem factorum non potest poni aliqua causa per se, quia vita operum ex vita operantis dependet, & ideo a gratia, vel charitate habent opera quòd viuant. Gratia autem, vel charitas quam
K pænitentia restituit, non potest operibus præcedentibus vitam conferre, quia habitus non format actum nisi qui ab eo procedit, & ita patet quòd per pænitentiam opera extra charitatem facta viuificari non possunt.

Habetur in glo. ord. super Iosue cap. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Isidorus verba Adamantij ibidem exponere videtur, per salutem intelligitur signum salutis, quod etiam peccatores in sacramentis suscipiunt. Vel dicendum, quòd concedit eis salutem in spe, sed non in re.

¶Ad secundum dicendum, quòd potentiæ naturales sunt magis propinquę charitati & gratię quantum ad rē, quàm actus virtutum acquisitarum, inquantum sunt subiectum gratiæ & charitatis: sed quantum ad similitudinem speciei manifestum est ꝙ est econtrario. Et præterea potentiæ naturales manent, nō autem actus uirtutum acquisitarum. Vnde illi qui dicebant naturalia fieri gratuita, non intelligebant quantum ad actus qui transeunt, sed quo ad potentias & habitus qui manent.

¶ Ad tertium dicendum, quòd causa quare opera illa sunt mortua

mortua est, quia nō sunt a charitate elicita: & ideo causa mortis ab eis non tollitur per pęnitentiam, vt dictum est.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ illud proprie viuere apparet, ꝙ ex se aliquem motum habet, & inde vitæ nomen proprie ad illa omnia trahitur, quæ ex se habent operationem aliquam sine aliquo principio extra, sicut quę intelligunt & sentiunt, vel mouentur, vel appetunt, vel nutriūt. Et inde est ꝙ nomen vitæ trāsumitur ad omnia illa quę habent debitam operationem, vel effectum, & illa quæ priuant hac dicūtur mortua, sicut dicimus aquam viuam quę est in impetu surgendi. Proprius autem effectus humanorū operum est, ꝙ per ea homo ad vltimum finem humanæ vitæ perueniat. s. beatitudinem: & ideo illa opera hominis proprie viua dicuntur, quæ hominem ad vitam æternam perducere possunt: illa autem mortua quæ hoc faciendi potestatem non habent: illa autem mortificata quæ hanc potestatem amiserūt, cum prius eam habuerint, & ideo opera bona ex charitate facta in eo qui gratiam habet, viua sunt: in eo aūt qui gratia caret, opera non ex charitate facta mortua sunt. Opera aūt prius ex charitate facta in eo qui gratiam dimittit, per peccatū mortificata sunt, quia peccatum sequens impedit ꝙ homo per illa opera non possit ad vitam introduci

cens. Grex iste quid fecit? fiat manus tua in me, & in domum patris mei. Quo facto statim sacrificio dignus iudicatur, qui absolutione æstimabatur indignus. Nec mirum si tali sua oblatione pro populo peccati sui adept⁹ est veniam, cum Moyses offerendo se pro plebis errore peccata diluerit. His, alijsque testimonijs pluribus euidenter ostenditur per pęnitentiam non se-

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut opera peccati trāseunt actu, sed manent reatu: ita opera bona in charitate facta, quāuis actu transeant, tamen manent in merendo, & secundum hoc possunt mortificari.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ per ingratitudinem meretur homo accepta beneficia amittere, & ideo per quantumcumque paruum peccatum mortale, quo homo deo ingratus de beneficijs perceptis fit, omnia bona præcedentia perdit quantumcumque fuerint ad fructum vitæ æternæ, nec propter hoc pęna culpam excedit.

pre- qsti.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ illud quod est in se mortuum, non potest respectu alterius actum vitę habere: sed accipiendo viuum metaphorice, vt dictum est, nihil prohibet qd in se viuū est, respectu vnius esse viuum, & respectu alterius esse mortuū: quia respectu vnius habet effectum suum, sed respectu alterius non habet propter indispositionem ipsius: sicut oculis ægris odiosa est lux, quæ puris est amabilis.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd opera in charitate facta, vt dictum est, & si transeant actu, manent tamen quantum ad meritum in dei acceptatione: & secundum quod sic manent, habent efficaciam quantum in ipsis est, inducendi facientem ad vitam æternam, & sic dicuntur viua manere: sed quòd hunc effectum in peccatore non habeant, est per accidens propter peccatum quod facit peccatorem indispositum ad percipiendum effectum præcedentium meritorum, nō autem ꝙ ab ipsis operibus aliquid dematur, cum in suo fieri efficaciam prædictam obtinuerint hoc ipso, quòd ex charitate sunt elicita, qd eis sequens peccatū auferre nō potest: & ideo remota indispositione a peccatore per pęnitentiam, opera illa præcedentia effectum suum in ipso iterum habere incipiunt, & secundum hoc viuificari dicuntur. Quidam autem dicunt, quòd non viuificantur per pęnitentiā sequentem, quia non manent vt viuificari possint: sed eadem ratione posset dici, ꝙ nec eis qui in iustitia perseuerant, ad vitam præcedentia opera valeant, quia quod non est, non potest aliquid valere.

de bre- vitæ

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ verbum Hugonis est intelligendum quantum ad bona amissa quæ nūquam recuperantur, quia tempus amissum nō recuperatur: & ideo eius iactura est grauissima, vt Seneca dicit, non autem loquitur de bonis mortificatis.

¶Ad secundum dicēdum, ꝙ opus dicitur viuum metaphoricè, inquantum habet effectum debitum, vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis non maneant actu, manent tamen merito in diuina acceptatione, sicut peccata transeunt actu, & manent reatu.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ sicut dictum est, opera prius viua non moriuntur in se, sed moriuntur per accidens quo ad istū, & ideo remoto illo accidente viuificari dicuntur.

A

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prædicti effectus sint pænitentiæ inquantū est uirtus.

q.1.ar.4. Hebr. 10.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ prædicti effectus non sint pęnitentiæ inquantum est virtus. Diuersorum .n. diuersi sunt effectus: sed virtus & gratia differunt, vt in secundo lib. dist. 26. dictum est. ergo cum remittere peccatum, & alia prædicta, quæ pęnitentiæ attribuuntur, sint effect⁹ gratiæ, non erunt effectus pęnitentiæ inquantū est virtus.

mel tantum, sed sepius nos a peccatis surgere, & veram pęnitentiā sæpius agi. Voluntarie enim peccantibus nobis, vt ait Apostolus, pro peccatis non relinquitur hostia secunda, scilicet quia semel tātum Christum oportuit pati, nec relinquitur secundus baptismus: relinquitur vero secunda pęnitentia, &
B tertia, & deinceps, vt Ioan. Chrysosto. super hunc locum ait. Scien-

Nempe Hebr. 10.

¶ 2 Præt. Quod cōuenit pęnitētiæ inquātum est virtus, conuenit cuilibet virtuti: sed remittere peccatum non conuenit cuilibet virtuti, quia ad minus virtutibus acquisitis nō cōuenit. ergo nec pęnitētiæ conuenit inquantum est virtus.

¶ 3 Præt. Pęnitentia secundum quod est virtus, contra fidem diuiditur: sed remissio peccatorum est per virtutem fidei, Act. 15. Fide purificans corda eorum. ergo non est per pænitentiam inquantum est virtus.

¶ 4 Pręt. Pænitentia alia & alia ratione est virtus, & sacrm: sed remittere peccatum conuenit ei inquātum est sacramentum, quia sic est medicina contra morbum peccati ordinata. ergo
C non competit ei secundum quod est virtus.

¶ 5 Præt. Pænitentia inquātum delet peccatum, dicitur, vel est secunda tabula respectu baptismi: sed baptismus liberat a peccato inquantum est sacramentum. ergo & pænitentia inquantum est sacramentum, non inquantum est virtus.

q. 1. pntis dist. ar. 1. q. 1. in cor. & ad prin. & aliquāto ad reliqua.

SED CONTRA. Pænitentia ex actu proprio habet ꝙ a peccato liberat, vt dictum est: sed ad actum proprium comparatur inquantum est virtus. ergo inquantum est virtus peccatum remittit.

¶ 2 Præt. Oppositum tollitur per suum oppositum: sed inquātum est virtus opponitur peccato. ergo inquantum est virtus tollit peccatum.

lib. 1. retra. ca. 12. to. 1. cap. 1. to. 1.

¶ 3 Præt. Omne peccatum ex voluntate cōmittitur, quia nisi sit voluntarium, non est peccatum, vt Aug. dicit: sed ex eisdem causis aliquid generatur & corrumpitur, vt in 2. eth. dicitur. ergo oportet ꝙ per voluntatem remittatur: sed pęnitentia habet rationem voluntarij inquantū est virtus. ergo per eam inquantum est virtus, peccata remittuntur.

q. 1. ar. 3. q̄stiū 1. i cor. & ad prin. & in arg. 1. in oppo. falsi in hac q̄stiun.

D RESPON. Dicendum, ꝙ in peccato duo possunt considerari. s. ipsa inordinatio quę in actu est, & macula quæ ex actu inordinato consequitur in anima. Et secundum hoc peccatū dupliciter remittitur, quia ex ipsa actus inordinatione homo quātum in se erat, iniuriam deo faciebat: ideo ex parte illa peccatum remittitur, secundum quod inæqualitas prædicta iniuriæ ad æqualitatem iustitię reducitur, quod facit pęnitentia inquantum est virtus quędam per suum actum, vt prius dictum est. *Sed* ex parte maculæ peccatum remittitur per gratiam, quę formaliter maculam tollit, sicut albedo nigredinem, & per cōsequens per alias virtutes gratia formatas. Et quia pęnitentia est talis virtus, ideo etiam ipsa formaliter peccatum remittit ex parte habitus: & hoc est quod quidam dīt, ꝙ remittit peccatum inquantum est gratia. Nō enim potest dici gratia, nisi inquantum est gratia informata, vel pp similitudinem effectus, vt
E prius dictū est: sed ut est sacrm ēt ex parte illa effectiue pctm̄ tollit, quia gratiam tribuit, sicut inducens albedinem, aufert nigredinem: & secundum hoc pęnitentia inquantum est sacramentum peccata dimittit, quia sacramentū nouę legis est causa instrumentalis gratiæ, vt in prima dist. dictū est: deus autem remittit sicut causa gratiæ efficiens, & Christ⁹ homo sicut causa meritoria gratiæ, & sacerdos sicut minister dei & sacramentorum dispensator. Et quia omnes alij effectus consequuntur ex pęnitentia inquantum peccata remittit, vt dictum est, ideo similis est ratio de omnibus alijs effectibus pęnitentiæ.

q. 1. ar. 4. q̄stiun. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non eodem modo est effectus gratiæ & virtutis, vt dictum est.

In cor. præsentis q̄sti.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non quælibet virtus est gratia informata, nec quælibet virtus habet actum ordinatū ad prædictam æqualitatem inter deum & hominem restituendam, vt dictum est: & ideo non oportet quòd quælibet virtus peccata remittat. Hoc .n. pęnitentiæ conuenit non inquātum est virtus simpliciter, sed inquantum est virtus quædam.

¶Ad

F ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ fides dicitur purificare cor, eo quòd primus motus ad iustificationem est fidei, & est etiam pęnitentiæ principium: vnde quod est pęnitentiæ, etiam fidei attribui potest.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sicut alia ratione pænitentia est virtus & sacramentum, ita & prædict⁹ effectus alio modo competit sibi inquantum est sacramentũ, & inquantũ est virtus, vt dictũ est.

dum, inquit, quòd hic quidam exurgunt horum uerborum occasione pænitentiam auferentes, quasi per pænitentiam non ualeat

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ baptismus remittit peccatum tãtum vnomodo: quia est tantum sacramentum, sed pænitentia pluribus, quia est virtus & sacramentum.

ARTICVLVS V.

Vtrum sine penitentia peccatorum remissionem quis consequi possit &c.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sine pænitentia peccatorum remissionem consequi possi, & prædictos effectus omnes, & ita non erit necessaria ad salutem. Super illud psal. 125. Qui seminãt in lacrymis, dicit gl. Noli esse tristis, si adsit tibi bona voluntas, vnde metitur pax: sed aliquis potest habere bonam voluntatem sine dolore pænitentiæ, vel sine actuali consideratione peccatorum suorum præteritorum. ergo pænitentia non est peccatori necessaria ad salutem. 3.q.86.ar.2

¶ 2 Præt. Luc. 7. super illud, Dimissa sunt ei peccata multa, dicit glo. Ardor charitatis rubiginem peccatorum in ea consumpsit: sed aliquis potest conuerti in deum ardenter per charitatem sine hoc, ꝙ conuertatur ad peccata præterita per pænitentiam. ergo sine pænitentia potest salutem consequi post pctm̃.

¶ 3 Præt. Sicut se habet auersio a deo ad damnationem, ita cõuersio ad deũ ad salutẽ: sed auersio a deo sine omni delectatione potest esse causa dãnationis. ergo conuersio ad deũ sine omni dolore pænitentiæ põt esse causa salutis, & sic idẽ qđ prius.

¶ 2 Præt. Motus fidei, qui pręcedit pænitentiam, posset intantum intendi, ꝙ sufficienter disponeret ad gratiam habendam: sed gratia sufficit etiam ad salutem sine operibus. ergo sine opere pænitentiæ pe cator posset salutem consequi.

¶ 5 Præt. In vltimo instanti vitæ posset infundi gratia: sed post vltimum instans non remaneret aliquod instans vitæ præsentis, in quo tantum pænitentia potest esse fructifera. ergo sine omni actu pęnitentiæ potest homo salutẽ per gratiã cõsequi.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit. Nemo suæ voluntatis arbiter constitutus potest inchoare nouam vitam, nisi pæniteat eum veteris vitæ: sed nullus potest consequi salutem nisi in nouitate vitæ inueniatur. ergo sine pænitentia nullus salutem consequi. potest (In lib. de pęnitẽtię medicina, c. 2. in princ.)

¶ 2 Pręt. Sicut baptismus ordinatur contra originale peccatũ, ita pænitentia contra actuale: sed nemo potest ab originali mũdari, nisi per baptismum vel susceptum actu, vel proposito saltem. ergo nec ab actuali sine pænitentia.

¶ 3 Præt. Ab omnibus dicitur ꝙ pænitentia est sacramentũ necessitatis: sed hoc nõ esset, si sine ea posset esse salus. ergo &c.

RESPON. Dicendum, ꝙ manente causa, manet effectus. Causa autem quare aliquis priuatur gratia per peccatum, est inæqualitas peccatoris, qua deum offendit: vnde quandiu ista inæqualitas ad æqualitatem non reducitur, non potest priuatio grãæ cessare, hoc. n. facit penitentia per suũ actũ, vt dictũ est supra: vnde sine actu pænitentiæ peccatori salus esse non põt.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ bona voluntas, quæ ad pacem metendam sufficiat, sine pænitentia esse nõ potest, quia non est ad æqualitatem reducta, & ideo ratio ex falsis ꝓcedit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut inter homines non restituitur amicitia post offensam, nisi per aliquem de offensa dolorem, ita nec charitas post peccatum, nisi per pænitentiam.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in auersione a deo semper est cõuersio ad bonum commutabile, & illa quãuis non habeat delectationem sensibilem, semper tamen habet quandam placentiam voluntatis: & similiter oportet ꝙ conuersioni ad deum adiungatur displicentia, & hic dolor pęnitentia dicitur. (D. 260. 998)

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ motus fidei nunquã potest tantum intendi, ꝙ grãæ continuetur, nisi pænitentia mediante.

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ forte nõ est accipere vltimũ instans vitæ, sed est accipere primum instãs mortis, alias inter primũ instãs vitæ, & primũ instans mortis, cum sit aliud & aliud instans, esset mediũ tẽpus: sed supposito ꝙ sit vltimum instans vitæ, tunc in illo eodem instanti & gratia infunditur, & motũ pænitentiæ homo habebit, & talis pænitentia sufficit ad salutem, vt dicit Augu. in lib. de ecclesiasticis dogmatibus, cap. 80.

EXPOSITIO TEXTVS.

POst hæc de pænitentia &c. Videtur ꝙ de pænitẽtia ante confirmationem & eucharistiam debuerit tractari, quia prius est recedere a malo, quod pertinet ad pænitentiã, q̃ perfici in bono, qđ pertinet ad illa duo sacramenta. Et dicendum, ꝙ confirmatio & eucharistia sunt de prima intentione sanctificationis, sed pęnitẽtia est de scđa intẽ- (In cor. pr ccdẽtis ar.)

peccator post lapsum resurgere secundo, & tertio, & deinceps. Verum etiam in hoc pænitentia non excludit, nec propitiationem quæ

tione: quia si homo nunquàm a gratia baptismali caderet, nõ indigeret pænitentia, indigeret tamen confirmatione & eucharistia. *Est enim pænitentia interior &c.* Secundum hoc etiam videtur quòd baptismus sit virtus, quia etiã est baptismus interior. s. baptismus flaminis. Et dicendum, ꝙ interior baptismus non dicitur baptismus nisi metaphorice, sed interior pænitentia dicitur pænitentia vere. Et præterea, interior actus non est de necessitate baptismi, alias pueri non possent baptizari: sed interior actus est de necessitate pænitentiæ. *Nihil prosunt lamenta &c.* Hoc intelligendum est de illis qui voluntate habituali replicant. Vel intelligendum, quòd nihil prosint ad uitam consequendam: quia qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit: baptismus tamen ratione characteris quẽ imprimit, aliquid ualet, etiam si homo fictus accedat. *Pænæ grauiori se subijcit.* Hoc intelligendum est de illis qui exterius per pænitentiam hypocrisin prætendunt, quia simulata æquitas est duplex iniquitas, ut August. dicit. Vel hoc dicitur, quia tollitur excusatio de ignorantia, uel surreptione in eo quòd peccatum aduertit de eo pænitẽs. *Vera pænitentia est cessare a peccato.* Sciendum quòd cessare a peccato non dicit simplicem negationem peccati, quia qui intermittit actum peccati, non dicit a peccato cessare: sed cessare a peccato proprie dicitur, cui peccatum displicet, & peccatum dimittere intendit, & hæc est vera pænitentia. *Cum emendationis proposito &c.* Sed contra. Vnius habitus unus est actus, hic autem ponuntur quatuor actus pænitentiæ. s. propositum emendationis, plangere peccata pręterita, & odire, & iterum nolle ulterius committere. Et dicendum ꝙ ista quatuor se consequuntur in pænitentia, & ideo quasi pro uno actu computantur: quia sicut amor delectationem parit in consideratione amati, ita odium peccati tristitiã de ipso parit, & tristitia ad destructionem ipsius mouet: & ideo inter quatuor pdicta, primũ est odire pctã, 2m̃ ea plangere, tertiũ ea destruere, quantũ ad pterita cũ proposito emẽdationis, & quãtũ ad futurũ p hoc ꝙ homo plangẽda cõmittere nolit, qđ est quartũ. *Semper puniens in se.* Habitu, vel proposito, sed nõ semper actu: quia quãdoque etiã motibus aliarũ virtutũ debet cõmoueri. *De pænitentia perfectorum &c.* Perfectos hic uocat q in pænitentia sunt pfecti, eã vsque ad finẽ vitæ cõtinuantes. *Si nos aliqua culpa mortalis &c.* Sciendum quòd culpa mortalis est quæ gratiam tollit, per quã est vita animæ, & sic omnis culpa mortalis est contra gratiam, sed quædam est contra rationem, ut periurium: quædam etiam contra naturam, ut sodomia: quædam autem est crimen, quæ est digna accusatione in iudicio: quædam autem est blasphemia, quæ est impositio alicuius falsi in deum uel ei subtrahendo quod inest, uel attribuẽdo quod non inest. *Quod tamen in quibusdam ecclesijs non seruatur.* Hoc intelligitur de pænitentia publica: sed solemnis, ut quidam dicunt, nuquàm iteratur. *Nec minus tribuit &c.* Videlicet quantum in ipso est, dummodo æqualiter se homo ad gratiam habendam præparet, non tamen oportet quòd semper in æquali charitate resurgat, vt in 3. lib. dictum est. *Etiam si ad summum perueniat malorum &c.* Hoc intelligendum est quantum ad actum, non quantum ad potentiam, quia aliquis est ita malus, quòd nullus alius est peior, non autem ita quòd nullus alius possit esse peior. *Et tamen grauiter postea deliquit.* Sed contra. Moyses etiam numerauit, nec tamen dicitur peccasse: & dicendum quòd Moyses numerauit ex præcepto domini, sed Dauid vt in populo gloriaretur: ideo autem eo peccante populus percussus est propter ostendendam habitudinem populi ad principem, sicut Aug. dicit in quæstionibus vtriusque test. de Acham. Ostenditur enim in ipsa pęna Acham quantum sit bonum in populo ipsa vnitas ut non in seipsis singula, sed in toto partes æstimentur. Vel sicut Grego. dicit super illud Iob, Qui regnare facit hypocritam &c. pro qualitatibus subditorũ disponuntur acta regentium, vt sepe per merita gregis, etiam vere boni delinquat vita pastoris: & ideo Dauid populum numerãdo peccauit, & tñ vindictã populus de pctõ suscepit. Vel dicendũ, ꝙ qa de populi elatione peccauit, ideo in populi occisione punit⁹ fuit, sicut aliqs dñs in amissione possessionis: nec tñ ppls iniuste passus est, qa hoc meruerat Absalon sequendo.

(Marginal notes: G, H, I, K; Super psal. 63.; dist. 31. q. 1. art. 4. qſti. 1.; In lib. Numeri per totum 1. & 34. cap. 2. Reg. cap. 24. q. 117. sup Iosue 7. Lib. 25. moral. cap. 14. Iob. 34)

DIVI.

DIVISIO TEXTVS. A

POstquam determinauit magister de pęnitentia quãtum ad sui veritatem, ostendens quid sit pænitentia secundum sui veram rationem, & remouens errorem quorundam, qui ad rationem pænitentiæ addere volebant futurã perseuerãtiam, hic intẽdit determinare de pęnitẽtia quãtum ad sui integritatem, quorũdam errorem remouẽs, qui falso opinabantur posse de vno peccato pęnitentiã agi, & non de alio: quod est contra integritatem pænitẽtiæ. Et diuiditur in partes duas. In prima ponit rationes quæ sunt causa erroris. In secunda improbat ipsum errorem, ibi. *Satis arbitror illis esse &c.* Prima in duas, secundũ quod error prędictus duos habuit modos positio- ([illegible] Au. in lib. [illegible] pœniten. cap. 9.)

sepe fit per pęnitentiam, sed secundum baptismum & hostiam.

DISTINCTIO XV.

A

Quòd pluribus irretitus peccatis non potest pænitere de uno uere, nisi de omnibus pæniteat.

ET sicut de prędictis authoritatibus illorum error conuincitur, qui pænitentiam sæpius agendam non putant, & per eam a lapsu peccantes frequenter surgere diffitentur: ita eisdem illorum opinio eliditur, qui pluribus irretitum peccatis asserunt de vno vere pænitere, eius- B

nis. In prima. n. parte reprobat rationes eorũ q dicebant, ꝙ de vno peccato sine alio poterat pænitentia agi & fructuose quantum ad præsens. In scđa, illorũ qui ponebant ꝙ hoc nõ erat fructuosum quãtũ ad pñs, sed quãtum ad futurum, qñ de peccatis alijs pænitentiã aget, ibi. *Quibusdam tamen videtur &c.* Prima in duas, In prima excludit probationem eorum, quæ ex authoritatibus canonis procedebat. In secunda probationes ex authoritatibus sanctorum, & rationes sumptas, ibi. *Alias quoque authoritates inducunt &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit obiectionem. Secundo, soluit eam, ibi. *Sed de his oportet &c.* Tertio, excludit quandam dubitationem ex præcedenti solutione ortã, ibi. *Attende lector &c. Alias quoque authoritates &c.* Circa hanc partem duo facit. Primo, ponit probationes illorũ, quorum prima est ex authoritate Greg. secunda ex authoritate Amb. tertia ex ratione sumpta, vt per se patet. Secundo, soluit eas, & primo ad authoritatẽ Greg. ibi. *His respõderi potest &c.* Secundo, ad authoritatem Ambro. ibi. *Illud autem quod Ambro. ait &c.* Tertio, ad rationem, ibi. *Ad hoc autem quod obijcitur &c.* *Quibusdam tamen videtur &c.* Hic destruit probationes alterius positionis &c. Et circa hoc duo facit, primo ponit eas: secundo soluit, ibi. *Sed hæc dicta intelligimus &c.* Et ponit duas solutiones, quarum secunda incipit, ibi. *Potest etiam accipi de operibus bonis &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit ꝙ bona extra charitatem facta, etsi valeant ad tolerabilius iudicium sustinendum, non tamen valent ad vitam consequendam. Secundo, ostẽdit idem de operibus in charitate factis, quæ postea per peccatum mortificantur, ibi. *Illa etiam quæ in charitate &c.* *Satis arbitror &c.* Hic improbat ipsum errorem. Et circa hoc duo facit, primo improbat errorem: secundo concludit veritatem. s. quæ sit vera & sufficiens pęnitentia, ibi. *Ex præmissis perspicue fit &c.*

QVÆSTIO PRIMA.

A

Hic est quærendum de satisfactione, & de partibus eius. Vnde quatuor hic quæruntur.

¶ Primo, De ipsa satisfactione.
¶ Secundo, De eleemosyna.
¶ Tertio, De ieiunio.
¶ Quarto, De oratione, his enim tribus homo satisfacit.

Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primo, Quid sit satisfactio.
¶ Secundo, Vtrum possibile sit a nobis deo satisfieri.
¶ Tertio, Qualiter homo satisfacere possit.
¶ Quarto, Per quæ.
¶ Quinto, Vtrum restitutio sit pars satisfactionis.

A ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum satisfactio sit uirtus, aut uirtutis actus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ satisfactio nõ sit neque virtus, neque virtutis actus. Omnis. n. virtutis actus est meritorius: sed satisfactio non est meritoria, vt videtur, quia meritũ gratuitum est: sed satisfactio debitum attendit. ergo satisfactio non est actus virtutis. (Id quoque habet de pęni. dist. 3. c. sunt plures.)

demque veniam a Domino consequi posse sine alterius pænitentia. Quod etiam auctoritatibus astruere conantur. Ait enim Propheta. Nõ iudicabit Deus bis in idipsum: vel, vt alij transtulerunt, Non consurget duplex tribulatio. Si ergo, inquiunt illi, aliquis sacerdoti fuerit confessus vnum de duobus, vel pluribus peccatis, & de illo iniunctam sibi pænitentiam a sacerdote satisfactionem expleuerit cæteris tacitis, non pro illo peccato amplius iudicandus est, de quo satisfecit ad arbitriũ sacerdotis, qui uicẽ Christi in Ecclesia gerit. Ideoq; si de eo iterum iudicetur, bis in idipsum iudicat Deus, & consurget (Naum 1.)

¶ 2 Pręt. Omnis actus virtutis est voluntarius: sed aliquando fit alicui satisfactio de aliquo eo inuito, vt quando aliquis pro offensa in alterum cõmissa a iudice punitur. ergo satisfactio nõ est virtutis act⁹.

¶ 3 Præt. Secundũ Philosophum, In virtute moris principale ẽ electio: sed satisfactio non fit per electionem, sed respicit principaliter exteriora opera. ergo non est virtutis actus. (3. Ethic. ex cap. 5.)

C SED CONTRA. Satisfactio ad pænitentiam pertinet: sed pænitentia est virtus, vt prius dictum est. ergo satisfactio est actus virtutis. (dist. 14. q. 1. ar. 1. qſt. 2.)

¶ 2 Præt. Nullus actus operatur ad deletionem peccati, nisi sit actus virtutis, quia cõtrarium destruitur per suum contrariũ: sed per satisfactionem peccatum totaliter annihilatur. ergo satisfactio est virtutis actus.

VLTERIVS. Videtur ꝙ non sit actus iustitiæ, quia satisfactio fit ad hoc, ꝙ reconcilietur ei quem offendit: sed reconciliatio cum sit amoris, ad charitatem pertinet. ergo satisfactio est actus charitatis, & non iustitiæ. III

¶ 2 Præt. Causæ peccatorum in nobis sunt passiones animæ, quibus ad malum incitamur: sed iustitia, secundum Philosophum, non est circa passiones, sed circa operationes. cum ergo ad satisfactionem pertineat peccatorum causas excidere, vt in litera dicitur, videtur ꝙ non sit actus iustitiæ.

D ¶ 3 Præt. Cauere in futurum non est actus iustitiæ, sed magis prudentiæ, cuius pars ponit cautela, vt in 3. lib. di. 33. dictũ est: sed hoc ptinet ad satisfactionẽ, qa ipsius est suggestionib⁹ peccatorũ aditũ nõ indulgere. ergo satisfactio nõ est act⁹ iustitiæ. (q. 3. arti. 1. qſtiũ. 2.)

SED CONTRA. Nulla virtus attendit rationem debiti nisi iustitia: sed satisfactio honorem debitum deo impendit, vt Ansel. dicit. ergo satisfactio est iustitiæ actus. (In lib. cur De⁹ homo lib. 1. c. 11.)

¶ 2 Pręt. Nulla virtus habet rerum exteriorum adęquationem perficere nisi iustitia: sed hoc fit per satisfactionem, quia constituitur æqualitas emendæ ad offensam præcedentem. ergo satisfactio est iustitię actus.

VLTERIVS. Videtur quòd diffinitio satisfactionis in litera inconuenienter ponatur ab Aug. Dicit. n. ꝙ satisfactio est: peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere. Causa enim actualis peccati fomes est: sed in hac vita non possumus fomitem excidere. ergo satisfacere nõ est causas peccatorum excidere. III (De ecclesia. dogmatib⁹ cap. 54.)

E ¶ 2 Pręt. Causa peccati est fortior quàm peccatum: sed homo per se non potest peccatum excidere. ergo multo minus causas peccati, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Satisfactio, cum sit pars pænitentiæ, præteritum respicit, non futurum: sed non indulgere aditum suggestionibus peccatorum respicit futurum. ergo non debet poni in diffinitione satisfactionis.

¶ 4 Præt. Satisfactio dicitur respectu offensæ preteritæ: sed de offensa pręcedenti nulla fit mentio. ergo inconuenienter assignatur diffinitio satisfactionis.

¶ 5 Præt. Anselmus ponit aliã diffinitionẽ in lib. Cur deus hõ, scilicet, Satisfactio est honorem debitum deo impẽdere, in qua nulla fit mentio horum quæ Augu. hic ponit. ergo altera eorum videtur esse incompetens. (lib. 1. c. 11. in litera.)

¶ 6 Pręt. Honorem debitum deo potest innocens impendere: sed satisfacere non competit innocenti. ergo diffinitio Anselmi est male assignata.

RESP.

F RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ aliquis actus dicitur esse actus virtutis dupliciter. Vno modo materialiter, & sic quilibet actus qui non habet malitiam implicitam, vel defectum debitæ circunstantiæ, actus virtutis dici potest: quia quolibet tali actu potest vti virtus in suum finem, sicut est ambulare, loqui, & huiusmodi. Alio modo, dicitur aliquis actus esse actus virtutis formaliter, quia in suo nomine formã & rationem virtutis implicitam habet, sicut fortiter sustinere, dicitur act⁹ fortitudinis: formale autem cuiuslibet virtutis moralis est ratio medij, vnde omnis actus qui rationem medij importat, actus virtutis formaliter est. Et quia æqualitas medium est, quod suo nomine satisfactio importat, nõ enim dicitur aliquid satisfactum, nisi secundum proportionem æqualitatis ad aliquid, constat quòd satisfactio etiam formaliter est actus virtutis.

duplex tribulatio. Sed de his tantum oportet illud tantum intelligi, quòd præcedentibus supplicijs cõmutantur in bonum, & sic perseuerant, super quos non cõsurget duplex tribulatio: qui vero inter flagella duriores & deteriores fiunt, vt Pharao, præsentibus æterna cõ-

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis satisfacere in se sit debitum, tamen inquantum satisfaciens voluntarie hoc opus exequitur, rationem gratuiti accipit ex parte operantis, & sic operans facit de necessitate virtutem: ex hoc. n. debitum diminuere habet meritum, quod necessitatem importat, quæ voluntati contrariatur: vnde si voluntas necessitati consentiat, non ratio meriti tolletur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ actus virtutis non requirit voluntarium in eo qui patitur, sed in eo qui facit, quia illius act⁹ est: & ideo cum ille, in quem iudex vindictã exercet, se habeat vt patiens ad satisfactionem non vt agens, non oportet ꝙ in eo voluntaria sit satisfactio, sed in iudice faciente.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ principale in virtute potest accipi dupliciter. Vno modo, principale in ipsa inquantum est virtus, & sic ea quæ ad rationem pertinent, vel magis ei propinqua sunt, principaliora sunt in virtute: & sic electio, & interiores actus in virtute, inquantum virtus est, principaliores sunt. Alio modo, potest accipi principale in virtute inquantum est talis virtus, & sic principalius in ipsa est, ex quo determinationem recipit. Actus autem interiores in aliquibus virtutibus determinantur per exteriores, quia electio quæ est cõmunis omnibus virtutibus, ex hoc quòd est electio talis actus, efficitur propria huius virtutis, & sic actus exteriores in aliqb⁹ virtutib⁹ sunt principaliores, & ita etiã ẽ in satisfactione.

Cap. 9. AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd secundum Philosophum in 5. eth. medium iustitiæ accipitur secundum adæquationem rei ad rem in proportionalitate aliqua. Vnde cum talem adæquationem ipsum nomen satisfactionis importat, quia hoc aduerbium, satis, æqualitatem proportionis designat, constat ꝙ satisfactio formaliter iustitiæ actus est: sed iustitiæ actus secundum Philosophum est vel sui ad alterum, vt quando aliquis reddit alteri quod ei debet: vel alterius ad alterum, sicut quãdo iudex facit iustitiam inter duos. Quãdo autem actus iustitiæ est sui ad alterum, æqualitas in ipso faciente constituitur: quãdo autem alterius ad alterum, æqualitas constituitur in iustum passo. Et quia satisfactio æqualitatem in ipso faciente exprimit, dicit actum iustitiæ qui est sui ad alterum proprie loquendo, sed sui ad alterũ potest aliquis facere iustitiam vel in actionibus & passionibus, vel in rebus exterioribus: sicut etiam iniuria fit alteri vel subtrahẽdo res, vel sub aliquam actionem lædendo. Et quia vsus rerum exteriorum est dare, ideo actum iustitiæ secundum quod æqualitatem in rebus exterioribus cõstituit, proprie dicitur hoc, quod est reddere, sed satisfacere manifeste æqualitatem in actionib⁹ demonstrat, quamuis quandoque vnum pro altero ponatur. Et quia adæquatio non est nisi inæqualium, ideo satisfactio inæqualitatem actionum præsupponit, quæ quidem offensam constituit, & ideo habet respectum ad offensam præcedentem. Nulla autem pars iustitiæ respicit offensam præcedentem, nisi vindicatiua iustitia, quæ æqualitatem constituit in eo qui iustũ patitur indifferenter, siue sit patiens idem quod agens, vt qñ aliquis sibiipsi pęnam infert: siue non sit idem, vt quando iudex alium punit ad vtrumque vindicatiua iustitia se habente. Similiter & pęnitentia quæ æqualitatem tantum in faciente importat, quia ipsemet pęnam tenet, vt sic quodammodo pænitentia vindicatiuæ iustitiæ species sit. Et propter hoc cõstat, ꝙ satisfactio quæ æqualitatem respectu offensæ præcedentis facientem importat, opus iustitiæ est quantum ad illã partem, quę pænitentia dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd satisfactio, vt ex dictis patet, est quædam iniuriæ illatę recompẽsatio. Vnde sicut iniuria illata immediate ad inæqualitatẽ iustitiæ pertingebat, & per consequens ad inęqualitatem amicitię oppositam: ita & satisfactio directe ad æqualitatẽ iustitię perducit, & ad æqualitatem amicitię ex consequẽti. Et quia actus aliquis elicitiue ab illo habitu procedit, ad cuius finẽ immediate ordinatur, imperatiue autẽ ab illo, ad cuius finem vlterius tendit, ideo satisfactio elicitiue ẽ a iustitia, sed imperatiue a chari ate.

nectunt, vt temporale supplicium sit eis æternæ pœnæ initium. Vnde August. Ignis succẽsus est &c. idest, uindicta hic incipiet, & ardebit vsque ad extremam damnationem. Hoc contra illos notandum est, qui dicunt illud, scilicet, Non iudicabit Deus bis in idipsum, ad omnia per-

Sup cant. cũ Deute. vt hĩ de penitã. dist. 1. cap. Ignis.

G

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis iustitia sit principaliter circa operationes, tamẽ etiam ex consequenti est circa passiones, inquantum sunt operationum causę: sed sicut iustitia cohibet iram ne alteri lęsionem iniuste inferat, & concupiscentiam ne ad aliorum thorum accedat, sic etiam satisfactio potest peccatorum causas excidere.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quęlibet virtus moralis participat actus prudentiæ, eo ꝙ formaliter ipsa complet in eis rationem virtutis, cum secundum eam medium accipiatur in singulis virtutibus moralibus, vt patet per diffinitionem virtutis positam in 2. ethi cap. 8.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, quòd iustitia nõ ad hoc tantum tendit vt inęqualitatem præcedentem auferat puniendo cůlpam pręteritam, sed vt in futurum ęqualitatem custodiat, quia secundum Philosophum in 2. ethi. pęnę medicinę sunt: vnde & satisfactio quę est iustitię actus pęnam inferentis, & medicina curans peccata pręterita, & pręseruans a futuris: & ideo quando homo homini satisfacit, & pręterita recompensat, & de futuris cauet. Et secundum hoc dupliciter potest satisfactio diffiniri. Vno modo, respectu culpę pręteritę, quam recompensando curat, & sic dicitur ꝙ satisfactio est iniuriæ illatæ recompensatio secundum iustitiæ æqualitatem, & in idem dicitur redire diffinitio Ansel. qui dicit, ꝙ satisfacere est deo debitum honorem impendere, vt consideretur debitũ ratione culpæ commissæ. Alio modo, potest diffiniri secundum quod præseruat a culpa futura, & sic diffinit eam hic August. Præseruatio autem a morbo corporali fit per ablationem causarum, quibus morbus consequi potest, eis enim ablatis non potest morbus sequi: sed in morbo spirituali non est ita, quia liberum arb. non cogitur, vnde causis præcedentibus potest vitari, quamuis difficulter causis amotis potest incurri: & ideo in satisfactionis diffinitione duo ponit. s. abscisionem causarum quantum ad primum, & abstinentiam liberi arbitrij a peccato quantum ad secundum.

H Cap. 8. — lib. 1. Cur deus homo cap. 11.

I AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ accipiendæ sunt causæ proximæ peccati actualis, quæ dicuntur duo, scilicet libido ex consuetudine, vel actu peccati relicta, & aliquæ reliquiæ peccati præteriti: & exteriores occasiones ad peccãdum, vt locus, societas mala, & huiusmodi, & tales causæ in hac vita per satisfactionem tolluntur, quamuis fomes, qui est causa remota peccati actualis, non tollatur totaliter in hac uita per satisfactionem, & si debilitetur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quia causa mali, vel priuationis eo modo quo causam habet, non est nisi bonum deficiens, bonum autem facilius tollitur quàm construatur: ideo facilius est causas priuationis & mali abscindere, quàm ipsum malum remouere, quod non remouetur nisi per constructionem boni, quod patet in cæcitate, & causis eius: & tamen causæ peccati prædictæ non sunt causæ sufficientes, cum ex eis non de necessitate sequatur peccatum, sed sunt actiones quædam: nec iterum satisfactio sine dei auxilio fit, quia sine charitate esse non potest, vt dicetur.

K ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis pænitentia ex prima sui intentione respiciat præteritum, tamen etiam ex consequenti futurum respicit, inquantum est medicina præseruans, & sic etiam satisfactio. Loco. s. supra citato, qstiun. 3.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ August. diffinit satisfactionem secundum quod fit deo, cui secundum rei veritatem nihil subtrahi potest, quamuis peccator, quantum in se est, aliquid subtrahat: & ideo in satisfactione tali principalius requiritur emẽdatio in futurum, quàm recompensatio præteritorum: & propter hoc ex parte ista August. satisfactionem diffiniuit, nihilominus tamen ex cautela futurorum cognosci potest recompensatio præteritorum, quia fit circa eadem conuerso modo. In præ-

terita enim respicientes, causas peccatorum propter peccata detestamur, a peccatis incipientes detestationis motum; sed in cautela a causis incipimus, vt causis subtractis facilius peccata vitemus.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ non est inconueniens quòd de eodem dentur diuersæ assignatiões, secundum diuersa quæ in ipso inueniuntur, & sic est in proposito, vt ex dictis patet.

¶ Ad sextum dicendum, quòd intelligitur debitum quod debemus deo ratione culpæ commissæ, quia debitum pænitentia respicit, vt prius dictum est.

tinere flagella, quia quidam his flagellis emendãtur, alij hic & in æternum puniuntur. Quinque enim modis flagella contingunt, uel ut iustis per patientiam merita augeãtur, ut Iob: uel ad custodiam uirtutum, ne superbia tentet, vt Paulo: uel ad corrigenda peccata, ut

ARTICVLVS II.

b Vtrum homo possit Deo satisfacere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ homo non possit deo satisfacere. Satisfactio enim debet æquari offensæ, vt ex dictis patet: sed offensa in deum commissa, est infinita, quia quantitatem recipit ab eo in quem committitur, cũ plus offendat qui principem percutit q̃ alium quemcumque. cum ergo actio hominis non possit esse infinita, videtur ꝙ homo deo satisfacere non possit.

C ¶ 2 Præt. Seruus quia totum quod habet domini est, non potest aliquid domino recompensare: sed nos serui dei sumus, quicquid nos boni habemus, ab ipso habemus. cum ergo satisfactio sit recompensatio offensæ præteritæ. videtur ꝙ deo satisfacere non possimus.

¶ 3 Præt. Ille, cuius totum quod habet, non sufficit ad vnum debitum exoluendum, non potest pro alio debito satisfacere: sed quicquid homo est, & potest, & habet, non sufficit ad soluẽdum debitum pro beneficio conditionis. vnde Esaiæ cap. 40. dicitur, ꝙ libanus ad succendendũ, & animalia eius non sufficient ad holocaustum. ergo nullo modo potest satisfacere pro debito offensæ commissæ.

¶ 4 Pręt. Homo totum tempus suum in dei seruitium debet expendere: sed tempus amissum non potest recuperari, propter quod est grauis iactura temporis, vt Seneca dicit. ergo nõ potest hõ recõpensationem deo facere, & sic idem quod prius.

¶ 5 Præt. Peccatum actuale mortale est grauius quàm originale: sed pro originali nullus satisfacere potuit, nisi esset deus & homo. ergo neque pro actuali.

D SED CONTRA. Sicut Hiero. dicit. Qui dicit deũ aliquid impossibile homini præcepisse, anathema sit: sed satisfactio ẽ in præcepto Luc. 3. Facite dignos fructus pænitentiæ. ergo possibile est deo satisfacere.

¶ 2 Præt. Deus est magis misericors quàm aliquis homo: sed homini possibile est satisfacere. ergo & deo.

¶ 3 Præt. Debita satisfactio est cum pœna culpæ æquatur, quia iustitia est idem quod contrapassum, vt Pythagorici dixerunt: sed contingit æqualem pœnam sumere delectationi, quæ fuit in peccando. ergo contingit deo satisfacere.

E RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, dupliciter homo deo debitor efficitur. Vno modo, ratione beneficij accepti: alio modo ratione peccati commissi. Et sicut gratiarũ actio, vel latria, vel si quid est huiusmodi respicit debitum accepti beneficij: ita satisfactio respicit debitum peccati commissi. In his autem honoribus qui sunt ad parentes, & deos, etiam secundum Philosophum, impossibile est æquiualens reddere secundum quantitatem, sed sufficit vt homo reddat quod põt, quia amicitia non exigit æquiualens nisi secũdum quod possibile est: & hoc etiam æquale est aliqualiter. s. secundum proportionalitatem, quia sicut se habet quod deo est debitũ ad ipsum deum, ita hoc quod iste potest reddere ad eum, & sic aliquo modo forma iustitiæ conseruatur, & similiter est ex parte satisfactionis: vnde non potest homo satisfacere, si ly satis, æqualitatem quantitatis importet. Contingit autem si importet æqualitatem proportionis, vt dictum est: & hoc sicut sufficit ad rationẽ iustitiæ, ita sufficit ad rationem satisfactionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut offensa habuit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ maiestatis, ita & satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordiæ, prout est gratia informata, per quam acceptum redditur quod homo reddere potest. Quidam tamen dicunt, quòd

A habet infinitatem ex parte auersionis, & sic gratis dimittitur: sed ex parte conuersionis finita est, & sic pro ea satisfieri potest. Sed hoc nihil est, quia satisfactio non respondet peccato nisi secundum quod est offensa dei, quod non habet ex parte conuersionis, sed solum ex parte auersionis. D. 658. 998.

Mariæ lepra: uel ad gloriam Dei, vt de cæco nato: uel ad iudicium pœnę, ut Herodi, quatenus hic uideatur quid in inferno sequatur, secundum illud. Duplici contritione contere eos domine. Illa ergo authoritas nõ cogit nos sentire omnia quę temporaliter puniuntur nõ

Nume. 12. Ioan. 9. Vt habetur act. 12.

¶ Alij vero dicunt, quòd etiam quantum ad auersionẽ pro peccato satisfieri potest virtute meriti Christi, qđ quodammodo infinitum fuit, vt in 3. lib. dist. 18: dictum est: & hoc in idem redit quod prius dictum est, quia p fidem Mediatoris gratia data est credentibus, si tamen alio modo gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum prædictum. Q. 1. art. 6. quæst. 1.

B ¶ Ad secundum dicendum, quòd homo qui ad imaginem dei factus est, aliquid libertatis participat inquãtum est dominus suorum actuum per liberum ar. & ideo ex hoc ꝙ per liberũ ar. agit, deo satisfacere potest, quia quàmuis dei sit prout a deo est sibi concessum, libere tamen traditum est vt eius dominus sit, quod seruo non competit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa concludit, ꝙ deo ęqualis satisfactio fieri non possit, non autem ꝙ non possit sibi sufficiens fieri. Quàmuis. n. homo totum suum posse deo debeat, non tamen ab eo exigitur de necessitate, vt totum quod possit, faciat, quia hoc est ei impossibile secundum statum præsentis vitæ, vt totum posse suum ad aliquid vnum expendat, cũ oporteat eum circa multa solicitum esse: sed est quædam mensura homini adhibita, quæ ab eo requiritur. s. impletio mandatorũ dei, & super ea potest aliquid erogare vt satisfaciat.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quàmuis homo non possit tempus præteritum recuperare, potest tamen in futuro recompensare illud quod in præterito facere debuisset, quia non debuit debito præcepti totum quod potuit, vt dictum est.

¶ Ad quintũ dicendum, ꝙ originale peccatum, & si minus habeat de ratione peccati quàm actuale, tamen est grauius, quia est ipsius humanæ naturæ infectio: ideo per vnius hominis puri satisfactionem expiari non potuit, sicut actuale. D. 1006.

ARTICVLVS III.

c Vtrum homo possit de uno peccato sine alio satisfacere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd homo possit de vno peccato sine alio satisfacere. Eorum enim quæ non habent connexionem adinuicem, vnum potest auferri sine alio: sed peccata non habent adinuicem cõnexionem, alias qui haberet vnum, haberet omnia. ergo vnum potest expiari sine alio per satisfactionem.

¶ 2 Præt. Deus est magis misericors quàm homo: sed homo recipit solutionem vnius debiti sine alio. ergo & deus satisfactionem vnius peccati sine alio.

¶ 3 Præt. Satisfactio, vt in litera dicitur, est peccatorum causas excidere, nec suggestionibus aditum indulgere: sed contingit hoc fieri de vno peccato sine alio, vt s. luxuriã refrænet, & auaritiæ ĩsistat. ergo de vno peccato potest fieri satisfactio sine alio.

SED CONTRA. Esaiæ. 58. dicitur. Ieiunium eorum, qui ad contentiones & lites ieiunabant, deo acceptum non erat, licet ieiunium sit satisfactionis opus: sed non potest fieri satisfactio nisi per opus deo acceptum. ergo non potest, qui habet aliquod peccatum, deo satisfacere.

¶ 2 Præt Satisfactio est medicina curans peccata præterita, & præseruans a futuris, vt dictum est: sed peccata non possunt sine gratia curari. ergo cum quodlibet peccatum gratiam auferat, non potest de vno peccato fieri satisfactio sine alio. 3. quæst. 3.

VLTERIVS. Videtur ꝙ qui de peccatis omnibus contritus fuerit prius, & postea in peccatum incidit, de aliis peccatis quæ sibi per contritionẽ dimissa fuerant, satisfacere possit extra charitatẽ existens. Dixit. n. Daniel Nabuchodonosori. Peccata tua elemosynis redime: sed ipse adhuc peccator erat, quod sequens pœna demõstrat. ergo potest existens in pctõ satisfacere. Dañ. 4.

¶ 2 Pręt. Nemo scit an sit dignus odio, vel amore, Ecclesiastes 9. si ergo non posset fieri satisfactio nisi ab eo qui est in charitate, nullus sciret se satisfacere, & hoc est inconueniens.

¶ 3 Præt. Ex intentione quam homo habet in principio actus, totus actus informatur: sed pęnitens quando pęnitentiam inchoauit, in charitate erat. ergo tota satisfactio sequens ex illa

charitate

charitate intentionem eius informante efficaciam habebit.

¶ 4 Præt. Satisfactio consistit in quadam adæquatione pęnę ad culpam. sed talis adæquatio potest fieri in eo qui charitatem nõ habet. ergo &cæt.

SED CONTRA. Prouer. 10. Vniuersa delicta operit charitas: sed sanctificationis virtus est delere delicta. ergo sine charitate non habet suã virtutem.

¶ 2 Præt. Præcipuũ opus in satisfaciẽdo est eleemosyna: sed eleemosyna extra charitatem facta nõ valet, vt patet 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum &c. ergo nec satisfactio aliqua est.

vlterius a Deo punienda. Nam & si supra eundem locum Hiero. dicat Ægyptios & Israelitas a Deo tẽporaliter punitos ne in ęternum punirentur, non est tamen de omnibus generaliter intelligendum. Ait enim sic. Quia genus humanum diluuio, Sodomitas igne, Ægyptios mari, & Israelitas in eremo pdidit, scitote iõ tẽporaliter ꝓ peccatis punisse, ne in ęternũ puniret: qa nõ iudicabit Deꝰ bis in idipsum. Qui ergo puniti sunt, postea non punientur, alioquin mẽtitur Scriptura, quod nephas est dicere.

Quæ sit intelligentia præmissorum.

ATtende lector his uerbis, & caue ne de omnibus generaliter intelligas, sed de his tantum qui inter ipsa flagella pænitentiam egerunt, credentes in Deum Hebræorum, quam & si breuem & momentaneam, tamen non respuit Deus. Quia autem qui per temporale flagellum non corriguntur, post ęternaliter puniantur, ibidem ostendit agens de fideli deprehenso in adulterio qui decollatur, vbi ostendit leuia peccata breui & tẽporali supplicio purgari: magna vero diuturnis æternisq; suppliciis reseruari, ita inquiens. Quærat hic aliquis, si fidelis depræhẽsus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat? Aut. n. punietur, & falsum est quod dicitur, Non iudicabit Deus bis in idipsum: aut non punietur, & optãdum est adulteris, vt hic breui pœna puniantur, vt frustrentur ibi cruciatus ęternos. Ad quod respondemus, Deum ut omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras, & non pręueniri sententiam iudicis, nec illi in peccatorem exercendæ de hinc pœnæ auferri potestatem, & magnum peccatum magnis diuturnisque lui cruciatibus. Siquis vero punitus sit temporaliter, vt ille qui Israelitę maledixerat, et qui in sabbatho ligna collegerat,

III VLTERIVS. Videtur quòd postq̃ homo charitatem habuerit, valere incipiat satisfactio præcedens. Super illud Leuit. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus, dicit glo. ꝙ fructus bonæ conuersationis debet computari ex eo tẽpore quo peccauit: sed non computarentur nisi aliquam efficaciam acciperent ex charitate sequente. ergo post charitatem recuperatam valere incipiunt.

¶ 2 Præt. Sicut efficacia satisfactionis impeditur ꝑ peccatũ, ita efficacia baptismi impeditur per fictionẽ: sed baptismo incipit valere recedente fictione. ergo & satisfactio recedente peccato.

¶ 3 Præt. Si alicui pro peccatis commissis iniuncta fuerint multa ieiunia, & in peccatum cadens ea perfecerit, non iniungitur, cum iterum confitetur, vt ieiunia illa iteret: iniungeretur autem, si per ea satisfactio non impleret. ergo per pænitentiam sequentem opera præcedentia satisfacienda efficaciam accipiunt.

SED CONTRA. Opera extra charitatẽ facta ideo nõ erãt satisfactoria, quia fuerũt mortua: sed per pænitentiam non viuificantur. ergo nec incipiunt esse satisfactoria.

¶ 2 Præt. Charitas non informat actum, nisi qui ab ipsa aliqualiter procedit: sed opera non possunt esse deo accepta, ac per hoc nec satisfactoria, nisi sint charitate informata. ergo cum opera facta extra charitatem nullomodo ex charitate processerint, vel de cætero procedere possunt, nullomodo poterunt in satisfactionem computari.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ opera extra charitatẽ facta sint alicuius boni meritoria saltem temporalis, quia sicut se habet pœna ad malum actum, ita se habet præmium ad bonum: sed nullũ malum factum apud deum iustum iudicem est impunitum. ergo nec aliqd bonũ irremuneratũ, & sic per illud bonũ aliqd meret.

¶ 2 Præt. Merces non datur nisi merito: sed operibus extra charitatem factis datur merces, vt dicitur Matt. 5. de illis qui propter gloriam humanam opera bona faciunt, ꝙ receperunt mercedem suam. ergo opera illa fuerunt alicuius boni meritoria.

¶ 3 Præt. Duo existentes in peccato, quorum vnus multa bona facit ex genere & circunstantia, alius autem nulla, non æqualiter propinque se habent ad accipiendum bona a deo, alias non esset ei consulendum vt aliquid boni faceret: sed qui magis appropinquat deo, magis de bonis eius percipit. ergo iste per bona opera quæ facit, aliquid boni a deo meretur.

Elicite ex libro Prouer. 6. SED CONTRA est, quod Aug. dicit, ꝙ peccator nõ est dignus pane quo vescitur. ergo non potest aliquid a deo mereri.

¶ 2 Præt. Qui nihil est, non potest mereri: sed peccator non habens charitatem nihil est, ẽm esse spirituale, vt patet. 1. Cor. 13. ergo non potest aliquid mereri.

V VLTERIVS. Videtur ꝙ opera prædicta nõ valeant ad pęnæ infernalis mitigationem, quia secundum quãtitatem culpæ, erit quantitas pænæ in inferno: sed opera extra charitatem facta non minuunt quantitatem peccati. ergo nec infernalis pęnæ.

¶ 2 Præt. Pœna infernalis, quàmuis sit duratione infinita, tamen intensione finita est: sed quodlibet finitum cõsumitur aliqua finita subtractione facta. si ergo opera extra charitatem facta aliquid subtraherent de pœna debita pro peccatis, contingeret tantum multiplicari illa opera, quòd totaliter tolleretur pęna inferni, quod falsum est.

¶ 3 Præt. Suffragia ecclesiæ sunt magis efficacia quàm opera extra charitatem factą: sed sicut Augu. in Ench. dicit. Damnatis in inferno non prosunt suffragia ecclesiæ. ergo multo minus opera extra charitatem facta. Ca. 109.

Ca. 110. SED CONTRA est, quod Aug. dicit in Ench. quia ad hoc prosunt vt sit plena remissio, vel vt tolerabilior fiat damnatio.

¶ 2 Præt. Maius est facere bonum, quàm dimittere malum: sed dimittere malum semper vitat pœnam, etiam in eo qui charitate caret. ergo multo fortius facere bonum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd quidam dixerunt, ꝙ potest de vno peccato satisfieri sine alio, vt magister in litera dicit: sed hoc non potest esse. Cum. n. per satisfactionem tolli debeat offensa præcedens, oportet quòd talis sit modus satisfactionis qui competat ad tollẽdam offensam: offensæ autem ablatio est amicitiæ restitutio, & ideo si aliquid sit quod amicitiæ restitutionẽ impediat, etiam apud homines satisfactio esse non potest. ergo cum quodlibet peccatum amicitiã charitatis impediat, quę est hominis ad deum, impossibile est vt homo de vno peccato satisfaciat alio d retento: sicut nec homo satisfaceret, qui pro alapa sibi data, se ei prosterneret, & aliam sibi daret. D. 1013

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ quia peccata non habent connexionem adinuicem in aliquo vno, vnum potest quis incurrere sine alio: sed vnum & idem est secundum quòd omnia peccata remittuntur, & ideo remissiones diuersorum peccatorũ connexæ sunt, & de vno sine alio satisfactio fieri non potest.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in obligatione debiti non est nisi inæqualitas iustitiæ opposita, quia vnus rem alterius habet, & ideo ad restitutionem non exigitur nisi quòd restituatur ęqualitas iustitiæ, quod quidem potest fieri de vno debito, nõ de alio. Sed vbi est offensa, ibi est inæqualitas non tantum iustitiæ opposita, sed etiam amicitiæ: & ideo ad hoc ꝙ per satisfactionem offensa tollatur, non solum oportet quòd æqualitas iustitiæ restituatur per recompensationem æqualis pœnæ, sed etiam quòd restituatur amicitiæ æqualitas, quod non potest fieri, dum aliquid est quod amicitiam impediat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnum peccatum suo pondere ad aliud trahit, vt Greg. dicit. & ideo qui vnum peccatum retinet, non sufficienter causas alterius peccati excidit. Lib. 31. Moral. c. 31.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd postquàm omnia peccata per pænitentiam & cõtritionem remissa sunt, si aliquis ante satisfactionem peractã in peccatum decidat, & in peccato existens satisfaciat, quòd satisfactio ei valeat: ita quòd si in peccato illo moreretur, in inferno de illis peccatis non puniretur. Sed hoc non potest esse, quia in satisfactione oportet quòd amicitia restituta iustitiæ æqualitas restituatur, cuius contrarium amicitiam soluit, vt Philosophus in 8. Ethico. dicit, æqualitas autem in satisfactione ad deum non est secundum æquiualentiã, sed magis secundum acceptationem ipsius, vt est dictum: & ideo oportet quòd & si iã offensa sit dimissa per præcedentem contritionem, quòd opera satisfactoria sint deo accepta, quod dat eis charitas, & ideo sine charitate opera facta non sunt satisfactoria. Ex c. 4. Ar. præced.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consilium Danielis intelligitur quòd a peccato cessaret, & pæniteret, & sic per eleemosynas satisfaceret.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut homo nescit pro certo vtrum charitatẽ habuerit in satisfaciẽdo, vel habeat, ita etiã nescit pro certo vtrũ satisfecerit, & ideo dicit Eccles. de propitiatu peccatorum noli esse sine metu: nõ tamen exigitur quòd propter hunc metum homo satisfactionem expletam iteret, si conscientiam peccati mortalis non habet. Quàmuis enim pœnã nõ expiet per huiusmodi satisfactionem, tamen non incurrit reatũ omissionis ex satisfactione neglecta: sicut nec ille qui accedit ad eucharistiam sine conscientia peccati mortalis, cui subiacet, reatum indignæ sumptionis incurrit. Ca. 5.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa intentio interrupta est per peccatum sequens, & ideo non dat operibus vim aliquam post peccatum factis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nõ potest fieri adæquatio sufficiens nec secundum diuinam acceptationem, nec secundum æquiualentiam, & ideo ratio non sequitur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd quidam dixerũt, quòd opera in charitate facta, quæ viua dicuntur, sunt meritoria vitæ æternæ, & satisfactoria respectu pœnæ dimittendæ: & quòd per charitatem opera extra charitatem facta viuificantur quantum ad hoc, quòd sunt meritoria vitæ æternæ. Sed hoc non potest esse, quia vtrumque habent ex eadẽ ratione opera ex charitate facta, scilicet ex hoc quòd sunt deo grata: vnde sicut charitas adueniens non potest ea gratificare quãtum ad vnum, ita nec quantum ad aliud.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non debet intelligi quòd fructus computetur a tempore quo primo in peccato fuit, sed a tempore in quo peccare cessauit, quo scilicet vltimo in peccato fuit. Vel intelligitur, quando statim post peccatum contritus fuit, & fecit multa bona antequam confiteretur. Vel dicendũ, quòd quãto est maior contritio, tanto magis diminuit de pęna, & quanto aliquis plura bona facit in peccato existens, magis se ad grãm contritionis disponit, & ideo ꝓbabile est quòd minoris pœnæ sit debitor: & propter hoc deberet a sacerdote discrete computari, vt ei minorem pœnam iniungat, inquantum inuenit eum melius dispositum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus imprimit characterem in animam, non autem satisfactio, & ideo adueniens charitas quæ fictionem tollit & peccatum, facit quòd baptismus effectum suum habeat, non autem facit hoc de satisfactione. Et præterea baptismus ex ipso opere operato iustificat, quod non est hominis, sed dei: & ideo non eodẽ modo mortificatur, sicut & satisfactio, quæ est opus hominis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquæ satisfactiones sunt, ex quibus manet aliquis d effectus in satisfacientibus, etiam postquam actus satisfactionis transit: sicut ex ieiunio manet corporis debilitatio, ex eleemosynis largitis diminutio substantię, & sic de similibus: & tales satisfactiones in peccatis factæ non oportet ꝙ iterentur, quia quantum ad id quod de eis manet, per pænitentiam deo acceptæ sunt. Satisfactiones autem quę non relinquunt aliquem effectum in satisfaciente, postquam actus transit, oportet quòd iterentur, sicut est de oratione & similibus: actus autem interior, quia totaliter transit, nullo modo viuificatur, sed oportet quòd iteretur.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd sicut in 3. lib. dist. 18. dictum est, meritum proprie dicitur actio qua efficitur vt ei qui agit, sit iustum aliquid dari. Sed iustitia d dupliciter dicitur. Vnomodo proprie, quæ scilicet respicit debitum ex parte recipientis: alio modo, quasi similitudinarie, quæ respicit debitum ex parte dantis. Aliquid enim decet dantem dare, quod tamen non habet recipiens debitum recipiendi, & sic iustitia est de essentia diuinæ bonitatis, sicut Ansel. dicit, quòd deus iustus est cum peccatoribus parcit, quia eum decet. Et secundum hoc etiam meritum dicitur dupliciter. Vnomodo, actus per quem efficitur vt ipse agens hẽat debitum recipiendi, & hoc vocatur meritum condigni. Aliomodo, per quem efficitur vt sit debitum dandi in dante secundũ decentiam ipsius, & ideo hoc meritum dicitur meritum congrui. Cum autem in omnibus illis quæ gratis dantur, prima ratio dandi sit amor, impossibile est ꝙ aliquis tale sibi debitum faciat qui amicitia caret, & ideo cum omnia bona & temporalia, & æterna ex diuina liberalitate nobis donentur, nullus acquirere potest debitũ recipiendi aliquod illorum, nisi per charitatem ad deum: & ideo opera extra charitatem facta, non sunt meritoria ex condigno neq; æterni, neque tpalis alicuius boni apud deum. Sed quia diuinam bonitatem decet, vt vbicũque dispositionem inuenit, perfectionem adijciat: ideo ex merito cõgrui d dicitur aliquis mereri aliquod bonum per opera extra charitatem facta. Et secundum hoc opera ista valent ad triplex bonum. s. ad temporalium consecutionem, ad dispositionem ad gratiam, & ad assuetudinem bonorum operum: quia tamen hoc meritum non proprie meritum dicitur, ideo magis concedendum est, quòd huiusmodi opera nõ sint alicuius meritoria, quàm quòd sint.

Cap. 1. AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Philosophus dicit in 8. Ethico. quia filius per omnia quæ facere potest, nihil æquale patri reddere potest his quæ a patre recipit: ideo nũquã pater debitor filij efficitur, & multo minus homo põt propter æquiualentiã operis deum sibi constituere debitorem, & ideo nullum opus nostrum ex quantitate suæ bonitatis habet ꝙ aliquid mereatur: sed ex vi charitatis quæ facit ea quæ sunt amicorũ esse cõmunia. Vnde quãtumcũque sit opus bonum extra charitatẽ factũ, nõ facit proprie loquendo, ꝙ aliquid recipiendi a deo faciens debitum habeat, sed opus malum ex quantitate suæ malitię secundũ æquiualentiã pęnam meretur, quia ex parte dei non sunt nobis aliqua mala facta sicut bona: & ideo quãuis opus malum mereaẗ ex condigno pęnam, non tamen opus bonũ sine charitate meretur ex condigno præmium.

¶ Ad secundum, & ad tertiũ dicẽdum, ꝙ procedũt de merito congrui, aliæ autem rõnes procedunt de merito cõdigni.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, ꝙ diminuere pœnam infernalem potest intelligi dupliciter. Vnomodo, ita ꝙ quis liberetur a pœna quam iam meruit, & sic cum nullus liberetur a pęna nisi sit absolutus a culpa, quia effectus non diminuuntur, neque tollũtur nisi diminuta, vel ablata causa per opera extra charitatẽ facta, quæ neque culpã tollere, neque diminuere possunt, pœna inferni mitigari non possunt. Aliomodo ita, ꝙ meritum pœnæ impediatur, & sic huiusmodi d opera diminuunt pœnam inferni. D. 1142 Primo quia homo reatum omissionis euadit, quæ huiusmodi opera perficit. Secundo, quia hmõi opera aliquo mõ ad bonũ disponũt, vt hõ ex minori cõtẽptu etiã peccata faciat, vt etiã a multis peccatis per hmõi opera retrahatur: sed diminutionem, vel dilationẽ tpalis pœnæ merenẗ hmõi opera, sicut dicitur de Achab. 3. Regũ. 21. eodẽ modo sicut & bonorũ temporaliũ cõsecutionẽ. Quidam aũt dicũt, ꝙ minuunt pœnam inferni nõ subtrahendo aliquid de ipsa q̃tũ ad substantiam, sed fortificando subiectũ vt melius sustinere possit. Sed hoc nõ potest esse, quia fortificatio nõ ẽ nisi ex ablatione passibilitatis, passibilitas aũt est ẽm mensuram culpæ, & ideo si culpa non diminuitur, nec subiectum fortificari potest. Quidam etiam dicunt, ꝙ diminuitur pęna q̃tum ad vermem conscientiæ, licet non quantum ad ignem. Sed hoc etiam nihil est, quia sicut pœna ignis ęquatur culpæ, ita & pœna remorsionis conscientiæ, vbi similis ratio est de vtroque, & per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum satisfactionem oporteat fieri per opera pœnalia.

AD QVARTVM sic proceditur. Videẗ ꝙ satisfactionẽ non oporteat fieri per opera pœnalia, quia per satisfactionem oportet fieri recõpensationẽ ad diuinã offensam: sed nulla recompensatio videtur fieri per opera pœnalia, quia deus non delectatur in pœnis nostris. ergo non oportet satisfactionem per opera pęnalia fieri.

¶ 2 Præt. Quãto aliquod opus ex maiori charitate ꝓcedit, tãto minus est pœnale. quia charitas pœnam non habet, 1. Io. 4. si ergo oportet opera satisfactoria esse pœnalia, quãto magis sunt ex charitate facta, minus erunt satisfactoria, quod falsum est.

¶ 3 Præt. Satisfacere est, vt dicit Ansel. honorẽ debitũ deo impẽdere: sed hoc etiam alijs q̃ operibus pęnalibus fieri potest. ergo satisfactionem non oportet pœnalibus operibus fieri. Libr deus homo cap. 11.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit. Iustum est vt peccator tanto maiora sibi inferat lamenta per pænitentiam, quãto maiora intulit damna per culpam. Habetur ex Homil. 33 in ordine.

¶ 2 Pręt. Per satisfactionẽ oportet sanari vulnus peccati perfecte: sed pctõrum medicinæ sunt pœnæ, vt Philosophus dicit in 2. ethi. ergo oportet ꝙ per pœnalia opa satisfactio fiat. Cap. 3.

VLTERIVS. Videtur ꝙ flagella, quibus a deo in hac vita punimur, nõ possint satisfactoria esse. Nihil. n. põt esse satisfactorium, nisi quod est meritoriũ, vt ex dictis patet: sed non meremur nisi per ea quæ in nobis sunt. cum ergo flagella quibus a deo punimur, non sint in nobis, videtur quòd satisfactoria esse non possunt.

¶ 2 Præt. Satisfactio tantum bonorum est: sed huiusmodi flagella in malis inducuntur, & præcipue eis debentur. ergo non possunt esse satisfactoria.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Satisfactio respicit peccata præterita: sed aliquando ista flagella insliguntur illis qui peccata nō habent, sicut de Iob patet. ergo uidetur quòd non sint satisfactoria.

Iob 1. & 2. cap.

Sed contra est, quod dicitur Ro. 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, & a peccato purgationem, ut glo. ibidem dicit. ergo flagella peccata purgant, & sic sunt satisfactoria.

Vt habetur in litera p̄sentis dist. ¶ 4 Præt. Ambro. dicit. Et si fides, idest, peccati conscientia desit, pœna satisfacit. ergo huiusmodi flagella sunt satisfactoria.

III Vlterius. Videtur quòd inconuenienter enumerentur opera satisfactoria, cū dicitur quòd sunt tria, eleemosyna, ieiunium, & oratio, quia opus satisfactorium debet esse

tales postea nō puniri, quia culpa leuis pn̄ti supplicio cōpensata sit, leuis. n. culpa leui supplicio compensatur. His satis innuit Hieron. grauia peccata & hic puniri graui supplicio, & in futuro punienda æternaliter, de quibus pænitentia nō agitur inter flagella. Leuia uero quæ hic puniuntur, leui pęna compensationem recipere: quod in bonis fieri non ambigimus, & in malis forte etiam fit ita. Satis iam apparet, quod illi de prophetia induxerunt non facere pro eis qui dicunt ei, qui crimen sibi reseruat,

pœnale: sed oratio pœnam non habet, cum sit contra pœnæ tristitiam medicina, sed delectationem. vnde dicitur Iaco. 5. Tristatur aliquis in uobis, oret, & psallat. ergo non debet computari iter opera satisfactoria.

¶ 2 Præt. Omne peccatum uel est carnale, uel spirituale: sed sicut dicit Hiero. Ieiunio sanantur pestes corporis, oratione pestes mentis. ergo non debet esse aliquod opus satisfactorium.

Super Marcum cap. 9.

¶ 3 Præt. Satisfactio necessaria est ad emundationem peccatorum: sed eleemosyna ab omnibus peccatis emundat, Luc. 11. Date eelemosynam, & omnia munda sunt uobis. ergo alia duo sunt superflua.

Sed contra. Videtur quòd debeant esse plura, quia contraria contrariis curantur: sed multo plura sunt peccatorum genera q̄ tria. ergo debent plura satisfactionis opera computari.

¶ 2 Præt. Peregrinationes etiam iniunguntur pro satisfactione, & disciplinæ, siue flagellationes, quæ non computantur sub aliquo horum. ergo insufficienter numerantur.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd satisfactio, ut dictum est, respectum habet ad præteritam offensam, pro qua recompensatio fit per satisfactionem, & etiam ad futuram culpam, a qua per eam præseruamur, & quātum ad vtrumque exigitur quòd satisfactio per opera pœnalia fiat. Recompensatio enim offensæ importat adæquationem, quam oportet esse eius qui offendit, ad eum in quem offensa commissa est: adæquatio autem in humana iustitia attenditur per subtractionem ab uno qui plus habuit iusto, & additionem ad alterum cui subtractum est aliquid: Deo autem quàmuis quantum ex parte sui est, nihil subtrahi possit, tamen peccator quantum in ipso est, aliquid ei subtraxit peccando, ut dictum est: unde oportet ad hoc quòd recompensatio fiat, quòd aliquid subtrahatur a peccante per satisfactionem, quod in honorem dei cedat: opus autem bonum ex hoc quòd est huiusmodi, non subtrahit aliquid, sed magis perficit ipsum: unde subtractio non potest fieri per opus bonum nisi pœnale sit. Et ideo ad hoc quòd aliquod opus sit satisfactorium, oportet quòd sit bonum, ut in honorem dei sit: & pœnale, ut aliquid peccatori subtrahatur. Similiter etiā pœna a culpa futura præseruat, quia non facile homo ad peccata redit ex quo pœna expertus est, unde secundum Philosophum, Pœnæ medicinæ sunt.

Ar. 1. p̄sentis q. quęst. 3. ad 4. — 2. Ethi. c. 3.

Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis deus non delectetur in pœnis ut sunt pœnę, delectatur tamē in eis ut sunt iustæ, & sic satisfactoriæ esse possunt.

¶ Ad secundū dicendum, q̄ sicut in satisfactione consideratur pœnalitas, ita in merito consideratur difficultas: diminutio autē difficultatis ex parte ipsius actus diminuit meritum cæteris paribus: sed diminutio difficultatis ex promptitudine uoluntatis non diminuit meritum, sed auget. Et similiter diminutio pœnalitatis ex promptitudine uoluntatis, quod facit charitas, nō diminuit efficaciam satisfactionis, sed auget.

¶ Ad tertium dicendum, quòd debitum pro peccato est recompensatio offensæ, quæ sine pœna peccantis non fit, & de tali debito Ansel. intelligit.

Vbi supra ar. quæstiū. 1. præsentis dist.

Ad secundam quæstionem dicendum, q̄ recompensatio offensæ præteritæ potest fieri & ab eo qui offendit, & ab alio. Qn̄ autem fit ab alio, talis recompensatio uindicationis magis quàm satisfactionis rationē habet. Quādo autem fit ab ipso qui offendit, ēt rationem satisfactionis habet: unde si flagella quæ pro peccatis a deo infliguntur, fiant aliquo modo ipsius patientis, rationem satisfactionis accipiunt. Fiunt aūt ipsius, inquantum ea acceptat ad purgationē peccatorū eis utenes patienter. Si aūt rō eius per impatientiam dissentiat, tunc non efficiuntur aliquo mō ipsius: & ideo non habet rationem satisfactionis, sed uindicationis tantum.

de alio ueniam præstari per pænitentiam. Alias quoque authoritates inducunt. Ait enim Greg. Pluit Dn̄s super unā ciuitatem, & super alterā non pluit: & eandē ciuitatē ex parte compluit, & ex parte aridam relinquit. Cum ille qui proximum odit ab alijs uitijs se corrigit, una eademque ciuitas ex parte compluitur, & ex parte arida remanet: quia sunt quidam qui cum quędam uitia resecent, in alijs grauiter perdurant. Item Ambro. Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus. Secunda per

Ad primum ergo dicendum, q̄ quāuis illa flagella n̄ sint omnino in potestate nostra, tn̄ quantum ad aliquid sunt, cum .s. eis patienter utimur, & sic homo facit de necessitate uirtutē, unde & meritoria, & satisfactoria esse possunt.

Super Ezech. Homil. 10. Et habetur de pæn. dist. 3. c. Pluit.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ sicut ex eodē igne, ut Grego. dicit. Aurum rutilat & palea fumat, ita eisdē flagellis & boni purgantur, & mali magis inficiuntur per impatientiam: & ideo quamuis flagella sint communia, tamen satisfactio est tantum bonorum.

Super psal. Beati immaculati &c. 18. in prin. Et habetur de pęn. dist. 3. c. Prima. Diffusius 5. Moral. principio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd flagella respectū habent ad culpam præteritam semper, sed non semper ad culpam personæ: sed ad culpam naturę. Si enim in natura humana, nulla culpa præcessisset, nulla pœna fuisset: sed quia culpa in natura præcessit, personæ alicui diuinitus pœna infertur sine culpa personæ ad meritum uirtutis, & cautelam peccati sequentis: & hæc duo ēt necessaria sunt in satisfactione. Oportet. n. esse opus meritoriū, ut honor deo exhibeatur: & oportet esse uirtutum custodiam, ut a futuris peccatis præseruemur.

Ad tertiam quæstionem dicendum, q̄ satisfactio, ut dictū est, debet esse talis, per quam aliquid nobis subtrahamus ad honorem dei. Nos autē nō habemus nisi tria bona. s. bona animæ, bona corporis, & bona fortunæ. s. exteriora. Ex bonis quidē fortunę subtrahimus aliquid nobis per eleemosynam, sed ex bonis corporalibus per ieiunium: ex bonis autem animæ non oportet q̄ aliquid subtrahamus nobis quantum ad essentiam, uel quantum ad diminutionem ipsorum, quia per ea efficimur deo accepti, sed per hoc quòd ea submittimus deo totaliter, & hoc fit per orationem. Competit etiam iste numerus ex parte illa quæ satisfactio peccatorum causas excidit, quia radices peccatorū tres ponuntur. 1. Io. 2. Cōcupiscentia carnis, cōcupiscētia oculorū, & cōcupiscētia uitæ. Et cōtra cōcupiscētiā carnis, ordinat ieiuniū: contra coucupiscentiam oculorum, eleemosyna: contra superbiā uitæ, oratio, ut Aug. dicit super Matth. Competit ēt quantū ad hoc quòd satisfactionis est, peccatorum suggestionibus aditū nō indulgere: quia omne peccatum uel in deum cōmittimus, & contra hoc ordinatur oratio: uel in proximum, & contra hoc eleemosyna: uel in nosipsos, & contra hoc ordinatur ieiunium.

quæstiun. 4. huius art.

Ad primum ergo dicendum, quòd secundum quosdam, duplex est oratio, quædam quæ est contemplatiuorum, quorum conuersatio in cælis est, & talis quia totaliter est delectabilis, nō est satisfactoria: alia est quæ pro peccatis gemitus fundit, & talis habet pœnam, & est satisfactionis pars. Vel dicendum est melius, quòd quælibet oratio habet rationem satisfactionis, quia quàmuis habeat suauitatē spiritus, tn̄ habet afflictionem carnis, quia ut dicit Greg. super Ezech. Dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmat p̄culdubio fortitudo carnis: vnde & neruus femoris Iacob ex lucta angeli emarcuisse legitur 1 Genesi.

D. 9. 960. Homil. 14. Cap. 32.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum carnale dicitur dupliciter. Vno modo, quod in ipsa delectatione carnis completur, ut gula, & luxuria: alio modo, quod cōpletur in his quæ ad carnem ordinantur, quàmuis non in delectatione carnis, sed in delectatione animæ magis, ut auaritia: unde talia peccata sunt quasi media inter spiritualia & carnalia, & ideo oportet quòd eis etiā respondeat aliqua satisfactio propria, scilicet eleemosyna.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis singula istorū per quandam conuenientiam singulis peccatis approprientur, quia congruum est ut in quo quis peccauit in hoc puniatur, & quòd peccati commissi per satisfactionem radix abscindatur, tamē quodlibet horum pro quolibet peccato satisfacere potest. Vnde ei qui non potest unum ex eis perficere, iniungatur aliud, & præcipuè eleemosyna aliorum uices supplere potest, inquantum alia satisfactionis opera per eleemosynam sibi quisque meretur quodam

modo

modo in illis, quibus eleemosynam tribuit: vnde non oportet quòd si eleemosyna omnia mūdat peccata, quòd propter hoc aliæ satisfactiones superfluant.

¶ Ad quartum dicendū, q̄ quàmuis sint multa peccata in specie, tn̄ omnia ad illas tres radices, vel ad illa tria peccatorū genera quib' dixim', dictas satisfactiōes r̄ndere reducuntur.

¶ Ad quintum dicēdū, q̄ quicquid ad afflictionē corporis pertinet, totū ad ieiunium refertur: & q̄dq̄d ad p̄ximi vtilitatē expendit, totū eleemosynæ rōnem habet: & silr̄ q̄cūq; latria exhibeatur deo, orationis accipit rationem, & ideo etiam vnum opus potest habere plures rationes satisfaciendi.

punitionem, vbi & si fides desit, pœna satisfacit, & reuelat. Ratione quoque vtuntur dicentes. Si quis vnū peccatum cōfiteretur, altero tacito, & satisfactionem a sacerdote iniunctam expleuerit, nūquid si & peccatum tacitum, conuersus, fuerit confessus, pro vtroque ei pænitentia imponetur? Longe hoc videtur a ratione, & Ecclesiæ consuetudine, quæ pro eodem peccato, ne reiteretur, nulli bis pænitentiam imponit. Fuit ergo illa peccati condigna satisfactio, vnde & peccatum deletum videtur.

Articulus V.

Vtrum restitutio sit satisfactionis pars.

Ad quintum sic proceditur. Videtur q̄ restitutio sit satisfactionis pars, quia satisfactio reconciliat deo, & proximo: sed per restitutionem homo recōciliatur proximo. ergo restitutio est satisfactionis pars.

¶ 1 Præt. Satisfactio fit per contrariū peccati, sicut per ieiuniū satisfacimus de gula: sed contrariū peccati malæ ablationis est restitutio. ergo restitutio est quædam satisfactionis pars.

¶ 3 Præt. Ambr. dicit q̄ vera pænitentia est a peccato cessare: sed qui restituit, a peccato cessat, quia quandiu quis alienū, eo inuito detinet, peccat. ergo restitutio est pars pænitentiæ: sed non nisi ratione satisfactionis. ergo est pars satisfactionis.

Sed contra. Satisfactio fit deo, vt patet per diffinitionem Ansel. supra positam: sed restitutio fit proximo. ergo satisfactionis non est restitutio pars.

¶ 1 Pręt. Satisfactio ponitur in arbitrio sacerdotis pænitentiā iniungentis, non autem restitutio. ergo restitutio non est satisfactionis pars.

II Vlterius. Videtur q̄ ablatum non semper debet restitui. Fama enim restitui non potest: sed fama aufertur. ergo non de omni ablato potest fieri restitutio.

¶ 2 Præt. Damna in personam illata sunt maxima: sed huiusmodi dāna non possunt restitui, vt ablatio virginitatis, abscissio membri alicuius. ergo non omne ablatum potest restitui.

¶ 3 Præt. Qui impedit aliquem a cōsecutione alicuius, vr̄ hoc sibi auferre: sed hoc non debet ei restituere, vel recompensare, sicut si quis impedit aliquem ne præbendam consequatur. ergo videtur quòd non omne ablatum debeat restitui.

¶ 4 Præt. Qui occasionem dāni dat, damnū dedisse vr̄: sed ille qui subuertit semina in campo proiecta, dat occasionem dāni de toto fructu, qui inde sequi posset: & similiter de illo, qui detinet pecuniam creditoris vltra terminum præfixum, ex qua ille poterat lucrari, de toto lucro quod accidere potuisset: nec tamē videtur quòd teneatur ad restitutionem totius lucri quod accidere potuisset, vel fructus qui percipiendus esset. ergo non oportet quòd semper fiat ablatorum restitutio.

Sed contra. Vr̄ q̄ homo debet plus restituere q̄ abstulerit, quia pręceptū legis veteris est, vt patet Exo. 22. q̄ ouis reddatur in quadruplum, & bos in quintuplum, & hoc præceptū cum sit de moribus, videtur esse morale, ergo adhuc manet. ergo tenetur homo in quintuplum, vel quadruplum restituere.

¶ 2 Præt. Ea quæ in scriptura ponuntur, nobis in exemplum dantur: sed Luc. 10. dicitur, quòd Zachæus se obtulit ad restitutionem in quadruplum eorum quæ acceperat per fraudem, ergo & talis debet esse apud nos restitutionis modus.

III Vlterius. Videtur q̄ solus ille qui accipit, ad restitutionem teneatur: quia non exigitur plus in restitutione, quàm illatum est in damno. si ergo vnus solus damnum intulit, ille solus ad restitutionem tenetur, alias multo plura reciperet dānificatus, quàm ea quæ amisit, si a quolibet consentiente debet sibi insolidum restitutio fieri.

¶ 2 Præt. Nulli debetur restitutio, nisi ei qui damnum passus est: sed contingit q̄ aliquis præcipiat damnificari aliquem, vel consulat, aut consentiat, & tamen ille non damnificatur. ergo tales non semper ad restitutionem tenentur.

¶ 3 Præt. Nullus debet incurrere damnum personæ pro euitando damno pecuniæ alterius, quia charitas debet esse ordinata: sed quandoque si aliquis raptorem manifestaret, incurreret personæ suæ periculum. ergo non est verū quòd teneatur ille qui non manifestat, ad restitutionem, vt quidam dicūnt.

¶ 4 Præt. Multi etiam boni viri non reprǽhendunt eos, quos vident iniuste accipere aliena: vnde durum esset dicere, q̄ tenerentur ad restitutionem oīum ergo etiā ille qui non reprǽhendit, non tenetur, vt a quibusdā dr̄, restituere. Similiter etiā pōt obiici de illis q nō obstant, & tamen obstare possunt.

IIII Vlterius. Videtur q̄ non sit semper restitutio facienda ei qui damnū passus est. Null'. n. potest restituere ei, quē non cognoscit: sed qn̄q; fur nescit cuius sit res quā furto accepit. ergo videtur q̄ non teneatur ei restituere.

¶ 2 Præt. Ille qui accepit, nō tenetur nisi ad restitutionem: sed aliquādo ad eum, cui debetur fieri restitutio, non posset peruenire sine magno damno, forte etiam in maiori, quàm sit pretium rei restituendæ. ergo videtur quòd in tali casu non teneatur ei restituere.

¶ 5 Præt. Aliquis in deprædatione ciuitatum iniuste accipit aliqua: sed non potest ei, cuius fuit, restituere, quia vel nescit eum, vel mortuus est. ergo videtur q̄ non teneatur restituere.

¶ 4 Præt. Aliquis prælatus ecclesiæ iniuste aliquas res ecclesiæ concedit: sed iste non tenetur reddere ecclesiæ, vt videtur, quia venirent ad manus illius prælati, qui non est dignus ea recipere. ergo videtur quòd non semper ei, qui damnum passus est, sit restitutio facienda.

Sed contra est, quia per restitutionē integratur ęqualitas iustitiæ: sed æqualitas iustitiæ est, vt quod aufertur a lucro apponatur ad damnum, vt dicitur in 5. ethi. ergo videtur q̄ restitutio sit semper facienda ei qui damnum passus est. Cap. 7.

Respon. Dicendum ad primam quæstionē, q̄ inæqualitas iustitiæ apposita duobus modis contingit. Vno modo, in rebus exterioribus, vt quando vnus rem alienam detinet. Alio modo, in actionibus & passionibus, sicut cum quis alium per violentiam verberat: & hæc duo aliquando separata sunt, vt per se patet, aliquando autem coniunguntur, vt cum quis per violentiam accepit, in quo ei a quo accepit, iniuriam & contumeliam infert, & secundum hoc reparatio æqualitatis iustitiæ dupliciter significatur. Reparatio. n. inæqualitatis existentis in rebus, restitutio dr̄: reparatio aūt inæqualitatis existentis in actionibus & passionibus, satisfactio nominatur: & ideo qn̄q; est satisfactio sine restitutione aliqua, vt cum quis se proximo humiliat de aliquibus contumeliis ei dictis: aliquando autem restitutio sine satisfactione, vt cum quis mutuum reddit: aliquando autem vtrumq; exigitur, vt cum quis alicui per violētiā rem suam subtraxit, & sic loquimur hic de restitutione rei male ablatæ, in quo homo proximum, & deum offendit. Quidam ergo dicunt, quòd talis restitutio non est pars satisfactionis, quia nō debetur deo tantum, nec est ad arbitrium sacerdotis, sed est ad satisfactionem præambulum. Sed hoc nihil est, q͞a omne peccatū quod in proximum committitur, etiā in deum cōmissum est, sicut & in dilectione proximi dilectio dei includitur, vnde & satisfactio proximi coniunctā habet satisfactionē dei. Nec obstat quòd non est ad arbitrium sacerdotis, quia sacerdos non est ibi vicarius p̄ximi, sicut est vicarius dei: & ideo satisfactio, quæ est deo facienda, dependet ex arbitrio eius, sed satisfactio, quæ est proximo, & deo simul faciēda, non: & ideo alij dicunt, q̄ est satisfactionis pars. Sed hoc verū nō est, quia satisfactio offensam remouet, & a pœna liberat. Nullus autem ex hoc ipso q̄ offendere desistit, consequitur hoc, q̄ de offensa præcedenti reconciliationem inueniat, vel pœnam pro illa debitam euadat: sed hoc solum consequitur, quòd maiorem offensam & pœnam non cumulat: & sic cessare ab offensa nulla pars satisfactionis est, sed est præambulum ad satisfactionem. Et ideo cum restitutio nihil aliud sit, quàm ab offensa cessare, quia ex hoc ipso quòd rem alienam detinet, eo inuito offendit, constat quòd non est pars satisfactionis proprie acceptæ, sed est præambulum ad satisfactionem: non tamen propter rationem prius assignatam, quia bene concedimus q̄ satisfactio proximo facta, est pars satisfactionis deo factæ, sed restitutio non est pars satisfactionis neq; deo, neq; proximo factæ.

Ad primum ergo dicendum, q̄ de offensa homo proximo non reconciliatur per hoc, quòd sua ei restituit, sed per hoc quòd supra hoc aliquid humilitatis ei exhibet: & ita non sequitur quòd restitutio sit satisfactionis pars.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ restitutio non est cōtrarium ad acceptionem, vel detentionem iniustā, sed magis est negatio,

 vel

vel priuatio ipsius: & ideo nõ oportet q hoc sufficiat ad satisfactionem, sicut nec est satisfactorium pro gula, vt quis nõ immoderate comedat, sed vt etiam a moderatis abstineat.

¶ Ad tertium dicendum, q cessare a peccato dr̃ esse pars pñiæ, nõ quidẽ desistẽdo a peccato pterito sicut pambulũ ad pñiam, sed pcidẽdo causas futurorum peccatorũ, vt dictũ est pri°.

Quomodo accipienda sunt præmissa.

HIs responderi potest sic, Illud Greg. Pluit dñs &c. non ad criminis veniam, sed ad operis peccati desertionem referendum est, vt ideo pars ciuitatis dicatur complui, quia ab actu, & delectatione peccati, cui ante seruiebat, mõ cessat, non q eius veniam habeat. Vocaturque pluuia illa talis continentia, qua ab opere peccati reuocatur, quia ex fonte gratiæ Dei id cordi instillatur, vt vel sic paulatim ad pænitentiã veniat, vel eo minus a Deo puniatur

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q per satisfactionem oportet q hõ sicut deo, ita pximo recõcilietur: recõciliatio aũt nihil aliud est, q̃ amicitiæ reparatio. Manente autem causa dissolutionis amicitiæ, amicitia reparari non potest, quæ quidem causa fuit inæqualitas ex iniusta acceptione, vel detentione causata: & ideo ille satisfacere non potest, nec deo reconciliari, qui rem male ablatam, vel detentam male, non restituit. ¶ Sed sciendum, q amicitia, vt Philos. dicit in 8. ethic. non requirit semper æquale, sed quod possibile, & ideo si aliqua sunt ablata, quæ omnino restitui non possunt, sufficit voluntas restituendi cum tanta restitutione, quanta possibilis est secundum conditionem vtriusq; ad arbitrium bonorum. Cap. 14.

G

AD PRIMVM ergo dicendum, q ille qui malitiam alicuius manifestat ei, qui habet corrigere, vel etiam si sit incorrigibilis in conspectu ecclesiæ, vt confusus a peccato desistat, vel saltem vt alij ab eius consortio corruptiuo discedãt, seruato ordine charitatis fraternæ, non iniuste famam aufert: vnde non tenetur ad famæ restitutionem. Si autem intentione diffamandi hoc fecerit, iniuste aufert, etiam si verum sit quod dicit, & tunc tenetur ad famæ restitutionem vel dicendo se falsum dixisse, si falsum dixit, vel quocumq; alio modo non mentiendo si verũ dixit: sine hoc tamen q se verum dixisse dicat, quia non debet alterius famam cum mendacio restituere.

H

¶ Ad secundum dicendum, quòd restitutio principaliter inuenta est in damnis, quæ inferuntur in rebus fortunæ, quæ restitui possunt: in his autem quæ obiectio tangit, quæ non possunt ad simile bonum restitui, debet fieri restitutio qualis possibilis est, scilicet ad arbitrium bonorum.

¶ Ad tertium dicendum, q ille qui impedit aliquẽ ne præbendam consequatur, si hoc faciat quia indignus est, vel vt de alio melius prouideatur, non iniuste facit: vnde non tenetur ad restitutionem. Si autem animo lędendi ipsum, tenetur ad restitutionem, non quidem tanti quãtum valebat præbenda, quia ipse eam non bene erat consecutus, sed pensatis conditionibus vtriusque secundum arbitrium bonorum.

I

¶ Ad quartum dicendum, quòd ille qui subfodit semina, non tenetur ad tantũ quantum agri fructus valituri erat, sed quantum ager sic seminatus valere consueuit, quia multis de causis potest impediri agrorum fructus. Et similiter dicendum est de eo, cui debitum non restituitur suo tempore, quia non tenetur restituere tantum quantum lucrari potuisset, sed secundum æstimationem lucri, quod accidere consueuit pensato labore, & infortuniis etiam, quæ in lucro accidere alias possent, quia lucrum non causatur tantum ex pecunia, sed ex industria, & labore.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illud præceptum legis quàmuis sit de moribus, non tamen est morale, sed iudiciale. Talia enim præcepta pro loco & tempore populo illi dabãtur, vnde nunc non obligant nisi de nouo statuerẽtur ab aliquo, qui statuendi haberet potestatem: nihilominus tamen inquãtum habebant aliquid significationis, per Christum impleta sunt huiusmodi præcepta, sicut & cæremonialia.

¶ Ad sextum dicendum, quòd Zachæus non dixit hoc quasi necessarium, sed ex abundanti.

K

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q quidam versus dantur de illis, qui tenentur ad restitutiones tales. Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus. Participans, mutus, non obstans, non manifestans. Sed tñ quinq; istorum sunt, quę ad restitutionem semper obligant, quorum primũ est iussio, quando aliquis iubet aliquem deprædari, alias tyranni non tenerentur ad restitutionem. Secundum est consensus ad rapinã perpetrandam in eo, sine quo rapina fieri non poterat. Tertium est recursus, quando scilicet aliquis receptator latronum est, & eis patrocinium præstat. Quartum est participatio, quando aliquis latroni se sociat ad spoliandum, & partem spoliorum accipit. Quintum est non obstans, cum scilicet ex officio obstare tenetur, vt principes terræ, qui iustitiam seruare debent, si non obstant, cum obstare possint, ad restitutionem tenẽtur. In

F

aliis autem causis enumeratis non obligatur semper quis ad restitutionem, nisi in certis casibus quãdo probabiliter credit quòd cõsilium suum fuit efficax, & quòd alias iniusta ablatio commissa non fuisset. Similiter etiam non omnis palpo, idest, adulator ad restitutionem tenetur, sed ille qui adulando ad auferendum incitat, dicens hoc signum strenuitatis esse. Similiter etiam mutus dicitur, qui ex officio reclamare tenetur, & non reclamat, nec tunc semp tenetur ad restitutionem, nisi operet vt fiat iniusta ablatio: sed debet inducere eum qui abstulit, vt reddat. Similiter etiam nõ omnis, qui non manifestat, tenetur ad restitutionem, sed ille qui pro latrocinio cælat, & particeps est lucri: in omnibus autem his, si principalis restituit, alij deobligantur a debito restitutionis: & per hoc patet solutio ad obiecta.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, q restituere est iterato statuere aliquem in suæ rei possessionem: & ideo patet q illi qui priuatus est re sua, debet fieri restitutio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando incertus est dominus rerum ablatarum, pauperes sunt hæredes: & ideo non deobligatur a debito restitutionis, nisi det pauperib° pro anima illius, cui restitutio debebatur, adhibita tamen prius diligentia debita.

¶ Ad secundum dicendum, q si sit res magni valoris, debet sibi transmittere si potest cõmode: nec obstat si damnum de remissione patitur, quia ipse sibi causa fuit iniuste auferendi. Si autem transmittere non possit, vel res sit non magni valoris, potest eam dare propinquis illius si habet, vel alicui cœnobio, si non habet propinquos cum protestatione tali, q ei reddere teneantur si requisiuerit, vel vnquàm comparuerit.

¶ Ad tertium dicẽdum, q ille qui illo modo accipit, debet pauperibus illius villæ restituere: vel in alios vsus communitatis illius ciuitatis expendere secundum arbitrium episcopi, vel illorum, ad quos pertinet cura illius ciuitatis.

¶ Ad quartum dicendum, q debet fieri restitutio ecclesiæ, vt res illę deueniant ad successorem illius prælati, quia ipse eas recipere, quàmuis nõ mereatur, ecclesia tñ perdere eas nõ debet.

QVÆSTIO II.

B

Deinde quæritur de eleemosyna.

Et circa hoc quæruntur sex.

- ¶ Primo, Quid sit.
- ¶ Secundo, De effectu, siue fructu eius.
- ¶ Tertio, De partibus eius.
- ¶ Quarto, De quo sit danda eleemosyna.
- ¶ Quinto, Quis possit eam dare.
- ¶ Sexto, Cui debeat dari.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum diffinitio eleemosynæ sit conuenienter assignata.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd diffinitio eleemosynæ, quam quidã assignãt, s. Eleemosyna est opus, in quo datur aliquid indigenti ex cõpassione propter deum, sit inconuenienter assignata. Visitare. n. infirmos species eleemosynæ est: sed in hoc opere nõ dat aliqd. ergo datio nõ debet poni in diffinitione elynę.

¶ 2 Præt. Ipsum datum eleemosyna dicitur, quia dicimur eleemosynam dare: sed ipsum datum nõ est opus, sed res quędam. ergo eleemosyna non est opus.

¶ 3 Præt. In eleemosynis aliquid quandoq; datur clericis præbendatis, qui tamen non indigent, sed diuites sunt. ergo non est de ratione eleemosynæ, quòd indigenti detur.

¶ 4 Pręt. Opus quod fit ex electione, est magis laudabile, q̃ op° qd fit ex passione, quia est deo cõformius, qui nihil ex passione operat: sed cõpassio est passio quędã, quia null° cõpatit, nisi patiat. ergo nõ est ex necessitate eleemosynę, q ex cõpassione det.

¶ 5 Præt. Actus non recipit speciem a fine vltimo, sed a proximo, alias oẽs actus virtutũ essent vnius speciei: sed vltimũ, qd ponitur in diffinitione, debet esse differentia specifica. cum ergo deus sit vltimus finis omnium actionum nostrarum, videtur quòd non debeat poni in diffinitione eleemosynæ quasi finalis differentia. A

VLTERIVS. Videtur quòd eleemosyna non sit satisfactionis pars. Non enim est necessarium satisfacere nisi ei qui peccauit: sed si nunquam homo peccasset, necesse haberet eleemosynas dare. ergo non est satisfactionis pars.

qui diuturniori delectatione, & actu peccati maius sibi accumulasset tormentum. Si vero ad indulgentiam reatus pluuia referatur, Euangelicæ sententiæ contraire ui debitur. Si enim propter misericordiam, qua quis proximo suo non miseretur, etiam quæ dimissa sunt replicantur ad pœnam, multo magis quæ nondum sunt dimissa pp odium fraternum, ad pęnam reseruari probãtur. Et si ille qui arbiter suę volũtatis cõstitutus est, non põt inchoare nouã uitã, ut ait Aug. nisi pæniteat eum veteris uitæ, quomodo ad nouitatem indul

Lib. de pænitent. medicina ca. 2. tom. 9.

B

¶ 2 Præt. Totum nõ potest esse perfectũ, si pars ei subtrahatur: sed potest aliquis perfecte satisfacere de aliquo peccato, etiã si nullam eleemosynam det. ergo satisfactionis pars non est eleemosyna.

¶ 3 Præt. Nihil potest esse pars totius, nisi differat ab aliis eius partibus: sed eleemosyna non differt a ieiunio & oratione secundum quod ad pænitentiam pertinent, quia hoc eis omnibus competit inquantum sunt pœnalia, ut ex dictis patet. ergo eleemosyna non est satisfactionis pars.

¶ 4 Præt. In sacramentis necessitatis, vt in baptismo, adhibetur remedium quod nulli possit deesse, sicut aqua: sed pænitentia est sacramentũ necessitatis, vt ex præmissis patet. ergo cum dare eleemosynam non possit cuilibet competere qui peccare potest, quia non est nisi possidentium aliquid, videtur quòd nõ debeat poni pænitentiæ & satisfactionis pars.

SED CONTRA. Luc. 3. super illud. Facite fructus dignos pænitentiæ, dicit glo. quòd dare eleemosynam sit pars pænitentiæ: sed non nisi rõne satisfactionis. ergo est pars satisfactionis. C

¶ 2 Pręt. In foro sæculari non solum punitur aliquis per corporis læsionem, sed etiam per bonorum subtractionem: sed satisfactio in foro pænitentiæ fit per opera pœnalia. ergo debent non solum ieiunium, quo affligitur corpus, sed eleemosyna, in qua subtrahuntur res temporales, pars pænitentiæ esse.

VLTERIVS. Videtur quòd eleemosyna non sit actus virtutis, quia 1. Timo. 4. vbi dicitur quòd pietas ad omnia valet, exponitur pro eleemosynarum largitione: sed pietas non est virtus, sed donum. ergo eleemosyna non est actus virtutis.

¶ 2 Præt. Nulla passio est virtus, vt Philosophus probat in 2. ethi. sed eleemosyna ex misericordia procedit quæ passio est, vt patet per glo. super illud psal. Tota die miseretur. Eleemosyna a misericordia incipit. ergo non est actus virtutis.

¶ 3 Præt. Nihil est in genere, quòd non sit in aliqua eius specie: sed non potest reduci, vt videtur, ad aliquam speciem virtutis, quia tantum tres virtutes inueniuntur circa exteriora bona operari, in quibus non est eleemosyna, scilicet iustitia, liberalitas, magnificentia: eleemosyna aũt non est actus iustitiæ, quia non reddit alienum, sed dat suum: similiter nec actus liberalitatis, quia liberalitas non attendit indigentiã, quam attendit eleemosyna: similiter nec magnificentię, quia potest esse in paruis, & in magnis. ergo non est actus virtutis. D

SED CONTRA est. Subuenire miseris est actus iustitiæ, vt patet per August. & habitum est in 3. li. di. 33. sed subuenire miseris pertinet ad eleemosynam. ergo eleemosyna est actus iustitiæ, & sic est actus virtutis.

¶ 2 Præt. Nihil est meritorium nisi actus virtutis, quia felicitas est virtutis præmium, vt etiam Philosophus dicit: sed eleemosyna est maxime meritoria. ergo est actus virtutis.

VLTERIVS. Videtur quòd eleemosyna non cadat in præcepto, Luc. 3. super illud. Interrogauerunt eum turbæ, dicit glo. Ex verbis Ioannis terrore percussi consilium quærunt: sed Ioannes respõdit quòd intenderent eleemosynis. ergo dare eleemosynas est consilium, & non præceptum. E

¶ 2 Præt. Quilibet potest licite sua retinere: sed retinendo sua non dat aliquis eleemosynam. ergo dare eleemosynam non est in præcepto.

¶ 3 Præt. Si cadit eleemosyna sub præcepto, non cadit nisi sub præcepto negatiuo, quia Ambro. dicit. Pasce fame morientem: si non pauisti, occidisti: non occidere aũt est præceptum negatiuum, sed non cadit sub præcepto negatiuo, alioquin homo teneretur semper eleemosynã dare, quia præcepta negatiua obligãt semper, & ad semper. ergo dare eleemosynam non cadit sub aliquo præcepto.

¶ 4 Præt. Omne quod cadit sub præcepto aliquo tempore obligat transgressores ad peccatum mortale: sed hoc non est de eleemosyna, quia semper potest probabilis opinio alicui remanere, quòd si ipse nõ subuenit, quòd alius subuenire posit: nõ .n. vn° possit oib° subuenire. ergo dare eleemosynã nõ cadit sub pcepto.

SED CONTRA est, quod dicit glo. Matth. 6. Te aũt faciente eleemosynã. Conscientiæ facienti eleemosynam pro præcepto adimplendo miscet se laudis appetitio. ergo dare eleemosynam cadit sub præcepto.

¶ 2 Præt. Illud sine quo charitas esse nõ potest, cadit sub præcepto: sed sine eleemosynarum largitione in aliquo casu charitas esse non potest, ut patet 1. Io. 3. Qui habuerit substantiã huius mũdi, & viderit fratrẽ suũ necessitatẽ patiẽtẽ, & clauserit viscera sua ab eo, quõ charitas patris manet in ipso? quasi dicat, nullo mõ. ergo dare eleemosynã cadit sub pcepto.

RESPON. Dicendum ad primã quæstionem, quòd eleemosyna nomen græcum est, Eleemosyni, munus quod inopi datur, & dr̃ ab ἔλεος qđ est miseratio, seu misericordia quæ miseriã alienã suã facit. Vñ sicut hõ miseriã a se expellit quantũ põt, ita misericors miseriam alienam expellit ei subueniendo, quæ quidem subuentio fit per hoc q ei sua bona communicat: unde ipsa communicatio bonorum propriorum ad miserum, nomen eleemosynæ accepit. Hæc autem communicatio non potest esse meritoria & uirtuosa, nisi quando propter deum fit: & ideo in diffinitione prædicta tanguntur omnia quæ ad perfectionẽ eleemosynæ concurrunt, secundum quod est meritoria. Ipsa enim miseria aliena, q̃ est misericordiæ principiũ, tãgitur in hoc qđ dicit, idigẽti: misericordia aũt q̃ ex miseria aliena nascit᷑ i nobis, tãgit᷑ in hoc qđ dicit, ex cõpassione: sed misericordiæ effectus in releuãdo alienam miseriam quasi suam, tangitur in hoc quod dicitur, opus in quo aliquid datur: hoc enim est essentiale ipsi eleemosynæ, sed intentio directa in deum, quæ dat ei rationem merendi, tangitur in hoc quod dicitur, propter deum.

AD PRIMVM ergo dicendum, secundum Philosophum in 5. ethi. Oĩa illa quorum pretium nummismate potest comparari, vel consueuit, potest in ratione dati & accepti venire: & ideo illi actus qui in subuẽtione alienæ miseriæ exhibentur, etiã quasi dona accipiuntur, cum sine pretio impenduntur. cap. 8.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia habitus distinguuntur ex actibus, & actus ex obiectis, ideo quãdoque nomina æquiuocantur ad habitus, actus, & obiecta, sicut patet de fide, quæ potest significare vel habitum fidei, vel actum eius, aut ipsam rem creditam. Et similiter eleemosynæ nomen aliqñ significat ipsam rem datam, & sic non diffinitur hic, aliquando ipsam dationem, & sic accipitur prædicta diffinitio. 2. de anima tex. co. 33.

¶ Ad tertium dicendum, quòd clericis etiam si ipsi non indigeant, eleemosynæ dantur, vt ministris pauperum & dipensatoribus eleemosynarum: & ideo quod eis in eleemosynam datur, per eos pauperibus transmittitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut in 3. lib. di. 26. dictũ est. Nomina passionum sensibilium aliquando per quandã similitudinem transferuntur ad actus voluntatis, qui sine passione sunt: & sic compassio, quę proprie importat passionẽ tristitiæ de aliena miseria, dicitur quandoque de ipso actu voluntatis, quo alicui displicet aliena miseria, & sine tali compassione numquam eleemosyna danda est: quia non subueniret aliquis miseriæ alienæ, nisi vellet eum non esse miserum, & talis compassio etiam in deo est, quia ei mala nostra ex voluntate antecedente displicent, & quandoque etiã ex consequente: sed in nobis etiam quãdoque adiungitur compassio proprie dicta, quia appetitus superior natus est appetitum inferiorem mouere: vnde si sit fortis impressio in superiori, erit etiam in inferiori, nisi aliquid repugnet, & ꝺm hoc misericordia, & uerecundia, & quædã aliæ passiones laudabiles sunt, inquantũ ex debita electione boni procedũt. Q. 1. ar. 5. in corp. D. 978

¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis esse propter Deum non det speciem eleemosynæ quãtum ad esse suum primum, tamen dat sibi vltimum complemẽtum secundum quod est meritoria, & ideo vltimo in diffinitione ipsius ponitur.

AD SECVNDAM quęstionẽ dicẽdũ, q a peccato desistere nõ est de essentia satisfactionis, vt ex pdictis patet, sed est ad satisfactionẽ pambulũ, sicut fundamẽtũ ipsius. Vnde cũ aliquis peccet hoc ipso q non facit hoc quod facere tenet᷑, cõstat q id qđ quis alias facere tenet᷑, nõ est de essentia satisfactionis, sed præambulũ ad ipsam: vnde cũ ad eleemosynarũ largitionẽ quandoq; aliquis tenetur, quandoq; nõ, vt postea patebit, cõstat q illarũ eleemosynarũ largitio ad quã quis tenet᷑, nõ ẽ pars satisfactiõis, sed pambulũ ad ipsam. Illæ vero eleemosynę, ad quas quis alias nõ tenet᷑, possunt satisfatoriæ eẽ, cũ sint opa bona & pænalia, qđ exi dist. præcedenti nempe 14. in expositione literæ, & presenti etiam distin. q. 1. art. 5. ad 3.

gebatur ad opus satisfactoriũ: punitur.n.quis nõ solũ ex afflictione corporis facta, sed ex subtractione rerũ. Et per hoc patet solutio ad primum. Quidam tamen dicunt, ꝙ etiam primæ satisfactoriæ sunt ex largitione diuinæ misericordiæ.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa procedit de parte integrali: eleemosyna aũt non est talis ps satisfactiõis, sed magis subiectiua, & iõ etiã sine ipsa satisfactio suã completam rõnẽ habet in quali bet suarũ partiũ p se, sicut alias in qua libet suarũ spẽrum.

gentiæ perueniet, qui odij uetustatem non deposuit. Illud etiam qđ Ambro. ait, & si fides desit, pæna satisfacit &c. non de fide intelligitur qua creditur in Deum, sed de conscientia delicti. Deest enim fides, cum conscientia peccati nõ subest. Nam cum omnia delicta

¶ Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ pœna dr̃ malum, inquantũ subtrahit aliquid bonũ, quia sic naturæ nocet: vnde sicut est diuersa ratio boni in diuitiis, quas appetit concupiscẽtia oculorũ, & delitiis, quas appetit cõcupiscentia carnis, & honoribus, in quos tendit superbia vitæ: ita est diuersa rõ pœnæ in eleemosyna, quæ subtrahit diuitias, & in ieiunio, quod subtrahit delitias, & in oratione, q̃ altitudinẽ superbi spiritus deprimit p humilitatẽ, & pp hoc sunt diuersæ partes satisfactionis. Nec differt de pdictis bonis vtrũ sint simplr̃ bona, vel estimata bona quãtũ ad rõnem pœnæ, sicut neq; quantũ ad rõnẽ appetitus: pœna enim voluntati contrariatur, vt Ansel. dicit.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ eleemosyna non tm̃ consistit in collatione pecuniæ, sed etiã in aliis obsequiis pp deũ proximis factis, vt dictũ est: vnde & si alicui pecunia desit, non tñ facultas dandi eleemosynã deest: & si deesset omnino facultas respectu eleemosynarũ corporalium propter penuriam rerũ, & corporis debilitatẽ, non tñ deesset facultas respectu eleemosynarum spiritualiũ, quia posset aliter vel consulere, vel orare saltem: & si etiã facultas omnino deesset, voluntas completa sufficeret. — Præsenti distĩ. hac 2. q. art. 1. q. 2.

Ad tertiam quæstionem dicendum, ꝙ cum virtus sit habit⁹ quo dirigimur ad bene operandũ, oportet ꝙ oĩs act⁹ q de se rectitudinẽ importat, ad aliquã virtutẽ reducat, quàmuis etiã in sui rõne non exprimat omne illud quod ad pfectionẽ virtutis requirit: sicut dare qñ dandũ est, dr̃ esse actus liberalitatis, quàmuis in hoc nõ exprimat oĩs debita circũstantia, quæ ad actũ liberalitatis exigit. Cũ ergo eleemosyna, ẽm quod dictũ est, importet quandã rectitudinẽ, quia significat dationẽ ordinatã ad subuentionẽ miseriæ, quod ipsum nomen declarat, cũ eleemosyna ab eleos, qđ est miseratio, seu misericordia dicat, patet ꝙ eleemosyna de se dicit virtutis actũ, q̃uis nõ exprimat oẽs conditiones, q̃ ad actũ virtutis requiruntur. Datio nes aũt & acceptiones ordinat liberalitas, vnde oportet ꝙ eleemosyna sit aliquo modo actus liberalitatis, cuius misericordia pars ponitur a quibusdã, vt in 3. dictũ est dist. 33. eo ꝙ liberalitas coniectat bonũ cõiter in dationib⁹: sed misericordia coniectat in eis aliqđ speciale bonũ, ꝙ est releuatio miseriæ aliorũ, vnde eleemosyna est act⁹ misericordiæ, & per ꝯñs liberalitatis. — ἔλεος. — q. 3. artic. 4. ex q. 4.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ pietas ẽm Aug. 10. de ciuit. dei, more vulgi dr̃ ipsa misericordia, & sic ad pietatẽ pertinere dr̃ eleemosyna, & non ẽm quod est donũ: qualiter autem pietas donum a misericordia differat, in lib. 3. dist. 33. dictũ est. — Cap. 1.

¶ Ad scđm dicẽdũ, ꝙ misericordia scđm qđ importat cõpassionẽ tm̃ ad miseriã alterius nõ est virtus, sed passio: scđm aũt qđ importat electionem compatientis, secundum hoc virtus est. — q. 3. artic. 4. q. 4.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ vt patet, eleemosyna reducitur ad aliquã virtutẽ etiã a philosophis assignatã, quia ad misericordiã immediate, & ad liberalitatẽ mediate. Quàmuis enim liberalitas communiter non attendat indigentiam, nihil tamen phibet aliquam liberalitatis speciem indigentiam attendere.

¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ subuenire miseris, vt ibidẽ dictũ est, non est actus iustitiæ ratione sui, sed rõne suæ partis, secundũ quod liberalitas etiam ad iustitiam reducitur sicut pars.

¶ Quintum concedimus.

Ad qvartam quæstionẽ dicendũ, ꝙ cum eleemosyna sit actus virtutis, oportet ꝙ aliquo modo cadat sub pcepto, quia præcepta legislatoris ad virtutẽ ducere intendunt, vt dr̃ 2. eth. reducitur aũt ad hoc præceptũ, Honora parẽtes, honor aũt ille ẽm Aug. ad reuerentiã, & subuentionem in necessariis pertinet, & noĩe parentũ oĩs proximus intelligitur: sed pcepta affirmatiua nõ obligant ad semper, quàmuis semper obligẽt, sed obligant pro loco, & tẽpore, & ẽm alias determinatas cõditiones. Cum aũt vsus diuitiarũ sit ordinatus ad subueniendũ necessitatib⁹ presentis vitæ, q̃ quidẽ subuentio debet esse ordinata patet ꝙ qui diuitiis nõ vtitur, ad subueniendũ pñtis vitę necessitatib⁹, vel inordinate vtitur, a virtute recedit. Ordo aũt subuentionis talis debet attendi quantũ ad duo ex parte eorũ, — Cap. 1. Exod. 20. Eccles. 3. Elicitiue ex serm. 64. ad fratres in eremo, vbi verba illa declarat.

F quibus subuenitur, vt primo sibi, postea sibi coniunctis subueniat, & deinde extraneis. Secundo, ex parte necessitatis talis debet esse ordo, vt prius absolute necessitatibus subueniatur, q̃ alicui necessitati cõditionatæ, q̃ est cũ quis indiget aliquo ad sui status decentem conseruationẽ: & ideo præceptũ legis ad hoc obligat, vt illud quod superest alicui post subuentionem perfectã, & sibi coniunctis, puta, familiæ quã gubernare debet respectu vtriusq; necessitatis, in eleemosynas expendat ad subueniẽdũ aliis respectu vtriusque dictarũ necessitatum: sicut etiã natura illud quod sibi de alimento superfluit ab actu nutritiuæ, in quo attenditur quasi necessitas absoluta, & actu augmentatiuæ, in quo attẽditur quasi necessitas conditionata, pparat ad cõseruationẽ speciei generatiuę virtuti subministrans. Et silr̃ pceptum legis obligat, ꝙ etiã necessitati extraneorũ absolute primo subueniatur, q̃ necessitati pprię, vel propinquorũ conditionatæ; & ideo dr̃ cõiter, ꝙ dare eleemosynã de supfluo, cadit in pcepto, & sic dare eleemosynã ei qui est in extrema necessitate, dare autem de eo quod est necessarium necessitate secunda, non autem de eo quòd est necessarium necessitate prima, quia hoc esset contra ordinem charitatis.

nemo intelligat, est aliquando in homine peccatũ, cuius non habet cõsciẽtiã. Vnde Apost. Nihil mihi cõscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. Cũ ergo quis flagellatur pro peccato cuius non est cõscius, si patiẽter fert pænã, & humiliter amplectitur, cogitãs se forte pctm̃ — 1. Cor. 4.

G

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ facere aliquid boni, ad qđ ex legis pcepto non tenemur, ad supererogationẽ pertinet, de qua consilia dantur: & ideo cum dare aliquid de superfluo respectu primę necessitatis, sed necessario secunda necessitate ad subueniendum maiori necessitati, & si non sit necessitas absoluta, est bonum, ad quod ex præcepto non obligamur, ideo est supererogationis: & propter hoc de hoc est consilium, & sic intelligitur glosa illa.

H

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut est accipere superfluũ, & diminutum in datione, ita in retentione & acceptione, vt Philos. dicit in 5. eth. Et ideo aliquis retinendo sua, contra virtutem facit qñq;, & per consequens contra legem dei, quæ ad omnem virtutis actum sufficienter ordinat: quàmuis non facit contra legem sæcularis fori, quæ non potest perfecte ad omnes virtutes ordinare. Et præterea, quãdo alius est in statu extremæ necessitatis, efficiuntur sibi omnia communia, vnde & si per violentiam, vel furtum acciperet, non peccaret. — Cap. 9.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut dictũ est, reducitur ad præceptum affirmatiuũ, quod est, Honora parentes: sed cum omne præceptũ affirmatiuum pro tempore, ad quod obligat, peccatum dimissionis inducat, omne autem peccatum sub prohibitione cadat, pręcepta [d] autẽ affirmatiua habent prohibitiones sicut præcepta negatiua annexa pro illo tẽpore, ad quod obligant, sicut etiam quælibet affirmatio habet negationẽ coniunctam, & secundum quod illud peccatum omissionis potest esse causa, vel occasio alterius peccati, secũdum hoc intelligitur quod Ambr. dicit. Pasce, si non paueris, occidisti. — Exo. & Eccles. vbi supra. — I — D. 1045 — De officiis, Et habetur dist. 86. c. Pasce.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ tẽpus, ad quod obligat præceptum de eleemosynis faciendis, accipitur ex parte accipientis, & ex parte dantis: ex parte aũt accipientis qñ apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ, nisi ei subueniatur, vt cum aliquis vidit alios impotentes, vel pigros ad subueniendum, & pauperem indigentem cibo, & potũ, & aliis vitæ necessariis, nec sibi satisfacere posse: non enim expectanda est vltima necessitas, quia tunc forte nõ posset iuuari natura iam famę, vel siti cõsumpta. Dicit enim Chrysost. super Io. Non oportet pauperẽ vlulantem deceptorẽ vocare. Quid dicis, o homo, propter vnum panem deceptionem quis complicat? vtiq; dicis: quocirca maxime misericordiam consequatur, aut maxima necessitate eripiatur. Ex parte autem dantis, quãdo habet homo multa quibus non indiget neq; ad sustentationem vitæ sui, & suorum, neq; ad decentem statum sui conseruationem, & si pauperes extremæ necessitatis non compareant, neq; oportet occasionem futurę necessitatis prætendere vltra probabilia signa futuræ necessitatis, quia hæc est superflua solicitudo, quam dominus prohibet Matth. 6. Nolite soliciti esse &c. — Et huic similia homilia 36. super Matth. cap. 10. — K — D. 1054

ARTICVLVS II.

b Vtrum eleemosyna decedentem in peccato mortali a pœna infernali liberet.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ eleemosyna decedentem in peccato mortali a pœna infernali liberet, Thob. 4. dicitur. Eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat, & non patitur animas ire in tenebras: sed in hoc nulla esset eleemosynæ commẽdatio, si illos a tenebris eriperet, qui tenebrarum debitores non erant, ergo & decedentes in peccato mortali, qui tenebrarũ debitores sunt, a tenebris inferni liberat. — A

¶ 2 Præt. Ambr. dicit. 1. Thi. 4. super illud. Pietas ad omnia valet. Pietatem autem sequens, si lubricum carnis patiatur, vapulabit quidem, sed non peribit: non autem potest intelligi de lubrico veniali, vel quo quis pænitet, quia etiam sine eleemosynis per illud non periret. ergo in peccato mortali decedentes, per eleemosynam liberantur a perditione inferni.

habere quod non intelligit, & pro eo puniri a Deo pœna illa, satisfacit & releuat grauatum. Ad hoc autem quod obiicitur de satisfactione illa, si satisfactio non fuit, iterum imponenda est. Si uero [b] iterum imponenda nõ est, satisfactio fuit, & si satisfactio fuit, ueniam

Sed contra. Nullus liberatur a pœna inferni, nisi per gratiam dei. Gratia enim dei uita æterna est, Ro. 6. sed ille qui decedit in peccato mortali, caret gratia. ergo nec per eleemosynas a pœna inferni liberari potest.

II Vlterivs. Videtur quòd eleemosyna sit minus satisfactoria quàm alia opera satisfactionis, Matth. 17. dicitur. Hoc genus dæmoniorum in nullo eiicitur, nisi in ieiunio & oratione: nec fit aliqua mentio de eleemosyna. ergo ieiunium & oratio sunt efficaciora ad delendum peccatum, quàm eleemosyna.

¶ 2 Præt. Satisfactionis opus oportet esse pœnale, & deo acceptum: sed ieiunium est magis pœnale quàm eleemosyna, & oratio est opus magis deo acceptum quàm eleemosyna inquantum maiorem familiaritatem cum deo conquirit. ergo eleemosyna est minus satisfactoria quàm ieiunium & oratio.

Sed contra est, quod glo. dicit. 1. Timoth. 4. super illud. Pietas ad omnia ualet. Omnis summa disciplinæ christianæ est in *misericordia & pietate: sed in nullo consistit summa* rei quod est in re præcipuum. ergo præcipuum inter alia satisfactionis opera est eleemosyna.

II Vlterivs. Videtur quòd virtus eleemosynæ magis consistat in dato exteriori, quàm in affectu interiori, ut dicitur communiter in suffragiis mortuorum, citius liberantur pro quibus dantur plura, etiam si pro alio bona uoluntas impendatur. ergo efficacia eleemosynæ magis consistit in dato, q̃ in affectu.

¶ 2 Præt. Efficacia eleemosynæ est in expiando peccatum: sed vbi est maius datum, maius peccatum expiatur, quia pro maiori peccato maior summa pecuniæ in eleemosynis dandæ iniungitur. ergo efficacia eleemosynæ præcipue consistit in dato.

Sed contra. Super illud Psal. 125. Qui seminant in lacrymis &c. dicit glo. *Magna uoluntas multum dedit, multum* seminauit: in hac uoluntate illa uidua quæ duo minuta misit, non parum seminauit, ergo efficacia eleemosynæ magis pensatur ex magnitudine uoluntatis, quàm ex magnitudine dati.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd causa pœnæ infernalis est culpa mortalis: manente autem causa manet effectus. Vnde cum ab eo qui in peccato mortali moritur, non possit vlterius culpa mortalis tolli, sicut nec a dæmonibus, quia ut dicit Damasc. Quod est hominibus mors, est dæmonibus casus, patet quòd neque eleemosyna ab eo prius facta, neque post mortem eius facta ab alio potest eum qui in peccato mortali decedit, a pœna inferni liberare. — De fide Orthodox. c. 4. in fi.

Ad primvm ergo dicendum, quòd eo modo quo aliquis liberatur a *peccato mortali per eleemosynam*, liberatur ab infernalibus tenebris. Liberat autem eleemosyna a peccato mortali hominem adhuc in statu uiæ existentem dupliciter, uel impediẽdo [d] futurum peccatum, sicut & alia opera meritoria, quæ hominem in gratiam confirmant: vel a præterito liberando, inquãtum disponit eum, qui iam in peccatum incidit, ad gratiam recuperandam, sicut & alia opera de genere bonorum recta intentione facta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd intelligitur de lubrico mortali, Quod autem dicitur, Non peribit, non est secundum necessitatem intelligendum, sed secundum quandam dispositionem: quia per hoc quod operibus pietatis aliquis vacat in peccato mortali existens, disponit se ad gratiam, ut non facile permittatur in perditionem iræ. Vel si intelligatur de veniali, efficacia eleemosynæ in hoc ostenditur, quòd pœna vapulationis diminuitur per eam, uel per ipsam ueniale impeditur, ne in mortale retrahere possit.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd efficacia satisfactionis inuenitur in tribus satisfactionis partibus, sicut virtus totius potentialis in partibus eius, quę quidem complete in una inuenitur, & in aliis diminute, sicut tota virtus animæ inuenitur in rationali: sed in sensibili anima inuenitur diminute, & adhuc magis diminute in uegetabili, quia anima sensibilis includit in se uirtutem animæ vegetabilis, & non conuertitur. Eleemosyna enim includit in se virtutem orationis & ieiunii duplici ratione. Primo, quia eleemosyna eum constituit, cui datur, debitorem ad orandum, & ieiunandum, & alia bona quę potest, faciẽdum pro eo qui dedit. Secundo, quia eleemosyna propter deum data, est quasi quædã oblatio deo facta. Vnde Philosophus etiam dicit in 1. Ethi. c. 14. quòd bona opera habent aliquid simile deo sacratis: oblatio autem ipsi deo facta vim orationis habet. Et similiter inquãtum bona exteriora ad corporis conseruationem ordinantur, subtractio exteriorum bonorum per eleemosynam quasi virtute continet ieiunium, quo maceratur corpus. Similiter etiam oratio virtute continet ieiunium, quia extensio intellectus ad deum debilitatem corporis parit, ut dictum est. Vnde eleemosyna completius habet vim satisfactionis quàm oratio, & oratio quàm ieiuniũ; & ideo dicit. 1. Timo. 4. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est: & propter hoc eleemosyna magis indicitur ut uniuersalis medicina peccati, quàm oratio, sicut Luc. 11. Date eleemosynam, & omnia munda sunt uobis. & Dañ. 4. Peccata tua eleemosynis redime. & Thobiæ. 4. Eleemosyna ab omni peccato liberat. & 1. Timo. 4. Pietas ad omnia ualet. — A — B — De Eccles. dogmatibus c. 54. ĩ prin.

impetrauit. Responderi potest, satisfactionem ideo non fuisse, quia ille dignos fructus pænitentiæ nõ fecit. Est enim satisfactio pænitentiæ, ut ait Aug. peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earũ aditũ indulgere. Item, Sane qui scelerate viuunt, nec curãt talem vitã

Ad primvm ergo dicendum, quòd satisfactio est medicina & præseruans a peccato futuro, & expians a pręterito. Et quamuis eleemosyna habeat vim expiandi quodcunque peccatum præteritum, non tamen habet omnem uim præseruandi a *futuro peccato, quia oratio & ieiunium* præseruant a quibusdam peccatis non solum per modum meriti, quod etiam eleemosyna facit, sed per modum contrariæ assuetudinis. Et sic ibidem dicit glo. quòd ieiunio saluantur corporis pestes, sed oratione pestes mentis: & secundum hoc intelligitur quòd aliqua peccata tantum a ieiunio, uel oratione sanantur. — C

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis pœna in satisfactione requiratur, tamen principalius est in ea bonitas actus quàm pænalitas. Et quia eleemosyna plus habet de ratiõe boni quàm ieiunium, inquantum immediatius se ad charitatem habet, & inquantum non est singulare bonum facientis, sed commune facienti & patienti, eleemosyna plus erit satisfactoria quàm ieiunium, similiter & quàm oratio, quamuis hominem magis familiarem deo reddat quàm *eleemosyna*, sic contemplatiua plus quàm actiua, tamen intercessorum per eleemosynam multiplicatio plus valet ad impetrandum peccatorũ remissionem, quàm singularis vnius hominis oratio. — D

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd eleemosyna, ut ex dictis patet, habet efficaciam & ex ipso faciente, inquantum est quoddam opus meritorium: & ex recipiente, inquantum obligatur ad orandum pro illo qui eleemosynam dedit. Si ergo consideratur eleemosynæ efficacia ex parte recipientis, sic maior efficacia in maiori dato consistit, inquantũ per hoc plures, & magis debitores efficiuntur: ex parte autem dantis, & respectu præmii essentialis efficacia eleemosynæ magis pensatur ex affectu quàm ex dato: sed respectu præmii accidentalis, vt puta, remissionis pœnæ, uel alicuius huiusmodi, magnificatur efficacia eleemosynæ ex magnitudine dati, nisi ex parte altera intentio voluntatis magnitudini exterioris dati præponderet. Potest enim tam intẽsa esse voluntas, quòd *etiam omnem* pœnam absorberet & reatum, sicut de contritione dicitur. Et per hoc patet responsio ad obiecta. — E

ARTICVLVS III.

c Vtrum superflue assignentur eleemosynæ corporales septem.

2. 2. q. 32. ar. 2.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur ꝙ superflue assignentur eleemosynæ corporales septem, quæ hoc versu continentur. Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Visito. s. infirmũ, poto. s. sitientẽ, cibo. s. esurientem, redimo. s. incarceratum, tego. i. vestio nudũ, colligo. i. recolligo hospitẽ, cõdo. i. sepelio mortuum. Omnis.n. eleemosyna ad utilitatem eius cui datur, debet ordinari: sed sepultura non est ad utilitatẽ mortui, vt Seneca dicit. ergo nõ fit eleemosyna ĩ hoc, ꝙ mortu⁹ sepeliat. — Seneca in Epistola 24 ad Lucillũ & ex opusculo de uita beata ad Galeonẽ, & expressius ĩ lib. de consolatione, ad Martiam.

¶ 2 Præt. Dominus Matth. 25. maxime opera commemorat, quibus homo a dãnatione liberatur, & regnum meretur: sed ibi

nō cōputatur mortui sepultura. ergo nō est aliqua eleemosyna,
¶ 3 Præt. Eleemosyna datur ad subueniendum necessitatibus aliorum; sed quædam vestes non sunt ad necessitatem, sed ad ornatum, & quidam cibi & potus non sunt ad necessitatem, sed ad delectationē. ergo non uidetur quòd semper vestire nudū, & cibare esurientem sit pars eleemosynę.

Sed contra, Multæ aliæ sunt necessitates humanæ vitæ quàm prædictæ, sicut cęcus indiget ductiōe, claudus uectione. cum ergo eleemosyna ad omnes necessitates ordinetur, uidetur ꝙ insufficienter eleemosynæ prædictæ numerentur. Lucæ. 11.

moresque corrigere, & inter ipsa facinora sua eleemosynas frequentare non cessant, frustra ideo sibi blandiuntur, quia Dominus ait: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Hoc enim quam late pateat, non intelligunt. Multa enim sunt genera eleemo-

¶ 2 Præt. Inter omnes necessitates principalis est paupertas: sed de hac non fit aliqua mentio. ergo insufficienter eleemosynæ prædictæ numerantur.

II Vbi supra ad 1.
Vlterivs. Videtur quòd etiam eleemosynæ spirituales inconuenienter numerentur, quę hoc versu continentur. Cōsule, castiga, solare, remitte, fer, ora. Consule, idest, doce ignorantem, & dirige dubitantem. Intelligitur enim in hoc duplex eleemosyna, spiritualis scilicet doctrina, & cōsilium. Castiga, delinquētem: solare, idest, consolare tristem; remitte, delinquentibus in te: fer, idest, porta infirmitates aliorum & grauamina: ora, pro omnibus. Eleemosyna enim cadit sub præcepto, & obligat ad tempus determinatum, ut prædictum est: sed non est tēpus docendi, nisi quando aliquis ignorans occurrit. si ergo eleemosynæ pars sit doctrina, uidetur quòd quandocunque homo videat aliquem ignorantem, quòd debeat eum docere.
¶ 2 Præt. Quicunque determinat aliquam quæstionem, docet quærentem: sed ille qui dat consilium, quæstionem determinat, quia consilium quæstio est, ut dicitur in 5. ethi. ergo non debet alia eleemosyna poni consilium, quàm doctrina. cap.6.
¶ 3 Præt. Eleemosyna ad liberalitatem reducitur, ut dictum est, sed seueritas contra liberalitatem diuiditur, ut in 3. li. di. 33 dictum est de partibus iustitiæ. ergo cum castigare delinquentem pertineat ad seueritatem, non uidetur quòd debeat inter eleemosynas poni. q.3.ar.4.
¶ 4 Præt. Eleemosyna non computatur inter partes charitatis; sed inter partes iustitiæ, cum sit opus satisfactorium. cum ergo remittere delinquenti, & ferre molestias aliorum sit charitatis perfectæ, uidetur quòd non sint partes eleemosynæ, quæ est actus misericordiæ.

III Vbi supra ar.3.
Vlterivs. Videtur quòd eleemosynæ corporales præemineant spiritualibus. Eleemosyna enim ordinatur ad subueniendum indigentiæ: sed magis indiget corpus quàm spiritus. ergo potior est eleemosyna corporalis quàm spiritualis.
¶ 2 Præt. Quanto minus recōpensatur eleemosyna danti, tanto eleemosyna est acceptior; vnde dicitur Matth. 5. Quia receperunt mercedem suam, qui laudem suam per eleemosynas quærunt; sed in corporalibus eleemosynis minor fit recompensatio, quia bona spiritualia aliis communicata in possidente crescunt. ergo eleemosynæ corporales sunt potiores.
¶ 3 Præt. Quanto eleemosyna magis satisfacit desiderio pauperis, tanto gratior est; sed magis satisfit desiderio recipientis per eleemosynas corporales quàm spirituales, quia defectus corporales magis sentiūtur. ergo eleemosyna corporalis potior est.
Sed contra est, quia per eleemosynas spirituales subuenitur spiritui, per corporales autem corpori: sed spiritus præeminet corpori, ergo & eleemosyna spiritualis corporali.
¶ 2 Præt. Quanto est nobilius datum, tanto est nobilior eleemosyna, sicut etiam in eleemosynis corporalibus patet: sed bonum spirituale, quod in eleemosynis spiritualibus datur, est melius quàm corporale, quod datur in corporibus, ergo eleemosynæ spirituales sunt potiores corporalibus.
Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd eleemosyna corporalis ordinatur ad subueniendum necessitati corporis, quæ quidem est duplex, scilicet communis, & specialis ratione alicuius accidentis. Communis quidem necessitas corporis est duplex, vna ex hoc quòd iam mortem incurrit, & adhoc ordinatur sepultura mortui: alia secundum quod est nobis necessarium aliquid præseruans a morte, ne eam aliquis incurrat, & hoc dupliciter. Vno modo prohibens corruptiuum interius, quod est defectio nutrimenti, & contra hoc ordinatur cibatio esurientis, & potatio sitientis, secundum quod his duobus indiget ad nutrimentum. Alio modo prohibens corruptiuum exterius, & ad hoc etiam ordinatur duplex eleemosyna, scilicet tegere nudum, & colligere hospitem in domo, quia his duobus

F contra aeris intemperiem indigemus, scilicet veste, & domo. Similiter etiā necessitas spiritualis potest esse duplex, vel ex causa intrinseca, sicut infirmitas, & contra hanc ordinatur visitatio infirmorum: vel ex causa extrinseca, sicut detentio incarceratorum, & contra hoc ordinatur redemptio captiuorum.

synarum, quæ cum facimus, adiuuamur. Non solum qui dat esuriēti cibum, sitienti potum, & huiusmodi: sed etiam qui dat veniā petenti, eleemosynam dat: & qui emendat uerbere in quē potestas datur, uel coercet aliqua [d] disciplina, uel orat ut ei peccatum dimit-

Ad primvm ergo dicēdum, quòd quamuis sepultura nō prosit mortuo secundum se corporaliter, prodest tamen ei secundum quod in memoriis hominum remanet, tum quia in confusione mortui reputatur ꝙ insepultus iacet: tū quia ex ipso tumulo magis in memoria manet, & aliqui ad orādum pro ipso excitantur, vnde monumentum dicitur a memoria, ut Aug. dicit in li. de cura pro mortuis agenda. cap.4. circa medium.
¶ Ad secundum dicendum, quòd dominus enumerauit illas eleemosynas, in quibus maior indigentia apparet, ut euidentior appareat iustitia iudicantis, dum hos per eleemosynas remunerat, & illos pro omissione condemnat: & tamen in aliis scripturæ locis talis eleemosyna commendatur, sicut patet de Thobia & de Simone Machabæo, qui parentibus & fratribus suis sepulcra solemnia ædificauerunt: & etiam Ioseph qui corpus domini sepeliuit, & ex hoc laudatur. Thobiæ 1. & 4. & 1. Machab. 13 Matth. 27.
¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquando illud quòd est ad delectationem, uel ornatum, in necessitatem vertitur, & hoc dupliciter, uel propter infirmitatem, quia infirmi sunt sustentandi delicatis cibis, & uestibus mollioribus, ne natura grauetur: uel propter pristinam consuetudinem, aut etiam dignitatis statum, in quo aliquis etiam pauper sine cōfusione non potest aliis vti: & ideo etiam August. in regula his duobus generibus hominum præcipit vberius subueniendum. H
¶ Ad quartum dicendum, quòd omnes aliæ necessitates ad aliquam istarum reducuntur. Quicquid enim ad subuētionem morbi pertinet, hoc totum sub visitatione infirmi continetur.
¶ Ad quintum dicendū, quòd sicut nummus eo quòd est mensura quædam, ut Philosophus dicit 5. ethi. continet omnia necessaria vitæ virtute, ita etiam paupertas continet omnes necessitates: & ideo subuenire pauperi non est specialis eleemosyna ab aliis distincta, sed generalis quæ omnes includit. cap.8.
Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd eleemosynæ spirituales dicūtur, quibus defectibus proximi in spiritualibus subuenitur, quod quidem fit dupliciter. Vno modo, quando, aliquis impetrat proximo subuētionem a deo, & hoc facit oratio: alio modo, quādo aliquis subuenit proximo per seipsum, & hoc uel contra defectum pœnæ, uel contra defectum culpæ. I Si primo modo, hoc est dupliciter, quia pœna spiritualis uel est in intellectu secundum ignorantiam, & contra hunc defectum est doctrina respectu intellectus speculatiui, & consiliū respectu intellectus practici: uel est in affectu, scilicet tristitia, & contra hunc defectum est consolatio. Si autem secundo modo, scilicet contra defectū culpæ, hoc dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius peccantis, cuius ordinationi subuenit castigatio: alio modo, ex parte alterius qui ex culpa peccantis læditur, & sic contra culpam est duplex remedium, scilicet remissio ex parte eius, in quem directe culpa committitur: & supportatio ex parte eius, cui peccantis societas est onerosa. Vel aliter, Defectus cui subuenitur per eleemosynas spirituales, aut est defectus pœnæ in intellectu practico, uel speculatiuo, & sic est doctrina & consilium, ut dictum est: vel in affectu, & sic est consolatio: aut est defectus culpæ, & sic vel in seipsum cum spe emendationis, & sic est castigatio: K aut sine spe emendationis, & sic non restat nisi per orationem diuinum subsidium implorare: uel in proximū, & sic quantum ad culpam indiget remissione, quantum ad pœnam quam infert, supportatione.
Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut dare eleemosynam corporalem non cadit sub præcepto obligante nisi ad tēpus necessitatis, & ut alicui in necessariis vitæ subueniatur: ita ad doctrinā alterius non obligatur homo propter debitum officium, nisi in his quæ sunt de necessitate salutis, & quando nō esset qui instrueret: uel quando aliquis alium errantem uideret, nisi esset alius qui ex officio id facere teneretur: alias autem docere est consilium, & supererogatio quædam, sicut & de eleemosynis corporalibus dictum est.
¶ Ad secundum dicendum, quòd non omnis quæstio est consilium, sed quæstio quæ est de rebus agendis a nobis. Et quia dubiratio, siue ignorantia talis habet rationem specialem defectus, inquantum deficit sciētia, quæ debet esse regitiua in opere, ideo specialis

specialis eleemosyna ponitur consilium præter doctrinam.
¶ Ad tertium dicendum, quòd pœnam castigando infligere contingit dupliciter, aut inquantum est afflictiua illius cui infertur, & sic ad seueritatem pertinet, quæ æqualitatem iustitiæ seruat secundum quod pœnam culpæ recompensat: aut secundum quod cedit in bonum eius, in quē pœna infertur, & sic largo modo ad liberalitatem reducitur, prout omne beneficiū impensum quodammodo liberalitatis est. Aug. in enchiridion. c.13.

tatur, eleemosynā dat: quia misericordiā præstat. Multa.n. bona præstantur inuitis, quādo eorū consulitur vtilitati, & non voluntati: sed ea maior est, qua ex corde dimittimus qđ in nobis quisq; peccauit. Minus.n. magnū est erga eū esse beneuolum, qui tibi nihil mali fecit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd charitas est mater omnium virtutum, & ideo non est inconueniens, si actus qui sunt aliarum virtutum quasi [d] eliciētium, sint etiam charitatis quasi imperantis. D.1175.
Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd eleemosyna habet efficaciam, ut dictum est, ex parte dantis, & ex parte recipientis: ex parte autem dantis efficacia eleemosynæ pensatur per conditionem ipsius actus quo subsidium proximo confertur: & sic simpliciter loquendo, eleemosyna spiritualis dignior est, quia actus spirituales digniores sunt corporalibus donis. Ex parte autem recipientis potest mensurari eleemosyna dupliciter, vel ratione boni quod confertur, & sic adhuc eleemosyna spiritualis præeminet: uel ratione necessarii, & sic quædam spirituales sunt quibusdam corporalibus potiores, scilicet quæ contra culpam ordinantur quibuscunque eleemosynis corporalibus, quia homo magis debet vitare culpam, quàm aliquem defectum corporalem, etiam mortem. Quædam uero corporales, quæ scilicet sunt ad sustentationem uitæ quibusdam eleemosynis spiritualibus magis sunt necessariæ, scilicet quæ sunt ad bene esse: sed illæ quæ sunt ad bene esse spirituale sunt magis necessariæ illis quę sunt ad bene esse corporale. Sic ergo patet, quòd omnibus corporalibus eleemosynis aliquæ spirituales potiores sunt, & similiter in genere loquendo de utrisque.
Ad primvm ergo dicendum, quòd quamuis corpus habeat plures indigentias quàm spiritus, tamen indigentiæ spiritus sunt magis fugiendæ, quàm indigentiæ corporis, sicut eligibiliores sunt spirituales, quàm corporales diuitię.
¶ Ad secundum dicendum, quòd recompensatio non diminuit efficaciam eleemosynæ, sed intentio recompensationis: vnde quamuis aliquis docendo ipse etiam addiscat, non tamen quandoque propter hoc facit, sed solum ut alteri subueniat. Et præterea intentio acquirendi aliquod spirituale bonum non minuit rationem meriti, quia per ipsum deo coniungimur, vt frequenter contingit.
¶ Ad tertium dicendum, quòd & si minus sentiat aliquis defectus spirituales, hoc est propter defectum eius, non autem mensuratur eleemosyna per hoc quod acceptat qui recipit, sed secundum quod acceptare debet, alias meritum dantis & recipientis penderet arbitrio, quod falsum est.

Articvlvs IIII.

Vtrum de necessario sit danda eleemosyna.

11. q. 32. c. 6.
Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd de necessario non sit danda eleemosyna, quia ut dicit August. peccat qui præpostere agit: sed ordo charitatis hoc exigit, ut homo magis sibi quàm alteri subueniat. ergo peccat subtrahendo sibi necessarium, ut alteri conferat. cap.1.
¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 4. ethic. quòd qui dissipat substantiam suam, idest, diuitias, destruit seipsum, & hoc præcipue verum est quantum ad necessaria: sed peccat qui seipsum occidit. ergo etiam peccat, qui de necessariis sibi eleemosynā facit.
Sed contra est, ꝙ quia omnia dat, nihil sibi retinet de necessariis: sed dominus consulit Matth. 19. Vende omnia quæ habes, & da pauperibus. ergo sine peccato potest homo de necessariis sibi eleemosynam facere.

II Vbi supra ar.7.
Vlterivs. Videtur quòd etiam de malo acquisito & possesso possit eleemosyna fieri. Luc. 16. super illud, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, dicit glo. Iniquitas bene dispēsata in iustitiam vertitur. ergo videtur quòd liceat de inique possessis eleemosynam facere.
¶ 2 Præt. Ei qui est in ultima necessitate constitutus, omnibus modis subueniendum est: sed contingit aliquem, qui nihil habet nisi de iniusto acquisito & detento, in extrema necessitate

A viuere. ergo debet ei eleemosynam facere, & sic de malo acquisito & detento potest eleemosyna fieri.
Sed contra est, quod Grego. dicit. Non est computanda eleemosyna si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus acquiritur. In Registro Epist. lib. 7. c. 110.

Illud multo grādi᷒, ut tuū ēt inimicū diligas, & ei qui tibi malū vult, & si pt, facit, tu semp bonū velis, faciasq; qđ possis. Qđ ergo Dñs ait. Date eleemosynā, & oīa mūda sunt vobis, ita ne intellecturi sumus ut non credentibus in Christū munda sint omnia, si eleemosynas istas

II Vbi supra ar.7. ad 2.
Vlterivs. Videtur ꝙ de turpi lucro non possit fieri eleemosyna, sicut de meretricio, & aleato, & quod per simoniā acquiritur, quia secundum Philosophum, dona habent aliquid simile deo sacratis: sed ex huiusmodi nō licet sa- B crificium, uel oblationem deo offerre, Deuter. 23. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium carnis in domum dei tui. ergo nec eleemosynæ, & huiusmodi fieri debent.
¶ 2 Præt. Aleatorum lucrum est turpe lucrum, acceptiones.n. eorū illiberales sunt, vt Philosophus dicit in 4. ethi. sed ex aleato non potest fieri eleemosyna, ut videtur, quia tenetur ad restitutionem eius. ergo non potest fieri eleemosyna de turpi lucro. cap.4.
Sed contra est, quod Aug. dicit. Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum. ergo qui acquisiuit aliquid de turpi lucro, potest illud in bonum vsum eleemosynæ expendere. De Verb. domini. Sermon. 85.
Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd de rebus exterioribus dicitur nobis aliquid necessarium dupliciter. Vno modo, sine quo non potest aliquis esse, & viuere. Alio modo, dicitur nobis necessarium, quo indigemus ad honeste viuendum, C uel decenter secundum statum nostrum: sed talis decentia non consistit in aliquo indiuisibili, quia multis additis homo non excedit status sui conditionem, multis etiam subtractis conditio sui status decenter conseruatur: sed tantum posset addi quòd esset vltra conditionem status sui, & tantum diminui quòd non seruaretur honestas, uel sui status decentia: & hoc quidem sermone determinari non potest, quia de singularibus non est iudicium, sed statur in hoc prudentiæ arbitrio & discretionis, quæ docet de omnibus. Vtroque autem dictorum modorum potest aliquid esse alicui necessarium dupliciter, uel ratione suipsius, & hoc dicitur a quibusdam necessarium indiuidui: uel ratione eorum quorum curam gerere debet, & hoc dicitur necessarium personæ inquātum persona ad dignitatem pertinet, secundum quam alicui competit aliorum curam gerere. Illud ergo sine quo non potest esse, uel uiuere aliquis, vel ipse, uel illi quorum curam habet, nō debet in eleemosynas expendi: hoc enim dicitur necessarium simpliciter quasi necessi- D tate absoluta, nisi forte posset antequàm talis necessitas incumbat, per alium modum resarciri, quia iam excideret ab huiusmodi necessitatis ratione. Similiter etiam illud, quo subtracto non potest seruari decentia status aliquo modo sui, uel suorum, non debet aliquis in eleemosynas expendere, nisi de facili resarciri possit, aut nisi aliquis statum mutare vellet, quia nullus debet indecenter in aliquo statu manere, uel nisi necessitas illa præponderet, uel alicuius personæ specialis in necessitate vltima existentis, uel ecclesiæ, uel reipublicæ: quia bonum gentis est diuinius quàm bonum unius. Illud autē quo posito, uel subtracto nihilominus decentia status manet, potest in eleemosynam dari, & de hoc est consilium, non præceptum. Illud aūt quod necessarium reputatur ad aliquid, quod est vltra decētiā status, debet in eleemosynā dispēsari, & hoc cadit sub pręcepto.
Ad primvm ergo dicendum, ꝙ si aliquis necessarium, sine quo nullo mō esse, uel decēter uiuere possit, sibi subtraheret, & alii daret, ordinē charitatis peruerteret in beneficiis obseruādis, nō autem si de aliis, sine quibus prædicta esse possunt, plus alte- E ri quàm sibi tribuat: quia virtuosi est de talibus bonis corporalibus plus aliis, quàm sibi tribuere, ut Philosophus in 9. eth. dicit. cap.9.
¶ Ad secundum dicendū, quòd ratio illa procedit de eo quod est necessarium secundum primum modum.
¶ Ad tertium dicendum, quòd illi qui omnia dimittunt propter deū, statum uiuendi mutant, cuius status decentia potest cōseruari per ea quæ a fidelibus & deuotis uel quotidie ministrantur, uel iam ministrata sunt in possessionibus & redditibus.
Ad secvndam qōnem dicendū, ꝙ illud dr̄ licitum, quod nulla lege prohibetur: vnde illicite acquisitū dr̄, quod cōtra prohibitionē legis acquirit. Sed hoc pōt esse dupliciter, quia aut lex prohibuit ipsū lucrū, uel cām lucri tm̄. Si ipsū lucrū est prohibitū, tūc ipossibile est ꝙ iuste detineat. Ex hoc.n ipso efficit aliqs iniusti tituli, & malefidei possessor, ꝙ cōtra legē aliquid hēt. Sđ in talibus distinguendū est, quia aut nō trāsfertur dñium, sicut in rapina & furto, & tunc omnino restituere tenetur, & ideo ex

hoc non potest eleemosyna fieri: aut transfertur dominium, & tunc vel competit repetitio ei, a quo quis lucratus est secundum aliquod ius, sicut in vsura accidit, ĩ qua vt quidã dicũt, D.1209. dñium trãsfertur, & tunc de hac etiã nõ põt eleemosyna fieri: aut non competit repetitio ẽm turpitudinem sceleris ex parte dantis, sicut in simonia accidit, & tunc tale acquisitum nõ põt iuste retineri, sed debet in eleemosynas erogari. Si au- Ezech. 30. tem lex prohibuit actum, ex quo quis lucratur, sed non lucrũ supposito actu, tũc quàmuis acquirendo tali actu contra legem fecerit, tamen tenendo non facit contra legem: sicut cum quis de lenocinio, vel meretricio lucratur, & ideo hæc re- D.543. tineri possunt, & de eis d eleemosyna fieri potest.

dederint. Qui vult ordinate eleemosynam dare, a se debet primum incipere, & eam primum sibi dare. Est enim eleemosyna opus misericordiæ, verissimeq; dictum est. Miserere animæ tuæ placens Deo. Non ergo se fallant, qui per eleemosynas largissimas fructuũ suorum, vel pecuniæ, impunitatem se emere æstimant in peccatis permanentes, quæ ita diligunt, vt in eis optent versari. Qui vero diligit iniquitatẽ, odit animam suam: & qui odit animam suam, non est misericors ei, sed crudelis. Diligendo quippe eam secundum sæculum,

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illud intelligendum est de illis, quæ per illicitum actum acquisita sunt, & tamen iuste possidentur. Vel aliter dicendum, ꝙ mmamona iniquitatis dicuntur diuitiæ etiam licite acquisitæ, & possessæ, vel inquantum eas sola iniquitas diuitias esse reputat, vt August. exponit 21. de ciuit. dei: vel inquantum sunt iniquitatis occasio: vel iniquitatis, idest, inæqualitatis, quia non æqualiter sunt hominibus distributæ bono aliquãdo egente, & malo superabundãte.

Cap. 27. vltra dimidiũ vbi declarat illa beati Lucæ verba. cap. 16. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. Et de verbis dñi ser. 35. sup præfata verba.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in tali casu, si sine periculo pauperis esse potest, debet ille qui alienum habet significare ei, cui debet, & siue ille licentiam dederit, siue nõ, debet pauperi in vltima necessitate existẽti prouidere: nec prouidet sibi de alieno, quia necessitas talis omnia facit cõia, vnde nõ tenetur ad restitutionem, nisi ille cui debet, in simili necessitate esset: quia etiã tunc teneretur sibi prouidere, si nihil habuisset ab eo.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ quando lucrum ipsum est lege prohibitum, vt rapina, vsura, & simonia, non solum dicitur turpe lucrum, sed iniquum: & de hoc dictũ est, qualiter eleemosyna fieri possit, vel non possit: sed qñ actus quo quis lucratus est, lege prohibitus est, non autem ipsum lucrum, tunc vocatur turpe lucrum, sicut est in meretricio, vel in similibus: & tunc de tali eleemosyna fieri potest, quia non tenetur ad restitutionem.

D.937. AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ de tali lucro non debet fieri oblatio d ad altare, præcipue manifeste propter scãdalum, & reuerẽtiam sacrorum, vel sceleris abominationem, sed hæ causæ non prohibent quin ex tali eleemosyna fieri posset.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ipsum lucrum aleatorum est lege prohibitum: sed in hoc distinguendum est, quia aliquid circa ludum iustum est prohibitum lege naturali, aut diuina, vt ꝙ aliquis lucretur ab his qui rem suam alienare non possunt, sicut sunt minores, & furiosi, & similes: & iterum ꝙ aliquis alterum trahat ex cupiditate lucrandi, sed secundum ius positiuum, omne tale lucrum est interdictum. Quia autem ius positiuum per dissuetudinem abrogatur, non aũt ius diuinũ: ideo dicendum vr̃, ꝙ si lucratus est ab eo, qui non habuit potestatẽ alienandi, tenetur ad restitutionẽ ei, & sic non põt facere eleemosynam inde. Si aũt lusit cum eo, qui habet potestatẽ alienãdi quę sua sunt, si tractus lusit, & amisit, potest repetere: si lucratus est, non tenetur restituere, quia ille qui amisit non est dignus recipere, nec potest licite retinere, nisi ius positiuum per contrariam consuetudinem esset alicui abrogatum. Si autem alium traxerit, si amisit, non competit ei repetitio: si autem lucratus est, tenetur ad restituẽdum illi, a quo lucratus est, & nõ potest inde facere eleemosynam.

ARTICVLVS V.

e Vtrum uxor possit de rebus mariti facere eleemosynam.

22. q. 32. artic. 2. & ad 2. pcipue, Ex ca. 1. de bono coniugali.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ vxor possit de rebus mariti facere eleemosynã: quia sicut dicit Aug. Vxor in societatem matrimonij assumitur, propter quod non de capite, neq; de pedib9 femina formata est, sed de latere. si ergo vir põt facere eleemosynas de rebus domus quæ sunt ei cõmunes ratione prædictæ societatis, & vxor poterit facere.

¶ 2 Præt. De Lucia legitur, ꝙ dabat eleemosynas ignorante sponso, nec ex hoc reprehenditur, sed laudatur. ergo vxor potest sine consilio mariti eleemosynas dare.

SED CONTRA. 1. Corinth. 11. Vir caput est mulieris: sed membrum non potest aliquid sine capite facere, ergo nec F vxor potest sine viro eleemosynas dare.

II Vbi supra, pcipue ad 3. VLTERIVS. Videtur ꝙ filiusfamilias possit etiam dare, quia quilibet qđ suũ est põt alteri dare: sed res paternæ sunt filijfamilias, qa ipse est hæres. ergo põt de eis eleemosynã facere.

¶ 2 Præt. Vsus diuitiarum laudabilior est, si ad bonũ spirituale qs magis eis vtat, quàm ad bonũ corporale: sed ad vsum corporis sui põt filiusfamilias rebus patrimonij sui vti, ergo multo fortius ad bonum spirituale, quod est per eleemosynas. Psal. 10.

SED CONTRA. Nullus potest aliqd G dare, quod non est in potestate eius: sed patrimonium non est in potestate filijfamilias. ergo non põt de eo dare eleemosynã.

III Vbi supra, præsertim ad 4. VLTERIVS. Videtur ꝙ seruus, vel ancilla possunt facere eleemosynã de rebus dominorum, quia de quolibet præsumendum est bonum, nisi probetur contrarium: sed facere eleemosynã est bonum. ergo debet præsumi ꝙ dño suo placeat, & ita sub spe ratihabitionis poterit eleemosynam facere.

¶ 2 Præt. Eleemosynæ etiam a famulis factæ valere ad salutem dñorum possunt, sicut patet in mortuorũ suffragiis: sed seru9 debet pcurare bonum dñi sui nõ solum corporale, sed spirituale magis. ergo potest de rebus domini eleemosynam facere.

SED CONTRA. Nullus debet eleemosynam facere de alieno: sed res dominorum non sunt seruorum. ergo serui de eis eleemosynas facere non debent.

IIII Vbi supra, specialiter ad 1. VLTERIVS. Videtur ꝙ monachi possunt eleemosynas facere sine licentia abbatis. Vnum.n. bonũ non præiudicat al- H teri: sed religio est bonum quoddã. ergo nõ præiudicat eleemosynæ, quæ etiam bonum quoddam est, quin eam dare possit.

¶ 2 Præt. Eleemosynæ maxime in scriptura commendantur. si ergo monachi non possunt eleemosynas dare, tunc sunt peioris conditionis quàm alij.

SED CONTRA. Eleemosyna non est danda, nisi de proprio: sed monachus non habet proprium, prohibente paupertatis voto. ergo monachus non potest eleemosynam dare.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, ꝙ in extrema necessitate existẽti, quæ facit omnia cõia, quilibet prædictorum potest eleemosynam facere, quia debet præsumere, ꝙ suo superiori placeat, cum ipse dare teneretur si præsens esset, & si etiam prohiberetur: ideo dicendum videtur, sicut de illicito lucro dictum est prius, ad cuius restitutionem aliquis tenetur: aliàs autem de vxore distinguendum est, quia si habet alias res I præter dotem, vel est lucrosa, tunc potest tales eleemosynas dare, quæ virum non depauperent, etiam non requisito assensu viri, dummodo non prohibeat: & si etiã prohiberet verbo, posset probabiliter credere, ꝙ eam non intenderet simpliciter ab eleemosynis coercere, sed a superfluitate eleemosynarum, nisi aperte pateret ei cõtrarium. Si autem prædicta dũo defuerint, non debet dare eleemosynas sine consensu viri, nisi aliquas eleemosynas cõmunes, & modicas, de quibus satis ei constare potest, ꝙ viro placeret, si necessitatem pauperis inspiceret.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quàmuis vxor ad societatem assumatur, & in ipso actu matrimonij sit æqualis: tamẽ in his quæ ad dispositionẽ domus pertinent, vir caput est mulieris, & ideo non est similis ratio de vtroque.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ beata Lucia erat adhuc sponsa tantum, nec erat matrimonium consummatum, aut ratificatum: & ideo de consensu matris, sub cuius cura erat, poterat eleemosynam facere.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ filiusfamilias nõ potest dare eleemosynam sine cõsensu parentum, nisi K panem, & huiusmodi, quę non inferunt sensibile damnum, de quibus satis constare potest, ꝙ parentibus placeat.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quàmuis filiusfamilias sit hæres, non tñ adhuc est dñs rerum, & ideo dare non potest.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ad victum corporalem tenentur ei parentes, nisi ex culpa sua remaneat: & ideo potest vti rebus parentum ad necessitatem suam, non autem aliis dare.

AD TERTIAM quæstionem dicendum est de seruis, & ancillis, & etiam de famulis, quàmuis sint liberæ conditionis, ꝙ non possunt eleemosynas dare de rebus dominorum sine eorum consensu, nisi panem, & huiusmodi, quæ vt dictum est, non inferunt sensibile nocumentum: quia & si sit dispensator rerum, non tñ ponitur dispensator quasi potestatẽ aliquã in re dñi habens, sed quasi tractans eam ad vtilitatem dñi: de precio autem sui seruitij constat, ꝙ posset eleemosynam dare. AD

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non oportet ꝙ præsumamus de quolibet quodlibet bonum, sed illud ad quod tenetur, quo prætermisso peccat: quia nullum debemus credere malum, nisi constet nobis de malitia eius; & ideo non oportet ꝙ famulus credat, quòd domino placeat, nisi in illa necessitate pauperis, in qua dominus de necessitate tenetur.

odit eã ẽm Deũ. Si ergo vult ei dare eleemosynã suã, per quã fit mũda, odiat eã ẽm sæculum, & diligat eã ẽm Deum. Hac eleemosyna quã sibi homo primitus debet, mundãtur interiora. Ad qđ hortans Christus ait. Mundate quæ intus sunt. Immundis.n. nihil est mundũ, sed.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ suffragia non prosunt mortuis per alios facta, nisi inquantum meruerũt vt eis prodessent, dum adhuc viuerent, vt Aug. dicit: & ideo sunt aliquo modo eorum illę eleemosynæ, quæ pro eis fiunt. Et similiter oportet quòd eleemosynæ B quæ pro viuentibus fiunt, si debeant eis prodesse, debent esse eorum, quod non potest esse, si eis displiceat: & ideo non debet facere eleemosynam pro domino famulus de rebus domini, nisi constet sibi quòd ei placeat.

enchir. ca. 109. Et cura p mortuis agẽda cap.

AD QVARTAM quæstionem dicẽdum, ꝙ monachus, si habet dispensationem rerum monasterij, potest & debet facere eleemosynam de superfluis nomine capituli. Si autem non habet dispensationem, tunc in monasterio existens non debet dare sine licentia, nisi in extrema necessitate, vel absente abbate aliquid modicum sub spe ratihabitionis: extra monasteriũ vero existens, puta, in studio, potest eleemosynam facere, quia cum dantur ei expensæ, committitur ei earum dispensatio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est inconueniens bonum perfectum bono imperfecto repugnare, non quidem propter contrarietatem ad ipsum inquantum est bonum, quia bonum non est bono contrarium, sed propter contrarietatem ad eius imperfectionem. C

¶ Ad secundum dicendũm, quòd monachus non est factus ex hoc peioris conditionis: quia multo magis est accepta deo vniuersalis rerum abdicatio, quàm particularis distributio, quæ fit per eleemosynas.

ARTICVLVS VI.

f Vtrum aliquis possit sibi eleemosynam facere.

Vbi supra, ad 3. AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ aliquis nõ possit sibi eleemosynam facere. Eleemosyna enim est actus liberalitatis, vel iustitiæ: sed hæ virtutes propter hoc ꝙ in communione consistunt, non sunt nisi ad alterum, vt de iustitia di- Cap. 3. citur in 5. eth. ergo eleemosyna non potest esse ad seipsum. D

¶ 2 Præt. Nullus dat, nisi quod habet, nec aliquis recipit, nisi id quod non habet: sed nullus potest aliquid simul habere, & non habere, ergo non potest sibi dare eleemosynam.

SED CONTRA. Homo debet diligere proximum sicut seipsum: sed proximũ ita debet diligere affectu, ꝙ etiã effectu ei beneficiat, ergo & sibi debet benefacere, & eleemosynas dare.

II Vbi supra. VLTERIVS. Videtur quòd malis non sit eleemosyna danda per id quod dicitur Eccl. 12. Da misericordi, & nõ suscipias peccatorem: & iterum. Benefac humili, & non des impio.

¶ 2 Præt. Proditor domini sui reputaretur, qui de rebus a domino sibi concessis hostem domini sui nutriret: sed omnis peccator est hostis domini. ergo non debet ei eleemosyna de rebus a deo nobis concessis dari.

SED CONTRA. Matth. 5. Estote filij patris vestri, qui in cælis est, qui Solem suum facit oriri super bonos & malos: sed hoc non dicitur nisi propter imitationem. ergo debemus & bonis, & malis dare.

III VLTERIVS. Videtur quòd meliori sit magis subueniendum semper, quia eleemosyna datur propter deum, vt ex ipsius diffinitione patet: sed bonus est deo propinquior, quàm malus. ergo meliori semper magis eleemosyna est danda. E

¶ 2 Præt. Eleemosyna habet efficaciam ex parte etiam recipientis, qui obligatur ad orandum pro eleemosynã dante: sed opus boni est efficax ad merendum magis. ergo magis semper debet dari eleemosyna magis bono.

SED CONTRA. Eleemosyna, cũ sit actus misericordiæ, miseriam intuetur: sed malus est magis miser, quàm bonus. ergo magis est eleemosyna malis danda, quàm bonis.

RESPON. Dicendum ad primã quæstionem, ꝙ eleemosyna potest dupliciter fieri, vt ex prędictis patet, scilicet per collationem alicuius rei temporalis, & hoc modo nullus sibiipsi eleemosynam facere potest; vel per exercitium alicuius actus spiritualis, vel corporalis. Et quia homo ratione diuersarum partium in seipsum agere potest, sicut anima mouet corpus, & vna pars animæ aliam, & vna pars corporis aliam, ideo talem A eleemosynam aliquis potest facere sibi: sed ad subueniendum sibi in corporalibus natura satis inclinat, & ideo de hoc non oportuit dari præceptum, sed solum de subueniendo animæ, ad quam non ita multi inclinantur, vnde dicitur Eccl. 30. Miserere animæ tuæ placens deo.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ liberalitas, secũdum quod cõsistit in dationibus, nõ potest esse ad seipsum, sed secundũ quod consistit in sumptionibus põt esse ad seipsum sicut & illiberalitas. Sunt enim aliqui illiberales ad seipsos, qui propter cupiditatem rerum sibi necessariã subtrahunt: sed iustitia nullo modo potest esse ad seipsum, quia habet rationem æqualitatis, quæ semper ad alterum esse debet. Matth. 3.

¶ Ad secundum patet solutio ex dictis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd secundum Aug. sic diligendi sunt homines, vt eorum non diligantur errores. Et quia exhibitio beneficij dilectioni correspõdet, ideo peccatori ad sustentationem naturæ debet eleemosynã facere si indigeat, cum præcipiatur nobis benefacere amicis, & inimicis: sed ad fouendum eorum malitiã non debemus eis aliquid dare. Vel si constaret, quòd de eo quod eis datur, in peccatum abuterentur, non deberet eis dari aliquid, nisi necessitas extrema exposceret, & hoc modo intelligenda est authoritas inducta. Vnde patet solutio ad primum.

Tom. 3. in sententiis decerptis, sentẽ. 2. in ordine. Vide in fine eiusdẽ lib. Et 70. q. tracta. 87. in fine.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd peccator, & si sit inimicus dei quantum ad culpam, non tamen quantum ad naturam, quia deus nihil odit eorum quæ fecit. Sap. 11. C

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ cui magis benefaciendum sit, vt dicit Philos. 9. eth. non est facile determinare propter multas diuersitates boni & necessarij; tamẽ hoc est tenendum, ꝙ semper magis reddendum est debitum, quàm beneficium impediendum, vt ipse ibidem dicit, nisi ex parte altera adsit maior bonitas, vel necessitas: & ideo parentibus, & ppinquis, & benefactoribus, & eis a quib9 spiritualia accipit, magis debet eleemosynã facere si indigeant, & cæteris partib9 melioribus magis, & magis etiã indigentibus magis: & sic ẽm has tres conditiones debet gradus in eleemosynis constitui, s. ẽm honestum, & necessarium, & debitum. Assignare autem in singulis qñ vnũ alteri eorum præferatur, est impossibile, quia singulares eorũ conditiones, q̃ attendendæ sunt, sunt infinitę, & nõ cadunt sub arte: de his aũt ratio docet, & prudentiæ cõsilium. Cap. 2.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ quàmuis deo propinquior sit semper melior, non tamen semper debet ei magis dari, quia eleemosynarum largitio ad necessitatem proximi subleuandã diuinitus instituta est: vnde si indigentia ex parte altera nimis excedat, magis seruabitur intentio instituentis eleemosynam, quàm si meliori daretur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd principalius consideratur efficacia eleemosynæ ex parte dantis, quàm ex parte recipientis, & ideo ex parte dantis debet esse ordinata datio, quæ eleemosynæ efficaciam auget.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis peccator sit magis miser in spiritualibus, non tamen in corporalibus, & ideo non est sibi semper magis prouidendum per corporales eleemosynas.

QVAESTIO III.

C

Deinde quæritur de ieiunio.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Quid sit ieiunium.
¶ Secundo, Quis teneatur ad ieiunium.
¶ Tertio, De tempore ieiunij.
¶ Quarto, De soluentibus ipsum.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum Isidorus conuenienter ieiunium diffiniat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Isidorus inconuenienter diffiniat ieiunium, dicens. Ieiuniũ est parsimonia victus, abstinentiaque ciborũ. Parsimonia enim a parsi præterito huius verbi parco, ve l. it. Est enim parcere inter alia quę habet significata, idẽ quod abstinere. ergo idem videtur esse parsimonia victus, & abstinentia

Isid. hęc diffinitio virtualiter haberi põt ex c. 44. & vlt. li. 2. de summo bono.

nentia ciborum, & sic alterum superfluit.

¶ 2 Præt. Matth. 17. super illud, Hoc genus dæmoniorum &c. dicit Hiero. Ieiunium est non solum ab escis, sed a cunctis illecebris abstinere. cum ergo Isid. diffiniat ieiunium tantum per abstinentiam ab escis, videtur ꝙ incompetens sit assignatio.

¶ 3 Præt. Ad obseruationem ieiunij videtur non solū pertinere abstinere a cibis, sed etiam lugere, & vnguento non vti, vt patet Dan. 10. In diebus illis lugebā ego Daniel &c. sed de his non fit mentio in prædicta assignatione. ergo insufficiens est.

Ad Tit. 1. polluta sunt eorū mens, & consciētia, vt ait Apost. Immūdi vero sunt omnes, quos nō mundat fides qua creditur in Christū, de qua scriptū est. Act. 15. Mundās fide corda eorum. Sed ne istas eleemosynas, quæ fiunt de fructib⁹ B terræ, respuere Christus videretur, Matth. 23. Hæc, inquit, oportuit facere, s. iudicium, & charitatē Dei: G & illa non omittere. i. eleemosynas fructuum terrenorum. Ex his datur intelligi, quòd in peccato mortali permanētes, & si eleemosynas largas faciant, non tamen per eas satisfaciunt, quia inordinate agunt dum a se non incipiunt: nec ꝓprie dicitur eleemosyna tale opus, dum sibiipsis crudeles existunt, non placentes Deo. Non ergo dicenda est illa peccati satisfactio, quam quis agit pro vno peccato, dum perdurat A in altero: quia nihil prodest ieiunare, & orare, & alia bona agere, nisi mens reuocetur a peccato, (De pœnit. dist. 3. c. Nihil prodest.)

¶ 4 Præt. Multi seruant parsimoniam in victu, & abstinentiam in cibis, qui tñ pluries in die manducant: sed tales non dicuntur ieiunantes. ergo diffinitio prædicta non conuertitur cum ieiunio.

¶ 5 Præt. Nullus est ieiunus nisi ieiunio, sicut nec albus nisi albedine: sed aliquis etiā immoderate cibis vtens, est quandoq; ieiunus antequàm comedat. ergo tali non competit diffinitio assignata ieiunij, ergo est incompetens.

II. (22. q. 147. art. 1.) VLTERIVS. Videtur ꝙ ieiunium non sit actus virtutis. Virtus enim sicut abundanti, ita & diminuto corrumpitur: sed ieiunium importat diminutionem a cibo, in quo conseruari non potest medium virtutis. ergo ieiunium non est virtutis actus.

¶ 2 Præt. Omnis virtutis actus est in aliquid operando: sed ieiunium dicit cessationem ab actu. ergo non est virtutis actus.

¶ 3 Præt. Ieiunium consistit non solum in abstinēdo a superfluis cibis, quia hoc est de necessitate virtutis, sed etiam necessariis: sed qui subtrahit necessarium cibum, dat sibi occasionē mortis, non autem vt Hieron. dicit, differt vtrum magno, vel paruo tempore te interimas. ergo cum nulli liceat seipsum occidere, videtur quòd nulli licet ieiunare, & sic ieiunium non erit actus virtutis.

(Cap. 31.) ¶ 4 Præt. Sicut dicit Aug. in 10. confess. Alimentum sic sumi debet, vt famis medicamentum: sed magis infirmo minus est medicina subtrahenda. cum ergo in primo statu Adam peccasset, si cibo abstinuisset donec præoccuparetur fame, vt in 2. lib. dist. 19. dictum est, videtur quòd etiam nunc ieiunando peccat homo, cum natura humana sit infirmior, & sic ieiunium non erit virtutis actus. (q. 1. artic. 2. ad 3.)

SED CONTRA est, quod Hiero. dicit. Ieiunium non est perfecta virtus, sed cæterarum virtutum fundamentum. (Ad Demetriadem de virginitate seruāda, vltra dimidium.)

¶ 2 Præt. Isid. dicit. Ieiunium esse abstinentiam, vt ex diffinitione præmissa apparet: sed abstinentia est virtus. ergo ieiunium est actus virtutis.

III (Vbi supra, par. 2. Cap. Quadragsima.) VLTERIVS. Videtur ꝙ ieiunium non sit actus temperantiæ, quia canon dicit de consecr. dist. 5. Ieiunium quadragesimale est decima totius anni: sed dare decimam est actus iustitiæ. ergo & ieiunare, non igitur temperantiæ.

¶ 2 Præt. Ad fortitudinem pertinet molestias perferre: sed hoc accidit in ieiunio. ergo ieiunium est actus fortitudinis, non ergo temperantiæ.

¶ 3 Præt. Prudentiæ pars est cautela, vt in 3. lib. dist. 33. dictū est: sed ieiunium ad cautelam peccatorum carnis inductū est. ergo est actus prudentiæ. (q. 3. artic. 1. q. 3. ꝑ totū.)

SED CONTRA. Materia propria temperantiæ sunt delectabilia tactus, vt dicitur in 3. ethi. sed circa huiusmodi est ieiunium, quia est circa cibos. ergo ieiunium est actus temperātiæ. (Cap. 12.)

¶ 2 Præt. Abstinentia est species temperantię: sed ieiunium est abstinentia. ergo est temperantiæ actus.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd ieiunium non cadat in præcepto, super illud psal. 44. Omnis gloria eius filiæ regis, dicit glos. quòd gloria ecclesiæ in interioribus virtutibus consistit, sicut fides, spes, charitas: sed omne præceptum ecclesiæ ad gloriam ecclesiæ ordinatur. ergo de ieiunio exteriori non potest esse præceptum.

¶ 2 Præt. Ea quæ sunt supererogationis, ad consiliū pertinent, ad quod nullus obligatur nisi ex voto: sed ieiunium est huiusmodi. ergo non obligatur ad ipsum aliquis ex præcepto.

¶ 3 Præt. Quicumq; transgreditur præceptum, peccat mortaliter. si ergo ieiunium institutum ab ecclesia cadat sub præcepto, tunc si aliquis vnum diem tantum frangeret quadragesimæ, mortaliter peccaret, quod videtur graue dicere.

F SED CONTRA. Statutum ecclesiæ obligat per modum præcepti, sicut præceptum dei, quia dominus discipulis suis dixit, Qui vos audit, me audit: sed ad illud ieiunium obligamur ex statuto ecclesiæ. ergo cadit sub præcepto. (Luc. 10.)

¶ 2 Præt. Maioris perfectionis est lex noua, quàm vetus, & magis a carnalibus desideriis abstrahens: sed ī lege veteri erat ieiunium in præcepto. ergo multo fortius in lege noua.

V VLTERIVS. Videtur quòd ieiunium non sit satisfactorium, quia satisfactio est iustitiæ actus, vt prius dictum est: sed ieiunium est actus temperantiæ. ergo non est satisfactorium.

¶ 2 Præt. Illud, ad quod ex præcepto astringimur, non est satisfactorium, sed satisfactionem præcedit, sicut de eleemosyna dictū est: sed quoddam ieiunium cadit sub præcepto, vt dictum est. ergo ad min⁹ illud non est satisfactorium.

¶ 3 Præt. Satisfactio debet fieri ab eo qui peccauit: sed anima est quæ peccat, ieiunium autem non est animæ, sed corporis. ergo non est satisfactorium pro peccato.

¶ 4 Præt. Sicut contingit peccare ex superfluitate cibi, ita ex subtractione, sed contra subtractionem cibi non datur vt satisfactio, cibi abundantia. ergo nec contra abundantiam dari debet vt satisfactorium, cibi subtractio per ieiunium. H

¶ 5 Præt. 1. Timot. 4. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: sed ieiunium est huiusmodi. ergo non est satisfactorium pro peccato.

SED CONTRA. Opera satisfactoria oportet esse pœnalia: sed ieiunium habet magis rationem pœnæ, quàm eleemosyna. cū ergo eleemosyna sit satisfactoria, vt ex dictis patet, & ieiunium debet esse satisfactorium.

¶ 2 Præt. Satisfacere est peccatorum causas excidere: sed ieiunio aliquis abscidit peccatorum causas, quia maxime ieiunio reprimitur caro, quæ ad peccata incitat. ergo &c.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionē, ꝙ ieiunium dupliciter dicitur, scilicet ieiunium naturæ, & ieiunium ecclesiæ. A primo ieiunio dicitur aliquis quolibet die ieiunus antequàm cibum sumat: a secundo autem dicitur ieiunans quasi ordinatum ab ecclesia propter peccatorum satisfactionem abstinentiam seruans. In satisfactione autem peccatorum nō solum oportet ꝙ ab illis homo abstineat, quæ lex virtutis prohibet, sed etiam ab illis, quibus salua virtute vti possemus: quia qui illicita commisit, oportet etiam a licitis abstinere, vt Aug. dicit. Vnde ieiunium ab ecclesia institutum præsupponit abstinentiam illam quę ad virtutem exigitur, & addit abstinentiam quandam ab illis quæ medium virtutis non corrumpunt. Et ideo Isid. hæc duo in prædicta diffinitione ieiunij comprehendit. s. abstinentiam ab illis quæ virtutem corrumpunt in hoc, quod dicit, parsimonia victus: & ab illis, quibus salua virtute aliàs vti liceret in hoc quod dicit, abstinentiaque ciborum. I (De vera, & falsa pnia, c. 15, 10.)

AD PRIMVM ergo patet ex dictis solutio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd diffinitio illa Hiero. intelligitur de ieiunio spirituali, & non de ieiunio corporali. (Vbi supra, Matth. 17.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd ieiunium ex suo nomine directe importat abstinentiā in cibis: vnde illæ obseruationes, quæ a ieiunantibus patribus obseruatæ leguntur, non sunt de essentia ieiunij, sed ad modum ieiunandi pertinēt, & ꝑpter hoc non oportet ꝙ in diffinitione ieiunij mentio de eis fieret. K

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ intelligenda est in prædicta diffinitione talis abstinentia a cibis aliàs licitis, qualem ecclesia ieiunantibus determinat, & sic obiectio cessat.

¶ Ad quintum dicendum, quòd prædicta diffinitio non datur de ieiunio, quo aliquis dicitur ieiunus, sed de ieiunio ecclesiæ, vt dictum est.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut supra dictū est, omnis actus qui in sua ratione includit aliquid, quod ad modum virtutis pertineat, actus virtutis dici potest quātum est de se, quàmuis possit & bene, & male fieri ob hoc, quòd forte non includit in sui ratione omne illud quod ad virtutem exigitur. Quia autem virtus infirmitati naturæ subuenit, quę ad malum de facili inclinatur, ideo omnium virtutum circa delectationes corporales existentium, & quarum superabundantia præcipue peccatum contingit propter connaturalitatem nostri ad eas, modus est in retrahendo ab eis, sicut patet in temperantia, & in omnibus partibus ei assignatis. Quia ergo nomine ieiunij actus nobis quidā exprimitur, quo quis a delectationibus tactus, s. cibis se abstrahit, constat ꝙ in ratione sua modum virtutis importat, & ideo actus virtutis dici debet.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ mediū virtutis non est medium secundum æquidistantiā ab extremis, sed accipitur secundum rationem rectam: & ideo cōtingit id qđ est parum vni, eē satis alteri, sicut quod est parum sano in cibis, eē satis infirmo qui per abstinentiā curari debet. Curatio autē spiritualis morbi affinior est virtuti, quàm curatio morbi corporalis, vnde & illud quod aliàs esset modicum, vel minus debito, tamen volenti vulnus peccati curare, satis est, & sic ieiunium mediū virtutis non corrumpit. Tamen sciendum, ꝙ medium virtutis nō consistit in indiuisibili, sed habet aliquam latitudinem, in qua virt⁹ saluatur, quàmuis termini illius latitudinis, quos prætergredi salua virtute non licet, non possunt sermone determinari: & ideo qui dimittit aliqd, quo licite posset vti, nō oportet ꝙ statim a medio virtutis discedat.

A & si aliquando cōuersus tacitum peccatum sacerdoti fuerit confessus, de vtroq; imponenda est ei satisfactio, quia de primo condigne non satisfecit.

Secundum quosdam fuit satisfactio.

QVIBVSDAM tamen videtur fuisse satisfactio, sed infructuosa, dum in peccato altero persistit: percipietur tamen fructus eius, incipietq; proficere, cum peccati alterius pænituerit. Tunc enim vtrumque dimittitur peccatum, & satisfactio præcedens viuificatur, quæ fuerat mortua: sicut baptismus illi, qui ficte accepit, tunc primitus valet, cū fictio a mente recedit per pænitentiam. B Et in huius opinionis munimentum authoritates inducunt. Ait enim Aug. Pium est credere, & nostra fides expostulat, vt cū gra-

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ieiunium, a quo quis ieiunus dicitur, non nominat aliquem actum, sed priuationem præcedentis cibi: & ideo secundum ipsum non dicitur aliquis ieiunare: sed ieiunium ecclesiæ nominat actum quendam, secundum quem in cibis sumendis se regulat aliquis secundum ecclesiæ statutum, & secundum hoc ieiunium dicitur aliquis ieiunare, & ideo hoc ieiunium potest esse actus virtutis. C

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ necessarium dupliciter accipitur in cibis, primo ad conseruationem vitæ, & tale necessarium non licet subtrahere per ieiuniū, sicut nec interimere seipsum: sed hoc necessarium est valde modicum, quia modicis natura contenta est. Alio modo, dicitur necessarium ad cōseruandam valetudinem corporis, quæ quidē accipitur in duplici statu. Primo, secundum sufficientiam habito respectu ad ea quæ incumbunt ex officio, vel ex societate eorum, ad quos conuiuit necessario agenda, & tale etiam necessarium subtrahi non debet. Hoc. n. eēt de rapina hostiam ieiunij offerre, si aliquis propter ieiunium impediretur ab aliis operibus, ad quæ aliàs obligatur. Vnde Hiero. dicit. De rapina holocaustum offert, qui vel ciborum nimia egestate, vel manducandi, vel somni penuria immoderate corpus affligit. Si etiam sit tanta abstinētia, ꝙ homo ab operibus vtilioribus impediatur, quàmuis ad ea de necessitate non teneatur, indiscretum est ieiunium, & si non sit illicitum. Vnde Hiero. dicit. Rationalis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vel vigilias sensus integritati præfert. Secundo, accipitur valetudo corporis secundum optimā corporis dispositionem: & quia caro in suo robore consistens, difficilius spiritui subditur, ideo necessarium ad valetudinē sic acceptā, & si licite accipi potest, tamen laudabiliter subtrahi pōt: & talis subtractio non multum mortē accelerat, cum corpus humanum inueniatur frequentius ex superfluitate, quàm ex defectu mortales ægritudines incurrere: vnde etiam Galenus dicit, ꝙ summa medicina est abstinentia. Inueniuntur etiam ad sensum abstinentes, vt frequēter diutius viuere, & ideo prędicta subtractio non potest dici mortis occasio, cum se habeat ad vtrumque, scilicet ad prolongandum, & breuiādum vitam: subtractio autem eius quod non est necessarium nec hoc, nec illo modo est de necessitate virtutis temperantiæ. D E

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quàmuis homo post statum peccati magis infirmetur quantum ad possibilitatem corporis, ex qua fames causatur, cui per alimentum subuenitur, tamen ex altera parte est grauior infirmitas, & periculosior cui ieiunium subuenit, scilicet concupiscentiæ morbus, qui in statu innocentię non erat: & ideo ad hunc morbum extirpandum magis intendere oportet, sicut etiam medici periculosiori morbo sollicitius subueniunt.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ quàmuis aliquis actus a pluribus virtutibus possit procedere, sicut ab imperantibus ipsum, vel dirigentibus ad eum, vel quocumq; modo ad ipsum iuuantibus: tamen illius virtutis proprie actus dicitur, quæ elicit ipsum, a qua scilicet procedit formaliter quasi similitudinē speciei, sicut calefactio a calore: sed tam virtutes quàm actus virtutū penes obiecta distinguuntur, & ideo actus ab illa virtute elicitur, qui secum conuenit in propria ratione obiecti. Et quia ieiunium in obiecto cum temperātia cōuenit inquantum ad illam temperantiæ partē, quæ abstinentia dr, ideo eius actus proprie ieiuniū est, quàmuis ab aliis virtutibus procedere per dictos modos etiam possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ actus iustitię est reddere debitum, non autem est debitum facere decimam de tempore, sed de rebus possessis aliquo modo: dicitur autē ieiuniū decima totius anni per quandam adaptationem, & ideo non oportet ꝙ sit actus iustitiæ. (De vera, & falsa pnia, c. 14. in fin. tom. 4.)

¶ Ad secūdum dicendum, ꝙ fortitudinis est perferre molestias ab exteriori illatas, hoc autem non est in ieiunio.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in omnibus virtutibus moralibus actus dirigitur prudentia, vt in 3. lib. dist. 33. dictum est, & sic actus aliarum virtutum sunt etiam prudentiæ. (q. 2. art. 5.)

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ duplex est præceptum, scilicet iuris naturalis, & iuris positiui. Præcepto iuris naturalis prohibentur ea quæ sunt ſm se mala, sed præceptis iuris positiui prohibentur ea quæ possunt esse occasiones malorum, vel præcipiuntur aliqua ordinantia ad virtutē, quam legis positor inducere intendit: & propter hoc ius positiuum, vt dicit Tullius, est a naturali deriuatum, vnde ad legē positiuam pertinet, vt dicit Philos. in 10. eth. ordinare nutritiones iuuenum, & adinuētiones virorū, idest, opera, & studia vt arceantur a malis, & perducantur ad bona. In ieiunio ergo est aliquid quod ad præceptū iuris naturalis pertinet, s. tantā abstinentiā carni adhibere, ne spiritui rebellet. Temperantia. n. vt dicit Philos. in 3. ethi. mensuram accipit ex conseruatione salutis corporalis, vnde multo magis ex conseruatione salutis spiritualis, medium autem temperantiæ non excedere ad ius naturale pertinet: sed determinatio talis abstinentiæ secundum determinatum tempus, & determinata cibaria, ad ius positiuū pertinet, quod moderatur hominū actus, & hoc modo ieiuniū sub præcepto eleemosynæ cadit. (Cap. 11.) (Ex cap. vlt.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd decor ecclesiæ principaliter in interioribus consistit, sed etiam exteriores actus ad eundem decorem pertinent, inquantum ab interiori progrediuntur, & inquantum interiorem decorem conseruant: & sic ieiunium ad decorem ecclesiæ ordinatur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ duplex est genus supererogationis, quoddam quod totaliter excedit necessitatē salutis, & hoc non potest cadere sub præcepto, sed sub consilio, 1. Cor. 7. De viginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do. Aliud genus supererogationis est, quod aliquo modo ad necessitatem salutis pertinet, quàmuis nō secundum hūc, vel illum modum, sicut de ieiunio ex dictis patet: & ideo determinatio modi in talibus potest cadere sub præcepto ecclesiæ, vel cuiuscumque legislatoris.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ præcepta iuris positiui magis obligant ex intentione legislatoris, quàm ex ipsis verbis: & ideo transgressor talis præcepti magis est reputandus, qui obuiat intentioni legislatoris, quàm qui deuiat in aliquo a legis ordinatione. Intētioni autem legislatoris obuiat, qui ex contēptu, vel sine aliqua rationabili causa ordinationē nō seruat. in quo, probabiliter credi potest, si legislator adesset, eum obligare non velle, talis nō est reputandus præcepti transgressor: & ideo nō est necessarium, ꝙ quicumq; aliquem diem ab ecclesia institutum ieiunare omittit, ꝙ mortaliter peccet. Potest. n. hoc aliquādo omnino sine peccato contingere, aliquando sine mortali cū veniali, aliquando etiam cum mortali, & hoc secundum diuersas occasiones, quibus homo inducitur ad ieiuniū frangēdū.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd ieiuniū actus satisfactorius est, quia & pro libidine peccati præteriti, subtractionem delectationis recompensat, afflictionem etiam addens: & futura peccata impedit, concupiscentiam debilitās.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ieiuniū quàmuis elicitiue sit actus tēperantiæ, tamen a iustitia imperari potest, & sic erit satisfactorium: sicut etiam adulterium intemperantiā admistam iniustitiæ habet.

¶Ad

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ præceptum legis naturæ nõ est nisi de eo quod est necessarium ad salutem, & ideo quod sub tali præcepto cadit, non est satisfactorium, sed ad satisfactionẽ exigitur, & sic est de eleemosyna, secũdum quod cadit sub præcepto: sed præceptum ecclesiæ potest ad idem ordinari, ad quod ordinat satisfactio, & ideo ieiuniũ quod sub præcepto ecclesiæ cadit, satisfactorium esse potest.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ neq; corpus peccat, neq; anima proprie loquendo, sed homo: & ideo ipse qui peccat, punitur siue sit pœna corporalis, siue spiritualis, tamen etiã pœna corporalis in animam redũdat, quæ ipsam sentit, sicut & per corpus delectatione illicita fruebatur in peccato.

Super illud Aggæi. 1. Seminasti multum, tom. 6.

D. 195.

tia Christi in hoĩe destruxerit mala priora etiã remuneret bona, & cum destruxerit quod suũ nõ inuenit, diligit bonũ quod in peccante plãtauit. Item Hiero. Si qñ videris inter multa peccata quemq̃ facere aliqua iusta opera, non est tñ iniustus Deus, vt pp multa mala obliuiscatur paucorũ bonorũ, sed faciet ea metere, & in horrea cõgregare, quæ bona in terra seminauit. Sed hæc dicta intelligimus de illo, qui

¶ Ad quartum dicendum, quòd superabundantia cibi non habet pœnam, & est inordinata, & ideo non potest esse satisfactoria, sicut ieiunium.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ intelligitur ad modicum valere corporalis exercitatio in comparatione ad pietatẽ: vel quia ad vnum tantum valet, scilicet ad concupiscentiam domandam.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum ad ieiunium ab ecclesia institutum omnes teneantur absque dispensatione.*

Vbi supra, articu. 4. & etiam 3. Luc. 10.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ ad ieiuniũ ab ecclesia institutum omnes teneantur absque dispensatione. Præcepta enim ecclesiæ obligant, sicut præcepta dei, vnde Apostolis dicitur. Qui vos audit, me audit: sed ad præcepta dei omnes tenentur absq; dispẽsatione. ergo & ad pcepta ecclesiæ.

¶ 2 Præt. Illud quod vtiliter statutum est, nõ potest sine nocumento relaxari: sed non sine vtilitate statutum est ecclesiæ ieiunium. ergo non potest per dispensationem sine nocumento relaxari.

Paulo post principiũ.

¶ 3 Præt. Secundum Bern. in lib. de dispẽsatione, & præcepto. In præcepto superioris non potest inferior dispensare: sed quælibet singularis persona est inferior quàm ecclesia, quæ ieiuniũ sub præcepto statuit, nisi forte ille, qui est caput totius ecclesiæ, vel loco capitis, scilicet Papa. ergo nullus alius potest in ieiunio dispensare, nisi Papa.

De obser. ieiun. c. Consilium.

SED CONTRA. Innoc. 3. in quadam decre. loquens de materia ista dicit, ꝙ non subiacet legi necessitas. ergo necessitate imminente potest aliquis sine peccato ieiunium ab ecclesia institutum prætermittere per dispensationem.

¶ 2 Præt. Præcepta legis naturalis non possunt per aliquod statutum immutari: sed præceptum legis naturalis est, vt homo ad necessitatẽ cibum sumat. ergo si necessitas exposceret, posset ieiunij abstinentiam non seruare.

II

VLTERIVS, Videtur ꝙ iusti non teneantur ad ieiuniũ ecclesiæ. 1. Cor. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas: sed iusti spiritu dei sunt imbuti. ergo liberi sunt ab onere statutorũ ecclesiæ. & sic non obligantur ad ieiunium ab ecclesia institutum.

¶ 2 Præt. Matth. 9. dñs dicit. Non possunt filij sponsi, quàmdiu cum eis est spõsus, lugere, ieiunium aũt ad luctũ pertinet: sed cum iustis spõsus ecclesiæ Christus spiritualiter est, Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. ergo cum spiritualis præsentia corporali præeminat, videtur quòd non teneantur ad ieiunium.

¶ 3 Præt. Nullus tenetur satisfacere, qui non peccauit: sed ieiuniũ est quædam satisfactionis pars. ergo si sunt aliqui iusti, qui numq̃ peccauerunt, vr̃ ꝙ tales ad ieiunium non tenentur.

SED CONTRA. Apostolus perfecte iustus fuit: sed ipse corpus suum castigauit per ieiunia, & alia corporalia exercitia, vt dicitur 1. Cor. 9. Ne forte reprobus efficiar. ergo & alij iusti debent ieiunare.

¶ 2 Præt. Iustitia hominis ordinem ecclesiæ non subuertit, sed perficit: sed quandiu manet ordo, manet obedientia inferioris ad superiorum præcepta, quia hoc eis est debitum. ergo per iustitiam homo non absoluitur quin teneatur ieiunare, & alia præcepta ecclesiæ dei debet seruare.

III Vbi supra, art. 4. ad 2.

VLTERIVS. Videtur ꝙ etiam pueri teneantur ad ieiu-

F nium, Ioel. 2. dicitur. Sanctificate ieiunium. & postea sequitur. Congregate paruulos, & sugentes vbera. ergo paruuli ad ieiunium tenentur.

¶ 2 Præt. Magis propinquius est præcepto puer, q̃ bestiæ: sed Ion. 2. dicitur. Homines, & iumenta non gustent quicq̃, nec aquam bibant. ergo multo magis pueri ad ieiuniũ tenẽtur.

¶ 3 Præt. Pueri plus possunt ieiunare, q̃ (vt vr̃) prouecti, qa habẽt plus de humido: sed qui plus habet, magis tenetur. ergo pueri magis tenentur ad ieiuniũ, quàm prouecti.

in charitate quodã tempore bona facit, & bonus est: alio vero tempore malus est, & multa peccata facit. Non ergo intelligendũ est, eũ inter multa peccata iusta opera fecisse, quasi simul, eodemq; tpe peccata fecerit, & iusta opera, sed diuersis tpibus vtraq; fecisse. Nisi.n. bonus foret, qñ bona fecit, nõ seminasse diceretur in terra bona. Destructis ergo malis post opera bona cõmissis, priora bona ĩ charitate, s. facta,

G

SED CONTRA. Præceptum ecclesiæ necessitatẽ cibi subtrahere non debet: sed pueri indigent frequenti cibo, quia non possunt simul tantum sine læsione alimẽtum accipere, quod eis ad totam diem sufficiat propter debilitatem naturæ. ergo ad ieiunium non tenentur.

¶ 2 Præt. Ieiunium est ordinatum ad satisfaciendum, & concupiscentiam comprimendum: sed satisfactio pro peccatis præteritis non competit pueris, quia innocenti vita degunt, & a puritate pueri dicuntur: similiter nec est in eis concupiscentia impugnans, & si habitu eis insit, vt Aug. dicit. ergo non tenentur ad ieiunium.

De pecca. toris mer. & remiss. cap. 39. IIII

H VLTERIVS. Videtur ꝙ prouecti, & sani nõ excusentur a ieiunio propter peregrinationem. Est.n. dimittendum illud, quod non est necessitatis, vt seruetur id quod est necessitatis: sed peregrinatio non est necessitatis. cum ergo ieiunium ab ecclesia institutum sit necessitatis, quia cadit sub præcepto, videtur quòd non debeat propter peregrinationem, aut iter, ieiunium intermitti.

¶ 2 Præt. Videtur ꝙ nec ratione paupertatis, quia paupertas de se inducit ad ieiunandum. ergo non est causa quare aliquis ieiunare non debeat.

¶ 3 Præt. Videtur ꝙ nec ratione operis alicuius seruilis quis a ieiunio excusetur, quia lucrum spirituale debet præponderari lucro corporali: sed huiusmodi opera ad lucrum corporale ordinãtur, ieiunium autem ad spirituale. ergo non est ieiuniũ propter huiusmodi opera intermittendum.

SED CONTRA. Afflictio non est addenda afflicto: sed omnia prædicta habent de se afflictionem. ergo aliquo modo I excusantur ab afflictione ieiunij.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd per præcepta iuris positiui, vt dictum est, remouentur aliqua, quæ nõ sunt de se mala, & semper, vnde in aliquo casu possunt esse bona, & necessaria, quæ talibus prohibentur præceptis, & ideo non fuit intentio legislatoris, vt semper obseruaretur præceptum suum, nisi in illis casibus, in quibus bonum virtutis potest conseruari. Et ideo dicendum ad primã quæstionem de iure naturali, & positiuo, ꝙ ius positiuũ a iure naturali procedere dicitur, inquantum per ius positiuum modus obseruãdi ius naturale determinatur: quia intentio cuiuslibet legislatoris est inducere homines ad virtutes, vt dicitur in 2. eth. q̃ pertinent ad ius naturale. (Cap. 1.) Modus autẽ obseruandi ea, quæ sunt de lege naturali, non potest esse vniformis in omnibus propter diuersitates quæ in singularibus contingunt, sicut nec idem modus curationis potest adhiberi omnibus laborantibus eadem ægritudine: & ideo legislator non potest aliquod præceptũ ponere, quod non oporteat in casu aliquo prætermitti: tamẽ cõ- (D. 7ll. D. 9ll.) K siderans quod frequẽtius accidit, legem ponit in illis casibus, in quibus modus determinatus per legem non competit, iudicium reseruans aliquibus, qui hoc habeant diffinire: & hæc est dispensatio prælatis commissa in ieiunio ab ecclesia instituto, & in aliis huiusmodi ecclesiæ præceptis.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ præcepta dei sunt de eo quod est de necessitate salutis secundum se, & ideo in quolibet casu obseruari illa oportet: sed præcepta ecclesiæ quàmuis vim obligandi habeant ex actu præcipientium, non tamen semper obligant propter materiam, in qua proponuntur:

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum vtilitatem, quæ vt frequẽtius accidit, vtiliter huiusmodi præcepta instituta sunt, sed propter necessitatem in aliquo casu emergentem etiam vtiliter dimittuntur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ inferior põt dispensare in pcepto superioris, quando dispensatio sibi a superiori relinquitur.

AD SE.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ præceptum a legislatore positum, tunc solum ad obseruandũ non obligat, quando obseruatio intentionem legislatoris euacuat, vel impedit, qua intendit homines inducere ad virtutem, vel bonũ statum eorum, quibus legem proponit. Cum autem iustitia profectum ieiunij, quẽ legislator intendit, non impediat, sed augeat, quia efficitur magis meritorium ex hoc ꝙ aliquis est iustus, non absoluit a ieiuniorum obseruatione.

quæ sequẽtia mala mortificauerãt, pænitentia de illis malis habita viuificantur, & remunerantur. Vnde Apost. Iacientes fundamentum pænitentiæ ab operibus mortuis, opera mortua nominans, priora bona signat, quæ per sequens peccatum erãt mortua, quia hi peccãdo priora bona irrita fecerunt. Hæc sicut peccãdo irrita fiunt, ita per pniam reuiuiscunt, & ad meritũ æternitatis prodesse incipiunt. Similiter &

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ libertas, quam spiritus dei inducit, est libertas iustitiæ, quæ opponitur seruituti peccati, sed coniũgitur seruituti dei: & ita ad obedientiam mandatorum eius, & eorum qui vicem dei gerunt in terris, obligatur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ duplex est ieiunium, luctus, & exultationis, & dicitur ieiunium luctus, quod quidem cũ amaritudine peccatorum, vel præsentis miseriæ geritur: ieiunium vero exultationis, cum ex spirituali iucunditate a carnalibus se abstrahit, quia gustato spiritu, desipit omnis caro iustis. ergo semper habitu spiritualiter sponsus præsens est, sed nõ semper actu, immo quãdoq; est eis præsens vt iudex, cum sua peccata C recogitãt vel quæ fecerũt, vel in quæ cadere possunt, nisi carnẽ cohibeat, & tunc eis cõpetit ieiunium mœroris. Aliquando aũt est eis præsens actu, vt sponsus, quando eius dulcedine pfruuntur, & tunc competit eis exultationis ieiunium, & nõ mœroris.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ieiunium non tantum inducitur pro peccatis præteritis, sed etiam ad præseruandũ a futuris: & ideo in his q̃ non peccauerunt, cõpetit vt medicina præseruãs, & tñ præsens vita sine peccato omnino agi non põt, q̃uis a criminibus aliquis abstineat, vt Aug. in 1. lib. de pnĩa dicit: & ideo sicut oĩbus in hac vita existẽtibus cõpetit pnĩa, ita & ieiunium.

AD TERTIAM quæstionẽ dicendum, ꝙ pueri indigẽt multo cibo, eo ꝙ cibus in eis non solum exigitur ad actũ nutritiuæ, sed etiã ad actum augmentatiuæ virtutis, quia de residuo nutrimenti fit augmentum: & quia virtus naturæ in eis nondum conualuit; non possunt simul multũ de cibo assumere, quia naturalis virtus illud conuertere non posset, & ideo indi- D gent frequenti cibi sumptione: & propter hoc eis nõ competit ieiuniũ dum sunt in augmento. Tẽpus.n. augmẽti sm Philos. est vsq; ad finẽ tertij septennij, vt in pluribus, qa res naturales nõ currunt semper eodẽ modo, sed vt frequenter: & ideo ante hoc tẽpus non arctãtur pueri ad oĩa ieiunia ecclesiæ seruanda. Sed quia quãto ad terminũ prædictum appropinquãt, tãto virtus naturæ magis roboratur, & augmentũ tardius pcedit, cũ in primis quinq; annis perueniat puer ad medietatem totius augmenti, vt Philos. dicit, ideo sm quod magis appropinquãt ad prædictũ terminum, sunt eis ieiunia magis cõmensuranda.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ loquitur in casu, quãdo magna tribulatione imminente maior afflictio ad placandum deum superaddenda est.

¶ Et similiter dicendum ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis pueri plus habeãt de humido, quàm prouecti: quia tñ illud est minus inspissatũ, citius põt a calore consumi, & ideo frequentiori refectione indigent.

AD QVARTAM quæstionem dicẽdum, ꝙ sicut dictum E est, intentio legislatoris est conseruare homines, & inducere ad bonum statum virtutis, qui quidem consistit in cõseruatione vitæ, & valetudine sufficienti ad opera quæ quis facere debet: nec tamen suo præcepto exigit ab homine totum quod potest, cum nõ intendat ordinare statum hominis quantum ad vnũ diem, vel ad paruum tempus, sed ad totam vitam, a quo deficeret, si semel homo totum quod posset, faceret: & ideo siue ægritudine imminente, siue labore viæ, siue quocumq; alio, cũ quo simul & ieiunio prædictus status conseruari non potest, nõ tenetur ex præcepto ieiunare, sed secundum dispensationem superioris, vt supra dictum est, ieiunium soluere potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ si sit talis peregrinatio quæ possit sine incõmodo differri, debet peregrinationẽ differre, si simul cum ea ieiunare non põt. Si aũt peregrinatio cõmode differri non potest vel quia tempus ieiunij hominem in via præoccupat, vel quia dies festus alicui imminet, ad quẽ ex deuotione homo pergere cupit, vel quia mora in pænitentia pe-

A riculum habet vel spirituale, vel corporale, potest cum dispensatione sui superioris omnia prædicta pensantis peregrinari, & ieiunium soluere. Hoc tamen intelligitur de his qui labore itineris adeo affliguntur, ꝙ simul cum ieiunio itinerari non possunt. Nec obstat ꝙ præceptum debet præponi cõsilio, quia intentio præceptũ huiusmodi dantis nõ est alias pias & magis necessarias causas excludere: secus aũt est de præceptis legis naturæ, q̃ hoc prohibent, qd sm se, & semp malũ est.

illud. Bonum amat Deus quod plãtauit in peccante, in illo. s. qui post illud bonum peccauit, non simul peccans, & bonũ operans extitit, quia talis hoĩs opus non diligeret Deus ad remuneratione. Põt etiam B accipi de operibus bonis, quæ ab aliquo fiunt, dum malus est, & in peccato mortali psistit vel ad tps, vel vsq; in finem, quæ dñr a Deo remunerari, & non dari obliuioni, non quia proficiant ad vitã æternã

De pænitẽ. dist. 3. cap. Quid ergo. §. Potest.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ paupertas nõ semper excusat a ieiunio, sed in illo casu quando simul habere non potest tantum hora comestionis, ꝙ ad victũ totius diei sufficiat, sicut frequenter egenis contingit, qui frustatim eleemosynas quærunt, vel etiam quando ex præcedenti inedia tantũ debilitati sunt, ꝙ ieiuniũ sufferre non possunt.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ de operariis distinguendum videtur, quia si ieiunando possunt competenter victum pro persona sua habere, & pro familia cuius cura eis incumbit, siue quia alias diuites sunt, siue quia de eo quod minori labore qui secũ ieiunium compatiatur, lucrari sufficientia possunt, a ieiunio non excusantur. Si autem aliàs non possunt tantum laborare ꝙ victum sufficientem acquirant, nisi ieiunium frangendo, possunt secundum dispensationem sacerdotis sui ieiuniũ soluere, & laborare. Ex quo patet, ꝙ intentio maioris lucri nõ necessarij eos a peccato non excusat, si ieiunium frangant: nec iterum illi a peccato immunes sunt, qui operarios conducere nolunt, nisi tali pacto vt ieiuniũ soluant, nisi forte sit causa necessaria, quæ festinationem operis, pro quo laboratur, exposcat.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum huiusmodi tempora debeant esse ad ieiunium determinata, sicut ecclesia instituit.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ huiusmodi tempora nõ debeant esse ad ieiunium determinata, sicut ecclesia instituit, quia sicut ieiunium est satisfactionis pars, ita eleemosyna: sed eleemosynarum tempus non est determinatum. ergo nec ieiunij. (Vbi supra, art. 5.)

¶ 2 Præt. Sicut legislator noui testamẽti, scilicet Christus, quadragesimã ieiunauit, ita & legis veteris lator, scilicet Moyses: sed populo veteris testamenti non indicebatur quadragesimale ieiunium. ergo nec populo noui testamenti indici debet.

¶ 3 Præt. Christus statim post baptismum legitur Matth. 4. ieiunium in deserto inchoasse. si ergo nos in actibus nostris Christo conformari debemus, statim post Epiphaniam quãdo baptismus Christi celebratur, debemus quadragesimale ieiunium inchoare.

¶ 4 Præt. In veteri testamento habebant ieiunium quarti mẽsis, & quinti, & septimi, & decimi, quæ non erant distincta per quatuor anni tempora. ergo videtur ꝙ nec nos per quatuor anni tempora nostra ieiunia distinguere debeamus.

¶ 5 Præt. Temporibus lætitiæ ieiunium non competit, vnde E & tempore Paschali intermittitur ieiunium, vigiliæ apostolorũ Philippi, & Iacobi: & tempore Natiuitatis, ieiunium vigiliæ beati Ioannis euangelistæ: sed infra octauas Pentecostes adhuc durat gaudium paschalis festiuitatis. ergo tunc ieiunium non erit obseruandum.

¶ 6 Præt. In sanctorum solemniis eorum gloriam recolimus, ad quam translati sunt: sed ieiunium statui gloriæ non competit, quia non esurient, neq; sitient amplius. ergo in vigiliis solẽnitatum ieiunium non competit.

VLTERIVS. Videtur ꝙ in aliquo tempore ieiunium sit interdictum, secundum quod Greg. in 2. dialog. narrat quendam sacerdotem diuinitus missum beato Benedicto dixisse. Dies resurrectionis est, non licet tibi hodie abstinere. ergo videtur ꝙ in solemnitatibus illicitum est ieiunare. (II Cap. 1. versus finem.)

¶ 2 Præt. In Esdra dicitur, Sanctus dies domini est, nolite contristari. & additur, Comedite pinguia &c. ergo videtur ꝙ in diebus solemnibus non liceat ieiunare.

SED CONTRA est, quòd Honorius tertius in quadam decret. (De obser. ieiun. c. Explicari.)

decret. dicit, q̃ die Natalis sexta feria venienti non sunt prohibendi, qui propter deuotionem voluerint ieiunare.

XIII

VLTERIVS. Videtur q̃ hora nona non debeat esse tempus determinatum ad manducandum in diebus ieiunij, quia circunstantiæ secundum conditionem personarum sunt determinandæ: sed nõ sunt eiusdem conditionis quantum ad potentiam abstinendi omnes, quibus ieiunium indicitur. ergo non esset eis omnib⁹ vna hora determinãda.

Lib. vnico de pœnitẽ. cap. 26.

¶ 2 Præt. Status noui testamẽti est perfectior quàm status veteris: sed in veteri testamento ieiunabant vsque ad vesperam. ergo & vsq; ad vesperam homo debet comestionem nunc differre in diebus ieiunij.

obtinendã, sed ad tolerabilius extremi iudicij suppliciũ sentiendũ, sicut de fide, & cæteris, q̃ sine charitate habentur, Aug. ait. Si ꝙs nõ habens charitatẽ, q̃ pertinet ad vnitatẽ spũs, & vinculũ pacis, quo Ecclesia cõnectitur, si aliquo schismate cõstitutus, ne Christũ neget patitur tribulationes, famẽ, persecutionẽ, vel flãmas, vel bestias, vel ipsã crucẽ timore geennæ, nullo modo ista culpãda sunt, immo & hęc laudanda est pãtientia. Non. n. dicere poterimus meli⁹ ei fuisse, vt Christũ negãdo nihil horũ pateretur, q̃ passus est cõfitendo, sed æstimãdũ est fortasse tolerabilius ei esse futurũ iudiciũ, q̃ si Christũ negãdo nihil horũ pateret, vt illud quod ait Apost. Si tradidero corpus meũ ita vt ardeã, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil mihi ꝓdest, nihil ꝓdesse intelligatur ad regnũ obtinendũ, nisi ad extremi iudicij tolerabili⁹ subeundum supplicium: & infra. Hæc propter charitatem dicta sunt, sine qua in nobis non potest esse vera pœnitentia, quoniam in bonis charitas Dei est, q̃ tolerat omnia.

SED CONTRA est consuetudo.

RESPON. Dicendum ad primã quæstionem, quòd ad legislatorem pertinent ea quæ sunt ad vitam humanam necessaria, lege ordinare qualiter cõgruentius fieri possunt, & ideo cũ aliquod tempus sit alio magis ieiunio congruũ, conuenienter ab ecclesia determinatum tempus est ad ieiunia institutum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eleemosynæ ordinantur ad subueniendum defectibus aliorum, & ideo non potest eleemosynis tempus determinari, sicut nec defectibus, quibus subuenire oportet. Sed ieiunium est institutum ad comprimendum concupiscentiam carnis, & satisfaciendum pro peccatis præteritis: & quia ieiunium concupiscẽtiam comprimit, etiam postquàm factum est, secundum quod defectus manet in ieiunante, ideo potest ieiunio tempus præfigi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Moyses fuit legislator non tamquàm dominus lẽgis, sed tamquàm famulus, Christus aũt tamquàm dominus: & ideo non inducebat lex vetus ad conformitatẽ Moysi, sicut noua lex inducit ad conformitatẽ Christi, quia etiam angelorum intentio, quia non sunt domini, sed serui, non est vt alios in seipsos reducant, sed in deum, vt Dionys. dicit.

Lib. de cæl. hierar. & ex cap. 4. elicitur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ Christus non ieiunauit quasi ipse ieiunio indigeret, sed vt ad gratiam eius suscipiendam exẽplo sui ieiunij nos præpararet: & ideo post baptismum suum, in quo plenitudo gratiæ ipsius declarata est testimonio patris & spiritussancti, & etiam Ioannis, dicebat vt exemplum ieiunij sui nobis proponeret. Nobis autem cõpetit ieiunium, vt præparemur ad suscipiendam gratiam ipsius, quia sacramenta gratiæ eius præcipue proponuntur circa festum Paschæ: ideo immediate ante solẽnitatem paschalem quadragesimale ieiunium impletur: & etiam quia tempus veris quod tunc incipit, maxime est cõcupiscentiæ aptum: & quia significatur, quòd ad gloriam resurrectionis per tribulationes præsentis vitæ perueniamus, sicut & Christus per passionem.

Sup Zach. ca. 8. Et hĩ dist. 76. ca. Ieiunium.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ secundum Hiero. Iudæi habebãt speciales causas, quare illa ieiunia obseruabant. In Iulio. n. qui est quartus mensis ab Aprili, quem ipsi primum habent, ieiunabant, quia illo mense septima die mensis Moyses descendẽs de monte legis tabulas confregit propter peccatum vituli conflatilis, & eodem mense muri Hierusalem a Nabuchodonosor destructi sunt. In quinto autem mense, idest, in Augusto, propter peccatum murmuris ex verbis exploratorũ ortis, illo mense templum incensum est a Nabuc. & postea etiam a Tito. In septimo autem mense propter intersectionem Godoliæ, sub quo reliquiæ populi conseruabantur, vt patet Hiere. 41. In decimo autem mẽse in memoriam mortuorum, quos dominus in deserto percusserat. Nos autem præter ieiunium quadragesimale, in quo omnium dierum quasi decimam soluimus, in singulis quadris anni, tres dies ieiunij instituti sunt, qui quasi in primitias computentur, & ad expiandum peccata singulorum quarterum.

In serm. de ieiun. Pentecostes.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ sicut dicit Leo Papa, post sanctæ lætitiæ dies, quos in honorem dñi resurgentis, & in cælũ ascendentis exegimus, & post acceptum spiritussancti donum salubriter, & necessario consuetudo ordinata est ieiunij, vt siquis forte inter ipsa festiuitatis gaudia negligens libertate, & licentia immoderata aliqua præsumpsit, hoc abstinentiæ censura castiget. Tum etiam est ieiunium exultationis quod in illis, qui spiritumsanctum acceperũt, comperit: cum gaudio enim spirituali etiã afflictio corporalis se cõpatitur, vnde nõ fit genuflexio, & alleluia cantatur, quod in aliis ieiuniis nõ obseruat.

¶ Ad sextum dicendum, q̃ in solemnitatibus præcipuis vigilias ieiunamus, vt parationes ad deuotionem festi simus, & vt gaudium æternum quod per solẽnitates tales significatur, ad tribulationes pñtis vitę, quas sancti passi sunt, subsequi demonstrentur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ ieiunium quantum est de se, nullo tpe est prohibitum. Vnde sicut dicit Isid. sancti Patres in deserto tempore paschali ieiunabant, excepto die dominicæ resurrectionis, in quo non videtur conuenies ieiunare, eo q̃ tota ecclesia lætitiæ festum agit. Vnde nõ est conueniens, q̃ aliquis illo die operibus afflictionis intendat, quia turpis est oſs pars, q̃ suo toti nõ congruit, vt dicit Aug. in lib. confess. sed per accidens põt esse ieiuniũ alicuius in die festo illicitum, si adeo pertinaciter ieiunium teneret, q̃ non crederet per deuotionem festi vtilitatem ieiunij compeñsari posse.

1. Cor. 13. Et habetur dist. 76. ca. Post Paschã

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ dies resurrectionis, vt dictũ est, totus est lætitiæ, vnde & cantatur, Hæc dies quam fecit dominus &c. & ideo in illa præ aliis non congruit tristitiæ signa ostendere: & quia in singulis dominicis memoria resurrectionis agitur, ideo in diebus dominicis secundum communem consuetudinem ecclesiæ ieiunia intermittuntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia illi in magna tristitia demersi erant propter tribulationes vndiq; imminentes, ideo ab his, quæ tristitiam ingerere possunt, abstrahebãtur, vt in spe diuini auxilij gauderent.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̃ competens hora comedendi in diebus ieiunij est hora nona, & hæc est ab ecclesia instituta, & cõiter obseruata: quia ẽm cõem cursum comedendi est hora sexta, quia cibus non debet apponi quousq; natura circa cibum præcedentẽ occupata est. Occupatur aũt in cibo assumpto dupliciter, Primo digerẽdo ipsum: & qa digestio fit per calorem, ideo illud tps digestionis est congruũ, in quo calor naturalis ad interiora reuocatur, ſ. non propter subtractionem radiorum Solis, & propter somnum, in quo intenduntur virtutes naturales. Secundo, cibum iam decoctum deducendo per mẽbra, quibus debet assimilari, & ad hoc requiritur, q̃ calor nutrimentũ deducens vsq; ad extremas partes corporis euocetur: calor aũtem Solis calorẽ naturalem ad exteriora euocat, & ideo quando completur Solis ascensus, quod fit hora sexta, quia tunc est circa medium, tunc eius opus cõpletum est, & ideo tunc est tempus communiter sumendi cibum. Et quia ieiunium ecclesiæ debet esse pœnale, & satisfactorium, ideo supra hoc aliquid additur: non autem tantum, q̃ penitus humor cibi assumpti exsiccetur, aut virtus naturalis debilitetur, vnde partito residuo tempore, hora nona occurrit, in qua cibus secundum ecclesiæ statutum in diebus ieiunij sumendus est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd legislator ponens legem communem, attendit ea quæ in pluribus accidunt, sed adaptationem ad singulos relinquit illis, qui constituuntur legis dispensatores.

Dist.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd nos nostro ieiunio conformamur nouo homini, qui per passionem suam nos a vetustate & tenebris reuocauit, & ideo illo tempore ieiunium primum solemnus, quando Christus passionem suam finiuit, scilicet hora nona. Sed ante hanc renouationem competebat vespertinum tempus ieiunantium comestioni, ad significandum quòd per cibum veteris hominis in tenebris peccati & mortis deiecti erant, a quibus non eruebantur, etiam post tribulationes præsentis vitę, quia in mortem ad limbum descendebant, qui erat tenebrosus locus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per binam comestionem ieiunium soluatur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd per binã comestionem ieiunium non soluatur, quia ieiunium est determinatum ad subtractionem nutrimenti: sed non solum nutrimur

Vbi supra, art. 6.

nutrimur cibo, sed etiam potu, cũ ergo potus assumptus præter comestionem statutum ab ecclesia ieiunium non soluat, videtur quòd nec etiam cibi bina assumptio.

¶ 1 Præt. Aqua potata impedit sumptionem eucharistiæ, sicut & sumptio alterius cibi, quia soluit ieiunium naturę, quod requiritur in eucharistiam sumẽtibus, sicut & alij cibi. si ergo aqua potata nõ soluit ieiunium ecclesiæ, videtur quòd nec alius cibus assumptus.

¶ 3 Præt. Electuaria etiam cibi quidam sunt: sed eorum assumptio ieiunium non soluit, quod patet ex communi cõsuetudine multorũ, qui & diebus ieiunij absq; conscientia fractionis ieiunij electuaria in magna quantitate mãducat. ergo nec ciborum aliorum iterata assumptio ieiunium soluit.

¶ 4 Præt. Odor ieiunium non soluit: sed odore aliqui reficiũtur sicut & cibo. ergo nec cibus.

SED CONTRA ẽ, qa in hoc distinguunt ieiunantes a nõ ieiunãtibus, quia semel manducant. si ergo bina comestio ieiunium nõ solueret, nõ esset differẽtia inter ieiunantes, & nõ ieiunantes.

VLTERIVS. Videtur q̃ esus carnium ieiunium non soluat, quia ieiunium est institutum ad comprimendum concupiscentiam: sed vinum magis inflammat concupiscentiam, quàm carnes. cum ergo potus vini non soluat ieiunium, nec esus carnium soluet.

¶ 2 Præt. Legumina inflatiua sunt, & sic ad luxuriam prouocant: sed vsus eorum nõ soluit ieiuniũ. ergo nec esus carniũ.

¶ 3 Præt. Pisces aliqui ita delectabiliter comeduntur, sicut carnes aliorum animalium: sed nulla caro piscium comesta ieiunium soluit. ergo nec carnes autium, aut quadrupedum.

¶ 4 Præt. Sicut in diebus quadragesimalibus abstinetur a carnibus, ita ab ouis, & lacticiniis: sed in diebus ieiunij quidam lacticinijs, & ouis vtũtur. ergo & carnibus vti possunt sine hoc quòd ieiunium soluatur.

SED CONTRA est generalis consuetudo ecclesiæ, quæ ieiunantibus vsum carnium interdicit.

VLTERIVS. Videtur q̃ anticipatio temporis ieiunium non soluat. Sicut enim non seruat tempus ab ecclesia institutum, qui tardat comestionem, ita nec ille qui anticipat: sed ille qui tardat non soluit ieiunium ab ecclesia institutum. ergo nec ille qui anticipat.

¶ 2 Præt. Ieiunium est actus abstinentiæ: sed abstinentia impeditur non solum per anticipationem horæ comestionis, sed etiam per alias conditiones, quæ hoc versu continentur. Præpropere, laute, nimis, ardẽter, studiose. ergo cum nimis comedere quantum ad quantitatem non soluat ieiunium, nec ardenter quantum ad auiditatem comedendi, nec laute quãtum ad pretiosa, quæ in cibum quæruntur, nec studiose quantum ad exquisitum modum cibaria præparandi: alias mortaliter peccarent, qui in diebus ieiuniorum hoc facerent quasi transgressores præcepti ecclesiæ, quod durum est dicere, videtur q̃ nec præpropere comedere, quod est tẽpus anticipare, ieiunium soluat.

SED CONTRA est quod dicit consiliũ Cabilon. In quadragesima nullatenus credendi sunt ieiunare, qui ante manducauerunt, quàm vespertinum celebretur officium. ergo anticipatio temporis soluit ieiunium.

RESPON. Dicendum ad primã quæstionem, q̃ ieiunium dupliciter soluitur. Vno modo, quãtum ad meritum, ita quòd homo vel non meretur, vel minus meretur, & de hac solutione ieiunij non intendimus ad præsens: quia conditiones quæ meritum alicuius actus augent, vel minuunt, indeterminatæ sunt, eo q̃ q̃lib; accidentaliter se habẽt ad actum meritorium. Alio modo soluitur ieiunium, ſm quod est ab ecclesia institutum, ex qua solutione homo efficitur transgressor statuti ecclesiæ de ieiunio seruando, vel saltem non obseruando, si ex dispẽsatione, vel causa legitima dimittat: & de hac solutione ieiunij nunc quæramus. Ad hoc autem præcipue valet cõsiderare intentiones statuentis. Intendit autem ecclesia certum modum statuere manducandi, vt scilicet semel in die ieiunans manducet, & ideo si aliquorum sumptio, secundum quæ manducatio solet compleri, iteretur, ieiuniũ prædicto modo acceptum soluitur. Si autem aliqua sumantur, quæ ad manducandum de se ordinata nõ sunt, sed ad alium vsum, qui vsus communiter manducatio non vocatur, talis cibi, vel potus sumptio præter manducationem vnam ante, vel post, non facit esse binam mãducationem, & ideo talis sumptio ieiunium non soluit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quãuis aliquis potus aliquo modo nutriat, tamẽ de se nõ ordinatur ad nutriẽdum, sed magis ad dispositionẽ bonam eorum quę nutriũt, vt scilicet per membra deducantur, & in stomaco non comburantur: vnde sumptio potꝰ manducatio nõ dicitur: & ideo ille q̃ potat extra horam vnicæ comestionis, non dicitur bis manducare, & propter hoc nec statutum ecclesiæ frangit, nisi fraudem faciat: quia legem violat, qui in fraudẽ legis aliquid facit.

Super Ezechiel. lib. 1. Homil. 11.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ aqua, & si soluat ieiunium naturæ, quia aliquo modo nutrit, nõ tñ soluit ieiunium ecclesiæ; quia ecclesia nõ attendit in statuendo id quod quoq; modo nutrire põt, sed id qđ principaliter ad nutriendũ ordinatũ est.

¶ Ad tertiũ dicendum, q̃ quidam dicunt, quòd si electuaria comedantur ad delectationem, soluũt ieiunium, si autem causa medicinæ sumantur, non soluitur ieiunium: sed statutum positiuæ legis non attendit intentionem obseruantis, sed ipsum actũ, eo quòd modus ⁊ virtutis non cadit in præcepto, sed est finis præcepti, sed ex intẽtione potest aliquis mereri, vel demereri: & ideo dicendum, quòd electuaria & si aliquo modo nutriant, non tamen hic est principalis vsus eorum. Vnde nec loco manducationis sumi consueuerunt, & ideo talis sumptio ieiunium ecclesiæ non soluit, quàmuis homo possit totaliter, vel in parte ex hoc meritum ieiunij perdere, vel etiam mortaliter peccare, si sit immoderata libido, nõ tamen est transgressor præcepti ecclesiæ, nisi in fraudem sumeret, aut si eis quasi aliis cibis vteretur ad famem extinguendam.

D. 1047.

¶ Ad quartum dicendum, quòd odor non nutrit, vt patet per Philosophum in libro de sensu & sensato, sed aliquo modo confortat: vnde non soluit neque ieiunium naturæ, neq; ieiunium ecclesiæ.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ ille dicitur ieiunium ecclesiæ soluere, qui statutum modum abstinendi ab ecclesia non seruat. Cum autem ieiunium ecclesia instituerit ad satisfaciendum, & concupiscentiam reprimẽdum, sicut determinauit abstinentiam ieiunij quãtum ad numerum, vt scilicet semel tantum ieiunans comederet ad afflictionem carnis propter satisfactionem: ita taxauit vt a carnibus abstineretur, quia hoc genere cibi præcipue concupiscentia fouetur, & roboratur: vnde comestio carnium ieiunium soluit ab ecclesia institutum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vinum concupiscẽtiam incitat inflammando per modum alterantis: & quia tales alterationes non diu manent, ideo potus vini non adeo efficaciter operatur ad concupiscentię fomentum, sicut esus carnium, quo præcipue materia concupiscentiæ ministratur, & calor naturalis confortatur radicitus magis, & ex alia parte subtractio vini nimis debilitaret naturam propter digestionis impedimentum.

¶ Et similiter dicendum ad secundum, de inflatione leguminum, quòd est accidentalis causa concupiscentiam prouocans, & cito transit.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd pisces frigidiores sunt naturaliter, quàm carnes, nec alimentum ita conueniens corpori præstant, sicut aliæ carnes: vnde nõ fuit tanta necessitas prohibendi pisces, sicut carnes.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quadragesimale ieiunium arctius obseruatur, quàm alia ieiunia, quia eo Christi ieiunium secundum modum nostrum imitamur: & ideo quãmuis vsus casei & ouorum in quadragesima sit generaliter interdictus, tamen in aliis ieiuniis apud diuersos in his est diuersus abstinentiæ modus.

AD TER-

Ad tertiam quaestionem dicendum, φ sicut dictum est, ille ieiunium soluit, qui ecclesiae determinationem non seruat. Vnde cum ecclesia instituit certum tempus comedendi ieiunantibus, qui nimis notabiliter anticipat, ieiunium soluit. Non enim ecclesia arctare intēdit ad subtilem temporis inspectionem, nec oportet astrolabium accipere ad horam comestionis cognoscēdam: vnde sufficit si circa horam illam, quam ecclesia instituit, ieiūnās sumat cibum, etiam si aliquātulum propter aliquam necessitatē anticipet.

cia bonorum praeteritorum, intelligendum est hoc ad vitam percipiendam bona praeterita non dare fiduciam, & si ad mitiorem poenam. Alioquin praemissae authoritati August. obuiaret. Et bona ergo sine charitate facta, & bona in charitate facta, quae concomitatur mortalis culpa, quam non delet sequens paenitentia, ad sensum mitioris poenae proficiunt, non ad vitae fructum.

Ad primum ergo dicendum, φ omittere praeceptū ecclesiae non licet, sed supererogare licet: & ideo cum tardatio horae ad poenalitatem ieiunij faciat, licet tardare per horam, sed non anticipare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ea, in quibus non potest accipi certa mensura, nō cadunt sub determinatione legislatoris. Et ideo quia non potest accipi certa mensura in quantitate cibi, vel aliis conditionibus numeratis, sicut in tempore accipi potest: ideo conditiones aliae quatuor non cadunt sub determinatione praecepti ecclesiae: & ideo quàmuis per inordinationē circa illas circunstantias peccet, & meritum ieiunij amittat, vel in toto, vel in parte, non tamen ecclesiae statutum transgreditur, & ideo ieiunium non soluit.

QVAESTIO IIII.

D

Deinde quaeritur de oratione:

Et circa hoc quaeruntur septem.

¶ Primo, Quid sit oratio.
¶ Secūdo, De modo orandi.
¶ Tertio, De speciebus orationis.
¶ Quarto, Quid sit in oratione petendum.
¶ Quinto, Quis possit orare.
¶ Sexto, Cui competit orare.
¶ Septimo, De efficacia orationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum oratio sit quidam actus affectiuae partis.

22.q.83. artic.1. Ad primum sic proceditur. Videtur quòd oratio sit quidam affectiuae partis actus. Primo per August. qui sic diffinit orationem. Oratio est purus affectus mentis in deum directus. (De spiritu, & aīa post medium.)

¶ 2 Praet. Hugo de S. Vict. dicit, φ oratio est deuotio quaedā ex cōpūctione ꝓcedēs: sed deuotio ad affectū ptinet. ergo & orō. (Hugo in libro, Quo studio orādus sit.)

¶ 3 Praet. Imperium, & oratio non differunt nisi secundum relationem ad superiorem, & ad inferiorem, secundum quod imperatur inferiori, sed oratur superiori: sed voluntas est q̄ imperat aliis viribus. ergo ipsa etiam est, cuius est orare & petere.

¶ 4 Praet. Oratio exterior interius desiderium insinuat orātis: sed oratio interior est, quae per exteriorem innotescit. ergo oratio interior nihil aliud est, quàm interius desiderium, & sic ad affectiuam pertinet.

Sed contra. Super illud psal. 63, Exaudi deus orationem meam &c. dicit glo. quòd oratio est, quando vota nostra deo pandimus: sed pandere, siue demōstrare est actus rationis. ergo & orare.

¶ 2 Pręt, Secundum Dam. oratio est petitio decentium a deo: sed decētia importat ordinem alicuius ad alterum. cum ergo ordinare sit rationis, & oratio rationis erit. (Lib. 3. de fide orthod. c.24. ī prin.)

II Vlterius, Videtur quòd sit actus doni, & non virtutis, quia secundum Hug. de S. Vict. oratio est contemplationis pars: sed contemplatio ad sapientiam pertinet, quia ea perficitur superior pars rationis, quae cōtemplandis aeternis inhęret, vt Aug. dicit. ergo oratio est actus sapientiae. (Vbi supra. Ex 3. c.12. de trinita.)

¶ 2 Praet. Vt dicit Dam. oratio est ascensus intellectus in deū: sed ascendere ad donum intellectus pertinet, vnde sexta beati- (Vbi supra.)

F tudo, qua dicitur. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt, intellectus dono attribuitur, vt patet in glo. Matth. 5. ergo oratio est actus intellectus doni.

¶ 3 Praet. Greg. dicit, Orare est amoris gemitus in compunctione resonare: sed gemere est actus scientiae doni, quia tertia beatitudo qua dicitur, Beati qui lugent, ad donum scientiae reducitur, Matth. 5. ī glo. & ab Aug. 2. li. de doctr. christ. ergo oratio est act⁹ doni. (Ex vlt. homil. circa finem. Cap. 7.)

Authoritates alias inducit contra eos qui dicunt, de vno peccato paenitentiam agi altero tacito.

Satis arbitror illis esse responsum, qui asserunt de vno crimine paenitentiam agi, & veniam praestari, G alio in delectatione retento, vel per confessionem nō exposito, qui non modo praemissis authoritatib⁹ cōfutātur, sed etiā subditis.

Sed contra. Videtur φ sit actus virtutis, Iac. 1. Postulet autem in fide nihil haesitans: sed fides est virtus. ergo oratio quę est postulatio, est actus virtutis.

¶ 2 Praet. Aug. dicit Fides credit, spes & charitas orant, & orando impetrant: sed spes & charitas sunt virtutes. ergo oratio est actus virtutis. (Ex libro de orādo deū, pcipue 8. cap.)

III Vlterius. Videtur φ oratio non sit actus cadens in praecepto. Quod enim voluntatis est, non est necessitatis: sed oratio maxime est voluntatis, quia est quaedam volitorum petitio. ergo non necessitatis, & ita non cadit sub praecepto. (Vbi supra, art. 2.)

¶ 2 Praet. Petitio nō videtur aliquid aliud esse, nisi vt nostrum desiderium alteri innotescat: sed superfluum est alicui exponere quod ipse scit. ergo cum christiana religio non contineat aliqua superflua praecepta, alias superstitio esset, videtur quòd non cadat sub praecepto orare deum, cui omnia desideria nostra sunt nota. H

¶ 3 Praet. Deus liberalissime sua bona dat: sed liberalius datur quod sine precib⁹ datur, quia sicut Seneca dicit. Nulla res charius emitur, quàm quae precibus empta est. ergo nō debet per pręceptum exigere preces de eo quod vult dare: nec iterum de eo quod non vult dare, quia quod deus non vult, nos non debemus velle, vt sic sit conformitas nostrae voluntatis ad deum: & quod non debemus velle, non debemus petere. ergo nullo modo oratio cadit sub praecepto. (In lib. 2. de beneficiis, cap. 1.)

Sed contra. Super illud Luc. 18. Oportet semper orare &c. dicit Chrys. dum dicit, oportet, necessitatem dicit: sed necessitas talis non potest esse nisi ex praecepto. ergo oratio cadit sub praecepto. (In quodam sermone de Moyse, tomo 1.)

¶ 2 Praet. Oratio contra ieiunium, & eleemosynam diuiditur: sed vtraq; illarum est in praecepto. ergo & oratio.

I Respon. Dicendum ad primam quaestionē, quòd sicut dicit Cassiod. Oratio dicitur quasi oris ratio. Vnde ex suo nomine oratio significat expressionem alicuius actus rationis per effectum oris: habet autem ratio duos actus, etiam secundum quod est speculatiua. Primus est componere & diuidere, & iste actus rationis exprimitur ore per orationem, quam Philos. in 1. perihierme. describit. Secūdus actus rationis est discurrere de vno in aliud innotescendi causa, & secundum hoc similis oratio quaedam dicitur. Et quia sermones rhetorici, qui cōciones dicuntur, continent argumentationes ad persuadendum accommodatas, inde est φ etiam orationes dicuntur, & rhetores oratores. Et quia orationes istae praecipue quantum ad genus causarum, quod iudiciale dicitur, ordinātur ad hoc φ aliquid a iudice petamus, vnde & in iure aduocationes postulationes dicuntur: ideo translatum est vlterius hoc nomen ad significandum ad petitionem, quam deo aliquis facit, velut iudici, qui habet curam nostrorum actuum: & sic diffinit Damas. orationem. Oratio est petitio decētium a deo, sic enim loquimur hic de oratione, & ideo cuius actus est petitio, eius actus est oratio. (In princip. expositionis psal 85. Cap. 4. Lib. & cap. vbi supra.) K Sciendum est ergo, φ homo ab aliis animalibus differt quantum ad virtutem, & motiuam partē in duobus. Primo, quantum ad volitum, vel concupitum, quod quidem aliis animalibus ex natura determinatum est, homini aūt non. Secundo, quantum ad prosecutionem voliti, siue cōcupiti, quia alia animalia habent determinatas vias & instrumēta, quibus sua desideria expleant: & ideo quàmcito in eis fit desiderij motus, tam cito membra ad actum applicant, nisi sit aliquid prohibens per violentiam: homo autem non habet vias, & instrumenta determinata, & ideo ratio huiusmodi subuenit in his duobus, quia & inquirit proprium & determinatū bonum quod desiderari oporteat, & instrumenta ad opus determinat in prosecutione desiderati: & ideo in nobis d actus rationis procedit, & sequitur actus voluntatis. (D. 77.) Pręcedit quidem inueniens per consilium quid per voluntatem eligi oporteat: sequitur aūt per imperium ordināndo vnicuique instrumēto q̄d ei oporteat facere, & hunc rōnis actum imperatiuus modus exprimit in verbis. A Instrumenta autem quae ratio applicat per imperium ad prosecutionem, vel consecutionem desiderati, nō solum sunt vires animae, & mēbra corporis, sed etiā exteriores homines: quia quae p amicos fiūt, aliqualiter per nos fiunt, vt Philosophus dicit ī 3. ethi. sed etiā exteriores amici non sunt in potestate nostra, sicut sunt membra corporis, & vires animae: & ideo applicatio praedicta ad consecutionem desiderati eorum qui extra nos sunt, quandoque dicitur imperium, vel praeceptum, qn̄. s. illi sunt in potestate nostra: quandoque aūt dicitur petitio, qn̄ non sunt in potestate nostra quasi nobis subiecti: vel etiam deprecatio, si supra nos sunt: vnde sicut imperium est actus rationis, ita petitio & deprecatio, & hoc patet per Philosophū in 3. ethi. qui dicit, φ ratio ad optima deprecatur: vn̄ & per consequens orō rōnis est actus applicantis desiderium volūtatis ad eum qui non est sub potestate nostra, sed supra nos. s. deum. vnde diffinitio Damas. Oratio est petitio decentium a deo, verissime essentiam orationis declarat. (Cap. 6. In libro vbi supra.)

([illegible] vera & [illegible] peni[illegible] c. 9. [illegible] de pę[illegible] di. 3. cap. [illegible] plures.) Aug. Sunt plures quos pęnitet peccasse, sed tamen omnino reseruātes sibi quaedā in quibus delectētur, nō animaduertētes dominū simul mutum & surdū a dęmonio liberasse, per hoc dicet nūquā nisi de oībus sanari. Si enim vellet peccata ex parte reseruari, habentem septem daemonia perficere potuit sex expulsis: expulit autem septem, vt omnia crimina simul eijcienda doceret. Legionem vero daemonum ab alio eijciens, nullum reliquit de omnibus, qui liberatum possi-

Ad primum ergo dicendum, φ dirigere affectum mentis in deum cōtingit dupliciter. Vno modo sicut in obiectum, & hoc modo affectus in deum directus est amor dei, & sic nō loquitur hic Aug. Alio mō affectus in deum dirigit, vt in illū quo affectus mentis desiderantis explendus est, & hanc directionē affectus in deum facit ratio praedicto modo applicando ad ipsum illud quod desiderat affect⁹, & ipsa directio affectus in deū oratio est: vnde diffinitio illa materialis est secūdum quod per rem directam significatur ipsa directio: sicut etiam quādoque p fidem significatur res credita: & similis modus loquendi est cū dicitur, φ oratio est desiderium boni, in glo. 1. Thess. 5. quia ipsum desiderium est res orata expleri.

¶ Ad secundum dicendum, φ sicut in petitione exteriori dr̄ aliquid esse petitio dupliciter. s. secūdum veritatem, vt cum dicimus, Da mihi hoc: & secundum interpretationē quādam, vt cum aliquis manum porrigit, vel necessitatem exponit: ita etiā interior oratio quae fit ad deum, est quidem secundum rei veritatem actus rationis, vt dictum est, quodammō deū pulsantis, sed recogitatio necessitatum propriarū, & erectio spei ad deū, sunt quidem orationes per quandam interpretationem, & sic etiam deuotio oratio dicitur ab Hug. de S. Victore. (Vbi supra.)

¶ Ad tertium dicendū, φ ille qui petit, aut imperat, aut deprecatur, aduocat aliquid ad cōsecutionē finis, vel prosecutionem intenti, hoc aūt nō est volūtas, quia ipsa simpl'r & absolute fertur in suum obiectū quod est finis: sed est rōnis, cuius est ordinare vnū ad aliud, & ideo proprie accipiēdo, imperiū nō est voluntatis. Sed dupliciter dr̄ volūtas imperare. Vno mō, per quandam interpretationē, siue aequiualētiā: quia. n. imperans per imperium suum mouet, ideo actus animae ad quē motus statim sequitur, imperiū dr̄: & quia ad actū appetitiuae, si sit cōpletus, statim sequitur mot⁹ in corporalibus organis, ideo appetitiuae virtutes dicunt imperātes motū. Alio mō, inquantū principiū imperij in volūtate ē. Aduocare. n. aliquē ad finē suū, quod ad imperium pertinet, p̄supponit appetitū finis, & est quaedā prosecutio illius, & propter hoc potentiae, vel artes operatiuae, seu habitus qui sunt circa finem, dicuntur imperare istis quae sunt circa ea quae sunt ad finem: & secundum hoc voluntas quae habet finē pro obiecto, dr̄ imperare inquātū īperiū, quod ē actus rationis, in volūtate incipit, ad quā pertinet desiderium finis.

¶ Ad quartum dicendum, φ verbum exterius prolatū est signū alicuius dupliciter. Vno mō immediate, illius. s. ad quod significādum principal'r institutū ē, sicut hoc nomē, ignis, significat elementū quoddā. Alio modo mediate. s. qn̄ ipsa res quę primo significat, accipit vt signū alterius rei, sicut ignis significat charitatem propter aptitudinem quam habet illa res ad significandam charitatē ex similitudine quadā. Oratio igitur exterior vocalis significat immediate actū rationis deprecantis, si etiam oratio exterior per modum orationis proponatur, vt cū dicit, Da mihi sediū tuarum assistricem sapiētiam: sed mediatā significatione ipsum desiderium exprimit sicut principiū a quo procedit, vt ex dictis patet: & s̄m hoc intelligenda est praemissa descriptio orōnis, φ orō est quando vota nostra deo pandimus.

Ad secundam quaestionem dicendū, φ orō actus gr̄ā est. Dicimus aūt actum aliquē esse virtutis actū, si in sui ratione aliquid claudat, quod ad ordinem virtutis pertineat, etiā si non oīa q̄ ad virtutē requirunt in sui rōne contineat: & ideo oportet φ illius virtutis actus ponat, ad quā pertinet illa conditio quae sibi ordinē virtutis tribuit. Orō aūt ex genere actus nō importat aliquam rōnem virtutis, quod genus est petitio: sed absolute actū potētiae demonstrat, nulla circūstantia vel in bonum, vel malum vestitū. Addūtur aūt a Dama. duae differentiae, quae ordinē virtutis demōstrāt. s. decentium, & a deo, quod est petere quod oportet, & a quo oportet: sed prima conditio nō cōplet rōnem orōnis, (Vbi supra lib. 3. c. 24.) B quia si ab homine decentia petamus, talis petitio orō non dicitur: nec etiā est de essentia orōnis, quia si etiā quis indecentia petat a deo, orat qdē, sed carnaliter orat: vn̄ illa cōditio magis ptinet ad bn̄ esse orōnis, q̄ ad rōnem suae speciei. Relinquit ergo φ ex hoc orō speciē trahit, & ad rōnē virtutis trahit, qd̄ ē a deo petitio. Cū aūt petitio, siue deprecatio q̄ ad superiorē fit, reuerentiam habeat adiunctā, ex qua impetrare nititur quod intendit, constat φ orō ex hoc efficaciam habet ad impetrandum illud pro quo oratur, φ deo reuerentiā exhibet: vn̄ cū deo reuerentiā exhibere sit actus latriae, vt in 3. lib. dist. 9. dictū est, orō actus latriae erit elicitiue. (q. 1. arti. 1. quaestiū. 1. ad 3.) Nec obstat φ latria in voluntate est, nō in ratione, cuius act⁹ est oratio: quia iustitia cuius pars est latria, materialiter vtitur actibus omnium virium, vt ex eis reddat cuilibet quod suum est: vnde cohibet actum concupiscibilis ne aliquis moechetur, & actum irascibilis ne quis occidat: & similiter vtitur actu rationis, vt ex eo deo reuerētiā exhibeat. C Et quia latria est virtus, & non donum, vt dictum est in 3. lib. ideo oratio erit actus virtutis, & non doni. (dist. 34. q. 1. art. 1.)

Ad primum ergo dicendum, φ contēplatio aliquando capitur stricte pro actu intellectus diuina meditantis, & sic cōtēplatio est sapientiae actus. Alio modo communiter pro omni actu, quo quis a negotijs exterioribus sequestratus soli deo vacat, quod quidem contingit dupliciter, vel inquantum homo deum loquētem in scripturis audit, quod fit p lectionē: vel inquantū deo loquitur, quod fit per orōnem: meditatio autē ad vtrunque se habet quasi medium inter ea, quia ex hoc φ nobis loquitur in scripturis, ei per meditationem intellectu & affectu praesentamur, & sic praesentati ei, vel praesentem eum habētes, ei loqui possumus per orationem: & ideo posuit Hugo tres cōtemplationis partes, primam lectionē, secundam meditationē, tertiam orōnem: nec tn̄ oportet φ sit orō sapientię actus ab ea elicitus, quāuis sapīa p meditationē viam orationi praeparet. (Hugo. ex libro supra citato.)

D ¶ Ad secundum dicendum, φ ascensus intellectus in deū est duplex. Vnus quo ascendit in ipsum cognoscendum, & talis ascensus pertinet ad donum intellectus, sed de hoc nō loquitur Damas. Alius est ascensus in deum, vt in quo auxilium quęrit, vt in psal. 122. dicitur. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cęlis, & talis ascensus est oratio: vnde non sequitur φ sit actus doni intellectus, sed potest ipsum praesupponere, sicut secundus ascensus praesupponit primum.

¶ Ad tertium dicendum, φ gemitus, siue fletus non est oratio per essentiā, sed est quasi fundamentū orationis. Superflua. n. videt petitio, vbi necessitas deest: & ideo recognitio suae miseriae, qua indigentē se aliquis videt, & sibi subuenire non potest, q̄ gemitum in affectu facit, quasi oratio reputatur a deo. Et propter hoc Augu. dicit. Quia orationis negotium plus gemitibus q̄ uerbis agit, & plus fletu quàm affatu. (Ex sermōe primo fer. 6. post 4. domini. quadragesi.)

¶ Ad ea quae in contrarium obijciuntur dicendum, φ fides, spes, & charitas praesupponuntur ad latriam, ut in 3. lib. dictū est, dist. 9. & sic actus orationis eis attribuitur: tamen etiam ad E orationem secundum propriae speciei rationem habent aliquā conuenientiam, & praeexiguntur ad eam. Petitio n. frustra ad aliquem dirigitur, nisi credatur quòd petitum praestare possit, & speretur φ uelit: & est praesumptuosa petitio, nisi ei fiat, qui aliquo modo petēti unitus sit, unionem autem charitas facit. (q. 1. art. q̄st. 3. ad 3.)

Ad tertiam questionem dicendum, quòd oratio cadit sub praecepto & determinate, & indeterminate. Determinate quidem ad aliquas orationes ex praecepto tenētur illi, qui ex officio sunt medij inter deum & populum constituti, sicut ministri ecclesiae: vnde ex officio eis incumbit preces ad deum in persona totius ecclesię fundere, & ideo ex statuto eccl̄esię tenentur ad horas canonicas dicendas. Sed indeterminate ad orationem quilibet tenetur ex hoc ipso quòd tenetur ad bona spiritualia sic procuranda, quae non nisi diuinitus dantur: unde alio mō procurari non possunt nisi ut ab ipso petant: & etiam ex hoc ipso φ charitatis pcepto tenetur ꝓximū sicut seipsum

diligere, tenetur ei in necessitate beneficus esse non solum per corporales eleemosynas, sed etiã per spirituales, quarũ vna est oratio, vt prius dictum est: sed omnibus etiam qui ecclesiæ ministerio non funguntur, videtur ab ecclesia determinatum tẽpus orandi statutum esse, cũ ex canonũ statuto teneantur diebus festis diuinis officiis interesse, vt ministris pro populo orantibus suam intentionẽ conforment.

deret, ostendens quòd si etiam peccata sint mille, oportet de omnibus pænitere. Numquam aliquem sanauit dominus, quem non omnino liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbatho, quia & corp⁹ ab

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ex hoc ipso ꝙ aliquid est uolũtatis, excluditur necessitas absoluta etiam coactionis, non aũt necessitas ex suppositione finis: quia amor, qui maxime volũtarius est, necessarius est, si quis velit ad salutis finẽ peruenire, & hoc modo etiam oratio necessaria est, & sub præcepto cadens respectu eorum, quorum voluntas sub necessitate prædicta cadit.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd per orationem præcipimur uota nostra deo pandere, non vt eum doceamus quid desideremus, sed vt affectum & intellectum nostrũ dirigamus in illũ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ deus orationem acceptat, & de eo quod dare vult, & interdum de eo quod dare non vult, vt idonei simus ab ipso accipere: quod non esset, si ab eo non speraremus quod desideramus: nec esse durum homini debet, se deo per orationem subijcere, sicut homini per preces, quia in hoc totum bonum nostrum consistit, ꝙ deo subditi simus: nõ autem in hoc quòd homini subdamur. De eo autem quod dare non vult, quia ipse vult pie velle, quod ipse iuste non vult, sicut in fine primi libri dictum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum oratio debeat esse uocalis, an mentalis tantum.

Vbi supra ar. 12.

Ad secundum sic proceditur. Vr̃ ꝙ oratio nõ debeat esse vocalis, sed mentalis tantum. Oratio.n. debet esse occulta, & ad deũ tantum, quia est petitio decentium a deo, vnde dicitur Matth. 6. Tu autẽ cum oraueris, intra cubiculũ, & clauso ostio, ora patrem tuum: sed oratio vocalis non est occulta, nec ad deum tantũ esse videtur, quia deus ad cor respicit, non ad uoces. ergo oratio sine voce esse debet.

¶ 2 Præt. Oratio est pars contemplationis: sed contemplatio non existit in aliquo exteriori actu, sed tantum in interiori. ergo oratio non debet voce exteriori fieri.

Damas. ubi supra.

¶ 3 Prær. Per orationem debet intellectus in deum ascendere, ẽm Damas. & affectus in deum dirigi, ẽm Augu. sed occupatio animæ circa corporales actus retrahit ascensum intellectus & affectus ad diuina, quia anima non potest intense circa diuersa occupari. ergo oratio debet esse sine uoce tantum in corde.

Sed contra est, quod dr̃ in psalmus 141. Voce mea ad dominum clamaui.

¶ 2 Præt. Oratio est actus latriæ, vt dictum est: sed actus latriæ non solum in interioribus actibus, sed etiã in exterioribus cõsistit. ergo oratio non solum debet esse in corde, sed etiã in voce.

II Vbi supra ar. 14.

Vlterius. Videtur ꝙ oratio non debeat esse diuturna, Matth. 6. Orantes autem nolite multum loqui: sed qui diu vocaliter orat, multum loquitur. ergo oratio vocalis ad minus non debet esse diuturna.

¶ 2 Præt. Diuinum præceptum non est prætergrediendum: sed dominus præcepit orantes sic orare. Pater noster &c. ergo videtur quòd non oportet alias orationes addere.

¶ 3 Præt. Oratio ad deum fusa, debet esse cum fiducia, Iaco. 1. Postulet autem in fide nihil hæsitans: sed prolixitas petionis est signum diffidentiæ in petitionibus quæ ad homines dirigũtur, vnde verba multiplicantur ad hoc quòd animus eius, ad quem petitio dirigitur, flectatur. ergo oratio ad deum non debet esse diuturna.

Sed contra est 1. Timoth. 4. Quæ vere vidua est desolata vacet orationibus die ac nocte, ergo oratio debet esse diuturna.

¶ 2 Prẹt. Omnis Christi actio, nostra est instructio: sed Christus legitur diutius orasse, vt patet Lucæ. 22. ergo oratio nostra debet esse diuturna.

III

Vlterius. Videtur ꝙ numquam debeat aliquis ab oratione cessare, Lucæ. 16. Dicebat autem ad illos similitudinẽ, quoniam oportet semper orare, & nunquam deficere.

¶ Et prętereà 1. Thessa. vlti. Sine intermissione orate.

¶ 2 Præt. Oratio est quædam annuntiatio desiderij ad eum, per quem explendum expectatur: sed homo semper debet desiderare ea quæ oranda sunt scilicet bona spiritualia, ergo oratio debet esse semper.

F

Sed contra. Quando homo orat, non potest operibus misericordiæ vacare: sed quandocũque tenetur eis vacare, ergo homo non semper debet orare.

In lib. ... dus fit de ...

¶ 2 Præt. Oratio secundum Hug. est pars contemplationis: sed homo non semper debet vacare contemplationi, sed quãdoque ad actionẽ se extendere, ergo non debet semper orare.

omni infirmitate, & animã ab omni contagione, indicãs penitẽtẽ oportere simul dolere de oĩ crimine. Scio n. dñm inimicũ esse omni criminoso. Qũo ergo qui crimen reseruat, de alio reciperet ueniã? sine amore dei

IIII Vbi supra ar. 13.

Vlterius. Videtur ꝙ actualis attentio sit de necessitate orationis, quia sicut dicit Greg. Illam orationem deus non audit, cui ille qui orat non intendit: sed ad hoc fit oratio vt a deo exaudiatur. ergo superuacua est oratio, si sit sine attentione.

G

¶ 2 Præt. Hugo de Sancto Victore dicit. Si cum orationem fundimus, aliud quodlibet a corde versamus, etiam si illud bonum sit, a culpa liberi non sumus: sed oratio quæ habet culpam adiunctam, non habet suam efficaciam. ergo requiritur ad oratio nem actualis attentio. (Et habetur ex libro supra citato.)

¶ 3 Præt. Oratio est ascensus intellectus ad deum secundum Damas. sed quando deest attentio, intellectus non ascendit in deum. ergo non est oratio. (Lib. 3. de Orthodoxa. cap. 24.)

¶ 4 Præt. Omne opus virtutis debet ex electiõe procedere: sed oratio est opus uirtutis. ergo debet esse cum attẽtione, sine qua non est electio.

Sed contra est, ꝙ nullus tenetur ad impossibile: sed impossibile est mentem diu attẽtam teneri ad aliquid, quin ad alia subito rapiatur. ergo non est de necessitate orationis quòd semper comitetur ipsam attentio.

H

¶ 2 Præt. In aliis operibus meritoriis non requiritur quòd semper adsit actualis attentio: sicut non oportet quòd ille qui peregrinatur, semper de peregrinatione sua cogitet. ergo videtur quòd nec in oratione sit necessarium.

V

Vlterius. Videtur ꝙ attentio orationi noceat, quia vt dicit Hugo de Sancto Victo. Pura est oratio, quando ex abundantia deuotionis mens ita accenditur, vt cum se postulatura ad deum conuertit, etiã suæ petitionis obliuiscatur: sed qui obliuiscitur suę petitionis, non videtur attendere orationi. ergo cum oratio maxime debeat esse pura, videtur quòd impediatur oratio per attentionem. (Lib. 3. ... to ante ... dium.)

¶ 2 Præt. Sicut intentio orationem dirigit, ita etiam alios exteriores actus: sed in aliis exterioribus actibus plurimum noceret, si actualis intentio semper adesset, quia optimus citharœdus pessimus redderetur, vt Aui. dicit. ergo nocet attentio, si cõtinue adsit orationi. (Auicenna.)

I

¶ 3 Prẹt. Non potest mens humana ad plura simul intenta esse: sed aliquando oportet orantem esse attentum ad finem quẽ intendit, vel ad cogitandum de deo, cui orationem fundit, quod omittere orationi nocet. ergo nociuum est oranti, si semper ad orationem quam facit, attentionem habeat.

Sed contra. Aug. dicit. Psalmis & hymnis cum oratis deum, hoc uersetur in corde, quod profertur in ore. (In regula.)

¶ 2 Præt. Io. 4. Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, oportet in spiritu & veritate adorare. ergo attentio quæ facit spiritu orare, orationi non nocet.

K

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ duplex est oratio, s. priuata, quam quisque pro se facit: & publica, quæ faciẽda incumbit ministris ecclesiæ, vt dictum est. Et quia hæc publica oratio non fit ab orante solum pro se, sed pro aliis ideo non debet solum esse mentalis, sed vocalis, etiam vt per orationem voce expressam etiam alii ad deuotionem excitentur, & ad continuandum intentionem suam orantibus, & propter hoc etiam cantus ab ecclesia instituti sunt. Vnde August. dicit de seipso, quòd flebat vberrime in hymnis & canticis suaue cantantis ecclesiæ, & quòd voces illæ influebant auribus eius, & eliquebatur veritas in cor eius. (Lib. 9. confes. c. 10.) Oratio aũt priuata est quã quis pro seipso facit, & hæc quidẽ põt & voce, & sine uoce fieri secundum quod magis orantis animo suppetit: sed tamen vox orationi adiungitur propter quatuor. Pimo, vt homo excitet seipsum verbis ad deuote orandum. Secundo, vt intentionem custodiat ne euagetur: magis enim tenetur ad vnum, si verba etiam orantis affectui coniunguntur. Tertio, ex vehementia deuotionis in orante vox sequitur, quia motus superiorum virium, si sit fortis, etiam ad inferiores redundat: vnde & cum mens orantis per deuotionem accenditur, in fletus, & suspiria, & iubilos, & voces inconsiderate prorumpit. Quarto, propter debitum iustitiæ, quia deo, cui reuerentia exhibetur, non solum mente, sed etiam corpore seruiendum est.

¶ Ad

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut dicit Greg. Bonum opus sic debet agi in publico, ad ædificationem s. vt semper intentio maneat in occulto: vnde ille qui publice orat, si exterius non gloriã hominum, sed solius dei quærit, in occulto manet intentio, & soli deo orat per intentionem, & si etiam proximo innotescat oratio ad ædificationem.

¶ Ad secũdum dicendum, ꝙ actus imediate ad deũ directi, etiam si exteriores sint, ad vitam contemplatiuam pertinent, & sunt contemplationis partes, secundum quod large accipitur, quãmuis non sint secundum quod stricte sumitur pro ipsa meditatione sapientiæ, vt dictum est. Vnde etiam lectio, quæ immediate ad meditationem diuinorum ordinatur, pars cõtemplationis ponitur, quæ fit voce quandoque.

consequeretur veniam, sine quo nemo unquam inuenit gratiã. Hostis enim Dei, est dum offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus & iustitia est, dimidiam sperare veniam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd qñ duæ vires ordinatæ sunt ad idem, vna nõ impedit aliam in suo actu, sed magis iuuat, sicut sensus imaginationem, quando ad idem ordinantur: sed intẽtio expressa per vocem non impedit ascensum intellectus ad deum, nisi nimia cura in verbis proferẽdis fiat, sicut illi qui verba composita in oratione proferre nituntur.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd in oratione præcipue attenditur orantis deuotio, & ideo tantum debet oratio protendi, quantum deuotio orantis conseruari potest: & ideo si diu posset deuotio conseruari, debet oratio esse diuturna & prolixa. Si autem prolixitas fastidium, vel tædium pariat, oratio non est diutius protrahenda, vnde Aug. in lib. de orando deum. Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidẽ habere orationes, sed eas tamen breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas esse vigilanter erectas, quæ oranti plurimũ necessaria est, ne per diutiores moras euanescat atq; hebetetur intentio: ac per hoc ipsi satis ostendunt hanc intentionem sicut nõ esse obtendendam si durare non potest, ita si perdurauerit, non esse rumpendam.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ secundum Aug. ibidem. Absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si seruẽs perseueret intentio, non multum loqui est in orando rem necessariam verbis superfluis agere: multum autem precari est ad eum quem precamur, diuturna & pia cordis exercitatione pulsare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Aug. in eodem li. dicit. Liberum est aliis atque aliis verbis. s. ab his quæ in oratione dominica petuntur, eadem tamen secũdum rem in eodẽ dicere, sed nõ debet esse liberũ alia ẽm rẽ in eodẽ dicere: & ideo precepto dñico nõ obligamur ad verba illa. s. ad res illas petẽdas a deo, quia vt in eodẽ li. dicit. Qualibet alia verba dicamus quæ affectus orantis, vel præcedendo format vt clareat, vel cõsequẽdo attẽdit ut crescat, nihil aliud dicimus, quàm quod in oratione dominica appositum est, si recte congruenter oramus.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ petitio fit homini ad hoc quòd desiderium petentis ei innotescat ad flectendum ipsum verbis: sed orationẽ ad deũ fundimus, vt desideriũ nostrũ exerceamus, & iõ vtile est diu orare, si diuturna exercitatiõe desideriũ crescat.

Ad tertiam quæstionem dicendum, ꝙ aliquis actus dicitur durare dupliciter, aut secundum essentiam, aut secundum virtutem, siue effectum suum. Sicut motio eius qui lapidẽ proiicit, durat per essentiam actus dum manum lapidi mouẽdo apponit: sed virtus motionis manet dum lapis ex vi impulsionis primæ mouetur. Similiter etiam dico, quòd orationis duratio dupliciter potest considerari, vel ẽm essentiam actus, & sic non debet aliquis continue orare: vel semper, quia oportet ẽt interdum circa alia occupari: uel ẽm virtutem, & sic eius virt⁹ pręcipue quantum ad sui initium manet in omnibus operibus aliis quæ facimus ordinate, quia omnia ad vitam æternam habendam ordinare debemus: & ideo desiderium vitæ æternę, qđ est orationis principiũ, manet in omnibus operibus bonis ẽm virtutem, & pp hoc dicitur in glo. 1. Thesa. Nõ cessat orare qui non cessat bene agere. Et sicutvirtus motionis primę continue debilitatur, vt qñque lapis impulsus quiescat, vel contrario modo moueatur, nisi iterum impellatur, ita vt dicit Augu. A curis vitæ desiderium quodammodo tepescit, & ideo certis horis ad negotium orandi mentem reuocamus, ne desiderium quod tepescere incœperat, omnino frigescat.

Ad primum ergo dicendum, quòd dñs per hoc quod dixit, ꝙ oportet semper orare, non intendit quòd orationis act⁹ nunquam interrumpatur, sed quòd non interrumpatur quasi numquam resumpturus, quod quidem faciunt, qui si statim

A non exaudiunt, ab oratione cessant, quia orationis diuturnitate impetratur quod petitur, sicut per exemplum dñs probat.

Vbi supra

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit. Sine intermissione orare, nihil aliud est quàm beatam vitam sine intermissione desiderare. Vel dicendum, quòd sine intermissione orare ibi accipit Apostolus, vt ab oratione statutis horis non desistam⁹: vel ut p beneficia pauperibus exhibita, eorũ orationes nostras faciamus, etiã qñ nos ab oratione desistimus, vt in vitas patrum quidam sanctus exponit.

Iam enim sine vera penitentia inueniret gratiam. Pænitentia enim vera ad baptismi puritatem conatur ducere. Recte enim pænitens quicquid sordis post purificationẽ baptismi contraxit, oportet ut abluat sal-

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis.

B Ad quartam quæstionẽ dicẽdum, ꝙ attentio actualis requiritur ad orationem aliq o modo, vel ad euitandum transgressionẽ, quæ est in illa oratione, quæ est in pręcepto: vel ad meritum in illa quæ non est in præcepto, sed non omnibus modis. Sicut. n. dictum est, aliquis actus manet per essentiam & virtutem qñque, sed quandoque transit actu, & manet virtute, sicut in exẽplo de proiectione lapidis patuit: & sic manere actũ in virtute est quidam medius modus inter ipsum esse, & in habitu, & in actu, quia quod in habitu est neque virtute, neque p essentiã actus est: ẽm hoc ergo dico, ꝙ attentio in oratione manere debet semper ẽm virtutem, sed non requiritur ꝙ semper maneat per essentiam actus. Manet aũt ẽm virtutem, qñ aliquis ad orationem accedit cũ intẽtione aliquid impetrãdi, vel deo debitum obsequium reddendi, etiam si in prosecutione orationis mens ad alia rapiatur, nisi tanta fiat euagatio, quòd omnino depereat vis primę intentionis: & ideo oportet quòd frequenter homo cor reuocet ad seipsum.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ verbum Greg. intelligẽdum est, quando attentio nullo modo coniungitur orationi.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ verbum Hug. intelligẽdum est ꝙ qñ aliquis ex proposito mentem ad alia distrahit in orando (tunc. n. sine culpa non est, & præcipue si in aliis spõte se occupat quæ mentem distrahunt, sicut sunt exteriora opera) & si ad contrariũ mẽs euagetur, ẽt culpa mortalis erit. Si aũt sine hoc quod percipiamus, mens ad alia euagetur, vel culpa caret, uel paruissima culpa est, nisi præcedens cogitatio, ex qua contingit euagatio talis, in culpa esse dicatur.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ ascẽdit intellectus in deũ, qñ orationẽ ad deũ ordinauit, & virtus illi⁹ ascẽsus in tota orõne maneat.

¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ in operibus virtutis nõ oportet ꝙ semper actualis electio adsit, sicut nõ oportet quòd ille qui eleemosynam dat, semper de eleemosyna cogitet, sed sufficit semel cogitasse dum eleemosynam dare disposuit, nisi contraria cogitatione præcedens intentio interrumpatur.

Ad quintam quæstionem dicendũ, ꝙ attentio in oratione põt esse duplex. Primo. n. est attẽtio ad verba, quibus petit⁹, ad petitionẽ ipsam, & ad ea quæ petitionẽ ipsam circunstant, sicut est necessitas pro qua petitur deus qui rogatur, & alia huiusmodi, & quæcunq; harũ attentionũ adsit, nõ est reputanda in attẽta orõ. Vnde ẽt illi qui nõ intelligunt petitionis verba, ad orõnẽ attenti esse possunt, sed tñ vltima attentio est laudabilior q̃ secunda, & secunda q̃ prima. Et quia anima nõ põt uehementer attenta esse ad diuersa, ideo prima attẽtio põt nocere vt minor sit orationis fructus, si secundam euacuat: vel secunda, si tertiam omnino tollat, sed non econtrario: tamen attentio communiter accipiendo, non nocet, sed multum prodest, vt ex verbis August. inductis apparet.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ qñ mẽs per dilectionẽ in deũ rapitur, vt petitionis suæ immemor sit, ꝙ attentio orationi adest, vt dictum est, quamuis non secunda, vel prima, sed tertia.

¶ Ad secũdũ dicẽdũ, ꝙ rõ illa procedit de prima attẽtione, quę si sit nimia, ineptã interruptionẽ faciet. s. si in singulis verbis hõ cogitare velit qualiter formãda sũt, qñq; ẽt faciet errorẽ, qa sic cogitãti minus verba occurrẽt, talis aũt attẽtio sufficit, vt sit tãta quanta sufficit ad integram verborum pronunciationem.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ ea quæ hñt ordinationẽ adinuicẽ, põt simul intelligi inquãtu hmõi, quia inquãtũ adinuicẽ ordinata accipiuntur, sic intell⁹ eorũ ordinẽ cõprehẽdẽdo, ea vnũ facit: & iõ simul põt intellect⁹ ferri & ad orõnẽ & ad orationis finem, tamen in quocunque feratur, orationi debita attẽtio nõ deest.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter species orationis distinguantur.

Vbi supra ar. 7.

Ad tertium sic procedit Vr̃ ꝙ incõueniẽter spẽs orõnis distinguant. 1. Tim. 5. Obsecro igit̃ primo oĩu obsecratiões

fieri orationes, postulationes, gratiarum actiones. obsecrationes enim sunt adiurationes pro rebus difficilibus, vt dicit glo. ibidem: adiuratio autem quasi quandam coactionem importat, & sic reuerentiam minuit, quæ orationi debetur. ergo obsecratio non est orationis species.

¶ 2 Præt. Non pôt esse idem totum & pars: sed oratio est cui hæ partes assignantur. ergo non debet oratio etiam inter has partes assignari.

tem lacrymis mentis. Sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi non declarant, sed sciat se culpabiliter durum, qui defleat damna temporis, vel mortem amici, & dolorem peccati non ostendit in lacry-

¶ 3 Præt. Postulatio est idem quod petitio: petitio autem est orationis genus, vt dictum est. ergo postulatio non debet poni orationis pars.

¶ 4 Præt. Omnis oratio est petitio decentium a deo, secundũ Dama. sed gratiarum actio non est petitio, quia est de iam acceptis. ergo non est orationis species.

Lib. 3. fidei orthodoxę cap. 24.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ etiam distinctio partium orationis, quam ponit Ambro. sit incompetens. Dicit.n. orationem diuidi in dei laudem, supplicationem, & postulationem, & gratiarum actionem: non.n. laudatur nisi aliquid quod ad alterũ ordinatur, vt patet in 1. ethi. sed deus non est ad aliquid ordinandus, sed ad ipsum omnia alia. ergo non est laudandus, sed magis honorandus, & ita laus dei non est pars orationis.

Super epist. pri. ad Tim. cap. 2. cap. 16.

¶ 2 Prę̨t. Laus proprie, enunciãdo aliquid de aliquo fit: oratio autem non per modum indicatiuum quo enunciatio completur habet fieri, sed magis per modum imperatiuum. ergo laus non est orationis pars.

¶ 3 Præt. Supplicatio omnis est postulatio quædam. ergo non debet vnum contra alterum diuidi.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ etiam partes quas Hugo de S. Victore assignat, sint inconuenienter positæ. Dicit.n. quòd orationis partes sunt tres. s. supplicatio, postulatio, insinuatio. Insinuatio enim, vt dicit Tullius in. 1. Rheto. est quidam modus exordij: sed ad deum accedentes non indigemus exordio, qa nõ est verbis flectendus. ergo insinuatio nõ est orõnis pars.

In lib. quo studio orandus sit de.

¶ 2 Præt. Exordium præcedit omnes alias partes orationis rhetoricæ. si ergo orationi ad deum partes assignantur per similitudinem ad illa, videtur quòd insinuatio sit prima pars orationis, & non vltima.

¶ 3 Præt. Supplicatio addere videtur supra postulationem modum quendam humilitatis in postulando: sed quod se habet ex additione ad aliud, est posterius. ergo post postulationem supplicationem ponere debuit.

¶ 4 Præt. Matth. 7. Dominus videtur tres orationis partes ponere, dicens. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur. cum ergo hæ partes in omnibus prædictis diuisionibus omittantur, videtur quòd omnes sint insufficientes.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd partes orationis dupliciter accipi possunt, scilicet per modum partium integralium, & per modum partium subiectiuarum. Partes autem integrales orationis distinguuntur per ea quæ ad cõpletam orationem requiruntur: partes autem subiectiuę distinguuntur vel secundum diuersitatem eorum quæ petuntur, vel secundum diuersum modum petendi. Partes ergo orationis quas Apostolus assignat, vtramque distinctionem habent adiũctam. Quia enim ea quæ a deo petimus, non ex nostris meritis impetrare præsumimus, & uiam impetrationi claudit, qui nõ de acceptis gratiam agit: ideo ad complemẽtum orationis primo requiritur sacrorum commemoratio, quorum virtute difficilia quæcunque impetrantur, & hoc fit per obsecrationem: vnde dicit glo. quòd de difficilibus est sicut de conuersione impii. Secũdo ipsa petitio quæ est vel de his quæ ad id quod principaliter petimus, ordinantur, & sic est oratio quæ dicitur respectu bonorum viæ: vel de his quæ principaliter petimus, sicut sunt bona patriæ, & respectu horum sunt postulationes. Sequitur autem gratiarum actio, in qua oratio consummatur, vt sequenti orationi aditus pateat, & secundum hoc etiam, vt glo. ibidem dicit. Partes Missæ distinguuntur, quia ea quæ ante cõsecrationẽ dicũtur, sunt quasi quędam obsecrationes, eo ꝙ fit commemoratio Christi, & doctrinę ipsius, & sanctorum eius. Ea autem quæ in consecratione dicũtur, orationes: quia sacramentum quod illis verbis conficitur, in via nos addiuuat, vnde & viaticum dicitur: quæ vero postea adduntur, sunt postulationes, quia bona æterna postulantur & mortuis, & viuis: quæ aũt post communionem dicũtur, gratiarũ actiones sunt.

AD PRIMVM dicendum, quòd sicut in iuramento assumitur diuina veritas quasi firmior in testimoniũ veritatis a nobis dictæ: ita in adiuratione semper assumitur potentior vir-

F tus ad impetrandum quod nos ex nostra infirmitate non possumus impetrare, vnde semper adiurans in se defectũ profitetur: sed qñque illud quod adiuramus assũmitur ad inclinandũ per violentiã, sicut cũ sancti dæmones adiurant, vt de obsessis corporibus exeant. Qñque aũt assumitur ad inclinandum per beneuolentiã, & sic deũ adiuramus p filiũ suum, vel per sanctos suos, q ei accepti supra nos fuerunt: & ideo reuerentia per obsecrationem non minuitur.

mis. Quem ergo penitet, omnino peniteat. Idem. Penitentes, si vere estis pænitentes, & non estis irridentes, mutate vitam, reconciliamini Deo. Pænitentiam agis, genua figis, & rides, subsanas Dei

Vbi supra, c. Quem pœnitet. ... Peni. dist. c. Pœnitentes.

¶ Ad secundum dicendum, quòd consuetum est ꝙ nomen cõe ad illam speciẽ trahatur, quæ nihil addit dignitatis, vel minus quàm aliæ species supra cõe: sicut nomen angeli quod omnibus ordinibus

G cõe est, infimo ordini attribuitur: & similiter nomen orationis ad illã speciem trahitur ẽm quandã appropriationẽ, quæ habet minus de dignitate, scilicet qua petitur viæ bonum.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ postulatio importat quandã protensionem desiderii in id quod petitur: & quia illud quod principaliter & per se desideratur, est finis, ideo postulatio proprie addit supra petitionẽ cõiter dictam determinatũ petitũ, scilicet finẽ.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ gratiarum actio non ponitur pars orationis quasi species eius, & ideo non oportet quòd diffinitio orationis ei conueniat.

AD SECVNDAM quæstionem dicendũ, ꝙ sicut oratio rhetorica habet exordiũ partem sui, ita & oratio ad deũ fusa, vnde & introitus in Missa cãtatur: sed hoc interest, quia in oratione rhetorica exordium ponitur pp illos ad quos oratio fit, vt beneuoli, dociles, vel attenti reddantur: sed in oratione de

H qua loquimur, exordium requiritur qñque ad excitandũ orantis desiderium ad deuote petendũ. In exordio aũt quod ad beneuolentiam captandã inducitur, quatuor modis ẽm Tulliũ proceditur, quia vel captatur beneuolẽtia ex persona iudicis, dũ laudatur: vel ex negotio, dum eius dignitas ostenditur, vel ex persona petentis, sicut dũ ostendit meritũ eius in eos quos alloquitur: uel ex persona aduersariorum, dũ contra eos audientium animos concitantur. In oratione aũt quam ad deũ fundimus, pro nobis tantũ intercedimus, non vt alii offensam incurrant: negotiũ etiã pro quo oramus, ipse deus est, ad quem sunt omnia desideria nostrã ordinanda. Vnde dupliciter orantis affectus ad deuotionem quasi quodam exordio excitatur. s. ex parte dei, dũ ipsum laudamus: & ex parte nostra, dũ nostrã infirmitatẽ recogitamus, & quãtũ ad primũ ponit Ambro. laudẽ dei orationis partẽ: quantũ aũt ad ẽm, supplicationem quæ

Libro 1. Rhetor. ... De sacrament. lib. 4. ...

I est humilis & deuota precatio: in qua etiã pôt includi negotiũ pro quo oramus, inquantum ex necessitate quæ nos impellit ad orãdũ, spiritus noster humiliatur. Postulatio aũt ad progressum orationis pertinet, sed gratiarum actio ad terminum, vt prius dictum est.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd laus largo modo accipitur secundum quod se habet communiter ad laudẽ & honorem. Vel dicẽdum, quòd quamuis deus nõ ordinetur ad aliquid, tamen ipse omnia directe in se ordinat, & per hoc sibi laudis ratio competit.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ laus non ponitur pars subiectiua, sed integralis, & quasi ad cõplementũ esse orationis pertinet.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ supplicatio non ponitur hic quãtum ad hoc quòd includit postulationem, vel petitionem, sed quantum ad modum petendi quem importat.

¶ Potest etiam dici, quòd partes Ambro. reducuntur ad partes Apostoli, ut laus deo dicatur, ideo quia per ea quæ ad laudem ipsius pertinent, ipsum adiuramus: supplicatio autem idem est quod oratio, quia vtrumque quãdam reuerentiam importat,

K alia autem etiam secundum nomen sunt idem.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd partes ab Hug. positæ sunt partes subiectiuæ, & distinguuntur secundum diuersos modos: quia omnis petitio per narrationem determinatur, & ipsa narratio est quædam interpretatiua oratio. sic ergo vtrumque cõcurrere potest ad orationem, & sic dicitur postulatio. Vnde ipse dicit, quòd postulatio est determinate petitioni inserta narratio, vel alterum tantum, & sic vel petitio indeterminata sine narratione, & sic est supplicatio: vnde ipse dicit, quòd supplicatio est sine determinatione petitionis humilis & deuota precatio, aut narratio sine petitione, & sic est insinuatio quę secundum ipsum est sine petitione per solam voluntatis narrationem facta significatio.

AD PRIMVM ergo patet solutio ex dictis in secunda quæstione.

¶ Ad

A ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ insinuatio per Tullium in hoc differt ab exordio, quòd exordium expresse beneuolentiam captat, vel docilitatem, vel attentionem facit, sed insinuatio facit idem occulte & per quosdam circuitus: & ideo insinuatio est proprie quando aliquid dicitur, & aliquid intenditur: & ideo Hugo. istum orationis modũ quo narratio pponitur, & petitio intenditur, insinuationem nominauit, & ideo non ponitur pro exordio, sed pro illo modo petitiõis, qui cum quodam exordij genere similitudinem habet.

patientiam. Si pænitẽtiam agis, penitet: si non penitet, non es penitens. Si ergo penitet, cur facis que male fecisti? Si fecisse penitet, noli facere: si adhuc facis, certe non es pænitens. Item Innocentius secundus. Ammonemus fratres nostros

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut ex dictis patet, postulatio medium est inter insinuationem & supplicationẽ, & ideo media secundum ordinem ab ipso ponitur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ secundũ Aug. illa tria distinguuntur secundum ea quę sunt necessaria viatori. Primo, vt adsit virtus ad ambulandũ per sanitatem, & quantum ad hoc dicit, Petite, & accipietis. Secundo, vt adsit scientia ad dirigendum ne via ignoret, & quantum ad hoc dicitur, Quærite, & inuenietis. Tertio, vt adsit facultas ad perueniendum, & quantum ad hoc dicitur, Pulsate, & aperietur vobis: & sic patet ꝙ hic distinguuntur orationis subiectiuæ partes diuersæ secundum diuersitatem eorum quæ petuntur: & ideo oratio quæ in distinctione Apostoli est posita, includit petitionem & quæsitionẽ: sed postulatio pulsationem: gratiarum autem actio & obsecratio non sunt hoc modo subiectiuæ partes secundum diuersitatem petitorum distinctæ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum homo debeat aliquid ordinate petere in oratione.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtᵣ ꝙ homo nõ debeat aliquid determinate petere in oratione, quia periculosum est petere quod petere nõ oportet: sed quid oremus sicut oportet, nescimus, Ro. 8. ergo non debemus aliquid determinate petere.

¶ 2 Præt. In oratione homo debet spem suam iactare in deũ, sicut dicitur in psal. 54. Iacta super dominum curam tuam &c. sed ille qui aliquid in oratione determinat, non videtur super dominum curam suam iactare totaliter. ergo talis oratio est reprehensibilis.

¶ 3 Præt. Determinatio petitionis non fit nisi ad innotescendum desideratum: sed deus, quem oramus, melius scit desideria nostra quàm nosipsi. ergo nõ debemus in oratione aliquid determinate petere.

Math. 6. SED CONTRA. Dominus congruam formam orandi tribuit: sed in oratione dominica determinatæ petitiones continentur. ergo oportet aliquid determinate petere.

¶ 2 Præt. Postulatio est orationis pars: sed habet determinatã petitionẽ, vt Hugo dicit. ergo determinate aliquid petẽdũ est.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ in oratione non sint temporalia petenda. Matth. 6. super illud, Primum quærite regnum dei, & hæc omnia &c. intelligendum est non quòd post regnum illa quærantur. ergo nullomodo licet temporalia orando petere.

¶ 2 Præt. Quicũque orat pro aliquo, sollicitus est pro illo: sed pro temporalibus etiam necessarijs solliciti esse non debemus, vt patet Matth. 6. Nolite solliciti esse quid manducetis. ergo tẽporalia non sunt petenda in oratione.

¶ 3 Præt. Non debemus orando petere, nisi quod est bonum nostrum: sed temporalia non sunt bona nostra, vt patet per Aug. in glo. super illud Matth. 6. Primum quęrite regnum dei. ergo temporalia non sunt in oratione petenda.

SED CONTRA est, quod in oratione dominica continetur. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, in qua non solum spiritualis, sed etiam corporalis panis petitur, vt patet per glo. Lucę. 11. ergo licet pro temporalibus orare.

¶ 2 Præt. Ber. dicit. Petẽda sunt tpalia q̃tum necessitas petit.

II VLTERIVS. Videtᵣ ꝙ hõ nõ debeat p alieno bono orare, primo p hoc qd dr Hiere. 7. Tu ergo noli orare p pplo hoc.

¶ 2 Pręt. Præsumptuosum est vt homo se ad ea quæ supra se sunt, ingerat: sed redundantia grã ex vno in alium pertinet ad excellentiam plenitudinis, quæ fuit in Chro secundũ qd est caput nostrũ. ergo nõ debet sibi aliquis vsurpare vt pro alio oret.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 5. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd determinatio eius quod in oratione petendum est, ad tria valet. Primo ad hoc ꝙ attentio orantis determinetur ad aliquid, quæ plurimum est in oratione necessaria. Secundo, vt nobis innotescat desiderium nostrum, & quantum in ipso profecerimus. Tertio, vt feruẽtius petamus, quia bona quanto particularius inspiciuntur, tanto feruentius concupiscuntur, sicut de delectabilibus cor-

ne falsis pænitentijs laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem penitentiam esse constat, cum spretis pluribus de uno solo pænitentia agitur, vel cum sic agitur de vno, vt non discedatur ab alio.

B poralibus Philosophus dicit 3. ethi. vnde Aug. in lib. de orando deum dicit. Ideo per certa interualla ipsum etiam verbis determinatis oramus deum, vt illis rerum signis nosipsos admoneamus, quantum ad primum: & quantum in ipso desiderio profecerimus nobis innotescamus, quãtum ad secũdum: & ad hoc agendum nosipsos acrius excitemus, quãtum ad tertium. Cap. 4. Cap. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut August. ibidem soluit, Apostolus hoc dicit propter tribulationes tẽporales, quæ ad profectum nostrum plerũque immittuntur: & tamen ab eis omnibus liberari petimus, quia in se malæ sunt, quãuis secundum quid sint bonæ: sed de quibusdam bene scimus quòd ea petere oportet, sicut & quod desiderare. Vbi supra.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in dubijs debet homo quantũ ad hoc curam suam iactare in deum, vt si aliter expediat quàm petatur, diuino arbitrio relinquatur, quam formam orandi dominus exẽplo suo tradidit, cum dicit. Non sicut ego volo, sed Matth. 26.

C sicut tu: sed in illis quæ deus nos vult velle, oportet quãtũ ad hoc curam nostram in ipsum proijcere, vt eorum impetrationem eius auxilio expectemus.

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd oratio est quædam desiderij executio, & ideo illud quod licet desiderare, licet orando petere, eo modo quo licet illud desiderare: sed in illis quæ desiderantur est duplex distinctio attendẽda. Prima est, quia quædam desiderãtur propter seipsa, quædam propter aliud. Secunda est, quia quædam non habent superfluitatem desiderij, sicut virtutes: quædam autem habent, sicut voluptates, diuitiæ, & huiusmodi. Bona autem temporalia & propter aliud desideranda sunt, & cum quadam mensura s. secundum quod sunt necessaria ad vitam præsentem agẽdam, & ideo hoc etiam modo orari pro eis potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nec primo, nec secun-

D do debent quæri temporalia, quasi principaliter intenta: pñt autem quæri vt propter aliud desiderata, quod quidẽ desideriũ est electionis, non volũtatis proprie, quia voluntas est finis.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ superflua sollicitudo prohibetur illis verbis, non autem necessaria.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ temporalia non sunt bona nostra, secundum se, sed secundum quod ordinantur ad alia, & sic accipiunt rationem boni vtilis: & sic pro eis orari potest, vt Philosophus dicit in 5. ethi. Oportet non hæc, scilicet, temporalia bona orare, sed ꝙ homo eis bene vtatur. Cap. 2.

AD TERTIAM quęstionẽ dicendũ, ꝙ cũ præcepto charitatis hõ debet pximũ sicut seipsum diligere, eadem ei debet optare q̃ sibi: & ideo etiã eadẽ pro eis pôt orare, q̃ & p se orat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dñs loquitᵣ quantũ ad hoc ꝙ ĩ illo populo erant impedimẽta, quare oratio prophetæ exaudiri non poterat. s. incorrectus error illorum, & finalis impęnitentia, vt glo. ibidem dixit. Glos. ordinaria.

E ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ille qui orat, nõ propria virtute nititᵣ obtinere quod petit, sed virtute eius quẽ orat: & ideo qñ aliquis pro alio orat, nõ sibi vsurpat grãm plenitudinis, sed ei attribuit quem orat, a quo grãm proximo dandam petit.

ARTICVLVS V.

Vtrum solus Deus debeat orari per diffinitionẽ orationis.

Quæstione eadẽ art. 4. lib. 3. de fide orthodoxa cap. 24. pñti dist. q. 4. ar. 1. q̃stiũ cu. 2. ĩ cor. Ex expositione super psal. 3.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ solus deus debeat orari per diffinitionẽ orationis: quia Dama. dicit, ꝙ oratio est ascensus intellectus in deum.

¶ 2 Præt. Oratio est actus latriæ, vt dictũ est: sed latria soli deo debetur. ergo & oratio.

¶ 3 Præt. Virtus orationis plus in affectu consistit, quàm in voce, quia hoc negotium, vt Aug. dicit, plus gemitibus quàm

vocibus agitur: sed solius dei est cogitationes cordium & affectiones percipere. ergo ei soli fit oratio.

SED CONTRA est, quod dicitur Iob 5. Voca, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. ergo oratio potest fieri ad sanctos dei, non solum ad deum.

Repetit de uera pænitentia ut addat.

Ex præmissis perspicua fit notitia pænitentiæ, uel satisfactionis. Illa.n.uera est pænitentia, quæ peccatum abolet, quod illa sola facit, quæ scelus corrigit. Illa uero scelus corrigit, quæ odium commissi criminis, & committendi cum desiderio satisfaciendi affert. Iudas enim penituisse legitur sine assecutione ueniæ, quia tali pænitentia non correxit crimẽ. Vñ Hiero. Nihil Iudę ꝓfuit egisse pęnitẽtiã, ꝑ quã scel⁹ corrigere nõ potuit. Sic qñ frater peccat ĩ fratrẽ, ut emendare valeat quod peccauit, potest ei dimitti. Sin autem permanent opera, frustra voce assumitur pœnitentia, hoc est quod de eo dicitur, Et oratio eius fiat in peccatum, vt non solum emendare nequiuerit proditionis nephas, sed ꝓprij homicidij scelus addiderit. Caue qualiter intelligas illud, Vt emẽdare ualeat, quod peccauit &c. Nõ enim emẽdatio hæc intelligẽda ẽ rei dẽptę recõpẽsatio, sed delicti expro-

¶ 2 Pręt. Orationis species est supplicatio: sed supplicatio homini fieri potest. ergo & oratio.

II VLTERIVS. Videt ꝙ possit oratio dirigi etiam ad sanctos non in patria existentes. Non enim ad sanctos orationem fundimus, nisi inquantum sunt deo viciniores nobis, quia deus per ea quæ sunt sibi magis propinqua in distantia radios suæ bonitatis emittit, vt Dyo. dicit. sed sancti etiam in hoc mundo existẽtes sunt nobis superiores. ergo debemus eos orare.

Vbi supra art. 4. ad 2. & 3.

In libro de diui. nomi. ca. 4. par. 1.

¶ 2 Præt. Illi qui sunt in purgatorio, sunt certi de sua salute. ergo sunt in meliori statu quàm nos sumus. ergo possumus eos orare.

Lib. 4. c. 40. & 41.

¶ 3 Præt. In Dial. legitur ꝙ Pascasius, qui etiam post mortem miraculum fecit, reuelatus est beato Germano Capuano episcopo in purgatorio esse. ergo videtur quòd ad eos qui non sunt in patria, possit oratio dirigi.

SED CONTRA, quia non est eiusdem orari, & ꝙ pro eis oretur: sed pro omnibus sanctis qui sunt in mundo, vel purgatorio oratur. ergo non debent ipsi orari.

¶ 2 Præt. Sancti non orantur, nisi inquantum sunt in plena diuinitatis participatione: sed non participant plene diuinitatem, nisi inquantum participant beatitudinem, vt Boetius probat in 3. de consolatione. ergo sancti qui sunt in beatitudine tantum orandi sunt.

Prosa 10.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ oratio non fiat ad deum ratione essentiæ, sed magis ratione personæ: quia hoc modo debemus orare, sicut Christus nos docuit, & ipse docuit nos ad personam patris orationem dirigere, Io. 16. Si quid petieritis patrem &c. ergo oratio fit ad deum ratione personæ.

¶ 2 Pręt. Illud quod attribuitur deo ratione diuinæ naturæ, toti trinitati competit, & singulis personis: sed ecclesia non dirigit aliquam orationem ad spiritumsanctum. ergo non oratur deus ratione naturæ, sed ratione personæ.

SED CONTRA. Secundum hoc aliquis oratur, quòd bona sua communicare potest: sed communicare seipsum competit deo inquantum est bonus. cum ergo bonitas sit attributum essentiale, videtur ꝙ oratio dirigatur ad deum ratione naturæ.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd illud quod orando petimus est beata vita, vt August. dicit, quia omnia alia quæ petimus, nõ petimus nisi secundum quod ad hanc ordinantur: beatam autem vitam dat directe solus deus. Sed tamen etiam sancti cooperantur nobis ad hoc ꝙ beatam vitam obtineamus, & ideo oratio directe & proprie fit ad deũ, sicut a quo expectamus quod orando petimus. Sed tamen orantis intentio ad sanctos conuertitur, vt quorum auxilio a deo impetrat quod expectat, & ideo dicit Cassianus collatione 9. ꝙ oratio proprie fit ad deum, sed deprecatio ad sanctos.

Libro de orãdo Deum cap. 4. to. 2.

Cap. 12.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in diffinitione debent poni ea quæ per se sunt. Quamuis autem aliquo modo ad sanctos oratio fieri possit, sicut ad intercessores pro nobis, tamen proprie & per se oratio in deum fertur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ oratio est actus latriæ, nec tamen cum sancti orantur, eis latria exhibetur, sed illi a quo petitio orãtis explenda speratur.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ sancti agnoscunt in verbo omnia quæ ad eorum gloriam pertinent. Et quia ad magnam eorum gloriã est ꝙ alios iuuare possunt, quasi dei cooperatores existẽtes, ideo statim in verbo vident vota eorum qui eos interpellant.

¶ Ad quartũ dicendum, ꝙ ad aliquem sanctorum nos conuertendum esse docet, vt ad mediatorem orationis, non ad quẽ principaliter oratio dirigatur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ oratio hic accipitur ad similitudinẽ rhetoricæ orationis, vt ex dictis patet. Et ideo sicut illa soli iudici fit, quãuis etiam alijs superioribus supplicationes fieri possent, vel aliquæ petitiones: ita etiam oratio ad solũ deũ directe dirigitur, sed supplicatio etiam directe ad alios dirigi potest.

AD SECVNDAM quæstionem dicendũ, ꝙ nihil petitur ab aliquo qui non habet: vnde cum beata vita sit quæ in orãdo petitur, ad illos solos dirigi potest, qui beatam vitam habent, nõ autem ad illos qui in mundo sunt, neque ad illos qui in purga-

F torio sunt, quamuis illis qui in mundo sunt supplicatio, vel petitio aliqua fieri possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quãuis sancti in mundo existentes sint nobis superiores, & possint pro nobis orare, non tamen adhuc ad illum gradum superiorem peruenerunt, vt. s. beatitudinem quã nos non habemus, illi habeant.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quãuis illi qui sunt in purgatorio, sint ĩ maiori securitate quàm nos, tamen sunt in maiori afflictione: & iterum non sunt in statu merendi,

G & ideo magis indigent quòd per eis oretur, quàm ꝙ ipsi orent.

Sup Matth. ca. 27. to. 9. Et hĩ de pęni. dist. 3. c. Nihil.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in miraculis præcipue attenditur fides & deuotio orantis, vnde etiam dominus mulieri quã sanauit dixit, Matth 9. Fides tua te saluam fecit: & quia ille propter excellentiam meritorum credebatur in patria esse, ideo orabatur, & talis oratio propter fidem orantium exaudiebatur tunc, vt vita illius approbaretur, non quòd ille pro alijs in purgatorio existens oraret.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd deus præcipue oratur, inquantum est beatus, & alijs beatitudinem largiẽs: & quia hoc conuenit ei ratione essentiæ, ideo ratione essentialiũ attributorum oratur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea quæ sunt essentiæ a patre sunt in alijs personis, & ideo fit quędam reductio ab alijs personis in patrem, ut patet per Hila. & propter hoc etiam dicit

H pater principium totius deitatis, & sic nos in patrẽ, sicut in principium non de principio reducens Christus, nos ad patrem orationem dirigere per filium docuit.

Libro 3. de Trinitate.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ spiritussanctus ex personali proprietate habet ꝙ sit donum, & ideo magis competit ꝙ ipse petatur, quàm quòd ab eo aliquid petatur: quamuis etiam ad spiritumsanctum ecclesia orationes aliquas dirigat & hymnos, qui loco orationum in ecclesia recitantur, sicut patet. Nunc sancte nobis spiritus, & Veni creator spiritus, & huiusmodi.

ARTICVLVS VI.

Vtrum diuinæ personæ sit orare.

I AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd diuinæ personæ sit orare. Eius enim est orare, cuius est accipere: sed personæ dei est accipere ab alio, sicut filij, & spiritussancti. ergo eius est orare.

¶ 2 Præt Io. 16. Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis &c. & sunt filij verba. ergo filij est orare.

¶ 3 Præt. Ro. 8. dicitur. Spiritus postulat gemitibus inenarrabilibus &c. sed spiritussanctus est tertia in trinitate persona, ergo personæ diuinæ est orare.

SED CONTRA. Orare importat defectum virtutis in orante: sed hoc diuinæ personæ non competit. ergo oratio non est diuinæ personæ.

¶ 2 Præt. Oratio est actus latriæ, quæ est seruitutis dei: sed seruire non competit diuinæ personæ. ergo nec orare.

K VLTERIVS, Videtur ꝙ nec sanctis qui sunt in patria, competat orare, quia sancti qui sunt in patria, sunt Christo conformes inquantum est homo: sed Christo inquantum est homo, non competit orare, alias diceremus, Christe ora pro nobis. ergo nec alijs sanctis competit orare.

¶ 2 Præt. Sancti in patria æquales sunt angelis dei, Matth. 22. sed angelis non competit orare, quia oratio, ut dictũ est, est actus rationis qui in angelis non est, cum in verbo intelligentiæ oriatur, vt Isaac dicit. ergo nec alijs sanctis, qui sunt in patria, oratio competit. Isaac.

¶ 3 Præt. Quicũque orat ꝓ alio, alteri meretur: sed sancti qui sunt in patria, non sunt in statu merẽdi. ergo nec in statu orãdi.

SED CONTRA est, quod dicimus, Sanctæ Petre ora pro nobis.

¶ 2 Præt. Sancti in patria magis feruent charitate, quàm in via: sed charitas facit vt sancti in via pro alijs orent. ergo multo magis in patria pro nobis orant.

VLTERIVS. Videtur ꝙ etiam brutorum animalium sit orare, quia in psal. 146. dicitur. Qui dat iumentis escam ipsorũ, & pullis coruorum inuocantibus eum: sed inuocare deum est ipsum orare. ergo etiam animalia irrationalia orant. II

¶ 2 Præt.

¶ 2 Pręt. Oratio est denũciatiuus appetitus: sed animalia bruta appetunt bonum diuinum suo modo. ergo orant. A

SED CONTRA. Oratio non fit nisi ad Deum: sed deus non potest cognosci nisi intellectu quo bruta carẽt. ergo orare non competit eis.

RESPON. Dicẽdum ad primam quæstionem, ꝙ oratio requirit distinctionem orãtis ad eum qui oratur, qa nullus a seipso aliquid petit: oratio autem fit ad deum ratione attributorum essentialium, in quibus personæ non distinguuntur, & ideo vni personæ non competit aliam orare.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ acceptio illa qua vna persona accipit ab alia, est per naturalem fœcunditatem, & nõ per gratuitam collationem, pro qua impetranda oratio funditur. B

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ hoc filius dicit de seipso non ratione personæ, sed ratione naturæ assumptæ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ spiritus dicitur postulare, inquantum nos postulare facit.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ quidam hæretici dixerunt, ꝙ sancti non possunt nos iuuare orãdo pro nobis, quia vnusquisque recipit secundum ea quæ gerit: sed hoc est contra articulum fidei qui est, Sanctorum communio, quæ per charitatem fit: & ideo cum etiam sanctis qui sunt in patria, sit perfectissima charitas, competit eis pro nobis orare, non autem pro se, quia omnia eis ad votum succedunt.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Christus inquantum hõ, orat pro nobis: sed ideo non dicimus, Christe ora pro nobis, quia Christus supponit suppositum ęternũ, cuius non est orare, sed adiuuare: & ideo dicimus, Christe audi nos, vel, miserere nostri, & in hoc etiã euitamus hæresim Arrij, & Nestorij. C

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ illud quod est rationis, est etiam multo nobilius in intellectu, quia quod potest virtus inferior, potest superior: & ideo angeli orare possunt, in quibus intellectus est.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quidam dicit, quòd non sunt in statu merendi quantum ad præmium essentiale, sed quantum ad præmium accidentale, & ideo etiam alijs mereri possunt: sed quia meritum tantum dviatorum est, ideo dicendum, quòd aliud est impetrare, & d aliud mereri, vt dicetur: & ideo sancti si non possint mereri, possunt tamen nobis suis orationibus aliquid impetrare.

Dist. 19. Dist. 20.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ brutis nullo modo competit orare, tum quia non sunt participes beatæ vitæ, quæ principaliter in oratione petitur, tum quia etiam deum, cui oratio offertur, non apprehendunt: tum etiã quia petere est actus rationis, cum importet ordinationem quandam, vt ex dictis patet. D

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut animalia bruta, secundum August. 12. super Gen. ad literam, dicuntur iussis dei obedire, non quasi percipientes mandatum, sed inquantum naturali instinctu ab ipso mouentur: ita etiam dicuntur deum inuocare improprie, inquantum aliquid naturali desiderio desiderant, quod a deo obtinent.

præsenti q. quest. in cor. lib. 9. 14

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ appetitus, vt dictum est, importat simplicem motum in appetibile: sed oratio, siue petitio ordinem quendam qui est rationis, & ideo appetitus potest brutis competere, non autem petitio, vel oratio.

E

ARTICVLVS VII.

Vtrum oratio sit satisfactoria.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd oratio nõ sit satisfactoria, quia omnis oratio vel est vocalis, vel mentalis: sed mentalis non est satisfactoria, quia non habet pœnam, sed iucunditatem: nec iterum vocalis, quia sicut Isidorus dicit, Reconciliat deo nõn sonus vocis, sed pura & simplex mentis intentio. ergo oratio non est satisfactionis pars.

Libro 3. de summo bono. ca. 7.

¶ 2 Præt. Latria, vt in præcedenti dist. dictum est, contra pęnitentiæ virtutem diuiditur: sed satisfactio est actus pænitentiæ virtutis, oratio aũt latriæ. ergo oratio non est satisfactoria.

art. 1. questiũ. 5. in cor.

¶ 3 Præt. Satisfactio fit ad reconciliandum eum qui offensus est: sed oratio reconciliationem sequitur, quia præsumptuosum esse videtur petere ab eo quem offendimus. ergo oratio non est satisfactoria.

A SED CONTRA est, quod Hiero. dicit. Oratione sanãtur pestes mentis, sicut & ieiunio pestes corporis: sed ieiunium est satisfactorium. ergo & oratio.

¶ 2 Præt. Oratione petimus nobis debita relaxari, nec frustra, cum a domino sit institutum: sed relaxatio debitorum per pænitentiam fit. ergo oratio ad aliquã partem pænitentiæ pertinet: non nisi ad satisfactionem. ergo oratio est satisfactoria.

VLTERIVS. Videtur ꝙ oratio non sit meritoria. Opus enim meritorium solum in deum intentionem dirigit, quia mercennaria intentio virtutem meriti euacuat: sed orans non solum ad deum habet oculum, sed ad proprias indigentias, quibus petit subueniri. ergo non est opus meritorium. II 2. 2. q. 83. ar. 15.

B ¶ 2 Præt. Si est meritoria, nullius magis quàm eius quod postulat: sed eius quod postulat non est meritoria, quia quandoque non exauditur, etiam si ab eo qui in charitate eius est, offeratur. ergo oratio non est meritoria.

¶ 3 Præt. Natura non facit per duo, quod potest facere per vnũ, quia nõ inuenitur aliquid vanum in operibus naturæ, & multo minus in operibus gratiæ: sed ad merendum sufficienter ordinantur opera. ergo videtur ꝙ oratio non sit meritoria.

SED CONTRA. Omne opus virtutis potest esse meritorium: sed orõ est opus virtutis, vt dictũ est. ergo est meritoria. q. pñti ar. 1. questiũ. 2. in cor.

¶ 2 Præt. In psal. 34. dicitur. Oratio mea in sinu meo conuertetur. ergo ex oratione aliquid oranti accrescit, & ita illius videtur esse meritoria.

C VLTERIVS. Videtur ꝙ inconuenienter assignentur cõditiones quæ præstant efficaciã orationi. Dicitur. n. in glo. Lucæ 11. super illam parabolam. Quis vestrum habebit amicũ &c. ꝙ quatuor cõditiones exiguntur ad hoc ꝙ oratio sit efficax. s. vt petatur pie, & pro se, & perseueranter, & ad salutem. Qui. n. est in peccato, pietatis virtutem nõ habet: sed peccatorum orõ aliquando exauditur, quia etiam per peccatores mirabilia fieri possunt. ergo non oportet ꝙ pie petat, ad hoc ꝙ orõ sit efficax. III

¶ 2 Pręt. Oratio quæ ex charitate fit, semper efficaciam habet, Io. 14. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcũque volueritis petetis, & fiet vobis: in deo autem manere facit charitas, vt patet 1. Io. 4. omnis autem oratio quę fit pie, ex charitate procedit. ergo habet efficaciam. nõ ergo oportet addere alias conditiones.

¶ 3 Præt. Quanto charitas est amplior, tanto maiorem habet efficaciam merendi: sed charitas tanto est amplior, quanto ad plures se extendit. ergo videtur ꝙ magis sit efficax orõ ex charitate procedens quæ fit pro alijs, quàm illa quæ fit pro ipso

D orante, & ita non requiritur pro se fieri.

¶ 4 Præt. Ab eodem habet oratio efficaciam merendi, & opus, scilicet a charitate: sed opus ex charitate procedens est meritorium, etiam si non perseueranter fiat. ergo ad orationis efficaciam non requiritur ꝙ perseueranter fiat.

¶ 5 Præt. Ea quæ ad salutem pertinent, desiderata, vel petita, iram dei non prouocant: sed aliquando deus orantibus concedit aliqua, de quorum petitione irascitur, sicut filij Israel regem petentibus, quibus in indignatione regem dedit. ergo non oportet ad hoc quòd oratio sit efficax, quòd petantur ea quæ sunt ad salutem.

¶ 6 Pręt. Videtur quòd multæ aliæ conditiones requirantur, uidelicet quòd fideliter, & confidenter petatur Iac. j. Postulet autem in fide nihil hæsitans, & quòd oratio sit humilis, psal.

E 101. Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum. Paupertas etiam petentis ad efficaciam orationis facit. Psalm. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Feruor etiam deuotionis. vnde etiam August. dicit de orando deum ad Probum. Dignior sequitur effectus, quando feruentior procedit affectus. ergo insufficienter illæ quatuor conditiones enumerantur. Cap. 9. tomo 2.

RESPON. Dicendum ad primã quæstionẽ, ꝙ satisfactio respicit et culpam præteritam, pro cuius offensa recompensationem facit, & culpam futuram, contra quãm est medicina saluans, & hæc duo orationi competunt. Initium enim peccati & radix superbia, & ideo per quod homo spiritum suum humiliter deo subdit in oratione, & pro superbia præcedentis offensæ recõpensationẽ facit, & aditũ futuræ culpæ aufert, radicẽ ei amputans, & ideo orõ plene habet satisfaciẽdi rationẽ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ oratio mentalis & vocalis satisfactoria est, si in charitate fiat: vocalis quidem, quia habet exteriorẽ laborem, & sic pœnam quãdam: & ingtũ in ea

manet virtus præcedentis intentionis, habet etiam rationem boni meritorij, quæ duo ad opus satisfactorium requiruntur, & sic patet quomodo respondendum sit ad authoritatem Isid. quia sonus vocis nō reconciliat deo inquantum huiusmodi, sed inquantum manet in ipsa purę intentionis efficacia. Similiter etiam oratio mentalis satisfactoria tātum est, quia quamuis habeat iucunditatem, habet tamen & pœnā admistam, quia dicit Greg. Orare ē amaros gemitus in cōpunctione resonare, vel pro peccatis, vel pro dilatione patrię: & præterea ipsa mētis eleuatio est carnis afflictio, vt supra dictum est, & afflictio carnis redundat in mētem inquantum ei vnita est, & etiam in superbientem spiritum, cuius vulnus oratio sanat, & idcirco sine pœna oratio humilis esse non potest.

Lib. 9. Moral. ex cap. 28.

Pñti dist. & q. art. 4. qst. 3. ad primū.

bratio, & abominatio cum satisfactionis desiderio. Demit enim iniuste quis alicui, quod restituere non valet, vt oculum, vel vitam, & huiusmodi: & tamen si pænituerit peccati cum amore condigne satisfactionis, veniā habet. Nec ideo quisquā putet qui rem alienā iniuste abstulerit, quam reddere potest, de illo peccato pænitere ac veniā consequi, nisi restituat, A[e] ablatū. Quādiu.n. res propter quā peccatum est, non redditur, si reddi potest, non agitur pænitentia, sed fingitur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non est inconueniens actum vnius virtutis imperari a virtute quæ contra ipsum diuiditur, sicut actum temperantiæ interdum fortitudo imperat: & sic etiam actū latriæ potest pænitentia imperare, & sic erit satisfactorius: sicut etiam sacrificia pro peccatis in veteri lege fiebāt, & nunc fiunt.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ex hoc ipso quòd aliquis ab homine veniam petit humiliter, animum offensi hominis placat, & multo fortius misericordis dei.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ ratio meriti in omnibus actibus nostris est exd charitate: vnde cum contingat aliquādo ex charitate orationem fieri, constat ꝙ potest esse meritoria eadem ratione, qua & alia opera ex charitate facta meritoria sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ habere oculū ad aliud quàm ad deum, sicut ad principalem finem, euacuat rationem meriti, non autem si respiciat aliud, sicut quo ad deum cito perueniendum: & hoc modo oratio releuationem propriarū indigentiarum respicit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ meritum in actibus aliarum virtutum est ex vi charitatis, Et quia charitas habet pro obiecto, quod aliæ habent pro fine, ideo meritum in actibus aliarum virtutum non est solum obiectum illius actus, sed finis orantis: hoc aūt quod petitur, nō est finis orātis, sed obiectū actus, & ideo nō oportet quòd meritū attendatur ratione illius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd opera nostra non sunt sufficientia a seipsis ad obtinendum omne illud quo indigemus: & ideo oportet quòd illud quod nobis deest, ex diuina misericordia suppleatur, & hanc oratio pulsat: & ideo orationis meritum exigitur ad supplendum defectus omnium aliorum nostrorum meritorū. Vnde Greg. in moralibus dicit. Multum vtique apud deum hæc summę sibi necessario congruunt, vt & oratione operatio, & operatione fulciatur oratio.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd oratio ad duo ordinatur. s. ad obiectū proprium, & ad finem: & secundū hoc habet duplicem efficaciam. s. efficaciam merendi ratione finis, qui est vita æterna, ad quam omnia meritā ordinātur: & efficaciam imperandi eius quod petitum est, quod est orōnis obiectum, Et inter hæc duo hæc differētia est, ꝙ meritū importat ordinem iustitiæ ad præmium, quia ad iustitiam pertinet retribuentis, vt merenti præmium reddat: sed impetratio importat ordinem misericordiæ, vel liberalitatis ex parte donantis, & ideo meritum ex seipso habet vnde perueniatur ad præmium: sed oratio impetrare volentis non habet ex seipsa vnde impetret, sed ex proposito, vel liberalitate dantis. Vnde patet quòd oratio ex charitate semper habet efficaciam merendi, sed non habet semper efficaciam impetrādi, quia aliquid est quod repugnat impetrationi in prouidentia dei, ad quem oratur: & ad hæc impedimenta tollenda ponuntur quatuor conditiones præmissæ, quibus positis semper habet oratio efficaciam impetrandi, Potest ergo impedimentum orationis esse, vel ex parte orantis, si orationem inordinate emittat, & quantum ad hoc remouendum dicitur, pie, in quo importatur modus latriæ, quæ alio nomine pietas dicitur, secundum quam oratio modificari debet: vel ex eo quod petitur, quia quādoque etiam petenti non expedit, & sic dicitur, quòd sit ad salutem: vel ex parte eius pro quo petitur, & hoc impedimentū vel est tunc, quando oratio fit, quod nō pōt esse qn̄ orō fit ab aliquo pro seipso si pie petat, sed qn̄ fit pro alio, & ideo additur alia conditio, ꝙ fiat pro se: vel potest esse post intermedium inter orōnem & consecutionē petiti, & hoc excluditur per hoc ꝙ dicit, perseuerāter.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ istę conditiones non hoc

E modo requirūtur ad efficaciā impetrādi, quasi nihil impetret, si aliqua desit, quia etiā quādoque aliquis ꝓ alio orans audit: sed quia his positis semper orō efficaciā habet impetrādi, quia impetrationis virtus magis est ex proposito eius cui oratur, q̄ ex orātis merito: & ideo qn̄q; peccatores audiunt, qn̄ eorū orō diuino ꝓposito cōcordat. Tamen sciendū est, quia qn̄q; aliquis pie petit, q pietatis virtutē nō habet, sicut aliquis aliquando iusta facit qui iustitię habitum non habet, & sic etiam peccatores aliquando possunt pie orare.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ voluntas magis est de fine, q̄ de G illo qđ propter finē petit, & ideo qn̄ deus videt nō concordare qđ petit cū fine, pro quo pie orans petit, magis audit eius desiderium nō faciens qđ petit, q̄ si faceret: & ideo finaliter accipiēdum est hoc quod dicit, Quodcūque volueritis &c. finis autem petitionis est salus nr̄a, & dei gloria: hoc autem esset contra dei gloriam, si peccatorem impænitentem saluaret: & esset contra salutē petentis, si aliquid contrarium suæ saluti sibi daretur, & ita exauditur desiderium, & tñ petitum nō impetratur, qn̄ aliquis imperseuerāter vel pro alio petit, vel contraria saluti.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ orō quæ fit ex charitate pro alio, semper habet efficaciam merendi ei qui orat, sed nunc loquimur de efficacia impetrandi.

¶ Ad quartum dicendū, ꝙ impetratio importat cōsecutionem eius quod petit: sed meritū non importat cōsecutionē, sed ordinem iustitiæ ad cōsecutionē: & ideo impedimentū interueniens per instabilitatē, tollit rationē impetrationis, quia tollit H consecutionē, sed non tollit ordinē ad consecutionem, & ideo non tollit meritum: vnde meretur etiam qui non perseuerauerit, sed non impetrat nisi perseuerans.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ omnes homines habent beatitudinem sui desiderij finem, quē maxime desiderant: & ideo magis audit illos, quibus non dat quod petunt, si sit impediens a beatitudine, quàm eos quibus dat: vnde talis impletio orōnis, quæ fit cū dei indignatione, nō dr̄ impetratio ꝓprie loquēdo.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ omnes illæ conditiones, quæ requiruntur ex parte orantis, inquantum est orans, includuntur in hoc quòd dicit, pie, quod includit omnes circunstantias virtutis, quibus ordinatur actus ex parte agentis.

EXPOSITIO TEXTVS.

I NON consurget duplex tribulatio. Contra Hiere. 17. Duplici contritione contere eos. Et dicendum, quòd tribulatio si accipiatur commensurata peccato, duplex non consurgit, quia deus non punit vltra condignum: sed si accipiatur pro pœna absolute, tunc duplex pęna debetur, vel secundum duas partes peccantis pœna corporis & animæ: vel secundum duo quæ sunt in peccato, scilicet auersio & conuersio, pœna sensus & damni: vel secundū duas radices peccati, quæ sunt amor & timor, ignis & frigus: vel secundum duos status, præsens pœna, & futura, vtraque enim est circa condignum, & præcipue si accipiantur diuisim: tamen præsens pœna & futura in eo qui non corrigitur, vnam pœnam constituunt: vnde Grego. in moralibus dicit, eorum percussio hic cœpta, illic perficitur, vt incorrectis vnum flagellum sit, quod hic temporaliter incipit, sed in æternis suppliciis consummatur. Quinque *enim modis flagella &c.* Sed contra Hiero. dicit, Quicquid patimur, peccata nostra meruerunt, ergo omnia sunt ad punitionem. ¶ Præt. August. dicit: Quicquid permiserit deus pati, scias esse flagellum correctionis. K ergo omnes alii modi superfluunt. ¶ Præt. Impium videtur alteri nocere vt cessans a nocumento aliquis gloriā habeat, & dæmonum operibus simile, ut patet ex vita B. Bartholomei.

Lib. 9. cap. 33. & in principio cap. 34. In epla ad Heliodorū de mor. Nepotiani se. per cap. pa. Ioā. tract.

¶ Præt. Ad, multa alia, flagella ordinari in scriptura leguntur, sicut ad probationem, ad exemplum iusti iudicii dei, & huiusmodi. Et dicendū, quòd isti quinque modi distinguuntur penes bona, quæ ex pęnis a deō inflictis in præsenti consequuntur, quæ sunt a deo intēta. Hoc autem bonum aut est in altero, & sic est quartus modus: aut in eo qui punitur, & sic est ordo iustitiæ, qui semper diuino flagello adiunctus est, quia omnis pœna iusta, & hoc cum præcisione aliorum est in quinto modo, aut est utilitas quam ipse flagellatus consequitur, quæ quidem pōt esse uel quantū ad recessum a malo, & sic est modus tertius: vel in ordine ad bonū conseruandū, & sic est scđus modus: aut augēdum, & sic est primus. ¶ Ad primū ergo dicendū, ꝙ pœnā semp præcedit

præcedit peccatum in natura, sed non semper in persona puniti. ¶ Ad secundum dicendum, quòd flagellum quantum est dē se, semper est corrigens, sed ex defectu recipientis quandoque ad hunc effectum non peruenit. ¶ Ad tertium dicendum, quòd impium esset si pœna iusta non esset, nec tamen deus tunc vult gloriam suam diuulgari propter suam vtilitatē, sed nostram. ¶ Ad quartum dicēdum, ꝙ omnia alia possunt ad ista reduci, quia probatio est ad augmētum meriti, & exemplum iusti iudicij dei ad gloriā dei, & sic de alijs. *Non præuenit sententiam iudicii*: quia etsi sententia hominis præcedit non concordans sententiæ dei, adhuc sententia dei restat: si autē concordat, est sentētia dei. *Lenis enim culpa leui &c.* Supplicium enim mortis præsentis leue dicitur in comparatione ad futurum supplicium: culpæ etiā prænominatæ leues dicuntur In comparatione ad culpas maiores, quæ quandoq; minoribus pœnis tēporalibus puniuntur. *Ex fonte gratiæ Dei &c.* Non loquitur hic de gratia gratum faciēte &c. quia hæc non datur ante perfectam pænitentiā, sed de gratuitis bonis, sicut fides informis, & timor seruilis, & huiusmodi. *Si enim propter misericordiam qua quis &c.* Hic dicit secundum quandam opinionem, de qua infra habetur dist. 21. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam, nō affectu, sed effectu. *Immundis nihil est mundū*: quia ipsi ex his quę in se munda sunt, sicut sacramenta, munditiam non consequuntur. *Nihil prodest ieiunare & orare &c.* scilicet, ad vitam æternam consequendā. *Numquam aliquem sanauit.* Contra. Ioan. 9. dicit glo. Quæritur quomodo sine fide aliquem illuminauerit Christus, ergo ille fidem non habuit, & sic non totum curauit. Et dicendū, quòd Christus quemcumque curauit, totaliter curauit, & mente, & corpore quantum ad omnes infirmitates corporales: & ille totus fidem recepit prime, sed indistinctam. glo. tamen aliter soluit, quòd scilicet hoc intelligitur de illis qui pro peccato morbum incurrunt. *Quædam impietas infidelitatis &c.* quia sequeretur quòd vel deus non sciret omnia peccata, vel non omnia horreret, vel non omnia remittere posset. *Ad baptismi puritatem*: quantum ad remotionem omnium culparum. *Abluat lacrymis mentis*, idest, interiori dolore, quem lacrymæ exteriores significant, & est locutio metaphorica. *Sciant se culpabiliter durum &c.* si scilicet contingat exteriorum lacrymarum defectus ex defectu doloris, vt homo minus doleat de peccato, quàm de damno temporali. Sed quandoque abundantia doloris lacrymas exiccat propter dolorem concitatum: quandoque autem homo se continet, vt coram solo deo doleat: quandoque etiam ex duritia complexionis est quòd homo non potest flere corporaliter pro peccatis, etsi fleat pro morte amici, quia dolor ille est magis sensibilis: & ideo magis vicinus ad resoluendum corpus in lacrymas. *Emundare nequiuerit*, scilicet ī statu tali manens, alias non esset ei imputandum.

De pæn. di. ca. Perfe. Et habetur in ser. ... de pæn. di. 1.

3. ser. dñi in mō. lib. 1. cap. 23.

11. artic. 3 ad. 1.

ad 10.

DISTINCTIO XVI.

A

De tribus quæ in pænitentia consideranda sunt.

IN perfectione autem pænitentiæ tria obseruanda sunt, scilicet compunctio cordis, confessio oris, satisfactio operis. Vnde Ioan. Chrysost. Perfecta pænitentia cogit peccatorem omnia libenter ferre, in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hæc est fructifera pænitentia, ut sicut tribus modis[a] Deum offendimus, scilicet corde, ore, opere, ita tribus modis satisfaciamus. Sunt enim tres peccati differentiæ, ut ait August. & in C corde, & in facto, & in consuetudine, uel uerbo tāquàm tres mortes. Vna quasi in domo, scilicet cū in corde cōsentitur libidini: altera iam prolata quasi extra portam, cum in factum procedit libidini assensio: tertia cum ui male consuetudinis tamquàm mole præmitur animus, uel noxiæ defensionis clypeo armatur, quasi in sepulcro iā fœtens. Hæc sunt tria genera mortuorum, quę Deus legitur suscitasse. Huic ergo triplici morti triplici remedio occurritur, contritione, confessione, satisfactione. B Compunctio nobis commendatur, ibi. Scindite corda uestra, & non uestimenta uestra. Confessio ibi. Iustus in principio sermonis accusator est sui. Vere enim confitetur, qui se accusat, qui execrando malum sibi imputat. Et ibi: Effundite coram illo corda uestra. Et iterum: Confitemini alterutrum peccata uestra. Satisfactio a Ioanne præcipitur, ubi ait. Facite dignos fruct⁹ pænitentiæ, scilicet, ut secundum qualitatem & quantitatem culpę, C sit qualitas & quantitas pœnæ. Non enim par debet esse fructus boni operis eius qui nihil, uel minus peccauit, & eius qui grauius cecidit. Ideo discretio pænitēti ualde necessaria est, ut illa gerat quæ tradit Augustinus dicens[b]. Consideret qualitatem criminis in[c] loco, in tempore, in perseuerantia,

Matth. 9. Luc. 7. Ioan. 11.

Iohel. 2. Prouer. 18.

Psal. 61. Iac. 5.

Matth. 3. Luc. 3.

De vera & falsa pænitentia c. 14 & 15. Et hr̄ de pæn. dis. 5. c. Consideret.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM magister determinauit de pænitentia generaliter, hic ad partes pænitentiæ descendit, & diuiditur in partes duas. In prima distinguit pænitentiæ partes. In secūda, mouet quasdam qōnes A circa comparationem partium pænitentiæ adinuicem. 17. dis. ibi. *Hic oritur quæstio multipliciter &c.* Prima in duas. In prima, distinguit partes quasi pænitentiam integrantes, scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem. In secunda, distinguit partes quasi subiectiuas, ibi. *Prædictis vero adijciendum est &c.* Prima ī duas. In prima distinguit pænitentiæ partes. In secunda, docet pænitendi modum secundum partes illas, ibi. *Ideo discretio pænitenti &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit numerum partiū. Secundo, singulas partes prosequitur, ibi. *Compūctio nobis &c. Ideo discretio pænitenti &c.* hic ostendit modum pænitendi, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit modum dignæ pænitentiæ. Secundo, modum falsæ, ibi. *Et sicut sunt digni fructus &c.* Circa primum tria facit. Primo, assignat ex verbis August. modum pænitēdi quantum ad contritionē cordis. Secundo, quantū ad confessionem oris, ibi. *Caueat ne ductus verecundia &c.* Tertio, quātum ad satisfactionem operis in abstinendo a sacris, & ab illicitis, ibi. *Caueat etiam ne prius &c. Prædictis vero adijciendum videtur &c.* hic assignat alias pænitentiæ partes quasi subiectiuas, & circa hoc duo facit. Primo, distinguit eas. Secundo, prosequitur de altera earum, scilicet pænitentia venialium, quæ habet specialem dubitationē, ibi. *Quæ autem quòd venialibus &c.* D

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quatuor.

¶ Primo, De partibus pænitentiæ.
¶ Secundo, De remissione venialium in hac vita, quę ad vnam partem pænitentiæ pertinet.
¶ Tertio, De circunstantijs peccati, secundum quas formari debet pænitentiæ modus.
¶ Quarto, De impedimentis veræ pænitentiæ.

Circa primum quæruntur duo.

E ¶ Primo, De partibus pænitentiæ quasi integralibus.
¶ Secundo, De partibus secundo assignatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum pænitentia habeat partes.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd pænitentia partes non habeat. Nullum enim simplex habet partem: sed secundum Ambro. omne sacramentum est simplex, ergo pænitentia, cum sit sacramentum, non habet partes.

3. par. q. 90. art. 1. Et 4. cōtra Gen. ca. 72. Et in Cōc. Trid. Sess. 14. Ca. 4.

¶ 2 Præt. Baptismus multiplicior est virtute, quàm pænitentia: quia originale & actuale quantum ad culpam & pœnam totaliter tollit, quod de pænitentia non est verum. ergo cum baptismo non assignentur partes, nec pænitentiæ partes assignari debent.

¶ 3 Præt.

¶3 Præt. Medicina debet proportionari morbo: sed peccatum quod est morbus spiritualis, cuius est medicina pænitentia, non habet, huiusmodi partes. ergo nec pænitentiæ partes assignandæ sunt.

SED CONTRA. Pænitens pœnam sibi infert pro peccato debitam: sed pro peccato in deum cõmisso nõ solum debetur pęna interior, sed exterior, ut patet in inferno. ergo ad perfectionem pænitentiæ utraque pęna requiritur. ergo pnĩa habet partes.

¶2 Præt. Morbus spiritualis maiori diligentia est curandus quàm corporalis: sed curatio quæ fit cõtra morbum corporalem secundum aliquas partes distinguitur, quia primo tollitur morbus, & postea morbi reliquiæ. ergo & pænitentia quæ est spiritualis morbi curatio, partes habere debet.

in uarietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius uitij multiplici executione. Oportet.n. pęnitere fornicantem secundum excellentiam sui status, uel officij, uel secundum modum meretricis, & in modum operis sui, & qualiter turpitudinem egerit, si in loco sacrato, si in tempore orationi constituto, ut sunt festiuitates sanctorum, & tempora ieiunij. Consideret quantum perseuerauerit & defleat quòd [b] perseueranter peccauerit, & quanta uictus fuerit im-

II Vbi supra 3.par. ar.2. VLTERIVS. Videtur quòd inconuenienter assignentur ei hæ tres partes, scilicet contritio, confessio, & satisfactio. Sacramentum enim a ministris ecclesiæ confertur secundum omnem sui partem: sed contritionem non confert pænitenti aliquis ecclesiæ minister. ergo non est pars pænitentiæ sacri.

¶2 Præt. Per pænitentiæ sacramentum peccatum dimittitur: sed ante confessionem peccatum quandoq; dimittitur, ut infra magister ostendit. ergo confessio non est pars pænitentiæ. Dist.sequẽti.

¶3 Præt. In sacramento nouæ legis gratia suscipienti confertur: sed in satisfactione non confertur aliqua gratia. ergo non est sacramenti pars.

¶4 Præt. Non est idem fructus rei, & pars: sed satisfactio dicitur in litera pænitentiæ fructus. ergo satisfactio non est pars pænitentiæ.

III Vbi supra art. 3. VLTERIVS. Videtur quòd sint partes subiectiuæ, quia istæ partes pænitentiæ, ut in litera patet, sumuntur sm peccatũ cordis, oris, & operis: sed hæ sunt partes subiectiuæ peccati. ergo & partes pænitẽtiæ assignatæ sũt partes subiectiuę ipsi⁹.

¶2 Præt. Totum integrale non sequitur ad suam partem, non enim sequitur, si paries est, domus est: sed pænitentia sequitur ad quamlibet partium assignatarum, sequitur enim, conteritur, ergo pænitet, & similiter de alijs. ergo non sunt partes integrales, sed subiectiuæ.

¶3 Præt. Partes integrales alicuius totius quod habet esse permanens, sunt simul: sed pænitentia habet esse permanens, sicut & alia sacramenta. ergo cum pænitẽtiæ partes non sint simul, non erunt partes integrales, sed subiectiuæ.

SED CONTRA. Partes subiectiuæ non requiruntur ad perfectionem totius uniuersalis, quia in qualibet parte perfecta ratio totius inuenitur, sicut perfecta ratio animalis in homine: sed partes pænitentiæ assignatę ad eius perfectionem requiruntur, ut in litera dicitur. ergo nõ sunt partes subiectiuæ.

¶3 Præt. Nihil unum aliquid habet partes subiectiuas, sicut unum animal non habet partes subiectiuas: sed unius pænitẽtiæ partes sunt assignatę, partes quod patet ex hoc ꝙ de uno peccato non agitur nisi una pænitentia inquantum prædicta tria inueniuntur. ergo non sunt partes subiectiuæ.

IIII Cap. 4. VLTERIVS. Videtur quòd sint partes etiam pænitentiæ uirtutis, Sicut dicitur in 2. ethic. ad perfectionem uirtutis moralis requiritur actus interior & exterior: sed pænitentia est uirtus moralis, cum sit pars iustitiæ. ergo de perfectione eius est contritio interior, & confessio, & satisfactio exterior, & sic sunt partes eius sicut pænitentiæ sacramenti.

¶2 Præt. Satisfactio est actus alicuius uirtutis, nec alterius quàm pænitentiæ, & similiter de alijs. ergo sunt partes pænitentiæ uirtutis, non solum sacramenti.

¶3 Præt. Iustitia exigit, ut per quæ quis peccat, per hæc puniatur: sed hæc tria quæ assignantur pænitentiæ partes, sunt quædam pœnæ respondentes illis, quibus peccamus. ergo ad perfectionem iustitiæ exiguntur: sed non nisi quantum ad partem illam quæ pænitentia dicitur. ergo sunt partes pænitentiæ uirtutis.

SED CONTRA. Actus non est pars habitus: sed pænitentia uirtus est habitus, hæc autem tria sunt actus quidam. ergo non sunt partes pænitentiæ uirtutis.

F ¶2 Præt. Subiectum uirtutis est mens, secundum August. sed confessio non est in mente sicut in subiecto, similiter nec satisfactio. ergo non sunt pænitentiæ uirtutis partes.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in pænitentia non est pro materia aliqua exterior res, sicut in baptismo aqua: sed ipse act⁹ humanus loco materiæ in hoc sacramẽto se habet, qui per quandã recompensationẽ offensam culpæ præcedentis tollit. In actibus autẽ humanis est gradus quidam ad perfectionẽ pertingẽdi propter diuersas partes hominis, quarum una aliã mouet: & ideo oportet quòd diuersa secundum ordinem ad perfectionẽ pænitentię considerentur, & hæc dicuntur pęnitentię partes.

Ex 1 cap. lib.11. de ci uita. dei. ex lib.14. eiusdem. ca.19. Et ex lib.11 super Gen. ad literam cap.31.

pugnatione. Sunt enim qui non solum non uincuntur, sed ultro se peccato offerunt, nec expectant tentationem, sed præueniunt uoluptatem, & pertractant secum, quàm multiplici actione uitij delectabiliter peccent. Omnis ista uarietas confitenda est, & deflenda, G ut cũ cognouerit quod peccatum est multum, cito inueniat Deum propitium. In cognoscendo augmentum peccati, inueniat etiam cuius ętatis fuerit, cuius sapientię, & ordinis. Immoretur in singulis

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dubitatur de illa authoritate, utrum sit Ambro. si tamen concedatur intelligendum ꝙ sacramentum est simplex ratione effectus principalis & uirtutis simplicis quã operatur: sed materiale in sacramento potest esse compositum, sicut patet in confirmatione, & eucharistia, & sic etiam ex parte actus nostri, qui est quasi materialis in pęnitentia, partes ei assignantur. H

¶Ad secundum dicendum, ꝙ partes nõ assignantur pęnitentię ex parte uirtutis sacramentalis, sed ex parte eius quod est materiale in ipsa. In baptismo autẽ est materiale res exterior, in qua non est accipere nisi vnum esse: & ideo baptismo partes non assignantur, quia etsi sit aliquis actus noster in baptismo, ille nõ est de essentia baptismi, sed dispositio ad baptismũ.

¶Ad tertium dicendum, quòd bonum secundum Diony. causatur ex vna integra causa, sed ex singulis defectibus consurgit malum, & ideo ad integritatem peccati sufficit in quocumque gradu humani actus defectus inueniatur: & propter hoc peccato partes quasi integrales non assignantur, sicut pęnitentię, quę bonitatem amissam reparat. De diu.no. c.4. par.4.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut dictum est, pęnitentia offensam culpę pręcedentis abolet per modum recompensationis cuiusdam: hęc autem recompensatio differt a recompensatione vindicatiuę iustitię in duobus. I Primo, quia in vindicatiua iustitia ille qui peccauit se habet ad recompensationem vt patiens tantum, inquantũ pęna per quã fit culpę recompensatio est ab alio inflicta: & ideo non pręsupponitur ad recompensationem dolor de peccato, sed ex pęna recompensante dolor infligitur. In pęnitentia autem ille qui peccauit, se habet ad recompensationem etiam vt agens, quia ipse sponte sua ad pęnam recompensantem accedit: & ideo displicentia culpę pręexigitur. Secundo differt, quia in vindicatiua iustitia taxatur pęna recompensans secundum arbitrium iudicis, non eius in quem commissum est peccatum. Sed in pęnitentia oportet quòd pęna recompensans taxetur secundum arbitrium eius, in quem peccatum commissum est, quia talis recompensatio fit ad reconciliandum animum offensi, quę reconciliatio esse non potest nisi pœna recompensantis voluntati eius sufficiat: & ideo oportet in pænitentia quòd modus pœnæ satisfactorię secundum arbitrium sacerdotis, qui uicem dei obtinet, seruetur. K Vtrique ergo recompensationi hoc commune est, quòd non fiat recompensatio secundum arbitrium eius qui peccauit, sed alterius hominis. Arbitriũ autẽ rectum requirit cognitionem culpę, quę quidem si ei qui debet pęnam taxare, per eum qui peccauit fiat, confessio dicitur: si aũt aliàs, dicitur contritio. Et quia in pęnitentia sponte qui peccauit, ad recompensationem faciendam accedit, requiritur satisfactio, & sic recompensatio tribus gradibus perficitur, quorum primus est displicentia culpę pręteritę, alias non sponte ad recompensationem accederet: & hic per contritionem perficitur. Secundus est, vt culpam suam notificet deo per sacerdotẽ, alias non se ad recompensationem secundum arbitrium eius in quem peccauit, offerret, & quantũ ad hoc est confessio. Tertius est, vt recompenset secundum arbitriũ sacerdotis, & quantum ad hoc est satisfactio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in sacramentis quę habent pro materia aliquam rem corporalem, est duplex actus ministri ecclesiæ. s. sanctificatio materiæ per verbũ dei, & applicatio materiæ ad eum qui sacramentum suscipit: sed in hoc sacramento, quod habet pro materia ipsum humanum actum, non potest ex ministerio sacerdotis materia applicari ad eum qui sacramentum suscipit, quia actus non sunt ab exteriori: & ideo ad ministeriũ ipsius pertinet ipsorum actuum consummatio secundũ absolutionem & pœnæ iniunctionem, quod est quasi quædam sanctificatio.

¶Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ quãuis peccatum dimittatur ante actualem cõfessionem, nunquàm tamen dimittitur ante confessionem in proposito existentẽ: sicut etiam ante baptismum actualiter susceptum aliquis rem baptismi consequitur ex proposito suscipiendi baptismum.

istis, & sentiat modũ criminis, purgans lacrymis omnem qualitatem uitij, defleat uirtutem qua interim caruit. Dolendum est enim non solum quòd peccauit, sed quia se uirtute priuauit. Defleat etiam quoniam offendens in uno, factus est omnium per ingratitudinẽ reus. Ingratus. n. extitit qui plenus uirtutibus Deum omnino nõ timuit. B In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo ẽ Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Alio

¶Ad tertium dicendum, quòd ex proposito satisfaciendi gratia confertur, quàmuis satisfactio actualis gratiam præsupponat. Vel dicendum, quòd per satisfactionem consequitur pænitens perfectum effectum gratiæ peccatum abolentis, quia liberatur totaliter a reatu peccati.

¶Ad quartum dicendum, quòd vltimum in quo consummatur res, dicitur finis rei, sicut forma habet rationẽ finis: & quia satisfactio est vltima pars in qua pænitẽtia consummatur, ideo dicitur fructus, quod in rationem finis sonat. C

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd quidam dicunt, quòd sunt partes subiectiuæ, uno modo pænitentiam considerando secundum quod habet tantum rationem pœnę, quia quælibet harum partiũ est punitio quædam. Sed hoc non potest esse, quia totum [d] vniuersale nõ pdicatur in singulari de suis partibus pluralib⁹ simul acceptis, siue sit genus, siue spẽs: tres.n. homines non sunt animal, sed animalia. Vnde cum tres partes pænitentiæ non sint tres pænitentiæ, sed vna, non potest esse quòd sint partes subiectiuæ.

¶1 Præt. Pœna, quam pænitens patitur, tota in rationem satisfactionis cadit, non enim solà exteriori pœna homo satisfacit, sed etiam interiori, alias oratio mentalis non esset satisfactoria. Vnde & pœna quæ est in contritione, & quæ est in confessione in partem satisfactionis cadit: & quia satisfactio est vltima pars, totum sacramentum a pœna denominatur, sicut res denominatur ab vltimo sui: & ideo alij dicunt, quòd sunt partes potentiales. Sed hoc iterum nõ potest esse, quia in partibus potentialibus totum adest secundum essentiæ suæ rationem cuilibet parti completæ, sicut essentia animę cuilibet potentię, sed tota ratio pænitentiæ secundum speciem non est in quolibet horum. Præt. Vnum eorum non includit in se vim omnium aliarum, quod requiritur in partibus potentialibus, sed vnumquodq; ad suum officium seruit: ideo dicendum est cum alijs quòd sunt partes integrales. Sed sciendum, quod [d] partes integrales sunt duplices. Quædã sunt partes quantitatis, quæ sunt quandoque vnius rationis, vt in totis homogeneis: quandoque vero diuersarum rationum, vt in totis etherogeneis: quædam vero sunt partes essentiæ, sicut materia & forma, non quantitatis: & hæ semper sunt diuersarum rationũ, & habent ordinem naturæ adinuicem: & quandoq; etiam ordinem temporis in his quorum esse non est simul, & huiusmodi partes sunt hæ de quibus loquimur, quia pænitentiæ sacramentum secundũ rationem speciei suæ ex his tribus integratur, & vna est prior altera secundum naturam: & quandoque etiam secundum tempus eo quòd actuum humanorum, qui sunt in pænitentia materiales, non est totum esse simul, sed succedunt sibi inuicem: sed quandoque plures eorum, quorum vnus est altero prior per naturam, sunt simul tempore.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd partes pænitentiæ nõ respondet illis peccati partibus singula singulis secundum veritatem, quia pro quolibet illorum peccatorum oportet esse pænitentiæ tres partes: sed per adaptationem quandam considerata similitudine medicinæ ad morbum, quantum ad idem instrumentum. Quidam enim dicunt quòd in quolibet peccato est inuenire illa tria, quia os est interius & exterius, & actus interior & exterior, & sic etiam ista tria erunt partes subiectiuę peccati. Sed patet hoc non esse secundum intentionem literæ, A quæ de ore exteriori & opere loquitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd in partibus successiuorum ex qualibet parte potest concludi totum, sicut hora tertia est. ergo dies, non tamen totum de vna parte prædicatur: non.n. dicimus quòd hora sit dies, sed tamen de omnibus partibus simul acceptis aliquo modo inuenitur [d] prædicari totũ, licet improprie: & sic etiã de qualibet parte pænitentię pænitentia concludit, eo quòd pænitentia non habet totum esse suum simul: non tamẽ totum de partibus prædicatur neque diuisim, neque cõiũctim proprie, loquendo. D.969

etiam modo offendens in uno, factus est omnium reus, quia omnis uirtus patitur detrimentum ab uno uitio. Ponat se omnino in iudicio & potestate sacerdotis, nihil sui reseruans sibi, ut omnia eo iubente paratus sit facere pro reparanda uita animæ, quæ faceret pro euitanda corporis morte, & hoc cum desiderio, quia uitam recuperat infinitams. Cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus, semper depre

¶Ad tertium dicendum, ꝙ illud quod est materiale in pænitẽtia, est actus nostri, & quia actus nõ habent esse permanens, ideo nec pænitentia, & sic obiectio ex falso procedit.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ ab eo quod sequitur rem, non accidit aliqua compositio in re, quia componentia sunt priora compositis: vnde cum actus nostri sint posteriores virtutibus, a quibus eliciuntur diuersi actus, qui secũdum ordinẽ a virtute aliquã progrediuntur, non faciunt compositionem aliquam in virtute: & ideo prædicta tria non sunt partes pænitentiæ virtutis, sed pænitentiæ sacramenti: quia ipsi actus sunt quasi materia sacramenti, & penes diuisionẽ materiæ partes rei sumuntur quandoque.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus exteriores requiruntur ad perfectionem secundam virtutum moralium: partes autẽ integrales oportet quòd sint de perfectione prima.

¶Ad secundum dicendum, quòd quàmuis tria prædicta sint actus pænitentiæ virtutis, non tamen sequitur quòd sint partes eius: quia in quolibet dictorum actuum inueniuntur omnes circunstantiæ, quibus integratur medium virtutis.

¶Ad tertium dicendum, quòd ad pænitentiam virtutem requiruntur ista tria, sed non vt partes, sed vt actus, vt dictũ est.

ARTICVLVS II.

D *b Vtrum pænitentia ante baptismum debeat poni pars pænitentiæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd pænitentia ante baptismum non debeat poni pars pænitentię. Baptismus enim ianua sacrorum est, & pęnitentia dicitur secunda tabula respectu baptismi: sed secundum non est ante primum. ergo pænitentia non est aliqua ante baptismum. Vbi supra art. 4.

¶2 Præt. Ei qui non est generatus in aliqua natura, non competit actio illius naturæ: sed baptismus est quædam generatio in spiritualem vitam. ergo ei qui non est baptizatus, non conuenit aliqua actio spiritualis vitæ: sed pænitentia est huiusmodi, cum sit quoddam sacramentum. ergo non potest alicui competere ante baptismum.

¶3 Præt. Pænitentia non ordinatur nisi contra culpam actualem: sed culpa actualis sufficienter in baptismo deletur. ergo E non oportet quòd pænitentia baptismum præcedat.

SED CONTRA. Matth. 3. super illud. Tunc exibant ad eum &c. dicit glo. Iam tunc exemplum baptizandis dabatur confitendi peccata, & promittendi meliora: sed hoc pertinet ad pænitentiam. ergo ante baptismum debet esse pænitentia.

¶2 Præt. Super illud psal. 4. In cubilibus vestris &c. dicit glo. vt extincto veteri homine per pænitentiam sacrificium iustitię per regenerationem noui hominis offeramus deo: sed regeneratio ad baptismum pertinet. ergo pænitentia aliqua est ante baptismum.

II Elici potest ex libro de pnia medicina cap. 2. VLTERIVS. Videtur quòd pænitentia ante baptismum non solum sit de actuali, sed & de originali peccato. Aug. lib. de pænitentia dicit, loquens de pænitentia ante baptismum. Exceptis paruulis, nullus ad Christum transit, nisi incipiat esse quod non erat, nisi pæniteat eum fuisse quod erat: sed erat infectus non solum actuali, sed etiam originali peccato, nisi enim de hac infectione loqueretur, paruulos non exciperet.

ret, qui aliam infectionem non habent. ergo de peccato originali debet esse pænitentia ante baptismum.

¶ 2 Præt. Pænitens infert sibi pœnam, vt euadat illam quæ sa deo sibi infligenda erat: sed pro peccato originali pœna a deo infligitur. ergo pro eo debet hanc pænitentiam agere.

¶ 3 Præt. Secundum hoc de pctõ actuali pænitentiam agimus, quòd nobis ipsum displicet: sed peccatum originale debet nobis displicere. ergo de eo debemus pænitẽtiam agere.

SED CONTRA. Pænitentia est respectu voliti: sed peccatũ originale contrahimus nolentes. ergo de ipso non est pænitentia.

¶ 2 Præt. Medicina debet rñdere morbo: sed peccatum originale non contrahitur per aliquã delectationem eius qui ipsum contrahit. ergo videtur quòd non sit eius curatio per aliquam pœnam: & ita non per pænitentiam, quæ suo nomine pœnam exprimit.

cetur Deum, semper offerat Deo mentem & cordis contritionem: deinde & quod pōt, det de possessione, & tunc quod offert, securus offerat. Respexit Domin⁹ ad Abel, & ad munera eius. Prius dicit ad Abel, quàm ad munera eius. In iudicio ergo cordis consideranda est eleemosyna tribuentis. Nec considerandum est quantum, sed qua mente, qua affectione dat quod potest. Qui ergo sua peccata redimere uult temporalium oblatiõe, prius offerat mentem. Caueat ne ductus uerecundia diuidat apud se confessionem, ut diuersa diuersis uelit sa-

III 3. par. q. 87 ar. 1.

VLTERIVS. Videtur quòd non debeat post baptismum aliqua pænitentia venialium distingui, quia superfluum est facere per multa, quod per vnum potest fieri: sed veniale peccatum curatur per eucharistiam. ergo superfluum est quòd ad ipsum curandum pænitentia ordinetur.

¶ 2 Præt. De eo quod non est in potestate nostra, non requiritur pænitentia: sed peccata venialia vitare non est in potestate nostra, quia nullus potest omnia peccata venialia vitare. ergo de venialibus non est pænitentia.

¶ 3 Præt. Diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ, quia secundum Hiero. Non sanat oculum, quod sanat calcaneum: sed pænitentia est remedium contra mortale. cum ergo veniale a mortali in infinitum differat, vt pœna ostendit, videtur ꝙ contra veniale pænitentia non ordinetur, sed contra mortale.

Super Marcum cap. 9. circa med. De vera & falsa pænitentia c. 8. Et habetur de pæn. dis. 3. c. Pænitẽtia.

SED CONTRA. Quod potest maius, potest & minus: sed pænitentia destruit mortale, qđ est difficilius. ergo & veniale.

¶ 2 Præt. Secundum Augu. Pænitentia est vindicta puniens in se quod dolet commisisse: sed aliquis debet dolere de hoc, quod commisit veniale, & hoc in se punire. ergo pænitentia quædam est de venialibus.

IIII Vbi supra art. eodem.

VLTERIVS. Videtur quòd teneamur ad pænitentiam venialium, quia sicut tenetur homo tendere ad gloriam, ita tenetur impedimentum gloriæ remouere: sed homo non potest ad gloriam peruenire, nisi dimissis venialibus peccatis. ergo cũ non remittantur sine pænitentia, videtur quòd ad pænitentiã agendam de venialibus homo teneatur.

¶ 2 Præt. Quoddam veniale peccatum per consensum fit mortale, quia consensus in delectationem mortalis peccati est mortale peccatum: sed homo tenetur vitare mortale peccatum. ergo tenetur dissentire a veniali peccato aliquando: sed dissensus a peccato est pænitentia. ergo tenetur homo de peccato veniali aliquando pænitere.

SED CONTRA. Nullus tenetur abolere iam factum, quod non tenetur vitare antequàm fiat: sed homo non tenetur vitare veniale peccatum antequàm faciat, alias peccaret mortaliter faciens ipsum. ergo multo minus tenetur pænitere de eo.

V

VLTERIVS. Videtur quòd partes istæ tres non sint sufficientes, quia sicut post baptismũ peccatur venialiter & mortaliter, ita ante baptismum: sed post baptismum distinguitur pænitentia venialis & mortalis peccati. ergo ante baptismum, & sic sunt quatuor.

¶ 2 Præt. Plus distat pœna a culpa, quàm veniale a mortali: sed de pœnis præsentis miseriæ oportet pænitere, vt August. dicit in lib. de pænitentia. ergo cum distinguatur pænitentia venialium a pænitentia mortalium, debet etiam distingui pænitentia, qua nos pænitet de pœnis huius peregrinationis, a pænitentia venialium.

De pænitẽtię medicina ex c. 2.

¶ 3 Præt. Pænitentia solemnis est quidam pænitentiæ modus, vt supra dictum est. ergo cum de ipsa mentionem non faciat, videtur insufficienter partes ponere.

Dis. 14. q. 1. ar. 5. per totum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd pænitentia potest accipi dupliciter, scilicet vt est virtus, & vt est

F sacramentum. Secundum autem quod est virtus importat detestationem peccati cum proposito abolẽdi ipsum secundum conditionem status peccantis. Et quia quicumque non detestatur peccatum, adhuc voluntatem in peccato fixam habet, cum voluntas semel ad aliquid fixa, ab illo nõ diuellatur quin actu, vel habitu i eo maneat, nisi p actualem dissensum ab illo vel in speciali, vel saltem in genere, voluntas autẽ in peccato fixa manẽs, nõ est susceptiua gratię baptismalis: ideo requiritur ante baptismũ quasi remouens prohibens peccati cõmissi detestatio, & destructionis eius propositum. Et ideo patet quòd ante baptismum requiritur pænitentia secundũ qđ est virtutis act⁹, vel quæ sit prior baptismo tempore, vel saltem natura: sed

cerdotibus manifestare. Quidam enim uni cælant, quod alteri manifestanda conseruãt, quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper uenia carere, ad quam per frusta putant peruenire. Caueat etiam ne prius ad dominicum corpus accedat, quàm confortet se bona conscientia, & doleat quòd nondum audeat sumere, quem multum desiderat, cibum salutarem. Cohibeat etiam se a ludis, a spectaculis sæculi, qui perfectam vult cõsequi remissionis gratiam. Isti sunt digni fructus pænitentiæ animam captiuam elaqueantes, &

G pænitentia secundum quod est sacramentũ, consistit in dispositione ministrorum ecclesiæ. Et quia ecclesiæ sacramenta non dispensantur nisi illis qui sunt de ecclesia, ideo ante baptismũ sacramentum pænitentiæ non competit, cum per baptismum homo de ecclesia fiat. Et per hoc patet solutio ad obiecta præter tertium.

H ¶ Ad tertium dicendum, quòd pænitentia non requiritur ante baptismum propter baptismi insufficientiam, sed propter impedimentum remouendum gratiæ baptismalis, vt baptismus suum effectum habere possit.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd pænitentia potest sumi large, & proprie. Proprie quidem pænitentia importat dolorem de peccato commisso in præterito, & sic nullo modo potest esse pænitentia de originali peccato, quia non est commissum. Large autem potest dici pænitentia omnis displicentia mali præteriti, & sic in eo qui liberum arbitriũ habet, debet esse pænitentia de originali: quia ex hoc ipso ꝙ alicui placet aliquid, displicet ei quod ad illud impedimentum præstitit. Peccatum autem originale impedimentum gloriæ fuit, ad quam quilibet desiderio tendere debet, non tamen de eo debet esse confessio, quæ non est nisi factorum: nec satisfactio, quia pro peccato originali non debetur nisi pœna damni, pænitentia autem importat pœnam sensus. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

I AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd veniale peccatum ex nostro actu incurrimus, & ei pœna sensibilis debetur: & ideo ad peccati venialis dimissionem d pænitẽtia operatur quantum ad contritionem, confessionem, & satisfactionem, non solum pænitentia secundum quod est virtus, sed etiam secundum quod est sacramentum: quia post baptismum aliquis venialiter peccat, quando est susceptiuus sacramentorum ecclesiæ. D. 1019.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad eundem effectũ principaliter inducendum, superfluum est plura inducere, si quodlibet sit sufficiens: sed nullum sacramentum inducitur ad peccati venialis dimissionem, sicut ad principalem effectum, vt supra in 2. di. dictum est: & ideo non est inconueniens si ex multis sacramentis peccati venialis dimissio cõsequitur. q. 1. art. 1. quæst. 4.

K ¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis non sit in potestate nostra vitare omnia venialia, est tamen in potestate nostra vitare singula.

¶ Ad tertium dicendum, quòd veniale & mortale quàmuis sint diuersi morbi, tamen conueniunt in vna ratione actualis peccati, & ideo contra vtrumque pænitentia medicina est.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd cum dicitur aliquis ad aliquid teneri, quædam necessitas importatur ad illud. Necessitas autem est duplex. Vna est absoluta, & secundum hanc homo tenetur facere illa, sine quibus non est salus: & sic non tenetur ad peccati venialis pænitentiam, quia mortem ex hoc non incurrit, nisi forte ex contemptu dimittat. Alia est ex suppositione alicuius finis, sicut dicitur aliquid esse necessarium, sine quo non possumus finem intentum consequi, & hoc modo necessarium est, quòd homo de venialibus pæniteat, si ei remitti debeant in hac vita, sed secundum hoc non proprie dicitur teneri aliquis ad aliquid: & ideo dicendũ quod

quòd homo non tenetur ad pænitentiam venialium, nisi large sumendo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si numquàm de venialibus pæniteat, potest ad vitam peruenire, quia etiam post hanc vitam venialia remittuntur, vt infra dicetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dissensus dicit pænitentiam ad peccatum futurum, sed pænitẽtia dicit displicentiam peccati præteriti: & ideo nõ oportet quòd dissensus ad pænitentiã pertineat.

in libertate seruãtes. Et infra. Quærat anima dignos fructus, & si nõ dignos pænitentiæ. Sunt enim digni fructus, uirtutum fructus, qui non sufficiunt pænitentibus. Pænitentia enim grauiores postulat ut sic pacetur Ecclesia, ut pacata dolore & gemitibus mortuis im-

AD QVINTAM quæstionem dicendũ, quòd istæ partes pænitentiæ distinguuntur secundum diuersos modos, quibus pænitentia agitur: vnde sunt partes subiectiuæ pænitentiæ virtutis, non pænitentię sacramenti: quia vna pars non pertinet ad pænitentiæ sacramentum, quàmuis aliæ duæ ad pænitentiam, secundum quod est sacramentum, pertinere possint. Et accipiũtur isti modi secundum diuersum statum pænitentis, quia aut est extra ecclesiam etiam numero, & sic est prima pænitentia quæ est ante baptismum: aut est extra merito, sed non numero, & sic est secunda quæ est de mortalibus: aut omnino est intra ecclesiam, & sic competit ei tertia, quæ est de venialibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd status hominis ante baptismũ non diuersificantur per veniale & mortale quantum ad hoc quod est esse de ecclesia, vel non esse: sed diuersificantur post, quia per mortale post baptismum commissum efficitur aliquid extra ecclesiam merito, sed non per veniale, & ideo non est similis ratio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de pœnis dicitur esse pænitentia ab August. secundum quod inclinant ad culpam, large etiam pænitentiam pro displicentia sumendo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pænitentia solemnis non diuersificat statum pænitentis quantum ad id quod dictum est, & ideo de ea non fit hic mentio.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de remissione uenialium.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, De modo remissionis.
¶ Secundo, De causa remissionis.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum peccatum ueniale possit dimitti uoluntate manente ad illud.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd peccatum ueniale possit dimitti uoluntate manente ad illud. Voluntas enim peccati uenialis gratiam non excludit: sed nullum peccatũ ueniale est quod gratia remitti non possit, cum remittatur per uirtutem gratiæ mortale, quod multo difficilius est. ergo ueniale dimitti potest adhuc manente uoluntate ad illud.

¶ 2 Præt. Sicut peccatum mortale charitati opponitur, ita ueniale feruori charitatis: sed illud quod secum compatitur charitas, non impedit dimissionem peccati mortalis. ergo cum uoluntatem permanentem in peccato ueniali compatiatur feruor charitatis, uidetur quòd ueniale remitti possit in eo qui adhuc habet uoluntatem adhærentem ueniali.

¶ 3 Præt. Sicut dictum est, ad hoc quòd uoluntas remoueatur ab eo in quo semel fuit fixa, requiritur actualis displicentia: sed aliquando ueniale peccatum dimittitur ei qui non habet displicentiam de ueniali peccato, sicut patet in Martyribus, qui statim euolant, quàmuis forte de peccatis uenialibus non cogitent, nec actualem displicentiam habeant. ergo uidetur ꝙ peccatum ueniale dimitti possit adhuc manenti in illo.

SED CONTRA. Manente causa non potest tolli effectus: sed adhærentia uoluntatis inordinata ad aliquid erit causa uenialis peccati. ergo manente uoluntate fixa in illo, non potest remitti ipsum peccatum.

¶ 2 Præt. Affectus ad opus habet rationem peccati, sicut & ip-

A sum opus peccati: sed ipsum opus uenialis peccati, dum manet, nõ permittit peccatum ueniale dimitti. ergo nec affectus ad ipsum manens.

II

VLTERIVS. Videtur quòd unum peccatum ueniale non possit dimitti sine alio, quia sicut in præcedenti dist. dictũ est, dominus nullũ sanauit, quem non omnino liberaret: sed nõ potest alicui ueniale peccatũ dimitti, nisi domino ipsum sanante. ergo si absoluitur ab vno ueniali, absoluitur ab omnibus.

petret uitam. Ex his ostẽditur qui sint digni fructus pænitentiæ, quibus uera satisfactio expletur, & quòd nõ omnes digni fructus, sunt digni fructus pænitentiæ. Quod de illa pænitentia intelligitur, quæ maiorum est criminum. Nõ enim sufficiunt grauiter delinquẽtibus,

B ¶ 2 Præt. Peccatum ueniale est maioris adhærentiæ quàm mortale, unde remisso mortali adhuc manet ueniale: sed unum mortale non potest remitti nisi omnia alia dimittantur. ergo nec unum ueniale nisi aliis remissis.

¶ 3 Præt. Ei, qui displicet deo, peccatum non remittitur: sed ueniale displicet deo. ergo quandiu manet unum, aliud non remittitur.

SED CONRTA. Maioris gratiæ est remissio mortalis peccati quàm uenialis: sed unum peccatum ueniale manens fixum in corde, non impedit remissionem mortalis peccati. ergo multo minus impedit remissionem alterius uenialis.

IIII Vbi supra, art. 4. In expositiõe sua super Io. to. 9

VLTERIVS. Videtur quòd ueniale peccatum possit remitti sine mortali, Ioan. 8. super illud, Qui sine peccato est uestrum &c. dicit Aug. quòd omnes illi erant in peccato mortali: uenialia enim eis dimittebantur per cæremonias. ergo ueniale potest dimitti non dimisso mortali.

C ¶ 2 Præt. Mortale & ueniale contrarie diuiduntur: sed mortale potest dimitti sine ueniali. ergo ueniale potest dimitti sine mortali.

¶ 3 Præt. Peccato quod sufficienter punitum est, non debetur alia pœna, quia non uindicat bis deus in idipsum: sed peccatũ ueniale potest aliquis in mortali existens sufficienter in seipso punire, cum debeatur ei pœna finita. ergo non reseruabitur ulterius ad pœnam: sed numquàm aliquis absoluitur a reatu pœnæ, nisi prius absoluatur a culpa, alias culpa inordinata remaneret sine pœna. ergo manente peccato mortali potest ueniale remitti.

SED CONTRA. Gregor. dicit quòd ueniale peccatum obscurat mentem, sed mortale obtenebrat: sed obscuritas non remouetur nisi per lucem, lux autem spiritualis est gratia, quæ etiam mortale delet. ergo non potest dimitti ueniale sine dimissione mortalis. Gregorius.

D RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd peccatum quodlibet debet remitti quantum ad duo, scilicet quantum ad culpam, & quantum ad reatum, & non potest esse secunda remissio sine prima: quia quandiu manet culpa, manet debitum pœnę, culpa autem in deordinatione uoluntatis consistit. Vnde non potest culpa tolli, nisi reordinetur uoluntas, quod esse non potest quandiu in ipsa deordinatione manent, alias essent duo opposita simul uera: & ideo nullo modo ueniale dimitti potest, quandiu uoluntas ad illud manet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est ex defectu gratiæ, quin illud ueniale in quo adhuc uoluntas manet, remitti non possit, sed ex defectu eius cui remittendum est, in quo impedimentum remissionis inuenitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quodlibet peccatum mortale opponitur cuilibet quantumcumque paruæ charitati, non autem quodlibet ueniale opponitur cuicũmque feruori charitatis.

E Dicitur enim feruor charitatis per similitudinem secundum quod ad exteriora quodammodo ebulliendo refunditur: ex illa autem parte qua ueniale committitur, charitatis feruor non apparet, sed aliquid præter charitatem. Vnde quàmuis sit feruor charitatis quantum ad aliqua, potest tamẽ esse tepiditas quantum ad alia, & sic non quilibet feruor opponitur cuilibet ueniali: unde nõ est similis comparatio peccati mortalis ad charitatem, & uenialis ad feruorem charitatis.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd uoluntas quæ fuit fixa in aliquo, non remouetur inde, nisi per actualem dissensum, si illud memorię occurrat, alias sufficit habitualis, sicut etiam de mortalibus contingit quòd oblita remittuntur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd ea quæ non habent connexionem adinuicem, unum potest auferri sine altero, sed quæ habent aliquo modo connexionem, unum non potest sine alio auferri. Peccata autem mortalia, quàmuis non habeant connexionem ex parte conuersionis, habent tamen cõnexionem ex parte auersionis, quia ab uno incommutabili

D. 1015 tabili bono auertunt: & ideo unum sine alio remitti non potest, cum remissio culpæ magis respiciat per oppositum auersionem quàm conuersionem, quia culpa remittitur secundum restitutionem ad illud, a quo culpa separauit. Venialia autem nõ habent connexionem neque quantum ad conuersionem, neque quantum ad auersionem, quia in eis nulla est auersio a fine, & si sit aliquis defectus in actu eorum quæ expediunt ad finem: & ideo potest unum ueniale sine alio dimitti.

D. 259

Ad primum ergo dicendum, ꝙ remissio uenialis nõ cõparatur proprie loquendo sanationi: quia infirmitas quę per sanationem curatur, destitutionem virtutis importat: nõ autem est aliqua destitutio, uel debilitatio uirtutis spiritualis in culpa ueniali, sed solum dispositio ad uirtutis destitutionem, & ideo ratio illa non est ad propositum.

quæ sufficiunt minus, uel parum peccantibus.

Quæ sit falsa satisfactio.

Et sicut sunt digni fructus pænitentiæ, ac uera satisfactio, ita & indigni fructus, & falsa satisfactio, idest, falsa pænitentia. Vnde Greg. Falsas pænitentias dicimus, quæ non secundum authoritates sanctorum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque miles, uel negotiator, uel alicui officio deditus, qd sine peccato exerceri non possit, si culpis grauioribus irretitus ad pænitentiam uenerit, uel qui bona alterius iniuste detinet, uel qui odium in corde gerit, recognoscat se ueram pænitentiam non posse peragere, nisi negotium relinquat, uel officium deserat, & odium ex corde dimittat, & bona quæ iniuste abstulit, restituat. Ne tamen desperet interim, quicquid boni facere potest, hortamur ut faciat, Deus cor illius illustret ad pænitentiam, cum sit pænitentia interior, & exterior. De utraque per præmissa satis apparet quæ sit uera, & quæ sit falsa.

Et habetur de pæn. dis. 5. c. Falsis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum ueniale non dicitur esse maioris adhærentiæ quàm mortale, quasi ex parte sua firmius in anima maneat: sed ex parte nostra, quia peccata uenialia non ita facile deuitamus, sicut mortalia, ad quæ dimittenda ex necessitate obligamur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccatum mortale ita deo displicet, quòd etiam facit ipsum peccantem deo displicentem, inquãtum pulchritudinem gratiæ, quam deus in ipso amat, aufert. Sed peccatum ueniale quàmuis deo displiceat, quia inordinatum est, nõ tamen facit peccantem deo displicentem: quia non aufertur claritas gratiæ, sed quodammodo obnubilatur, inquantũ eius processus ad exteriora impeditur: & ideo Grego. dicit, quòd peccatum ueniale obscurat, sed mortale obtenebrat: & propter hoc unum peccatum ueniale non impedit quin aliud remitti possit, quàmuis mortale unum impediat dimissionem alterius.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd remoto priori remouetur posterius, nec posterius restituitur nisi priori restituto: feruor autem charitatis, cui ueniale opponitur, est posterior ipsa charitate. Vnde quandiu charitas non restituitur, nec feruor charitatis reparari potest, in qua reparatione cõsistit uenialis peccati dimissio, sicut etiam in reparatione charitatis dimissio mortalis: & ideo nõ potest ueniale dimitti ei, cui mortale non dimittitur. Potest etiam ex parte remittentis ratio assignari, quia a deo, qui solus peccata dimittit, peccatum mortale separat: & ideo effectum eius in remissione peccati uenialis habens peccatum mortale, non percipit, sicut assignata est ratio ex parte eius quo fit remissio, s. charitatis quæ vniuersa delicta operit, Prouer. 10. quam peccatum mortale tollit.

Ad primum ergo dicendum, quòd Augu. nominat ibi uenialia irregularitates quas secundum legem contrahebant.

D. 75 ¶ Ad secundum dicendum, quòd ueniale non auertit a deo, neque charitatem tollit sicut mortale, & ideo non impedit dimissionem mortalis, sicut econtrario.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœna etiam omnis offensam non tollit, nisi ab eo in quem peccatum commissum est, acceptetur, nec acceptari potest quandiu inimicitia ad ipsum manet: & ideo manente inimicitia hominis ad deum per peccatum mortale, pœna quantacumque ueniale non purgat: unde Esaiæ 58. dominus dicit non esse accepta ieiunia eorum, qui ad lites & contentionem ieiunabant.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum peccatum ueniale possit dimitti sine infusione nouæ gratiæ.*

Vbi supra art. 2.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd peccatũ ueniale non possit dimitti sine gratiæ nouę infusione. Peccatum enim ueniale transiens actu, in anima manet reatu: sed reatus fundatur super macula: cum ergo macula non possit ab anima abstergi nisi per gratiam, sicut nec tenebra nisi per lucẽ, uidetur quòd ueniale dimitti non possit sine gratiæ infusione.

q. 5. artic. 1. quæst. 2. in con ¶ 2 Præt. Veniale peccatum consistit in hoc quòd minus amatur deus quàm debet: sed minoratio ista non potest tolli nisi charitate augmentata, secundum cuius augmentũ noua missio spiritussancti attenditur, ut in 1. lib. dist. 15. dictum est, & per consequens noua gratia. ergo peccatum ueniale sine gratiæ infusione remitti non potest.

Sed contra. Nouæ gratiæ additio gratiam præexistentem auget, si eam inueniat: sed cum peccatum ueniale gratiam non auferat, si sine gratiæ infusione dimitti non posset, oporteret ꝙ quandocumque dimittitur ueniale, gratiæ gratia adderetur, ergo semper homo post ueniale rediret in maiorem gratiã, quod falsum est, quia tũc frequens iteratio uenialium non disponeret ad mortale.

II Vlterius. Videtur quòd gratia sine contritione possit peccatum ueniale remittere, quia sicut dicit Gregor. Quod est aqua ad caminum, hoc est ueniale ad feruorem charitatis: sed feruor charitatis potest esse sine cõtritione, potest enim aliquis in deum feruenter conuerti, & tamen de peccato non dolere, quod est conteri. ergo peccatum ueniale potest dimitti sine cõtritione. Gregorius

¶ 2 Præt. Contritio non solum importat dolorem de præterito peccato, sed etiam propositum non peccandi de cætero: sed alicui dimittitur ueniale peccatum, qui non habet tale propositum, quia scit se sine peccato ueniali præsentem uitam agere non posse. ergo sine contritione pctm̃ ueniale dimitti potest.

¶ 3 Præt. Aliquis in peccato ueniali existens, potest dormiens mori, & taliter quòd statim euolet, puta si propter fidem prius confessam constanter occidatur: sed dum dormit conteri non potest. ergo cum ei peccatũ ueniale dimittatur, uidetur quòd possit sine contritione peccatum ueniale dimitti.

Sed contra. Si gratia sine aliquo adiuncto peccatum ueniale remittere posset, gratia secum ueniale non compateretur: sed compatitur secum ueniale. ergo oportet aliquem motum contritionis aduenire ad peccati uenialis dimissionem.

III Vlterius, Videtur quòd de peccato ueniali teneatur homo etiam confiteri, Iaco. 5. Cõfitemini alterutrum peccata uestra, in quo præceptum confessionis datur, ut in litera dicitur: sed secundum glo. loquitur de confessione uenialium & mortalium, quia dicit ꝙ maiora solis sacerdotibus, sed leuiora socijs confiteri possumus. ergo tenemur confiteri uenialia. Caietanus in quol. 10. 2. quæstio 1. de cõfes.

¶ 2 Præt. De uenialibus tenetur homo satisfacere, quia satisfacere est actus iustitiæ ad iustitiæ autem actum tenemur: sed satisfactio debet esse secundum arbitriũ sacerdotis qui uicem dei obtinet, quod esse non potest nisi confessione præcedente, ergo de uenialibus homo confiteri tenetur.

¶ 3 Præt. Præceptum ecclesiæ est ut homo semel in anno saltem, confiteatur: sed aliquis est qui non habet nisi uenialia. ergo tenetur illa confiteri. De pæni & remis. cap. Oĩs utriusque sexus.

Sed contra. Nullus tenetur ad impossibile: sed confiteri omnia uenialia est impossibile, cum cognitionem nostrã effugiant. ergo non tenemur illa confiteri.

V Vlterius. Videtur quòd per benedictionem episcopalem aquam benedictam, & huiusmodi peccatum ueniale remitti non possit: quia ex eisdem causis aliquid fit, & corrumpitur, ut dicitur in 2. ethico. sed peccatum ueniale causatur ex actu nostro. ergo oportet quòd aliquid in nobis sit per quod dimittatur, & ita cum ista sint extra, per ea peccatum ueniale dimitti non potest. Cap. 1.

¶ 2 Præt. Peccatum ueniale, ut dictum est, non dimittitur sine contritione: sed ipsa contritio per se sufficit ad dimissionem. ergo prædicta nihil operantur ad dimissionem. In argu. in oppo. fali ponendo quæst. 2. præsentis art.

¶ 3 Præt. Prædicta omnia æqualem habent habitudinem ad omnia peccata uenialia. si ergo per ea aliquod ueniale dimititur, omnia dimittuntur, & sic frequentissime homo esset sine ueniali, quod non uidetur uerum.

Sed contra est, quod communiter dicitur, quòd multa sunt remedia contra uenialia peccata, scilicet tunsio pectoris, aspersio aquæ benedictæ, unctio extrema, & omnis sacramentalis unctio, benedictio episcopi, panis benedictus, generalis confessio, compassio alieni delicti, dimissio, eucharistia, oratio dominica, & alia quæcumque leuis pænitentia.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd homo in peccato mortali a deo auertitur sibi alium finem constituens, & ideo lumen gratiæ amittit, sicut & lumen Solis qui uisum a Sole auertit, & propter hoc non potest peccatum mortale remitti, nisi per gratiæ infusionem: sed homo per peccatum ueniale nõ adhæret commutabili bono quasi fini, & ideo non

non auertitur a fine, quod est incommutabile bonum, unde per ueniale homo gratiam non amittit. Et ideo non oportet ꝙ ad hoc quòd remittatur ueniale, gratia aliqua infundatur de nouo, sed sufficit quòd gratia quæ iam habetur, in actum prodeat, quia ipsum ueniale non tollebat habitum, sed solummodo impediebat uirtutis actum.

Ad primum ergo dicendũ, quòd macula potest esse dupliciter. Vno modo, per priuationẽ pulchritudinis, & sic in ueniali nõ manet aliqua macula, quia gratiã non tollit quę est animę decor. Alio modo, per hoc quòd pulchritudo quæ est gratiæ, impeditur ne exterius appareat, sicut per puluerem pulchritudo faciei fœdatur, & talis macula est in ueniali, quia impeditur decor gratię ne in actibus exterius ostendatur: unde nõ oportet quòd talis macula per infusionem gratiæ tollatur, sed per actum qui gratiæ impedimentum tollat.

De tribus actionibus pænitentiæ.

Praedictis vero adijciendum est, quòd tribus modis agitur pænitentia ante A b baptismum scilicet de prioribus peccatis, post ba-

¶ Ad secundum dicendum, quòd ueniale peccatum non consistit in hoc quòd homo minus amet deum in habitu, quia ueniale non diminuit charitatem, alias eam quandoque totaliter tolleret: sed in hoc quòd amor dei non ostenditur in omnibus actibus hominis aliqua deordinatione in eis existente.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd peccatum ueniale non dimittitur, ut dictum est, quandiu uoluntas manet in illo: ipsam autem recedere uoluntatem ab eo quod quis prius uolebat, est displicere ei quod uoluit: talis autem displicentia dolor contritionis dicitur, quando est gratia informata: & ideo peccatum ueniale sine contritione non dimittitur. Sed sciendum quòd contritio potest accipi tripliciter, uel actu, uel habitu, uel medio modo. Habitu quidem contritio existens non sufficit ad peccati uenialis dimissionem, quia tunc quicumque haberet pænitentiæ virtutis habitum, cuius actus est quælibet contritio, consecutus esset peccati uenialis dimissionem: & sic peccatum ueniale cum gratia esse non posset. Nec iterum requiritur quòd semper sit actualis contritio, quia sequeretur quòd peccatum quod quis in memoria, uel in cognitione non habet, remitti non posset. Et ideo dicendum quòd requiritur contritio medio modo, qua scilicet & si actu peccatum non displiceat explicite, displicet tamen implicite: quia ex uirtute actus quem agit, sequeretur displicentia explicita peccati uenialis, si cogitatio ad illud ferretur.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ quàmuis feruor charitatis possit esse dum homo in deum fertur motu charitatis sine hoc, quòd actu de peccato ueniali cogitet explicite, tamen in illo motu implicite continetur displicentia uenialis peccati, uel unius, uel omnium, quia si feruenter in deum fertur, displicet ei omne quod a deo retardat: unde potest esse tam feruens motus charitatis in deum, quòd omnia peccata uenialia consumit, etiam sine actuali cognitione ipsorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccata mortalia sunt in potestate nostra, ut uitentur non solum singula, sed etiam omnia: uenialia autem, & si singula uitari possint, non tamen omnia, quod ex infirmitate naturæ contingit: & ideo in contritione de uenialibus non exigitur propositum non peccandi uenialiter, sicut in cõtritione de mortali exigebatur: sed quòd displiceat ei & peccatum præteritum, & infirmitas qua ad peccatum ueniale inclinatur, quàmuis ab eo omnino immunis esse non possit. D. 397

¶ Ad tertium dicendum, quòd passio pro Christo suscepta vim baptismi obtinet, ut supra dictum est dist. 4. & ideo purgat ab omni ueniali & mortali, nisi actualiter uolũtatem renitentem inuenerit: & propter hoc illud peccatum ueniale, quod forte etiam post confessionem frequenter incurrit, non tardat ipsum quin euolet, & præcipue cum ipsa pœna martyrij habeat vim purgandi. De alijs autem qui moriuntur dormientes dicendum, quòd dimittitur eis illud ueniale etiam quantum ad culpam post mortem. artic 3. ad 3.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd confessio ad hoc necessaria est, ut pænitens satisfactionem accipiat secundum modum delicti. Peccato autem ueniali non debetur pœna satisfactoria taxata, quia pœna illa esset proportionata pœnæ peccati mortalis, a qua peccatum ueniale in infinitum distat: vnde per solam contritionem interiorem peccatum ueniale remitti potest. Et quòd aliqua satisfactio exterius iniungitur, hoc est magis ad deuotionem excitandum, uel contritionem quàm ad satisfaciendum: & ideo ad confessionem uenialium non tenemur, neque necessitate absoluta, quia sic nec de eis pænitere, nec ea uitare tenemur: nec etiam necessitate quæ est ex suppositione finis, scilicet remissionis eorum, quia etiam sine confessione uel actu, uel proposito existente, possunt uenialia remitti, tamen perfectionis est ea confiteri.

Ad primum ergo dicendũ, quòd uerbum illud Iaco. quantum ad peccata mortalia est præceptum, sed quantum ad uenialia est consilium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit ex falsi suppositione, vt ex dictis patet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in casu illo propter præceptum ecclesiæ, dicunt aliqui quòd tenetur homo uenialia confiteri. Alij uero dicunt, quòd sufficit quòd se repræsentet sacerdoti, & se immunem a peccato mortali ostendat, ut ad communionem admitti possit. Præceptum enim ecclesiæ est ad obligandum illos qui habent aliqua quę confiteri debeant, cadit enim sub præcepto magis taxatio temporis, quàm ipse confessionis actus: unde si alicui per gratiam collatũ esset, ut a peccato ueniali immunis esset, sicut beatæ Virgini est collatum, non teneretur ad illud præceptum. D. 377

Ad quartam quæstionem dicendum, quòd sicut dictum est, ueniale peccatum dimittitur per feruorem charitatis qui explicite, uel implicite contritionem contineat: & ideo illa quæ nata sunt de se excitare feruorem charitatis, peccata uenialia dimittere dicuntur: huiusmodi autem sunt quæ gratiã conferunt, sicut omnia sacramenta, & quibus impedimenta feruoris & gratiæ auferuntur, sicut aqua benedicta, quæ uirtutem inimici reprimit, & episcopalis benedictio, uel etiam exercitium humilitatis ex parte nostra, sicut tunsio pectoris, & oratio dominicalis, & huiusmodi.

Ad primum ergo dicendum, quòd actus noster requiritur ad dimissionem uenialis, sed ista dicuntur peccatum ueniale remittere, inquantum in actum nostrũ feruorẽ excitant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ista sine contritione non delent peccatum ueniale, sed dicuntur delere inquantum contritionem causant.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum quantitatem feruoris est quantitas remissionis: & ideo secundum quod per ista maior, uel minor concitatur, qui de pluribus, uel paucioribus implicite ad minus contritionem contineat, secundum hoc plura, uel pauciora uenialia dimittuntur, & nõ omnia semper.

QVAESTIO III.

Deinde quæritur de circunstantijs peccati.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, De ipsis circunstantijs secundum se.
¶ Secundo, Qualiter se habeant ad peccatum.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum circunstantia sit proprietas moralis actus, siue eius conditio.*

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd circunstantia non sit proprietas moralis actus, siue eius conditio. Dicit enim Boe. in 4. Topicor. quòd circunstantię sunt quę conuenienter substantiam rhetoricę quæstionis efficiunt: sed quęstio rhetorica non pertinet ad genus morale, sed magis ad genus philosophiæ rationalis. ergo circunstantia non est conditio moralis actus. In loco qui sumitur ab adiũctis, & deinceps usque in finem.

¶ 2 Præt. Illud quod est circa aliquid, non est in eo: sed conditio actus moralis in ipso est, ergo non potest talis conditio circunstantia dici.

¶ 3 Præt. Ipsi actus morales sunt circunstantiæ quædam, a quibus

2.Rhet. ad Heren circa causam cōiecturalē vbi agit de signo.

quibus confirmatur oratio rhetoris, est enim circunstantia secundum Tullium, per quam recipit augmentatio fidem, & authoritatem, & firmamentū adiungit oratio: sed circunstantiæ non est circunstantia, sicut nec accidentis accidens, alias in infinitū iretur. ergo circunstantia nō est cōditio, vel ꝓprietas moralis actus.

SED CONTRA. Ignorantia circūstātiæ excusat moralē actū a peccato: sed hoc non esset, nisi essent moralis actus conditiones. ergo sunt cōditiones, vel proprietates moralis actus.

ptismum, de grauioribus quæ post committuntur. Est etiam pænitentia uenialium quotidiana, quæ etiā humilium est, & perfectorum. Vnde Aug. Tres sunt actiones pænitentiæ, quas mecum eruditio uestra recognoscit. Vna est quæ nouum hominē parturit, donec per-

In libr. 50. Homiliarū Homil. vlt. Et in libro de pænitentiæ medicina. Et habetur de pœn. dist. 1. cap. Tres. Ca.4.& vlt.

¶ 2 Præt. Medium virtutis ad morale genus pertinet: sed medium in virtutibus moralibus accipit secundum circunstantiarum debitam limitationem, vt quando oportet, & vbi, & quomodo, sicut Philosophus 3. ethic. docet. ergo sunt conditiones morales.

II — 1.2. q.7.ar.3.

VLTERIVS. Videtur quòd inconuenienter enumerentur circunstātiæ in hoc versu. Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. Illud enim quod est causa rei, non potest esse circunstantia eius, cum causa sit prior, circunstantia posterior quasi proprietas: sed persona agens quæ notatur, cū dicitur quis, est causa moralis actus. ergo non debet poni circunstantia.

¶ 2 Præt. Non potest idem esse circunstantia suiipsius: sed quid, importat substantiam actus moralis, cuius circunstantiæ quæruntur. ergo non debet inter circunstantias computari.

¶ 3 Præt. Non est idem circunstantia rei, & quod dat rei speciē, quia illud est rei intraneum: sed moralia recipiunt speciem a fine. vnde Ambro. Intentio operi tuo nomen imponit. ergo cur, quod finem importat, non debet dici circunstantia. (Lib. 1. officiorū. c. 30.)

¶ 3 Præt. Illud, quod continet alia, non debet alijs connumerari: sed in modo comprehenduntur omnes aliæ circunstantiæ. ergo non debet poni, quomodo, inter alias circunstantias.

SED CONTRA. Videtur quòd sint plures circunstantiæ. Philosophus enim in 3. eth. ponit circa quid, & quo instrumento: hæc autem hoc versu non continentur. ergo videtur quòd insufficienter enumeratæ sint. (Cap. 4.)

¶ 2 Præt. Circunstantiæ propter hoc vocantur, quia secundū eas variatur medium virtutis: sed secundum quantū, & quotiens, variatur medium virtutis. ergo sunt circunstantiæ: cum ergo non contineantur prædicto versu, videtur quòd insufficienter enumerentur.

III — Proponendo quęst. 1. huius art. in argu. in oppo. falsi.

VLTERIVS. Videtur ꝙ circunstantiæ, quæ in litera ab Aug. dicuntur, inconuenienter ponātur. Circunstantia. n. vt dictū est, est conditio moralis actus: sed quòd diu aliquis in peccato perseueret, magis respicit peccantis statum quàm actum. ergo non debet circunstantia dici.

¶ 2 Præt. Impugnatio, vel tentatio pręcedens quandoque non est in potestate nostra, quando, scilicet tentatio est ab hoste: sed circunstantiæ, cum sint conditiones moralis actus, sunt in potestate nostra, vt videtur. ergo non debet inter circunstantias poni, quanta tentatione aliquis ceciderit.

¶ 3 Præt. Pœna consequens peccatum non est circunstantia peccati: sed amissio virtutum est pœna damni ex peccato consequentis ergo non debet poni inter circunstantias.

¶ 4 Præt. Vnum peccatum non est circunstantia alterius: sed ingratitudo est per se peccatum. ergo non debet poni vt circunstantia peccati.

¶ 5 Præt. Illæ circunstantiæ nec a Philosopho ponūntur in 3. ethicor. nec a Tul. in rheto. nec a Boe. in 4. topi. ergo videtur quòd inconuenienter ponantur ab Augustino. (Vbi supra loco citato)

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ actus nostri dicuntur morales secundum qđ a ratione ordinantur in finem voluntatis, ex hoc. n. habent rōnem boni, vel mali. Omne aūt qđ ordinatur ad finem, oportet esse proportionatum fini: & ideo ratio quæ actum nostrum in finem ordinat, attendit proportionem actus ad ea quæ ad actum concurrere possunt, & ista commensuratio circunstantia dicitur. Et quia in qualibet proportione oportet esse ad minus duos terminos, nihil. n. sibiipsi proportionatur, sed alteri: ideo circunstantia moralis actus dupliciter accipi consueuit, quia potest dici circunstantia vel illud qđ est ad actum concurrens, ad quem proportionatur, sicut locus, aut tēpus: vel ipsa conceptio quæ ex illis relinquitur, vt qñ, vel vbi. Sic ergo vltimo modo accipiēdo circunstantiam, erit conditio, vel proprietas actus: sed primo modo accipiendo quædam circunstantia est proprietas actus, vt modus agendi, & quædam extra, vt locus, & tempus.

F AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quæstio rhetoris secundum quodlibet genus causæ attendit bonum & malum, quia iudiciali præmium, vel pœna expectat, qui actui bono, vel malo debentur: in demonstratiuo autem laus personæ, vel vituperium quæritur, quæ bonis actibus, vel malis debentur: in deliberatiuo. n. quæritur quid sit vtile ad agēdum, in quo & rationem boni & mali attendere oportet: & ideo ex eisdē ex quibus act⁹ morales boni & mali reddūtur, rhetores argumenta sumunt ad persuadendum.

baptismum omnium præteritorū ablutio fiat peccatorum: quia nullus suæ uoluntatis arbiter, nisi pæniteat eum ueteris uitæ, nouā inchoare potest, a qua paruuli sunt immunes cum baptizantur: quia nōdū pñt vti libero arbitrio, quibus tñ ad remissionē originalis

G ¶ Ad secundum dicendum, quòd circa aliquid dicitur stare omne illud quod nō est de essentia rei siue insit, sicut albedo corpori: siue non insit, sicut locus locato, & ideo cōditiones vel proprietates circūstātiæ actus dici pñt, & præcipue rōne habitudinis ad exterius.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ accidentis non est accidens, quasi ipsum sit per seipsum accidentis subiectum: sed accidentis potest esse accidens inquantum vnum accidens adhæret substantiæ mediante alio, sicut color corpori mediante superficie: & sic etiam ipsius actus circunstantia, vel proprietas aliqua, quātis ipse sit conditio personæ agentis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd versus ille distinguit circunstantias secundum assignationem Tullij, & Boetij secundum quod a rhetore considerantur, qui ex eis argumenta sumit ad excusandum, vel accusandum. Sumitur enim argumentum rhetoricum vel ex eo quod est attributum personæ, & sic est quis: vel ex eo quod est attributum negotio de quo agitur, & hoc vel cōtinetur cum ipso negotio, & sic est quid, quantum ad substātiam facti exterius, cur, quantum ad intentionem facientis interius: vel in ipsa prosecutione negotij continetur, & sic sunt quatuor. s. quomodo, quantum ad qualitatem actus: vbi & quando, quantum ad mensuram, quibus auxilijs, quantum ad instrumenta. Secūdum aūt quod ad moralem pertinent, potest aliter earum numerus accipi, proportio. n actus ad finem potest accipi vel secundū id quod est in ipso actu, vel secundū id quod est extra. Si primo modo, aut quantum ad speciem actus, & sic est quid: aut quantū ad modum ipsius, & sic est quomodo. Si autem per comparationem ad extra, vel per comparationem ad causam, vel per comparationem ad mensuram. Si primo modo, vel ad causam finalem, & sic est cur: vel ad causam efficientem, vel instrumentalem, & sic est quibus auxilijs: vel principalem, & sic est quis. Si autem per comparationem ad mensuram, aut ad locum, & sic est vbi: aut ad tempus, & sic est quando. (H — Locis supra citatis.)

I AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circunstantia illa quæ sumitur ex parte agentis, magis respicit conditiones personæ quantum ad proprietates ipsius, quàm illam substātiam personæ. Ex huiusmodi enim conditionibus variatur substantia actus, quia aliquid competit vni quod non competit alij. Præt. Quàmuis persona agens sit prior, tamen conditio quæ relinquitur in actu ex agente circunstat ipsum actum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliqui actus ex suo genere sunt mali, vel boni: & ideo ex ipso genere actus potest sumi circunstantia actus moralis. Hoc aūt ex quo actus reperitur in tali genere, quāuis sit de substantia eius inquantum est ex genere moris, tamen est extra substantiam ipsius secundū quod consideratur ipsa substantia actus absolute: vnde aliqui actus sunt idem in specie naturæ, qui differunt in specie moris, sicut fornicatio, & actus matrimonialis.

K ¶ Ad tertium dicēdū, ꝙ est duplex finis, scilicet vltimus, & propinquus. Vltimus quidem non potest poni circūstantia, quia omnes circūstantiæ sumuntur in proportione ad ipsum. Propinquus etiam est duplex, quidam qui est finis operis, secundum quod Philosophus dicit in 2. ethicor. quòd quædam coniuncta sunt malo fini, & iste finis dat speciem actui, vnde vel non est circunstantia si consideretur tantum genus moris: vel referendo ad ipsam substantiam actus includitur in hac circunstantia, quid. Alius vero est finis agentis, qui quandoque ex malo actu bonum intendit, vel econuerso: & hic finis dicitur hæc circunstantia, cur. Ab hoc autem actus nō recipit speciem propriam, sed quasi communem secundum quod actus imperati induunt speciem virtutis, vel vitij imperantis supra speciem quam habent ex habitu eliciente.

¶ Ad quartum dicendum, quòd modus rei est in ipsa re consequens substantiam eius. Et quia quædā circunstantiæ sumuntur ab eo quod est extra rem, quędam vero ab ipsa specie actus, quæ

quæ duo ad modum non pertinent, ideo in modo non includitur omnis alia circunstantia, si modus proprie accipiatur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ Philosophus in 3. ethi. assignat etiam septem circunstantias, sed differt a prædicta assignatione sua assignatio in duobus. Primo quia Philosophus ponit duas circunstantias, quid, & circa quid, quæ in prædicta assignatione Tulij in vna includuntur, eo ꝙ obiectum, quod dicitur, circa quid, dat rationē actui quod dicitur, quid: sed Philosophus distinguit eas, quia præter vniuersalē rationē obiecti quæ dat speciem actui, possunt in obiecto considerari speciales conditiones quæ diuersificant actum in bonitate & malitia in illis actibus, qui ex se malitiam non implicant, in quibus etiam malitiæ quantitatē diuersificant. Secundo, quia Philosophus pro vna circunstantia ponit, quando & vbi, propter hoc quòd vtrumque sumitur a mēsura extrinseca, sed in prædicta assignatione distinguunt propter diuersam rationem mensuræ. Quod autem Philosophus dicit, quo instrumento, idem est ei quod Tul. dicit, quibus auxiliis, quia omnia auxilia sunt quasi instrumenta actionis, quibus agēs vtitur ad suum finem.

peccati prodest eorum fides a quibus offeruntur. Altera est actio pænitentiæ post baptismum, quæ fit pro illis peccatis quæ legis decalogus continet. Agunt ergo homines pænitentiam ante baptismum de peccatis prioribus, ita tamen vt ēt baptizentur, sicut Petrus ait. Agite penitētiā, & baptizetur vnusquisq;

¶ Ad sextum dicendum, quòd cum modus mensuram importet, omnia quæ ad mensuram pertinent vel per modum quantitatis continuæ, vel discretæ important in quomodo. Vel dicendum, quòd quantitas actus ex tribus pensari potest. Primo ex ipsa intensione actus, & sic idem est quòd quomodo: secundo, ex quātitate obiecti, & sic includitur in quid: tertio ex tempore, & sic includitur in quādo: quotiens autem semper reducitur ad modū.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd Aug. numerat hic circunstantias secundum quod a pænitente considerādæ sunt, qui de peccatis dolere debet, & ideo numerat illas quæ præcipue ad dolorem de peccato inducere possunt: hæ autē sunt duæ, scilicet priuatio boni, & quantum ad hoc dicit quòd debet dolere, quia se virtute priuauit: & positio mali, quod quidem aggrauatur vel per accidens inquantum tollitur excusationis occasio, & sic debet dolere si nulla tentatione, vel modica præuentus peccauit: vel per se ex aliqua circunstantia addente deformitatem ad actum, & sic quantum ad personam agentis considerare docet statum peccantis, & beneficium prius a deo susceptum: quantum ad omnes docet considerare quo tempore, & quando peccauit: docet etiam considerare circa quid in hoc quòd dicit, secundum modum meretricis: quomodo, in hoc ꝙ dicit, & modū sui operis: & locum, in hoc quòd dicit, si in loco sacrato.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc ꝙ aliquis diu in peccato permansit, respicit conditionem actus, vel trāsgressionis si frequenter peccatum iterauit, vel continuauit: vel omissionis si pænitere distulit de peccato etiam semel commisso.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis tentatio non sit in potestate nostra, tamen resistere, vel non resistere est in potestate nostra: & ideo secundum hoc ex tentatione præcedenti circūstantia peccati sumi potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd amissio virtutum, quamuis consequatur peccatum secundum naturæ ordinem, tamen concomitatur secundum tempus, & ideo circunstantia potest poni. Et pręterea etiam quædam circunstantiæ, secundum Tullium, sumuntur ab eo quod sequitur substantiam facti secundum quod ex cōparatione ad ipsam actus in bonitate, vel malitia variatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ingratitudo vno modo speciale est peccatum: alio modo circunstantia peccati, & qualiter hoc sit, dicetur infra distin. 22.

¶ Ad quintum dicendum, quòd omnes istæ circunstantiæ possunt reduci ad septem superius enumeratas, quia ingratitudo reducitur ad conditionē personæ, vt ex dictis patet: tentatio autē præcedēs reducitur, ad cur, quia tētatio præcipue cōsistit in appetitu alicuius propter quod homo ad peccatū incitatur: priuatio aūt virtutū reducitur, ad quid, quia ipsum peccatum ad speciem suam habet quòd virtutē tollat: de alijs autem facile est videre.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum circunstantiæ peccatum aggrauent.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd circunstātiæ peccatum non aggrauent. Nihil enim augetur nisi ex

A suo simili, vnde intensio qualitatis quantitatem non auget corporalem, sed additio alterius corporis: sed circunstantiæ non sunt peccata, sed sunt quædam peccati accidentia. ergo peccatum non aggrauant.

¶ 2 Præt. Tota ratio mali in peccato est ex parte auersionis non autem ex parte conuersionis: sed omnes circunstantiæ sequuntur peccatum ex parte cōuersionis. ergo non aggrauant malitiam peccati.

vestrum in nomine Dñi &c. Agunt etiam pænitentiam, si post baptismum ita peccauerunt, vt excommunicari, & reconciliari mereantur. Est etiam pænitentia bonorum & humiliū fidelium pene quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes. Dimitte nobis debita nr̃a &c. Neq; ea nobis dimitti volumus,

B ¶ 2 Præt. Priuationes nō intenduntur, neque remittuntur: sed malum priuatio quædam est boni, vt August. dicit. ergo malitia peccati per circunstantias intendi non potest. (Libro 3. cōfes. ca. 7. & in Enchiridiō cap. 11.)

SED CONTRA. Ex quibus causatur vnumquodque, ex eisdem augeri potest: sed ex circunstantiis inordinatis fit peccatum inquantum per defectum circunstantiæ modus virtutis corrumpitur. ergo circunstantiæ aggrauant peccatum.

¶ 2 Præt. Rhetores ex circunstantiis trahunt argumenta ad accusandum, vel excusandum, laudandum vel vituperandum, vt dictum est: sed accusatio vel excusatio, laus & vituperium fiūt de bono vel malo, aut minus bono aut minus malo. ergo circūstantiæ augent actus bonitatem & malitiam. (ar. præcedēti, q. 1. ad 1.)

II

VLTERIVS. Videtur quòd inter omnes circunstantias magis aggrauent locus & tempus, quia sicut dicit Philosophus in C 3. ethi. principalia sunt, in quibus est actus de huiusmodi circunstantiis loquens: sed in quo, signat ipsum tempus & locum. cum ergo principales circunstantiæ magis aggrauent, videtur ꝙ tempus & locus maxime aggrauant. (loco supra citato.)

¶ 2 Præt. Videtur, quòd, quis, quia ex voluntate principaliter oritur peccatum: sed voluntas se tenet ex parte agentis. ergo cōditio personæ magis aggrauat.

¶ 2 Præt. Videtur quòd ingratitudo in deum, quia peccatum accipit rationem mali ex auersione: sed ingratitudo directe pertinet ad auersionem. ergo ex hoc magis grauitas peccati consideratur.

¶ 2 Præt. Videtur quòd tentatio præcedens, quia per illas circunstantias maxime aggrauatur peccatum, per quas redditur venia dignum, vel indignum: sed peccatum quod ex infirmitate agitur, veniale dicitur quasi venia dignum, quod est cum aliquis graui tentatione præuenitur: peccatum autem quod ex malitia agitur, dicitur irremissibile, quia non habet in se aliquid D venia dignum, quod contingit cum aliquis ex electione tentationem præueniens, malum operatur. ergo hæc circunstantia maxime aggrauat.

III

VLTERIVS. Videtur quòd circunstantia non possit trahere in aliam speciem, vel in aliud genus peccati, quia accidentia non variant speciem: sed circunstantiæ sunt accidentia actus, vt dictum est. ergo ex eis species peccati non variantur.

¶ 2 Præt. Actus habet speciem ex obiecto: sed diuersæ circunstantiæ non mutant obiectum actus. ergo non trahunt in aliud genus peccati. (ar. præcedēti. q. 1. ad 2.)

¶ 2 Præt. Sicut circunstantiæ concurrunt ad actum peccati, ita ad actum virtutis: sed non variatur actus virtutis secundum speciem. ergo nec actus peccati.

SED CONTRA. Illud quod est causa alicuius, potest variare illud secundum speciem, quia ex diuersis causis diuersi sequuntur effectus: sed circunstantiæ deficientes sunt causa peccatorum, vnde secundum Diony. Malum contingit ex particularibus defectibus. ergo diuersitas circunstantiarum potest E speciem variare. (De diui. nomi. cap. 4.)

¶ 2 Præt. Præpropere, laute, nimis ardenter, studiose, sunt diuersæ species gulæ: sed sumuntur secundum diuersas circunstantias, vt per se patet. ergo circunstantiæ variant speciem peccati.

IIII

VLTERIVS. Videtur quòd circunstantia aggrauet in infinitum, quia vna circunstantia corrumpit virtutem: sed virtus non corrumpitur nisi per peccatum mortale, quod habet quantitatem infinitam. ergo circunstantia aggrauat in infinitum.

¶ 2 Præt. Secundum Aug. Nullum est adeo veniale, quin fiat mortale dum placet: sed placentia est quædam circunstantia, & reducitur ad quomodo. ergo circunstantia facit de veniali mortale, & sic aggrauat in infinitum. (Ex sermone dominica. 4. Aduēt⁹ domini.)

¶ Pręt. Pl⁹ distat act⁹ virtutis ab actu pc̃ti mortalis, quā act⁹ venialis pc̃ti a mortali: sed una circūstātia mutata facit de actu virtutis

actum peccati mortalis, sicut cognoscere suam vt non suam. ergo multo magis facit de ueniali mortale, & sic idem quod prius. F

SED CONTRA. Quantitas accidentalis non excedit quātitatem substantialem: sed quātitas ex circunstantia peccati prouemens est ei accidentalis. cum ergo quantitas venialis peccati sit finita, quantitas ex circunstantia nō erit infinita, & ita non aggrauat in infinitum.

¶ 2 Præt. Ea quæ in infinitum differunt, non conueniūt in genere: sed eorū quæ non conueniūt in genere, vnum nō potest in aliud trāsmutari, sicut linea in colorem, ergo non potest per circunstantiam actus peccati trahi ad infinitam quantitatem. G

II VLTERIVS. Videtur ꝙ omnis circunstantia sit confitenda, Gen. 19. præcipitur Loth. de sodomis exeunti, ne moraretur in omni loco circa regionem: sed pænitens de sodomis, idest, de peccato per confessionem exit. ergo nō solum peccatum, sed omnes circunstantias peccati confiteri debet.

¶ 2 Præt. Pænitens debet peccatum suum sacerdoti confiteri, vt ab eo modū satisfactionis accipiat: sed pro grauiori peccato maior iniungitur satisfactio, ergo debet sacerdoti circunstantias notificare, quibus qualitas peccati consideratur.

¶ 3 Præt. Confessio debet contritioni respondere: sed homo debet de singulis circunstantiis conteri, vt in litera Aug. dicit. ergo videtur quòd omnes debeant confiteri.

[cap. 15.] SED CONTRA secundum Philosophum in 3. ethi. Delectabile carnis quanto magis in particulari consideratur, tanto magis appetitum mouet: H sed homo debet fugere appetitum talis delectabilis per consilium Apostoli 1. ad Cor. 6. ergo videtur ꝙ peccatorum carnalium ad minus non debeat aliquis omnes singulares circunstantias confiteri.

¶ 2 Præt. Ex circunstantiis recitatis aliquando alicuius personæ peccatum innotescit: sed homo in confessione debet se accusare, non alterum infamare. ergo videtur quòd non debeamus circunstantias confiteri.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem sicut dicit Aug. in 11. de Trini. In his quæ non mole magna sunt, idem est esse maius, quod est esse melius in bonis, sicut & similiter in malis idem est esse maius, quod est esse peius: malitia autem in actu peccati ex hoc est, quòd deficit a debita proportione ad finem, ad quem proportionatus redditur per debitam commensurationem circunstantiarum, vt dictum est, & ideo defectus debitæ circunstantiæ malitiam in actu causat. [art. præcedenti qu. 1. in cor.] Et quia per vnam circunstantiam deficientem, vel appositam magis elongatur terminus a debita proportione ad finem, ideo circunstantia facit actum magis malum, vel minus, & secundum hoc dicitur aggrauare peccatū. I

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit in illis, in quibus est augmentum per additionem: in illis enim in quibus est augmentum per intensionem non oportet additionē similis in specie fieri, sicut nō oportet quòd albedo albedini addatur ad hoc quòd fiat magis album, ut dicitur in 4. Physic. [Ex tex. 63. & 84.] & similiter nō oportet quòd peccatum peccato addatur ad hoc, quòd fiat magis peccatum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex inordinata conuersione ad commutabile bonum redditur actus improportionatus ad cōuersionem ad finem, & ideo fundamentum auersionis est conuersio in peccato: & propter hoc circunstantiæ quæ ex parte conuersionis se tenent, possunt peccato malitiam augere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis priuationes non intendantur ex seipsis, K tamen intendi ex causis suis quandoque dicuntur, sicut cæcitas per elongationem ab actu videndi, & similiter ex inordinata conuersione malitia in actu intenditur. [tex. com. 3.]

AD SECVNDAM questionē dicēdum, quòd bonum dicitur secundum ordinem ad finem, vt in 3. meth. dicitur. cum ergo malum sit priuatio boni, dupliciter potest contingere malū, vel secundum ipsam relationem in finem, vel secundum aptitudinem relationis in finem: [IIII] & ideo peccatum dupliciter contingit, vel ex eo quòd actus non est proportionatus fini, sicut in his que ex se mala sunt: vel quia inordinate refertur in finem, sicut patet in his quæ mala intentione fiunt, etiam si ex se bonum sit quod fit. Et quia propter quod vnumquodque, & illud magis, ideo quantitas malitiæ peccati magis consideratur secundum relationem inordinatam in finem, quàm etiam secundum improportionem ad finem: ad ordinem autem ad finem pertinet cuius gratia, & ideo super omnes alias consideranda est in iudicando de grauitate peccati: ad hoc autem quòd actus sit improportionatus fini, pertinet hæc circunstantia, quid, per quam importatur ratio mali in actu, & ideo omnia quæ possunt peccato speciē tribuere, in hac circunstantia inducuntur, & hæc sunt in quibus consistit actus moralis quantum ad bonitatem, vel malitiā, & ideo hæc est secunda circunstantia in aggrauando: & propter hoc Philosophus dicit in 3. ethi. [loco supra citato.] ꝙ principalissima in actu sunt in quibus consistit actus, & cuius gratia: aliæ autē circunstantiæ magis & minus aggrauant, secundum quod his magis vel min⁹ propinquæ sunt, & ideo tēpus & locus minus aggrauare nata sunt, quia sunt omnino extrinseca: sed inter ea conditio personæ magis, quia agens directius respondet fini, & post hoc modus qui respondet actui, & post hoc instrumentum, quod pertinet ad modum agendi, & hoc quidem vt in pluribus accipiendum est ita esse: tamen nihil prohibet in aliquo aliter se habere, quia sermones qui sunt in moribus, nihil determinatū habent, vt dicitur in 2. ethi. [cap. 2.]

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus non intendit principalissima esse illa, in quibus est actus sicut in mensurantibus ipsum, sed sicut in complentibus rationem ipsius.

¶ Ad secundum dicendum, quòd voluntas quamuis sit agentis sicut subiecti, tamen est finis sicut obiecti, & ideo trahit rationē magis a fine quàm a conditione agentis, & ad finem magis reducitur: quia potentiæ & habitus distinguuntur penes obiecta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ingratitudo secundum quòd est circunstantia, non ponit actualem contemptum, sed quasi interpretatum: & ideo non oportet quòd magis aggrauet quàm peruersa intentio, quæ actualem auersionem a fine debito causat.

¶ Ad quartum dicendū, ꝙ venia dignum dicitur peccatū quod est veniale ex causa, secundum quod priuat voluntarium vel diminuit vel per ignorantiā, vel per impotentiā: & ideo tota illa diuersitas ad, cui⁹ gratia, reducit, volūtariā intētionē finis respicit.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ aliquando circunstantiam trahere in aliam speciem peccati manifestū est, sed quomodo hoc possit esse est dubium. Quidā enim dicunt, quòd hoc accidit inquātum illæ circunstantiæ accipiuntur vt fines voluntatis, quia a fine actus moralis accipit speciem. Sed hoc non videtur sufficienter dictum, quia aliquando variatur species peccati sine hoc quòd intentio d feratur ad circstantiam illam, sicut fur ita libenter acciperet vas aureum non sacratum, sicut sacratum, & tamen in aliam speciem peccatum mutatur scilicet de furto simplici in sacrilegium: [D. 147 785 992] & præterea secundum hoc sola illa circunstantia dicitur, quæ eius gratia speciem peccati mutare posset, quod falsum est. Et ideo aliter dicendum, quòd omnis circunstantia potest speciem peccati mutare, sed non semper mutat. Cū enim priuationes & negationes differant specie secundum differentiam habituum & positionum oppositarum, & malum sit priuatio boni, oportet quòd vbi diuersum bonum ad virtutem necessarium aufertur, ibi sit diuersa species peccati: vna autem sola circunstantia peccati rectitudinem virtutis aufert, vnde si aliæ circunstantiæ nullam aliam obliquitatem peccato tribuant nisi ex suppositione pcedētis, d nō mutabūt speciem peccati, sed forte aggrauabunt quantitatem peccati illius. [D. 1009 1011] Quandoque etiam neque quantitatem peccati aggrauabunt, quia etiam ex suppositione præcedentis nullam inordinationem addunt. Quādoque etiā peccatum diminuit, si aliqua circunstantia rationem peccati subtrahat, sicut accipere rem alienam habet rationē peccati ex circūstantia quid, inquantum res aliena est. Quòd autem manu dextra, vel sinistra accipiat, aut de mane, aut de sero, nihil ad rationem mali pertinet: & ideo istæ circunstantiæ non excusant, nec aggrauant, nec speciem mutant. Quòd autem accipiat multum, vel parum, ex se deformitatem aliquando non importat, nisi ex suppositione primi, quia multum de alieno recipere est ab æqualitate magis discedere, vnde talis circunstantia aggrauat, sed peccatum non mutat. Quòd autem rem alienam consecratam accipiat, aliam deformitatē importat, quia quæcumque irreuerētia circa res sacras adhibita, spālem rōnē peccati habet, & ideo talis circūstantia dr̄ spēm mutare: si aūt coactus accipiat, talis circunstantia peccatū excusat in parte, quia cā pc̄ti. s. volūtariū, minuit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quęcūmq; circunstantia aliquam speciem peccati in actu causat, ad speciem actus in quantū est moralis pertinet; vnde non habet iam rationem circūstantiæ peccati, quāuis circūstat substātiā actus, vt prius dictū est. [ar. præcedenti q. 1. ad 2.]

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ omnis actus secundū suā substantiā habet spēm ab obiecto, sed scd̄m rōnē malitiæ habet speciem a defectu

quæ dimissa nobis in baptismo nō dubitamus: sed illa quæ humanæ fragilitati, quamuis parua, tamē crebra surrepunt, quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & opprimet, sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, an vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim surrepēs aqua in sentinam per negligentium culpam impleat nauem & submergatur? Ideo ieiunium, & eleemosynæ, & orationes inuigilent: In quibus cum dicimus, Dimittæ nobis debita nostra &c. manifestamus nos habere quod nobis dimittatur, & in his verbis humiliantes animas nostras quotidianam agere pænitentiam non cessamus.

De satisfactione uenialium.

B

Quæ autem pro venialibus sit satisfactio sufficiēs Aug. insinuat, ita inquiēs in enchi. De quotidianis & breuibus leuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere, Pater noster qui es in cęlis &c. Delet omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata, delet & illa, a quibus vita fidelium etiam scelerate gesta, sed pænitendo in melius commutata discedit: sicut veraciter dicitur, Dimitte nobis de-

a defectu: & ideo secundum diuersa quæ deficere possunt, diuersæ species causantur malitiæ, & secundum hoc distinguuntur species peccati non solum ex obiecto. In actibus autem virtutum secus est, quia non constituitur ex qualibet singulari circunstantia, sicut actus peccati ex quolibet singulari defectu rationē peccati habet. Et per hoc patet solutio ad tertium.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd circunstantia, vt ex dictis patet, quandoque aggrauat peccatum, & speciem mutat: quandoque autem aggrauat, sed speciem non mutat. Quando autem speciem non mutat, sed aggrauat, adhuc manet in ratione circunstantiæ, & nō potest in d infinitum quantitatem peccati augere, vt ex veniali mortale fiat: [1116. 993.] quia vt dictum est, circūstantia taliter aggrauans ex suppositione præcedentis deformitatis habet rationem maioris deformitatis ex eius virtute: vnde si etiam illa sit infinita, non potest infinitam deformitatem addere. Si autem speciem mutet, tunc potest in infinitum aggrauare, sed non semper hoc facit: quia quando ex deformitate speciali, quam circunstantia addit, habet directe oppositionem ad charitatem, quod ostenditur ex hoc quòd est directe contra præceptū legis, cuius finis est charitas, tunc in infinitum grauitatem addit scilicet peccati mortalis. Quando autem illa deformitas non directe habet oppositionem ad legem, vt sit contra eam, sed præter eam, tunc non aggrauat in infinitum, siue sit peccatū veniale cui additur, siue mortale: sicut ad actum gulæ qui est præpropere addit hæc circunstantia laute, specialē deformitatem quæ etiam ex se peccatum faceret, sed non est directe contra legem, & ideo non aggrauat in infinitum: & quia circunstantia quæ speciem mutat, non est iam vt circunstantia computanda, vt dictum est, ideo dicitur a magistris, quòd circunstantia non aggrauat in infinitum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis virtus secundum habitum non corrumpatur nisi per peccatum mortale, tamen actus eius corrumpitur & impeditur etiam per peccatum veniale.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ placentia numquam de veniali facit mortale, nisi intantum crescat ꝙ adhibeatur ei vt fini, & per consequens supra deum diligatur, & ita in contemptum dei talis placentia adducitur, quæ habet de se specialem rationem peccati, & propter hoc circunstantia trahens in aliam speciem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procedit de circunstantia quæ trahit in aliam speciem, quæ iam rationem circunstantiæ respectu actus moralis inquantum huiusmodi ammittit. Et quia aliæ rationes videntur concludere, quòd nullo modo circunstantia aggrauet in infinitum: ideo dicendum ad quartum, ꝙ quātitas ex circunstantia prouenienus, quæ in nouam speciem traxit, non est quantitas accidentalis, sed essentialis.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ peccatum veniale & mortale differunt in infinitū ex parte auersionis, sed nō ex parte cōuersionis, quia vtrobiq; est placentia finita: peccata autem speciem sortiūtur ex parte conuersionis, quia ex parte auersionis nō differunt.

AD QVINTAM quæstionē dicendum, quòd omnes circunstantias confiteri est impossibile, quasdam autem confiteri est necessitatis: sed in hoc est differentia opinionis. Quidam enim dicunt, quòd omnes circunstantiæ quæ aliquam notabilem quantitatem peccato addunt, confiteri necessitatis est, si memoriæ occurrant. Alii vero dicunt, quòd non sint de necessitate confitendæ, nisi circunstantiæ quæ ad aliud genus peccati trahunt: & hoc probabilius est, sed addendum est quæ ad aliam speciē mortalis trahunt, cuius ratio est, quòd venialia non sunt de necessitate confessionis, sed solum mortalia quæ quantitatem infinitā quodammodo habent. Et quia circunstantiæ aggrauantes quæ aliam speciem peccato non tribuunt, vel quæ tribuunt quidem, sed non mortalis peccati, non sunt de necessitate confessionis: tamen eadem confiteri perfectionis est, sicut & de venialibus dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis de sodomis, idest, de peccato mortali non possit homo exire, nisi per confessionem ad minus in proposito existentem, tamen de illis quæ circa sunt, idest, de venialibus, & circunstantiis quæ venialibus æquiualent, potest homo sine confessione exire.

¶ Ad secundum dicendum, quòd determinata quantitas pecca- A ti non potest sacerdoti innotescere: quia nec ipse peccator scit, vnde sufficit quòd cognoscat quantitatem, quæ ex specie peccati consurgit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nec in contritione oportet quòd de singulis circunstantiis doleat pænitens, quantum est de necessitate salutis, sed oportet quod de singulis peccatis ad minus i prima cōtritione doleat, & de circūstantiis quæ peccati spēm mutāt: hoc aūt, quod August. dicit, pertinet ad perfectionem cōtritionis. Sed quia aliæ rationes videntur concludere, ꝙ circunstantiæ nullo modo sint confitēdæ, ideo dicendum ad quartum, quòd circunstantiæ particulares peccati carnalis, quæ in aliam speciē peccati mortalis trahunt, semper sunt confitendæ: quia gratia quæ in sacramento pænitentiæ datur, restaurat, si qua inclinatio ad peccatū ex talium cogitatione proueniat vel in confitente, vel in sacerdote. Vnde dicit Gregor. in pastorali. [Parte. 2. ca. 5. circa finem.] Fit plerumque vt dum rectoris animus aliena tentamenta cognoscit, auditis tentationibus & ipse pulsatur. Sed hæc nequaquam pastori timenda sunt, quia tanto facilius a sua eripitur, quanto misericordius ex aliena tentatione fatigatur: si tamē sacerdotem lasciuum, & ad huiusmodi peccata pronū viderit, C debet accipere licentiam confitendi alteri sacerdoti, & si non dederit, ad superiorem recurrere. Si autem circunstantiæ non aggrauant in infinitum nouam speciem peccati mortalis conferendo, quandoque laudabiliter recitentur adhibita debita discretione secundum considerationem turpitudinis circunstantiæ & pronitatem inclinationis ad peccatum ex eius confessione in ipso confitente, vel in sacerdote.

¶ Ad quintum dicendum, quòd homo in confessione debet famam alterius custodire quantum potest, sed suam conscientiam magis purgare debet: & ideo si circunstantia quæ ducit in cognitionem personæ, sit de necessitate confessionis secundum regulam datam, tunc debet confiteri occultando personam quantum potest: si autem non sit de necessitate confessionis, debet dimittere, ne peccatum alterius prodat.

QVAESTIO IIII.

D

Deinde quæritur de impedimentis ueræ pænitentiæ.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo, De Hypocrisi quæ impedit interius.
Secundo, De exterioribus impedimentis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum hypocrisis sit peccatum.

E AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hypocrisis non sit peccatum, quia peccatum non dicitur secunda tabula post naufragium: sed secundum Hieron. secunda tabula post naufragium est peccatum abscondere, quod ad hypocrisim pertinet. ergo non est peccatū. [Super Esaiam. cap. 3.]

¶ 2 Præt. Vitare scandalum proximorum, & famam propriam custodire quilibet debet: sed hæc fiunt per hypocrisim. ergo non est peccatum.

SED CONTRA Matth. 6. super illud. Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, dicit glos. Hypocrita est qui simulat quòd non est, repræsentator alterius personæ: sed simulare quod non est, semper est peccatum, sicut & mendacium. ergo hypocrisis semper est peccatum.

VLTERIVS. Videtur quòd non sit speciale peccatum, quia peccatum simulationis diuiditur contra peccatum apertæ malitiæ: sed aperta malitia non est speciale peccatum. ergo nec hypocrisis. II

¶ 2 Præt. Omne peccatum speciale in aliquibus actibus cōsistit specialiter: sed hypocrisis in oībus actibus virtutū cōsistit, & præ-

cipue in oratione, ieiunio, & eleemosyna, vt patet in euangelio
cap 6. Matth. ergo hypocrisis non est speciale peccatum.

SED CONTRA. Peccatū simulationis virtuti opponitur,
cap. 6. quæ dicitur veritas: sed ueritas est specialis virtus, vt patet in 4. eth. ergo & simulatio, siue hypocrisis est speciale peccatum.

II. VLTERIVS.
2.2.quæ.3. art.1. Videtur quòd semp sit mortale peccatū; quia peccatū veniale non impedit veniam de peccatis mortalibus: sed hypocrisis impedit, vt in litera patet, ergo est mortale peccatum.

bita nostra, ita veraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, idest, sic fiat quod dicit, quia & ipsa eleemosyna est veniā pænitētibus omnino ignoscere. Ex his, alijsque premissis iam facile est intelligere, quæ pro venialibus sit exhibēda satisfactio. Sufficit enim dominica oratio cum ieiunio ali-

Ex Epistola de laudibus virginitatis, quæ inter eius epistolas imprimitur atque cōmuniter ascribitur. ¶ 2 Præt. Hiero, dicit, quòd in comparatione duorum malorum leuius est aperte peccare, quàm sanctitatē simulare, sed aperte peccare est peccatū mortale. ergo & sanctitatē simulare semp.

9.Ethi, ca, 3. ca.13, circa medium. ¶ 3 Præt. Philosophus dicit q illi qui amicitiam simulant, magis sunt accusandi quàm illi qui nūmisma violant, quanto contra melius fraudem committunt: sed qui nūmisma violant, semper mortaliter peccant. ergo & hypocritæ.

¶ 4 Præt. Omne quod excludit a visione dei est peccatum mortale: sed hypocrisis est huiusmodi, vt patet Iob. In cōspectu eius non veniet omnis hypocrita, ergo semper est mortale peccatum.

SED CONTRA. Veritatis virtus corrūpitur tam per mēdacium oris, quàm per simulationem operis: sed mendacium nō est semper mortale. ergo nec simulatio.

II. VLTERIVS. Videtur q hypocrisis non debeat poni impedimentum pænitentiæ pre alijs vitiis, quia quāto aliquod peccatum est grauius, tanto magis pænitentiam impedit: sed alia interiora peccata quædam sunt maiora quàm hypocrisis, ergo illa magis debent poni impedimentum pænitentiæ.

In lib. Moral. in expōne ca.9. super Iob. libro 31. ¶ 2 Præt. Hypocrisis, secundum Greg. est filia inanis gloriæ; sed causa magis operatur ad aliquid quàm effectus. ergo magis debet poni inanis gloria impedimentum pænitentiæ, quàm hypocrisis. Sed contrarium in litera apparet.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q hypocrita proprie dicitur qui personam alterius repræsentat quasi submissus, vel suppositus loco alterius: vnde in theatris illi qui personam aliorum gerebant repręsentantes, dicebantur hypocritæ:
cap.5. & sic accipit hypocritas Philosophus in 3. Eth. & ideo ille qui cum non sit virtuosus, personam virtuosi ostentat, hypocrita dicitur, hypocritis enim græce, latine dicitur simulator, & quia ostē-
ὑποκριτής tare de se melius quàm sit, est vitiū iactantiæ siue verbis, siue factis fiat, vt dicitur in 4. eth. ideo hypocrisis semper est peccatum.
cap. 14.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliud est peccatum occultum non propalare, quod discretionis est, & secūda tabula dicitur, eo modo quo supra dist. 14. dictum est: & aliud virtuté
q.1.ar.2.q.4.ad 3. ostentare, cum aliquis peccato subiacet, quod hypocrisis est.

¶ Ad secundum dicendum, q peccatum occultare sufficit ad vitandum scandalum; sed peccatum sub specie virtutis palliare, hypocrisis est, & malum semper, & per hoc quis famam non conseruat, sed furatur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q priuationes specificantur per habitus oppositos: & ideo illud peccatum d est
D.990. generale, quod aufert aliquam conditionem quæ requiritur in qualibet virtute, sicut inobedientia, prout est generale peccatum; hypocrisis autem aufert conformitatem signi ostendentis conditionem personæ ad rem significatam, quæ quidem conformitas ad vnam virtutem specialiter pertinet, scilicet veritatem, & ideo est speciale peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q apertum non importat aliquam specialem rationem peccati: & ideo aperta malitia non nominat peccatum speciale, sicut simulatio, quæ specialem rationem peccati importat.

¶ Ad secundum dicendum, q non est inconueniens quòd aliquod speciale peccatum, vel specialis virtus vtatur actibus aliarum virtutum, vel vitiorum materialiter: sicut magnanimitas vtitur omnibus alijs actibus virtutum, vt in eis magna operetur,
cap.3, paulo ante dimidium. & deinceps. vt dicitur in 4. Ethi. & similiter cum hypocrisis sit quædam species iactantiæ, quia non iactat quodlibet, sed sanctitatem, vtitur omnibus actibus quæ sanctitatem ostendere possunt, & præcipue illis, in quibus magis sanctitas ostenditur, sicut est oratio, ieiunium, & eleemosyna.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd hypocrisis habet eandem rationem peccati, sicut & mendacium: mendacium autem non semper est peccatum mortale, sed quando est pernitiosum. Et similiter hypocrisis non semper est peccatum mortale, sed quando est perniciosa cadens in nocumētum alterius per-

F sonæ, dum propter creditam sanctitatem alium defraudat re quā habet, vel habere debet, aut in nocumentum fidei & ecclesiæ, dum propter sanctitatem creditam de ipso, ei contra fidem & ecclesiam creditur.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q peccatum veniale quod pænitentiam nō impedit, non impedit remissionem peccati mortalis quæ per pænitentiam fit: sed per aliquod peccatū veniale potest impediri pænitentiæ opus ne sit pęnitētiæ, quia peccatum veniale impedit actum virtutis, quamuis non tollat habitum, & sic impedire potest veniam peccati.

quo, & eleemosynis, sic tamen vt præcedat contritio aliquantula, & addatur confessio, si adsit facultas, de qua confessione post tractabitur. Pro grauioribus vero peccatis hæc etiam in satisfactione adhibenda sunt, sed multo vehementius atque districtius, quia
G vt ait Augustinus, ad agendum

Ad secundum dicendum, quòd verbum Hieron. intelligendū est secundum quid, & non simpliciter: quia quantum ad unam circunstantiam vnum peccatum potest esse grauius illo quod est grauius simpliciter. Vel dicendum, quòd etiam aperte peccare non semper est mortale, sed quandoque veniale.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Philosophus loquitur, quando simulatio amicitiæ in nocumentum personæ redundat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd loquitur de hypocrita qui totū bonum quod agit, ad ostentationem ordinat. Vel dicendum, q loquitur quātum ad hoc quòd opera bona ex hypocrisi facta, ad conspectum dei non perducunt.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, q opera pænitētiæ exteriora præcipue nata sunt sanctitatem ostendere, & ideo
H eis vtitur hypocrisis intentionem pænitentiæ rectæ excludens; & propter hoc directius impedit pænitentiæ effectum, quàm alia vitia etiam grauiora. Et per hoc patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inanis gloria surgit quandoque ex operibus etiam recta intentione factis: sed hypocrisis semper intentionem factorum peruertit, & ideo magis impedit pænitentię fructum.

ARTICVLVS II.

Vtrum ludi pænitentiam exterius impediant.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ludi pænitentiam exterius non impediant. Illud enim in quo po-
I test consistere virtus, pęnitentiam non impedit: sed in ludis consistit virtus eutrapeliæ, ut in 4. Eth. patet. ergo ludus pænitentiam non impedit. ca. 8. in noua partitione. 14. aut in antiqua.

¶ 2 Præt. Oportet operibus laboriosis requiē interponere, eo q impossibile est semper agere: sed ludus est requies quędam. ergo oportet inter opera pænitentiæ aliquando ludere. ergo ludus pænitentiam non impedit.

SED CONTRA Eccle.3. tempus ridendi aliud describitur a tempore flendi: sed tempus penitentiæ est tempus flendi, quia pænitentia est commissa flere, ergo non est tempus ludendi. Ecclesiast.

VLTERIVS. Videtur quòd spectacula non impediāt pænitentiam. Spectacula enim ad vtilitatem hominum sunt instituta: sed pænitentia non resecat vtilia, sed superflua. ergo pænitentia per spectacula non impeditur. II.

¶ 2 Præt. In spectando aliud non potest esse nisi peccatū curiositatis, sed aliæ curiositates, vt scientiarum, non ponuntur impedimenta penitentiæ ergo nec spectaculum impedimentum pæ-
K nitentiæ dici debet.

¶ 3 Præt. Alia sunt multo grauiora peccata quàm spectacula, & ludi. ergo illa multo magis debent poni impedimenta pænitentiæ, quàm ista.

SED CONTRA. Illud ex quo homo peccator constituitur, non competit pænitenti: sed inspectores talium adulteros & inuerecundos ipsa spectacula constituunt, vt Chrys. dicit. ergo non competunt pænitenti. Homil. 38. in 11. c. Match.

VLTERIVS. Videtur quòd exercitium militiæ, vel negotiationis pænitentiam non impediat, quia illa sine quibus non potest respublica conseruari, non sunt vitia, sed magis ad virtutem ordinata: sed nón potest conseruari sine militia per quā hostes comprimuntur, & sine negotiatione per quam necessaria populo procurantur. ergo taliā officia sine peccato possunt exerceri. ergo non impediunt pænitentiam. II

¶ 2 Præt. Ioānes pænitentiam docebat, vt patet Matth. 3. sed ipse non prohibebat homines a militia, neque publicanos ab officio

officio suo, vt patet Lucæ 3. ergo videtur quòd talia officia non impediant. A

SED CONTRA est, quod Greg. in litera dicit.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd ludorū est triplex differentia. Quidam enim ludi sunt qui ex se ipsis turpitudinem habent, & tales ludi ab omnibus vitandi sunt, & præcipue a pænitētibus, qui per fletum peccata corrigere debent, sicut ludi qui theatris agebātur ad luxuriam prouocantes. Alii ludi sūt qui ex gaudio deuotionis procedunt, sicut Dauid dixit. Ludam, & vilior fiam coram domino 2. Regum 4. & tales ludi non sunt vitandi, sed laudandi, & æmulandi. Quidā autem ludi sunt nullam turpitudinem habentes, quos Philosophus liberales vocat, & hi sunt materia virtutis scilicet eutrapeliæ: & ideo seruatis debitis circūstantiis possunt laudabiliter fieri ad quietem propriam, & aliis delectabiliter conuiuendum. Sed contingit in eis esse peccatum, eo quòd debitæ circunstantiæ nō seruātur, vnde in talibus ludis aliquid decet vnum, quod non decet alium: & in his etiam ludis pænitens se debet habere aliter quàm alii, inquantum pænitentia fletum requirit: tamē eis moderate vti pōt s̄m qđ ad recreationem animi pertinent, aut ad societatem eorum cum quibus homo conuiuit: vnde Seneca dicit. Sic rege sapienter, vt nullus te habeat tāquam asperum, nec contemnat quasi vilem. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

pænitentiam non sufficit mores in melius commutare, & a malis factis recedere, nisi etiā de his quę facta, sunt satisfaciat Domino per pęnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus eleemosynis. B

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q huiusmodi spectacula, si sunt rerū turpium, & ad peccatum prouocantium, studiosa inspectio peccatum est, & quandoque etiam mortale, tanta potest libido adhiberi: vnde & tali inspectione omnes se arcere debent, & præcipue pænitentes. Quædam vero spectacula sunt de rebus vtilibus, & ad vitam necessariis, sicut sunt venationes, & cętera huiusmodi, & talia spectacula distrahunt animum: vnde quàmuis possit sine peccato eis intendi, seruata discretione debita quantum ad conditiones personæ, & aliarū circunstantiarum, tamen pænitenti sunt vitanda propter hoc, q debet cor ad deū collectū habere, nisi quantū necessitas exposcit. C

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pænitentia etiā quędam vtilia resecat inquantum pœnam infert pro culpa præterita, vnde in litera dicitur, quòd aliquid sufficit ei qui non peccauit, quod non sufficit ei qui de peccatis pænitentiam agit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per huiusmodi spectacula sensibilia magis animus ad vanitates distrahitur, quàm per intelligibilia, & ideo ista magis sunt cauenda: quamuis peccatum curiositatis in omnibus cauendum sit. D

¶ Ad quartum dicendum, q ista peccata specialiter ex inepta lætitia procedere videntur: & quia pænitenria tristitiam habet adiunctā, ideo specialē oppositionē ad pænitētiā ista peccata habēt.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q officium militię, & negotiationis, & publicanorum, qui vectigalia publica exigunt, ex propinquo habent peccatum annexum, quamuis sine peccato quandoque exerceri possint. Et quia pænitens debet occasionem peccati vitare satisfaciendo, etiam talia officia laudabile est si euiter, non est tamen de necessitate pænitentiæ: quia pænitens non potest omnes peccati occasiones vitare, dum in mundo isto viuit, & ideo sufficit si peccatum in istis officiis vitet, vt
Luc. 3. q miles secundum consilium Io. neminem concutiat, & stipendiis iustis cōtentus sit, & non vtatur officio militari ad ostentationem, sed ad vtilitatē ecclesiæ, & reipu. & ad exercitium viriū: & q negotiator non habeat conditionem in se, quæ ipsum ab officio hoc prohibeat: sicut clericis & monachis non licet negotiari, quamuis liceat propria vendere: & q tempore debito mercationes faciant, non diebus festiuis, & tempore quo caristiam inducere possit tale officium exerceatur: & modus debitus vt sine fraude fiat, & secundum licitum contractum. In publicanis autem, vt de authoritate principis, & causa communis vtilitatis scilicet ad defensionem terræ, & non immoderata recipiantur thelonea. Quod autem Gre. dicit in litera intelligendum est nō quia non possit sine peccato fieri, sed quia frequenter ad peccatum implicat. Et per hoc patet solutio ad obiecta. E

EXPOSITIO TEXTVS.

COGIT *peccatorem omnia libenter &c.* intelligendū est de illis quæ sunt necessaria ad peccati remissionem, & sic est accommodata distributio. *Sunt enim tres differētiæ peccati &c.* Contra. Omittit peccatum oris. Præt.

A Gre addit super illud Iob. 3. Quare non in vulua &c. quartum scilicet fomentum adulationis. Et dicendū, q hæc distinctio peccatorum differt a prima, quia prima est secundum diuersitatem instrumentorum, hæc autem secundū progressum peccati, quod primo de intus, secundo ad extra procedit: tertio confirmatur per cōsuetudinem & adaptatur partibus pænitentiæ, quia cōtritio in corde latet, confessio ad exteriora pęnitentiam manifestat, sed satisfactio boni operis consuetudinem adiungit. Nō tamen hoc ita est intelligendum, quasi singulæ pænitentiæ Li. 4. Mor. c.18. & inf.

DISTINCTIO XVII.

B

Tria proponūtur quærenda. Primū, an sine cōfessione dimittatur peccatū.

HIc oritur quæstio multiplex. Primo enim quæritur, vtrum absque satisfa-

partes singulis conditionibus peccati respondeat, sed per adaptationem, sicut & de alia dictum est. Ad primum ergo dicendū, q verbum habet eundem gradum quantum ad manifestationem cum alio facto, & ideo in facto includitur. Ad secundum dicendū, quòd illud quod Grego. addit, non est in ipso peccante, sed in alio, & ideo Augustiuus illud omittit. *Satisfactio præcipitur a Ioanne &c.* non quòd Ioannes fuit actor præcepti, sed denuntiator, Christus autem sacramenti institutor, & partium eius. *Ponat se omnino in iudicio.* ergo videtur quòd si sacerdos iniungat alicui q intret religionem, q tenetur facere, & præcipue quia quidam canones videntur istam pænitentiam taxare, & similiter quòd quantumcumque magnam pænitentiam pro paruo peccato iniūgat, quòd pænitens facere teneatur. Et dicendum, quòd intelligendum est de his quæ sacerdos inquantum habet clauem scien-
C tiæ & authoritatis per diuinū iudicium, & non secundum humanum errorem iniungit. Introitus autem in religionem, cum sit voluntatis, non potest alicui iniungi, & si aliqui canones iniungere inueniantur, magis est consilium quàm præceptum: qualibet enim pænitētia taxata, leuissima religio est maior satisfactio, inquantum homo abdicat propriam volūtatem, qua nihil est homini charius. *Caueat ne ductus uerecundia &c.* de hoc inquiretur, cum de confessione quæstio erit. *Caueat etiam ne prius &c.* bona conscientia confortatur, quando certis signis coniicere potest peccatum sibi dimissum, & hoc quando facit quod in se est: & ideo qui habet copiam sacerdotis, & necessitate non vrgetur ad communicandum, sicut vrgentur sacerdotes parochiales, non d debet D.582. 900
accedere ante confessionem, sed etiam post contritionem & confessionem grauium peccatorum, cōsilium videtur esse Aug. quòd non statim accedat propter reuerentiam sacramenti, & vt magis seipsum probet. *Quæ non secundum authoritates sanctorum.* non tamen oportet quòd semper ad literam seruentur pænitentiæ in
D canone iniunctæ, sed consideratis conditionibus peccati, & peccatoris pænitentiæ sunt moderandæ. *Quæ sit pro illis peccatis quæ legis decalogus continet,* sicut directe contra decalogi præcepta existentia, vt d mortalia, non autem sicut præter præcepta, sicut D.1012.
sunt peccata venialia. *Et ueraciter dicit &c.* videtur quòd ille qui non habet peccatum aliquod, peccet in dicēdo, Pater noster, quia confitetur debita se habere quæ non habet. Præt. Videtur idem de illo qui debita non dimittit, quòd peccet dicēdo, Pater noster. Et dicendum ad primum, quòd hoc non est alicui certum quòd omnino a peccato saltem veniali, vel quantum ad aliquem reatum immunis sit, si tamen per reuelationem sciat, non peccat dicens in persona ecclesiæ. Et similiter dicendū de secundo, quòd in persona ecclesiæ dicit se debita dimittere: vnde nō peccat hoc dicendo, sed remissionem non consequitur nisi dimittat.

DIVISIO TEXTVS.

E POSTQVAM distinxit magister pænitentiæ partes, hic mouet quasdam quæstiones de partibus illis, & diuiditur in partes duas. In prima, mouet quæstiones. In secunda, prosequitur eas, ibi. *Dicunt enim quidam &c.* Et hæc pars diuiditur in duas. In prima, prosequitur vnam quæstionem de comparatione contritionis ad confessionem, vtrū scilicet per solam contritionem, aut confessionem peccatum dimittatur. In secunda, prosequitur quæstiones de ipsa confessione, ibi. *Iam secundum quæstionis articulum &c.* Circa primum tria facit. Primo ponit rationes ad partem affirmatiuā: secundo ad negatiuā, ibi. *Quia qui negant &c.* Tertio determinat veritatem, ibi. *Quid igitur super his &c. Iam secundū q̄onis &c.* Hic prosequitur quæstiones de ipsa confessione secundum se, & diuiditur in partes duas, In prima, prosequitur quæstiones superius motas de cōfessione ex parte eius cui facienda est confessio. In secunda, concludit ex dictis responsionem ad quandā quæstionem de necessitate confessionis, ibi. *Si ergo quæritur ad quid*

confessio &c. prima in tres. In prima prosequitur secundam quæstionem superius motam, scilicet vtrum oporteat homini confiteri : & an sufficiat confessio deo facta, ponendo rationes ad veritatem, & contra veritatem. In secunda prosequitur tertiã quæstionem, scilicet, An oporteat sacerdoti confiteri, vel possit fieri cuicumque, ibi. *Nunc priusquam præmissis &c.* In tertia respondet ad obiectiones secũdæ quæstionis contra veritatẽ factas, ibi. *Cum igitur ex his alijs &c.* Prima in duas. In prima obijcit cõtra veritatem. In secũda pro ipsa, ibi. *Sed quòd sacerdotib⁹ &c.* *Nunc prius q̃ præmissis &c.* hic duo facit. Primo ostendit quòd quando facultas adest, confessio facienda est sacerdoti. Secundo, distinguit in hoc de confessione venialium, vel mortaliũ, secundũ Bedam, ibi. *Bedæ uero inter confessionem &c.*

ctione, & oris confessione per solã cordis cõtritionẽ peccatum alicui dimittatur. Secundo, an alicui sufficiat confiteri Deo sine sacerdote. Tertio, an laico fideli facta valeat confessio. In his enim etiam docti diuersa sentire inueniuntur : quia sup his varia, ac pene diuersa tradidisse videntur doctores. Dicunt enim quidam, sine confessione oris & satisfactione operis neminem a peccato mundari, si tempus illa faciendi habuerit. Alij vero dicunt ante oris confessionem & satisfactionẽ in cordis [b] contritione peccatum dimitti a deo, si tamen votum confitendi habeat. vnde Propheta. Dixi confitebor aduersum me in iustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem &c. Quod exponens Cassiod. ait. Dixi, idest, deliberaui apud me quòd confitebor, & tu remisisti. Magna pietas Dei, quòd ad solã promissionẽ peccatũ dimiserit, votũ enim pro operatione iudicatur. Itẽ Aug. Nõdum pronũtiat, promittit se pronuntiaturũ, & Deus dimittit: quia hoc ipsum dicere, quoddã pnũtiare ẽ corde. Nondũ est vox in ore vt homo audiat confessionem, & Deus audit. Item sacrificium Deo spiritus

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est triplex quæstio.

¶ Prima, De iustificatione impii.
¶ Secũda, De contritione.
¶ Tertia, De confessione. De satisfactione aũt in 15. di. dictũ est.

Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primo, Quid sit iustificatio impii.
¶ Secundo, Quæ præexiguntur ad ipsam.
¶ Tertio, Quæ concurrunt ad ipsam.
¶ Quarto, De ordine ipsorum.
¶ Quinto, Qualis sit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum assignatio iustificationis, quæ ponitur Rom. 8. sit competens.

1. 2. q. 113. ar. 1. De Veri. q. 28. ar. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hæc assignatio, quæ ponitur Ro. 8. in glos. sit incompetens, scilicet, Iustificatio est remissio peccatorum, & consũmatio bonorum operum. Peccata enim inficiunt omnes potentias : sed iustificatio est in sola voluntate, quia secundum Ansel. Iustitia est rectitudo volũtatis pro se seruata. ergo cum iustificatio sit nihil aliud quàm iustitiæ adeptio, videtur quòd non sit remissio omnium peccatorum.

Hæc Anselmi diffinitio habetur in Dialogo de veritate. ca. 13. Epist. 107.

¶ 2 Præt. Ber. dicit, quòd iustificatio est reuelatio diuini consilii: sed diuinum consilium reuelatur aliquando eis quibus nõ dimittitur peccatũ, sicut patet de Nabuchod. Dan. 2. ergo iustificatio non est peccatorum remissio.

¶ 3 Præt. Iustificatio, vt quidam dicunt, est effectus iustitiæ generalis, in qua de impio fit pius: remissio aũt peccatorũ nõ est effectus iustitiæ, sed gratię. ergo iustificatio nõ est remissio peccatorũ.

¶ 4 Præt. Consummatio bonorum operum in pænitente fit per satisfactionem: sed homo iustificatur per solam contritionem ante satisfactionem, vt ex litera habetur. ergo iustificatio non est cõsummatio bonorum operum.

Præsentis dist.

II

VLTERIVS. Videtur quòd iustificatio sit aliud quàm vocatio, quia Ro. 8. quatuor per ordinem recitantur, scilicet prædestinatio, vocatio, iustificatio, magnificatio : sed secundum horum distat a primo. ergo & tertium differt a secundo.

¶ 2 Præt. Vocatio etiam est in peccato existentium, Prouer. 1. Vocaui, & renuistis : sed iustificatio non, cum sit peccatorum remissio. ergo iustificatio non est vocatio.

¶ 3 Præt. Vocatio importat distantiam in eo qui vocatur: sed iustificatio importat approximationẽ ad deum in eo qui iustificatur. ergo iustificatio non est vocatio.

F SED CONTRA. Glos. Ro. 8. dicit quòd vocare est cognitionẽ de fide adiuuare : sed istud adiutorium non est per gratiam gratis datam, quia sic esset etiam malorum, quod est contra intentionem glo. ibidem. ergo est per gratiam gratum facientem: sed infusio gratiæ gratum facientis est iustificatio : ergo vocatio est idẽ quod iustificatio.

Super illa verba : Et quos vocauit, hos & iustificauit.

¶ 2 Præt. Idem per essentiam est motus a termino, & ad terminũ oppositũ, sicut de albedine ad nigredinem : sed vocatio dicit motum a termino scilicet a peccato, iustificatio dicit accessum ad terminũ, scilicet iustitiam. ergo iustificatio & vocatio sũt idem.

In Glos. ordinaria.

G VLTERIVS. Videtur q̃ iustificatio non sit idẽ quod renouatio mẽtis, & sanatio : quia iustificari potest aliquis in hac vita, nõ autẽ renouari, vel sanari. ergo iustificatio neutrum illorum est. Probatio mediæ quantum ad iustificationem est ex hoc, quod dicitur Ro. 3. Iustificati gratis &c. Quãtum ad sanationem patet per id, quod dicitur in gl. super illud psal. 102. Qui sanat omnes infirmitates tuas, q̃ in fine sanabit languores, quando corruptibile hoc induet incorruptionem, quod non erit in hac vita: quantum ad renouationem autem ex hoc, quod dicitur in glos. super illud Ro. 6. In nouitate vitæ ambulemus, quod in futuro in immortalitate perficitur.

Super Ps. 31. Et habetur. De Peni. dist. 1. c. Dixi & c. Magna.

II

Psal. 50.

H ¶ 2 Præt. Quorum opposita differunt, ipsa etiam differunt: sed opposita horum sunt diuersa & nomine, & ratione, quia iustificationi opponitur impietas, renouationi vetustas, sanationi infirmitas. ergo non sunt idem.

SED CONTRA. Renouatio mentis, & sanatio fit per peccatorum dimissionem : sed iustificatio nihil aliud est quàm peccatorum remissio. ergo videtur q̃ iustificatio sit idem quod renouatio, vel sanatio mentis.

II

VLTERIVS videtur q̃ iustificatio non reducatur ad attributum misericordiæ, quia secundum Aug. Maius est de impio facere pium, quàm creare cęlum & terram : sed creatio cæli & terræ propter hoc quòd infinitam potentiam ostendit, reducitur ad attributum potentiæ. ergo & iustificatio impii, & non ad misericordiam.

I Vbi supra. 9. sup Ioã. tract. 72.

¶ 2 Præt. Deus inquantum est bonus, facit omnia bona. ergo inquantum est iustus, facit homines iustos : sed iustificare nihil aliud est quàm iustum facere. ergo iustificatio reducitur ad attributum iustitiæ magis quàm misericordiæ.

¶ 3 Præt. Ambro. dicit, q̃ præcedit quiddam in peccatoribus, quo digni sunt iustificatione : sed ad iustitiam pertinet reddere alicui hoc quo dignus est. ergo iustificatio redducitur ad attributum iustitiæ.

De Penitentia libro. ex c. 7. [illegible]

SED CONTRA. Miseria hominis in peccato principaliter cõsistit, miseros. n. facit populos peccatũ ipsum: sed miseriã remouere ad misericordiam pertinet. ergo cum iustificatio sit peccatorũ remissio, videtur quòd ad attributũ misericordię reducatur.

¶ 2 Præt. Iustificatio fit per gratiam : sed gratia est effectus misericordiæ, vt patet per illud quod Apostolus inducit Rom. 9. Miserebor cui miserebor &c. ergo pertinet ad misericordiam.

K RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd iustificatio de sui ratione importat motum ad iustitiam. Iustitia autẽ secundum Philosophum in 5. eth. tribus modis dicitur. Vno enim modo est specialis virtus æqualitatem constitues in cõmutationibus & distributionibus communicabilium bonorum, quæ sunt necessaria in vita. Alio modo est nomen generale ad omnes virtutes, secundum quòd actus earum ad bonum commune ordinat secundum directionem legis. Tertio modo importat quendam statũ rectitudinis in homine quantum ad partes ipsius, prout scilicet aliqua pars animæ suo superiori subditur, siue alii parti, siue ipsi deo : & hanc iustitiam nominat Philosophus metaphoricam, eo quòd diuersæ partes hominis computantur quasi diuersæ personæ : hæc autem rectitudo per quodlibet peccatũm tollitur, & per gratiam reparatur : vnde hæc iustitia generalis etiam dicitur, inquantum omnes virtutes includit, non quidem per modum totius vniuersalis, sicut præcedens iustitia, sed generalis dicitur per modũ totius integralis, & ad hãc iustitiam motus iustificatio dicitur: in quolibet autem motu est recessus a termino, & hoc in prædicta assignatione tangitur in hoc quòd dicitur, remissio peccatorum : & accessus ad terminum, qui tangitur in hoc quòd dicitur, & consummatio bonorum operum.

Ca. 1. & 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tota ista rectitudo a voluntate originaliter est, quę est principiũ meredi & demerendi : sed etiam est in alijs partibus animæ quasi rectificatis, sicut in subiecto.

¶ Ad secundum dicendum, quòd reuelatio sumitur ibi materialiter pro eo scilicet in quo consilium reuelatur, consilium autem diuinæ prædestinationis fuit de iustificatione : vnde hoc consilium reuelatur per ipsã iustificationẽ, sicut effect⁹ per causam, & sic obiectio cessat.

Ezech. 18.

contribulatus cor contritum &c. alibi etiam legitur. Quacũque hora peccator conuersus fuerit, & ingemuerit, vita viuet, & non morietur. Non dicitur, ore confessus fuerit : sed, conuersus ingemuerit. Vnde datur intelligi, quòd etiã ore tacente veniam interdum conse- B quimur. Hinc etiã leprosi illi quibus Dominus præcepit vt ostenderent se sacerdotibus, in itinere antequã ad sacerdotes venirent, mũdati sunt. Ex quo insinuatur, quòd antequam ora nostra sacerdotibus aperiamus, idest, peccata confiteamur, a lepra peccati mũdamur. Lazarus ẽt nõ prius de monumẽto est deductus, & post a domino suscitatus : sed intus suscitatus prodiit foras viuus, vt ostenderetur suscitatio aiæ præcedere cõfessionẽ. Nemo. n. potest cõfiteri nisi suscitatus, quia a mortuo velut qui non est, perit cõfessio. Nullus ergo confitetur nisi resuscitatus, nemo autẽ suscitatur, nisi qui a peccato soluitur : quia peccatũ mors animæ est, quæ vt est vita corporis, ita eius vita Deus est. His, aliisque pluribus authoritatibus probatur ante confessionem, vel satisfactionẽ sola cõpunctione peccatũ dimitti. Quod qui negant, eas determinare laborant, nec non in huius sentẽtiæ

Luc. 17.

Ioan. 11.

¶ Ad tertium dicendum, quòd iustificatio potest sumi dupliciter, vel secundum quod respõdet ad iustificari, & sic dicit motũ ad iustitiam prædictam : vel secundum quod sumitur ad iustificatum esse, & sic est effectus formalis iustitiæ prædictæ, quia ea C aliquid formaliter iustificatum est, sicut albedine albatum. Sicut autem ab essentia animæ d potẽtiæ fluunt, ita rectitudo potentiarum a gratia, quæ est essentiæ perfectio, & inter ipsas potentias ipsius voluntatis quæ alias mouet, & eis rectitudinem quodammodo largitur : & ideo prædictæ iustitiæ causa prima est gratia, & cõsequenter charitas quæ voluntatem ad finem perficit, a quo est rectitudo prædicta : & propter hoc ipsa iustificatio, & peccatorũ remissio est effectus iustitiæ generalis sicut causæ formalis proximæ, sed charitatis & gratiæ sicut causarum causæ proximæ : sicut aliquis d æquatus dicitur & æqualitate, & quãtitate quæ est æqualitatis causa. Et quia a proximis causis, vel terminis aliquid denominari debet, ideo prædictus motus, vel terminatio motus magis denominatur a iustitia, quàm a charitate, vel gratia.

D. 677.

D. 553.

¶ Ad quartum dicendum, quòd consummatio bonorum operũ potest accipi vel in executione ipsorum, & sic procedit obiectio, & sic non accipitur hic : vel in infusione habituum, a quibus ope D ra bona perfectionem habent, & sic dicitur hic consummatio bonorum operum iustificatio.

AD SECVNDAM qõnẽ dicẽdũ, q̃ vocatio est duplex, quædã exterior, vt quæ fit per prædicatorẽ, & hæc nõ est iustificatio, sed disponit ad eam : quædam vero interior, & hæc quandoque quidem non pertingit ad finem suum ex vocati defectu : & hæc vocatio nihil aliud est quàm aliquis instinctus, vel motus ad bonum a deo immissus : & hæc etiam vocatio non est idem quod iustificatio, sed via ad illam. Quandoque autem pertingit ad finem, quando scilicet aliquis audit vocantem, & venit ad Christum, vt dicitur Ioan. 6. Omnis qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me : & hæc vocatio idem est quod iustificatio secundũ substantiam, sed differt ratione : quia vocatio dicitur secundum quod per infusionem gratiæ, & auxilium, homo a peccato retrahitur : sed iustificatio respicit terminum ad quem, scilicet prædictæ rectitudinis statum, & sic vocatio sumitur Ro. 8. vt patet per glo. Auxilium enim quod fidei, nos vocando, deus præstar, est gratia, quæ facit fidem per dilectionem operari : vnde illorum quatuor quæ ibi ponuntur, prædestinatio est causa iustificationis in iustificante : vocatio autem est idem iustificationi ratione differens, vt dictum est : sed magnificatio est iustificationis cõplementum siue referatur ad perfectionem gloriæ, siue ad perfectionem gratiæ. E

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ vocatio ibi præponitur iustificationi, quia prius est, recessus a termino, quàm accessus ad terminum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ obiectio procedit de primis duabus iustificationibus, non de tertia.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ille non iustificat quãtum ad terminum a quo erat distans, sed quantum ad terminum ad quem est prope : & hoc competit ei quod dictum est.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̃ prædicta iustitiæ rectitudo metaphorice sanitas animæ dicitur, & nouitas ipsius, eo quòd sanitas commensurationem debitam in partibus A corporis importat, nouitas autem integritatem, & virtutem, & decorem habet : & per hæc omnia patet q̃ rectitudo potentiarũ animæ, quæ iustitia dicitur, continet hæc omnia per similitudinem. Sed quia res aliqua non est ita similis vni, quin posset etiã alteri assimilari, inde est q̃ ea quæ metaphorice dicuntur, non ita conueniunt vni, quin & alii conuenire possint, sicut leo metaphorice & deus, & diabolus dicitur : vnde sanitas & nouitas per similitudinẽ integritatẽ grę significare possunt, quæ per culpã tollitur : vnde culpa etiam similitudinarie dicitur vetustas, & languor animæ : & etiã possunt significare integritatem naturæ quã tollit pæna, quæ etiam vetustas & languor dicitur. Sed quia culpa est causa pœnæ, ideo vetustas in vetustate, & lãguor in languore includitur sicut effectus in causa. Patet ergo q̃ ipsa iustificatio, per quam gratia acquiritur, & culpa tollitur, renouatio & sanatio dici potest, quamuis etiam ablatio pœnæ renouatio & sanatio dici possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quantum ad culpam potest fieri renouatio in hac vita, sed non quantum ad pœnam oio : & similiter est de sanatiõe, & sic loquũtur authoritates illæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa etiam per similitudinem signant idem quod impietas, vt ex dictis patet.

AD QVARTAM quæstionẽ dicẽdũ, q̃ in oĩ actione quã de⁹ in creatura facit, omnia attributa cõcurrunt, alias eius actio nõ esset perfecta : sed tamen aliqua ipsius actio, vel effectus actionis vni attributo appropriatur magis quàm alteri, inquantũ illud attributum magis manifestatur per talem actionem, vel effectum quàm per aliud, sicut per reuelationem futurorum manifestatur plenitudo diuinæ sapientiæ, & ideo sapientiæ appropriatur : & quia in iustificatione impij maxime diuina misericordia manifestatur, ideo ad hoc attributum reducitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ difficultas quæ est in iustificatione impij, maxime est ex incongruentia impij ad iustificationis effectum suscipiendum, & ideo quando talis effectus in ipsum inducitur, magis indicat misericordiam quàm potẽtiam : sed effectus creationis difficultatem habet propter magnitudinem facti, vel propter modum faciendi, quia ex nihilo fit aliquid, & ideo manifestat maxime potentiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd iustificatio manifestat iustitiam diuinam, sicut causam exemplarem, sed misericordiam sicut causam efficientem : effectus autem propriæ causæ efficienti respondet. Sed bonitas creaturæ manifestat bonitatem diuinam vtroque modo, quia bonitas mouet ipsum ad communicandum similem bonitatem : sed misericordia magis mouet ad iustificandum, quàm iustitia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud non est intelligendũ quòd aliquis ante iustificationem sit sufficienter dignus, alias gratia non esset gratia : sed quia est in ipso aliqua dispositio ad iustificationem, qua est minus indignus quàm alij, vnde talis dignitas ad iustitiam non sufficit.

ARTICVLVS II.

Vtrum præparatio, per quam aliquis facit quod in se est, ad iustificationem præexigatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd præparatio, per quam aliquis facit quod in se est, ad iustificationem non præexigatur. Ille enim qui ad peccandũ nititur, non præparat se ad gratiam faciendo quod in se est : sed aliquando aliquis iustificatur qui ad peccatum tendit, sicut de Paulo patet Actuum 9. ergo prædicta præparatio ad iustificationem non præexigitur.

In Concilio Tridentino ses. 6. c. 4.

¶ 2 Præt. Maior est charitas in deo quàm illa quã homini præcipit : sed homini præcipit vt benefaciat inimicis, Matth. 5. ergo ipse multo fortius benefacit iustificando his qui peccando inimicitias contra ipsum exercent, & sic idem quod prius.

¶ 3 Praet. Dei bonitate nihil maius cogitari potest: sed bonum est diffusiuum sui, secundum Dion. cum ergo maior diffusio bonitatis esset, si etiam renitẽtibus daretur gratia, vr̃ ꝙ gratiae infusio, per quã fit iustificatio, praeparationem non praeexigat.

De diui. nomin. cap. 4. part. 1.

Sed contra. Ille qui clausum habet oculum materialem non potest lumen materiale suscipere: sed ille qui se non praeparat faciẽdo quod in se est, non aperit oculum spiritualem, quem peccando clausit: ergo non potest lumẽ gratiae spirituale recipere, & sic non potest iustificari.

Cap. 43. De paradiso c. 14. in fine. Et hr̃ de pęnit. distin. 1. cap. Non põt. Ambros. in ser. quadragesimae. Et hr̃ de paeniten. dist. 1. c. Ecce nũc. De verbis aposto. sermo. 15.

¶ 2 Praet. Aug. dicit, Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. ergo praeexigitur praeparatio ex pte nostra.

II Vbi supra.

Vlterius. Videtur quòd nihil sit in homine quod facere possit, vt ad gratiam habendam se praeparet, quia super illud Exo. 7. Indurauit cor eius &c. dicit glo. ꝙ ita induratum est cor eius, ꝙ nihil poterat facere acceptabile deo: sed nihil ad gratiam habendam praeparat nisi opus acceptabile deo. ergo non erat in eo facere aliquid, per quod se praeparet, & eadem ratio est de aliis.

Epist. 107. ad Vitalem Carthagin. tom. 2.

¶ 2 Praet. Aug. dicit, quòd cum fides iustificationem impetrat, voluntas concomitatur gratiam, non ducit, est pedissequa, nõ praeuia: sed si homo posset se ad gratiam nondum habitam pręparare, voluntas eius esset praeuia gratiae. ergo non potest homo aliquid facere, per quod se ad gratiam praeparet.

Ex c. 9. circa med.

¶ 3 Praet. Nullus potest se ad gratiam praeparare, nisi rectè agẽdo: sed secundum Aug. in lib. retracta. A mortalibus rectè non viuitur, nisi prius liberum arbitrium a peccati prauitate liberetur, quod fit per gratiam. ergo ante gratiam habitam non potest se ad gratiam praeparare.

Et in epist. ad Vitalem Pelagianũ, epist. 107.

¶ 4 Praet. Fides intentionem dirigit: sed operatio quae sine recta intentione fit, non potest ad gratiam praeparare. ergo oportet quòd fides praecedat praeparationẽ, & ita cum fides ad gratiam pertineat, vt Aug. ex verbis Apostoli probat, ante gratiã praeparatio ad gratiam esse non potest.

Sed contra. Deus nõ praecipit homini impossibile: sed praecipit ei ꝙ se ad gratiam aliquid faciendo praeparet, vt patet Iac. 1. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. ergo possibile est homini facere quòd se ad gratiam praeparet.

III Vbi supra.

Vlterius. Videtur ꝙ non sit necessarium eum qui facit quod in se est, iustificari. Illud enim quod fit gratis, fit ex liberalitate, non ex necessitate: sed iustificamur gratis, vt patet Rom. 3. ergo non est necessarium quòd iustificemur, quantũcumque simus praeparati.

¶ 2 Praet. Deus comparatur ad nos, sicut figulus ad lutum, vt patet Esa. 64. & Hiere. 18. & Ro. 9. sed quantumcumq; lutum sit praeparatum non est necessarium quòd ex eo formetur vas, ergo quantumcumque homo sit praeparatus, non est necessarium ꝙ ei gratia infundatur.

¶ 3 Praet. Illud, quo posito necesse est alterum esse, videtur sufficienter ad illud ordinari: sed actus noster, qui sufficienter ad aliquid ordinatur, dicitur esse meritorius illius. ergo aliquis merebitur iustificationem secundum opera, quibus se praeparauit, si necessario ad praeparationẽ illam sequitur iustificatio.

Sed contra. Impossibile est summam veritatẽ mentiri: sed ipsa veritas promisit se gratiam daturum ei, qui quod in se est, facit, Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. & Apoc. 3. Si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum. ergo necesse est eum qui facit quod in se est, iustificari.

¶ 2 Praet. Ro. 5. super illud. Iustificati ex fide. dicit Aug. Deus recipit cõfugientes ad se, aliter in eo esset iniquitas: sed impossibile est in deo esse iniquitatem. ergo necessarium est ꝙ iustificet illos, qui faciunt quod in se est.

Respon. Dicendum ad primam quaestionem, quòd voluntas quae est susceptiua perfectionis iustitię, non potest huic perfectioni subiici ab extrinseco agente, cui nil conferat: quia hoc esset per violentiam agens, quae in voluntatem non cadit, cum cogi non possit, & ideo oportet, quòd ipsa cooperetur ad suam perfectionem, & haec cooperatio dicitur praeparatio ad gratiam, quae facit quod in se est: sed nõ semper oportet quòd talis praeparatio tempore iustificationem praecedat, sicut oportet in mutationibus naturalibus, quòd alteratio tempore semper pręcedat generationem: quia cum actus voluntatis sit in sua potestate, a principio potest esse tantum intensus, quantũ sufficit ad praeparationem: sed dispositio naturalis ad formam successiue ad hanc intensionem procedit. In illis autẽ qui non per propriam volũtatem culpam incurrunt, & vsum voluntatis non habent, non exigitur ex parte eorũm aliqua praeparatio, sicut de pueris patet in baptismo.

D. 355 D. 678 877

Ioã. Chry. de pęnit. dist. 1. c. Nõ potest, et 2. Homil. 49.

depressionem, & ad suę opinionis assertionem sanctorum testimonia inducunt. Ait enim dominus per Esaiam. Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Item Amb. Non potest quisquàm iustificari a peccato, nisi peccatum ipsum antea fuerit confessus. Idem dicit. Confessio a morte animam liberat. Confessio aperit paradisum, confessio spem salutis tribuit: quia non meretur iustificari, qui in vita sua non vult peccatum confiteri. Illa confessio nos liberat, quae fit cum paenitẽtia. Paenitentia vero est dolor cordis, & amaritudo animae pro malis, quae quisq; cõmisit. Itẽ Ioan. Chry. Non potest quisquàm gratiam Dei accipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per paenitentiae confessionem, & per baptismum. Item Aug. Agite paenitẽtiam, qualis agitur in ecclesia. Nemo dicat sibi, occulte ago, apud Deum ago, nouit Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. ergo sine causa dictũ est, Quae solueris super terrã, soluta erũt & in caelis? ergo sine causa claues datae sunt? Frustramus verbũ Christi. Iob 31. dicit. Si erubui in cõspectu populi peccata mea cõfiteri. Item Amb. Venialis est culpa, quã sequitur confessio delictorum. Itẽ Aug. super illum locũ psal. 68. Non absorbeat me profundũ, nec vrgeat super me puteus os suum. Puteus est profunditas iniquitatis, in quã si cecideris, nõ claudet super te os suum, si tu non claudis os tuum. Cõfitere ergo, & dic. De profundis clamaui ad te domine &c. & euades. Claudit super illum qui in ꝓfundum cõtemnit, a quo mortuo velut qui nõ sit, perit cõfessio. Itẽ. Nullus debitae grauioris poenę accipit veniã, nisi qualemcũq;, & si longe minorem q̃ debeat, soluerit poenã. Ita enim impartitur a Deo largitas misericordiae, vt non relinquatur iustitiae disciplina. Itẽ Hiero. Qui peccator est, plangat delicta propria, vel populi, & ingrediatur ecclesiã, de qua propter peccata fuerat egressus, & dormiat in sacco, & pręteritas delitias, pp quas Deũ offenderat, vitae austeritate cõpenset. His, aliisq; authoritatibus nituntur asserere sine confessione vocis, & aliqua absolutiõe poenę, neminem a peccato mundari.

Matth. 16.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ iustificatio, de qua nũc loquimur, semper est cum cooperatione voluntatis, quae praeparatio dicitur. Sed haec cooperatio, vt dictũ est, quandoq; diu ante incipit, quàm gratia infundatur: quandoque autem quia perfecta est, statim iustificationem adiunctam habet: vnde potest contingere, ꝙ aliquis dum est in proposito & intentione peccandi, subito eius voluntas cõuertitur ad deum, vel ex aliquo exteriori occasionem accipiens, sicut fuit in Paulo: vel etiã ex aliquo interiori instinctu, quo cor hoĩs mouetur a deo, vnde nõ sequitur ꝙ talis gratiam habeat non faciens quod in se est.

De paradi. so c. 14.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homini non praecipitur, ꝙ illa bona faciat inimicis suis, quorum capaces non sunt, sed illa quę suscipere possunt: & hoc deus maxime implet, quia bona quibus capaces sunt, scilicet naturalia, eis largitur, qui contra ipsum peccando inimicitias exercent: boni tamen gratiae capaces non sunt nisi voluntate consentiente, & sic quod ipse paratus est dare, illi recipere nolunt.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ talis diffusio boni non potest intelligi, nisi aliquis perfectionẽ illam suscipiat, cui renitens nõ est capax, & ideo ratio illa procedit ex falso.

Ad secundam quaestionem dicendum, quòd praeparatio, quę exigitur in materia ad hoc ꝙ formam suscipiat, duo includit, scilicet ꝙ sit in debita proportione ad formam, & ad agens quod debet formam inducere, quia nihil se educit de potentia in actum: debita autem proportio ad suscipiẽdum actũ agentis attenditur secundum debitam approximationem ad agens. In spiritualibus autem non est intelligenda localis approximatio, sed spiritualis, quae est dupliciter. Primo, per similitudinem naturae, secundum quod res corruptibiles dicuntur magis a primo distare, quàm incorruptibiles in 2. de generat. & ꝓpter hoc debilius esse recipiunt, & similiter spiritualia ꝓpinquiora esse deo, quàm corporalia: & propter hoc angeli secundum Dion. in 4. c. cael. hier. abundantius de diuina bonitate recipiunt. Secundo, secundũ affectum, quia secundũ Aug. deo non loco, sed affectu propinquamus: sed debita proportio materiae ad formam est dupliciter, scilicet per ordinem naturalem materiae ad formam, & per remotionem impedimenti. Ad hoc ergo ꝙ voluntas se ad gratiam iustificantẽ praeparet, oportet ꝙ se in debita proportione ad deum qui dat, & ad gratiam quae datur, ponat: sed proportio ad deum per naturae similitudinem non est in potestate voluntatis: similiter nec proportio capacitatis gratiae, quia haec ei praeexistunt a creatione: vnde relinquitur, ꝙ in ipsa voluntate sit appropinquare deo per affectum & desideriũ, & ordinari ad gratiã per remotionẽ impedimẽti, quod quidẽ impedimentũ est peccatũ, & ideo per displicẽtiam peccati, & affectũ ad deum se aliquis ad gratiã ꝑparat: & qñ haec duo efficaciter facit, dr̃ facere quod in se est, & gratiã recipit. De prima horũ dr̃ Iac. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis: de secũdo Apoc. 3. Si quis aperuerit mihi &c.

D. 134 Ex tex. 59. Ex psal. 33.

Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ si opus deo acceptabile dicatur opus meritorium, tunc planum est quòd nec Pharao, nec aliquis in peccato mortali existens, potest facere opus deo acceptum. Si autem omne opus quod est bonum ex genere, & bona intẽtione factum, dicatur opus acceptabile deo, tunc dicitur Pharao non potuisse, non quia omnino nõ potuerit, sed propter fixionem obstinatae voluntatis ad malum, in quam inciderat diuina gratia desertus.

D. 917

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ voluntas nostra est omnino pedissequa respectu diuinae gratiae, & nullo modo praeuia, qa ipsa voluntas bona, quae gratiam gratumfaciẽtem praecedit, ex deo nobis prouenit, quae gratuita sua voluntate nos ad hoc prouocat, vel flagellis, vel aliquo auxilio interiori, aut exteriori: nec tamen voluntas haec est praeuia, sed pedissequa respectu gratiae gratũfacientis, quia nõ est causa ipsius, sed aliqualiter ad ipsam viam parat.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sine gratia gratum faciente nõ potest rectè a mortalibus vita duci, secundum quod ly recte, importat rectitudinem ad finem vltimum pertingentem: potest tamen etiam sine ea rectè aliquid agi rectitudine, quã habet actus ex materia, & circunstantiis, & fine debito, sed non sine gratia, quae dicitur gratuita dei voluntas.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd recta intentio ad finem vltimũ determinate producens, non potest esse sine fide: sed tamen finis vltimus, scilicet deus, potest esse in intentione eius etiam qui fidem non habet per generalem, vel naturalem cognitionẽ quam de deo habet: vnde etiam ille qui fidem non habet, potest se ad fidem habendam praeparare, & ad gratiam, si secundum suam cognitionem peccatum sibi displiceat, & in deum affectus eius feratur.

Ad tertiam quaestionem dicendum, ꝙ duplex est necessitas, scilicet necessitas absoluta, & necessitas ex suppositione. De prima quidem necessitate loquendo, non est necessarium eum gratiam recipere, qui se sufficienter ad gratiam parat, quia neque per se necessitas, secũdum quam deum necesse est esse, neq; necessitas coactionis, vel prohibitionis in his quę diuina voluntate fiunt, cadere potest. Loquendo autem de necessitate, quae est ex suppositione diuini propositi, quo propter beneuolentiam suae bonitatis voluit vnicuiq; eam communicare secundum suam capacitatem, necessarium est ꝙ cuilibet materiae praeparatae forma infundatur, non tamen eodem modo est in omnibus formis: quia formae quae mediantibus secũdis agentibus in materiam producũtur, necessario in materia disposita recipiuntur necessitate conditionata in comparatione ad deum, cuius virtute caetera agentia agunt: sed necessitate absoluta per comparationem ad agentia proxima, quae necessitate naturae agunt propter ordinem diuinitus eis impositum, quem praeterire non possunt. Formae autem quae immediate a deo inducuntur, non habent necessitatem absolutam ex parte agentis, sed quaedam ex parte recipientis, sicut in perfectionibus quę sunt de esse naturae, vt est anima rationalis: formae aũt q̃ non debentur naturae, sicut gratia, & virtutes immediate a deo ꝓductae, nihil habent de necessitate absoluta, sed solum de necessitate ex suppositione diuini ordinis, vt dictũ est.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta: quia primae rationes procedunt de necessitate ex suppositione diuini propositi.

ARTICVLVS III.

Vtrum gratiae infusio requiratur ad iustificationem.

Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ gratiae infusio non requiratur ad iustificationem. Non enim minus est iustificare, quàm creare: sed deus creat sine medio. ergo & iustificat sine gratia media.

¶ 2 Praet. In contrariis mediatis vnum potest remoueri sinę hoc ꝙ alterum ponatur: sed inter statũ gratiae & culpae, est medium innocentiae status: ergo potest remoueri culpa per iustificationem sine hoc ꝙ gratia infundatur.

Sed contra. Nulli dimittitur peccatum, nisi ratione charitatis, quia charitas est quae vniuersa delicta operit, Prouer. 10. sed charitas non potest esse sine gratia, quia numquàm est informis. ergo nec remissio peccatorum potest fieri sine gratię infusione.

II

Vlterius. Videtur ꝙ non sit necessarius ad iustificationem motus liberi arbitrij in deum. Ille enim qui trahitur, non mouetur libero arbitrio: sed ille qui venit ad deum per iustificationem trahitur, Io. 6. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit illum. ergo in iustificatione non est necessarius motus liberi arbitrij.

¶ 2 Praet. Sicut gratia est a deo, ita & sapiẽtia: sed ad hoc ꝙ aliquis accipiat sapientiam a deo, non exigitur motus liberi arbitrij: vnde dormienti datur, vt patet 3. Reg. 3. de Salomone, & Iob 33. dicitur, In somno tunc aperit aures virorũ. ergo & ad gratiam iustificantem suscipiendam nõ requiritur motus liberi arbit.

Super Malach. Et hr̃ de paenitẽ. di. 1. c. Qui sanctus.

¶ 3 Praet. Per baptismum aliquis iustificatur: sed in baptismo non requiritur motus liberi arbitrij ad effectũ ei' suscipiendum, quia pueri, & dormiẽtes eius effectum suscipe possunt, vt dicit decretalis Inno. 3. ergo ad iustificationem nõ requiritur motus liberi arbitrij in deum.

De baptis. & eius effectu. c. Maiores.

Sed contra. Aug. dicit. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te ergo requiritur motus liberi arbitrij in deum ad iustificationem.

De ver. apostoli ca. 15.

¶ 2 Praet. Bernar. dicit, quòd donum gratiae tam absque consensu recipientis esse non potest, quàm absq; gratia dantis: sed consensus non est sine motu liberi arbitrij. ergo motus liberi arbitrij ad iustificationem requiritur.

Tract. de libero arbit. & gr̃a, fere in princ.

III Vbi supra, art. 4.

Vlterius. Videtur ꝙ iste motus liberi arbitrij in deũ non sit motus fidei: quia ad hoc ꝙ deus appropinquet nobis per iustificationem, oportet ꝙ nos appropinquemus ei per affectũ: sed per affectum facit nos appropinquare deo charitas, ergo iste motus liberi arbit. in deũ non est fidei, sed charitatis.

¶ 2 Praet. Esa. 26. dicitur. A timore tuo, domine, concepimus spiritum salutis. ergo cum ista conceptio in iustificatione fiat, videtur ꝙ sit motus timoris, non fidei.

¶ 3 Praet. Dispositio & perfectio debent esse in eodem: sed motus fidei est in intellectu, iustificatio autem specialiter in affectu. ergo non est motus fidei.

Sed contra. Rom. 3. Iustificati per fidem, & Act. 15. Fide purificans corda eorum.

¶ 2 Praet. Iustificatio est opus gratiae praeuenientis: sed gratia praeueniens est fides, vt dixit magister in 2. lib. dist. 27. ergo motus fidei requiritur in iustificatione.

Vbi supra, art. In concil. Triden.

IIII Vbi supra.

Vlterius. Videtur ꝙ non requiratur motus liberi arbitrij in peccatum, siue contritio. Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa &c. dicit glo. ꝙ ardor charitatis rubiginem peccatorum in ea consumpsit: sed ardor charitatis põt esse sine motu in peccatũ. ergo ad iustificationẽ non requirit motus in pctm̃.

¶ 2 Praet. Conuersio ad deum potentior est ad bonum, quàm conuersio ad rem temporalem ad malum: sed conuersio ad bonum commutabile sufficienter induxit culpam. ergo & conuersio ad deum sufficienter iustificat, & sic non requiritur motus in peccatum.

Sed contra est, quod dicit glo. in psal. 50. super illum locum, Sacrificium deo spiritus contribulatus &c. Spiritus contribulatus & contritus est sacrificiũ, in quo peccata soluuntur.

V

Vlterius. Videtur ꝙ non debeat addi quartum, scilicet, peccatorum remissio, quia effectus non cõnumeratur causae: sed gratiae infusio, & contritio sunt causae remissionis peccati. ergo non debet connumerari eis.

¶ 2 Praet. Remotio priuationis nihil aliud est, quàm positio habitus: sed culpa est priuatio gratiae. ergo idẽ est remotio culpae, & infusio gratiae, & ita non debent ad inuicem connumerari.

Sed contra. Generatio vnius est corruptio alterius, & tamen generatio corruptioni cõnumeratur. ergo cũ infusio gratiae sit remissio culpae, debet vnum alteri connumerari.

Respon. Dicendum ad primã quaestionem, ꝙ necessitas ponendi virtutum habitus in anima infusos, est ex hoc ꝙ act' illi, qui homini necessarij sunt ad vitam aeternam consequendam, sunt supra humanae naturae facultatẽ: quia propriae vires non sufficiunt ad merendum infinitum bonũ. Sicut aũt beatitudo futura infinitatem habet ex obiecto, & per consequens facit actus suos meritorios aliquo modo infinitae virtutis, vt sint tali fini proportionati, ita offensa in deum commissa habet quandam infinitatem ex eo, in quem commissa est: & ideo ad culpae remissionem non sufficit humana natura: & propter hoc,

hoc, ꝙ ad eius remissionem, sicut ad merendum vitam æternam gratia infundatur,

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ gratia in remissione culpæ non se habet sicut agens medium, sed sicut causa formalis, qua peccatum remittitur: sicut ignis, frigus aufert calorem in subiecto causando, non sicut instrumētū, sed sicut forma contraria: & in creatione etiā est forma naturalis, qua res creata esse formaliter accipit, vel etiā ipsum quo est, quid sit illud.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ quàmuis secundum consecutionem argumenti non sequatur positio gratiæ ad remotionem, idest, negationē culpæ: tn̄ destructio culpę prius existentis non pōt fieri nisi per gratiā, quia illa innocētiæ bonitas, quæ inter vtrumq; media videtur, non sufficeret ad hoc, ꝙ dignum redderet ab immunitate personæ, vel ab infinita offensa commissa prius, quàmuis sufficerit vt immunē redderet illum, in quem peccatum non præcessit. In eo enim qui peccauit, requiritur non solum ꝙ peccatum absit actu, sed etiā ꝙ peccatum prius commissum excipiatur, & quodammodo tegatur: quod fieri non pōt, nisi aliquo habente infinitā virtutē.

AD SECVNDAM quæstionem dicendū, ꝙ gratia, quæ datur ad recte viuendum, & peccatorū remissionē, per prius respicit voluntatē, quàm alias potentias. Per eā enim peccatur, & recte viuitur: & ideo oportet ꝙ infusio gratiæ iustificantis sit ſm talem modum, qui volūtati competat, & ꝓp hoc oportet ꝙ a tali infusione omnis ratio violentiæ excludatur, quia violentiæ voluntas capax non est. Ad hoc autem ꝙ violentia ab actione tollatur, opportet ꝙ patiens cooperetur agenti secundum modum suum, vnde in illis quæ nata sunt agere, requiritur ꝙ actiue cooperētur: in illis aūt quæ sunt nata recipere tantū, sicut materia prima, sufficit ad violentiam tollendam naturalis inclinatio ad formā, & ex hoc dicitur generatio naturalis: sed quantum est ibi de contrarietate, tantum est ibi de violentia. Vnde quando voluntas non habet actum contrariū, sicut est in pueris, sine violentia voluntatis pōt infundi gratia per sacrm̄, sicut pueris baptizatis: & sine sacramēto, sicut patet in sanctificatis in vtero. Sed quando voluntas habet suum actum, sicut est in adultis, requiritur actus voluntatis ad gratiam suscipiendam, animam ad datorem ordinans: & ideo ad iustificationem, quæ per infusionem gratiæ fit, requiritur motus liberi arbi. in deū,

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tractio illa, de qua dominus loquitur, non importat coactionem, sed inductionē, vel adiutorium ad bene operandum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sapientia magis respicit intellectum, quàm voluntatem, sed gratia magis voluntatem, vt dictum est: & ideo quia intellectus cogi pōt, non aūt voluntas, ideo ad sapientiam percipiendam, & alias intellectus perfectiones, non requiritur consensus suscipientis, sicut ad perfectionē gratiæ: vnde in somno fiunt reuelationes eorum, quæ ad sapientiam pertinent, vt patet Num. 2. non aūt gratiæ infusio. (Pn̄tl dist. & q. ar. 1. q. 4. ad 1.)

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ per baptismū etiā adulti gratiam suscipere possunt in dormiēdo, quia quàmuis non adsit actualis dispositio ex actuali motu voluntatis: adest tamen habitualis dispositio ex motu liberi arbitrij præcedēte, qui quidē qnq; ad gratiā percipiendā sufficienter disponit, & tūc gratia infunditur statim, vt dictum est: qnq; aūt insufficienter, & tunc talis insufficientia nō potest suppleri nisi per alium actū liberi arb. vel per sacramentum, quod ad gratiā dispositiue operatur, vt supra dist. 1. dictū est: & ꝓp hoc sine sacro nullus adultus iustificari pōt, nisi actualiter motu liberi arb. existēte, sed per sacrm̄ pōt, si tamen præcessit motus liberi arb. prohibens fictionem. (Pn̄tl dist. & q. ar. 2. q. 2. in corp. q. 1. artic. 1, q. 4. & pulchrius, clarius, & expressius artic. 4. q. 1.)

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ omne quod natum est ex pluribus sequi, attribuitur ei quod primum est, sicut vita attribuit' aīæ nutritiuæ: quia ipsa est prior inter principia vitæ in viuentibus corporaliter. Silr̄ dr̄ animal esse aīal per sensum primum, qui est tactus, vt patet in 3. de aīa. (T. com. 66.) vnde si iustificatio sequitur ad motū liberi arb. in deum, oportet ꝙ attribuatur illi motui, qui naturaliter prior in iustificatione apparet: mouetur aūt mēs in deū & per intellectū, & per affectū, & hi duo motus mentis simul esse possunt, quàmuis nō simul cogitari possint, quia vnus est regula alterius, & per actum intellectus præsentatur suum obiectū voluntati, quia obiectum eius est bonū imaginatū, vel intellectū, vt Philos. dicit in 3. de anima, (T. com. 5.) sed naturaliter motus intellect' ꝓcedit, sicut obiectū naturaliter præcedit actum potentiæ: vnde cū motus intellectus in deū sit per fidē, iustificatio motum fidei requirit. (Et hr̄ de pænitē. dist. 1. c. Nullus.)

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ motū liberi arb. cū quo gratia infunditur, oportet accipi ī sua vltima perfectione: (Vbi supra, c. Agite.) actus aūt fidei perfectus nō est nisi actu affectus perfecto existente. null' enim credit, nisi q̄ vult, vt Aug. dicit, (De ciuita. dei, & dicitur ex c. 14) & ideo cū actu fidei in iustificatione semper adiungit' actus charitatis, & his duobus aīa deo appropinquat. Non. n. pōt esse dubiū, quin actui charitatis semper actus fidei coniungat', ex quo obiectū per fidem charitati præsentatur: sicut etiam intelligere nostrū numquàm est in actu, nisi per imaginationem in actu existentem.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ timor est remota dispositio ad gratiam. Numquàm enim ad gratiam attingit, nisi amor adiungatur, nos autem loquimur hic de dispositione vltima ad gratiā, cum qua gratia datur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ non oportet in eodem esse dispositionem, & perfectionē in reb' adinuicē ordinatis, qa dispositio facta in priori ordinat ad pfectionē f'ctā in posteriori, sicut motus imaginationis est dispositio ad pfectionē intellect': & silr̄ motus in intellectu factus, pōt esse dispositio ad motū affect'.

AD QVARTAM quæstionē dicendū, ꝙ sicut in generationibus naturalibus, in quibus vna forma expellitur, & altera introducitur, ꝓpter hoc ꝙ generatio vnius est corruptio alterius, (Philos. in 1. de genera. & cor. tex. com. 17.) oportet esse disponens ad vtrūq;: ita in iustificatione, qua gratia confertur, & culpa expellitur, oportet esse dispositionē voluntatis secūdum proprium actum ad vtrūq;. Et ideo sicut per motū liberi arb. in deum disponitur ille qui iustificatur ad gratiam obtinendam, ita per motum liberi arb. in peccatum, oportet ꝙ ad culpæ expulsionem disponatur: & ideo in iustificatione, qua innocens iustificaretur, oportet esse dispositionē solum ad gratiam inducendam; sed in iustificatione, qua iustificatur impius, oportet dispositionem esse duplicem, vnam ad introducendum gratiam, scilicet motum liberi arbitrij in deū: alteram ad expellendam culpam, s. motum liberi arb. in pctm̄.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ feruor dilectionis de necessitate secum coniunctum habet odium contrarij: & ideo feruor dilectionis ad dimissionē culpæ non operatur sine peccati detestatione, quæ directe dimissioni culpæ respondeat.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ conuersio ad deū sufficit ad gratiam obtinendam quantum in se est, sicut conuersio ad bonū commutabile sufficit ad culpam, sed requiritur conuersio ad peccatum quasi remouens impedimentum. Vel dicendum, ꝙ etiā in peccato conuersio non facit culpam sine auersione, & similiter oportet duo esse in iustificatione.

AD QVINTAM quæstionem dicendū, ꝙ illa quæ per accidens se habent ad aliquid nō includuntur ab illo: remissio aūt culpæ se habet accidentaliter ad gratiæ infusionem, quia accidit ex subiecto, in quo culpā inuenit: posset enim esse infusio gratiæ sine hoc, ꝙ culpa remitteretur, sicut in statu innocētiæ fuit, & in Christo homine quantū ad primū instans suę cōceptionis; & ideo infusio gratiæ nō includit culpæ remissionē. Vnde cum ad iustificationem impij, de qua loquimur, sit necessaria culpæ remissio, oportet ꝙ connumeretur gratiæ infusioni, & sic sunt quatuor quæ requiruntur in ipsa iustificatione, scilicet gratiæ infusio, culpæ remissio, motus liberi arbitrij in deum, & motus liberi arbitrij in peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de effectu proportionato causæ, qui includitur in ipsa causa, non est autem ita de peccati remissione, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ peccatum & gratia non se habent sicut affirmatio & negatio, vel sicut priuatio & habitus, quia aliquis pōt esse gratia destitutus, & tn̄ non habebit peccatum, sicut patet de Adam ſm illos, qui dicunt eum nō fuisse in gratia creatum, quia peccatum aliquid ponit vel esse, vel fuisse in peccante. Trāseunte. n. actu peccati, adhuc peccatum præcedens manet aliquo modo in ipso peccante, ſm quod ex eo re' apud deū efficitur, sicut etiā actus meritorij manēt, vt supra dist. 14. dictum est, & ideo ratio nō procedit.

Cui sentētiæ potius consentiendum sit.

C

QVID ergo super his sentiendum, quid tenendum? Sane dici potest, ꝙ sine confessione oris, & solutione pœnæ exterioris peccata delentur per contritionem, & humilitatem cordis. Ex quo enim proponit mēte compuncta se cōfessurum, Deus dimittit, quia ibi est confessio cordis, & si non oris, per quam anima interius mundatur a macula, & cōtagio peccati commissi, & debitū æternæ mortis relaxatur. Illa ergo quæ superius dicta sunt de confessione & pænitentia vel ad confessionem cordis, vel ad interiorem pœnam referenda sunt. Sicut illud Aug. Quòd nullus dicitur veniam consequi nisi prius quantulamcūque peccati soluerit pœnā, vel de exteriori pœna accipienda sunt, & ad contemnentes, vel negligentes referenda, sicut illud. Nemo dicat culte &c. Nonnulli enim in vita peccata cōfiteri negligunt, vel erubescunt, & ideo non merentur iustificari. Sicut enim præcepta est nobis interior pænitentia, ita oris confessio, & exterior satisfactio, si adsit facultas. Vnde nec vere pænitens est, qui confessionis votū non habet: & sicut peccati remissio munus Dei est, ita pæuitentia & confessio, per quam peccatum C deletur, non potest esse nisi a Deo, vt August. ait Iam, inquit, donum Spiritussancti habet, qui confitetur & pænitet: quia non potest esse confessio peccati, & compunctio in homine ex seipso. Cum enim irascitur sibi quisq; & displicet, sine dono Spiritussancti non est. Oportet ergo pænitentem confiteri, si tēpus habeat: & tn̄ anteq̄ sit confessio in ore, si votum sit in corde, pręstatur ei remissio.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum culpæ remotio naturaliter præcedat gratiæ infusionem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ culpę remotio naturaliter ꝓcedat gratiæ infusionem. In psal. 62. vbi sup illud, Sic in sancto apparui tibi, dicit glos. Nisi quis prius sitiat in isto deserto, idest malo, in quo est, numquàm perueniet ad bonum. ergo remissio mali culpæ est prior, quàm peruentio ad bonum gratiæ.

¶ 2 Præt. Remissio culpæ, & infusio gratiæ se habent sicut illuminatio & purgatio: sed purgatio præcedit illuminationē ſm Dion. ergo & remissio culpæ præcedit gratiæ infusionem.

¶ 3 Præt. In quolibet motu recessus a termino a quo præcedit accessum ad terminum ad quem, vel tempore si sit motus successiuus, vel saltem natura si sit mutatio subita: sed iustificationis terminus a quo, est culpa, terminus ad quem, est gratia. ergo remissio culpæ præcedit infusionem gratiæ.

SED CONTRA est, quia causa naturaliter præcedit effectum: sed infusio gratię est causa remissionis culpæ, quia infundendo gratiā deus peccata remittit. ergo infusio gratiæ ꝓcedit.

¶ 2 Præt. Amb. dicit, ꝙ perfecta virtus in animam intrans, iniquitatem tollit: sed prius est vnumquodque naturaliter quàm agat. ergo prius est virtus & gratia, quàm peccatum tollat.

II

VLTERIVS. Videtur ꝙ mot' liberi arbitrij ꝓcedat grãe infusionē, quia dispositio ꝓcedit naturalr̄ pfectionē: sed mot' liberi arb. est dispō ad grām. ergo naturalr̄ ꝓcedit grę īfusionē.

¶ 2 Præt. Gratiæ infusio, & culpæ remissio se concomitantur: sed motus cōtritionis, q est motus liberi arb. in peccatū, causat culpę remissionē. ergo est prior q̄ ipsa, & ita prior q̄ grę infusio.

¶ 3 Præt. Iustificatio impij, vt ex dictis patet, est culpæ remissio. ergo illud quod sequitur ad culpę remissionem, sequitur ad iustificationem: sed motus liberi arbitrij non sequitur ad iustificationem, sed est de essentia. ergo nō sequitur peccati remissionem, & sic idem quod prius.

SED CONTRA. Motus liberi arbitrij, scilicet contritio, est meritorius. ergo est informatus gratia: sed gratia informās actum est prior eo, cū sit causa eius ergo gratiæ infusio, & culpæ remissio præcedunt motum liberi arbitrij.

¶ 2 Præt. Actus primus præcedit actum secundum: sed gratiæ infusio, & culpæ remissio pertinent ad actum primum, qui est forma: motus aūt liberi arbitrij siue in deū, siue in peccatū pertinēt ad actū secūdū, qui est opatio. ergo prior est eis grę īfusio.

III

VLTERIVS. Videtur ꝙ motus liberi arbitrij in peccatū præcedat motum liberi arbitrij in deum, quia motus liberi arbitrij in peccatū maxime vr̄ ad timorem pertinere: sed timor pręcedit charitatem, vt Aug. dicit. ergo & motus liberi arb. in peccatum præcedit motum liberi arb. in deum, qui est charitatis.

¶ 2 Præt. Motus liberi arbitrij in peccatū est quasi remouens prohibens: sed nō sequit' motus ad terminū debitū, nisi remoto ꝓhibēte, sicut patet in motu locali. ergo motus liberi arb. in peccatū præcedit motū liberi arb. in deū quasi in finē debitū.

SED CONTRA. Motus liberi arb. in deū est mot' fidei: motus aūt liberi arb. in peccatum est motus pænitentiæ: sed fides ꝓcedit pænitentię virtutem, sicut supra dictū est. ergo vr̄ ꝙ mot' liberi arb. in deū sit prior, q̄ motus liberi arb. in peccatū.

RESPON. Dicendum ad primā quæstionē, ꝙ omnis prioritas ſm ordinē naturæ aliquo modo reducitur ad ordinē causæ & causati, quia principiū & causa sunt idem. In causis autē contingit ꝙ idem est causa & causatū ſm diuersum gen' causæ, vt patet in 2. phys. & in 5. meta. sicut ambulatio est causa efficiens sanationis, & sanatio est causa finalis ambulationis. Et silr̄ de habitudine quæ est inter materiam & formam, quia ſm genus causę materialis materia est causa formę quasi sustentās ipsam, & forma d est causa materiæ quasi faciēs eā esse actu ſm gen' causæ formalis. (D. 640.) Ex parte aūt causæ materialis se tenet ſm quādā reductionē omne d illud, ꝑ quod materia efficitur ꝓpria huius d formæ, (D. 641. D. 524.) sicut dispositiones, & remotiōes impedimētorū: & ideo in gn̄atione naturali, qn̄ corruptio vnius est generatio alteri' ꝑ hoc, ꝙ forma vna inducitur, & alia expellit', remotio formæ ꝓexistentis se tenet ex parte causæ materialis: & ideo ſm ordinē cāæ materialis ꝓcedit naturalr̄ introductionē alterius formæ, sed ſm ordinē causę formalis est ecōtrario. Et quia forma, & finis, & agēs incidūt in idem numero, vl' specie, ideo etiam in ordine causę efficiētis introductio formæ prior est, quia forma prior introducta, est similitudo formę agētis, per quam agens agit: & similiter in ordine causæ finalis, qa natura principaliter intendit introductionē formæ, & ad hanc ordinat expulsionem omnis eius, cum qūo nō potest stare formæ introductio. Vnde cum gratiæ infusio & remissio culpę, vt ex dictis patet, se habeat sicut ītroductio vnius formæ, & expulsio alterius, constat ꝙ secundum ordinem causæ materialis remissio culpæ ꝓcedit infusionē gratiæ: sed ſm ordinē causæ formalis, efficientis, & finalis, infusio gratiæ natura prior est: & ꝓp hoc etiam vtrumq; inuenitur dici causa alterius. Infusio enim gratiæ est causa remissionis culpæ per modum causæ formalis, sed extirpatio vitiorum dicitur operari virtutum ingressum ꝑ modum causæ materialis. Et per hoc patet rn̄sio ad obiecta.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ de ordine istorum motuum liberi arbitrij ad gratię infusionem, & remissionem culpæ, est multiplex opinio. Quidam enim dicunt, ꝙ motus prædicti præcedunt, & concedunt ꝙ motus liberi arbitrij in deum est motus fidei non formatæ, sed informis: & motus liberi arb. in peccatum est motus attritionis nō contritionis, quia omne quod præcedit gratiā, non potest esse per gratiā formatum. Sed hoc non pōt esse, quia in ipso motu contritionis iustificatur pænitens, sicut in ipso actu ablutionis baptismalis iustificatur puer baptizatus. Tūc aūt aliquis iustificatur, quando gratiam recipit, vnde simul cum gratiæ infusione, & iustificatione est motus contritionis: sed motus attritionis præcedit quasi præparatorius. Nos autem nunc non loquimur de præparatoriis ad iustificationem, sed de his quæ intrant substātiam ipsius. Et ideo quidā dicūt, ꝙ gratiæ infusio præcedit motum liberi arb. in deum, & in peccatum, vt possit eos informare, sed culpæ remissio sequitur ad vtrumq;. Sed hoc non potest esse, quia inter gratiæ infusionē & culpæ remissionē non cadit medium, quia hoc est eius effectus primus & principalis. Et præterea, sicut ad contritionis motum requiritur ꝙ adsit gratia, ita ꝙ absit culpa, quia cum ea esse nō pōt: & ideo alij dicūt ꝙ gratiæ infusio, & culpæ remissio præcedūt motus prædictos simpliciter. Sed hoc etiā non videtur vsquequaq; verū, quia illi motus non requirerentur ad iustificationē, nisi aliquam causalitatē haberēt respectu illius. Et ideo dicendū est, quòd aliquo modo gratiæ infusio, & culpæ remissio præcedunt: aliquo aūt modo prædicti motus, quod patet ex simili in generatione naturali, quæ est terminus alterationis. In eodem enim instanti terminatur alteratio ad dispositionem, quæ est necessitas, & generatio ad formam: & tamen ſm ordinem naturæ vtrumq; est prius altero aliquo modo, quia dispositio, quæ est necessitas, pręcedit formā ſm ordinē causę materialis, sed forma est prior ſm ordinem causæ formalis: & ſm hunc modum illa qualitas consummata est etiā formalis effectus formæ substantialis, ſm quod forma substantialis est causa accidentalium: & ideo cum isti motus qui sunt in ipsa iustificatione impij, sint quasi dispositio vltima ad gratiæ susceptionem suo modo, præcedūt quidem in via causæ materialis, sed sequuntur in via causæ formalis: & ideo nihil prohibet eos esse formatos, quia hoc ad rōnem & perfectionem esse formalis pertinet: sicut qualitates quæ introducuntur simul cum forma substantiali quodammodo formantur

Si sufficit soli Deo confiteri.

IAM secundum quæstionis articulū inspiciam', scilicet, Vtrum sufficiat peccata confiteri soli Deo, an oporteat confiteri sacerdoti? quibusdam visum est sufficere si soli Deo fiat confessio sine iudicio sacerdotali, & confessione Ecclesiæ, quia Dauid dixit, Dixi confitebor domino, & tu remisisti &c. (Psal. 31.) non ait sacerdoti, & tamē remissum sibi peccatum dicit. Item Amb. Ideo fleuit Petrus, quia culpa obrepsit ei, non inuenio quid dixerit, inuenio ꝙ fle (Super Luc. c. 22. Et hr̄ de pęniten. dist. 1. c. Petrus.)

mātur per formā substantialē: & sicut qualitas pdicta ante sui consummationē, & formæ introductionem non erat formata, sed informis: ita etiā est de motu liberi arb. si tñ continuatus in fine perficiatur per gratiæ infusionē. Nec est inconueniens, quia & si sit aliquo modo idem ßm genus naturæ, non tñ est idem ßm genus moris. Cōtingit.n. vnū motum ßm genus naturæ esse virtutis & vitij secundū genus moris, sicut patet de illo, qui eundo ad ecclesiam mutat intentionem de malo in bonum. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

uerit: lacrymas eius lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest, ablui potest: lauant lacrymæ delictum, quod voce pudor est confiteri, & veniæ fletus consulit & verecundiæ. Hoc etiam Maximus dicit episcopus. Item Ioan. Chrysost. Non tibi dico vt te prodas in publicum, neque apud alios accuses, sed obedire te volo Prophetæ dicenti. Reuela viam tuam ante Dominum. ergo tua confitere peccata apud verum iudicem, cum oratione delicta tua pronuntia, non lingua, sed conscientiæ tuæ memoria, & tunc demum spera te misericordiam posse consequi. Si habueris peccata tua in mente continue, numquàm malum aduersus proximū in corde tuo tenebis. Idem. Peccata tua dicito, vt deleas illa. Sed si confunderis alicui dicere, dicito ea quotidie in anima tua, non dico vt cōfitearis ea conseruo tuo, vt tibi exprobret, dicito Deo qui curat ea: nec enim si non' dixeris, ignorat ea, cum faciebas ea, præsto erat: cum admitteres ea, cognouerat. Numquid ea vult te cognoscere? Peccare non erubuisti, & confiteri erubescis? Dicito in hac vita, vt in alia requiem habeas: dicito ingemiscens & lacrymans, In codice scripta sunt peccata tua. Spongia peccatorum tuorum lacrymæ tuæ sint. Item Prosper. Illi quorum peccata humanam notitiam latent, non ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata, si ea confiteri, vel emendare noluerint, Deum quem habēt testem, ipsum & habituri sunt vltorem. Quòd si ipsi sui iudices fiant, & veluti suæ iniquitatis vltores, hi in se voluntariam pœnam seuerissime animaduersionis exerceant, temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia, & lacrymis ex vera cordis contritione fluentibus restingunt æterni ignis incendia. Et infra. Facilius sibi Deū placabunt illi, qui aut propriis cōfessionibus crimen produnt, aut nescientibus aliis ipsi in se voluntariē excommunicationis ferunt sententiam, & ab altari cui ministrabant non animo, sed officio separati vitam suam quasi mortuā plangant, certi φ reconciliati sibi efficacis pænitentiæ fructibus a Deo nō

Io. Chryso. super 12. c. epistolæ ad Hebræ. Homil. 31. tomo 4.
Psal. 36.

AD TERTIAM qōnē dicendum, φ motus liberi arb. in deum, vt ex dictis patet, directe rñdet grē infusioni: mot' aūt liberi ar. in peccatū directe rñdet remissioni culpę: vnde eadē ratio est de ordine istorum adinuicem, & de ordine remissionis culpæ ad infusionem gratiæ.

Vbi supra.

AD PRIMVM ergo dicendum, φ Aug. loquitur de timore seruili, cuius actus non est motus liberi arb. qui est simul cū iustificatione, quia timor seruilis nō est simul cum gratia, qua iste motus informatur, & ideo ratio non est ad propositum.

¶ Ad secundum dicendū, φ ratio illa procedit, φ sit prior in via causæ materialis, ad quā reducitur remotio impedimenti. H

¶ Ad tertiū dicendum, φ ordo qui attendit inter virtutes, est ßm quod eliciunt actus suos, quod per modū causæ formalis faciunt, & ideo ratio illa procedit ßm viam causæ formalis.

ARTICVLVS V.

Vtrum iustificatio impij sit miraculosa.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur φ iustificatio impij sit miraculosa, quia sicut dicit Aug. Maius est de impio facere pium, quàm creare cælum & terram: sed creatio cæli & terræ est miraculosa. ergo & iustificatio impij.

1. 2. q. vbi supra ar. 10 Super Ioā. tract. 72.

¶ 2 Præt. Quanto est maior resistētia, tāto est difficilior actio: sed in creatione non est aliqua resistentia, quia quod non est, non potest resistere, in iustificatione autem impij est contrarietas resistens, scilicet impietas inuenta in eo. ergo est difficilior, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Omnis actio diuina, quæ fit præter ordinem illius rei in quam operatur, est actio miraculosa: sicut præter ordinem cadaueris est, quòd ad vitā reparetur, & ideo resuscitatio mortui diuina virtute facta, est miraculosa: sed quòd voluntas ad aliquid trahatur contra ordinem ipsius est, inquantum est libera. cum ergo in iustificatione impij trahatur a deo ad bonum, videtur quòd iustificatio sit miraculosa.

SED CONTRA. Iustificatio non est pter spem pueniēs: sed hoc est de rōne miraculi. ergo iustificatio non est miraculosa.

¶ 2 Præt. Miracula dicuntur quæ raro accidunt: sed frequēter aliqui iustificantur. ergo non est miraculosa actio.

II
Vbi supra, ar. 7. De verit. vbi supra, art. 9.

VLTERIVS. Videtur φ infusio gratiæ, & remissio culpæ non sint in eodem instanti. Gratia enim non datur nisi digno: sed nullus est dign', in quo culpa est. ergo gratia datur ei, a quo culpa iam remota est, & sic non sunt simul.

¶ 2 Præt. Gratia adueniens expellit culpam: sed nihil agit nisi postquàm est. gratia autem nō prius est, quàm insit. ergo oportet quòd gratia prius sit in subiecto, quàm culpam expellat, & ita non sunt simul tempore gratiæ infusio, & culpæ remissio.

¶ 3 Præt. Culpa & gratia non sunt in eodē instanti in anima, quia contraria non sunt simul in eodem. ergo instans, in quo vltimo est culpa in aīa, est aliud ab illo instanti, in quo primo est gratia in ipsa: sed inter quælibet duo instātia est tps mediū. ergo prius tpe expellitur culpa ab anima, q̄ gratia infundatur.

SED CONTRA. Inter prius & posterius temporis cadit tps medium: sed postq̄ culpa est expulsa ab anima, nō est in ipsa, nec gratia inest anteq̄ infundat. ergo si prius tempore culpa expellatur, q̄ gratia infundatur, erit aliqd tps, in quo aīa gratia & culpa carebit, qd est imple: qa dato φ ī illo tpe moreret, neq; iret ad infernū, neq; ad paradisum finaliter, qd est impossibile.

F ¶ 2 Præt. Remissio culpæ, & infusio gratiæ se habent in iustificatione sicut introductio formæ, & expulsio alterius in generatione naturali: sed illa duo sunt in eodem instanti. ergo & hæc duo. Probatio mediæ, quia terminus cuiuslibet motus est in instanti: sed vtrumq; prædictorum est terminus alterationis, vt in 6. phys. dicit Cōmen. ergo sunt in eodem instanti. Com. 45.

III
VLTERIVS. Videtur φ sit successiua, quia nullus motus est in instanti: sed in ipsa iustificatione est motus liberi arb. ergo non est in instanti, sed successiua.

Io. Chryso. sup ps. 50. Homilia 2. vltra med. tom. 2.

¶ 2 Præt. Sicut intellectus ē simplex, ita & liberū arb. est simplex: sed pp simplicitatē intells impossibile est simul plura intelligere. ergo pp simplicitatē liberi arbitrij impossibile est liberum arbitrium simul ferri ad diuersa. ergo cum in iustificatione impij sit motus liberi arbitrij in deum, & in peccatum non erit iustificatio impij in instanti, sed successiua.

G

¶ 3 Præt. Impossibile est idem simul esse & non esse: sed qd fit, non est, in permanentibus: quod aūt est factum, est in eisdem. ergo impossibile est simul fieri & factū esse: sed iustificatio est quoddā fieri. ergo impossibile est simul iustificari & iustificatū esse. ergo iustificatio est successiua, quia inter quodlibet pri' & posterius instans temporis, cadit tps mediū, vt dictum est.

¶ 4 Præt. Formæ, quæ suscipiunt magis & minus, non inducunt subito in subiecto: sed gratia suscipit magis & min'. ergo successiue infūndit in subiecto, & sic iustificatio est successiua.

SED CONTRA. Efficacior est virtus diuina ad agendū q̄ virtus naturæ: sed virtute naturæ gñatio, qua fit ignis est in instāti. ergo multo forti' aliqs fit iustus virtute diuina ī instāti.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionē, φ de ratione miraculi ßm se sumpti, tria sunt, quorū primū est φ illud qd fit per miraculum, sit supra virtutem naturæ creatæ agentis. Secundum, vt in natura recipiente non sit ordo naturalis ad illius susceptionem, sed solum potentia obedientiæ ad deum. Tertium, vt præter modum consuetum tali effectui ipse effect' inducatur. I Exemplum primi est de gloria corporum in resurrectione, ad quam natura nō attingit. Exemplum secundi est de illuminatione cæci, in quo non est potentia naturalis ad suscipiendum visum. Exemplum tertij est de conuersione aquæ in vinum præter cursum naturę. Et hec tria aliquo modo semper concurrunt ad actum miraculosum: quia & si visiua potentia non excedat vires naturæ absolute loquendo, quia eam per generationem inducit, excedit tamen vires naturæ considerata impotentia recipientis, & si adsit potentia absolute aliquādo, sicut in cōuersione aquæ in vinum, tñ per comparationem ad modum fiendi, neutrum adest: & ideo in diffinitione miraculi ponitur arduum quantum ad primum: præter spem, s. naturæ quantum ad secundum: insolitum quantum ad tertiū: & ideo ille effectus qui immediate est a deo tantum, & tñ inest recipienti ordo naturalis ad recipiendū illum effectū, non per aliū modum, quàm per istum, non erit miraculosus, sicut patet de infusione aīæ rationalis. Et silr est de iustificatione impij, quia ordo naturalis inest aīæ ad iustitiæ rectitudinem cōsequendā: nec alio modo eā consequi pōt, q̄ a deo immediate: & ideo iustificatio impij de se non est miraculosa, sed potest habere aliquid miraculosum adiunctū, quod iustificationi viam parat. K

AD PRIMVM ergo dicendum, φ verbum Aug. intelligēdum est quantum ad id quod fit, quia in creatione fit res ßm esse naturæ, quod est minus quàm esse gratiæ, quod datur in iustificatione: sed quantū ad modum faciendi difficilior est creationis actus, quia potentiam non præsupponit: & tamen de creatione quidam dicunt, φ non est miraculosa, eo quòd non est alius modus producendi illas res inesse. Vbi supra.

¶ Ad secundum dicendum, φ contrarium inuentū in subiecto resistit actioni dupliciter. Vno modo inquantum agit in ipsum agentem, quod patet in mutuo agentibus & patientib' a alio modo impedimentum præstando in ipso susceptibili ad receptionem formæ. Primo modo, non potest esse aliqua resistentia ad diuinam actionem, quia ipse est agens nullo modo patiens,

patiens, & ideo resistentia in actione eius non est nisi ex parte effectus recipientis: contrarium aūt impedit ne suum contrarium in subiectum recipiatur formaliter non actiue, inquantū s. facit potentiā non esse propriā illi formæ: vnde patet, φ plus resistit isto modo illud quod oīno subtrahit potentiā, q̄ qd posita potētia facit eā non esse propriā: & ideo difficili' est aliquid facere ex nihilo, q̄ ex cōtrario, hoc aūt pōt natura, primum aūt non pōt.

¶ Ad tertium dicendū, φ voluntas non trahitur in iustificatione p modū coactionis, sed vt libere velit illud, ad quod deus eam mouet.

AD SECVNDAM quæstionem dicendū, φ expulsio formæ dicit terminum motus illius, q est ad corruptionē ordinatus, & introductio formæ dicit similiter terminum motus illius, qui præcedit generationem, quia tam generatio, q̄ corruptio sunt termini motus. Omne autem quod mouetur, qñ est in termino motus disponitur secundum illud, ad quod mot' ordinatur: & ideo cum motus corruptionis tendat in nō esse, generationis vero ad esse, qñ forma introducitur, forma est: qñ aūt expellitur, non est. Et quia introduci dicitur forma, qñ primo est: expelli aūt qñ primo non est, non pōt esse materia sine forma hac, vel illa: & ideo simul est ibi expulsio vnius formæ, & introductio alterius. cum ergo similiter aīa nō possit esse sine culpa, vel gratia, simul est infusio gratiæ & remissio culpæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut albedo numq̄ est in nō albo, quia sua præsentia facit album: ita gratia numq̄ est in indigno, quia sua præsentia facit dignum, & propter hoc non oportet φ prius sit dignus, quàm gratiam habeat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gratia non agit ad destructionem culpæ per modum causæ efficientis, sed per modum causæ formalis, quæ simul est cum suo effectu formali, qui est esse hoc, & non esse contrarium.

¶ Ad tertium dicendum, φ quàmuis anima secūdum se sit supra tempus, vt dicitur in lib. de causis, tamen actus eius per accidens mensuratur tempore, quod est mensura primi mot', inquantum scilicet motus animæ intellectiuæ habent connexionem cum motibus animæ sensitiuæ, qui exercentur corporalibus organis, & dependent quodammodo ex eis. Vnde non vr dicendum, φ eius alterationes ßm vitā, quā nunc agit, alio tempore mensurentur q̄ illo, quod mensurat motū cæli, sicut dicebat in 1. lib. de motu angeli, dist. 37. & pp hoc inter quodlibet instans sui temporis, & aliud instans est accipere tempus medium. Et ideo dicendum est, φ non est assignare vltimū instans, in quo est culpa, sed primum, in quo non est: sed est assignare primum instans, in quo est gratia: & quomodo hoc sit verum, patet ex his quæ dicta sunt supra dist. 11. de transubstantiatione panis in corpore Christi.

AD TERTIAM quæstionem dicendū, φ triplex est modus formarum. Quædam. n. formæ sunt quæ recipiunt magis & minus secundum elongationem a contrario, & secundum accessum ad causam propriam, sicut albedo: & ideo talis forma etiam successiue in subiecto recipitur, & postq̄ recepta est, intēditur & remittitur. Quædā aūt forma est, quæ non recipit magis nec minus, neq; sic, neq; sic, quia impositio eius est in indiuisibili, sicut forma substantialis: & talis forma neq; recipitur successiue in subiecto, neq; intēditur, neq; remittit postq̄ suscepta fuerit. Quædam aūt forma medio modo se habet, quia nō recipit magis, aut minus ßm elongationē a cōtrario, eo φ nullo modo suo contrario cōmiscibile est, & in hoc conuenit cum forma substantiali, sed tamen suscipit magis & minus secundum accessum ad suam causam, sicut patet de luce: & ideo talis forma nō ecipit successiue in subiecto, sicut nec forma substantialis: sed tamen postquàm inest, potest intendi & remitti, sicut forma accidentalis contrarium habens, & talis forma est gratia, quia nullam commistionem patitur cum suo opposito, eo φ suum oppositum magis habet naturā priuationis, quàm alicuius positionis, sicut & tenebra: & ideo oportet φ recipiat subito in subiecto, & tamē potest intendi & remitti ßm accessum ad causam gratiæ: & ideo sicut in instanti est introductio formæ substantialis in materiam, & in eodem instāti expulsio

A alterius formæ, & in eodem instanti cōpleta dispositio, q̄ est necessitas ad formam, & per se terminus alterationis: ita infusio gratiæ est in instanti, & in eodem instanti est remissio culpę, & motus liberi arb. qui est quasi dispositio completa ad suscipiendam gratiam, & sic totum quod ad iustificationem requiritur est in instanti, vnde iustificatio non est successiua, sed subita.

AD PRIMVM ergo dicendum, φ motus dupliciter dicitur, vt patet in 3. de anima. Est. n. quidam motus qui est actus imperfecti, q est exitus de potentia in actum, & talis oportet φ sit successiuus, quia semper expectat aliquid in futurum ad perfectionē suę speciei, eo φ pars mot' est alterius speciei a toto motu, vt dicitur in 10. eth. sicut patet in alteratione de motu qui est ad albedinem, cuius pars est motus ad medium colorem specie differens, si diuisim accipiatur. Alius motus est actus perfecti, qui magis operatio dicitur, qui non expectat aliquid in futurum ad complementum suæ speciei, sicut sentire, & talis motus non est successiuus, sed subitus: & si contingat φ talis motus sit in tempore, hoc erit per accidens, quia mensuratur in quolibet instanti illius temporis, in quo dicitur esse, sicut esse hominem, in tempore est, & in instanti: & talis motus est motus liberi arbitrij, de quo loquimur, & ideo est ī d instanti; secus autē esset, si esset motus collatiuus, quia tunc non posset esse in instanti propter discursum de vno in aliud.

Idem. Et hr̄ vbi supra, de pænit. c. Facilius. T. com. 28.
Cap. 4.
D. 746.

¶ Ad secundum dicendum, φ intellectus qñ intelligit aliquid in ordine ad aliud, intelligit vtrumq;: non tamen sequitur φ plura intelligat, quia intelligit eā vt vnum, sicut intelligit relationem vnius ad alterum. Similiter etiam liberum arb. potest simul moueri in diuersa, ita φ in vnum per ordinē ad aliud, & propter hoc motus virtutis imperatæ est simul cum motu virtutis imperantis, quia motus virtutis imperatæ ordinatur ad finem virtutis imperantis, sicut qui vult sustinere mortem propter deū, simul mouetur liberum arb. eius motu fortitudinis, & motu charitatis, qui actum fortitudinis imperat. Vnde cum motus liberi arbitrij in peccatum elicitus a pænitentia, imperatus a charitate sit, quia propter deum detestatur quis peccatum quod commisit, simul vterque motus esse potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in mutationibus, quæ sunt termini motus, idem secundum rem est fieri & factum esse, sicut terminari & terminatum esse: sed diuersimode significatur in fieri, scilicet secundum respectum ad motū d præcedentem, cuius est terminus in facto esse secundum se: & ideo non sequitur quòd simul sit & non sit, sed quòd habeat esse post nō esse. D. 1151

¶ Ad quartum patet solutio ex prædictis.

QVÆSTIO II.

B

Deinde quæritur de contritione:

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Quid sit.
¶ Secūdo, De quo esse debeat.
¶ Tertio, Quanta esse debeat.
¶ Quarto, De duratione ipsius.
¶ Quinto, De effectu eius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum contritio sit dolor pro peccatis assumptis cum proposito confitendi & satisfaciendi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd contritio nō sit dolor pro peccatis assumptis cum proposito confitendi & satisfaciēdi, vt quidā diffiniūt. Dolor. n. in hoc a timore differt, quòd dolor est de malo præsenti timor de malo futuro: sed peccata, de quibus homo

Caietan. in quolibe. tomo 2. quæsito de contritione.

homo conteritur, non sunt quando est contritio, vt ex dictis patet. ergo de eis non potest esse dolor. F

Ex cap. 3. lib. 21. ¶ 2 Præt. Secundũ Aug. in lib. de ci. dei. Dolor est de his, q̃ nobis nolentibus accidũt; sed peccata non sunt hmõdi. ergo &c.

¶ 3 Præt. Si dolet de peccatis p̃teritis, aut vult ea nõ esse, aut non fuisse: si vult ea non esse, & iam nõ sunt. ergo habet qđ vult, ergo magis gaudiũ est q̃ dolor. Si aũt vult ea non fuisse, hoc aũt est impo'e, quia quod factum est, non potest non fuisse: ergo volũtas sua stulta est, quod non e[st] dicendũ de contritio: quia nullus qui s̃m virtutem operatur, est stultus, vt dr̃ in 4. ethi. ergo contritio nullo nõ est dolor. Ex cap. 7.

¶ 4 Præt. Sicut in cõtritione requirit dolor, ita & pudor, & etiã gaudiũ. ergo non magis debet dici dolor q̃ gaudiũ, vel pudor.

¶ 5 Præt. Contritio omnia peccata sanat: sed contraria contrariis sanantur. ergo contritio debet esse contraria omnibus peccatis: sed quædam peccata sunt dolores, sicut inuidia, accidia. ergo contritio non est dolor.

¶ 6 Præt. Contritio nobis a deo datur: sed quod datur non assumitur. ergo contritio non est dolor assumptus.

¶ 7 Præt. Quãdoq; cõtritio sequit cõfessionẽ: sed ille qui nũc est cõfessus de peccato vno, non tenet iterum cõfiteri, vt infra dicet di. 22. ergo nõ oportet ĩ cõtritione esse ꝓpositũ cõfitẽdi. q.1.art.4.

¶ 8 Præt. Satisfactio, & cõfessio sunt necessaria ad hoc, ꝙ pœna remittatur, quæ in contritione remissa non fuit: sed qñq; tota in cõtritione remittitur. ergo non est necessarium semper ꝙ contritus habeat propositum confitendi, & satisfaciendi.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ contritio non sit actus virtutis. Passiones enim non sunt actus virtutum, quia eis non laudamur, neq; vituperamur, sicut dr̃ in 2. ethic. sed dolor est passio. cum ergo contritio sit dolor, videtur ꝙ non sit actus virtutis. Cap.5.

¶ 2 Præt. Omnis actus virtutis est ab eo qui habet virtutem: sed contritio non significatur vt procedens a contrito, sed magis vt in ipsum ab alio effectu procedit, & similiter cõpunctio s̃m quod alio nomine dicitur. ergo cõtritio nõ est act⁹ virtutis.

¶ 3 Præt. Sicut cõtritio dr̃ a terẽdo, ita & attritio: sed attritio nõ est actus virtutis, vt ab omnibus dicitur. ergo nec cõtritio.

¶ 4 Præt. Actus virtutum sunt s̃m omne tempus eodẽ modo, eo ꝙ sunt de lege naturali: sed contritio nõ videtur ꝙ semper sit eodẽ modo in veteri & noua lege, quia nec confessio, nec satisfactio ɔ̃ quæ diuiditur. ergo contritio nõ est actus virtutis.

SED CONTRA. Nihil est meritoriũ nisi actus virtutis: sed contritio est actus quidam meritorius. ergo est actus virtutis.

¶ 2 Præt. Sicut ad virtutẽ pertinet facere bonum, ita declinare a malo, eo ꝙ vtrumq; est iustitiæ generalis pars, quæ est omnis virtus: sed declinamus a malo per contritionem. ergo cõtritio est actus virtutis, sicut actus, quibus aliquid boni facimus.

III Caietanus vbi supra. VLTERIVS. Videtur ꝙ attritio possit fieri contritio. Differt.n. contritio ab attritione, sicut formatũ ab informi: sed fides informis fit formata. ergo attritio potest fieri contritio.

¶ 2 Præt. Materia recipit perfectiõem remota priuatione: sed dolor se habet ad gratiam, sicut materia ad formam, quia gratia informat dolorem. ergo dolor qui prius erat informis culpa existente, quę est priuatio gratiæ, remota culpa recipiet perfectionem informationis a gratia, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Illud quod totum esse suæ speciei habet in instanti, manet idem in diuersis instantibus temporis, sicut esse hominem est idem in primo instanti generationis, & in omnibus sequentibus: sed motus liberi arbitrij est huiusmodi, vt supra dictum est. ergo potest manere idem in diuersis instantibus temporis. ergo est idem numero cum gratia, & sine gratia: & sic videtur quòd ille motus liberi arbitrij, qui prius erat informis, postea possit esse formatus, & sic attritio fiet contritio.

SED CONTRA. Quorum principia sunt diuersa omnino, eorum non potest fieri vnum id quod est alterum: sed attri-

solum amissa recipiant, sed sancta etiam supernæ ciuitatis gaudia recipiant. His authoritatibus innituntur, qui sufficere contendunt Deo confiteri peccata sine sacerdote. Dicunt enim ꝙ si quis timẽs detegit culpam suam apud homines, ne inde opprobrio habeatur, vel alij suo exemplo ad peccãdum accingantur, & ideo tacet homini, & reuelat Deo, consequitur veniam. G

Quòd non sufficit soli Deo confiteri, si tamen homini possit.

SED quòd sacerdotibus confiteri oporteat, non solum illa authoritate Iacobi. Confitemini alterutrũ peccata vestra &c. sed etiam aliorum H

tionis principium est timor seruilis, cõtritionis autem timor initialis. ergo attritio non potest fieri contritio.

¶ 2 Præt. Naturalia non fiunt gratuita secundum communionem opinionem: sed naturale dicitur, quod est ante gratiam, & sic attritio inter naturalia computabitur. ergo non potest fieri contritio, cum sit gratuitum bonum.

RESPON. Dicẽdum ad primam quæstionem, quòd initium omnis peccati est superbia, per quam homo sensui suo inhærens, a mãdatis diuinis recedit: & ideo oportet ꝙ illud qđ destruit peccatum, hominẽ a sensu discedere faciat, ille autem qui in sensu suo perseuerat, rigidus & durus per similitudinem vocatur, vnde & frãgi aliquis dr̃, qñ a sensu suo diuellitur: sed inter fractionem & comminutionem, siue contritionem in rebus materialibus, vnde hæc nomina ad spiritualia trãsferuntur, hoc interest, vt dicitur in 4. meteor. ꝙ frangi dicuntur aliqua, quando in magnas partes diuiduntur: sed comminui, vel conteri quando ad partes minimas reducitur hoc quod in se solidum erat. Et quia ad dimissionem peccati requiritur quòd homo totaliter affectum peccati dimittat, per quem quandam continuitatem & soliditatem in sensu suo habebat: ideo actus ille, quo peccatum remittitur, cõtritio dicitur per similitudinem, in qua quidem cõtritione plura possunt considerari, scilicet ipsa substantia actus, modus agendi, principium & effectus: & secundum hoc de contritione inueniuntur diuersæ diffinitiones traditæ: quantum enim ad ipsam substantiam actus datur prædicta diffinitio. Et quia actus contritionis est actus virtutis, & est pars pænitentiæ sacramenti, ideo manifestatur in prædicta diffinitione inquantum est actus virtutis, & per hoc quòd ponitur genus ipsius, scilicet dolor, & obiectũ in hoc ꝙ dicit, pro peccatis: & electio quæ requiritur ad actum virtutis in hoc ꝙ dicit, assumptus: I sed inquantum est pars sacr̃i, per hoc ꝙ tangitur ordo ipsius ad alias partes, cũ dicit, cum proposito confitendi &c. Alia etiã diffinitio inuenitur, quæ diffinit contritionẽ s̃m quod est act⁹ virtutis tm̃, sed additur ad p̃dictã diffinitionẽ differentia ɔ̃hẽs ipsum ad specialẽ virtutẽ, s. pñiam. Dicit.n ꝙ pñia est dolor voluntarius semper pro peccato puniẽs quod dolet commisisse. In hoc.n.ꝙ additur, punitio, ad specialẽ virtutem contrahit, & de virtute huius supra dist. 14. dictum est: quia ibi est posita quasi similis diffinitio de pñia, cui præcipue competit ratione contritionis. Alia aũt diffinitio inuenitur Isi. quæ talis est. Cõtritio est compunctio, & humilitas mentis cũ lacrymis veniẽs de recordatione peccati, & timore iudicij: & hæc quidẽ tangit rõnem noĩs in hoc ꝙ dicit, humilitas mẽtis, quia sicut per superbiam aliquis in sensu suo rigidus dicitur, ita per hoc ꝙ a sensu suo contritus recedit, humiliatur. Tangit etiã modũ exteriorem in hoc ꝙ dicit, cũ lacrymis: & principium contritionis in hoc ꝙ dicit, veniẽs de rcordatione &c. K Alia sumitur ex verbis Aug. quæ tangit effectum contritionis, s. Contritio est dolor remittens peccatum. Alia sumitur ex verbis Greg. quæ talis est. Contritio est humilitas spiritus annhilans peccatum inter spem & timorem: & hæc tangit rationẽ nominis in hoc quòd dicit, quòd contritio est humilitas spiritus: & effectus eius, in hoc quòd dicit, annihilans peccatum: & originem in hoc quòd dicit, inter spem & timorem: nec solum ponit causam principalem, quę est timor, sed etiam quæ est spes, sine qua timor desperationem facere posset.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dolor non est nisi de eo quod aliquo modo præsens est: peccatum aũt præteritum, & si non sit præsens, est tamen præsens quantum ad aliquem effectum eius, vel dispositionem ad peccandum, vel reatum, aut maculam, vel etiam damnum temporis, quod aliquo modo non potest recuperari etiam pænitentia peracta, vel etiam amisionem dignitatis innocentiæ, ad quam numq̃ redire potest,

Homil. 50. de vtilitate & necessitate pęniten. tom. 10. Et hr̃ de pęniten. dist. 1. c. Iudicet.

T. com. 44.

q.1.ar.1.q. 3. per totũ. Li.2. de sũmo bono.

Ex psal. 77.

Ex cap. 16. lib 8.

pluribus testimoniis cõprobatur. Ait enim Aug. Iudicet seipsum homo voluntarie, dum potest, & mores conuertat in melius, ne cũ iam non poterit, præter voluntatem a Domino iudicetur: & cũ in se pertulerit seuerissimæ medicinæ, sed tamen vtilissimæ sententiam, veniat ad antistites, per quos illi claues ministrantur ecclesiæ. Tamq̃ bonus iam incipiens esse filius maternorum membrorum ordine custodito, a præpositis sacramentorũ accipiat satisfactionis suę modum, in offerendo sacrificio contriti cordis deuotus & supplex. Id tamen agat, ꝙ non solum sibi prosit ad salutem, sed etiã ad exemplũ cęteris, vt si peccatum eius non modo in graui eius malo, sed etiam in tãto

test, ꝓ quã dicere potuisset. Non reprę hẽdit me cor meũ in oĩ vita mea. Vel dicendũ, ꝙ peccatũ præteritũ dolorẽ excitat inquantũ præsentialiter in memoria manet, sicut etiã memorãdo p̃terita tristitia eis afficimur ac si p̃sentia essent. Põt etiã dici, ꝙ sicut memoria, q̃ est in intellectiua parte, non est tm̃ p̃teritorũ, sed etiã p̃sentiũ, vt in 1. li. di. 3. dictũ est, quàmuis memoria quę est sensitiuę partis sit tantum præteritorum: ita dolor qui est in appetitu intellectiuæ partis, potest esse & præteritorum, & præsentium, quàmuis dolor sensitiuæ partis tm̃ sit præsentium, eo ꝙ intellectus abstrahit a qualibet tẽporis differentia, sicut & ab aliis conditionib⁹ materialib⁹, quas sẽsus ɔ̃cernit. A

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ quàmuis peccata, qñ accide rũt, voluntaria fuerunt, tñ qñ de eis cõterimur, voluntaria nõ sunt: & ideo nobis nolentibus acciderunt, nõ quidem secundum voluntatem quam habuimus, cum ea volebamus, sed secundum illam quam nũc habemus, qua vellemus vt numquàm fuissent. B C

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quàmuis voluntas completa non possit esse alicuius sapientis de impossibili, tamen voluntas cõditionata, quæ & velleitas dicitur, esse potest de impossibilib⁹, qua etiam sapiẽs vellet quod impossibile est, si possibile foret: & ista voluntas sufficit ad dolorem causandum, & præcipue quando impossibilitas obtinendi qđ volumus, ex nobis prouenit, & sic est in proposito.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quàmuis sit in contritione gaudium, & pudor, tamen gaudium non respicit directe peccatũ, sed magis gratiam recuperatam, vel etiam ipsum dolorem, per quem gratia recuperatur. Similiter pudor respicit effectũ peccati, qui est ingloriatio, quia verecundia secundum Philos. est timor ingloriationis, sed dolor directe ipsum peccatũ respicit: & ideo contritio, quæ ad deletionem peccati ordinatur, magis dicitur dolor, quàm aliquid supradictorum. D

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ dolor non solum opponitur gaudio secundum genus, sed etiam opponitur specialiter dolor de bono dolori de malo, sicut gaudium de bono gaudio de malo, vnde etiam aliqñ aliquis dolet se prius doluisse: & secundum hoc contritio, quàmuis sit dolor, potest sanare peccata, quæ in in dolore cõsistunt. Vel dicendũ, ꝙ quàmuis aliqua peccata in dolore cõsistant, tñ illius doloris causa est delectatio, vel amor illicitus: & secũdum hoc dolore quasi cõtrario sanari possunt.

¶ Ad sextum dicendũ, quòd contritio est a deo solo quantum ad formam, qua informatur, sed quãtum ad substantiam actus est ex libero arbitrio, & a deo, qui operatur in omnibus operibus & naturæ, & voluntatis.

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ contritio naturaliter præcedit confessionem, sed ꝙ aliqñ sequatur, est per accidens ex defectu pænitentis: & tamen tunc etiam debet habere propositũ confitendi, si aliquid memoriæ occurrat, quod confessus non sit. E

¶ Ad octauũ dicendum, ꝙ quàmuis tota pœna possit per contritionem dimitti, tamen adhuc necessaria est confessio, & satisfactio, tũm quia homo non potest esse certus de sua contritione, ꝙ fuerit ad totum tollendum sufficiens: tum quia confessio, & satisfactio sunt in præcepto, vnde transgressor constitueretur, si non confiteretur, & satisfaceret.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ contritio secundum proprietatem sui noĩs nõ significat actũ virtutis, sed magis quandam corporalem passionem: sed hic non quæritur sic de contritione, sed de eo ad quod ad signãdum hoc nomen per similitudinem adaptatur. Sicũt.n. inflatio ꝓpriæ voluntatis ad malũ faciẽdum importat quantũ est de se malũ ex genere, ita illius voluntatis annihilatio, & cõminutio quædã de se importat bonum ex genere, quia hoc est detestari propriã voluntatem, qua peccatũ commissum est: & ideo contritio, quæ hæc signat, importat aliquam rectitudinem voluntatis: &

scandalo aliorum est, atq; hoc expedire vtilitati Ecclesiæ videtur, antistiti in notitiam multorũ, vel totius plebis agere pænitentiã nõ recuset, ne lætali plagæ per pudorẽ addat tumorem. Cum tanta est plaga peccati, & impet⁹ morbi, vt medicamenta corporis & sanguinis Domini differenda sint, authoritate antistitis debet se remouere ab altari ad agendam pænitentiam, & eadem recõciliari. Item Leo Papa. Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis, vt non modo per baptismum, sed etiam per pænitentiam spes vitæ reparetur, sic diuinæ voluntatis præsidiis ordinatis, vt indulgentiam Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeant obtinere, Christus.n. hanc

propter hoc est actus virtutis illius, scilicet cuius est peccatum præteritum detestari & destruere, scilicet pænitentiæ, vt patet ex his quæ in 14. dist. dicta sunt. q.1.ar.1.q.3. per totum.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ in cõtritione est duplex dolor de peccato. Vnus in parte sensitiua, qui passio est, & hic non est essentialiter cõtritio, put ẽ act⁹ virtutis, sed magis effect⁹ ipsius. Sicut enim pñiæ virt⁹ exteriorẽ pœnãm suo corpori ĩfligit ad recompẽsandũ offensam, q̃ in deum cõmissa est officio mẽbrorũ: ita etiam & ipsi cõcupiscibili pęnam infert doloris p̃dicti, quia ipsa etiã ad peccatũ cooperabatur: sed tñ hic dolor põt pertinere ad contritionẽ inquantũ est pars sacr̃i, qa sacra non solum in interioribus actib⁹, sed etiã in exterioribus, & in rebus sensibilibus nata sunt esse. Alius dolor est in voluntate, qui nihil aliud est, q̃ displicentia alicuius mali, s̃m quod affectus volũtatis d nominãtur per nomina passionum, vt in 3. lib. dist 26. dictum est, & sic cõtritio est dolor per essentiam, & est actus virtutis pænitentiæ.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ cõtritio passiua accepta, de rõne sui dicit passionẽ alicui corpori inhærentẽ, sed ꝙ ab alio sit inflicta, hoc nõ dicit ex rõne sui noĩs, sed ex cõsequenti, s. ex natura patientis, quod non est natũ in seipsum agere: & ideo qñ transfertur ad actũ voluntatis, quæ seipsam nata est mouere, saluatur ibi similitudo & actionis, & passionis in ipsa voluntate. Inquantum.n. ille rigor, quo propriam voluntatem quis secutus est, dissoluitur, sic ipsius voluntatis quasi quędam passio est contritio: inquantum autem non alio cogente, sed sua spõte hoc accidit, seipsam conterere dicitur.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ attritio non dicit accessum ad perfectã contritionẽ, vnde in corporalib⁹ dicuntur attrita, q̃ aliquo modo sunt cõminuta, sed non perfecte: sed cõtritio dr̃ qñ omnes partes tritæ sunt simul per diuisionẽ ad minima, & ideo significat attritio in spiritualibus quandã displicentiam de peccatis cõmissis, sed non perfectam, contritio autem perfectam.

¶ Ad quartum dicẽdum, qđ contritio s̃m qđ in se cõsideratur, fuit semper eodẽ modo in qualibet lege. Sicut.n. futurũ pctm̃ semper oportet vitare, ita semp & de cõmisso dolere: sed s̃m qđ importat ordinẽ ad alias pñiæ partes, non semper fuit eodem modo, eo ꝙ aliæ partes eodẽ modo non semper fuerunt: vnde non oportet ꝙ semper eodem modo fuerit propositum confitendi & satisfaciendi, quod in diffinitione contritionis ponit.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ super hoc est duplex opinio. Quidam.n. dicunt, ꝙ attritio fit cõtritio, sicut fides informis fit formata. Sed hoc, vt videtur, non potest esse, quia quàmuis habitus fidei informis fiat formatus, numq̃ tñ actus fidei informis fit actus fidei formatæ: quia actus ille informis transit, & non manet veniente charitate. Attritio autem & contritio non dicunt habitum, sed actum tantum: habitus enim virtutum infusarum, qui voluntatem respiciunt, non possunt esse informes, cum charitatem consequantur, vt in 3. libro dictum est. Vnde antequàm gratia infundatur, non est habitus, a quo actus contritionis postea elicitur, & sic nullo modo attritio potest fieri contritio, & hoc alia opinio dicit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est simile de fide & contritione, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd remota priuatione a materia quæ manet perfectione adueniente, formatur materia illa: sed dolor ille qui erat informis, non manet charitate adueniente, & ideo formari nõ d potest. Vel dicendum, quòd materię essentia nõ habet originem a forma, sicut actus habet originem ab habitu quo formatur: vnde non est inconueniens materiam informari aliqua forma de nouo, qua prius non informabatur, sed hoc de actu est impossibile, sicut impossibile est ꝙ aliquid idem numero oriatur a principio, a quo prius non oriebatur,

præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, vt confitentibus pænitẽtiæ satisfactionem darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per ianuam recõciliationis admitterent. Item Augu. Quem pænitet, omnino pæniteat, & dolorem lacrymis ostendat: reprę sentet vitam suam Deo per sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionẽ. Præcepit.n. Dominus mundandis, vt ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali p̃sentia confitenda peccata, non per scripta manifestanda. Dixit enim, Ora monstrate, & omnes, nõ vnus pro omnibus, non alium statuatis nuntium, qui pro vobis offerat munus a Moyse statutum, sed qui per vos pecca-

De vera, & falsa pænit. c. 10. Et hr̃ de pęnit. distin. 1. cap. Quem pænitet.

Luc. 17.

D. 978 q. 1. artic. 5. in cor.

Dis. 23. q. 3 ar. 1. q. 1. in calce corporis, & in responsione ad 1. Et distin. 37. q. 2 articu. 4. ex q. 3.

D. 951

batur, quia res semel tantum in esse procedit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis motus intellectus, & D.746. voluntatis habeat totam suam speciem in vno d instanti sicut D.1151. res permanens, tamen secundum accidens mensuratur d tempore, secundum quod causæ suæ variabiles sunt per tempus. Sic enim esse hominem, quod est in instanti, tempore mensuratur, & quandiu causæ esse hominis manent eædem, & ipsum esse manet: sed mutatis causis, mutatur illud esse, priori destructo, quia generatio vnius, est corruptio alterius. Et similiter ipsa dispositio voluntatis quæ talem actũ causabat, mutatur & trãsit, & actus ille idem nõ manet, nec semel transiens potest iterum resumi.

stis, per vos erubescatis. Erubescẽtia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hoc præcepit Dominus, vt nemo pæniteret in occulto. In hoc enim ꝙ per seipsum dicit sacerdoti, & erubescẽtiã vincit timore Dei offensi, fit venia criminis. Fit.n. veniale per cõfessionem, quod criminale erat in operatione: & si non statim pur-

ARTICVLVS II.

b Vtrum homo debeat conteri de pœnis non solum de culpis.

Caieta. vbi supra quæsito 4. de cõtritione.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ homo debeat conteri de pœnis, non solum de culpis. Aug. enim in lib. de pænitentia dicit. Nemo vitam æternam desiderat, nisi eũ hui⁹ vitæ mortalis pæniteat: sed mortalitas vitæ quædã pœna est. ergo debet pænitens etiam de pœnis conteri.

Lib. de pænit. medici. paulo post princ. to. 9.

¶ 2 Præt. Supra habitum est ex verbis Aug. ꝙ pænitens se debet dolere ex hoc, ꝙ virtute se priuauit: sed priuatio virtutis quædam pœna est, ergo contritio est dolor etiam de pœnis.

SED CONTRA. Nullus tenet id, de quo dolet: sed pænitens ſm suum nomen pœnam tenet. ergo non dolet de pœna, & sic contritio, quæ est dolor pænitentialis, non est de pœna.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ contritio esse debeat de originali. De peccato enim actuali conteri debemus, non ratione act⁹ inquantum est ens quoddam, sed ratione deformitatis, quia actus secundum suam substãtiam bonum quoddam est a deo: sed peccatum originale habet deformitatem sicut & actuale. ergo etiam de eo conteri debemus.

¶ 2 Pręt. Per peccatũ originale homo fuit a deo auersus, quia pœna eius erat carentia diuinæ visionis: sed cuilibet debet displicere se fuisse a deo auersum. ergo homo debet habere displicentiam peccati originalis, & sic debet de ipso conteri.

SED CONTRA. Medicina debet esse proportionata morbo: sed peccatum originale sine nostra voluntate contractum est. ergo non requiritur quòd per actum voluntatis, qui est cõtritio, ab ipso purgemur.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ non de omni actuali peccato cõmisso a nobis debeamus conteri, quia contraria contrariis curantur: sed quędam peccata per tristitiam committuntur, sicut accidia, & inuidia. ergo medicina eorum non debet esse tristitia, quæ est contritio, sed gaudium.

Caieta. vbi supra, quęsito 2. de cõtritione.

¶ 2 Præt. Contritio est actus voluntatis, qui non potest esse de eo quod cognitioni nõ subiacet: sed quædam peccata sunt, quæ in cognitione non habemus, sicut oblita. ergo de eis non potest esse contritio.

¶ 3 Præt. Per voluntariam contritionẽ delentur illa, quæ per voluntatem committuntur: sed ignorantia voluntarium tollit, vt patet per Philos. in 3. ethic. ergo de eis, quæ per ignorantiam accidunt, non debet esse contritio. Cap. 3.

¶ 4 Præt. De illo peccato non debet esse contritio, quod per contritionẽ non tollit: sed quædã peccata sunt, q̃ non tollunt ꝑ contritionẽ, s. venialia, quæ adhuc post contritionis gratiam manent. ergo nõ de oĩbus peccatis ꝑteritis debet esse cõtritio.

SED CONTRA. Pænitentia est medicina cõtra oĩa peccata actualia: sed pnĩa non est aliquorũ, quorum nõ sit cõtritio, q̃ est prima pars ei⁹. ergo & de oĩb⁹ peccatis debet eẽ cõtritio.

¶ 2 Præt. Nullum peccatum remittitur, nisi quis iustificetur: sed ad iustificationem requiritur contritio, vt prius dictũ est. ergo de quolibet peccato conteri oportet.

q. 1. huius dist. arti. 3. q. 4. per totum.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ etiã de peccatis futuris aliquis debeat conteri. Contritio enim est actus liberi arbitrij: sed liberum arbitrium magis se extendit ad futura, quàm ad pręterita: quia electio, quæ est actus liberi arbitrij, est de contingentibus futuris, vt dicitur in 3. ethicor. ergo contritio est magis de peccatis futuris, quàm de præteritis. Cap. 5.

F ¶ 2 Præt. Peccatum aggrauatur ex consequenti effectu. Vñ de Hiero. dicit quòd pœna Arrij nõdum est determinata, quia adhuc est possibile aliquos per eius hæresim corruere, quibus corruentibus semper eius pœna augetur: & similiter est de illo qui iudicatur homicida, si lætaliter percussit, etiam antequàm percussus moriat: sed in illo intermedio debet peccator conteri de peccato. ergo non solùm secũdum quod habet quantitatem ex pręterito actu, sed etiã secundum quod habet quantitatem ex futuro, & sic contritio respicit futurũ.

gatur, fit tamen veniale quod commiserat mortale. Multum.n. satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans, nihil eorum quæ cõmisit, nũtio Dei negauit. Deus.n. qui misericors & iustus est sicut seruat misericordiã in iustitia, ita & iustitiam in misericordia. Opus.n. misericordiæ est peccanti peccata di- G mittere, sed oportet vt iustus mise-

SED CONTRA. Cõtritio est pars pęnitentiæ: sed pænitentia semper respicit præteritum. ergo & contritio, & sic non est de peccato futuro.

V VLTERIVS. Videtur ꝙ homo debeat conteri de peccato alieno. Non enim petit aliquis indulgentiam, nisi de peccato, de quo contritus est: sed de peccatis alienis indulgẽtia petitur in psal. 18. Ab alienis parce seruo tuo. ergo debet homo cõteri de peccatis alienis.

¶ 2 Præt. Homo ex charitate tenetur diligere proximum sicut seipsum: sed propter dilectionem sui & de malis suis dolet, & bona desiderat. ergo cum teneamur proximo desiderare bona gratiæ sicut & nobis, videtur ꝙ debeamus de culpa eius dolere sicut & de nostris: sed contritio nihil aliud est quàm dolor de peccatis. ergo homo debet conteri de peccatis alienis.

H SED CONTRA. Contritio actus pænitẽtiæ virtutis est: sed nullus pænitet, nisi de his quæ ipse fecit, ergo nullus conteritur de peccatis alienis.

VI VLTERIVS. Videtur ꝙ non requiratur de singulis peccatis mortalibus contritio. Est enim motus contritionis in iustificatione in instanti: sed in instanti non põt homo recogitare singula peccata. ergo nõ oportet ꝙ sit contritio de singulis. Caieta. vbi supra.

¶ 2 Præt. Contritio debet esse de peccatis secundũ quod auertunt a deo, quia conuersio ad creaturam sine auersione a deo contritionem non requirit: sed omnia peccata mortalia cõueniunt in auersione. ergo contra omnia sufficit vna contritio.

¶ 3 Præt. Plus conueniunt peccata mortalia actualia adinuicem, quàm actualia & originale: sed vnus baptismus delet omnia actualia & originale. ego vna contritio generalis delet omnia peccata mortalia.

I SED CONTRA. Diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ, quia non sanat oculum quod sanat calcaneum, vt Hiero. dicit: sed contritio est medicina singularis contra vnum tantum mortale. ergo non sufficit vna cõmunis de omnibus. Super Marcum, ca. circa med.

¶ 2 Præt. Contritio per confessionem explicatur: sed oportet singula peccata mortalia confiteri. ergo & de singulis confiteri.

RESPON. Dicendum ad primã quæstionem, ꝙ contritio importat, vt dictum est, alicuius & duri, & integri comminutionẽ: hæc aũt integritas, & duritia inuenitur in malo culpæ, quia voluntas, quæ est ipsius causa in eo qui male agit, in suis terminis stat, nec præcepto legis cedit: & ideo huius mali displicentia contritio per similitudinem dicitur. Hæc autem similitudo non potest adaptari ad malum pœnæ, quia pœna simpliciter diminutionem dicit, & ideo de malis pœnæ potest esse dolor, sed non contritio. Dist. & q. senti art. in cor.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ pænitentia, secundum Augustinum, debet esse de hac vita mortali, non ratione ipsius mortalitatis, nisi pænitentia large dicatur omnis dolor, K sed ratione peccatorum, ad quæ ex infirmitate huius vitæ deducimur. In lib. de pænit. medici. paulo post princ. to.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ille dolor, quo quis dolet de amissione virtutis per peccatum, non est essentialiter ipsa contritio, sed est principium eius: sicut cum aliquis mouetur ad dolendum de aliquo propter malum quod inde cõsecutus est.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd contritio, vt dictum est, est dolor respiciens, & quodammodo comminuens voluntatis duritiem: & ideo de illis solis peccatis esse potest, quæ ex duritia nostræ voluntatis in nos proueniunt. Et quia peccatum originale non nostra voluntate inductum est, sed ex vitiatæ naturæ origine contractum: ideo de ipso non potest esse contritio, proprie loquendo, sed displicentia potest esse de eo, vel dolor. Vbi supra, distin. ... præterea.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contritio non est de peccato ratione substantiæ actus tantum, quia ex hoc non habet

rationem mali, neque iterum ratione deformitatis tantum, quia deformitas de se non dicit rationem culpę, sed quandoque importat pœnam. Debet autem de peccato esse contritio, inquantum importat vtramque deformitatem, ex actu voluntatis prouenientem, & hoc non est in peccato originali, & ideo de eo non est contritio. A

¶ Similiter dicendũ ad secundum, quia auersio voluntatis est illa, cui debetur contritio.

reatur iuste. Considerat enim si dignus est non dico iustitia, sed & misericordia. Iustitia enim sola damnat, sed dignus est misericordia, qui spirituali labore quęrit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam. Et quoniam uerecundia magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus B misericordia. Vñ patet, quia quanto pluribus confitebitur in spe ue-

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd omnis actualis culpa ex hoc contingit, quòd voluntas nostra legi dei non cedit, vel eam trãsgrediendo, vel omittendo, vel præter eam agendo. Et quia durum est quod habet potentiam vt non facile patiatur, ideo in omni actuali peccato duritia quædam est voluntatis: & propter hoc si debeat peccatum curari, oportet ꝙ per contritionem comminuentem remittatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut ex dictis patet, contritio opponitur peccato ex parte illa qua ex electione voluntatis procedit non sequentis imperium diuinæ legis, non aũt ex parte eius quod est in peccato materiale, & hoc est super quod cadit electio. Cadit autem voluntatis electio non solum super actus aliarum virium, quibus voluntas ad suum finem vtitur, sed etiam super actum proprium ipsius. Voluntas enim vult se velle aliquid, & sic electio voluntatis C cadit supra dolorem illum, seu tristitiam quæ inuenitur in peccato inuidiæ, & hmõi, siue ille dolor sit in sensu, siue in ipsa voluntate, & ideo illis peccatis dolor contritionis opponitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obliuio de aliquo potest esse dupliciter, aut ita quòd totaliter a memoria exciderit, & tunc non potest aliquis inquirere illud, aut ita quòd partim a memoria exciderit, & partim maneat: sicut cum recolo me aliquid audiuisse in generali, sed nescio quid in speciali, & tunc requiro in memoriam ad recognoscendum, & secundum hoc etiam aliquod peccatum potest esse oblitum dupliciter, aut ita quòd in generali in memoria maneat, sed non in speciali: & tunc debet homo recogitare ad inueniendum peccatum, quia de quolibet mortali peccato homo tenetur specialiter conteri. Si autem inuenire non possit, sufficit de eo conteri secundum quod in notitia tenetur, & debet homo nõ solum de peccato, sed de obliuione eius dolere, quæ ex negligentia contingit. Si D autem peccatum omnino a memoria excidit, tunc ex impotentia faciendi excusatur a debito, & sufficit generalis contritio de omni eo, in quo deum offendit. Sed quando impotentia tollitur, sicut cum ad memoriam peccatum reuocatur, tunc tenetur homo specialiter conteri, sicut etiam de paupere qui non potest soluere quod debet, excusatur, & tamen tenetur cum primo potuerit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si ignorantia omnino tolleret voluntatem male agendi, excusaret, & non esset peccatum: sed quandoque non totaliter tollit voluntatem, & tunc a toto nõ excusat, sed a tanto: & ideo de peccato per ignorantiam commisso debet homo conteri.

¶ Ad quartum dicendum, quòd post contritionem de mortali potest remanere veniale, sed non post contritionem de veniali: & ideo de venialibus etiã debet esse contritio, eo modo quo & pænitentia, sicut supra dist. præcedenti dictum est. quæstio 2. art. 1. in

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd in omnibus motoribus & mobilibus ordinatis ita est quòd motor inferior habet motum proprium, & præter hoc sequitur in aliquo E motum superioris motoris: sicut patet in motu planetarum qui præter motus proprios sequuntur motum primi orbis. Omnibus autem virtutibus moralibus motor est ipsa prudentia, quæ dicitur auriga virtutum, & ideo quælibet virtus moralis cũ motu proprio habet aliquid de motu prudentiæ: & ideo D.1017. cum pænitentia sit quædã virtus moralis, quia est pars d iustitiæ cum actu proprio cõsequitur prudentiæ motum: proprius autem actus eius est in obiectum proprium quod est peccatũ commissum, & ideo eius actus principalis, scilicet cõtritio, secundum suam speciem respicit tantum peccatum præteritum, sed ex cõsequenti respicit futurum secundum quod habet aliquid de actu prudentiæ adiunctum, & non tantum in illud futurum ratione propriæ speciei mouetur, & propter hoc ille qui conteritur, dolet de peccato præterito, & cauet futurum: sed

A nõ dicitur esse d contritio de peccato futuro, sed magis cautio quæ est pars prudentiæ contritioni adiuncta. D.396

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd liberum arbitrium dicitur esse de contingentibus futuris, secundum quod est de actibus: sed non secundum quod est de obiectis actuum, quia homo potest cogitare ex libero arbitrio de rebus præteritis & necessarijs: sed tamen ipse actus cogitationis, secundum quod sub libero arbitrio cadit, contingens futurum est, & sic etiam actus contritionis contingens futurum est secundũ quod sub libero arbit. cadit, sed obiectũ eius potest esse præteritum. De pæn. di. 1. c. Quàmuis.

niæ turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur gratiam remissionis. Ipsi.n. sacerdotes plus pñt ꝓficere, plus confitentibus parcere. Item Leo Papa. Quàmuis plenitudo fidei uideatur esse laudabilis, quæ ꝑ Dei timorẽ apud hoĩes erubescere non ueretur, tñ quia nõ oĩum sunt huiuscemodi peccata, ut ea qui pniam poscũt, non timeãt publicari, remoueatur improbabi-

¶ Ad secundum dicendum, quòd ille effectus consequens qui peccatum aggrauat, iam in actu præcessit velut in causa, & ideo quãdo commissum est, totam suam quantitatem habuit, & ex effectu consequenti non accrescit aliquid quo ad culpæ rationem, & si accrescit quo ad pœnam accidentalem secundũ quod plures habebit rationes dolendi in infirmo, de pluribus malis consecutis ex suo peccato, & sic loquitur Hierony. vnde non oportet quòd contritio sit nisi de peccatis præteritis.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd illud idem conteritur, quod prius durum & integrum fuit: vnde patet ꝙ contritio pro peccato sit in eodem, in quo peccati duritia præ- C cessit, & sic de alienis d peccatis non est contritio. D.396

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ab alienis peccatis sibi parci propheta præcatur, inquantum ex consortio peccatorum aliquis per consensum aliquem immunditiam contrahit, sicut scriptum est, Cum peruerso peruerteris.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de peccatis aliorum dolere debemus, non tamen oportet ꝙ de eis conteramur, quia non oĩs dolor de peccato præterito est contritio, vt ex dictis patet.

AD SEXTAM quæstionem dicendum, quòd contritio potest dupliciter cõsiderari, scilicet quantum ad sui principium, & quãtum ad terminum. Et dico principium contritionis cogitationem qua quis cogitat de peccato & dolet, & si non dolore contritionis, saltem dolore attritionis: terminus autem contritionis est quando dolor ille iã gratia informatur. Quantum ergo ad principium contritionis, oportet quòd sit de singulis peccatis quæ quis in memoria habet: sed quantum ad D terminum sufficit quòd sit vna communis de omnibus, tunc enim ille motus agit in vi omnium dispositionum præcedentium. Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quãtis omnia peccata mortalia conueniant in auersione, tamen differunt in causa & modo auersionis, & quãtitate elongationis a deo, & hoc est secundum diuersitatem conuersionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus agit in virtute meriti Christi qđ habuit infinitam virtutem ad delendum omnia peccata, & propter hoc vnus sufficit contra omnia: sed in cõtritione requiritur cum merito Christi actus noster, & ideo oportet quòd singulis peccatis respondeat singillatim, cũ non habeat infinitam virtutem. Vel dicendum, quòd baptismus est spiritualis generatio, sed pænitẽtia quantum ad cõtritionem, & alias sui partes est spiritualis quædam sanatio per modum cuiusdam alterationis. Patet autem in generatione corporali alicuius quæ est cum corruptione alterius, quòd vna generatione remouentur omnia accidentia cõtraria rei generatę, quę E erãt accidentia rei corruptæ: sed in alteratione remouetur tantum vnum accidens contrarium accidenti, ad quod terminatur alteratio. Et similiter vnus baptismus simul delet omnia peccata nouam vitam inducendo: sed pænitentia non delet omnia peccata nisi ad singula feratur, & ideo oportet de singulis conteri, & confiteri.

ARTICVLVS III.

Vtrum contritio sit maior dolor qui esse possit in natura.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd contritio non sit maior dolor qui esse possit in natura. Dolor enim est sensus læsionis: sed aliquæ læsiones magis sentiuntur quàm læsio peccati, sicut læsio vulneris. ergo non est maximus dolor contritio.

¶ 2 Præt. Ex effectu sumimus iudicium de causa: sed effectus doloris sunt lactymæ. cum ergo aliquando contritus non emittat lactymas corporales de peccatis, quas tamen emittit de morte amici, vel de percussione, vel aliquo huiusmodi, uidetur quòd contritio non sit dolor maximus.

¶ 3 Præt. Quanto aliquid plus habet de permistione contrarij, tanto est minus intensum: sed contritionis dolor habet multum de gaudio admistum: quia contritus gaudet de liberatione spe ueniæ, & de multis huiusmodi, ergo dolor suus est minimus.

¶ 4 Præt. Dolor contritionis dispicentia quædam est: sed multa sunt quæ magis displicent contrito, quàm peccata sua præterita. Nõ enim uellet pœnam inferni sustinere potius quàm peccare, nec iterum sustinuisse omnes pœnas temporales, aut etiam sustinere, alias pauci inuenirentur contriti. ergo dolor contritionis non est maximus.

De ciui. dei lib. 19. c. 4. tom. 5.

SED CONTRA. Secundum Aug. Omnis dolor in amore fundatur: sed amor charitatis, in quo fundatur dolor contritionis, est maximus. ergo dolor contritionis est maximus.

¶ 2 Præt. Dolor est de malo. ergo de magis malo debet esse magis dolor: sed culpa est magis malum quàm pœna. ergo dolor de culpa, qui est contritio, excedit omnem alium dolorem.

II

VLTERIVS. Videtur quòd non possit esse nimis magnus contritionis dolor. Nullus enim dolor potest esse immoderatior quàm ille qui proprium subiectum destruit: sed dolor contritionis, si est tantus quòd mortem, uel corruptionem corporis inducit, est laudabilis. Dicit enim Anselmus. Vtinam sic impinguentur uiscera animæ meæ, ut medullæ corporis mei exiccentur. Et Augustinus dicit se esse dignum oculos cæcare plorando. ergo dolor contritionis non potest esse nimius.

Anselmus.

De contritione cordis cap. 10.

¶ 2 Præt. Dolor contritionis ex charitatis amore procedit: sed amor charitatis non potest esse nimius. ergo nec dolor contritionis.

SED CONTRA. Omnis uirtus moralis corrumpitur per superabundantiam & defectum: sed contritio est actus virtutis moralis, scilicet pœnitentiæ, cum sit pars iustitiæ. ergo potest esse superfluus dolor de peccatis.

III

VLTERIVS. Videtur quòd non debeat esse maior dolor de uno peccato quàm de alio. Hiero. enim collaudat Paulũ de hoc, quòd minima peccata plangebat sicut magna. ergo nõ magis est dolendum de uno quàm de alio.

Elicitur ex epistola ad Rusticum de uiuendi forma, prope mediũ, & ex epistola ad Demetriadem de uirginitate seruanda.

¶ 2 Præt. Motus contritionis est subitus: sed non potest unus motus esse intensior simul & remissior. ergo contritio non debet esse maior de uno peccato quàm de alio.

¶ 3 Præt. De peccato præcipue est contritio, secundum quod a deo auertit: sed in auersione omnia mortalia peccata conueniunt, quia omnia tollunt gratiam, qua anima deo coniungitur. ergo de omnibus peccatis mortalibus æqualis debet esse contritio.

SED CONTRA. Deut 25. dicitur. Secundum mensuram peccati erit & plagarum modus: sed contritioni de peccatis plagæ commensurantur, quia contritio habet propositum satisfaciendi annexum. ergo contritio magis debet esse de uno peccato quàm de alio.

¶ 2 Præt. De hoc debet homo conteri, quod debuit uitare: sed homo magis debet uitare unum peccatum quàm aliud, quia grauius est si necessitas alterum faciendi incumberet. ergo & similiter de uno, scilicet grauiori magis quàm de alio dolere.

Præsenti distinct. q. 2. ar. 1. quæst. 2. ad 1.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut supra dictum est, in contritione est duplex dolor. Vnus in ipsa uoluntate, qui est essentialiter ipsa cõtritio, quæ nihil aliud est quàm displicentia præteriti peccati: & dolor talis in contritione excedit alios dolores, quia quantũ aliquid placet, tantum cõtrarium eius displicet: finis autem super omnia placet, cum omnia propter ipsum desiderentur, & ideo peccatum quod a fine ultimo auertit, super omnia displicere debet. Alius dolor est in parte sensitiua, qui causatur ex primo dolore, uel ex necessitate naturæ, secundum quod uires inferiores sequuntur motum superiorum, uel ex electione, secundum quod homo pœnitens in seipso habet dolorem, excitatur ut de peccatis doleat: & neutro modo oportet q̃ sit maximus dolorũ, quia uires inferiores uehemẽtius mouẽtur ab obiectis ꝓprijs, quàm ex redundantia superiorum virium, & ideo quanto operatio superiorum virium est propinquior obiectis inferiorum, tanto magis sequuntur earum motum: & ideo maior dolor est in sensitiua parte ex læsione sensibili, q̃ sit ille qui in ipsa redundat ex ratione: & similiter maior q̃ redundat ex ratione corporalibus deliberante, quàm qui redundat ex ratione considerante spiritualia. Vnde dolor in sensitiua parte ex displicentia rationis proueniens de peccato, non est maior aliis doloribus qui in ipsa sunt: & similiter nec dolor qui est voluntarie assumptus, cum quia non obedit affectus inferior superiori ad nutum, ut passio tanta sequatur in inferiori appetitu, qualem ordinat superior: tum etiam quia passiones aratione assumuntur in actibus virtutum secundum mensuram quandam, quam quandoque dolor qui est sine virtute, non seruat, sed excedit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dolor sensibilis est de sensu læsionis, ita dolor interior est de cognitione alicuius nociui: & ideo quàmuis læso peccari secundũ sensum exteriorem nõ percipiatur, tamen percipitur esse maxima secundum sensum interiorem rationis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd corporales immutationes immediate consequuntur ad passiones sensitiuæ partis, & eis mediantibus ad affectiones appetitiuæ superioris: & inde est quòd ex dolore sensibili, uel etiam sensibili uitio citius superfluunt lacrymæ corporales, q̃ de dolore spirituali contritionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gaudium illud quod de dolore pœnitens habet, non minuit displicentiam, quia ei non contrariatur, sed auget secundum quod omnis operatio augetur per propriam delectationem, vt dicitur in 10. ethicor. sicut qui delectatur in addiscẽdo aliquam scientiam, melius addiscit: & similiter qui gaudet de displicẽtia uehementius displicentiam habet: sed bene potest esse, quòd illud gaudium temperat dolorem ex ratione in partem sensitiuam resultante.

Cap. 5.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quantitas displicentiæ de aliqua re debet esse secundum quantitatem malitiæ ipsius. Malitia autem in culpa mortali mensuratur ex eo, in quem peccatur, inquantum est ei indigna: & ex eo qui peccat, inquantum est ei nociua. Et quia homo debet plus deum quàm se diligere, ideo plus debet odire culpam inquantum est offensa dei, quàm inquantum est nociua sibi. Est autem nocina sibi principaliter inquantum separat ipsum a deo, & ex hac parte ipsa separatio a deo, quæ pœna quædam est, magis debet displicere quàm ipsa culpa inquantum hoc nocumentum inducit: quia quod propter alterum oditur, minus oditur, sed minus quàm culpa inquantum est offensa in deum. Inter omnes autem pœnas attenditur ordo malitiæ secundum quantitatem nocumenti, & ideo cum hoc sit maximum nocumentum quo maximum bonum priuatur, erit inter pœnas maxima separatio a deo, & etiam alia quantitas mali accidentalis, quam oportet in displicentiam attendere secundum rationem præsentis & præteriti, quia quod præteritum est, iam non est: vnde habet minus de ratione, & malitiæ, & bonitatis, & inde est quòd plus refugit homo sustinere aliquid mali in præsenti, uel in futuro, quàm horreat de præterito: unde nec aliqua passio animæ directe respondet præterito, sicut dolor respondet præsenti malo, & timor futuro: & propter hoc de duobus malis præteritis illud magis abhorret animus, cuius maior effectus in præsenti remanet, uel in futurum timetur, etiam si in præterito minus fuerit. Et quia effectus præteritæ pœnæ, tum quia culpa perfectius sanatur, quàm quædam pœna: tũ quia defectus corporalis magis est manifestus quàm spiritualis: ideo homo etiam bene dispositus quandoque magis percipit in se horrorem præcedentis pœnæ, quàm præcedentis culpæ: quàmuis magis esset paratus pati eandem pœnam q̃ committere eandem culpam. Est et cõsiderandum in comparatione culpæ & pœnæ, q̃ quædam pœnæ in separabiliter habent coniunctam dei offensam, sicut separatio a deo: quædam etiã addunt perpetuitatem, sicut pœna infemi. Pœna ergo illa quæ offensam anne xam habet, eodem modo vitãda est sicut & culpa: sed illa quæ perpetuitatem addit, é magis quàm culpa simpliciter fugienda. Si tamen ab eis separetur ratio offensæ, & consideretur tantum ratio pœnæ, minus habet de malitia quàm culpa, inquantum est offensa dei, & propter hoc minus deberet displicere. Sciẽdum est etiam, quòd quãmuis talis debeat esse contriti dispositio, non tamen de his tentandus est, quia homo affectus suos non de facili mensurare potest, & quandoque illud quod minus displicet, videtur magis displicere, quia est propinquius sensibili nocumento, quod magis est nobis notum.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd contritio ex parte doloris qui est in ratione, scilicet cognitione aliquo peccatum displicet inquantum est offensa dei, non potest esse nimia, sicut nec amor charitatis quo intenso talis displicentia intenditur, potest esse nimius, sed quantum ad dolorem sensibilem potest esse nimia, sicut etiam exterior corporis afflictio potest esse nimia, vt supra dist. 15. in quæstione de iejunio ex verbis Hieron. patuit. In his enim omnibus debet accipi prouidus dignum se cognoscere amissione exteriorum oculorum propter peccatum, quia quilibet peccator non solum æterna, sed temporali morte dignus est, non tamen volebat sibi oculos cæcare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de dolore, qui est in ratione: tertia autem procedit de dolore sensitiuæ partis.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd de contritione dupliciter possumus loqui. Vno modo, secundum quod singillatim singulis peccatis respondet, & sic quantum ad dolorem superioris affectus requiritur quòd de maiori peccato quis doleat magis: quia ratio doloris est maior in vno quàm in alio, scilicet offensa dei: ex magis enim inordinato actu deus magis offenditur. Similiter etiam cum maiori culpæ maior pœna debeatur, etiam dolor sensitiuæ partis secundum quod pro peccato ex electione assumitur, pœna peccati debet esse maior de maiori peccato: secundũ autem quod ex impressione superioris appetitus innascitur, in inferiori attenditur quantitas doloris secundum dispositionem partis ad recipiendam impressionem a superiori, & non secundũ quantitatem peccati. Alio modo, potest accipi contritio secundum quod est simul de omnibus, sicut in actu iustificationis: & hæc quidem contritio vel ex singulorum cõsideratione peccatorũ procedit, & sic quàmuis sit actus vnus, tamen distinctio peccatorum manet virtute in ipso: vel ad minus habet propositum de singulis cogitandi annexum, & sic etiam habitualiter est magis de vno quam de alio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Paulus non laudatur de hoc, q̃ de omnibus peccatis doleret æqualiter, sed quia de paruis peccatis tantum dolebat, ac si essent magna per comparationem ad alios qui de peccatis dolent, sed ipse multo amplius de maioribus doluisset.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in illo contritionis motũ subitaneo, quàmuis non actualiter distinctio intentionis respondens diuersis peccatis inueniri possit, tamen inuenituribi eo modo, vt dictũ est: & etiam alio modo secundum quod singula peccata ordinẽ habent ad illud, de quo in illa contritione generali, cõtrito dolendum occurrit, scilicet offensa dei. Qui .n. aliquod totũ appetit, vel diligit, etiã diligit partes eius, quàmuis non actu: & hoc modo secundum quod habent ordinem ad totum, quasdam plus, quasdã minus: sicut qui aliquam communitatem diligit, virtute singulos diligit plus & minus secũ eorum ordinẽ in bono communi: & similiter qui dolet de hoc quòd deũ offendat de diuersis, implicite dolet diuersimode secundum quod plus, vel minus peccat deum offendit.

Luc. 17.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quãmuis quodlibet peccatum mortale a deo auertat, & gratiam tollat, tamen quoddam plus elongat quàm aliud, inquãtum habet maiorem dissonantiam ex sua inordinatione ad ordinem diuinæ bonitatis q̃ aliud.

ARTICVLVS III.

Virum tota hæc vita sit contritionis tempus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non tota hæc vita sit contritionis tempus. Sicut enim de peccato commisso debet esse dolor, ita & pudor: sed non per totam vitam durat pudor de peccato, & sicut dicit Ambro. Nihil habet quod erubescat, cui peccatum dimissum est, ergo videtur quòd nec contritio quæ est dolor de peccato.

Li. 2. de pœnitẽtia c. 7. to. 1.

¶ 2 Præt. Ioan. 4. dicitur, quòd perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor pœnam habet: sed dolor etiam pœnam habet. ergo in statu perfectæ charitatis non potest dolor contritionis manere.

¶ 3 Præt. De præterito non potest esse dolor, qui proprie est de malo præsenti, nisi secundum quod aliquid de præterito in præsenti manet: sed quandoque peruenitur ad aliquem statum in hac vita, in quo nihil de præterito peccato manet, neque dispositio, neque culpa, neque reatus aliquis. ergo non oportet vlterius de illo peccato dolere.

¶ 4 Præt. Ro. 8. dicitur, quòd diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, etiam peccata, vt dicit glo. ibidem. ergo non oportet post remissionem peccati quòd de peccato doleat.

¶ 5 Præt. Contritio est pars pœnitentiæ contra satisfactionem diuisa: sed non oportet semper satisfacere. ergo nec oportet semper conteri de peccato.

SED CONTRA. Augustin. dicit in libr. de vera & falsa pœnitentia. Vbi dolor finitur, deficit pœnitentia: vbi deficit pœnitentia, nihil reliquitur de venia. ergo videtur cum oporteat veniam concessam non perdere, quòd oporteat semper dolere de peccato.

Cap. 13.

¶ 2 Præt. Ecclesiast. 5. dicitur de propitiatu peccatorum. Noli esse sine metu. ergo semper debet homo dolere ad peccatorum propitiationem habendam.

VLTERIVS. Videtur quòd non expediat continue de peccato dolere. Expedit enim quandoque gaudere, vt pater Philip. 4. super illud. Gaudete in domino semper, dicit glo. q̃ necessarium est gaudere, sed non est possibile simul gaudere & dolere. ergo non expedit continue de peccato dolere.

¶ 2 Præt. Illud quod est de se malum & fugiendum, non est assumendum, nisi quatenus est necessarium vt medicina ad aliquid, sicut patet de vstione & sectione vulneris: sed tristitia de se mala est, vnde dicitur Ecclesiast. 30. Tristitiam longe expelle a te, & subditur causa. Multos enim

occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. hoc etiam Philosophus dicit expresse in 7. & 10. ethi. ergo non debet amplius dolere de peccato, nisi quatenus sufficit ad peccatum delendum: sed statim post primam tristitiam contritionis peccatum deletum est. ergo non expedit vlterius dolere.

Ex c. 5. 7. & ex c. 2. 11.

Missæ super Can.

¶ 3 Præt. Ber. ser. 11. dicit: Dolor pro peccatis necessarius est, & si nō sit cōtinuus: mel. n. absynthio admiscendum est. ergo videtur ꝙ non expedit cōtinue dolere.

sunt leprosi, dum ibant ora uel se se ostendere sacerdotibus, antequā ad eos peruenirēt. Vnde patet Deū ad cor inspicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem quærunt eos sani & læti, sed dum quærunt, antequam perueniunt, moriuntur. Sed misericordia Dei ubique est, qui & iustis parcere nouit, & si nō tam cito, sicut soluerentur a sacerdote. Qui ergo omnino confitetur sacerdoti, meliori quàm potest cōfiteatur: & si peccatū occultū est,

De vera & falsa pænitentia c. 13

Sed contra est, quod Aug. dicit. Semper doleat pænitens, & de dolore gaudeat.

¶ 2 Præt. Actus in quibus consistit beatitudo, expedit semper cōtinuare quantū possibile est: sed huiusmodi est dolor de peccato, quod patet Matth. 5. Beati qui lugent. ergo expedit dolorem continuare quantum est possibile.

III

Vlterivs. Videtur quòd etiam post hanc vitam animæ de peccatis conterantur. Amor enim charitatis displicentiam de peccato causat: sed post hanc uitam manet in aliquibus charitas & quantum ad actum, & quantum ad habitum, quia charitas numquam excidit, ut patet. 1. Corint. 13. ergo manet displicentia de peccato commisso, quæ essentialiter est contritio.

¶ 2 Præt. Magis dolendum est de culpa, quàm de pœna: sed animæ in purgatorio dolent de pœna sensibili, & de dilatione gloriæ. ergo multo magis dolent de culpa ab eis commissa.

¶ 3 Præt. Pœna purgatorij est satisfactoria de peccato: sed satisfactio habet efficaciam ex vi contritionis. ergo contritio manet post hanc uitam.

Sed contra. Contritio est pars pænitentiæ sacramenti: sed sacramenta non manent post hanc vitam. ergo nec contritio.

¶ 2 Præt. Contritio potest esse tanta quòd delet & culpam, & pœnam. si ergo animæ in purgatorio conteri possent, posset ui contritionis eorum reatus pœnæ eis dimitti, & omnino a pœna sensibili liberari, quod falsum est.

Præsenti distinct. ar. 3. quæst. 3. in cor.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in contritione, vt dictum est, est duplex dolor. Vnus rationis, qui est detestatio peccati a se commissi: alius sensitiuæ partis, qui ex isto consequitur, & quantum ad vtrumque contritionis tempus est totus præsentis uitæ status. Quandiu enim aliquis est in statu uiæ, detestatur incommoda, quibus a peruentione ad terminum uiæ impeditur, uel retardatur. Vnde cum per peccatum præteritum uiæ nostræ cursus in deum retardetur, quia tempus illud quod erat deputatum ad currendum, recuperari non potest, ut supra dictum est, oportet quòd semper in uitæ huius tempore status contritionis maneat quantum ad peccati detestationem. Similiter etiam quantum ad sensibilem dolorem, qui ut pœna a uoluntate assumitur. Quia enim homo peccando pęnam æternam meruit, & contra æternū deum peccauit, debet pœna æterna in temporalem mutata saltem dolor in æterno hominis, idest, in statu huius uitæ remanere: & propter hoc dicit Hugo de Sancto Vict. quòd deus absoluens hominem a culpa & pœna ęterna, ligat eum uinculo perpetuę detestationis peccati.

Præsenti distinct. & q. ar. 1. quæst. 1. ad 1.

Hugo de S. Vict.

Ad primvm ergo dicendum, quòd erubescentia respicit peccatum solum inquantum habet turpitudinem: & ideo postquàm peccatum quantum ad culpam remissum est, non manet pudori locus, manet autem dolori qui non solum de culpa est inquantum habet turpitudinem, sed etiam inquantum habet nocumentum annexum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd timor seruilis quem charitas foras mittit, oppositionem habet ad charitatem ratione suæ seruitutis qua pœnam respicit, sed dolor contritionis ex charitate causatur, ut dictum est, & ideo non est simile.

Dist. & q. ꝑsenti ar. 3 quæst. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis per pænitentiam peccator redeat ad gratiam pristinam & immunitatem a reatu pęnæ, numquàm tamen redit ad pristinam dignitatem innocentiæ, & ideo semper ex peccato præterito aliquid in ipso manet.

D. 1002 1097.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut homo non debet facere mala, ut ueniant bona, ita non debet d gaudere de malis, quia ex eis proueniunt occasionaliter bona diuina ꝓuidentia agente, quia illorum d bonorum peccata causa nō fuerunt, sed magis d impedimenta: sed diuina prouidentia ea causauit, & de ea debet homo gaudere, de peccatis autem dolere.

D. 8[illegible] D. 1[illegible]

¶ Ad quintum dicendum, quòd satisfactio attenditur secundum pœnam taxatam, quæ pro peccatis iniungi debet, & ideo potest terminari ut non oporteat ulterius satisfacere. Hæc. n. pœna præcipue ꝓportionatur culpæ ex parte conuersionis, ex qua finitatem habet: sed dolor contritionis respondet culpæ ex parte auersionis, ex qua habet quādam infinitatem: & ita vera contritio debet semper permanere, nec est inconueniēs si remoto posteriori, maneat prius.

sufficiat referre in notitiam sacerdotis. Nam in resurrectione puellæ pauci interfuerunt qui uiderēt: nondum. n. erat sepulta, nondum extra portam delata, nondum extra domum in notitiam portata. Intus resuscitauit, quam intus inuenit, relictis solis Petro, & Iacobo, & Ioanne, & patre & matre puellæ, in quibus figuraliter continentur sacerdotes Ecclesiæ. Quos autem extra inuenit, aduertendum quomodo suscitauit. Flebat enim turba post filium, ui-

Matth. 9. Marc. 5.

Luc. 7.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd hæc est conditio in actibus uirtutum inuenta, quòd non potest in eis accipi superfluum & diminutum, ut in 2. ethic. probatur. Vnde cum cōtritio quantum ad id quod est displicentia quædam in appetitu rationis, sit actus pænitentiæ uirtutis, numquàm ibi potest esse superfluum, sicut nec quātum ad intensionem, ita nec quantum ad durationem, nisi secundum quod actus unius uirtutis impedit actum alterius uirtutis magis necessarium pro tempore illo. Vnde quanto magis homo continue in actu huius displicentiæ esse potest, tanto melius est, dummodo actibus aliarum uirtutum uacet suo tempore secūdum quod oportet: sed passiones possunt habere superfluum & diminutum, & quantum ad intensionem, & quantum ad durationem: & ideo sicut passio doloris, quam uoluntas assumit, debet esse moderate intensa, ita debet moderate durare, ne si nimis duret, homo in desperationem, & pusillanimitatem, & huiusmodi uitia labatur.

Cap. 5.

Ad primvm ergo dicendum, quòd gaudium sæculi impeditur per dolorem contritionis, non autem gaudium quod de deo est, quia habet ipsum dolorem pro materia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ecclesiasticus loquitur de tristitia sæculi, & Philosophus loquitur de tristitia quæ est passio, qua moderate utendum est secundum quod expedit ad finem, ad quem assumitur.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ Ber. loquitur de dolore qui est passio.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd in contritione tria consideranda sunt. Primum est contritionis genus, quod est dolor. Secundum est cōtritionis forma, quia est actus uirtutis gratia informatus. Tertium est contritionis efficacia, quia est meritorius, & sacramentalis, & quodammodo satisfactorius. Animæ ergo post hanc uitam, quæ in patria sunt, contritionem habere non possunt, quia carent dolore propter gaudij plenitudinem. Ille uero quæ sunt in inferno carent contritione, quia si dolorem habeant, deficit tamen eis gratia dolorem informans. Sed illi qui in purgatorio sunt, habent dolorem de peccatis gratia informatum, sed non meritorium, quia non sunt in statu merendi: in hac autem uita omnia tria prædicta inueniri possunt.

Ad primvm ergo dicendum, quòd charitas non causat istum dolorem, nisi in illis qui doloris capaces sunt: sed plenitudo gaudij a beatis omnem capacitatem doloris excludit, & ideo quàmuis charitatem habeant, tamen contritione carent.

¶ Ad secundum dicendum, quòd animæ in purgatorio dolent de peccatis, sed ille dolor non est contritio, quia deest ei contritionis efficacia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœna illa, quam animæ in purgatorio sustinent, non potest proprie dici satisfactio, quia satisfactio opus meritorium requirit, sed largo modo dicitur satisfactio pœnæ debitæ solutio.

Articvlvs. V.

Vtrum peccati remissio sit contritionis effectus.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur ꝙ peccati remissio nō sit cōtritionis effectus. Solus. n. deus peccata remittit: sed

sed contritionis nos sumus aliqualiter causa, quia actus noster est. ergo contritio non est causa remissionis culpæ.

¶ 2 Præt. Contritio est actus virtutis: sed virtus sequitur culpæ remissionem, quia culpa & virtus nō sunt simul in anima. ergo contritio non est causa remissionis culpæ.

¶ 3 Præt. Nihil impedit a perceptione eucharistiæ nisi culpa: sed contritus ante confessionem nō debet accedere ad eucharistiam. ergo nondum est consecutus remissionem culpæ.

duæ, fleuit Martha & Maria supplicantes pro fratre, flebat & turba Mariam secuta. In quo docemur publice peccantibus non proprium, sed ecclesiæ sufficere meritum. Laboret ergo pænitens in ecclesia esse, & ad ecclesiæ unitatē tendere. Nisi enim unitas eccle-

Sed contra est, quod dicitur in glo. super illud ps. 50. Sacrificium deo spiritus &c. contritio cordis est sacrificium, in quo peccata soluuntur.

¶ 2 Præt. Virtus & vitium eisdem causis corrumpuntur & generantur, vt dicitur in 2. ethicorum: sed per inordinatum amorem cordis peccatum committitur. ergo per dolorem ex amore charitatis ordinato causatum soluitur, & sic peccatum contritio delet.

Vlterivs. Videtur quòd contritio non possit totaliter tollere reatum pœnæ, quia satisfactio & confessio ordinantur ad liberationem à reatu pœnæ: sed nullus ita perfecte conteritur, quin oporteat eum confiteri & satisfacere. ergo contritio numquàm est tanta quòd deleat reatum totum.

¶ 2 Præt. In pænitentia debet esse quædam recompensatio pœnæ ad culpam: sed aliqua culpa per membra corporis exercetur. ergo cum oporteat ad debitam pœnæ recompensationem vt per quæ peccat quis, per hæc torqueatur; videtur quòd nūquàm possit pœna talis peccati per contritionem exolui.

¶ 3 Præt. Dolor contritionis est finitus: sed pro aliquo peccato, scilicet mortali, debetur pœna infinita. ergo numquàm potest esse tanta contritio, quòd totam pœnam deleat.

Sed contra est, quòd deus plus acceptat cordis affectū, quàm etiam exteriorem actum: sed per exteriores actus absoluitur homo a pœna & a culpa. ergo & similiter per cordis affectum qui est contritio.

¶ 2 Præt. Exemplum huius de latrone habetur, cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, propter unicum pænitentiæ actum. Vtrum autem totus reatus per contritionem semper tollatur, supra distinct. 14. quæsitum est, vbi de pænitentia hoc ipsum quærebatur.

Vlterivs. Videtur quòd contritio parua non sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum, quia contritio est medicina peccati: sed corporalis medicina quæ sanat morbum corporalem minorem, non sufficit ad sanandum maiorem. ergo minima contritio non sufficit ad delendum maxima peccata.

¶ 2 Præt. Supra dictum est, quòd oportet de maioribus peccatis magis conteri: sed contritio non delet peccatum nisi sit secundum quod oportet. ergo minima contritio non delet omnia peccata.

Sed contra. Quælibet gratia gratum faciens delet omnem culpam mortalem, quia simul cum ea stare nō potest: sed quælibet contritio est gratia gratum faciente informata. ergo quantumcumque sit parua, delet omnem culpam.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ contritio potest dupliciter considerari, vel inquantum est pars sacramenti, vel inquantum est actus virtutis, & vtroque modo est causa remissionis peccati, sed diuersimode: quia inquantū est pars sacramenti primo operatur ad remissionē peccati instrumentaliter, sicut & de alijs sacramentis in 1. dist. patuit. Inquantum autem est actus virtutis, sic est quasi causa materialis remissionis peccati, eo quòd dispositio est quasi necessitas ad iustificationem, vt supra dictum est. Dispositio autem reducitur ad causam materialem, si accipiatur dispositio quæ disponit materiam ad recipiendum: secus aūt est de dispositione agentis ad agendum, quia illa reducitur ad genus causæ efficientis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd solus deus est causa efficiens principalis remissionis peccati, sed causa dispositiua potest etiam esse ex nobis: & similiter causa sacramentalis, quia formæ sacramentorum sunt verba a nobis prolata, quę habent virtutem instrumentalem gratiam inducendi qua peccata remittuntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccati remissio, vno modo præcedit virtutem & gratiæ infusionem, & alio modo sequitur: & secundum hoc quòd sequitur actus a virtute elicitus, potest esse causa aliqua remissionis culpæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dispensatio eucharistiæ pertinet ad ministros ecclesię, & ideo ante remissionem peccati, per ministros d ecclesiæ non debet aliquis ad eucharistiam accedere, quàmuis sit sibi culpa quo ad deum remissa.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd intensio contritionis potest attendi dupliciter. Vno modo, ex parte charitatis quæ displicentiam causat, & sic contingit tantum intendi charitatem in actu, quòd contritio inde sequens merebitur nō solū culpæ amotionem, sed etiam absolutionē ab omni pœna. Alio modo ex parte doloris sensibilis, quem voluntas in contritione excitat: & quia illa pœna etiam quædam est, tantùm potest intendi quòd sufficiat ad deletionem pœnæ & culpæ.

Aug. vbi supra. De vera & fal. pænitentia c. 12. Et de pęnit. cap. vbi supra. §. Laboret.

Ad primvm ergo dicendum, quòd aliquis non potest esse certus quòd contritio sua sit sufficiens ad deletionem pœnæ & culpæ: & ideo tenetur confiteri & satisfacere, maxime cum contritio uera non fuerit, nisi propositum confitendi habuisset annexum, quod debet ad effectū deduci etiam propter præceptum quod est de confessione datum.

Vt habetur de pænit. & remi. c. Oīs utriusq; sexus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut gaudium interius redundat etiam ad exteriores corporis partes, ita etiam & dolor interior ad exteriora membra deriuatur, vnde dicitur Prouer. 17. Spiritus tristis exiccat ossa.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dolor contritionis, quàmuis sit finitus quantum ad intensionem, sicut etiam & pœna peccato mortali debita finita est, habet tamen infinitam virtutem ex charitate qua informatur, & secundum hoc potest valere ad deletionem culpæ & pœnæ.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd contritio vt sæpe dictum est, habet duplicem dolorem. Vnum rationis, qui est displicentia peccati cōmissi, & hic potest esse adeo paruus, ꝙ non sufficiet ad rationem contritionis, vt si minus displiceret ei peccatum quàm debeat displicere separatio a fine, sicut etiam amor potest esse ita remissus, ꝙ non sufficit ad rationem charitatis. Alium dolorem habet in sensu, & paruitas huius non impedit rationem contritionis, quia non se habet essentialiter ad contritionem, sed quasi ex accidenti ei adiungitur, & iterum nō est in potestate nostra. Sic ergo dicendum, quòd quantumcumque paruus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet.

Ad primvm ergo dicendum, quòd medicinæ spirituales habent efficaciam infinitam ex virtute infinita quæ in eis operatur: & ideo illa medicina quę sufficit ad curationem parui peccati, sufficit etiam ad curationem magni, sicut patet de baptismo, quo & magna, & parua peccata soluuntur; & similiter est de contritione, dummodo ad rationem contritionis pertingat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc sequitur ex necessitate, quòd vnus homo plus doleat de peccato maiori, quàm de minori, secundum quod magis repugnat amori qui dolorem causat: sed tamen si vnus alius haberet tantum de dolore pro maiori, quantum ipse habet pro minori, sufficeret ad remissionem culpæ.

QVÆSTIO III.

C

Deinde quæritur de confessione.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, De necessitate confessionis.
¶ Secundo, Quid sit confessio.
¶ Tertio, Cui sit facienda.
¶ Quarto, Qualis esse debeat.
¶ Quinto, De effectu confessionis.

Articvlvs primvs.

a *Vtrum confessio sit necessaria ad salutem.*

Ad primvm sic proceditur. Videtur ꝙ confessio non sit necessaria ad salutem. Sacramentum enim pænitentiæ contra remissionem culpæ ordinatū est: sed culpa per gratiæ infusionē sufficienter remittitur. ergo ad pænitentiam de peccato agendam non est necessaria confessio.

4. Cōt. Gēt. c. 72. Et in Cōc. Trid. Sess. 14. can. 7.

¶ 2 Præt. Aliquibus est peccatum remissum sine hoc quòd confessi legantur, sicut patet de Petro, & de Magdalena, & etiam de Paulo: sed non est minoris efficaciæ gratia remittens peccatum

Matth. 26. Luc. 7. Ad Gal. 1. cor. 15. & 2. cor. 12.

peccatum nunc quàm tunc fuit. ergo nec nunc de necessitate salutis est quòd homo confiteatur.

¶ 3 Præt. Peccatum quod ex alio contractum est, ex alio debet habere medicinam. ergo peccatū actuale quod ex proprio motu quilibet commisit, debet ex seipso tantum habere medicinam: sed cōtra tale peccatum ordinatur pœnitentia. ergo confessio non est de necessitate pœnitentiæ.

¶ 4 Præt. Confessio ad hoc desideratur in iudicio, ut secundum quantitatē culpæ pœna infligatur: sed homo potest sibiipsi pœnam infligere maiorē, quàm etiā ab alio sibi infligatur. ergo uidetur quòd non sit confessio de necessitate salutis.

SED CONTRA.

Lib.1. prosa 4. ī prin. Boe. in lib. de consola. Si medicinam expectas, oportet quòd morbum deregas: sed de necessitate salutis est quòd homo de peccatis medicinam accipiat. ergo & de necessitate salutis est quòd morbum per confessionem detegat.

¶ 2 Præt. In iudicio sæculari non est idem iudex & reus: sed iudicium spirituale est ordinatus. ergo peccator qui est reus, non habet esse suiipsius iudex, sed ab alio iudicari, & ita oportet quòd ei confiteatur.

II Gen. 3. VLTERIVS. Videtur quòd sit de iure naturali. Adam enim & Cain non tenebantur nisi ad præcepta legis naturæ: sed reprehenduntur de hoc quòd peccatum suum non fuit confessi. ergo confessio peccati est de lege naturali.

¶ 2 Præt. Præcepta illa quæ manent in lege ueteri & noua sunt de iure naturali: sed confessio fuit in lege ueteri, unde dicitur Esa. 33. Narra si quid habes, ut iustificeris. ergo est de lege naturali.

¶ 3 Præt. Iob non erat subiectus nisi legi naturali: sed ipse peccata confitebatur, ut patet per hoc quòd ipse de se dicit Iob 31. Si abscondi ut homo peccatum meum. ergo est de lege naturali.

Lib.5.Ethi. mono. c. 4. Cauet ī quol.to.2 quæsito 1. de consti. SED CONTRA. Isidor. dicit quòd ius naturale est idem apud omnes: sed confessio non est eodem modo apud omnes. ergo non est de iure naturali.

¶ 2 Præt. Confessio fit ei qui habet claues: sed claues ecclesiæ non sunt de naturalis iuris institutione. ergo nec confessio.

III Super Esa. ca.3. lib.2. to.5. VLTERIVS. Videtur quòd non omnes ad confessionem teneantur, quia sicut dicit Hiero. Pœnitentia est secunda tabula post naufragium: sed aliqui post baptismum naufragium non sunt passi. ergo eis non cōpetit pœnitentia, & sic nec confessio quæ est pœnitentiæ pars.

¶ 2 Præt. Confessio facienda est iudici in quolibet foro: sed aliqui sunt qui non habent hominem iudicem supra se. ergo non tenentur ad confessionem.

¶ 3 Præt Aliquis est qui non habet peccata nisi uenialia: sed de illis non tenetur homo confiteri. ergo non quilibet tenetur ad confessionem.

SED CONTRA est, quia confessio contra satisfactionem & contritionem diuiditur: sed omnes tenentur ad contritionem & satisfactionem. ergo & omnes tenetur ad confessionem.

¶ 2 Præt. Hoc patet ex decretali de pœnitentijs & remissionibus, ubi dicitur quòd omnis utriusque sexus; cum ad annos discretionis uenerint, debent peccata confiteri.

IIII Ex c.8. lib. 2. de sacra. pœ.14. VLTERIVS. Videtur quòd statim teneatur confiteri. Dicit enim Hugo de Sancto Victore. Si necessitas non est quæ præteudatur, contemptus non excusatur: sed quilibet tenetur uitare contemptum. ergo quilibet tenetur statim confiteri, cum potest.

¶ 2 Præt. Quilibet tenetur plus facere ad euadendum a morbo spirituali, quàm ad euadendum a morbo corporali: sed aliquis infirmus corporaliter, non sine detrimento salutis medicum requireret tardat. ergo uidetur quòd non possit esse sine detrimento salutis, quòd aliquis sacerdoti, cuius copiam habet, de peccato confiteatur.

¶ 3 Præt. Illud, quod sine termino debetur, statim debetur: sed sine termino debet homo confessionem deo. ergo tenetur ad statim.

SED CONTRA. In decretali simul datur tempus determinatum de confessione & de eucharistiæ perceptione: sed aliquis non peccat si non percipiat eucharistiam ante tempus a iure determinatum. ergo non peccat si non ante tempus illud confiteatur. De pœnit. remiss. cap. Olim autem quæstus.

¶ 2 Præt. Quicunq; omittit illud, ad qđ ex præcepto tenet, peccat mortaliter. si ergo aliquis non fatim confiteatur, qñ habet copiam sacerdotis, si ad confiten dū statim tenetur, peccaret mortaliter, & eadem ratione in alio tempore, & sic deinceps. & ita multa mortalia peccata homo incurreret. ergo una pœnitentiæ dilatione, quod uidetur inconueniens. Iacob.5.

VLTERIVS. Videtur quòd possit cum aliquo dispensari ne confiteatur homini. Præcepta enim quæ sunt de iure positiuo, subiacent dispensationi prælatorum ecclesiæ: sed confessio est huiusmodi, ut ex dictis patet. ergo potest dispensari cum aliquo ut non confiteatur. V

¶ 2 Præt. Illud quod ab homine institutum est, potest etiam ab homine dispensationem recipere: sed confessio non legitura deo instituta, sed ab homine, Iacob. 5. Confitemini alterutrum peccata uestra: habet autem Papa potestatem dispensandi in his quæ per Apostolos instituta sunt, sicut patet de bigamis. ergo etiam potest cum aliquo dispensare, ne confiteatur.

SED CONTRA. Pœnitentia, cuius pars est confessio, est sacramentum necessitatis, sicut & baptismus. cum ergo in baptismo nullus dispensare possit, nec in confessione aliquis dispensare poterit.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd passio Christi sine cuius uirtute nec actuale, nec originale peccatum dimittitur, in nobis operatur per sacramentorum susceptionem, quæ ex ipsa efficaciam habent: ideo ad culpæ remissionem & actualis, & originalis requiritur sacramentum ecclesiæ, uel actu susceptum, uel saltem uoto, quando articulus necessitatis non contemptus, sacramentum excludit, & per consequens illa sacramenta quæ ordinantur contra culpam, cum qua salus esse non potest, sunt de necessitate salutis: & ideo sicut baptismus quo deletur originale est de necessitate salutis, ita & pœnitentiæ sacramentum. Sicut autem aliquis per hoc quòd baptismum petit, se ministris ecclesiæ subijcit, ad quos pertinet dispensatio sacramentorum: ita etiam per hoc quòd fatetur peccatum suum, se ministro ecclesiæ subijcit, ut per sacramentum pœnitentiæ ab eo dispensatum remissionem consequatur, qui congruum remedium adhibere non potest, nisi peccatum cognoscat, quòd fit per confessionem peccantis: & ideo confessio est de necessitate salutis eius qui in peccatum actuale mortale cecidit. I

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratiæ infusio sufficit ad culpæ remissionem, sed post culpam remissam adhuc est peccator debitor pœnæ temporalis. Sed ad gratiæ infusionem consequendam ordinata sunt gratiæ sacramenta, ante quorum susceptionem uel actu, uel proposito aliquis gratiam non consequitur, sicut in baptismo patet, & similiter est de confessione, & ulterius per confessionem erubescentiā & uim clauium, quibus se confitens subijcit, & satisfactionē iniunctā, quā sacerdos moderatur secundum qualitatem criminum sibi per confessionem innotescentium, pœna temporali expiatur. Sed tamen ex hoc quòd operatur confessio ad pœnæ remissionem, non habet quòd sit de necessitate salutis: quia pœna ista est temporalis, ad quam post culpæ remissionem aliquis ligatus remanet: unde sine hoc, quod in præsenti uita expiaretur, esset uia saluus, sed habet quòd sit de necessitate salutis ex hoc, quòd ad remissionem culpæ modo prædicto operatur. K

¶ Ad secundum dicendum, quòd & si non legatur illorum confessio, potuit tamen fieri. Multa enim sunt facta, quæ non sunt scripta: & præterea Christus habet potestatem excellentiæ in sacramentis, unde sine his quæ ad sacramentum pertinent, potest rem sacramenti conferre.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccatum quod ex altero contractum

tractum est, scilicet originale, potest omnino ab extrinseco remedium habere, ut in paruulis patet: sed peccatum actuale quod ex seipso quisque commisit, non potest expiari nisi aliquid cooperetur ille qui peccauit: sed tamen non sufficit ad peccatum expiandum ex seipso, sicut sufficienter peccatum commisit, eo quòd peccatum ex parte conuersionis est finitum, ex qua parte peccator in ipsum inducit: sed ex parte auersionis habet infinitatem, ex qua parte oportet quòd peccati remissio incipiat, quia quod est ultimum in generatione, est primum in resolutione, ut dicitur in 3. eth. & ideo oportet quòd etiam peccatum actuale ex alio medicinam habeat. A

¶ Ad quartum dicendum, quòd satisfactio non sufficeret ad expiandum pœnam peccati ex quantitate pœnæ, quæ in satisfactione imponitur, sed sufficit inquantum est pars sacramenti uirtutem sacramentalem habens: & ideo oportet quòd per dispēsatores sacramētorū imponat, & iō necessaria est cōfessio.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut in 1.di. dictum est, sacramenta sunt quædam fidei protestationes, unde oportet ea fidei esse proportionata: fides autem est supra cognitionem rationis naturalis, unde etiam & sacramenta sunt supra rationis naturalis dictamina. Et quia ius naturale est, quod nō opinio genuit, sed innata quędam uis inseruit, ut Tullius dicit, ideo sacramenta nō sunt de iure naturali, sed de iure diuino, quod est supra naturale: & quandoq; etiam naturale dicitur secundum quod cuilibet rei illud est naturale, quod ei a suo creatore imponitur, tamen proprie naturalia dicuntur quæ ex principijs naturæ causantur: supra naturā autem quæ ipse deus sibi reseruat sine naturæ ministerio operanda, siue in operationibus miraculorum, siue in reuelationibus mysteriorum, siue in institutionibus sacramentorū, & sic confessio quæ sacramentalem necessitatem habet, non est de iure naturali, sed diuino. B

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Adam nituperatur de hoc quòd peccatum suum coram deo nō recognouit. Confessio. n. quæ fit deo per recognitionem peccati est de iure naturali: nunc autem loquimur de confessione quæ fit homini. Vel dicendum, quòd confiteri peccatū in casu est de iure naturali, scilicet cum quis in iudicio constitutus a iudice interrogatur: tūc. n. non debet mentiri peccatum excusando, vel negando, de quo Adam & Cain uituperantur: sed confessio quæ fit homini sponte ad remissionem peccatorū consequendam a deo, non est de iure naturali.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præcepta legis naturæ manent eodem modo in lege Moysi, & in lege noua: sed confessio quāmuis aliqualiter esset in lege Moysi, non tamen eodē modo, sicut in lege noua, nec sicut in lege naturæ. In lege enim naturæ sufficiebat interior recognitio peccati apud deum, sed in lege Moysi oportebat aliquo signo exteriori peccatum protestari, sicut per oblationem hostiæ pro peccato, ex quo etiam homini innotescere poterat eum peccasse, non autem oportebat quòd speciale peccatum a se commissum manifestaret, aut peccati circunstantias, sicut in noua lege oportet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Iob loquitur de illa abstinentia peccati, quam facit in iudicio deprehensus peccatum negando, aut excusando, ut ex glo. ibidem habeti potest.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd ad confessionem dupliciter obligamur. Vno modo, ex iure diuino ex hoc ipso, quod est medicina: & secundum hoc non omnes tenentur ad confessionem, sed illi tantum qui peccatum mortale incurrunt post baptismum. Alo modo, ex præcepto iuris positiui, & sic tenentur omnes ex ista institutione ecclesiæ edita in concilio generali sub Innocentio 3. tum ut quilibet se peccatorem recognoscerer, quia omnes peccauerunt, & egent gratia dei: tum ut cum maiori reuerentia ad eucharistiam accederitum ut ecclesiarum rectoribus sui subditi innotescant, ne lupus inter gregem lateat. C

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quāmuis homo in hac uita post baptismum naufragium euadere possit, quod est per peccatum mortale, non tamen potest euadere uenialia quibus ad naufragium disponitur, contra quæ etiam pœnitentia ordinatur: & ideo manet pœnitentiæ locus etiam in illis qui non mortaliter peccant, & per consequens cōfessionis. D

¶ Ad secundum dicendum, quòd nullus est qui non habeat iudicem Christum, cui per suum uicarium confiteri debet, qui quāmuis eo inferior sit inquantum ipse prælatus est, tamen eo est superior inquantum peccator est ipse, & ille Christi minister.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex ui sacramenti non tenetur aliquis uenialia confiteri, sed ex institutione ecclesiæ, quando non habet alia quæ cōfiteatur. Vel potest dici secūdū quosdā, quòd ex decretali ꝓdicta nō obligant nisi illi qui habet peccata mortalia, quod patet ex hoc quòd dicit, ꝙ debet omnia peccata confiteri, quod de uenialibus intelligi non potest, quia nullus omnia confiteri potest: & secundum hoc etiam ille qui non habet mortalia, non tenetur ad confessionem uenialium, sed sufficit ad præceptum ecclesiæ implendum, ut se sacerdoti repræsentet, & se ostendat absq; conscientia mortalis esse, & hoc ei pro confessione reputatur. E

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd cum propositum confitendi sit annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propositum, quando ad contritionem tenetur, scilicet quando peccata memoriæ occurrunt, cum præcipue in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo, in quo sine peccati remissione peccatum oporteat eum incurrere: sicut cum teneatur ad celebrandum, si desit copia sacerdotis, saltem conteri tenetur, & habere propositum confitendi. Sed ad confessionem actualiter faciendam obligatur aliquis dupliciter. Vno modo per accidens, scilicet quando ad aliquid tenetur quod non potest sine peccato facere nisi confessus, tunc. n. cōfiteri tenetur: sicut si debeat ᵈ eucharistiā percipere, ad quā nullus post peccatum mortale, nisi cōfessus, accedere debet copia sacerdotis oblata, & necessitate non urgente: & inde uenit obligatio, qua ecclesia omnes obligat ad semel in anno confitendum, quia instituit ut semel in anno, scilicet in Pascha omnes sacram communionem accipiant, & ideo ante tempus illud confiteri tenentur. Alio modo, obligatur aliquis ad confessionem per se: & sic uidetur eadem ratio esse de confessione & de baptismo differendo, quia utrumq; est sacramentum necessitatis. Ad baptismum autem percipiendum non tenetur aliquis statim postquàm habet propositum baptismi, ita quòd peccet mortaliter nisi statim baptizetur: nec est aliquod tempus determinatum ultra quod, si baptismum differat, peccatū mortale incurrat, sed potest contingere quòd in dilatione baptismi erit peccatum mortale, uel non erit, & hoc pensandum est ex causa dilationis, quia sicut dicit Philosophus in 8. phys. Voluntas non retardat facere opus uolitum, nisi propter aliquam causam rationabilem. Vnde si causa dilationis baptismi peccatum mortale annexum habeat, utpote si propter cōtemptum, uel aliquid huiusmodi baptismum differat, dilatio erit peccatum mortale, alias non: & ideo idem uidetur esse de confessione quæ non est maioris necessitatis quàm baptismus. Et quia ea quæ sunt de necessitate salutis tenetur homo in hac uita implere, ideo si periculum mortis imminet, ēt per se loquēdo, obligatur aliquis ad confessionem faciendam tunc, uel baptismum suscipiēdum: & pp hoc etiam Iaco. simul præceptum edidit de confessione facienda, & extrema unctione suscipienda: & ideo uidetur probabilis eorum opinio, qui dicunt ꝙ nō tenetur homo ad statim confitendū, quāmuis periculosum sit differre. Alij autem dicunt, ꝙ tenetur contritus ad statim confitēdū debita opportunitate oblata ſm rectam rationem. Nec obstat ꝙ decretalis terminum præfigat, ut semel in anno confiteatur, quia ecclesia non indulget dilationē, sed prohibet negligentiam in maiori dilatione. Vnde per decretalem illam nō excusatur a culpa dilationis quantum ad forum conscientiæ, sed excusatur a pœna quantum ad forum ecclesiæ, ut non priuetur debita sepultura si morte præuentus fuerit ante tempus illud. Sed hoc uidetur nimis durū, quia præcepta affirmatiua non obligant ad ſtatim, sed ad tempus determinatū, non quidem ex hoc quòd tunc commode impleri possunt, quia sic si non daret aliquis eleemosynam de superfluo quandocumque pauper offerretur, peccaret mortaliter, quod falsum est, sed ex hoc ꝙ tēpus necessitatē urgentē adducit: & ideo non oportet ꝙ si ſtatim oblata opportunitate non confiteatur, ēt si maior

opportunitas non expectetur, aliquis peccet mortaliter, sed quando ex articulo temporis necessitas cõfessionis inducitur: nec hoc est ex indulgentia ecclesiæ, quòd non teneatur ad statim, sed ex natura præcepti affirmatiui, vnde ante eccclesiæ statutum etiam minus debebatur. Quidam vero dicunt, quòd sæculares non tenentur ante quadragesimale tẽpus confiteri, quod est eis pænitentię tempus: sed religiosi tenentur ad statim, quia totum tempus est eis pænitentiæ tempus. Sed hoc nihil est, quia religiosi nõ tenentur ad alia quàm alij homines, nisi ad quæ se ex voto obligauerunt.

De pæn. di. 1. cap. Quis aliquando §. Item.

fitenda, & si ipse defuerit, etiam socio. Illud Ioan. Chrys. superius positum, nõ est ita intelligendum, ut liceat alicui, si tempus habeat, sacerdoti non confiteri: sed quia sufficit ubi crimen occultum est, soli Deo per sacerdotem dicere, & semel. Nec oportet publicari coram

Ad primvm ergo dicendum, quòd Hugo loquitur de illis qui sine sacramento decedunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est de necessitate salutis corporalis, quòd statim medicum quærat, nisi quando necessitas curationis incumbit, & similiter est de morbo spirituali.

¶ Ad tertium dicendum, quòd retentio rei alienæ inuito domino, contrariatur præcepto negatiuo, quod obligat semper, & ad semper, & ideo tenetur statim ad reddendum: secus autem est de impletione præcepti affirmatiui, quod obligat semper, sed non ad semper, vnde non tenetur aliquis ad statim implendum.

Ad qvintam quæstionem dicendum, quòd ministri ecclesiæ instituuntur in ecclesia diuinitus fundata: & ideo institutio ecclesiæ præsupponitur ad operationem ministrorum, sicut opus creationis præsupponitur ad opus naturæ. Et quia ecclesia fundatur in fide & sacramentis, ideo ad ministros ecclesiæ nec nouos articulos fidei edere, aut editos remouere, aut noua sacramenta instituere, aut instituta remouere pertinet: sed hoc est potestatis excellentiæ, quæ soli debetur Christo, qui est ecclesiæ fundamentum. Et ideo sicut Papa non potest dispensare, vt aliquis sine baptismo saluetur, ita quòd nec saluetur sine confessione, secundum quod obligat ex ipsa vi sacramenti: sed potest dispensare in confessione secundũ quod obligat de præcepto ecclesiæ, vt possit aliquis diutius confessionem differre, quàm ab ecclesia institutum sit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd præcepta iuris diuini non minus obligant quàm præcepta iuris naturalis: vnde sicut non potest dispensari in iure naturali, ita nec in iure positiuo diuino.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præceptum de confessione non est ab homine puro institutum, quàmuis sit a Iacobo promulgatum: sed a deo institutionem habuit, quàmuis expressa institutio ipsius non legatur, tamen quædam præfiguratio ipsius inuenitur, & in hoc quòd Ioanni confitebantur peccata, qui baptismo ipsius ad gratiam Christi præparabantur: & in hoc etiam quòd dominus sacerdotibus leprosos transmisit, qui quàmuis non essent noui testamenti sacerdotes, tamen in eis noui testamenti sacerdotium significabatur.

Cap. vbi supra. — Ioan. cap. 3 — Luc. 17.

Articvlvs II.

Vtrum Augustinus conuenienter confessionem diffiniat.

Vt habetur ex eius expositiõe super psal. 66

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd Augustinus inconuenienter confessionem diffiniat, dicens. Confessio est per quam morbus latens spe veniæ aperitur. Morbus enim contra quem cõfessio ordinatur, peccatum est: sed peccatum aliquando est apertum. ergo non debuit dicere morbum latentem esse, cuius confessio est medicina.

q. 1. ar. 2. ¶ 2 Præt. Principium pænitentiæ est timor, vt in 14. dis. dictum est: sed confessio est pars pænitentiæ. ergo non debuit pro causa confessionis ponere spem, sed magis timorem.

¶ 3 Præt. Illud, quod sub sigillo ponitur, non aperitur, sed clauditur magis: sed peccatum quod quis confitetur, sub sigillo confessionis ponitur. ergo non aperitur in confessione peccatum, sed magis clauditur.

¶ 4 Præt. Inueniuntur quædam aliæ diffinitiones ab ista differentes. Gregorius enim dicit quòd confessio est peccatorum detestatio, & ruptio vulneris: quidam vero dicunt, quòd confessio est legitima coram sacerdote peccatorũ declaratio: quidam autem sic. Confessio est sacramentalis delinquentis accusatio ex erubescentia, & per claues ecclesiæ satisfactoria, obligans ad peragendam pænitentiam iniunctam. ergo videtur quòd præassignata causa non omnia contineat, quæ in his continentur, & ita quòd insufficiens sit.

Homil. 40. super c. 16. Lucæ. 3.

II Vlterivs. Videtur quòd confessio non sit actus virtutis. Omnis enim actus virtutis est de iure naturali, quia ad virtutes apti sumus a natura, vt Philosophus dicit in 2. ethicorum: sed confessio non est de iure naturali. ergo non est actus virtutis. Cap. 1.

multis quod occultum est. Quod notauit dicens, non tibi dico, ut te prodas in publicum. Sicut.n. publica noxa publico eget remedio, ita occulta secreta confessione, & occulta satisfactione purgatur. Nec necesse est, ut quod sacerdoti semel confessi sumus, iterum

¶ 2 Præt. Actus virtutis magis potest cõuenire innocenti, quàm ei qui peccauit: sed confessio peccati, de qua loquimur, non potest innocenti conuenire. ergo non est actus virtutis.

¶ 3 Præt. Gratia quæ est in sacramentis, aliquo modo differt a gratia quæ est in virtutibus & donis, vt in prima distinctione dictum est: sed confessio est sacramenti pars. ergo non est actus virtutis. q. 1. artic. 4. quæst. 5.

¶ 2 Præt. Non meremur nisi actibus virtutum: sed confessio est meritoria, quia aperit cælum, ut in litera magister dicit. ergo videtur quòd sit actus virtutis.

III Vlterivs. Videtur quòd confessio non sit actus pænitentiæ virtutis, quia actus illius virtutis est quæ est causa eius: sed causa confessionis est spes veniæ, vt ex diffinitione inducta apparet. ergo videtur quòd sit actus spei, & non pænitentiæ. q. 3. artic. 1. ad 4.

¶ 2 Præt. Verecundia est pars temperantiæ, vt in 3. libro distinct. 33. dictum est: sed confessio ex erubescentia operatur, vt ex præassignata diffinitione apparet. ergo est actus temperantiæ, non pænitentiæ.

¶ 3 Præt. Actus pænitentiæ innititur diuinæ misericordiæ: sed confessio magis innititur sapientiæ propter veritatem, quæ in ipsa esse debet. ergo non est actus pænitentiæ.

¶ 4 Præt. Ad pænitentiam monet articulus de iudicio propter timorem qui pænitentiæ origo est: sed ad confessionem monet articulus de vita æterna, quia est propter spem veniæ. ergo non est actus pænitentiæ.

¶ 5 Præt. Ad virtutem veritatis pertinet vt ostendat se quis talem, qualis est: sed hoc facit confitens. ergo est actus virtutis quæ dicitur veritas, & non pænitentiæ.

Sed contra. Pænitentia ordinatur ad destructionem peccati: sed ad hoc idem confessio ordinatur. ergo est actus pænitentiæ.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in actu confessionis plura consideranda occurrunt. Primo, ipsa substantia actus, siue genus eius, quod est manifestatio quædam. Secundo, de quo fit, scilicet peccatum. Tertio, cui fiat, scilicet sacerdos. Quarto, causa cuius, scilicet spes veniæ. Quinto, effectus eius, scilicet absolutio a parte pœnæ, & obligatio ad aliam partem exoluendam. In prima ergo diffinitione Augustini tangitur, & substantia actus in apertione, & de quo fit confessio cum dicitur, moribus latens, & causa in spe veniæ: & in alijs diffinitionibus tanguntur aliqua de illis quinque assignatis, vt cuilibet inspicienti patet. Vbi supra.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quàmuis sacerdos aliquando sciat eius peccatum vt homo, non tamen scit vt Christi vicarius: sicut etiam iudex aliquando scit aliquid vt homo, quod nescit vt iudex: & quantum ad hoc per confessionem aperitur. Vel dicendum, quòd quàmuis actus peccati exterior in aperto sit, actus interior, qui tamen principalior est, in occulto est, & ideo oportet quòd per confessionem aperiatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd confessio præsupponit charitatem, qua iam viuus aliquis efficitur, vt in litera dicitur: contritio autem est, in qua datur charitas: timor autem seruilis qui est sine spe, est præuius ad charitatem: sed habens charitatem magis mouetur ex spe, quàm ex timore, & ideo causa confessionis potius ponitur spes, quàm timor.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccatum in confessione aperitur sacerdoti, & clauditur alijs confessionis sigillo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non oportet in qualibet diffinitione omnia tangere, quæ ad rem diffinitam concurrunt: & ideo inueniuntur quędam diffinitiones, siue assignationes datæ penes vnam causam, quędam penes aliam.

Ad

Ad secvndam quæstionem dicendũ, ꝙ ad hoc quòd aliquis dicatur actus virtutis, vt prius dictum est, sufficit quòd in sui ratione aliquam conditionem implicet, quæ ad virtutẽ pertineat: q̃uis autem non omnia quæ ad virtutem requiruntur, importet confessio, tamen importat ex suo nomine manifestatione alicuius quod in conscientia tenet aliquis, sic .n. simul in vnum os & cor cõueniũt. Si enim quis aliqd proferat ore, quod corde non teneat, non confessio, sed fictio dicitur. Hæc autem conditio ad virtutem pertinet, vt aliquis ore confiteatur quod corde tenet, & ideo confessio est bonum ex genere, & est actus virtutis: sed tamen potest male fieri, nisi alijs debitis circunstantijs vestiatur.

confiteamur: sed lingua cordis, nõ carnis apud uerum iudicẽ id iugiter confiteri debemus. Vnde idem Ioannes ait. Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequẽter ea in conspectu Dei pronunties, & pro eis depreceris, citius illa delebis. Si uero obliuiscaris, tunc eorum recordaberis nolens; quando publicabuntur, & in conspectu omnium amicorum & inimicorũ

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ad confessionem veri debito modo faciendam, vbi oportet, & cui oportet in generali inclinat ratio naturalis, & secundum hoc confessio est de iure naturali: sed determinatio circunstantiarum, quando, & quomodo, & quid confiteri oporteat, & cui, hoc est ex institutione iuris diuini in confessione, de qua loquimur: & sic patet ꝙ ius naturale inclinat ad confessionem mediante iure diuino quo circunstantiæ determinantur, sicut pene est in omnibus q̃ sunt de iure positiuo.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ illius virtutis, cuius obiectum est peccatum commissum, q̃uis habitum possit innocens habere, tamen actum non habet innocentia permanente, vt supra de pænitentia dictum est: & ideo etiam confessio peccatorum, de qua nunc loquimur, non competit innocenti, quamuis sit actus virtutis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ q̃uis gratia sacramentorum, & gratia virtutum sit alia & alia, non tamen sunt contrariæ sed disparatæ: & ideo non est inconueniens vt idem sit actus virtutis secundum quod ex libero arbi. gratia informato procedit, & sit sacramentum, vel pars sacramenti secundum quod est medicina in remedium peccati ordinata.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd in virtutibus hoc considerandum est, ꝙ quando supra obiectum virtutis additur spiritualis ratio boni & difficilis, requiritur specialis virtus, sicut magni sumptus ad magnificentiam pertinent, q̃uis communiter sumptus mediocres & donationes pertineant ad liberalitatem, vt patet in 2. & 4. ethi. & similiter est in confessione veri, quæ q̃uis ad veritatis virtutem pertineat absolute, tamẽ secundum quod aliqua ratio boni additur, ad aliam virtutem pertinere incipit: & ideo dicit Philosophus in 4. eth. quòd confessio quæ fit in iudicijs, non pertinet ad veritatis virtutem, sed magis ad iustitiam. Et similiter confessio beneficiorum dei in laudem diuinam non pertinet ad virtutem veritatis, sed ad virtutem latriæ: & ita etiam confessio peccatorum ad remissionem eorum consequendam non pertinet elici iue ad virtutem veritatis, vt quidam dicunt, sed ad virtutem pænitẽtiæ: imperatiue autem ad multas virtutes pertinere potest, sm quod in finem multarũ virtutũ trahi potest confessionis actus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd spes est causa confessionis non sicut eliciens, sed sicut imperans.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ erubescentia in illa diffinitione non ponitur quasi causa confessionis, cum magis nata sit impedire confessionis actum, sed quasi concausa ad liberãdum a pœna, inquantũ ipsa erubescentia pœna quædã est, & sic etiã claues ecclesiæ concausæ confessionis ad hoc sunt.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ secundum quandam adaptationẽ partes pænitentiæ tribus attributis personarum adaptari possunt, vt contritio misericordiæ, vel bonitati respondeat ꝑpter dolorem de malo: confessio, sapientiæ propter veritatis manifestationem: satisfactio, potentię propter satisfaciendi laborem, & quia cõtritio est prima pænitentiæ pars efficaciam alijs partibus præbens, ideo eodem modo iudicatur de tota pænitentia, sicut de contritione.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ quia confessio magis ex spe procedit quàm ex timore, vt dictum est, ideo magis innititur articulo de vita æterna, quẽ respicit spes, quàm articulo de iudicio, quem respicit timor, quamuis pænitentia ratione contritionis econuerso se habeat.

¶ Ad quintum patet solutio ex dictis.

Articvlvs IIII.

Vtrum sit necessarium sacerdoti confiteri.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur ꝙ nõ sit necessarium sacerdoti confiteri. Ad confessionem enim non obligamur nisi ex diuina institutione: sed diuina institutio nobis ꝓponit' Iacob. 5. Confitemini alterutrũ &c. vbi non fit mentio de sacerdote. ergo non oportet confiteri sacerdoti.

Lucę 7. expositiõis aute sue lib. 6. Et hr de pęnitẽtia dist. 1. ca. Lacrymæ.

sanctorumque angelorum proferẽtur. Ita etiam illud Ambro. Lacrymæ lauant delictum, quod uoce pudor est confiteri, ad publicam pænitentiam referendum est. Ibi.n. virtutem lacrymarum & confessionis ostendens, significare voluit ꝙ lacrymæ occultæ & confessio secreta, sicut quæ fit soli sacerdoti, lauãt delictum, quod pudet aliquem publice confiteri. Quod uero dicit

¶ 2 Præt. Pænitentia est sacramẽtum necessitatis, sicut & baptismus: sed in baptismo ꝑpter sacramenti necessitatem est minister quilibet homo. ergo & in pænitentia, ergo sufficit cuilibet confiteri.

¶ 3 Præt. Confessio ad hoc est necessaria, vt taxetur pænitenti satisfactionis modus: sed aliquando aliquis non sacerdos discretius posset pęnitenti dare satisfactionis modũ, quàm multi sacerdotes. ergo non est necessarium quòd confessio fiat sacerdoti.

¶ 4 Præt. Confessio ad hoc est ordinata in ecclesia, vt rectores pecorum suorum uultum cognoscant: sed quandoque rector, siue pręlatus non est sacerdos. ergo confessio non semper facienda est sacerdoti.

Sed contra. Absolutio pænitentis propter quam fit confessio, non pertinet nisi ad sacerdotes, quibus claues ecclesiæ commissæ sunt. ergo confessio debet fieri sacerdoti.

¶ 2 Præt. Confessio præfiguratur in Lazari mortui viuificatione: sed dominus solis discipulis præcepit vt Lazarum soluerent, ut patet Io. 11. ergo sacerdotibus facienda est confessio.

II Vlterivs. Videt ꝙ in nullo casu liceat alijs q̃ sacerdotibus confiteri, quia confessio sacramentalis accusatio est, vt ex supra posita diffinitione habetur: sed dispensatio sacramenti ad illum tantum pertinet qui est sacramenti minister. cum ergo minister sacramenti pænitentiæ sit sacerdos, videtur ꝙ nulli alij sit confessio facienda.

In princ. p̃ceden. ar. 1. iuncta respõsione ad 3. q. 2. eiusdem ar. 2.

¶ 2 Præt. Confessio in quolibet iudicio ad sententiam ordinatur: sed sententia in foro contentioso non a suo iudice lata, nulla est, & ideo nec facienda est confessio nisi iudici: sed iudex in foro conscientię non est nisi sacerdos, qui habet potestatem ligandi & soluendi. ergo non est alij confessio fienda.

¶ 3 Præt. In baptismo, quia quilibet baptizare potest, si baptizat laicus sine necessitate, non debet a sacerdote baptismus iterari: sed si aliquis confitetur laico in casu necessitatis, iterum debet sacerdoti confiteri, si articulum necessitatis euadat. ergo confessio sacerdotis nõ potest fieri laico in casu necessitatis. ar. 1. ad 3. quæstiũ. 3.

Sed contra est, quod in litera determinatur.

Vlterivs. Videtur ꝙ extra casum necessitatis non posset aliquis non sacerdos confessionem venialium audire, qa sacramentum aliquod committitur dispensandum laico ratione necessitatis: sed confessio uenialium non est de necessitate salutis, vt supra dictum est. ergo non committitur laico.

¶ 2 Præt. Contra uenialia ordinatur extrema unctio, sicut & pænitentia: sed illa non potest dari a laico, ut patet Iac. ulti. ergo nec confessio uenialium potest ei fieri.

Sed contra est, quod dicit Beda in litera.

Vlterivs. Videtur ꝙ non sit necessarium quòd homo confiteatur proprio sacerdoti. Greg. enim dicit. Apostolico moderamine, & pietatis officio a nobis constitutum est, quòd sacerdotibus monachis Apostolorum figuram tenentibus, liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pænitentiam imponere, atque peccata soluere: sed monachi non sunt proprij sacerdotes aliquorũ, cum non habeant curam animarum. ergo cum cõfessio fiat propter absolutionẽ, sufficit ꝙ fiat cuicumque sacerdoti.

Elici hoc põt ex registro eiusdem Greg. lib. 5. c. 127. ad Cãdidũ Epm de urbe ueteri maiore.

¶ 2 Præt. Sicut sacerdos est huius sacramenti minister, ita & eucharistiæ: sed quilibet sacerdos potest conficere. ergo quilibet sacerdos potest sacramentum pænitentiæ ministrare. ergo non oportet quòd fiat proprio sacerdoti.

¶ 3 Præt. Illud ad quod determinate tenemur, non est in nostra electione constitutum: sed sacerdos cui confiteri debem', est in nostra electione constitutus, ut patet per August. in litera. dicit enim. Qui uult confiteri peccatum, ut inueniat gratiã, quærat sacerdotem qui sciat ligare & soluere. ergo uidet' quòd

non

non sit necessarium quòd sacerdoti proprio aliquis confiteatur.

¶ 4 Præt. Quidam sunt sicut prælati, qui non videntur habere proprium sacerdotem, cum non habeant superiorem: sed isti tenentur ad confessionem. ergo non semper tenetur homo confiteri proprio sacerdoti.

¶ 5 Præt. Illud qđ est institutum pro charitate, cõtra charitatem non militat, vt Ber. dicit: sed confessio quæ pro charitate instituta est, contra charitatem militaret, si homo ad confitendũ vni sacerdoti esset obligatus, vtputa, si peccator sciat sacerdotem suum hæreticum, vel sollicitatorem ad malũ, aut fragilem qui ad peccatum quod quis ei confitetur, sit pronus, vel si reuelator esse confessionis probabiliter existimatur, vel si peccatum contra ipsum commissum sit, de quo quis cõfiteri debet. ergo videtur quòd non semper oporteat confiteri proprio sacerdoti.

Ioan. 21. Tractatu de pcepto & dispensatione circa principium. Vbi supra in litera.

se lacrymas Petri legisse, non satisfactionem & confessionem, per hoc non excluditur illa. Multa enim facta sunt, quæ scripta non sunt, & forte nondum facta erat institutio confessionis, quæ modo est. Similiter & illud Prosperi. Si sui iudices fiant, mutabunt æterna supplicia. & illud. Facilius Deum placabunt sibi, qui aut proprijs confessionibus crimen produnt, aut

¶ 6 Præt. In eo quod est necessarium ad salutẽ, non sunt homines arctandi, ne impediantur a via salutis: sed magna arctatio videtur si oporteat vni homini confiteri de necessitate, & per hoc multi possunt a confessione retrahi vel timore, vel verecundia, vel aliquo huiusmodi. ergo cum confessio sit de necessitate salutis, non debent homines ad hoc arctari, vt videtur, quòd proprio sacerdoti confiteantur.

De pænitẽ. & remissio. cap. Omnis vtriusq; sexus. Sed contra est decretalis Innocentij, qui instituit quòd omnes vtriusque sexus semel in anno proprio sacerdoti confiteantur.

¶ 2 Præt. Sicut se habet episcopus ad diœcesim suam, ita sacerdos ad suam parochiam: sed non licet vni episcopo in diœcesi alterius episcopale officium exercere, secundum statuta canonum. ergo nec licet vni sacerdoti parochianum alterius audire.

Vlterius. Videtur quòd non possit aliquis alteri quàm proprio sacerdoti confiteri, etiam ex priuilegio, vel mandato superioris, quia non potest aliquod priuilegium indulgeri in præiudicium alterius: sed hoc est in præiudicium alterius sacerdotis, si alius confessionem subditi audiat. ergo non potest per priuilegiũ, vel licentiam, seu mandatũ superioris obtineri.

¶ 2 Præt. Illud per quod impeditur diuinum mandatum, non potest per mandatum, vel priuilegium alicuius hominis concedi: sed mandatum diuinum est ad rectores ecclesiarum, vt diligenter vultum pecoris sui agnoscant, Prouer. 27. quod impeditur, si alius quàm ipse confessionem eius audiat. ergo hoc nõ potest per alicuius hominis priuilegiũ, vel mandatũ ordinari.

¶ 3 Præt. Ille qui audit confessionẽ alicuius, est proprius iudex eius, alias non posset eum ligare, & soluere: sed vnius hominis non possunt esse plures proprij iudices, vel proprij sacerdotes, quia tunc teneretur pluribus obedire, quod esset impossibile si contraria præciperent, vel incompossibilia. ergo non potest alicui aliquis confiteri nisi proprio sacerdoti, etiam ex superioris licentia.

¶ 4 Præt. Iniuriam facit sacramento, qui sacramentum iterat super eandem materiam, vel ad minus inutiliter facit: sed qui confessus est alij sacerdoti, tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti, si petat, quia non est absolutus ab obedientia qua ei tenetur ad hoc. ergo non potest licite fieri quòd alij quàm proprio sacerdoti confiteatur.

Sed contra. Ea quæ sunt ordinis possunt habenti similem ordinem committi ab eo qui illa facere potest: sed superior, vt episcopus, potest audire cõfessionem illius qui est de parochia alicuius presbyteri, quia etiam aliquando aliqua sibi reseruat, cum sit principalior rector. ergo & potest committere alicui sacerdoti alteri quòd ipse audiat.

¶ 2 Præt. Quicquid potest inferior, potest superior: sed ipse sacerdos potest dare licentiam suo parochiano, quòd alteri confiteatur. ergo multo fortius hoc eius superior potest.

¶ 3 Præt. Potestatem quam habet sacerdos in populo, habet episcopus: sed ex illa potestate potest confessionem audire. ergo & eadem ratione alius, cui episcopus potestatem concedit.

Respon. Dicẽdũ ad primam quæstionem, quòd gratia quæ in sacramentis datur, a capite in membra descendit, & ideo solus est ille minister sacramentorum, in quibus gratia datur, qui habet ministerium super corpus Christi verum, quod solius sacerdo-

F tis est, qui consecrare eucharistiam potest: & ideo cum in sacramento pænitentiæ gratia conferatur, solus sacerdos est minister huius sacramenti, & ideo ei soli facienda est sacramentalis confessio, quæ ministro ecclesiæ debet fieri.

Ad primum ergo dicendum, quòd Iaco. loquitur ex suppositione diuinæ institutionis: & quia diuinitus institutio præcesserat de cõfessione sacerdotibus facienda per hoc, quòd eis potestatem remittẽdi peccata Apostolis dedit, vt patet Io. 20. ideo intelligendum est quòd Iacobus sacerdotibus confessionem esse faciendam monuit.

nescientibus alijs in se sententiam excommunicationis ferunt, ad publicam confessionem & satisfactionem referri oportet. Non enim solis sacerdotibus ius ligandi atque soluendi datum est, si cuique suo arbitrio se pęna, vel excommunicationis sententia ligare, & absque G sacerdotali iudicio seipsum Deo, & alteri reconciliare licet: quod ecclesiasticę institutioni, & consuetu-

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus est magis sacramentum necessitatis, quàm pænitentiæ sacramentum quo ad confessionem & absolutionem: quia quandoque baptismus prætermitti non posset sine periculo salutis æternæ, vt patet in pueris, qui nondum habent vsum rationis. Sed non est ita de cõfessione & absolutione, quæ tantum ad adultos pertinet, in quibus contritio cum proposito confitendi & desiderio absolutionis sufficit ad liberandum a morte æterna: & ideo nõ est simile de baptismo, & confessione.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd sicut dictum est, in satisfactione non solum est attendenda quantitas pœnæ, sed etiam virtus H eius secundum quod est pars sacramenti, & sic requirit sacramentorum dispensatorem, quamuis etiam ab alio quàm a sacerdote quantitas pœnæ taxari possit. (dist. 15. q. 1. ar. 2. ad pri.)

¶ Ad quartũ dicendum, quòd cognoscere vultum pecoris ad duo necessarium est, primo quòd coordinentur gregi Christi, & sic cognoscere vultum pecoris pertinet ad curam & sollicitudinẽ pastoralem, quæ incumbit quandoque illis qui non sunt sacerdotes. Secundo, ad hoc quòd prouideatur ei conueniens medicamentum salutis, & sic cognoscere vultum pecoris pertinet ad eum, cuius est medicamentum salutis, scilicet sacramentum eucharistię, & alia præbere, s. ad sacerdotem, & ad talem cognitionem pecoris confessio ordinatur.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & pænitentia. Baptismus autem qui est sacramentum necessitatis, habet duplicem ministrum, vnum cui ex officio baptizare incumbit, s. sacerdotem: I alium cui ratione necessitatis dispensatio baptismi committitur, & ita etiam minister pænitentiæ, cui confessio est facienda ex officio, est sacerdos, sed in necessitate etiam laicus vicem sacerdotis supplet, vt ei confessio fieri possit.

Ad primum ergo dicendum, quòd in sacramento pęnitentiæ non solum est aliquid ex parte ministri, s. absolutio, & satisfactionis iniunctio, sed etiam aliquid ex parte ipsius qui suscipit sacramentum, quod est etiam de essentia sacramenti, sicut contritio & confessio: satisfactio autem iam incipit esse a ministro inquantum eam iniungit, & a pænitente inquantum eam implet, & ad plenitudinem sacramenti vtrumque debet concurrere quando possibile est: sed quando necessitas imminet, debet facere pęnitens quod ex parte sua est, s. conteri, & confiteri cui potest, qui quamuis sacramentum perficere non possit, vt faciat id quod est ex parte sacerdotis, absolutionẽ s. tamẽ defectum sacerdotis summus sacerdos supplet: nihilominus cõfessio laico ex desiderio sacerdotis facta, sacramentalis est quo- K dammodo, quamuis non sit sacramentum perfectũ, quia deest ei id quod est ex parte sacerdotis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis laicus nõ sit iudex eius qui ei confitetur absolute, tamen ratione necessitatis accipit iudicium super eum, secundum quod confitens ex desiderio sacerdotis se ei subdit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per sacramenta homo non solum deo, sed etiam ecclesiæ oportet quòd reconcilietur: ecclesiæ autem reconciliari non potest nisi sanctificatio ecclesiæ ad eum perueniat: in baptismo autem sanctificatio ecclesiæ ad hominem peruenit per ipsum elemẽtum exteriùs adhibitum, quod verbo vitæ sanctificatur secundum formam ecclesiæ a quocũque, & ideo ex quo semel baptizatus est a quocumque, nõ oportet quòd iterum baptizetur. Sed in pænitẽtia ecclesiæ sanctificatio nõ peruenit ad hominem nisi per ministrum, quia non est ibi aliquod elementum corporale exterius adhibitum, quod ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferat: & ideo quamuis ille qui

qui laico confessus est in articulo necessitatis consecutus sit veniam a deo, eo quòd propositum confitendi secundum mandatum dei quod concepit, sicut potuit, impleuit, non tamẽ adhuc ecclesiæ reconciliatus est vt ad sacramenta ecclesiæ admitti debeat, nisi prius a sacerdote absoluatur, sicut ille qui baptismo flaminis baptizatus est, ad eucharistiam non admittitur: & ideo oportet quòd iterum cõfiteatur sacerdoti, cũ copiam habere poterit, & præcipue quia, vt dictum est, sacramentum pęnitentiæ perfectũ nõ fuit: vnde oportet quòd perficiatur, vt ex ipsa perceptione sacramenti pleniorem effectum consequatur, & vt mandatum de pænitentiæ sacramento recipiendo impleat.

dini penitus repugnat. Potius ergo si publice peccasti, publice confitere te reum, & emenda. Si uero occulte deliquisti, etiam sic non taceas, nec tamen dico ut publices, taciturnitas enim peccati ex superbia nascitur cordis: ideo enim peccatum suum quis cęlat, ne reputetur foris, qualem se iam diuino conspectui exhibuit, quod ex fonte superbiæ nascitur. Species enim superbiæ est se velle iustum uideri, qui peccator est: atque hypocrita conuincitur, qui ad instar primorum parentum uel tergiuersatione verborum peccata sua leuigare cõ-

B Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd per peccatum veniale homo nec a deo, nec a sacramentis ecclesiæ separatur, & ideo non indiget nouæ gratiæ collatione ad eius dimissionem, nec indiget recõciliatione ad ecclesiam: & propter hoc non oportet quòd venialia aliquis sacerdoti confiteatur, quia ipsa confessio laico facta, sacramentale quoddam est, quãuis non sit sacramentum perfectum & ex charitate procedens: & talibus natum est veniale remitti, sicut per tunsionem pectoris, & per aquam benedictam.

¶ Et per hoc patet solutio ad primum, quia venialia non indigent sacramẽti perceptione ad dimissionem sui, sed sufficit ibi aliquod sacramentale, vt aqua benedicta, vel aliquid hmõi.

C ¶ Ad secundum dicendum, quòd extrema vnctio non datur directe contra veniale, nec aliquod sacramentum, vt supra dist. 2. dictum est.

Ad quartam quæstionem dicendum, quòd alia sacramẽta non cõsistunt in hoc quòd ad sacramentum accedens aliquid agat, sed solum vt recipiat, sicut patet in baptismo, & huiusmodi: sed actus recipientis requiritur ad percipiendum vtilitatẽ sacramenti in eo qui est suę voluntatis arbiter cõstitutus, quasi remouens prohibens, scilicet fictionem: sed in pænitẽtia actus accedentis ad sacramentum est de substantia sacramenti, eo quòd contritio, confessio, & satisfactio sunt pænitentiæ partes, quæ sunt actus pænitentis. Actus autem nostri cum in nobis principium habeant, non possunt nobis ab alio dispensari nisi per imperium: unde oportet quòd ille qui dispensator huius sacramenti constituitur, sit talis qui possit imperare aliquod agendum: imperium autem non competit alicui in alium, nisi qui habet super eum iurisdictionem, & ideo de necessitate huius D sacramenti est non solum vt minister habeat ordinem sicut in alijs sacramentis, sed etiam quòd habeat iurisdictionẽ: & ideo sicut ille qui non est sacerdos, non potest hoc sacramentum conferre, ita nec ille qui non habet iurisdictionem: & propter hoc oportet sicut sacerdoti, ita proprio sacerdoti confessionẽ fieri. Cum n. sacerdos non absoluat nisi ligando ad aliquid faciendum, ille solus potest absoluere, qui potest per imperium ad aliquid faciendum ligare.

Ad primum ergo dicendum, quòd Greg. loquitur de illis monachis qui iurisdictionem habent, vtpote quibus alicuius parochiæ cura est commissa, de quibus aliqui dicebant quòd hoc ipso quòd monachi erant, non poterant absoluere & pænitentias iniungere, quod falsum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramentum eucharistiæ non requirit imperium in aliquem hominem, secus autem est in hoc sacramento, vt dictum est, & ideo ratio non sequitur: & E tamen non licet eucharistiam ab alio quàm a proprio sacerdote accipere, quamuis sit verum sacramentum quod ab eo percipitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd electio discreti sacerdotis non est nobis commissa, vt nostro arbitrio facienda, sed de licentia superioris, si forte proprius sacerdos esset minus idoneus ad apponendum peccato salutare remedium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quia prælatis incumbit sacramenta dispensare, quæ non nisi mundi tractare debent, ideo concessum est eis a iure, quòd possunt sibi eligere proprios confessores, qui quantum ad hoc sunt eis superiores: sicut etiam vnus medicus ab alio curatur, nõ inquantum est medicus, sed inquantum est infirmus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in casibus illis, in quibus probabiliter timet pænitens periculum sibi, vel sacerdoti ex confessione ei facta, debet recurrere ad superiorem, vel ab eodem petere licentiam alteri confitendi, quòd si licentiam habere non possit,

A idem est iudicium quod de illo qui non habet copiam sacerdotis, vnde magis debet eligere laico confiteri. Nec in hoc transgreditur aliquis præceptum ecclesiæ, quia præcepta iuris positiui non se extendunt vltra intentionem præcipientis, quæ est finis præcepti: hæc autem est charitas secundum Apostolum, nec iterũ fit aliqua iniuria sacerdoti, quia priuilegiũ meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate.

¶ Ad sextum dicendũ, quòd in hoc quòd oportet proprio sacerdoti cõfiteri, nõ arctatur via salutis, sed sufficiens ad salutem via statuitur. Peccaret autem sacerdos, si non esset facilis ad præbendam licentiam confitendi alteri, quia multi sunt adeo infirmi quòd potius sine confessione morerentur, quàm tali sacerdoti confiterentur: vnde illi qui sunt nimis solliciti, vt conscientias subditorum per confessionem sciant, multis laqueum damnationis inijciunt, & per consequens sibiipsis.

Ad Qvintam quæstionem dicendum, quòd sacerdos aliquis potest dupliciter impediri ne alicuius cõfessionem audiat. Vno modo, propter defectum iurisdictionis. Alio modo, propter impedimentum executionis ordinis, sicut excommunicati, & degradati, & huiusmodi. Quicumque autem habet iurisdictionem, potest ea quæ sunt iurisdictionis committere: & ideo si aliquis impediatur quòd alterius confessionem audire non possit per iurisdictionis defectum, potest sibi per quemcumque iurisdictionem habentem immediatam in illos committi quòd confessionẽ audiat, & absoluat, siue per ipsum sacerdotem, siue per episcopum, siue per Papam. Si autem propter executionis ordinis impedimentum audire nõ possit, potest sibi concedi quòd confessionem audiat per eum qui impedimentum amouere potest.

Ad primum ergo dicendum, quòd præiudicium non fit alicui, nisi subtrahatur quod est in fauorem ipsius indultum. Iurisdictionis autem potestas non est commissa alicui homini in fauorem suum, sed in vtilitatem plebis, & ad honorem dei: & ideo si superioribus prælatis expedire videatur ad salutem plebis, & ad honorem dei promouendum, quòd alijs quæ sunt iurisdictionis committant, in nullo fit præiudicium inferioribus prælatis, nisi illis qui quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi: & qui gregi præsunt, non vt eas pascant, sed vt ab eis pascantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd rector ecclesiæ debet vultum pecoris sui agnoscere dupliciter. Vno modo per sollicitam exterioris conuersationis considerationem, qua inuigilare debet super gregem sibi commissum: & in hac cognitione non oportet quod credat subdito, sed certitudinem facti inquantum potest, inquirat. Alio modo, per confessionis manifestationẽ: & quantum ad hanc cognitionem non potest maiorem certitudinem accipere quàm vt subdito credat, quia hoc est ad subueniendum conscientiæ ipsius: vnde in foro confessionis creditur homini & pro se, & contra se, non autem in foro exterioris iudicij: & ideo ad hanc cognitionem sufficit quòd credat subdito dicenti se alteri absoluere valenti cõfessum fuisse, & sic patet quòd talis cognitio pecoris per priuilegium alicui indultũ de confessione audienda non impeditur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd inconueniens esset, si duo æqualiter super eandem plebem constituerentur: sed quòd duo, quorum vnus alio principalior est, super eadem plebẽ constituantur, non est inconueniens: & secundum hoc super eandem plebem immediate sunt & sacerdos parochialis, & episcopus, & Papa, & quilibet eorum potest ea quæ sunt iurisdictionis ad ipsum pertinẽtia, alteri committere. Sed si superior committat qui & principalior est, dupliciter potest committere, aut ita quòd eũ vice sui constituat, sicut Papa, & episcopus suos pænitentiarios constituunt, & tunc talis est principalior quàm inferior prælatus, sicut Pænitentiarius Papæ quàm episcopus, & pænitentiarius episcopi quàm sacerdos parrochialis, & magis tenetur ei confitens obedire. Alio modo, vt eum coadiutorẽ illius sacerdotis constituat, & quia coadiutor ordinatur ad eum cui coadiutor datur, ideo adiutor est minus principalis: & ideo pænitens non tantum obedire tenetur ei quantum proprio sacerdoti.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nullus tenetur confiteri peccata quæ non habet, & ideo si aliquis pænitentiario episcopi, vel alteri ab episcopo commissionem habenti cõfessus fuerit, cum sint sibi dimissa peccata & quo ad deum, & quo ad ecclesiam, non tenetur ea confiteri proprio sacerdoti, quantumcumque petat.

petat: sed propter statutum ecclesiæ de confessione facienda proprio sacerdoti semel in anno eodem modo se debet habere, sicut ille qui habet solum venialia: talis enim debet solum venialia confiteri, vt quidam dicunt, vel etiam profiteri se a peccato mortali immune, & sacerdos in foro conscientiæ ei credere tenetur. Si tamē iterum confiteri teneretur, non frustra primo confessus fuisset, q a quanto pluribus sacerdotibus cōfitetur qs, tanto plus de pena ei remittetur tum ex erubescentia cōfessionis, quæ in pœnam satisfactoriam computatur: tum ex vi clauium. Vnde totiens posset aliquis confiteri, quòd ab omni pœna liberaretur: nec reiteratio iniuriam facit sacramento, nisi illi in quo sanctificatio adhibetur vel per characteris impressionem, vel per materiæ consecrationem, quorum neutrum est in pænitentia: vnde bonum est ꝙ ille qui authoritate episcopi confessionem audit, inducat confitentem quòd confiteatur ꝓprio sacerdoti: ꝙ si noluerit, nihilominus eũ absoluere debet.

D.177. Gen.4.

> tendit, uel sicut Cain peccata sua reticendo supprimere quærit. Vbi ergo superbia regnat & hypocrisis, humilitas locum non habet. Sine humilitate uero alicui veniam sperare non licet. Vbi est ergo taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis. Iam certissime liquet, quàm sit detestabile peccati silentium, & econuerso quàm sit necessaria confessio. Est enim confessio testimonium conscientiæ

ARTICVLVS IIII.

Vtrum confessio esse possit informis.

Ex quolib. Caietani tomo 2. q. 5. de Confessione.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ confessio esse non possit informis. Eccles. enim 17. dicitur. A mortuo velut qui non est, perit confessio: sed ille qui non habet charitatem est mortuus, quia ipsa est animæ vita. ergo absque charitate non potest esse confessio.

¶ 2 Præt. Confessio diuiditur contra contritionem & satisfactionem: sed cōtritio & satisfactio nũquam possunt extra charitatem fieri. ergo nec confessio.

¶ 3 Præt. In confessione oportet quòd os cordi cōcordet, quia hoc ipsum nomen cōfessionis requirit: sed ille qui adhuc manet in affectu peccati quod confitetur, non habet cor ori conforme, quia corde peccatum tenet, quod ore damnat. ergo talis non confitetur.

SED CONTRA. Quilibet tenetur ad confessionē mortalium: sed si aliquis semel confessus est etiam in mortali existens, non tenetur vlterius ad confitendum eadē peccata, quia cum nullus sciat se charitatem habere, nullus sciret se confessum fuisse. ergo non est de necessitate confessionis quòd sit charitate formata.

II VLTERIVS. Videtur quòd non oporteat confessionem esse integram, vt. s. omnia peccata vni sacerdoti confiteatur aliquis, quia erubescentia facit ad diminutionem pœnæ: sed q̃to pluribus sacerdotibus quis confitetur, tanto maiorem erubescentiam patitur. ergo fructuosior erit confessio si pluribus sacerdotibus diuidat.

¶ 2 Præt. Confessio ad hoc necessaria est in pænitentia, vt pœna secundum arbitrium sacerdotis peccato taxetur: sed sufficiens pœna potest imponi a diuersis sacerdotibus de diuersis peccatis. ergo nō oportet vni sacerdoti omnia peccata cōfiteri.

¶ 3 Præt. Potest contingere quòd post confessionem factam, & satisfactionem perfectam recordetur quis alicuius peccati mortalis, quia dum confitebatur in memoria non habebat, & tũc copiam proprij sacerdotis, cui primo confessus fuerit, habere non poterit. ergo poterit illud solum peccatum alteri confiteri, & sic diuersa peccata diuersis sacerdotibus confitebitur.

¶ 4 Præt. Sacerdoti non debet fieri confessio de peccatis, nisi propter absolutionem: sed quandoque sacerdos qui confessionem audit, potest de quibusdam peccatis absoluere non de omnibus. ergo ad minus in tali casu non oportet quòd confessio sit integra.

III SED CONTRA. Hypocrisis est impedimentum pœnitentiæ, vt in præcedenti dist. dictum est: sed diuidere confessionem ad hypocrisim pertinet, vt Augu. dicit. ergo confessio debet esse integra.

¶ 2 Præt. Confessio est pænitentiæ pars: sed pænitentia debet esset integra, vt in 20. dist. magister ostendit. ergo & cōfessio.

q.4. arti. 1. quęstiun. 4. Elicitiue ex ser. 31. de verbis apli, & ex ser. 10. & etiam. 8. de uerbis dñi to. 10. Quolib. 1. art. 10.

VLTERIVS. Videtur ꝙ possit per alium quis confiteri, vel per scriptum, quia confessio ad hoc necessaria est, vt per eã conscientia pænitentis sacerdoti pandatur: sed homo potest etiam per alium, vel per scriptum suam conscientiam sacerdoti manifestare. ergo sufficit per scriptum, vel per alium cōfiteri.

¶ 2 Præt. Quidam non intelliguntur a proprijs sacerdotibus propter linguæ diuersitatem, & tales non possunt nisi per alios

F confiteri. ergo non est de necessitate sacramenti quòd per seipsum quis confiteatur, & ita videtur ꝙ si per alium quis cōfessus fuerit qualitercũque, quòd sufficiat ei ad salutem.

¶ 3 Præt. De necessitate sacramenti est ꝙ homo proprio sacerdoti confiteatur, vt ex dictis patet: sed aliquando proprius sacerdos ē absens, cui non potest pænitens propria voce loqui, posset aũt per scriptum suam cōscientiam ei manifestare. ergo videtur quòd per scriptum ei suam conscientiam transmittere debeat.

G SED CONTRA. Homo tenetur ad confessionem peccatorum, sicut ad confessionem fidei: sed confessio fidei est ore facienda, vt patet Ro. 10. ergo & confessio peccatorum.

¶ 2 Præt. Qui per seipsum peccauit, per seipsum debet pænitere: sed confessio est pænitentiæ pars. ergo pænitens debet cō fiteri propria voce.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ illæ cōditiones sexdecim quę a magistris assignantur his versibus contentæ, non requirant ad confessionem. Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans, & sit parere parata: fides enim & simplicitas, & fortitudo sunt per se virtutes. ergo non debent poni conditiones confessionis.

¶ 2 Præt. Purum est quod non habet permistionem: similiter simplex compositionem & mistionem aufert. ergo superflue vtrumque ponitur.

¶ 3 Præt. Peccatum semel commissum nullus tenetur confiteri nisi semel. ergo si homo peccatum non iterat, non oportet ꝙ sit pænitentia frequens.

H ¶ 4 Prçt. Confessio ordinatur ad satisfactionem: sed satisfactio quãdoque est publica. ergo & confessio non semper debet esse secreta.

¶ 5 Præt. Illud quod non est in potestate nostra, non requiritur a nobis: sed lacrymas emittere non est in potestate nostra. ergo non requiritur a confitente.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionem, quòd confessio est actus virtutis, & pars sacramenti. Secundum autem quod est actus virtutis, est actus meritorius proprie, & sic confessio non valet sine charitate, quæ est principium merendi: sed secundum quod est pars sacramenti, sic ordinat confitentem ad sacerdotem qui habet claues ecclesiæ, qui per confessionem conscientiam confitentis cognoscit: & secundum hoc confessio etiam potest esse in eo qui non est cōtritus, quia potest peccata sua sacerdoti innotescere, & clauibus ecclesiæ se subijcere. I Et quamuis tunc non percipiat absolutionis fructum, tamē recedente fictione percipere incipiet, sicut etiam est & in alijs sacramentis: vnde non tenetur iterare confessionem qui fictus accedit, sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ authoritas illa intelligenda est quantum ad fructum confessionis percipiendum, quem nullus extra charitatem existens percipit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ cōtritio & satisfactio fiunt deo, sed confessio fit homini: & ideo de ratione contritionis & satisfactionis est, quòd homo sit deo per charitatem vnitus, non autem de ratione confessionis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ille qui peccata quæ habet, narrat, vere loquitur: & sic cor concordat verbis quantum ad substãtiam confessionis, q̃uis cor discordet a confessionis fine.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ in medicina corporali oportet ꝙ medicus non solum vnum morbum, K contra quem medicinam dare debet, cognoscat, sed etiam vniuersaliter totam habitudinem ipsius infirmi, eo quòd vnus morbus ex adiunctione alterius aggrauatur, & medicina quæ vni morbo competeret, alteri nocumentum præstaret: & similiter est in peccatis, quia vnum aggrauatur ex adiunctione alterius, & illud quod vni peccato esset conueniens medicina, alteri incentiuum præstaret, cum quandoque aliquis cōtrarijs peccatis infectus sit, vt Grego. in pastorali docet: & ideo de necessitate coofessionis est, quòd homo omnia peccata confiteatur quæ in memoria habet, quod si non facit, non est confessio, sed confessionis simulatio.

Ex scola eiusdem pastoralis par. c. 7. dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ & si erubescentia sit multiplicior quando diuidit diuersa peccata diuersis, tamen omnes simul non sunt ita magnæ, sicut illa vna qua quis omnia peccata sua simul confitetur, quia vnum peccatum per se cōsideratum non ita demonstrat malam dispositionem peccantis sicut

sicut quando cum pluribus alijs consideratur, quia in vnum peccatum aliquis quandoque ex ignorantia, vel infirmitate labitur: sed multitudo peccatorum demonstrat malitiam peccãtis, vel magnam corruptionem eiusdem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœna a diuersis sacerdotib⁹ imposita non esset sufficiēs, quia quilibet cōsideraret tã tum vnum peccatum per se, & non grauitatem ipsius, quã habet ex adiunctione alterius: & quandoque pœna quæ contra vnum peccatum daretur, esset promotiua alterius peccati.

> Deum timentis. Qui enim timet iudicium Dei, peccatum non erubescit confiteri. Perfectus timor soluit omnem pudorem, confessio peccati pudorem habet, & ipsa erubescentia est grauis pœna. Ideoque iubemur confiteri peccata, ut erubescentiam patiamur pro pœ-

¶ Præt. Sacerdos confessionem audiens vicem dei gerit, & ideo debet ei hoc modo fieri confessio, sicut fit deo in contritione: vnde sicut non esset contritio, nisi quis de omnibus cōteretur, ita nō esset confessio, nisi quis de omnibus quæ memoriæ occurrunt, confiteatur. D.196

¶ Ad tertium dicēdum, quòd quidam dicunt quòd quando aliquis recordatur eorum quæ prius oblitus fuit, debet iterum etiam ea quæ confessus fuerat confiteri, & præcipue si non potest eũdem habere, cui ante confessus fuerat, qui omnia cognoscit, vt totius culpæ quãntitas vni sacerdoti innotescat. Sed hoc non videtur necessarium, quia peccatum habet quantitatem & ex seipso, & ex adiunctione alterius: peccatorum autē, de quibus confessus est, manifestauit quantitatem quã ex seipsis habent. Ad hoc autem quòd sacerdos vtranque quantitatem huius peccati cuius fuerat oblitus, cognoscat, sufficit ꝙ hoc peccatum confitens dicat explicite, & alia in generali dicendo, ꝙ cum alia multa confiteretur, huiusmodi oblit⁹ fuit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ etiam si sacerdos nō possit de omnibus absoluere, tenetur sibi omnia confiteri, vt quantitatem totius culpæ cognoscat, & de illis de quibus non potest absoluere, ad superiorem remittat.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, ꝙ confessio non solum est actus virtutis, sed etiam pars sacramenti. Quamuis autem ad eam secundum quod est actus virtutis sufficeret qũalitercumque fieret, & si non esset tanta difficultas in vno modo sicut in alio, tamen secundum quod est pars sacramenti habet determinatum, actum sicut & alia sacramenta habent determinatam materiam. Et sicut in baptismo ad significandã interiorem ablutionem assumitur illud elementum, cuius est maximus vsus in abluendo, ita in habitu sacramentali ad manifestandum ordinate assumitur ille actus, quo maxime consueuimus manifestare. s. per proprium verbum: alij enim modi sunt inducti in supplementum istius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut in baptismo non sufficit qualitercunque abluere, sed per elementum determinatum: ita nec in pænitentia sufficit qualitercũque peccata manifestare, sed oportet quòd per actum determinatum manifestentur.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd in eo qui vsum linguæ non habet, sicut mutus, vel qui est alterius linguæ, sufficit ꝙ per scriptum, aut nutum, aut interpretem confiteatur, quia non exigitur ab homine plus quàm possit: quamuis homo non debeat baptismum accipere nisi in aqua, quia aqua est omnino ab exteriori, & nobis ab alio exhibetur: sed actus confessionis est a nobis, & ideo quãdo non possumus vno modo, debemus secundum quod possumus confiteri.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ in absentia proprij sacerdotis potest etiam laico fieri confessio: & ideo non oportet ꝙ per scriptum fiat, quia plus pertinet ad necessitatem cōfessionis actus, quàm ille cui fit confessio.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ dictarũ conditionum quædam sunt de necessitate confessionis, quædam de bene esse ipsius. Ea autem quæ sunt de necessitate confessionis, vel competunt ei secundum quod est actus virtutis: vel secundum quòd est pars sacramenti. Si primo modo, aut ratione virtutis in genere, aut ratione specialis virtutis, cuius est actus: ex ipsa autem ratione actus virtutis in genere sunt quatuor conditiones, vt in 2. ethi. dicitur. Prima est, vt aliquis sit sciens, & quantum ad hoc confessio dicitur esse discreta, secundum quod in actu omnis virtutis prudentia requiritur: est autem hæc discretio vt maiora cum maiori pondere confiteatur. Secunda conditio est, vt sit eligens, quia actus virtutum debēt esse voluntarij: & quantum ad hoc dicit, libens. Tertia cōditio est, vt propter hoc. s. debitum finem operetur: & quantum ad hoc dicit quòd debet esse pænitentia pura, vt. s. recta sit intētio. Quarta est, vt immobiliter operetur: & quantum ad hoc dicit ꝙ debet esse fortis, vt. s. propter verecundiam non dimittat: est autem confessio actus pænitentiæ virtutis, quæ quidem pri-

Cap. 4.

A mo initium sumit in horrore turpitudinis peccati: & quãtum ad hoc confessio debet esse verecunda, vt. s. non se iactet de peccatis propter aliquam sæculi vanitatem admissam. Secundo progreditur ad dolorem de peccato commisso: & quantum ad hoc debet esse lacrymabilis. Tertio in abiectione sui terminatur: & quantũ ad hoc debet esse humilis, vt se miserũ confiteatur & infirmũ: sed ex propria ratione huius act⁹ qui est confessio, habet ꝙ sit manifestatiua, quæ quidem manifestatio ꝑ quatuor impediri potest. Primo, per falsitatem: & quãtum ad hoc dicit, fidelis. i. vera. Secundo, per obscuritatem: & cōtra hoc dicit, nuda, vt non inuoluatur obscuritate verborum. Tertio, per multiplicationem verborum: & contra hoc dicit ꝙ sit simplex, vt non recitet in confessione nisi quod ad quantitatem peccati B pertinet. Quarto, vt non subtrahatur aliquid de his quæ manifestanda sunt: & contra hoc dicit, integra. Secundum autem quod confessio est pars sacramenti, sic concernit iudicium sacerdotis, qui est minister sacramenti: vnde oportet ꝙ sit accusans ex parte confitentis, parere parata, per comparationem ad sacerdotem: secreta, quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conscientię agitur: sed de bene esse confessionis est, ꝙ sit frequens, & quod sit accelerata.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non est inconueniens, quòd conditio vnius virtutis in actu alterius inueniatur, qui ab ipsa imperatur: vel quia medium quod ē vnius virtutis principaliter, etiam aliæ virtutes per participationem habent.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hæc conditio, pura, intentionis C excludit peruersitatem, a qua homo mũdatur, sed simplex, alieni admistionem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ hoc non est de necessitate confessionis, sed ad bene esse.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ propter scandalum aliorum, qui possunt ex peccatis auditis ad malum inclinari, non debet cōfessio fieri in publico, sed in occulto: ex pœna autem satisfactoria non scandalizatur ita aliquis, quia quandoque pro paruo, vel nullo peccato similia opera satisfactoria fiunt.

¶ Ad quintũ dicendum, ꝙ intelligendũ est de lacrymis mētis.

ARTICVLVS V.

Vtrum confessio liberet a morte peccati.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd confessio non liberaret a morte peccati. Confessio enim contri- D tionem sequitur: sed contritio sufficienter delet culpam. ergo confessio non liberat a morte peccati.

¶ 2 Præt. Sicut mortale est culpa, ita etiam veniale: sed per cōfessionem fit veniale, quod prius erat mortale, vt in litera dicitur. ergo per confessionem non remittitur culpa, sed culpa in culpam mutatur.

SED CONTRA. Confessio est pars sacramenti penitentiæ: sed pænitentia a culpa liberat. ergo & confessio.

VLTERIVS. Videtur ꝙ confessio non liberet aliquo modo a pena, quia peccato non debetur nisi pœna æterna, vel temporalis: sed pœna æterna per contritionem dimittitur, pœna autem temporalis per satisfactionem. ergo per confessionem nihil dimittitur de pœna.

¶ 2 Prçt. Voluntas pro facto reputatur, vt in litera dicitur: sed ille qui confessus est, habuit propositum confitendi. ergo tantũ valuit sibi, sicut si fuisset confessus, & ita per confessionem quã E postea facit, nihil de pœna dimittitur.

SED CONTRA. Confessio pœnam habet: sed per alia opera pœnalia expiatur pœna peccato debita. ergo & per confessionem.

VLTERIVS. Videtur ꝙ non aperiat paradisum, quia diuersorum diuersi sunt effectus: sed apertio paradisi est effectus baptismi. ergo non est effectus confessionis.

¶ 2 Præt. In id quod clausum est, ante apertionem intrari non potest: sed ante confessionem moriens paradisum intrare potest. ergo confessio non aperit paradisum.

SED CONTRA. Confessio facit hominem subijci clauibus ecclesiæ: sed per eas aperitur paradisus. ergo & per confessionem.

VLTERIVS. Videtur ꝙ confessionis effectus poni nō debeat, quòd tribuat spem salutis, quia spes ex omnibus meritorijs actibus prouenit, & sic non videtur esse proprius effectus confessionis.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Per tribulationem ad spem peruenimus; vt patet Ro. 5. sed tribulationem homo præcipue in satisfactione, sustinet, ergo tribuere spem saluti magis est satisfactionis, quàm confessionis.

SED CONTRA. Per confessionem homo fit humilior & mitior, sicut in litera magister dicit: sed per hoc homo accipit spem salutis. ergo confessionis effectus est tribuere spem salutis,

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ pœnitentia, inquantum est sacramentum, præcipue in confessione perficitur, quia per eam homo ministris ecclesiæ se subdit, qui sunt sacramentorum dispensatores. Contritio enim votum confessionis annexum habet, & satisfactio pro iudicio sacerdotis cui fit confessio, taxatur. Et quia in sacramento pœnitentiæ gratia infunditur, per quam fit remissio peccatorum, sicut in baptismo: ideo eodem modo confessio ex vi ablutionis coniunctæ remittit culpam, sicut baptismus. Liberat enim baptismus a morte peccati non solum secundum quod actu recipitur, sed etiam sicut in voto habetur, sicut patet in illis qui iam sanctificati ad baptismum accedunt: & si aliquis impedimentum non præstaret, ex ipsa collatione baptismi gratiã consequeretur remittentem peccata, si prius sibi remissa non fuissent. Et similiter dicendum est de confessione adiuncta absolutione, ꝙ secundum quod in voto pœnitentiæ præcessit, a culpa liberauit, postmodum autem in actu confessionis & absolutionis gratia augetur: & etiam remissio peccatorum daretur, si præcedens dolor de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset, & ipse tunc obicem gratiæ non præberet: & ideo sicut de baptismo dr ꝙ liberat a morte, ita & de cõfessione dici põt.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ contritio habet votum confessionis adiunctum, & ideo eo modo liberat a culpa pœnitentes, sicut desiderium baptismi baptizandos.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ veniale non sumitur pro culpa, sed pro pœna de facili expiabili: vnde non sequitur, ꝙ culpa in culpam conuertat, sed penitus annihilat. Dicitur enim veniale tripliciter. Vno modo ex genere, sicut verbum otiosum. Alio modo ex causa, idest veniæ causam in se habens, sicut peccatum ex infirmitate. Alio modo ex euentu, sicut hic accipitur, quia per confessionem hoc euenit, quòd de culpa præterita homo veniam consequatur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd confessio simul cum absolutione habet vim liberandi a pœna dupliciter. Vno modo ex ipsa vi absolutionis, & sic quidem liberat in voto existens a pœna æterna, sicut & a culpa: quæ quidem pœna est pœna condemnans, & ex toto exterminans, a qua non modo liberatus manet adhuc obligatus ad pœnam temporalem, secundum quod pœna est medicina purgans & promouens, & hæc pœna relicta in purgatorio patiẽda, etiam his qui a pœna infernali liberati sunt, quæ quidem pœna est inproportionata viribus pœnitentis in hoc mundo viuentis: sed per vim clauiũ in tantum diminuitur, quòd proportionata viribus pœnitẽtis remanet, ita ꝙ satisfaciendo sein hac vita purgare potest. Alio modo diminuit pœnam ex ipsa natura actus confitentis, qui habet pœnam erubescentiæ annexam: & ideo quanto aliquis pluries de eisdem peccatis confitetur, tanto magis pœna diminuitur.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Ad tertiũ dicẽdum, ꝙ voluntas pro facto non reputatur in his quæ sunt ab alio, sicut est de baptismo. Non.n. tantum valet voluntas suscipiendi baptismum, sicut ipsius susceptio: sed reputatur voluntas pro facto in his quæ sunt omnino ab homine, & iterum quantum ad præmium essentiale, non autẽ quantum ad pœnæ remotionem, & huiusmodi, respectu quorum attenditur meritum accidentaliter & secundario: & ideo confessus & absolutus minus in purgatorio punietur, quàm contritus tantum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd a paradisi introitu prohibetur aliquis per culpam & reatum pœnæ: & quia hæc impedimenta confessio amouet, vt ex dictis patet, & ideo dicitur paradisum aperire.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis baptismus & pœnitentia sint diuersa sacramenta, tamẽ agunt in vi vnius passionis Christi, per quam paradisi aditus est apertus.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ante votum confessionis paradisus clausus erat peccanti mortaliter, quamuis postea per contritionem votum cõfessionis importantem, apertus sit, etiam ante confessionem actualiter factam, non tamen obstaculum reatus est totaliter remotũ ante confessionẽ & satisfactionẽ.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ spes remissionis peccatorum non est nobis nisi per Christum: & quia homo per confessionem se subijcit clauibus ecclesiæ ex passione Christi virtutem habentibus, ideo dicitur quòd confessio spem salutis tribuit.

catum. Dicimus, quia quædam punitio peccati est sicut satisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit sacerdos qualiter debeat iustiæ redemptoris innititur, ideo spem salutis tribuit non solũ vt actus meritorius, sed vt sacramenti pars.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ex actibus non potest esse spes salutis principaliter, sed ex gratia redẽptoris; & quia cõfessio gratia redẽptoris innititur, ideo spem salutis tribuit non solũ vt actus meritorius, sed vt sacramenti pars.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ tribulatio spem salutis tribuit per experimentum propriæ virtutis, & purgationem a pœna, sed confessio etiam modo prædicto.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sicut enim quidam. Tertia opinio est quam magister non tangit, ꝙ dimittatur culpa per contritionem sub conditione. si confiteatur. Sed hæc opinio minus habet de ratione quàm aliæ, quia status salutis nõ dependet ex futuro, quia sicut dicitur, Eccl. 12. Lignum vbi ceciderit, ibi erit. vnde nihil est dictu, ꝙ homo ad statum salutis per dimissionem peccati reducatur sub conditione confessionis simpliciter. *Votum pro operatione indicatur.* Hoc intelligendum est tam in bonis quàm in malis, quãdo est vótum plenũ, ita ꝙ nihil ab executione retardat nisi impotẽtia. Si autem operatio adiuncta addat aliquid ad voluntatem, sicut in illis operibus quæ habent in ipso actu delectationem voluntatem prouocantem, tunc operatio addit etiam quantum ad meritum, vel demeritum substantiale, alias non, sed superaddit operatio quantum ad aliquid adiunctum, quod est vilitas cõsequẽs actum in bonis vt effectus eius, vel nocumentum in malis. *Non dicitur, si ore.* Ergo videtur quòd non requiratur oris confessio. Et dicendum, quòd ipse, gemitus habet votum vocalis confessionis adiunctum. *Nemo potest confiteri.* Scilicet confessione efficaci ad salutem. *Quæ vt est vita corporis &c.* Non oportet quòd sit similitudo quantum ad omnia, sed solum quantũ ad hoc quòd sicut anima corpori sensum & motum præbet ꝙ hoc ꝙ est in corpore, ita deus animæ spiritualiter quam inhabitat p gratiã. *Non potest quisquam &c.* Hæc tria purgantia sic distinguuntur, quia baptismus purgat a culpa originali & actuali, sed pœnitentia quantum ad contritionem a culpa actuali tantum: confessio autem actu exercita directe a pœna. *Nemo dicat occulte*, ita scilicet, ꝙ sacerdoti non manifestet. *Si erubuit in conspectu &c.* Ergo videtur ꝙ liceat publice confiteri. Et dicendum, quòd nostra litera quæ verior est, habet, si abscondi vt homo peccatum meum, in quo negatur absconsio contra mãdatum dei facta. Sustinendo autem literam quæ hic ponitur, dicendum, ꝙ non licet publice confiteri, nisi forte sit peccatũ manifestum, quia talis humilitas proximo præiudicaret, qui ex peccato manifestato posset scandalizari: sed satisfactio in manifesto facta quodammodo peccatum in conspectu populi cõficetur. *Nullus debito grauioris.* Hæc authoritas, & sequens ostendunt quòd sine satisfactione peccatum non dimittitur, quod etiam hæc opinio dicebat. *Quibusdam visum est &c.* Hoc quod ponitur hic pro opinione, hæresis est, non quòd explicite sit contra aliquem articulum vel præcedens, vel sequens ad ipsum, sed implicite aliquid contrarium fidei continet: quia sequitur quòd claues ecclesiæ non sint necessariæ ad salutem, & in talibus antequam determinetur per ecclesiam ꝙ ex eis sequatur aliquid contrarium fidei, non iudicatur hæresis esse, & sic magister, & Gratianus hoc pro opinione ponunt. Sed nunc post determinationem ecclesiæ sub Innocen. 3. factam inter reputanda est. *Reuela viam tuam &c.* Hic non loquitur de reuelatione sacramentali, sed de reuelatione quæ fit in supplicationes orationis. *Non dico vt confitearis ea &c.* Qui enim confitetur sacerdoti &c. non confitetur ei vt confesso, sed vt deo. *In se voluntariæ excommunicationis &c* Non ꝙ aliquis seipsum excommunicare possit, sed excommunicatio hic large ponitur pro voluntaria cohibitione, qua aliquis se subtrahit a sacris ex humilitate. *Iustitia enim sola damnat.* Hæc loquitur Augustin. ex hypothesi, id est, si deus tantum iustitia uteretur contra nos sine misericordia, quia ad gratiam ipsius post peccatum sine misericordia redire non possemus. *Quanto pluribus confiteatur.* Non diuidens peccata, sed integre omnibus: consequitur autẽ maiorem veniam saltem propter erubescentiam, & sacerdotis intercessionem: vel etiam ex vi clauium, vt quidam dicunt: sed de hoc in propinqua dist. dicetur. *Qui sciat ligare & soluere.* Hæc

Hæc scientia & si non sit maior, tamen tanta debet esse, vt sciat distinguere inter peccatum & non peccatum, & peccatum mortale & veniale: & si in aliquo esset dubitatio, posset ad discretiores recurrere. Ponuntur autem multæ conditiones aliæ, quæ ad confessorem requiruntur, vt confitentes alitèr quæ his versibus continentur. Confessor dulcis, affabilis atque suauis, Prudens, discretus, mitis, pius atque benignus. *Non peccans sacerdotes &c.* Quia tales executionem ordinis nõ habent, & iurisdictione carent: & loquitur de diuisione per hæresim, aut schisma, aut ex communicationẽ.

dicare de crimine. Per eam quoq; peccator sit humilior, & cautior.

DISTINCTIO XVIII.
A
De remissione sacerdotis.

Hic quæri solet, si peccatum omnino dimissum est a Deo per cordis contritionem, ex quo pœnitens uorum habuit confitendi, quid postea dimittatur ei a sacerdote? Video enim quo uinculo eum ligat, scilicet temporalis pœnę, sed non a quo eum absoluat. Et ideo quæro, ante penitudinem quippe cordis anima rei maculam habet, & fœtorem peccati, atque æternę vltionis vinculo ligata existit. Si vero ad confessionem per cordis contritionem Deus per seipsum sine ministerio sacerdo

DIVISIO TEXTVS.

POstquam determinauit magister de pœnitentia quãtum ad totum & partes eius, hic incipit determinare de potestate ministrorum, quibus huius sacramenti dispensatio est commissa, & diuiditur in partes duas. In prima determinat de ipsi potestate quæ claues ecclesiæ dicuntur. In secunda determinat de habentibus claues 19. dist. ibi. *Postquam ostensum est &c.* Prima in duas. In prima mouet rationem ex prædictis de potestate ministrorum. In secunda determinat eam, ostendens quæ dicantur claues eccle. siæ, & ad quid se extendant, ibi. *Claues ipse non sunt &c.* Et hæc pars in duas. In prima determinat de clauibus ecclesiæ ordinatis ad peccatorum remissionem. In secũda determinat de quibusdam circa peccatum existentibus, per quorum ablationem peccatum remitti dicitur, ibi. *Hic quæritur quæ sit illa &c.* Prima in duas. In prima determinat de clauibus: in secunda de effectu earum, ibi. *Sed quæritur vtrum a peccato &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit, quid sint claues. Secundo ostendit, quid sit vsus earũ, ibi. *Vsus vero harum &c. Sed quæritur vtrum a peccato &c.* Hic inquirit de effectu clauium, & diuiditur in partes duas. In prima ostendit quòd potestas clauium non se extendit ad remissionem culpæ, quia hoc solius dei est. In secũda ostendit per quem modum sacerdotes dicuntur peccata remittere, ibi. *Nec ideo tamen negamus.* Circa primũ tria facit. Primo ponit opinionem quorundam qui dicebant, quòd potestas clauium se extendit ad remissionem pœnæ æternæ, quamuis non se extendat ad remissionem culpæ. Secundo ponit aliam quæ dicit, quòd ad neutrum horum se extendit, ibi. *Alij vero dicunt &c.* Tertio confirmat hanc secundam opinionem, cui cõsentit per rationes & authoritates, ibi. *Cui sententiæ ratio suffragatur. Nec idem tamen.* Hic inquirit modum quomodo sacerdotes dicantur peccata remittere. & circa hoc tria facit. Primo ostendit per authoritates ꝙ sacerdotes aliquo modo peccata remittunt. Secũdo ostẽdit ꝙ sacerdotes aliter q̃ Deus peccata remittant, ibi. *Hoc sane dicere.* Tertio mouet quandam dubitationem ex modis assignatis, ibi. *Secundum hos ligandi & soluendi &c.* Circa secundum tria facit. Primo ostendit quomodo se habeat sacerdos in ligando & soluendo quantum ad culpam. Secundo quomodo se habeat quantum ad pœnam in foro cõscientiæ iniungendam, ibi. *Ligant quoque sacerdotes &c.* Tertium ad pœnam excommunicationis quæ infligitur in foro contentioso, ibi. *Est & alius modus &c.*

QVAESTIO PRIMA.
A
Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De clauibus.
¶ Secunda, De excommunicatione.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, De clauibus secundum se.
¶ Secundo, De remissione peccatorũ, ad quã ordinant claues.
¶ Tertio, De effectu clauium.

ARTICVLVS PRIMVS

a Vtrum claues in ecclesia esse debeant.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd claues in ecclesia esse non debeant. Non enim requiruntur claues ad intrandum domum, cuius ostiũ è apertũ: sed Apoc. 4. dicitur. Vidi & ecce in cælo ostiũ apertũ, quod Christus est, qui de seipso dicit Io. 10. Ego sum ostiũ. ergo ad introducendum in cælum, ecclesia clauibus non indiget.

¶ 2 Præt. Clauis ẽ ad aperiendum & claudendũ: sed hoc solius Christi ẽ, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit Apoc. 3. ergo ecclesiæ in ministris suis claues non habent.

¶ 3 Præt. Cuicumque claudicur cælum, aperitur infernus, & e contrario ergo quicumque habet claues cæli, habet claues inferni: sed ecclesia non dicitur habere claues inferni. ergo nec claues cęli habet.

SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 16. Tibi dabo claues regni cælorum.

¶ 2 Præt. Omnis dispensator debet habere claues eorum quę dispensat; sed ministri ecclesiæ sunt dispensatores diuinorum mysteriorum, vt patet. 1. Cor. 4. ergo debent habere claues.

VLTERIVS. Videtur ꝙ clauis non sit potestas ligandi & soluendi, qua ecclesiasticus iudex dignos recipere, indignos excludere debet a regno, vt ex litera habetur, & ex glo. Hiero. Matth. 16. Potestas enim spiritualis in sacramento collata, est idem quod character, vt supra dist. 4. dictum est: sed clauis & character non videntur idem esse, quia per characterem homo deo comparatur, per claues autem ad subditos. ergo clauis non est potestas.

¶ 2 Præt. Ecclesiasticus iudex non dicitur nisi ille qui habet iurisdictionem, quæ simul cum ordine non datur: sed claues in ordinis susceptione conferuntur. ergo non debuit de ecclesiastico iudice in diffinitione clauium mentio fieri.

¶ 3 Præt. Ad id quod aliquis habet ex seipso, nõ indiget alia potestate actiua, per quam inducatur ad actum: sed eo ipso ꝙ aliquis est dignus ad regnum admittitur. ergo non pertinet ad potestatem clauium dignos ad regnum admittere.

¶ 4 Præt. Peccatores indigni sunt regno: sed ecclesia pro peccatoribus orat, vt ad regnum perueniant. ergo non excludit indignos, sed magis admittit quantum in se est.

¶ 5 Præt. In omnibus agentibus ordinatis vltimus finis pertinet ad principale agens, non ad agens instrumẽtale: sed principale agens ad salutem hominis est deus. ergo ad deum pertinet ad regnum admittere, quod est vltimus finis, & non ad habentem claues, qui est sicut instrumentum, vel minister.

VLTERIVS. Videt ꝙ non sint duæ claues, sed tantum vna. Ad vnam enim seram, non requiritur nisi vna clauis: sed ad quam amouendam ordinantur ecclesiæ claues, est peccatum. ergo contra vnum peccatum non indiget ecclesia duabus clauibus.

¶ 2 Præt. Claues in collatione ordinis conferuntur: sed scientia non est ex infusione semper, sed quandoque ex acquisitione, nec ab omnibus ordinatis habetur, & a quibusdam non ordinatis habetur. ergo scientia non est clauis, & sic est tantũ vna clauis. s. potestas iudicandi.

¶ 3 Præt. Potestas quam habet sacerdos super corpus mysticũ, dependet ex potestate quã habet super corpus Christi verum: sed potestas conficiendi corpus Christi verum est vna tantum. ergo clauis quæ est potestas respiciens corpus Christi mysticum, est vna tantum.

SED CONTRA. Videtur ꝙ sint plures quam duæ, quia sicut ad actum hominis requiritur potentia scientia, ita & voluntas: sed scientia discernendi ponitur clauis, & similiter potentia iudicandi. ergo & voluntas absoluendi deberet dici clauis.

¶ 2 Præt. Tota trinitas peccata remittit: sed sacerdos per claues est minister remissionis peccatorum. ergo debet habere tres claues, vt trinitati configuretur.

RESPON. Dicẽdum ad primam quæstionem, ꝙ in corporalibus dicitur clauis instrumentum quo hostium aperitur. Regni autem hostium nobis clauditur per peccatum, & quãtum ad ma-

In Cõcilio Tridẽtino sess. 14. c. 6.

II 4. Contra Gent. c. 74. circa finẽ. dist. 4. q. 1. ar. 2, & 3.

III Vbi supra cap. eodem

Duabus precedentibus quæstiun.

Vbi supra in litera.

ad maculam, & quantum ad reatum pœnæ: & ideo potestas qua tale obstaculum regni remouetur, dicitur clauis. Hæc autem potestas est quidem in sanctissima trinitate per authoritatem, & ideo dicitur a quibusdam quòd habet clauem authoritatis: sed in Christo homine fuit hęc potestas ad remouendū prædictum obstaculum per meritū passionis, quæ etiam dicitur ianuā aperire: & ideo dicitur habere s͠m quosdā claues excellentiæ. Matth. 26. Sed quia ex latere dormientis in cruce sacramenta fluxerunt, quibus ecclesia fabricat', ideo in sacramentis ecclesiæ efficacia passionis manet: & pp hoc etiā ī ministris ecclesię, qui sunt dispensatores sacramētorum, potestas aliqua manet ad p̄dictū obstaculū remouendum, non propria virtute, sed virtute diuina, & passionis Christi: & hæc potestas metaphorice clauis ecclesiæ dicitur, quæ est clauis ecclesiæ ministerij.

tis, & debitum omnino relaxat, & animam interius purgat a contagione & fœtore peccati, quid ergo mundat? quid dimittit sacerdos? vbi sunt claues illæ quas Dominus tradidit Petro, & successorib' eius dicens, Tibi dabo claues regni cęlorum, & quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cęlo: G & quæcumque solueris super terrā, erunt soluta &c? Vt autem præmissa quæstio plenius explicari valeat, quasi altius ducto rhete de his clauibus, & vsu earum disseramus.

De clauibus.

Claues ' istæ sunt non corporales, sed spirituales, s. discernendi scientia, & potentia iudicandi, idest, ligandi & soluendi, qua dignos recipere, indignos debet excludere a regno ecclesiasticus iudex. H Qui sicut habet ius ligandi, ita & soluendi. Vnde Ambro. Dominus par ius & soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrūque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. & infra. Certum est quòd ecclesię vtrumque licet, hæresis vtrumque nō habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Recte ergo ecclesia hoc sibi uendicat, quę veros sacerdotes habet. Hęresis vendicare non potest, quæ ueros sacerdotes non habet.

De usu clauium.

Vsus vero harum clauium multiplex est, discernere scilicet ligandos, & soluēdos, ac deinde ligare, uel soluere. Qui enim indignos ligat, uel soluit, propria potestate se priuat, idest, dignum priuatione se facit,

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ostium cęli, quantū est de se, semper est apertum: sed alicui clausum dicitur propter impedimentum intrandi in cælum, quod in ipso est. Impedimentum autem totius humanæ naturæ ex peccato primi hominis consecutum, per passionē Christi amotum est, & ideo Ioannes post passionem vidit in cælo ostium apertum: sed adhuc quotidie alicui manet clausum per peccatum originale, quod contrahit, vel actuale quod committit: & propter hoc indigemus sacramentis & clauibus ecclesiæ.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ hoc intelligitur de clausione qua limbum clausit, ne aliquis vltra in illud descendat: & de apertione qua paradisum aperuit remoto impedimento naturæ p suam passionem.

I ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ clauis inferni qua aperitur & clauditur, est potestas gratiam conferendi, per quam homini aperitur infernus, vt de peccato educatur, quod est inferni porta: & clauditur, ne homo vltra in peccatum labatur gratia sustētat'. Gratiam autem conferre solius dei est, & ideo clauem inferni sibi soli retinuit: sed clauis regni est potestas etiam dimittēdi reatum pœnę, per quem homo a regno prohibetur, & ideo magis potest dari homini clauis regni quàm clauis inferni, non enim idem sunt, vt ex dictis patet. Aliquis enim ex inferno educitur per remissionem æternæ pœnæ, qui non in instanti in regnum introducitur propter reatū tēporalis pœnæ quæ manet.

¶ Vel dicendum, vt quidam dicunt, ꝙ idem est clauis inferni & cęli: qui ex hoc ipso ꝙ alicui aperitur vnum, clauditur alterū, sed denominatur a digniori.

Ad secvndam quæstionem dicendum, ꝙ secundum Philosophum in 2. de anima. (Tex co. 33.) Potentiæ per actus diffiniuntur. Vnde cum clauis sit potestas quędam, vt dictum est, oportet ꝙ per actum, siue vsum suum diffiniatur, & ꝙ in actu obiectum exprimatur a quo speciē recipit actus, & modus agendi ex quo apparet potentia ordinata. (q̄stiun. præcedenti ad prim.um.) Actus autem potestatis spiritualis non est, vt cælum aperiat absolute, quia iam apertum est, vt dictum est, sed vt quantum ad hunc aperiat: quod quidem ordinate fieri non potest, nisi idoneitate eius cui aperiendum est cælum pensata: & ideo in prædicta diffinitione clauis ponitur genus. s. potestas, & subiectū potestatis. s. iudex ecclesiasticus, & actus. s. excludere & recipere secūdum duos actus materialis clauis aperire & claudere, cuius obiectum tangit in hoc ꝙ dicit, a regno: modus autem in hoc ꝙ dicit, dignitas & indignitas in illis, in quos actus exercetur, pensatur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ad duo quorum vnum est causa alterius vna potestas ordinatur, sic in igne calor ad calefaciendum & dissoluendū. Et quia omnis gratia & remissio in corpore mystico ex capite suo prouenit, ideo eadem potestas

F esse videtur per essentiam, qua sacerdos conficere potest, & qua potest ligare & soluere, si iurisdictio adsit: nec differt nisi ratione secundum quod ad diuersos effectus comparatur. Sicut etiam ignis dicitur secundum aliam rationem calefactiuus & liquefactiuus. Et quia nihil est aliud character ordinis sacerdotalis q̄ potestas exercendi illud, ad quod principaliter ordo sacerdotij ordinatur, s. conficiendo quòd sit idem quod spiritualis potestas, ideo character, & potestas conficiendi, & potestas clauium ē vnum & idem per essentiā, sed differt ratione. (Vt habetur De pœnitentia dist. 1. c. Verbū dei.)

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ omnis potestas spiritualis datur cum aliqua consecratione, & ideo clauis cum ordine datur: sed executio clauis indiget materia debita, quæ est plebs subiecta per iurisdictionem, & ideo anteq̄ iurisdictionem habeat, habet claues, sed non habet actū clauiū: & quia clauis per actum diffinitur, ideo in diffinitione clauis ponitur aliquid ad iurisditionem pertinens.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ aliquis potest esse dignus aliquo dupliciter. Aut ita ꝙ ipsum habendi ius habeat, & sic quilibet dignus iam habet cęlum apertum: aut ita ꝙ insit ei aliqua cōgruitas ad hoc quod ei detur, & sic dignos, quibus nondum totaliter apertum est cęlum, potestas clauium recipit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sicut deus non obdurat impartiendo malitiam, sed non conferendo gratiam: ita sacerdos dicitur excludere non ꝙ impedimentum ad intrādum ponat, sed quia impedimentum positum non amouet: quia ipse amouere nō pōt, nisi prius deus amouerit, & ideo rogatur deus, vt ipse absoluat, vt sic sacerdotis absolutio locum habeat.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ actus sacerdotis non est immediate super regnū, sed sup sacramēta, quibus hō ad regnū puenit.

Ad tertiam quæstionē dicendum, ꝙ in omni actu qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, duo sunt necessaria ei qui debet actum illum exercere. s. iudicium de idoneitate recipientis, & expletio actus: & ideo etiam in actu iustitiæ, per quem redditur alicui hoc quo dignus est, oportet esse iudiciū quo discernatur, an iste sit dignus, & ipsa redditio: & ad vtrūq; horum authoritas quædam, siue potestas exigitur. Non enim dare possumus nisi quod in potestate habemus: nec iudicium dici potest, nisi vim coactiuam habeat, eo ꝙ iudicium iam ad vnum determinat: quæ quidē determinatio in speculatiuis fit p virtutē primorū principiorū, quibus resisti nō potest & in rebus practicis per vim imperatiuā in iudicāte existētem. Et quia actus clauis requirit idoneitatē in eo, in quē exercet', q̄ recipit p clauē iudex ecclesiasticus dignos, & excludit indignos, vt ex dicta diffinitione patet: ideo indiget iudicio discretionis quo K idoneitatē iudicat, & ipso receptionis actu. & ad vtrumque horum potestas quædam, siue authoritas requirit': & s͠m hoc duæ claues distinguunt', quarū vna ptinet ad iudiciū de idoneitate eius q absoluēdus ē, & alia ad ipsam absolutionē: & hę duæ claues nō distiguunt' essentia authoritatis, q̄a vtrūq; ex officio sibi cōpetit, sed ex cōparatiōe ad act', quorū vn' aliū psupponit.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ ad vnā seram aperiēdam vna clauis immediate ordinatur, sed non est inconueniens ꝙ vna ad actum alterius ordinetur: & sic est in proposito. Secūda enim clauis, quæ dicitur potestas ligandi & soluendi, est quę immediate seram aperit peccati: sed clauis quæ dicitur scientia, ostendit cui aperienda sit clauis illa.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ circa clauem sciētiæ duplex fuit opinio. Quidam enim dixerunt ꝙ scientia secūdum quod est habitus acquisitus, vel infusus, dicitur hæc clauis, & quòd non est principalis clauis, sed in ordine ad aliam clauem clauis dicitur:

citur: & ideo quando est sine alia claui, clauis non dicitur, sicut A in viro literato qui non est sacerdos. Et similiter etiam quandoq; hac claui aliqui sacerdotes carent, quia non habent sciētiā neque acquisitā, neque infusam, qua absoluere & ligare possint: sed quandoque industria naturali ad hoc vtuntur, quæ secundū eos clauiola dicitur, & sic clauis sciētiæ quā uis cum ordine non tradatur, traditur tamen cum ordine ꝙ sit clauis, quod prius non erat. & hæc videtur opinio magistri fuisse. Sed hæc non videtur verbis euangelii concordare, quæ claues Petro dandas promittunt, & ita non solū vna, sed duæ in ordine dātur. Et propter hoc alia opinio est, quòd sciā quæ est habitus, non est clauis, sed authoritas actum scientiæ exercendi, quæ q̄ndoq; sine sciā est, quandoque autē sciētia sine ipsa, sicut patet etiam in iudiciis sæcularibus. Aliquis enim est iudex habens authoritatē iudicandi, qui non habet iuris scientiam: & aliquis econuerso habet scientiā iuris, qui nō habet authoritatem. Et quia actus iudicii ad quos quis ex authoritate suscepta obligatur, non autem ex scientia habita, sine vtroque bene fieri non potest: ideo authoritas iudicandi quæ clauis est, sine scientia non potest sine peccato accipi: sed scientia sine authoritate sine peccato haberi potest.

Si sacerdos potest dimittere, uel retinere peccata.

Sed queritur, vtrum a pctō soluere valeat sacerdos. i. a culpa, vt culpæ maculā abstergat, vel debitum æternæ mortis soluere valeat. Quidam arbitrati sunt, cum peccator dupliciter li- B gatus teneatur, vt prędictum est, scilicet mentis contagione ac cæcitate, & debito futurę pœnæ, alterum curari per Deū, alterum solui per sacerdotem. Patitur enim per peccatum quasdā tenebras interiores & maculas, a quibus nisi liberetur, proiicietur in tenebras exteriores. Cū aūt liberatur ab his, suscitatur a morte peccati. Vnde Apostol'. Surge qui dormis, & illuminabit te Christus. Solus. n. Christus non sa- C cerdos, animā resuscitat, ac pulsis tenebris interioribus & maculis eā illuminat & mundat, qui aīæ faciē lauat. Debitū vero æternæ pęnę soluere cōcessit sacerdotib'. Quòd in resurrectione Lazari assignatū asserunt, (Ioan. 11.) quē Christus prius per se interius viuificauit, deinde foras exire iussit, eumque adhuc ligatū soluere Apostolis præcepit: quia vt aiunt, ipse interius animam a caligine maculæq; peccati emūdat. Sacerdotibus vero dedit vinculū æternæ mortis soluere. Alii vero dicunt solū Deū, nō sacerdotē debitū æternæ mortis dimittere, sicut & animā interius per se viuificat: nec tamē diffitentur sacerdotibus traditam ptātē peccata dimittendi & retinendi, quibus dictū est, Quorū remiseritis peccata &c. (Ioan. 20.) Sicut. n. Christus retinuit sibi ptātem baptismi, ita & pniæ. Et iō sicut interius gr̄a sua animā illuminat, ita & simul debitū æternæ mortis relaxat. Ipse. n. per se ipsum pctā pęnitentium tegit: & tunc tegit qn̄ ad

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ potestas conficiendi est ad vnum tantum actū alterius generis: & ideo non connumeratur clauibus, nec multiplicatur sicut potestas clauium quæ est ad diuersos actus, quāuis secundū authoritatis essentiā sit vna, vt dictū est.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ velle vnicuique est liberum, & ideo ad volendum non exigitur authoritas, & propter hoc voluntas non ponitur clauis. D

¶ Ad quintum dicendum, quòd trinitas tota eodem modo remittit peccata, sicut vna persona: & ideo non oportet quòd sacerdos qui minister est trinitatis, claues habeat tres, & præcipue cum voluntas, quæ spiritui sancto appropriatur, clauem non requirat, vt dictum est. [illegible]

Articvlvs II.

b Vtrum macula aliquid positiue in anima sit.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd macula aliquid positiue in anima sit. Si enim est priuatio tantum, non erit priuatio nisi eius quod per peccatum aufertur: sed hæc est gratia. ergo cum omne peccatum gratiam auferat, omnium peccatorum erit vna macula, & sic secundum peccatum nullam maculam animæ adiiciet præter maculam primi peccati. E

¶ 2 Præt. Priuatio quæ ex peccato in anima relinquitur, dicitur cæcitas, vel tenebra quæ ad intellectum pertinet: sed hæc macula non est huiusmodi, cum ad effectum pertinere videatur. ergo macula non est priuatio tantum, sed aliquid ponit.

¶ 3 Præt. Macula quam quis ex actu alicuius immundi contrahit, quæ & contagio dicitur, aliquid positiue est: sed macula peccati etiam contagio dicitur. ergo est aliquid positiue.

¶ 4 Præt. Priuatio gratiæ quædam pœna est: sed, in peccato macula contra pœnam, vel reatum diuiditur. ergo macula non est priuatio tantum gratiæ, & sic idem quod prius.

Sed contra. Ex peccato non remanet positiue aliquid in anima nisi dispositio, vel habitus quæ consequuntur peccatum ex parte actus ex quo aliquid ponit: sed macula non est dispositio ex actu causata, nec habitus, quod patet ex hoc quòd dispositio & habitus possunt sine gratia destrui per contrariā consuetu- A dinem, quæ forte habitum contrarii vitii inducit expellentē contrarium habitum & dispositionem, macula autem sine gratia nō aufertur. ergo macula non ponit aliquid positiue in anima.

Vlterivs. Videtur ꝙ peccatum numquā possit remitti quo ad maculam, quia ex hoc ipso ꝙ aliquis peccauit, pulchritudinem innocētiæ amisit: sed non potest hanc pulchritudinem recuperare, nisi contingeret ipsum non peccasse. ergo cum hoc sit omnino impossibile, impossibile est ꝙ alicui peccatum remittatur quo ad maculā. II

¶ 2 Pręt. ex hoc ipso homo turpitudinem quandā habet, ꝙ tempus debitum seruitio creatoris, in peccatum expendit: sed tempus illud qđ iam effluxit, recuperari nō pōt. ergo nec macula mundari.

Sed contra est, qđ dicitur Eph. 6. ꝙ Christus coniunxit sibi ecclesiam non habentem maculam, neque rugā: sed aliqui sunt membra ecclesiæ, q ꝗnq; maculati fuerunt. ergo peccatum quo ad maculā remitti pōt.

Vlterivs. Videtur ꝙ si remittatur peccatū quo ad maculam, ꝙ remittatur quo ad omnem pœnam, quia remota causa remouetur effect': sed causa quare aliquis erat reus pęnæ est macula culpæ. ergo remota macula remouetur pœna. II. 1.2.q. 87. ar. 6.

¶ 2 Præt. Quicumque absque culpa existens punitur, iniuste punitur: sed ille cui remissum est peccatum quo ad maculam, est absque culpa. ergo iniuste puniretur, & ita videtur quòd non sit aliqua pœna dignus, & sit sibi reatus pœnæ remissus.

Sed contra. Pecatum non punitur per hoc ꝙ remittitur quo ad maculam: sed omni peccato debetur pœna secundū diuinam iustitiam. ergo etiam post dimissionem culpæ aliquis pœnæ reatus remanere potest. D

Respon. Dicendum ad primā quæstionem, ꝙ ex hoc aliquid maculatum dicitur, quia debitæ pulchritudinis patitur detrimētum. Vnde macula secundum qđ huiusmodi, non habet ꝙ aliquid ponat, sed per comparationem ad illud quod pulchritudinis detrimentum causat aliquid quandoque ponere dicitur: sicut aliquid in faciem inductum quod candorem faciei tegat, aut priuat. Pulchritudo aūt animæ cōsistit in assimilatione ipsius ad deum, ad quem formari debet per claritatem gratiæ ab eo susceptam. Sicut autem perceptio claritatis corporalis a Sole prohibetur a nobis per aliquod obstaculum interpositum: ita etiam claritas gratiæ prohibetur ab anima per peccatū cōmissum, quod diuiditur inter nos & deū, vt dicitur Esa. 59. vnde ipsa macula quātum in se est, non ponit de essentia sua nisi priuationē gratiæ, sed ponit vt causam obstaculū peccati quod obstat ad gratię receptionem: & propter hoc etiam macula tenebra dicitur ratione prędictæ similitudinis.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ quamuis quantū ad ipsam priuationē gratiæ non differant maculę peccatorum, differunt tn̄ quantum ad causam, ex qua macula consequitur: & secundum hoc ēt quodlibet peccatum vnam maculā addit, inquātum nouum obstaculum gratiæ ponit. E

¶ Ad scd̄m dicendū, ꝙ gratia est in essentia animæ, ex qua vires cognitiuæ & effectiuæ procedunt, & ideo gratiæ lumē & intellectum dirigit, & affectum mouet: sed peccatum in vtroq; defectū inducit: in intellectum quidem, quia omne peccatum ex errore est scd̄m Ambro. & secundum Philosophū. Ois malus ignorās, & principaliter in affectu, quia oē peccatū in d voluūtate est. & ideo macula & quantū ad ipsam priuationē, & quantū ad cām. s. peccatū, & intellectum, & affectum respicit, sed principalius affectū: vnde non est incōueniēs si macula, & cęcitas, & tenebra dicatur. (D. 995. In apologia Dauid. c. 4. 3. Eth. ca. 3)

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ macula dicitur cōtagio nō quātū ad priuationē ipam, sed q̄tū ad cām priuationis, q̄a ex hoc ipso ꝙ peccatū affectū quodāmō tangit, priuatio dicta in ipso cōsequitur.

¶ Ad quartum dicendum, quod macula quantum ad causam diuiditur ab omni pena, sed quantum ad priuationem ipsa diuiditur a pena inflicta, non autem a pena quæ peccatum concomitatur. [F]

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd macula obscuritatis ex interpositione causata non pōt auferri nisi obstaculum interpositum amoueatur. Peccatū autem quod erat obstaculum interpositum prohibens gratiæ claritatem, non potest remoueri, vt factum non sit, sed vt effectum auertendi deum a nobis non habeat, qui propter auersionem qua ab eo auersi propter peccatum fuimus, a nobis auers⁹ manebat: & ideo secundū hoc quòd se ad nos sua benignitate conuertit, dicitur peccatum nostrum remittere: sicut nos offensam alicui remittimus, cum ad eum propter offensam præteritā vlterius maleuolentiam non seruamus, quæ quidem in deū secundum effectum accipiēda sunt, vt in 3. lib. di. 32. dictum est: & propter hoc ēt deus remittendo peccatum, dicitur ipsum tegere, quasi non aspiciens ad præteritum peccatum, vt ratione eius gratiam nobis deneget.

Psal. 31.

Super Ps. 31. super eundem Psal. 31.

pœnam non reseruat. Tūc ergo tegit, quando debitum pœnæ soluit. Quòd autē ipse tegat, aperte dicit Aug. exponens illum locū psalmi. Quorū tecta sūt pctā, idest, cooperta & abolita. Si.n. texit Deus peccata, noluit aduertere. Si noluit aduertere, noluit aīaduertere, i. punire, sed ignoscere. Ita ergo dicit a [G] Deo tecta, ut Deus nō videat, idest, æternaliter puniat. Videre enim Dei peccata est ad pœnam imputare. Auertere aūt faciem a peccatis, hoc est ea ad pœnam nō reseruare. Item Hiero. Quibus Deus dimittit peccata, tegit ne in iudicio reuelentur. Item Cassiodorus. Qui grauia habēt pctā, alijs Deus imputat, aliis per misericordiā non imputat. Ex his aperte ostēditur, quòd Deus ipse pænitentē soluit a debito pœnę: & tunc soluit, quando intus illu- [H] minat inspirando veram cordis cōtritionem. Cui sententiæ ratio suffragatur, & authoritates attestant. Nemo enim vere compungitur de peccato habens cor contritum & humiliatum, nisi in charitate: qui autem charitatem habet; vita dignus est. Nemo autem simul vita & morte dignus est. Non est ergo tūc ligatus debito æternæ mortis. Filius enim iræ esse desiit, ex quo diligere & pænitere cœpit. Ex tunc ergo solutus est ab ira, quę non manet super illum qui credit in Christum, sed super illum qui non credit. Non ergo postmodum per sacerdotem cui confitetur, ab ira, æterna liberatur, a qua iam liberatus est per Dominū, ex quo dixit, confitebor. Solus ergo c Deus hominē interius mūdat a peccati macula, & a debito æternæ pœnæ soluit, qui per Prophetam ait, Ego solus deleo iniquitates & peccata populi. Item Ambro. Verbum Dei dimittit peccata, sacerdos & iu-

qu. 1. ar. 1.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis non reparetur pulchritudo animæ quantum ad aliquod accidens quod erat dignitas innocentiæ, reparatur tamen quantum ad decorē gratiæ quæ restituitur. ¶ Et similiter dicendum ad secundum, quia non semper homo recuperat omnia dāna quæ passus est, vel temporis, vel aliorū, sed recuperat amissam pulchritudinē quantum ad essentiam decoris spectat.

Ad tertiam quæstionem dicendū, quod in peccato duo sunt, s. conuersio ad commutabile bonum, & auersio ab incōmutabili bono: & secundum hoc duo sunt effectus peccati. Vnus [I] est indignatio dei ad nos auersioni peccati respondens: alius est pœna inordinata conuersionem ordinans. Et quia primo in peccato ex parte nostra est conuersio, & quod est prius in generatione est posterius in destructione: ideo ex parte dei primo est recōciliatio ipsius ad nos, & secundum hoc est liberatio a debito pęnæ. Sed pęna est duplex, scilicet exterminans hostes, & talis pęna ex reconciliatione ipsa remouetur: alia pęna est quæ corrigit ciuem & filium, vel amicum, & debitum eius potest remanere reconciliatione iam facta: & ideo simul cum peccatum remittitur quo ad maculam, remittitur quo ad pęnam æternam quæ est exterminans, sed non quo ad pęnam temporalē quę est corrigens.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut actus præexistens fuit causa maculæ, & tamen transeunte actu nō transit macula, ita actus mediante macula fuit causa debiti pęnæ: & ideo non oportet quòd cessante macula debitum pęnæ cesset, quia cessante primo effectu non oportet quòd cesset secundus. [K]

¶ Ad secundum dicendum, quòd iste cui remissa est culpa quantum ad maculam, adhuc dignus est propter actum quem commisit, pęnam sustinere, quamuis non sit dignus a deo alienus esse.

ARTICVLVS III.

Vtrum potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod ptās clauium se extendat ad remissionem culpæ. Ioan. 20. dicitur discipulis. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: sed hoc nō dicit quantum ad manifestationem tantum, vt magister in litera dicit, qa sic sacerdos noui testamenti nō haberet maiorē ptātem q̄ sacerdos veteri testamēti. ergo exercet ptātē ī culpæ remissione.

¶ 2 Præt. In pnia datur gratia ad remissionē peccati: sed huius sacramēti dispēsator est sacerdos ex vi clauium. ergo cum gratia nō opponatur peccato ex parte pęnæ, sed ex parte culpæ, videtur quod sacerdos ad remissionem culpæ operetur ex vi clauium.

¶ 3 Præt. Maiorem virtutem recipit sacerdos ex sua consecratione, quàm aqua baptismi ex sua sanctificatione: sed aqua baptismi hanc vim accipit, vt corpus tāgat & cor abluat secundū Augu. ergo multo fortius sacerdos in sui consecratione hanc potestatē accipit vt cor a culpæ macula abluere possit.

Super Ioā. c. 15. tract. 80.

Sed contra. Supra magister dixit dis. 5. quod deus hāc potestatem non contulit ministro quod ad interiorem mundationē cooperaretur ei: sed si peccata quo ad culpam remitteret, cooperaretur ei in mundatione interiori. ergo ptās clauium nō se extēdit ad culpæ dimissionem.

Ioan. 11.

¶ 2 Præt. Peccatum non dimittitur nisi per spiritumsanctū: sed dare spūmsanctum non est alicui hominis, vt in 1. lib. magister dixit di. 14. ergo nec peccata remittere quo ad culpā.

Esaiæ 43. Et habetur De pænit. di. 1. c. Verbum dei. Habetur eodem Ambro. cap. 2.

Vlterius. Videtur quod non possit remittere peccatum quo ad pœnam. Peccato enim debetur pœna æterna & temporalis: sed adhuc post absolutionem sacerdotis manet pęnitens obligatus ad pœnam temporalem in purgatorio, vel in hoc mundo faciendam. ergo non dimittit aliquo modo pęnam.

¶ 2 Præt. Sacerdos non potest præiudicare diuinæ iustitiæ: sed ex diuina iustitia taxata ēst pęna pęnitenti, quam debet subire. ergo sacerdos de ea non potest aliquid remittere.

¶ 3 Præt. Ille qui paruum peccatum commisit non est minus susceptiuus effectus clauium, quàm ille qui commisit maius peccatum: sed aliquid de pęna per officium sacerdotis de maiori pctō dimittitur. poße est ergo esse aliquod paruū pctm̄ cui nō debeat plus de pęna q̄ illud quod de maiori peccato dimissum est, ergo poterit totā pęnā illius parui peccati dimittere, qđ falsum est.

¶ 4 Pręt. Tota pœna temporalis pctō debita est vnius rationis. si ergo per primam absolutionem dimittatur aliquid de pęna, & per secundam ab eodem peccato absolutionem, poterit aliquid remitti, & sic tantū poterit multiplicari absolutio, quod vi clauiū tota pœna tolleret, cum scđa absolutio nō sit minoris efficaciæ q̄ prima: & sic peccatū remanebit oīno impunitū, qđ est inconueniēs.

Sed contra. Clauis potestas est ad ligandum & soluendum: sed potest sacerdos iniungere pœnam temporalem. ergo & potest absoluere a pœna.

¶ 2 Præt. Sacerdos non potest dimittere peccatum quantum ad culpam, vt in litera dicitur, nec quantum ad pœnam æternā pari rōne. si ergo non pōt remittere quantum ad pęnam tpalē, nullo mō remittere poterit, quod est omnino contrariū dictis euāgelii.

¶ Vlterius. Videtur quod sacerdos per potestatem clauiū ligare non possit. Virtutes enim sacramentales ordinantur contra peccatum vt medicina: sed ligare non est medicina peccati, sed magis aggrauatio morbi; vt videtur. ergo sacerdos per vim clauium, quæ est vis sacramentalis, non potest ligare.

¶ 2 Præt. Sicut absoluere, vel aperire est amouere obstaculum, ita ligare est obstaculum ponere: sed obstaculum regni peccatū est, quod nobis ex alto imponi non potest, quia non nisi voluntate peccatur. ergo sacerdos ligare non potest.

¶ 3 Pręt. Claues ex passione Christi efficaciā habēt: sed ligare nō ē effect⁹ passionis, ergo ex clauium ptāte nō pōt sacerdos ligare.

Sed contra est, quod dicitur Matth. 16. Quodcumq; ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis.

¶ 2 Præt. Potestates rationales sunt ad opposita: sed potestas clauium est potestas rationalis, cum habeat discretionem adiunctam. ergo habet se ad opposita, ergo si pōt soluere, pōt & ligare.

Et habetur de Pænit. dist. 1. c. Mensuram.

¶ Vlterius Videtur quòd possit ligare & soluere secundum proprium arbitrium, Hieronymus enim dicit. Mensuram temporis

temporis in agendo pænitentiam non satis aperte præfigunt canones pro vnoquoque crimine, vt de singulis dicant, qualiter vnumquodque sit emendandū, sed magis arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt. ergo videtur quòd ipse secūdum suum arbitrium possit ligare & soluere. [A]

¶ 2 Præt. Dominus laudauit villicū iniquitatis quod prudenter fecisset, quia debitoribus dñi sui remisisset largiter: sed deus magis pronus ē ad miserēdū quàm aliquis dñs temporalis. ergo videtur quod laudabilior sit quantum plus de pœna dimiserit.

¶ 3 Præt. Oīs Christi actio, nostra est instructio, sed ipse quibusdam peccantibus nullam pęnā imposuit, sed solum emendationem vitę, vt patet de adultera, Io. 8. ergo videtur quod ad arbitrium suum possit etiā sacerdos qui est vicarius Christi, pęnā totā dimittere, vel partem.

Sed contra. Greg. dicit. Falsam pænitentiā dicimus quæ non secundum authoritatē sanctorum patrum pro qualitate criminis imponitur. ergo videtur quod non omnino sit in arbitrio sacerdotis.

dex. Sacerdos quidem officiū suum exhibet, sed nullius ptātis iura exercet. Idē. Ille solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Item Aug. Nemo tollit peccata nisi solus Deus, qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit aūt & dimmitendo quæ facta sunt, & [B] adiuuādo ne fiant, & perducendo ad vitam, vbi oīo fieri non posśūt. His alijsque pluribus testimoniis docetur Dominum solū per se peccata dimittere, & sicut peccata dimittit quibusdam, ita & aliorum quorūdam peccata retinet.

Quòd sacerdotes etiam dimittūt pctā, & tenent peccata suo modo.

Nec ideo tñ negamus sacerdotibus concesśā ptātem dimittendi & retinēdi peccata, cum hoc veritas in Euāgelio aperte doceat. Hinc Aug. ait. Ecclesiæ charitas quę per Spiritūsanctū diffunditur in cordibus eorū qui participes sui sūt, peccata dimittit: eorum qui nō sunt, tenet. Idem. Sacerdotes possunt cōfitētibus parcere: quib⁹.n. remittūt, remittit De⁹. Lazarum.n. de monumēto suscitatū obtulit discipulis soluendū, per hoc ostendens ptātem soluendi cōcessā sacerdotibus. Dixit.n. Quodcumq; solueritis super terrā erit solutū & ī cęlo &c. hoc est. Ego De⁹, & oēs cęlestis curiæ ordines, & oēs sancti in gloria mea laudant vobiscū & cōfirmant quos ligatis & soluitis. Nō dixit, Quos putatis ligare & soluere: sed. In quos exercetis opus iustitiæ & misericordiæ. Aliter aūt vel alia opa vestra ī pctōres non cognosco. Idem. Cum veraciter [C] ad Deum conuerso peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur, quibus ipse veraci cōuersione coniungitur. Spūsscūs ea dimittit qui

De vera & falsa pnia ca. 10.

Matth. 16.

¶ 2 Præt. Ad actum clauium requirituř discretio: sed si esset oīo in voluntate sacerdotis dimittere & imponere de pęna quantum vellet, non esset ibi necessaria discretio, quia nuquā ibi indiscretio posset accidere. ergo nō est omnino in arbitrio sacerdotis.

Respon. Dicendū ad primā quæstionē, quod sacramēta scđm Hug ex sanctificatione inuisibilē grām cōtinent. Sed hæc sanctificatio qñq; ad necessitatē sacri requiritur tā in materia, quàm in ministro, sicut patet in confirmatione, & tunc vis sacralis est in vtroq; cōiunctim. Qñq; aūt ex necessitate sacri non requiriť nisi [D] sanctificatio materiæ, sicut est in baptismo, qa nō habet ministrū determinatū quātum ad sui necessitatē, & tunc tota vis sacralis cōsistit in materia. Qñq; vero de necessitate sacri reqriť cōsecratio, vel sanctificatio ministri sine aliqua sanctificatione materiæ, & tūc tota vis sacramētalis consistit in ministro, sicut & in pnia. Vnde eodē modo se habet ptās clauiū quæ est ī sacerdote ad effectum sacramēti pniæ, sicut se habet virtus quæ est in aqua baptismi ad effectū baptismi. Baptismus aūt & sacramentū pniæ cōueniūt quodammō in effectu, qa vtrūq; cōtra culpā ordinať directe, qđ non est de aliis sacramētis: sed in hoc differunt, qa sacrm pnię eo quod habet actus suscipientis quasi materiales, nō pōt dari nisi adultis, in quibus requiritur præparatio ad suscipiendū effectū sacrorum, sed baptismus qñq; datur adultis, & qñque pueris, & aliis carētibus vsu rōnis: & ideo per baptismū datur gratia & remissio peccatorū pueris sine aliqua sui præparatione pcedente: non aūt adultis, in quibus pexigiť præparatio remouēs fictionem, quæ quidē præparatio qñq; præcedit sufficiēs ad grāe susceptionem, antequā baptismus actu pcipiatur, sed nō ante votū baptismi post tēpus ppalatę veritatis. Qñq; aūt talis pparatio tpe [E] non præcedit, sed est simul cū baptismi susceptione, & tunc p baptismi susceptionē gratia remissionis culpę cōfertur: sed per pnię sacramentū nunquā datur gratia, nisi præparatio adsit, vel prius fuerit; vnde virtus clauium operatur ad culpæ remissionē, vel in voto existens, vel ēt in actu se exercens, sicut & aqua baptismi. Sed sicut baptismus non agit vt principale agens, sed vt instrumentū non quidem pertingens ad ipsam gratiæ susceptionē causandā etiam instrumentaliter, sed disponēs ad gratiā per quam fit remissio culpæ: ita est de ptāte clauium. Vnde solus deus remittit per se culpam, & in virtute eius agit instrumentaliter & baptismus vt instrumentū inanimatum, & sacerdos vt instrumētū animatū, quod dicitur seruus scđm Philosophū in 8. eth. & iō sacerdos agit vt minister, & sic patet quod ptās clauiū ordinatur aliquo mō ad remissionem culpæ, non sicut causans, sed sicut disponens ad eam. Vnde si ante absolutionem aliquis non fuisset perfecte dispositus ad gratiam suscipiendam, in ipsa confessione & absolutione sacramētali gratiā cōsequeretur, si obicē nō poneret. Si.n. clauis nullo modo ad culpæ remissionem ordinaretur, sed ad dimissionē pęnæ tantū, vt qdā dicunt, non exigeretur votum suscipiendi effectum clauiū ad culpæ remissionem, sicut nō exigitur votū suscipiendi alia sacramenta quæ non ordinantur ad culpā, sed cōtra pęnā: sed hoc facit videri quod nō ordinantur ad culpæ dimissionem, qa semper vsus clauiū ad hoc quod effectū habeat, requirit præparationē ex parte recipiētis sacramentum, & similiter videreť de baptismo, si nūquā daretur nisi adultis.

Lib. 1. de sacramen. p. 9. c.

Ad primum ergo dicedū, quod sicut magister dicit in litera, sacerdotibus commissa est ptās remittendi pctā, nō vt propria virtute remittāt, quia hoc dei est, sed vt operationē dei remittentis ostendant tāquā ministri. Sed hoc contingit tribus modis. Vno modo, vt ostendāt eā nō pnté, sed promittāt futurā sine hoc quod aliqd operentur ad ipsam, & sic sacramēta veteris legis opationē dei significabanť, vnde & sacerdos veteris legis ostēdebat tantū, & nihil opabatur. Alio modo, vt significent pñtem, & nihil operentur ad eā: & sic qdam dicunt, quod sacramenta nouæ legis significāt collationē gratiæ, quā deus in ipsa sacramētorū collatione dat sine hoc, quod in sacramētis sit aliqua virt⁹ operās ad gratiā: & scđm hanc opinionē q in 1. di. tacta est, ēt ptās clauiū esset tātū ondens diuinā opationē in remissione culpæ in ipsa sacramenti collatione facta. Tertio modo, vt significēt diuinā opationē in remissionē culpæ pñtem, & ad ipsam aliqd dispositiue & instrumentaľr operētur: & sic scđm aliā opinionē quæ sustinetur, cōius sacramenta nouæ legis emundationē ondunt diuinitus factā, & hoc mō etiā sacerdos noui testamēti ondit absolutos a culpa, quia proportionaliter oportet loq de sacramentis, & ptāte ministrorū. Nec obstat quin claues ecclesiæ ad remissionē culpæ disponāt, quia culpa iam remissa est: sicut nec quod baptismus disponat quantū in se est in eo qui iam sanctificatus est.

In li. de bapt. paruul. to. 6.

D. 68 r.

q. 1. ar. 4. q. 1. in cor.

¶ Ad secundū dicendū, quod neq; sacramētū pniæ, neq; sacramentū baptismi operādo pertingit directe ad gratiā, nec ad culpæ remissionem, sed dispositiue. Vnde ēt patet rñsio ad tertium. Aliæ rōnes ostendunt quod ad remissionem culpæ directe clauium potestas nō operetur, quod est concedendum.

cap. 8.

Ad secundam quæstionē dicendū, quod idē iudiciū est de effectu quem ptās clauiū actualiter exercita cōplet in eo in quo cōtritio tpe præcessit, & de effectu baptismi qui iā hñti gratiā datur. Aliquis.n. per fidem & contritionē præcedentē baptismū, gratiam remissionis pctōrum quantum ad culpā consecutus est: sed qñ actualiter postea baptismum suscipit, gratia augeť, & a reatu pęnę totaliter absoluiť, eo quod hc particeps passionis Christi. Et siř ille qui per cōtritionē cōsecutus est remissionē pctōrum quātum ad culpā, & per consequens quātū ad reatū pęnę æternę, quæ siř cū culpa dimittiť ex vi clauiū ex passione Christi efficaciā hñtiū augetur gratia, & pęna remittitur temporalis, cuius reat⁹ adhuc remāserat post culpæ remissionē, non tñ totus sicut in baptismo, sed pars eius, eo quod in baptismo homo regñatur cōfigurat⁹ passioni Christi, totaľr efficaciā passionis Christi q̄ sufficit ad oēm pęnā delēdā, in se suscipiēs, vt nihil de prioris peccati actualis pęna remaneat: quia non debet alicui imputari ad pęnam, nisi quod ipsemet fecit. In baptismo aūt homo nouā vitā accipiēs fit per gratiā baptismalē nouus hō, & ideo nullus reatus pęnę remanet in eo pro præcedenti pctō. Sed in pnia hō non mutatur in aliā vitā, quia non est regeneratio, sed sanatio q̄dam, iō ex vi clauiū q̄ opatur in sacramento pniæ non tota pęna remittitur, sed aliquid de pęna temporali, cuius reatus post absolutionem a pœna ęterna remanere potuit, vt dictum est, nec solum a pęna illa quam habet, vel suscipit ab ea pænitens in confitendo, vt quidam dicunt, quia sic confessio & sacerdotalis absolutio non essent

niſi in onus, quod non competit ſacramentis nouæ legis: ſed etiā de illa pœna quæ in purgatorio debetur, aliquid remittitur vt minus a purgatorio puniatur abſolutus ante ſatisfactionem decedens, quàm ſi ante abſolutionem decederet. F

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ nō remittit pœnā totā tꝑalē, ſed partē: & ideo adhuc manet obligatus ad pœnā ſatisfactoriā.

¶ Ad ſecundū dicēdum, quòd paſſio Chriſti ſufficienter ſatisfecit pro peccatis totius mundi, & ideo ſine præiudicio diuinæ iuſtitiæ aliquid de pœna ſibi debita remitti poteſt, ſecundū quod effectus paſſionis ad ipſum per ſacramenta eccleſiæ pertigit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ pro quolibet peccato oportet aliquam pœnam ſatisfactoriam remanere, per quā medicina contra peccatum præſtetur, & ideo quamuis virtute abſolutionis dimittit aliqua quantitās pœnæ debitæ ꝑ aliquo magno peccato, non oportet ꝙ tāta quātitas pœnæ dimittatur reſpectu cuiuslibet peccati, quia aliquod peccatum ſecundum hoc remaneret omnino ſine pœna: ſed virtute clauiū de pœnis ſingulorum peccatorum proportionaliter dimittitur.

Libro 2.9. Creſc. Grāmat. ca. 20. ſub aliis verbis.

datus eſt omnibus ſanctis ſibi charitate cohærentibus, ſiue ſe nouerint corporaliter, ſiue nō. Similiter cum alicuius tenentur peccata, ab eis tenētur, a quibus illi cordis prauitate diſiunguntur ſiue notis corporaliter, ſiue ignotis. Oēs mali ſpiritualiter a bonis ſeiuncti ſunt. Ecce hic dicit, pctā dimitti & teneri a ſanctis viris, & tamē Spūm ſanctum ea dimittere dicit, & quod maiori conſideratione dignum eſt, idem ēt dicit, ꝙ Deus per ſe, vel per ſanctos ſuos tantū dimittit peccata. Ait.n. ſic. Sacramentū gratię dat Deus ēt per malos, ipſam vero gratiam non niſi per ſeipſū, vel per ſanctos ſuos. Et ideo remiſſionem pctōrum vel per ſeipſum facit, vel per ipſius columbæ mēbra, quibus ait. Si cui dimiſeritis, dimittentur. Ecce quàm varia a doctoribus traduntur ſuper his: & in hac tanta varietate quid tenendum? Hoc ſane dicere ac ſentire poſſumus, ꝙ ſolus Deus dimittit peccata, & retinet, & tamē eccleſiæ cōtulit potātem ligandi & ſoluēdi: ſed aliter ipſe ſoluit & ligat, aliter Eccleſia. Ipſe.n. per ſe tātū ita dimittit peccatum, quia & animā mūdat ab interiori macula, & a debito æternæ mortis ſoluit. G

Quomodo ſacerdotes ligant & ſoluunt a peccatis.

Non aūt hoc ſacerdotibus cōceſſit, quibus tamen tribuit poteſtatē ſoluendi & ligandi, ideſt, oſtendendi homines ligatos, vel ſolutos. Vnde Domin⁹ leproſum ſanitati prius per ſe reſtituit, deinde ad ſacerdotes miſit, quorum iudicio oſtēderetur mūdatus. Ita etiam Lazarum iam viuificatū obtulit diſcipulis ſoluendū: H quia & ſi aliquis apud Deū ſit ſolutus, nō tñ in facie Eccleſiæ ſolutus hr̄, niſi ꝑ iudiciū ſacerdotis. In ſoluēdis ergo culpis, vel retinēdis ita operatur ſacerdos euāgelicus & iudicat, ſicut olim legalis in illis qui contaminati erāt lepra, quæ peccatū ſignat. Vnde Hier. ſuper Matth. vbi Dñs ait Petro. Tibi dabo claues regni cælorū, & quodcūq; ligaueris ſuper terrā, erit ligatū & ī cęlis: & quodcunque ſolueris ſup terrā, erit ſolutum & in cælis. B Hunc inquit locū quidam nō intelligētes, aliquid ſumunt de ſupercilio Phariſæorū, vt dānare innoxios, vel ſoluere ſe putent noxios, cum apud Deum nō ſnīa ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur. In Leuitico ſe oſtendere ſacerdotibus iubētur leproſi, quos illi non faciunt leproſos, vel mundos, ſed diſcernūt qui mundi, vel immundi ſunt. Ita & hic aperte oſtenditur, quòd non ſequitur Deus eccleſiæ iudiciū, quæ per ſurreptionē & ignorātiā interdū iudicat. Deus aūt ſemper iudicat ſecundū ueritatem. Et in remittēdis, vel in retinendis culpis id iuris & officii habent eccleſiaſtici ſacerdotes, quod olim habebant ſub lege legales in curandis leproſis. Hi ergo peccata dimittunt, vel retinent, dum dimiſſa a Deo, vel retēta iudicant, & oſtendunt. Ponūt.n. ſacerdotes nomē Domini ſuper filios Iſrael, ſed ipſe benedicit, ut dicit ī Numeris. Hūc modū ligādi & ſoluendi Hiero. ſupra notauit.

Ioan. 11. — Matth. 8. Luc. 5. Ioan. 11.

Alius modus ligandi & ſoluendi.

B

C Ligant quoque ſacerdotes dum ſatisfactionem pænitentiæ confitentibus im-

Non ſuſtinendus eſt hic Magiſter, & aduerſus ſententiā hāc ſuam, uide Reuerend. Caiet. illa Ioannis verba exponētem, videlicet, Quorū remiſeritis peccata & c. 20. Cap. 6.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ in prima abſolutione tantum dimittitur vi clauium, quantum dimitti poteſt: ſed tamen valet iterata confeſſio, tum propter inſtructionē, tū propter maiorem certitudinē, tum propter interceſſionē confeſſoris, tū propter verecundiæ meritum. Sed hoc non videtur verū, quia & ſi hæc eſſet ratio confeſſionem iterandi, non tamen eſſet ratio iterandi abſolutionem, præcipue in eo qui non habet aliquā cauſam dubitationis de præſenti abſolutione. Ita.n. poterit dubitare poſt ſecundam abſolutionē, ſicut poſt primam: ſicut videmus quòd ſacramentum extremæ vnctionis non iteratur ſuper eundē morbum, eo ꝙ totum quod per ſacramentū fieri potuit, ſemel factū eſt. Et præterea, in ſecunda cōfeſſione nō requireretur quòd haberet claues ille cui fit confeſſio, ſi nihil ibi vis clauium operatur. Et ideo dicunt, quòd ēt in ſcđa abſolutione vi clauiū de pœna remittitur, quia in ſecunda abſolutione gratiæ confertur augmentum, & quanto maior gratia recipitur, minus de impunitate peccati præcedentis manet: & ideo minor pœna purgans debetur. Vnde ēt in prima abſolutione, alicui plus & minus de pœna dimittitur vi clauium, ſecundū quod plus ſe ad gratiam diſponit: & poteſt eſſe tāta diſpō ꝙ ēt ex vi cōtritionis tota pœna tollitur, vt prædictum eſt. Vnde etiam non eſt inconueniens ſi per frequētem confeſſionem etiam tota pœna tollatur, vt peccatum omnino remaneat impunitum, pro quo pœna Chriſti ſatisfecit.

diſt. 17. q. 3 ar. 3. q. 2. in cor.

Ad tertiam quæſtionem dicendū, ꝙ operatio ſacerdotis in vſu clauiū eſt cōformis dei operationi, cuius miniſter eſt. Deus aūt habet operationē & in culpam, & in pœnam, ſed in culpam ad ſoluendū quidē directe, ad ligandum autem indirecte in quantum obdurare dicitur, dum gratiā non largitur: ſed in pœnam habet operationem directe quantum ad vtrumque, quia & pœnam parcit, & pœnam infligit. Similiter ergo ſacerdos, & ſi in abſoluendo ex vi clauium habeat aliquam operationem ordinatam ad culpæ dimiſſionem modo iam dicto, non tamē ligando, aliquam operationem habet in culpam, niſi ligare dicatur in quantum non abſoluit, ſed ligatos oſtendit, ſed in pœnam habet poteſtatem & ligandi, & ſoluendi: ſoluit enim a pœna quā dimittit, ſed ligat ad pœnam quæ remanet. Sed ad hāc ligare dupliciter dicitur. Vno modo conſiderando ipſam quātitatē pœnæ in cōi, & ſic non ligat niſi in quantum non ſoluit, ſed ligatū oſtēdit. Alio modo, cōſiderando pœnam hanc, vel illam determinate, & ſic ligat ad pœnam, ligando eam.

D. 798

Ad primum ergo dicendū, quòd illud reſiduum pœnæ, ad quod obligat, eſt medicina purgans peccati impuritatem.

¶ Ad ſecūdum dicendum, ꝙ obſtaculum regni non ſolum peccatum eſt, ſed etiā pœna, quā qualiter ſacerdos imponat, dictū eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam paſſio Chriſti obligat nos ad pœnam aliquam, per quam ei conformemur.

Ad quartam quæſtionem dicendum, ꝙ ſacerdos operatur in vſu clauium ſicut inſtrumentum & miniſter dei. Nullū autem inſtrumentū habet efficacem actū niſi ſecundum quod mouetur a principali agente, & ideo dicit Dio. in fi. Ecc. hierar. ꝙ ſacerdotibus vtendum eſt virtutib⁹ hierarchicis, quando diuinitas eos mouerit, in cuius ſignū Matt. 16. ante poteſtatē clauium Petro traditam, fit mentio de reuelatione ei facta diuinitatis, & Io. 20. præmittitur poteſtati remiſſionis Apoſtolis datę ſpiritusſancti donū, quo filii dei aguntur. Vnde ſi quis pręter iſtum motū diuinū vti ſua ptāte præſumpſerit, non cōſequæretur effectū, vt Dio. dicit. & propter hoc a diuīo ordine auerteretur, & ſic culpā incurreret. Et quia pœnæ ſatisfactoriæ infligendæ vt medicinæ ſunt, ſicut medicinæ in arte determinate non omnibus competunt, ſed variandæ ſunt ſecundum arbitrium medici non propriam voluntatem ſequentis, ſed medicinæ ſcientiam: ita pœnæ ſatisfactoriæ in canone determinatæ non competunt omnibus, ſed variandæ ſunt ſecundum arbitrium ſacerdotis diuino inſtinctu regulatum. Sicut autem medicus aliquando prudenter non dat medicinam ita efficacem, quæ ad morbi curationem ſufficiat, ne propter debilitatem naturæ maius periculum oriatur: ita ſacerdos diuino inſtinctu motus non ſemper totam pœnam quæ vni peccato debetur iniungit, ne infirmus aliquis ex magnitudine pœnæ deſperet, & a pœnitentia totaliter recedat.

I Ad primum ergo dicendum, ꝙ arbitrium illud debet eſſe diuino inſtinctu regulatum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd etiam de hoc laudatur villicus, quod prudenter fecit, & ideo in remiſſione pœnæ debitæ diſcretio adhibenda eſt.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ Chriſtus habuit ptātem excellētiæ in ſacramētis, vnde ipſe ex authoritate pęnā totā, vel partē poterat dimittere ſicut volebat, nęc eſt ſiṁ de his q opāt' tm̄ vt miniſtri.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de excommunicatione.

Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo, De ipſa excommunicatione.
Secundo, Quis poſſit excommunicare.
K Tertio, De modo excommunicationis.
Quarto, De communicatione cum excommunicatis.
Quinto, De abſolutione ab excommunicatione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrū cōpetes ſit hæc diffinitio excōicatiōis a quibuſdā poſita.

Ad primum ſic proceditur. Vr̄ ꝙ incōpetēs ſit hæc diffinitio excōicationis a quibuſdam poſita. Excōicatio eſt ſeparatio a communione eccleſiæ quo ad fructū & ſuffragia generalia. Suffragia.n. eccleſiæ valent eis pro q̄bus fiūt: ſed eccleſia orat ꝑ eis qui extra eccleſiā ſunt, ſicut pro hæreticis, & paganis. ergo. ēt pro excōicatis qui extra eccleſiam ſunt, & ſic eis ſuffragia eccleſiæ valent.

¶ 2 Præt. Null⁹ amittit ſuffragia eccleſiæ niſi per culpā: ſed excōicatio non eſt culpa, ſed pęna. ergo per excommunicationem nō ſeparatur aliquis a ſuffragiis eccleſiæ communibus.

¶ 3 Pręt. Fructus eccleſiæ nō videt̄ aliud eſſe q̄ ſuffragia, nō.n. pōt intelligi de fructu bonorum temporalium, quia hæc excōmunicatis non auferuntur. ergo inconuenienter vtrumque ponitur.

¶ 4 Præt. Excōicatio minor quędam excōicatio eſt: ſed per eam homo nō perdit ſuffragia eccleſiæ. ergo diffinitio nō eſt cōmunis.

Vlterius. Videtur ꝙ eccleſia nullū debeat excōicare, quia excōicatio maledictio quædā eſt: ſed Ro. 12. prohibemur maledicere. ergo eccleſia excommunicare nō debet.

¶ 2 Præt. Eccleſia militans debet imitari triumphantem: ſed ut in epiſtola Iudæ legitur, Michael cum altercaretur de corpore Moyſi cum diabolo non eſt auſus iudiciū blaſphemiæ inferre, ſed ait. Imperet tibi deus. ergo nec eccleſia militans debet alicui iudicium maledictionis, vel excommunicationis inferre.

¶ 3 Præt. Nullus eſt in manū hoſtis tradendus, niſi omnino deſperatus: ſed per excommunicationem traditur aliquis in manum ſatanæ, vt patet. 1. Corin. 5. cum ergo de nomine ſit deſperandum in vita iſta, eccleſia nullum debet excommunicare.

Sed contra eſt, quòd Apoſtolus 1. Cor. 5. mandat quendam excommunicari.

¶ 2 Præt. Matth. 18. dicitur de illo qui eccleſiam audire contēnit. Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus: ſed ethnici ſunt extra eccleſiam. ergo & illi qui eccleſiam audire contemnunt, per excōmunicationem extra eccleſiam ſunt ponendi.

II Vlterius. Videtur quòd nullus pro aliquo temporali damno debeat excōicari, quia pœna non debet excedere culpā: ſed pœna excōicationis eſt priuatio alicui⁹ boni ſpūalis, quod oībus bonis tꝑalibus ꝑeminet. ergo ꝑ tꝑalibus nullus ē excōicād⁹.

¶ 2 Præt. Nulli malū pro malo reddere debemus, ſecundū Apoſtoli præceptum: ſed hoc eſſet malum pro malo reddere, ſi pro tali dāno quis excōicaretur. ergo nullo modo hoc debet fieri.

Sed contra eſt, quòd Petrus Ananiam & Saphiram pro defraudatione pretii agri ſententia mortis damnauit. ergo & eccleſiæ licet pro temporalibus dānis excommunicare.

Vlterius. Videtur ꝙ excommunicatio iniuſte lata nullo modo effectum habeat, quia per excōicationem protectio, & gratia dei ſubtrahitur, quæ non iniuſte ſubtrahi poteſt. ergo excommunicatio iniuſte lata non habet effectum.

¶ 2 Præt. Hiero. dicit, ꝙ hoc eſt de ſupercilio phariſæorū æſtimare eſſe ligatum, vel ſolutum qui ligatur, vel ſoluitur iniuſte: ſed eorum ſupercilium erat ſuperbum & erroneū. ergo excommunicatio iniuſta nullum habet effectum.

Sed contra. Secundum Greg. Præcepta paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda ſunt: non autem eſſent timenda, niſi aliquid nocerent etiam iniuſta. ergo &c.

Reſpon. Dicendum ad primam quæſtionem, ꝙ ille qui per baptiſmū in eccleſia ponitur, ad duo aſcribitur, ſcilicet ad cœtum fidelium & ad ſacrorum participationem, & hocēm præſupponit primū, quia in ſacramentis participandis etiam fideles cōicant: & ideo aliquis poteſt extra eccleſiam fieri per excōicationē dupliciter. E Vno modo, ita ꝙ ſeparetur tantū a participatione ſacramentorū, & hæc erit excōicatio minor. Alio modo, ita ꝙ excludatur ab vtroque, & ſic erit excōicatio maior, quæ hic diffinitur: non aūt poteſt eſſe tertium, ſ. ꝙ excludatur a cōione fidelium, & non a participatione ſacramentorū ratione iam dicta, quia ſcilicet fideles in ſacramentis cōicat, ſed cōicatio fideliū eſt duplex. Quædā in ſpūalibus, ſicut mutuæ orationes ſunt, & conuentus ad ſacra percipienda: quædā in corporalibus actibus legitimis, qui quidem legitimi actus & licita cōio his verſibus continentur. Si pro delictis anathema quis efficiatur, Os, orare, vale, cōio, menſa negatur. Os, ſcilicet, ne detur oſculū: orare, ne cū excōicatis oremus: vale, ne ſalutentur: cōio, ne ſcilicet in ſacramentis cū ipſis aliquis cōicet: menſa negatur, ne aliquis cū eis comedat. Præmiſſa ergo diffinitio importat ſeparationē a ſacramentis in hoc ꝙ A dicit, quantū ad fructum: & a cōione fideliū, quantū ad ſpūalia in hoc ꝙ dicit, & ſuffragia eccleſiæ cōia. Alia aūt diffinitio inuenitur quæ datur ſcđm ſeparationē ab vtriſq; actibus, quæ talis eſt, Excōicatio eſt a qualibet licita cōione legitimo actu ſeparatio.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ ꝑ infidelibus oratur, ſed ipſi fructū orationis non percipiunt niſi ad fidem cōuertantur. Similiter & pro excōicatis orari pōt, quamuis non inter orationes quę pro mēbris eccleſiæ fiūt, & tamen fructū non participant quādiu in excōicatione manent: ſed oratur, vt detur eis ſpūs pniæ, vt ab excōicatione ſoluantur.

¶ Ad ſecundū dicēdum, ꝙ ſuffragia alicuius valent alicui ſcđm quod ei continuantur. Pōt autem actio vnius alteri cōtinuari dupliciter. Vno mō, ex vi charitatis quæ omnes fideles connectit, vt ſint vnum in deo, ſicut dicitur pſal. 118 Particeps ego ſum omnium &c. & hāc cōtinuationē excōicatio non intercipit, quia iuſte excōicari quis non pōt, niſi pro culpa mortali, per quā iam a charitate diuiſus eſt, ēt ſi non excōicetur. Iniuſta aūt excōicatio charitatē alicui auferre non pōt, cum ſit de maximis bonis quæ non poſſunt alicui inuito auferri. Alio modo, per intentionem ſuffragia faciētis quæ in aliquē fertur pro quo fiunt, & hanc continuationē excōicatio intercipit, quia eccleſia per excōicationis ſententiā ſeparat excōicatos ab vniuerſitate fidelium, pro quibus ſuffragia facit. Vnde ſuffragia eccleſiæ ei nō proſunt, quæ pro tota eccleſia fiūt: nec ex perſona eccleſiæ oratio pro eis inter membra eccleſiæ fieri poteſt, quāuis aliqua perſona priuata poſſit ad eius cōuerſionem aliquod ſuffragium per intentionem dirigere.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ fructus ſpiritualis eccleſiæ nō ſolū eſt ex ſuffragiis, ſed ēt ex ꝑceptione ſacrorū, & ex cōuictu fidelium.

D ¶ Ad quartū dicendū, ꝙ minor excōicatio nō habet pfectā rōnē excōicationis, ſed aliqd ipſi⁹ participat: & ideo nō oportet ꝙ ei totaliter excōicationis diffinitio conueniat, ſed ſolū quo ad aliqd.

Ad ſecundam quæſtionē dicendum, ꝙ iudiciū eccleſiæ conforme debet eſſe iudicio dei. Deus autē multipliciter peccatores punit, vt eos ad bonum trahat. Vnomodo flagellis caſtigando: alio modo hominē ſibi relinquendo, vt auxiliis ſubtractis, quibus a malo præpediebatur, ſuam infirmitatē cognoſcat, & humilis ad deum redeat, a quo ſuperbus abſceſſit: & quātū ad vtrūq; eccl̄ia in excōicationis ſnīa diuinū iudiciū imitatur. Inquantū.n. ēt a cōione fideliū ſeparat vt erubeſcat, imitatur diuinū iudiciū quo per flagella caſtigat: inquātum aūt a ſuffragiis, & aliis ſpūalibus ſeparat, imitatur diuinū iudiciū quo hominē ſibi relinquit, vt per humilitatē ſeipſum cognoſcens ad deū redeat.

Ad primum ergo dicendum, quòd maledictio poteſt eſſe dupliciter. Vno modo, ita ꝙ in malo quod irrogat, vel dicit, ꝑ intentionem ſiſtat, & ſic maledictio omnibus modis prohibita eſt: alio modo ita quòd malum quod quidem maledicendo imprecatur, ad bonum illius ordinet qui maledicitur, & ſic maledictio quandoque eſt licita & ſalutifera: ſicut & medicus aliquod nocumentum infert infirmo vt ſectionem, per quam ab infirmitate liberetur.

¶ Ad ſecundū dicendū, quòd diabolus incorrigibilis eſt, & ideo non eſt ſuſceptibilis alicuius boni per excōicationis pœnam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc ipſo quòd aliquis ſuffragiis eccleſiæ priuatur, triplex incommodum incurrit per tria quæ quis ex ſuffragiis eccleſiæ conſequitur. Valent enim ad augmentum gratiæ eis qui habent, vel ad merendum eis qui non habent: & quantum ad hoc magiſter in litera dicit, quòd gratia dei per excommunicationem ſubtrahitur: valēt etiam ad cuſtodiā virtutis, & quantum ad hoc dicit ꝙ protectio ſubtrahitur, nō ꝙ oīo a dei prouidētia excludatur, ſed ꝙ ab illa protectione, quā filios eccleſiæ ſpecialiori modo cuſtodit, valent ad defendendum ab hoſte: & quantum ad hoc dicit quòd diabolo maior ptās ſæ-

niendi in ipsum datur & spiritualiter, & corporaliter. Vnde in F primitiua ecclesia quando oportebat per signa ad fidē homines inuitare, sicut spiritusſancti donum, visibili signo manifestabatur: ita & excommunicatio corporali vexatione a diabolo innotescebat. Nec est inconueniens, si ille qui non est desperatus, hosti datur, quia non datur ei quasi dānādus, sed quasi corrigendus, cum in potestate ecclesię sit ex eius manu ipsum eripere cū voluerit.

Ad tertiam quæstionem dicēdū, ꝙ per excōicationē iudex ecclesiasticus excōicatos excludit a regno quodammō. Vnde cum non debeat excludere nisi indignos, vt ex diffinitione clauis patuit, nec aliquis redatur indignus nisi per peccatum mortale amiserit charitatem, quæ est via ducens ad regnū: ideo nullus excōicari debet nisi pro peccato mortali. Et quia i dānificando aliquē corporaliter, vel in reb⁹ mortalibus aliquis mortaliter peccat, & cōtra charitatem facit, ideo pro damno temporali illato ecclesia aliquem excōicare potest. Sed quia excōmunicatio est grauissima pœnarum, pœnæ aūt medicinæ sunt, scd̄m Philosophū in 2. eth. sapientis aūt medici est a leuioribus medicinis incipere, & minus periculosis: ideo excōicatio infligi nō debet etiā pro peccato mortali, nisi contumax fuerit vel non veniendo ad iudicium, vel ante terminationem iudicii sine licētia recedendo, vel determinationi non parendo: tunc enim postquā monitus fuerit, si obedire contempserit, contumax reputatur, & excōicari debet a iudice iā nō hñte quid cōtra ipm̄ faciat ampli⁹.

De Pę. dis. 1. c. Multiplex. Et ad ductū fuit superius a Magistro dist, 17. De uera & falsa pænit, cap. 10. præcedenti dis.

De Pænit. dist. 1. cap. Agite id dictum elici potest. cap. 3.

ponunt. Soluunt cum de ea aliquid dimittūt, vel per eā purgatos ad sacramētorum cōionem admittunt. Quem modum superius Leo Papa notauit. Secundum hunc modum dicuntur etiam sacerdotes dimittere peccata, vel retinere. Vnde superius Aug. dixit. Quibus remittunt, remittit Deus &c. Opus.n. G iustitiæ exercēt in pctōres, cū eos iusta pœna ligāt; opus misericordię dū de ea aliquid relaxāt, vel sacramentorum communioni conciliant, alia opera in peccatores exercere nequeunt. Et notandum est, quia quos satisfactione pænitentiæ ligant, eo ipso a peccatis solutos ostendunt, quia nō imponitur alicui satisfactio pnīalis, nisi quē sacerdos vere pænitentē arbitratur. Alii nō imponit, & eo ipso peccatum retineri a Deo iudicat. H Quòd aūt hoc ad claues pertineat, Aug. ostendit dicens. Frustrat claues ecclesiæ, qui sine arbitrio sacerdotis pænitentiam agit, si sine oris confessione criminis indulgentia imperratur. Est & alius modus ligandi & soluendi, qui per excommunicationem geritur, dum aliquis secundum canonicam disciplinam tertio vocatus ad emendationem manifesti delicti, & satisfacere vilipendens, sententia ecclesiæ a loco orationis, & sacramē torum cōmunione, & fidelium cōsortio præciditur, vt erubescat, & pudore sceleris cōuersus peniteat, vt sic spiritus eius salu⁹ sit. Quòd si pænitentiā profitēs resipuerit, negatę cōmunioni admittitur, & ecclesiæ reconciliatur. Hæc est autem ecclesiæ anathematizatio. Hanc pœnam illis qui digne percelluntur, infligit, quia gratia Dei & protectio illis amplius subtrahitur, ac sibiipsis relinquūtur, vt sit eis liberū ruere in interitū peccati. In quos etiam maior diabolo sęuiendi datur potestas. Orationes quoq; ecclesiæ, & benedictionum ac meritorum suffragia eis nequaquā suffragari putantur.

Quomodo secundum hos modos intelligendum sit illud, Quodcūque solueris &c.

SEcundū hos ligandi & soluendi modos, qūo verum est quod dicitur, Quodcūque solueris super terrā erit solutū & in cælis: & quodcumque ligaueris super terrā, erit ligatū & in cęlis &c. Aliquando.n. ostendunt solutos, vel ligatos, qui sunt apud Deū & pœna satisfactionis, & excōicationis interdū indignos ligant, vel soluunt, & indignos sacramētis admittunt, & dignos admitti arcent. Sed intelligēdū est hoc in illis quorum merita solui, vel ligari postulāt. Tunc.n. snīa sacerdotis iudicio B Dei, & totius cælestis curiæ approbatur & confirmatur, cum ita ex discretione prodit, vt reorum merita non contradicāt. Quoscūque ergo soluunt, vel ligant adhibentes clauem discretionis reorum meritis soluuntur, vel ligantur in cælis, idest, apud Deum, quia diuino iudicio sacerdotis sententia sic progressa approbatur, & confirmatur. Quos ergo secundum merita

Ad primum ergo dicendū, ꝙ culpæ quātitas nō mensuratur ex nocumēto quod quis facit, sed ex volūtate qua facit cōtra charitatem agens: & ideo quamuis pœna excommunicationis excedat nocumentum, non tamē excedit quantitatem culpæ.

¶Ad scd̄m dicendū, ꝙ cum aliqs per pœnā aliquā corrigitur, nō redditur ei malū, sed bonū: quia pœnę medicinæ sūt, vt dictū est.

Ad quaratam quæstionē dicendum, ꝙ excōicatio pōt dici iniusta dupliciter. Vno mō ex parte excōicantis, sicut cū ex odio vel ira excōicat, & tunc excōicatio nihilominus habet effectum suū: quāuis ille qui excōicat peccet, quia iste iuste patitur, quāuis ille iniuste faciat. Alio mō, ex parte ipsius excōicationis vel qa causa excōicationis est indebita, vel quia infertur snīa iuris ordine prætermisso: & tunc si sit talis error ex parte snīæ qui snīam nullā faciat esse, non habet effectum, quia non est excōicatio. Si aūt snīam nō annullet, habet effectū suū, & debet excōicatus humiliter obedire, & erit ei ad meritū, vel absolutionē petere ab excōicante, vel ad superiorē iudicem recurrere: si aūt cōtēneret, eo ipso mortaliter peccaret. Cōtingit aūt qñdoq; ꝙ est debita cā ex parte excōicationis, q̄ nō ē debita ex parte excōicati: sicut cū aliqs p falso crimine ī iudicio pbato excōicatur, & tūc si humiliter sustinet, humilitatis meritū recōpensat excōicationis damnum.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ quāuis homo gratiā dei iniuste amittere nō possit, pōt tñ iniuste amittere illa quæ ex parte nostra sunt, quæ ad grām dei disponunt: sicut patet si subtrahatur alicui doctrinæ verbum quod ei debetur, & hoc modo excōicatio gratiam dei subtrahere dicitur, vt ex prædictis patet.

¶Ad scd̄m dicēdū, ꝙ Hiero. loqtur quātū ad culpas, & nō quātū ad pœnas, quæ possunt etiā iniuste infligi a rectoribus ecclesiarū.

Articulus II.

Vtrum quilibet sacerdos possit excommunicare.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd quilibet sacerdos possit excōicare. Excōmunicatio enim est act⁹ clauiū: sed qlibet sacerdos habet claues. ergo qlibet pōt excōicare.

¶2 Præt. Maius est absoluere & ligare in foro pniæ, q̄ in foro iudicii: sed qlibet sacerdos pōt sibi subditos in foro pniali absoluere & ligare. ergo etiam pōt sibi subditos qlibet sacerdos excōicare.

Sed contra. Ea in quibus imminet periculū, sunt maioribus reseruanda: sed pœna excōicationis est valde periculosa, nisi cū moderamine fiat, ergo non debet cuilibet committi sacerdoti.

II Vlterius, Videtur ꝙ nō sacerdotes excōicare non possint, quia excōicatio est act⁹ clauiū, vt in litera dicit: sed non sacerdotes non habent claues. ergo nō possūt excōicare.

¶2 Præt. Plus requiritur ad excōicationem q̄ ad absolutionē in foro pniæ: sed nō sacerdos in foro pniæ absoluere non pōt. ergo nec excōicationē inferre.

Sed contra est ꝙ archidiaconi, legati, & clerici excōmunicāt, qui quandoque non sunt sacerdotes. ergo nō solū sacerdotes excōicare possunt.

II Vlterius, Videtur ꝙ excōicatus, vel suspēsus excōicare possit. Ille.n. qui est excōicatus, vel suspensus neque ordinē, neq; iurisdictionē amittit, quia neq; reordinat cū absoluit, neq; cura ei iterū cōmittitur: sed excōicatio nō requirit nisi ordinē, vel iurisdictionē. ergo et excōicat⁹ & suspēsus excōicare pñt.

¶2 Præt. Mai⁹ est cōficere corpus Christi, q̄ excōicare: sed excōicati cōficere possunt, vt supra di. 13. dictū est. ergo pñt excōicare. qu. 1. ar. 1.

Sed contra. Ligatus corporaliter non pōt alium ligare: sed vinculū spirituale est fortius quàm corporale. ergo excōicatus nō pōt excōicare, cū excōicatio sit vinculum spirituale. qu. 3.

Respon. Dicendū ad primā quæstionē, ꝙ in foro cōsciētiæ causa agitur inter hominem & deū. In foro aūt exterioris iudicii I causa agitur hoīs ad hominem, & ideo absolutio, vel ligatio quæ vnū hominē obligat quo ad deū tantū, pertinet ad forū pniæ: sed illa quæ hominē obligat in cōparationē ad alios hoīes ad forū publicū exterioris iudicii pertinet. Et quia per excōicationē homo a cōione fidelium separatur, ideo excōicatio, ad forū exterius pertinet, & illi soli possunt excōicare, qui habēt iurisdictionē in foro iudiciali: & pp hoc soli epi propria authoritate, & maiores prælati scd̄m cōiorem opinionē possunt excōicare; sed psbyteri parochiales nō, nisi ex cōmissione eis facta, vel in certis casibus sicut in furto, & rapina, & hmōi, in quibus est eis a iure cōcessum, ꝙ excōicare possint. Alii autem dixerunt, quòd etiam sacerdotes parochiales possunt excōicare, sed pdicta opinio est rōnabilior.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ excōicatio nō est actus clauis directe, sed magis respectu exterioris iudicii: sed snīa excōicationis quāuis in exteriori iudicio promulgetur, quia tamē aliquo mō ptinet ad aditū regni scd̄m qd̄ ecclesia militans est via ad K triūphātē, ideo ēt talis iurisdictio, p quā homo excōicare pōt, clauis pōt dici: & scd̄m hoc a qbusdā distinguitur ꝙ est clauis ordinis, quā oēs sacerdotes habēt: & clauis iurisdictiōis ī foro iudiciali, quā habēt soli iudices exterioris fori, vtrāq; tamē de⁹ Petri cōtulit, Matth. 16. & ab ipso in alios descēdit qui vtramq; habent.

¶Ad scd̄m dicendū, ꝙ sacerdotes parochiales habēt qdē iurisdictionē in subditos suos quātū ad forū consciæ, sed nō quantū ad forū iudiciale, qa nō possunt corā eis cōueniri ī causis cōtētiosis: & ideo excōicare nō possunt, sed absoluere possūt in foro pnīali: & quāuis forū pnīale sit digni⁹, tñ in foro iudiciali maior solēnitas reqritur, qa in eo oportet ꝙ nō solū deo, sed ēt hoī satisfiat.

Ad secundam quęstionē dicēdum, quòd sacramenta, in quibus gratia confertur, dispensare ad solos sacerdotes pertinet, & ideo ipsi soli possunt absoluere & ligare in foro pænitētiali: sed excōmunicatio non directe respicit gratiā, sed ex cōsequenti inquantū homo suffragiis ecclesiæ priuatur quæ ad gratiā disponunt, vel in gratia cōseruant: & ideo etiā non sacerdotes dummodo iurisdictionē habeant in foro cōtentioso, possūt excōicare.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis non habeāt A clauem ordinis, habent tamen clauem iurisdictionis.

¶Ad secundum dicendum, quòd ista duo se habent sicut excedētia & excessa, & ideo alicui cōpetit vnum, cui nō cōpetit aliud.

Ad tertiam quæstionem dicendum, ꝙ vsus iurisdictionis est in comparatione ad alium hominem, & ideo cum omnis excommunicatus a communione fidelium separetur, quilibet excommunicatus vsu iurisdictiōis priuatur. Et quia excommunicatio est iurisdictionis priuatio, ideo excommunicatus excōmunicare non potest, & eadem ratio est de suspenso a iurisdictione. Si enim sit suspensus ab ordine tantum, tunc nō potest ea quæ sunt ordinis, sed potest ea quæ sunt iurisdictionis: & econuerso, si sit suspēsus a iurisdictione, & non ab ordine: si autem ab vtroque, tunc neutrum potest.

Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis non amittat C iurisdictionem, ammittit tamen iurisdictionis vsum.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ conficere sequitur potestatem characteris qui indelebilis est, & ideo homo ex quo characterem ordinis habet, semper potest conficere, licet non semper ei liceat: secus autem est de excommunicatione, quæ iurisdictionem sequitur, quæ auferri potest, & ligari.

Articulus III.

Vtrum aliquis possit seipsum uel æqualem, uel superiorem excommunicare.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ aliquis possit seipsum vel æqualem, vel superiorem excommunicare: quia angelus dei maior erat Paulo, Matth. 11. Qui minor est in D regno cælorum, maior est illo, quo nemo inter natos mulierū maior: sed Paulus excommunicauit angelum de cælo, vt patet Gal. 1. ergo homo potest superiorem excommunicare.

¶2 Pręt. Sacerdos aliquādo excōicat ī generali pro furto, vel pro aliquo huiusmodi: sed pōt cōtigere ꝙ ipsemet fecit, vel superior, vel æqualis. ergo aliquis pōt se vel æqualē, vel supiorē excōicare.

¶3 Præt. Aliquis potest superiorem absoluere in foro pænitentiali, vel æqualem: sicut cum episcopi suis subditis confitentur, & cum vnus sacerdos alteri venialia confitetur. ergo videtur quòd etiam excommunicare aliquis superiorem, vel æqualem possit.

Sed contra. Excōmunicatio est actus iurisdictionis: sed aliquis nō habet in se iurisdictionē, quia in eadem cā nō pōt quis esse reus & iudex: nec iterū in superiorē, aut æqualē. ergo nō potest aliquis superiorem, vel æqualem, aut se excommunicare.

II Vlterius. Videtur ꝙ in aliquā vniuersitatē sentētia excōicatiōis ferri possit. Cōtingit.n. ꝙ aliqua vniuersitas sibi ī malitia colligatur: sed pro malitia ī qua aliquis cōtumax extiterit, debet E excōicatio ferri. ergo pōt in aliquā vniuersitatē ferri excōicatio.

¶2 Præt. Illud quod est grauissimum in excommunicatione est separatio a sacramentis ecclesiæ: sed aliquando tota ciuitas interdicitur a diuinis. ergo excommunicari aliqua vniuersitas potest.

Sed contra est gloss. Aug. Matth. 13. quæ dicit, ꝙ princeps & multitudo non est excommunicanda.

II Vlterius. Videtur ꝙ ille qui semel est excōicatus, vlterius excommunicari non possit 1. Corinth. 5. dicit Apostolus. Quid mihi est de his qui foris sunt iudicare? sed excommunicati iam sunt extra ecclesiā. ergo super eos ecclesia iudicium non habet, vt possit eos iterum excommunicare.

¶2 Præt. Excōicatio est separatio quædā a diuinis, & a cōione fideliū: sed postquā est aliquis priuatus aliquo non potest iterū illo priuari. ergo vnus excōmunicatus non debet iterū excōicari.

Sed contra. Excōicatio quædā pœna est, & medicinæ iterātur cum causa exigit. ergo & excommunicatio iterari potest.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ cū per iurisdictionem aliquis cōstituatur in gradu superioritatis respectu eius in quem habet iurisdictionem, quia est iudex eius: ideo nullus habet in seipsū vel superiorē, vel æqualē iurisdictionē: & per cōsequēs nullus pōt seipsum excōicare, vel superiorē, vel æqualē.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Apostolus loquitur sub hypotesi, idest, si poneretur angelus peccare, sic enim non esset Apostolo superior, sed inferior: nec est inconueniēs ꝙ in cōditionalibus, quarum antecedētia impossibilia sunt, & cōsequentia impossibilia sint.

¶Ad secundum dicendū, ꝙ in tali casu null⁹ excōicatur, quia par in parem nullum habet imperium.

¶Ad tertiū dicēdū, ꝙ absolutio & ligatio in foro confessionis est quo ad deum tantū, apud quē aliquis alio inferior redditur per peccatum: sed excommunicatio est in iudicio exteriori, in quo aliquis non amittit superioritatem ex hoc ipso ꝙ peccat. Vnde nō est similis ratio de vtroq; foro, & tamen in foro confessionis aliquis non pōt seipsum absoluere, nec superiorē, nec æqualem de mortali, nisi ex cōmissione sibi facta. De venialibus aūt pōt, quia venialia ex quibuslibet sacramentis gratiam conferentibus remittuntur, vnde remissio venialium sequitur potestatem ordinis.

Ad secundam quæstionē dicendū, ꝙ excōicari nō debet aliquis nisi pro peccato mortali: peccatum aūt in actu consistit, actus aūt non est cōitatis, sed singularium personarū vt frequenter, & ideo singuli de cōitate excommunicari possunt, non aūt ipsa communitas: & si etiā quandoque actus sit totius alicui⁹ multitudinis, vt quādo multi nauim trahunt, quā nullus trahere posset, non tamē est probabile ꝙ aliqua cōitas ita tota ad malū consentiat, quin aliqui sint dissentientes. Et quia non est dei qui iudicat oēm terrā, vt condēnet iustū cū impio, vt dr̄ Gen. 18. ideo ecclesia quę iudiciū dei imitari debet, satis prouide statuit, vt tota cōitas nō excōicet, ne collectis zizaniis simul eradicet & triticū.

Ad primum ergo patet solutio ex dictis.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ suspensio non tanta pœna est quāta excommunicatio, quia suspensi non fraudantur ecclesiæ suffragiis sicut excommnnicati. vnde etiam aliquis sine peccato proprio suspenditur, sicut & totum regnum supponitur interdicto pro peccatis regis, & ideo non est simile de excommunicatione & suspensione.

Ad tertiam quæstionē dicendū, ꝙ ille qui excōicatus est vna excommunicatione, potest iterum excōicari per eiusdem excōicationis iterationē ad maiorem sui confusionem, vt vel sic a peccato resiliat, vel propter alias causas: & tunc tot sunt principales excōicationes, quot causæ pro quibus aliquis excōicatur.

Ad primum ergo dicendum, quòd Apostolus loquitur de paganis, & aliis infidelibus, qui non habēt characterē, per quē annumerati sint in populo dei: sed quia character baptismalis, quo quis populo dei annumerat̄, ē idelebilis, iō semp remanet aliquomō de ecclesia baptizat⁹, & sic sp ecclesia de ipso iudicat̄ pōt.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ priuatio, quāuis non recipiat magis & minus scd̄m se, recipit tamē magis & minus scd̄m cām suā: & scd̄m hoc excōicatio pōt iterari, & magis est elōgatus a suffragiis ecclesiæ, qui pluries est excōmunicatus, q̄ qui semel tantum.

Articulus IIII.

Vtrum liceat excommunicato communicare in pure corporalibus.

AD quartum sic proceditur. Videtur ꝙ liceat excōicato cōicare in pure corporalibus. Excōicatio.n. est actus clauiū: sed potestas clauium se extēdit ad spiritualia tantū. ergo p excōicationē nō prohibetur quin vn⁹ alii in corporalib⁹ cōicare possit.

¶2 Præt. Quod est institutū pro charitate, cōtra charitatē nō militat: sed ex præcepto charitatis tenemur inimicis subuenire, quod

quod sine aliqua communicatione fieri non potest, ergo licet alicui excommunicato in corporalibus communicare.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Corinth. 5. Cum eiusmodi nec cibum sumere.

II VLTERIVS videtur quòd participans excommunicato nõ sit excommunicat⁹.

Plus est enim separatus ab ecclesia Gentilis, quàm excommunicatus: sed ille qui participat Gentili, aut Iudæo non est excõmunicatus. ergo nec ille qui participat christiano excommunicato.

¶ 2 Præt. Si ille qui participat alicui excommunicato est excõmunicatus, eadẽ ratione qui participat participanti erit excommunicatus, & sic in infinitũ procedet, quod videtur absurdum. ergo non est excõmunicatus, qui excommunicato participat.

SED CONTRA est, q̃ excommunicatus positus est extra communionem. ergo qui ei communicat, a communione ecclesiæ recedit, & sic videtur q̃ sit excommunicatus.

II. VLTERIVS. Videtur quòd participare cum excommunicato in casibus non concessis, semper sit peccatũ mortale, quia decretalis quædam respondet q̃ propter timorem mortis nõ debet aliquis excommunicato communicare, quia aliquis debet prius subire mortem quàm mortaliter peccet, sed hæc ratio nulla esset nisi participare excommunicato esset peccatum mortale. ergo &c.

¶ 2 Præt. Facere cõtra præceptum ecclesiæ est peccatum mortale: sed ecclesia præcipit q̃ excommunicato nullus communicet. ergo participare cum excommuuicato est peccatum mortale.

¶ 3 Præt. Nullus arcetur a perceptione eucharistiæ pro peccato veniali: sed ille qui participat excommunicato in casibus non concessis, arcetur a perceptione eucharistiæ, quia incurrit minorem excommunicationem. ergo participans excommunicato in casibus non concessis peccat mortaliter.

¶ 4 Præt. Nullus debet excommunicari maiori excommunicatione, nisi pro peccato mortali: sed aliquis potest secundum iura excommunicari maiori excommunicatione propter hoc, q̃ excõmunicato participat. ergo participare excommunicato est peccatum mortale.

SED CONTRA. A peccato mortali nullus põt absoluere, nisi habeat super eum iurisdictionem: sed potest absoluere a participatione excommunicationis quilibet sacerdos. ergo non est peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Pro mensura peccati debet esse penitentiæ modus: sed pro participatione excommunicationis secundum communem consuetudinem non ponitur pœna debita peccato mortali, sed magis debita veniali. ergo est peccatum veniale.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q̃ sicut præ dictum est, duplex est excommunicatio. Vna est minor, quæ separat tantum a participatione sacramentorum, sed non a communione fidelium: & ideo tali excommunicato licet communicare, sed non licet ei sacramenta conferre. Alia est maior excõmunicatio, & hæc separat hominem a sacramentis ecclesiæ, & a communione fidelium: & ideo excommunicato tali excommunicatione communicare non licet. Sed quia ecclesia excommunicationẽ ad medelam, & non ad interitum inducit, excipiuntur ab hac generalitate quædam, in quibus communicare licet. Sin his quæ pertinent ad salutem, quia de talibus homo licite cum excommunicato loqui potest, & etiam alia verba interserere, vt

Super Leuiticũ Homilia. 14.

sententia ecclesiæ percellit, & lædit, & illi foris sunt apud Deum. Qui aũt nõ meruit, sentẽtia ecclesię non lęditur, nisi contemnat. Vnde Origenes. Exiit quis a veritate, a fide, a charitate: per hoc exit de castris ecclesiæ, etiã si episcopi voce non abijciatur: sicut econtra aliquis non recto iudicio foras mittitur. Sed si non egit vt mereatur exire, nihil lędit. Interdum enim qui foras mittitur, intus est: & qui foris est, intus videtur retineri. Ecce qualis, & quantus est vsus apostolicarum clauium. Iam ostensum est ex parte, qualiter sacerdotes dimittunt peccata, vel tenent, & tamen retinuit sibi Deus quandam singularem potestatem dimittẽdi, vel retinendi: quia ipse solus per se debitum æternæ mortis soluit, & animam interius purgat.

Quæ sint interiores tenebræ, & interior macula.

Ic quæritur, quę sit illa macula, & quæ sint illæ tenebræ interiores, a quibus Deus interius animam purgat, cũ veram pœnitẽtiam immittit. De tenebris & interiori caligine satis facile est & intelligere, & respondere. Cum enim quis mortaliter delinquit, & gratia virtutis priuatur, si qua præcessit, & naturalium bonorum elisionem patitur: vnde & intellectus obtũditur, & totus homo interior obtenebratur, & ita quasi caligine quadam mens obuoluitur, quę caligo peccati pœna est. Hãc vero Deus pellit, cum pœnitẽtiam immittit, per quam perdita bona restituit, & vitiata reparat. Vnde Propheta. Nebulam sicut cinerem spargit. Sed quæ est macula peccati, a qua anima lauatur? Ecce enĩ quis voluit facere homicidiũ, & patrauit, quo patrato desinit tã velle quàm facere, nondum tamen vere & humiliter pœnitet, nec confiteri proponit. Quæ ergo remansit in anima illius macula? Mala voluntas quidem fuit macula illius animæ, sed illa transit. Macula etiã est si pœnitere contemnit, sed hoc est peccatum aliud a præcedenti. Quæ ergo macula remansit, a qua ipse in pœnitentia purgatur? Pollu ta quidem est anima quousque pæ

Psal. 147.

cesse, vt vtile referatur ad verba salutis, lex ad matrimonium, humile ad subiectionem, cætera patent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corporalia ad spiritualia ordinantur: & ideo potestas quæ se extendit ad spiritualia, etiam ad corporalia potest se extendere, sicut ars quæ est de fine, imperat de his quæ sunt ad finem.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ in illo casu, in quo aliquis ex præcepto charitatis communicare tenetur, non prohibetur communio, vt ex dictis patet.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ excommunicatio potest inferri in aliquem dupliciter. Aut ita quòd ipse sit excommunicatus cum omnibus ei participantibus: & tunc non est dubium, quòd quicumque participat ei, est excommunicatus maiori excõmunicatione. Aut est excommunicatus simpliciter: & tunc aut participat aliquis ei in crimine, præbendo ei consilium, & auxilium, & fauorem, & sic iterum est excommunicatus maiori excommunicatione. Aut participat in aliis, sicut in verbo, vel osculo, vel mensa, & sic est excõicatus minori excõicatione.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ecclesia non ita intendit corrigere infideles sicut fideles, quorum cura sibi incumbit; & ideo non ita arcet a communione infidelium sicut a communione fidelium illorum quos excommunicat, super quos habet aliquam potestatem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd excommunicato minori excõmunicatione licet communicare, & sic excommunicatio non trãsit in tertiam personam,

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̃ quidam dicũt quòd quandocunque aliquis participat excommunicato vel verbo, vel quocunque dictorum modorum, secundum quos ei communicare non licet, peccat mortaliter, nisi in casibus exceptis a iure. Sed quia hoc videtur valde graue, quòd homo pro vno verbo leui quo excommunicatum alloquitur, mortaliter pecçet, & multis excommunicantes laqueum damnationis iniicerent, quod in eos retorqueretur: ideo aliis probabilius videtur, quòd non semper peccãt mortaliter, sed solum quando in crimine sibi participat, vel in diuinis, vel in contẽptum ecclesiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd decretalis illa loquitur

tur de participatione in diuinis. Vel dicendum, quòd similis ratio est de peccato mortali & de veniali quantum ad hoc, quia sicut peccatum mortale non potest bene fieri, ita nec veniale: & sicut homo debet prius sustinere mortem quàm peccet mortaliter, ita etiam quàm quòd peccet venialiter illo modo debiti quo debet veniale vitare.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ præceptum ecclesiæ dirẽte respicit spiritualia, & ex consequenti legitimos actus: & ideo qui communicat ei in diuinis, facit contra præceptum, & peccat mortaliter: qui autem participat ei in aliis facit præter præceptum, & peccat venialiter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam aliquis sine culpa quãdoque ab eucharistia arcetur, sicut patet in suspensis, vel interdictis, quia tales pœnæ quãdoq; alicui pro culpa alterius qui in eis punitur, inferũtur.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ quamvis participare excommunicato sit peccatum veniale, tamen participare ei pertinaciter est peccatũ mortale, & per hoc potest aliquis excõicari secũdũ iura.

ARTICVLVS V.

Vtrum quilibet sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absoluere.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd quilibet sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absoluere. Maius enim est vinculum peccati, quàm excommunicationis: sed quilibet sacerdos potest subditum suum a peccato absoluere, ergo multo fortius ab excommunicatione.

¶ 2 Præt. Remota causa, remouetur effectus: sed excõmunicationis causa est peccatum mortale. ergo cum possit quilibet sacerdos a peccato illo mortali absoluere, poterit ab excommunicatione similiter.

SED CONTRA. Eiusdem potestatis est excommunicare & excommunicatum absoluere: sed sacerdotes inferiores non possunt suos subditos excommunicare. ergo nec absoluere.

VLTERIVS. Videtur quòd nullus possit absolui inuitus. Spiritualia enim non conferuntur inuito alicui: sed absolutio ab excommunicatione est beneficium spirituale. ergo non potest præstari inuito.

¶ 2 Præt. Excommunicationis causa est contumacia: sed quando aliquis non vult absolui excommunicationem contemnens, tunc est maxime contumax. ergo non potest absolui.

SED CONTRA. Excommunicatio contra voluntatẽ alicui potest inferri: sed quæ contra voluntatem eueniunt, etiam contra voluntatem amoueri possunt, sicut patet de bonis fortunæ. ergo excommunicatio potest tolli ab aliquo inuito.

VLTERIVS. Videtur q̃ aliquis non possit absolui ab vna excommunicatione, nisi absoluatur ab omnibus. Effectus enim debet proportionari suæ causæ: sed causa excommunicationis est peccatum. cum ergo aliquis non possit absolui ab vno peccato, nisi ab oĩbus absoluatur, nec in excõicatione hoc esse poterit.

¶ 2 Præt. Excommunicationis absolutio in ecclesia fit: sed ille qui vna excommunicatione est irretitus, est extra ecclesiam. ergo quãdiu vna manet, ab alia absolui non potest.

SED CONTRA. Excommunicatio quædam pœna est: sed ab vna pœna aliquis liberatur alia remanente. ergo ab vna excommunicatione alia remanente quis absolui potest.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q̃ a minori excommunicatione quilibet potest absoluere, qui potest absolue re a peccato participationis. Si autem est maior, aut est lata a iudice, & sic ille qui tulit, vel eius superior potest absoluere: vel lata a iure, & tunc episcopus, vel etiam sacerdos potest absoluere, exceptis sex casibus quos sibi iuris cõditor, scilicet Papa, reseruauit. Primus est, cum aliquis iniicit manus in clericum, vel religiosum. Secundus est, de illo qui incendit ecclesiam, & est denũtiatus. Tertius est, de illo qui frangit ecclesiam, & denuntiatus est. Quartus est, de illo qui in diuinis scienter communicat excõmunicatis nominaliter a Papa. Quintus, de illo qui falsat literas apostolicæ sedis. Sextus, de illo qui excommunicatis in crimine communicat: non enim debet absolui nisi ab eo qui excommunicauit, etiam si non sit eius subditus, nisi propter difficultatem accedendi ad ipsum absoluere tur ab episcopo, vel a proprio sacerdote prędita iuratoria cautione, q̃ pareret mandato illius iudicis qui sententiam tulit. A primo autem casu octo excipiuntur. Primus est in articulo mortis, in quo a quolibet excommunicatione potest quis, a quolibet sacerdote absolui. Secundus, si sit ostiarius alicuius potentis, & non ex odio, vel proposito percussit. Tertius, si percutiens sit mulier. Quartus, si sit seruus, & dominus lædueretur de eius absentia, qui non est in culpa. Quintus, si regularis regulare, nisi sit enormis excessus. Sextus, si sit pauper. Septimus, si sit impubes, vel senex, vel valetudinarius. Octauus, si habeat inimicitias capitales. Sunt autem alii casus septem, in quibus percutiens clericum excommunicationem non incurrit. Primus, si causa disciplinæ, vt magister, vel prælatus percusserit. Secundus, si iocosa leuitate. Tertius, si inuenerit eum turpiter agentẽ cũ vxore, vel matre, vel sorore, vel filia. Quartus, si statim vim repellat. Quintus, si ignoret eum esse clericum. Sextus, si inueniat eum in apostasia post trinã admonitionem. Septimus, si transfert se clericus ad actum penitus contrarium vt fiat miles, vel ad bigamiã trãseat.

Psalm. 87. Super præfarum. Ps. quasi in finem.

Hebre. 6.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ quamuis vinculum peccati sit maius simpliciter quàm excommunicationis, tamen quo ad aliquid vinculum excommunicationis est maius inquantum non solum obligat quo ad deum, sed etiam in facie ecclesiæ: & ideo in absoluendo ab excommunicatione requiritur iurisdictio in exteriori foro, non autem in absolutione a peccato, nec exigitur cautio iuramenti sicut exigitur in absolutione ab excommunicatione. Per iuramentum enim controuersiæ, quæ sunt inter homines, terminantur secundum Apostolum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ cum excommunicatus non sit particeps sacramentorum ecclesiæ, sacerdos non potest absoluere excommunicatum a culpa, nisi sit prius absolutus ab excõicatione.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ malum culpæ & pœnæ differunt in hoc, quòd culpæ principiũ in nobis est, quia omne peccatum voluntarium est: pœnæ autem principium quandoque est extra nos. Non autem requiritur ad pœnam q̃ sit voluntaria, immo magis de ratione pœnæ est contravoluntatem esse: & ideo sicut peccata non committuntur nisi voluntate, ita non remittuntur alicui inuito, sed excommunicatio sicut in aliquem inuitum ferri potest, ita & inuitus ab ea absolui potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ propositio habet veritatem de illis bonis spiritualibus, quæ in volũtate nostra consistũt, sicut sunt virtutes, quia non possunt a nolentibus perdi. Scientia enim quamuis sit spirituale bonum, tamen etiam potest a nolente per infirmitatem amitti, & ideo ratio non est ad propositum.

¶ Ad sedm dicendũ, q̃ et manente cõtumacia põt aliquis discrete excõicationem iuste latam remittere, si videat saluti illius expedire, in cuius medicinam excommunicatio lata est.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̃ excõmunicationes non habent connexionem in aliquo, & ideo possibile est q̃ aliquis ab vna absoluatur, & in altera remaneat. Sed circa hoc sciendum est, quòd aliquis quandoque est excommunicatus pluribus excommunicationibus ab vno iudice, & tunc quãdo absoluitur ab vna intelligitur ab omnibus absolui, nisi contrarium exprimatur: vel nisi in causa qua quis absolutionẽ impetrat, de vno tantum casu excommunicationis, cum pro pluribus excommunicatus sit. Quandoque est excommunicatus a diuersis iudicibus, & tunc absolutus ab vna excommunicatione non propter hoc est absolutus ab altera, nisi omnes alii ad petitionem eius excommunicationem suam confirmauerint: vel nisi omnes vni demandent absolutionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia peccata habent connexionem in auersione voluntatis a deo, cum quo non potest esse peccatorum remissio: & ideo vnum peccatum sine altero remitti non potest. Sed excommunicationes non habent aliquam talem connexionẽ, nec iterum absolutio ab excõicatione impeditur propter voluntatis contrarietatem, vt dictum est; & ideo ratio non sequitur. q. præceden ti in cor.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut pluribus de cãis erat aliquis extra ecclesiam, ita possibile est quòd ista separatio remoueatur quantũ ad vnam causam, & remaneat quantum ad alteram.

EXPO-

EXPOSITIO TEXTVS. F

Haeresis *utrumque non habet*, quia & si habeant ordinem, amittunt tamen iurisdictionem ab ecclesia præcisi. *Verbum dei peccata dimittit*, scilicet authoritate, sed sacerdos inquantum sacramentum præbet ministerio: inquātum autem pœnam imponit, sic idem ipse iudex dicitur. *Nullus potestatis iura exercet*, vt scilicet actio eius ad interiores maculas mundandas pertingat. *Ecclesiæ charitas &c.* videtur non esse ad propositum, quia hic non agitur de dimissione ꝑ modum meriti, sed de dimissione per modūm sacramenti. Et dicēdum, quòd meritū ecclesiæ est sub dispensatione clauiū, & ideo tam ex merito Christi, q̄ aliorū, qui sunt de ecclesia, ecclesię claues efficaciā habēt. *Peccatum dicitur tenebra: quia intellectus obtunditur*. Cōtra. Multi peccatores inueniunť, qui habēt optimū intellectū ad capiendū. Et dicendū, ꝙ sequiť de obtusione intell's practici, ẜm quod oīs malus est ignorans, & nō de obtusione intellectus speculatiui. H

sunt, sed non mortuos suscitare. Sola enim Dei gratia reuiuiscunt.

DISTINCTIO XIX.

A

Quando hæ claues dantur, & quibus.

Postquam ostēsum est, quæ sint claues apostolicæ, & quis earū vsus, superest inuestigare quā do istæ claues dentur, & quibus. Dantur hæ claues per ministerium episcopi alicui in promotionem sacerdotij. Cum enim recipit ordinē G

DIVISIO TEXTVS.

Postquam determinauit magister de clauib' ẜm se, incipit determinare quorū sit habere claues. Et diuiditur in partes duas. In prima, ostēdit ꝙ sacerdotū sit claues habere. In secūda, mouet quasdā du dubitationes ꝯ hæc, ibi. *Sed non uidetur quòd omnes &c.* & hæc pars diuiditur in duas. In prima, mouet dubitationē de clauę sciētiæ. In secūda, de claue potestatis, ibi. *Cumq; iam constet &c.* & hęc pars diuidiť in duas, ẜm duas opiniones, quas ī hac dubitatione tangit. Secunda incipit, ibi. *Aliis autem uidetur &c.* & hæc diuidiť in tres. In prima, ponit opinionē. In scda, cōfirmat eā, ibi. *Quòd uero habeat potestatem &c.* In tertia, remouet q̄dā, q̄ huic opinioni vr̄r esse ꝯ̄ria, ibi. *Huic aūt Aug. &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, ponit obiectionē, qua vr̄ ostēdi, ꝙ nō solis sacerdotibus vsus clauiū cōpetit. Secundo, ꝙ malis sacerdotib' non cōpetit, quorū vtrumq; est cōtra secundā opinionē, quæ vera est, ibi. *Præmissæ uero sententiæ.* & circa hęc tria facit. Primo, ponit obiectionē. Secūdo, aliorū solutionē ponit, ibi. *Sed illud capitulum &c.* Tertio, solutionē ꝓpriā ex dictis prius colligit, ibi, *Illud autem mala &c.* Circa secundū duo facit. Primo, ponit solutionē ad authoritatē prophetæ inductam, quā quidam ponunt. Secundo, ex incidenti qualis esse debeat, qui rectè debet potestate clauium vti, ibi. *Qualem autem oporteat &c.* I

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De habentibus claues.
¶ Secūda, De correctione fraterna.

Circa primum tria quæruntur.

¶ Primo, Quorum sit habere claues.
¶ Secūdo, Qui possunt clauibus vti.
¶ Tertio, In quem possit sacerdos clauibus vti.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum sacerdos legis claues habuerit.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd sacerdos legis claues habuerit. Clauis enim est sequela ordinis: sed ipsi habuerunt ordinem, ex quo sacerdotes dicebantur. ergo habuerunt clauem sacerdotes legales.

¶ 2 Præt. Sicut supra magister dixit, claues sunt duæ, scilicet scientia discernēdi, & potentia iudicādi: sed ad vtramq; authoritatem sacerdotes legales habebant. ergo habebant claues. (Dist. præce. circa prin. literæ sue.)

¶ 3 Præt. Sacerdos legalis habebat aliquam potestatem super reliquum populum, non temporalem, quia sic potestas regia nō fuisset distincta a sacerdotali. ergo spiritualem: & hæc est clauis, ergo habuerunt clauem.

Sed contra. Claues ordinantur ad aperiendum regnum cælorum, qd aperiri non potuit ante Christi passionem. ergo sacerdos legalis clauem non habuit.

¶ 2 Præt. Sacra veteris legis gratiā nō cōferebant: sed aditus regni cælestis aperiri non potest, nisi per gratiā. ergo per illa sacramenta nō poterat aperiri, & sic etiam sacerdos, qui minister eorum erat, claues regni cælestis non habebat.

sacerdotalem, simul & has claues recipit. Sed non videtur ꝙ omnes, vel [b] soli sacerdotes has claues habeant, quia pleriq; ante sacram ordinationem scientiam discernendi habent. Plures post consecrationē ea carent. Sane dici potest, quòd alteram clauium istarum, idest, sciētiam discernendi, non habent omnes sacerdotes, vnde dolendum est atq; lugendum. Multi enim licet indiscreti, atq; scientiæ qua eminere debent, exortes, sacerdotij gradum recipere presumunt, vita & scientia eo indigni, quia nec ante sacerdotium, nec post scientiam

Vlterivs. Videtur ꝙ Christus non habuerit claues. Clauis enim characterē ordinis consequitur, vt prius dictū est. sed Christus non habuit characterem, vt supra dist. 4. dictū est. ergo non habuit clauem. II (Dist. ꝑced. q.1. artic.1. q.1. ad 1. Et artic.1. pręcedē. quæstiū culæ.)

¶ 2 Præt. Christus habuit in sacramentis potestatem excellentiæ, vt effectum sacramenti sine sacramentalibus posset conferre: sed clauis est quoddam sacramentale. ergo nō indigebat claui, & sic frustra eam habuisset.

Sed contra est, quod Apoc. 3. dicitur. Qui habet clauem Dauid &c. (Dist. 4. q.1. artic.3. q.5. per totum.)

Vlterivs. Videtur ꝙ non soli sacerdotes claues habeant. Dicit enim Isid. ꝙ ostiarij inter bonos & malos habent iudicium, dignos recipiunt, & indignos reiiciunt: sed hæc est diffinitio clauiū, vt ex dictis patet. ergo non solum sacerdotes, sed etiam ostiarij claues habent. III (Lib. 7. ety. mol. c. 11.) (Dist. præceden. a magistro in litera.)

¶ 2 Præt. Claues sacerdotibus dantur, dum per vnctionem potestatem diuinitus accipiūt: sed reges etiam potestatem in populū fidelem diuinitus habent, & vnctione sanctificantur. ergo non soli sacerdotes habent claues.

¶ 3 Pręt. Sacerdotium est ordo vni singulari personæ conueniens: sed clauem aliquando videtur habere tota vna congregatio, quia quædam capitula excommunicationem ferre possunt, quod ad potestatem clauium pertinet. ergo non soli sacerdotes clauem habent.

¶ 4 Præt. Mulier non est sacerdotalis ordinis susceptiua, quia ei docere non competit secūdum Apostolum 1. Cor. 14. sed aliquæ mulieres videntur habere clauem, sicut Abbatissæ, quę habent spiritualem potestatem in subditas. ergo non solum sacerdotes clauem habent.

Sed contra est, quod Ambr. dicit. Hoc ius, scilicet ligandi & soluendi solis sacerdotibus concessum est. (Lib. 1. de pœnit. cap. 1.)

¶ 2 Præt. Per potestatem clauium efficitur aliquis medius inter populum, & deum: sed hoc tantum competit sacerdotibus qui constituuntur in his quæ sunt ad deum, vt offerant dona & sacrificia pro peccatis, vt dicitur Hebr. 5. ergo soli sacerdotes clauem habent.

K Respon. Dicendum ad primam quæstionē, quòd quidam dixerunt, quòd in veteri lege erant claues apud sacerdotes, quia eis erat commissum imponere pœnam pro delicto, vt dicitur Leuit. 5. quod ad claues pertinere videtur: sed fuerunt tunc incompletæ, nunc autem per Christū in sacerdotibus nouæ legis perfectæ sunt. Sed hoc videtur esse contra intentionē Apostoli in epistola ad Hebr. 9. ibi enim sacerdotiū Christi pręfertur sacerdotio legali per hoc, quòd Christus assistit Pontifex futurorum bonorum ad tabernaculum cæleste introducēs per proprium sanguinem non manu factum, in quod introducebat sacerdotium veteris legis per sanguinem hircorum & taurorum. Vnde patet, quòd potestas illius sacerdotij non se extendebat ad cælestia, sed ad figuras cælestium: & ideo secundū alios dicendum, quòd non habebant claues, sed in eis figura clauium præcessit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd clauis regni cęlestis consequitur ad sacerdotium, quo homo in cælestia introducitur, nō autem talis erat ordo sacerdotij leuitici: & ideo claues cæli non habuerunt, sed claues terreni tabernaculi. A

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ sacerdotes veteris legis habebant authoritatē discernendi & iudicandi, sed non vt admitteretur homo ab eis iudicatus in cælestia, sed in figuras cælestium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd habebāt spiritualem potestatem, qua per sacramentalia legalia nō a culpis, sed ab irregularitatibus homines purgabant, vt ad manu factum tabernaculum aditus purgato per eos pateret.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd virtus aliquid agēdi est in instrumento, & in per se agente nō eodem modo, sed in per se agente perfectius. Potestas autem clauium quam nos habemus, & aliorum sacramentorum virtus est instrumentalis, sed in Christo est sicut in per se agente ad salutem nostram, per authoritatem quidem inquantum est deus, sed per meritum inquantum est homo. Clauis autem de ratione sua exprimit potestatem aperiendi & claudendi, siue aliquis aperiat quasi principale agens, siue quasi minister: & ideo in Christo oportet ponere clauem, sed altero modo quàm sit in eius ministris, & ideo dicitur, quòd habet clauem excellentiæ. C

habent discernendi, qui ligandi sint, vel soluendi. Ideoque illam clauem in consecratione non recipiunt, quia semper scientia carent. Qui vero ante sacerdotium scientia discernendi præditi sunt, licet habeant discretionem, non tamen in eis est clauis, quia non valent ea claudere, vel aperire. Ideoque cum promouetur quis in sacerdotem, clauem discretionis rectè dicitur accipere, quia & ante habita discretio augetur, & fit in eo clauis, vt ea iam valeat vti ad claudendum, vel aperiendum. B

Ad primvm ergo dicendum, quòd character de sua ratione dicit aliquid ab aliquo deriuatum, & ideo potestas clauium, quæ est in nobis a Christo deriuata, sequitur characterem quo Christo conformamur: sed in Christo non sequitur characterem, sed principalem formam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd clauis illa quam Christus habuit, non erat sacramentalis, sed sacramentalis clauis principium.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd clauis est duplex. Vna quæ se extendit ad ipsum cælum immediate remouendo impedimenta introitus in cælum per dimissionem peccati, & hæc vocatur clauis ordinis: & hanc soli sacerdotes habent, quia ipsi soli ordinantur populo in his quæ directe sunt ad deum. Alia clauis est, quæ non directe se extendit ad ipsum cælum, sed mediante militante ecclesia, per quam aliquis ad cælum vadit, dum per eam aliquis excluditur, vel admittitur ad consortium ecclesiæ militantis per excommunicationem, & absolutionem, & hæc vocatur clauis iurisdictionis in foro causarum: & ideo hanc etiam non sacerdotes habere possunt, sicut archidiaconi, & clerici, & alij qui excommunicare possunt, vt supra dictum est: sed nō proprie dicitur clauis cæli, sed quædam dispositio ad ipsam. D

Ad primvm ergo dicendum, quòd ostiarij habent clauem custodiendi ea quæ in templo materiali continentur, & habent iudicium a tali templo excludendi, & admittendi, non quidem sua authoritate iudicantes qui sint digni, vel indigni, sed iudicium sacerdotis exequentes, vt sic quodammodo executores potestatis sacerdotalis videantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd reges non habent aliquam potestatem in spiritualibus, & ideo clauem regni cælestis non accipiunt, sed solum in temporalibus, quæ etiam nisi a deo nō esse potest, vt patet Rom. 13. nec per vnctionem in aliquo sacro ordine consecrantur, sed excellentia potestatis ipsorum a Christo descendere significatur, & vt ipsi sub Christo in populo christiano regnent. E

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in politicis quandoque iudex habet potestatem totam sicut rex in regno: quandoque autem multi in diuersis officiis constituti, vel etiam ex æquo, vt patet in 8. ethi. ita etiam spiritualis iurisdictio potest haberi ab vno solo, sicut ab episcopo, & a pluribus simul, sicut a capitulo: & sic habent clauem iurisdictionis, nō tamen clauem ordinis omnes simul.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mulier, secundum Apostolum, est in statu subiectionis, & ideo ipsa non potest habere aliquam iurisdictionem spiritualem, quia etiam secundum Philosophum in 8. ethic. Corruptio vrbanitatis est, quando ad mulierem peruenit dominium: vnde mulier non habet neque clauem ordinis, neque clauem iurisdictionis, sed mulieri committitur aliquis vsus clauium, sicut habere correptionem in subditas mulieres propter periculum quod imminere posset, si viri mulieribus cohabitarent.

Si alteram clauem omnes habeant, scilicet potentiam ligandi, & soluendi.

Cvmqve iam constet nō omnes sacerdotes illas duas claues habere, quia scientia discernendi plerique carent, de altera, idest, de potentia ligandi & soluēdi quæritur, vtrum omnes sacerdotes eam habeant. Quidam enim hanc potestatem putant illis solis esse concessam, qui doctrinam simul ac vitam Apostolorum seruant. Illas enim cla-

ARTICVLVS II.

b Vtrum etiam sancti homines non sacerdotes usum clauium habeāt.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ etiā sancti homines non sacerdotes vsum clauiū habeant. Absolutio enim & ligatio quæ fit per claues, efficaciam habet ex merito passionis Christi: sed illi maxime passioni Christi cōformantur, qui per patientiam & alias virtutes Christum passum sequuntur. ergo videtur ꝙ etiam si non habeant sacerdotalem ordinem, ꝙ possint ligare & soluere.

¶ 2 Præt. Hebr. 12. dicitur, Sine vlla contradictione, quòd minus est, a maiori benedicitur: sed in spiritualibus secundum Aug. hoc est maius esse, quod melius esse. ergo meliores qui scilicet habent plus de charitate, possunt alios benedicere absoluendo, & sic idem quod prius.

Sed contra. Cuius est potentia, eius est actio secundum Philosophum: sed clauis quæ est potestas spiritualis, est tantum sacerdotum. ergo & vsus eius non nisi sacerdotibus conuenire potest. (De som. & vigi. cap. 1.)

Vlterivs. Videtur quòd mali sacerdotes vsum clauium non habeāt, Io. 20. Vbi vsus clauium apostolis traditur, spiritussancti donum præmittitur: sed mali non habent spiritumsanctum. ergo non habent vsum clauium. II

¶ 2 Præt. Nullus sapiens rex dispensationem sui thesauri suo inimico committit: sed vsus clauium in dispēsatione consistit thesauri cælestis regis, qui est ipsa sapientia. ergo mali qui per peccatum sunt eius hostes, non habent vsum clauium.

¶ 3 Præt. August. dicit, ꝙ sacramentum gratiæ dat deus etiam per malos, ipsam vero gratiam non nisi per seipsum, vel per sanctos suos: & ideo remissionem peccatorum per seipsum facit, vel per ipsius columbæ membra: sed remissio peccatorum est vsus clauium. ergo peccatores qui non sunt columbę membra, vsum clauium non habent. (Lib. 2. contra Cresco. Grammaticum c. 20. & 21. to. 7.)

¶ 4 Præt. Intercessio mali sacerdotis non habet aliquam efficaciam ad reconciliandum, quia secundum Greg. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur: sed vsus clauium fit per quandam intercessionem, vt patet in forma absolutionis, sicut infra dicetur. ergo non habent efficacem vsum clauium. (Dist. 22. q. 2. artic. 2. q. 3. per totum.)

Sed contra. Nullus potest scire de alio an sit in statu salutis. si ergo nullus posset vti clauibus in absoluendo, nisi existens in statu salutis, nullus sciret se esse absolutum, quod est valde inconueniens.

¶ 2 Præt. Iniquitas ministri non potest auferre liberalitatem domini: sed sacerdos est solum minister. ergo nō potest sua malitia donum a deo transmissum per eum nobis auferre.

Vlterivs. Videtur quòd schismatici, & hæretici, excommunicati, & suspensi, & degradati vsum clauium habeāt. Sicut enim potestas clauium dependet ab ordine, ita & potestas conficiendi: sed non possunt amittere vsum potestatis cōficiendi, quia si conficiunt, confectum est, quàmuis peccent cōficientes, vt supra dist. 13. dictum est. ergo etiam non possunt amittere vsum clauium. III (q. 1. artic. 1. q. 3. & 4.)

¶ 2 Præt. Omnis potestas spiritualis actiua in eo qui habet vsum liberi arbitrij, exit in actum quando vult: sed potestas clauium adhuc manet in prædictis, quia cum non detur nisi in ordine, oporteret reordinari eos quando ad ecclesiam redeunt. ergo cum sit potentia actiua, possunt in actum eius exire cum voluerint.

¶ 3 Præt. Spiritualis gratia magis impeditur per culpā, quàm per pœnam: sed excommunicatio, & suspensio, & degradatio sunt pœnæ quædam, cum ergo propter culpam non amittat aliquis

aliquis vsum clauium, videtur quòd nec propter ista.

Sup c. 20. Io. tract. expositionis suæ 121.

SED CONTRA. Aug. dicit, quòd ecclesiæ charitas peccata dimittit: charitas autem est quæ facit ecclesiæ vnionem. cum ergo prædicti sint ab ecclesiæ vnione diuisi, videtur quòd vsum clauium non habeant in remittendis peccatis.

Matth. 16.

¶ 2 Præt. Nullus absoluitur a peccato secundum hoc, quòd peccat: sed aliquis a prædictis absolutionē peccatorum petens, peccat contra præceptum ecclesiæ faciens. ergo per eos a peccato absolui non potest, & sic idē quod prius.

De baptis. contra Donatist. li. 3. c. 18. Et hr̄ 1. q. 1. c. Remissionē. Aug. super 28. cap. & expositiōis suæ c. 120. tom. 4.

RESPON. Dicēdum ad primam quæstionem, quòd agens per se, & agēs instrumētale in hoc differunt, ꝙ agens instrumentale non inducit in effectu similitudinem suam, sed similitudinem principalis agentis. Principale aūt agēs inducit similitudinē suam: & ideo ex hoc aliquid constituitur principale agens, quòd habet aliquam formam, quam in alterum transfundere potest, non autem ex hoc constituitur agens instrumētale, sed ex hoc, quòd est applicatum a principali agente ad effectum aliquem inducendum. cum ergo in actu clauium principale agens sit Christus vt deus per authoritatem, & vt homo per meritum, ex ipsa plenitudine diuinæ bonitatis in eo, & ex perfectione gratiæ consequitur quòd possit in actum clauiū: sed homo alius non potest in actum clauium, sicut per se agens, quia nec ipse alteri gratiam, qua remittuntur peccata dare potest, nec sufficienter mereri, & ideo non est nisi sicut agens instrumentale. Vnde & ille qui effectum clauium consequitur, non assimilatur vtenti clauibus, sed Christo: & propter hoc quantumcumque aliquis habeat de gratia, non potest pertingere ad effectum clauium nisi applicetur ad hoc, vt minister per ordinis susceptionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut inter instrumentum & effectum non exigitur similitudo secundum conuenientiam in forma, sed secundum proportionem instrumēti ad effectum: ita etiam nec inter instrumentum & principale agens, talis autē similitudo est in sanctis hominibus ad Christum passum, & talis similitudo eis vsum clauium nō confert.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis purus homo nō possit alteri ex condigno gratiam mereri, tamen vnius meritū potest cooperari ad salutem alterius, & ideo duplex est benedictio. Vna quæ est ab ipso homine puro, sicut merente per proprium actū, & talis potest fieri a quolibet sancto, in quo Christus habitat per gratiam: & hæc requirit maioritatem bonitatis ad minus inquantum meretur huiusmodi. Alia est benedictio, qua homo benedicit, vt benedictionem quæ est ex merito Christi instrumentaliter alicui applicans: & quantūm ad hāc requiritur maioritas ordinis, & non virtutis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut participatio formæ, quæ est inducenda in effectu, non facit instrumentum, ita nec subtractio talis formæ tollit vsum instrumenti: & ideo cum homo sit tantum instrumentaliter agens in vsu clauium, quantumcumque per peccatum sit gratia priuatus, per quam fit remissio peccatorum, nullo[d] tamen modo priuatur vsu clauium.

D. 351

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd donum spiritussancti exigitur ad vsum clauium, non vt sine quo fieri non possit, sed quia sine eo incongrue fit ex parte vtentis, quàmuis subiiciens se clauibus effectum clauium consequatur.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd rex terrenus in thesauro suo defraudari & decipi potest, & ideo hosti dispensationem eius non committit: sed rex cælestis defraudari non potest, quia totum ad ipsius honorem cedit, etiam quòd aliqui clauibus male vtuntur, quia nouit ex malis bona elicere, & per malos etiā multa bona facere, & ideo non est simile.

ues promisit Dominus Petro, & imitatoribus eius tantum, vt aiūt. Qui etiam authoritatibus vtuntur in munimentum suæ opinionis. Hoc enim dicunt August. sensisse, vbi superius ait. Remissionem peccatorum, vel per seipsum facit Deus, vel per columbæ membra. Dicit etiam idem peccata dimitti, vel teneri a sanctis. Idem super Exodum, vbi de lamina aurea legitur. Erat autem lamina aurea semper in fronte sacerdotis. Hæc inquit, significat fiduciam bonæ vitæ, quam qui vere perfecteque non significatione, sed veritate sacerdos habet, solus potest auferre peccata. Item Gregor. Illi soli habent in hac carne positi potestatem ligandi & soluendi, sicut sancti Apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Item ex dictis Origen. Hæc potestas soli Petro concessa est, & imitatoribus Petri. Nam quicumque vestigia Petri imitantur, habent recte ligandi & soluendi potestatem. His, aliisque testimoniis innituntur, qui asserunt potestatem ligandi, & soluendi illis solis concessam sacerdotibus, qui vita & doctrina pollent, sicut Apostoli.

Aliorum sententia uerior.

ALIIS autē videtur, quod & mihi placere fateor, cūctis [a] sacerdotib[9] hanc clauem dari, scilicet ligandi & soluendi: sed non eam recte ac digne habent, nisi qui vitam & doctrinā apostolicam seruant. Nec præmissæ authoritates malos sacerdotes hanc potestatem negant habere, sed illos solos digne ac recte hac potestate vti significant, qui prædi ti sunt vita & doctrina apostolica, quia soli ipsorum Apostolorum imitatores digne, recteq; possunt ligare & soluere. Et per Dominū tantum, vel per sanctos, in quibus habitat Spiritussanctus digne, & recte fit remissio, vel retentio peccatorum. Fit tamen & per illos qui sancti nō sunt, sed non digne, vel recte. Dat enim Deus benedictionem digne poscenti etiam per indignum ministrum. Quòd vero hanc potestatem habeant omnes sacerdotes, Hiero. testatur super illum locum Euangelij, vbi Dominus dicit Petro. Tibi dabo claues regni cælorum &c. Habent, inquit, eandem iudiciariam potestatem alij Apostoli. Habet & omnis Ecclesia in Episcopis, & presbyteris. Sed ideo Petrus eā specialiter accepit, vt omnes intelligant, quòd quicumque ab vnitate fidei, & societate Ecclesiæ se separauerit, nec a peccatis solui, nec cælum potest ingredi. Item, quòd sacerdos etiā si malus sit, gratiam tamen transfundit pro suæ dignitatis officio August. ostendit dicens. Dictum est a Domino in Numeris ad Moysen & Aaron sacerdotes. Vos ponite nomen meum super filios Israel.

Hæc Hieronymi verba a glos. ordin. vti hic iacent, citantur.

Hęc eadem verba ex Rabano, citantur a Dn̄o Thoma in cathen. super eūdem locum.

Hieron. Et hr̄ 1. q. 1. c. Neque potest. in fin. In quōnib[9] veteris, & noūi testamēti q. 11. Et hr̄ 1. q. 1. c. Dictū est a domino.

F ¶ Ad tertium dicendum, quòd Aug. loquitur de remissione peccatorum, secundum quod sancti homines cooperantur ad ipsam non ex vi clauium, sed ex merito congrui: & ideo dicit, quòd etiam per malos sacramenta ministrat, & inter alia sacramēta etiam absolutio, quæ est vsus clauium computari debet: sed per membra columbę, idest, per sanctos homines facit remissionem peccatorum inquantum eorum intercessionib[9] peccata remittit. Vel potest dici, ꝙ membra columbę nominat omnes ab ecclesia non præcisos. Qui enim ab eis sacramenta recipiunt, gratiam consequuntur, non autem qui recipiunt ab illis qui sunt ab ecclesia præcisi, quia hoc ipso peccant, excepto baptismo, quem in casu necessitatis licet etiam ab excommunicato recipere.

Vbi supra, contra Cresconium.

Homilia 1. super Matthæum.

G ¶ Ad quartum dicēdū, quòd intercessio quam sacerdos maius ex propria persona facit, non habet efficaciam: sed illa, quā fa it vt minister ecclesiæ habet efficaciam ex merito Christi, vtroque tamen modo debet intercessio sacerdotis populo subiecto prodesse.

H AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd in omnibus prędictis manet clauium potestas, quantum ad essentiā, sed vsus impeditur ex defectu materiæ. Cum enim vsus clauiū prælationem in vtente requirat, respectu eius in quem vtitur, vt supra dictum est, propria materia in quam exercetur vsus clauium est homo subditus: & quia per ordinationem ecclesię vnus subditur alteri, ideo etiā per ecclesiæ prælatos potest subtrahi alicui ille qui erat ei subditus. Vnde cum ecclesia hæreticos, & schismaticos, & alios huiusmodi priuet, subtrahēdo subditos vel simpliciter, vel quantum ad aliquid, quantum ad hoc quo priuati sunt, non possunt vsum clauium habere.

Dist. præt. q. 1. artic. q. 3. in cor.

I AD PRIMVM ergo dicendum, quòd materia sacramenti eucharistiæ, in quam suam potestatem exercet sacerdos, nō est homo, sed panis triticeus, & in baptismo homo simpliciter: vnde sicut si subtraheretur hæretico panis triticeus, conficere non posset, ita nec si subtrahatur prælatio, absoluere poterit, potest tamen baptizare, & conficere, quàmuis ad sui damnationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd propositio habet veritatem, quando non deest materia, sicut est in proposito.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex ipsa culpa non subtrahitur materia, sicut per aliquam pœnā: vnde pœna non impedit per contrarietatem ad effectum inducendum, sed ratione dicta.

ARTICVLVS III.

Vtrum sacerdos possit uti claue quam habet in quemlibet hominem.

K AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos possit vti claue quam habet in quemlibet hominem, Potestas enim clauium in sacerdotes descendit ex illa domini authoritate, quæ dicit. Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; sed illud indeterminate dixit de omnibus. ergo habens clauem indeterminate potest ea vti in quoslibet.

Ioan. 1.

¶ 2 Præt, Clauis corporalis quæ aperit vnam seram, aperit omnes alias eiusdem modi: sed omne peccatum cuiuslibet hominis est eiusdem rationis obstaculum respectu introitus cæli, ergo si potest vnum hominem sacerdos per clauem quam habet absoluere, poterit & quoslibet alios.

¶ 3 Præt. Sacerdotium testamenti noui est perfectius quàm veteris: sed sacerdos veteris testamēti poterat vti sua potestate, quā habebat discernēdi inter leprā & leprā indifferēter in oēs. ergo

ergo multo fortius sacerdos euangelicus potest vti sua potestate in omnes.

A SED CONTRA est, quod dicitur 16. q. 1. Nulli sacerdotū licet parochianum alterius absoluere, aut ligare. ergo non quilibet potest quemlibet absoluere.

¶ 2 Præt. Iudicium spirituale debet esse ordinatius q̄ tēporale: sed in iudicio temporali non debet qlibet iudex quemlibet iudicare. ergo cum vsus clauium sit iudicium quoddam, non potest sacerdos quilibet sua claui in quē libet vti.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ sacerdos non possit semper suum subditum absoluere. Sicut enim Aug. in litera dicit. Nullus officio sacerdotis vti debet, nisi immunis ab illis sit, quę in aliis iudicat: sed quandoq; cōtingit, ꝙ sacerdos est particeps criminis quod subditus suus commisit, sicut cum mulierem subditam cognouit. ergo videtur quòd non possit semper in suos subditos potestate clauium vti.

¶ 2 Præt. Per potestatem clauium homo ab omnibus defectibus curatur: sed quandoque alicui peccato annexus est irregularitatis defectus, vel excommunicationis sententia, a qua simplex sacerdos liberare non potest. ergo videtur quod nō possit vti clauium potestate in illos, qui talibus irretiti sunt.

¶ 3 Præt. Sacerdotij nostri iudicium & potestas per iudicium veteris sacerdotij figuratum est: sed minoribus iudicibus secūdum legem non omnia competebat discutere, sed ad superiores recurrebant, vt dicitur Exo. 24. Si quid ortum fuerit inter vos quæstionis &c. ergo videtur quòd nec sacerdos de grauib[9] peccatis possit subditum suum absoluere, sed debeat ad superiorem remittere.

SED CONTRA. Cuicumque committitur principale, committitur & accessorium: sed sacerdotibus committitur ꝙ subditis suis eucharistiam dispensent, ad quam ordinatur absolutio a peccatis quibuscumq;. ergo sacerdos ab omnib[9] peccatis pōt subditū suum absoluere, quantū est de clauiū ptāte.

¶ 2 Præt. Gratia omne peccatum tollit, quantumcumque sit parua: sed sacerdos sacramenta dispensat, quibus gratia datur. ergo quantum est de potestate clauium, de omnibus peccatis absoluere potest.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ aliquis non possit vti clauibus in suū superiorem. Actus. n. sacramentalis quilibet requirit propriam materiā: sed propria materia vsus clauium, vt dictū est, est persona subiecta ergo in eo qui non est subditus, nō potest clauibus sacerdos vti.

¶ 2 Præt. Ecclesia militans imitatur triumphantem: sed in cælesti ecclesia inferior angelus numquàm purgat, aut illuminat, aut perficit superiorem. ergo nec aliquis sacerdos inferior pōt vti actione hierarchica, q̄ est per absolutionem in superiorem.

¶ 3 Præt. Iudicium conscientiæ debet esse ordinatius, quàm iudicium exterioris fori: sed in exteriori foro inferior non potest excommunicare, aut absoluere superiorem. ergo videtur quòd nec in foro pænitentiali.

SED CONTRA. Superior prælatus etiam circundatus est infirmitate, & contingit ipsum peccare: sed remedium contra peccatum est potestas clauium. ergo cum ipse non possit in seipsum vti claue, quia non potest esse simul iudex & reus, videtur ꝙ possit inferior in ipsum clauis potestate vti.

¶ 2 Præt. Absolutio, quæ fit per virtutem clauium, ordinatur ad perceptionem eucharistiæ: sed inferior potest superiori eucharistiam dispensare, si petat. ergo & clauium potestate in ipsum vti, si se ei subiecerit.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ ea quę circa singularia operari oportet, non eodem modo omnibus competunt: vnde sicut post generalia medicinæ præcepta oportet adhiberi medicos, quibus præcepta vniuersalia medicinæ singulis infirmis, secundum quod debent, aptentur: ita in quolibet principatu præter illum, qui vniuersaliter præcepta legis tradit, oportet esse aliquos, qui ea singulis, secundum quod debent, adaptent: & propter hoc etiam in cælesti hierarchia sub potestatibus, qui indistincte prę sunt, ponuntur principatus, qui singulis prouinciis distribuuntur, & sub his angeli, qui singulis hominibus in custodiam deputantur, vt patet ex his q̄ dist. 20. dicta sunt in 2. lib. vnde & ita debet esse in prælatione ecclesiæ militantis, vt apud aliquem esset prælatio indistincte in oēs, & sub hoc essēt alij qui super diuersos distinctā ptātem acciperent. Et qa vsus clauium reqrit aliquam prælationis potestatē, per quam ille, in quē vsus clauium cōicatur, efficitur materia ppria illius actus: ideo ille qui habet indistinctam potestatē sup oēs, pōt vti clauib[9] in quemlibet. Illi autē qui sub eodē distinctas potestates acceperunt, non in quoslibet possunt vti clauibus, sed in eos tantum qui eis in sortem venerūt, nisi in necessitatis articulo, vbi nemini sacramenta sunt deneganda.

B C AD PRIMVM ergo dicendum, quòd absolutionē a peccato requiritur duplex potestas, s. potestas ordinis, & potestas iurisdictionis. Prima quidem potestas est æqualiter in omnib[9] sacerdotibus, non aūt secunda: & ideo vbi dn̄s Io. 10. dedit omnibus apostolis cōiter potestatem remittendi peccata, intelligitur de potestate quæ cōsequit̄ ordinē: vnde & sacerdotibus qn̄ ordinantur, illa verba dicuntur, sed Petro dedit singulariter potestatem remittendi peccata, Matth. 16. vt intelligatur ꝙ ipse præ aliis habet potestatem iurisdictionis. Potestas autem ordinis quantum est de se, se extendit ad omnes absoluendos, & ideo indeterminate dominus dixit, Quorum remiseritis peccata, intelligens tamen, ꝙ vsus illius potestatis esse deberet, p̄supposita potestate Petro collata, secundum ipsius ordinationem.

D ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ etiam clauis materialis nō potest aperire nisi seram ppriam, nec aliqua virtus actiua potest agere nisi in materiam propriam. Materia autem propria potestatis ordinis efficitur aliquis per iurisdictionem, & ideo non potest aliquis claue vti ad eum, in quem iurisdictio nō datur.

¶ Ad tertium dicēdum, ꝙ populus Israel vnus populus erat, & vnum tantum templum habebat: vnde non oportebat sacerdotum iurisdictiones distingui, sicut in ecclesia, in qua congregantur diuersi populi & nationes.

AD SECVNDAM quæstionem dicēdum, quòd potestas ordinis quantum est de se, extendit se ad omnia peccata remittenda: sed quia ad vsum huius potestatis, vt dictum est, requiritur iurisdictio, q̄ a maioribus in inferiores descendit, ideo pōt superior aliqua sibi reseruare, in quibus iudicium inferiori nō cōmittat, alias de quolibet peccato pōt simplex sacerdos iurisdictionē habens absoluere. Sunt autem quinq; casus, in quib[9] oportet ꝙ simplex sacerdos ad superiorem pænitentem remittat. Primus est, qn̄ est solēnis in ponenda pænitentia, quia eius minister proprius episcopus est, vt supra dist. 14. dictū est. Secūdus est de excōicatis, qn̄ inferior sacerdos non pōt absoluere. Tertius, qn̄ inuenit irregularitatem contractam, pro cuius dispensatione debet ad superiorem remittere. Quartus, de incendiariis. Quintus, quando est cōsuetudo in aliquo episcopatu, ꝙ enormia crimina ad terrorem episcopo reseruantur, quia consuetudo dat, vel aufert in talibus potestatem.

q. 1. artic. 5.
E q. 3. ad 3.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ in tali casu, nec sacerdos deberet audire confessionem mulieris, cum qua peccauit de illo peccato, sed deberet ad aliū remittere, nec illa deberet ei confiteri, sed deberet licentiam petere ad alium eundi, vel ad superiorem recurrere, si ille licentiam denegaret, tum propter periculum: tum quia est minor verecundia, si tamen absolueret, absolutum esset. Quod enim Aug. dicit, quòd non debet esse in eodem crimine, intelligendum est secundum congruitatē, non secundum necessitatem sacramenti.

De vera, & falsa pęnit. cap. vbi supra.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ pænitentia ab omnibus defectibus

bus culpæ liberat, non autem ab omnibus defectibus pœnæ, quia adhuc post peractam pœnitentiam de homicidio aliquis remanet irregularis. Vnde sacerdos pōt de crimine absoluere, & pro pœna amouenda ad superiorem remittere, nisi in excōcatione, quia absolutio ab ipsa debet præcedere absolutionem a peccato: quia quādiu aliquis est excō municatus, non potest recipere aliqd ecclesiæ sacramētū.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procedit quantum ad hoc, in quibus sibi superiores potestates iurisdictiones reseruant.

Ioan. 11.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ potestas clauium quantum est de se, extendit se ad omnes, vt dictū est: sed ꝙ in aliquem sacerdos nō possit potestate clauium vti, contingit ex hoc, ꝙ eius potestas est ad aliquos specialiter limitata. Vnde ille qui limitauit, potest extendere in quem voluerit, & propter hoc etiam potest sibi dare potestatem in seipsum, quāmuis ipse in seipsum

q. 1. huius artic. ad 1.

Sup Leuit. cap. 9. li. 2.

vti clauium potestate non possit, quia potestas clauium requirit pro materia aliquod subiectum, & ita aliū: sibiipsi enim aliquis subiectus esse non potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quāmuis episcopus, quem simplex sacerdos absoluit, sit superior eo simpliciter, tamen est inferior eo inquantum se ei vt peccatorem sacerdoti subiecit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in angelis non potest accidere aliquis defectus, ratione cuius inferioribus suis superiores subdantur, sicut accidit in hominibus, & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ iudicium exterius est secundum homines, sed iudicium cōfessionis est quo ad deum, apud quē redditur aliquis minor ex hoc quòd peccat, non autem apud hominum prælationes: & ideo in exteriori iudicio sicut nullus in seipso sententiam dare potest excommunicationis, ita nec alteri committere, nec se excommunicare: sed in foro conscientiæ potest alteri committere suam absolutionem, qua ipse vti non possit. Vel dicendum, ꝙ absolutio in foro confessionis est principaliter potestas clauium, & ex consequenti respicit iurisdictionem, sed excōmunicatio respicit totaliter iurisdictionem: quantum autem ad potestatē ordinis omnes sunt æqua, non autem quantum ad iurisdictionē, & ideo nō est simile.

QVAESTIO II.

Deinde quæritur de correptione fraterna.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Quid sit.
¶ Secūdo, Cuius sit.
¶ Tertio, De modo & ordine ipsius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum male assignetur quædam diffinitio de correptione fraterna

AD PRIMVM sic proceditur. Vī ꝙ male assignetur ꝗda diffinitio de correptiōe fraterna. Correptio fraterna est admonitio fratris de emēdatiōe delictorū fraterna charitate. Admonere enim videtur esse idē quod ad mentē reducere, & sic non est nisi oblitorum: sed correptio fraterna non est tantum de peccatis oblitis: ergo male ponitur in diffinitione eius admonitio.

¶ 2 Præt. Correptio in quandam violentiam sonat, quia idem videtur esse corripere, quòd simul rapere. ergo cum admonitio in quandam lenitatem sonet, videtur quòd correptio non sit admonitio.

¶ 3 Præt. Eius videtur esse correptio cuius est corrigere: sed hoc est soli⁹ dei, cum corrigere dicatur simul regere, qđ solius dei est, vt patet, Prouer 16. Hominis est præparare animā, & dei est dirigere gressꝰ suos. ergo non debuit dicere ꝙ sit fratris.

¶ 4 Præt. Admonitio videtur pertinere ad aliquid faciendum, vel euitandū: sed emendatio delictorum pertinet ad aliquid factum iam, vel omissum. ergo videtur quòd correptio non possit esse de emēdatione admonitio.

¶ 5 Præt. Quæ grauiora sunt, magis indigent emēdatione: sed transgressiones sunt grauiores omissionibus in genere loquendo. cū ergo nomine delicti importetur omissio, nomine autem peccati transgressio, vt in 2. lib. dist. 42. dictum est, videtur ꝙ magis debeat dici de emendatione peccatorum, quàm delictorum.

In fine. mā gistri.

¶ 6 Præt. Fraterna correptiō videtur esse opus iustitiæ, vt patet secundum glo. Rab. Matth. 18. super illud. Si peccauerit in te &c. dicit enim, Peccantem zelo iustitiæ corrigamus, & pœnitenti viscera misericordiæ pandamus. ergo deberet dicere, ex iustitia procedens, magis quàm ex charitate.

RESPON. Dicendum. Ad hoc quòd homo rectegradiatur in via salutis, tria sunt ei impendenda ab eo qui ipsius curam gerit. Primo, vt in finem rectum ordinetur, & quantum ad hoc dicitur superior inferiorem sibi commissum dirigere. Secūdo, vt ei cautelam adhibeat ne a via ad finem ducente discedat, & quantum ad hoc dicitur eum regere. Tertio, vt si contingat eū discedere, quòd ad viam rectam reducat, & quantum ad hoc dicitur ipsum corrigere: quandoq; quidem vt rectitudo iustitiæ fiat ab eo, quando scilicet ille qui deliquerat, emendatur ex cura sibi impensa: quandoque autem vt rectitudo iustitiæ de eo fiat per pœnas inflictas, etiam si ille nō corrigatur ex parte sua. Sed aliquis a via rectitudinis discedens dupliciter potest ad viam rectitudinis reduci, secundum Philos. in 10. ech. Vno modo, per timorem turpis, aut odium ipsius, vt cum quis turpitudinem peccati abominatur, & confusionem exinde consequentem. Alio modo per timorem & odium tristis, sicut cum quis propter pœnas illatas pro peccatis, vel quas timet inferri, resilit a peccato. Et quia iste secundus modus est cum quadam violentia, ideo correptio dicitur quasi vsq; ad rectitudinē perducens: sed primus modus proprie dicitur correptio. Illa enim rapi dicuntur, quæ subito auferuntur, vnde etiam syllaba corripi dicitur; quæ raptim & quasi subito pronuntiatur, & propter hoc quando homo ex hoc solum ꝙ ei turpitudo peccati ostenditur, & ad meliora quis eum hortatur, ipse per se ad viam rectitudinis reuertitur, corripi dicitur: ex quo patet ꝙ secūdus modus solis prælatis competit, quorum verba vim coactiuam habent per inflictionem pœnarum: sed primus modus prælationis ordinem non requirit, quāmuis etiam prælationis ordo ipsum requirat, quia secundus modus adhiberi nō debet, nisi vbi primus locum nō habet etiā a prælatis: & ideo correptio, quando præter ordinem prælationis fit, vocatur fraterna, quæ in prædicta assignatione nō ponitur, scilicet actus ipse cum dicit, Admonitio fratris: finis, cum dicit, De emendatione delictorum: principium, cum dicit, Fraterna charitate procedens.

Cap. 11.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ aliquis potest reduci ad mentem suam dupliciter. Vno modo, quātum ad cognitionem specialissimam: alio modo, quantum ad cognitionem practicam, quæ per ignorantiam electionis intercipitur, & sic dupliciter aliquis ad mētem reducitur. Vno modo cū coactione quadam, vel factis sicut cum quis punitur: vel verbis habētibus vim coactiuam, sicut cum aliquid alicui præcipitur, & hoc ad corrigendū pertinet. Alio modo, per verba tantū quæ vim coactiuam non habent, & talia verba admonitoria dicuntur: & ideo cū hic modus ad correptionem pertineat, correptio nihil est aliud, quam admonitio, & eiusdem potentiæ actus est admonitio, cuius est imperium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd correptiōe dicitur a rapiendo quantū ad hoc, quòd statim & subito rapina exercetur: non autē inquantum rapina habet aliquā violentiā nisi quantū ad hoc, ꝙ corripiēs a suo voluntate qua peccauit, auertere peccanté nititur, & sic aliquid est ibi simile violentiæ, secundum quòd id quod est cōtrarium voluntati, violentū dr.

¶ Ad tertium dicendum, quòd iam ex dictis patet, quòd alicuius potest esse corripere, cuius non est corrigere: sed omnis, cuius est corrigere, etiam est dirigere, siquidem dirigere importet solum ordinationem alicuius in finem. Si autem importet perductionem ad finem, sic solius dei est, quia eius solius est impedimenta auferre, vt aliquis ad finem non impeditus perueniat.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ de peccato præterito potest esse aliquis actus præsens, vel futurus: & ideo quāmuis emēdatio sit de peccato præterito, tñ ipsa admonitio aliqñ potest esse faciēda ad hoc: & ideo de ipsa emendatione potest esse admonitio, vt dicatur emendatio reuersio peccatoris ad statum rectæ operationis, quæ est correptionis finis.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ nullus mouetur ex odio, vel timore turpis, nisi ille cui iam inest aliqualiter voluntas pulchri & boni: & ideo cum correptio præcedat ex hac via, vt dictū est, proprie illi cōpetit vt corripiatur, qui habet propositū boni, a quo tamen vel propter ignorantiā, vel pp aliquā desidiam auertitur: & ideo magis proprie respicit omissionē, quæ etiā in ipsa transgressione considerari pōt, ꝙ transgressionis peruersitatē, & propter hoc conuenientius dicitur delictorum, ꝙ peccatorum.

¶ Ad sextum dicendū, quòd in hoc, ꝙ aliquis peccat, læditur iustitia, & læditur peccans, & secundum hoc ille qui peccantem arguit, ad duo potest attendere, scilicet ad læsionem iustitiæ: sed hoc proprie est eius cui commissa est custodia iustitiæ, quæ est commune bonum, scilicet prælati, qui est persona publica: & iterum ad læsionem peccantis, & hoc est proprie eius, cui competit defectibus eius subuenire. Et quia hoc est proprium amicitiæ, quæ secundū Philos. in 9. ech. magis subuenire facit amico in damnis virtutum, quàm in damnis exteriorum rerum, ideo directe pertinet ad charitatem: vnde quāmuis correctio sit actus iustitiæ, tamen correptio est actus charitatis, siue misericordiæ: quia tamen bonum priuatum debet ad bonum publicum ordinari sicut ad finem, ideo etiam corripiens ex charitate ad læsionem iustitiæ aliquo modo respicit, & secundum hoc intelligenda est glo. inducta.

ARTICVLVS II.

Vtrum quilibet ex præcepto ad correptionem fraternam teneatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non quilibet ex præcepto ad correptionem fraternā teneatur. Dicit enim Hieron. Sacerdotes studeant illud euangelicum implere. Si peccauerit in te frater tuus &c. ergo videtur quòd sacerdotes ad hoc teneantur.

¶ 2 Præt. Quicumque aliquem corripit, curam illius gerit: sed soli prælati tenentur ex præcepto curam de subditis habere. ergo soli ipsi tenentur ex præcepto ad corripiendum.

¶ 3 Præt. Ad præcepta obligatur aliquis semper, ad consilia autem non, nisi in aliquo casu speciali: sed ad corripiendum non obligatur aliquis nisi in casu necessitatis, alias oporteret hominē omnia negotia sua dimittere, vt correptioni insisteret, cū quotidie corripiendi occurrant. ergo correptio fraterna non cadit sub præcepto, sed sub consilio.

Ezech. 13.

¶ 4 Præt. Homo pp votū religionis non absoluitur a præceptis dei. si ergo hō quilibet ex præcepto teneretur fratrē corripere, vt ꝙ religiosi deberēt de claustro suo exire ad corripiendum seculares delinquentes, quod falsum est, quia sic religionis obseruantia periret.

¶ 5 Præt. Homo non debet excitare sibi odium proximi, quia Grego. dicit. Non est timendum ne is qui arguitur contumelias inferat, sed timendum ne tractus ad odium deterior fiat: sed frequenter ex correptione odium generatur, quia veritas odium parit. ergo non tenetur homo ad corripiendum.

¶ 6 Præt. Ibi debet homo corripere, vbi habet arbitrium, sicut dicit glo. Matth. 18. super illud, Si peccauerit in te &c. Si enim in deum peccauit, non est nostri arbitrij. cum ergo omne peccatum sit in deum, non possimus de peccato corripere.

SED CONTRA. Super illud Matth. 18. Si peccauerit in te &c. dicit glo. Ita peccat qui fratrem suum peccare videt, & tacet, sicut qui pœnitenti non indulget: sed ad indulgēdum peccanti omnes ex præcepto charitatis tenentur. ergo & ad corripiendum delinquentes.

¶ 2 Præt. Eleemosynę spirituales sunt magis necessariæ, quàm corporales: sed eleemosyna corporalis est sub præcepto, vt supra dist. 15. dictum est. ergo correptio peccantium, cum sit spiritualis eleemosyna, vt ibi dictum est.

q. 1. artic. 1. q. 4. per totum.

VLTERIVS. Videtur quòd peccator corripiens nō peccet. 1. Io. 1. Si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus, nosipsos seducimus. si ergo peccatoris non est corripere, nullus poterit alterum corripere.

II

¶ 2 Præt. Nullus pp pctm excusat ab obseruatione pcepti. ergo peccator tenet ad corripiēdū, cū sit ī pcepto, & si nō corripiat, peccat. si ergo peccādo corripet, est pplexus, qd est ineōueniēs.

¶ 3 Præt. Eleemosyna corporalis ē minus necessaria q̄ spūalis: sed peccator dans eleemosynā corporalē, non peccat, ergo nec corripiēdo, cū correptio sit spiritualis eleemosyna, vt dictū est.

Arg. 2. sup posit. falsi. in ꝓponendo quæstiū culā præcedentem.

¶ 4 Præt. Maius est docere sacram scripturam, quàm aliquem singulariter admonere, quia hoc cuiuslibet est, sed nō illud: sed vt quidam dicūt, docens sacram scripturā non peccat, quāmuis in peccato existat, ergo multo minus corripiens ex charitate fratrem peccat, quāmuis ipse in peccato existat.

SED CONTRA. Quicumque aliquem corripit, quodam modo ipsum iudicat: sed qui iudicat in altero quod committ, seipsum condemnat, vt patet Rom. 2. ergo peccator corripiendo alterum peccat.

¶ 2 Præt. Philos. dicit in 10. ethic. quòd sermones qui sunt de moribus, cum dissonant his quæ videntur secundum sensum in eo qui eos dicit, contemnuntur, & veritatē interimūt: sed in peccatore qui corripit alterū de peccato, ea quæ videtur de ipso ad sensum dissonāt sermonib⁹. ergo interimit inquātū in se est veritatē: sed hoc est peccatū, ergo talis corripiēdo peccat.

Cap. 1.

III

VLTERIVS. Videtur quòd aliquis non teneatur corripere prælatum suum, Gal. 2. super illud. In faciem eius restiti, dicit glo. tamquam par. ergo si par non fuisset, non potuisset eum corripere, & ita videtur quòd fraterna correptio nō se extendat ad prælatos.

Vbi supra, art. 4. Epist. suas. ad eundem Demophi.

¶ 2 Præt. Diony. in epistolis suis arguit Demophilum monachum

ehum de hoc, ꝙ sacerdotem corripuerat, quia erat eo superior. ergo fraterna correptio non se extendit ad superiores.

¶ 3 Præt. 2. Reg. 6. Oza legitur percussus a domino, quia arcã tetigit: sed per arcam significabatur prælatus, per Ozam subditus. ergo peccat subditus corripiendo prælatum.

part. 3. ad monit. 5. ¶ 4 Pręt. Grego. dicit in Pastorali. Admonendi sunt subditi, ne præpositorũ suorum vitam temere iudicent, siquid eos fortasse agere reprehensibile vidẽt. ergo videtur quòd sit temeritatis prælatum arguere delinquentem. Rom. 2.

De pastor. cura par. 2. cap. 2. De vera, & falsa pęnit. c. 20. in prĩcip. Et hr̃ de pænitẽ. di. 6. c. Qui vult. §. Sacerdos. ¶ 5 Præt. Grego. dicit. Sanctorum vitã corrigere quis non præsumat, nisi de se meliora sentiat: sed hoc videtur esse pręsumptuosum quòd homo de se sentiat meliora, quàm de plato suo. ergo non sunt corripiendi.

Sed contra. Correptio fraterna, cum sit spiritualis eleemosyna, opus misericordię est: sed misericordia maxime prælato debetur qui in maximo periculo constitutus est, vnde Aug. dicit in regula. Non solum autem vestri, sed etiam ipsius, scilicet prælati miseremini, qui inter vos quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur. ergo correptio fraterna se extendit etiam ad prælatos. Ioan. 8. Epist. 109. tom. 2.

¶ 2 Præt. Eccl. 17. dicitur. Quia deus mandauit vnicuique de proximo suo: sed prælatus noster proximus est. ergo eum corripere debemus, si delinquat.

gare, vel soluere. Sed nullus officio sacerdotis vti debet, nisi immunis sit ab illis quæ in aliis iudicat, alioquin seipsum condemnat.

Qualis debet esse iudex ecclesiasticus. B

Qualem autẽ oporteat esse, qui aliorum iudex constituitur, Aug. describit ita dicens. Sacerdos cui omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicandus, quæ in alio iudicare est promptus. Iudicãs enim alium, qui est iudicandus condemnat seipsum. Cognoscat ergo se, & purget in se quod alios videt sibi offerre. Caueat, vt a se proiecerit quicquid in alio damnosum reperit. Animaduertat, quòd qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Ideo enim liberauit

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd per legis diuinæ præcepta homines sufficienter in hac vita ordinatur. Sicut autem in exercitu, vt Philosophus dicit in 11. meta. est duplex ordo, vnus quo totus exercitus ad ducem ordinatur: alius quo singuli de exercitu ordinãtur adinuicem: ita & in conuersatione huius vitę, omnium qui in aliqua communitate congregantur, est duplex ordo, vnus ad prælatum, alius singulorum adinuicem. Vnde vterq; ordo debet præcepto diuinæ legis instituti. Ordo autem prælati ad subditum consistit in hoc, vt omnes subditi ad bonum cõmune quod prælatus intendere debet, intendat, & quòd prælatus eos ad hoc dirigat: ordo autem singulorum adinuicem est, vt vnusquisq; alteri auxilium præbeat ad bonum suũ consequendum, vnde sicut prælatis ex præcepto incumbit, vt subditorum curã gerãt: & subditis, vt prælatis obediant, ita & coæqualibus adinuicem, vt sibi inuicem auxilium ferant non solum in corporalibus, sed etiã in spiritualibus magis: & ideo cum maximum auxilium homini per correptionem in spiritualibus adhibeatur, præceptũ diuinæ legis ad hoc se extendere debet. T. com. 52.

Ad primum ergo dicendum, quòd Hieronymus loquitur de correptione, cui adiungitur correctio, quod patet ex hoc, quod subiungit, Quæ est enim misericordia parcere vni, & omnes in discrimen adducere? & talis correptio solum prælatis competit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd curam alicuius aliquis simpliciter habere potest, & secundum quid. Simpliciter quidem curam alicuius habet, cuius dispositioni totum regimen vitæ ipsius subditur, quia prouidentia, & cura respiciunt ordinem ad finem, ad quem homo per totam vitam suam intendit: & sic curam alterius non habet aliquis nisi prælatus, qui habet propter hoc super subditum imperium: sed secundum quid quantum ad aliquid, vt ad subueniendum in aliquo particulari casu quilibet habet curam alterius: quia vnicuique mandauit deus de proximo suo, Ecclesiast. 17. & secundum Apostolum 1. Corinth. 12. Per se inuicem sollicita sunt membra.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam præcepta affirmatiua non obligant ad semper, quàmuis semper obligent: & ideo ad illud ad quod in aliquo casu implendum obligamur, & nõ

F in alio, non est consilium, sed præceptum, quia consilium numquàm obligat, nisi per hoc quod in præceptum transit ex aliquo accidenti: tempus autem, ad quod obligatur, est cum delinquens occurrit ipsi corripienti, & corripi potest commode, & speratur emendatio, & non est alius cui ex officio incumbat corripere, vel si ille cui incumbit, negligens appareat in corrigendo. Si enim non speraretur emẽdatio, sed magis deterioratio propter impatientiam corrigendi, excusaretur a præcepto: similiter si prælatus diligens appareret ad corrigendũ subditum suum.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd quidam dicunt, quòd monachus non debet exire claustrum vt corripiat delinquẽtes, quia vacat operi meliori, scilicet contemplationi. Sed hoc non videtur verum, quia etiam aliquis a contemplatione abstrahitur, vt saluti proximorum subueniat: & ideo dicendũ, quòd si monacho opportunitas corripiendi aduenerit, ipse etiam corripere tenetur, sed non tenetur quærere delinquentem exiens claustrum, aut ordinis sui statuta frãgere, ne ipse in periculum incidat, a quo alium liberare tenetur.

G peccatricem, quia non etat qui iuste proiiceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato, in quo intelligitur omnes crimine fuisse reos. Nam venialia remittebantur per cæremonias. Si quod ergo in eis peccatum erat, criminale erat. In hoc ergo patentissimum est crimen sacerdotum, & detestabile, qui non prius se iudicant, antequàm alios alligant. Caueat spiritualis iudex, sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet enim vt sciat cognoscere quicquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc postulat, vt quod debet iudicare, discernat. Diligens ergo inuestigator sapienter interroget a peccatore, qđ H forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare. Cognito vero cri-

¶ Ad quintum dicendum, quòd semper vitandum est ne ex correctione sequatur odium nostra culpa, scilicet ex indiscreta coreptione: si autem ad odium prouocetur, ex quo deberet ad dilectionem incitari, non est curandum, præcipue quando eius peccatum in damnum aliorum vergit, vel etiã damnum sequens, vel peccatum ipsum est grauius odio, quod in nos excitamus: vel quando speramus quòd odium paulatim tepescet, & tamen correptio sequitur: quia sicut dicit Chrysost. I Melius est odium propter deum, quàm amicitia quæ est propter ipsum. Cum enim propter ipsum amamur, debitores dei sumus: cum odio propter ipsum habemur, debitorem eum nobis facimus. Sup 1. epist. ad Timot. homil. 7.

¶ Ad sextum dicendum, quòd glos. intelligenda est quando peccatur in deum, idest, solo deo sciente: vel loquitur non quantum ad correptionem, sed quantum ad remissionem quę sequitur, quia illud quod est ex parte nostra possumus remittere, sed non quod est ex parte dei. Super illud Matth. 18. vt supra.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd ille qui est in simili peccato, vel maiori, nõ potest alium corripere siue illud notorium sit, siue occultum, propter hoc quòd alterum iudicans contra seipsum sententiam profert. Alij autem dicunt, quòd si sit peccatum occultum, absque peccato potest corripere, non autem si sit notorium. Vtraque autem opinio quantum ad aliquid vera est. Dupliciter enim aliquis corripere potest. Vno modo ex officio, sicut prælati corripiunt: & sic videtur prima opinio habere veritatem, quia quandocumque K aliquis indigne vtitur officio suo, peccat: ille autem qui est in mortali peccato etiam occulto, indigne vtitur officio prælationis, vnde peccat corripiendo, vel quicquid aliud proprij officij exequatur. Alio modo aliquis corripit ex zelo charitatis, non vt ecclesiæ minster, & tunc in correptione non potest esse peccatum, nisi ratione scandali, quod non consurgit nisi de peccato notorio: & secundum hoc secunda opinio habet veritatem. Vnde siue prælatus, siue subditus etiam in peccato notorio existens aliquem peccare viderit, potest eum admonere non per modum corripientis, sed per modum rogantis, vt exẽplo suo non incitetur ad malum. D. 405 581 792 796 800 891

Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum veniale non reddit aliquem indignum executione officij sacri, sicut peccatum mortale: nec ita natum est scandalizare, quia ab eis nullus inuenitur immunis: & ideo existens in peccato veniali non

si non peccat etiam si de eodem corripiat, nisi probabiliter ex correptione scandalum sequi videatur, & de hoc peccato. s. veniali loquitur authoritas inducta. A

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ peccator non est perplexus, nec tamen absoluitur a præcepto corripiendi. Potest enim peccatum dimittere, vel officium resignare, aut etiam humiliter peccatum suum recognoscens aliũ admonere rogãdo, & tunc nõ peccat.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in eleemosyna corporali non inuenit aliquis dissensus ad vitam, qua in peccato viuit, sicut de correptione dictum est: & ideo peccator eleemosynã dans, nõ scandalizat, sicut corripiendo scandalum generat.

minet, varietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cętera quæ supradiximus, quibus cognitis adsit beneuolus, paratus erigere & secum onus portare, & habeat dulcedinem in affectione, discretionem in varietate, doceat perseuerantiam, caueat ne corruat, ne iuste perdat iudiciariã B potestatem. Et si enim pænitentia possit ei acquirere gratiam, non tamen mox restituat in potestatem primam. Et si Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sæpe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non tamen est necesse ut hoc omnibus concedatur quasi ex authoritate. Inuenitur authoritas quæ concedit, & quasi imperat. Inuenitur authoritas alia quæ non concedit, sed uetat quæ scripturæ non repugnant, sed concordant. Cum enim tot sint qui labuntur, ut pristi-

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ docere sacram scripturam dupliciter contingit. Vnomodo, ex officio prælationis, sicut qui p̃dicat docet: non enim licet alicui prædicare nisi officium prælationis habeat, vel ex authoritate alicuius prælationem habentis Rom 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Aliomodo, ex officio magisterij, sicut magistri theol. docent. Dicunt ergo quidam ꝙ ille qui primo modo docet, peccat mortaliter; si sit in peccato mortali notorio, non autem ille qui secundo modo docet. Sed hoc est falsum, quia eorum qui docent, sacram scripturam est idem finis, & eorum qui sacram scripturam ediderunt: vnde cum ad hoc ordinetur scripturæ editio, vt ad vitam æternam homo perueniat, vt patet. Ioan. 10. Quicumque impedit finem doctrinæ docendo peccat: impedit autem qui sacram scripturam in peccato docet, quia ore se profitetur nosse deum, factis autem negat. Et dicendũ ꝙ ille qui est in peccato notorio, peccat siue sic, siue sic doceat: sed ille qui est in peccato occulto, peccat si primo modo doceat, nõ autem si secundo. Et quia aliæ rationes videntur concludere ꝙ nullo modo corripere liceat ei qui est in peccato: ideo dicendum ad quintum, ꝙ ex hoc ipso ꝙ aliquis alium corripiendo iudicat, si in eodem peccato sit, seipsum condemnat. i. condemnabilem seipsum ostendit, non tamen nouam causam damnationis superadijcit. C

¶ Ad sextum dicendum, quòd ratio illa procedit de peccato manifesto.

Ad tertiam quęstionem dicendum, ꝙ quidam dicũt quod correptio fraterna non se extendit ad prælatos, tũm quia non debet homo os ponere in cęlum: tum quia de facili scandalizari possunt prælati, si a subditis corripiãtur. Sed hoc nihil est, quia prælati inquantum peccant, nõ sunt cęlum, & s̃m hoc eis correptio debetur, nec iterum qui eos charitatiue corripit, in eos os ponit, idest, contra eos, sed pro eis, quia ad vtilitatem eorum eos admonet: nec iterum præsumere debet quis de p̃lato ꝙ iniuste scandalizetur, nisi contrarium constet, quia ipsi sunt in statu perfectionis: scandalum autem passiuum non cõuenit perfectis, sed pusillis. Et ideo dicendum est, ꝙ prelatus ex hoc ꝙ est persona publica, & vicem dei super subditos gerens, non amittit ea quę sunt propria illius singularis p̃sonæ: & ideo omnia illa quæ debentur alicui ex affectu fraterno, qui ad oẽs homines habendus est, etiam prælato debentur, sicut etiam ipse alijs debet ea quæ affectus charitatis expostulat, nec ab his ratione prælationis excusatur: & ideo secundum alios præceptum de fraterna correptione etiam ad prælatos se extendit, vt corripiantur a subditis, & sicut ea quæ sunt charitatis ad subditos prælatus taliter gerere debet, vt nullum authoritati præiudicium generetur, ne dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas, vt August. dicit: ita correptio ad prælatos taliter debet fieri ne aliquid reuerentiæ subtrahatur: & ideo dr̃. 1. Timot. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. D E

Ad primum ergo dicendum, quòd Paulus in faciem Petro coram omnibus restitit, sicut ibidem dicitur. hoc aũt excedit modũ fraternæ correptionis, quã prælatis a subditis debet. Non. n. prælati, a subditis coram multitudine, sed humiliter in priuato corripiendi sunt, nisi immineret periculũ fidei: tunc enim prælatus minor fieret, si in infidelitatem laberetur, & subditus fidelis maior.

¶ Ad secundum dicendum, quòd monachus ille arguitur de hoc ꝙ iniuste corripuit sacerdotem recte agentem, & de hoc ꝙ correptionẽ vsq; ad correctionem extendit pœnam inferendo, quia sacerdotem percussit, & eum ab ecclesia amouit. Quamuis autem prælati sint corripiendi a subditis, non tamen est eis pœna infligenda, sed recurrendum ad superiorem denuntiando, vel si non habet superiorẽ recurrat ad deũ qui eũ emendet, vel de medio subtrahat.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ tangere arcam non erat leuitarum, sed sacerdotum: & ideo Oza percussus fuit, quia officium superioris vsurpauit: sed fraterna correptio nõ sequitur officium, sed affectum charitatis, & ideo non concludit ratio de fraterna correptione, sed de correctione quæ est a prælatis adhibenda, quam subditus prælatis non potest adhibere. Vbi supra

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Greg. prohibet iudicium temeritatis, ne scilicet aliquis prælatorum facta de facili in malum conuertat, vel de eis coram alijs obloquatur: non autem iudicium fraternæ correptionis prohibet cum reuerentia factum. part. 3. ad moni. 5.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quamuis præsumptuosum sit ꝙ aliquis simpliciter se alteri præferat in bonitate, præcipue sancto viro: tamen non est præsumptuosum quãtum ad aliquod factum, si prælatus non faciat quantum ad illud de se meliora sentire.

Articulus III.

Vtrum oporteat quòd fraterna admonitio præcedat denuntiationem ecclesiæ faciendam.

Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ non oporteat ꝙ fraterna admonitio præcedat denuntiationem ecclesiæ faciendam: quia secundum August. in lib. de mendacio. Ex factis sanctorum colligimus quid in scripturis sentire debeamus: sed Christus denuntiauit Iudã discipulis ante admonitionem factam, vt patet Ioan. 13. similiter Petrus damnauit Ananiam & Saphiram ante aliquam admonitionem, vt patet Act. 5. similiter Paulus reprehendit Petrum coram omnibus nulla monitione secreta præcedente. ergo videtur quòd non semper admonitio fraterna debet præcedere denuntiationem ecclesiæ faciendam. 2. 2. q. 3. ar. 7. ad cõsen. ca. 15. to. 4.

¶ 2 Præt. Maiori periculo magis debet homo obuiare: sed aliquando maius periculum imminet, si peccatum non publicetur, quàm sit malum infamatio vnius hominis, quia peccator latens potest multos corrumpere in fide, vel moribus, quod non posset facere in publicum eius peccato deducto, aut etiam infamatur multitudo si peccatum vnus de multitudine committat; nec talis infamia aboletur nisi per pœnam peccati, quę non potest inferri, nisi peccatum ad publicum deducatur. ergo nec semper debet denuntiationem admonitio præcedere.

¶ 3 Pręt Accusare in capitulo est dicere ecclesiæ: sed religiosi frequenter seinuicem accusant in capitulo nulla admonitione præcedente. ergo non oportet quòd semper admonitio denuntiationem præcedat.

¶ 4 Præt. Grauior via procedendi cõtra crimina est si per accusationem, vel ẽt per inquisitionem procedatur, quàm si per denuntiationẽ, quia etiam maior pęna infligitur: sed aliquis potest procedere ad accusationem non pręcedente admonitione, inquisitione tamen facta, sicut Inno. 3. dicit in decretali. ergo nec denuntiationem oportet ꝙ admonitio præcedat.

¶ 5 Præt. Nullus tenetur alteri obedire contra præceptum diuinum: sed si prælatus præciperet alicui scienti crimen fratris sui, quòd ei diceret, teneretur dicere ante admonitionem: & similiter si præciperet illi qui crimen commisit, tamen prælatus peccaret quærendo, quia secundum ordinem iuris petitur iuramentum de veritate dicenda etiam in causa criminali ab eo qui accusatur. ergo videtur ꝙ non sit de necessitate præcepti ꝙ admonitio denuntiationem præcedat.

Sed contra est, quod dicit glos. Matth. 18. super illud. Si peccauerit ĩ te &c. hoc ordine vitare scãdala debem⁹: sed

debitum est ex præcepto obligante. ergo ordo correptionis est in præcepto.

¶ 2 Præt. Propter hoc fraterna correptio est in præcepto, vt homo fratrem suum a peccato eripiat: sed quandoque fratri daretur peccati occasio, si statim in publicum proderetur, vnde

Glos. interlinearis. glos. dicit ibidem.

Corripe ipsum inter te &c. ne publice correptus verecundiam perdat, qua p[ro]dita in peccato remaneat. ergo s[ecundu]m necessitatem præcepti debet admonitio priuata denuntiationem p[ræ]cedere.

nam dignitatem ex authoritate defendant, & quasi vsum peccandi sibi faciant, recidenda est spes ista. Si vero locus est ubi ista non concurrant, restitui possunt qui peccant. Ex his satis perpenditur, qualis debeat esse sacerdos

II Vbi supra art. 8. VLTERIVS. Videtur quòd inconuenienter in ordine correptionis ponatur testium inductio, quia aut iste correptionis ordo intelligitur de peccato publico, aut occulto. Si de publico, non oportet inducere testes, quia manifestum est. Si de occulto, non oportet manifestari nescientibus, quia sic esset homo proditor criminis. ergo videtur q[uod] nullomodo testium adhibitio requiratur.

¶ 2 Præt. August. dicit in regula, vbi ordinem fraternæ correctionis ponit, q[uod] alijs s. testibus peccatum fratris demõstratur, per quos conuincendus est si negauerit: sed aliquis non potest conuinci per vnum testem, quia in ore duorum, vel trium testium debet stare omne verbum. ergo inconuenienter dicitur q[uod] testis vnus, vel duo adhibeatur, quia semper debent esse duo ad minus.

¶ 3 Præt. Correptio etiam debet fieri de peccato semel facto: sed ad illud quod iam factum est, non possunt adhiberi testes, vt videant qui non viderunt: quandoque etiam non reiteratur de facili, aut si reiteratur, peccator sibi a corripiente cauet, ne etiam ipse videre possit peccantem, nedum nisi alios inducat ad videndum: nec iterum debet ille qui peccatum fratris scit, ei dare aliquam occasionẽ peccatum iterandi, vt deprehendi possit, quia sic ipse esset peccati particeps. ergo videt[ur] quòd testium inductio non requiratur ad correptionem.

¶ 4 Præt. Dicere prælato, est dicere ecclesiæ: sed Aug. dicit in regula, q[uod] antequam alijs demonstretur per quos conuincendus est si negauerit, prius proposito debet ostendi: si neglexerit admonitus, corrigi. ergo videtur q[uod] testium adhibitio non debeat præcedere denuntiationem, sed sequi.

III Et Lucę 3. VLTERIVS. Videtur q[uod] correptio quantum ad monitionem secretam debet esse dura, Mat. 3. Ioan. Babtista dixit, Genimina viperarum, quæ fuit durissima correptio. ergo videtur quòd debeat aliquis alterum dure corrigere.

¶ 2 Præt. Titi. 1. dicitur, Argue illos dure.

¶ 3 Præt. Ad correptionem fraternam incitat ira per zelũ: sed ira asperitatem habet. ergo debet aliquis aspere corrigi.

SED CONTRA. Gal. 6. Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, ergo videtur q[uod] non debeat dure corripi.

Super Psal. 140. circa mediũ c. I. ¶ 2 Præt. Aug. dicit. Corripiat iustus in misericordia, & arguat. ergo debet esse leuis correptio.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q[uod] secundum Philosophum in 5. ethi. Minus malum ex hoc q[uod] præeligit respectu magis mali, accipit rationem magis boni: & ideo medicus corporalis hominem si potest, ab infirmitate totaliter liberat: si autem nõ potest, eligit minus malum, vt occurrat magis malo, sicut amputare vnum mẽbrum, ne totum corpus inficiatur, & hunc ordinem dominus seruari præcepit, cum peccatoribus corripiendo spiritualiter medicamur. Peccator autem ex peccato duo mala incurrit, innocentiæ damnum, & famæ dispendium: & ideo prius tentandum est vt taliter innocentiæ restituatur, q[uod] fama etiam conseruetur. Sin autem sic debet negligi fama, vt conscientia reparetur, famæ etiam dispendio subueniri si aliter nõ potest, debet quantum potest, vt scilicet primo paucis, & postea multis crimen prodatur: & ideo dominus hunc ordinem corripiendi statuit, vt primo frater corripiatur secreto, vt sic & innocentiam recuperet, & famam nõ perdat: quòd si hæc medicina non fuerit efficax, debet paucis ostendi, vt non totaliter fama perdatur, & deinde si non corripitur, debet omnino fama negligi & in publicum prodi, quòd si etiam publica correptio, vel admonitio non profuerit, debet omnino abscindi iudicio ecclesiæ, vt sit sicut ethnicus & publicanus. Matth. 18. Et ideo dicendum quòd sicut correptio fraterna cadit in præcepto, ita & correptionis ordo.

AD PRIMVM ergo dicendum, q[uod] in obseruatione p[ræ]ceptorum semper ad intentionem p[ræ]cipientis, & rationem præcepti F attendendum est: ideo autem dominus p[ræ]cepit vt secreta admonitio publicam denuntiationem præcederet, vt expectaretur emendatio vitæ, & famæ parceretur peccatoris: & quia dominus sciebat Iudam non emendandum fore, si ipsum admoneret, sed magis exasperandum: quia non est probabile quòd verba moueret, quem tot miracula visa nõ mouerant, ideo ipsum non præmonuit, & quia etiam sciebat ex hoc forte magis exasperandum & deteriorem fieri: nec tamen est simile de ipso, & nobis, quia ipse se-

qui alios ligat & soluit, discretus scilicet & iustus, alioquin mortificat sæpe animas quæ non moriuntur, & uiuificat quæ non uiuunt, & ita incidit in maledictionis iudiciũ. Illud aũt Malachiæ. s. Maledicã b[e]n[e]dictionibus uestris, siue sup[er] hęreticos

G creta cordiũ sciebat, & futuros euentus, nõ autem nos: & ideo nisi certissimis signis appareat incorrigibilitas & exasperatio ipsius futura, non debet fraterna admonitio prætermitti. De Petro autem dicendum est, quòd forte peccatum eorum erat publicum, vel statim publicandum. Vel forte sciebat mõnitionem ipsis non valituram: vel etiam consilio spiritussancti fecit ad terrorem, quia hoc competebat statui primitiuæ ecclesiæ, ne veniret eius authoritas in contemptum. De Paulo autem patet responsio, quia Petrus coram omnibus peccauit, ideo oportebat eum coram omnibus redargui: hic autem ordo seruandus est in peccatis occultis, vnde dicitur. Si peccauerit in te, idest, te solo sciente. Matth. 18.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in peccatis denuntiandis considerandum est vtrum peccatum sit omnino occultum, aut ad notitiam aliorum deuenerit, aut in promptu sit vt deueniat. Si autem peccatum iam ad notitiam aliorum deuene H rit, tunc debet denuntiari ei qui habet potestatem corrigendi, vt qui sunt scandalizati de culpa, ædificentur de pœna. Si autem nondum in publicum deuenit, sed est in via deueniendi, tunc etiam denuntiandum est vt scandalo futuro occurratur. Si autem sit omnino occultum, tunc considerãdum est vtrum emendatio peccantis expectari probabiliter possit, aut non: quod quidem facile aduerti poterit, si consideretur vtrum aliquis ex electione, vel passione peccauit siue ex malitia, vel infirmitate, quod idem est: quod quidem perpendi potest ex conditione peccantis, & ex iteratione actus, quia si aliquis frequẽter & quasi improhibite sine fræno in aliquod peccatum lapsus est, signum est quòd ex malitia, vel electione peccat, & non facile emendetur. Si autem semel occasione peccandi oblata in peccatum ruit, & postea tristitiam & verecundiam de peccato ostenderit, signum est quòd sit peccatum ex passione, vel ex infirmitate, & quòd de facili emendetur. Si ergo emendatio spe- I retur, debet admonitio præcedere, & denuntiatio differri quousque videatur quomodo emendatur peccator, nisi forte immineret occasio similis in peccatum ruendi, quam tamen declinare non vellet admonitus: tunc enim deberet prælato denuntiari, ne in pręcipitium iret. Si autem nõ speretur emendatio, tunc cõsiderandum est, an illud peccatum sit infectiuum aliorum, sicut est hæresis, vel fornicatio, vel aliquid huiusmodi: aut etiam cedat in aliquod damnum alterius, sicut furtum, vel homicidium, & huiusmodi. Si enim non cedat in damnum alterius, nec sit infectiuum peccatum, tunc potest denuntiatio differri quousque videatur admonitionis effectus, præcipue si emendationem promittit. Si autem est infectiuum aliorum, debet denuntiari pręlato, ut gregi suo caueat. Sicut n. dicit Hiero. Quæ misericordia est parcere vni, & multos in discrimen adducere? polluitur populus ex vno peccatore, sicut ex una oue morbida uniuersus grex. Semper enim bonum mul- K torum debet præferri bono vnius. Vnde etiam fama vnius negligi debet, ut innocentia, vel fama multitudinis conseruetur. Si autem uergat in damnum corporale alterius, debet fieri comparatio illius damni ad damnum famæ istius, & illi dãno quod præponderat obuiandum magis.

¶ Ad tertium dicendum, quod de leuibus peccatis non surgit infamia, nec scandalum: & ideo de talibus non est vis, siquis in capitulo accusetur admonitione prætermissa, nisi forte probabiliter credi possit, quòd tali accusatione magis deterioratur qui corrigitur, & collegio etiam non multum prosit, cuius bonum semper præponendum est bono unius: unde & aliquando etiam si peccantis emendatio non expectetur, potest aliquis coram multitudine accusari, si profectus multitudinis credatur: sed de peccatis ex quibus posset infamia surgere, non deberet aliquis in publico accusari, nisi alijs præmissis quæ ordo fraternæ correptionis deposcit, & grauiter peccaret accusans, sicut fratrem suum infamans.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd etiam ad accusationem, vt qui- A dam dicunt, procedi non debet secundum forum conscientię monitione non præmissa, nec emendatione expectata, nisi forte maiori periculo obuiandum videatur, aut peccatum sit publicum: quamuis secundum forum causarum non requiratur q[uod] accusationẽ p[ræ]cedat admonitio, sed solũ inquisitio. Inquisitio vero nõ est facienda nisi de noto rio peccato, quia oportet quòd inquisitionem præcedat clamosa insinuatio, & ideo secreta admonitio non requiritur de necessitate. Vel dicendum secundum alios, q[uod] in accusatione non agitur ad emendationem peccantis, sed ad bonũ commune, s. iustitiam conseruandam per punitionem delinquentis: & ideo accusatio in iudicio bona conscientia potest fieri, etiam si admonitio non præcedat: nec est contra præceptũ domini, quod intelligitur, quando agitur ad emendationem peccantis.

tantum & excommunicatos, siue super omnes sacerdotes, qui uita & scientia carentes benedicere præsumunt, dictũ accipiatur, sic intelligi potest. Maledicam benedictionibus uestris, idest, his quę in eis benedictionibus possidetis, quia faciã ea

¶ Ad quintum dicendum, quòd præceptum alicui factum a prælato suo de peccato alterius publicando in eo casu, in quo publicari nõ debet, potest fieri vel in iudicio, vel extra iudiciũ. Si extra iudiciũ, peccat pręcipiens, nec ille cui præcipitur, obedire tenetur. Si autem in iudicio ordine iuris exigente iudex alicui præcipiat vt peccatum suum, vel alterius confiteatur, nõ peccat præcipiendo, quia ipse non exigit, sed accusans cui iudex ius reddere debet: & tunc tenetur quis profiteri ad præceptum iudicis peccatum suum, vel alterius: vel appellare si contra ordinem iuris ei præcipiatur, & tunc publicans peccatum occultũ, vitat maius malum. s. disciplinæ iuris eneruationem, tamen iudex deberet dissimulare quantum posset, ne tale præceptum faceret saluo ordine iuris, & præcipue in capitulo, vbi magis per æquitatem procedendum est, quàm secundum rigorem iuris.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q[uod] quãdo medicina lenis a qua incipiẽdum est, non proficit, tunc debet medicus efficaciorem medicinam apponere: non tamen statim efficacissimam, sed paulatim procedẽdum est, vt quàm minus potest fieri, grauetur ille cui medicari volumus: & ideo si prima medicina, s. admonitio præcedens secreta non prosit, quia peccatum iterari videtur, oportet ad vlteriora procedi, vt paucis ostendatur, & talibus qui possunt prodesse, & quibus nõ creditur q[uod] obsint diffamando: & illi principaliter adhibentur vt admoneant, secundo vt admonitionis factæ sint testes, tertio vt negantem coram ecclesia conuincant, vt August. dicit in regula. Prius tamen scilicet quàm in publicum prodatur alteri, vel tertio demonstretur, vt duorum, vel trium possit D ore conuinci.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quidam dicunt, q[uod] iste modus corripiendi seruandus est quando peccatum non est omnino publicum, nec omnino occultum, sed ab aliquibus scitum, vnde dicunt q[uod] non possunt alij aduocari, nisi qui sciunt ad quos etiam pertineret correptio. Sic enim exponũt. Si peccauerit in te, idest, te solo sciente, frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuũ. Si te non audierit, & nullus alius sciat, non debes vltra procedere. Si autem aliqui alij sciant, adhibe tecum &c. Sed hoc non videtur esse secundum intentionem euangelij, quia si illi qui adhibentur alias sciuissent, non oportet eos adhibere ad videndum, sed statim per eos posset conuinci. Et præterea Hiero. dicit, q[uod] non est misericordia parcere vni, & omnes in discrimen adducere: quod fieret, si peccatum quod est alijs nociuum, nõ publicaretur ad correptionem: vnde patet quòd si peccatum in aliorum detrimentum vergat, debet alijs dici, quantumcumque sit occultum, & etiam si non vergat in detrimentum alterius, nisi in illius qui peccat, vt patet secundum August. in regula, vbi sic dicit. Innocentes non estis, si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacẽdo perire permittatis: nec ex hoc aliquis efficitur proditor criminis, quia non manifestat crimen ad infamandum, sed ad corrigendum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vnus testis inducitur ad admonendum, sed duo ad conuincendum. Vel dicendum, q[uod] ipse denuntians cum vno teste sufficit ad denuntiandũ, quia per hoc fit aliqua præsumptio iudici, sed ad decisionem causæ requiruntur duo testes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non potest intelligi quòd aliquis ex præcedenti monitione non sit emendatus, nisi per hoc quòd actum iterat: vnde ad hoc inducendi sunt testes, vt A actum iteratum videant, vt patet per August. qui dicit. Prius alteri, vel tertio demonstrandum, scilicet actum peccati. Non tñ debet aliqua occasio præberi vt peccatũ iteret intentione conuincendi, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona. Rom. 3. Si tamen actus iterati ostendi testibus non possint, debent tamen adhiberi, vt coram ipsis recognoscat, vel saltem vt ipsi admoneant, vt obiurgatio plurimorum eum corrigat, vt ibidem glo. dicit, & has duas causas glo. tangit ibidem super illud. Adhibe tecum &c. Glos. interlinearis.

cedere uobis in maledictionem, nõ in benedictionẽ: quia & si benedicunt sanctis, non hoc faciunt ex uero corde, & ideo eorũ b[e]n[e]dictio eis uertit[ur] in maledictionẽ. Vel, Maledicã benedictionibus vestris, idest, q[uo]d a vobis benedicitur, a me erit ma-

studio corrigendi, vel conuincendi.

B ¶ Ad quartum dicendum, quòd prælatus potest dupliciter considerari, aut secundum quòd iudicio præsidet, & sic dicere prælato est dicere ecclesiæ, & sic prius debent testes adhiberi quàm prælato dicatur: aut extra iudicium existens, & sic dicere prælato non est dicere ecclesiæ, sed personæ quæ potest prodesse, & non obesse, quia nullus magis potest prodesse quàm prælatus: & secundum hoc debet prius dici prælato quàm testibus ostendi alijs, vt quanto minus potest fieri publicetur, & tunc prælatus adhibetur quasi vnus de testibus. Talis enim debet esse ordo correptionis fraternæ, quem August. in regula tradit, vt cum quis oculi petulantiam, vel aliud peccatum quodcumque in fratre suo aduertit, statim admonere debet, ne cępta progrediãtur, sed de proximo corrigantur. Quòd si post admonitionem iterum, vel tertio id facere videatur, tunc debet quasi vulneratus sanandus manifestari: sed antequam in publicum prodatur, quod fit cum ecclesię dicitur, prius debet alteri, vel tertio demonstrari, quod est adhibere vnum, vel duos testes: & C inter eos quibus ostendi debet, antequam alijs ostendatur per quos conuincendus est si negauerit, prius proposito debet ostẽdi post admonitionem, vt secretius correptus non innotescat cæteris, & ita primo debet admoneri, secundo prælato ostendi, tertio testes adhiberi, quarto in publicum produci conuincendus si negauerit, sed duo media dominus sub uno comprehendit.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, quòd secundum Grego. in Pastorali. Nonnulla peccata sunt leuiter corrigenda. Par. 2. c. 10. Nam cum non malitia, sed ignorantia sola, vel infirmitate delinquitur, necesse est vt magno moderamine ipsa delicti correptio temperetur: nonnulla autem sunt vehementer increpanda, vt cum culpa ab actore non agnoscitur quanti sit ponderis, ab increpantis ore sentiatur, & cum quis sibi malum quod perpetrauit leuigat, hoc contra se grauiter ex corripientis asperitate pertimescat. Et quamuis illæ loquatur de correptione quæ prælatis competit, tamen etiam in correptione quę ab alijs fit, hoc etiam est obseruandum, quamuis fraterna correptio semper magis debeat ad leuitatem accedere, quia non ex authoritate officij, sed ex charitatis affectu exhibetur. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

Moyses & Aaron sacerdotes Moyses sacerdos dicitur non officio oblationes offerendi, sed quia sacra primitus populo dedit immediate a deo accepta. psal. 98. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. *Cum esset pontifex anni illius, prophetauit.* Sciendum quòd in verbo Caiphę fuerunt quatuor. Primo inspiratio immissa, per quam vtilitas passionis Christi cordi eius inspirata fuit a spiritusancto. E Secundo intellectus, quem ipse ex illa inspiratione concepit. Tertio intentio exprimendi intellectum suum, & ad effectum producendi. Quarto uerba ipsa prolata. Primum quidem fuit quædam participatio prophetiæ: secundum fuit falsus intellectus a seipso: tertium fuit iniqua intentio: quartum fuit uera locutio, quamuis non secũdum intellectum eius: & ideo primum fuit a spiritusancto nõ autem secundũ, neq; tertium: sed quartum aliqualiter fuit a spiritusancto regulante uerba illius, vt consonarent inspirationi ab eo factæ. *Nullus officio sacerdotis &c.* Hoc intelligendum est de mortalibus, quia sacerdos potest sine peccato de illis uenialibus absoluere, in quibus ipse est, quia per ea non redditur executione officij indignus. *Ideo liberauit peccatorem &c.* Idest ex hoc occasionem liberationis eius sumpsit. *Diligens ergo inuestigator &c* Sed contra. Defecerunt scrutantes scrutinio, qui scrutati sunt iniquitates, ut dicitur in psalm. 63. ergo videtur

F detur q̄ sacerdos nō debeat perscrutari conscientiam subditorum. Et dicendum, q̄ sacerdos debet perscrutari conscientiam peccatoris in confessione quasi medicus vulnus, & iudex causam: quia frequenter quæ præ confusione confitens taceret, interrogatus reuelat. Sed tamen in interrogationibus faciēdis tria sunt attendēda. Primo, vt quilibet peccator īterrogetur de peccatis quæ consueuerunt in hominibus illius conditionis abundare. Non enim oportet q̄ a milite quæratur de peccato clericorū, aut religiosorum, aut econuerso. Secundo, vt non fiat explicita interrogatio de peccatis, nisi de illis quæ omnibus manifesta sunt: de alijs autem adinuentionibus peccatorum ita debet a longinquo fieri interrogatio, vt si commisit, dicat, & si non cōmisit, non addiscat. Tertio, vt de peccatis, pręcipue carnalibus, non descendat nimis ad particulares circunstantias, quia huiusmodi delectabilia q̄to magis in speciali cōsiderantur, magis concupiscentiam nata sunt mouere, vt dicit in 3. ethi. & ideo potest contingere vt confessor talia quærens & sibi, & confitenti noceat, & sic quandoque deficiant in suo scrutinio iniquitates scrutantes. *Maledicam benedictionibus vestris.* quæ. s. ita sunt vestræ, q̄ non dei. (Malachiæ.)

ledictum: quia benedicunt inique agentibus, adulanturque peccantibus, dummodo diuites sint.

DISTINCTIO XX.

A

De his qui in fine pænitent.

Sciendum est etiam, quòd tempus pænitentię est vsque in extremum articulum vitæ. Vnde Leo Papa. Nemo (De pnīa dist. 7. cap. Nemo.) est desperandus, dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnunquàm quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur. G August. tamen de pænitentiam differentibus ita scribit. Si quis positus in vltima necessitate, voluerit accipere pænitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit, fateor vobis non illi negamus quod petit, sed non præsumimus, quia bene hinc exit. Si (Homil. 41. de vere pænitentibus tom. 10.) securus hinc exierit, ego nescio. Pęnitentiam dare possumus, securitatem vero non. Nunquid dico damnabitur? sed nec dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari? age pænitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quia securus es, quia pęnitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti. Si vis agere pænitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Item. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut nō ignoscitur, quid horum tibi sit futurum, nescio. Ergo tene certum, & dimitte incertum. Sed quare hoc dixit Augu. cum pænitentia quæ in fine agitur, in psalmo appelletur sacrificium vespertinum, quod erat acceptabilius in lege, & in quacumque die inuocetur Deus adsit, & quacumque hora ingemuerit, & conuersus fuerit peccator, vita viuet, & nō morietur? Sed illa dixit August. B propter illos qui pænitentiam vsq; in finem vitæ protrahunt, & tunc non ex Dei amore videntur pænitere, sed timore mortis, quasi ex necessitate. Vnde idē quasi aperiens, quare superiora dixerit, ait. Nullus expectet quando peccare non potest. Arbitrij enim libertatem (De vera & falsa pænitentia c. 17. ī principio to. 4. Et hr̄ de pænitē. dist. 7, cap. Nullus expectet.)

DIVISIO TEXTVS.

Postquam determinauit magister de pænitentia, & de potestate ministrorum, quibus competit dispensatio huius sacramēti, hic determinat quædā quæ pænitentiā cōsequunt̄, & diuidit̄ in partes duas. In prima, determinat tempus pænitentię. In secūda, determinat q̄dā quę ad defectū pnīæ ptinēt. 22. dist. ibi. *Cumque multis authoritatibus &c.* Prima in duas, In prima ōndit tēpus pænitētiæ vsq; ad finē vitæ esse. In secunda, mouet quādā q̄ōnes quę ex p̄dictis ortum hn̄t 21. dist. ibi. *Solet etiam quæri &c.* Prima in duas. In prima ōndit q̄ tēpus pnīę durat vsque ad finē vitæ. In scd̄a, ōndit qualiter sit agendū cū illis qui in fine pænitent, ibi. *Solet etiam quæri &c.* Prima in duas. In prima ōndit q̄ hi qui in fine vitæ suæ pænitent, cōsequunt̄ remissionē pctōrum, q̄uis adhuc sint debitores pęnæ tpalis, quā in purgatorio post mortem I sustinebūt. In scd̄a ōndit q̄ eadē pœna debet̄ eis qui qualitercūque in hac vita condignā satisfactionē nō implent, ibi. *Si vero quæritur de illis &c.* Circa primū tria facit. Primo ōndit quòd vsq; ad finē vitæ manet pnīæ locus. Secūdo obijcit in contrarium, ibi. *Augu. tamen de pænitentiam differentibus &c.* Tertio soluit, ibi. *Sed quare hoc dixerit &c.* Vbi ex verbis Aug. ōndit, quare nō sit pnīa differenda vsq; ad finē vitæ propter duo. Primo, pp pænitēdi difficultatē. Secundo, propter pęnā purgatorij quæ restat, ibi. *Sed & si conuersus peccauerit &c. Si vero quæritur de illis &c.* Hic ōndit q̄ pęna purgatorij restat post hanc vitam eis q̄ui hic condignā satisfactionē nō agunt. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit hoc de illis qui pnīam iniunctam non explēt. Secundo ostēdit idem de illis quibus cōdigna satisfactio non est iniuncta, ibi. *Si vero de illo quæritur &c. Solet etiam quæri &c.* Hic ostendit qualiter sit agendum cum illis qui in fine pęnitent. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit hoc quantum ad satisfactionis iniunctionem, Secundo quantū ad reconciliationē. K *Sciendum etiam quòd tempore &c.* Vbi duo facit, Primo ostēdit q̄ tpe vltimæ necessitatis nō est recōciliatio deneganda pænitēti, Secundo ōndit q̄ alio tpe simplex sacerdos reconciliare pænitentē nō pōt incōsulto episcopo, ibi, *Non debet tamen &c.*

QVÆSTIO PRIMA.

A

Hic quinque quæruntur.

¶ Primo, Vtrum aliquis in extremo vitæ suæ per pænitentiam possit consequi veniam peccatorum.
¶ Secundo, De pœna quā sacerdos ad satisfaciendū imponit.
¶ Tertio, De relaxatione huiusmodi pœnæ per indulgētias.
¶ Quarto, Quis possit indulgentias dare.
¶ Quinto, Quibus prosint.

ARTICVLVS PRIMVS

a *Vtrum aliquis in extremo uitæ suæ pænitere possit.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in extremo vitæ suæ aliquis pęnitere non possit. 2. Macha. 9. dicitur de Anthioco. Orabat scelest⁹ dominum, a quo non erat misericordiam consecuturus: hic autem in fine vitæ suæ erat. ergo videtur q̄ in fine pænitentes veniam non consequuntur.

¶ 2 Præt. Omnis vere pænitens peccata dimittit: sed ille qui in fine vitæ pænitet, non dimittit peccata, sed a peccatis dimittitur, q̄a tunc vult pænitentiam agere, quando peccare non potest, vt in litera dicitur, ergo videtur quia tunc non cōsequatur veniam.

¶ 3 Præt. Contritio quæ est pars pænitentiæ, habet annexum propositum confitendi & satisfaciendi: sed hoc propositū habere nō potest qui in fine pænitet, quia nullus proponit quod scit sibi impossibile. ergo non potest conteri, & ita non consequitur veniam.

SED CONTRA est, quia latro in fine vitæ suæ pænitens misericordiam inuenit audiens, Hodie mecū eris in paradiso. (Lucæ 23.)

¶ 2 Præt. Sapientia dei & misericordia vincit humanam malitiam: H sed homo potest vsque ad extremum vitæ peccare. ergo potest vsque tunc de peccatis per diuinam misericordiam veniam consequi.

II VLTERIVS. Videtur q̄ in fine vitæ pænitens non possit a quolibet sacerdote absolui, quia ad absolutionem requirit̄ aliqua iurisdictio, vt dictum est: sed sacerdos non acquirit iurisdictionem super illum qui in fine pænitet. ergo non potest eum in fine absoluere.

¶ 2 Præt. Ille qui sacramentum baptismi in articulo mortis ab alio quàm proprio sacerdote recipit, non debet iterum a proprio sacerdote baptizari. si ergo quilibet sacerdos in articulo mortis posset absoluere a quolibet peccato, non deberet pęnitens, si euadit, ad suū sacerdotē recurrere, qđ falsum est; quia alias sacerdos non haberet cognitionem de vultu pecoris sui.

¶ 3 Præt. In articulo mortis sicut licet sacerdoti alieno baptizare, ita & non sacerdoti: sed non sacerdos nunquam potest absoluere in foro pænitētiali. ergo nec sacerdos in articulo mortis eum qui non est sibi subditus.

SED CONTRA. Necessitas spiritualis est maior quàm corporalis: sed aliquis in necessitate vltima potest aliorum rebus vti, etiam inuitis dominis ad subueniendum corporali necessitati. ergo & in articulo mortis ad subueniendum spirituali necessitati potest a non suo sacerdote absolui.

¶ 2 Præt. Ad idem sunt authoritates in litera positæ.

III VLTERIVS. Videtur q̄ pænitentibus in fine non reseruetur aliqua pœna post mortem. Deus enim, cum sit summe misericors, non exigit ab homine plus quàm facere posset; sed istę qui in fine vitæ suæ pænituit, nihil aliud facere potuit pro tempore illo quàm conteri & confiteri, quòd etiam fecit. ergo videtur quòd nihil ab eo post hanc vitam requiratur pro peccatis, de quibus pænituit.

¶ 2 Præt. Pœna purgatorij excedit omnem pœnam huius mūdi, vt in litera dicitur: sed pæna, ad quam obligatur pænitens post confessionem & absolutionem, non est tanta quantæ sunt multæ pęnæ iustæ alterius vitæ. ergo iniuste cum pænitente agitur, si post hanc vitam puniatur in purgatorio post absolutionem.

¶ 3 Præt. Non est aliquod peccatum tam grande, quod per pœnas in hac vita inflictas non posset totaliter expiari, dummodo aliquis patienter sustineret, quia tribulatio purgationē facit, vt patet Ro. 5. sed mors est maxima pœnarum, ergo si aliquis contritus patienter mortem sustinet, non remanet ei aliqua pęna post hanc vitam.

SED CONTRA. Iustitia diuina exigit vt peccatum aut a deo, aut ab homine puniatur: sed huius peccatum qui in fine pænitet non punitum est nec a deo, nec ab homine in hac vita. ergo oportet quòd post hanc vitam puniatur.

¶ 2 Præt. Nullus ex negligentia debet commodum reportare: sed iste q in finem pænitentiam distulit ex negligentia, si statim post peccatum adhuc sanus pænituisset, sustinuisset pęnam: ergo multo fortius, quando penitentiam distulit vsque in finē vitæ, adhuc reus est pœnæ. A

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q̄ deus qui dat omnibus abūdanter, nulli gratiam denegat, qui quod in se est facit vt se ad gratiam præparet. Hæc autem præparatio sicut supra dist. 17. dictū est, fit per motum liberi arbitrii vnde quamdiu manet homini vsus liberi arb. in hac vita, in qua nondum est cōfirmatum ad malum, potest se præparare ad gratiā de peccatis dolēdo, & gratiam remissionis peccatorum consequitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ veniam cōsecutus fuisset si vere pænituisset, sed non habuit veram pænitentiam, quia non ex amore iustitię de peccatis commissis dolebat, sed timore pœnæ quam expectabat, vel dolore pœnæ quam sustinebat, & hoc etiam multis in fine pęnitentibus contingit, quia non est facile vt affectus quem homo toto tempore vitæ suæ inclinauit in aliquid, subito ad contrarium retrahat: nec tamen est impossibile, quia liberum arb. non cogitur ex habitu acquisito, nec prouidentię C dei potest terminus præfigi, per quam etiam in extremo vitæ vere pęnitentiæ motus inspiratur quandoque.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ August. in verbis illis ostendit quòd pænitentia quam aliquis in fine vitæ agit, non est certum signum salutis, & non quòd non possit esse etiam tunc efficax ad salutem, quod incertum est, quādo aliquis de peccato quod facere iam nō potest, pęnitet, vtrum voluntatem peccandi amiserit, quod magis manifestum est de illo qui peccare adhuc potest, si pæniteat, quòd voluntatem mutauit: tamen etiam quādo aliquis non potest vltra peccare, potest voluntatem mutare, vt nolit quod prius voluit, etiam si posset.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ in contritione sufficit propositum conditionatum satisfactionis, & confessionis, vt s. ilicet velit si posset, & tale propositum etiam de impossibili esse potest.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̄ quilibet sacerdos quantum est de virtute clauium, habet potestatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata, sed quòd non D possit omnes ab omnibus peccatis absoluere, hoc est quia per ordinationem ecclesiæ habet iurisdictionem limitatam, vel omnino nullam habet. Sed quia necessitas legem non habet, ideo quando articulus necessitatis imminet, per ecclesiæ ordinationem, non impeditur quin absoluere possit, ex quo habet claues etiam sacramentaliter, & tantum consequitur ex absolutione alterius, sicut si a proprio sacerdote absolueretur: nec solum a peccatis potest tunc a quolibet sacerdote absolui, sed etiam ab excommunicatione a quocunque sit lata, quia hæc absolutio etiam ad iurisdictionem pertinet, quæ per legem ordinationis ecclesiæ coarctatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquis potest vti iurisdictione alterius ex eius volūtate, quia ea quæ iurisdictionis sunt, committi possunt: vnde quia ecclesia acceptat vt quilibet sacerdos absoluere possit i articulo mortis, ideo ex hoc ipso quis iurisdictionis habet vsum, quamuis iurisdictione careat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non oportet eum recurrere E ad proprium sacerdotem, vt iterum a peccatis soluatur, a quibus in articulo mortis absolutus est, sed vt innotescat ei, quòd est absolutus. Nec similiter oportet q̄ absolutus ab excommunicatione ad iudicem vadat, qui alias absoluere potuisset, absolutionem petens, sed satisfactionem offerens.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ baptismus habet efficaciam ex ipsa sanctificatione materiæ, & ideo a quocunque conferatur alicui ille sacramentum recipit: sed vis sacramentalis pænitentiæ consistit in sanctificatione ministri, & ideo ille qui laico confitetur, quamuis impleat quod ex parte sua est de sacramentali confessione, tamen sacramētalem absolutionem non consequitur, & ideo aliquid valet ei quantum ad diminutionem pœnæ quæ fit per cōfessionis meritū & pęnam, sed non consequitur diminutionem illam pœnæ, quę est ex vi clauium: & ideo oportet q̄ iterum sacerdoti confiteatur, & magis sic confessus decedens punitur post hanc vitam, quàm si fuisset sacerdoti confessus.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd pœna post remissionem culpæ exigitur vt inæqualitas iniustitiæ commissę ad æqualitatem reducatur. Aequalitas autem quātitatem cōsequitur, vnde sicut ad ordinationē culpæ exigitur q̄ pęna pro culpa inferat̄, ita exigitur q̄ pro tanta culpa tanta pęna: & ideo cum peccatū inordinatum remanere non possit, quamuis reatus pœnę sit diminutus per cōtritionem, & confessionem, & absolutionem, oportet quòd adhuc in fine pęnitens quicūque satisfactionem non implet in hac vita, post hanc vitam puniatur, nisi tāta fuerit contritio, q̄ totaliter a pęna purget̄, qđ q̄nq; cōtingere pōt, vt supradictū est.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ille qui in fine vitæ pęnitet, non punitur post hanc vitā, quia non satisfecit quando satisfacere non potuit, sed quia peccauit, & quia satisfacere neglexit quando potuit: vnde non sequitur q̄ deus requirat C ab homine vltra posse. (dist. 17. art. 5. quæst. 2.)

¶ Ad secundum dicendum, q̄ iustitia assimilatur mensuræ, vt dicit Philosophus in 5. ethi. (Cap. 8.) vnde sicut in diuersis terris sunt diuersæ mensuræ rerum venalium, ita & diuersæ pęnæ secundum iustitiam pro eisdem culpis inferuntur: & similiter pro eadem culpa grauius punitur quis in purgatorio, quàm in hac vita rōne alterius fori: tamē illa aggrauatio proportionaliter respondet pęnæ, cuius homo in hac vita reus erat, & hoc debet homo sibi imputare, quia illuc reseruauit sibi pœnam pro culpa accipiendam.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ mors naturalis est pęna consequēs originale peccatum, vt quasi iam in naturam sit versa, sicut originale peccatum: & ideo per mortem naturalem non purgat̄ aliquis de peccato actuali, sed per mortem illatam bene potest purgari. Vnde si aliquis mortem illatam patienter sustineat, etiam si pro alijs criminibus sit illata, valet ad diminutionem D pęnę & ad liberationem a tota pęna secundum quantitatem culpæ, & patientiæ, & contritionis.

ARTICVLVS II.

Vtrum pæna temporalis, cuius reatus post pænitentiam manet, taxetur secundum quantitatem culpæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ pęna temporalis, cuius reatus post pęnitentiam manet, non taxetur secundum quantitatem culpæ. Taxatur enim secundum quātitatē delectationis, quæ fuit in peccato, vt patet Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum: sed quandoque ubi est maior delectatio est minor culpa, quia peccata carnalia quæ plus habent delectationis quàm spiritualia, minus habent de culpa secundum Grego. ergo pęna non taxatur secundum quantitatem culpæ.

E ¶ 2 Præt. Eodem modo aliquis obligatur ad præcepta moralia in noua lege sicut in veteri: sed in veteri lege debetur pro peccatis pænitentia septem dierum, vt. s. septem diebus immundi essent. cum ergo in nouo testamento imponatur pęna septennis pro vno peccato mortali, uidetur quòd quantitas pœnæ non respiciat quantitatem culpæ.

¶ 3 Pręt. Maius est peccatum homicidij, quàm peccatum fornicationis in sacerdote: quia circunstantia quæ sumitur ex specie peccati, magis aggrauat, quàm quæ sumitur ex conditione personæ: sed laico pro homicidio imponitur septennis pænitentia, sacerdoti pro fornicatione decem annorum secundum canones. ergo pœna non taxatur secundum quantitatem culpæ.

¶ 4 Præt. Maximum peccatū est quod in ipsum corpus Christi committitur, quia tanto grauius quis peccat, quanto

maior est in quem peccatur : sed pro effusione sanguinis Christi in sacramento altaris contenti, iniungitur pœnitentia quadraginta dierum, vel parum amplius ; pro fornicatione autem simplici iniungitur pœna septennis secundum canones, ergo quantitas pœnæ non respondet quantitati culpæ.

SED CONTRA. Esaiæ. 27. In mensura contra mensuram abiecta fuerit, iudicabo eam. ergo quãtitas iudicij punitionis peccati est secundum quantitatem culpæ.

¶ 2 Præt. Homo reducitur ad æqualitatem iustitiæ per pœnam inflictam : sed hoc non esset, si quantitas culpæ & pœnæ non sibi respõderet. ergo vnũ alteri respondet.

II VLTERIVS. Videtur quòd pœnitens non sit debitor maioris pœnę quàm illius quę a sacerdote est sibi iniuncta. Sacramentum enim semper consequitur suum effectum, nisi sit defectus ex parte recipientis, vel ex parte conferentis : sed quandoque imponitur minor pœnitentia quàm sit condigna, & non est defectus ex parte recipientis, quia paratus esset omnem pœnitentiam sibi iniunctam facere : nec est defectus ex parte conferentis sacramentum, quia secundum conscientiam suam & discretionem talem pœnam taxat. ergo videtur cum sacramentũ pœnitentiæ sit ordinatum contra peccatum totaliter destruendum, & quantum ad pœnam, & quantum ad culpam, ꝙ non remaneat debitor alicuius pœnæ pœnitentia iniuncta peracta,

¶ 2 Præt. Deus est pronior ad remittendum pœnam, quàm ad exigendum ; sed si iste sacerdos maiorem pœnam satisfactoriã iniunxisset, pœnitens obligaretur ad eam faciendam. ergo videtur quòd si insufficientem pœnam iniungat, ꝙ non exigatur aliquid amplius ab eo.

¶ 2 Præt. In purgatorio aliquis grauius punitur quàm in hac vita, si ergo post peractam pœnitentiam a sacerdote iniunctam, adhuc manet pœna purgatorij, videtur quòd multum noceat sacerdos pœnitenti leuem pœnitentiam iniungendo, & ita videtur quod sit valde periculosum confessiones audire, cum nõ de facili possit sciri quantitas pœnæ debitæ pro peccato : immo sit impossibile, quia sacerdos non potest scire neque quantitatem contritionis, neque quantitatem affectionis, quam peccator habuit in peccando.

Deuter. cap. 15. SED CONTRA. Secundum quantitatem delicti debet esse plagarum modus ex præcepto legis. si ergo minus imponatur, residuum ab eo in purgatorio exigetur.

¶ 2 Præt. Error sacerdotis non potest pœnitenti prodesse : prodesset autem si non teneretur ad plus quàm sibi per errorẽ imponit. ergo videtur ꝙ sit adhuc debitor maioris pœnæ.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ pœnam satisfactoriam non possit vnus pro alio explere, quia ad satisfactionem meritum requiritur : sed vnus pro altero non potest mereri, vel demereri, cum sit scriptum, Tu reddis vnicuique secundum opera sua. ergo vnus pro alio non potest satisfacere.

Psal. 61. ¶ 2 Præt. Satisfactio contra contritionem & confessionem dividitur : sed vnus pro alio non potest conteri, aut confiteri. ergo nec satisfacere.

¶ 3 Præt. Vnus orando pro alio etiam sibi meretur. si ergo aliquis pro alio satisfacere potest, satisfaciendo pro alio, pro se satisfacit, & ita ab eo qui pro altero satisfacit, non exigitur alia satisfactio pro peccatis proprijs.

¶ 4 Præt. Si vnus pro alio satisfacere potest. ergo ex quo vnus sibi suscipit debitum pœnę, alius statim a debito liberatur. ergo si moriatur post quàm tota pœna sibi debita ab alio suscepta est, statim euolabit : vel si adhuc puniatur, duplex pœna redderẽ pro eodem peccato. filius qui satisfacere incipit, & illius qui ponitur in purgatorio.

SED CONTRA Gal. 6. dicitur. Alter alterius onera portate. ergo videtur quòd vnus possit onus pœnitentiæ impositæ pro alio suscipere.

¶ 2 Præt. Charitas magis potest apud deum quàm apud homines : sed vnus potest apud homines pro alterius amore debitum eius soluere. ergo multo fortius hoc in diuino iudicio fieri potest.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd pœna post dimissionem culpæ exigitur ad duo, scilicet ad debitum soluendum, & ad remedium præstandum. Potest ergo taxatio pœnę considerari quãtum ad duo. Primo quãtum ad debitum, & sic quãtitas pœnæ radicaliter respondet quãtitati culpæ, antequam de ea aliquid dimittatur. Sed tamen quantum per primum eorũ quæ nata sunt remittere pœnam plus remittitur, secundum hoc per aliud minus remittendum, vel soluendum restat : quia quanto ꝙ contritionem plus de pœna dimissum est, tanto per confessionem minus dimittendum restat. Secundo quantum ad remedium vel illius qui peccauit, vel aliorum : & sic quandoque pro minori peccato maior iniungitur pœna, vel quia peccato vnius difficilius potest resisti quàm peccato alterius : sicut iuueni pro fornicatione imponitur maior pœnitentia quàm seni, quãuis minus peccet, vel quia in vno peccatum est periculosus sicut in sacerdote quàm in alio : vel quia multitudo magis prona est ad aliud peccarum, & ideo per pœnam vnius, alij sunt exterrendi. Pœna ergo in foro pœnitentiæ quantum ad vtrumque taxanda est, & ideo non semper pro maiori peccato maior pœnitentia imponitur : sed pœna purgatorij solum est ad soluendum debitum, quia iam vlterius non manet locus peccandi : & ideo illa pœna taxatur solum secundum quantitatem peccati, considerata tamen contritionis quantitate, & confessione, & absolutione, quia per omnia hæc aliquid de pœna dimittitur, vnde etiam a sacerdote iniũgendo satisfactionem sunt considerandæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in verbis illis duo tanguntur ex parte culpæ, scilicet glorificatio, & delitiæ, quorum primum pertinet ad electionem peccantis, qua deo resistit : secundum ad delectationem peccati. Quamuis autem sit minor delectatio quandoque in culpa maiori, tamen est ibi semper maior elatio, & ideo ratio non procedit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa pœna septem dierum non erat expiatiua a pœna debita peccato : vnde etiam si post illos dies moreretur, in purgatorio puniretur, sed expiabat ab irregularitate, a qua omnia sacrificia legalia expiabant : nihilominus tñ cæteris paribus plus peccat homo in noua lege quàm in veteri propter sanctificationem ampliorem, qua sanctificatur in baptismo, & propter beneficia dei potiora humano generi exhibita, & hoc patet ex hoc quod dicitur Hebr. 10. Quanto putatis deteriora mereri supplicia &c. Nec tamen hoc est vniuersaliter verum, quòd exigatur pro quolibet peccato mortali septennis pœnitentia, sed hoc est quasi quædam regula communis, vt in pluribus competens, quam tamen oportet dimittere consideratis diuersis peccatorum circunstantijs.

¶ Ad tertium dicendum, quòd episcopus, vel sacerdos cum maiori periculo suo & aliorum peccat : & ideo solicitius retrahunt ipsum canones a peccato, quàm alios maiorem pœnam iniungendo secundum quod est in remedium, quamuis quandoque non debeatur tanta ex debito, vnde & in purgatorio non tota ab eo exigitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pœna illa est intelligẽda, quando nolente sacerdote hoc accidit, si enim sponte effunderet, multo grauiori pœna dignus esset.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd actus ministri bonus, vel malus nihil diuersificat in efficacia sacramentorum. Vnde siue sacerdos discrete se habeat in iniunctione pœnitentiæ, siue non, nihil diuersificatur quantum ad efficaciam absolutionis, & confessionis, & contritionis : & ideo siue discrete pœnitentiam iniungat, siue non, semper remanet reatus ad quantitatis eiusdem pœnam : & ideo si eam hic non explet, ab eo in purgatorio exigetur.

¶ Ad

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quandocũque iniungitur pœnitentia minor condigno, defectus est ex parte impenentis, vel ex parte recipientis : sed quandoque potest esse sine culpa vtriusque, sicut quando imponens debitam diligentiam adhibet, & recipiens paratus est ad implendum : & propter hoc nõ est inconueniẽs si totaliter a reatu pœnæ nõ liberetur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ pœnitens, cui maior cõdigno pœnitẽtia iniuncta est, tenetur eam explere ex sacerdotis iniunctione, qui non solum debitum pœnę considerat, sed peccato remedium adhibet : vnde post hanc vitam non exigitur ab eo tota, sed solum quantum sufficit ad debitum soluendum.

¶ Ad tertium dicẽdũ, ꝙ sacerdos minorẽ condigno pœnitentiam iniungens, non semper peccat, tum quia non potest determinate quantitatem pœnæ debitæ cognoscere, quamuis aliquid proprie cõsideratis regulis patrum determinare possit : tum quia quandoque etiam ex industria minorem pœnitentiã imponens, plus prodest pœnitenti ꝙ noceat, qui forte magnitudine pœnæ posset a pœnitentia peragenda impediri propter debilitatem virtutis ad hoc in eo de nouo recuperandæ : & ideo negligit minus damnum, vt maius euitet : & interum paulatim confortatus in eo diuinus amor ad plura pœnitentiæ opera peragenda ipsum incitabit propria sponte, quàm sacerdos sibi secundum quantitatem peccarorum iniungere potuisset.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ pœna satisfactoria est ad duo, s. ad solutionem debiti, & ad medicinam pro peccato vitando. In quantum est ad remedium sequentis peccari, sic satisfactio vnius non prodest alteri : quia ex ieiunio vnius caro alterius non domatur, nec ex actibus vnius alius bene agere consueuit, nisi secundum accidens, inquantum alicuius per bona opera potest alteri mereri augmentum gratiæ, quæ efficacissimum remedium est ad peccatum vitandum. Sed hoc est per modum meriti magis quàm per modum satisfactionis. Sed quantum ad satisfactionem debiti vnius potest pro alio satisfacere, dummodo sit in charitate, vt opera eius satisfactoria esse possunt : nec oportet ꝙ maior pœna imponatur ei qui pro altero satisfacit, quàm principali imponeretur, vt quidam dicunt hac ratione moti, quia pœna propria magis satisfacit quàm aliena : quia pœna habet vim satisfaciendi maxime ratione charitatis, qua homo ipsam sustinet. Et quia maior charitas apparet in hoc, ꝙ aliquis pro altero satisfacit, ꝙ si ipse satisfaceret, ideo minor pœna requiritur in eo qui pro altero satisfacit, quàm in principali requireretur. Vnde dicitur in vitis patrum, quòd propter charitatem vnius, qui alterius fratris sui charitate ductus, pœnitentiã fecit pro peccato quod nõ cõmiserat, alteri pctũ qđ cõmiserat dimissum est. Nec exigitur ẽt quantũ ad solutionẽ debiti ꝙ ille, pro quo fit satisfactio, sit impotẽs ad satisfa. iẽdum, quia etiam si esset potens alio satisfaciente pro ipso, ipse a debito immunis esset : sed hoc requiritur inquantum pœna satisfactoria est in remedium. vnde non est permittendum vt aliquis pro alio pœnitentiam faciat, nisi defectus aliquis appareat in pœnitente vel corporalis, per quem sit impotens ad sustinendum : vel spiritualis, per quem non sit promptus ad portandum pœnam.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ præmium essentiale redditur secundum dispositionem hominis, quia secundum capacitatem videntium erit plenitudo visionis diuinæ. & ideo sicut vnus non diponitur per actum alterius, ita vnus alteri non mereretur præmium essentiale, nisi meritum eius habeat efficaciam infinitam sicut Christi, cuius merito solo pueri baptizati ad vitam æternam perueniunt : sed pœna temporalis pro peccato debita post culpæ remissionem non taxatur secundum dispositionem eius cui debetur, quia quãdoque ille qui est melior, habet maioris pœnæ rearum : & ideo quantum ad pœnæ dimissionem vnus alteri mereri potest, & actus vnius efficitur alterius charitate mediante, per quam omnes vnum sumus in Christo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd contritio ordinatur contra culpam, quæ ad dispositionem bonitatis, vel malitiæ hominis pertinet : & ideo per contritionem vnius alius a culpa non liberatur. Similiter per confessionem homo se sacramentis ecclesiæ subijcit, non autem potest vnus sacramentum pro alio accipere, quia in sacramento gratia fit scipienti datur, nõ alij, & ideo non est similis rõ de satisfactione, cõtritione, & confessione.

¶ Ad tertium dicẽdũ, ꝙ *in solutione* debiti attenditur q̃ titas pœnæ : sed in merito attenditur radix charitatis : & ideo ille qui ex charitate pro alio meretur, saltem meritorio cõgrui, etiam sibi magis meretur, non autem qui pro alio satisfacit, pro se satisfacit, quia illa quantitas pœnæ nõ sufficit ad vtrũque peccatum, tamen sibi meretur maius quid, quàm sit dimissio pœnæ, scilicet vitam æternam.

¶ Ad quartum dicendum, quòd si ipsemet ad aliquam pœnitẽtiam se obligasset ; non prius a debito esset immunis, quàm eã soluisset : & ideo pœnam ipse patietur, quandiu ille satisfactionem pro eo fecerit, quam si non fecerit, tunc vterque est debitor illius pœnæ vnus pro commisso, alius pro omisso, & ita nõ sequitur ꝙ peccatum vnum bis puniatur.

ARTICVLVS III.

Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ per indulgentiam nõ possit aliquid remitti de pœna satisfactoria, quia super illud 2. Ti. 2. Negare seipsum non potest, dicit glo. ꝙ faceret, si dicta sua non impleret : sed ipse dixit Deu. 25. Secundum mensuram delicti erit plagarum modus. ergo non potest aliquid remitti de pœna satisfactionis taxata secundum quantitatem culpæ.

¶ 2 Præt. Inferior non potest absoluere ab eo, ad quod superior obligauit : sed deus absoluendo a culpa ligat ad pœnam temporalem, vt dicit Hugo. de sancto Victo. ergo nullus homo potest absoluere a pœna illa aliquid inde dimittendo.

Libro 2. de sacris parte. 14. ex c. primo zertio & octauo.

¶ 3 Præt. Hoc ad potestatem excellentiæ pertinet, vt sine sacramentis effectus sacramentorum tradatur : sed nullus habet potestatem excellentiæ in sacramentis, nisi Christus. cum ergo satisfactio sit pars sacramenti operans ad dimissionem pœnę debitæ, videtur quòd nullus homo purus possit dimittere debitũ pœnæ sine satisfactione.

¶ 4 Præt. Potestas ministris ecclesię nõ est tradita in destructionem, sed in ædificationem : sed hoc ad destructionem pertinet, si satisfactio quæ ad vtilitatem nostram inducta est, inquantum remedium præbet, tolleretur. ergo potestas ministrorum ecclesiæ ad hoc non se extendit.

SED CONTRA. 2. Cor. 2. Nam & ego quod donaui, si quid propter vos donaui in persona Christi. glo. 1. ac si Christus donasset : sed Christus poterat relaxare absque, omni satisfactione pœnam peccati, vt patet Io. 8. de muliere adultera. ergo & Paulus potuit. ergo & Papa potest qui nõ est minoris potestatis quàm Paulus fuit.

¶ 2 Præt. Ecclesia generalis nõ potest errare : quia ille qui in omnibus exauditus est pro sua reuerentia, dicit Petro, super cuius confessione ecclesia fundata est. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, Luc. 22. sed ecclesia generalis indulgentias approbat, & facit. ergo indulgentiæ aliquid valent.

VLTERIVS. Videtur quòd non valeant tantum quantum pronuntiantur. Indulgentiæ enim non habent effectũ nisi ex vi clauiũ : sed ex vi clauiũ non põt habere clauem dimittere de pœna peccati, nisi aliqd determinatũ cõsiderata

quantitate peccati & contritionis penitentis. ergo cum indulgentiæ fiant pro libito instituentis indulgẽtiam, videtur quòd non valeant tantum quantum pronuntiantur.

¶ 2 Præt. Per debitum pœnę homo a gloriæ adeptione retardatur, quam summe appetere debet: sed si indulgentiæ tantum valẽt quantũ pronuntiantur, in breui homo per indulgentias discurrens posset ab omni rea tu temporalis pęnę immunis reddi. ergo videtur ꝙ deberet his acquirendis omnibus alijs operibus dimissis homo vacare.

¶ 3 Præt. Aliquando datur indulgentia, ꝙ qui dat auxilium ad aliquã fabricam erigendam, tertiam partem remissionis peccatorum consequatur. si ergo indulgentię tantum valent q̃tum prædicantur, tunc qui dat vnum denarium, & iecundo vnum, & iterũ tertium, plenã absolutionem ab omni peccatorum pœna consequitur, quod videtur absurdum.

¶ 4 Præt. Quandoque datur hoc modo indulgentia, quòd qui vadit ad aliquam ecclesiam septem annos remissionis cõsequatur. si ergo tantum valet indulgẽtia q̃tum prædicatur ille qui habet domũ iuxta ecclesiam, vel clerici ecclesiæ qui quotidie vadunt, consequuntur tantum quãtum ille qui a remotis partibus venit, quod videt iniustum: & iterum, vt videtur, pluries illam indulgentiam consequitur in die, cum pluries vadat.

Hebr. 10.

¶ 5 Præt. Idem videtur alicui remittere pœnam vltra iustã æstimationem, quàm remittere ab que causa, quia quantũ ad hoc ꝙ excedit, non recompensatur: sed ille qui facit indulgentiam, non posset remittere absque causa pœnam in toto, vel in parte alicui, vt si Papa diceret alicui, Ego remitto tibi omnem pœnã tibi debitam pro peccato. ergo videtur quòd nec possit aliquid dimittere vltra iustam æstimationem: sed indulgentiæ plerunque prædicantur vltra iustam æstimationem. ergo non tantum valent quantum prædicantur.

SED CONTRA, Iob 15. Nũquid deus indiget uestro mẽdacio, vt loquamur pro eo dolose? ergo ecclesia prædicando indulgentias, nõ mentit, & ita tñ valent quantum prædicantur.

¶ 2 Præt. 1. Corinth. 15. dicit Apostolus. si inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra. ergo quicũque in prædicatione falsum dicit, fidem quãtum est in se, euacuat, & ita mortaliter peccat. si ergo non tantum valent indulgentiæ quãtum prædicantur, omnes mortaliter peccant indulgentiam prædicantes, quod est absurdum.

II

VLTERIVS. Videtur ꝙ pro temporali subsidio non debeat dari indulgentia, quia remissio peccatorum est quoddam spirituale: sed dare spirituale pro temporali est simonia. ergo hoc fieri non debet.

¶ 2 Præt. Spiritualia subsidia sunt magis necessaria quàm temporalia: sed pro spiritualibus subsidijs non videntur fieri indulgentiæ. ergo multo minus pro temporalibus fieri debent.

SED CONTRA est communis ecclesiæ consuetudo, quæ pro peregrinationibus, & elemosynis faciendis indulgentias facit.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ ab omnibus conceditur indulgentias aliquid valere, quia impium esset dicere quòd ecclesia aliquid vane faceret. Sed quidam dicunt, quòd non valent ad absoluendum a reatu pœnæ, quam quis in purgatorio secundum iudicium dei meretur, sed valẽt ad absolutionẽ ab obligatione, qua sacerdos obligauit pœnitentem ad pœnã aliquam, vel ad quã etiam ordinatur ex canonum statutis. Sed hæc opinio nõ videt vera. Primo, quia est expresse cõtra priuilegium Petro datum, vt quod in terra remitteret, & in cælo remitteretur: vnde remissio quæ fit quantũ ad forum ecclesiæ, valet etiam quãtũ ad forum dei: & præterea ecclesia hmõi indulgẽtias largiẽs, seu dans magis dã nificaret q̃ adiuuaret, quia remitteret ad grauiores pœnas .s. purgatorij absoluendo a pœnitẽtijs iniunctis. Et ideo aliter dicendum, ꝙ valent, & quantum ad forum ecclesiæ, & quantum ad iudicium dei ad remissionem pœnę residuæ post contritionem, & absolutionem, & confessionẽ, siue sit iniuncta, siue non. Ratio autem quare valere possunt ẽ vnitas corporis mystici, in qua multum operibus pœnitentiæ supererogauerunt ad mensuram debitorum suorum, & multas etiam tribulationes iniuste sustinuerunt patienter, per quas multitudo sanctorum poterat expiari si eis deberetur, quorum meritorum tanta est copia, ꝙ omnem pœnam debitam nunc uiuentibus excedunt, & præcipue propter meritum Christi, quod & si in sacris operatur, non tamen efficacia eius in sacramentis includitur, sed sua infinitate efficacium sacramentorum excedit. Dictum est autem supra, quod vnus pro alio satisfacere potest, sanctis autem in quibus superabundantia operum satisfactionis inuenitur, non determinate pro isto qui remissione indiget huiusmodi opera fecerunt, alias absque omni indulgentia remissionem consequeretur, sed communiter pro tota ecclesia: sicut Apostolus dicit se implere ea quæ desunt passioni Christi in corpore suo pro ecclesia, ad quam scribitur. Et sic prædicta merita sunt communia totius ecclesiæ: ea autem quæ sunt cõmunia multitudinis alicuius, distribuuntur singulis de multitudine secundum arbitriũ eius qui multitudini præest. Vnde sicut aliquis consequeretur remissionem pœnę, si alius pro eo satisfeciſter, ita si ei satisfactio alterius sibi per eum qui potest, destribuatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ remissio quæ per indulgentias fit, non tollit quantitatem pœnæ ad culpam, quia pro culpa vnius alius ponte pœnam sustinuit, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd iste qui indulgẽtias suscipit, non absolvitur simpliciter loquendo, a debito pœnæ, sed datur sibi vnde debitum soluat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd effectus sacramentalis absolutionis est diminutio reatus, & hic effectus non inducitur per indulgentias, sed pro eo dans indulgentias, soluit pœnam quam debebat de ecclesiæ communibus bonis, vt ex dictis patet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd maius remediũ ꝓbetur cõtra peccata uitanda ex gratia quàm ex assuetudine nostrorũ operum. Et quia ex affectu quem accipiens indulgentiam concipit ad causam pro qua indulgentia datur, ad gratiam disponitur: ideo etiam per indulgentias remedium ad peccata uitanda datur, & ita non est in destructionem indulgentias dare, nisi inordinate dentur: tamen cõsulendum est eis qui indulgentiam consequuntur, nec propter hoc ab operibꝰ pœnitẽtiæ iniunctis abstineant, vt etiam ex his remediũ consequatur, quàmuis a debito pœnæ essent immunes, & præcipue quia quandoq; sunt plurium debitores quàm credant.

Opinio.

Improbatio.

Idẽ Aug. de vera & falsa pœn. c. 18 Extr. de pœnit. dist. 7. cap. vbi supra circa fin.

ADSECVNDAM quæstionem dicendũ, quòd circa hoc ẽ multiplex opinio. Quidam, n. dicunt ꝙ huiusmodi ẽ Idulgentiæ non tantum ualent quantũ prædicantur, sed unicuique tantum ualent quantum fides & deuotio sua exigit: sed dicunt quòd ecclesia ad hoc ita pronuntiat, ut quadam pia fraude homines ad benefaciendum alliciat, sicut mater quæ promittens filio pomum, ipsum ad ambulandum prouocat. Sed hoc videtur ualde periculosum dicere. Sicut enim dicit Augustinus in epistola ad Hiero. Si in sacra scriptura deprehenditur aliquid falsitatis, iam robur authoritatis sacræ scripturæ perit: & similiter si in prædicatione ecclesiæ aliqua falsitas deprehenderetur, non essent documenta ecclesiæ alicuius authoritatis ad roborandum fidem. Et ideo alij dixerunt, quòd ualent quantum pronuntiantur secundum iustam æstimationem, non tamen dantis indulgentiam qui minus forte æstimat quod dat, aut secundum æstimationẽ recipientis qui nimis parũ æstimare posset quod datur, sed secundum æstimationem quæ iusta est secundum iudicium bonorũ, pensata conditione personæ, & utilitate, & necessitate ecclesiæ, quia uno tempore ecclesia plus indiget quàm alio. Sed hęc etiã opinio non potest stare, ut uidetur. Primo, quia secundum hoc indulgentiæ non ualerent ad remissionem, sed magis ad commutationem quandam, & præterea prædicatio ecclesiæ a mendacio non excusaretur, cum quandoque indulgentia prædicetur longe maior quàm iusta æstimatio possit re juitere omnibus prædictis conditionibus pensatis: sicut quando Papa dat indulgentiam, ꝙ qui uadit ad unam ecclesiam, habeat septem annos de indulgentia, cuiusmodi etiam indulgentiæ a beato Grego. in stationibus Romæ institutæ sunt. Et ideo alij dicũt, quòd quantitas remissionis in indulgentijs non est mensuranda secundum deuotionem tantum suscipientis, ut prima opinio dicebat, nec que secundum quantitatem eius quod datur, sicut dicebat secunda, sed secundũ causam, pro qua indulgentia datur, ex qua reputatur dignus ut talem indulgentiam cõsequatur: unde secundum quod accedit ad causam illam, secundum hoc consequitur remissionem indulgentiæ, ut in toto, uel in parte. Sed hoc iterum non potest saluare consuetudinem ecclesiæ, quæ interdum maiorem pro eadem causa, interdum minorem indulgentiam ponit, sicut rebus eodem modo se habentibus, quandoque datur unus annus uisitantibus ecclesiam unam, quandoque quadraginta dies, prout gratiam Papa facere uoluerit indulgentiam constituens, unde quantitas remissionis non est mensuranda ex causa quæ facit indulgentia dignum. Et ideo aliter dicendum, quòd quantitas effectus consequitur quantitatem suæ causæ. Causa autem remissionis pœnæ in indulgentijs non est nisi abundantia meritorũ ecclesiæ, quæ se habet sufficienter ad totam pœnã expiandam, non autem causa remissionis effectiua est uel deuotio, aut labor, aut datum recipientis, aut causa pro qua fit indulgentia. Vnde non oportet ad aliquod horum proportionare quantitatẽ remissionis, sed ad merita ecclesiæ quæ semper superabundant: & ideo secundum quod applicantur ad istum, secundũ hoc remissionem consequitur. Ad hoc autem quòd applicentur isti, requiritur authoritas dispensandi huiusmodi thesaurum, & unio eius cui dispẽsatur, ad eum qui merebatur, quod est per charitatem, & ratio dispensationis secundum quam saluetur intentio illorum qui opera meritoria fecerunt: fecerunt enim ad honorem dei, & utilitatem ecclesiæ in generali. Vnde quæcumque causa adsit quæ in utilitatem ecclesiæ uergat, & honorem dei, sufficiens est ratio indulgentias elargiendi. Et ideo secundum alios dicendũ, quòd indulgentiæ simpliciter tantum ualent quantũ prædicatur, dummodo ex parte dantis sit authoritas, ex parte recipiẽtis charitas, ex parte causæ pietas, quæ comprehẽdit honorem dei & proximi utilitatẽ, nec in hoc nimis fit magnum forum de misericordia dei, ut quidam dicunt, nec iustitiæ diuinæ derogatur, quia nihil de pœna dimittitur, sed unius pœna alteri computatur.

In Echiridion. c. 65. to. 4. Et habet de pœn. dist. 1. c. In actione.

Psal. 50.

Psal. 37.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd clauis, sicut supra dictum est, est duplex, scilicet ordinis, & iurisdictionis. Clauis ordinis sacramentale quoddam est, & quia sacramentorum effectus non sunt determinati ab homine, sed a deo, ideo nõ potest taxare sacerdos quantum per clauem ordinis in foro cõfessionis de pœna debita dimittat, sed tantum dimittit quantum deus ordinauit. Sed clauis iurisdictionis nõ est quid sacramentale, & effectus eius arbitrio hominis subiacet: & huius clauis effectus est remissio quæ est per indulgentias, cum nõ pertineat ad dispensationem sacramentorum talis remissio, sed ad dispensationem bonorum communium ecclesiæ: & ideo etiam legati non sacerdotes indulgentias concedere possunt, unde in arbitrio dantis indulgentiam est taxare quantum per indulgentiam de pœna remittatur, si tamen ordinate remittat, ita quòd homines quasi pro nihilo ab operibus pœnitentiæ reuocentur, peccat faciens tales indulgentias, nihilominus quis plenam indulgentiam consequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis huiusmodi indulgentiæ multum ualeant ad remissionem pœnę, tamen alia opera satisfactionis sunt magis meritoria respectu præmij essentialis, quod in infinitum melius est, q̃ dimissio pœnæ tẽporalis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quando datur indulgentia indeterminate, qui dat auxilium ad fabricam ecclesiæ, intelligitur tale auxilium quòd sit conueniens ei qui auxilium dat, & secundum hoc plus, vel minus de indulgentia consequitur: unde etiam aliquis pauper dans vnum denarium consequitur totam indulgentiam, nã autem diues, quę non decet ad opus tam pium & fructuosum ita parum dare: sicut non diceretur rex alicui homini auxilium facere si ei obolum daret.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ille qui est vicinus ecclesiæ, & etiam sacerdores & clerici consequuntur tantam indulgentiã sicut illi qui venirent a mille dietis, quia remissio non proportionatur labori, vt dictum est, sed meritis quæ dispensantur, vt dictum est: sed ille qui plus laboraret, plus de merito acquireret, sed hoc intelligendum quando indistincte indulgentia datur: quandoque enim distinguitur sicut Papa in generalibus absolutionibus illis qui transeunt mare, dat quinque annos, alijs qui transeunt montes, tres, alijs vnum: nec tamen quotiescumque vadit infra tempus indulgentiæ, totiens eam consequitur: quandoque autem ad determinatum tempus datur, vt cum dicitur, Quicumque vadit ad ecclesiam talem vsq; ad tale tempus, habeat tantum de indulgentia, intelligitur semel tantum: sed si in aliqua ecclesia sit indulgentia perennis, sicut in ecclesia beati Petri, quadraginta dierum, tũc quotiens vadit aliquis, totiens indulgentiam consequitur.

In corpore huiꝰ quæst. 2.

¶ Ad quintum dicendum, quòd causa non requiritur ad hoc quòd secundum eam debeat mensurari remissio pœnæ, sed ad hoc quòd intentio illorum, quorum merita communicantur, ad ipsum peruenire possint. Bonum autem vnius continuatur alteri dupliciter. Vno modo per charitatem, & sic etiam sine indulgentijs aliquis est omnium bonorum particeps, quæ

fiunt si in charitate sit. Alio modo, per intentionem facientis, & sic per indulgentias si causa legitima adsit, potest intentio illius qui pro vtilitate ecclesiæ operatus est, ad istũ continuari.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd temporalia ad spiritualia ordinantur, quia propter spiritualia temporalib⁹ vti debemus: & ideo pro temporalibus simpliciter non potest fieri indulgentia, sed pro temporalibus ordinatis ad spiritualia, sicut repressio inimicorum ecclesiæ qui pacem ecclesiæ perturbant: sicut constructio ecclesiarum & pontium, & aliarum eleemosynarũ. Et per hoc patet ꝙ non sit ibi simonia, quia non datur spirituale pro temporali, sed pro spirituali. Vnde patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiã pro pure spiritualibus potest fieri indulgẽtia, & fit quandoque, sicut quicumque orat pro Rege Franciæ habet decem dies de indulgentia a Papa Innoc. 4. Et similiter crucem prædicantibus datur quandoque eadem indulgentia quæ crucem accipientibus.

De pen. di. 1. c. Mensuram.

quippe nõ remittuntur. Ipsa enim Spiritumsanctum pignus accepit, sine quo non remittuntur ulla peccata. Item Hiero. Mensuram temporis in agenda pænitentia ideo nõ aperte satis præfigunt canones pro unoquoque crimine, ut de singulis dicant qualiter unumquodque emendandum sit, sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuerunt: quia apud Deum non tantũ ualet mensura temporis, quantum doloris, nec abstinentia tantum ciborum, quantum mortificatio uitiorum. Ideoque tempora pænitentiæ pro fide & conuersatione fidelium pænitentiũ abbreuianda præcipiunt, & pro negligentia protelanda, pro quibusdam tamen culpis modi pænitentiæ sunt impositi.

Quòd morientibus non sit imponenda satisfactio, sed innotescenda.

SOLET etiam quæri, utrũ satisfactionis lex moriturus sit imponenda. De quo Theodorus Cantuariẽsis episcopus in pænitentiali suo sic ait. Ab infirmis in periculo mortis positis, pura inquirenda est confessio peccatorum, non tamen est illis imponenda quantitas pænitentię, sed innotescenda, & cum amicorum orationibus, & eleemosynarũ largitionibus pondus pænitẽtiæ subleuandum, si forte migrauerint. Si uero cõualuerint, pænitentiæ modum a sacerdote impositum diligenter obseruent. Alijs uero pro qualitate peccati pænitentia decernẽda est præsidentium arbitrio. Vnde Leo Papa. Tempora pænitudinis habita moderatione constituenda sunt tuo iudicio, prout cõuersorum animos perspexeris esse deuotos. Pariter etiam habere debes ætatis senilis intuitum, & respicere periculorum quorumcumque, uel ægritudinum necessitates.

26. q. 7. ca. Ab infirmis.

In necessitate non est neganda pænitentia, uel reconciliatio.

SCIENDVM etiam quòd tempore necessitatis nõ est neganda pænitentia, uel reconciliatio pænitẽtibus. Vnde Leo Papa, His qui tempore necessitatis & periculi urgentis instantia præsidiũ pænitentiæ & munus reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicẽda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordię Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. Quod si ita aliqua ægritudine aggrauati sunt, ut quod paulo ante poscebant, sub præsenti significare non ualeat, testimonia eis fidelium circunstantiũ prodesse debebunt, simulque pænitentiæ & reconciliationis consequantur beneficium. Itẽ, Iulius Papa. Si presbyter pænitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarũ, quia Dominus ait. Cum conuersus fuerit, tunc saluus erit. Vera enim cõfessio ultimo tempore potest esse, quia non modo temporis, sed etiã cordis Deus inspector est, sicut latro probat.

26 q. 6. c. Si presbyter. Ezech. 18.

Quòd presbyter non reconciliet inconsulto episcopo, nisi in necessitate.

NON debet tamen presbyter pænitentem reconciliare incõsulto episcopo, nisi ultima necessitas cogat. Vnde in Carthaginensi concilio, Presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet pænitentem, nisi absente Episcopo, si ultima necessitas cogat. Cuiuscumque pænitentis publicũ crimen est, quod uniuersam commouerit urbem,

26. q. 6. ca. Agnouim⁹ in fine. Vbi supra cap. Presbyter.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum quilibet sacerdos parochialis possit indulgentiam dare.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd quilibet sacerdos parochialis possit indulgentiam dare. Indulgentia enim habet efficaciam ex meritorum ecclesiæ abundantia: sed non est aliqua congregatio, in qua non sit aliqua abundantia meritorum, ergo quilibet sacerdos potest elargiri indulgentiam, si habeat plebem subiectam, & similiter quilibet sacerdos prælatus.

¶ 2 Præt. Prælatus quilibet gerit personam totius multitudinis, sicut vnus homo gerit personam suam: sed quilibet potest alteri communicare bona sua pro altero satisfaciendo. ergo & prælatus potest communicare bona multitudinis sibi commissæ, & sic videtur quòd possit indulgentias dare.

SED CONTRA. Minus est excommunicare quàm indulgentias dare: sed hoc non potest sacerdos parochialis, ergo nec illud.

VLTERIVS. Videtur quòd diaconus non possit indulgentias concedere, vel alius nisi sacerdos, quia remissio peccatorum est effectus clauium: sed non habet claues nisi solus sacerdos. ergo ipse solus potest indulgentias dare.

¶ 2 Præt. Plenior remissio pœnæ est in indulgentijs q̃ in foro pænitentiali: sed hoc non potest nisi sacerdos. ergo nec illud.

SED CONTRA. Eidem confertur dispensatio thesauri ecclesiæ, cui committitur regimen ecclesiæ: sed hoc committitur quandoq; non sacerdoti. ergo potest indulgentias dare, nã ex dispensatione thesauri ecclesiæ efficaciam habent.

VLTERIVS. Videtur quòd etiam episcopus non possit elargiri indulgentiam, quia thesaurus ecclesiæ communis est toti ecclesiæ: sed id quod est commune toti ecclesiæ non potest dispensari nisi per illum qui toti ecclesiæ præest. ergo solus Papa potest indulgentias concedere.

¶ 2 Præt. Nullus potest remittere pœnas a iure determinatas, nisi ille qui habet potestatem ius condendi: sed pœnæ satisfactoriæ sunt pro peccatis determinatæ in iure. ergo remittere huiusmodi pœnas potest solus Papa, qui est conditor iuris.

SED CONTRA est consuetudo ecclesiæ, sm̃ quam episcopi dant indulgentiam.

VLTERIVS. Videtur quòd ille qui est in peccato mortali non possit dare indulgentias, quia riuus cui fons non influit, nihil profluere potest: sed prælato in peccato mortali existenti non influit fons gratiæ, scilicet spiritussancti. ergo non potest in alios profluere dando indulgentias.

¶ 2 Præt. Maius est dare indulgentiam, quàm recipere: sed ille qui est in peccato mortali non recipit, vt dicetur. ergo nec dare potest.

SED CONTRA. Quia indulgentiæ fiunt per potestatem prælatis ecclesię traditam: sed peccatum mortale non tollit potestatẽ, sed bonitatem. ergo potest aliquis in peccato mortali existens, dare indulgentias.

RESPON. Dicẽdum ad primam quæstionem, quòd indulgentiæ effectũ habent secundum quod opera satisfactoria vnius alteri computantur, non solum ex vi charitatis, sed ex intentione operantis aliquo modo directa ad ipsum. Sed intentio alterius potest ad alterũ dirigi tripliciter, aut in speciali, aut in generali, aut in singulari. In singulari quidem, sicut cum qui pro alio satisfacit determinate, & sic quilibet potest alteri sua opera communicare. In speciali autem sicut cum quis orat pro cõgregatione sua, & familiaribus, & benefactoribus, & ad hoc ordinat etiam sua opera satisfactoria: & sic ille qui congregationi præest, potest opera illa alij cõmunicare applicando intentionem illorum qui sunt de congregatione sua ad hunc determinate, sed in generali, sicut cũ quis opera sua ordinat ad bonum ecclesiæ in generali: & sic ille qui præest ecclesiæ generaliter, potest opera illa cõicare applicando intentionem suam ad hunc, vel ad illum. Et quia homo est pars congregationis, & congregatio est pars ecclesię, ideo in intentione priuati boni includitur intentio boni cõgregationis, & boni totius ecclesiæ: & ideo ille qui præest ecclesiæ potest communicare ea quæ sunt congregationis, & huius hominis: & ille qui præest congregationi, ea quæ sunt huius hominis, sed non conuertitur. Sed neque prima communicatio, neque secunda indulgentia dicitur, sed solum tertia propter duo. Primo, quia per illas communicationes quàmuis homo soluatur a reatu pœnę quantum ad deum, tamen non soluitur a debito faciẽdi satisfactionem iniunctam, ad quam obligatus est ex præcepto ecclesiæ: sed per tertiam communicationem homo etiam ab hoc debito absoluitur. Secundo, quia in vna persona, vel in vna congregatione non est indeficientia meritorũ, vt sibi in omnibus alijs valere possit: vnde iste non absoluitur a pœna debita pro tota, nisi tantum determinate pro eo fiat quantum debebatur: sed in ecclesia tota est indeficientia meritorum, præcipue propter meritum Christi, & ideo solus ille qui præficitur ecclesiæ, potest indulgentiam elargiri. Sed cum ecclesia sit congregatio fidelium, congregatio autem hominũ sit duplex, scilicet iconomica, vt illi qui sunt de vna familia: & politic, sicut illi qui sunt de vno populo, ecclesia similatur cõgregationi politicæ, quia ipse populus ecclesia dicitur, sed conuentus diuersi, vel parochiæ in vna diœcesi similantur congregationi in diuersis familijs, vel in diuersis officijs, & ideo solus episcopus proprie prælatus ecclesiæ dicitur, & ideo ipse solus quasi sponsus anulum ecclesiæ recipit, & ideo solus ipse habet plenam potestatem in dispensatione sacramentorum, & iurisdictionem in foro causarum quasi persona publica: alij autem secũdum quod ab eo eis committitur. Sed sacerdotes qui plebibus præficiuntur, non sunt simpliciter prælati, sed quasi coadiutores: vnde in consecratione sacerdotum episcopus dicit; Quanto fragiliores sumus, tanto magis his auxilijs indigemus: & propter hoc etiam nõ omnia sacramenta dispensant, vnde sacerdotes parochiales, vel abbates, aut alij huiusmodi prælati non possunt huiusmodi indulgentias dare. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd potestas cõcedẽdi indulgentias sequitur iurisdictionem, vt supra dictum fuit: & quia diaconi, & alij non sacerdotes possunt habere iurisdictionem, vel cõmissam, sicut legati: vel ordinariam, sicut electi, ideo possunt indulgentias cõcedere etiam nõ sacerdotes: quàmuis non possit absoluere in foro pænitentiali, quod est ordinis.

Præcedenti ar. quæst. 2. ad 1.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta. Indulgentias. n. concedere pertinet ad clauem iurisdictionis, non ad clauem ordinis.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd Papa habet plenitudinẽ põtificalis potestatis quasi rex in regno: sed episcopi assumuntur in partem solicitudinis quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi, propter quod ẽt solos eos in suis literis fratres uocat, reliquos autem omnes uocat filios: & ideo potestas faciendi indulgentias plene residet in Papa, quia potest facere quod vult, causa tamen existente legitima, sed in episcopis est taxata secundum ordinationem Papæ: & ideo possunt dare secundum quod eis taxatum est, & non amplius.

Vt supra, tempora,

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd elargiri indulgentias pertinet ad iurisdictionem, sed per peccatũ homo non amittit iurisdictionem: & ideo indulgentiæ æquæ ualent, si fiant ab eo qui est in peccato mortali, sicut si fierent ab eo qui est sanctissimus, cum nõ remittat pœnam ex ui suorum meritorum, sed ex ui meritorum reconditorum in thesauris ecclesiæ.

26. ca. Si qui.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iste prælatus in peccato mortali indulgentias dans non profluit aliquid de suo, & ideo non requiritur quòd influxum recipiat a fonte ad hoc ꝙ eius indulgentiæ ualeant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd maius est dare indulgentias quàm recipere quantũ ad potestatem, sed est minus quantum ad propriam utilitatem.

ARTICVLVS V.

Vtrum indulgentia ualeat existentibus in peccato mortali.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd indulgentia ualeat existentibus in peccato mortali, quia aliquis potest alteri mereri, etiam in peccato mortali existẽti, gratiam & multa alia bona: sed indulgentiæ habent efficaciam ex hoc, quòd merita sanctorum applicantur ad istum, ergo habent effectum in illis qui sunt in peccato mortali.

¶ 2 Præt. Vbi est maior indigentia, magis habet locum misericordia: sed ille qui est in peccato mortali maxime indiget. ergo ei maxima debet fieri misericordia per indulgentias.

SED CONTRA. Membrum mortuum non suscipit influentiã ex alijs membris uiuis, sed ille qui est in peccato mortali, est quasi membrum mortuum. ergo per indulgẽtias nõ suscipit influentiam ex meritis uiuorum membrorum.

VLTERIVS. Videtur quòd indulgentiæ non ualeant religiosis. Non. n. competit eis supplere, ex quorum superabundantia alijs suppletur: sed ex superabundantia operum satisfactionis quæ sunt in religiosis, alijs suppletur per indulgẽtias. ergo eis non competit per indulgentias suppleri.

¶ 2 Præt. In ecclesia non debet aliquid fieri quod inducat religionis dissolutionem: sed si religiosis indulgentię prodessent, esset occasio dissolutionis disciplinæ regularis, quia religiosi nimis uagarentur per huiusmodi indulgentias, & pœnas sibi impositas in capitulo negligerent. ergo religiosis non prosunt.

SED CONTRA. Nullus ex bono reportat damnum: sed religio bonum est. ergo religiosi non consequuntur hoc damnum, ut eis indulgentiæ non ualeant.

VLTERIVS. Videt quòd ei qui non facit hoc, pro quo indulgentia datur, possit quandoque indulgentia dari, quia ei qui non potest operari, uoluntas pro facto reputatur: sed aliquãdo fit indulgentia pro aliqua eleemosyna faciẽda, quam pauper facere non potest, & tamen libenter faceret. ergo indulgẽtia ei ualet.

¶ 2 Præt. Vnus potest pro alio satisfacere: sed indulgentia ad remissionem pœnæ operatur, sicut & satisfactio. ergo unus ꝓ alio potest indulgentiã accipere, & sic ille consequitur indulgentiam, qui non facit hoc pro quo indulgentia datur.

SED CONTRA. Remota causa remouetur effectus. si ergo aliquis non facit hoc pro quo indulgentia datur, qđ est indulgentiæ causa, indulgentiã non consequitur.

VLTERIVS. Videtur quòd indulgentia non ualeat ei qui facit, quia dare indulgentias est iurisdictionis: sed nullus in seipsum pōt exercere ea quæ sunt iurisdictionis, sicut nullus potest se excõmunicare. ergo nullus potest indulgentiæ a se factæ particeps esse.

¶ 2 Præt. Secundum hoc ille qui facit indulgentiam, posset pro aliquo modico facto sibi pœnam remittere omnium peccatorum suorum, & ita impune peccare, quod uidetur absonum.

¶ 3 Præt. Eiusdem potestatis est concedere indulgentias, & excommunicare: sed aliquis non potest excommunicare seipsum. ergo nec indulgentiæ quam facit, particeps esse potest.

SED CONTRA. Quia tunc esset ipse peioris conditionis quàm alij, si ipse non posset uti thesauro ecclesiæ, quem alijs dispensat.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd quidam dicunt indulgentias ualere etiam existentibus in peccato mortali, non quidem ad dimissionem pœnæ; quia nulli potest dimitti pœna, nisi cui iam dimissa est culpa. Qui enim non est consecutus operationem dei remissione culpę, non potest consequi remissionem pœnæ a ministro ecclesiæ neque in indulgentijs, neque in foro pænitentiali, ualet tamen eis ad acquirendum gratiam. Sed hoc non uidetur uerum, quia quàmuis merita illa quæ per indulgentiam communicantur, possent ualere ad merendum gratiam, non tamen propter hoc dispensantur, sed determinate ad remissionem pœnę: & ideo non ualent existentibus in mortali, & ideo in omnibus indulgentijs fit mentio de uere contritis & confessis. Si autem fieret communicatio per hunc modum, Facio te participem meritorum totius ecclesiæ, uel unius cõgregationis, uel unius specialis personæ, sic posset ualere ad merendum aliquid illi qui est in peccato mortali, ut prædicta opinio dicit.

Quorũdam opinio. Reprobatio.

¶ Et per hoc patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis sit magis indigens qui est in peccato mortali, tamen est minus capax.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ tam sæcularibus q̃ religiosis ualent indulgentiæ, dũmodo sint in charitate, & seruent ea quæ pro indulgentijs indicuntur. Non. n. religiosi sunt minus adiuuabiles meritis aliorum q̃ sæculares.

AD

Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis religiosus sit in statu perfectionis, tamen ipse sine peccato viuere non potest: & ideo si aliquando propter peccatum aliquod commissum sit reus alicuius pœnę, potest per indulgentiam ab hoc expiari. Non enim est inconueniens si ille qui est simpliciter superabũdans, aliquo tempore indigeat, & quantum ad aliquid, & sic indiget supplemento quo subleuetur: vnde dicitur Gal. 6. Alter alterius onera portate. ¶ Ad secundum dicendum, quòd propter indulgẽtias nõ debet dissolui regularis obseruãtia, quia religiosi magis merentur religionẽ suã seruando quantum ad præmium vitæ æternæ, quàm ĩdulgentias exquirẽdo, quãuis minus quãtũ ad dimissionem pœnæ, quod est minus bonum: nec iterum per indulgentias dimittuntur pęnæ iniunctæ in capitulo, quia in capitulo agitur forũ quasi iudiciale magis quàm pænitentiale: vnde etiam non sacerdotes capitulũ tenẽt, sed absoluitur a pœna iniuncta, vel debita pro peccato in foro pænitentiali.

Vbi supra. c. Aurelius episcopus.

Can. 36.

Vbi supra. c. Si iubet in fine. Vbi supra. cap. Presbyter.

ante absidem, scilicet introitũ Ecclesiæ manus ei imponantur. Item Aurelius Episcopus dixit. Si quis in periculo constitutus fuerit, & se conciliari diuinis altaribus petierit, si Episcopus absens fuerit, debet presbyter consulere Episcopum, & sic periclitantem eius præcepto reconciliare. Inconsulto uero Episcopo non potest excommunicatos, uel publice pęnitẽtes presbyter recõciliare. Vnde in Carthaginensi Concilio tertio statutũ est, ut chrisma, uel reconciliatio pęnitentiũ, & puellarũ cõsecratio a presbyteris non fiat. Item. Recõciliare quẽquã in publica Missa presbytero non liceat: puellarũ tamen consecratio consulto Episcopo per presbyterũ fieri ualeat. Vnde in Carthaginẽsi Cõcilio tertio. Presbyter inconsulto episcopo uirgines nõ cõsecret, chrisma uero numquã conficiat. Sicut præcepto Episcopi potest presbyter cõsecrare uirgines, sic & recõciliare pænitẽtes.

An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad pænitentiam, præuenitur morte.

SI autem quæritur de illo qui ad pænitentiam festinans sacerdotem inuenire nõ potuit, & ita decessit, utrũ

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd non existente cõditione nõ cõsequitur illud quod sub conditione datur. Vnde cum indulgentia detur sub hac cõditione, quòd aliquis aliquid faciat, vel det, si illud non exerceat, indulgentiã non consequitur.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc intelligitur quantum ad præmium essentiale: sed non quantum ad alia accidentalia præmia, sicut est dimissio pœnæ, vel aliquid huiusmodi. ¶ Ad secundum dicendum, quòd opus proprium potest quis applicare per intentionem cuicumque voluerit, & ideo potest pro quocumque vult satisfacere: sed indulgentia non potest applicari ad aliquem, nisi ex intentione eius qui dat indulgentiam; & ideo cum ipse applicet ad facientem, uel dantem, hic autem illud non potest, ille qui hoc facit, ad alterum hanc intentionẽ trãsferre nõ põt: si tamen fieret sic indulgẽtia, ille qui facit, vel pro quo hoc fit habeat tantam indulgentiam, valeret ei pro quo fit: nec tunc iste qui facit hoc opus, daret alteri indulgentiam, sed ille qui indulgentiam sub tali forma facit.

Ad qvartam quæstionem dicendum, quòd indulgentia debet ex aliqua causa dari ad hoc quòd aliquis per indulgentiam ad aliquem actum prouocetur, qui in vtilitatem ecclesiæ, & in honorem dei vergat. Prælatus autem, cui cura ecclesiæ vtilitatis propagatione & honoris diuini propagandi est commissa, non habet causam vt seipsum ad hoc prouocet: & ideo non potest præbere indulgentiam sibi tantum, sed potest vti indulgentia quam pro alijs facit, quia alijs subest causa faciendi.

Ad primum ergo dicendum, quòd actum iurisdictionis non potest aliquis in seipsum exercere, sed eis quæ authoritate iurisdictionis dantur alijs. Potest etiã prælatus vti tam in temporalibus quàm in spiritualibus, sicut etiam sacerdos sibi eucharistiam accipit quam alijs dat, & ita etiam episcopus potest accipere sibi suffragia ecclesiæ quæ alijs dispensat, quorum effectus immediatus est remissio pœnæ per indulgentias, & non iurisdictionis.

¶ Ad secundum patet solutio ex dictis. ¶ Ad tertium dicendum, quòd excommunicatio profertur per modum sententiæ, quam nullus in seipsum ferre potest, eo quod in iudicio non potest idem esse iudex & reus: indulgentia autem non per modum sententiæ datur, sed per modum dispensationis cuiusdam, quam homo potest facere ad seipsum.

oblatio eius sit recipienda. Dicimus quia est. Vnde in Apanẽsi Concilio. Si aliquis fuerit mortuus, qui non confessus sit, & testimonium habet bonum, & non poterat uenire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum mors in domo, uel in uia, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

Et habetur 26 q. 6. c. Si aliquis.

DISTINCTIO XXI.

A

De peccatis, quæ post hanc uitam dimittuntur.

SOLET etiam quæri, utrũ post hanc[a] uitam aliqua peccata remittantur. Quòd aliqua post hanc uitam remittantur, Christus ostendit in Euangelio, ubi ait. Qui peccauerit in Spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro. Ex quo datur intelligi, sicut sancti doctores tradũt, quòd quædam peccata in futuro dimittentur. Quædam enim culpæ in hoc sæculo relaxantur: quædam uero pęnę etiam in futuro, quę quidem post mortem grauant: sed dimittuntur si digni sunt, si bonis actibus in hac uita meruerunt ut dimittatur eis. De illis etiam qui ędi-

EXPOSITIO TEXTVS.

BENE certum, loquitur de certitudine coniecturæ nõ de certitudine scientiæ: quia nemo scit vtrũ sit dignus odio, vel amore, Ecclesiastes 9. *Arbitrij libertatem quærit*, idest, liberam electionem, vt scilicet homo nõ dimittat peccatum, quia iam nõ potest peccare, sed quia nõ vult deum offendere, etiam si posset, quia etiam in tarde pænitentibus quandoque contingit, vt dictum est. *Horrendũ est incidere in manus &c.* verum est quantum ad statum futuræ vitæ, vbi habet locum principaliter iustitia, quia in hac vita vbi est locus misericordię verum est quod dicitur. 2. Reg vlti. Melius est mihi incidere in manus dei, quàm in manus hominis. *Si enim semper viueret, semper peccaret*, idẽ, semper in peccato permaneret, quia de se non posset a peccato liberari, cum sit spiritus vadens & non rediens, non quod semper actum peccati exerceret. *Statim vt conuersus fuit, paradisum ingredi meruit*, hoc non est intelligendum de terrestri, vt quidam dicunt, quia passio Christi nõ reducit ad illum paradisum, sed ad cęlestem: qui quidem paradisus potest accipi dupliciter, scilicet secundum gloriã fruitionis, & sic statim moriens in paradiso fuit: vel quãtum ad locum gloriæ conuenientem, & sic nullus intrauit ante ascensionem. *Non est imponenda in articulo mortis pænitentia, sed innotescenda*, quia per hoc quod imponitur aliqua pænitentia alicui, obligatur ad illam faciendam: nullus autem debet ad aliquid obligãri, quod non potest facere, sed est innotescenda, vt procuret per amicos & eleemosynas expiari, & vt eius complendæ propositum habeat, si euadat, tamen est confortandus ex diuina misericordia ne in desperationem cadat. *Non enim debet presbyter &c.* hoc intelligendum est de ligato ab episcopo per excommunicationem, vel de agente pænitentiam solemnem. *Puellarum consecratio per presbyterum fieri valeat consulto episcopo*, hoc non est de iure communi, quia solis episcopis qui sunt vicem sponsi gerentes, competit dispensari vni viro virginem castam exhibere Christo: vnde modo non habet locum, sed fuit ex aliqua dispensatione factũ in aliquo loco, vel loquitur de benedictione viduarum, quæ per presbyteros fieri valet.

Matth. 12.

Gregor. Vt habetur di. 25. c. Qualis hinc.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de tempore pænitentiæ, hic mouet quasdam quæstiones contra determinata, & eas soluit, & diuiditur in partes duas. In prima, mouet quæstionem circa tempus pænitentiæ. In secunda, circa confessionem quæ a pænitentibus requiritur, ibi. *Post hoc considerandum est &c.* Prima in tres. In prima, mouet quæstionem circa determinata. Dixerat enim quòd tempus pænitentiæ vsque ad finem vitæ datur, & cum omnia per pænitentiam in hac vita dimittantur peccata, inquirit vtrum post hanc vitam aliqua peccata dimitti possint. Secundo, determinat veritatem secundum authoritates sanctorũ, ibi. *Quòd aliqua post hanc vitam &c.* In tertia refellit quorundam responsionem ad authoritates inductas, ibi. *Sed forte dices &c.* Circa secundum duo facit. Primo, determinat veritatem quæstionis motæ. Secundo, ex veritate determinata quandã dubitationem mouet, ibi. *Hic obijci potest, si per lignum &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quòd post hanc vitam aliqua peccata dimittũtur in purgatorio. Secundo, ostendit quòd quidam tardius a peccatis ibi purgantur, ibi. *In illo autem igne &c.* *Post hoc autem considerandũ &c.* hic mouet quæstiones circa determinata prius de cõfessione, & primo, ex parte confitentis: secundo, ex parte confessoris, qui scilicet confessionem audit, ibi. *Caueat autem sacerdos &c.* Circa primum duo quærit. Primo, vtrum quis debeat singula peccata confiteri quæ fecit. Secundo, vtrum debeat confiteri quæ non fecit, ibi. *Sicut autem pænitens &c.* *Caueat autem &c.* hic etiam duo determinat ex parte confessoris. Primo, vt peccatum cælet. Secundo, quòd non quisque sacerdos confessionẽ cuiuslibet audiat, ibi. *Quod vero dictum est &c.*

ficant lignum, fœnum, stipulam dicit Augu. quòd ignem tribulationis transitoriæ inuenient cremabilia ædificia, quæ secum portauerũt cremantem. Ait .n. sic. Post istius sane corporis mortem donec de igne purgatorio ueniatur ad diem damnationis & remunerationis, si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum qui ædificauerũt lignum, fœnum, stipulam, huiusmodi ignẽ dicantur perpeti, quem alij non sentiunt, qui huiusmodi ædificia portauerũt, ut inueniant ignem transitorię tribulationis[b] uenialia concremantem, non redarguo, quia forsitan uerum est. Sed quia dicitur, saluus erit quasi per ignem, contemnitur ille ignis. Grauior tamen erit ignis ille, quàm quicquid potest homo pati in hac uita. Hic aperte insinuatur, quòd illi qui ędificãt lignum, fœnũ, stipulã, quædam cremabilia ædificia, idest, uenialia peccata secum portant, quæ in igne emendatorio cremantur. Vnde constat quædam uenialia peccata post hanc uitam deleri.

Quòd alij citius, alij tardius purgantur in igne.

IN illo autem igne purgatorio, alij tardius, alij citius purgantur secundum quod ista pereuntia magis, uel mi[illegible]auerũt. Vnde Augu. Post hanc uitam incredibile non est, nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusue bona pereũtia dilexerũt, tãto tardius citiusque saluari. Vnde non frustra illa tria distinxit Apostolus, lignum, fœnum, stipulam, quæ illi ædificant, qui & si aliena non rapiunt, rebus tamen

In Enchiridion. ca. 69 tom. 3.

QVAESTIO I.

A

Hic est triplex quæstio.

¶ Prima, De purgatorio.
¶ Secunda, De confessione generali.
¶ Tertia, De sigillo confessionis quo peccata cælantur.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, De ipso purgatorio.
¶ Secundo, De lino, fœno, & stipula, quæ in purgatorio purgantur.
¶ Tertio, De effectu purgatorij.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum purgatorium sit post hanc uitam.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod purgatorium non sit post hanc vitam. Apoc. 14. dicitur. Beati mortui qui in domino moriuntur, amodo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. ergo his qui in domino moriuntur, non manet aliquis purgatorius labor post hanc vitam: nec illis qui non in domino moriuntur, quia illi purgari non possunt. ergo purgatorium post hanc vitam non est.

¶ 2 Præt. Sicut se habet charitas ad præmiũ æternum, ita peccatum mortale ad supplicium æternum: sed decedentes in peccato mortali statim ad supplicium æternum deportantur. ergo decedentes in charitate statim ad præmium vadunt, & ita non manet eis aliquod purgatorium post hanc vitam.

¶ 3 Præt. Deus qui est summe misericors, pronior est ad præmiandum bona, quàm ad puniendum mala: sed sicut illi qui sunt in statu charitatis, faciunt aliqua mala quæ non sunt digna supplicio æterno: ita qui sunt in peccato mortali interdũ faciunt aliqua bona ex genere, quæ non sunt digna præmio æterno. ergo cum illa bona non præmientur in damnandis post hanc vitam, nec illa mala debent post hanc vitam puniri; & sic idem quod prius.

Sed contra. 2. Mach. 12. dicitur. Sãcta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur: sed pro defunctis, qui sunt in paradiso, nõ est orandum, quia illi nullo indigẽt: nec iterum pro illis qui sunt in inferno, quia illi a peccatis solui non possunt. ergo post hãc vitam sunt aliqui a peccatis nõdum absoluti, qui solui possunt, & tales charitatem habent, sine qua non fit peccatorũ remissio, quia vniuersa delicta operit charitas, Prouer. 10. vnde ad mortem æternã nõ deuenient, quia qui viuit & credit in me, non morietur in æternum, Ioã. 11. nec ad gloriam inducentur nisi purgati, quia nihil immundum ad illam perueniet, vt patet Apoc. vlti. ergo aliqua purgatio restat post hanc uitam.

¶ 2 Præt. Gregor. Nysenus dicit. *Si aliquis Christo amico consentiens in hac vita purgare peccata minus potuerit, post transitum hinc per purgatorij ignis conflationem expeditur.* ergo post hanc vitam restat aliqua purgatio.

Vlterius. Videtur quòd non sit idem locus quo animæ purgantur, & quo damnati puniuntur: quia pœna damnatorum est æterna, vt dicitur Matth. 25. Ibunt hi in ignem æternum: sed purgatorius ignis est temporalis, vt supra magister dixit. ergo non simul puniuntur hi & illi eodem igne, & sic oportet loca esse distincta.

¶ 2 Præt. Pœna inferni nominatur pluribus nominibus, vt in psalm. 10. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum &c. sed pœna purgatorij non nisi vno nomine nominatur, scilicet ignis. ergo non igne & eodem loco puniuntur.

¶ 3 Præt. Hugo de Sancto Victo. dicit. Probabile est quòd in his locis puniuntur, in quibus commiserunt culpam. Greg. etiam in dial. narrat quòd Germanus episcopus Capuanus Pascasium qui in balneis purgabatur, inuenit. ergo in loco inferni non purgantur, sed in hoc mundo.

Hugo lib. 2 de sacramẽtis par. 16 cap. 4.

Sed contra est, quod Grego. dicit, quòd sicut sub eodem igne aurũ rutilat, & palea fumat: ita sub eodem igne peccator crematur, & electus purgatur. ergo idem est ignis purgatorij & inferni, & sic in eodem loco sunt.

Lib. 4. Dialog. c. 40. Hoc Greg. dictum elici potest ex cap. 43. lib. 4. Dialog.

¶ 2 Præt. Sancti Patres ante aduentum Christi fuerunt in loco digniori quàm sit locus, in quo purgãtur animæ post mortem, quia non erat ibi aliqua pœna sensibilis: sed locus ille erat coniunctus inferno, vel idem quod infernus, alias Christus ad limbum descendens non diceretur ad inferos descendisse. ergo & purgatorium est in eodem loco, vel iuxta infernum.

Vlterius. Videtur quòd pœna purgatorij non excedat omnem pœnam temporalem huius vitæ. Quanto enim aliquid est magis passiuum, tanto magis affligitur, si sensum læsionis habeat: sed corpus est magis passiuum quàm anima separata, tũ quia habet contrarietatem ad ignem agentem: tum quia habet materiam quæ est susceptiua qualitatis agentis, quod de anima non potest dici. ergo maior est pœna quam corpus patitur in hoc mundo, quàm pœna qua anima purgatur post hanc vitam.

III

¶ 2 Præt. Pœna purgatorij directe ordinatur contra venialia: sed venialibus, cum sint leuissima peccata, leuissima pœna debetur, si secundum mensuram delicti sit plagarum modus. ergo pœna purgatorij est leuissima.

¶ 3 Præt. Reatus, cum sit effectus culpæ, non intenditur nisi culpa intendatur: sed in illo cui iam culpa dimissa est, non potest culpa intendi. ergo in eo cui culpa mortalis dimissa est, pro

F

quo non plene satisfecit, reatus non crescit in morte: sed in hac vita non erat ei reatus respectu grauissimæ pœnæ. ergo pœna quam patietur post hanc vitam, non erit ei grauior omni pœna istius vitæ.

De animabus fideliũ defunctor. Ser.4.t.10. Et de uera & falsa pæni. c.18. Et habetur di stin. 25. ca. qui ĩ aliud De pænit. quoque di stin. 7. cap. Nullus. Ex Aug. su p psal. 80. circa finẽ.

SED CONTRA est, quod August. dicit in quodam sermone. Ille ignis purgatorij durior erit q̃ quicquid in hoc sæculo pœnarum aut sentire, aut videre, aut cogitare quis potest.

¶ 2 Præt. Quanto pœna est vniuersalior, tanto maior: sed anima separata tota punitur, cum sit simplex: non autem ita est de corpore. ergo illa pœna quæ est animæ separatæ, est maior omni pœna, quam corpus patitur.

infirmitati concessis aliqua dilectione inhærent. Qui secundum suos amandi modos, uel diutius ut lignum, uel minus, ut fœnum, uel minimum, ut stipulam, ignem sustinebunt. Qui uero superædificant aurũ, argentum, lapidem pretiosum, de utroque igne securi sunt, non solum de illo ęterno, qui cruciaturus est impios in æternũ, G sed etiam de illo emẽdatorio, quo purgabuntur quidam saluandi.

Oppositio.

HIc obijci potest, si per lignum, fœnum, stipulam uenialia intelliguntur peccata, & nullus adeo perfectus est qui uenialiter nõ peccet: ergo qui ædificant aurum, argentum, lapidem pretiosum, ædificant etiam lignum, fœnum, stipulam, ergo per H

VLTERIVS. Videtur quod illa pęna sit voluntaria, quia illi qui sunt in purgatorio, rectum cor habent: sed hæc est rectitudo cordis, ut quis voluntatem suam voluntati diuinæ conformet, vt Ambros. dicit. ergo cum deus velit eos puniri, ipsi illam pœnam voluntarie sustinent.

Ambros. ex 2. c. de uocatione Gẽtium. to. 2.

¶ 2 Præt. Omnis sapiens vult illud, sine quo non potest peruenire ad finem intentũ: sed illi qui sunt in purgatorio sciunt se non posse peruenire ad gloriam, nisi prius puniantur. ergo volunt puniri.

SED CONTRA. Nullus potest liberari a pœna quam voluntarie sustinet: sed illi qui sunt in purgatorio petunt liberari, sicut patet per multa quæ in dialogo narrantur. ergo non sustinent illam pœnam voluntarie.

VLTERIVS. Videtur quòd animæ in purgatorio per dæmones puniantur: quia sicut infra dist. 47. in fine. dicit magister. Illos habebunt tortores in pœnis, quos habuerunt incentores in culpa: sed dæmones incitant ad culpam non solum mortalem, sed etiam venialem, quando aliud non possunt. ergo etiam in purgatorio ipsi animas pro peccatis venialibus torquebunt. I

¶ 2 Præt. Purgatio a peccatis competit iustis & in hac vita, & post hanc vitam: sed in hac vita purgantur per pœnas a diabolo inflictas, sicut patet de Iob. ergo etiam post hanc vitam punientur a dæmonibus purgandi.

Iob. cap. 2.

SED CONTRA. Iniustum est, ut qui de aliquo triumphauit, ei subijciatur post triumphum: sed illi qui sunt in purgatorio de dæmonibus triumphauerunt sine peccato mortali decedentes, ergo non subijcientur eis puniendi per eos.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd ex illis quæ supra determinata sunt, satis potest constare purgatorium esse post hanc vitam. Si enim per contritionem deleta culpa non tollitur ex toto reatus pœnæ, nec etiam semper venialia dimissis mortalibus tolluntur, & iustitia dei hoc exigit vt peccatum per pœnam debitam ordinetur, oportet quòd ille qui post contritionem de peccato decedit, & absolutionem ante satisfactionem debitam, quòd post hanc vitam puniatur, & ideo illi qui purgatorium negant, contra diuinam iustitiam loquuntur: & propter hoc erroneum est, & a fide alienum. vnde Gregor. Nysenus post prædicta verba subiungit. Hoc prædicamus, dogma veritatis seruantes, & ita credimus, hoc etiam vniuersalis ecclesia tenet pro defunctis exorans, ut a peccatis soluantur, quod non potest nisi de illis qui sunt in purgatorio intelligi: ecclesiæ autem authoritati quicumque resistit, hæresim incurrit.

ar. præsenti quæst. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd authoritas illa loquitur de labore operationis ad merendum, & non merendũ, & non de labore passionis ad purgandum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd malum non habet causam perfectam, sed ex singularibus defectibus contingit: sed bonũ ex vna causa perfecta consurgit, vt Dionys. dicit: & ideo quilibet defectus impedit a perfectione boni, sed non quodlibet bonum impedit consummationem aliquam mali, quia nũquam est malum sine aliquo bono: & ideo peccatum ueniale impedit habentem charitatem, ne ad perfectum bonum deueniat, scilicet uitam æternam, quandiu purgatur: sed peccatum mortale non potest impediri per aliquod bonum adiũctum, quo minus statim ad ultimum malorum perducat.

De diu. no. ca. 4. par. 4. circa finem

ignem transibunt. Ad quod dicimus, quia non omnis qui uenialiter peccat, lignum, fœnum, stipulam ædificat, sicut econuerso, non omnis qui contemplantur Deum, & diligit proximum, & opera bona facit, ædificat aurum, argẽtum, lapidem pretiosum: & tamen in auro intelligitur contẽplatio Dei, in argento dilectio proximi, in lapide pretioso bona opera. Sed illi qui ædificant lignum, fœnum, stipulam, Deum contemplantur & proximum diligunt, & opera bona faciunt, nec tamen ædificant aurum, argentum, lapidem pretiosum. Hæc enim ædificat qui sic illa tria facit, ut cogitet quæ sunt Dei, & quomodo placeat Deo, non mundo. Lignum uero, & fœnum, & stipula, accipi possunt sæculariũ rerum quàmuis licite cõcessarum tales cupiditates, ut amitti sine ani-

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui in peccatum mortale incidit, omnia bona ante acta mortificat, & quæ in peccato mortali existẽs facit, mortua sunt: quia ipse deum offendens, omnia bona meretur amittere quæ a deo habet. Vnde ei qui in peccato mortali decedit, non manet aliquod præmiũ post hanc uitam, sicut manet aliquãdo pœna ei qui in charitate decedit, quæ non semper delet omne malum quod inuenit, sed solum hoc quod est sibi contrarium.

Ex Aug. de fide & operibus c.16. tom. 4.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd de loco purgatorij non inuenitur aliquid expresse determinatum in Scriptura, nec rationes possunt ad hoc efficaces induci: tamen probabiliter, & secundum quod consonat magis sanctorum dictis, & reuelationi factæ multis, locus purgatorij est duplex. Vnus secundum legem cõmunem, & sic locus purgatorij est locus inferior inferno coniunctus, ita quòd idem ignis sit qui damnatos cruciat in inferno, & qui iustos in purgatorio purgat: quàmuis damnati secundum quod sunt inferiores merito, & loco inferiores ordinandi sint. Alius est locus purgatorij secundum dispensationem, & sic quandoque in diuersis locis aliqui puniti leguntur, uel ad uiuorum instructionem, uel ad mortuorum subuentionem, ut uiuentibus eorum pœna innotescens, per suffragia ecclesiæ mitigaretur. Quidam tamen dicunt, quòd secundum legem communem, locus purgatorij est ubi homo peccat. quod non uidetur probabile, quia simul potest homo puniri pro peccatis quæ in diuersis locis commisit. Quidã uero dicũt quòd puniũtur supra nos secundum legem communem, quia sunt medij inter nos & deum quantum ad statum. Sed hoc nihil est, quia non puniuntur pro eo quòd supra nos sunt, sed pro eo quod est infimum in eis, scilicet peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis purgatorius est æternus quantum ad substantiam, sed temporalis quantũ ad effectum purgationis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœna inferni est ad affligendum, & ideo nominatur omnibus illis quæ hic nos affligere consueuerunt. sed pęna purgatorij est principaliter ad purgandum reliquias peccati, & ideo sola pœna ignis purgatorio attribuitur, quia ignis habet purgare & consumere. K

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit secundum dispensationem, & non secundum legem communem.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd in purgatorio erit duplex pœna. Vna damni inquantum scilicet retardantur a diuina uisione: alia sensus, secundum quod ab igne corporali punientur, & quantum ad utrumque pœna purgatorij minima excedit maximam pœnam huius uitæ. Quanto enim aliquid magis desideratur, tanto eius absentia est molestior. Et quia affectus quo desideratur summum bonum post hanc uitam in animabus sanctis est intensissimus, quia non retardatur affectus mole corporis, & etiã quia terminus fruendi summo bono iam aduenisset, nisi aliquid impediret, & ideo de tardatione maxime dolent. Similiter etiam cum dolor non sit læsio, sed læsionis sensus, tanto aliquis magis dolet de aliquo læsiuo, quanto magis est sensitiuum: unde læsiones quæ fiunt in locis maxime sensibilibus, sunt maximum dolorem causantes.

A

causantes. Et quia totus sensus corporis est ab anima, ideo si in ipsam animam aliquod læsiuum agat, de necessitate oportet quòd maxime affligatur, quòd autem anima ab igne corporali patiatur, hoc ad præsens supponimus, quia de hoc infra di. 44. dicetur: & ideo oportet quòd pœna purgatorij quantum ad pœnã damni & sensus excedat omnem pœnam istius vitæ. Quidam autem assignant rationem ex hoc, quòd anima tota punitur, non autem corpus: sed hoc nihil est, quia sic pœna damnatorum esset minor post resurrectionem quàm ante, quod falsum est.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd quàmuis anima sit minus passiua q̃ corpus, tamẽ est magis cognoscitiua passionis, & vbi est maior passionis sensus, ibi est maior dolor, etiam si sit minor passio.

mi dolore non possint. Hæc ergo ædificat is qui cogitat quæ mundi sunt, & quomodo placeat mũdo, qui circa diuitias suas quodammõ carnali affectu tenetur, & tamen ex eis multa beneficia facit, nec p eis aliquid fraudis, uel rapinę molitur. Ex eis ergo patet quòd non idem homo simul hęc, & illa ædificat. Illa enim ædificatio perfectorum tantum est, qui non cogitant B placere mundo, sed tantum Deo, qui & si uenialiter aliquando peccant, feruore tamen charitatis ita

¶ Ad secundum dicendum, quòd acerbitas illius pœnæ non est tantum ex quantitate peccati, quantum ex dispositione puniti, quia idem peccatum grauius punitur ibi quàm hic: sicut ille qui est melioris complexionis magis punitur eisdem plagis impositis quàm alius, & tamen iudex utrique easdem plagas pro eisdem culpis inferens, iuste facit.

¶ Et per hoc etiam patet solutio ad tertium.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd aliquid dicitur uoluntarium dupliciter. Vno modo, uoluntate absoluta, & sic nulla pœna est uoluntaria, quia ex hoc est ratio pœnæ, q uoluntati contrariatur. Alio modo, dicitur aliquid uoluntarium uoluntate conditionata, sicut ustio est uoluntaria pp sanitatem consequendam, & sic aliqua pęna potest esse uoluntaria dupliciter. Vno modo, quia per pœnam aliud bonum acquirimus, & sic ipsa uoluntas assumit pœnam aliquam, ut patet in satisfactione: uel etiam quia ille libenter eam accipit, & non uellet eam non esse, sicut accidit in martyrio. Alio modo, quia quàmuis per pœnam nullum bonum nobis accrescat, tamen sine pœna ad bonum peruenire non possumus, sicut patet de morte naturali, & tunc uoluntas non assumit pœnam, & uellet ab ea liberari, sed eam supportat, & quantum ad hoc uoluntaria dicitur, & sic pœna purgatorij est voluntaria. Quidam autem dicunt quòd nõ est aliquo modo uoluntaria, quia sunt ita absorpti pœnis, quòd nesciunt se per pęnam purgari, sed putant se esse damnatos. Sed hoc est falsum, quia nisi scirẽt se liberandos, suffragia non peterent, quod frequenter faciunt. C D

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd sicut post diem iudicij diuina iustitia succendet ignem, quo damnati in perpetuum punientur: ita etiam nunc sola iustitia diuina electi post hanc vitam purgantur nõ ministerio dæmonum quorum uictores extiterunt, nec ministerio angelorum, quia ciues suos non tam uehementer affligerent: sed tamen possibile est quòd eos ad loca pœnarum deducant, & etiam ipsi dæmones qui de pęnis hominũ lætantur, eas concomitantur & assistunt purgandis, tum ut de eorum pęnis satientur: tum ut in eorum exitu a corpore aliquid suum ibi reperiant. In hoc autem sæculo, quando adhuc locus pugnæ est, puniuntur homines & a malis angelis, sicut ab hostibus, ut patet de Iob: & a bonis sicut patet de Iacob, cuius neruus femoris angelo percutiente emarcuit. Et hoc etiam expresse Dionys. dicit in 4 c. de diui. no. quòd boni angeli interdum puniunt. Et per hoc patet solutio ad obiecta. E

Iob. cap. 1. Gen. c. 32.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum lignum, fœnum, & stipula, quæ superædificantur, sint peccata uenialia.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd lignum, fęnum, & stipula, quæ superædificari dicuntur supra positum fundamentum, non sint peccata uenialia, quia supra id quòd est summum, nihil potest ædificari: sed fundamentum spiritualis ædificij, ut glo. dicit est in summo. ergo non potest super ipsum ædificari.

¶ 2 Præt. Aedificium per fundamentum sustentatur: sed per peccata uenialia non sustentantur per fundamentum spirituale, quod est fides per dilectionem operans. ergo lignum, fęnũ, & stipula quæ ædificantur, non sunt peccata uenialia.

¶ 4 Præt. Esa. 5. super illud. Væ qui coniungitis domum ad domum, dicit Hiero. Hæretici dogmata dogmatibus cõiungũt, & qui super fundamentum ædificare debuerunt aurum, argentum, & lapides pretiosos, ædificant lignum, fęnum, & stipulam: sed hæretici dogmata falsa confingentes, non peccant uenialiter, sed mortaliter. ergo lignum, fęnum, & stipula nõ sunt pctã uenialia.

Lib. 2. expositionis suę

absumitur in eis peccatũ, sicut gutta aquæ in camino ignis: & ideo numquã secum portant cremabilia. Hæc autem inferior ædificatio minorũ est, qui non tantum Deo, sed etiam mundo placere cogitãt, Deum tamen præponunt. Si uero mundum præponerent, non superędificarent, sed destruerent fundamentum. Affectiones ergo carnales, quibus dediti sunt domib⁹, coniugibus, possessionibus, ita ut nihil præponant Christo, illis tribus significantur quæ in mentes

¶ 4 Præt. Secundum Ambros. apostolica doctrina est fundamentum, ille autem superædificat, qui ueniens post Apostolos docet siue malus, siue bonus sit: sed bene docentes post Apostolos ędificant aurum, argentum, & lapides pretiosos, in quibus doctrina præclara signatur: mali autem lignum, fęnum, & stipulam, in quibus uana & friuola doctrina est peccatum mortale. ergo per lignum, fęnum, & stipulã mortalia peccata intelliguntur, & non uenialia.

Ex c. 3. epi. 1. ad Cor.

SED CONTRA est, quod dicitur in litera per uerba Aug.

II

VLTERIVS. Videtur quòd iidem sint qui utraque superædificant, quia secundum Augu. per aurum signatur dei contemplatio, per argentum dilectio proximorum, per lapides pretiosos bona opera: sed illi qui inordinatos affectus aliquos habent ad res temporales qui dicuntur lignum, fęnum, & stipulam ædificare, contemplantur aliquando deum, & diligunt proximum, & aliqua bona opera faciunt. ergo idem sunt qui ædificant utraque.

Vbi supra locis citatis.

¶ 2 Præt. Sicut in litera dicitur, illi ædificant aurum, argentum & lapides pretiosos qui cogitant quæ dei sunt, quomodo placeant deo: sed tales etiam aliqua uenialia committunt, ut patet. 1. Io. 1. qui per lignum, fęnum, & stipulã intelliguntur. ergo idem sunt qui utraque superædificant.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit, quòd illi qui ædificant aurum, argentum, & lapides pretiosos sunt securi: sed illi qui ædificant lignum, fęnum, & stipulam non sunt securi. ergo non sunt idem qui utraque ædificant.

III

VLTERIVS. Videtur quòd uenialia etiam mortali adiuncta sint lignum, fęnum, & stipulam, ut non puniantur etiã æternaliter in damnatis, sed temporaliter, quia secundum distantiam culparum debet esse distantia pęnarũ: sed culpa mortalis in infinitum excedit uenialem. ergo & pęna pęnam: sed hoc non potest esse secundũ acerbitatem, quia acerbitas utriusque pęnæ est finita. ergo oportet quòd hoc sit secundum durationem, quod non esset, si ueniale æternaliter puniretur.

¶ 2 Præt. Non est personarum acceptio apud deum, ut dicitur Ro. 2. sed uideretur esse si pro eadem culpa unum plus, & alium minus puniret. cum ergo pro culpa ueniali iustus temporaliter puniatur, etiam damnatus non æternaliter, sed temporaliter punietur. ergo.

SED CONTRA. Matth. 5. Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem, idest, minuta peccata: sed ille qui in peccato mortali decedit, nihil potest reddere. ergo pro peccatis uenialibus punietur æternaliter.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd uenialia charitati adiuncta possunt per aliquam pęnam consumi, & ideo conuenienter secundum metaphoram signantur illa q̃ per ignẽ consumuntur. Et quia quanto aliquod peccatum est grauius, tanto difficilius purgatur, in peccatis autem uenialibus inuenitur alterum altero grauius: ideo conuenienter eorum diuersitas signatur per diuersitatem eorũ quæ facilius & tardius consumuntur ab igne. Et quia perfectio cuiuslibet quãtitatis ternatio comprehenditur propter principium, medium, & finem: ideo triplex differentia ponitur, quia quædam sunt grauissima in genere uenialiũ, & difficillime purgabilia, & hæc per lignum signantur: quædam minima, quæ per stipulam: quædam media, quæ per fęnum signantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut fundamentum transumitur ad spiritualia ratione prioritatis, & non ratione

tione inferioritatis, ita supædificari dicuntur non quæ superius, sed quæ posterius fiunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd venialia non dicuntur superædificari quasi ex fundamento stabilitatem habentia. Dicitur enim aliquid super fundamentũ poni tripliciter. Vno modo directo situ, qđ supra fundamẽtum firmatur, & sic solum bona opera fidei formatę, quę fundamentum dicitur, superædificantur. Alio modo dicitur esse super quod est iuxta, sicut patet in psal. 136. Super flumina Babylonis, & sic uenialia superædificãtur, quia fundamentum non destruunt, sed simul cum fundamento sunt. Alio modo dicitur esse super qđ est post, sicut Ezech. vlti. Super terminũ Aser, idest, post, vt glo. dicit, & sic etiã mortalia possunt superędificari quæ fundamentũ destruũt. (Lib. 4. Dialog. ca. 16. Et habetur vbi dist. 25. c. Qualis.) Vel secundum quosdam per lignum, fœnum, & stipulam non intelliguntur ipsa venialia, sed opera bona, quibus aliquis motus venialis peccati se immiscet: & hæc superædificantur quantum ad id quod est boni in eis, & non quantum ad id quod habent de veniali. Sed hoc non videtur esse secundum intentionem Apostoli, & Augu. (Locis supra citatis.) quia tunc non esset distinctio inter lignum, fœnum, & stipulam: & aurum, argentum, & lapidem pretiosum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in sacra scriptura præter principalem sensum quem author intendit, possunt alij sensus non incongrue aptari. Et sic Hiero (Vbi supra super Esa. 5.) per adaptationem quandam loquitur, & non secundum intentionem Apostoli.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aliqui etiam male docentes quandoque non mortaliter, sed venialiter peccant: sicut quando aliqua inutilia docent, vel aliquis motus inanis gloriæ eis insurgit. Vel dicendum, quòd loquitur secundum eundem modum, sicut Hieronymus.

I Ad secundam quæstionem dicendum, quòd aurum, argentum, & lapis pretiosus: & lignum, & fœnum, & stipula possunt dupliciter exponi. Vno modo ita, quòd quælibet bona opera dicantur aurum, argentum, & lapis pretiosus, & quælibet venialia dicantur lignum, fœnum, & stipula, & sic non est dubium, quòd idem ædificant vtraque: sed quidam dicunt & hæc, & quidam illa ædificare secundum quod eis magis insistunt, sicut etiam actiua contemplatiuis distinguuntur, quàmuis & contemplatiui aliquid agant, & actiui aliquid contemplentur aliquando. Alio modo ita, quòd per aurum, argentum, & lapidem pretiosum intelligantur solum opera perfectorum: & per lignum, fœnum, & stipulam superædificata intelligantur venialia eorum qui sollicitudinem de rebus temporalibus gerunt non soli deo vacantes, & tunc patet quòd non sunt idem qui vtraque ædificant: quia imperfecti etsi bona opera faciunt, tamen obscurantur ex sollicitudinibus huius mundi, vt claritatem auri argenti, & lapidis pretiosi non habeant: K & similiter perfecti, etiam si aliqua venialia habeant, tamen ex feruore charitatis in eis consumuntur, & ex sollicitudine continua quam de purgatione propria habent: & ideo non dicuntur ea superædificare, quia in eis habitualiter non manent, & tales securi sunt, quia nihil est in eis purgabile. Et secundum hoc patet solutio ad obiecta.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd culpa non potest ordinari nisi per pœnam, quia deus nihil inordinatum relinquit, ideo numquàm culpam sine pœna dimittit. (D. 1016.) In illis autem qui damnantur, non potest aliqua d culpa dimitti, nec aliquis reatus tolli cum careant charitate, per quam & culpa purgatur, & reatus tollitur: & ideo culpa venialis in eis semper manebit, vel reatus eius, si etiam ante peccatum mortale veniale dimissum fuisset quantum ad culpam manente reatu: & propter hoc æternaliter damna-

perfectorum non cadunt, & si alia uenialia admittant. In cordibus uero minorum interdum durant usq; in finem, qui cum talibus ędificijs transeunt, sed dissoluentur ĩ igne. Ipsi uero merito fundaméti erunt, grauissimam tamen pœnam sentient. Ex quo apparet quantam hic misericordiam exhibet Deus, & quantam ibi exerceat seueritatem, cum pro eodem peccato multo grauius ibi puniat, quàm hic.

Opinio quorundam cum obiectione.

Sed forte dices, illud esse accipiendum de pœna peccati, non de ipso peccato, quòd Gregor. dicit quædam leuia in futuro dimittenda. Si .n. ueram pænitẽtiam habuerit quis, peccata omnia dimissa sunt ei, sed pœna forte remansit. Ideoque si uere pænitens obijt, sine peccato transijt. Si autem uere pænitens non est in obitu, maculam portat quæ numquàm delebitur. Qui uero ædificat lignum, fœnum, stipulam uere pænitet, quia bonus est, G & charitatem habet, & in charitate de hac uita transit. ergo sine peccato transit? & non sequitur. Verum quidem est, quia bonus est, & charitatem habet, & uere pęnitet, & tamen cum ueniali peccato transit quod non deleuit pænitentia. Pænitentia enim non delet nisi peccatum illud quod deserit homo. Tale autem peccatum sæpe in hac uita non relinquitur ab homine, & tamen uere pænitens est, & si non de om-

F ti de venialibus punientur.

Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum mortale meretur pœnam æternam inquantum gratiam tollit, & a deo æterno separat, & secundum hoc in infinitum distat a veniali. In illo ergo qui gratia caret, & a deo in perpetuum separatus est, per accidens veniali æterna pœna debetur ratione subiecti, quæ per se debetur mortali.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est ibi aliqua personarum acceptio, quia in iusto est gratia, cuius virtute culpa eius purgatur, vel reatus, qua carent damnati, & ideo eorum culpa, vel reatus per pœnam expiari d non potest: & sic patet quòd venialia per accidens habẽt mortalibus adiuncta in damnatis, quòd non sunt lignum, fœnum, & stipula. (D. 417. 428.)

H

Articvlvs III.

Vtrum per pœnam purgatorij expietur peccatum ueniale quo ad culpam.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd per pœnam purgatorij non expietur peccatum veniale quo ad culpam: quia super illud 1. Ioã. 5. Est peccatũ ad mortem &c. dicit glo. Quod in hac vita non corrigitur, frustra post mortem eius venia postulatur. ergo nullum peccatum post hanc vitam quo ad culpam dimittitur.

¶ 2 Præt. Eiusdem est labi in peccato, & a peccato liberari: sed anima post mortem non potest peccare venialiter, ergo nec a peccato veniali absolui.

¶ 3 Præt. Gregor. dicit quòd talis in iudicio quisque futurus est, qualis de corpore exiuit, (Ex hom. 13) quia lignum vbi ceciderit, ibi erit, Ecclesiastes 11. Si ergo aliquis in hac vita exit cum veniali, in iudicio cum veniali erit, & ita per purgatorium non expiatur a culpa veniali aliquis.

¶ 4 Præt. Supra dictum est, quòd culpa actualis non deletur (dist. 17. q. 2 ar. 2. quæst. 3.) nisi per contritionem: sed post hanc vitam non erit contritio quæ est actus meritorius, quia tunc non erit meritum, neque demeritum, cum secundum Damas. (Lib. 2. de fide Orthod. c. 4. in fine.) Hoc est hominibus mors, quod angelis casus. ergo post hanc vitam non dimittitur in purgatorio veniale quo ad culpam.

¶ 5 Præt. Veniale non est in nobis nisi ratione fomitis, vnde in primo statu Adam venialiter non peccasset, vt in 2. lib. dist. 21. (q. 2. ar. 3. in cor.) dictum est: sed post hanc vitam in purgatorio non erit sensualitas fomite corrupto in anima separata, quia fomes dicitur lex carnis Ro. 7. ergo non erit ibi venialis culpa, & ita non potest expiari per purgatorium ignem.

Sed contra est, quod Gregor. dicit in 4. Dialog. (Cap. 39. & Aug. vbi supra.) & August. de uera pænitentia, quòd quædam culpæ leues in futuro remittuntur, nec potest intelligi quo ad culpam, quia sic omnes culpæ quantumcumq; graues, quantum ad reatum pęnæ per ignem purgatorium expiantur. ergo uenialia quantum ad culpam purgantur per ignem purgatorium.

¶ 2 Præt. Corinth. 3. per lignum, fœnum, & stipula, ut dictum est, (Præced. ar. & pręcipue quæst. 1. & 2.) uenialia intelliguntur: sed lignum fœnum & stipula, per purgatorium consumuntur. ergo ipsæ ueniales culpæ post hãc uitam remittuntur.

II Vlterius. Videtur quòd ignis purgatorius non liberet a reatu pęnæ. Omnis enim purgatio respicit fęditatem: sed pęna non importat aliquam fęditatem. ergo ignis purgatorius non liberat a pęna.

¶ 2 Pręt. Contrarium non purgatur nisi per suum contrarium: sed pęna non contrariatur pęnæ. ergo per pęnam purgatorij non purgatur aliquis a reatu pęnæ.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. 1. Cor. 3. super illud. Saluus erit sic tamen &c. dicit glo. Ignis iste est tentatio tribulationis, de qua scriptum est. Vasa figuli probat fornax &c. Ecclesiast. 27. ergo homo expiatur ab omni pœna per pœnas huius mundi, saltem per mortem, quæ est maxima pœnarum, & non per purgatorium ignem.

Sed contra. Pœna purgatorij est grauior, quàm pœna quælibet huius mundi, vt supra dictum est: sed per pœnam satisfactoriã, quã aliquis in hac vita sustinet, expiatur a debito pœnæ. ergo multo fortius per pœnam purgatorij.

Vlterius. Videtur quòd ab illa pœna vnus non liberetur alio citius. Quanto enim grauior est culpa, & maior reatus, tãto acerbior pœna imponitur in purgatorio: sed quæ est proportio pœnæ acerbioris ad culpam grauiorem, eadem est proportio pœnæ leuioris ad culpam leuiorem. ergo ita cito liberatur vnus a pœna illa, sicut alius.

¶ 2 Præt. Inæqualibus meritis adduntur inæquales retributiones & in cælo, & in inferno quantum ad durationem. ergo videtur esse similiter in purgatorio.

Sed contra est similitudo Apostoli, qui differentias venialium per lignum, fœnum, & stipulam significauit: sed cõstat quòd lignum diutius manet in igne, quàm fœnum, & stipula. ergo vnum peccatum veniale diutius punitur in purgatorio, quàm aliud.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd quidam dixerunt, quòd post hanc vitam non dimittitur aliquod peccatum quo ad culpam, & si cum mortali culpa quis decedat, damnatur, & remissionis capax non est: non autem potest esse quòd cum veniali decedat sine mortali, quia ipsa gratia finalis culpam purgat venialem. Veniale enim peccatum contingit ex hoc q; aliquis Christum habens in fundamento, nimis aliquod temporale diligit, qui quidem excessus ex concupiscentiæ corruptione contingit: vnde si gratia omnino concupiscentiæ corruptionem vincat, sicut in beata Virgine fuit, nõ manet aliquis locus venialis: & ita cum in morte omnino diminuatur, & annihiletur ista concupiscentia, potentiæ animæ totaliter gratiæ subiiciuntur, & veniale expellitur. Sed hæc opinio friuola est & in se, & in causa sua: in se quidem, quia dictis sanctorum & euangelij aduersatur, cuius dicta nõ possunt exponi de remissione venialium quãtum ad pœnam, vt magister in litera dicit, quia sic tam leuia, quàm grauia in futuro dimittuntur. Greg. autem leues culpas tantum post hanc vitam remitti perhibet. Nec sufficit quòd dicunt, quòd hic dicitur specialiter de leuibus, ne putetur nihil graue pro eis nos passuros: quia remissio pœnæ magis aufert grauitatem pœnarum quàm ponat. Quantum ad causam autẽ friuola apparet, quia defectus corporalis qualis est in vltimo vitæ, non aufert concupiscentiæ corruptionem, vel diminuit quantum ad radicẽ, sed quantum ad actum: sicut patet etiam de illis qui grauiter infirmantur. Nec iterum tranquillat potentias animæ, vt eas gratiæ subiiciat, quia tranquillitas potentiarum & subiectio earum ad gratiam est, quando inferiores vires obediunt superioribus, quæ legi dei condelectantur, quod in statu illo esse nõ potest, cum actus vtrarumque impediatur, nisi tranquillitas dicatur priuatio pugnæ, sicut etiam in dormientibus accidit: nec tamen propter hoc somnus dicitur concupiscentiam diminuere, aut vires animæ tranquillare, aut eas gratiæ subdere. Et præterea, dato quòd concupiscentiam radicaliter diminueret defectus ille, & vires animæ subderet gratiæ, adhuc hoc nõ sufficeret ad purgationem culpæ venialis iam cõmissæ, quàmuis sufficeret ad vitationem futuræ: quia culpa actualis etiam venialis non dimittitur sine actuali contritionis motu, vt supra dist. 16. dictum est, quantumcumque habitualiter intendatur. Contingit autem quandoque quòd aliquis dormiens moritur in gratia existens, qui cum veniali aliquo obdormiuit, &

nibus venialibus pæniteat. Potest enim quis de omni mortali, & de omni veniali pænitere excepto vno, vel pluribus venialibus quidem, sicut habet quis charitatem, & vnum, vel plura venialia, quod de criminalibus nullatenus esse potest. Est enim aliquis bonus charitatem habens, sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hęc sæcularia. Talis existens subita morte opprimitur: in illo terreno affectu mortuus est, & tamen saluabitur, a quo non se hic absoluit. ergo post hanc vitam ab illo * purgabitur. Constat ergo quædã peccata, sed leuia post hanc vitam dimitti. Si vero de pœna peccati illud intelligi voluissent authores, cur magis cõmemorassent læuia, q̃ grauia, cum etiam grauium pœna hic inexpleta post hanc vitam restet?

De generali confessione, quid prosit.

B

Post hæc considerandũ est, quid prosit confessio illa vbi singula peccata quæ quisq; fecit, non exprimuntur. Sane dici potest, quòd omnia criminalia semel saltem oportet in confessione exprimi, nisi aliqua a mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit omnia, generaliter saltem ea confitere, quorũ memoriam non habes, & sic nihil cælasti de sceleribus tuis. Venialia

A talis non potest actum cõtritionis habere de veniali ante mortem. Non potest dici, vt dicunt, quòd si non pænituit actu, vel proposito in generali, vel speciali quòd sit versum in mortale propter hoc, quòd veniale fit mortale dum placet, quia non quælibet placentia venialis facit peccatum mortale, alias omne veniale esset mortale, quia quodlibet veniale placet, cum sit voluntarium: sed talis placentia, quæ ad fruitionem spectat, in qua omnis humana peruersitas consistit, dum rebus vtendis fruimur, vt Augustinus dicit, (Ex lib. 1. doct. chr. cap. 3. 4. 31. & 33.) & sic placẽtia illa, quæ facit peccatum mortale, est actualis placentia, quia omne peccatum mortale in actu consistit. Potest autem contingere, quòd aliquis postquàm veniale peccatum cõmisit, nihil actualiter cogitet de peccato vel dimittendo, vel tenendo: sed cogitat forte quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, & in hac cogitatione obdormiat, & moriatur, vnde patet quòd hæc opinio omnino irrationalis est. Et ideo cum aliis dicendum, quòd culpa venialis in eo qui cum gratia decedit, C post hanc vitam dimittitur per ignem purgatorium, quia pœna illa aliqualiter voluntaria virtute gratiæ habebit vim expiandi culpam omnem, quæ simul cum gratia stare potest.

Ad primum ergo dicendum, q; glo. loquitur de peccato mortali. Vel dicendum q; quàmuis in hac vita non corrigatur in se, corrigitur tamen in merito: quia hic homo meruit, vt ibi illa pœna sit meritoria sibi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum veniale contingit ex corruptione fomitis, qui in anima separata in purgatorio existente non erit, & ideo non poterit peccare venialiter: sed remissio culpæ venialis est ex gratia informata, quæ in purgatorio erit in anima separata, & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd venialia nõ variant statum hominis, quia neque tollunt, neque diminuunt charitatem, secundum quam mensuratur quantitas gratuitæ bonitatis animæ: D & ideo per hoc quòd venialia dimittuntur, vel cõmittuntur, talis manet anima qualis prius.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd post hanc vitam non potest esse meritum respectu præmij essentialis: sed respectu alicuius accidentalis potest esse, quãdiu manet homo in statu viæ aliquo modo: & ideo in purgatorio potest esse actus meritorius quantum ad remissionem culpæ venialis. (D. 889)

¶ Ad quintum dicendum, q; quàmuis veniale ex pronitate fomitis contingat, tamen culpa in mente consequitur: & ideo etiam destructo fomite culpa adhuc manere potest.

Ad secundam quæstionem dicendum, q; quicumq; est debitor alicuius, per hoc a debito absoluitur, quòd debitum soluit: & quia reatus nihil est aliud, q̃ debitũ pœnæ per hoc q; aliquis pœnam sustinet, quam debebat, a reatu absoluitur: & secundum hoc pœna purgatorij a reatu purgat.

E Ad primum ergo dicendũ, quòd reatus quàmuis non importat fœditatem quantum in se est, tamen habet ordinem ad fœditatem ex causa sua.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœna quàmuis non contrarietur pœnæ, tamen contrariatur reatui ad pœnam, quia ex hoc manet obligatio ad pœnam, quòd pœnam non sustinuit quam debebat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in eisdem verbis sacræ scripturæ latet multiplex intellectus: vnde & ille ignis potest intelligi tribulatio præsens, vel pœna sequens, & per vtramque venialia purgari possunt: sed quòd mors naturalis ad hoc non sufficiat, supra dictum est.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd quædam venialia sunt maioris adhærentiæ, quàm alia, secundum quod affectus magis ad ea inclinatur, & fortius in eis figitur: & quia ea quæ sunt maioris adhærentiæ tardius purgan- (dist. 20. ar. 1. q. 3. ad 3. D. 397)

tur, ideo quidam in purgatorio diutius quàm alij torquentur, secundum quod affectus eorum ad venialia fuit magis immersus.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd acerbitas pœnæ proprie respondet quantitati culpæ; sed diuturnitas respondet radicationi culpæ in subiecto: vnde potest cõtingere quòd aliquis diutius moretur, qui minus affligitur, & econuerso.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum mortale, cui debetur supplicium inferni, & charitas cui debetur præmiũ paradisi post hanc vitam radicãtur immobiliter in subiecto, & ideo quantum ad omnes est eadem diuturnitas vtrobique: secus autem est de peccato veniali, quod in purgatorio punitur, vt ex dictis patet.

In Hypognosticon. lib. 5. fere in prin.

Præsenti artic. q. 1.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de confessione generali.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum virtute cõfessionis generalis venialia delean tur quo ad culpam.
¶ Secũdo, Vtrum peccata mortalia oblita.
¶ Tertio, Vtrum aliquis possit licite confiteri peccata, quæ non fecit.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum per confessionem generalem, quæ fit in Completorio, & Prima dimittantur venialia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ per confessionem generalem, quæ fit in Completorio, & Prima, non dimittantur venialia. Confessio enim qua dimittuntur peccata, est quoddam sacramẽtale: sed illa generalis confessio non est sacramentalis, quia potest fieri etiam non sacerdoti. ergo nõ valet ad peccatorum venialium dimissionem.

¶ 2 Præt. Confessio per hoc ordinatur ad peccatorum dimissionem, inquantum per eam peccata confitentis manifestantur: sed post confessionem generalem ita remanerent occulta peccata confitentis respectu eius cui fit cõfessio, sicut & prius, tum quia quandoque ille cui fit confessio, nõ potest distinguere voces singulorum, quando plures simul generalem confessionem faciunt: tum quia in illis generalibus quæ in confessione generali dicuntur, non est aliquis qui non peccet. ergo confessio generalis non valet ad dimissionem venialium.

¶ 3 Præt. Contritio directius ordinatur ad remissionem culpæ quàm confessio: sed contritio generalis non sufficit ad remissionem venialium, quia quandoque cum generali contritione simul stat habitualis placentia alicuius venialis, ergo multo minus confessio generalis peccata venialia quo ad culpam delet.

¶ 4 Præt. Si dixerimus q̃ peccatum non habemus, nosipsos seducimus, vt dicitur 1. Io. 1. sed aliqui qui non habent peccata mortalia frequenter confessionem generalem faciunt, si ergo talis confessio sufficit ad delendum venialia, frequẽter sunt sine peccato aliquo, qđ videtur esse contra authoritatẽ inductã.

SED CONTRA, Nihil in ecclesia frustra agitur: sed post generalem confessionem sequitur secundũ vsum ecclesiæ oratio, qua sacerdos dimissionem peccatorum confitentibus precatur. ergo confessio generalis valet ad dimissionem peccatorum saltem venialium.

¶ 2 Præt. Sacerdos accedens ad Missam celebrandam confessionẽ generalẽ facit, vt purius accedat; sed hoc nõ esset si talis confessio nõ purgaret. ergo purgat saltem a peccatis venialib⁹.

RESPON. Dicendum, q̃ ista est ratio, quare per infusionem gratiæ & charitatis peccata venialia non dimittantur, quia non opponuntur charitati quantum ad habitum, sed magis quantum ad actum eius, quem impediunt, vel retardant: & ideo quando actus charitatis contra venialia dirigitur, ea quasi suo contrario delet. Nec oportet q̃ contra singulum eorum actus charitatis feratur ad eorum deletionem: quia nullũ eorum de se habet specialem rationem, qua charitati aliquo modo contrarietur, sicut est de peccatis mortalibus, sed omnia secundũ vnam rationem disponũt ad contrarium charitatis, inquantum nimis temporalib⁹ reb⁹ inhæretur. Vnde cum cõfessio generalis fit actus ex charitate procedẽs in eo qui charitatẽ habet in venialia directus, constat q̃ valet ad venialiũ peccatorum dimissionem quantum ad culpã, & quandoq; quantum ad pœnã, tanta potest devotio confitentis adesse.

Pſal. 68.

Pſalm. 50.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ confessio generalis quãdoque est sacramẽtalis, & quandoq; non. Sacramentalis quidẽ est quando aliquis in secreto sacerdoti confitetur quædã quæ meminit, & alia venialia in generali: & tunc illa generalis confessio ex quatuor habet, q̃ valeat ad remissionem venialium quantum ad cũlpam, & etiã pœnam vel in parte, vel in toto, scilicet ex contritione confitentis, ex humilitate confessionis, ex oratione sacerdotis, inquantum est quædam persona, ex vi clauium. Quando autem fit publice coram multis, & cũ multis in ecclesia, non est sacramentalis, vnde tunc habet efficaciã ex tribus primis, & non ex quarto: & propter hoc etiam non subiungitur in Prima & Completorio absolutio; nec satisfactio nis iniunctio, sed solum oratio Misereatur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ratio illa procedit de confessione sacramentali, quæ iudicium sacerdotis expectat, & ideo requiritur aliqualis peccatorum manifestatio.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ contritio generalis sufficit ad peccatorum venialium dimissionem quo ad culpã, sed illud quod habitu retinetur, in effectu excluditur ab illa generalitate, vnde illud non deletur per talem contritionem, neq; etiam per generalem confessionem.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ non fuit intentio Apostoli dicere, q̃ non sit aliquod momentum, in quo homo non sit sine peccato quo ad culpam: sed quia ista vita a nullo sine peccato agitur, & quia etiam dimissa culpa reatus aliquis manet.

ARTICVLVS II.

b Vtrum confessio generalis sufficiat ad delendum peccata mortalia oblita.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ confessio generalis nõ sufficiat ad delendum peccata mortalia oblita. Peccatum enim quod per confessionem deletum est, nõ est necesse iterum confiteri. si ergo peccata oblita per confessionẽ generalem dimitterentur, non esset necessarium q̃ cum ad notitiam redeunt, aliquis ea confitereturꝰ.

¶ 2 Præt. Quicũq; est conscius alicuius peccati, vel nõ habet peccatũ, vel est oblitus sui peccati. si ergo per generalẽ cõfessionẽ factã peccata oblita mortalia dimittunt, qcũq; nõ est sibi cõscius de aliquo peccato mortali qñcumq; generalẽ cõfessionẽ facit, põt esse certꝰ q̃ sit ĩmunis a pctõ mortali, qđ est 3 Apost. 1. Cor. 4. Nihil mihi cõscius sum, sed nõ in hoc iustificatꝰ sum.

¶ 3 Præt. Nullus ex negligẽtia reportat cõmodum: sed nõ põt esse sine negligentia, q̃ aliquis peccatum mortale obliuiscatur antequàm ei dimittatur. ergo nõ reportat ex hoc tale commodum, q̃ sine speciali confessione de peccato ei dimittatur.

¶ 4 Præt. Magis est elongatũ a cognitione cõfitẽtis illud qđ est oĩno ignoratũ, q̃ illud cuius est oblitus: sed peccata per ignorãtiam cõmissa generalis confessio non delet, quia tunc hæretici qui nesciunt aliqua peccata, in qbus sunt, esse peccata, aut etiã aliqui simplices, per generalẽ confessionẽ absoluerentur, quod falsum est, ergo generalis cõfessio non tollit peccata oblita.

SED CONTRA, Psal. 31. Accedite ad eũ, & illuminamini, & facies vestræ non cõfundentur: sed ille qui confitetur ea q̃ scit,

scit, accedit ad deũ quantũ põt, plus ađit ab eo requiri nõ põt. ergo nõ confunditur vt repulsam patiatur, sed veniã cõsequit.

¶ 2 Præt. Ille qui confitetur, veniam cõsequitur, nisi sit fictus: sed ille qui confitetur omnia peccata quæ in memoria habet, & oblitus est aliquorũ, non ex hoc est fictus, quia ignorantiam facti patitur, quæ a peccato excusat. ergo veniam cõsequitur, & sic peccata oblita sibi relaxant, cũ impiũ sit a deo dimidiã sperare veniã, vt supra dist. 15. magister dicit.

RESPON. Dicendum, q̃ cõfessio operatur præsupposita contritione, quæ culpam delet, & sic ordinatur confessio directe ad dimissionem pœnæ: quod quidem facit & ex erubescẽtia quam habet, & ex vi clauium cui se confitens subiicit. Contingit autem quandoq; q̃ per contritionem præcedentẽ peccatum aliquod deletum est quo ad culpã siue in generali, si eius tunc memoria non habeatur: siue in speciali, & tamen ante cõfessionem aliquis illius peccati oblitus est, & tunc confessio generalis sacramentalis operatur ad dimissionem pœnæ ex vi clauium, quibus se confitens subiicit nullum obstaculum quantum in ipso est ponens: sed ex illa parte qua erubescentia confessionis peccati pœnam minuebat, pœna ipsius, de qua quis specialiter coram sacerdote non erubuit, non est diminuta.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ in sacramentali confessione non solum requiritur absolutio, sed iudicium sacerdotis satisfactionẽ imponentis expectatur: & ideo quàmuis iste absolutione sit functus, tamen tenetur confiteri vt suppleatur qđ defuit sacramentali confessioni.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ confessio nõ operatur, vt dictũ est, niſi contritione præsuppositã, de qua quando vera fuerit, non potest aliquis scire: sicut nec scire potest an gratiã habeat per certitudinem. Et ideo scire non potest, vtrum per confessionem generalem sit sibi peccatum oblitum dimissum per certitudinem, quàmuis possit per coniecturas aliquas æstimari, de quibus supra dist. 9. dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ iste non reportat commodum ex negligentia, quia non ita plenam remissionem consequitur, sicut alias consecutus fuisset: nec tãtum meretur, & tenetur iterum confiteri, cum ad memoriam peccatum reduxit.

¶ Ad quartum dicendũ, q̃ ignorantia iuris non excusat, quia ipsa peccatum est: sed ignorãtia facti excusat. Vnde aliquis de hoc, q̃ non confitetur peccata, quæ nescit esse peccata, propter ignorantiam iuris diuini, non excusatur a fictione: excusaretur autem si nesciret ea esse peccata propter ignorantiam particularis circunstantiæ, vt si cognouit alienam, quã credidit esse suam: sed obliuio de actu peccati habet ignorantiam facti, & ideo excusat a peccato fictionis in confessione, quod fructum absolutionis, & confessionis impedit.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliquis licite possit confiteri peccatum quod non habet.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis licite possit confiteri peccatum quod nõ habet, quia sicut dicit Grego. Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est. ergo ad bonam mentem pertinet, vt de illis culpis se accuset, quas non commisit.

¶ 2 Præt. Aliquis per humilitatem se reputat deteriorem aliquo qui est manifestus peccator, & in hoc cõmendandus est: sed quod corde quis æstimat, licet ore confiteri. ergo licite potest se confiteri habere gratius peccatum quàm habeat.

¶ 3 Præt. Aliquis quandoq; dubitat de aliquo peccato, vtrum sit mortale, vel veniale, & talis debet, vt videtur, de illo cõfiteri vt de mortali. ergo aliquis debet confiteri aliquod peccatum quod non habet.

¶ 4 Præt. Satisfactio ex confessione ordinatur: sed aliquis potest satisfacere de peccato quod non commisit. ergo potest etiam confiteri peccatum quod non fecit.

SED CONTRA. Quicumq; dicit se feciſſe quod non fecit, mentitur: sed nullus in cõfessione mentiri debet, cũ omne mẽdaciũ sit pctũ. ergo null⁹ debet cõfiteri pctũ qđ non fecit.

¶ 5 Præt. In iudicio exteriori non debet aliquod crimen alicui ĩpingi, quod non potest per testes idoneos probari: sed testis in foro pœnitentiæ est conscientia. ergo aliquis non debet se accusare de peccato, quod conscientia sua non habet.

RESPON. Dicendum, q̃ per confessionem debet pœnitens se confessori suo manifestare Ille autem qui aliud de se sacerdoti loquitur, quàm sua cõscientia habeat siue in bonum, siue malum non se sacerdoti manifestat, sed magis occultat, & ideo non est idonea cõfessio: sed ad hoc q̃ sit idonea, requiritur q̃ os cordi concordet, vt solum hoc os accuset, quod conscientia tenet.

De verbis apoſto. ſer. 31. in med.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ agnoscere culpam vbi non est, potest esse dupliciter. Vno modo, vt intelligatur quantum ad substãtiam actus, & sic non est verum: non enim ad bonam mentem pertinet, sed ad errantem, vt se actum aliquem cõmisisse cognoscat, quem non commisit. Alio modo, quantum ad conditionem actus, & sic verum est quod Greg. dicit, quia iustus in actu qui de se bonus videtur, formidat ne aliquis defectus ex parte sua fuerit, & sic dicitur Iob 9. Verebar omnia opera mea: & ideo ad bonam mentem etiam pertinet, vt hanc formidinem quam corde tenet, lingua accuset.

Lib. 9. moral. c. 27.

¶ Et per hoc patet solutio ad secũdum, quia iustus qui est vere humilis, non reputat se deteriorem quantum ad perpetrationem actus, qui sit peior ex genere: sed timet ne in his, quæ bene agere videtur, per superbiam grauius delinquat.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quando aliquis dubitat de aliquo peccato, an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione mentis: quia qui aliquid committit, vel omittit, in quo dubitat esse mortale peccatum, peccat mortaliter discrimini se committens. Et similiter periculo se committit, qui de hoc quod dubitat esse mortale, negligit confiteri: non tamen debet asserere illud esse mortale, sed cum dubitatione loqui, & iudicium sacerdotis expectare, cuius est discernere inter lepram, & lepram.

D. 384

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex hoc quòd homo satisfacit pro peccato, quod non commisit, non incurrit mendacium: sicut cum quis confitetur peccatum quod dnõ credit se fecisse. Si enim dicat peccatum quod nõ fecit, tamen credit se fecisse, non mentitur: & ideo non peccat si eo modo dicat, sicut est in corde suo.

D. 867

QVAESTIO III.

C

Deinde quæritur de sigillo confessionis.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum in quolibet casu teneatur homo cælare ea quæ sub sigillo confessionis habet.
¶ Secundo, Vtrum possit alij reuelare de licentia confitentis.
¶ Tertio, Vtrum teneatur ea cælare, si etiam alias ea nouit.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum in quolibet casu teneatur sacerdos cælare peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ non in quolibet casu teneatur cælare sacerdos peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit, quia sicut dicit Bernard. Quod est institutum pro charitate, contra charitatem non militat: sed cælatio confessionis in aliquo casu contra charitatem militaret: sicut si aliquis in confessione scit aliquem hæreticum, quem non potest inducere ad hoc, quòd desistat a corruptione plebis: & similiter de illo qui scit per confessionem affinitatem esse inter aliquos qui contrahere volunt. ergo talis debet confessionem reuelare.

Quol. 12. q. 17. Tract. de præcepto, & dispensa. fere in prin.

¶ 2 Præt. Id ad quod quis obligatur ex præcepto ecclesiæ tantum, non est necesse obseruari mandato ecclesiæ in contrariũ facto: sed cælatio confessionis introducta est ex statuto ecclesiæ tantum. si ergo per ecclesiam præcipiatur, quòd quicumq; scit aliquid de tali peccato, dicat, ille qui scit per confessionem dicere debet.

¶ 3 Præt. Magis debet homo seruare conscientiam suam, q̃ famam alterius, quia charitas ordinata est: sed aliquando aliquis peccatum cælans incurrit propriæ conscientiæ damnum, sicut cum in testimonium adducatur pro peccato illo, & iurare cogitur de veritate dicenda; vel cum aliquis Abbas scit per confessionẽ alicuius prioris sibi subiecti peccatum, cuius occasio inducit ipsum ad ruinam, si ei prioratum dimittat, vnde debet ei auferre propter debitum pastoralis curæ, auferẽdo autẽ videtur cõfessionẽ publicare.

quod es, dicas. Nam quomodo est veritas, vbi regnat falsitas?

De pœnis sacerdotis, qui peccatum publicat confitentis.

C

CAVEAT aũt sacerdos ne peccata confitentiũ aliis prodat, alioquin deponatur. Vnde Greg. Sacerdos ante omnia caueat, ne de his quæ ei confitentur, peccata alicui recitet, non ꝑpinquis, nõ extraneis, nec quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat. Quod vero dictum est, vt pænitens eligat sacerdotem scientem ligare & soluere, videtur contrarium ei quod in canonibus reperitur, vt nemo scilicet alterius parochianum iudicare præsumat. Sed aliud est fauore, vel odio proprium sacerdotem contemnere, quod canones prohibent: aliud cæcum vitare, quod Vrbanus facere monet, ne si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadant. Ait enim Vrbanus secundus. Placuit, vt nulli sacerdotum deinceps liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad pænitentiam suscipere sine eius consensu, cui se prius commisit, nisi pro ignorantia illius cui prius confessus est. Qui vero contra hoc facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit.

De pænitẽ. dist. 6. c. Sacerdos.

9. q. 2. cap. Nullus.

¶ 4 Præt. Aliquis sacerdos per confessionem alicuius, quã audit, potest accipere conscientiam, ꝙ sit prælatione indignum: sed quilibet tenetur contradicere promotioni indignorum, si sua interfit: cum ergo contradicendo suspitionem inducere videatur de peccato, & sic quodammodo confessionem reuelare, videtur quòd oporteat quãdoq; confessionem reuelare.

Cap. Omnis vtriusq; sexus. §. Caueat.

SED CONTRA est, quod dicit decret. de pænit. & remis. Caueat sacerdos ne verbo, vel signo, vel alio quouis modo prodeat aliquatenus peccatorem.

¶ 2 Præt. Sacerdos debet deo cuius est minister, conformari: sed deus peccata, quæ per confessionem panduntur, non reuelat, sed tegit. ergo nec sacerdos reuelare debet.

II VLTERIVS. Videtur quòd sigillum confessionis se extendat ad alia, q̃ illa q̃ sunt de confessione, quia de confessione non sunt nisi peccata: sed aliqñ aliquis cũ peccatis multa alia narrat, q̃ ad confessionẽ nõ pertinẽt. ergo cũ ea sacerdoti dicãtur vt deo, vr̃ ꝙ ad illa etiam sigillũ confessionis se extendat.

¶ 2 Præt. Aliquando aliquis dicit alicui aliquod secretum, & ille recipit sub sigillo confessionis. ergo sigillum cõfessionis se extendit ad illa quæ non sunt de confessione.

SED CONTRA. Sigillum cõfessionis est aliquid annexũ sacr̃ali confessioni: sed ea quæ sunt annexa alicui sacr̃o non se extendunt vltra sacr̃m illud. ergo sigillum confessionis non se extendit nisi ad ea, de quibus est sacramentalis confessio.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ non solũ sacerdos sigillũ cõfessionis habeat, quia aliqñ aliqs cõfitetur sacerdoti per interpretẽ necessitate vrgente: sed interpres ẽt tenetur confessionẽ cælare. ergo etiã non sacerdos aliqd sub sigillo cõfessionis habet.

¶ 2 Præt. Aliquãdo aliquis in casu necessitatis potest laico cõfiteri: sed ille tenetur peccata cælare, cum sibi dicãtur sicut deo. ergo non solum sacerdos sigillum confessionis habet.

¶ 3 Præt. Aliquando aliquis se sacerdotem fingit, vt conscientiam alicuius exploret per hanc fraudem, & ille etiam, vt videtur, peccat si confessionem reuelet. ergo non solus sacerdos sigillum confessionis habet.

SED CONTRA est, quòd solus sacerdos est minister huius sacramenti: sed sigillum confessionis est annexum sacramento. ergo solus sacerdos habet sigillum confessionis.

¶ 2 Præt. Homo tenetur ea quæ in confessione audit, cælare, quia nescit ea vt homo, sed vt deus: sed solus sacerdos est minister dei. ergo ipse solus tenetur occultare.

RESPON. Dicẽdum ad primam quæstionem, ꝙ in sacris ea quæ exterius geruntur, sunt signa rerũ quæ interius contingunt: & ideo confessio qua quis sacerdoti se subiicit, signũ est interioris qua quis deo subiicitur, deus autem peccatum illius qui se sibi subiicit, per pænitentiam tegit, vnde & hoc oportet in sacramento pænitentiæ signari. Et ideo de necessitate sacramenti est, quòd quis confessionem cælet, & tamquàm violator sacramenti peccat qui reuelat, & præter hoc sunt aliæ vtilitates huius cælationis, quia per hoc homines ad confessionem magis attrahuntur, & simplicius peccata confitentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ sacerdos non tenetur seruare sub sigillo confessionis, nisi peccata, de quibus pænitẽs emendare promittit, alias põt ea dicere ei qui põt prodesse, non obesse. Sed hæc opinio vr̃ erronea, cũ sit cõtra veritatem sacr̃i. Sicut. n. baptismus est sacr̃m, quàmuis quis fictus accedit, nec est mutandum pp hoc aliquid de essentialibus sacr̃i: ita cõfessio non desinit esse sacr̃alis, quàmuis ille qui confitetur emendationem nõ proponat, & ideo nihilominus sub occulto tenendum est. Nec tamen sigillum confessionis cõtra charitatẽ militat, quia charitas non requirit ꝙ apponatur remedium peccato qđ homo nescit. Illud aũt qđ sub confessione scitur, est quasi nescitũ, cũ nesciat vt homo, sed vt deus: tñ aliquod remediũ adhibere debet in ꝓdictis casibus quantũ potest sine confessionis reuelatione, sicut monẽdo eos qui cõfitentur, & aliis diligentiã apponẽdo ne corrũpant ꝑ hæresim. Põt etiã dicere prælato, ꝙ diligẽtius inuigilet super gregẽ suũ, ita tñ ꝙ nõ dicat aliqd, per qđ verbo, vł nutu cõfitẽtẽ ꝓdat.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ꝓceptũ de cõfessione seruãda cõsequitẽ ipsum sacr̃m: & ideo sicut ꝓceptũ de cõfessione sacr̃ali facienda est de iure diuino, & nõ põt aliqua dispensatione, vel iussione humana hõ ab eo absolui: ita nullus ad reuelationem confessonis potest ab homine cogi, vel licentiari. Vnde si præcipiatur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ꝙ dicat si aliquid scit de peccato, nõ debet dicere: quia debet æstimare, ꝙ intentio præcipientis sit, si sciat vt homo, si etiam exprimeret de confessione interrogans, non deberet dicere, nec excõicationem incurreret, quia nõ est subiectus superiori suo nisi vt homo: hoc aũt nescit vt homo, sed vt deus.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ homo non adducitur in testimoniũ nisi vt homo, & ideo absq; læsione conscientiæ potest iurare se nescire quod scit tãtum vt deus. Similiter autem absq; læsione conscientiæ potest prælatus impunitum dimittere peccatum quod scit vt deus, vel sine aliquo remedio, quia non tenetur adhibere remedium, nisi eo modo quo ad ipsum defertur: vnde in his quæ deferuntur ei in foro pænitẽtiæ, in eodẽ foro debet quantũ põt adhibere remediũ, vt Abbas in casu ꝓdicto admoneat eum, vt prioratũ resignet: vel si noluerit, põt ex aliqua alia occasione absoluere a cura prioratus, ita tamen ꝙ omnis suspitio vitetur de confessionis reuelatione.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ex multis aliis causis aliquis redditur indignus ad ꝑlationis officiũ, quàm ex peccato, sicut ex defectu scientiæ, vel ætatis, vel alicuius huiusmodi: & ideo qui ꝯdicit nec suspitionẽ de crimine facit, nec cõfessionẽ reuelat.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ sigillum confessionis non directe se extẽdit, nisi ad illa quæ cadunt sub sacramentali confessione, sed indirecte id quod non cadit sub sacr̃ali confessione etiã ad confessionis sigillum pertinet: sicut illa per quæ posset peccator, vel peccatum deprehendi, nihilominus etiã illa summo studio sunt cælanda, tum pp scandalũ, tum pp pronitatem quæ ex consuetudine accidere posset.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo non de facili debet recipere aliquid hoc modo, si tamen recipiat ex promissione tenetur hoc modo cælare, ac si in confessione haberet, quàmuis sub sigillo confessionis non habeat.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sigillum cõfessionis competit sacerdoti, inquantũ est minister huius sacramenti, quod nihil est aliud, quàm debitum confessionẽ cælandi, sicut clauis est potestas absoluendi: tamen sicut aliquis qui non est sacerdos in aliquo casu participat aliquid de actu clauis, dum confessionem audit propter necessitatem: ita etiã participat de actu sigilli confessionis, & tenetur cælare, quàmuis proprie loquendo, sigillum confessionis non habeat.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

Vtrum de licentia pænitentis possit sacerdos peccatum quod sub sigillo confessionis habet, alteri prodere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ de licentia pænitentis non possit sacerdos peccatum quod sub sigillo confessionis habet, alteri prodere. Quod non potest superior, non potest inferior: sed Papa non posset aliquem licentiare, vt peccatum quod scit in confessione, alteri diceret. ergo nec ille qui confitetur, potest ipsum licentiare.

¶ 2 Præt. Illud quod est institutum propter bonum cõmune, non potest ex arbitrio vnius mutari: sed cælatio confessionis est instituta propter bonum totius ecclesiæ, vt homines confidentius ad confessionem accedant. ergo ille qui confitetur, nõ potest licentiare sacerdotem ad dicendum.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Si posset sacerdos licentiari, videretur dari pallium malitiæ malis sacerdotibus, quia possent prætendere sibi licentiam datam, & sic impune peccarent, quod non est conueniẽs. ergo videtur ꝙ non possit a confitente licentiari.

¶ 4 Præt. Ille cui iste reuelabit, non habebit hoc sub sigillo confessionis, & sic poterit publicari peccatum quod iam deletum est, quod nõ est conueniens. ergo non potest licentiare.

SED CONTRA. Superior potest remittere peccatorem cum literis ad inferiorem sacerdotem de voluntate ipsius. ergo de voluntate confitentis potest alteri peccatum reuelare.

¶ 2 Præt. Qui potest aliquid facere per se, potest etiam per alterum facere: sed cõfitens potest per se peccatum suum quod fecit reuelare. ergo potest internuntium sacerdotem facere.

RESPON. Dicendum, quòd duo sunt propter quæ sacerdos tenetur peccatum occultare. Primo & principaliter, quia ipsa occultatio est de essentia sacramenti inquantum scit illud vt deus, cuius vicem gerit ad confessionem. Alio modo, ꝑpter scandalum vitandum, põt autem pænitẽs facere, vt illud quod sacerdos sciebat vt Deus, sciat etiam vt homo: quod facit dum eum licentiat ad dicendum, & ideo si dicat, non frangit sigillũ confessionis: tamen debet cauere scandalum dicendo, ne fractor sigilli prædicti reputetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Papa non potest licentiare eum vt dicat, quia non potest facere vt sciat vt homo, quod potest qui confitetur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non tollitur illud quod est propter bonum commune institutum, quia sigillum confessionis non frangitur, quia dicitur quod alio modo scitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc non datur aliqua impunitas malis sacerdotibus, quia imminet eis probatio, si accusantur quod de licentia confitentis reuelauerunt.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ille ad quem notitia peccati deuenit mediante sacerdote ex voluntate confitentis participat in aliquo actum sacerdotis: & ideo simile est de eo, & de interprete, nisi forte peccator velit ꝙ ille absolute sciat, & libere.

ARTICVLVS III.

Vtrum illud quod quis scit per confessionem, & alio modo, nullo modo possit reuelare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur qđ illud qđquis scit per confessionem, & alio modo, nullo modo possit reuelare. Non enim frangitur sigillum confessionis, nisi dum peccatũ quod in cõfessione audiuit, qualitercumq; aliter sciat, sigillum confessionis frangere videtur.

¶ 2 Præt. Quicumq; cõfessionem alicuius audit, ei obligatur, ad hoc ꝙ peccata ipsius non reuelet: sed si aliquis alicui promitteret tenere priuatum quod ei dicitur, quãtũcumq; postea sciret, deberet priuatum tenere. ergo quod in confessione quis audit, quantumcumq; alias sciatur, debet priuatum haberi.

¶ 3 Præt. Duorum, quod est altero potentius, trahit ad se reliquum: sed scientia qua scit peccatum vt deus, est potentior & dignior illa, qua scit vt homo. ergo trahit ad se eam, & ita non poterit reuelari, ẜm quod scientia qua scit vt deus exigit.

¶ 4 Præt. Secretum confessionis institutum est ad vitandum scandalum, & vt homines a confessionibus nõ retraherentur: sed si aliquis posset dicere illud quod in confessione audiuit, etiam si alias sciret, nihilominus scandalum sequeretur. ergo nullo modo potest dicere.

SED CONTRA, Nullus potest alium obligare, ad quod non erat obligatus, nisi sit suus prælatus qui obliget eum præcepto: sed ille qui sciebat alicuius peccatum per visum, nõ erat obligatus ad cælandum. ergo ille qui ei confitetur, cum non sit prælatus suus, non potest eum obligare ad cælandum hoc quod sibi confitetur.

¶ 2 Præt. Secundum hoc posset impediri iustitia ecclesiæ, si aliquis vt euaderet sententiam excommunicationis, quæ in ipsum ferenda erat propter aliquod peccatum, de quo conuictus est, confitetur ei qui sententiam ferre debet: sed iustitiæ executio est in præcepto. ergo nõ tenetur cælare peccatũ quod quis in confessione audit, si alias sciat.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim dicunt quòd illud quod aliquis audit in confessione, non potest aliquo modo dicere, si sciat alias siue ante, siue post. Quidam vero dicunt, ꝙ per confessionem præcluditur sibi via ne possit aliquid dicere quod prius sciuit, non aũt quin possit dicere, si postea alio modo sciat. Vtraque autem opinio, dum nimium sigillo cõfessionis attribuit, præiudiciũ veritati & iustitiæ seruandæ facit. Posset enim aliquis ad peccata esse procliuior, si non timeret ab illo accusari cui confessus est, si coram ipso peccatum iteraret. Similiter etiam multum iustitiæ perire poterit, si testimonium ferre non posset aliquis de eo quod vidit propter confessionem de hoc factam. Nec obstat quod quidam dicunt, quòd debet protestari se nõ tenere priuatum hoc, quia hoc non posset protestari, nisi postquàm peccatũ esset sibi dictum, & tunc quilibet sacerdos posset cũ vellet, reuelare peccatum protestationem faciendo, si hoc ipsum ad reuelandum liberum redderet. Et ideo alia opinio est, & verior, quia illud qđ homo aliàs scit siue ante confessionem, siue post, non tenetur cælare quantum ad id quod scit vt homo. Potest enim dicere, scio illud, quia vidi, tenetur tamen cælare illud inquãtum scit vt deus. Non potest enim dicere, ego audiui hoc in confessione, tamen propter scandalum vitandum debet abstinere ne de hoc loquatur, nisi necessitas immineat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando aliquis dicit se vidisse quod in confessione audiuit, non reuelat quod in confessione audiuit, nisi per accidens: sicut qui scit per auditũ, & visum non reuelat quod videt per se loquẽdo, si dicat, se audisse, sed per accidens, quia dicit auditum cui accidit visum esse, & ideo talis sigillum confessionis non frangit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non obligatur audiens confessionem, quòd non reuelet peccatum simpliciter, sed prout est in confessione auditum, nullo enim casu dicere debet se audiuisse in confessione.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intelligendum est de duobus qui habent oppositionem: sed scientia qua scit aliquis peccatum vt deus, & illa qua scit vt homo, nõ sunt opposita, & ideo ratio non procedit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ non debet ita vitari peccatum ex vna parte, ꝙ ex alia iustitia relinquatur. Veritas enim non est propter scandalum dimittenda: & ideo quãdo imminet periculũ iustitiæ & veritatis, non debet dimitti reuelatio eius quod quis in confessione audiuit, si alias scit propter scandalum, dũ tamen scandalum quantum in se est, euitare nitatur.

EXPOSITIO TEXTVS.

NON *redarguo, quia forsitan verum est*, hoc non dicit Aug. quasi dubitans an purgatorium sit, sed an de hoc igne Aposto. intelligat. *Quod omnia criminalia semel saltem &c.* Contra. Contritio non oportet ꝙ sit singillatim de omnibus. ergo nec confessio. Et dicendum, quòd contritio est in conspectu dei, qui vno intuitu omnia videt, sed confessio fit homini, cui oportet singillatim omnia exponi. Et præterea, oportet de omni peccato mortali quod memoriæ occurrit, singulariter dolere, vt prædictum est. *Nisi aliqua frequenter iterata.* Contra. Iteratio non trahit ea extra genus venialium peccatorum. Et dicendum, quòd loquitur quãtum ad dispositionem, quia frequens venialium iteratio disponit ad illam placentiam venialium, in qua cõsistit peccatum mortale, quia secundum quod habitus ex cõsuetudine generatur & augetur, secundum hoc delectatio & pronitas crescit. *Sed aliud est fauore, vel odio &c.* Contra. ergo secundum hoc videtur quòd aliquis possit cui vult confiteri, quando habet sacerdotem ignorantem. Et dicendum, quòd hoc intelligendum est, quando sacerdotis ignorantia posset hominem inducere in errorem, tunc enim de licentia sacerdotis, vel superioris debet alium petere prudentiorem. Quinque tamen casus ponuntur, quibus licet alij cõfiteri quàm proprio sacerdoti sine eius licentia. Primus est, si sit vagabundus: secundus, si mutauit domicilium: tertius, si offendit in aliena parochia: quartus, propter malitiam sacerdotis, si reuelat confessiones, vel incitat ad malum: quintus, in articulo necessitatis.

Vbi supra, I litera magistri.

D 1009.

DIVISIO TEXTVS.

RESTAT determinauit magister de tempore pœnitentiæ, quod concomitatur ipsam pœnitentiã, hic determinat quædam quæ pertinent ad effectũ ipsius, q̃ est remissio peccatorũ, & diuiditur in partes duas. In prima inquirit, vtrum remissio peccatorũ sit irreuocabilis, an peccata dimissa quãdoque redeant. In secũda, quia in quolibet sacramento effectus est res ipsius, inquirit quid sit sacramẽtum, & res in pœnitentia, ibi. *Post prædicta restat inuestigare &c.* Circa primum tria facit. Primo, mouet quæstionem. Secundo, ponit diuersas opiniones circa solutionem ipsius quæstionis, ibi. *Cuius quæstionis solutio &c.* Tertio, opiniones prosequitur, ibi. *Qui uero peccata dicunt &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, prosequitur primam opinionem. Secundo, secundam, ibi. *Sed quia absonum uidetur &c.* Circa primum tria facit. Primo ponit authoritates, quibus confirmatur prima opinio. Secundo obiicit in contrarium, ibi. *Quibus opponitur &c.* Tertio ponitur eorum solutio, ibi. *Sed ad hoc potest dici &c. Post prædicta restat inuestigare &c.* hic inquirit quid sit sacramentum, & quid res in pœnitentia, & circa hoc duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo soluit eam, ibi. *Quidam enim dicunt sacramenta &c.* & diuiditur in partes duas secundum duas opiniones, quas ponit. Secunda incipit, ibi. *Quidam autem dicunt &c.* Circa primum duo facit. Primo narrat opinionem. Secundo narrat obiectiones in cõtrarium, ibi. *Quod si est, non omne sacramentum &c.* & diuidit in partes duas, secundum duas obiectiones, quas ponit. Secunda incipit, ibi. *Item si exterior pœnitentia &c.* & vtraq; diuiditur in obiectionẽ & solutionem, vt per se patet.

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio. I

¶ Prima, De reditu peccatorum.
¶ Secũda, De eo quod est sacramentum, vel res in pœnitẽtia.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum peccata dimissa redeant.
¶ Secũdo, De ingratitudine, per quam peccata redire dicũtur.
¶ Tertio, Quæ peccata per ingratitudinem redire possunt.
¶ Quarto, Vtrum recidiuans teneatur confiteri peccata, de quibus prius confessus fuerat.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum peccata dimißa redeunt in eo qui recidiuat. K

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd peccata dimissa redeũt in eo qui recidiuat. Dicit enim Leo Papa. Quæ diuina misericordia solidauit, in ea renoluit prurigo quantum iterata iniquitas misericordiam concessam exinaniuit. ergo videtur quòd per recidiuum peccata dimissa redeant. 22.q.88. articl.4.

¶ 2 Præt. Remoto operculo apparet quod operiebatur: sed charitas operit multitudinem peccatorum. 1. Pet. 4. ergo remota charitate per peccatum sequens peccata dimissa redeunt.

¶ 3 Præt. Ezech. 18 dicitur, Si auerterit se iustus a iustitia sua, omnes suæ iustitiæ quas fecerat, non recordabuntur. ergo in eodem statu est, ac si nullam iustitiam fecisset: sed si non fecisset iustitiam pœnitentiæ, non essent ei peccata dimissa. ergo dimissio illa annullatur, & si peccata dimissa redeunt.

¶ 4 Præt. Magis peccat qui offendit deũ, q̃ qui offendit hoẽm: sed si aliquis est ab aliquo dño manumissus per offensam in ipsum cõmissam, iterum reducitur in seruitutem. ergo multo fortius si aliquis diuina gratia a seruitute peccati liberatus deum per recidiuum peccau offendat, in pristinam seruitutem reuocatur, & sic peccata dimissa redeunt. F

¶ 5 Præt. Isto quòd aliquis post veram cõtritionem de peccatis præteritis cadat in peccatum, & moriatur statim, cõstat quòd in infernum descendat. ergo de peccatis, quæ ibi punietur, cũ nõ sit sibi pœna totaliter remissa: ibi vero punietur æternaliter, quia in inferno nulla est redemptio. ergo similem reatũ incurrit ei quẽ non habebat, & ita videtur quòd in isto peccata dimissa redeũt, & similis ratio est de illo qui confessus est, & non satisfecit plene. G

¶ 6 Præt. Sicut per pœnitentiam remittuntur peccata, ita per peccatum actuale mortificantur merita præcedentia: sed per pœnitentiam quæ peccatũ destruit, priora merita reuiuiscunt. ergo per peccatum quod pœnitentiam destruit, qua remittebatur peccatum, peccata dimissa reuiuiscunt. H

SED CONTRA. Aug. in lib. de responsionibus Prosperi. Qui recedit a Christo, & alienatus a gratia finit hanc vitam, quid nisi in perditionem vadit? sed non in id quod dimissum est redit, nec originali peccato damnabitur. ergo peccata dimissa non redeunt.

¶ 2 Præt. Eodem peccato & æquali vnus non fit alio deterior: sed contingit innocentem & pœnitentem eodem & æquali peccato mortali peccare. ergo pœnitens non fit deterior per hoc peccatum quàm innocens, fieret autem si peccata dimissa redeant. ergo non redeunt.

¶ 3 Præt. Contrarium non reducit suum contrarium: sed contingit quandoq; q̃ peccatum quod aliquis post pœnitentiã cõmittit, est cõtrarium peccato quod p̃ pnam deletũ est, sicut auritia p̃digalitati. ergo peccatũ sequẽs nõ reducit pctm̃ pcedẽs.

¶ 4 Præt. Nullus incurrit peccati maculam, vel reatum, nisi ex cõmissione ipsius peccati: sed pœnitens antequàm faceret simplicem fornicationem non habebat maculam, vel reatum homicidij, quod sibi iam dimissum erat. ergo nec postea fornicando homicidium committit. ergo non redit homicidium sibi dimissum quantum ad culpam, neque quantum ad reatum. I

RESPON. Dicendum, q̃ aliquo modo redire peccata oportet dicere, qũia authoritates expresse hoc dicunt. Quidam simpliciter hoc concesserunt in omni qui patitur recidiuum, nec fuit intentio eorum dicere, q̃ actus ille peccati idem numero reuocaretur, vel eadem numero macula, quæ prius ablata fuerat per pœnitẽtiam, quia quod omnino in nihilum decidit, idẽ numero resumi non potest: sed ita q̃ sicut per peccata cõmissa aliquis impediebatur ante peractã pnam de eis ne gratiam a deo reciperet, ita eisdem impeditur postquàm a statu pœnitentiæ decidit per peccatum mortale, quo recidiuat. Sic. n. dicitur peccatum mortale quantum ad culpam manere inquantũ ex actu qui iam præterijt, impeditur aliquis a gratiæ receptione, sicut a quodam obstaculo posito inter deum & animam, remitti autem quo ad culpam quando ratione actuum præteritorum aliquis gratia non priuatur. Sed hæc opinio non potest stare, quia ad causandum tenebras vtrumq; duorũ per se sufficit, scilicet dispositio recipientis, & interpositio obstaculi: vnde si tenebræ debeant amoueri, oportet & indispositionem tolli, & obstaculum amoueri, & ita pœnitentia, quæ tenebras peccati tollebat, non solum remouebat indispositionem quæ erat in anima ad gratiam suscipiendam, sed etiam remouebat obstaculum præcedentis peccati, non quidem ita q̃ actus ille non præcesserit, sed q̃ non haberet vim impediendi gratiam actus præcedens, quæ quidem vis prædicto actui restitui non posset, nisi iteretur, quod est impossibile: & ideo non potest dici, q̃ prędicto modo peccata quo ad maculam redeunt. Et ideo alij dixerunt, q̃ nõ redit peccatum dimissum per quodlibet peccatũ sequens, sed per quatuor tantum, s. per odium fraternum, per apostasiã a fide, per cõtẽptum confessionis, per hoc q̃ aliquis dolet

dolet se pœnituisse, vnde fecerunt versus. Fratres odit, apostata fit, spernitque fateri. Pœnituisse piget, pristina culpa redit. Sed hæc opinio minus habet de ratione quàm prima: quia non magis potest assignare causam quare per hæc peccata redeant peccata dimissa, quàm per alia, cum etiam alia contingat quandoq; esse grauiora, nisi quòd ex authoritatibus, & quibusdam rationibus frivolis inducebãtur ad dicendum, quòd per hæc peccata redirent peccata dimissa, & videbatur eis absurdum, q̃ p̃ omne peccatum sequens præcedentia redirent. Nec sufficit quod dicunt, q̃ deus dimittat peccata sub cõditione vitãdi ista quatuor, quia causa sufficiẽs inducit effectũ suũ absolute nihil expectans a futuro: gratia autem & passio Christi, ex cuius virtute sacramenta efficaciam habent, sufficientissime se habent ad omnem culpam delẽdum. Et præterea nulla est ratio quare magis sub ratione vitandi hæc peccata priora remittantur, quàm sub cõditione vitandi alia, cum omne peccatum contrarietur gratiæ, per quam fit remissio peccatorum. Et ideo dicendum est cum aliis, quòd aliquid potest redire dupliciter, vel in se, & sic peccata dimissa nullo modo redeunt quantum ad maculam, & per consequens nec quantũ ad reatum: vel in suo effectu, & hoc modo peccata dimissa redeunt inquantum ex dimissis peccatis aliquid in sequentibus relinquitur. Ex hoc enim q̃ homo deũ per peccatum offendit, post remissionem præcedentium peccatorum quandam deformitatem ingratitudinis actus sequentis peccati acquirit, & ideo dicitur communiter, q̃ redeunt quantum ad ingratitudinem. A

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd misericordia dei, per quam fiebat remissio peccatorũ, ad duo ordinatur. Ad vnũ in præsenti, scilicet remissionem præcedentium peccatorum: & quantum ad hunc effectum non exinanitur per peccatũ sequens. Ad aliud in futuro, scilicet ad vitam æternam consequẽdam, quia gratia, per quam fiebat remissio peccatorũ, faciebat dignum vita æterna: & quantum ad hunc effectum exinanitur per sequens peccatum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd charitas dicitur operire peccata deo qui omnia videt, vnde oportet quòd ea destruat, non quidem faciens vt actus non præcesserit, sed quòd vim impediendi gratiam non habeant: sed coram oculis hominum aliquid potest operiri quod de se manet, & de tali operimẽto obiectio procedebat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd iustitiæ eius non rememorabuntur quantum ad effectum, qui ex eis expectabatur in futuro, quia per eas ad vitam æternam non peruenit: sed rememorabuntur quantum ad hunc effectum, qui est peccata præterita abolere, quem in præsenti faciebant.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis aliquis manumissus reducatur in eandem seruitutem, de qua liberatus fuerat, non tamen vt sit ex eadem causa seruus, ex qua primo fuerat, sed ex alia, scilicet offensa post manumissionem commissa. Et similiter qui recidiuat, reducitur in seruitutem peccati, non tamen vt sit seruus peccati ex actibus peccatorum, ex quibus prius erat, sed ex actu istius peccati sequentis, vnde peccata dimissa non redeunt, sed nouum inducitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd pro illa parte pœnæ quæ sibi dimissa est in cõfessione, vel contritione numquàm punietur, sed pro residua, in æternum tamen, vt quidam dicunt: quia ratione fori, in quo punitur, æterna pœna debetur, sicut est in venialibus, quæ in purgatorio puniuntur pœna temporali, & in inferno æterna. Sed hoc nõ videtur simile, quia veniale ideo in inferno æternaliter punitur, quia semper manet, cũ non sit ibi aliquid quod culpam delere possit, sed pœna ex hoc ipso q̃ soluitur, expiatur. Et ideo alij dicunt, q̃ pœna cuius est aliquis debitor, post culpam remissam in æterno punietur temporaliter nec propter hoc sequitur, q̃ sit in inferno d redẽptio, quia pœna quæ soluitur, non redimitur: nec est incõueniens, quòd quantum ad aliquid accidentale pœnad inferni minuatur vsq; ad diem iudicij, sicut etiam augetur.

¶ Ad sextum dicendum, quòd peccatum mortale nõ d mortificabat merita præcedentia, quin in se essent viua, vnde in gloria electorum cedebant, sed mortificabantur solum quantum ad illum cuius erant, qui impediebatur a consecutione effectus ipsorum, & ideo remoto impedimento in sua efficacia remanent quo ad istum: sed peccatum per pœnitentiam nõ solũ mortificatur quo ad peccantem, sed etiam ĩ se. Remissio enim peccatorũ est principaliter opus dei: sed mortificatio meritorum præcedẽtium est opus hominis. Homo autẽ sua actione non potest euacuare simpliciter opus dei, quãuis possit impedire ne sibi p̃sit: & ideo homo per peccatũ sequens non potest remissionem præcedentium peccatorũ annullare, potest autem sua actione euacuare quod per ipsum factum est: & ideo potest mortificationem præcedentium meritorum per merita sequentia penitus annullare, præcipue gratia adiutus. D.951. B C D E

ARTICVLVS II.

b Vtrum ingratitudo sit speciale peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ ingratitudo non sit speciale peccatũ. Quod enim inuenitur in omni peccato, non est speciale peccatum: sed ingratitudinem incurrimus per quodlibet peccatum, quia deum nobis maxime beneficum offendimus quolibet peccato, quantum in nobis est. ergo ingratitudo non est speciale peccatum. 22.q.107.articl.2. Et 3. part. q.68 art.4.

¶ 2 Præt. Omne peccatum speciale alicui virtuti speciali opponitur: sed non est assignare aliquam virtutem specialem, cui ingratitudo opponatur, cum sit contra omnes, quia omnes ex dei gratia nobis conferuntur. ergo ingratitudo non est speciale peccatum.

SED CONTRA. Vbicumq; est inuenire specialem rationem deformitatis, est inuenire speciale peccatum: sed hoc habet ingratitudo. ergo est speciale peccatum.

VLTERIVS. Videtur q̃ nõ minus sit ingratus innocẽs si peccat, q̃ pœnitẽs. Ille. n. per offensam sit magis ingratus, qui ad maiores gratiarum actiones tenetur: sed magis tenetur ad gratiarum actiones innocens q̃ pœnitens inquantum nobilius donum a deo habet. ergo magis est ingratus si peccat.

¶ 2 Præt. Sicut homo per gratiam dei releuatur a casu, ita per gratiã tenetur ne cadat: sed ingratitudo gratiæ contemptũ importat. ergo ita est ingratus innocẽs dũ peccat contẽnens gratiã sustentantẽ, sicut pœnitens contẽnens gratiã releuantem.

SED CONTRA. Rectum iudicium est, vt ille plus diligat, cui plus est dimissum, vt patet Luc. 7. sed plus dimissum est pœnitenti, quàm innocenti. ergo plus tenetur diligere. ergo magis est ingratus si peccat.

VLTERIVS. Videtur quòd ingratitudine recidiuantis consurgat tantus reatus, quantus fuit præcedentium peccatorum: quia quantum est beneficium pristinum, tanta est ingratitudo contemnentis: sed quãtum est peccatum commissum, tantum est beneficium remissionis peccati. ergo tanta est ingratitudo, & ita videtur q̃ consurgat æqualis reatus peccatis dimissis secundum ingratitudinem peccati sequentis.

¶ 2 Præt. Non possunt aliqua cõmensurari, nisi ſm quantitatem quam habent: sed reatus ex ingratitudine recidiuantium mensuratur ſm quantitatẽ peccatorũ dimissorum, quia quãto plura & maiora peccata tunc alicui dimissa, tanto magis efficitur ingratus contemnendo. ergo reatus totus præcedentium peccatorum redit per ingratitudinem recidiuantis.

SED CONTRA. Quantitas reatus est ſm quantitatem deformitatis in culpa: sed quandoq; non est tanta deformitas in peccato recidiuantis, quanta fuit in multis aliis, quæ prius sibi dimissa fuerunt. ergo non redit æqualis reatus.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd ingratitudo gratiarum actionis priuatiua est, quæ quidem gra-

tiarum actio dationem respicit. Est autem duplex datio. Vna, quæ respicit debitum, vel iam existens, sicut cum quis alicui reddit quod debet: vel vt fiat, sicut cum quis emit, vel dat aliquid vt alterum sibi debitū fiat, & hæc datio ad iustitiam pertinet. Alia autem est, quæ neutro modo respicit debitum, & hæc proprie donatio dicitur, & ad liberalitatē pertinet.

Matth. 18. Et quia ad hanc dationem nihil inclinat nisi voluntas dandi, ideo gratuita dicitur, & tali dationi gratiarū actio proprie debetur, vt quis gratiæ factæ retributionem faciat secundum suū modum. Ex huiusmodi ergo gratiarum actionis defectu aliquis ingratus dicitur, & tanto magis, quāto magis ab hoc discedit. Vnde primus modus ingratitudinis est, cum quis effectu pro beneficiis acceptis retribuere aliquid negligit: secundus, cum affectu contemnit: tertius, cum etiam intellectu obliuiscitur: quartus & maximus, vt contra benefacientem aliquid operetur indebite. Ingratitudo autem quantum ad tres primos gradus semper est peccatum specialē, sed quantum ad quàrtum est deformitas annexa peccato, quia ex hoc ipso quòd ponitur aliquid indebite fieri, ponitur peccatum esse: sed ex hoc quòd dicitur fieri contra benefacientem, additur circunstantia, aggrauans, quæ est ingratitudo. Vnde cum omne peccatum contra deum fit, ex quolibet peccato homo ingratitudinem incurrit, quia ipse est nobis summe beneficus, & per hunc modum quodlibet peccatum post beneficium remissionis peccatorum ingratitudinem habet annexam: & ideo ingratitudo, secundum quam peccata redire dicuntur, non est speciale peccatum, quàmuis aliqua ingratitudo sit speciale peccatum.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd de ratione generalis peccati est non solum quòd inueniatur cum omnibus peccatis, sed etiam quòd nonnunquàm inueniatur sine aliquo alio rum peccatorum, quia nihil est in genere quod nō sit in aliqua eius specie: vnde quatenus inuenitur ab aliis peccatis separatum, dicitur peccatum speciale, quàmuis quandoque etiam aliis adiungatur.

In cor. præsentis quæstiunculæ. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ingratitudo, vt dictum est, gratiarum actionem tollit, quæ est actus iustitiæ: quia ille qui prius dedit, debitorem sibi constituit illū qui retribuit, quāmuis hoc non intenderet, vnde opponitur iustitiæ.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd loquendo de pœnitente per se, & innocente quantum ad bonum remissionis peccatorum, & innocentiæ conseruatæ donis aliis prætermissis, sic quodammodo plus tenetur ad gratiarum actionem innocens, quodammodo pœnitens. Gratiarum enim actio respicit & quantitatem doni, & modum gratuitæ donationis, & ex vtroque mensuram respicit: quia tam maiori dono, quàm magis gratis dato maior gratiarum actio debetur. Considerando ergo quantitatem doni, sic innocens magis tenetur, quia maius est quod accepit: sed considerando hoc quod est gratis dare, magis tenetur pœnitens, quia quanto aliquis est magis elongatus a debito recipiendi, tanto datio fit sibi magis gratis ex parte sua, quāmuis non ex parte dantis, qui omnibus æquali liberalitate dat. Magis autem elongatur peccator a debito consequendi remissionem peccatorum, quàm innocens a debito conseruationis, & ideo vterque aliquo modo plus tenetur ad gratiarum actionem, & aliquo modo æqualiter. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd per ingratitudinem recidiuantis redit tantus reatus, quantus fuit omnium peccatorum præcedentium. Sed hoc non potest esse, quia quantitas reatus sequitur quantitatem peccati: quantitas autem peccati, per quod quis recidiuat, est multo minus quandoque ex genere suo, quàm peccata quæ prius erant dimissa. Et non potest esse, quòd ingratitudinis circunstantia det sibi tantam quantitatem: quia hæc ingratitudo consurgit ex hoc quòd aliquid indebite fit contra dei præcepta, vnde secundum mensuram indebiti est mensura ingratitudinis: & sic quantitas peccati quam habet ex suo genere, dat quantitatem ingratitudini, vnde quantitas ingratitudinis non potest esse maior, quàm sit quantitas peccati. Et ideo aliter dicendum, quòd non redit æqualis reatus secundum quantitatem absolutam, redit autem æqualis secundum proportionalitatem, quia quanto fuerunt peccata dimissa grauiora, tanto fuit beneficium remissionis maius: & quanto beneficium fuit maius, tanto ingratitudo maior, & sic aliquo modo quantitas reatus præcedentium peccatorum manet in ingratitudine recidiui, non autem secundum æqualitatem absolutam: sicut nec beneficium est æquale peccato dimisso in quātitate, sed multo maius: nec ingratitudo secundum quantitatem absolutā est tanta, quanta beneficium. Et secundum hoc patet solutio ad obiecta.

Nahum. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum per ingratitudinem redeant peccata venialia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd per ingratitudinem non redeant peccata venialia: quia peccatum veniale sicut per ingratitudinē redit, ita & facit alia redire per ingratitudinem: sed peccatum veniale non facit alia redire per ingratitudinem, alias tota die peccata dimissa redirent. ergo nec ipsum per ingratitudinem redit.

22. q. 88. ar. 1. ad 2.

¶ 2 Præt. Ex hoc aliquod peccatum per ingratitudinem redit, quòd maiorem ingratitudinem facit: sed peccatum veniale dimissum non facit maiorem ingratitudinem, quia nō diminuit charitatem. ergo nec redit per ingratitudinem.

SED CONTRA. Peccata venialia inter debita computantur in oratione dominica, quæ specialiter cōtra venialia valet: sed in litera dicitur, quòd vniuersum debitum exigitur ab eo, qui recidiuat. ergo & venialia etiam redeunt.

II

VLTERIVS. Videtur quòd originale non redeat, quia si morbus redit, & medicina redire debet: sed baptismus qui est singularis medicina contra originale, non reiteratur aliquo modo. ergo nec peccatum originale redit.

Vbi supra.

¶ 2 Præt. Omne peccatum quod per actum incurrimus, actuale est: sed peccatum originale non est actuale. ergo peccatū originale per actum peccati sequentis non redit.

III

SED CONTRA est, quod expresse in litera dicitur.

VLTERIVS. Videtur quòd per illa quatuor peccata nō magis redeant peccata dimissa, quàm per alia, quia ex hoc aliquis ingratus est Deo quòd contra deum facit: sed sicut illa quatuor, ita & alia contra deum sunt. ergo omnibus per ingratitudinem peccata dimissa redeunt.

¶ 2 Præt. Peccatum in spiritum sanctum est grauius, quàm aliquod prædictorum. ergo per ipsum magis deberet dici, quòd peccatum rediret.

SED CONTRA est, quod authores maxime loquuntur de illis peccatis.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd eo modo quo peccata mortalia per ingratitudinem redeunt, & venialia similiter. Sicut enim beneficio dei ascribenda est remissio mortalium peccatorum, ita & venialium: & secundum hoc quòd beneficium remissionis contemnitur quodammodo in peccato sequenti, secundum hoc peccata dimissa per ingratitudinem redire dicuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatum veniale, quāmuis nō tollat gratiam, tamen per gratiam tollitur: peccatum autem mortale & gratiam tollit, & per gratiam tollitur, & ideo peccatum mortale & ingratitudinem causat, per quā alia peccata redeunt, & ipsum per ingratitudinem redit: sed peccatum veniale redit quidem, sed alia redire non facit, quia ingratitudinem non causat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quāmuis non diminuat gratiam, relinquit tamen maiorem ingratitudinem, inquantum beneficium gratiæ tollitur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̄ eodē modo originale etiam redit, quod beneficio gratiæ tollitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ratio illa procederet, si originale per se rediret, nunc autem nō dicitur redire in se, sed in alio,

in alio, in quæ quodammodo quantitas ipsius manet, vt dictum est. Et similiter dicendum ad secundum.

AD TERTIAM quæstionē dicendum, quòd sicut per ista peccata redeunt peccata dimissa ex ingratitudine, ita etiam per illa, tamen in istis est aliquid speciale præ aliis: quia non solū est contra ipsum remittentem peccata, quod in omnibus aliis est peccatis, sed etiam sunt contra remediū quo peccata dimittebantur. Remissio autem peccatorum attribuitur primo fidei, secundo charitati, tertio pœnitētiæ: & ideo apostasia a fide, quæ opponitur primo: & odium fraternum, quod opponitur secundo, & alia duo quæ opponuntur tertio, specialem habent rationem, vt faciant redire peccata non ratione grauitatis maioris, sed ratione prædicta. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum recidiuans teneatur peccata confiteri, de quibus prius confessus fuit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd recidiuās teneatur peccata confiteri, de quibus prius confessus fuit. Ingratitudo enim videtur esse peccatum grauissimum, cum per eā alia peccata quodammodo redeant: sed ingratitudinem aliquis non confitetur, nisi simul confiteatur illa peccata ex quorum remissione factus est ingratus. ergo oportet quòd recidiuans priora peccata confiteatur. Item per confessionem debet innotescere sacerdoti quantitas culpæ: sed quantitas peccatorum prius dimissorum quodammodo manet in peccato, quo aliquis recidiuat, vt dictum est. ergo ille qui confitetur huiusmodi peccatum, debet etiam alia confiteri. Item secundum Greg. vnum peccatum disponit ad aliud, & sic vnum est causa alterius: sed morbo non potest sufficienter remedium adhiberi, nisi cognita causa morbi. cum ergo ad hoc fiat confessio, vt exposito morbo remedium adhibeatur, videtur quòd recidiuans teneatur peccata præterita confiteri, quæ fuerunt causa recidiuandi.

¶ 2 Præt. Contingit aliquando aliquem post confessionem ante peractam pœnitentiam recidiuare: constat autem quòd postquā de recidiuo pœnitentiam egerit, tenetur satisfacere de præteritis peccatis. ergo videtur quòd saltem in hoc casu tenetur priora peccata confiteri.

SED CONTRA est, quod dicitur Naū. 1. Non iudicabit deus bis in idipsum. ergo quàndo aliquis in foro pœnitentiali iudicatus est de aliquo peccato, non oportet quòd iterum iudicio se exponat, idem peccatum confitendo.

¶ 2 Præt. In decretis de pæ. di. 1. dicitur. Non necesse est vt quæ semel sacerdotibus confessi sumus, denuo confiteamur: sed lingua cordis non carnis apud verum iudicem ea confiteri debemus. ergo idem quod prius.

RESPON. Dicendum, quòd circa illam opinionem, quæ ponit dimissa peccata redire siue quantum ad culpam, siue quantū ad reatum, necesse est dicere, q̄ recidiuans tenetur ad priora peccata iterum confitenda, cum eis ita subiaceat post recidiuum sicut prius. Sed secundum aliam opinionem quæ dicit quòd peccata dimissa non redeunt per recidiuum, nisi quantum ad ingratitudinem, est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd si recidiuans confiteatur eidem sacerdoti, cui ante fuerat confessus, habenti plenam memoriam priorum peccatorum, non tenetur ei priora peccata repetere, nisi in generali vt se de ingratitudine accusset, dummodo ante recidiuum de prioribus peccatis satisfecerit. Si enim ante peractam pœnitentiam recidiuaret, teneretur iterū priora peccata confiteri etiam in speciali, vt iterato satisfactionis modum pro eis accipiat: sed si alteri sacerdoti confiteatur vel eidem iam priora peccata oblito siue ante recidiuum satisfecerit, siue non teneatur omnia peccata in speciali, confiteri, tum vt ingratitudinis quātitas innotescat sacerdoti ex consideratione peccatorum prius dimissorum: tum vt ipse cognoscat vultum peccatoris sui, quod fieri non posset nisi eius mores præteritos cognosceret, vtrum scilicet innocenter, aut iniuste vixisset. Sed ista opinio nō videtur rationalis, ex quo priora peccata simpliciter sunt dimissa, nec secundū se redeunt, nō est necesse vt iterum in iudicio adducātur, ga nec ea deus in iudicio adduceret, siquis inconfessus moreretur post recidiuum, sed damnaretur solū pro peccato quo recidiuauit. Et si ēt pro peccatis prioribus nō satisfecisset, non videtur necessarium quòd ea post recidiuum confiteantur in speciali, quia per recidiuum eorum reatus non est immutatus, vnde eadem satisfactio nūc pro eis debetur, quæ & priꝰ.

Aliorum sententia.

SEd quia absonum videtur, vt peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdā neminē pro peccatis semel dimissis iterum a Deo puniri. Sed ideo dicuntur dimissa redire & imputari, quia propter ingratitudinem ita reus & peccator constituitur, vt āte fuerat. Si enim quod dimissū fuerat dicitur exigi, quia remissionis perceptæ ingratus, ita reus fit vt ante fuerat. Vtrique parti quæstionis probati fauent doctores. Ideoq; alicui parti non præiudicāt.

Vnde pœnitens tenetur post recidiuum pœnitentiam sibi prius iniunctā peragere, non autem aliam satisfactionem pro eis accipere. Similiter etiam non oportet vt denuo confiteatur, vt cognoscatur ingratitudinis quantitas. Sicut enim quantitas peccati augetur per ingratitudinem de peccatis dimissis, ita etiam augetur per ingratitudinem de beneficiis acceptis: vnde pari ratione teneretur cōfitens omnia beneficia dei sibi exhibita exponere sacerdoti; quod nullus dicit. Similiter etiam non oportet vt sacerdoti aliquis confiteatur totum statum suum, vt sacerdos cognoscat vultum pecoris sui, sed solum ea de quibus debet ab eo iudicari, alias oporteret innocentem sacerdoti cui venialia confiteretur, exponere omnes pronitates suas ad peccandum, & totam cōditionem suam, quod nullus dicit. Vnde aliorum opinio est, quòd post recidiuum non teneatur aliquis priora peccata confiteri nec in generali, nec in speciali: quia ingratitudo ratione cuius peccata redire dicuntur, est quædam peccati circunstātia, nec trahit in aliud genus peccati: huiusmodi autem circunstantiæ non sunt necessario confitendæ, vt supra dictum est. Sed ex hac opinione videtur relinqui, quòd non possit plenarie recidiuantis morbo remedium adhiberi. Multa enim expediunt ad spiritualem salutem recidiuanti, quæ non sunt necessaria innocenti, vt scilicet circa eum maior cautela adhibeatur. Et ideo videtur distinguendum esse, quòd in confessione est aliquid exponendum dupliciter. Vno modo directe, & sic exponi dicitur, cuius abolitio per confessionem quæritur, & sic peccata dimissa recidiuās nullo modo confiteri tenetur nec in generali, nec in speciali cuicumque confiteatur. Alio modo indirecte, sicut illud sine quo sciri nō potest debitus satisfaciendi modus. Cum enim contritio secundum quod est de necessitate salutis, votum confessionis & satisfactionis debitæ includat, tenetur ille qui confitetur, sacerdoti exponere ea quibus sacerdos possit scire quæ satisfactio sit congrua iniungenda: sicut confitens confitetur sacerdoti interdum se esse infirmum, vt ei ieiunium non imponat, & per hunc modum tenetur recidiuans notificare peccata dimissa quantum sufficit ad hoc, quòd sciatur quæ satisfactio est ei iniungenda, vt si ipse frequenter lapsum carnis passus est ex aliqua occasione, illa occasio præscindatur per satisfactionem, & sic de aliis peccatis: & ad hoc videtur sufficere confessio dimissorum peccatorum in generali, tamen quantum ad alia specialia, oportet descendere secundum quod confitens viderit oportunum, non enim potest in his aliquā certa mensura præfigi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ingratitudo secundum quòd hic accipitur, non est peccatum, sed circunstantia peccati, vt dictum est: nec est circunstantia addens nouam speciem, cum quilibet peccans ingratitudinem incurrat, saltem de beneficiis a deo acceptis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantitas culpæ, quæ est ex specie peccati, debet innotescere sacerdoti per confessionem; non tamen oportet de quantitate quæ est ex circunstantiis quibuscunque, vt supra dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd authoritas Greg. non est ad propositum. Greg. enim loquitur de peccatis quæ per pœnitentiam non delentur, illa enim suo pondere mox ad aliud trahunt. Et præterea, non est necessarium omnes occasiones peccati confiteri,

dist. 16. q. 3 ar. 2. q. 5 in corp. & fere per totum.

dist. 16. q. 3 ar. 2. qu. 5. per totum.

teri, sed solum illas sine quarum abscisione sufficiens remedium adhiberi non potest.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ etiam in illo casu non tenetur peccata prius dimissa confiteri, sed sufficit sibi explere prius iniunctam satisfactionem, vt dictum est. in corp. prę sentis art.

QVAEST. II.

B

Deinde quæritur de eo quod est res, & sacramentũ in pœnitẽtia. Matth. 15.

Et circa hoc quærũtur tria.

Primo, Quid sit ibi res, & quid sacramentum.
Secundo, De vnitate huius sacramenti.
Tertio, De institutione ipsius.

dicans, studioso lectori iudiciũ relinquo, addens mihi tutum fore, ac salutĩ propinquum sub mẽsa dominorum micas edere.

Quid sit hic sacramentum, & res.

B

POst prædicta restat inuestigare, quid in actione pœnitentiæ sit sacramentum, & res. Sacramentũ .n. signum est sacræ rei. Quid ergo hic signum est, & quæ est res sacra huius signi? Quidam dicunt sacramentum hic esse quod exterius tantũ geritur .s. exterior pœnitentia, quæ est signũ interioris pœnitentiæ, scilicet contritionis cordis, & humiliationis. Quod si est, non omne sacramentũ euangelicum id efficit quod figurat. Exterior enim pœnitentia non efficit interiorem, sed potius interiorem sui impressionem agentis tantum, sicut contingit in generatione, qua aliquid acquirit primam perfectionem sui esse, quæ est etiam primum principium actiuũ in ipso: & similiter etiam quando acquirit aliã perfectionem superadditam, qua limites suæ formæ excedit, sicut cum paries depingitur, vel cum aer illuminat. Quæ autem perfectio prius susceptæ est perficiens principium illius motus, & tunc operatur motum illum, sicut patet in motu naturali locali, & in sanatione quę fit virtute naturæ tantum. Quandoque autem perfectio habita non sufficit ad operandum effectum, sed cooperatur agenti exteriori, sicut patet cum ars naturam adiuuat: & secundum hos tres modos etiam est motus ad sanctitatem. Vnde in baptismo, qui est spiritualis vitæ regeneratio, tota sanctificatio ex exteriori est, nec suscipiens sacramentũ se habet actiue ad illam sanctificationem, sed vt recipiens tantũ: vnde signum sacramentale ibi est materia exterius apposita, non autem aliquis actus ex parte baptizati. Et similiter est in confirmatione, eucharistia, & extrema vnctione, & ordine, quæ ordinantur ad aliquam sanctitatem superadditam primæ sanctitati in baptismo susceptæ: vnde etiam conseruata gratia baptismali illa locum haberent, sed in promotione ad sanctitatem per viam meréndi sufficit principium quod intus habetur, scilicet gratia: & ideo sine aliquo exteriori adiuncto ad hanc promotionem habens gratiam per actus suos pertingit, quia in eo spiritualis vita est integra. Sed in eo qui post baptismum mortaliter peccat, spiritualis vitę firmitas tollitur, quia gratia & charitas tolluntur: sed tamen adhuc spiritualis vita manet in radice sui, scilicet in fidei sacramento; sicut in eo qui infirmatur pernitiose, adhuc manet radix vitæ in corde: & ideo ad reparationem pristinæ integritatis in baptismo susceptæ homo cooperari potest per id quod adhuc retinet. Nec tamen sufficit, nisi exterius adiuuetur, propter rea quòd vita spiritualis non est integra, & ideo in sacramento pœnitentiæ quod ad prædictam reparationem ordinatur, sacramentale signum non est aliqua materia exterius appolita, sed exteriores actus quibus homo ad salutem suam cooperatur, & cõplementum reparationis ab extrinseco significatur per absolutionem sacerdotis: sicut materia in aliis sacramentis per ministri sanctificationem efficaciam sacramentalem recipit, & ideo exterior pœnitentia est sacramentale signum in sacramento pniæ.

Libro 1. de sacramentis pat. 9. c. 2

II

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd exterior pœnitentia non sit sacramẽtale signum. Signum enim sacramentale secundum Hug. est materiale elementum: sed pœnitentia exterior non est elementũ, sed actus. ergo non est sacramentale signum.

¶ 2 Præt. Signa sacramentalia nouæ legis aliquo modo sunt causa gratiæ. si ergo exterior pœnitentia est signum sacramẽtale, erit ergo cã, & sic gra erit ex actibus nostris, qđ est hæresis Pelagiana.

¶ 3 Præt. Omne sacramẽtale signum est verbo vitæ sanctificatũ: sed exteriori pœnitentiæ non adhibetur aliqua forma verborum ad sanctificationem eius. ergo non est sacramentale signum.

SED CONTRA. In quolibet sacramento oportet esse aliquod signum: sed signum est aliquid sensibus apparens. cum ergo in pœnitentiæ sacramento nihil appareat extra, nisi exterior pœnitentia, videtur quòd ipsa sit sacramentale signum.

VLTERIVS. Videtur q̃ interior pœnitentia non sit res huius sacramenti, quia res sacramenti nunquam est causa sacramen talis signi, sed econuerso quandoque: sed pœnitentia interior est causa exterioris. ergo non est res eius. II

¶ 2 Præt. Exterior pœnitentia significat interiorem naturaliter I sed res sacramenti signatur per sacramentum ex institutione, vt ex diffinitione Hug. paret. ergo pœnitentia interior non est res exterioris. Vbi supra,

¶ 3 Præt. Pœnitentia interior videtur esse idem quod contritio: sed contritio non est res huius sacramenti, cum sit pars huius sacramenti. ergo interior pœnitentia non est res huius sacramenti.

SED CONTRA. Baptismus interior est res exterioris. ergo eadem ratione & pœnitentia interior exterioris.

¶ 2 Præt. Illud quod immediate causat effectum sacramenti, est res exterioris sacramenti, sicut patet de charactere: sed pœnitentia interior est quæ immediate causat remissionẽ peccatorũ, quæ est vltima res huius sacramenti. ergo &c.

VLTERIVS. Videtur q̃ remissio peccatorum non sit res huius sacramenti, quia ad idem se extendit efficacia sacramenti, & ministerium dispensatoris ipsius: sed ministerium sacerdotis non se extendit ad remissionem culpæ, vt supra dist. 18. magister K dixit. ergo remissio culpæ non est res huius sacramenti.

¶ 2 Præt. In quolibet sacramento signa exteriora habẽt aliquã similitudinem cum re sacramenti: sed confessio, satisfactio, & cõtritio non videntur habere aliquam similitudinem cum remissione peccatorum. ergo non est res in hoc sacramento.

¶ 3 Præt. In baptismo res sacramenti non semper præcedit sacramentum, & si aliquando præcedat: sed remissio peccatorum semper præcedit sacramentum pœnitentiæ ad minus quantum ad aliquas sui partes, quia satisfactio non potest esse nisi existentis in gratia, cum iam peccata remissa sunt, a mortuo etiam perit confessio, vt dicitur Ecc. 17. ergo remissio peccatorum non est res vltima istius sacramenti.

SED CONTRA. Pœnitentia dicitur secunda tabula post naufragium, sicut baptismus prima: sed baptismi res vltima est remissio peccatorum ergo & pœnitentiæ.

¶ 2 Præt. Curatio morbi illius est res in sacramento, ad quod curandum institutum est: sed pœnitentia est institura ad curandũ morbum actualis peccati, ergo remissio eius est res huius sacri.

RESPON. Dicendum ad primam quęstionẽ, quòd in quolibet sacramento fit quædam promotio, vel motus suscipientis ad aliquam sanctitatem. In motibus autem corporalibus quandoq; illud quod mouetur, non cooperatur ad motum nisi recipiendo quę autem perfectio prius susceptæ est perficiens principium illius motus, & tunc operatur motum illum, sicut patet in motu naturali locali, & in sanatione quę fit virtute naturæ tantum. Quandoque autem perfectio habita non sufficit ad operandum effectum, sed cooperatur agenti exteriori, sicut patet cum ars naturam adiuuat: & secundum hos tres modos etiam est motus ad sanctitatem. Vnde in baptismo, qui est spiritualis vitæ regeneratio, tota sanctificatio ex exteriori est, nec suscipiens sacramentũ se habet actiue ad illam sanctificationem, sed vt recipiens tantũ: vnde signum sacramentale ibi est materia exterius apposita, non autem aliquis actus ex parte baptizati. Et similiter est in confirmatione, eucharistia, & extrema vnctione, & ordine, quæ ordinantur ad aliquam sanctitatem superadditam primæ sanctitati in baptismo susceptæ: vnde etiam conseruata gratia baptismali illa locum haberent, sed in promotione ad sanctitatem per viam meréndi sufficit principium quod intus habetur, scilicet gratia: & ideo sine aliquo exteriori adiuncto ad hanc promotionem habens gratiam per actus suos pertingit, quia in eo spiritualis vita est integra. Sed in eo qui post baptismum mortaliter peccat, spiritualis vitę firmitas tollitur, quia gratia & charitas tolluntur: sed tamen adhuc spiritualis vita manet in radice sui, scilicet in fidei sacramento; sicut in eo qui infirmatur pernitiose, adhuc manet radix vitæ in corde: & ideo ad reparationem pristinæ integritatis in baptismo susceptæ homo cooperari potest per id quod adhuc retinet. Nec tamen sufficit, nisi exterius adiuuetur, propter rea quòd vita spiritualis non est integra, & ideo in sacramento pœnitentiæ quod ad prædictam reparationem ordinatur, sacramentale signum non est aliqua materia exterius appolita, sed exteriores actus quibus homo ad salutem suam cooperatur, & cõplementum reparationis ab extrinseco significatur per absolutionem sacerdotis: sicut materia in aliis sacramentis per ministri sanctificationem efficaciam sacramentalem recipit, & ideo exterior pœnitentia est sacramentale signum in sacramento pniæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ elementum large sumitur pro quolibet sensibili: exterior autem pœnitentia consistit in actibus qui sentiri possunt.

¶ Ad secundũ dicendum, q̃ materia quæ est in aliis sacramentis signum sacramentale inquantum ab exteriori datur, repræsentat exterius agens in sanctificatione: & ideo aliquo modo competit vt gratiam causet, sicut in 1. distin. dictum est: sed pœnitentia exterior quæ est signum sacramentale in hoc sacramento repræsentat cooperationem recipientis, & non influentiam quæ est ex parte agentis extrinseci, & ideo non competit ei q̃ gratiã aliquo modo causet.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ, q̃ sacramentalibus signis in aliis sacramentis adhibetur forma verborum ad eorum sanctificationem, quia gratiam continent & causant, sed exterior pœnitentia non est signum gratiam causans: & ideo non oportet quòd sanctificetur q̃ aliquam formam verborum, sed verba quæ a sacerdote absoluente proferuntur, immediate feruntur ad eum qui se subiicit sacramento, vnde ipse sanctificatur virtute absolutionis, & gratiam suscipit: non autem sanctificatur eius confessio, vt ex ea gratiam accipiat, sicut erat in baptismo de sanctificationæ aquæ.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ res sacramenti cuiuslibet suo sacramento, cuius dicitur res, proportionatur: exterior autem pœnitentia quæ est sacramentum rãtum in pœnitentia, est sacramentum vt signum tantum ex parte actus pœnitentis; sed vt signum & causa simul si coniungatur actus pœnitentis cum actu ministri, & ideo interior pœnitentia est res exterioris penitentiæ, sed vt significata tantum per actus pœnitentis: vt significata autem & causata per actus eosdem adiuncta absolutione ministri, per quam aliquo modo homo ad gratiam disponitur: sicut etiam in sacramento eucharistiæ corpus Christi verũ est res significata tantũ per species panis & vini, sed causata per verba ministri, & illa duo simul cõiũcta sunt signũ & cã.

ADPRIMVM potest considerari dupliciter. Vno modo prout est quidã actus virtutis, & sic interior pœnitentia est omnino causa exterioris, sicut etiã in aliis virtutibus actus interiores sunt causæ exteriorum. Alio modo prout est actus operans ad sanationem peccati, & sic pertinet ad pœnitentiæ sacramentum, & ita interior pœnitentia non est causa exterioris, sed effectus, vel signatum ipsius. Non enim habet efficaciam operandi contra morbum peccati, nisi ex suppositione propositi exterioris pœnitentiæ, & absolutionis desiderio, quamuis pœnitentia interior contra morbum peccati operãs præcedat tempore exteriorem pœnitentiam, sicut iustificatio a peccato interdũ præcedit sacramentũ baptismi p̃p ipsius propositũ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis pœnitentia interior, vt est actus quidam virtutis, naturaliter significetur per exteriorem, tamen inquãtum est sanatiuus morbi, sic ex institutione habet per hæc signa causari, & significari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd tres partes pœnitentiæ sunt & in pœnitentia exteriori, & interiori: quia confessio & satisfactio quæ videntur tantum ad exteriorem pœnitentiam pertinere, inueniũtur in interiori pœnitentia quantum ad propositum & præmeditationem eorum: & etiam contritio quæ videtur tantum interioris pœnitentiæ esse, inuenitur in pœnitentia exteriori secundum quædam signa, quibus sensibiliter manifestatur vel aliis, vel saltem ipsi pœnitenti, qui dolorem sensibilem percipit in seipso.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd res sacramẽti alicuius vltima est non tantum quantum efficit actualiter dispensatum, sed etiam quantum efficit in proposito existens, sicut patet de baptismo in adultis: & ideo cum pœnitentia in proposito existens sacramentum, efficiat remissionem peccatorum non solum quo ad pœnam, sed etiam quo ad culpam, remissio peccatorum vtroque modo est res ipsius pœnitentiæ sacramenti, quæ aliquando tempore præcedit sacramentum exterius, aliquando autem in ipso sacramento efficitur: quia quando aliquis accedit ad confessionem & attritus non plene contritus, si obicem non ponat in ipsa confessione & absolutione, sibi gratia & remissio peccatorũ datur. Vnde dicit glo. super illud Psa. 95. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Si amas pulchritudinem, confitere vt sis pulcher, id est, rectus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ etiam potestas clauium aliquo modo se extendit ad remissionem culpæ secundum quod est in proposito, vt supra dist. 17. dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd remissio peccatorum habet aliquam similitudinem cum his quæ in pœnitentia agũtur, quia gratiæ infusio quę remissionem peccati causat, significatur per absolutionem sacerdotis: præparatio ad gratiam quãtum ad motum liberi ar. in peccatum, per contritionem: quantum vero ad motum liberi ar. in deum, per confessionem, per quam deo se committit sanandum, sed curatio eliquiarum peccati per satisfactionem & significatur, & efficitur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ aliquando remissio peccatorum in ipsa confessione & absolutione fit, vt dictum est, & tunc non præcedit res sacramentum.

ARTICVLVS II.

b Vtrum pœnitentia sit unum sacramentum.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ pœnitentia non sit vnum sacramentum. Sacramentum enim est in genere signi: sed sunt plura signa in pœnitentia scilicet confessio, & satisfactio. ergo plura sacramenta.

¶ 2 Præt. Diuersorum agentium diuersi sunt actus: sed ad confessionem concurrit actus pœnitẽtis qui conteritur, & confitetur, & satisfacit, & actus sacerdotis qui absoluit. cum ergo pœnitentia in actu consistat, videtur q̃ non sit vnum, sed multa.

¶ 2 Præt. Genus non prædicatur in singulari de suis pluribus speciebus, sed in plurali: sed supra dist. 16. sunt assignatæ tres species pœnitentiæ, scilicet pœnitentia ante baptismum, & pœnitentia post baptismum de venialibus, & pœnitentia de mortalibus. ergo prædictæ species pœniteutiæ sunt plura, & non vnum sacramentum.

SED CONTRA. Sacramenta sunt tantum septem: sed si pœnitentia esset plura sacramenta, essent plura sacramẽta quàm septem. ergo est vnũ tantum sacramentũ.

¶ 2 Præt. Ex vnitate effectũ colligitur vnitas causæ: sed pœnitẽtia ordinatur ad vnũ effectum, scilicet remissionem peccati actualis. ergo est vnũ tantum sacramentũ.

VLTERIVS. Videt q̃ hoc sacramentũ magis consistat in his quæ geruntur a sacerdote, quàm in his quæ geruntur a pœnitente, quia sacramentum dicitur a sacrando, vt supra dictum est: sed consecrare sacerdotis est, qui ex hoc sacerdos dicitur quòd sacra dat. ergo hoc sacramentum magis consistit in absolutione sacerdotis, quam in actu pœnirentis.

¶ 2 Præt. Quicumque accedit ad sacramentum, dicitur sacramẽtum suscipere: sed pœnitens non dicitur suscipere confessionem, sed absolutionem. ergo magis consistit sacramentum in absolutione, quàm in confessione.

SED CONTRA. Totum est congregatio partium: sed partes pœnitentiæ sunt acceptæ ex parte pœnitentis, scilicet contritio, confessio, & satisfactio. ergo sacramentum pœnitentiæ magis consistit in actu pœnitentis, quàm in sacerdotis absolutione.

VLTERIVS. Videtur quòd uerba sacerdotis absoluẽtis debeant esse per modum deprecationis, quia Leo Papa dicit, quòd indulgentia dei nisi supplicationibus sacerdotũ nequit obtineri, & loquitur de absolutione per sacerdotes facta. ergo absolutio debet fieri per modum deprecationis. C

¶ 2 Præt. Solus Deus remittit peccata; sed pœnitentia est ad remissionem peccatorum ordinata. ergo absolutio, ex qua pœnitentia efficaciam habet, debet fieri per modum orationis ad Deum.

SED CONTRA est, q̃ pœnitẽtia habet certũ effectũ, sicut & alia sacramenta: sed propter certitudinem effectus in aliis sacramentis utimur uerbis indicatiuis. ergo similiter debet esse in pœnitentia.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd quando aliquis effectus procedit ex multis causis simul aggregatis, tunc nulla earum est causa per se, sed omnes sunt vna causa, sicut patet de trahentibus nauem. Vnde cum effectus pœnitentiæ non sequatur nisi aliquo modo existentibus omnibus quæ ad pœnitentiam requiruntur, omnia illa habẽt rationem vnius causæ respectu illius effectus: & quia sacramenta efficiunt signando, ideo omnia etiam habent rationem vnius signi, dum vnumquodque incomplete significat illum effectum, & propter hoc omnia sunt vnum sacramentum. D

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ non repræsentatur sufficienter effectus pœnitentiæ per quodliber illorum plurium, sed per omnia simul, & ideo omnia sunt vnum signum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actus pœnitentis, vt dictum est, sunt materia huius sacramenti, sicut materiale elementum in aliis: vnde sicut ex materia & forma in aliis sacramentis efficitur vnum sacramentum, ita hoc ex actu pœnitentis, & absolutione sacerdotis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ pœnitentia ante baptismũ non est sacramentum: de mortalibus autem & venialibus pœnitẽtia post baptismum est sacramentum, non duo, sed vnum: quia principaliter ordinatur hoc sacrm ad mortale, & per cõsequẽs ad veniale.

ADSECVNDAM quæstionem dicendum, quòd in sacramentis, in quibus est materia & forma, significatio est ex parte materiæ principaliter, sed efficacia ex parte formæ: & ideo cum actus pœnitentis in hoc sacramento sint sicut materia, & absolutio sacerdotis sicut forma, principaliter hoc sacramentum quantum ad rationem significandi consistit in actu pœnitentis, sed quantum ad efficaciam in absolutione sacerdotis. Et per hoc patet solutio ad primum. E

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud quod est materia in aliis sacramẽtis, est elementum exterius exhibitum: hoc autem quod est loco materiæ & signi, est actus ex interiori procedens: & ideo non est simile quantũ ad susceptionem in hoc facto, & in aliis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in baptismo multiplicatio non fit ex parte formæ, sed ex parte materialis in baptismo, s. immersionis, & ita etiam partes pœnitentiæ assignantur ex parte pœnitentis magis quàm ex parte absoluentis: & sicut prolatio formæ non diuiditur contra tres immersiones, ita absolutio sacerdotis non ponitur

II

Leo papa in Epistola ad Theodorum foroliuiensem episcopum. Et habetur De Pen. di. 2. c. Multiplex.

ponitur pars contra tres alias partes pænitentiæ.

Ad tertiam quæstionem dicendū, quòd quædam sacramenta sunt, in quibus ex administratione sacramenti semper consequitur aliquis effectus in suscipiente, nec impeditur propter indispositionem voluntatis suscipientis, sicut est in omnibus sacramentis quæ imprimunt charactere: & ideo in illis verba propter certitudinē exprimunt præsentialiter effectum sacramenti, vel per modū indicatiuum, sicut in baptismo, & confirmatione: vel per modum imperatiuum, sicut in ordine. In pænitentia autem impeditur omnis effectus absolutionis per indispositionem voluntatis, & tamen ipsa absolutio quantum est de se, sufficienter & certitudinaliter inducit effectum suum, nisi sit aliquod impedimentum: & ideo absolutio per modum indicatiuum fit, sed præmittitur deprecatio, scilicet Misereatur, vt effectus absolutionis non impediatur: tamen non est de esse sacramenti, sed de bene esse ipsius. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

dicunt exteriorem pænitentiam & interiorem esse sacramentum, nec duo sacramenta, sed [b] vnum, vt species panis & vini nō duo sūt sacramenta, sed vnum. Et sicut in sacramento corporis, ita etiam in hoc sacramento dicunt aliud esse tantum sacramentum, scilicet exteriorem pænitentiam, aliud sacramentum & rē, scilicet interiorem pænitentiam, aliud rem & non sacramentum, scilicet remissionē peccatorū. Interior enim pænitentia & res est sacramenti, idest, exterioris pænitentiæ, & sacramentum remissionis peccati, quam &

Articvlvs III.

Vtrum sacramentum pænitentiæ habeat institutionem.

Ad tertium sic proceditur. Videtur q sacramentū pænitentiæ non habeat institutionem, quia illud quod est de iure naturali, non indiget institutione: sed de dictamine iuris naturalis est q homo pæniteat de malefactis. ergo non debet habere institutionem.

¶ 2 Præt. Pnia eadē est q̃ est sacr̄m & virtus: sed pnia virtus nō habet institutionē, sicut nec aliæ virtutes. ergo nec pnia sacr̄m.

3.Par.q.84 ar.7. Sed contra est, q institutio ponitur in diffinitione sacramenti ab Hug. data, vt supra 1. dist. patuit.

II Vlterivs. Videtur q ante Christum fuerit hoc sacramentū institutū. Pęna.n. geennalis pręparata est peccatoribus ante peccatum, vt patet per hoc quod dicitur Esaiæ.30. Præparata ē ab heri tophet, idest, ab initio pręparata est pœna prędicta impiis: sed deus est pronior ad miserendum quàm ad puniendum. ergo etiam ante peccatum præparatum est remedium contra peccatū quod est pnia, & sic ante Christum pænitentia est instituta.

q.1.ar.1.q.5. Ab Hug.li.1.de Moys. par.9. cap.2.

¶ 2 Pręt. Dominus sacramentū eucharistiæ instituit cōficiendo. ergo pnię sacramētum sic instituit pœnā imponēndo: sed statim post pctūm in lege naturæ pęnam pctō imposuit, vt patet Gen.3. ergo in lege naturæ ante Christi aduētū sacr̄m pniæ fuit īstitutū.

¶ 3 Pręt. Partes pænitentiæ sacramenti sunt contritio, & cōfessio, & satisfactio: sed ante Christum tempore legis Moysi pręcipitur contritio, Iohel.2. Scindite corda vestra. & confessio Prou.28. Qui abscondit scelera sua non diligetur: qui confessus fuerit, & reliquerit ea misericordiam consequetur. satisfactio Leuit.4. & 5. vbi præcipitur quid pro quolibet peccato offerendum sit. ergo pænitētiæ sacramentum institutum fuit ante Christi aduētū.

Sed contra. Pænitentia est sacr̄m perfectionis, quia p eam consequimur remissionē pctōrum: sed ante Christi aduentū non erāt aliqua sacr̄a perfectionis, quia neminē ad perfectū adduxit lex. ergo pniæ sacr̄m non fuit ante aduentū Christi institutū.

¶ 2 Præt. Sacramentū pniæ efficaciam habet ex clauib⁹ ecclesię: sed claues nō fuerūt ante aduentū Christi, ergo nec pniæ sacr̄m.

II Vlterivs. Videtur q non sit institutum in noua lege post Christi aduentum, quia lex noua est lex remissionis & gratiæ: sed pnia est sacramentum punitionis, quia est vindicta quędam, vt Aug. dicit. ergo non debuit in noua lege institui.

To.8. concione 1. in Ps.58.

¶ 2 Præt. Institutio sacramentorum cum pertineat ad ptātem excellentię, soli Christo competit: sed Christus non legitur instituisse hoc sacramentum, non enim potest dici q instituerit, vbi dicit Matth.3. Pænitentiam agite, quia eadem ratione Ioā. instituisset, qui prius hoc prædicauit, & etiam nondum erant claues ecclesiæ quæ efficaciā sacramento isti præbēt: nec iterū pōt dici q instituerit qñ misit leprosos ad sacerdotes, quia dispēsātio huius sacri non pertinet ad sacerdotes legales, ad quos leprosi missi fuerunt. ergo sacramentum non est in noua lege institutū.

¶ 3 Præt. Sacramento eucharistiæ quod Christus instituit, ipse etiam est vsus: sed numquam legitur vsus hoc sacramento, quia Io.8. peccatum adulteræ remisit sine hoc sacramento, quia pœnam satisfactoriam non iniunxit. ergo ipse non instituit.

Sed contra. Pænitentia est sacramentum nouæ legis: sed sacramenta alicuius legis in illa lege habent institutionem, ergo in noua lege est institutum.

F Respon. Dicendum ad primam quæstionem, q sacramentum pænitentiæ consistit in determinato modo agendi pænitentiam, qui quidem modus non est similiter apud omnes, nec in omni tempore: & ideo obligatio ad illum modū est ex aliqua institutione, & propter hoc sacramentum pniæ institutionē habet.

Ad primum ergo dicēdū, q lex naturalis dictat homini q sit pænitendū, sed modus talis pænitentiam agendi qui obseruatur in sacramēto pęnitentiæ, non est ex legis naturalis dictamine, sed ex institutione.

G ¶ Ad secundum dicendum, q pænitentia est virtus quantum ad hoc q est de dictamine legis naturalis, & ideo non habet institutionem inquantū est virtus, sed quantum ad modum determinatum ex quo habet q sit sacramentum, & vtrumque in vna pænitentia inuenitur: & ideo eadem pænitentia est sacramentum & virtus, & quantū ad aliquid de iure naturali, & quantū ad aliquid ex institutione.

Ad secvndam quæstionem dicendum, q quando variatur aliquid quod est de essentia rei, non est eadem res numero: vnde cum determinatus modus qui in ecclesia a pænitentibus obseruatur, sit de essentia huius sacramenti, hoc sacramentū non fuit antequam iste modus pænitendi esset, Et quia iste modus non fuit ante Christi aduentum, ideo nec sacramentum pęnitentiæ antea fuisse debet dici, quamuis esset aliquid simile ēt ante Christi aduentum, & aliquis modus pænitentiam agendi. Sed in lege Moysi erat determinatus modus, sed alius quàm modo sit: sed tempore legis naturæ non erat aliquis modus determi-
H natus, sed quilibet secundum quòd sibi veniebat in cor modū pænitendi sibi determinabat, quia sacramenta omnia illius tpis voto celebrabantur secundum Hug. & sic pænitentia est sacramentum & veteris legis, & nouæ legis, & legis naturæ: & inquantum est sacramentum nouæ legis non fuit ante Christi aduentum institutum: inquantum fuit legis naturæ non fuit determinate institutum, sed admonitus fuit homo vt sibi determinret aliquem pęnitendi modum, quæ quidem admonitio esse nō debuit ante culpam, post quam magis medicinæ necessitas cognoscitur, & sic pænitentia & si non inquantum est sacramentū nouæ legis, tamen aliquo modo fuit instituta ante Christi aduētum, sed nullo modo ante peccatum. Libro de sacramenti par.11.c.3

Ad primvm ergo dicendum, q sacramentum etiam pænitentiæ præparatum erat in dei prouisione ante peccatum, sed non institutione: sicut & pœna inferni non erat ordinata ad hoīs
I pęnā ante peccatum, sed in dei prouisione: sed ad pœnam dæmonis qui iam peccauerat, erat etiam actu ordinata.

¶ Ad secundum dicendū, q illa impositio pęnæ non fuit pænitentię sacramenti, sed magis actus vindicatiuæ iustitiæ, cum ad pænitentiam admonuit vbi dixit. Adam vbi es, vbi secundū gl. inducitur ad cognitionem peccati.

¶ Ad tertium dicendum, q in lege Moysi erat aliqua confessio, quia in generali profitebatur peccatū suum oblationē in lege faciens pro peccato statutam, non autem in speciali sicut est in noua lege: nec iterum fiebat sacerdoti habenti claues quæ confessio est sacramentalis: nec satisfactio erat secundum arbitrium talis sacerdotis, nec contritio cum proposito talis confessionis, & satisfactionis: & ideo aliqua pęnitentia erat tunc, sed non quæ nunc est sacramentum.

Ad tertiam quæstionem dicendum, q pęnitentia in diuersis locis est a deo instituta quantum ad diuersa. Quantum enim ad vtilitatem est instituta Matth.3. vbi dicit. Pænitentiam agite, vnde sequitur. Appropinquabit enim &c. sed quantum ad
K necessitatem, vbi dixit Luc. 13. Nisi pænitentiam egeritis, omnes simul peribitis: sed quantum ad potestatem clauium Matth.16. vbi dixit Petro. Quodcumque ligaueris &c. & Io.20. vbi dixit omnibus. Quorum remiseritis peccata &c. sed postea Iacobus expressit aliquid de pænitentiæ modo, Iacobi. 5. vbi dixit, Confitemini alterutrum &c.

Ad primvm ergo dicendum, q pœna quæ assumitur in pænitentia, est quasi nihil respectu pœnæ quæ dimittitur, & ideo pænitētia est magis remissionis sacramentum q̃ punitionis.

¶ Ad secundum dicendum, q dominus prius instituit Matth.3. pænitentiæ sacramentum, vt dictum est, cum dixit, Pænitentiā agite Non est enim idem pænitere, & pęnitentiam agere: quia agere pænitentiam est exterius pænitentiam interiorem demonstrare. Nec Ioannes instituit, quamuis similiter prædicasset, quia Ioannes prædicauit vt pręco regis, Christus vt lex, & legifer noster, cuius erat sermo potestatem habens, vt dicitur Matth. 7. sed

sed vbi ad sacerdotes remisit, non instituit, sed præfigurauit sacramentum pænitentiæ.

¶ Ad tertium dicendum, q Christus nullo sacramento vsus est, nisi sibi assumendo vt exemplum aliis daret, vnde etiam ipse nō baptizabat, sed discipuli eius, vt dicitur Ioan.3. & ideo quia pænitentiæ vsus quantum ad ipsum non cōpetebat ei qui peccatum nō fecit, ideo nec quantū ad alios eo vsus est, sed sicut sacramentorum dominus effectū sacramenti sine sacramētibus prębebat.

signat, & facit. Exterior quoq; pænitentia & interioris signum est, & remissionis peccatorum.

DISTIN. XXIII.

A

De sacramento unctionis extremæ.

PRaeter præmissa est etiam aliud sacramētū a. s. unctio infirmorum, quæ fit ī extremis oleo per episcopum
B consecrato, & sunt tria genera vnctionis. Est. n. vnctio quę fit chrismate, quæ dicitur principalis vnctio, quia in ea principaliter paraclitus datur. Vnde & propter abūdantiam gratiæ duos liquores mistos habet, oleum. s. & balsamum, oleum conscientiæ, balsamum bonæ famæ. Chrisma vero græce, vnctio latine dicitur. Nec tamen omne oleum ad vnctionem sanctificatum chrisma vocatur, sed illud so

Expositio textvs.

Euocabit sententiā &c. Hoc intelligendum est quantū ad vltimū misericordiæ effectum, qui est vita æterna. *Sed originalia,* pluraliter d dicit propter hoc q ad diuersa peccata actualia inclinat, vt in 2. li. di.33. dictum est. *Sed ut satisfecit digne & sufficienter.* verum est si intelligatur de sufficientia respectu consecutionis gloriæ, alias falsum est, & procedit hic secundū errorem qui in 14. di. improbatus est, vt scilicet non cadat aliquis, si vera sit. *Et ita reus constituitur &c.* ly ita, non dicit æqualitatem, sed similitudinem.

Divisio textvs.

POstquam determinauit magister de baptismo, qui est sacramentum intrantium: & de confirmatione, eucharistia, pænitentia, quæ sunt sacramenta progredientium, hic quinto loco determinat de extrema vnctione, quæ est sacramentum exeuntium, & diuiditur in partes duas. In prima determinat de ipso sacramento: in secunda de vsu ipsius, ibi. *Quærunt aliqui, si hoc sacramentum &c.* Prima in duas. In prima distinguit hoc sacramentum ab aliis vnctionibus. In secunda determinat omnia quæ ad hoc sacramentū pertinent, ibi. *Hoc sacramentum unctionis &c.* Et circa hoc tria facit. Primo determinat institutionem: secūdo effectum, ibi. *In quo ostenditur &c.* tertio conformitatem istius sacramenti ad alia, ibi. *Et sicut in aliis sacramentis &c. Quærunt aliqui, si hoc sacramentū &c.* hic determinat de vsu istius sacramenti, & diuiditur in duo secundum duas opiniones quas tangit de iteratione istius sacramēti, & aliorum per consequens. Secunda ostenditur, ibi. *Quidam autem de omni sacramento.*

D

Qvæstio prima.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De ipso sacramento extremæ vnctionis.
¶ Secūda, De administratione, & vsu ipsius.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, De ipsa extrema vnctione.
¶ Secūdo, De effectu eius.
¶ Tertio, De materia ipsius.
¶ Quarto, De forma.

Articvlvs primvs.

a Vtrum extrema unctio sit sacramentum.

Contra ...illes.c. AD primvm sic proceditur. Videtur q extrema vnctio non sit sacramentum, quia sicut oleum assumitur ad infirmos, ita ad catechumenos: sed vnctio quæ fit oleo ad catechumenos non est sacramentum. ergo nec extrema vnctio quæ fit oleo ad infirmos.

Eccles. hierarchia 4. par. ¶ 2 Præt. Sacramenta veteris legis fuerunt signa sacramentorum nouæ legis: sed extrema vnctio non habuit aliquam figuram in veteri lege. ergo non est sacramentum nouæ legis.

¶ 3 Præt. Secundum Dio. Omne sacramentum est vel ad purgā-
A dum, vel ad illuminandum, vel ad perficiendum: sed extrema vnctio non ponitur neque ad purgandum, neque ad illuminandū, quia hoc soli baptismo attribuitur: neque ad perficiendum, quia hoc secundum ipsum pertinet ad chrisma, & eucharistiam. ergo extrema vnctio non est sacramentum.

Sed contra. Sacramenta ecclesiæ sufficienter subueniunt defectibus hominum secundū quēlibet statū: sed exeūtibus non subuenit aliud quàm extrema vnctio. ergo ipsa est sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramēta, vt supra dictum est dis. 1. nihil aliud sunt, quàm quædam spirituales medicinæ: sed extrema vnctio est quædam spiritualis medicina, quia valet ad remissionem peccatorum, vt habetur Iacob. 5. ergo est sacramentum. Etiā a Magistro ī principio literę, & ab ipsomet. s. Tho in prolego suo huius. 4. libri.

Vlterivs. Videtur q extrema vnctio non sit vnum sacramentū, quia vnitas rei est ex sua materia, & ex sua forma, cum ex eodem res esse habeat, & vnitatem: sed forma huius sacramenti frequenter iteratur etiam eadem vice, & materia pluries in vncto adhibetur secundum diuersas partes. ergo non est vnum sacramentum. II

¶ 2 Præt. Ipsa vnctio est sacramentum, ridiculum enim est dicere quòd oleum sit sacramentum: sed sunt plures vnctiones. ergo sunt plura sacramenta.

¶ 3 Præt. Vnum sacramentum ab vno ministro prefici debet: sed
C in aliquo casu extrema vnctio non potest perfici vno ministro, sicut si post primam vnctionem factam sacerdos moriatur, tunc enim alius sacerdos debet vlterius procedere: ergo extrema vnctio non est sacramentum vnum.

Sed contra est, quia sicut immersio se habet ad baptismum, ita se habet vnctio ad hoc sacramentum: sed plures immersiones sunt vnum sacramentum baptismi. ergo & plures vnctiones sunt vnum sacramentum.

¶ 2 Præt. Si non esset vnum sacramentum, tunc facta prima vnctione non oporteret ad perfectionem sacramenti q fieret secunda, quia quodlibet sacramentum per se habet esse perfectū: sed hoc falsum est. ergo est vnum sacramentum.

Vlterivs. Videtur q hoc sacramentum non fuit institutum a Christo, quia de institutione sacramentorum quæ Christus instituit, fit mentio in euangelio, sicut de eucharistia, & baptismo: sed nulla fit mentio de extrema vnctione, ergo non est a Christo instituta. II
D

¶ 2 Præt. Magister expresse dicit in litera, q est institutū ab Apostolis. ergo ipse Christus per se non instituit.

¶ 3 Præt. Sacramentum eucharistiæ quod Christus instituit, etiam ipse per se exhibuit: sed hoc sacramentum ipse nulli exhibuit. ergo per se non instituit.

Sed contra. Sacramenta nouæ legis sunt digniora quàm sacramenta veteris legis: sed omnia sacramenta veteris legis sunt ab ipso deo instituta. ergo multo fortius omnia sacramēta nouæ legis habent institutionem ab ipso Christo.

¶ 2 Præt. Eiusdem est statuere, & statuta remouere: sed ecclesia quæ in successoribus Apostolorū habet eandem authoritatē quā Apostoli habuerunt, non posset auferre sacramentum extremæ vnctionis. ergo Apostoli non instituerunt, sed ipse Christus.

Respon. Dicendū ad primam quęstionem, q in his quæ
E ecclesia visibiliter operatur, quædam sunt sacramenta, vt baptismus: quædam sacramentalia, vt exorcismus, vt supra dist. 6. dictum est, quorum hęc est differentia, quia sacramentum dicitur illa actio ecclesiæ quæ attingit ad effectum principaliter intentū in administratione sacramentorum: sed sacramentale dicitur illa actio, quæ quamuis non pertingat ad illum effectum, tamen ordinatur aliquo modo ad illam actionem principalem. Effectus autem intentus in administratione sacramentorum est curatio morbi peccati, Esaiæ. 28. Hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum: & ideo cum ad hoc effectum pertingat extrema vnctio, vt ex verbis Iaco. patet, nec ordinetur ad aliud sacramentum quasi ci annexū, constat q extrema vnctio non est sacr̄ale, sed sacr̄m. Etiā a Magistro in litera, & ab ipsomet. S. Tho. q.2. arti.2. & 3.

Ad primvm ergo dicendum, q oleum quo catechumeni vnguntur, sua vnctione non perducit ad peccati remissionem, quia hoc ad baptismum pertinet: sed aliquo modo ad baptismum disponit, vt supra dist. 6. dictum est, & ideo non est sacramentum Vbi supra.

eramentum illa vnctio, sicut vnctio extrema.

¶ Ad secundū dicendū, quòd hoc sacramentum immediate hominem ad gloriam disponit, cum exeuntibus a corpore detur: & quia in veteri lege non erat adhuc tempus perueniendi ad gloriam, quia neminem ad gloriam adduxit lex, ideo istud sacramentum ibi præfigurari non debuit per aliquod sacramentum sibi respōdens, sicut per figuram eiusdem generis: quāuis per figuras remotas aliquo modo figuratū sit in omnibus curationibus, quæ leguntur in veteri testamento.

¶ Ad tertiū dicendum, q̄ Dio. nō facit aliquam mentionem de extrema vnctione, sicut nec de pœnitentia, nec de matrimonio: quia ipse non intendit determinare de sacramentis, nisi quatenus per ea innotescere potest ecclesiasticæ hierarchiæ ordinata dispositio quātum ad ministros, & actiones ministrorum, & recipientes: tamen cum per extremam vnctionem aliquis consequatur gratiam & remissionem peccatorum, non est dubium q̄ habet vim illuminatiuam, & purgatiuam sicut baptismus, quamuis non ita plenam.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̄ vnum numero per se loquendo, dicitur tripliciter. Vno modo sicut indiuisibile, quod nec actu, nec potentia est plura, vt punctus & vnitas. Alio modo sicut continuum, quod quidem est vnum actu, sed plura potentia, vt linea. Sed tertio modo sicut perfectū aliquod quod ex pluribus partibus constituitur, vt domus quod est multa quodammodo etiam actu, sed illa multa conueniunt in aliquo vno: & hoc modo quodlibet sacrm dicitur vnum, inquantū multa quæ sunt in vno sacramento, adunantur ad vnum signandum, vel causandum, quia sacramētum signando causat. Et ideo qū vna actio sufficit ad perfectam significationē, vnitas sacramēti consistit in illa actione tantum, sicut patet in confirmatione. Quando aūt significatio sacramenti potest esse & in vna, & in multis actionibus, tūc sacrm perfici potest & vna actione, & pluribus, sicut baptismus in vna immersione, & tribus: quia ablutio quæ significatur in baptismo, pōt esse per vnam immersionē, vel per multas. Quando aūt perfecta significatio non potest esse nisi per plures actiones, tunc plures actiones sunt de perfectione sacramēti, sicut patet de eucharistia: quia refectio corporalis quę significat spirituālē, non pōt esse nisi per cibum & potum: & sic est in hoc sacro, quia curatio interiorū vulnerū non pōt pfecte significari nisi p appositionem medicinæ ad diuersas vulnerum radices, & ideo plures actiones sunt de perfectione huius sacramēti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vnitas totius perfecta non tollitur propter diuersitatē materiæ, aut formæ quæ est in partibus totius: sicut constat q̄ non eadem materia est carnis & ossis, ex quibus constituitur vnus homo, nec eadem forma: & similiter etiam in sacramento eucharistiæ, & in hoc sacramento pluralitas materiæ & formæ vnitatē sacramenti non tollit.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ quamuis illæ actiones sint plures simpliciter, tñ vniūtur in vna perfecta actione quæ est vnctio omnium exteriorum sensuū, qbus hauritur morbus interior.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ quamuis in eucharistia, si post cōsecrationem panis moriatur sacerdos, alius sacerdos possit ad cōsecrationē vini incipere vbi ille dimisit, vel etiam incipere a capite supra aliam materiam: tamen in extrema vnctione non pōt a capite incipere, sed debet semper procedere, quia vnctio in eadem parte facta, tantum valet ac si consecraretur bis eadem hostia, quod nullo modo faciendum est: nec tamen ministrorū pluralitas tollit vnitatē sacramēti, q̄a instrumēt aliter tantū operāt, mutatio aūt martellorū nō tollit vnitatem operationis fabri.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̄ circa hoc est duplex opinio. Quidam. n. dicunt q̄ sacramentum istud, & confirmationis, Christus nō instituit per se, sed Apostolis instituendū dimisit, quia hæc duo propter plenitudinem gratiæ quæ in eis cōfertur, non potuerunt ante spiritussancti missionem plenissimam institui, vnde sunt ita sacramenta nouæ legis, q̄ in veteri lege figuram non habuerunt, Sed hæc ratio non multum cogit, quia sicut Christus ante passionē promisit plenam spūssancti missionē, ita potuit instituere hæc sacramenta. Et ideo alii dicunt, q̄ omnia sacramenta Christus instituit per seipsum, sed quædam per seipsum promulgauit, quæ sunt maioris difficultatis ad credendum: quædam aūt Apostolis promulganda reseruauit, sicut extremam vnctionem, & confirmationem. Et hæc opinio pro tanto videtur probabilior, quia sacramenta ad fundamentū legis pertinēt, & ideo ad legislatorē pertinet eorū institutio: & iterū quia ex institutione efficaciā habent, quæ eis non nisi diuinitus inest.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ multa dominus fecit & dixit, quæ in euāgeliis non continentur. Illa enim præcipue curauerunt euangelistæ tradere, quæ ad salutis necessitatē & ecclesiasticæ dispositionis pertinēt: & ideo potius institutionem baptismi, & pniæ, & eucharistiæ, & ordinis a Christo factam narrauerunt, q̄ extremæ vnctionis, vel confirmationis, quæ neque sunt de necessitate salutis, neq; ad dispositionē, siue distinctionem ecclesiæ pertinent: tamē etiā de olei vnctione *sit mentio in euangelio Matth. 6.* vbi dicitur quòd Apostoli oleo vngebant infirmos.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ magister dicit ab Apostolis institutū, q̄a per doctrinā Apostolorū nobis promulgata est eius institutio.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ Christus sicut in præcedenti dist. dictū est, non exhibuit aliquod sacramentum, nisi quod ipse accepit in exemplum: accipere autem pœnitentiam, & extremā vnctionē sibi nō cōpetebat, q̄a sine peccato erat; & ideo ipse nō exhibuit.

ARTICVLVS II.

b Vtrum extrema unctio ualeat ad remissionē peccatorū.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ extrema vnctio non valeat ad remissionem peccatorum. Ad hoc enim quod per vnum potest effici, aliud non exigitur: sed in eo qui extremam vnctionem accipit, requiritur ad peccatorum remissionē pœnitētia. ergo per extremā vnctionē nō dimittūtur peccata.

¶ 2 Præt. In peccato non sunt nisi tria, macula, reatus pœnæ, & reliquiæ peccati: sed per extremam vnctionem non remittitur peccatum quo ad maculam sine contritione, quæ etiam sine vnctione remittit: nec iterum quo ad pœnam, quia adhuc si conualescat, tenetur perficere satisfactionem iniunctam: nec quo ad reliquias culpæ, quia adhuc remanent dispositiones ex actibus præcedētibus relictæ, vt patet post conualescentiam. ergo nullo modo per extremam vnctionem fit peccatorum remissio.

¶ 3 Præt. Remissio peccatorum nō fit successiue, sed in ītanti: sed extrema vnctio non fit tota simul, quia plures vnctiones requiruntur. ergo eius effectus non est remissio peccatorum.

SED CONTRA est, quod dicitur Iaco. 5. Si in peccatis est, dimittentur ei.

¶ 2 Præt. Omne sacramentum nouæ legis gratiam confert: sed per gratiam fit remissio peccatorum. ergo extrema vnctio, cum sit sacramentum nouæ legis, operatur ad remissionem peccati.

VLTERIVS. Videtur q̄ sanitas corporalis non sit effectus huius sacramenti. Omne enim sacramentum est medicina spiritualis, sed spiritualis medicina ad spiritualem sanitatem ordinatur, sicut corporalis ad corporalem. ergo sanitas corporalis non est effectus huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Sacramentum semper habet effectū suum in eo qui nō fictus accedit: sed quandoque non sanatur corporaliter suscipiēs hoc sacramentum, quantumcumque deuotus accipiat. ergo sanitas corporalis non est effectus eius.

¶ 3 Præt. Efficacia huius sacramenti Iacob. 5. nobis ostenditur: sed ibi non attribuitur sanatio effectus vnctioni, sed orationi, dicit enim. Oratio fidei sanabit infirmum. ergo corporalis sanatio non est effectus huius sacramenti.

SED CONTRA. Operatio ecclesiæ habet maiorem efficaciam post Christi passionem, quàm ante: sed ante oleo inuncti per Apostolos sanabantur, vt patet Matth. 6. ergo & nunc habet effectum in corporali sanatione.

¶ 2 Præt. Sacramenta significando efficiunt: sed baptismus per ablutionem corporalem quam exterius facit, significat & efficit spiritualem. ergo & extrema vnctio per sanationem corporalem quā exterius efficit, signat, & causat spiritualem.

VLTERIVS. Videtur quòd hoc sacramentum characterē imprimat. Character. n. est signū distinctiuū: sed sicut baptizatus distinguitur a nō baptizato, ita vnctus a non vncto. ergo sicut baptismus imprimit chara ctherem, ita extrema vnctio,

¶ 2 Præt. In ordinis & confirmationis sacramentis est vnctio, sicut & in hoc sacramento: sed in illis imprimitur character. ergo & in isto.

¶ 3 Præt. In omni sacramento est aliquid quod est res tantū, aliquid quod est sacramentū tātum, aliqd quod est res & sacramentum: sed non pōt aliquid assignari in hoc sacramēto quod sit res & sacramentū, nisi character. ergo in hoc sacramēto imprimitur character.

SED CONTRA. Nullum sacramentum imprimēs characterē iteratur: hoc autē iteratur, vt dicetur. ergo nō imprimit characterem.

¶ 2 Præt. Distinctio quæ fit secundum characterem sacramentalem est distinctio eorum, quæ sunt in præsenti ecclesia: sed extrema vnctio confertur ei qui de præsenti ecclesia exit. ergo non dat quòd in eo character conferatur.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q̄ quodlibet sacramentū est institutum principaliter ad vnum effectum, quāuis etiā alios ex consequenti inducere possit, quia sacramentum efficit quod figurat: ideo ex ipsa significatione sacramēti debet accipi eius principalis effectus. Adhibetur aūt hoc sacramentum secundum modum cuiusdam medicationis, sicut baptismus per modum ablutionis, medicina autem est ad pellendum infirmitatem: unde principaliter hoc sacramentum est institutū ad sanādum infirmitatem peccati, vt sicut baptismus est quædam spiritualis regeneratio, & pœnitētia quædam spiritualis suscitatio, ita & extrema vnctio sit quædam spiritualis sanatio, vel medicatio. Sicut autem corporalis medicatio præsupponit corporalem vitā in medicato, ita spiritualis spiritualem: & ita hoc sacramentum non datur cōtra defectus, quibus spiritualis vita tollitur, scilicet peccatum originale & mortale, sed contra illos defectus, quibus homo spiritualiter infirmatur, vt non habeat perfectum vigorē ad actus vitæ gratiæ, vel gloriæ: & hic defectus nihil est aliud, quàm quædam debilitas & ineptitudo quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali, vel originali, & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum: sed quia hoc robur gratia facit, quæ secum non compatitur peccatum, ideo ex consequenti si inuenit peccatum aliquod vel mortale, vel veniale quo ad culpam, tollit ipsum, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis, sicut etiam de eucharistia, & confirmatione supra dictū est. & ideo etiam Iacobus de remissione peccati conditionaliter loquitur dicens. Si in peccatis sit, dimittuntur ei quo ad culpā. Non enim semper delet peccatum, quia non semper inuenit: sed semper remittit quo ad debilitatem prædictam, quam quidam reliquias peccati dicunt. Quidam vero dicunt q̄ principaliter est institutum propter veniale, quod quidem non potest dum hæc vita agitur perfecte curari: & ideo sacramentum exeuntium specialiter contra veniale ordinatur. Sed hoc non videtur verum, quia pœnitentia sufficiēter etiam in hac vita delet' venialia quo ad culpam: q̄ autem non possunt euitari post peractā pniam, nō aufert præcedenti pœnitentiæ suum effectum, & iterum hoc pertinet ad debilitatē prædictā: vnde dicendum q̄ principalis effectus huius sacramenti est remissio peccatorum quo ad reliquias peccati, ex cōsequenti etiam quantum ad culpā, si eam inueniat.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ quamuis effectus principalis alicuius sacramenti possit haberi sine actuali perceptione illius sacramenti, vel sine sacramento, vel per aliud sacramentum ex consequenti, nunquam tñ potest haberi sine proposito illius sacramenti: & ideo quia pœnitentia est principaliter instituta cōtra actualem culpā, quodcumq; aliud sacramentū actualē culpā deleat, ex consequēti nō excludit necessitatem pœnitentiæ.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ extrema vnctio aliquo modo quātum ad illa tria remittit peccatum. Quamuis enim culpa quo ad maculā sine contritione non dimittatur; tamen hoc sacramentū per gratiā quam infundit, facit q̄ ille motus liberi arbitrii in peccatū fit contritio, sicut etiam in eucharistia & confirmatione pōt accidere: similiter ēt & reatum pœnæ totalis dimittit, sed ex cōsequēti inquantum debilitatē tollit, quia eandē pœnā leuius portat fortis quàm debilis, vnde nō oportet q̄ propter hoc minuatur satisfactionis mensura. Reliquiæ autem peccati non dicuntur hic dispositiones ex actibus relictæ, quæ sunt quidam habitus inchoati, sed quedā spiritualis debilitas in ipsa mente existens, qua subiecta etiam eisdem habitibus, vel dispositionibus manentibus nō ita potest inclinari mens ad peccata.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ qñ sunt multę actiones ordinatæ ad vnum effectum, vltima est formalis respectu omnium præcedentium, & agit in virtute earum: & ideo in vltima vnctione gratia infunditur, quæ effectum sacro pōt.

AD SECVNDAM qōnē dicēdū, q̄ sicut baptismus per ablutionē corporalē facit spūalem emundationem a maculis spiritualibus, ita hoc sacramentū per medicationē sacramentalē exteriorē facit sanationē interiorē. Et sicut ablutio baptismi habet effectū corporalis ablutionis, q̄a etiā corporalem mundationem facit, ita etiā extrema vnctio habet effectum corporalis medicationis, scilicet corporalem sanationē. Sed hæc est differentia, quia corporalis ablutio ex ipsa naturali proprietate elementi facit corporalem mundationē, & ideo semper eā facit: sed extrema vnctio non facit corporalē sanationem ex propriate naturali materiæ, sed ex virtute diuina quæ operatur rōnabiliter. Et quia ratio operans nunquam inducit secundariū effectum, nisi sedm quod ex pedit ad principalem, ideo ex hoc sacramento nō sequit corporalis sanatio semper, sed quādo expedit ad spūalem sanationem: & tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ obiectio illa probat q̄ corporalis sanitas non sit effectus principalis huius sacramenti, & hoc verum est.

¶ Ad secundum patet solutio ex dictis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd oratio illa est forma istius sacramenti, vt dicetur, & ideo hoc sacramentum ex sua forma habet efficaciam quantum est de se, ad sanitatem corporalem.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut supra dict. 4. dictū est, character non imprimitur nisi in illis sacramentis, in quibus homo ad aliquod sacrum deputatur: hoc autem sacramentum est solum in remedium, & non deputatur per ipsum homo ad aliquod sacrum agendum, vel suscipiendum, & ideo nō imprimitur in eo character. q.1. ar.4. q.1. & 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd character facit distinctionem statuum quantum ad ea quæ in ecclesia agenda sunt, & talem distinctionem homo non habet ab aliis per hoc quòd ipse est inunctus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vnctio quæ fit in ordine & cōfirmatione est vnctio consecratiua, qua homo deputatur ad aliquod sacramentum: sed hæc vnctio est unctio medicationis, & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in hoc sacramento res, & sacramentum non est character, sed quædam interior deuotio, quæ est spiritualis vnctio.

ARTICVLVS III.

Vtrum oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramēti.

ADTERTIVM sic procedeitur. Videtur quòd oleum oliuæ non sit conueniens materia huius sacramenti, quia hoc sacramentum immediate ad incorruptionem ordinatur: sed incorruptio signatur per baptismum: qui in chrismate pōnitur. ergo chrisma esset conueniens huius sacramenti materia. 4. Contra Gent. vbi supra. c. 74.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum est spiritualis medicatio: sed spiritualis medicatio per vini appositionem significatur, sicut patet Luc. 10. in parabola de sauciato. ergo vinum esset conueniētior huius sacramenti materia.

¶ 3 Præt. Vbi est maius periculum, ibi debet communius remedium adhiberi: sed oleum oliuæ non est commune remediū, quia non inuenitur in qualibet terra. ergo cum hoc sacramentū detur exeuntibus qui sunt in maximo periculo, videtur quòd oleum oliuæ non sit materia conueniens.

SED CONTRA est, quòd Iac. 5. oleum materia huius sacramenti determinatur: sed oleum proprie non dicitur, nisi oleū oliuæ. ergo est materia huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Spiritualis sanatio per olei inunctionem significatur, vt patet Esaiæ. 1. vbi dicitur. Plaga tumēs nō est curata medicamine,

mine, neq; fota oleo. ergo cõueniẽs materia huius sacri est oleũ. F

II VLTERIVS. Videtur q̃ non oporteat esse oleum cõsecratũ, quia hoc sacramentũ habet vnã sctificationẽ in vsu p̃ formã verborũ. ergo superfluit alia sanctificatio si ad materiã ipsius fiat.

¶ 2 Præt. Sacramenta habẽt efficaciam & significationem in ipsa materia: sed significatio effectus huius sacramenti competit oleo ex naturali proprietate, efficacia aũt ex institutio ne diuina. ergo non est necessaria aliqua sctificatio materiæ.

Cõtra Parmenianum Lib. 2. c13 Et habetur 1. qu. 1. ca. Quod quidam.

¶ 2 Præt. Baptismꝰ est perfectius sacramentum q̃ extrema vnctio: sed in baptismo non præexigitur materiæ sanctificatio, quantum est de necessitate sacramenti. ergo nec in extrema vnctione.

dã sacramẽta semel suscepta nõ iterentur Aug. dicit sacramentũ non iterandũ & sacramẽto nõ faciendã esse iniuriã, sed hoc dicit vbi ait de sacramẽto baptismi & ordinationis: vnde non videtur illud generaliter accipiendũ, sed de sacramento baptismi, & cõfirmationis, & ordinationis, quæ nullatenus sunt repetenda: quia semel tantũ, & non sæpius datur baptismus, & confir- G

SED CONTRA est, quia in omnibus aliis vnctionibus est materia consecrata prius. ergo cum hoc sacramentum sit quædam vnctio, requisit materiam consecratam.

III VLTERIVS. Videtur quòd non oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per episcopum, quia dignior est consecratio materiæ in sacramento eucharistiæ, quàm in hoc sacramento: sed in eucharistia materiam sacerdos põt consecrare. ergo & in hoc sacramento.

¶ 2 Præt. In operationibus corporalibus ars dignior nunquam præparat materiam inferiori, quia dignior est quæ vtitur, quàm quæ materiam præparat, vt dicitur in 2. Phys. sed episcopus est supra sacerdotem, ergo non præparat materiam in illo sacramẽto quo sacerdos vtitur: sed sacerdos dispensat hoc sacramentum, vt dicetur. ergo consecratio materiæ non pertinet ad episcopum. sex. co. 25. H

SED CONTRA est, quia etiam in aliis vnctionibus materia per episcopum consecratur. ergo debet ita esse in ista.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd spiritualis curatio quæ in fine adhiberur, debet esse perfecta, quia post eam alia non relinquitur: & lenis, vt spes quæ exeuntibus maxime est necessaria, non frangatur, sed foueatur: oleũ aũt lenitiuum est & penetratiuum vsque ad intima, & etiam diffusiuũ, & ideo quantum ad vtrumque prædictorum est conueniens materia huius sacramenti: & quia oleum principaliter nominatur oliuæ liquor, cum alii liquores ex similitudine ad ipsum oleum nomen accipiant, ideo oleum oliuæ etiam debet esse quod assumitur in materiam huius sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd incorruptio gloriæ I est res non contenta in hoc sacramento: nec oportet quòd talis rei significatio materiæ respondeat, vnde non oportet quòd balsamum ponatur in materia huius sacramenti, quia balsamum propter odorem pertinet ad bonitatem famæ, qua cætero non indiget propter se exeuntes, sed indiget tantum nitore conscientiæ, qui per oleum significatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vinum sanat mordicando, oleum leniendo: & ideo curatio per vinum magis pertinet ad pœnitentiam, quàm ad hoc sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ oleum oliuæ quamuis non vbique crescat, tamen de facili potest ad quemlibet locum transferri: & præterea, hoc sacramentum non est tantæ necessitatis, quòd exeũtes sine hoc sacramento, non possint salutem consequi.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd quidam dicunt quòd oleum simplex est materiæ huius sacramenti, & in ipsa sanctificatione olei quæ fit per episcopum, perficitur sacramẽtum. Sed hoc patet esse falsum ex his quæ de eucharistia dicta sunt, vbi ostensum est quòd solum illud sacramentum consistit in consecratione materiæ: & ideo dicendum, quòd hoc sacramẽtum consistit in ipsa vnctione, sicut baptismus in ablutione, & materia huius sacramenti est oleum sanctificatum. Potest aũt triplex ratio assignari, quare exigitur materiæ sanctificatio in hoc sacramento, & in quibusdam aliis. Prima est, quia omnis efficacia sacramẽtorum a Christo descendit, & ideo sacramenta illa quibus ipse est vsus, habent efficaciam ex suo vsu, sicut tactu suæ carnis vim regenerativam contulit aquis: sed hoc sacramentum non est vsus, nec aliqua corporali vnctione, & ideo in omnibus vnctionibus requiritur sanctificatio materiæ. Secunda causa est propter plenitudinem gratiæ quæ confertur non solum vt culpa tollat, sed etiam reliquias & infirmitatem corporis. Tertia est ex hoc, q̃ effectus eius corporalis, scilicet sanatio corporalis nõ causatur ex materiæ naturali proprietate, & ideo oportet quòd hic efficacia sibi per sanctificationem detur. dist. 8. qu. 1 q. in corp. K

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd prima sanctificatio est materiæ secũdum se: sed secunda magis pertinet ad vsum ipsius secundum quod est actu conferens effectum suum, & ideo neutra superfluit, quia etiam instrumenta efficaciam accipiunt ab artifice & dum fiunt, & dum ad actum applicantur.

matio, & ordinatio. Sacramentũ vero altaris, & pniæ, & coniugii sæpe iterari videtur, quia sæpe sacramentũ corporis percipitur, frequõ ter pœnitentia agitur, coniugũ sæpe contrahitur. Quare ergo vnctio similiter nõ potest iterari? si morbus non reuertitur, medicina nõ iteretur. Si vero morbus non põt cohiberi, quare medicina debet phiberi? Sicut oso iterari põt, ita & sed per efficaciam sacramenti quod dispensat, quæ quidem efficacia primo est a Christo, & ab ipso in alios descendit ordinate scilicet in populum mediantibus ministris qui sacramenta dispẽsant, & in ministros inferiores mediãtibus superioribus qui materiam sanctificant: & ideo in omnibus sacramentis quæ indigent materia sanctificata, prima sanctificatio materiæ fit per episcopum, et vsus quandoque per sacerdotem, vt ostendatur sacerdotalis potestas ab episcopali deriuata, secundum illud ps. 132. Sicut vnguentum in capite, quod prius descendit in barbam, deinde vsque ad oram vestimenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sacramentum eucharistiæ consistit in ipsa materiæ sanctificatione, non autem in vsu: & ideo proprie loquendo, illud quod est materia sacramenti non est quid consecratum, vnde non præexigitur aliqua sanctificatio circa materiam per episcopum facta, sed exigitur sanctificatio altaris, & huiusmodi, & ẽt ipsius sacerdotis, quæ non nisi per episcopum fieri potest. Vnde in illo etiam sacramento ostenditur potestas sacerdotalis ab episcopo deriuata, vt Dio. dicit. Ideo autem illam consecrationem materiæ potest facere sacerdos, quæ est in se sacramentum, & non illam quæ vt sacramentale quodam ordinatur ad sacramentum, quod consistit in vsu fidelium, quia quantũ ad corpus Christi verum nullus ordo est supra sacerdotium, sed quantum ad corpus Christi mysticum episcopalis ordo est supra sacerdotalem, vt in sequenti dist. dicetur. De Eccles. Hierar. c. 5. parte. 3. Etiã 2 Magistro in litera.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ materia sacramenti non est talis materia, vt in qua fiat aliquid per eum qui ea vtitur, sicut est in artibus mechanicis, sed vt cuius virtute aliquid fiat, & sic percipat aliquid de ratione causæ agentis, inquantum est instrumẽtum quoddam diuinæ operationis, vt supra dist. 1. dictum est: & ideo oportet quòd a superiori arte, vel potestate talis virtus materiæ acquiratur, quia in causis agentibus quanto aliquod agẽs est prius, tanto perfectius: in causis autem pure materialibus, quanto materia est prior, tanto imperfectior. q. 1. art. 4. q. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hoc sacramentum habeat aliquam formam.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non habeat aliquam formam. Cum enim efficacia sacramentorum sit ab institutione, & item a forma, oportet quòd forma tradatur ab ipso qui sacramentum instituit: sed forma huius sacramenti non inuenitur tradita neque a Christo, neque ab Apostolis. ergo sacramentum non habet aliquã formã. Opuscul. 22. cap. 1.

¶ 2 Præt. Quæ sunt de necessitate sacramenti obseruantur eodẽ modo apud omnes: sed nihil est magis de necessitate sacramenti habentis formam quàm ipsa forma. ergo cum non sit aliqua forma communiter obseruata ab omnibus in hoc sacramento, quia diuersi diuersis verbis vtuntur, videtur quòd hoc sacramentum non habeat aliquam formam.

¶ 2 Præt. In baptismo non requiritur forma nisi ad sanctificationem materiæ, quia est aqua verbo vitæ diluendis criminibus sanctificata, vt supra dictum est: sed hoc sacramentum habet materiam prius sanctificatã. ergo non indiget aliqua forma verborum. dist. 3. q. 1. qu. 4.

SED CONTRA est, quod magister supra dixit di. 1. q. omne sacramentum nouæ legis consistit in rebus, & in verbis: verba autem sunt forma sacramenti. ergo cum hoc sit sacramentum nouæ legis, videtur quòd habeat formam.

¶ 3 Præt. Ad hoc est ritus vniuersalis ecclesiæ, quæ quibusdam verbis vtitur in collatione huius sacramenti.

VLTERIVS.

VLTERIVS. Videtur quòd forma huius sacramenti deberet proferri per orationem indicatiuam, & non per deprecatiuam, quia omnia sacramenta nouæ legis habent certum effectum: sed certitudo effectus non exprimitur in formis sacramentorum, nisi per orationem indicatiuam, vt cũ dicitur, Hoc est corpus meũ: vel, Ego baptizo te. ergo debet esse forma huius sacramẽti oratio indicatiua. A

¶ 2 Præt. In formis sacramentorũ oportet exprimi intẽtio ministri quæ requiritur ad sacramentũ: sed intentio eorum seruendi sacramentũ non exprimitur nisi per orationem indicatiuam. ergo &c.

unctio iterari posse uidetur, utraque, n. illic cõmemorat Iacobus, & utrumq; illic cooperatur ad ferendam alleuiationem corporis & animæ. Cur ergo negatur unctionem super infirmũ posse iterari ad impetrandã sæpius sanitatem mentis & corporis, cum pp infirmitatem eadem sæpe iterãda sit oratio? Quidam aũt de omni sacro intelli B

¶ 3 Præt. In quibusdam ecclesijs dicuntur huiusmodi verba in collatione huius sacramenti, Vngo hos oculos oleo sanctificato, in nomine patris &c. & hoc est conforme alijs formis sacramentorũ. ergo videtur q̃ in hoc cõsistat forma huius sacri.

SED CONTRA. Illud quod est forma sacramenti, ab omnibus oportet q̃ seruetur: sed verba prædicta non dicuntur secundum consuetudinem omnium ecclesiarum, sed tantũ verba deprecatiua, scilicet, Per istam vnctionem, & suã pissimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti per visum &c. ergo forma huius sacramẽti est oratio deprecatiua.

¶ 2 Præt. Hoc videtur ex verbis Iaco. qui attribuit efficaciam huius sacramenti orationi. Oratio inquit fidei sanabit infirmum. ergo cum efficacia sacramẽti sit ex forma, videtur quòd C forma huius sacramenti sit prædicta oratio.

VLTERIVS. Videtur quòd prædicta oratio non sit competens forma huius sacramenti, quia in formis aliorum sacramentorum fit mentio de materia, sicut patet in confirmatione quæ non fit in verbis prædictis. ergo nõ est conueniens forma. De Eccles. Hierar. c. 5. parte. 3.

¶ 2 Præt. Sicut effectus huius sacramenti prouenit in nos per misericordiam diuinam, ita & aliorum sacramentorum: sed in forma aliorum sacramentorum non fit mẽtio de misericordia diuina, sed magis de Trinitate, & de passione. ergo similiter debet hic esse.

¶ 3 Præt. Duplex effectus huius sacramenti in litera ponitur: sed in verbis prædictis non fit mentio nisi de vno, scilicet, remissione peccatorum, non autem de corporali sanatione, ad quam Iaco. ordinat orationem fidei dicens. Oratio fidei sanabit infirmum. ergo forma prædicta est incompetens.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd quidam dixerunt quòd nulla forma est de necessitate huius sacramenti. Sed hoc videtur derogare effectui huius sacramẽti, quia omne sacramentum efficit signando: signatio autem materiæ non determinatur ad effectum determinatum, cum ad multa se possit habere, nisi per formam verborũ: & ideo in omnibus sacramentis nouæ legis quæ efficiunt quod figurant, oportet esse & res, & verba, vt supra dist. 1. magister dixit. Et præterea Iac. totã vim huius sacramenti videtur constituere in oratione, quæ est forma huius sacramenti, vt dicetur: & ideo prædicta opinio præsumptuosa videtur, & erronea. Et propter hoc dicendum, sicut communiter dicitur, quòd habet formam determinatam, sicut & alia sacramenta. D

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacra scriptura omnibus communiter proponitur, & ideo forma baptismi quæ ab omnibus dari potest, debet in sacra scriptura exprimi: & similiter forma eucharistiæ quæ exprimit fidem illius sacramenti, quæ est de necessitate salutis: sed formæ aliorum sacramentorum non inueniuntur in scriptura tradita, sed ecclesia ex traditione Apostolorum habet, qui a domino acceperunt, vt dicit Apostolus. 1. Corinth. 11. Ego enim accepi a domino, quod & tradidi vobis. E

¶ Ad secũdum dicendum, quòd illa verba quæ sunt de essentia formæ, scilicet oratio deprecatiua, ab omnibus dicuntur: sed alia quæ sunt de bene esse, non obseruantur ab omnibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd materia baptismi habet quandam sanctificationem per se ex ipso tactu carnis Saluatoris, sed ex forma verborum accipit sanctificationem actu sanctificantem: & similiter potest sanctificationem materiæ huius sacramẽti secundum se requiritur sanctificatio in vsu, per quam, actu sanctificet.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ forma huius sacramenti est oratio deprecatiua, vt pater per verba Iac. & ex vsu Romanæ ecclesiæ, quæ solum verbis deprecatiuis vtitur in collatione huius sacramẽti, cuius ratio multiplex assignatur. Primo, quia suscipiens sacramentum hoc est viribus propriis destitutus, vnde indiget orationibus subleuari. Secundo, quia datur exeuntibus qui iam desinunt de foro ecclesiæ esse, & in solius dei manu requiescunt, vnde & ei per orationem cõmittuntur. Tertio, quia hoc sacramentũ nõ habet aliquem effectum, qui semper ex operatione ministri consequatur omnibus quæ sunt de essentia sacramenti tritio peractis, sicut character in baptismo & confirmatione, & transubstantiatio in eucharistia: & remissio peccati in pœnitentia existente cõ- giuol unt, q̃ non sit iterandum. sm totum illud quod pertinet ad sacramentũ, dicentes quædã sacramenta sæpius posse suscipi, quædã vero nõ. Nec tñ quæ sæpius sumuntur, totaliter iterantur, ut sacrm altaris & unctionis, quę licet sumantur sæpius, tamen quia non iterum benedicitur eadẽ hostia, uel idem oleum, non iteratur sacramentum A collatione huius sacramẽti, cuius ratio multiplex assignatur. Primo, quia suscipiens sacramentum hoc est viribus propriis destitutus, vnde indiget orationibus subleuari. Secundo, quia datur exeuntibus qui iam desinunt de foro ecclesiæ esse, & in solius dei manu requiescunt, vnde & ei per orationem cõmittuntur. Tertio, quia hoc sacramentũ nõ habet aliquem effectum, qui semper ex operatione ministri consequatur omnibus quæ sunt de essentia sacramenti tritione, quæ est de essentia sacramenti pœnitentiæ, nõ. videtur de essentia huius sacramenti: & ideo in hoc sacramento non potest esse forma indicatiui modi, sicut in prædictis sacramẽtis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc sacramentum, sicut & prædicta, quantum est de se, habet certitudinem, sed potest impediri ex fictione recipientis, etiã si se sacramento subijciat per intentionem, quòd nullum effectum consequetur: & propter hoc non est simile de hoc, & de alijs sacramentis, in quibus semper aliquis effectus consequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per ipsum actum qui ponitur in forma, scilicet, Per istam sanctam vnctionem, satis exprimitur intentio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd verba illa indicatiui modi, quæ secundum morem quorundam præmittuntur orationi, non sunt forma huius sacramenti, sed sunt quædam dispositio ad formam, inquantum intẽtio ministri determinatur ad actum illum per illa verba.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd prædicta oratio est competens formæ huius sacramenti, quia tangit sacramentum in hoc quòd dicitur, Per istam vnctionem: & illud quod operatur in sacramẽto, scilicet diuinam misericordiam, & effectum, scilicet remissionem peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd materia huius sacramenti potest intelligi per actum vnctionis, non autem materia confirmationis per actum in forma expressum, & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd misericordia respicit miseriam, quia hoc sacramentum datur in statu miseriæ, i. infirmitatis, ideo potius hic quàm in alijs fit de misericordia mentio. D

¶ Ad tertium dicendum, quòd in forma debet exprimi effectus principalis, & qui semper inducitur ex sacramento, nisi sit defectus ex parte recipientis: non autem talis effectus est corporalis sanitas, vt ex dictis patet, quàmuis quandoque sequatur, ratione cuius Iacob. hunc effectum attribuit orationi, quæ est forma huius sacramenti. Cap. 5.

QVAESTIO II.

Deinde quæritur de administratione huius sacramenti. B

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Quis sit minister huius sacramenti.
¶ Secundo, Cui debeat conferri.
¶ Tertio, In qua parte.
¶ Quarto, Vtrum debeat iterari.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd etiam laicus possit hoc sacramentum conferre, quia hoc sacramentum habet efficaciam ex oratione, vt Iac. dicit: sed oratio laici quandoque est a deo accepta, sicut sacerdotis. ergo potest hoc sacramentum conferre. Cap. 5.

¶ 2 Præt. De quibusdam patribus in Aegypto legitur, quòd oleum ad infirmos transmittebant, & sanabatur: & similiter dicitur de beata Genouefa quòd oleo infirmos ungebat. ergo hoc sacramentum potest conferri etiam a laicis.

SED CONTRA est, quia in hoc sacramento fit remissio pecca-

peccatorum: sed laici non habent potestatem dimittendi peccata. ergo &c.

II *De Eccles. hierar. c.5. par. 1.*

VLTERIVS. Videtur quòd diaconi possint hoc sacramentum conferre, quia secundum Diony. diaconi habent virtutem purgatiuam: sed hoc sacramentum est institutũ ad purgandum tantum ab infirmitate mentis & corporis. ergo diaconi pñt conferre.

¶ 2 Præt. Dignius sacramentum est baptismus, q̃ hoc de quo agimus: sed diaconi possunt baptizare, vt patet de beato Laurentio. ergo & possunt hoc sacramentum conferre.

cũm iniuria. Sed dicet quis, sic & baptismus non iteratur, & si aliquis frequenter baptizatur, dum eadem aqua non iterum benedica

4. con. Gẽt. c.73. ĩ fine.

SED CONTRA est, quod dicitur Iac. 5. inducat presbyteros ecclesiæ.

III VLTERIVS. Videtur quòd solus episcopus possit hoc sacramentum conferre, quia hoc sacramentum vnctione perficitur, sicut & confirmatio: sed solus episcopus potest confirmare. ergo solus potest hoc sacramentum conferre.

¶ 2 Præt. Qui non potest quod est minus, non potest quod est maius: sed maius est vsus materiæ sanctificatæ, q̃ sanctificatio eius, quia est finis ipsius. ergo cum sacerdos non possit sanctificare materiam, nec potest materia sanctificata vti.

SED CONTRA. Huius sacramenti minister inducendus est ad eum qui suscipit sacramentum, vt patet Iacob. 5. sed episcopus non posset accedere ad omnes infirmos suç diçcesis. ergo non solus episcopus potest hoc sacramẽtũ cõferre.

De Eccles. hierar. c.5. par. 1.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd secundum Dio. in eccles. hierar. Sunt quidam exercentes actiones hierarchias, & quidam recipientes tantum qui sunt laici, & ideo nullius sacramenti dispensatio laico ex officio competit: sed quòd baptizare possunt in casu necessitatis est diuina dispensatione factum, vt nulli regenerationis spiritualis facultas desit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oratio illa non fit a sacerdote in persona sua, quia cum sit quandoque peccator, non esset exaudibilis: sed fit in persona totius ecclesiæ, in cuius persona orare potest quasi persona publica, non autem laicus qui est persona priuata.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illæ vnctiones non erant sacramentales, sed ex quadam deuotione recipientium talem vnctionem, & meritis vngentium, uel oleum mittentium consequebatur effectus sanitatis corporalis per gratiam sanitatũ, non per gratiam sacramentalem.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd diaconus habet uim purgatiuam tantum, non aũt illuminatiuam: unde cum illuminatio sit per gratiam, nullum sacramentum, in quo gratia conferatur, potest diaconus ex officio dare, & ideo nec hoc, cum in eo gratia conferatur.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd hoc sacramentũm illuminando per collationẽ gratiæ purgat, & ideo diaconis eius non competit collatio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc sacramentum non est necessitatis sacramentum, sicut baptismus: unde non ita committitur dispensatio eius omnibus in articulo necessitatis, sed solum illis quibus ex officio competit: diaconis autem etiam baptizare non competit ex officio.

Vbi supra.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd secundum Dionys. episcopus proprie habet perficiendi officium, sicut sacerdos illuminandi: unde illa sacramenta dispensanda solis episcopis reseruantur, quæ susceptione in aliquo statu perfectionis super alios ponunt: hoc autem non est in hoc sacramento, cum omnibus detur, & ideo per simplices sacerdotes potest administrari.

dist. 7. q. 2. quæst. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd confirmatio imprimit characterem, quo collocatur homo in statu perfectionis, ut supra dictum est, non autem hoc est in hoc sacramento, & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis in genere causæ finalis usus materiæ sanctificatæ sit potior quàm sanctificatio materiæ, tamen in genere causæ efficientis sanctificatio materiæ est potior, quia ab eodẽ pendet usus sicut ab actiua causa, & ideo sanctificatio requirit altiorem uirtutem actiuã q̃ usus.

ARTICVLVS II.

b Vtrum etiam sanis debeat conferri hoc sacramentum.

4. con. Gẽt. Vbi supra.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd etiam sanis debeat cõferri hoc sacramentum, quia principalior

F effectus huius sacramenti est sanatio mentis, quàm sanatio corporis, ut dictum est: sed etiam sani corpore indigent sanatione mentis. ergo eis debet hoc sacramentum conferri.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum est exeuntium, sicut baptismus intrantium: sed omnibus intrantibus baptismus datur. ergo omnibus exeuntibus debet dari hoc sacramentum: sed quandoque illi qui sunt in propinquo exitus, sunt sani, sicut illi qui decapitandi sunt. ergo talibus debet hoc sacramentum dari.

tur. Sed aliud est, inquiunt illi, de benedictione aquæ, qua fit baptismus, aliud de benedictione panis & olei. Potest enim baptismus

SED CONTRA est, quod dicitur Iaco. 5. Infirmatur quis in uobis &c. ergo solis infirmis competit.

II *Vbi supra.*

VLTERIVS. Videtur quòd in qualibet infirmitate hoc sacramentum dari debeat, quia Iaco. 5. ubi hoc sacramentum G traditur, nulla infirmitas determinatur. ergo omnibus infirmitatibus debet hoc sacramentum conferri.

¶ 2 Præt. Quanto remedium est dignius, tanto debet esse generalius: sed hoc sacramentum est dignius quàm medina corporalis. cum ergo medicina corporalis omnibus infirmis detur, videtur quòd etiam hoc sacramentum.

SED CONTRA. Hoc sacramentum dicitur ab omnibus extremæ vnctionis: sed non omnis infirmitas ad extremum uitæ perducit, cum quædam infirmitates sint causæ longioris uitæ, ut dicit Philosophus. ergo non omnibus infirmantibus debet hoc sacramentum dari.

In lib. de longitudine & breuitate uitæ, circa principium.

III VLTERIVS. Videtur quòd furiosis & amentibus hoc sacramentum dari debeat, quia tales ægritudines sunt periculosissimæ, & cito ad mortem disponunt: sed periculo debet adhiberi remedium. ergo hoc sacramentum quod est in remedium infirmitatis humanæ debet talibus conferri.

H ¶ 2 Præt. Dignius sacramentum est baptismus quàm istud: sed baptismus datur furiosis, ut supra dictum est. ergo & hoc sacramentum eis debet dari.

dist. 4. q. 3. quæst. 3.

SED CONTRA. Hoc sacramentum non est dandum nisi recognoscentibus ipsum: sed tales non sunt furiosi & amentes. ergo eis dari non debet.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd debeat dari pueris, quia eisdem infirmitatibus quandoque laborant pueri & adulti: sed eidem morbo debet adhiberi idem remedium. ergo sicut adultis, ita & pueris debet hoc sacramentum conferri.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum datur ad purgandhm reliquias peccati, ut prædictum est, tam originalis, quàm actualis: sed in pueris sunt reliquiæ originalis peccati. ergo eis debet hoc sacramentum dari.

SED CONTRA est, quòd nulli debet dari sacramentum, cui non competit forma sacramenti: sed forma huius sacramenti non cõmpetit pueris qui non peccauerunt per uisum & auditum, ut in forma exprimitur. ergo eis non debet dari hoc sacramentum.

I

Prĩti dist. q. 1. ar. 1. q. 1. per totum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd hoc sacramentum est quædam spiritualis curatio, ut prius dictum est, quæ quidem per quendam corporalis curationis modum significatur, & ideo illis quibus corporalis curatio non competit, scilicet sanis, non debet hoc sacramentum conferri.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis spiritualis sanitas sit principalis effectus huius sacramenti, tamen oportet quòd per curationem corporalem significetur curatio spiritualis, etiam si corporalis sanatio non sequatur: & ideo solùm illis hoc sacramento sanitas spiritualis dari potest, quibus curatio corporalis competit, scilicet infirmis: sicut ille solus potest baptismum suscipere, qui potest corporalis ablutionis esse particeps, non autem puer in uentre matris existens.

K ¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus etiam non est nisi illorum intrantium qui corporali ablutioni subijci possunt, & ideo hoc sacramentum illorum tantum exeuntium est, quibus corporalis curatio competit.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd hoc sacramentum est vltimum remedium, quod ecclesia potest conferre immediate quasi disponens ad gloriam: & ideo illis tantum infirmantibus debet exhiberi, qui sunt in statu exeuntium, propter hoc quòd ægritudo nata est mortem inducere, & de periculo timetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quælibet infirmitas augmentata potest mortem inducere: & ideo si genera infirmitatum pensantur, in qualibet ægritudine potest dari hoc sacramentum, quia Apostolus nõ determinat infirmitatem aliquam: sed si pensetur infirmitatis modus & status, non semper debet infirmantibus hoc sacramentum dari.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd medicina corporalis habet pro principali effectu sanitatem corporalem, qua omnes infirmi in quolibet statu indigent: sed hoc sacramentum habet pro principali effectu illam sospitatem quæ exeuntibus, & iter ad gloriam agentibus est necessaria, & ideo non est simile.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd ad effectũ huius sacramenti percipiendũ plurimum valet deuotio suscipientis, & personale meritum conferentium, & generale totius ecclesiæ, qđ patet ex hoc, q̧ per modũ deprecationis forma huius sacramenti confertur, & iõ illis qui non possunt recognoscere, & cum deuotione suscipere, hoc sacramentum dari non debet, & præcipue furiosis, & amentibus qui possunt irreuerentiam sacramento per aliquam immunditiam facere, nisi haberẽt lucida interualla, in quibus sacramenta recognoscerent, & sic eis conferri in statu illo possent.

celebrari in aqua etiam non benedicta, quia illa benedictio pro reuerentia tantũ fit & decore, non virtute sacramenti. Sed corpus Christi non potest confici nisi de pane consecrato, nec vnctio illa fieri potest nisi de oleo ab episcopo consecrato: ideoq; illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinere videtur. In coniugio quoque semel

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis in periculo mortis tales quandoque sint, tamen remedium per deuotionem propriam non potest eis applicari, & ideo non debet eis conferri.

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus non requirit motum liberi arbitrij, quia datur contra orginale principaliter, quod nõ curatur in nobis ex nostro libero arbitrio: sed in hoc sacramento requiritur motus liberi arbitrij, & ideo non est simile. Et præterea, baptismus est sacramentum necessitatis, non autem extrema vnctio.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd hoc sacramentum exigit actualem deuotionem in suscipiente, sicut & eucharistia: vnde sicut eucharistia non debet dari pueris, ita nec hoc sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non datur contra reliquias originalis peccati, nisi secundũ quod sunt per actualia peccata quodammodo cònfortatæ: vnde principaliter contra actualia peccata datur, vt ex ipsa forma patet, quæ non sunt in pueris.

¶ Ad secundum dicendum, quòd infirmitates in pueris non sunt ex peccato actuali causatæ, sicut in adultis: & contra illas præcipue infirmitates hoc sacramentum datur, quæ sunt ex peccato causatæ, quasi peccati reliquiæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum hoc sacramento totum corpus inungi debeat.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramento totum corpus inungi debeat, quia secundum August. Anima tota est in toto corpore: sed præcipue datur hoc sacramentum ad sanandum animam. ergo in toto corpore debet inunctio fieri.

¶ 2 Præt. Vbi est morbus, ibi debet apponi medicina: sed morbus est vniuersalis in toto corpore, sicut febris. ergo totum corpus inungi debet.

¶ 3 Præt. In baptismo totum corpus immergitur. ergo & hic totum deberet inungi.

SED CONTRA est vniuersalis ecclesiæ ritus, secundum quem non inungitur infirmus, nisi in determinatis partibus corporis.

II VLTERIVS. Videtur quòd inconuenienter determinentur istæ partes, vt scilicet infirmans vngatur in oculis, in auribus, in naribus, in labijs, in manibus & pedibus, quia sapiens medicus curat morbum in radice: sed de corde exeunt cogitationes quæ coinquinant hominem, vt dicitur Matth. 14. ergo in pectore debet fieri vnctio.

¶ 2 Præt. Puritas mentis non minus est necessaria exeuntibus quàm intrantibus: sed intrantes vnguntur chrismate in vertice a sacerdote, ad significandũ puritatẽ mentis. ergo & exeuntes hoc sacramento debent vngi in vertice.

¶ 3 Præt. Ibi debet adhiberi remedium, vbi est maior vis morbi: sed spiritualis morbus præcipue viget in renibus viris, & mulieribus in vmbilico, vt patet Iob 40. Potestas eius in lumbis eius, secundum expositionem Gregor. ergo ibi debet fieri inunctio.

A ¶ 4 Præt. Sicut per pedes peccatur, ita & per alia membra corporis. ergo sicut vnguntur pedes, ita & alia corporis membra inungi debent.

III VLTERIVS. Videtur quòd mutilati non sint vngendi illis vnctionibus quæ partibus illis competunt, quia sicut hoc sacrm̃ exigit determinatam dispositionẽ in suscipiente, vt s. sit infirmus, ita & determinatam partem: sed ille qui nõ habet infirmitatem non potest inungi. ergo nec ille qui nõ habet partem illam, in qua debet fieri inunctio.

tantum benedicitur quisq;, non sæpius. Benedicitur. n. ut ait Ambro. cum prima, & non secunda uxore. Si ergo cũ dicitur sacramentũ non esse iterandum, nec iniuria ei esse facienda, rationem dicti referas ad sanctificationem rei, qua sacramẽtum expletur, de omni sacramento generaliter id uerum est. Si uero ad susceptionem sacramenti, de

Super Epistolam primam Pauli ad Cor. c.7

¶ 2 Præt. Ille qui est cæcus a natiuitate, nõ delinquit per visum: sed in vnctione q̃ fit ad oculos, fit mẽtio de delicto p̃ visũ. ergo talis inunctio cæco nato non deberet fieri, & sic de alijs.

SED CONTRA est, quòd defectus corporis non impedit aliquod aliud sacramentum. ergo nec istud impedire debet: sed de necessitate istius sacramenti est quælibet vnctionũ. ergo omnes debent fieri mutilato.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd hoc sacramentum per modum curationis exhibetur, curatio autem corporalis non oportet quòd fiat per medicinam toti corpori appositam, sed illis partibus vbi est radix morbi: & ideo vnctio etiam sacramentalis debet fieri in illis partibus tantũ, in quibus est radix spiritualis infirmitatis.

D.170.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima quàmuis sit tota[d] in qualibet parte corporis quantum ad essentiam, non tamen quantum ad potentias quæ sunt radices actuum peccati, & ideo oportet quòd determinatis partibus vnctio fiat, in quibus illæ potentiæ habent esse.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non semper apponitur medicina vbi est morbus, sed congruentius vbi est radix morbi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus fit per modum ablutionis, ablutio autem corporalis non purgat maculam ab aliqua parte nisi cui apponitur, & ideo baptismus toti corpori exhibetur: secus autem est de extrema vnctione, ratione iam dicta.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd principia peccandi in nobis sunt eadẽ quæ & principia agendi, quia peccatum in actu consistit. Principia autem agendi in nobis sunt tria. Primum est dirigens, scilicet vis cognoscitiua. Secundum est imperans, scilicet vis appetitiua. Tertium est exequens, scilicet motiua. Omnis autem nostra cognitio a sensu ortum habet: & quia vbi est in nobis prima origo peccati, ibi debet vnctio adhiberi, ideo vnguntur loca quinque sensuum, scilicet oculi propter visum, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter gustum, manus propter tactũ, qui in pulpis digitorum præcipue viget: sed propter appetitiuam vnguntur a quibusdam renes, propter motiuam vnguntur pedes qui sunt principaliùs eius instrumentũ. Et quia primum principium est cognoscitiua, ideo illa vnctio ab omnibus obseruatur quæ fit ad quinque sensus quasi de necessitate sacramenti. Sed quidam non seruant alias: quidam vero illam seruant quæ ad pedes, & non quç ad renes, quia appetitiua & motiua sunt secundaria principia.

T. com. 160

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cogitatio a corde non exit nisi per aliquam imaginationem, quæ est motus a sensu factus, vt dicitur in 2. de anima: & ideo cor non est prima radix cogitationis, sed organa sensuum, nisi quatenus cor est principium totius corporis, sed hoc principium est radix remota.

¶ Ad secundum dicendum, quòd intrantes debent acquirere puritatem, sed exeuntes eam purgare: & ideo exeuntes debent inungi illis partibus, quibus contingit puritatem mentis inquinari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum quorundam consuetudinem fit in renibus propter hoc, quòd ibi maxime viget appetitus concupiscibilis, sed appetitiua non est prima radix, vt dictum est.

In cap. præsentis quęstiun.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ organa corporis, quibus actus peccati exercentur, sunt pedes, manus, & lingua, quibus etiam vnctio exhibetur: & membra genitalia, quibus propter immunditiam illarum partium, & honestatem sacramenti non debet vnctio adhiberi.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd mutilati

inungi dicunt quanto propinquius esse potest ad partes illas, in quibus vnctio fieri debuerat: quia quāuis non habeant mē. bra, habent tamen potentias animæ quæ illis membris debentur, saltem in radice, & interius peccare possunt per ea quæ ad partes illas pertinent, quàmuis non exterius. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hoc sacramentum debeat iterari.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non debeat iterari, quia dignior est vnctio quę fit hoī, q̄ quæ fit lapidi: sed vnctio altaris nō iteratur nisi altare illud fractū fuerit. ergo nec vnctio extrema, quæ adhibetur homini debetur iterari.

¶ 2 Præt. Post vltimum nihil est: sed hæc vnctio dicitur extrema. ergo non debet iterari.

SED CONTRA. Hoc sacramentum est quædam spiritualis curatio per modum curationis corporalis exhibita: sed curatio corporalis iteratur. ergo & hoc sacramentum iterari potest.

VLTERIVS. Videtur quòd in eadē infirmitate non debeat iterari, quia vni morbo non debetur nisi vna medicina: sed hoc sacrūm est quædā spiritualis medicina. ergo contra vnum morbum non debet iterari.

¶ 2 Præt. Secundum hoc posset aliquis infirmus tota die inungi, si in eodem morbo posset iterari inunctio, qd̄ est absurdum.

SED CONTRA est, quòd aliquando morbus diu durat post sacramenti perceptionem, & sic reliquiæ peccatorum contrahuntur, contra quas principaliter hoc sacramētū dat̄. ergo debet iterato iniungi.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd nullum sacramentale, nec sacramentum quod habet effectum perpetuum, debet iterari, quia ostenderetur sacramentū non fuisse efficax ad faciendum illum effectum, & sic fieret iniuria illi sacramento. Sacramentum autem quod habet effectum non perpetuum, potest iterari sine iniuria, vt effectus deperditus iterato recuperetur: & quia sanitas corporis & mētis quæ sunt effectus huius sacramenti, possunt amitti post q̄ fuerūt per sacramentū effecta, ideo hoc sacrm̄ sine sui iniuria potest iterari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd inunctio lapidis fit ad ipsius altaris consecrationem, quæ est perpetuo in lapide, quandiu altare manet, & ideo non potest iterari: sed hæc vnctio non fit ad consecrationem hominis, cum nō imprimatur character, & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud quod secundum æstimationem hominum est extremum, quandoque secundum rei veritatem non est extremum: & sic dicitur hoc sacramentum extrema vnctio, quia non debet iterari nisi illis, quorum mors est propinqua secundum æstimationem hominum.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd hoc sacramentum non respicit tantum infirmitatem, sed etiam infirmitatis statum, quia nō debet dari nisi infirmis, qui secundum humanam æstimationē videntur morti appropinquare. Quædam ergo infirmitates non sunt diuturnæ, vnde si in eis datur hoc sacramentum, tūc cum homo ad illum statum perueniat, q̄ sit in periculo mortis, non recedit a statu illo nisi infirmitate curata, & ita iterum non debet inungi: sed si recidiuum patiatur, erit alia infirmitas, & poterit fieri alia inunctio. Quædā F vero sunt ægritudines diuturnæ, vt ethica, & hydropsis, & huiusmodi: & in talibus non debet fieri inunctio, nisi quando videntur perducere ad periculum mortis: & si homo illum articulum euadat eadē infirmitate durante, & iterum ad similem statum per illam infirmitatem reducatur, iterū potest inungi, quia iam est quasi ali⁹ infirmitatis status, quāuis non sit alia infirmitas simpliciter. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

quibusdam verum est, q̄ non iterantur crebra susceptione: de alijs vero quibusdam nō, quia frequenter sumuntur, vt hoc vnctionis sacramentum, quod in omni pene Ecclesia sæpe repetitur.

DISTINCTIO XXIIII.

A

De ordinibus ecclesiasticis.

NVNC ad considerationem sacræ ordinationis accedamus. Septem sunt spiritualium officiorum gradus, siue [a] ordines, sicut ex sanctorū Patrum dictis aperte traditur, & capitis nostri, scilicet Iesu Christi exemplo monstratur, qui omnium officia in semetipso exhibuit, & corpori suo, quod est Ecclesia, eosdem ordines obseruandos reliquit. Septem autem sunt propter septiformem gratiam Sanctispiritus, cuius qui non sunt participes, ad gradus ecclesiasticos indigne accedunt. Illi uero, in quorū mentibus diffusa est septiformis gratia Spiritussancti, cum ad ecclesiasticos ordines accedunt, in ipsa spiritualis gradus promotione amplio rem [b] gratiam percipere creduntur.

Quales assumendi sunt ad clerum.

TALES autem ad ministerium spirituale eligendi sunt clerici, qui [c] digne G possint dominica sacramenta tractare. Melius est.n. Domino sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, q̄ multos inutiles, qui ordinatori graue onus inducant. Tales.n. decet esse ministros Christi, qui septiformis gratia Spūssancti sint decori, ex quorum doctrina & conuersationis forma, eadē gratia in alijs transfundatur, ne cælestes margaritas spiritualia uerborum officio H rumque diuinorum ordines uitæ pedibus conculcent. In sacramento ergo septiformis spiritus B [a] septem sunt gradus ecclesiastici, scilicet ostiarij, lectores, exorcistæ, acolythi, subdiaconi, diaconi, sacerdotes. Omnes tamen clerici uocantur, idest, sortiti. C [a] Corona enim signaculum est, quo signantur in partem sortis ministerij diuini. Corona regale decus significat, & seruire Deo regnare est. Vnde ministri Ecclesiæ reges esse debent, ut se, & alios regant, quibus Petrus ait. Vos estis genus electū, regale sacerdotium &c. Summitas capitis desuper nudatur, ut eorum mens ad Dominū libera mon stretur, qua reuelata facie gloriam Dei contemplent. Summitas.n. ca B pitis est eminentia mentis, denudatio capitis est reuelatio mētis. Clericus.n. secretorum Dei non ignarus esse debet. Tundentur ēt capilli usque ad reuelationem sensuū.s. oculorum, & aurium, ut uitia in corde & opere pullulantia doceantur pręcidenda, ne ad audiendum & intelligendū uerbum Dei prepediatur mens, pro quo seruato reddetur in excelsis corona. Tonsuræ autē ecclesiasticæ usus a Nazarę is C exortus uidet, qui prius crine seruato, deinde ob uitæ cōtinentiam caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponebāt. Hinc usus inoleuit, ut qui diuinis cultibus mancipantur, quasi Nazarçi, idest, sancti crine posito inueniantur, sicut ad Ezechielem dicitur. Fili hominis sume gladium acutum, & duc super caput tuum, & barbam. In actibus etiam Apostolorū Priscillam & Aquilam hoc fecisse legimus. Paulus quoque, & alij quidam discipuli Christi hoc fecerunt. Recte ergo in quibuslibet gradibus constituti clerici uocantur, quorum nomina, & rationes nominum Isidorus exponens ait. Cleros & clericos hinc appellatos esse credimus, quia Matthias electus est sorte, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. Cleros enim græce, latine sors, hæreditas dicitur. Ideo ergo dicti sunt clerici, quia de sorte sunt Domini, uel quia Deum patrem habent.

Clemēs Papa. Et habetur dist. 24. c. Tales.

Cap. 5.

Cap. 12.

1. Cor. c. 11

Lib. 7. Ethimolog. & citatur dis. 21. cap. Cleros.

Act. 4.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRAETER præmissa &c. Videtur q̄ male ordinet, quia cum hoc sacramentum exeūtibus detur, deberet ultimo poni. Et dicendum q̄ alia duo quæ sequuntur, ordinātur ad bonum cōmune ecclesiæ, vel totius humanæ speciei, vnū autem vnius est prius q̄ bonū multorum, quod ex singularibus bonis cōsurgit: vnde hoc sacramentum debuit vltimo poni inter illa quæ ordinantur ad bonū vnius personæ, & ante illa q̄ ordinātur ad bonū multitudinis. *Quæ dicitur principalis*, qa eo solo imprimitur character, & datur spiritussancti plenitudo ad robur. *Capita regum, & pontificum vnguntur*. Contra est q̄ reges non vnguntur secundum consuetudinem ecclesiæ chrismate in capite, sed oleo in scapulis. Et dicendum, q̄ illa vnctio regum non est sacramentum, & ideo secundum I diuersas consuetudines potest diuersimode fieri. Vel dicendum, q̄ exponendum est, regum & pontificum, idest, eorū qui habent sacerdotium regale, vt pro eodem sumatur vtraque gens. *Sed ex contemptu, vel negligentia*. Contra. Negligentia in his quæ nō sunt de necessitate salutis, non est damnabilis: hoc autem sacramentum non est de necessitate salutis. Et dicendum, q̄ hoc magis accipiendum est copulatiue, q̄ disiunctiue. Non.n. quælibet negligentia, sed ex contemptu procedens, vel contemptum inducens, damnabilis est. *Non potest confici nisi de pane consecrato*, non quòd panis consecratus sit materia sacramenti, sed quòd ipse panis consecratus sit sacramentum.

DIVISIO TEXTVS.

K POSTQVAM determinat magister de sacramentis, quæ ordinantur in remedium vnius personæ, hic determinat de sacramentis quæ ordinantur in remedium totius ecclesiæ, & diuiditur in partes duas. In prima determinat de sacro ordinis, quod ordinatur ad spiritualem multiplicationem & gubernationē ecclesiæ. In secunda de matrimonio, quod ordinatur ad multiplicationem materialem fideliū. 26. di. ibi. *Cum alia sacramenta &c.* Prima in duas. In prima, determinat de sacro ordinis. In secunda, de conferentibus hoc sacrm̄ dist. 25. ibi. *Solet quæri, si hæretici &c.* Prima in duas. In prima de ordinibus: in secunda de quibusdam officijs, vel dignitatibus quæ ad ordines consequuntur, ibi. *Sunt & alia quædam non ordinum &c.* Prima in duas. In prima, determinat de ordinibus distinctis. In scda, quid esse cōe habeant, ibi. *Si aūt quæratur, quid sit &c.* Prima in duas. In prima, ponit numerū distinctorū ordinū. In scda de eis prosequitur, ibi. *In sacramento igitur septiformis &c.* Circa primum tria facit. Primo, ponit numerū ordinū. Scdo, effectū quē habent in suscipientibus, ibi. *Illi vero in quorū mentibus &c.* Tertio, cōditiones quas in eis requirunt, ibi. *Tales autem ad ministerium &c. In sacramento ergo &c.* Hic prosequitur de ordinibus, & circa hoc facit tria. Primo, determinat quoddam quod præexigitur ad ordines, scilicet corona. Secundo, de ipsis ordinibus prosequitur, ibi. *Hostiarij ijdem &c.* Tertio, ostendit quandam ordinum dictorum differentiā, ibi. *Cumque omnes sint spirituales &c.* Secunda pars in septem partes diuiditur, secundū quod de septem ordinibus prosequitur, quæ partes per se patēt in lra. *Sunt & alia quædam &c.* Hic determinat de nominibus, quibus non ordines, sed dignitates, vel officia exprimuntur. Et circa hoc duo facit. Primo, determinat de nominibus dignitatū: secundo, de nominibus officiorū, ibi. *Vates a vi mentis &c.* Circa primū tria facit. Primo, exponit nomē episcopatus, quod ad dignitatem pertinet. Secundo, ponit eius distinctionē, ibi. *Ordo aūt episcoporū &c.* Tertio, ponit distinctionis originem, ibi. *Harum autem distinctio &c. Vates a vi mentis &c.* Hic ponit nomina diuersa officiorum, & circa hoc tria facit. Primo, exponit diuersa officiorum nomina. Secundo, ostendit qualiter in officijs se habere debeant, ibi. *His breuiter &c.* Tertio, exponit nomen Missæ, ad quā officia distincta requiruntur, ibi. *Missa autem dicitur &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est triplex quæstio.

¶ Prima, De ordine in communi.
¶ Secunda, De distinctione ordinum.
¶ Tertia, De his quæ sunt ordinibus annexa.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, De ipso ordine.
¶ Secundo, De effectu eius.
¶ Tertio, De recipientibus ipsum.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum ordo in ecclesia esse debeat.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ordo in ecclesia esse non debeat. Ordo enim requirit subiectionem & prælationem: sed subiectio videtur repugnare liberati, in quā vocati sumus per Christū. ergo ordo in ecclesia esse nō debet. E

¶ 2 Præt. Ille qui in ordine constituitur, alio superior fit: sed in ecclesia quilibet debet se altero inferiorem reputare, Phil. 2. Superiores inuicem arbitrantes. ergo non debet in ecclesia esse ordo.

¶ 3 Præt. Ordo inuenitur in angelis propter distinctionem eorū in bonis naturalibus & gratuitis: sed omnes homines sunt in natura vnum, gratiarum etiam dona quis eminentius habeat ignotum est. ergo ordo in ecclesia esse non potest.

SED CONTRA. Ro. 13. Quæ a deo sunt, ordinata sunt: sed ecclesia a deo est, quia ipse eam ædificauit sanguine suo. ergo ordo in ecclesia esse debet.

¶ 2 Præt. Status ecclesiæ est medius inter statum naturæ & gloriæ: sed in natura inuenitur ordo quo quædam alijs supe A riora sunt, & similiter in gloria, vt patet in angelis. ergo in ecclesia debet esse ordo.

VLTERIVS. Videtur quòd inconuenienter ordo in litera diffiniatur, vbi dicitur. Ordo est signaculum quoddam ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato. Pars .n. non debet poni genus totius: sed character, qui per signaculum exponitur in consequenti diffinitione, est pars ordinis, quia diuiditur contra id quod est res tantū, vel sacramentum tm̄, cū sit res & sacramentū. ergo signaculū non debet poni quasi genus ordinis. II

¶ 2 Præt. Sicut in sacramēto ordinis imprimitur character, ita in sacramēto baptismi: sed in diffinitione baptismi non ponebat̄ character. ergo nec in diffinitione ordinis poni debet.

¶ 3 Præt. In baptismo etiam quædam spiritualis potestas datur accedendi ad sacramenta, & iterum est quoddam signaculum, cum sit sacramentum. ergo hæc diffinitio conuenit baptismo, & sic inconuenienter assignatur de ordine.

¶ 4 Præt. Ordo relatio quædam est, quæ in vtroque extremorum saluatur: extrema autem huius relationis sunt superior & inferior. ergo inferiores habent ordinem sicut & superiores: sed in eis non est aliqua potestas præeminentię qualis ponitur hic in diffinitione ordinis, vt patet per expositionem sequentem, vbi ponitur promotio potestatis. ergo inconuenienter diffinitur hic ordo.

VLTERIVS. Videtur quòd ordo non sit sacramentum. Sacramentum enim, vt dicit Hugo de Sancto Victore, est ma- III D teriale elementum: sed ordo non nominat aliquid huiusmodi, sed magis relationem, vel potestatem, quia ordo est pars potestatis secundum præfatum. ergo non est sacramentum.

Lib. 1. de sacris par. 8. cap. 2. Hugo. lib. 2. de sacris par. 3. c. 5.

¶ 2 Præt. Sacramenta non sunt de ecclesia triumphante: sed est ibi ordo, vt patet de angelis. ergo ordo non est sacramentum.

¶ 3 Præt. Sicut prælatio spiritualis quæ est ordo, datur cum quadam consecratione, ita & prælatio sæcularis, quia & reges inunguntur, vt supra dictum est: sed regia dignitas non est sacramentum. ergo nec ordo de quo loquimur.

di. 23. a Magistro in litera I prin.

SED CONTRA est, quia ab omnibus enumeratur inter septem ecclesiæ sacramenta.

¶ 2 Præt. Propter quod vnumquodque, & illud magis: sed propter ordinem efficitur homo dispensator aliorum sacramentorum. ergo ordo habet magis rationem quòd sit sacramentum, quàm alia.

VLTERIVS. Videtur q̄ forma huius sacramenti inconuenienter in litera exprimatur, quia sacramenta efficaciam habent ex forma: sed efficacia sacramentorū est ex virtute diuina quæ in eis secretius operatur salutem. ergo in forma huius sacramenti deberet fieri mentio de virtute diuina per inuocationem Trinitatis, sicut in alijs sacramentis.

¶ 2 Præt. Imperare est eius qui habet authoritatem: sed authoritas non residet penes eum qui sacramenta dispensat, sed ministerium tantum. ergo non deberet vti imperatiuo modo, vt diceret, sic agite: vel, accipite hoc, vel illud, aut aliqd hm̄ōi.

¶ 3 Præt. In forma sacramenti non debet fieri mentio nisi de illis quæ sunt de essentia sacramenti: sed vsus potestatis acceptæ nō est de essentia huius sacramēti, sed consequitur ad ipsum. ergo non debet de eo fieri mentio in forma huius sacri.

¶ 4 Præt. Omnia sacramenta ordinant ad æternam remunerationem: sed in formis aliorum sacramentorum non fit mentio de remuneratione: ergo nec in forma huius sacramenti deberet de ea fieri mentio, sicut fit cum dicitur, Habiturus partem, si fideliter &c.

VLTERIVS. Vr quòd hoc sacramentũ non habeat materiam, quia in omni sacramento quod habet materiam virtus operans in sacraměto est in materia: sed in rebus materialibus quæ hic adhibentur, sicut sunt claues, candelabra, & hmõi nõ videtur esse aliqua virtus sanctificãdi. ergo non habet materiã.

¶ 2 Præt. In isto sacramento cõfertur plenitudo gratiæ septiformis, vt in litera dr̃, sicut in confirmatione: sed materia confirmationis præexigit sanctificationem. cum ergo ea quę in hoc sacraměto videntur esse materialia, non sint pręsanctificata, videtur ꝙ non sint materia huius sacr̃i. (Paralipo. 1. cap. 26.)

¶ 3 Præt. In quolibet sacramento habẽte materiã, requiritur contractus materiæ ad eum qui suscipit sacr̃m: sed vt a quibusdam dicitur, con cractus dictorũ materialium ab eo qui suscipit sacraměrũ, non est de necessitate sacraměti, sed solum porrectio. ergo prædictæ res materiales non sunt materia huius sacramenti. (Dist. 23. c. Ostiarius.)

Generaliter uero clerici nuncupati sunt omnes qui in Ecclesia Dei seruiunt, quorũ gradus & nomina sunt hæc, ostiarius, lector &c.

De ostiarijs.

OSTIARII idem & ianitores sunt, qui in ueteri testaměto electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur in illud immundus. Dicti autem ostiarij eo quòd præsint ostijs templi. Ipsi enim tenentes clauẽ omnia intus & extra custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, dignos recipiunt, indignos respuunt. Vnde & eis cum ordinantur, claues Ecclesiæ dantur ab Episcopo. Et dicitur eis. Sic agite tamquàm rationem Deo reddituri pro rebus quæ clauibus istis recluduntur. Hoc officium Dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto uẽdẽtes & ementes eiecit de templo. Ipse enim se ostiarium significans dicit. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. (Ioan. 10.)

De lectoribus.

SECVNDVS est gradus lectorum. Lectores a legendo sicut psalmistæ a psalmis canendis uocati sunt. Illi enim prædicant populis quid sequantur, isti cantant ut excitent ad compunctionẽ animos audientium, licet quidam lectores ita miserabiliter pronuntient, ut quosdam ad luctum lamentationemq; compellant. Idem etiã pronuntiatores uocãtur, qui porro ante nuntiant, quia tam erit clara eorũ vox, vt etiã longe positorũ aures adimpleant. Ad lectores autem pertinet lectiones pronũtiare, & ea quę prophetæ nnntiauerunt, populis prædicare, ut iam ex officio in Ecclesia legant prophetias, & lectiones: vnde & ei uidente populo traditur ab Episcopo codex diuinarum lectionum, & dicitur ei. Accipe, & esto uerbi Dei relator, habiturus, si fideliter impleueris officium, partem cum his qui bene uerbum Dei ministrauerunt. Qui ad hunc gradum prouehitur, literarum scientia debet esse instructus, ut sensum uerborum intelligat, uim accentuum sciat, distincte legat, ne confusione prolationis intellectum auditoribus auferat. Attẽdat quid indicatiue, quid interrogatiue sit legendum, ubi sit in oratione faciẽda distinctio. Hæc enim male seruata intellectum turbant, & alios ad risum ꝓuocant, auribus & cordi consulere debet uox lectoris. Hoc officium impleuit Christus, cum in medio seniorum librum Esaiæ aperiens, distincte ad intelligẽdum legit, Spiritus Domini super me &c. Ex quo lectoribus datur intelligi, quia gratia spirituali clarere debet qui alijs uerbum Dei annuntiãt. Hic ordo formam & initium a prophetis accepisse uidetur, quibus dicitur, Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam. (Dist. 25. c. Perlectis.) (Lucæ 4. Esaiæ 61. 11 Ibidẽ Can. 4.) (Esaiæ 58.)

De exorcistis.

TERTIVS est ordo exorcistarum. Exorcistæ autem ex græco in latinũ, adiurantes, vel increpantes vocantur. Inuocant enim super catechumenos, & super eos qui habent spiritum immundum nomen Domini adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Ad exorcistam perti-

SED CONTRA est, quia omne sacramentum consistit in rebus & verbis: sed res in quolibet sacramento sunt materia ipsius. ergo res quæ in hoc sacramento adhibentur, sunt materia huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Plus requiritur ad dispensandum sacramenta, quàm ad suscipiendum: sed baptismus in quo datur potestas ad suscipiendum sacramenta, indiget materia. ergo & ordo in quo datur potestas ad ea dispensanda.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ deus sua opera in sui similitudinem perducere voluit, quantũ possibile fuit, vt perfecta essent, & per ea cognosci posset: & ideo vt in suis operibus repræsentaretur non solum quòd in se est, sed etiam secundum quod alijs influit, hanc legem naturalem posuit omnibus vt vltima per media perficerentur, & media per prima, vt Dio. dicit. Et ideo vt ista pulchritudo ecclesiæ non deesset, posuit ordinem in ea, vt quidam alij sacramenta ttaderẽt suo modo, deo in hoc assimalati quasi deo cooperantes, sicut etiam in corpore naturali quædam membra alijs influunt. (De Eccles. hierar. c. 9.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd subiectio seruitutis repugnat libertati, quę seruitus est quando aliquis dominatur ad sui vtilitatem subiectis vtens: talis autem subiectio non requiritur in ordine, per quem qui præsunt, salutem subditorũ quærere debent, non propriam vtilitatem.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ quilibet se debet reputare inferiorem merito, sed non officio: ordines aũt officia quædam sunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ordo in angelis non attenditur secundum distinctionem naturæ, nisi per accidens, inquantũ ad distinctionem naturæ sequitur in eis distinctio gratiæ. Attẽditur autem per se secundum distinctionem in gratia, quia eorum ordines respiciunt participationem diuinorum, & communicationem in statu gloriæ, quæ est secundum mensuram gratiæ quasi gratiæ finis & effectus quodammodo: sed ordines ecclesię militantis respiciunt participationem sacramentorum & cõicationem, quæ sunt causa gratiæ, & quodãmodo gratiam præcedunt, & sic non est de necessitate nostrorum ordinum gratia gratũ faciens, sed solum potestas dispensandi sacramenta: & propter hoc etiam ordo non attenditur per distinctionẽ gratiæ gratum facientis, sed per distinctionem potestatis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd diffinitio quam magister de ordine ponit, cõuenit ordini secundum quod est ecclesiæ sacramentum, & ideo duo ponit, signum exterius, ibi. Signaculum quoddam &c. idest, signum quoddam: & effectum interiorem, ibi. Quo spiritualis potestas &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd signaculum non ponitur hic pro charactere interiori, sed pro eo quod exterius geritur, quod est signum interioris potestatis & causa, & sic ẽt sumitur character in alia diffinitione. Si tamen pro interiori charactere sumeretur, non esset inconueniens, quia diuisio sacramenti in illa tria nõ est in partes integrales proprie loquendo, quia illud qđ est res tantum, non est de essentia sacramenti: quod est etiam sacramentũ tm̃, transit, & sacr̃m manere dicitur. Vnde relinquitur ꝙ ipse character interior sit essentialiter & principaliter ipsum sacramẽtum ordinis.

¶ Ad secundum dicẽdũ, ꝙ baptismus quàmuis in eo conferatur aliqua spũalis potẽtia recipiendi alia sacr̃a, ratione cuius characterẽ imprimit, non tñ hoc est principalis eius effectus, sed ablutio interior, pp quã baptismus fieret etiã priori causa non existente: sed ordo potestatẽ principaliter importat, & ideo character qui est spiritualis potestas, ponitur in diffinitione ordinis, non autem in diffinitione baptismi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in baptismo datur quædam potentia spiritualis ad recipiẽdum, & ita quodammodo passiua: potestas autem proprie nominat potentiam actiuam cum aliqua præeminentia, & ideo hæc diffinitio non conuenit baptismo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nomen ordinis dupliciter accipitur. Quandoque enim signat ipsãm relationẽ, & sic est tam in inferiori quàm in superiori, vt obiectio tangit, & sic non accipitur hic. Aliquando autem accipitur pro ipso gradu qui ordinem primo modo acceptum facit: & quia ratio ordinis prout est relatio inuenitur vbi primo aliquid superius altero occurrit, ideo hic gradus eminens per potestatem spiritualem ordo nominatur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sacramentum, vt ex supra dictis patet, nihil est aliud quàm quędam sanctificatio homini exhibita cum aliquo signo visibili: vnde cum in susceptione ordinis quædam consecratio homini adhibeatur per visibilia signa, constat ordinem esse sacramentum. (Etiã a Magistro in litera dist. 1. huius 4.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis ordo in suo nomine non exprimat aliquod materiale elementum, tamen ordo non confertur sine aliquo elemento materiali.

¶ Ad secundum dicendum, quòd potestates proportionari debent illis ad quæ sunt: communicatio autem diuinorum ad quam datur spiritualis potestas, non fit in angelis per aliqua sensibilia signa, sicut in hominibus contingit: & ideo potestas spiritualis quæ est ordo, non adhibetur angelis cum aliquibus signis visibilibus, sicut hominibus, & ideo in hominibus est ordo sacramentum, sed non in angelis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non omnis benedictio quæ adhibetur homini, vel consecratio est sacramentum: quia & Monachi, & Abbates benedicuntur, & tamen illæ benedictiones non sunt sacramenta. Et similiter nec regalis inunctio, quia post huiusmodi benedictiones non ordinantur aliqui ad dispensationem diuinorum sacramentorũ, sicut per benedictionem ordinis, & ideo non est simile.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ hoc sacramentũ principaliter consistit in potestate tradita. Potestas aũt a potestate traducit, sicut simile ex simili. Et iterũ potestas ꝑ vsum innotescit, quia potentię notificantur per actus, & ideo in forma ordinis exprimitur vsus ordinis per actum qui imperatur, & exprimitur traductio potestatis per imperatiuum modum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alia sacramenta non ordinantur principaliter ad effectus similes potestati, secundũ quã sacramẽnta dispensantur, sicut hoc sacramentũ, & ideo in hoc sacr̃o est quasi quędã cõicatio vniuoca: vnde in alijs sacris exprimitur aliquid ex parte diuinæ virtutis, cui effectus sacramenti assimilatur, non autem in hoc sacramento. Quãuis enim in episcopo qui est minister huius sacramenti, non sit authoritas respectu collationis huius sacramenti, tamen habet aliquam potestatem respectu potestatis ordinis quæ confertur per ipsum, inquantum a sua potestate deriuatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vsus potestatis est effectus potestatis in genere causæ efficientis, & sic non habet quòd in diffinitione ordinis ponatur, sed est quodammodo causa in genere causæ finalis: & ideo secũdum hãc rationem poni potest in diffinitione ordinis.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, ꝙ materia in sacraměntis exterius adhibita significat virtutẽ in sacramentis agentẽ ex extrinseco omnino aduenire: vnde cum effectus proprius huius sacramenti. s. character nõ percipiatur ex aliqua opinione ipsius, ad sacramentũ accedit sicut erat in pænitẽtia, sed omnino ex extrinseco adueniat, competit ei materiam habere, tamen diuersimode ab alijs sacramentis quæ materiam habent: quia hoc quod in sacramento confertur, in alijs sacramentis deriuatur tantum a deo, non a ministro qui sacramentum dispensat. Sed illud quod in hoc sacramento traditur, scilicet spiritualis potestas deriuatur etiam ab eo qui sacramentum dat, sicut potestas imperfecta a perfecta, & ideo efficacia illorum sacramentorum principaliter consistit in materia quæ virtutem diuinam & significat, & continet ex sanctificatione per ministeriũ adhibita: sed efficacia huius sacramenti principaliter residet penes eum qui sacramentum dispensat. Materia autem adhibetur magis ad determinandum potestatem quæ traditur particulariter ab habente eam complete, quàm ad potestatem causandum, quod patet ex hoc ꝙ materia cõperit vsui pãtis. Et per hoc patet solutio ad primũ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd materiam in alijs sacramentis oportet sanctificari propter virtutem quam continet, sed non est ita in proposito.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sustinendo illud dictum, apparet ex dictis causa eius. Quia enim potestas ordinis non accipitur a materia, sed a ministro principaliter, iõ porrectio materiæ magis est de essentia sacramenti quàm tactus, tamen ipsa verba formæ videntur ostendere quòd tactus mateeię sit de essentia sacramenti, quia dicitur, Accipe hoc, vel illud.

ARTICVLVS II.

b Vtrum in hoc sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in hoc sacramento ordinis non conferatur gratia gratũ faciens, quia communiter dicitur quòd sacramentum ordinis ordinatur contra defectum ignorantiæ: sed contra ignorantiam non datur gratia gratum faciens, sed gratia gratis data, quia gratia gratum faciens magis respicit affectum. ergo in sacrameto ordinis non datur gratia gratum faciens. (Concil. Trid. Sess. 23)

¶ 2 Præt. Ordo distinctionem importat: sed membra ecclesiæ non distinguuntur per gratiam gratum facientem, sed secundum gratiam gratis datam, de qua dicitur. 1. Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt. ergo in ordine non datur gratia gratum faciens.

¶ 3 Præt. Nulla cã pręsupponit effectũ suũ: sed in eo qui accedit ad ordines, ꝓsupponitur gratia, ꝑ quã fit idoneus ad executionẽ ordinis. ergo talis gratia nõ cõfertur in ordinis collatione.

SED CONTRA. Sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurãt: sed ordo per numerum septennariũ significat septem spiritussancti dona, vt in litera dicitur. ergo dona spiritus sancti, quæ non sunt sine gratia gratũ faciente, in ordine dantur.

¶ 2 Præt. Ordo est sacramentum nouæ legis: sed in diffinitione talis sacramenti ponitur, vt gratiæ causa consistat. ergo causat gratiã in suscipiente.

VLTERIVS. Videtur quòd in sacraměto ordinis nõ imprimatur character quantũ ad omnes ordines, quia ordinis character est quædam spiritualis potestas: sed quidã ordines nõ ordinantur nisi ad quosdam actus corporales. s. hostiarij, vł acolythi. ergo in eis non imprimitur character.

¶ 2 Præt. Omnis character ẽ indelebilis. ergo per characterẽ homo ponit in statu, a quo non possit recedere: sed illi qui habent aliquos ordines, possunt licite redire ad laicatum. ergo non imprimitur character in omnibus ordinibus. (Isidorus li. 7. Ethymo. c. 12. Et habetur di. 21 c. Cleros. Dist. 25. c. Perlectis.)

¶ 3 Præt. Vt supra dist. 3. dictum est, per characterem homo ascribitur ad aliquod sacramentum dandum, vel accipiendũ: sed ad susceptionem sacramentorum sufficienter homo ordinatur per characterem baptismalem, dispensator autem sacramentorum non constituitur homo nisi in ordine sacerdotali. ergo in alijs ordinibus non imprimitur character. (Art. 1. & 2. per totum.)

SED CONTRA. Omne sacramentum, in quo non imprimitur character, est iterabile: sed nullus ordo est iterabilis. ergo in quolibet ordine imprimitur character.

¶ 3 Præt. Character est signum distinctiuum: sed in quolibet ordine est aliqua distinctio. ergo quilibet ordo imprimit characterem.

VLTERIVS. Videtur quòd character ordinis non præsupponat characterem baptismalem, quia per characterem ordinis homo efficitur dispensator sacramentorum, per characterem baptismalem susceptiuus eorundem: sed potestas actiua non præsupponit de necessitate passiuam, quia potest esse sine ea, sicut patet in deo. ergo character ordinis non præsupponit de necessitate characterem baptismalem.

¶ 2 Præt. Potest contingere quòd aliquis non sit baptizatus, qui se baptizatum æstimat probabiliter. si ergo talis ad ordines accedat, non consequitur characterem ordinis, si character ordinis præsupponat baptismalem: & sic ea quæ faciet vel in consecratione, vel absolutione nihil erunt, & in hoc ecclesia decipietur, quod est inconueniens.

SED CONTRA. Baptismus est ianua sacramentorum. ergo cum ordo sit quoddam sacramentum, præsupponit baptismum.

VLTERIVS. Videtur quòd præsupponat de necessitate characterem confirmationis, quia in his quæ sunt ordinata adinuicem, sicut medium præsupponit primum, ita vltimum præsupponit medium: sed character confirmationis præsupponit baptismalem quasi primum. ergo character ordinis præsupponit characterem confirmationis quasi medium.

¶ 2 Præt. Qui ad alios confirmandos ponuntur, maxime debent esse firmi: sed illi qui sacramentum ordinis suscipiunt, sunt aliorum confirmatores. ergo ipsi maxime debent habere sacramentum confirmationis.

SED CONTRA. Apostoli receperunt potestatem ordinis ante ascensionem, Ioan. 20. vbi dictum est eis. Accipite spiritumsanctum: sed confirmati sunt post ascensionem per aduentum spiritussancti. ergo ordo non præsupponit confirmationem.

VLTERIVS. Videtur quòd character vnius ordinis præsupponat de necessitate characterem alterius, quia ma-

ior est conuenientia ordinis ad ordinē, quàm ordinis ad aliud sacramentum: sed character ordinis præsupponit characterem alterius sacramenti, scilicet baptismi. ergo multo fortius character vnius ordinis præsupponit characterem alterius.

¶ 2 Præt. Ordines sunt quidam gradus: sed nullus potest peruenire ad posteriorē gradum nisi prius priorem conscenderit. ergo nullus potest accipere characterem ordinis sequentis, nisi primū accipiat ordinē præcedentem.

net exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos in exorcizando imponere. Debet autem habere spiritum mundum qui spiritibus immundis imperat, & malignum expellere de corde suo, quem expellit de corpore alieno, ne medicina quam alij facit, sibi non prosit, & dicatur ei, Medice cura teipsum. Hi cum ordinantur, accipiunt de manu Episcopi librum exorcismorum, & dicitur eis. Accipite, & habetote potestatem imponendi manus super energumenos uel catechumenos. Hoc officio usus est Dominus, quando saliua sua tetigit aures, & linguam surdi, & muti dicens. Effeta, quod est, adaperire, per hoc docens nos spiritualiter debere aperire aures præcordiorum hominum ad intelligendum, & ora ad confitendum, ut pulso dæmone Spiritussanctus vas suum recipiat. Hoc etiam officio vsus est Christus cum dæmoniacos multos sanauit. Hic ordo a Salomone videtur descendisse, qui quendam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati ex obsessis corporibus pellebantur.

Lucæ 4. Dist. 23. ca. Exorcista.

ἐνεργούμενοι

SED CONTRA. Si omittatur aliqd in sacramēto quod sit de necessitate sacramenti, oportet quòd sacramentum iteretur: sed si aliquis accipiat sequētem ordinem prætermisso primo, nō reordinatur, sed cōfertur sibi quod deerat secundum statuta canonum. ergo præcedens ordo non est de necessitate sequentis.

Lucæ c. 8.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd dei perfecta sunt opera, vt dicitur Deutero. 32. & ideo cuicumque datur potentia aliqua diuinitus, dātur ea per quæ executio illius potentiæ potest congrue fieri, & hoc etiam in naturalib' patet: quia animalibus dantur membra quibus animæ potentiæ possunt exire in actus suos, nisi sit defectus ex parte materiæ. Sicut autem gratia gratum faciēs est necessaria ad hoc, quòd homo digne recipiat sacramēta, ita etiam ad hoc ꝙ homo digne dispēset: & ideo sicut in baptismo, per quem homo fit susceptiuus aliorum sacramentorum, datur gratia gratum faciens, ita in sacramento ordinis, per quod homo ordinatur ad aliorum sacramentorum dispensationem. D. 965.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ordo datur non in remedium vnius personæ, sed totius ecclesiæ: vnde quòd dicitur contra ignorantiam dari, non est intelligendum ita, quòd per susceptionem ordinis pellatur ignorantia in suscipiente, sed quia suscipiens ordinem præficitur ad pellendum ignorantiam in plebe.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis dona gratiæ gratum facientis sint communia omnibus membris ecclesiæ, tamen illorum actus donorum, secundum quæ attenditur distinctio in membris ecclesiæ, idoneus susceptor aliquis esse non potest, nisi charitas adsit, quæ quidem sine gratia gratum faciente esse non potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad idoneam executionem ordinum non sufficit bonitas quantacumque, sed requiritur bonitas excelles, vt sicut illi qui ordinem suscipiunt super plebem constituuntur gradu ordinis, ita & superiores sint merito sanctitatis: & ideo præexigitur gratia quæ sufficiebat ad hoc quòd digne connumerarentur in plebe Christi, sed confertur in ipsa susceptione ordinis amplius gratiæ munus, per quod ad maiora reddantur idonei.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd circa hoc fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd in solo ordine sacerdotali character imprimitur. Sed hoc non videtur verum, quia actum diaconi nullus potest exercere licite, nisi diaconus, & ita patet quòd habet aliquam spiritualem potestatem in dispensatione sacramentorum, quam alij non habent. Et pp hoc alij dixerunt, ꝙ in sacris ordinibus imprimitur character, non autem in minoribus. Sed hoc nihil iterum est, quia per quemlibet ordinē aliquis constituitur super plebem in aliquo gradu potestatis ordinatę ad sacramentorum dispensationem: vnde cum character sit signum distinctiuum ab alijs, oportet quòd in omnibus character imprimatur, cuius etiam signum est, quòd perpetuo manent, & numquàm iterantur. Et hæc est tertia opinio, quæ communior est.

Huic officio mancipati exorcistæ uocati sunt, de quibus Christus in Euangelio. Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri, scilicet exorcistæ, in quo eijciunt?

De acolythis.

QVARTO loco succedūt acolythi. Acolythi vero græce, latine ceroferarij dicuntur, a deportandis cereis quando legendum est Euangelium, uel sacrificium offerendum. Tunc .n. accenduutur luminaria, & deportantur ab eis, non ad effugandas aeris tenebras, cum Sol eo tempore rutilet, sed ad signum lætitię demonstrandum, vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua legitur. Erat lux uera quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ad acolythum pertinet præparatio luminarium in sacrario. Ipse cereum portat, ipse vrceolum cū uino & aquę suggesta pro Eucharistia subdiaconis præparat. Hi cum ordinantur, cū edocti fuerint ab Episcopo qualiter in officio suo agere debeant,

Matth. 12. Lucæ 11.

Isidor' diffuse lib. 7. Ethymo. c. 12.

ἀκόλουθοι Isidor' dis. 21. cap. Cleros versus finem.

Io. 1. c. dist. 25. c. Perlectis. §. Ad acolythū.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd quilibet ordo vel habet actum circa ipsum sacramentum, vel ordinatum ad sacramentorū dispensationem, sicut ostiarij habēt actūm admittendi homines ad diuinorum sacramentorū inspectionem, & sic de alijs, & ideo in omnibus requiritur specialis potestas.

¶ Ad secundum dicendū, quòd quantacumque ad laicatum se transferat, semper tamen manet in eo character, quod patet ex hoc, quòd si ad clericatum reuertatur, non iterū ordinem quæ habuerat suscipit.

¶ Ad tertium dicendum, sicut ad primum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd nihil potest aliquid recipere, cuius receptiuā potentiam non habet. Per characterem autem baptismalem efficitur homo receptiuus aliorum sacramentorū: vnde qui characterem baptismalem non habet, nullum alterum sacramentum suscipere potest, & sic character ordinis baptismalem characterem præsupponit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in eo qui habet potentiam actiuam a se, potentia actiua non præsupponit passiuam: sed in eo qui habet potentiam actiuam ab altero, præexigitur ad potentiam actiuam potentia passiua, quę recipere possit potentiam actiuam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd talis si ad sacerdotium promoueatur, non est sacerdos, nec cōficere potest, nec absoluere in foro pænitentiali: vnde secundum canones debet baptizari iterato & ordinari. Et si etiam in episcopum promoueatur, illi quos ordinat, non habent ordinem, sed tamen pie credi potest quòd quantum ad vltimos effectus sacramentorum summus sacerdos suppleret defectum, & quòd non permitteret hoc ita latere, quòd periculum ecclesiæ imminere posset.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd ad susceptionem ordinis præexigitur aliquid quasi de necessitate sacramenti, & aliquid de congruitate. De necessitate enim sacramenti præexigitur quòd ille qui accedit ad ordines, sit ordinis susceptiuus, quod competit ei per baptismum: & ideo character baptismalis præsupponitur de necessitate sacramenti, ita quòd sine eo sacramentum ordinis conferri non potest: sed congruitate requiritur omnis perfectio, per quam aliquis reddatur idoneus ad executionem ordinis, & vnum de istis est, vt sit confirmatus: & ideo de congruitate character ordinis characterem confirmationis præsupponit, & non de necessitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est similis habitudo huiusmodi medij ad vltimum, & primi ad medium, quia per characterem baptismalem fit homo susceptiuus sacramenti confirmationis; non autem per sacramentum confirmationis fit homo susceptiuus sacramenti ordinis, & ideo non est similis ratio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa ratio procedit de idoneitate quantum ad congruitatem.

AD

DISTIN. XXIIII.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd non est de idoneitate superiorum ordinum, quòd aliquis minores ordines prius habeat, quia potestates sunt distinctæ, & vna quātum est de sui ratione, non requirit aliam in eodem subiecto: & ideo etiam in primitiua ecclesia aliqui ordinabantur in præsbyteros, qui prius inferiores ordines non susceperāt & tamen poterāt omnia quæ inferiores ordines possunt, qa inferior potestas cō prehenditur in superiori virtute, sicut sensus in intellectu, & ducatus in regno. Sed postea per constitutione m ecclesiæ determinatum est, ꝙ ad maiores se non ingerat, qui prius in minoribus officijs se nō humiliauit. Et inde est, ꝙ qui ordinantur per saltum, secū dum canones non reordinātur, sed id quod omissum fuerat de præcedentibus ordinibus eis confertur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ magis conueniunt ordines adinuicem secundum similitudines speciei, quàm ordo cum baptismo: sed secundum proportionem potentiæ ad actum magis conuenit baptismus cū ordine, quàm ordo cum ordine, quia per baptismum acquirit homo potentiam passiuam recipiendi ordines, non autem per ordinem inferiorem datur potentia passiua recipiendi maiores ordines.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ordines non sunt gradus qui occurrant in actione vna, vel in vno motu, vt oporteat ad vltimum per primum deuenire: sed sunt sicut gradus in diuersis rebus constituti, sicut est gradus inter hominem & angelum. Nec oportet, ꝙ ille qui fit angelus, prius fuerit homo: similiter etiam est gradus inter caput & omnia membra corporis, nec oportet quòd illud quod est caput, prius fuerit pes, & similiter est in proposito.

ab archidiacono accipiunt candelabrum cum cereo, & urceolum uacuum. Hoc officium Dominus se habere testatur dicens, Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Huius officij formam illi gerebant in veteri testamento, qui lucernas candelabri componebāt, & accendebant igne cælesti, ad illuminandas tenebras aquilonares.

De subdiaconis.

QVintus est ordo subdiaconum. Græce hypodiacones uocantur, quos nos subdiacones dicimus. Qui ideo sic appellantur, quia subiacent præceptis & officijs leuitarum. Oblationes enim in templo a fidelibus suscipiunt, & leuiter superponendas altaribus deferunt. Hi apud Hebræos nathinnei vocabantur. i. in humilitate Domino seruientes. Ad subdiaconum pertinet calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & leuitis tradere, eisque ministrare. Vrceolū quoque cum aqua, manile, & manutergium tenere: episcopo, & præsbyteris, & leuitis pro lauandis ante altare manibus, aquā præbere. His lex continentiæ imponitur, quia altari propinquantes uasa corporis & sanguinis Christi portant. Vnde illud implere debent. Mundamini, qui fertis uasa Domini. Ad hos etiam pertinet tantum de oblationibus ponere in altari, quantum sufficere possit populo, necnon corporales, & pallas, & substratoria lauare. Hi cum ordinantur, accipiunt de manu episcopi patenam, & calicem uacuum: ab archidiacono uero urceolum cum aqua, manile, & manutergium. Hoc officio usus est Dominus quando lintheo se præcinxit, & mittens

ARTICVLVS III.

Vtrum in suscipientibus ordines requiratur bonitas uitæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ in suscipientibus ordines non requiratur bonitas vitæ, quia per ordinem aliquis ordinatur ad dispensationem sacramentorum: sed sacramenta possunt dispensari a bonis & malis. ergo non requiritur bona vita.

¶ 1 Præt. Non est maius ministerium quod deo in sacramentis exhibetur, quàm quod ipsi corporaliter adhibetur: sed a ministerio eius corporali non repulit dominus mulierem peccatricem & infamem, vt patet Luc. 7. ergo nec a ministerio eius in sacramentis tales sunt amouendi.

¶ 3 Præt. Per omnem gratiam datur aliquod remedium cōtra peccatum: sed illis qui habent peccatum nō debet aliquod remedium denegari, quod eis valere possit. cum ergo in sacramento ordinis gratia conferatur, videtur quòd debeat etiam peccatoribus hoc sacramentum dari.

SED CONTRA Leui. 21. Homo de semine Aaron qui habuerit maculam, non offerat panes coram domino, nec accedat ad ministerium eius: sed per maculam, vt dicit glo. omne vitium intelligitur. ergo ille qui est in aliquo vitio irretitus, nō debet ad ministerium ordinis adhiberi.

¶ 2 Præt. Hiero. dicit ꝙ non solum episcopi, & præsbiteri, & diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum cui præsident, sermone & conuersatione præcedant, verum etiā inferiores gradus, & omnes qui domini oraculo deseruiunt, & quia vehementer ecclesiam dei destruit, meliores esse laicos q̄ clericos. ergo in omnibus ordinibus requirit' sanctitas vitę.

VLTERIVS. Videtur quòd requiratur scientia totius sacræ scripturæ, quia ille debet habere legis scientiam, a cuius ore lex requiritur: sed legem requirunt de ore sacerdotis, vt patet Malach. 2. ergo ipse debet totius legis habere scientiam. II

¶ 2 Præt. 1. Pet. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in nobis est fide, & spe: sed reddere rationem de his q̄ sunt fidei & spei est illorum qui perfectam sciētiam sacrarum scripurarū habent. ergo talem scientiā debent habere illi qui ponuntur in ordinibus, quibus verba prædicta dicuntur. Cap. 3.

Dist. 25. ca. Perlectis. §. Ad subdiaconum.

¶ 3 Præt. Nullus cōgrue legit, qui nō intelligit quod legit, quia legere, & non intelligere negligere est, vt dicit Cato: sed ad lectores, qui est quasi infimus ordo, pertinet legere vetus testamentum, vt in litera dicit'. ergo ad eos pertinet habere totius veteris testamēti intellectū, & multo fortius ad alios superiores ordines.

Esa. 52. ca.

In primo opuscu. d' pueris legitur.

Ioan. c. 13.

SED CONTRA est, quòd multi promouentur ad sacerdotium, qui penitus de talibus nihil sciunt etiam in religionibus multis. ergo videtur ꝙ talis scientia non requiratur.

¶ 2 Prȩt. In vitis patrum legitur, aliquos simplices monachos ad sacerdotium promotos, qui erant sanctissimæ vitæ. ergo nō requiritur prædicta scientia in ordinandis. Part. 2. ca. 178.

VLTERIVS. Videtur ꝙ ex ipso merito vitæ aliquis ordinis gradum consequatur, quia sicut dicit Chrys. Non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos est: sed ex vitæ merito aliquis efficitur sanctus, ergo & sacerdos, & multo fortius alios ordines habens. III Homil. 43. to. 2. & hr Dist. 11. ca. Multi sacerdotes.

¶ 2 Præt. In rebus naturalibus ex hoc ipso aliqua in gradu superiori collocantur, ꝙ deo appropinquant, & magis de eius bonitatibus participant, vt Dio. dicit 4. cap. ecclesiast. hierar. sed ex merito sanctitatis & sciētiæ aliquis efficit' deo propinquior, & plus de eius bonitatibus recipiens. ergo ex hoc ipso in gradu ordinis collocatur.

SED CONTRA. Sanctitas semel habita potest amitti: sed ordo semel habitus nunquàm amittitur. ergo ordo non consistit in ipso merito sanctitatis.

VLTERIVS. Videtur ꝙ promouens indignos ad ordines non peccet, quia episcopus indiget coadiutoribus in minoribus officijs constitutis: sed non posset eos inuenire in sufficienti numero, si talem idoneitatem in eis requireret, qualis a sanctis describitur. ergo si aliquos non idoneos promouet, videtur ꝙ sit excusabilis. III

¶ 2 Præt. Ecclesia non solum indiget ministris ad dispensationem spiritualium, sed etiam ad gubernationem temporalium: sed quandoque illi qui non habent scientiam, vel sanctitatem vitæ, possent esse vtiles ad gubernationē temporalium, vel pp potentiam sæcularem, vel propter industriam naturalem. ergo videtur ꝙ tales posset sine peccato promouere.

¶ 3 Præt. Quilibet tenetur peccatum vitare quantum potest. si ergo episcopus peccat indignos promouens, debet adhibere maximam diligentiam ad sciendum an illi qui accedunt ad ordines sint digni, vt fieret diligens inquisitio de moribus & sciētia eius, quod non videtur alicubi obseruari.

SED CONTRA. Peius est promouere malos ad sacra ministeria, quàm iam promotos non corrigere: sed Heli mortaliter peccauit non corrigens efficaciter filios suos de malitia sua, vnde & retrorsum cadens mortuus est, vt dicitur. 1. Reg. ergo multo fortius mortaliter peccat episcopus qui indignum promouet. Cap. 4.

¶ 2 Præt. Spiritualia temporalibus sunt præponenda in ecclesia: sed mortaliter peccaret qui res ecclesiæ temporales scienter

ter

ter sub periculo poneret. ergo multo fortius peccaret qui pone F ret res spirituales sub periculo: sed sub periculo ponit res spirituales quicumque indignos promouet, quia cuius vita despicitur, vt dicit Gre. necesse est vt prædicatio eius cõtemnatur, & eadem ratione omnia spiritualia ab eis exhibita. ergo indignos promouens, mortaliter peccat.

Homil. 12. super illud Vestrũ minimus vocabit' in regno cælorum.

VLTERIVS. Videtur quòd aliquis ĩ peccato existẽs possit sine peccato ordine suscepto vti, quia peccat si non vtatur, cum ex officio teneatur. si ergo vtẽdo peccat, non potest peccata vitare, quod est inconueniens.

¶ 2 Præt. Dispensatio est iuris relaxatio. ergo quãuis de iure esset ei illicitum vti ordine suscepto, tamen ex dispẽsatione ei liceret.

¶ 3 Præt. Quicũq; communicat alicui ĩ peccato mortali, peccat mortaliter. si ergo peccator in vsu ordinis peccat mortaliter, tunc etiam peccat mortaliter qui ab eo aliquid diuinorum accipit, vel ab eo exigit, quod videtur absurdum.

Num. ca. 8.

aquam in peluim, pedes discipulorum lauit, & lintheo tersit.

De diaconis.

DIaconorum ordo sextum tenet locum propter senarij perfectionem. Hic ordo in ueteri testamento a tribu leui nomen accepit, uel traxit: dicun G tur enim & Leuitæ. Præcepit quippe Dominus Moysi, ut post ordinationem Aaron, & filiorum eius, prorsus tribus leui ad diuini cultus ministeria ordinaretur, consecraretur Domino, & seruirẽt pro Israel coram Aaron, & filijs eius in tabernaculo: ipsique gestarent arcam, & tabernaculũ, & omnia vasa eius, & in circuitu tabernaculi excubarent, & in transportando tabernaculo ipsi deponerent, rursumque componerent. A uigintiquinque H uero annis & supra iussi sunt seruire in tabernaculo, quam regulam in nouo testamento sancti Patres constituerunt, quia hæc ætas ad ferenda onera est robusta. Leuitæ er-

¶ 4 Præt. Si vtendo ordine suo peccat. ergo quilibet actus ordinis, quem facit, est peccatum mortale, & ita cum in vna executione ordinis multi actus concurrant, videtur q; multa peccata committat, quod valde durum videtur.

Epsa 8.

SED CONTRA est, quod dicit Dyo. in epistola ad Demophilum. Talis. i. qui non est illuminatus, audax videtur sacerdotalibus manum apponens, & non timet, neque verecundatur diuina præter dignitatem exequens, & putans deum ignorare quod ipse in seipso cognouit, & decipere æstimat falso nomine patrem ab ipso appellatum; & audet ipsius muneris immundas infamias (non enim dicam orationes) super diuina signa Christiformiter enuntiare. ergo sacerdos est quasi blasphemus, & dicitur deceptor qui indigne suum ordinem exequitur, & sic mortaliter peccat, & eadem ratione quilibet alius ordinatus.

¶ 2 Præt. Sanctitas requiritur in susceptione ordinis, vt sit idoneus ad exequendum: sed peccat mortaliter qui cum peccato mortali ad ordines accedit. ergo multo fortius peccat mortaliter in qualibet executione sui ordinis.

Quasi in fine.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q; sicut Dyo. dicit in 3. cap. ecclesiast. hierar. Vt subtiliores & clariores essentiæ repletæ influxu solarium splendorum lumen in eis supereminens ad similitudinem Solis in alia corpora inuehunt: sic in omni diuino non est audendum alijs dux esse, nisi secundum omnem habitum suum factus dei firmissimus, & deo simillimus. Vnde cum in quolibet ordine aliquis constituatur dux alijs in rebus diuinis, in quolibet quasi præsumptuosus mortaliter peccat, qui cum conscientia peccati mortalis ad ordines accedit: & ideo sanctitas vitæ requiritur ad ordinem de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti, vnde si malus ordinatur, nihilominus ordinem habet, tamen cum peccato.

D. 965.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; sicut vera sacramenta sunt quæ peccator dispensat, ita verum sacramentum ordinis recipit: & sicut indigne dispensat, ita indigne recipit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud ministerium erat tantum in executione corporalis obsequij, quod etiam licite peccatores facere possunt: secus autem est de ministerio spirituali, ad quod applicantur ordinati, quia per ipsum efficiuntur medij inter deum & plebem, & ideo debent bona conscientia nitere quo ad deum, & bona fama quo ad homines.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquæ medicinæ sunt, quæ exigunt robur naturæ, alias cum periculo mortis assumuntur, & aliæ sunt quæ debilibus dari possunt: ita etiam in spiritualib', quædam sacramenta sunt ordinata ad remedium peccati, & talia peccatoribus sunt exhibenda, sicut baptismus, & pænitentia. Illa vero quæ perfectionẽ gratiæ conferunt, requirunt hominẽ per gratiam confortatum.

Diaconi Isidor' lib. & c. supra citatis. Dist. 21. ca. cleros post medium.

go ex nomine authoris vocati sunt. De leui enim Leuitæ exorti sunt, a quibus in templo mystici sacramenti mysteria explebantur. Hi græce diacones, latine ministri dicuntur: quia sicut in sacerdote consecrato, ita in diacono ministerij dispensatio habetur. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi, scilicet in baptismo, in chrismate, in patena, & calice, oblationes quoque inferre, & disponere in altari. Componere etiam mensam Domini, & uestire, crucem ferre, & prædicare Euangelium & epistolam ad populum. Nam sicut lectoribus uetus testamentũ, ita diaconibus nouum prædicare præceptũ est. Ad ipsum etiã pertinet officium precum, & recitatio catechumenorum nominum, ipse præmonet aures habere ad Dominum, ipse donat pacem, & ipse annuntiat. Quod autem huic ordini a Moyse statutum est, hoc etiam in nouo testamento repræsentatur, cum diacono super leuum hume-

AD SECVNDAM quæstionem, dicendum, q; in quolibet actu hominis, si debeat esse ordinatus, oportet q; adsit directio rationis. Vnde ad hoc q; homo ordinis officium exequat', oportet q; habeat tantum de scientia quę sufficiat ad hoc quòd dirigat in actu illius ordinis: ideo talis sciẽtia requiritur ĩ eo qui ad ordines p̃moueri debet, & non q; vniuersaliter in tota scriptura sit instruct', sed plus & minus secundum quod ad plura, vel pauciora se eius officium extendit, vt. s. illi qui alijs præponuntur curam animarum suscipientes, sciant ea quæ ad doctrinam fidei & morum pertinent, & alij sciant ea quæ ad executionem sui ordinis spectant.

Numeri 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; sacerdos habet duos actus, Vnum principalem supra corpus Christi verum, & alterum secundarium supra corpus Christi mysticum. Secundus autem actus dependet a primo, sed non conuertitur: & ideo I aliqui ad sacerdotium promouentur, quibus committitur primus actus tantum, sicut religiosi quibus cura animarum non committitur, & a talium ore non requiritur lex, sed solum q; sacramenta conficiant: & ideo talibus sufficit si tantum de sciẽtia habeant, q; ea quæ ad sacramentum perficiendum spectãt, rite seruare possint. Alij autem promouentur ad alium actũ qui est supra corpus Christi mysticum, & a talium ore populus legem requirit, vnde scientia legis in eis esse debet non quidem vt sciant omnes difficiles quæstiones legis, quia in his debet ad superiores haberi recursus, sed sciant quæ populus debet credere & obseruare de lege. Sed ad superiores sacerdotes, scilicet episcopos pertinet vt etiam ea quæ difficultatem in lege facere possint, sciant, & tanto magis, quanto in maiori gradu collocantur.

¶ Ad secundum dicendum, q; ratio reddenda de fide, non est intelligenda talis quæ sufficiat ad probandũ quæ fidei, vel spei sunt, cum vtrumque de inuisibilibus sit: sed vt sciat in commu K ni probabilitatem vtriusque ostendere, ad quod non requirit' multum magna scientia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad lectorem non pertinet tradere intellectum sacræ scripturæ populo, quia hoc est superiorum ordinum, sed solum pronuntiare: & ideo ab eo non exigitur q; habeat tantum de scientia quòd sacram scripturam intelligat, sed solum quòd recte pronuntiare sciat: & quia talis scientia de facili adiscitur, & a multis, ideo probabiliter æstimari potest q; ordinatus talem scientiam acquiret, si etiam tunc eam non habeat, maxime si in via ad hoc esse videatur.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, q; causa debet esse proportionata suo effectui, & ideo sicut in Christo a quo descendit gratia in omnes homines, oportet q; sit gratiæ plenitudo: ita in ministris ecclesię, quorum non est dare gratiam, sed gratiæ sacramenta, non constituitur gradus ordinis ex hoc q; habeat grãm, sed ex hoc q; percipit aliquod gratiæ sacramẽtũ.

¶ Ad

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q; Chrys. accipit sacerdotis A nomen quantum ad nominis interpretationem, secundum quod sacerdos idem est quod sacra dãs. Sic enim quilibet iustus inquantum sacra merita alicui in auxilium dat, sacerdotis interpretationem habet, non autem loquitur secundum nominis significationem. Est enim hoc nomen sacerdos institutum ad signãdum eum qui sacra dat in sacramẽtorũ dispẽsatione.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd res naturales efficiuntur in gradu super alia secundũ quod in ea agere possunt ex forma sua, & ideo ex hoc ipso q; formam nobiliorẽ habent, in altiori gradu constituuntur: sed ministri ecclesiæ non præponuntur alijs vt eis ex propriæ sanctitatis virtute aliquid tribuant, quia hoc solius dei est, sed sicut ministri, & quodammodo instrumenta illius effluxus, qui fit a capite in membra: & ideo non est simile quantum ad dignitatẽ ordinis, quãuis sit simile quãtũ ad congruitatem.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd a domino describit' fidelis, qui est seruus constitutus super familiam, vt det illis tritici mensuram, & ideo infidelitatis reus est qui aliter supra mensuram eius diuina tradit, hoc aũt facit quicũq; indignũ p̃mouet: & ideo mortale crimen cõmittit quasi summo dño infidelis, & præcipue cum hoc in detrimẽtum ecclesiæ vergat, & honoris diuini, qui D per bonos ministros promouetur. Esset enim infidelis domino terreno, qui in eius officio aliquos inutiles poneret.

rum stola ponitur, & casula in diebus ieiunij complicatur: (quia quicquid laboris & sustinentiæ in hac uita toleratur, quasi in leua portatur, donec in dextra, idest, in æternitate requies habeatur. Hic ordo ab Apostolis celebratus est, quando, ut legitur in actibus Apostolorum, septem uiros plenos Spiritusancto ad B hoc officium elegerunt, & oratione præmissa manus eis imposuerunt. Vnde & consuetudo inoleuit, ut in omni matrice Ecclesia septem diacones circa Christi aram quasi septem columnæ assistant. Hi sunt septem angeli tuba canẽtes in Apocalypsi, qui quales esse debeant, Apostol' docet Timotheo scribẽs. Hi cum ordinantur, solus episcopus eis manum imponit, quia ad ministerium applicantur. Ponit eis orarium, idest, stolam super leuum humerum, ut per hoc intelligant C se accepisse iugum Domini suaue, quo ad sinistram pertinentia diuino timori subijciant. Accipiunt & textum Euangelij, ut intelligant se esse præcones Euangelij Christi. Hi autem antequam ordinentur, probentur, ut docet Apostolus, & sic

AD PRIMVM ergo dicendum, q; deus nunquam ita deserit ecclesiam suam, quin inueniãtur idonei ministri sufficienter ad necessitatem plebis, si digni promouerentur, & indigni repellerentur. Et si non possent tot ministri inueniri quot modo sunt, melius esset habere paucos ministros bonos quàm multos malos, vt dicit beatus Clemens.

¶ Ad secundum dicendum, q; temporalia non sunt quærenda nisi propter spiritualia: vnde incommodum temporale debet negligi, & omne lucrum sperni propter spirituale bonum promouendum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad minus hoc requiritur, q; nesciat ordinans aliquid contrarium sanctitati in ordinãdo esse, sed etiam exigitur amplius vt secũdum mensuram ordinis, vel officij iniungendi diligentior cura apponatur, vt habeatur certitudo de qualitate promouẽdorum saltem ex testimonio aliorum, & hoc est quod Apostolus dicit. 1. Timó. Manus cito nemini imposueris.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, q; lex præcipit E vt homo iuste eã quæ sunt iusta exequatur: & ideo quicũque homo quod sibi competit ex ordine, facit indigne, quod iustũ est, iniuste exequitur, & contra præceptum legis facit, ac per hoc mortaliter peccat. Quicũque autem cum peccato mortali aliquod sacrum officium pertractat, non est dubium quin indigne illud faciat, vnde patet q; mortaliter peccat.

D. 892

AD PRIMVM ergo dicendum, q; non est perplexus vt necessitatem peccandi habeat, quia potest peccatum dimittere, vel officio resignare, ex quo obligabatur ad executionem ordinis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ius naturæ est indispensabile, hoc autem est de iure naturali, vt homo sancta sancte pertractet, vnde contra hoc nullus potest dispensare.

¶ Ad tertium dicendum, q; quamdiu minister ecclesiæ qui est in mortali, ab ecclesia sustinetur, ab eo sacramẽta recipere eius subditus debet, quia ad hoc est ei obligatus: sed tamen præter necessitatis articulum non esset tutum q; eum induceret ad aliqd sui ordinis exequendum, durante tali cõscientia q; ille in pctõ mortali esset, quam tñ deponere posset, qa ĩ instanti homo a diuina gratia emendatur.

¶ Ad quartum dicendum, q; quandocumque exhibet se ĩ aliquo actu vt ministrum ecclesiæ, mortaliter peccat: & totiens mortaliter peccat, quotiens huiusmodi actum facit, quia vt dicit Dio. 1. cap. cælest. hierar. Immundis, nec symbola. i. sacramentalia signa tãgere fas est, vnde quando tangunt res sacras quasi suo officio vtẽtes, peccãt mortaliter. Secus autẽ esset si in aliqua necessitate aliquod sacrum contingeret, vel exequeretur, in illo casu in quo etiam laicis liceret, sicut si baptizaret in articulo necessitatis, vel si corpus Christi ĩ terra proiectũ colligeret.

Cap. 10.

Sapien. c. 8.

ministrent nullum crimen habentes. Hoc officio usus est Christus, quando post cænam sacramentum carnis & sanguinis discipulis dispẽsauit, & quando Apostolos dormiẽtes ad orationem excitauit dicens. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.

Math. 26. Lucæ. 22.

De presbyteris.

SEptimus est ordo presbyterorum. Presbyter grece, senior interpretatur latine. Non modo pro ætate, uel decrepita senectute, sed propter honorem & dignitatem quam acceperunt, presbyteri nominantur, qui morum prudentia & maturitate conuersationis præcellere dicuntur in populo. Vnde scriptum est. Senectus uenerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominum, & ætas senectutis uita immaculata. Ideo autem etiam presbyteri sacerdotes uocantur, quia sacra dant, qui licet sint sacerdotes, tamẽ pontificatus apicem non habent sicut episcopi, quia ipsi nec crismate

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de distinctione ordinum.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, De distinctione eorum.
¶ Secundo, De actibus singulorum.
¶ Tertio, Quando imprimat' character in singulis ordinib'.

ARTICVLVS PRIMVS

a *Vtrum debeant plures ordines distingui.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nõ debeant plures ordines distingui. Quanto. n. aliqua virtus est maior, tanto minus est multiplicata: sed hoc sacramentum est dignius alijs sacramentis, inquantum constituit suscipientes in aliquo gradu super alios. cum ergo alia sacramenta non distinguantur in plura quę recipiant prædicationem totius, nec hoc sacramentum debet distingui in plures ordines.

¶ 2 Præt. Si diuiditur, aut est diuisio totius in partes integrales, aut in partes subiectiuas. Non in partes integrales, quia sic non reciperent prædicationem totius. ergo est diuisio in partes subiectiuas: sed partes subiectiuæ recipiunt in plurali prædicationem generis remoti sicut generis proximi, sicut homo & asinus sunt plura animalia, & plura corpora animata. ergo & sacerdotium, & diaconatus sicut sunt plures ordines, ita & plura sacramenta, cum sacramentum sit quasi genus ad ordines.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in 8. ethi. regimẽ quo vnus tantum principatur, est nobilius quàm regimẽ communitatis, quàm aristocratia qua diuersi in diuersis officijs constituunt: sed regimen ecclesiæ debet esse nobilissimum, ergo non deberet esse Cap. 7.

esse in ecclesia distinctio ordinũ ad diuersos actus: sed tota potestas deberet apud vnum residere, & sic deberet esse tantum vnus ordo.

1.Cor.c.12. SED CONTRA. Ecclesia est corpus Christi mysticũ, simile corpori naturali secundum Apostolum: sed in corpore naturali sunt diuersa membrorum officia. ergo & in ecclesia debent esse diuersi ordines.

¶ 2 Præt. Ministerium noui testamẽti ẽ dignius quàm ministeriũ veteris, vt patet 2. Cor. 3. sed in veteri testamento non solum sacerdotes, sed etiã ministri eorum leuitę sanctificabantur. ergo & in nouo testamento debent cõsecrari per ordinis sacramentum non solum sacerdotes, sed ministri eorum, & ita oportet quòd sint plures ordines.

Dist. 25. ca. Perlectis.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ non sint septem ordines. Ordines enim ecclesiæ ordinantur ad actus hierarchicos: sed tres sunt tantum actus hierarchici, scilicet purgare, illuminare, & perficere, secũdum quos Dyo. distinguit tres ordines in quinque capitulis eccle. hierar. ergo non sunt septem.

Ex Maximo cap. 5. ¶ 2 Præt. Omnia sacramenta habent efficaciam & authoritatem ex institutione Christi, vel saltem Apostolorum eius: sed in doctrina Christi & Apostolorum non fit mentio nisi de presbyteris & diaconis. ergo videtur quòd non sint alij ordines.

¶ 3 Præt. Per sacramentum ordinis consticuitur aliquis dispensator aliorum sacramentorum: sed alia sacramenta sunt sex. ergo debent esse tantum sex ordines.

SED CONTRA. Videtur ꝙ debeant esse plures, quia quanto aliqua virtus est altior, tãto est minus multiplicabilis: sed potestas hierarchica est altiori modo in angelis quàm sit in nobis, vt Dyo. dicit. ergo cum in hierarchia angelica sint nouẽ ordines, totidem deberent esse in ecclesia, vel plures.

De cælesti hier. cap. 8.

¶ 2 Præt. Prophetia psalmorum est nobilior inter alias prophetias: sed ad pronuntiandum in ecclesia alias prophetias est vnus ordo. s. lectorum. ergo & ad pronuntiandum psalmos deberet esse alius ordo, & præcipue cum in decretis psalmista secundus ab ostiario inter ordines ponatur.

Dist. 23. ca. Psalmista. III

VLTERIVS. Videtur quòd ordines non debeant distingui per sacros, & non sacros. Omnes. n. ordines sacramenta quædam sunt: sed omnia sacramenta sunt sacra. ergo omnes ordines sunt sacri.

¶ 2 Præt. Secundum ordines ecclesiæ non deputatur aliquis nisi ad diuina officia: sed omnia talia sunt sacramenta. ergo omnes ordines sunt sacri.

SED CONTRA est, quòd ordines sacri impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum: sed quatuor inferiores ordines non impediunt contrahendum, nec dirimunt contractum. ergo non sunt sacri ordines.

3.Reg.c.10 RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ ordinũ multitudo ducta est in ecclesia propter tria. Primo propter sapientiam dei commendandam, quæ in distinctione ordinata rerum maxime relucet tam in naturalibus, quàm in spiritualibus, quod significatur in hoc quòd regina Saba videns ordinẽ ministrantium Salomoni non habebat vltra spiritum, deficiens in admiratione sapientiæ ipsius. Secundo, ad subueniendum humanæ infirmitati, quia per vnum non poterant omnia quę ad diuina mysteria pertinebãt expleri sine magno grauamine: & ideo distinguuntur ordines diuersi ad diuersa officia. Et hoc patet per hoc quòd dominus Numeri 11. dedit Moysi septuaginta senes populi in adiutorium. Tertio, vt via proficiendi hominibus amplior detur, dum plures in diuersis officijs distribuuntur, vt omnes sint dei cooperatores quo nihil est diuinius, vt Dio. dicit.

De ecclesiast. hierar. c. 5. parte 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa sacramenta dantur ad effectus aliquos percipiendos, sed hoc sacramentum datur principaliter ad actus aliquos agendos: & ideo secundum diuersitatem actuum oportet ꝙ ordinis sacramentum distinguatur, sicut potentiæ distinguuntur per actus.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ distinctio ordinum non est totius integralis in partes, neque totius vniuersalis, sed totius potestatiui, cuius hæc est natura, ꝙ totum secundum complectam rationem est in vno: in alijs autem est aliqua participatio ipsius, & ita est hic. Tota enim plenitudo huius sacramẽti ẽ in vno ordine, scilicet sacerdotio, sed in alijs est quædam participatio ordinis, & hoc significatũ est in hoc ꝙ dominus dicit Num. 11. Moysi. Auferã de spiritu tuo, & tradam eis vt sustentent onus populi, & ideo omnes ordines sunt vnum sacramentum.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ in regno, quamuis tota potestatis plenitudo resideat penes regẽ, non tamen excludũtur ministrorum potestates ꝙ sunt participationes quędã regię potestatis. & similiter est in ordine: in aristocracia aũt apud nullum resider plenitudo potestatis, sed apud omnes.

Matth. 18

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ quædam sunt sufficientiam ordinum per quandam adaptationem ad gratias gratis datas, de quibus habetur 1. Cor. 12. Dicunt. n. ꝙ sermo sapientiæ competit episcopo, quia ipse aliorum ordinator est, quod ad sapientiam pertinet: sermo scientiæ, sacerdoti, quia debet habere clauem scientiæ: fides, diacono, qui prædicat euangelium: opera virtutum, subdiacono, qui se ad opera perfectionis extendit per votum continentiæ: interpretatio sermonũ, acolytho, quod significatur in lumine quod defert: gratia sanitatum, exorcistæ: genera linguarũ, psalmistæ: prophetia, lectori: discretio spirituum, ostiario, qui quosdam repellit, & quosdam admittit. Sed hoc nihil est, quia gratiæ gratis datæ non dantur eidem sicut ordines dantur eidem, dicitur enim 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Et iterum ponuntur quædam quæ ordines non dicuntur. s. episcopatus, & psalmistatus: & ideo alij assignant secundum quandam assimilationem ad cælestem hierarchiam, in quibus ordines distinguuntur secũdum purgationem, illuminationem, perfectionem. Dicunt. n. quòd ostiarius purgat exterius segregãdo bonos a malis etiam corporaliter: interius vero acolytus, quia per lumen quod portat signat se interiores tenebras pellere: sed vtroq; modo exorcista, quia diabolum quem expellit, vtroque modo perturbat: sed illuminatio quæ fit per doctrinam, quantum ad doctrinam propheticam, fit per lectores: quantum ad euangelicam, fit per diaconos: quantum ad apostolicam, fit per subdiaconos. Sed perfectio communis vtpote quæ est pœnitentiæ, baptismi, & huiusmodi fit per sacerdotium: excellens vero per episcopum, vt consecratio sacerdotum & virginum: sed excellentissima per summum Pontificem, in quo est plenitudo authoritatis. Sed hoc nihil est, tũ quia ordines cælestis hierarchiæ nõ distinguũtur per ꝓdictas actiones hierarchicas, cũ quælibet cuilibet ordinum conueniat: tum quia secundum Dyo. solis episcopis cõuenit perficere, illuminare autem sacerdotibus, purgare autem ministris omnibus. Et ideo alij appropriant ordines septem donis, vt sacerdotio respondeat donum sapientiæ, quæ nos pascit vitæ & intellectus cibat, sicut sacerdos nos pane cælesti reficit: sed timor ostiario, quia nos separat a malis, & sic interme dij ordines respondent medijs donis. Sed hoc iterum nihil est, quia in quolibet ordine septiformis gratia datur. Et ideo alter dicendum est, quòd ordinis sacramẽtum ad sacramentum eucharistiæ ordinatur, quod est sacramentum sacramentorum, vt dicit Dyo. Sicut enim templum, & altare, & vasa, & vestes, ita & ministeria quæ ad eucharistiam ordinantur, consecratione indigent, & hæc consecratio est ordinis sacramẽtum: & ideo distinctio ordinum est accipienda secundum relationem ad eucharistiam, quia potestas ordinis aut est ad consecrationem eucharistiæ ipsius, aut ad aliquod ministerium ordinandum ad hoc. Si primomodo, sic est ordo sacerdotum: & ideo cum ordinantur, accipiunt calicem cum vino, & patenam cum pane, potestatem accipiendo consecrandi corpus & sanguinem Christi. Cooperatio autem ministrorum est vel in ordine ad ipsum sacramentum, vel in ordine ad suscipientes. Si primo, hoc tripliciter. Primo enim est ministerium, quo minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramẽto quantum ad dispensationem, licet non quantum ad consecrationem, quam solus sacerdos facit, & hoc pertinet ad diaconum: unde in litera dicitur, ꝙ ad diaconum pertinet ministrare sacerdotibus in omnibus quæ agũtur in sacramentis Christi, vndeipsi sanguinem dispensant. Secundo est ministeriũ ordinatũ ad materiam sacramẽti ordinandam in sacris vasis ipsius sacramenti, & hoc pertinet ad subdiaconum: unde in litera dicitur, ꝙ vasa corporis & sanguinis domini portãt, & oblationes in altari ponũt, & ideo accipiunt calicem de manu episcopi, sed vacuum cũ ordinantur. Tertio est ministerium ordinatũ ad præsentandum materiam sacramenti, & hoc cõperit acolytho. Ipse enim, vt in litera dicitur, vrceolũ cum vino & aqua præparat, vnde accipiunt vrceolum vacuum. Sed ministerium ad præparationem recipientium ordinatum non potest esse nisi super immissos, quia qui mundi sunt, iam sunt ad sacramenta recipienda idonei. Triplex autem est genus immundorum, vt Dionysius dicit. Quidam enim sunt omnino infideles credere non volentes, & hi totaliter etiam a visione diuinorũ, & a cœtu fidelium arcendi sunt, & hoc pertinet ad ostiarios. Quidam vero sunt volentes credere, sed nondum sunt instructi. s. catechumeni, & ad horum instructionem ordinatur ordo lectorum: & ideo prima rudimenta ad doctrinam fidei, scilicet vetus testamentum, eis legendum committitur. Quidam vero sunt fideles & instructi, sed impedimentum habentes ex dæmonis potestate, scilicet energumeni: & ad hoc habet ministerium ordo exorcistarum, & sic patet ratio, & numerus, & gradus ordinum.

De eccles. hierar. c. 5. par. 3.

Vbi supra cap. 3.

nes distingui, sicut in qualibet hierarchia vna angelorum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd psalmistatus non est ordo, sed officium ordini annexum. Quia enim psalmi cum cantu pronuntiantur, ideo dicitur psalmista, & cantor: cantor autem nõ est nomen ordinis specialis, tum quia cantare pertinet ad totum chorum: tum quia non habet aliquam specialem relationem ad eucharistiæ sacramentũ: tum quia officium quoddam est quod inter ordines largo modo acceptos computatur quãdoque.

Matth. 27.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ ordo dicit sacer dupliciter. Vno modo secundum se, & sic quilibet ordo est sacer, cum sit sacramentum quoddã: alio modo ratione materiæ circa quã habet aliquem actũ, & sic ordo sacer dicitur qui habet aliquem actum circa

1. ad Timoth. 3. Act. cap. 6.

rem aliquam consecratam: & sic sunt tantum tres ordines sacri, scilicet sacerdos, & diaconus, qui habet actum circa corpus Christi & sanguinem consecratum, & subdiaconus, qui habet actum circa vasa consecrata: & ideo etiam eis continentia indicitur, vt sancti & mundi sint qui sancta tractant. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

b Vtrum actus ordinum conuenienter in litera assignẽtur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ actus ordinum inconuenienter in litera assignentur, quia per ablutionem aliquis præparatur ad corpus Christi sumendum: sed præparatio sumentium sacramentum pertinet ad inferiores ordines. ergo inconuenienter ablutio a peccatis ponitur inter actus sacerdotis.

¶ 2 Præt. Homo per baptismum est deo figuratus characterẽ configurãtem suscipiens: sed orare & offerre oblationes sunt actus immediate ad deum ordinati. ergo quilibet baptizatus potest hos actus facere, & non soli sacerdotes.

¶ 3 Præt. Diuersorum ordinum diuersi sunt actus: sed oblationes in altari ponere, & epistolam legere ad subdiaconum pertinet, crucem etiam ferunt subdiaconi coram Papa. ergo hi nõ debent poni actus diaconi.

¶ 4 Præt. Eadem veritas continetur in nouo & veteri testamento: sed legere vetus testamentum est lectorum. ergo & eadem ratione legere nouum, & non diaconorum.

¶ 5 Præt. Apostoli nihil aliud prædicauerunt quàm euangelium Christi, vt patet Ro. 1. sed doctrina Apostolorum committitur subdiaconis annuntianda. ergo & doctrina euangelij.

De cæleſt. hierar. c. 5. par. 3.

¶ 6 Præt. Quod est superioris ordinis, secundum Dio. non debet inferiori conuenire: sed ministrare cum vrceolo est actus subdiaconorum. ergo non debet acolythis attribui.

¶ 7 Præt. Actus spirituales debent corporalibus præeminere: sed acolythus nõ habet nisi actum corporalem. ergo exorcista non habet actum spiritualem pellẽdi dæmones, cũ sit inferior.

¶ 8 Præt. Quæ magis conueniunt, iuxta se ponenda sunt: sed legere vetus testamentum maxime debet conuenire cum lectione noui testamenti, quæ competit superioribus ministris. ergo legere vetus testamentum non debet poni actus lectoris, sed magis acolythi, & præcipue cum lumen corporale quod acolythi deferunt, significet lumen spirituale doctrinæ.

¶ 9 Præt. In quolibet actu ordinis spiritualis debet esse aliqua vis spiritualis, quam habeant ordinati præ alijs: sed in apertione & clausione ostiorum non habent aliam potestatem spiritualem ostiarij quàm alij homines. ergo hoc non debet poni actus ipsorum.

RESPON. Dicendum, ꝙ cum consecratio quæ fit in ordinis sacramento ordinetur ad sacramentum eucharistiæ, vt dictum

De cæleſt. hierar. c. 5 par. 3.

dictum eſt, ille eſt principalis actus vniuſcuiuſque ordinis, ſecundum quem magis proxime ordinatur ad euchariſtię ſacramentum: & ſecundum hoc etiam vnus ordo eſt eminentior alio ſecundum quod vnus actus magis de proximo ad prædictum ſacramẽtum ordinatur. Sed quia ad ſacramentum euchariſtiæ quaſi dignißimum multa ordinantur: ideo non eſt inconueniẽs vt præter principalẽ actum, etiã multos actus vnus ordo haberet & tãto plures, quanto ẽ eminentior, quia virtus quãto eſt ſuperior, tãto ad pluraſe extendit.

maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos vero & acolythos ꝓcedente tempore Eccleſia ſibi conſtituit.

Quid ſit, quod hic dicitur ordo.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ duplex eſt præparatio ſuſcipiẽtium ſacramentũ. Quædam eſt remota, & hæc p miniſtros perficitur: quædã proxima qua ſtatim efficiuntur idonei ad ſacramentorum ſuſceptionem, & hoc pertinet ad ſacerdotes, quia etiam in naturalibus ab eodem agente fit materia in vltima diſpoſitione ad formam, & recipit formam. Et quia in proxima diſpoſitione ad euchariſtiam ſit aliquis per hoc ꝙ a peccatis purgatur: ideo omnium ſacramentorum quę ſunt inſtituta principaliter ad purgationem peccatorum, eſt miniſter proprius ſacerdos, ſcilicet baptiſmi, pœnitentiæ, & extremæ vnctionis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd actus aliqui immediate ad deum ordinantur dupliciter. Vno modo, ex parte vnius perſonæ tantum, ſicut facere ſingulares orationes, & vouere, & huiuſmodi, & talis actus competit cuilibet baptizato. Alio modo, ex parte totius eccleſiæ, & ſic ſolus ſacerdos habet actus immediate ad deum ordinatos, quia ipſe ſolus poteſt gerere actũ totius eccleſiæ qui conſecrat euchariſtiam, quæ eſt ſacramentũ vniuerſalis eccleſiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd oblationes a populo oblatæ ꝓ ſacerdotem offeruntur, & ideo duplex miniſterium circa oblationes eſt neceſſarium. Vnum ex parte populi, & hoc eſt ſubdiaconi, qui *accipit* oblationes a populo, & in altari *ponit*, vel offert diacono. Aliud ex parte ſacerdotis, & hoc eſt diaconi, q oblationes miniſtrat ipſi ſacerdoti, & in hoc eſt actus principalis vtriuſq; ordinis, & propter hoc ordo diaconi eſt ſuperior: legere autem epiſtolam non eſt actus diaconi, niſi ſecundum quod actus inferiorũ ordinũ ſuperioribus attribuuntur. Similiter etiam crucem ferre, & hoc ſecundum conſuetudinem aliquarum eccleſiarum, quia in actibus ſecundarijs non eſt inconueniens diuerſas conſuetudines eſſe.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ doctrina eſt remota præparatio ad ſuſcipiendum ſacramentum, & ideo pronuntiatio doctrinæ miniſtris cõmittitur: ſed doctrina veteris teſtamenti eſt adhuc magis remota quàm doctrina noui, quia non inſtruit de hoc ſacramento niſi in figuris: & ideo nouum teſtamentum ſuperioribus miniſtris pronuntiandum committitur, vetus autem inferioribus. Doctrina etiam noui teſtamenti perfectior eſt, quã dominus per ſeipſum tradidit, quàm ipſius manifeſtatio per Apoſtolos: & ideo euangelium diacono, epiſtola ſubdiaco *no committuntur. Et ſecũdum* hoc patet ſolutio ad quintum.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd acolythi habent actum ſuper vrceolum tantum, non ſuper ea quæ in vrceolo cõtinentur: ſed ſubdiaconus habet actũ ſuper cõtentis in vrceolo, quia aqua vritur & vino ad ponendum in calice, & aquam iterum manibus ſacerdotis præbet & diaconi, ſicut & ſubdiaconus habet actum ſolum ſuper calicem, non ſuper contenta, ſed ſacerdos ſuper contenta: & ideo ſicut ſubdiaconus in ſui ordinatione accipit calicem vacuum, ſacerdos plenum: ita acolythus vrceolum vacuum, ſed ſubdiaconus plenum, & ſic eſt quædam connexio in ordinibus.

Dist. 23. ca. Subdiaconus.

¶ Ad ſeptimum dicendum, ꝙ corporales actus acolythi magis de proximo ordinantur ad actum ſacrorum ordinũ, quàm act exorciſtarum, quamuis ſit aliquo modo ſpiritualis: quia habẽt acolythi miniſterium ſuper vaſa, in quibus materia ſacramẽti continetur quantum ad vinum, quod vaſe contĩente indiget propter ſui humiditatem: & ideo inter minores ordines ordo acolythorum eſt ſuperior.

D. 18. 817

¶ Ad octauum dicẽdum, ꝙ actus acolythorum ſe habet propinquius ad principales actus ſuperiorum miniſtrorum, quàm actus aliorum minorum ordinũm, vt per ſe patet. Et ſimiliter etiam quantum ad actus ſecundarios, quibus populum per doctrinam diſponunt, quia acolythus doctrinam noui teſtamenti viſibiliter figurat lumen portans, ſed lector recitando figuras alias, & ideo acolythus eſt ſuperior. Similiter etiam exorciſta, quia ſicut ſe habet actus lectorum ad actũ ſecundarium diaconi & ſubdiaconi: ita ſe habet actus exorciſtæ ad ſecũdarium actum ſacerdotis, ſcilicet ligare & ſoluere, per quem totaliter homo a ſeruitute diaboli liberatur: & in hoc patet. ordinatiſſimus ordinis ꝓgreſſus, quia ſacerdos quãtum ad actum eius principalem, ſcilicet cõſecrare corpꝰ Chriſti, cooperantur tantum tres ſuperiores ordines. Sed quantum ad actum eius ſecundarium, qui eſt abſoluere & ligare, cooperantur ſuperiores, & inferiores.

¶ Ad nonum dicendum, ꝙ quidam dicunt ꝙ in ſuſceptione ordinis, oſtiario datur quædam vis diuinã, vt arcere poſſit alios ab intortu templi, ſicut & in Chriſto fuit quando eiecit vendentes de templo. Sed hoc magis pertinet ad gratiam gratis datã, quàm ad gratiam ſacramenti: & ideo dicendum ꝙ ſuſcipit poteſtatem vt ex officio hoc agere poſſit, quamuis etiã & hoc ab alijs fieri d poſſit. ſed non ex officio: & ita eſt in omnibus actibus minorum ordinum, ꝙ poſſunt per alios licite fieri, quãmuis illi non habeant ad hoc officium, ſicut etiam in domo non conſecrata poteſt dici Miſſa, quamuis conſecratio eccleſiæ ad hoc ordinetur, vt in ea Miſſa dicatur.

D. 961

ARTICVLVS III.

Vtrum ſacerdotij character imprimatur in ipſa calicis porrectione.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur ꝙ ſacerdotij character non imprimatur in ipſa calicis porrectione, qa conſecratio ſacerdotis ſit quadam vnctione, ſicut & confirmatio: ſed in confirmatione in ipſa vnctione imprimitur character. ergo & in ſacerdotio, & non in calicis porrectione.

¶ 2 Præt. Dominus dedit diſcipulis ſacerdotalem poteſtatem quando dixit, Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c. Io. 20. Sed ſpiritus datur per manus impoſitionẽ, ergo in ipſa manus impoſitione imprimitur character ordinis.

¶ 3 Præt. *Sicut* conſecratur miniſter, ita & veſtes miniſtrorũ: ſed veſtes ſola benedictio conſecrat. ergo in ipſa benedictione epiſcopi conſecratio ſacerdotis perficitur.

¶ 4 Præt Sicut ſacerdoti datur calix, ita & veſtis ſacerdotalis. ſi ergo in datione calicis imprimitur character, eadem ratione & in datione caſulæ, & ſic haberet duos characteres, quod falſum eſt.

¶ 5 Præt. Ordo diaconi conformior eſt ordini ſacerdotis quàm ſubdiaconi ordo: ſed ſi character imprimeretur ſacerdoti in ipſa calicis porrectione, ſubdiaconus eſſet conformior ſacerdoti quam diaconus, quia ſubdiaconus characterem recipit in ipſa calicis porrectione, non autem diaconus. ergo character ſacerdotalis non imprimitur in ipſa calicis porrectione.

Dist. 23. ca. Acolythi.

¶ 6 Præt. Acolythorum ordo magis appropinquat ad actum ſacerdotis per hoc ꝙ habet actum ſuper vrceolum, quàm per hoc ꝙ habet actum ſuper candelabrum: ſed magis imprimitur character in acolythatu quando accipiunt candelabrũ, quàm quando accipiunt vrceolum, quia nomẽ acolythi cereportationem ſignat. ergo nec in ſacerdotio imprimitur character quando calicem accipit.

Sed contra. Principalis actus ſacerdotis eſt conſecrare corpus Chriſti: ſed ad hoc datur ſibi poteſtas in acceptione calicis ergo tunc imprimitur character.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt, eiuſdem eſt formam aliquam inducere, & materiam de proximo præparare ad formam. Vnde epiſcopus in collatione ordinum duo facit, præparat enim ordinandos ad ordinis ſuſceptionem, & ordinis poteſtatem tradit. Præparat quidẽ & inſtruẽdo eos de propriꝰ

ptio officio, & aliquid circa eos operando, vt idonei ſint poteſtatem acceipiendi, quæ quidem præparatio in tribus conſiſtit, ſcilicet benedictione, manus impoſitione, & vnctione. Per benedictionem diuinis obſequijs mãcipatur, & ideo benedictio omnibus datur: ſed per manus impoſitionem datur plenitudo gratiæ, per quã ad magna officia ſint idonei: & ita ſolis diaconibus & ſacerdotibꝰ fit manus impoſitio, qa eis competit diſpẽſatio ſacramentorum, quamuis vni vt principali, & alteri ſicut miniſtro, ſed vnctione ad ali quòd ſacramentum tractandum conſecrantur, & ideo vnctio ſolis ſacerdotibus fit, qui proprijs manibus corpus Chriſt tangunt, ſicut etiam calix inungitur qui continet ſanguinem, & patena quæ continet corpus. Sed poteſtatis collatio fit per hoc quòd datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet: & quia principalis actus ſacerdotis eſt conſecrare corpus & ſanguinem Chriſti, ideo in ipſa datione calicis ſub forma verborum determinata, character ſacerdotalis imprimitur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ in confirmatione non datur officium operandi ſuper aliquam materiam exteriorem, & ideo ibi character non imprimitur in aliqua exhibitione alicuius rei, ſed in ſola manus impoſitione & vnctione, ſed in ordine ſacerdotali aliter eſt, & ideo non eſt ſimile.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ dominus diſcipulis dedit ſacerdotalem poteſtatem quantum ad principalem actum ante paſſionem in cœna, quando dixit, Accipite, & mandicate. Vnde ſubiunxit, Hoc facite in meam commemorationem: ſed poſt reſurrectionem dedit eis ſacerdotalem poteſtatem quãtum ad actum ſecundarium, qui eſt ligare, & abſoluere.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in veſtibus non requiritur alia cõſecratio, niſi ꝙ diuino cultui mãcipent, & ideo ſufficit eis ꝙ cõſecratione bndictio, ſed aliter ẽ de ordinatis, vt ex dictis patet.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ veſtis ſacerdotalis non ſignat poteſtatem ſacerdoti datam, ſed idoneitatem quæ in eo requiritur ad actum poteſtatis exequendum: & ideo nec ſacerdoti, nec alicui alij imprimitur character in aliquibus veſtis ratione.

¶ Ad quintũ dicendum, ꝙ poteſtas diaconi eſt media inter poteſtatem ſubdiaconi & ſacerdotis. Sacerdos enim directe habet poteſtatem ſuꝑ corpus Chriſti, ſubdiaconus autem ſuper vaſa tantum, ſed diaconus ſuper corpus in vaſe contentum, vnde eius non eſt tangere corpus Chriſti, ſed portare corpus Chriſti in patena, & diſpenſare ſanguinem cum calice: & ideo eius poteſtas ad actum principalem non potuit exprimi nec per dationem vaſis tãtum, nec per dationem materiæ: ſed exprimitur poteſtas eius ad actum ſecundarium in hoc quòd datur ſibi liber euãgeliorum, & in hac poteſtate intelligitur alia, & ideo in ipſa libri datione imprimitur character.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ principalior actus acolythi eſt quo miniſtrat in vrceolo, quàm quo miniſtrat in cãdelabro, quãuis denominetur ab actu ſecundario, propter hoc ꝙ eſt magis notus & magis proprius ei: & ideo in datione vrceoli imprimitꝰ character virtute verborum ab epiſcopo pronuntiatorum.

QVAESTIO III.

Deinde quæritur de quibuſdam quæ ſunt ordinibus annexa.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, De corona.
¶ Secundo, De epiſcopatu.
¶ Tertio, De veſtibus ſacris.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ordinati debeant coronæ tonſuram habere.

Dprimvm ſic proceditur. Videtur quòd ordinati non debeant coronæ tonſuram habere, quia do minus captiuitatem comminatur, & diſperſionem *his qui ſic* attonduntur, vt patet Deut. 32. De captiuitate nudati inimicorum capitis: & Hiere. 49. Diſpergam in omnem ventum eos qui in comam attonſi ſunt: ſed miniſtris Chriſti non debetur captiuitas, ſed libertas. ergo corona, tonſura, & raſura eis non competit.

¶ 2 Præt. Veritas debet reſpondere figuræ: ſed figura coronæ præceſſit in veteri lege in tonſura Nazæorum, ſicut in litera dicitur. cum ergo Nazarei non eſſent ordinati ad miniſterium diuinum, videtur quòd miniſtris eccleſiæ non debeatur tonſura, vel raſura coronæ: & hoc etiam videtur per hoc ꝙ conuerſi, qui non ſunt miniſtri eccleſiæ, tondentur in religionibus.

Dist. 21. c. Cleros.

¶ 3 Præt. Per capillos ſuperflua ſignantur, quia capilli ex ſuperfluis generantur: ſed miniſtri altaris omnes ſuperfluitates a ſe debent abijcere. ergo totaliter debent caput tondere, & non in modum coronæ.

Sed contra. Quia ſecundum Gre ſeruire deo, regnare eſt: ſed corona eſt ſignum regni, ergo illis qui ad diuinũ miniſterium applicantur, corona competit. Gregorius.

¶ 2 Præt. Capilli in velamentum dati ſunt, vt patet. 1. Cor. 11. ſed miniſtri altaris debent habere mentem velatam. ergo competit eis raſura coronæ.

II

Vlterivs. Videtur ꝙ corona ſit ordo, quia in actibus eccleſiæ ſpiritualia corporalibus reſpondent: ſed corona eſt quoddam corporale ſignum quod eccleſia adhibet. ergo videtur ꝙ ſignum interius reſpondeat ei, & ita etiam coronatione imprimetur character, & erit ordo.

¶ 2 Præt. Sicut ab epiſcopo ſolum datur confirmatio & alij ordines, ita & corona: ſed in confirmatione & alijs ordinibus imprimitur character, ergo & in corona, & ſic idẽ quod prius.

¶ 3 Præt. Ordo importat quendam dignitatis gradum: ſed clericus hoc ipſo ꝙ clericus eſt, in gradu ſupra populum conſtituitur. ergo corona per quam efficitur clericus, eſt aliquis ordo.

Sed contra. Nullus ordo datur niſi in Miſſe celebratione: ſed corona datur etiam abſque officio Miſſæ. ergo non eſt ordo.

¶ 2 Præt. In collatione cuiuslibet ordinis fit mentio de aliqua poteſtate data, non aũt in collatione coronæ. ergo nõ eſt ordo.

III

Vlterivs. Videtur quòd per acceptionem coronæ aliquis renuntiet temporalibus bonis. Ipſi enim dicunt cum coronantur, Dominus pars hereditatis meæ: ſed ſicut dicit Hiero. Dominus cum iſtis temporalibus pars fieri dedignatur. ergo abrenuntiat temporalibus.

Psal. 15. Tom. 1. in epſa ad Nepotianũ de clarans qd ſit clericꝰ.

¶ 2 Præt. Iuſtitia miniſtrorum noui teſtamenti debet abundare ſuper miniſtros veteris, ut patet Matth. 5. Sed miniſtri veteris teſtamenti, ſ. leuitæ non acceperunt partem hæreditatis cũ fratribus ſuis. ergo nec miniſtri noui teſtamenti habere debẽt.

¶ 3 Præt. Hug. dicit ꝙ poſtquam aliquis factus eſt clericus, deinceps debet de ſtipendijs eccleſiæ ſuſtentari: ſed hoc non eſſet, ſi patrimonium ſuum retineret. ergo videtur ꝙ abrenuntiet in hoc quòd clericus ſit.

Hug. lib. 2. de ſacramẽtis par. 3. cap. 2.

Sed contra eſt, ꝙ Hieremias fuit de ordine ſacerdotali, vt patet Hiere. 1. ſed ipſe habuit poſſeſſionẽ ex hereditatis iure, vt patet Hiere. 32. ergo clerici poſſunt habere patrimonialia bona.

¶ 2 Præt. Si hoc non poſſent, non videretur tunc differẽtia inter clericos ſæculares, & religioſos.

Respon. Dicendum ad primam qõnem, quòd eis qui ad diuina miniſteria applicantur, competit tonſura, & raſura in modum coronæ, & ratione figuræ, quia corona eſt ſignum regni: & perfectionis, cum ſit circularis. Illi autem qui diuinis miniſterijs applicantur, adipiſcuntur regiam dignitatem, & perfecti in virtute eſſe debent. Competit etiam eis ratione ſubtractionis capillorum, & ex parte ſuperiori per raſuram, ne mẽs eorum temporalibus occupationibus a contemplatione diuinorum retardetur: & ex parte inferiori per tonſuram, ne eorũ ſenſus temporalibus obuoluantur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ dominus comminatur illis, qui hoc ad cultum dæmonum faciebant.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ea quæ fiebant in veteri teſtamento, imperfecte repreſentant ea quæ ſunt in nouo teſtamento, & ideo ea quæ pertinent ad miniſtros noui teſtamenti non ſolum ſignantur per officia leuitarum, ſed per omnes illos qui aliquam perfectionem profitebantur. Nazarei autem profitebantur perfectionem quandam in depoſitione comæ ſignãtes tempo-

temporalium contemptum, quamuis non in modum coronæ F deponerent, sed omnino totum: quia nondum erat tempus regalis & perfecti sacerdotij. Et similiter etiam conuersi tondun tur propter renuntiationem temporalium, sed non raduntur, quia non occupãtur diuinis ministerijs, in quibus diuina oporteat eos mente cõtemplari.

De quadripartito ordine episcoporum.

ORDO autem episcoporũ quadripartitus est, scilicet in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis, & episcopis. Patriarcha græce, summus patrum interpretatur, quia primũ, idest, apostolicum tenet locum, ut G Romanus, Anthiochen⁹, Alexãdrinus, sed oĩũ summus est Romanus. Archiepus pŕiceps epoŕũ, archos.n. grẹce, latine princeps dr̃. Metropolitẹ aũt mẽsura ciuitatũ dicunť. Singulis.n. prouincijs præeminent, quorum authoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt. Sollicitudo enim totius prouinciæ ipsis episcopis comissa est. Omnes autem superius designati ordines episcopi nuncupantur. Nota archiepiscoporum nomine primates superius significasse videtur, & metropolitanorum, quos nũc archiepiscopos dicimus. Horum autem discretio a Gẽtilibus introducta videtur, qui suos flamines alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Sacerdotes. n. Gentilium flamines dicebantur, qui habebant in capite pileum, in quo erat breuis uirga desuper habens aliquid lanæ, quod cũ per æstum ferre non possent, filum tantum in capite ligare cœperunt. Nudis enim capitibus eis incedere nephas erat: unde a filo quo utebãtur, flamines dicti sunt quasi filamines. Sed festiuis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotij eminẽtia. Vates a vi mentis appellati sunt, cuius significatio multiplex est. Modo.n. sacerdotem, mõ pphetã, mõ poetã significat. Cantor vero vocať, qui voce modulatur in cãtu. Huius sunt duo genera, pcẽptor, & succẽtor. Præcẽtor qui vocẽ pmittit in cãtu, succẽtor qui subsequẽter canẽdo respõdet. Concẽtor aũt dr̃, quia consonat. Qui autẽ non consonat, nec concinit, concentor non erit. His breuiter tractatis, ad monendi sunt Christi ministri, quatenus sicut excellunt ordinis dignitate, ita præcellant vitæ sanctitate, vt plebs eis commissa, eorumque disciplinis edocta, gratanter eis obediat, & eorum imitatione de die in diem proficiat, a quibus diuina sacramenta percipiunt, & Missarum B solemnia audiunt. Missa autem dicitur vel quia missa est hostia, cuius cõmemoratio fit in illo officio, vnde dr̃, Ite missa est.i. sequimini ho-

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ nõ solum debet significari tẽporalium abiectio, sed etiã regalis dignitas in forma coronæ: & ideo non debet totaliter coma tolli, & etiam ne indecẽs videať.

Dist. & supra, citatis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ ministri ecclesiæ a populo separantur ad vacandũ diuino cultui: in cultu autem diuino quędam sunt quæ per potentias determinatas sunt exercẽda, & ad hoc dať spiritualis potestas ordinis: quędam autem sunt quæ cõmuniter a toto ministrorum collegio fiunt, sicut dicere diuinas laudes: & H ad hoc non præexigitur aliqua potestas ordinis, sed solum q̃dam deputatio ad tale officium, & hoc fit per coronam, & ideo non est ordo, sed præambulum ad ordinem.

Dist. & ca. vbi supra citatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ corona habet interius aliquod spirituale quod ei respondet, sicut signum signato: sed hoc non est aliqua spiritualis potestas, & ideo in corona non imprimitur character, nec est ordo.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis per coronam non imprimatur character, tamẽ deputatur homo ad diuinum cultum: & ideo talis deputatio debet fieri per summum ministrorum, scilicet episcopum, qui etiam vestes benedicit, & vasa, & omnia quæ ad cultum diuinum applicantur.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ex hoc quòd aliquis est clericus, est in altiori statu quàm laicus, non tamen habet ampliorem potestatis gradum, quod ad ordinem requiritur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ clerici in hoc I ꝙ coronam accipiunt, non renũtiant patrimonio, neque alijs rebus temporalibus, quia terrenorum possessio non contrariatur diuino cultui, ad quem clerici deputantur: sed nimia corũ sollicitudo, quia vt dicit Gre. Affectus in crimine est.

Gregorius.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dominus dedignatur pars fieri, vt ex æquo cum alijs diligatur, ita scilicet quòd aliqs ponat finem suum in deo, & in rebus mundi: non tamen dedignatur fieri pars eorum qui res mundi ita possident, ꝙ per eas a cultu diuino non retrahuntur.

¶Ad secundum dicendum, quòd leuitæ in veteri testamento habebant ius in hæreditate paterna, sed ideo non acceperunt partem cum alijs tribubus, ꝙ erant per omnes tribus dispergendi, quod fieri non potuisset, si vnam determinatam partem terræ accepissent, sicut aliæ tribus.

¶Ad tertium dicendum, quòd si sint indigentes clerici ad sacros ordines promoti, episcopus qui eos promouit, debet eis prouidere, alias non tenetur, ipsi autem ex ordine suscepto tenentur ecclesiæ ministrare: verbum autem Hug. intelligitur quando non habent vnde sustententur. K

ARTICVLVS II.

b *Vtrum supra sacerdotalem ordinem debeat esse aliqua potestas episcopalis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ supra sacerdotalem ordinem non debeat esse aliqua potestas episcopalis, quia sicut in litera dicitur, ordo sacerdotalis ab Aaron sumpsit exordiũ: sed ĩ veteri lege nullus erat supra Aaron, ergo nec in noua lege debet aliqua potestas esse supra sacerdotalẽ.

In Concilio Tridẽtino Ses. 23. cap. 7,

¶ 2 Præt. Potestates ordinantur secundum actus, quia null⁹ actus sacer potest esse maior quàm consecrare corpus Christi, ad quod est potestas sacerdotalis, ergo supra sacerdotalẽm potestatem non debet esse episcopalis.

¶ 3 Prẹt. Sacerdos in offerendo gerit figuram Christi in ecclesia, qui se patri pro nobis obtulit: sed in ecclesia nullus ẽ maior Christo, quia ipse est caput ecclesię, ergo nulla potestas debet esse supra sacerdotalem potestatem.

SED CONTRA. *Potestas tanto est altior, quanto ad plura se extendit:* sed potestas sacerdotalis, vt dicit Dio. extẽdit se ad purgandum & illuminandum tantũ, episcopalis autem ad hoc, & ad perficiendum, ergo supra sacerdotalẽ potestatem debet esse episcopalis.

cap. 5. ecclesiast. hierar.

¶ 2. Præt. Diuina ministeria debent esse magis ordinata quàm humana: sed humanorũ officiorum ordo exigit, vt in quolibet officio prẹponatur vnus qui sit princeps illius officij, H sicut præponitur militibus dux, ergo & sacerdotibus debet aliquis prẹponi qui sit sacerdotum princeps, & hic est episcopus, ergo episcopalis potestas debet esse supra sacerdotalem.

Dist. & cap. vbi supra ex Isidoro.

VLTERIVS. Videtur ꝙ episcopatus sit ordo. Primo per hoc ꝙ Dio. assignat hos tres ordines ecclesiasticæ hierar. episcopum, sacerdotem, & ministrum, in litera etiam dicitur, ꝙ est ordo episcoporum quadripartitus.

II Vbi supra de ecclesia. hierar.

¶ 2 Præt. Ordo nihil aliud est quàm quidam potestatis gradus in spiritualibus dispensandis: sed episcopi possunt dispensare aliqua sacramenta, quæ non possunt dispẽsare sacerdotes, sicut confirmationem, & ordinẽ, ergo episcopatus est ordo.

¶ 3 Præt. In ecclesia non est aliqua spiritualis potestas, nisi ordinis, vel iurisdictionis: sed ea quæ pertinet ad potestatem episcopalem non sunt iurisditionis, alias possent committi non episcopo, ꝙ est falsum, ergo sunt potestatis ordinis, ergo episcopus habet aliquem ordinem, quem non habet sacerdos simplex, & sic episcopatus est ordo.

SED CONTRA. Quia vnus ordo non dependet a præcedenti quantum ad necessitatem sacramenti: sed episcopalis potestas dependet a sacerdotali, quia nullus potest recipere episcopalem, nisi prius habeat sacerdotalem, ergo epatus nõ est ordo.

¶ 2 Præt. Maiores ordines non cõferuntur nisi in sabbathis: sed episcopalis potestas traditur in dñicis, ergo non est ordo.

VLTERIVS. Videtur ꝙ supra episcopos non possit aliquis esse superior in ecclesia, quia omnes epi sunt Apostolorũ successores: sed potestas quæ est data vni Apostolorum.s. Petro Math. 16. est etiam data omnibus Apostolis Io. 20. ergo omnes episcopi sunt pares, & vnus non est super alterum.

III Vide dist. 21. cap. In nouo testamento.

¶ 2 Prẹt. Ritus ecclesiæ magis debet esse cõformis ritui Iudæorũ q̃ ritui Gentiliũ: sed distinctio epalis dignitatis & ordinatio vnius super alium, vt in litera dicitur, est a Gentilibus introducta: in veteri autem lege non erat: ergo nec in ecclesia episcopus vnus super alium esse debet.

¶ 3 Præt. Superior potestas non potest cõferri p inferiorẽ, neq; æqualis p æqualẽ, quia sine vlla cõtradictione quod minus est, a meliore benedicitur Heb. 7. vñ ẽt sacerdos nõ pmouet epm, neque sacerdotẽ, sed eps sacerdotem, & episcopus potest quẽlibet episcopum pmouere, quia etiam Hostien. episcopus cõsecrat Papam, ergo episcopalis dignitas in omnibus est ęqualis, & sic vnus episcopus non debet alijs subesse, vt in litera dicit.

SED CONTRA est quod legitur in conc. Constãtinopo. Veneramur ẽm scripturas & canonũ diffinitiones sanctissimũ antiquę Romæ epm primũ esse, & maximum epõrum, & post ipsum Constantinopol. epm, ergo vnus eps est super alium.

Pri. can. 5.

¶ 2 Præt. Beatus Cyrillus episcopus Alexandrinus dicit: Vt mẽbra maneamus in capite nr̃o apostolico throno Romanorum pontificũ, a quo nostrum est quęrere quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes præ omnibus: qm ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & ligare, loco illius qui ipsum ædificauit, & nulli alij quod suum est plenũ, sed ipsi soli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi, tanquàm ipsi domino Iesu Christo obediunt, ergo episcopi alicui subsunt etiam iure diuino.

Cyrillus.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionẽ, ꝙ sacerdos habet duos actus, vnum principalẽ.s. consecrare verum corpus Christi: aliũ secundarium.s. præparare populũ ad susceptionem huius sacramenti, vt prius dictũ est. Quãtum aũt ad primũ actũ actus sacerdotis non dependet ab aliqua superiori potestate nisi diuina, sed quãtũ ad secundũ dẽpẽdet ab ab aliqua superiori potestate, & humana. Omnis.n. potestas, quæ non põt exire in actum, nisi præsuppositis quibusdam ordinationibus, depẽdet ab illa potestate, quę illas ordinationes facit. Sacerdos autẽ nõ potest absoluere & ligare, nisi præsupposita prælationis iurisdictione, qua sibi subdantur illi quos absoluit: potest autem consecrare quamlibet materiã a Christo determinatam, nec aliud requiritur quantum est de necessitate sacramenti, quamuis ex quadam congruitate præsupponatur actus episcopalis in cõsecratione altaris, & vestium eius. Et ita patet ꝙ oportet esse supra sacerdotalem potestatem episcopalem quantũ ad actũ secundarium sacerdotis, non autem quantum ad primum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Aaron sacerdos fuit, & pontifex.i. sacerdotum princeps. Sumpsit ergo sacerdotalis potestas ab ipso exordiũ, inquantũ fuit sacerdos sacrificia offerẽs, quod etiam maioribus sacerdotibus licebat, sed non ab eo inquantũ fuit põtifex, per quã potestatẽ poterat aliqua facere, vt ingredi semel in anno ĩ sancta sanctorũ, quod aliis nõ licebat.

¶Ad secundũ dicẽdum, ꝙ quantum ad illum actũ non est aliqua potestas superior, sed quantum ad alium, vt dictum est.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ sicut oĩum rerũ naturalium perfectiones præexistũt exẽplariter in deo, ita Christus fuit exẽplar omnium officiorũ ecclesiasticorũ. Vnde vnusquisque minister ecclesiæ quantũ ad aliquid gerit typũ Christi, vt ex litera patet, & tamen ille est superior, qui secundũ maiorẽ perfectionẽ Christũ repræsentat. Sacerdos aũt repræsentat Christũ in hoc, ꝙ per seipsum aliquod ministerium impleuit: sed episcopus in hoc, ꝙ alios ministros instituit, & ecclesiam fundauit, vnde ad episcopum pertinet mancipare aliquid diuinis obsequiis quasi cultum diuinũ ad similitudinẽ Christi statuens, & per hoc etiam episcopus specialiter sponsus ecclesiæ dicitur, sicut Christus.

AD SECVNDAM quæstionẽ dicendum, ꝙ ordo potest accipi dupliciter. Vno modo, secundum quod est sacramẽtũ, & sic vt prius dictũ est, ordinatur omnis ordo ad eucharistiæ sacrm̃: vñ cum eps non habeat potestatem superiorem sacerdote, quantum ad hoc, non erit epatus ordo. Alio modo, põt considerari ordo ẽm quod est officium quoddam respectu quarundam actionũ sacrarum, & sic cum eps habeat potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici supra sacerdotem, episcopatus erit ordo, & secundum hoc loquuntur authoritates inductæ. Vnde patet solutio ad primum.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ ordo secundum quod est sacrm̃ imprimens characterem, ordinatur spiritualiter ad sacrm̃ eucharistiæ, in quo ipse Christus continetur, quia per characterẽ ipsi Christo configuramur: & ideo licet detur aliqua potestas spiritualis epo in sui promotione respectu aliquorum sacramẽtorum, non tamen illa potestas habet rationem characteris: & propter hoc epatus non est ordo, ẽm qđ ordo est qđdam sacrm̃.

¶Ad tertium dicendum, quòd potestas epalis non est tm̃ iurisdictionis, sed etiam ordinis, vt ex dictis patet, secundum quod ordo communiter accipitur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ vbicumque sunt multa regimina ordinata in vnum, oportet esse aliquod vniuersale regimẽ supra particularia regimina: quia in omnibus virtutibus & artibus, vt dr̃ in 1. eth. est ordo ẽm ordinem finium. Bonũ aũt cõe diuinius est q̃ bonum speciale, & ideo super potestatem regitiuã quæ coniectat bonũ speciale, oportet esse potestatẽ regitiuã vniuersalẽ respectu boni cõis, alias nõ posset esse colligatio ad vnũ: & ideo cum tota ecclesia sit vnũ corpus, oportet si ista vnitas debet cõseruari, ꝙ sit aliqua ptãs regitiua respectu totius ecclesiæ supra potestatẽ epalẽ, qua vna- A queque specialis ecclesia regiť, & hæc est ptãs Papæ: & ideo qui hãc ptãte n negant schismatici dicunť, quasi diuisores ecclesiasticę vnitatis. Et inter epm simplicẽ & Papam sunt alij gradus dignitatũ correspondẽtes gradibus vnionis, ẽm quos vna congregatio, vel cõitas includit aliã: sicut cõitas vnius prouinciæ includit cõitatem ciuitatis, & cõitas regni cõitatẽ vni⁹ prouincię, & cõitas totius mundi communitatem vnius regni.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ q̃uis omnib⁹ apostolis data sit communiter potestas ligandi & soluendi, tñ vt in hac ptãte ordo aliquis significaretur, primo soli Petro data est, vt oñdatur ꝙ ab eo in alios debeat ista potestas descendere, pp qđ etiam ei dixit singulariter. Confirma fratres tuos: &, Pasce oues meas.i. loco mei. vbi Chryso. dicit. Præpositus, & caput esto fratrum, vt ipsi te in loco meo assumentes, vbique terrarum te in throno tuo sedentem prædicent, & confirment.

Luc. 22. & Ioan. 21.

¶Ad secundum dicendũ, ꝙ ritus Iudęorũ nõ erat diffusus in diuersis regnis & puincijs, sed tm̃ in vna gẽte: & ideo nõ oportebat ꝙ sub eo qui habebat potestatẽ principalẽ alij pontifices distinguerentur: sed ecclesiæ ritus, sicut & Gentilium, per diuersas nationes diffunditur, & ideo oportet ꝙ quãtum ad hoc ma- C gis Gentilium ritus q̃ Iudæorum, status ecclesiæ conformetur.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ potestas sacerdotis excediť a ptãte Papæ quasi a ptãte eiusdem generis, & ideo omnẽ actũ hierarchicũ, quẽ põt facere Papa in ministratione sacrorum, potest facere eps: nõ aũt oẽm actũ quẽ põt facere eps, põt facere sacerdos in sacrorũ collatione, & ideo q̃tum ad ea q̃ sunt epalis ordinis, oẽs epi sunt æquales, & pp hoc qlibet aliũ põt cõsecrare.

ARTICVLVS III.

Vtrum uestes ministrorum conuenienter in ecclesia institutæ sint.

AD TERTIVM sic proceditur. Videť ꝙ vestes ministrorũ nõ conuenienter in ecclesia institutæ sint. Ministri n. D noui testamẽti magis tenẽtur ad castitatem q̃ ministri veteris: sed inter alias vestes ministrorum veteris testamenti erant feminalia in signum castitatis, ergo multo fortius nũc esse debent inter vestes ministrorum.

¶ 2 Præt. Sacerdotium noui testamẽti est dignius q̃ veteris sacerdotium: sed veteres sacerdotes habebant mitras, quod est signũ dignitatis, ergo sacerdotes nouæ legis eas debent habere.

¶ 3 Præt. Sacerdos est propinquior ordinibus ministrorum q̃ ordo episcopalis: sed episcopi vtuntur vestibus ministrorum.s. dalmatica q̃ est vestis diaconi, & tunica quæ est vestis subdiaconi, ergo multo fortius simplices sacerdotes debent vti eis.

Et habetur in Glos. ordinaria super Exodũ cap. 28.

¶ 4 Præt. In veteri lege Pontifex deferebat superhumerale, qđ significabat onus euangelij, vt dicit Beda: hoc autẽ maxime nostris põtificibus incumbit, ergo debent habere superhumerale.

Exodi 28.

¶ 5 Præt. In rationali quo vtebantur pontifices veteris legis, scribebatur doctrina & veritas: sed veritas maxima in noua lege declarata est, ergo pontificibus nouæ legis competit.

¶ 6 Prẹt. Lamina aurea, in qua scriptum erat nomen dei, erat E dignissimum ornamentum veteris legis, ergo illud maxime debuit transferri in nouam legem.

¶ 7 Præt. Ea quę exterius geruntur in ministris ecclesiæ, sunt signa interioris potestatis: sed archiepiscopus non habet alterius generis potestatem quàm episcopus, vt dictum est, ergo nõ debet habere pallium quod non habent episcopi.

Quæstiun. præcedẽtis arti ad 3.

¶ 8 Præt. Potestatis plenitudo residet penes Romanum pontificem: sed ipse non habet baculum, ergo nec alij episcopi debent habere.

RESPON. Dicendum, quòd vestes ministrorum, vt supra dictum est, designant idoneitatem, quæ in eis requiritur ad tractandum diuina. Et quia quædam sunt quæ in omnibus requiruntur, & quædam quæ in superioribus, quæ non ita exigũtur in inferioribus, ideo quædam vestes sunt omnibus ministris cões, quædã aũt superiorũ tm̃: & ideo omnibus ministris competit amictus humeros tegens, quo significatur fortitu-

do ad diuina officia exequenda, quibus mancipantur. Et sicut alba quę significat puritatem vitæ, & cingulum quod significat repressionē carnis: sed subdiaconus vltimus habet manipulū in sinistra, quo significatur extersio minimarum macularum, quia manipulus est quasi sudarium ad extergendū vultum. Ipsi enim primo ad sacra tractanda admittuntur: habent etiam tunicam strictam, per quam doctrina Christi significatur, vnde & in veteri lege in ipsa tintinabula pendebant. Subdiaconi enim primo admittuntur ad doctrinā nouæ legis annunciandam: sed diaconus habet amplius stolam in sinistro humero, in signum quòd applicatur ad ministerium in ipsis sacramentis: & dalmatica, quæ est vestis larga sic dicta, quia in Dalmatiæ partibus primo vsus eius fuit, ad significandum q; ipse primo dispensator sacramentorum ponitur. Ipse enim sanguinem dispensat: in dispensatione autem largitas requiritur. Sed sacerdoti stola in vtroque humero ponitur, vt ostendatur quòd plena potestas dispensandi sacramēta ei datur, non vt ministro alterius, & ideo stola descendit vsque ad inferiora: habet etiam & casulam, quę significat charitatem, quia sacramentum consecrat charitatis, scilicet eucharistiam. Sed episcopi addunt nouem ornamenta supra sacerdotes, quæ sunt caligæ, sandalia, succinctorium, tunica, dalmatica, mitra, chirothecę, annulus, & baculus, quia nouem sunt quæ supra sacerdotem possunt, scilicet clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare, clericos deponere, synodos celebrare, chrisma conficere, vestes & vasa consecrare. Vel per caligas significatur rectitudo gressuum: per sandalia quæ pedes tegunt, contemptus terrenorum: per succinctorium, quo stola ligatur cum alba, amor honestatis: per tunicam, perseuerantia, quia Ioseph tunicam talarem habuisse legitur quasi descendentem vsque ad talos, per quos significatur extremitas vitæ: per dalmaticam, largitas in operibus misericordię; per chirothecas, cautela in opere: per mitram, scientia vtriusq; testamēti, vnde & duo cornua habet: per baculū, cura pastoralis, qua debet colligere vagos, quod signat curuitas in capite baculi, sustentare infirmos quod significat ipse stipes baculi, sed pungere lentos quod significat stimulus in pede baculi, vnde versus. Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta. Per annulum sacramenta fidei qua ecclesia desponsatur Christo. Ipsi enim sunt ecclesiæ sponsi loco Christi. Sed vlterius archiepiscopi habent pallium in signum priuilegiatæ potestatis, significat enim torquem auream quam solebant legitime certantes accipere.

stiā quæ missa est ad cęlestia, tendentes post eam, vel quia missus cęlestis venit ad consecrandum domini cum corpus, per quem ad altare cæleste defertur hostia. Vnde & dicitur, Missa est.

DISTINCTIO XXV.

A

De ordinatis ab hæreticis.

SOlet etiam quæri, si hæretici [b] ab ecclesia pręcisi & damnati possint tradere sacros ordines, & si ab eis ordinati G redeuntes ad ecclesiæ vnitatem debeant reordinari. Hanc quæstionē perplexam ac pęne insolubilem faciunt doctorum verba, qui plurimum dissentire videntur. Videntur enim quidam tradere, hereticos sacros ordines dare non posse, nec illos qui ab eis ordinantur, videtur gratiam recipere. Dicit enim Inno. Arrianorum clericos nō videri suscipiendos cum sacerdotij, uel ministerij alicuius dignitate, quibus solum baptisma ratum esse permittit, qđ ī nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti percipitur. Dicit etiā (1. q. 1. c. Arrianos.) eos non posse dare Spiritumsanctū quem amiserunt, & ordinatos ab hæreticis caput habere vulneratū, & eum qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse: quoniam in dante nihil erat, quod ille posset accipere. Tradit etiam venientibus ab hæreticis per manus impositionem laicam tm̄ tribuendā cōmunionē, nec ex his aliquē clericatus honorem vel exiguum surrogare. Greg. etiam dicit sacrilegā esse Arrianorum cōsecrationē, cum ex eorum manu communio percipitur. Cypri. etiā dicit. Omnia quæcumque faciunt hæretici carnalia, & inania, & sacrilega esse, & eorum altaria falsa, & illicita sacerdotia, & sacrificia sacrilega, qui more symiarum, quę cum homines non sint, formam imitantur humanā, vultū ecclesię catholicæ & authoritatē sibi vendicāt, cū ipsi in ecclesia nō sint: & cum sint sacrilegi, sacerdotiū administrāt, & altare ponūt, cum nec sacrificari oblatio illic possit, vbi Spiritussanctus non sit, nec cuiq̄ Dn̄s per eius preces & orationes prosit, qui Dn̄m ipsum violauit. Hiero. quoq; asserit oīa q̄ offerūt

AD PRIMVM ergo dicendum, q; sacerdotibus veteris legis indicebatur continentia illo tantum tempore, quo ad suum mysterium accedebant, & ideo in signum castitatis tunc seruādæ in sacrificiorum oblatione feminalibus vtebantur: sed ministris noui testamenti indicitur perpetua continentia, & ideo non est simile.

Ad secundum dicendum, q; mitra illa nō erat signum alicuius dignitatis: fuit enim sicut quoddam galerum, vt Hiero. dicit: sed cydaris quæ erat signū dignitatis, solis pontificibus dabatur, sicut & nunc mitra. (In epsa ad Fabiolā de vestibus sacerdotalib. to. 3.)

¶ Ad tertiū dicendū, q; potestas ministrorū est in epō sicut in origine, non aūt in sacerdote, quia ipse nō cōfert illos ordines, & ideo magis eps q̄ sacerdos vestibus ministrorum vtitur.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd loco superhumeralis vtitur stola quæ ad idem significandum est, ad quod erat superhumerale.

¶ Ad quintum dicendum, q; pallium succedit loco racionalis.

¶ Ad sextum dicendum, quòd pro illa lamina habet pontifex crucem, vt Inno. dicit, sicut pro feminalibus habet sandalia, p linea albā, p baltheo cingulum, pro podere tunicā, pro ephod amictum, pro rationali pallium, pro cydari mitram. (Lib. 1. mysteriorum Missę c. 53.)

¶ Ad septimum dicendum, quòd quamuis non habeat alterius generis potestatem, tamen eandem habet ampliorem, & ideo ad hanc perfectionē designandam sibi pallium datur quo vndique circundatur.

¶ Ad octauum dicendum, q; Romanus pontifex non vtitur ba- F culo, quia Petrus misit ipsum ad suscitandum quendam discipulum suum, qui postea factus est episcopus Treuerensis, & ideo in diœcesi Treuereñ. Papa baculum portat, & nō in alijs, vel etiam in signum quòd non habet coarctatam potestatem, quod curuatio baculi significat.

EXPOSITIO TEXTVS.

NVnc ad cōsiderationem &c. Videt q; male ordinetur: qa hoc sacramentū est ad dispēsandū alia sacra, & ita ante alia deberet ordinari. Et dicendum, q; magister ordinat secūdum hoc ad qđ ordinātur: & quia hoc bonum cōmune, ad quod ordinatur hoc sacrm, præsupponit bonum personæ, ad quod ordinantur præcedentia, ideo de hoc non debuit prius determinare. *In sacramento ergo septiformis &c.* Adaptatio quædam est, quia in quolibet ordine omnia dona spiritussancti dātur, quia Matthias electus est sorte, de quo Dio. dicit. 5. cap. ecclesiast. hierar. De diuina sorte Matthię data, alij alia dixerunt, nec recte vt existimo, meum & ipse sensum dicam. Videtur enim mihi scriH ptura sortem nominasse diuinum quoddam donum declarans Matthiā quasi diuina electione ostensum. *Habiturus partem &c.* Ergo habet omnis lector aureolam. Et dicendum q; verum est si impleat officium vt non solum legat, sed etiam interpretetur per prædicationem, quod tamē non videtur suum officium: & ideo etiam nō dicit simpliciter q; habeat illorum meritum, sed cum illis, inquantum aliquid de actu eorum participat. *Canones duos tantum sacros &c.* Propter hoc quòd hi duo tantum ordines habent actum super ipsum sacramentum, sed subdiaconus super sacra vasa tantum.

DIVISIO TEXTVS.

POstquam determinauit magister de sacramento ordinis, hic determinat de conferentibus & suscipientibus hoc sacramentū. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de conferentibus. In secunda I de suscipientibus, ibi. *Sacri canones &c.* Prima in duas. In prima inquirit de hæreticis, vtrum possint ordinare. Secundo specialiter de simoniacis, ibi. *De simoniacis vero &c.* Prima in tres. In prima ponit authoritatem ad ostendendum quòd hæretici non possunt hoc sacramentum conferre. In secunda ponit authoritates ad contrarium, ibi. *Econtra autem &c.* In tertia soluit, ibi. *Hic autem quidem &c.* Et ponit quatuor solutiones diuersorum, vt in litera patet. *De simoniacis autem &c.* Hæc inquirit de simoniacis. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit, qui sunt simoniaci. Scdo, vtrū possint ordinare, ibi. *Differunt tamen &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est triplex quæstio.

K ¶ Prima, De ordinantibus.
¶ Secunda, De ordinatis.
¶ Tertia, De simoniacis.

Circa primum quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrū solus eps possit conferre ordinis sacramentū.
¶ Secundo, Vtrum hereticus, vel quicumq; ab ecclesia pcisus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum tantum episcopus ordinis sacramentum conferat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non tantum episcopus ordinis sacramentum conferat, quia manus impositio aliquid ad consecrationem facit: sed sacerdotibus qui ordinantur, non solus episcopus (In Cōcilio Tridētino sess. 23. c. 4. Doctrinę sacramēti ordinis.)

episcopus manus imponit, sed sacerdotes astantes. ergo non solus episcopus confert ordinis sacramentum.

¶ 2 Præt. Tunc vnicuiq; datur potestas ordinis, quādo ei exhibetur quod ad actū sui ordinis pertinet: sed subdiacono datur vrceolus cū aqua, mantili, & manutergio ab archidiacono: similiter acolythis candelabrum cum cereo, & vrceolus vacuus. ergo non solus episcopus confert ordinis sacrm.

¶ 3 Præt. Illa quæ sunt ordinis, non possunt alicui cōmitti qui non habet ordinē: sed cōferre ordines minores cōmittitur aliquibus qui non sunt episcopi, sicut presbyteris cardinalibus. ergo conferre ordines non est episcopalis ordinis.

¶ 4 Præt. Cuicūq; committitur principale, & accessorium: sed ordinis sacramentum ordinatur ad eucharistiam sicut accessorium ad principale. cum ergo sacerdos consecret eucharistiam, ipse etiam poterit ordines conferre.

¶ 5 Præt. Plus distat sacerdos a diacono, quàm episcopus ab episcopo: sed episcopus potest consecrare episcopum. ergo & sacerdos potest promouere diaconum.

SED CONTRA. Nobiliori modo applicantur ad diuinū cultum ministri per ordines, quàm vasa sacra: sed consecratio vasorum pertinet ad solum episcopum. ergo multo fortius consecratio ministrorum.

¶ 2 Præt. Sacramentum ordinis est excellentius quàm confirmationis: sed solus episcopus confirmat. ergo multo magis solus confert ordinis sacramentum.

¶ 3 Præt. Virgines per benedictionem non constituuntur in aliquo gradu spiritualis potestatis, sicut ordinati constituuntur: sed virgines benedicere est solius episcopi. ergo multo magis solus ipse potest alios ordinare.

RESPON. Dicendum, q; potestas episcopalis se habet ad potestatem ordinum inferiorum sicut politica quæ coniectat bonum commune ad inferiores artes & virtutes, quę coniectāt aliquod bonum speciale, vt ex dictis patet. Politica autem, vt dicitur in 1. ethi. ponit legem inferioribus artibus. s. quis quam debeat exercere, & quantum, & qualiter: & ideo ad episcopum D pertinet in omnibus diuinis ministerijs alios collocare. Vnde ipse solus confirmat, quia confirmati in quodam officio confitendi fidem constituuntur, ideo etiam solus ipse virgines benedicit, quæ figuram gerunt ecclesiæ Christo desponsatæ, cuius cura ipsi principaliter committitur: ipse etiam in ministris ordinum ordinandos consecrat, & vasa quibus vti debent eis determinat sua consecratione: sicut etiam officia sæcularia in ciuitatibus distribuuntur ab eo qui habet excellentiorem potestatem, sicut a rege.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; in impositione manuū non datur character sacerdotalis ordinis, vt ex dictis patet, sed gratia, secundum quod ad exequendum ordinem sint idonei: & quia indigent amplissima gratia, ideo sacerdotes cum episcopo manus imponunt eis qui in sacerdotes promouentur, sed diaconis solus episcopus.

¶ Ad secundum dicēdum, q; archidiaconus est quasi princeps E ministerij, ideo omnia quæ ad ministerium pertinent ipse tradit, sicut cereum quo acolythus diacono seruit ante euangeliū ipsum portando, & vrceum quo seruit subdiacono: & similiter dat subdiacono ea quibus superioribus ordinibus seruit, & tamen in illis non consistit principaliter actus subdiaconi, sed in hoc quòd operatur circa materiam sacramenti, & ideo characterem accipit in hoc quòd datur ei calix ab episcopo: sed acolythus accipit characterē ex verbis episcopi in hoc q; accipit prædicta ab archidiacono, & magis in acceptione vrceoli q̄ candelabri, vnde nō sequitur q; archidiaconus ordinē cōferat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Papa qui habet plenitudinē potestatis pontificalis, potest committere non episcopo ea quæ ad episcopalem dignitatem pertinent, dummodo illa non habeāt immediatam relationem ad verum corpus Christi: & ideo ex eius commissione aliquis sacerdos simpliciter potest conferre minores ordines & confirmare, vt supra distin. 7. dictum est, A non autem aliquis non sacerdos. Nec iterum sacerdos maiores ordines qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, supra quod consecrandū Papa non habet maiorem potestatem quàm simplex sacerdos.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis sacramentum eucharistiæ sit maximum sacramentū in se, tamen non collocat in aliquo officio sicut ordinis sacramentum, & ideo non est similis ratio.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ad communicandum alteri quod quis habet, nō exigitur solum propinquitas, sed completio potestatis: sed quia sacerdos non habet completam potestatem in hierarchicis officijs sicut episcopus, ideo nō sequitur q; possit diaconos facere, q̄uis ille ordo sit sibi propinquus. (Super Aggęū. c. 2. & hr 1. q. 1. c. Sit popul.)

ARTICVLVS II.

b Vtrū hæretici, et ab ecclesia præcisi possint ordines cōferre.

C AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hæretici, & ab ecclesia præcisi non possint ordines conferre. Plus enim est aliquem promouere ad ordines, quàm aliquem absoluere, vel ligare: sed hæreticus non potest absoluere, vel ligare. ergo nec ordines conferre.

¶ 2 Præt. Sacerdos ab ecclesia separatus potest conficere, quia in eo character indelebiliter manet, per quē hoc potest: sed episcopus non accipit aliquem characterem in sui promotione. ergo non est necesse q; episcopalis potestas in eo remaneat post separationem eius ab ecclesia.

¶ 3 Præt. In nulla communitate ille qui a communitate repellitur, potest communitatis officia disponere: sed ordines sunt quædam officia ecclesiæ. ergo ille qui extra ecclesiam ponitur, non potest ordines conferre.

¶ 4 Præt. Sacramenta habēt efficaciam ex passione Christi: sed hæreticus non continuatur passioni Christi neque per propriā fidem, cum sit infidelis, neque per fidem ecclesiæ, cum sit ab ecclesia separatus. ergo non potest sacramētum ordinis cōferre.

D ¶ 5 Præt. In ordinis collatione exigitur benedictio: sed hæreticus non potest benedicere, quinimmo benedictio sua in maledictione vertitur, vt patet per authoritates in litera inductas. ergo non potest ordines conferre.

SED CONTRA est, quia aliquis episcopus in hæresim lapsus, quando reconciliatur, non iterum consecratur. ergo non amisit potestatem quam habebat ordines conferendi.

¶ 2 Præt. Maior potestas est potestas cōferendi ordines, quàm potestas ordinum: sed ordinum potestas nō amittitur propter hæresim, vel aliquid hmōi. ergo nec potestas ordines cōferendi.

¶ 3 Præt. Sicut baptizans exhibet tm̄ ministeriū exterius, ita & conferens ordines deo interius operante: sed nulla ratione aliquis ab ecclesia præcisus amittit baptizandi potestatem. ergo nec ordines conferendi.

RESPON. Dicendum, q; circa hoc ponunt in lr̄a quatuor opiniones. Quidam. n. dicunt, q; hæretici quādiu ab ecclesia tolerantur, habent potestatē ordines conferendi, non aūt postq̄ E ab ecclesia fuerint pcisi, & similiter nec degradati, & alij hmōi: & hæc est prima opinio. Sed hoc nō pōt stare, quia oīs ptās quę datr cū aliqua cōsecratione, nullo casu cōtingēte tolli pōt, sicut nec ipsa cōsecratio annullari: quia etiā altare, vel chrisma semel cōsecrata ppetua sacrata manēt. Vnde cū epālis ptās cū quadā consecratione det, oportet q; ppetuo maneat, q̄tumcumq; aliquis peccet, vel ab ecclesia pcidat. Et ideo alij dixerunt, q; pcisi ab ecclesia q in ecclesia ptātem epalē habuerūt, retinēt ptātem alios ordinādi & pmouendi, sed pmoti ab eis hoc non hñt: & hæc ē quarta opinio. Sed hoc ēt eē nō pōt, quia si illi q fuerunt in ecclesia pmoti retinēt ptātem quā acceperunt, patet q; exequēdo suā potestatē verā cōsecrationē faciunt, & ideo vere tribuūt oēm potestatē quæ consecratione datur, & sic ordinati ab eis, vel pmoti habent eādem potestatem quam & ipsi. Et ideo alij dixerūt, q; etiā pcisi ab ecclesia possunt ordines & alia sacra conferre, dummodo formam debitam & intentionem seruent,

& quantũ ad primum effectum qui est collatio sacramenti, & quantum ad vltimum qui est collatio gratiæ: & hæc est secũda opinio. Sed hoc etiam non potest stare, quia ex hoc ipso quòd aliquis hæretico præciso ab ecclesia in sacramentis cõmunicat, peccat, & ita fictus accedit, & grãm consequi non põt, nisi forte in baptismo in articulo necessitatis. Et ideo alij dicunt, ꝙ vera sacra cõferunt, sed cum eis grãm non dãt non propter inefficaciam sacramẽtorum, sed propter peccata recipientiũ ab eis sacramẽta contra prohibitionem ecclesiæ: & hæc est tertia opinio, quæ vera est.

Sup Amos c.5 & hr̃ 1. q.1.c. Odit. super Osee c.8. & habetur 1.q.1.c. Illi offerũt. Leo 1.q.1. c In ecclesia. 1.q.1.c. Manifestũ.

ab hæreticis contaminata esse in cõspectu Domini, quia licet sancta videantur specie sui, tamen quia cõtacta sunt ab illo qui pollutus est, polluuntur omnia. Idẽ. Odit Deus sacrificia hæreticorũ, & a se proijcit: & quotiens in nomine eius congregati fuerint, detestatur fœtorem eorum, & claudit nares suas. Idem. Illi offerunt panẽ sacrilegum &c. Leo etiam testatur extra ecclesiam nec rata esse sacerdotia, nec vera esse sacrificia. Idem etiam dicit. Per crudelissimam uesaniam in Alexandrina sede, omne sacramẽtorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidialibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. His, alijsque testimonijs astrui uidetur sacramenta ecclesiastica, præcipue corporis & sanguinis, ordinationis & confirmationis per hæreticos non posse ministrari.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ effectus absolutionis non est alius q̃ remissio peccatorũ quæ per gratiã fit, & ideo hæreticus non potest absoluere, sicut nec gratiam in sacris conferre: & iterum quia ad absolutionem requiritur iurisdictio, quam non habet ab ecclesia præcisus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in promotione episcopi datur sibi potestas quę perpetuo manet in eo, quãuis dici nõ possit character, quia per eam nõ ordinatur homo directe ad deũ, sed ad corpus Christi mysticum, & tamen indelebiliter manet sicut character, quia per consecrationem datur.

H ¶ Ad tertium dicendum, quòd illi qui ab hæreticis promouentur, quamuis accipiant ordinem, non tamen recipiunt executionem, vt licite possint in suis ordinibus ministrare ratione illa, quam obiectio tangit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd per fidem ecclesiæ continuatur passioni Christi, quia quãuis in ea non sint secundum se, sunt tamen in ea quantum ad formam ecclesiæ, quã seruant.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc est referendum ad vltimum effectum sacramentorum, vt tertia opinio dicit.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de ordinatis.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum aliquis impediatur propter defectũ naturę.
¶ Secundo, Vtrum impediatur propter conditionem fortunæ exterioris.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sexus femineus impediat ordinis susceptionem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sexus femineus non impediat ordinis susceptionẽ, quia officium prophetiæ est maius q̃ sacerdotis officiũ, quia propheta est medius inter deum & sacerdotẽ, sicut sacerdos inter deum & populum: sed prophetiæ officiũ aliquando mulieribus est cõcessum, vt patet 4. Reg. ergo & sacerdotij officium eis competere potest.

Cap. 22.

¶ 2 Prẹt. Sicut ordo ad quandam perfectionem pertinet, ita & prælationis officiũ, & martyrium, & religionis status: sed prælatio cõmittitur mulieribus in nouo testamento, vt patet de Abbatissis, & in veteri, vt patet de Delbora q̃ iudicauit Israel, Iudicũ. 4. cõpetit etiam eis martyrium, & religionis status. ergo & ordo ecclesiæ. K

¶ 3 Præt. Ordinũ potestas in anima fundatur: sed sexus nõ est in anima. ergo diuersitas sexuum non facit distinctionem in receptione ordinum.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Timo. 2. Mulierem docere in ecclesia non permitto, nec dominari in virum.

¶ 2 Præt. In ordinandis præexigitur corona, q̃uis nõ de necessitate sacramenti: sed corona & tõsura non competit mulieribus, vt patet 1. Cor. 11. ergo nec ordinum susceptio.

F VLTERIVS. Videtur ꝙ pueri, & qui carent vsu rationis, non possunt ordines suscipere, quia, vt in litera dicitur, sacri canones in suscipientibus ordines certũ ætatis tempus determinauerunt: sed hoc non esset, si pueri recipere possent ordinis sacramentum. ergo &c.

¶ 2 Præt. Sacramentum ordinis est dignius q̃ matrimonium: sed pueri, & alij carentes vsu rationis non possunt cõtrahere matrimoniũ. ergo nec ordines suscipere.

¶ 3 Præt. Cuius est potentia, eius est actus, sẽm Philosophum in lib. de somno & vigilia: sed act⁹ ordinis requirit vsum rationis. ergo & ordinis potestas.

G *Authoritates ponit, quæ uidentur præmissis obuiare.*

Contra aũt alij sentire vĩr, ꝙ ab hæreticis etiã p̃cisis sacri ordines sicut & baptismus tradi valeant, nec ab hæreticis redeuntes, qui illic ordinati sunt & baptizati, iterum ordinãdi sunt, sicut nec baptizãdi. Vnde Aug. De hæreticis etiam damnatis quod quidã dñt, baptisma quod accepit, non amittit qui recedit ab ecclesia, ius dãdi quod accepit, amittit, multis modis apparet inaniter dici. Primo, quia nulla ostẽditur causa, cur ille qui illud baptisma amittere nõ potest, ius dandi possit amittere. Vtrũque.n. sacramentũ est, & quadã consecratione vtrũque homini dat, illud cum baptizatur, & illud cum ordinatur: ideo nõ licet in catholica ecclesia vtrũque iterari. Nam si qñ ex ipsa parte venientes etiã præpositi ꝓ bono pacis correcto schismatis errore suscepti sunt, & si visum est opus esse vt eadẽ officia gererent quæ agebant, non sunt rursus ordinãdi. Sed sicut baptismus in eis, ita in eis mãsit ordinatio integra, quia in p̃cisione fuerat vitium, quod in vnitate pacis est correctum, non in sacramẽtis, quæ vbicũq; sunt, ibi uera sunt. Et cum ipsi expedire videt ecclesię ut præpositi eorũ uenientes ad catholicam societatem honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis sacra detrahunt, sed super eos manẽt. Ideoque nõ eis manus imponitur, ne nõ homini, sed ipsi sacro fiat iniuria. Sicut aũt in baptismo est ius quod p eos dari possit, sic ĩ ordinatione ius dãdi est, utrũque quidẽ ad pernitiẽ suam. B Sed aliud est nõ habere, aliud pernitiose habere, aliud salubriter habere. Idẽ. De his q ab ecclesiæ unitate separati sunt, nulla iam quęstio est, quin habeãt, & dare possint: sed pernitiose habẽt, pernitioseque dãt, quia extra uinculũ pacis sunt, neutri sacramento facienda est iniuria. Sicut non recte habet qui ab unitate recedit, sed tamen habet, & ideo redeunti non redditur, sicut C etiam non recte dat qui ab unitate recedit, & tamen dat: & ideo qui ab eo accipit, uenienti ad unitatem non iteratur. Idem. Aliud est nõ habere aliquid, aliud est nõ iure habere, uel illicite usurpare. Nõ ergo ideo non sunt sacramẽta Christi

SED CONTRA. Ille q ante annos discretionis est ꝓmotus ad ordines, sine iteratione ipsorum quandoque in eis conceditur ministrare, vt patet extra de clerico ordinato per saltum: hoc autem nõ esset, si ordinẽ non suscepisset. ergo puer põt ordinẽ suscipe.

¶ 2 Præt. Alia sacramenta, in quibus character imprimitur, possunt pueri suscipere, vt baptismum, & confirmationem. ergo pari ratione ordinem.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ quædam requiruntur in recipiente sacramentum quasi de necessitate sacramẽti, quæ si desint, non potest aliquis suscipere neque sacramentum, neque rem sacri: quædam vero requiruntur nõ de necessitate sacramenti, sed de necessitate p̃cepti propter congruitatem ad sacrm̃, & sine talibus aliquis suscipit sacrm̃, sed non rem sacramenti. Dicendum ergo, ꝙ sexus virilis requirit ad susceptionẽ ordinis non solum secundo modo, sed etiam primo. Vnde & si mulieri exhibeantur omnia quæ in ordinibus fiunt, ordinem non suscipit, quia cũ sacramentum sit signum in his quæ in sacramento aguntur, requiritur non solum res, sed significatio rei: sicut dictum est ꝙ in extrema vnctione exigitur ꝙ sit infirmus, vt significetur curatione indigens. Cum ergo in sexu femineo non possit significari aliqua eminentia gradus, quia mulier statum subiectionis habet, ideo non potest ordinis sacramentum suscipere. Quidam autem dixerunt, ꝙ sexus virilis est de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti, quia etiam in decretis fit mentio de diaconissa & presbytera: sed diaconissa dicitur quæ in aliquo actu diaconi participat, sicut quæ legit homeliam in ecclesia, presbytera autem dicitur vidua, quia presbyter idem est quòd senior. (Dist. 13. q. 2. ar. 2. qst. 1. in cor.)

I AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ prophetia non est sacrm̃, sed donum dei: vnde non exigitur ibi significatio, sed solum res. Et quia secundum rem in his quæ sunt animę mulier nõ differt a viro, cum quandoque mulier inueniatur melior q̃tũ ad animam multis viris, ideo donum prophetiæ, & alia hmõi potest accipere, sed non ordinis sacrm̃. Et per hoc patet solutio ad secundum & tertium. De abbatissis tamen dicitur, ꝙ nõ habẽt prælationem ordinariam, sed quasi ex commissione, propter periculum cohabitationis virorum ad mulieres. Delbora autem præfuit in temporalibus, non in sacerdotalibus, sicut & nunc mulieres possunt temporaliter dominari.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ per pueritiam, & alios defectus, quibus tollitur vsus rationis, præstatur impedimẽtum actui, & ideo omnia illa sacra quæ actũ requirũt suscipiẽtis, talibus nõ cõpetũt, sicut pœnitentia, matrimoniũ, & hmõi. Sed quia potestates infusæ sunt priores actibus, sicut & naturales, q̃uis acquisitæ sint posteriores, remoto aũt posteriori non tollitur p̃ius, ideo omnia sacramenta, in quibus nõ requiritur actus suscipientis de necessitate sacri, sed potestas aliqua spiritualis diuinitus datur, possunt pueri suscipere, & alij qui vsu rõnis carent, hac tamen distinctione habita, ꝙ in minoribus ordinibus requiritur discretionis tempus de honestate propter dignitatem sacramenti, sed non de necessitate præcepti, neque de necessitate sacramenti. Vnde aliqui, si necessitas adsit, & spes profectus, ad minores ordines possunt ante annos discretionis promoueri sine peccato, & suscipient ordinem: quia q̃uis tũc non sint idonei ad officia quæ eis cõmittunt̃, tñ ꝑ assuetudinem idonei reddent̃: sed ad maiores ordines requiritur

ritur vsus rõnis & de honestate, & de necessitate præcepti propter votum continentiæ quod hñt annexum, & quia etiam eis sacra tractãda cõmittuntur: sed ad episcopatum vbi in corpus mysticum accipitur potestas, requiritur actus suscipientis curã pastoralem, & ideo est etiam de necessitate cõsecrationis epãlis ꝙ vsum rõnis habeat. Quidã autem dicũt, ꝙ ad oẽs ordines requirit̃ vsus rationis de necessitate sacri: sed eorũ dctm̃ rõne, vel authoritate non confirmatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nõ omne quod est de necessitate p̃cepti, est de necessitate sacri, vt dictũ est.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ matrimonium causat cõsensus qui sine vsu rationis esse nõ potest: sed in receptione ordinis non requirit̃ aliquis act⁹ ex parte recipiẽtis, quod patet ex hoc ꝙ nullus actus ex parte eorum exprimitur in eorum cõsecratione, & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ eiusdẽ est actus & potentia: sed tñ aliquãdo potẽtia p̃cedit, sicut liberũ ar. vsum suũ, & sic ẽ in ꝓposito.

ARTICVLVS II.

Vtrum seruitus impediat aliquem a susceptione ordinis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ seruitus nõ impediat aliquem a susceptione ordinis. Subiectio.n. corporalis non repugnat prælationi spirituali: sed in seruo est subiectio corporalis. ergo non impeditur quin debeat suscipere prælationem spiritualem, quæ in ordine datur.

¶ 2 Præt. Illud quod est occasio humilitatis, non debet impedire susceptionem alicuius sacramenti: sed seruitus est hmõi. Vnde Apostolus consulit, ꝙ si aliquis possit, magis vtatur seruitute 1 Cor. 7. ergo non debet impedire a promotione ordinis.

¶ 3 Prẹt. Magis est turpe clericũ in seruũ vendi, q̃ seruũ in clericũ promoueri: sed licite clericus in seruũ vẽdi potest, quia epũs Nolanus. s. beatus Paulinus seipsum in seruũ vendidit, vt in Dial. legit̃. ergo multo fortius potest seru⁹ in clericũ ꝓmoueri.

SED CONTRA. Videtur ꝙ impediat quantum ad necessitatem sacramenti, quia mulier non potest suscipere sacramentum ratione subiectionis: sed maior subiectio est in seruo, quia mulier non datur viro in ancillam, propter quod nõ est de pedibus sumpta. ergo & seruus sacramentum non suscipit.

¶ 2 Præt. Aliquis ex quo suscipit ordinem, tenetur in ordine ministrare: sed nõ põt simul ministrare dño suo carnali, & in spirituali ministerio. ergo videtur ꝙ non possit ordinem suscipere, quia dominus debet conseruari indemnis.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ propter homicidium aliquis nõ debeat prohiberi a sacris ordinibus, quia ordines nostri sumpserunt initium a leuitarum officijs, vt in præcedenti dist. dictum est: sed leuitæ consecrauerunt manus suas in sanguinis effusione fratrum suorum, vt patet Exo. 32. ergo & in nouo testamento non debent aliqui a susceptione ordinum prohiberi propter sanguinis effusionem.

¶ 2 Præt. Propter actum virtutis nullus debet impediri ab aliquo sacramento: sed aliquando sanguis effunditur per iustitiã, sicut a iudice, & peccaret habens officium si non effunderet. ergo non impeditur propter hoc a sacramenti susceptione.

¶ 3 Præt. Pœna nõ debetur nisi culpæ: sed aliquis sine culpa quandoque homicidium committit, sicut se defendendo, vel etiam casualiter. ergo nõ debet incurrere irregularitatis pœnã.

A SED CONTRA hoc sunt plura canonum statuta, & ecclesiæ consuetudo.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ illegitime nati non debeant impediri a susceptione ordinum, quia filius non debet portare iniquitatem patris: portaret autem si propter hoc impediretur ab ordinibus suscipiendis. ergo &c.

¶ 2 Præt. Magis impeditur aliquis ꝓpter defectum proprium quàm alienum: sed a susceptione ordinũ ꝓpter illicitum concubitum suum nõ semper aliquis impeditur. ergo nec propter illicitũ cõcubitũ patris sui.

SED CONTRA ẽ, quod dicit̃ Deut. 23. Manzer non ingredietur, hoc ẽ, de scorto natus, ecclesiam dei vsque in decimã generationẽ. ergo multo minus debent promoueri ad ordines.

Mamzer. Vbi supra 1.q.1. cap. Qd q̃dam §. Si forte.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ propter defectum membrorum nõ debeat aliquis impediri, quia afflictio non debet addi afflicto. ergo non debet priuari ordinis gradu ꝓpter pœnam corporalis defectus.

¶ 2 Præt. Plus exigitur ad actum ordinis integritas discretionis q̃ integritas corporis: sed aliq̃ pñt ꝓmoueri ante annos discretionis. ergo & cũ corporis defectu.

Augu. vbi supra. Et hr̃ etiã. 1. q.1. cap. supra citato.

SED CONTRA est, ꝙ tales prohibebant̃ a ministerio veteris legis. ergo multo fortius debent in noua lege prohiberi. De bigamia dicetur in tractatu de matrimonio dist. 27.

D RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ in susceptione ordinis mancipatur homo diuinis officijs. Et quia nullus potest alteri dare quod suum non est, ideo seruus qui non habet potestatem sui, non potest ad ordines promoueri, si tamẽ promouetur, ordinẽ suscipit: quia libertas nõ est de necessitate sacramenti, licet sit de necessitate præcepti, cum non impediat potestatem, sed actũ tantũ. Et similis ratio est de omnibus qui sunt alijs obligati, vt ratiocinijs detenti, & hmõi personæ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ in susceptione spiritualis potestatis est aliqua obligatio ad aliqua etiam corporaliter agẽda, & ideo per corporalem subiectionem impeditur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ex multis alijs quæ non præstãt impedimentum executioni ordinum, potest aliquis occasionẽ humilitatis accipere, & ideo ratio non sequitur.

E ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ beatus Paulinus ex abundantia charitatis spiritu dei actus hoc fecit, quod rei euentus probat, quia per eius seruitutem multi de grege suo sunt a seruitute liberati, & ideo non est ad consequentiam trahendum: quia vbi spiritus domini, ibi libertas, 2. Cor. 3.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ signa sacramentalia ex naturali similitudine repræsentant, mulier autem ex natura habet subiectionem, & non seruus, & ideo non est simile.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ si est promotus sciente dño suo, & non reclamante, ex hoc ipso efficitur ingenuus: si autem eo nesciente, tunc episcopus, & ille qui præsentauit, tenentur dño in duplũ quàm sit pretium serui, si sciuerunt ipsum esse seruum: alias si seruus habeat peculium, debet seipsum redimere, alioquin redigetur in seruitutem domini sui, non obstante quod ordinem suum exequi non potest.

AD SECVNDAM quæstionem dicendũ, ꝙ oẽs ordines referuntur ad sacrm̃ eucharistiæ, quod est sacrm̃ pacis nobis ꝑ sanguinem Christi effusum factæ. Et quia homicidium maxime contrariatur paci, & homicidæ magis conformantur occidentibus Christũ, quàm ipsi Christo occiso, cui omnes ministri p̃dicti sacramenti debent conformari, ideo de necessitate præcepti

est, ꝙ non sit homicida qui ad ordines promouetur, quamuis non sit de necessitate sacramenti.

Ad primum ergo dicendum, quòd vetus lex inferebat pœnam sanguinis, non aūt lex noua: & ideo non est simile de ministris veteris & nouę legis, quę est iugū suaue, & onus leue.

& ecclesiæ, quia eis illicite vtantur non modo hæretici, sed etiam oēs impij, sed illi corrigendi sunt & puniendi, illa aūt sunt agnoscenda & ueneranda. Item Grego. Quod dicitis, vt qui ordinatus est, iterum ordinetur, valde ridiculosum est. Vt .n. baptizatus semel, iterum baptizari non debet, ita qui cōsecratus est semel, in eodem ordine non valet iterum consecrari. His, alijsque authoritatibus videtur asseri, i omnibus impijs, etiam in hæreticis p̄cisis & damnatis, Christi sacramenta permanere cnm iure dandi: pos-

Ioanni Rauēnati epō, & hr̄ distin. 68. c. Sicut semel.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ irregularitas non incurritur propter peccatum tantum, sed principaliter propter ineptitudinē personæ ad sacramentum eucharistiæ ministrandū: & ideo iudex, & omnes qui in causa sanguinis ei participant, sunt irregulares ꝓpter hoc, ꝙ effusio sanguinis non decet ministros dicti sacramenti.

¶ Ad tertium dicēdum, quod nullus facit nisi illud, cuius causa est, quod est voluntarium in homine: & ideo ille qui ignoranter hominem occidit homicidio casuali, non dicitur homicida, nec irregularitatem incurrit, nisi dederit operam rei illicitæ, vel nisi omiserit debitam diligentiam, quia iam quodammodo efficitur voluntarium. Nec hoc est propter hoc ꝙ culpa careat, quia etiam sine culpa incurritur irregularitas: & ideo etiam ille qui se defendēdo in aliquo casu, non peccat homicidium committendo, nihilominus irregularis est.

Ad tertiam quęstionem dicendū, ꝙ ordinati, in quadam dignitate præ alijs constituuntur: ideo ex quadam honestate requiritur in eis claritas quædam non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti, vt. s. sint bonæ famæ, bonis moribus ornati, non publice pęnitentes. Et quia obscurat hominis claritas ex vitiosa origine, ideo etiam de illegitimo thoro nati a susceptione ordinum repelluntur, nisi cum eis dispensetur: & tanto est difficilior dispensatio, quanto eorum origo est turpior.

Ad primum ergo dicendum, quòd irregularitas non est pœna iniquitati debita, & ideo patet ꝙ illegitime nati non portant iniquitatem patris ex hoc ꝙ irregulares sunt

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ea quæ per actum committuntur, possunt per pænitentiam & actum contrarium aboleri, nō autem ea quæ ex natura sunt, & ideo non est simile de vitioso actu, & vitiosa origine.

Ad quartam quæstionem dicendum, ꝙ sicut ex dictis patet, aliquis efficitur ineptus ad susceptionē ordinis vel propter impedimentum actus, vel propter impedimentum claritatis personæ: & ideo patientes defectum in membris, impediuntur a susceptione ordinis, si sit talis defectus qui maculam notabilem inferat, per quē obscuretur personæ claritas, vt abscisio nasi, vel periculum in executione facere possit, alias nō impediuntur: hæc autem integritas exigitur de necessitate precepti, sed non de necessitate sacramēti. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVÆSTIO III.

C

Deinde quæritur de simonia.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Quid sit.
¶ Secundo, In quibus fiat.
¶ Tertio, Qualiter.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum diffinitio data de simonia sit competens.

22. q. 100. art. 1.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd diffinitio de simonia data sit incompetens. s. Simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum, quia ex simonia aliquis efficitur irregularis: sed ꝓ sola volūtate nullus efficitur irregularis, ergo simonia non consistit in sola voluntate.

F ¶ 2 Præt. Illa sola peccata fiunt per studium, quæ ex certa malitia committuntur: sed simonia non semper committitur ex certa malitia, sed quandoque ex infirmitate, vel ignorantia, ergo in diffinitione eius studiosum poni non debet.

¶ 3 Præt. Omne peccatum in electione principaliter cōsistit: sed voluntas eligēs non est de impossibili, vt dicitur in 3. eth. cū ergo emere spirituale sit impossibile, quia donum dei pecunia non possidetur, vt dicit Act 8. in diffinitione peccati simoniæ, voluntas emendi spirituale poni non debet. Cap.

sunt enim dare, sed pernitiose, & quibus dederint, non sunt iterum ordinandi. Quæ præmissis ex opposito obuiare videntur.

Determinatio præmissæ contradictionis authoritatum.

G HÆc autem quidam ita determinant. Dicunt enim hæreticos accepta sacerdotali, uel episcopali vnctione, ab ecclesia recedentes baptismi quidē dandi ius retinere, sed nō habere facultatē tribuēdi sacros ordines, uel

¶ 4 Pręt. Simonia a Simone mago dicitur: sed ille noluit vendere spiritualia, sed emere. ergo non debet poni venditio in diffinitione simoniæ. Hæc hītur 1. q̄st. 1. Quod quidā. §. Opponit autem.

¶ 5 Præt. Omnibus temporalibus propter spiritualia vti debemus, si ergo in emptione annexorum spiritualibus simonia cōsistit, oīs emptio, vel venditio simonia erit, quod falsum est.

Vlterius Videtur quòd simonia sit hæresis, quia Grego. in registro dicit. Altare, decimas, & spiritumsanctum emere, vel vendere simoniacam hæresim esse nullus fidelium ignorat. II 1. q. 1. cap. Presbyte.

H ¶ 2 Præt. Nullum peccatum est grauius infidelitate: sed simonia est grauior, quia ī decretis dicitur. 1. q. 1. ꝙ īpia hæresis Macedonij, & eorum qui circa ipsum sunt, est tolerabilior quàm simonia. ergo simonia est hæresis. Ca. In eos, qui per pecuniam.

Sed contra. Omnis hæresis est contra aliquem articulum fidei, de quo non recta opinio habetur: sed aliquis simoniacus potest habere rectam opinionem de omnibus articulis fidei. ergo non est hæresis.

Vlterius. Videtur ꝙ simoniacus nō perdat executionem ordinis, quia contingit in ordinatione alicuius committi simoniam eo ignorante: sed homicidium casuale propter hoc ꝙ est per ignorantiam commissum, non facit irregularitatem. ergo & similiter ille qui simoniace ordinatur. III q. 1. ar. pri. q̄stiūcu. 3.

¶ 2 Præt. Ab eo qui non habet executionem ordinis nullus debet accipere sacramētum: sed ab eo quem scio simoniacum, I debeo ordines accipere si mihi præcipiatur, ne inobediens sim. ergo non amittit ordinis executionem.

Sed contra. Videtur ꝙ simoniacus nec ordinem recipiat, quia defectus intentionis euacuat sacramentum: sed ille qui pretio aliquid intendit acquirere in susceptione ordinis, non intendit suscipere quod ecclesia tradit, quia illud non cadit sub pretio. ergo non suscipit ordinem.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ materia moralium virtutum diuiditur in passiones & actiones, vt in 3. lib. dist. 33. dictum est. Sicut autem in passionibus potest esse peccatum ex eo quòd est circa quod non oportet, vel quantum, vel quomodo, & sic de alijs circunstantijs, ita & in actionibus: vnde in emptione & venditione quæ sunt quædā actiones, potest esse peccatum vel in quid, vel inquantum. Si inquātum, sic est iniustitia, sicut cum quis emit, aut vendit non iusto pretio: si autem in quid, vt cum vendit, aut emit quod non cadit sub pretio, sic est peccatum simoniaci. Et quia omne peccatum in actu voluntatis consistit, ideo in diffinitione si- K moniæ hæc tria prędicta ponuntur, & primo, actus voluntatis in hoc quòd dicit, Studiosa voluntas: secundo, materia proxima huius peccati. s. emptio & venditio, ibi. Emendi, vel vendendi. Tertio materia remota. s. obiectum actionis prędictæ, ibi. Spirituale autem &c.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ homines iudicant ea quæ foris parent, sed deus intuetur cor, vt dicitur 1. Re. 16. & ideo in simonia, & in omnibus alijs peccatis, ex sola voluntate efficitur aliquis peccator secundum reatum pœnæ, quæ ad iudicium dei pertinet, sed non quantum ad reatum pœnæ quę pertinet ad iudicium ecclesiæ: vnde homicida d voluntate incurrit reatum pœnæ æternæ, sed non irregularitatem, vel excommunicationem, vel aliquid huiusmodi: & similiter dicendum est de simoniaco. D. 190 D. 1071 1101 1107

¶ Ad secundū dicēdum, ꝙ vnūquodque debet diffiniri s̄m cōpletū esse suū: cōplemētum aūt pctī & virtutis consistit in ele- ctione

ctione, & ideo electio ponitur & in diffinitione virtutis, & in diffinitione pctī, & hāc electionē importat studiosa voluntas.

¶ Ad tertium dicendū ꝙ aliquid dicitur spirituale dupliciter. Vno modo per essentiam, sicut gratia & virtutes, & ista non possunt aliquo modo vendi: nec super hoc voluntas deliberata emptionis cadere potest. Alio modo dicitur aliquid spirituale per causam, sicut sacramēta quæ sunt causa gratiæ, & ista inquantum sunt corporalia quædā, habent speciem quòd vēdi possunt, quāuis non ex hoc ꝙ sunt spiritualia, & sic in eis committitur simonia.

consecrādi dominicū corpus, postq̄ præcisi & damnati sunt ab ecclesia. Sicut degradatus episcopus non habet potestatem largiendi sacros ordines, facultatem tamen baptizandi non amisit. Quod vero August. ait, intelligunt dictum de hæreticis, qui non sententia ecclesiæ, sed prauitate sensus sui a fidei veritate, ac doctrinæ vnitate diuisi sunt. Qui licet tales sint, ius tamen ordinandi & consecrandi habent, & qui ab

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Simon Magus spiritualia emere voluit, vt postea venderet, & ideo in eius emptione etiam venditio continebatur implicite: & propter hoc secundum communem vsum loquendi, vterque vocatur simoniacus emens & vendens, sed tamen si distincte loqui volumus, ementes dicuntur simoniaci, vendentes Giezitę: quia Giezi spiritualia vendere voluit, vt patet 4. Re. 4.

¶ Ad quintum dicendum, quòd spiritualia in prædicta diffinitione accipiuntur, vt dictum est, quæ sunt spiritualis gratiæ causa, sicut sacramenta: sed spiritualibus annexa, quæ ad vsum horum sunt deputata, sicut calices, & bona ecclesiastica quæ sunt deputata ad vsum ministrorum: non autem dicuntur spiritualibus annexa, quibus potest esse vsus in spiritualibus, si non sint ad hoc specialiter deputata.

Ad secundam quæstionem dicendum, ꝙ aliquid attribuitur alteri dupliciter. Vno modo simpliciter: alio modo propter similitudinem actus, sicut dicit Philosophus in 7. eth. ꝙ incontinētes quandoque dicuntur intemperati, quia faciūt quæ intemperati sunt: sed non eodē mō, sicut etiam dicit ꝙ Milesij stulti non sunt, sed operantur qualia stulti: & secundum hoc dicendum, ꝙ simoniaci non sunt proprie & per se loquendo hæretici, cum non habeant aliquam falsam opinionem: sed dicuntur hæretici propter similitudinem actus, quia ita operantur acsi æstimarent donum spiritussancti pecunia possideri, quæ æstimatio esset hæretica, vnde Greg. in regis. dicit. Cum omnis auaritia sit idolorum seruitus, quisquis hanc in ecclesiasticis dignitatibus dandis non præcauet, infidelitatis perditioni subijcitur, etiam si fidem quam negligit, tenere videatur. Et per hoc patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratione falsæ æstimationis, quam simoniacus in actu demonstrat, dicitur simonia esse grauior quàm Macedonij hæresis, qui posuit spiritumsanctū esse patris & filij seruum. Simoniaci autem ostendunt in suo actu se æstimare quòd sit seruus hominis, si ab homine potest emi & vendi. Vel dicendum, ꝙ dicitur grauius peccatum propter pronitatem ad ipsum ex cupiditate humana, & propter nocumentum maius, quia totum ordinem ecclesiæ peruertit.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd efficacia sacramentorum non est ex humano merito, & ideo propter hominis peccatum non impeditur sacramentum: vnde peccatum simoniæ nec sacramentum suscipiendum impedit, nec susceptum tollit. Potest tamen impedire vltimam rem sacramenti, si sit peccatum ex parte recipientis: sed tamen per simoniā aliquis ab executione ordinis, aut officij suspenditur. Sed in hoc distinguēdum est, quia si dicatur simoniacus ex hoc quòd recipit ordinem per simoniam, non recipit executionem, & est ipso iure suspensus & quo ad se, & quo ad alios, & punitur vlterius per depositionem quando constiterit de crimine iudici. Si autem dicatur simoniacus, quia contulit ordinem simoniace, vel quia dedit, vel recepit simoniace beneficium: vel quia mediator fuit simoniæ, si sit occultum suspensus est ipso iure quo ad se: si autem manifestum est, suspensus est quo ad se, & quo ad alios. Et iterum ille qui recipit beneficium per simoniam, tenetur ad restitutionem omnium fructuum perceptorum, & beneficio renuntiare.

Ad primum ergo dicendum, quòd propter homicidiū non fit aliquis defectus in ipsa ordinatione, sed in ordinato tantum, & ideo sufficit quòd ordinatus sit immunis ab homicidio: sed per simoniam fit defectus in ipsa ordinatione, & ideo etiam si ipse sit immunis, tamen est suspensus quando ad notitiam eius deuenerit.

A ¶ Ad secundum dicendum, quòd quando est manifestum crimen simoniæ, tunc amittit executionem, & suspensus est quo ad se, & quo ad alios: sed quando est occultum, tunc est suspensus quo ad se tantum, & ideo si sit manifestum secundū quod in iure aliquid dicitur manifestum, tunc nullo modo aliquis debet obedire, nec ab eo ordinem suscipere. Si autem non sit manifestum, si non potest subterfugere, debet obedire etiā si ipse sciat eum esse simoniacum, qui ordines celebrat. D. 1128

eis ordinantur ante manifestam p̄cisionē, etiam si cum eis aperte exierint, & sententia ecclesiæ dānati fuerint, tamen si redierint, iterum ordinandi nō sunt. Et vbicūque legitur de ordinatis ab hæreticis, ꝙ seruatis eis ordinibus ministrare valeant, uel iterum ordinandi non sint, de huiusmodi accipiendum dicunt. B Nam postq̄ p̄cisi fuerint, & damnati iudicio ecclesiæ, ius ordinandi & consecrandi eis detractū asse-

¶ Ad tertium dicēdum, quòd ipse nō intendit emere illud quod est per se spirituale, vt characterē, sed opationē ministri, q̄ est corporalis, & causa sacramēralis rei spiritualis.

ARTICVLVS II.

b Vtrum sacramenta possint emi & uendi sine simonia.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ sacramenta possint emi & vendi sine simonia, quia finis omnium sacramentorum est regnum cęlorum, & remissio peccatorum: sed regnum cęlorū emitur, vt Gre. dicit. Regnum cęlorū tantum valet, quantum habes. & Dan. 4. dicitur. Peccata tua eleemosynis redime. ergo multo fortius sacramenta emi possunt absque vitio simoniæ. 22. q. ubi supra art. 2. C

¶ 2 Præt. Matrimonium sacramentum quoddam est: sed matrimoniū aliquādo cōtrahit interueniente pactione de aliqua pecunia soluenda sine pctō. ergo sacrā licite possunt vendi.

¶ 3 Præt. Baptismus est sacramentū primū: sed in aliquo casu s. qn̄ sacerdos sine pctō puerū baptizare nollet, aliquis posset emere baptismū sine pctō simoniæ, ne puer in æternū periret a baptismo decedēs. ergo sacramēta possunt emi sine peccato.

¶ 4 Præt. In Missa conficitur Eucharistia, quæ est sacramentum sacramentorū: sed licet cātare Missam ꝓ aliquo pretio, quia nemo debet suis stipendijs militare, vt dicitur 1. Co. 9. ergo &c.

¶ 5 Præt. Extra de præben. dicitur, ꝙ quidam canonici sacerdoti cuidam vnam præbendam in ecclesia dederunt, vt Missam de beata Virgine quotidie celebraret, & Papa quotidie confirmat illam petitionem. ergo idem quod prius. c. Significatum est.

D ¶ 6 Præt. Absolutio quoddam sacramentale est: sed quidā accipiunt pecuniam vt ab excommunicatione absoluant. ergo &c.

¶ 7 Præt. Episcopalis potestas, q̄uis non sit ordo, tn̄ quoddam sacramentale est: sed licet in aliquo casu dare pecuniam, vt ad episcopatū perueniat, sicut cum quis malitiose impedit, vt ab impedimento cesset. ergo sacramentalia licite vendi possunt.

Vlterius. Videtur ꝙ etiam in emptione vel venditione aliorum spiritualium non committatur simonia, quia totū ecclesiasticum officium quoddam spirituale est: sed quidam recipiunt certos redditus ad anniuersarium celebrandum. ergo spiritualia possunt sine simonia emi & vendi. II Vbi supra art. 3.

¶ 2 Præt. Oratio est maxime spirituale: sed aliquis potest dare pecuniam bonis viris vt orent pro eo, secundum illud quod dr̄ in Luc. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis. ergo &c. Cap. 16.

¶ 3 Præt. 1. Re. 9. dicitur de Saul, & 3. Reg. 13. de vxore Hieroboam, ꝙ attulerunt pretium sanctis prophetis: sed prophetia est spirituale donum spiritussancti. ergo idem quod prius.

E ¶ 4 Præt. Prædicatio est res spiritualis: sed Paulus p̄dicabat ꝓ tpalibꝰ, vt fierēt collectæ pauperibꝰ, vt patet. 1. Cor. vlt. ergo &c.

¶ 5 Præt. Prædicatori licet accipere stipendia pro sua prædicatione, ut patet. 1. Cor. 9. sed Apostolus stipendia nominat ibi tēporalia, quæ prædicatoribus debentur. ergo licet temporalia pro spiritualibus accipere.

¶ 6 Præt. Correctio est quid spirituale, & visitatio: sed prelati ꝓ visitationibus accipiunt temporalia, quidam etiam pro pecunia occultant peccatum quod manifestare tenentur. ergo &c.

¶ 7 Præt. Religionis status, quoddam bonū spirituale est: sed in quibusdā monasterijs, p̄cipue monialiū, exigit aliquid ab eis q̄ ibi recipi debent. ergo licet spiritualia dare pro temporalibus.

¶ 8 Præt. Scientia est quoddam spirituale bonū: sed licet magistris artium accipere aliquid pro doctrina sua. ergo &c.

¶ 9 Præt. Iudicium spirituale bonum est, similiter patrocinium in causis & testimonium ferendum: sed pro omnibus his

his potest accipi pecunia, vel munus aliquod. ergo &c.

Vlterivs. Videtur ꝙ etiam non cõmittatur simonia in venditione eorum & emptione quæ sunt spiritualibus annexa. Nihil.n.est magis spiritualibus annexum q̃ vasa sacra: sed illa in necessitate vendi possunt licite. ergo &c.

Gen. 23. De iure patronatus c. 7. & 16.

¶ 2 Præt. Ius sepulturæ spiritualibus annexum est: sed Abraham emit ab Emor speluncam duplicem in sepulturã. ergo sine simonia emi potest quod est spiritualibus annexũ.

¶ 3 Præt. Ius patronatus est quoddã spirituali annexũ: sed potest sine simonia vendi, quia trãsit cum vniuersitate, vt decre. dicit, & in feudum concedi potest. ergo annexum spiritualibus potest licite vendi.

¶ 5 Præt. Decimæ sunt annexæ spiritualibus: sed licet emere eas, q a possunt in feudũ laicis concedi, & ab eis redimi. ergo possunt vendi & emi annexa spiritualibus.

runt, vt degradatis, vel excommunicatis. Alij vero dicunt sacramenta ab hæreticis & præcisis secundũ formam ecclesiæ celebrata, vera esse & rata, quia recedentes ab ecclesia ius dandi & consecrandi non perdiderunt; & qui sic ab hæreticis ordinantur, cum redeunt, iterum ordinandi non sunt. Quæ vero ab hæreticis aliter quàm in ecclesia fiunt, falsa sunt & inania: & qui a talibus ordinari videntur, non munus, sed uulnus accipiunt. Et secundum hanc differentiam uarie de his loquuntur doctores. Quidam uero dicunt eadem sacramenta ab hæreticis præcisis posse celebrari quæ a catholicis, si ab illis forma ecclesiæ seruetur, & ab eis celebrata uera esse & rata quantum ad se: quantum uero ad effectum, falsa esse & inania, & in his qui male tractãt, & in his qui male suscipiunt: & iõ irrita & falsa, quia quod promittunt, & conferre credunt, non tribuunt. Damnanda etiam dicuntur, quia illicite dantibus, uel accipientibus sunt in iudicium. Polluta etiã dicuntur non quantum ad se, sed propter indignam hæreticorum tractationem. Ideo Grego. communionem Arrij uocat execrationem. G & Innocentius Honosij ordinationem damnationem, non quòd ita in se sint, sed quia male dantes, uel accipientes tales faciunt. Sicut etiã Hiero. sacrificia eorum panem luctus uocat, non quantum ad se, sed quantum ad effectum. Nonnulli uero tradunt illos hereticos, qui in ecclesia ordinati sunt, ius ordinandi & consecrandi, etiam cum separati fuerint, habere. Qui uero in schismate, uel hæresi positi ab eis ordinati & inuncti fuerint, illo iure carẽt: H ideoque cum ordinare uolunt, uulnus potius infigunt, quàm gratiam conferunt.

¶ 6 Præt. Ius primogenituræ spiritualibus annexum videtur, vnde primogeniti ante legem sacerdotis officio fungebantur: sed Iacob emit ius primogenituræ ab Esau. ergo idem quod prius. *Gen. 25.*

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ cum sacramenta contineant & causent gratiam, non possunt licite vẽdi, aut emi propter tria. Primo, quia dispensator sacramenti nõ est dñs, sed minister: emptio autem debet fieri a dño rei. Secdo, quia pretium emptionis ponitur quasi mensura adæquans illud quod emitur, vnde a mensurando numisma dicitur, secundum Philosophum in 5. eth. gratia aũt nõ potest cõmensurari alicui corporali bono: vnde iniuriam gratiæ facit, qui sacramenta gratiæ vendit, aut emit. Tertio, quia gratia ex hoc nomen accepit ꝙ gratis datur: vnde contra rationem gratiæ facit, qui sacramenta gratiæ quasi venialia tractat. *Cap. 5.*

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ locutiones illæ sunt metaphoricæ, & per similitudinẽ de emptione loquentes, ipsum meritum emptionem vocantes: quod quidem emptio non est, quia deo ex nostro merito nihil accrescit, nec meritum nostrũ est æquiualens præmio.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ matrimonium non solum est sacramentum, sed etiam naturæ officium, & ideo ex illa parte qua est sacramentum in dispensatione ministrorum ecclesiæ consistens, non cadit sub emptione: vnde secundum canones committit simoniam, qui pro benedictione nubentium pecuniam exigit, sed ex illa parte qua est in officium naturæ, nihil prohibet pro matrimonio pretium accipere, vel conditionem de re temporali accipienda interponere, sicut nec in alijs officijs ciuilibus & corporalibus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in casu illo debet aliquis emere aquam a sacerdote, & ipsemet puerum baptizare, quia in casu necessitatis licet baptizare etiam mulieri, nec debet aliquo modo pro ipso baptismo sacerdoti pecuniã dare: & similiter est de adulto, nisi qñ põt differri quousque ad superiorẽ recurratur, vt ab eo baptismus suscipiat, cui ex officio competit dare.

¶ Ad quartum dicendum, quòd facere pactionem de Missa celebranda est simoniacum semper: si tamẽ non habet alios sumptus, & nõ tenetur ex officio Missam cantare, potest accipere denarios, sicut conducti sacerdotes faciunt, non quasi pretiũ Missæ, sed quasi sustentamentum vitę.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ibi non fuit aliqua pactio, sed illi præbendæ annexum fuit illud officium cantandi Missam talem.

¶ Ad sextum dicendum, quòd pro absolutione non debet exigi pecunia, sed tamen ei qui absoluitur, potest imponi pe-

F cuniaria pena: vnde licet aliquid exigere quasi peccati pœnam, in quo tamen cauendum est, ne talis exactio magis cupiditati quàm correctioni atcribatur.

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ ibi est distinguendum, quia si non est sibi acquisitum ius per electionem, nullo modo potest pecuniam dare aduersario vt desistat: si autem est ei acquisitum ius, potest aliquid dare non vt pretiũ prælationis, sed vt redemptionem vexationis propriæ.

Ad secvndam quæstionem dicendum, ꝙ actus aliquis põt spiritualis dici, vel quantũ ad suum principiũ quod competit alicui ex aliquo spirituali dono, vel officio: vel quantum ad sui finem, vt qñ per actum aliquod spirituale peruenitur. In actib' ergo, qui primo modo spirituales sunt, q a spirituale est ex parte agẽtis, nullo modo sine simonia potest aliquis locare actus suos, sed põt aliquid accipere in sustentationem vitæ: in secundis autem actibus, quia spiritualitas non est ex parte agentis, potest etiam emere, vel vendere operas suas, sed non vendere hoc spirituale quod ex eius actu acquiritur.

Lib. 3. dialogorũ ca. 31. & habet 1 q. 1. cap. Superueniente.

Super Osee cap. 9.

Ad primvm ergo dicendum, quòd anniuersarium celebrare est spiritualis actus primo modo, & ideo nullo modo licet pacisci pro eo celebrando: si tamen cum deuotione aliquid detur ecclesiæ, ecclesia tenetur celebrare pro illis, pro quibus rogatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd oratio est spiritualis primo & secundo modo, quia ex spirituali deuotione efficaciam habet, & aliquid spirituale debet in ea peti, vnde nullo modo I debet sub pretio poni: nec illi qui dant pecuniam pauperibus vt pro eis orent, orationem emunt, sed animos pauperum alliciunt ad orandum pro se, & eos sibi faciunt debitores.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicit Hiero. super Michæam, talia munera exhibebantur prophetis magis in sustentationem eorum, vt spiritualibus vacarent libere, quàm ad emendum munera prophetiæ, quia actus prophetię spirituales sunt primo modo. *Cap. 3.*

¶ Ad quartum dicendum, quòd prædicare pro pecunia potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt pecunia sit pretium prædicationis, & sic nullo modo licet: alio modo, vt pecuniæ datio sit res quædam prædicata, & ita potest aliquis prædicare pro pecunia sicut pro alijs operibus meritorijs, inquantum meretur dans, & subleuatur defectus recipientis, & sic Apostolus pro collectis faciendis prædicauit, non tamen in K pecuniæ collatione ponendus est prædicationis finis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd stipendia debentur prædicantibus ad sustentationem victus, ne cogantur relinquere verbum dei, & circa procuranda sibi necessaria occupari, non autem debentur eis quasi pretium prædicationis.

¶ Ad sextum dicendum, quòd correctio, siue visitatio est spiritualis actus primo modo, quia alicui ex spirituali officio competit: vnde simoniam committit qui pecuniam accipit, vt peccatum quod tenetur reuelare, aut punire, non reuelet, nec puniat: nec etiam pro visitatione facienda accipienda est procuratio quasi pretium visitationis, sed quasi debita ex ordinatione ecclesiæ ad sustentationem: & similiter est de procuratione moderata, quam accipere possunt episcopi in consecratione ecclesiarum secundum ecclesiæ determinationem.

¶ Ad septimum dicendum, quòd cum possessiones alicuius loci religiosi non sufficiunt ad sustentandum plures, tunc potest exigi ab eo qui in loco illo vult deo seruire, non quasi pretium religionis, sed vt habeat monasterium vnde ei possit

possit prouidere, & ideo non committitur simonia. Si autem A sine grauamine ecclesiæ potest recipi, simoniacũ est aliquid pro receptione exigere.

¶ Ad octauum dicendum, quòd docere artes liberales est actus spiritualis secundo modo: & ideo licet magistros artium vendere labores suos, sed non scientiam, siue veritatem quæ spiritualis est. vnde dicitur Prouerb. 23. Noli vendere scientiam, & doctrinam, & gloriam.

¶ Ad nonum dicendũ, quòd iudex ex officio suo tenetur iudicium reddere. Similiter etiam quilibet tenetur ex hoc ꝙ est iudicio subditus ad verum testimonium reddẽdũ, sed aduocatus non tenetur patrociniũ suum causæ præstare, nec iurisperitus dare consilium: & ideo sicut dicit Augus. ad Macedoniũ, nõ debet iudex vendere verũ iudiciũ, aut testis verum testimoniũ, quia aduocatus vendit iustum patrocinium, & iurisperitus verũ consilium. Nõ enim aduocatus vendens iustum patrociniũ, iustitiam vẽdit quæ est spiritualis, sed actum suum, & similiter dicendũ est de consilio iurisperiti: sed iudex vendendo verum iudicium simoniam cõmittit, si sit spiritualis iudex, alias non committit simoniam, sed grauiter peccat, & similiter dicendum est de teste.

De simonia, unde dicitur, & quid sit.

De simoniacis uero nõ est ambigendum quin sint hæretici, qui tamen ante sententiam degradationis & ordinant, & consecrant. Et licet simoniaci proprie dicantur, qui instar Simonis Magi impretiabilem gratiam pretio conducere volunt, & B qui pro ministerio sacro pretium recipiũt in modum Giezi Giezitæ uocãdi sunt: omnes tamen & dantes, & accipientes simoniaci dicuntur, & utriq; eadem sententia percelluntur.

De his qui scienter a simoniacis ordinantur.

Differt tamen inter eos qui ordinantur a simoniacis sciẽter, & eos qui C ignoranter. Qui.n. scienter a simoniacis se permiserit consecrari, immo execrari, eorum consecratio omnino irrita est. Qui uero ordinantur a simoniacis, quos cum ordinantur, nesciũt esse simoniacos, qui & tunc pro catholicis habentur, eorum ordinatio misericorditer sustinetur.

Ad tertiam quæstionem dicendum, ꝙ sicut ex dictis patet, spirituale quod sub pretio poni nõ debet, est duplex, D scilicet ipsa res sacra, vt sacramenta: & actus competens alicui ex officio sacro, & secundũ hoc etiam est duplex spirituali annexum, quoddam annexum est ipsis sacramentis, sicut vasa sacra, & huiusmodi: quædã sunt annexa officijs sacris, sicut decimæ & iuspatronatus, secundum quod iuspatronatus est potestas præsentandi clericum ad beneficium ecclesiasticum, & in vtroque committitur simonia quantum ad id quod de spiritualitate habet.

Ad primvm ergo dicendum, quòd vasa sacra nullo modo ratione consecrationis vendenda sunt, vt scilicet pro consecratione eorũ aliquid plus exigatur, tamen in necessitate ecclesiæ possunt vendi ex parte eius quod in eis est non spirituale, scilicet materia auri, & argenti, & tunc si venduntur ecclesiasticæ personæ possunt integra vendi: si autẽ venduntur alijs non ad vsum ecclesię, debẽt prius frangi præmissa oratione, ne sancta ab alijs tractentur quàm a ministris ecclesiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd venditio sepulturæ potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd uendatur terra sacra in sepulturam, & de hoc est similis ratio, & de uenditione sacrorũ uasorum, quia cœmeterium cõsecratum potest uendi ratione terræ in necessitate ecclesiæ, sicut & calix ratione materiæ: non autem potest uendi ratione consecrationis, ut scilicet aliquis pro pecunia ibi sepeliatur. Abraham aũt non peccauit emens speluncam duplicem, quia spelunca illa non erat consecrata in sepulturam, uel si erat consecrata, transiuit possessio eius in iurisdictionem cum uniuersitate agri. Emor autem reprehenditur, quia decidit a bona intentione quam prius habuit, uolens gratis dare; cum postea eam carissime uendiderit, uel ut quidam dicunt, Abraham non peccauit redimens ius quod habebat sepeliendi mortuum, quod quàmuis ei Emor nõ denegaret, tamen sciebat Abraham quòd ille moleste acciperet,

A nisi pretium daretur, sed primum melius uidetur. Alio modo dicitur uendi sepultura, si pro officio quod a sacerdotibus in sepultura funeris dicitur, aliquid exigatur, & hoc non licet, ut ex dictis patet: tamen si consuetudo est quòd aliquid detur, potest per superiorem correctio adhiberi in illos qui denegant dare, quod consuetudo exposcit.

De his qui dicunt se emere corporalia, non spiritualia.

Si vero aliqui obiecerint se non [b] consecrationes emere, sed res ipsas quæ ex consecratione proueniunt, penitus desipere probantur. Nã quisquis horum alterum uendit, sine B quo alterum non habetur, neutrum uendere derelinquit.

Distinctio simoniacorum.

Simoniacae autẽ hæresis [c] tripartita est distinctio. Alij.n. simoniace a simoniacis ordinantur. Alij simoniace a non simoniacis. Alij non simoniace a simoniacis. Vnde Nicolaus Papa. Statuimus decretum de simoniaca tripartita hæresi.i. de C simoniacis simoniace ordinantibus, uel ordinatis: & de simoniacis simoniace a non simoniacis: & de simoniacis non simoniace a simoniacis. Simoniaci simoniace ordinati, uel ordinatores secundum canones a proprio gradu decidãt. Simoniaci etiam simoniace a non simoniacis ordinati similiter ab officio remoueantur. Simoniacos

¶ Ad tertium dicendum, quòd ius patronatus per se uendi nõ potest, nec in feudum dari: si autem uilla uẽdatur, & in feudũ detur, cui annexũ est ius patronatus, transit cũ uniuersitate ad illũ cui uilla datur, uel qui eã emit, non quasi ius patronatus sub uenditione cadat.

Habentur hæc. 1. q. 1. Si quis obiecerit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ius percipiẽdi decimas sequitur spirituale officium, quia debetur ministris ecclesię: nec laici possunt habere huiusmodi ius, quãuis aliquando ad tẽpus fructus decimarũ laicis concessus sit propter aliquam ecclesiæ necessitatem, & tunc hoc modo quo laicis dari potest, ab eis potest redimi ex authoritate episcopi: tamen una ecclesia nõ potest ab alia emere ius percipiendi decimas.

1 q. 1. c. Statuimus.

¶ Ad quintũ dicẽdum, quòd ius primogenituræ debebatur Iacob ex diuina institutione, & ideo non peccauit emens, sed redemit uexationem suam, sed Esau uendens peccauit.

D

Articvlvs III.

c Vtrum simonia committatur illis tribus modis, quos Vrbanus Papa determinat.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd simonia non committatur illis tribus modis, quos Vrbanus Papa determinat, dicens. Quisquis res ecclesiasticas nõ ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra munere linguæ, uel indebiti obsequij, uel pecuniæ largitur, uel adipiscitur, simoniacus est, quia ut supra dictum est, iudex spiritualis si uendit iudicium, facit simoniam: sed licet iudici spirituali aliquod munus accipere pecuniæ, uel alicuius huiusmodi, ut dicitur extra de simonia, Et si quæstiones. ergo simonia non semper committitur per munus a manu.

22. q. 110. ar. 5. Hi tres simoniæ modi notãtur 1. q. 1. c. Sũt nõnulli ex Gregor.

E ¶ 2 Præt. Papa potest etiam munus a manu suscipere pro aliquo spirituali: sed ut quidam dicunt, Papa non potest committere simoniam, maxime cum aliqua persona ecclesiastica, quia res ecclesiæ sunt suæ. ergo non semper committitur simonia per munus a manu.

Ar. præced. quæst. 2. ad 9.

¶ 3 Præt. Greg. dicit. Ecclesiasticis utilitatibus deseruientes, dignum est ecclesiastica remuneratione gaudere. ergo si datur aliqua præbenda alicui pro obsequio impenso, nõ est simonia.

Et habetur. 12. q. 2. cap. Ecclesiasticis.

¶ 4 Præt. Vnusquisque licite potest petere quod sibi debetur de iure: sed ordinato, qui non habet beneficium competens, tenetur de iure ordinator eius prouidere. ergo non peccat si petat beneficium, & hoc uocatur munus linguæ, s. rogatio.

¶ 5 Præt. Si fiant preces pro digno, non committitur simonia ex hoc: sed preces sunt munera linguæ siue fiant pro digno, siue pro indigno. ergo munus a lingua non semper facit simoniam.

¶ 6 Præt.

¶ 6 Præt. Hypocritæ faciunt bona spiritualia propter laudes hominum, & tamen non dicuntur simoniaci. ergo munus a lingua non facit simoniam.

¶ 7 Præt. Sicut amor pecuniæ est cupiditatis, ita amor consanguineorsi est carnalitatis: sed si intuitu pecuniæ detur alicui præbenda, est simonia. ergo similiter si detur intuitu consanguinitatis, & tamen ibi non est aliquis prędictorsi modorum. ergo sunt insufficientes.

¶ 8 Præt. In commutationibus etiã dignitatum, vel ecclesiasticorum beneficiorum committitur simonia: sed ibi non est aliquod munus. ergo &c.

¶ 9 Præt. Aliqui prælati recipiũt fructus ecclesiarũ vacantiũ, & postea cõferunt, retẽta sibi parte ꝓ uentuũ, in quo non videtur aliquod munus esse, & tñ est ibi simonia. ergo &c.

1.q.1.c.Erga simoniacos.

D.1127

4. Eth. c.1. in'princip.

uero non simoniace a simoniacis ordinatos misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere. Quod intelligendum est de his qui ordinantur a simoniacis, ignorantes eos esse simoniacos, hos facit simoniacos non reatus criminis, sed ordinatio simoniaci.

Alexander Papa de his qui uiolenter a simoniacis, uel ab hæreticis ordinantur.

IMILITER cum decernit Alexander Papa simoniacos omnino dãnandos, ac deponendos, subintelligendum est, nisi uiolenter quis attractus fuerit. De his enim & a quibuslibet hæreticis uiolenter ordinatis dicit Innocen. quòd possunt habere aliquem colorem excusationis, si statim discedunt ab eis, & pessimo eorum conciliabulo renuntiant.

De ætate ordinandorum ita decreuit Nicolaus Papa.

ACRI inquit canones sanxerunt, ut sub diacono nus non ordinetur ante quatuordecim annos, nec diacon' ante uigintiquinque, nec presbyter

Cap. 6.

Vbi supra c. Constar.

Dist. 77. & 78. quasi totum.

RESPON. Dicendum, quòd simonia, vt dictum est, consistit in emptione & vẽditione spiritualis, vel eorum quæ sunt eis annexa. Emptio autem, vel venditio consistit non solum in datione & acceptione pecuniæ, sed omnium eorum quorum potest pretium numismate mensurari: in his enim est liberalitas secundum Philosophum. Constat autem quòd in eisdem est liberalis datio & vẽditio, quæ est ei cõtraria. Omnis autem temporalis commodi pretium potest numismate mensurari: & ideo quicumque pro aliquo temporali cõmodo dat aliquod spirituale, vel annexum, simoniam committit. Bonum autem temporale quod potest aliquis ab alio expectare, vel est ex parte animæ, sicut amicitia, aut fauor aliquis, & quantum ad hoc est munus a lingua: vel ex parte corporis, sicut aliquis actus corporaliter exercitus, & quantum ad hoc est munus ab obsequio: vel est aliquid exteriorum bonorum, & sic est munus a manu, sicut obsequium aliquod exhibitum: vel consistit in exterioribus bonis. Quantum ad primum committitur simonia per munus a lingua, quia lingua opinionem exprimit & gratiam conceptam: quantum ad secundum per munus ab obsequio: quantum ad tertium per munus a manu.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ecclesiæ iudicium est quantum ad exteriora: & quia non est probabile quòd animus iudicis spiritualis flectatur ad aliquid faciendum pro paruo munere, ideo in paruis muneribus iudici datis non iudicat simoniam committi, sed apud deum qui cor videt, simonia est & in paruis, & in magnis muneribus, si animus iudicis ex eis flectatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd opinio illa erronea est. Si. n. Papa pro aliquo spirituali munus acciperet, simoniam committeret, sicut & alius homo; quia sub Petro, cui Papa succedit, simoniæ vitium damnationem inchoauit in nouo testamento, quãmuis res ecclesiæ sint aliquo modo Papæ, non sunt tamen eius omnibus modis habendi, sicut illud quod ad manum habet. Non est autem dubium, quòd simoniam committeret, si quis aliquod spirituale debitori suo daret, vt quod sũ est recuperaret: & ita etiam in proposito Papa a simonia non excusaretur, si quod absit, spiritualia pro temporalibus rebus ecclesiarum daret.

¶ Ad tertium dicendum, quòd obsequium aut est honestum, aut inhonestum. Siquidem sit honestum obsequium, ex ipso obsequio quandoque redditur homo dignus beneficio ecclesiastico, sicut & aliis bonis operibus, & tunc sid pactio non interuenit, potest absque simonia beneficium ecclesiasticum dare ei qui obsecutus est, vt non habeatur oculus ad obsequium principaliter, sed ad dignitatem personæ, & sic loquitur Greg. Si autem sit inhonestum, tunc est omnino simonia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd munus linguæ duplex est, vel quod in ipso actu linguæ consistit, sicut laus: vel quod ex lingua initium sumit, sicut cum quis ex hoc quòd precibus alicuius satisfacit, fauorem expectat. Qui enim dat aliquod spirituale pro fauore, vel laude acquirenda, non est dubium quin simoniam committeret. Quando ergo preces fiunt pro indigno, satis apparet, quòd nihil aliud mouet nisi fauor, aut etiã periculum euitandum, quia etiam carere malo quoddam bonum est, vt dicit Philosophus in 5. ethic. & ideo quando fiunt preces pro indigno, vel aliquo potente qui periculum committ natur, quæ dicuntur preces armatæ, manifeste simonia committitur, si propter hoc beneficium ecclesiasticum detur. Si autem pro dignofiant quantum ad iudicium hominũ, probabile est quòd dans magis moueatur intuitu dignitatis personæ, quam fauore precum: & ideo non reputatur simonia. Si tamen principaliter moueatur fauore precum, vel timore rogantis, quantum ad diuinum iudicium simoniam committit & rogatus, & rogans, si hoc intendat siue aliquis pro se roget, siue ꝓ alio. Potest enim aliquis per se petere, si dignus sit, beneficium ecclesiasticum non habens curam animarum, si indiget, sed non si habeat curam animarum, quia præsumptuosum est: nec tamen est simonia nisi pro tanto, quòd ex ipsa præsumptione indignus reddatur, & tunc preces suæ ex hoc ipso quòd rogat, pro indigno fiunt. Et per hoc patet solutio ad quintum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd emptio & venditio, in quibus simonia consistit, sunt voluntariæ communicationes, quia ex consensu vtriusque fiunt: sed hypocrita per ea quæ facit, fauorem hũmanum sibi vsurpat per modum furti, quod est involuntaria communicatio, & ideo proprieloquendo, simoniã non committit.

¶ Ad septimum dicendum, quòd ille qui dat ratione consanguinitatis præbendam alicui principaliter, aut intendit temporale bonum illius cui datur, & non alterius, & sic peccat grauiter, sed simoniam non committit, quia non vendit, cum nihil accipiat: aut intendit aliquod bonum in ipsum redundãs, sic, quòd magnificetur per hoc, & nobilitetur domus sua: vel quòd ipse in consanguineis sit fortior, & sic ipse aliquid accipere sperat pro quo spiritualia dat, & simoniam committit, & reducitur ad id munus, in quo continetur commodum, quod ex tali datione sperat.

¶ Ad octauum dicendum, quòd in tali permutatione est simonia, si pro aliquo terreno commodo vtriusque, vel alterius talis commutatio fiat: si autem pro aliquo spirituali, vtpote quia hic in illo loco melius possit deo seruire, non est simonia, vnde tunc potest fieri commutatio ex authoritate epi diœcesani.

¶ Ad nonum dicendum, quòd in hoc distinguendum est, quia si ante donationem præbendæ prouentus percipiat pro aliqua iusta causa, & non interuenit aliqua conuentio cum eo cui da re disponit, non est simonia: si autem pactio interuenit vt ante receptionem, vel post accipiat, simoniacum est.

EXPOSITIO TEXTVS.

EQVE *ex his aliquem in clericatus &c.* non quia ordinem non receperit, sed quia male promotus est, quod contingit dupliciter. Vno modo, ex parte ordinantis, siue cum est hæreticus, siue simoniacus, vel quomodocumque. Alio modo, ab ecclesia separatus, & sic est in proposito, siue cum ordinatur a non suo episcopo sine licentia & authoritate proprij episcopi, & tunc debet deponi, nisi episcopus ponat spem in ea inhabitionem alterius episcopi, sicut de beato Epiphanio in epistola sua legitur: siue ordinetur ab episcopo qui abrenuntiauit officio, & loco. Si. n. officium sibi retinuerit loco abrenuntians, potest conferre minores ordines, & de licentia episcopi etiam maiores. Alio modo etiam male promotus, quia non promouetur sicut debet, quod contingit dupliciter. Primo, quia furtiue accipit ordinẽ, vt cum accipit duos ordines sacros vna die, vel vnumquemq; sine licentia episcopi, & pœna talium est depositio, & tunc si fuit super hoc lata excommunicatio, solus Papa potest cum eo dispen-

seo dispensare: si autem non fuit, potest etiam episcopus dispensare, præcipue in minoribus ordinibus, vel si clausum intrauerit. Secundo, quia prætermittit aliquem ordinem, & tunc si ex malitia facit, debet deponi, quãmuis characterem recipiat: si vero ignoranter, debet sibi imponi pœna ab episcopo, & interim careat exercitiõe ordinis, quousque ordinem præmissum recipiat. *Quisque horum alterũ uendidit &c.* Hoc est intelligẽdum de illis, quorum vnum quod venditur, ordinatur ad alterum, quod sub pretio cadere non potest: sic beneficia ecclesiastica sunt ordinata ad ministrorum ecclesiæ sustentationem, & sic non potest ministrari de iure patronatus quod per se non venditur, quãmuis transeat cum vendi tione villæ, quia dominium villæ non est ordinatum ad ius patronatus. *Simoniaca autem hæresis &c.* Simoniacus proprie dicitur, qui est reus huius peccati vel dando, vel accipiẽdo aliquod sacrum pro pretio. Contingit autem quandoq; in ipsa datione simoniam interuenire per mediatores, altero, vel vtroque ignorante, & tunc fit simoniace ordinatio, ꝙuis non sit simoniacus qui ordinat, vel ordinatur. Quandoque etiam potest esse simoniacus ex alia causa, & nullum vitium ex ipsa datione spiritualium interuenire, & tunc non simoniace ordinatur aliquis, quãmuis sit simoniacus uel ordinans, uel ordinatus, & secundum hoc distinguuntur modi in litera positi. *Sacri canones &c.* Hic nota, quòd tria tempora sunt obseruanda in ordinibus. Primo, tempus ætatis ordinandi. Circa quod sciendum est, quòd secundum antiqua iura, a septimo anno usq; ad duodecimum potest accipere omnes minores ordines: a duodecimo usque ad uigesimumprimum potest recipere acolytathum & subdiaconatum, ita quòd in vigesimoprimo subdiaconatũ recipiat, in uigesimosexto potest recipere diaconatum, in trigesimo presbyteratũ, & postmodum potest fieri episcopus. Sed nunc abbreuiatum est tempus, quia subdiaconatum potest recipere quando peruenerit ad annos discretionis, vt possit cognoscere uotum continentiæ, & presbyter fieri in uigintiquinque anno, & diaconatum circa uigesimumprimum annum, & præcipue in religiosis, episcopus autem in trigesimo anno. Secundo, debet considerari tempus determinatum anni, in quo fiunt ordines. Circa quod sciendum est, quòd maiores ordines in sex temporibus anni possunt celebrari, scilicet in quatuor sabbathis quatuor temporũ, & in sabbatho ante dominicam de passione, & in uigilia resurrectionis: Papa tamen in die dominico & festis præcipuis confert subdiaconatum, & in his et diebus, quibus episcopus potest conferre minores ordines: epi scopi autem in die dominico consecrandi sunt. Tertium tempus est distantia inter ordines suscipiendos. Circa quod sciendum est, quòd aliquis potest accipere omnes minores ordines vna die, non tamen vnum de minoribus cum subdiaconatu, nec duos de maioribus simul: potest tamen in dominica consecrari in episcopum qui præcedenti die factus est sacerdos. De illis autem qui gradatim ad clericatũ accedunt, sciendum est, quòd possunt in octo annis recipere omnes ordines, ita ꝙ in primis duobus recipiant minores, in aliis quinque tres maiores: monachus tamen posset omnes recipere per annum, & etiam alij dispensatiue propter necessitatem ecclesiæ.

DIVISIO TEXTVS.

OSTQVAM determinauit magister de sacramento ordinis, quod ordinatur ad spiritualem multiplicationem ecclesiæ, hic incipit determinare de matrimonio, quod ordinatur ad materialem multiplicationem fidelium, & diuiditur in partes duas. In prima, determinat de matrimonio. In secunda, de personis contrahentibus matrimonium 34. dist. ibi. *Nunc superest attendere &c.* Prima in duas. In prima, determinat ea quæ pertinent ad matrimonium, inquantum est sacramentum. In secunda, determinat causas matrimonij. 27. distinct. ibi. *Post hoc aduertendum est &c.* Prima in duas. In prima, determinat de institutione matrimonij. In secunda, significationem ipsius: hæc enim duo omnibus sacramentis communia sunt, ibi. *Cum alia sacramenta &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit duas matrimonij institutiones. Secundo, ostendit differentiam illarũ, ibi. *Prima institutio &c.* Tertio, excludit quendam errorem qui potest ex prædictis habere occasionem, ibi. *Fuerunt autem nonnulli &c.* Circa secundum duo facit. Primo, ostendit differentiam inter secundam institutionem & primam per hoc, quòd prima fuit in præcepto: secunda habuit indulgentiam. Secundo, ostendit qualiter hæc indulgentia sumatur, ibi. *Indulgentia autem &c. Cũ ergo coniugium sacramentum sit &c.* Hic determinat de significatione matrimonij. Et circa hoc duo facit. Primo, determinat matrimonij significationem. Secũdo, excludit quandam falsam opinionem, quæ ex prædictis ortum habuit, ibi. *Inde est quod quidam &c.* Circa quod tria facit. Primo, ponit illa quæ videntur esse pro dicta opinione. Secundo, ostendit opinionem esse falsam, ibi. *Hoc ergo si secundum uerborum &c.* Tertio, respondet ad probationem, ibi. *Sed superiùr posita &c.*

DISTINCTIO XXVI.

De sacramento coniugij, cuius institutio & causa ostenditur.

VM alia sacramenta post peccatũ, & propter peccatũ exordium sumpserint, matrimonij sacramentum et B^b ante peccatum legitur institutũ

QVAESTIO PRIMA.

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De matrimonio secundum qđ est in officiũ naturæ.
¶ Secunda, De eo secundum quod est sacramentum.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum matrimonium sit naturale.
¶ Secundo, Vtrum nunc sit in præcepto.
¶ Tertio, Vtrum actus eius sit licitus.
¶ Quarto, Vtrum possit esse meritorius.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum matrimonium sit naturale.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non sit naturale, quia ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: sed in alijs animalibus est coniunctio sexuum absque matrimonio. ergo matrimonium non est de iure naturali. 3.con.Gẽr. cap. 123.

¶ 2 Præt. Id quod est de iure naturali, inuenitur in hominibus secundum quemlibet eorum statum: sed matrimonium non fuit in quolibet statu hominum, quia sicut dicit Tullius in principio rhetor. Homines a principio siluestres erant, & tunc nemo sciuit proprios liberos, nec certas nuptias, in quibus matrimonium consistit. ergo non est naturale.

¶ 3 Præt. Naturalia sunt eadem apud omnes: sed non eodem modo est matrimonium apud omnes, cum pro diuersis legibus diuersimode matrimoniũ celebretur. ergo nõ est naturale.

¶ 4 Præt. Illa, sine quibus potest saluari naturæ intentio, non videntur esse naturalia: sed natura intendit conseruationem speciei per generationem, quæ potest esse sine matrimonio, vt patet in fornicarijs. ergo matrimonium non est naturale.

SED CONTRA est, quod in principio digestorum dicitur. Ius naturale est maris & feminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus.

¶ 2 Præt. In 8. ethic. dicit Philosophus, quòd homo magis est naturaliter coniugale animal ꝙ politicũ: sed homo est naturaliter animal politicum & gregale, vt ipse dicit: ergo naturaliter est cõiugale, & sic coniugium, siue matrimonium est naturale. Cap. 9.

RESPON. Dicendum, quòd aliquid dicitur esse naturale dupliciter. Vno modo, sicut ex principijs naturæ ex necessitate causatum, vt moueri sursum est naturale igni &c. & sic matrimonium non est naturale, nec aliquid eorum quæ mediante libero arbitrio complentur. Alio modo, dicitur naturale ad quod natura inclinat, sed mediante libero arbitrio completur, sicut actus virtutum dicuntur naturales, & hoc modo etiam matrimonium est naturale, quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter. Primo, quantum ad principalem eius finem, quæ est bonum prolis: non enim intendit natura solum generationem

rationem eius, sed traductionem & promotionem vsque ad perfectum statum hominis, inquantum homo est qui est virtutis status. Vnde secundum Philosophum tria a parentibus habemus, s. esse, nutrimentum, & disciplinam: filius autem a parente educari & instrui non posset, nisi determinatos & certos parentes haberet, quod non esset, nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatam, quæ matrimonium facit. Secūdo, quantum ad secundariū finem matrimonij, qui est mutuū obsequium sibi a coniugibus in rebus domesticis impēsum. Sicut.n. naturalis ratio dictat, vt homines simul cohabitent, quia vnus homo non sufficit sibi in omnibus quæ ad vitam pertinent, ratione cuius dicitur hō naturaliter politicus: ita etiam eorū quibꝰ indigetur ad humanam vitam, quædam opera sunt competentia viris, quædam mulieribus: vnde natura monet, vt sit quædam associatio viri ad mulierem, in qua est matrimonium, & has duas causas ponit Philosophus in 8. ethic.

8. Ethi. c. 9. — Gen. 2. — Gen. 2. Hebr. 13. — Cap. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd natura hominis ad aliquod inclinat dupliciter. Vno modo, quia est cōueniens naturæ generis, & hoc est commune omnibus animalibus. Alio modo, quia est conueniens naturæ differentiæ qua species humana abundat a genere inquantum est rationalis, sicut actus prudentiæ & temperantiæ. Et sicut natura generis quàmuis sit vna in omnibus animalibus, non tamen est eodē modo in omnibus, ita etiam nō inclinat eodem modo in omnibus, sed secundum qđ vnicuique competit. Ad matrimonium ergo inclinat natura hominis ex parte differentiæ quantum ad secundā rationem assignatam. Vnde Philosophus hanc rationem assignat hominibus supra alia animalia, sed quantum ad potentiam, rationem inclinat ex parte generis: vnde dicit quòd filiorum *procreatio communis est omnibus animalibus*, tamen ad hoc non inclinat eodem modo in omnibus animalibus, quia quædam animalia sunt quorū filij statim nati possunt sibi sufficienter victum quærere, vel ad quorum sustentationem alter sufficit: & in his non est aliqua determinatio masculi ad feminam. In illis autem quorum filij indigent vtriusque sustentatione, sed ad paruum tempus, inuenitur aliqua determinatio quantum ad tempus illud, sicut in auibus quibusdam patet: sed in homine, quia indiget filius cura parentum vsque ad magnū tempus, est maxima determinatio masculi ad feminam, ad quam etiam natura generis inclinat.

¶Ad secundum dicendum, quòd verbum Tullij potest esse verum quantum ad aliquam gentem, si tamen accipiatur principium proprium illius gentis per quod ab alijs gentibus est distincta, quia non in omnibus perducitur ad effectum hoc, ad quod naturalis ratio inclinat: non autem est verum vniuersaliter, quia a principio humani generis sacra scriptura recitat fuisse coniugia.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ secundum Philosophum in 6. ethi. natura humana non est immobilis sicut diuina, & ideo diuersificantur ea, quæ sunt de iure naturali secundum diuersos status & conditiones hominum, quàmuis ea quæ sunt in rebus diuinis naturaliter nullo modo varientur.

¶Ad quartum dicendum, quòd natura non tantum intendit esse personale, sed esse perfectum, ad quod exigitur matrimonium, vt ex dictis patet.

ARTICVLVS II.

b Vtrum matrimonium adhuc maneat sub præcepto.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium adhuc maneat sub præcepto, quia præceptum obligat quandiu non reuocatur: sed prima institutio matrimonij fuit sub præcepto, vt in litera dicitur, nec vnquam hoc præceptum legitur reuocatum, immo confirmatum Matth. 19. Quos deus coniunxit, homo non separet. ergo adhuc matrimonium est sub præcepto.

¶2 Præt. Præcepta iuris naturalis secūdum omne tempus obligant: sed matrimonium est de iure naturali, vt dictum est. ergo &c.

¶3 Præt. Bonum speciei melius est, q̄ bonū indiuidui, quia bonum gentis est diuinius quàm bonū vnius hominis, vt dicitur in 1. eth. sed præceptū primo homini datum ad conseruationem indiuidui per actum nutritiuæ adhuc obligat. ergo multo magis præceptū de matrimonio quod pertinet ad conseruationem speciei.

Gen. 1. — Cap. 1. — Sup Gene. ad literam lib. 9. cap. 7

¶4 Præt. Vbi manet eadē ratio obligans, eadem obligatio manere debet: sed pp hoc obligantur homines ad matrimonium antiquo tempore, ne multiplicatio generis humani cessaret. cū ergo hoc idem sequatur, si quilibet libere potest a matrimonio abstinere, videtur quòd matrimonium sit in præcepto.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Cor. 7. Qui non iungit matrimonio virginem suam, melius facit. s. quàm qui iungit. ergo contractus matrimonij nunc non est sub præcepto.

¶2 Præt. Nulli debetur præmium pro transgressione præcepti: sed virginibus debetur speciale præmium, scilicet aureola. ergo matrimonium non est sub præcepto.

RESPON. Dicendum, ꝙ natura inclinat ad aliquid dupliciter. Vno modo, sicut ad id quod est necessarium ad perfectionem vnius, & talis inclinatio quemlibet obligat, quia naturales perfectiones omnibus sunt communes. Alio modo, inclinat ad aliquid quod est necessarium ad perfectionem multitudinis, & cum multa sint hmōi, quorum vnum impedit aliud, ex tali inclinatione non obligatur quilibet homo per modum præcepti, alias quilibet homo obligaretur ad agriculturam, & ædificatoriam, & hmōi officia, quæ sunt necessaria cōmunitati humanæ: sed inclinationi naturæ satisfit cum per diuersos diuersa complentur de prædictis. Cum ergo ad perfectionem humanæ multitudinis sit necessarium aliquos contemplatiuæ vitæ inseruire, quæ maxime per matrimonium impeditur, inclinatio naturæ ad matrimonium non obligat per modum præcepti, etiam secundum Philosophos. vnde Theophrastus probat quòd sapienti non expedit nubere.

Habet[illegible] Theophrasti [illegible] D. Hier. lib [illegible]

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd præceptū illud non est reuocatum, nec tamen obligat vnumquemque ratione iam dicta, nisi illo tempore quo paucitas hominū exigebat, vt quilibet generationi vacaret.

¶Ad secundum & tertium patet solutio ex dictis.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ natura humana communiter ad diuersa officia actus inclinat, vt dictum est: sed quia est diuersimode in diuersis secundum quod indiuiduatur in hoc, vel in illo, vnum magis inclinat ad vnum illorum officiorum, aliud ad aliud: & ex hac diuersitate simul cum diuina prouidentia, quæ omnia moderatur, contingit quòd vnus eligit vnum officium, ut agriculturam, alius aliud, & sic etiam contingit quòd quidam eligunt matrimonialem uitam, & quidam contemplatiuam, unde nullum periculum imminet.

ARTICVLVS III.

c Vtrum actus matrimonialis semper sit peccatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd actus matrimonialis semper sit peccatum. 1. Corin. 7. Qui nubūt, sint tamquàm non nubentes: sed non nubentes non habent actum matrimoniale. ergo etiam nubentes peccāt in actu illo.

¶3 Præt.

à Dño, non tamen ad remedium, sed ad officium. Refert.n. scriptura Gen. In Adam misso sopore, atque una de costis eius sumpta, & exinde muliere formata, uirum in spiritu intelligentem, ad quem usum mulier facta esset, post exstasim ꝓphetice dixisse. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.

De duplici institutione coniugij.

CONIVGII autem institutio duplex est. Vna [a] ante peccatum ad officium facta est in paradiso, ubi esset torus immaculatus, & nuptiæ honorabiles, ex quibus sine ardore conciperēt, sine dolore parerent: altera post peccatū ad remedium facta extra paradisum propter illicitum motum deuitandum. Prima ut natura multiplicaretur: secunda ut natura exciperetur, & uitium cohiberetur. Nā & ante peccatum dixit Deus. Crescite, & multiplicamini: & post peccatum omnibus pene hominibus per diluuium consumptis. Quòd uero ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officiū, post peccatum uero ad remediū concessum Aug. testatur dicens. Quod sanis est ad officium, ęgrotis est ad remedium. Infirmitas n incōtinentiæ, quæ est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum. Si uero non peccassent primi homines, sine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipsi, ac successores eorum conuenirent. Et sicut remunerabile est aliquod bonum opus, sic coitus eorum bonus esset, & [d] remunerabilis. Quia uero propter peccatum lætalis concupiscentiæ lex membris nostris inhæsit, sine qua carnalis non fit commistio, reprehensibilis est & [c] malus coitus, nisi excusetur per bona coniugij.

Quando secundum præceptum, quando secundum indulgentiam contractum sit coniugium.

PRIMA institutio habuit [b] præceptū, secunda indulgentiam. Didicimus enim ab Apostolo, humano generi propter uitandam fornicationem indultum esse coniugium. Indulgentia uero, quia meliora non eligit, remedium habet, non præmiū, a quo si quis declinauerit, meretur exitiale iudicium. Quod secundum indulgentiam conceditur, uoluntarium est, nō necessariū, alioquin trāsgressor esset qui illud nō faceret. Et pōt sane intelligi illud sub præcepto dictū hominibus primis ante peccatū. Crescite, & multiplicamini: quo etiam post peccatum tenebantur usque quo est facta multiplicatio, post quam secundū indulgentiam matrimonij contractus fuit. Ita etiā post diluuium, quo uniuersum pene humanum genus deletum est, secundum præceptum dictum est filijs Noe. Crescite, & multiplicamini. Multiplicato uero homine s̄m indulgentiā contractum est, non s̄m imperium.

Quibus modis accipiatur indulgentia.

INDVLGENTIA autem diuersis modis accipit, s. pro cōcessione, pro remissione, pro promissione. Et est permissio in nouo testamento de minoribus bonis, & de minoribus malis. De minoribus bonis est coniugium, quod non meretur palmam, sed est in remedium. De minoribus malis, idest, de uenialibus est coitus, qui fit causa incontinentiæ. Illud, scilicet coniugium, indulgetur, idest, conceditur: illud uero, idest, coitus talis permittitur, idest, toleratur, ita quòd non prohibetur.

¶2 Præt. *Esaiæ 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum*: sed actus matrimonialis diuidit hominē a deo, vnde Exod. 19. præcipitur populo qui debebat deum uidere, ꝙ non accedant ad vxores suas. & Hieron. dicit ꝙ in actu matrimoniali spiritus sanctus prophetarum corda non tangit. ergo est iniquitas.

¶3 Præt. Illud quod secundum se est turpe, nullo modo pōt bene fieri: sed actus matrimonialis habet cōcupiscentiam adiunctam, quę semper turpis est. ergo semper est peccatū.

¶4 Præt. Nihil excusatur nisi peccatum: sed actus matrimonialis indiget excusari p bona matrimonij, ut magister dicit. ergo est peccatum.

¶5 Præt. De similibus specie idem est iudicium: sed concubitꝰ matrimonialis est eiusdem speciei cum actu adulterij, quia ad idem terminatur, scilicet speciem humanam. ergo cū actus adulterij sit peccatum, & actꝰ matrimonij.

¶6 Præt. Superfluū in passionibus corrumpit virtutem: sed semper in actu matrimonij est superfluitas delectationis, adeo quòd absorbet rationē, quæ est principale hominis bonum. unde Philosophus in 7. ethicor. dicit, quòd impossibile est hominem aliquid in ipsa intelligere. ergo semper actus matrimonialis est peccatum.

SED CONTRA. 1. Cor. 7. dicitur. Virgo non peccat si nubat. & 1. Timoth. 4. Volo iuuenculas nubere, filios procreare: sed procreatio filiorum non potest fieri sine carnali coniunctione. ergo actus matrimonialis non est peccatum, alias Apostolus non voluisset illud.

¶2 Præt. Nullum peccatum est in præcepto: sed actus matrimonialis est in præcepto. 1. Corinth. 7. Vxori vir debitum reddat. ergo non est peccatum.

RESPON. Dicendum, quòd supposito quòd natura corporalis sit a deo bono instituta, impossibile est dicere, quòd ea quę pertinent ad conseruationem naturæ corporalis, & ad quę natura inclinat, sint vniuersaliter mala: & ideo cum inclinatio sit naturæ ad prolis procreationem, per quam natura speciei conseruatur, impossibile est dicere quòd actus quo procreatur proles, sit vniuersaliter [d] illicitus, vt in eo mediū virtutis inueniri nō possit, nisi ponatur secundum quorundam insaniam, quòd res corporales causatæ sunt a deo malo, ex quo forte ista opinio deriuat quæ in lr̄a tangitur, & ideo est pessima hæresis.

D. 858

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus in verbis illis non prohibuit matrimonij actum, sicut nec rerum possessionem, cum dixit, Qui vtuntur hoc mundo, sint quasi non vtentes: sed in vtroque fruitionem prohibuit, quod patet ex ipso modo loquendi: non enim dixit, Sint non vtentes, vel non habentes: sed, quasi non vtentes, vel non habentes.

¶Ad secundum dicendum, quòd deo coniungimur & secundum habitum gratiæ, & secundum actum contemplationis & amoris. Quod ergo primam coniunctionem separat, semper est peccatum, non autem quod separat secundam: quia aliqua occupatio licita circa res inferiores animum distrahit, vt actu deo cōiungi non sit idoneus, & hoc præcipue accidit in carnali coniunctione, in qua detinetur mēs propter delectationem intensam, & propter hoc illis, quibus competit diuina contemplari, aut sacra tractare, indicitur pro tempore illo continentia ab vxoribus: & secundum hoc etiam dicitur quòd spiritus sanctus quantum ad actum reuelationis secretorum, nō tangebat mentes prophetarum in usu matrimonij.

D. 157

¶Ad tertium dicendum, quòd turpitudo illa concupiscentiæ, quæ actum matrimonij semper concomitatur, non est turpitudo culpæ, sed pœnæ ex peccato primo proueniens, vt scilicet inferiores vires & membra corporis rationi non obediant, & propter hoc ratio non sequitur.

Gen. 1.

¶Ad quartum dicendum, quòd illud proprie dicitur excusari, quod aliquā similitudinem mali habet, & tamen non est malum; vel non tantū quantum apparet, quorum quædam excusantur a toto, quædam a tanto: & quia actus matrimonialis propter corruptionem concupiscentiæ habet similitudinem actus inordinati, ideo pro bono matrimonij excusatur a toto, vt non sit peccatum.

Gen. 9.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ quàmuis sint idem specie naturæ, tamen differunt in specie moris, quam vna circunstantia variat, scilicet accedere ad suam, vel nō suam: sicut etiam occidere hominē per violentiam, vel per iustitiā facit diuersam speciem moris, quàmuis sit vna species naturæ, & tamen vnū est licitum, aliud illicitum.

¶Ad sextum dicendum, quòd superfluum passionis quod virtutem corrumpit, non solum impedit rationis actum, sed tollit rationis ordinem, quod non facit delectationis intensio in actu matrimoniali, quia etiam si tunc non ordinetur homo, tamen est a ratione præordinatus.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum actus matrimonialis sit meritorius.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd actus matrimonialis nō sit meritorius. Chrysostomus.n. dicit super Matth. Matrimonium & si vtentibus se pœnam non infert, mercedem tamen non præstat: sed meritum respectu mercedis dicitur. ergo actus matrimonialis non est meritorius.

¶2 Præt. Illud quod est meritorium dimittere non est laudabile: sed laudabilis est virginitas, per quam matrimonium dimittitur. ergo matrimonialis actus non est meritorius.

¶3 Præt. Qui vtitur indulgentia sibi facta, beneficio recepto vtitur: sed ex hoc quòd alicui præstatur beneficium, non meretur. ergo actus matrimonialis non est meritorius.

¶4 Præt. Meritum in difficultate consistit, sicut & virtus: sed actus matrimonialis non habet difficultatem, sed delectationem. ergo non est meritorius.

¶5 Præt. Illud quod non potest fieri sine peccato veniali, numquàm est meritorium, quia non potest homo simul mereri & demereri: sed in actu matrimoniali semper est peccatum ueniale, quia etiam primus motus in huiusmodi delectatione est peccatum veniale, ergo actus prædictus non potest esse meritorius.

SED CONTRA. Omnis actus in quo impletur præceptum, est meritorius, si ex charitate fiat: sed actus matrimonialis

nialis est huiusmodi, quia dicitur 1.Cor.7. Vxori vir debitum reddat. ergo &c.

¶ 2 Præt. Oīs actus virtutis est meritorius: sed actus prædictus est actus iustitiæ, qa dicitur redditio debiti ergo est meritorius.

D. 858

Respon. Dicendum, quòd cum nullus actus ex deliberata voluntate procedēs sit indifferēs, vt in 2. libr. dictum est, actus matrimonialis semper est peccatū, vel meritorius in eo qui gratiā habet. Si.n. ad actum matrimonialem virtus inducat, vel iustitiæ vt debitū reddat, vel religionis vt proles ad cultū dei procreetur, est meritorius. Si autem moueat libido sistēs infra bona matrimonij, vt scilicet nullo modo ad aliam accedere vellet, est peccatū ueniale. Si autem extra dona matrimonij efferatur, vt scilicet cum quacumque muliere id facere proponeret, est peccatum mortale. Natura autem mouere non potest quin uel ordinetur ratione, & sic erit motus uirtutis: uel non ordinetur, & sic erit motus libidinis.

dist. 40. quæstiun. unic. ar. 5.
Aug. ad Hęres. cap. 25. tom. 6.

Quòd nuptiæ sint bonæ.

VERVNT autem nonnulli hæretici nuptias detestantes, qui Tatiani appellati sunt, hi nuptias omnino damnant, ac pares fornicationibus alijsque corruptionibus faciunt, nec recipiunt in suorum numero coniugio utentem marem, uel feminam. Quòd autem res bona sit coniugium non modo ex eo probatur ꝙ Dominus legitur coniugiū instituisse inter patrios parentes, sed etiā ꝙ in Cana Galileæ nuptijs interfuit Christus, easque miraculo commendauit, aqua in uinū conuersa. Qui ēt post ea uirū dimittere uxorē prohibuit, nisi causa fornicationis. Apostolus ēt ait. G Virgo non peccat, si nubat. Constat ergo rem bonā esse matrimoniū, alioquin non esset sacramentum. Sacramentū.n. sacrum signum est.

Gen. 1. Ioan. 2. Matth. 19. 1. Cor. 7.

Ad primum ergo diendum, quòd radix merendi quantum ad præmium substantiale, est ipsa charitas, sed quantum ad aliquod accidentale præmium ratio meriti consistit in difficultate actus, & sic actus matrimonij non est meritorius, sed primo modo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo potest mereri in minoribus bonis, & in maioribus: vnde quando aliquis minora bona dimittit vt maiora faciat, laudandus est a minus meritorio actu discedens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd indulgentia quandoque est de minoribus malis, & sic indulgetur actus matrimonij prout ad ipsum mouet libido infra terminos matrimonij consistens, sic enim est ueniale peccatum: sed prout ad ipsum mouet virtus, ut est meritorius, non habet indulgentiam nisi secundū quod est indulgentia de minoribus bonis, quæ idem est quod concessio: nec est inconueniens ꝙ ille qui tali concessione vtitur, mereatur, quia bonus vsus beneficiorum dei meritorius est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd difficultas laboris requiritur ad meritum præmij accidentalis: sed ad meritum pręmij essentialis requiritur difficultas consistens in ordinatione medij, & hoc est etiam in actu matrimoniali.

¶ Ad quintum dicendum, quòd primus motus secundum quod dicitur peccatū veniale, est motus appetitus in aliquod inordinatum delectabile, quod non est in actu matrimoniali, & ideo ratio non sequitur.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de matrimonio secundum quod est sacramentum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum sit sacramentum.
¶ Secundo, De institutione ipsius.
¶ Tertio, De effectu.
¶ Quarto, De integritate.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum matrimonium sit sacramentum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non sit sacramentum. Omnę enim sacramentum nouę legis habet aliquam formam quę est de essentia sacramenti: sed benedictio quæ fit per sacerdotes in nuptijs non est de essentia matrimonij. ergo non est sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramentum secundum Hug. est materiale elementum: sed matrimonium non habet pro materia aliquod materiale elementum. ergo non est sacramentum.

Hugo libr. de sacramē tis par. 9. c. 2.

F ¶ 3 Præt. Sacramenta habent efficaciam ex passione Christi: sed per matrimonium non conformatur homo passioni Christi quæ fuit pœnalis, cum habeat delectationem adiunctam, ergo non est sacramentum.

¶ 4 Præt. Omne sacramentum nouæ legis efficit quod figurat: sed matrimoniū non efficit coniunctionem Christi & ecclesiæ quam significat. ergo matrimonium non est sacramentum.

¶ 5 Præt. In alijs sacramētis est aliquid quod est res & sacramentum: sed hoc non potest inueniri in matrimonio, cū non imprimat characterem, alias non iteraretur. ergo non est sacramentum.

Sed contra est, quòd dicitur Ephe.5. Sacramentum hoc magnum est &c.

¶ 2 Præt. Sacramentum est sacræ rei signum: sed matrimonium est huiusmodi. ergo &c.

Respon. Dicendum, quòd sacramentum importat aliquod remedium sanctitatis homini contra peccatum exhibitum per sensibilia signa, vt in 1. dist. dictum est: vnde cum hoc inueniatur in matrimonio, inter sacramenta computatur.

q.1. artic. 1. quæst. 1. per totum.

Ad primum ergo dicendum, quòd verba quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma huius sacramenti: nō aūt benedictio sacerdotis, quæ est quoddā sacramentale.

H ¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramentum matrimonij perficitur per actum eius qui sacramento illo vtitur, sicut pænitentia: & ideo sicut pænitentia non habet aliam materiam nisi ipsos actus sensui subiectos, qui sunt loco materialis elementi, ita est de matrimonio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis matrimonium non conformet passioni Christi quantum ad pœnam, conformat tamen ei quantum ad charitatem, per quam pro ecclesia sibi in sponsam coniungenda passus est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd vnio Christi ad ecclesiam non est res contenta in isto sacramento, sed res significata non contenta, & talem rem nullum sacrum efficit, sed habet aliam rem contentam & significatam quam efficit, vt dicetur: magister autem posuit rem non contentam, quia erat huius opinionis, quòd non haberet rem aliquam contentam.

I ¶ Ad quintum dicendum, quòd etiam in hoc sacramento sunt illa tria, quia sacramenta tantum sunt actus exterius apparentes: sed res & sacramentum est obligatio quæ innascitur uiri ad mulierem ex talibus actibus: sed res ultima contenta est effectus huius sacramenti, non contenta autem est res quam magister determinat.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum matrimonium debuit institui ante peccatum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non debuit institui ante peccatum, quia illud quod est de iure naturali non indiget institutione: sed matrimonium est hmōi, ut ex dictis patet. ergo non debuit institui.

¶ 2 Præt. Sacramenta sunt quædam medicinæ contra morbum K peccati: sed medicina non præparatur nisi morbo. ergo ante peccatum non debuit institui.

In litera Magistri præsentis dist. & D. Tho. 1.

¶ 3 Præt. Ad idem sufficit una institutio: sed matrimonium fuit institutum etiam post peccatum, ut in litera dicitur. ergo ante peccatum non fuit institutum.

¶ 4 Præt. Institutio sacramenti debet esse a deo: sed ante peccatum uerba quæ ad matrimoniū pertinent, determinate non sunt dicta a deo, sed ab Adam: illa autem uerba quæ deus dixit, Crescite, & multiplicamini, dicta sunt etiam brutis, in quibus non est matrimonium. ergo matrimonium non fuit institutum ante peccatum.

Gen. 1.

¶ 5 Præt. Matrimonium est sacramentum nouæ legis: sed sacramenta nouæ legis a Christo initium sumpserunt. ergo non debuit ante peccatum institui.

Sed contra est, quod dicitur Matth. 19. Non legistis, quòd ab initio qui fecit homines, masculum & feminam fecit illos &c.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Matrimonium est institutum ad procreationem prolis: sed ante peccatum necessaria erat homini procreatio prolis, vt in 2. lib. dist. 20. dictum est. ergo ante peccatum debuit matrimonium institui. A

Respon. Dicendum, quòd natura inclinat ad matrimonium intendens aliquod bonum, quod quidem variatur secundū diuersos hominum status: & iō oportet ꝙ secundū illud bonum diuersimode in diuersis statibus hominum instituatur. Et ideo matrimoniū secundū quod ordinatur ad procreationē ꝓlis, quæ erat necessaria etiā peccato nō existēte, institutum fuit ante peccatum. Secundum autem quod remediū præbet contra vulnus peccati, institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ. Secundū autem determinationē personarū, institutionē habuit in lege Moysi: sed secundum qđ repræsentat mysterium coniunctionis Chri & ecclesiæ institutionem habuit in noua lege, & secundū hoc est sacramentū nouę legis. Quantum aūt ad alias vtilitates quæ ex matrimonio consequuntur, sicut est amicitia, & mutuum obsequium sibi a coniugibus impensum, habet institutionē in lege ciuili. Sed quia de ratione sacramenti est, quod sit signum & remedium, ideo quantum ad medias institutiones competit ei ratio sacramenti, sed quantum ad primam institutionem competit ei quòd sit in officiū naturæ: quantum vero ad vltimam quòd sit in officium ciuilitatis.

Cuius rei sacramentum sit coniugium.

B

CVM ergo coniugium [a] sacramentum sit, & sacrū signum est, & sacræ rei, scilicet cōiunctionis Christi & Ecclesiæ, sicut ait Apostolus. Scriptū est, inquit. Relinquet homo patrē & matrem, & adhęrebit uxori suę, B & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico, in Christo & in Ecclesia. Vt enim inter coniuges cōiunctio est secundum consensum animorū & secundum [d] permistionem corporum, sic Ecclesia Christo copulatur uoluntate & natura, quia idē uult cum eo, & ipse formam sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa spōso spiritualiter & corporaliter, idest, charitate ac cōformitate naturæ. Huius vtriusque C copulę figura est ī cōiugio. Cōsensus enim coniugum copulam spiritualem Christi & Ecclesię, quę fit per charitatem, significat. Commistio uero sexuū illam significat quę fit per naturę conformitatem.

Ephe. 5. cap. 1.

Qualiter intelligendum sit illud, Mulier illa non pertinet ad matrimonium, cum qua non est commistio sexuum.

VNDE est ꝙ quidam doctorum dixerunt, illam mulierem non pertinere ad matrimoniū, quæ nō experitur carnalem copulā. Ait.n. Aug. Non dubiū est illā mulierem non pertinere ad matrimonium, cū qua docetur non fuisse commistio sexus. Item Leo Papa. Cum societas nuptiarū ita a principio sit instituta, ut præter commistionem sexuū nō habeat in se Christi & Ecclesiæ sacramentū, non dubiū est illam mulierem non pertinere ad matrimoniū, in qua docetur non fuisse nuptiale mysteriū. Item Aug. Non est perfectū coniugium sine cōmistione sexuum. Hoc si secundū superficiem uerborum quis acceperit, inducitur in errorem tantum, ut di-

Et habetur 27. q. 2. ca. Non est dubium.
Et habetur vbi supra c. Cū societas.
Elicitur ex libro de bono cōiugij c. 18. & etiā ex lib. Soliloquiorū. Cap. 10.

D Ad primum ergo dicendum, quòd illa quæ in cōmuni sunt, de iure naturali indigent institutione quantū ad eorum determinationem, quæ diuersimode competit secundum diuersos status, sicut de iure naturali est quòd maleficia puniantur, sed quod talis pœna tali culpæ apponatur per determinationem iuris positiui fit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd matrimonium non est tantum remedium contra peccatum, sed est principaliter in officium naturæ, & sic institutum fuit ante peccatum, non autem prout est remedium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundùm diuersa quæ oportet in matrimonio determinari, non est inconueniens quòd diuersas habeat institutiones, & sic illa diuersa institutio non est eiusdem secundum idem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd matrimonium ante peccatum institutum fuit a deo in hoc, quòd homini mulierem in adiutorium de costa formauit, & dixit eis. Crescite, & multiplicamini &c. quod quàmuis alijs animalibus dixit, non tamen per ea eodem modo implendum sicut per homines. Adam autem E verba illa protulit a deo inspiratus, vt intelligeret matrimonij institutionem a deo factam.

Gen. 1.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quantum ad hoc quòd matrimonium est sacramentum nouæ legis, non fuit ante Christum institutum, vt ex prædictis patet.

ARTICVLVS III.

Vtrum matrimonium conferat gratiam.

Hugo lib. 1 de sacramē. par. 9. c. in fine.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non conferat gratiam, quia secundum Hug. sacramenta ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferunt: sed matrimonium non habet aliquam sanctificationem, quę sit de essentia eius. ergo non confertur gratia in ipso.

¶ 2 Præt. Omnę sacramentum conferens gratiam, confert ipsam ex materia & forma sua: sed actus qui sunt materia in hoc sacramento, non sunt causa gratiæ, quia hoc esset pelagiana hæresis, quòd actus nostri sint causa gratiæ, verba etiā exprimentia consensum non sunt cā grę, cum ex eis nō fit aliqua sanctificatio. ergo ī matrimonio nullo modo gratia datur.

¶ 3 Præt. Gratia ordinata contra vulnus peccati est necessaria omnib' habentibus vulnus illud: sed in omnibus inuenitur concupiscentiæ vulnus. si ergo in matrimonio detur gratia contra vulnus cōcupiscentiæ, debent oēs homines matrimoniū contrahere, & sic esset valde stultum a matrimonio abstinere.

¶ 4 Præt. Infirmitas non accipit medicamentum ab eodem a quo accipit intensionem: sed per matrimonium concupiscentia accipit intensionem, quia sicut dicit Philosoph' in 7. ethic. Insatiabilis est cōcupiscentiæ appetitus, & per oppositionem congruam augetur. ergo videtur quòd in matrimonio conferatur remedium gratiæ contra concupiscentiam.

Sed contra. Diffinitio & diffinitum debent conuerti: sed in diffinitione sacramenti ponitur causalitas gratiæ, vt in 1. distinct. patuit, ergo cum matrimonium sit sacramentum erit causa gratiæ.

Et in litera Magistri & in artic. 4. quæst. 1.

D ¶ 2 Præt. August. dicit, quòd matrimonium est ægrotis in remedium: sed non est in remedium, nisi inquantum aliquam efficaciam habet. ergo habet aliquid efficaciæ ad reprimendū concupiscentiam: sed concupiscentia non reprimitur nisi per gratiam. ergo confertur in ipso gratia.

Super Gen. ad literam lib. 9. cap. 7 tom. 3.

Respon. Dicendum, quòd circa hoc fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt quòd matrimonium nullo modo est causa gratiæ, sed est tantum signum. Sed hoc non potest stare, quia secundum hoc in nullo differret a sacramentis veteris legis, vnde non esset aliqua ratio quare sacramentis nouæ legis annumeraretur. Quòd enim remedium præbeat satisfaciendo concupiscentiæ, ne in præceptis ruat dum nimis arctatur, habuit etiam in veteri lege ex ipsa natura actus. Et ideo alij dixerunt, quòd confertur ibi gratia in ordine ad recessum a malo, quia excusatur actus a peccato, qui sine matrimonio peccatū esset. Sed hoc esset nimis parum, quia hoc etiam in veteri lege habuit: & ideo dicunt quòd facit recedere a malo inquantum mitigat concupiscentiam, ne extra bona matrimonij feratur, non autem per gratiam illam fit aliquod auxilium ad bene operandum. Sed hoc non potest stare, quia eadem gratia E est quæ impedit peccatum, & quæ ad bonum inclinat, sicut idē calor qui aufert frigus, & qui calefacit. Vnde alij dicunt quòd matrimonium inquantum in fide Christi contrahitur, habet vt conferat gratiam adiuuantem ad illa operanda quæ in matrimonio requiruntur, & hoc probabilius est: quia vbicumque datur diuinitus aliqua facultas, dantur etiam auxilia, quibus homo conuenienter vti possit facultate illa: sicut patet quòd omnibus potentijs animæ respondent aliqua membra corporis, quibus in actu exire possint. Vnde cum in matrimonio detur homini ex diuina institutione facultas vtendi sua vxore ad procreationem prolis, datur etiam gratia, sine qua id conuenienter facere non posset, sicut etiam de potestate ordinis supra dictum est, & sic ista gratia data est vt iam res contenta in hoc sacramento.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut aqua baptismi

mi habet quòd corpus tangat, & corpus abluat ex tactu carnis F Christi, ita matrimonium hoc habet ex hoc, quòd Christus sua passione illud repræsentauit, & nō principaliter ex aliqua sanctificatione sacerdotis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut aqua baptismi, vel forma verborum non operatur ad gratiā immediate, sed ad characterē: ita actus exteriores & verba exprimentia consensum directe faciunt nexū quendam qui est sacramentū matrimonij, & huiusmodi nexus ex virtute diuinæ institutionis dispositiue operatur ad gratiā.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, nisi contra concupiscentia morbum posset aliquid efficacius remedium adhiberi. Adhibetur autē maius remedium per opera spiritualia, & carnis mortificationem ab illis qui matrimonio nō vtunt.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd contra concupiscentiā potest præstari remediū duplicitер. Vno modo, ex parte ipsius concupiscentiæ, vt reprimatur i sua radice, & sic remediū præstat matrimonium per gratiam quæ in eo datur. Alio modo, ex parte actus eius, & hoc dupliciter. Vno modo, vt actus ad quem inclinat concupiscentia, extetius turpitudine careat, & hoc ht per bonadmatrimonij, quæ honestant carnalem concupiscentiam. Alio modo, vt actus turpitudinem habens impediatur, quod fit ex ipa natura actus, quia dum concupiscentiæ satisfit in actu coniugali, ad alias corruptelas non ita inclinat, propter quod dicit Apostolus. Melius est nubere, quàm vri. Quāmuis enim opera concupiscentiæ cognita secundum se nata sint concupiscentiam augere, tamē ex hoc quòd ratione ordinantur, ipsam reprimunt, quia ex similibus actibus similes relinquuntur dispositiones & habitus.

Ephes. c. 5.

De bono coniugij. c. 18. tom. 6.

Ephes. c. 5.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum carnalis commistio sit de integritate matrimonij.

3. par. q. 29 art. 2. 27. q. 2. c. Matrimonium & c. Sufficiat & c. Oīs. Præsenti distinct.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd carnalis commistio sit de integritate matrimonij. In ipsa enim institutione matrimonij dictum est, Erunt duo in carne vna: sed hoc non fit nisi per carnalem commistionem. ergo est de integritate matrimonij. K

¶ 2 Præt. Id quod pertinet ad significationem sacramenti, est de necessitate sacramenti, vt prædictum est: sed carnalis commistio pertinet ad significationem sacramenti, vt in litera dicitur. ergo est de integritate sacramenti.

¶ 3 Præt. Huiusmodi sacramentum ordinatur ad conseruationem speciei: sed conseruatio speciei non potest fieri sine carnali commistione. ergo est de integritate sacramenti.

¶ 4 Præt. Matrimonium est sacramentum secundum quod remedium contra concupiscentiam præstat, de quo dicit Apostolus. 1. Corinth. 7. quod melius est nubere quàm vri: sed hoc remedium non præstat in his qui carnaliter non commiscentur, ergo idem quod prius.

SED CONTRA. In paradiso fuit matrimonium: sed ibi non fuit carnalis copula. ergo commistio carnalis non est de integritate matrimonij.

¶ 2 Præt. Sacramentum ex suo nomine sanctificationē importat: sed sine carnali cōmistione est matrimonij sanctius, vt in litera dicitur. ergo carnalis commistio non est de necessitate sacramenti.

RESPON. Dicendum, q̄ duplex est integritas. Vna quæ attenditur secundū perfectionē primā, quę consistit in ipso esse rei: alia quæ attenditur secundum perfectionem secundam, quæ cōsistit in operatione. Quia ergo carnalis commistio est quædam operatio, siue vsus matrimonij, per qđ facultas ad hoc datur, ideo erit carnalis cōmistio de secūda integritate matrimonij, & nō de prima.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd Adam exposuit integritatē matrimonij quantū ad vtramq; perfectionem, quia res ex suo actu innotescit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd significatio rei contentæ est de necessitate sacramenti, & ad hāc significationem nō pertinet carnalis cōmistio, sed ad rem non contentam, vt ex dictis patet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd res non peruenit ad finē suū nisi per actum proprium: vnde ex hoc quòd finis matrimonij non habetur sine carnali commistione, ostenditur quòd sit de secunda integritate, & non de prima.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ ante commistionem carnalem est matrimonium in remedium ex gratia quæ in eo datur, quāmuis non ex actu, quod pertinet ad integritatem secundam.

27. q. 2. in princip.

DISTINCTIO XXVII.

A

Quæ sunt consideranda in coniugio.

POST hoc aduertendum est, quid sit coniugium, & quę sit efficiens causa coniugij, & causa propter quam contrahi debeat, & quæ sint bona coniugij, & quomodo per ea excusetur coitus carnalis, quę sint legitimæ personæ ad matrimonium. Sunt & alia plura in matrimonio consideranda, quę sub compendio perstringemus.

Quid sit coniugium.

VNT ergo nuptiæ, uel matrimoniū, uiri mulierisque cōiunctio maritalis inter legitimas personas indiuiduam uitæ consuetudinē retinens. Ad indiuiduā consuetudinem uitę pertinet, q̄ absq; consensu alterius neuter cōrinentiā profiteri potest, uel orationi uacare, & quòd inter eos, dū uiuunt, uinculū coniugale permanet, ut alij se copulare nō liceat, & ut inuicē alter alteri exhibeat qđ quisq; sibi. Hac aūt descri- I

nij non habetur sine carnali commistione, ostenditur quòd sit de secunda integritate, & non de prima.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ ante commistionem carnalem est matrimonium in remedium ex gratia quæ in eo datur, quāmuis non ex actu, quod pertinet ad integritatem secundam.

EXPOSITIO TEXTVS.

VM alia sacramenta &c. Videtur q̄ de matrimonio debuerit determinare ante ordinem, quia prius est quod animale est, q̄ quod spirituale est, vt dicitur 1. Cor. 15. Et dicendum, q̄ quāmuis sit primū in via generationis, tamen in via sanctitatis & perfectionis est posterius: & ideo illud sacramentum quod habet minimum de spiritualitate, vltimo debet inter sacramenta ordinari. *Vna de coitis eius &c.* De hoc dictum est in 2. lib. dist. 18. *Propheice dixisse,* vt prophetia referatur ad mysterium Christi & ecclesiæ, quod præuidit, non ad vsum mulieris quæ consensu percipi poterat naturali ratione: nec consequitur, quòd si incarnationis mysterium præuidit, quòd suum casum præscierit ejam supposito q̄ Christus non fuisset incarnatus homine non peccante, quia multa sunt, quorum vnum non est sine altero, quāmuis vnum sine altero possit intelligi. *Remedium habet, non præmium,* scilicet accidentale, quale habet virginitas, scilicet aureolam. q. 1. ar. 1.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de institutione matrimonij, & significatione ipsius, hic incipit determinare de causis eius, & diuiditur in partes duas. In prima, de cāusis cōstituentibus matrimonium. In secūda, de causis honestantibus ipsum. dist. 31. ibi. *Post hæc de bonis coniugij &c.* Prima, in duas. In prima, determinat de causa efficiente matrimonium. In secunda, de causa finali ipsius circa finem. 30. distinct. ibi. *Expositio quæ sit causa efficiens &c.* Prima, in duas. In prima determinat de causa

causa efficiente matrimonium: in secunda ponit impedimentum illius causæ. 29. dist. ibi. *Oportet autem consensum coniugalem &c.* Prima in duas. In prima ostendit quòd consensus facit matrimonium: in secunda ostēdit qualem oporteat esse illum cōsensum. di. 28. ibi. *Hic quæri debet, vtrum &c.* Prima in duas. In prima præmisso de quo est intentio, diffinit matrimonium, vt causa effectui proportionata formaturin secunda ostendit quæ sit causa matrimonii, ibi. *Efficiēs causa &c.* Et hæc diuiditur in tres. In prima proponit quod intēdit: in secūda probat propositum, ibi. *Quòd autem consensus &c.* in tertia excludit errorem, ibi. *Quidam tamen asserunt &c.* Et diuiditur in partes duas. In prima, p̄ sequitur partes erroris eorum: in secunda excludit eū, ibi. *His autem ita respondemus.* Circa primū tria facit. Primo ponit opinionem illorum falsam: secūdo ponit probationem eius ibi. *Quod vero inter sponsam &c.* tertio ponit responsionem eorum ad probationem pro veritate inductam, ibi *Præmissas etiam &c. His itaque respondemus &c.* hic respondet ad probationem illorum positam. Et circa hoc tria facit. Primo ponit. dist. quādā qua prædictæ authoritates soluūtur: secūdo probat illam distinctionē per diuersas sanctorū authoritates, ibi. *Aliquando enim sponsas vocant &c.* tertio probat eam per rationes, ibi. *Et sciendum est quòd illa sponsa.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est triplex quæstio.

¶ Prima, De ipso matrimonio.
¶ Secūda, De sponsalibus.
¶ Tertia, De Bigamia.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, Quid sit matrimonium.
¶ Secūdo, Vtrum consensus sit causa matrimonii.
¶ Tertio, Vtrū matrimoniū possit solui per religionis ingressū,

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non sit in genere coniunctionis, quia vinculum quo aliqua ligantur differt a coniūctione ipsa sicut causa ab effectu: sed matrimoniū est vinculum quoddam quo matrimonio iuncti ligantur. ergo non est in genere coniunctionis. B

¶ 2 Præt. Omne sacramentum est sensibile signum: sed nulla relatio est accidens sensibile. ergo matrimonium cum sit sacramentum, nō erit in genere relationis, & ita nec in genere cōiūctionis.

¶ 3 Præt. Coniunctio est relatio æquiparantiæ sicut æqualitas: sed non est una numero æqualitatis relatio in vtroque extremorum, vt Auic. dicit. ergo nec vna coniunctio, & sic si matrimoniū est in genere coniunctionis, non erit vnum tantum matrimoniū inter duos coniuges.

SED CONTRA. Relatio est secundum quam aliqua adinuicem referuntur: sed secundum matrimoniū aliqua adinuicē referuntur, dicitur. n. maritus vir vxoris, & vxor mariti vxor. ergo matrimoniū est in genere relationis, nec est aliud q̄ cōiūctio.

¶ 2 Præt. Vnio duorum ad aliquod vnum non fit, nisi secundū coniunctionem: hoc autem fit per matrimonium, vt patet Gen. 2. Erūt duo i carne vna. ergo mimoniū est in genere cōiūctionis. C

VLTERIVS. Videtur q̄ matrimonium incongrue nominetur, quia denominatio debet fieri a digniori: sed pater dignior est matre. ergo magis debet denominari a patre quàm a matre coniunctio vtriusque. II

¶ 2 Præt. Res debēt denominari ab eo quod est de essentia sua, quia ratio quam significat nomen, est diffinitio, vt dicitur i 4. meta. sed nuptiæ non sunt de essentia matrimonii. ergo non debet matrimoniū nuptiæ appellari. tex. cō. 28.

¶ 2 Præt. Species non potest proprio nomine nominari ab eo quod est genus: sed cōiūctio est genus ad matrimoniū. ergo nō proprie pōt coniugiū nominari. 27. qu. 2. in princ. Vbi sup. ca. Sufficiat.

SED in contrarium est communis vsus loquentium.

VLTERIVS. Videtur q̄ inconuenienter diffiniatur in litera, quia in maritī diffinitione oportet q̄ matrimoniū ponatur, quia maritus ē qui est mulieri matrimonio iūctus: sed ipse ponit maritalē cōiunctionē in diffinitione mimonii. ergo vī q̄ sit circulatio in diffinitionibus illis. Vbi sup. c. Cū initiatur.

¶ Præt. Per mimoniū sicut vir efficit maritus mulieris, ita mulier vxor viri. ergo nō magis deberet dici cōiūctio maritalis q̄ vxoris.

¶ 2 Præt. Consuetudo ad genus moris pertinet: sed frequenter matrimonio iuncti sunt valde moribus diuersi. ergo nō debet poni i diffinitione matrimonii, indiuiduā vitę cōsuetudinē retinēs.

¶ 2 Præt. Inueniuntur aliæ diffinitiones de matrimonio datæ, quia secundum Hug. matrimonium est duarum id onearum personarum legitimus de coniunctione consensus. Secundū quosdā aūt matrimoniū est consortiū eōis vitæ, & cōmunicatio diuini & humani iuris. Et quæritur qualiter hæ diffinitiones differant. Liber. 1. de sacramēt. Par. 11. c. 4

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd cōiūctio adunationem quādam importat, vnde vbicumque est adunatio aliquorum, ibi est aliqua coniunctio. Ea autem quæ ordinātur ad aliquod vnum, dicuntur in ordine ad aliud adunari, sicut multi homines adunantur ad vnam militiam, vel negotiationem exequendam, ex qua dicuntur commilitones adinuicē, vel socii negotiationis: & ideo cum per matrimonium ordinētur aliqui ad vnam generationem & educationem prolis, & iterum ad vnam vitam domesticam, constat d quòd in matrimonio est aliqua coniunctio, secundum quam dicitur maritus & vxor, & talis coniunctio ex hoc q̄ ordinatur ad aliquod vnum, est matrimonium. coniunctio autem corporum, vel animorum ad matrimonium consequitur. D. 855.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ matrimonium est vinculum quo ligantur formaliter non effective, & ideo non oportet quòd sit aliud a coniunctione. E

¶ Ad secūm dicēdū, q̄ quāuis ipsa relatio nō sit sensibile accidēs, tamen causæ eius possunt esse sensibiles, nec in sacro requiritur quòd sit sensibile id quod est res & sacramentum. Hoc enim modo se habet in hoc sacramento prædicta coniunctio: sed verba exprimentia consensum, quæ sunt sacramentum tantum, & causa prædictæ coniunctionis, sunt sensibilia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd relatio fundatur in aliquo, sicut in causa, vt similitudo in qualitate: & in aliquo sicut in subiecto, vt in ipsis similibus, & ex vtraque parte pōt attēdi unitas & diuersitas ipsius. Quia ergo in similitudine nō est eadē qualitas numero, sed specie in vtroque simili, & iterum subiecta similitudinis sunt duo numero, & similiter est de æqualitate: ideo & æqualitas, & similitudo oībus modis est alia numero in vtroq; similiū & æqualiū: sed relatio quæ est matrimoniū, ex vna parte habet vnitatē in vtroq; extremorū. Ex parte causæ, quia ad eandē numero generationē ordinantur, sed ex parte subiecti habet diuersitatē sēm numerū: & iō hic relatio est vna & multiplex, & sēm quod est multiplex ex parte subiecti, significatur his nōib⁹ vxor, & marit⁹: secundū aūt qđ est una, significat hoc nōie mimoniū.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ in matrimonio est tria considerare. Primo essentiam ipsius, quæ est coniunctio, & secundū hoc nominatur cōiugiū. Secundo causam eius, quæ est desponsatio, & secundū hoc vocantur nuptiæ a nubere, quia in ipsa solēnitate despōsationis qua matrimoniū perficitur, capita nubentiū velantur. Tertio effectū, qui est ꝓles, & sic dr̄ matrimoniū, vt Aug. dicit cōtra Faustū ob hoc, ꝙ mulier non debet ad aliud nubere, nisi vt sit mater. Pōt etiā dici matrimonium, quasi matris muniū .i. officiū, quia fęminis maxime incūbit officiū educādæ prolis. Vel dicit matrimoniū, quasi matrē muniēs, qa iā habet quo defendatur, & muniat .s. virū. Vel dr̄ matrimoniū, quasi matrē monens, ne virū relinquat, alteri adhærēs. Vel dr̄ matrimoniū, quasi materia vnius, qa i eo fit cōiunctio ad vnā ꝓlē materialiter inducendā, vt dicatur matrimoniū a monos, & materia. Vel dr̄ matrimonium, vt Isid. dicit a matre & nato, quia ꝑ matrimoniū efficit aliqua mater nati.

Aug. Tom. 6. libro. 19. cap. 26.

Vbi supr. c. Cū initiat.

Li. 9. Ethi. cap. 8.

De Bono coniugii Et habetur. 27 q. 2. c. Coniunx.

Isidorus. Lib. 9. Ethimolog. c. 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quāuis pater sit dignior q̄ mater, tñ circa ꝓlē magis officiosa ē mater, quàm pater. Vel ideo, qa mulier ad hoc principaliter facta est, vt sit hoī in adiutoriū ꝓlis, non aūt vir propter hoc factus est, vnde magis pertinet ad rationem matrimonii mater quàm pater.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ aliqñ essentialia cognoscunt ꝑ accidentalia, & ideo ēt per accidentalia aliqua noīari possunt, cū nomen detur causa rei innotescendæ.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ aliquādo species nominatur ab eo quod est generis propter imperfectionē speciei, quando .s. habet cōplete generis rōnem, nec tamen aliquid addit quod ad dignitatem pertineat, sicut proprium accidentale retinet nomen proprii cōis. Aliquando aūt propter perfectionem, quando in vna specie cōplete inuenitur ratio generis, & non in alia, sicut animal denominatur ab anima quæ competit animato corpori, quod est genus animalis, sed animatio non inuenitur perfecte in animatis, quæ non sunt animalia: & similiter est in proposito, quia coniunctio viri ad mulierem per matrimoniū est maxima, cū sit & animarū, & corporum, & ideo coniugium nominatur.

Precedenti quæst.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, in matrimonio tria possunt considerari .s. causa ipsius, & essentia eius, & effectus: & secundum hoc tres diffinitiones inueniuntur de matrimonio datæ. Nā diffinitio Hug. tangit causam .s. consensum, & per se nō est. Diffinitio autem in litera posita tāgit essentiam matrimonii .s. coniunctionem, & addit determinatum subiectum in hoc ꝙ dicit, inter legitimas personas. Ponit etiam differentiam contrahentem ad speciem in hoc ꝙ dicit, maritalis, quia cum matrimonium sit coniunctio in ordine ad aliquod vnum, talis coniunctio in speciē trahitur per illud ad quod ordinatur, & hoc est quod ad maritum pertinet. Ponit etiam virtutem huius cōiunctionis, quia indissolubilis est in hoc ꝙ dicit, indiuidua &c. Sed alia diffinitio tangit effectum ad quem ordinatur matrimoniū, scilicet uita communis in rebus domesticis. Et quia omnis cōmunicatio aliqua lege ordinatur, deo ponitur ordinatiuum istius communionis .s. ius diuinum & humanum: aliæ .n. communicationes, vt negotiatorum commilitātiū, solo iure humano institutæ sunt.

Vbi supra lib. 1. de sacramentis. Et habetur 27. qu. 2. in principio.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ priora aliqñ ex quibus debet dari diffinitio, non sunt nominata, & ideo in diffinitione aliquorum ponūtur aliqua posteriora simpliciter, quæ sunt prio- F ra quo ad nos, sicut in diffinitione qualitatis ponitur quale a Philosopho, cum dicit. Qualitas est secūdum quam quales dicimur: & ita ēt hic in diffinitione matrimonii ponitur coniunctio maritalis, vt sit sensus, ꝙ matrimoniū est coniunctio ad ea, quæ mariti officium requirit, quæ nō poterāt vno nominari nomine.

Libro prædicamentorum ca. de qualitate.

Quando incipiat esse coniugium.

QVòd .n. ab ipsa despōsatione, in qua pactio coniugalis exprimitur, coniuges sint, sanctorū testimonia probant. Ait .n. Amb. Cū initiatur coniugiū, coniugii nomē asciscitur, cū cōiūgitur viro cōiugium est, nō cū viri admistione cognoscitur. Itē Isid. Cōiuges verius appellantur a prima desponsationis fide, quàmuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus. Item Aug. Coniunx vocatur ex prima desponsationis fide, quam concubitu non cognouerat, nec fuerat agniturus, nec perierat, nec mendax manserat coniugis appellatio, vbi non fuerat, nec futura erat carnis vlla commistio; propter quod fidele coniugium ambo parentes Christi vocari meruerūt, non solum illa mater, sed etiam ille pater eius, sicut coniunx matris eius, vtrumque tamen mente, non carne. Ex his euidenter insinuatur, quòd ex tempore quo intercedit consensus voluntarius ac maritalis, qui solus coniugium facit, veri coniuges sunt sponsus & sponsa.

Secundum quosdam non est coniugiū ante carnalem copulam, sed sponsi & sponsæ sunt.

G QVidam tamen asserunt, verum coniugium non contrahi ante traductionem, & carnalem copulā, nec vere coniuges esse aliquos antequàm intercedat commistio sexus: sed a prima fide desponsationis vir sponsus, & mulier sponsa est, non coniunx. Sponsos autem & sponsas coniuges frequenter appellari dicunt, nō quia sint, sed quia futuri sunt. cuius rei sponsionem inuicem fecerunt, & secundum hoc verba præ- H missarum authoritatum intelligenda fore tradunt.

Qua ratione utuntur.

QVòd vero inter spōsam & coniugem plurimum interfit, ex eo astruūt, quia licet spōsæ ante carnalē copulā incōsulto, vel nolente spōso monasterium eligere, quo facto, sponso etiā licet aliam ducere. Coniugatus uero vel coniugata nec continentiam nisi ex cōmuni consensu seruare valet, nec monasterium petere, nisi vterque continentiā pariter profiteatur. Quòd vero licet sponsæ monasteriū eligere, authoritatibus sanctorum probatur. Ait enim Eusebius Papa. B Desponsatā puellam nō licet parentibus alii viro tradere, tamen licet sibi monasteriū eligere. Item Grego. Decreta legalia desponsatam, si conuerti voluerit, nullo penitus consueuerunt damno mulctari. Refert etiam Hiero. quòd Macharius inter Christi eremitas præcipuꝰ, celebrato nuptiali cōuiuio, cum vespere thalamū esset ingressurus, ex vrbe egrediens trāsmaria petiit, & eremi solitudinem sibi elegit. Beatus etiam Alexius similiter ex nuptiis diuina gratia vocatꝰ sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cępit. His authoritatibus & exemplis linquet licere sponsis sine consensu suarum sponsarum, & ecōuerso, continentiā profiteri.

27. qu. 2. c. Scripsit nobis. § Ecce. Vbi sup. §. Item beatꝰ.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ per hāc differentiam tāgitur finis coniunctionis, vt dictum est, & qa vt dicit Apostolus, Vir non est propter mulierem, sed mulier propter virum, ideo hæc differētia potius debet sumi a viro, q̄ a muliere.

Præcedēti quæst.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut vita ciuilis non importat actum singularē huius, vel illius, sed ea quæ ad communicationē ciuilem pertinent, ita vita coniugalis nihil est aliud quàm cōuersatio ad communicationē talē pertinens, & ideo quantum ad hanc vitā semper consuetudo est indiuidua, quāuis sit diuersa quantum ad actus singulares vtriusque.

¶ Ad quartum patet solutio ex dictis.

ARTICVLVS II.

b Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonij.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ consensus nō sit causa efficiens matrimonii. Sacramenta enim non sunt a I voluntate humana, sed ab institutione diuina: sed consensus ad voluntatem pertinet. ergo non est causa matrimonii, sicut nec aliorum sacramentorum.

4. Cōt. Gē. c. 78. 3. par. qu. 19. art.

¶ 2 Præt. Idem non est causa sui ipsius: sed matrimonium nihil aliud videtur esse quàm consensus, quia consensus ipse significat cōiūctionē Christi ad ecclesiā. ergo cōsensus nō est cā mr̄imonii.

¶ 3 Præt. Vnius debet esse vna cā: sed mr̄imoniū inter duos ē vnū, vt dictū est: consensus aūt duorū sunt diuersi, quia diuersorū sunt etiam in diuersa, ab vna .n. parte est cōsensus in virum, ex alia in vxorem. ergo mutuus consensus non est causa matrimonii.

SED CONTRA est, quod Chriso. dicit. Matrimonium nō facit coitus, sed voluntas.

27. q. 2. c. Matrimoniū.

¶ 2 Præt. Vnus non accipit potestatem in eo quod est libere alterius, nisi per eius cōsensum: sed per matrimonium accipit vterque coniugum potestatem in corpus alterius, vt patet. 1. Corin. 7. cum prius vterque sui corporis liberam potestatem haberet. ergo consensus, facit matrimonium.

VLTERIVS. Videtur, ꝙ non oporteat cōsensum per verba K exprimi, quia sicut per matrimoniū redigitur hō in potestatē alterius, ita per votum: sed votum obligat quo ad deū, ēt si non exprimatur verbis. ergo & consensus facit matrimonii obligationē, etiam sine expressione verborum.

¶ 2 Præt. Matrimoniū potest esse inter aliquos qui suum consensum sibi mutuo verbis exprimere nō possunt, quia vel sunt muti, vel diuersarum linguarum. ergo expressio consensus per verba non requiritur ad matrimonium.

¶ 2 Pręt. Si omittat illud qđ est de necessitate sacri quacūq; ex cā, nō est sacrm̄: sed in aliquo casu ē mr̄imoniū sine expssione verborū, sicut qñ puella tacet præ verecūdia parētibus eā viro tradētibus. ergo expressio verborū non est de necessitate matrimonii.

SED CONTRA. Matrimoniū est sacrm̄ quoddā: sed in oī sacro requiritur aliquod sensibile signum. ergo & in matrimonio, & ita oportet ibi saltem esse verba exprimentia cōsensum sensibiliter.

¶ 2 Præt. In matrimonio fit cōtractus inter virum & mulierē: sed ī quolibet cōtractu oportet eē expssionē verborū, qbus se mutuo hoīes obligēt, ergo ī mr̄imonio oportet eē cōsēsū ꝑ verba expsū.

VLTERIVS. Videtur ꝙ consensus expressus per verba de futuro, matrimoniū faciat, quia sicut se habet ꝓsens ad præsens, ita futurū ad futurum: sed consensus per verba de præsenti expressus facit matrimonium in præsenti. ergo consensus expressus per verba de futuro facit matrimonium in futuro.

¶ 2 Præt. Sicut in matrimonio fit quædam obligatio per verba exprimentia consensum, ita & in aliis ciuilibus contractibus: sed in aliis contractibus nō differt vtrū per verba de præsenti, vel de futuro obligatio fiat. ergo nec in matrimonio differt.

¶ 2 Præt. Per votū religionis homo cōtrahit matrimoniū spirituale cum deo: sed votum religionis fit per verba de futuro, & obligat. ergo similiter potest fieri matrimonium per verba de futuro.

SED CONTRA est, quia ille qui cōsentit in aliquā per verba de futuro, & postea cū alia per verba de præsenti, debet scd̄m iura habere secundā pro uxore: sed hoc non esset, si consensus per verba de futuro faceret matrimonium, quia ex quo verum est matrimonium cum vna, ea viuente non potest contrahi cum alia. ergo consensus per verba de futuro non facit matrimonium. C

¶ 2 Præt. Qui promittit se aliquid tractaturum, nondum facit illud: sed qui consentit per verba de futuro, promittit se cum aliqua tractaturū matrimoniū. ergo non contrahit adhuc cū illa.

II VLTERIVS. Videtur quòd consensus expressio per verba, etiam si desit interior consensus, facit matrimonium, quia fraus & dolus nemini debet patrocinari, secundum iura: sed ille qui verbis consensum exprimit, quem corde non habet, dolum committit. ergo non debet sibi patrocinari, vt ab obligatione matrimonii liber reddatur.

¶ 2 Præt. Assensus mentalis alterius non potest esse alicui notus, nisi quatenus per verba exprimitur. si ergo expressio verborum non sufficit, sed consensus interior requiritur in vtroq; cōiugum, tūc neuter poterit scire de altero, an sit ei verus coniux: & ita erit fornicator quandocunque matrimonio vtetur.

¶ 2 Præt. Si aliquis probatur per verba de præsenti in aliquam consensisse, cogitur per excommunicationis sñiam vt eā habeat in vxorē, quāuis dicat cōsensum mentalē defuisse, ēt si postea cū D alia cōtraxerit consensu mētali uerbis expresso: sed hoc nō esset, si requireretur cōsensus mētalis ad matrimoniū. ergo nō reqrit.

SED CONTRA est, quod Inno. 3. dicit in decre. quadā in isto casu loquēs. Sine cōsensu nequæunt cætera fędus ꝑficere cōiugale.

¶ 2 Præt. Intentio requiritur in omnibus sacris: sed ille qui corde non consentit, nō habet intentionē matrimoniū contrahendi. ergo non fit matrimonium.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ in omnibus sacramentis est aliqua spiritualis operatio mediante materiali operatione quæ eam significat, sicut per ablutionem corporalē in baptismo fit ablutio interior spiritualis: vnde cum in matrimonio sit quędam spiritualis cōiunctio, inquantum matrimoniū est sacramētū, & aliqua materialis secundum quod est in officiū naturæ & ciuilis vitæ, oportet ꝙ mediāte materiali fiat spiritualis virtute diuina: vnde cum coniunctiones materialium contractuum fiant per mutuum consensum, oportet quòd hoc modo etiam fiat matrimonialis coniunctio.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ sacramentorum prima causa est diuina virtus, quæ in eis operatur salutem: sed causæ secūdæ instrumentales sunt materiales operationes ex diuina institutione efficaciam habentes, & sic consensus in matrimonio est cā. E

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ matrimoniū nō est ipse cōsensus, sed quædā vnio ordinatorū adinuicē, vt dictū est, quā cōsensus facit: nec cōsensus proprie loquēdo, cōiunctionē Christi ad ecclesiā significat, sed volūtatē eiꝰ, qua factū ē vt ecclesiæ coniungeretur.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ sicut matrimoniū est vnum ex parte eius in quod fit coniunctio, quāuis sit multiplex ex parte coniunctorum: ita ēt consensus est vnus ex parte eius in quod consentitur, scilicet prædictæ coniunctionis, quamuis sit multiplex ex parte consentientium: nec est directe consensus in virum, sed in coniunctionem ad virum ex parte vxoris, & similiter ex parte viri consensus in coniunctionem ad vxorem.

AD SECVNDAM quæstionē dicendū, ꝙ sicut ex dictis A patet, coniunctio matrimonialis fit ad modum obligationis in contractibus materialibus. Et quia materiales contractus nō possunt fieri nisi sibi inuicem voluntatem suam verbis promant qui contrahunt, ideo ēt oportet quòd consensus matrimoniū faciens verbis exprimatur, vt expressio verborum se habeat ad matrimonium sicut ablutio exterior ad baptismum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in voto non est aliqua sacralis obligatio, sed spiritualis tātū: & iō nō oportet ꝙ fiat ad modū materialiū contractuū ad hoc ꝙ obliget, sicut ē de mr̄imonio.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quāuis nō possint vota sua mutuo verbis tales exprimere, possunt tamē exprimere nutibus, & tales nutus pro verbis computantur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut dicit Hug. de san. vict. Eos qui coniunguntur sic oportet consentire, vt inuicem se spontanee recipiant, quod iudicatur fieri, si in desponsatione non contradicant: vnde verba parentum computantur in casu illo ac si essent puellæ, sunt .n. sufficiens signū ꝙ sunt eius ex quo nō cōtra dicit.

Libr. 2. De sacrā. par. 11. cap. 4.

C AD TERTIAM qōnē dicēdū, ꝙ causæ sacramentales signando efficiunt, vnde efficiūt quod signāt: & quia cū aliquis cōsensum suū ꝑ verba de futuro exprimit, nō signat se facere matrimoniū, sed promittit se facturū: iō talis expressio consensus non facit matrimonium, sed dispositionem eius, quæ sponsalia nominantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ consensus exprimitur ꝑ verba de præsenti, & verba sunt præsentia, & in præsens consentitur pro eodem tempore: sed quando consensus fit per verba de futuro, verba sunt præsentia, sed consentitur in futurum, & ideo non pro eodem tempore, & propter hoc non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ēt in aliis cōtractibus, q verbis futuris vtitur, non transfert ꝓtātem rei suæ in alterum, vt si dicat, dabo tibi, sed solum quando verbis præsentibus vtitur.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ in voto professionis actus spiritualis matrimonii per verba de futuro exprimitur .s. obediētia, vel obseruātia regulæ, & nō ipsum matrimoniū spūale. Si aūt matrimonium spūale in futuro voueat, nō est votū spirituale, qa nondū ex hoc D aliquis est monachus, sed se futurum monachū pollicetur.

AD QVARTAM quæstionem dicēdum, ꝙ sicut se habet ablutio exterior ad baptismum, ita se habet expressio verborum ad hoc sacramentum, vt dictum est. Vnde sicut si aliquis ablutionem exteriorem reciperet nō intēdens accipere sacramētum, sed ludū & dolum facere, non esset baptizatus: ita expressio verborum sine interiori consensu matrimonium non facit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ibi sunt duo .s. defectus consensus, qui sibi patrocinatur in foro cōscientiæ, vt non astringatur vinculo matrimonii, quāuis non in foro ecclesiæ, in quo iudicatur secundum allegata: & dolus verborum, & hic non patrocinatur nec in foro pænitentiæ, nec in foro ecclesiæ, quia in vtroque pro hoc punitur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ si desit consensus mentalis ex parte vnius, ex neutra parte est matrimoniū, quia matrimoniū consistit in mutua cōiunctione, vt dictum est, tñ probabiliter pōt credi dolus nō eē, nisi signa euidētia doli appareāt, qa de quolibet ē præsumendū bonū, nisi ꝓbetur contrarium: vnde ille ex cuius E parte dolus non est, a peccato excusatur per ignorantiam.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ in tali casu ecclesia [d] compellit eū ad standum cum prima vxore, quia iudicat secundum ea quæ foris apparent, nec decipitur in iustitia, quamuis decipiatur in facto: sed ille debet potius excommunicationem sustinere, quàm ad primam vxorem accedat, vel debet in alias regiones remotas fugere.

D. 859.

ARTICVLVS III.

c Vtrum alter coniugum, etiam post carnalem copulā, possit altero inuito ad religionem transire.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd alter coniugum, etiam post carnalem copulam, possit altero inuito

inuito ad religionem transire, quia lex diuina magis debet spiritualibus fauere, quàm lex humana: sed lex humana hoc permisit. ergo multo fortius lex diuina permittere debuit.

¶ 2 Præt. Minus bonum non impedit maius bonum: sed matrimonii status est minus bonũ, quàm status religionis, vt patet. 1. Cor. 7. ergo per matrimonium non debet homo impediri quin possit ad religionem transire.

¶ 3 Præt. In qualibet religione fit quoddã spirituale matrimonium: sed licet de leuiori religione ad arctiorem transire. ergo & licet de matrimonio leuiori, scilicet carnali, ad arcti⁹, scilicet matrimoniũ religionis transire, ẽt inuita uxore.

27. q. 2. ca. Sunt qui dicunt.

SED CONTRA est, quod dicitur. 1. Cor. 7. vt nec etiam ad tempus vacẽt orationi coniuges sine mutuo consensu a matrimonio abstinentes.

¶ 2 Præt. Nullus potest facere licite, quod est in præiudiciũ alterius sine eius voluntate: sed votum religionis emissum ab vno coniugum est in præiudicium alterius, quia vnus habet potestatem corporis alterius. ergo vnus sine consensu alterius non potest votum religionis emittere.

II VLTERIVS. Videtur quòd nec etiam ante carnalem copulam. Indiuisibilitas enim matrimonii pertinet ad matrimonii sacramentum, inquantum scilicet significat perpetuam coniunctionem Christi ad ecclesiam: sed ante carnalem copulam post consensum per verba de præsenti expressum est verum matrimonii sacramentum. ergo non potest fieri diuisio per hoc quòd alter ad religionem intrat.

¶ 2 Præt. In ipso consensu per verba de præsenti expressio vni⁹ coniugum in alterum potestatem sui corporis transfert. ergo statim potest exigere debitum, & alter tenetur reddere, & ita nec potest vnus inuito altero ad religionem transire.

¶ 3 Præt. Matth. 19. Quod deus coniunxit, homo non separet: sed coniunctio quæ est ante carnalem copulam diuinitus facta est. ergo non potest separari humana voluntate.

Hieron. In prologo super Ioãné.

SED CONTRA est, quod secundum Hieronymum dominus Ioannem vocauit de nuptiis.

II VLTERIVS. Videtur quòd mulier non possit nubere alteri, viro ante carnalem copulam religionem ingresso, quia illud quod cum matrimonio stare potest, non soluit matrimoniale vinculum: sed adhuc manet matrimoniale vinculum inter eos qui pari voto religionem intrant. ergo ex hoc quòd vnus intrat religionẽ, alter nõ absoluitur a vinculo matrimoniali: sed quãdiu manet vinculum mřimoniale ad vnũ, nõ põt nubere alteri. ergo &c.

¶ 2 Præt. Vir post ingressum religionis, potest ante professionem redire ad sæculum. si ergo mulier posset alteri nubere viro intrante religionem, & ipse posset aliam ducere rediens ad sæculum, quod est absurdum.

De Regularibus & trãseun. a religionem c. Non solũ. libro. 6.

¶ 3 Præt. Per decretalẽ nouam professio ante annum emissa pro nulla reputatur. ergo si post talem professionem ad vxorem redeat, tenetur eum recipere. ergo neque per introitum viri in religionem, neq; per votum datur mulieri potestas nubendi alteri, alias vna mulier haberet duos viros.

SED CONTRA. Nullus potest alterũ obligare ad ea quæ sunt perfectionis: sed continentia est de his quæ ad perfectionẽ pertinent. ergo mulier non arctatur ad continẽtiam ex hoc quòd vir ad religionem ingreditur, & sic potest nubere.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd nullus potest facere obligationem deo de alieno: vnde cum per matrimonium consummatum iam sit corpus viri factum vxoris, nõ potest absq; cõsensu ipsius deo ipsum offerre ꝑ continẽtiæ votũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd lex humana considerabat matrimonium solum inquantum est in officium, sed lex diuina secundum quod est sacramentum, ex quo habet omnimodã indiuisibilitatem, & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd non est inconueniens maius bonum impediri per minus bonum, quod habet contrarietatem ad ipsum, sicut etiam bonum per malum impeditur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in qualibet religione cõtrahitur matrimonium ad vnam personam, scilicet Christum, cui quantũ ad plura obligatur aliquis in vna religione quàm in alia: sed ma-

Quòd coniugatus, uel coniugata nequeant continentiam profiteri sine alterius consensu.

HOc aũt coniugatis nullatenus licet. Nõ.n.põt uir melioris uitæ propositũ sumere sine uxoris cõsensu, & ecõtrario. Vnde Greg. scribens Theutistæ patritiæ. Sũt qui dicunt religionis gratia cõiugia debere solui. Vnde sciẽdũ est, quia & si hoc lex humana cõcessit, tñ lex diuina prohibuit. Si uero utriusq; cõueniat cõtinẽtẽ uitam ducere, hoc quis audeat accusare? Sic enim multos sanctorum nouimus cum suis cõiugibus, & prius continentem uitam duxisse, & post ad sanctæ ecclesiæ regimina migrasse. Si vero continentiam quam uir appetit, mulier non sequitur, aut quam uxor appetit, vir recusat, coniugium diuidi non potest, quia scriptum est. Mulier potestatem suę carnis non habet, sed vir. Similiter & uir potestatem suæ carnis non habet, sed mulier. Idem. Agathosa latrix præsentium questa est uirum suum contra

F trimonium materiale & religionis non fiunt ad vnam personam & ideo non est simile.

AD SECVNDAM quæstionem dicendũ, quòd ante carnalem copulam est inter coniuges tantum spirituale vinculum, sed post est inter eos etiam vinculum carnale: & ideo sicut post carnalem copulam matrimonium soluitur per mortem carnalem, ita per ingressum religionis ante carnalem copulam soluitur, quia religio est mors quædam spiritualis, qua aliquis sæculo moriens, viuit deo.

1. Cor. 7.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd matrimonium ante carnalẽ copulam significat illam coniũctionẽ quæ est Christi ad animã per gratiam, quæ quidẽ soluitur ꝑ dispositionẽ spiritualem contrariam, scilicet peccatum: sed per carnalem copulam significat coniunctionem ad ecclesiam quantum ad assumptionem humanæ naturæ in vnitatem personæ, quæ omnino est indiuisibilis.

17. qu. 2. c. Agathosa.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ante carnalem copulam nõ est omnino translatum corpus vnius sub potestate alterius, sed H sub cõditione, si interea alter coniugum ad frugem melioris vitę non conuolet: sed per carnalem copulã completur dicta translatio, quia tunc intrat vterque in corporalem possessionem sibi traditæ potestatis: vnde etiam ante carnalem copulam non statim tenetur reddere debitum post matrimonium contractum per verba de præsenti, sed datur ei tempus duorũ mensium propter tria. Primo, vt iterim possit deliberare de trãseũdo ad religionẽ: secũdo, vt præparent quæ sunt necessaria ad solẽnitatẽ nuptiarũ: terrio, ne vilem habeat maritus datã, quã non suspirauit dilatã.

¶ Ad tertium dicendum, quòd coniunctio matrimonialis ante carnalem copulã est quid imperfectũ quantum ad esse primum, vt supra dictũ est, sed non consummata quãtũ ad actũ scđm quem est operatio, & similatur possessioni corporali, & ideo nec omnimodam indiuisibilitatem habet.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut corporalis mors viri hoc modo vinculum matrimoniale soluit, vt mulier I nubat cui vult, scđm Apostoli sñiam: ita ẽt post mortẽ spũalẽ viri per religionis ingressum poterit cui voluerit nubere.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quando vterque pari voto continentiam vouet, tunc neuter coniugali vinculo abrenũtiat, & ideo adhuc manet: sed quando vnus tantum vouet, tunc quantum est in se, abrenuntiat vinculo coniugali, & ideo alter absoluitur a vinculo illo.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ nõ intelligitur mortuus sæculo per religionis ingressum, quousq; professionem emiserit, & ideo vsq; ad tẽpus illud tenetur eum vxor sua expectare.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ de professione sic emissa ante tẽpus determinatũ a iure, est idem iudiciũ quod de voto simplici, vnde sicut post votũ simplex viri mulier ei reddere debitũ nõ tenet, tñ ipsa non haberet potestatem alteri nubere, ita & hic.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de sponsalibus.

K

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Quid sint sponsalia.
¶ Secũdo, Qui possunt sponsalia contrahere.
¶ Tertio, Vtrum sponsalia dirimi possint.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sponsalia conuenienter dicantur futurarum nuptiarum promissio.

Ex verbis Nicolai. De sponsa. impub. ca. Vbi nõ est. Isidorus. libro. 9. ethymol. cap. 8.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sponsalia non conuenienter dicantur futurarum nuptiarũ promissio, vt habetur ex uerbis Nicolai Papæ, quia sicut dicit Isid. Est aliquis sponsus non quia promittit, sed quia spondet, & sponsores dat: sed a sponsalibus dicitur aliquis sponsus. ergo male dicitur promissio.

¶ 2 Præt. Quicumque promittit aliquid, debet compelli ad soluendum: sed illi qui sponsalia contrahunt, non compelluntur per ecclesiam ad matrimonium contrahendum. ergo sponsalia non sunt promissio.

¶ 3 Præt. In spõsalibus nõ est quandoq; sola promissio, sed additur iuramentũ & aliquę arrhæ. ergo videtur quòd nõ debuerint solũ per promissionem diffiniri.

¶ 4 Præt. Matrimonia debẽt esse libera & absoluta: sed sponsalia quandoque fiũt sub conditione etiã accipiẽdæ pecuniæ. ergo non conuenienter dicuntur promissio nuptiarum.

¶ 5 Præt. Promissio quæ est de rebus futuris, vituperatur, Iac. 4. sed circa sacramentum non debet aliquid esse vituperabile. ergo nec debet fieri promissio futurarum nuptiarum.

¶ 6 Præt. Nullus dicitur sponsus nisi a sponsalibus: sed aliquis dicitur sponsus ex præsentibus nuptiis, vt in litera dicitur. ergo sponsalia non semper sunt futurarum nuptiarum promissio.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, consensus in coniugalem copulam per verba de futuro non facit matrimonium, sed matrimonii promissionem: & hæc promissio dicitur sponsalia a spondendo, vt Isid. dicit. Nam ante vsum tabularũ matrimonii cautiones dabant, quibus spondebant se inuicem cõsentire in iure matrimoniali, & fideiussores dabant. Fit autẽ ista promissio dupliciter, scilicet absolute, & sub conditione. Absolute quatuor modis. Primo, nuda promissione, vt cum dicitur, Accipiam te in meam: & econtrario. secundo datis arrhis sponsalitiis, vt pecunia, vel huiusmodi, tertio annuli subarrhatione: quarto interueniente iuramento. Si autem fiat dicta promissio sub conditione, distinguendum est, quia aut est conditio honesta, vt cum dicitur, Accipiam te si parentibus placeat, & tunc stante conditione stat promissio, & non stante, non stat. Aut est inhonesta, & hoc dupliciter, quia aut est contrarium bonis matrimonii, vt si dicam, Accipiam te, si venena sterilitatis procures: & tunc nõ contrahuntur sponsalia. Aut non est contraria bonis matrimonii, vt si dicam, Accipiam te, si furtis meis consentias: & tũc stat promissio, sed tollenda est conditio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipsa sponsalia, & spõsorum datio est promissionis confirmatio, & ideo ad hoc determinatur quasi a perfectiori.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ ex tali promissione obligatur vnus alii ad matrimonium contrahendum, & peccat mortaliter non soluens promissum, nisi legittimum impedimentum interueniat: & secundum hoc etiam ecclesia cogit iniũgendo pænitentiã pro peccato, tamen in foro contentioso non compellitur, quia matrimonia coacta consueuerunt malos exitus habere, nisi forte iuramentum interuenerit, quia tunc cogendus est vt quidam dicunt, quamuis aliis non videatur propter causam prædictam, præcipue si de vxoricidio timeretur.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd illa addita non sunt nisi ad confirmandam promissionẽ, vnde non sunt aliud quam promissio.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd conditio illa quæ apponitur, non tollit matrimonii libertatem: quia si est inhonesta debet abiici, si autem honesta, aut de bonis simpliciter, vt si dicatur, Accipiã te si placet parentibus: & hæc conditio non tollit libertatem sponsalium, sed auget ei honestatem. Aut est de vtilibus, vt si dicat, Contraham tecum, si dabis mihi centum: & tunc hoc non ponitur quasi ad vendendum cõsensum matrimonii, sed intelligitur vt promissio dotis, vnde matrimonium libertatem non perdit. Quãdoque autem apponitur conditio pecuniæ per modum pœnæ, & tunc quia matrimonia debẽt esse libera, talis conditio non stat, nec potest exigi pœna illa ab eo qui non vult matrimonium complere.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Iacobus non intendit prohibere quòd omnino aliquis nullam promissionem de futuris faciat, sed quòd non promittat quasi fiduciam habens de vita sua. vnde docet quòd debet apponi conditio, si deus voluerit, quæ etiam si verbis non exprimatur, corde debet intelligi.

¶ Ad sextum dicendum, quòd in matrimonio potest considerari ipsa coniunctio matrimonialis & actus eius, & a sponsione primi in futurum dicitur sponsus a sponsalibus contractis per

voluntatem suam in monasterium esse cõuersum: quapropter experiẽtiæ tuæ præcipimus, vt diligenti inquisitione discutias, ne forte eius voluntate conuersus sit, vel ipsa mutare se ꝓmiserit. Et si hoc reperis, & illum in monasterio permanere prouideas, & hanc, sicut promisit, mutare vitam compellas. Si vero nihil horum est, nec quondam fornicationis crimen, propter quod licet vxorem dimittere, prædictam mulierem commisisse cognoueris, ne illius conuersio vxoris relictæ in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus vt maritum suum illi, etiam si iam tonsoratus est, reddere debeas omni excusatione cessante: quia nisi fornicationis causa virum uxorem dimittere nulla ratio cõcedit. Postquã enim copulatione coniugii viri & mulieris vnum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte remanere in sæculo. Item ex 8. synodo. Si quis con-

A verba de futuro: & a sponsione secundi dicitur aliquis sponsus etiam quando contractum est matrimonium per verba de præsenti, quia ex hoc ipso spondet matrimonii actum, tamen a prima sponsione dicuntur sponsalia proprie, quæ sunt quædam sacramentalia matrimonii, sicut exorcismus baptismi.

ARTICVLVS II.

Vtrum tempus septemnii sit competenter assignatum sponsalibus contrahendis.

De desponsatione in publi. c. literis.

B AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd tempus septẽnii nõ sit cõpetenter assignatum sponsalibus contrahendis. Contractus enim qui ꝑ alios fieri potest, non requirit discretionem in illis, ad quos pertinet: sed sponsalia fieri possunt per parentes vtroq; illorum ignorante, quorum sunt sponsalia. ergo ita possunt fieri ante septemnium, sicut post.

Vbi supra. c. Si quis.

¶ 2 Præt. Sicut ad contractum sponsalium requiritur aliquis rationis vsus, ita ad consentiendum in peccatum mortale: sed sicut Greg. narrat in 4. Dialo. Quidam puer propter peccatum blasphemiæ a diabolo extinctus est. ergo etiam ante septemnium possunt sponsalia contrahi.

cap. 10.

¶ 3 Præt. Sponsalia ad matrimonium ordinantur: sed in matrimonio non assignatur vnum tempus puellæ & puero. ergo nec in sponsalibus septemnium vtrique assignari debet.

¶ 4 Præt. Ex tunc aliqui possunt sponsalia contrahere, ex quo eis possunt futuræ nuptiæ placere: sed signa talis placentiæ frequenter apparent in pueris ante septem annos. ergo ante possunt contrahi sponsalia.

¶ 5 Præt. Si aliqui ante septem annos contrahunt sponsalia, & postea post septemnium ante tempus pubertatis contrahunt per verba de præsenti, reputantur inter eos esse spõsalia: sed hoc non est ex secundo contractu, quia tunc non intendunt sponsalia, sed matrimonium contrahere, ergo ex primo, & sic ante septemnium possunt sponsalia contrahi.

¶ 6 Præt. In his quæ communiter fiunt a pluribus, quod deest vni, suppletur ab altero, sicut patet in trahentibus nauem: sed cõtractus sponsalium est quædam communis actio inter contrahentes. ergo si vnus sit pubes potest contrahere cum puella, quæ non habet septem annos, spõsalia, quia quod vni deficit de tempore, alteri superabundat.

D ¶ 7 Præt. Si aliqui iuxta ætatem pubertatis, quàmuis ante eam contrahant per verba de præsenti, reputatur inter eos matrimonium esse. ergo pari rõne si ante septẽnium dũmodo sint ꝓpinqui cõtrahãt ꝑ verba de futuro, reputabũt inter eos esse spõsalia.

RESPON. Dicendum, quòd septemnium est tempus determinatum a iure sponsalibus contrahendis satis rationabiliter: quia cum sponsalia sint quædam promissio futurorum, vt dictum est, oportet ꝙ illorũ sint qui aliquo mõ promittere possunt, qđ non est nisi illorũ qui hñt aliquam prudentiã de futuris, quæ vsum rõnis requirit, respectu cuius triplex gradus notat̃ ſm Philosophum in 1. ethic. Primus est, cum quis neque intelligit per se, neque ab alio capere potest. Secundus status est, cum homo ab alio capere potest, sed ipse per se non sufficit ad intelligendum. Tertius est, cum homo & ab alio iam capere potest, & per seipsum considerare. Et quia ratio paulatim in homine conualescit, secundum quod quietantur motus & fluxibilitas humorum, iõ E primum statum rationis obtinet homo ante primum septemniũ, & propter hoc illo tempore nulli contractui aptus est, & ita nec sponsalibus. Sed ad secundum statum incipit homo peruenire in fine primi septemnii, vnde etiam tunc tempori pueri ad scholas ponũtur. Sed ad tertium statum incipit homo peruenire in fine secundi septemnii quàm tum ad ea quæ ad personam ipsius pertinent, in qua ratio naturalis citius conualescit: sed quantum ad ea quæ extra ipsum sunt, in fine tertii septemnii: & ideo ante primum septẽnium nulli contractui homo aptus est, sed in fine primi septemnii incipit esse aptus ad aliqua promittendum in futurum, præcipue de his, ad quæ ratio naturalis inclinat magis, non autem ad obligandum se perpetuo vinculo, quia adhuc non habet firmam voluntatem, & ideo possunt tali tempore contrahi sponsalia: sed in fine secundi septemnii iam potest obligare se de his quæ ad personam ipsius pertinent, vel ad reli-

religionem, vel ad coniugium: sed post tertium septẽnium etiã potest de aliis se obligare, & secundum leges constituitur ei potestas disponendi de rebus suis post uigint quinque annos.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ si ante annos pubertatis fiat contractus sponsalium per aliũ, ambo, vel alter reclamare possunt, vnde tũc nihil est actũ, adeo ꝙ nec aliqua affinitas ex hoc contrahatur: & ideo sponsalia, q̃ inter aliquos per personas alias cõtrahuntur, robur habent inquantum illi, inter quos contrahuntur, ad ætatẽ debitam venientes non reclamant, ex quo intelliguntur consentire his, quæ per alios facta sunt.

Vbi supra, c. Si vir.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quidam dicunt, ꝙ ille puer, de quo Greg. narrat, nõ fuerit dãnatus, nec mortaliter peccauit, sed visio illa ostẽsa fuit ad patrẽ contristandum, qui in illo peccato peccauerat non corrigẽs. Sed hoc est expresse contra intentionem Greg. dicentis, ꝙ pater pueri animã paruuli filij negligẽs nõ paruũ peccatorẽ geennę ignibus nutriuit. Et ideo dicendum, ꝙ ad peccatũ mortale sufficit etiã consensus præsens, sed in sponsalibus est consensus in futurum: maior autẽ rationis discretio requiritur ad prouidẽdum in futurum, q̃ ad consentiendum in vnũ præsentẽ actum, & ideo ante potest hõ peccare mortaliter, q̃ possit se obligare ad aliquid futurum.

Vbi supra, cap. Si abstines.
Vbi supra, ca. Scripsit nobis.
Vbi supra,

iugatus conuerti ad monasterium velit, non est recipiendus, nisi prius a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Tales ergo tunc sine culpa sequuntur Christum relicto sæculo, si habent ex pari voluntate castitatis consensum. Item. Si vir & vxor diuertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine consensu Episcopi fiat, vt ab eo singulariter prouiso constituantur loco. Nam vxore nolente, vel altero illorum, etiam pro tali re matrimonium non soluitur. Item Augustinus. Si abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ. Item, Nicolaus Papa. Scripsit nobis Thaberga Regina regia se uelle dignitate, uel copula exui, & sola uita priuata esse contentam desiderare, cui scripsimus, non hoc

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in tẽpore contractus matrimonij non solum requiritur dispositio ex parte vsus rationis, sed etiã ex parte corporis, vt sit tẽpus generationi aptũ. Et quia puella in duodecimo anno ad hoc venit vt possit esse actui generationis apta, puer autem in fine secundi septennij, vt Philos. dicit in 9. de animalib. simul autem vsum discretionis accipiũt, qui tãtum in sponsalibus requiritur: ideo in sponsalibus determinatur vnum tempus vtrique, non autem in matrimonio.

De historia aĩal. lib. 5. cap. 14.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ illa placẽtia quæ est in pueris ante septennium non procedit ex perfectæ rationis vsu, cum nondum sint plenæ susceptibiles disciplinę, sed magis contingit ex motu naturæ, quàm ex aliqua ratione, & ideo nõ sufficit talis placentia ad sponsalia contrahendum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis per secundum contractum in casu illo non faciant matrimonium, tamen ostendunt se ratam habere priorem promissionem, & ideo prior contractus accipit firmitatem.

¶ Ad sextũ dicendum, ꝙ trahẽtes nauem agunt per modum vnius causæ, & ideo quod deest vni potest suppleri de altero: sed sponsalia contrahentes agunt vt distinctæ personæ, quia sponsalia nõ nisi inter duos esse possunt, vnde in vtroq; requiritur ꝙ sit sufficiens ad contrahendum, & ideo defectus vnius sponsalia impedit, nec ex altero potest suppleri.

¶ Ad septimum dicendum, quòd in sponsalibus etiã similiter si appropinquant contrahentes ad tẽpus septennij, cõtractus spõsalium habet robur, quia sm Philos. in 2. phys. Quod parũ deest, nihil deesse videtur. Hæc autẽ propinquitas a quibusdã terminatur tempus sex mensium: sed melius est ꝙ determinetur secundum conditionem contrahentium, quia in quibusdam magis acceleratur rationis vsus, quàm in aliis.

T. com. 56.

ARTICVLVS III.

Vtrum sponsalia dirimi possint altero regionem intrante.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sponsalia dirimi non possunt altero religionem intrante, quia de

F pecunia quam alicui promisi, non possum alteri licite obligationem facere: sed ille qui sponsalia contrahit, corpus suum promittit mulieri. ergo non potest se offerre deo vlterius in religione.

¶ 2 Item. Videtur quòd nec debeant dirimi, quãdo alter coniugum ad longinquã regionem se transfert, quia in dubiis semper tutior pars eligenda est: sed tutius esset quòd eũ expectaret, ergo tenetur eũ expectare.

¶ 3 Item. Videtur quòd nec dirimat per ægritudinẽ quã aliquis incurrit post contracta spõsalia; quia pro pœna nullus debet puniri: sed vir qui infirmitatem incurrit, punitur in hoc, ꝙ ei ius suum aufertur, quod in illa habebat quæ sibi fuerat despõsata. ergo propter corporalem infirmitatem non debent sponsalia dirimi.

¶ 4 Item. Videtur quòd nec propter affinitatem interuenientem, vtputa, si sponsus consanguineam sponsæ fornicario concubitu cognoscat, quia secundum hoc sponsa puniretur pro peccato sponsi, quod non est conueniens.

aliter fieri posse, nisi eandem uitam uir eius Lotharius elegerit. Ex his patet, quòd coniugati sine communi consensu monasterium eligere, continentiam profiteri, vel habitum religionis sumere nõ ualent, & si fecerint, reuocari debent. Sponsi uero B possunt sine communi consensu monasterium eligere, unde uidetur inter G sponsum & sponsam coniugium non esse. Ideoque asserunt a prima fide desponsationis coniuges appellari non re præsentium, sed spe futurorum: quia ex fide, quam ex desponsatione sibiinuicem debent, postea efficiuntur coniuges. Præmissas autem authoritates, qui bus asseritur quòd consensus matrimonium facit, ita intelligi uolunt, ut consensus, uel pactio coniugalis non ante coitum faciat matrimonium, sed in coitu. H Sicut enim defloratio uirginitatis

¶ 5 Item. Videtur quòd non possunt seinuicem absoluere, quia hoc est maxime leuitatis, vt primo contrahant, & postmodum se absoluant: sed talia non debent ab ecclesia sustineri. ergo &c.

¶ 6 Item. Videtur quòd nec propter alterius fornicationem, quia adhuc per sponsalia vnus non accipit potestatem in corpus alterius, & ita videtur quòd in nullo contra inuicem peccant si interim fornicantur, & sic sponsalia dirimi non debent per hoc.

I ¶ 7 Item. Videtur quòd nec per contractum cum alia per verba de præsenti, quia secunda venditio non derogat venditioni primæ. ergo nec secundus contractus potest derogare primo.

¶ 8 Item. Videtur quòd nec per defectum ætatis possint dirimi; quia quod non est, non potest dissolui: sed ante ætatem determinatam sponsalia contracta nulla fuerunt. ergo dirimi non possunt.

RESPON. Dicendum, quòd in omnibus prædictis casibus sponsalia contracta dirimuntur, sed diuersimode: quia in duobus, scilicet cum quis ad religionem cõfugit, & cum alter coniugum cum altero per verba de præsenti contrahit, ipso iure sponsalia dirimuntur: sed in aliis casibus dirimi debent secũdum iudicium ecclesiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd talis promissio soluitur per mortem spiritualem, cum sit spiritualis tantum, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dubium illud determinatur ex hoc, quòd alter non compareret tempore statuto ad matrimonium perficiendum: vnde si ex parte eius non defuit quin matrimonium cõpleret, potest licite alteri nubere sine aliquo peccato. Si autem per eum stetit, quòd matrimonium non est completum, debet agere pœnitentiam de peccato fractæ promissionis, aut iuramenti, si iuramentũ interuenit, & contrahere cum aliqua, si vult, iudicio ecclesiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si ante contractum matrimonium aliquam grauem infirmitatem incurrat alter eorum, inter quos sunt contracta sponsalia, quæ ipsum nimis debilitet, vt epilepsia, vel paralysis, aut eum deformet, vt abscisio nasi, vel orbitas oculorum, vel aliquid huiusmodi: aut quæ sunt contra bonum prolis, vtpote, lepra, quæ solet prolem inficere, possunt sponsalia dirimi ne sibinuicem displiceant, & matrimonium sic contractum malum exitum sortiatur: nec pro pœna punitur aliquis, sed ex pœna damnum reportat, quod non est inconueniens.

¶ Ad

¶ Ad quartum dicendum, quòd si sponsus cognouit consanguineam sponsæ, vel econuerso, tunc debent sponsalia dirimi, & ad hoc probandum sola fama sufficit propter scandalum vitandũ. Causæ enim quæ in futurum expectant effectus suos, impediuntur a suis effectibus non solum ex eo quod est, sed ex eo quod futurum est: vnde sicut affinitas, si esset tempore contractus sponsalium, impediuisset contractum illum, ita si interueniat ante matrimonium, quod est effectus quidam sponsalium, prior contractus ab effectu suo impeditur: nec in hoc aliquid detrahitur alteri, immo ei confertur, quia absoluitur ab eo qui p fornicationẽ deo se odiosum reddidit.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd quidam non recipiunt istum casum, sed contra eos decre. est, quæ expresse dicit. Ad instar, inquit, eorũ qui societatem fidei contrahũt, & postea eãdem sibi remittunt, potest in patiẽtia tolerari si mutuo se ab soluunt, qui sponsalia contraxerunt. Sed ad hoc dicunt, quòd ecclesia magis hoc sustinet ne peius eueniat, q̃ hoc sit de iure: sed hoc non videtur exemplo conuenire quod decre. adducit. Et ideo dicendum, ꝙ non semper est leuitatis retractare quæ prius firmata sunt, quia incertæ sunt prouidentię nostræ, vt dicitur in lib. Sapientiæ.

non facit matrimonium, nisi præcedat pactio coniugalis, ita nec pactio coniugalis antequam adsit copula carnalis. Ex pactione ergo cõiugali sponsi & sponsæ fiunt ante coitum. In coitu vero efficiuntur coniuges. Facit enim pactio coniugalis, vt quæ prius erat sponsa, in coitu fiat coniunx.

Responsio ad prædicta cum determinatione superiorum.

His autem ita respõdemus, sit aliquando desponsatio vbi est compromissio viri & mulieris de cõtrahẽdo matrimonio: non est autem ibi consensus de præsenti, & est desponsatio habens consensum de præsenti, id est, pactionem coniugalem, quæ sola facit coniugium. In illa ergo desponsatione vbi est pollicitatio cõtrahendi matrimonium, sponsi tãtum & sponsæ fiunt, non coniuges: & talibus sponsis licet sine communi consensu continentiam profiteri, & monasterium eligere. In ea uero desponsatione vbi est cõsensus de pręsenti coniugiũ contrahitur, & ab illius desponsationis prima fide veri coniuges appellantur. Secundum hãc distinctionem desponsationis, de sponsis varie loquuntur doctores.

B

Quomodo accipiatur sponsa in supradictis capitulis.

Aliquando enim spõsas vocant, quæ talem habuerũt desponsationem, vbi fuit pactio coniugalis de præsenti, & illæ uere coniuges sunt. Vnde Greg. Si quis vxorem desponsauerit, vel subarrauerit, quamquam postmodũ præueniente die mortis eius nequiuerit eam ducere in vxorem, ta C men nulli de consanguinitate eius licet accipere eã in cõiugio, & si inuentum fuerit, factum separetur omnino. Item Iulius Papa. Si quis desponsauerit uxorem, & subarrauerit, & uel præueniente die

¶ Ad sextum dicendum, quòd quamuis nondum dederint sibi mutuo potestatem corporis sponsalia contrahentes, tamẽ ex hoc efficiuntur sibinuicem suspecti de non seruanda fide in futurũ, & ideo potest sibi præcauere vnus contra aliũ spõsalia dirimẽdo.

¶ Ad septimum dicendum, quòd ratio illa teneret, si esset vnius rationis vterque contractus: sed secundus contractus matrimonii est fortior primo, & ideo soluit ipsum.

¶ Ad octauum dicendum, quòd quamuis non fuerint vera spõsalia, tamen fuit ibi quidam sponsalium modus, & ideo ne videatur approbare ad annos legitimos veniens, debet petere solutionem sponsalium iudicio ecclesiæ faciendam propter bonum exemplum.

QVAESTIO III.

Deinde quæritur de bigamia.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum bigamiæ sit irregularitas adiuncta.
¶ Secũdo, Vtrum soluatur per baptismum.
¶ Tertio, Vtrum possit dispensari in tali irregularitate.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum illi bigamiæ quæ est ex hoc, quòd aliquis duas uxores successiue habuit, sit irregularitas annexa.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd illi bigamiæ, quæ ẽ ex hoc ꝙ aliquis duas vxores successiue habuit, non sit irregularitas annexa, quia multitudo & vnitas consequuntur ens. ergo ens & non ens non faciunt multitudinem aliquam: sed ille qui habet

A successiue duas vxores, quando vna est in esse, alia non est in esse. ergo ex hoc non efficitur vir non vnius vxoris, qui secundum Apostolum ab episcopatu prohibetur.

1. ad Timo. 3. cap.

¶ 2 Præt. Maius signum incontinentiæ apparet in eo qui plures fornicarie cognoscit, q̃ qui plures vxores successiue habet: sed ex primo non efficitur aliquis irregularis. ergo nec ex secundo.

¶ 3 Præt. Si bigamia irregularitatem cãt, aut hoc est ratione sacramẽti, aut ratione carnalis copulæ: sed non ratione primi, quia sic si aliqs cum vna contraxisset per verba de præsenti, & ea mortua ante carnalem copulam subsecutam duceret aliam, videretur irregularis, qđ est contra decre. Inno. tertii. Nec iterum ratione secundi, quia secundum hoc etiã qui plures fornicario concubitu cognosceret, irregularis esset, quod falsum est. ergo nullo modo bigamia irregularitatẽ causat.

De Bigam. c. Nuper. § Nos autẽ. Et habetur 27. qu. 2. ca Si quis vxorem.

VLTERIVS. Videtur ꝙ irregularitas non sit annexa bigamiæ, quæ contingit ex hoc ꝙ homo habet duas vxores simul, vel successiue, vnam de iure, & aliam de facto, quia vbi nullum est sacramentum, non potest esse defectus sacramenti: sed quando aliquis contrahit cum aliqua de facto, & non de iure, non est ibi aliquod sacramentum, quia talis coniunctio non significat coniunctionem Christi ad ecclesiam. ergo cum irregularitas non consequatur bigamiam nisi propter defectum sacramenti, videtur quòd talem bigamiam irregularitas non consequatur.

Vbi sup. ca. Si quis despõsauerit.

D ¶ 2 Præt. Aliquis accedens ad illam, cum qua contrahit de facto & non de iure, committit fornicationem, si non habeat aliam vxorem legitimam, vel adulterium si habeat aliam: sed diuidere carnem suam in plures per fornicationem, vel adulterium non causat irregularitatem. ergo nec prædictus bigamiæ modus.

¶ 2 Præt. Contingit quòd aliquis antequàm cognoscat carnaliter illam cum qua de iure contraxit, cum alia contrahat de facto non de iure, & eam carnaliter cognoscat siue prima mortua, siue prima viuente, talis contraxit cum pluribus vel de iure, vel de facto, & tamen non est irregularis, quia carnem suam non diuisit in plures. ergo ex prædicto modo bigamiæ non contrahitur irregularitas.

VLTERIVS. Videtur ꝙ non contrahatur irregularitas ex hoc, ꝙ aliquis non virginem ducit vxorem, quia plus impeditur aliquis defectu proprio quàm alieno: sed si ipse contrahens non sit virgo, non fit irregularis. ergo multo minus si vxor eius non sit virgo. III

E ¶ 2 Præt. Potest esse quòd aliquis deflorauit aliquam, & postea ducat eam in vxorem, talis non videtur fieri irregularis, quia non diuidit carnem suam in plures, nec etiam vxor eius: & tamẽ ducit corruptam in vxorem. ergo talis modus bigamiæ irregularitatem non causat.

¶ 2 Præt. Nullus potest contrahere irregularitatem nisi voluntarius: sed aliquis quandoque ducit vxorem non virginem inuoluntarius, vt quando credit eam virginem esse, & postea inuenit eam fuisse corruptam cognoscens eam. ergo talis modus non semper facit irregularitatem.

¶ 2 Præt. Corruptio sequens matrimonium est vituperabilior quàm præcedens: sed si vxor postquam consummatum est matrimonium, ab alio cognoscatur, non efficitur vir irregularis, alias puniretur pro peccato vxoris: potest etiam esse quòd postquam hoc sciat, reddat ei debitum poscenti antequam de adulterio accusata condemnetur. ergo videtur quòd ille modus bigamiæ non causet irregularitatem.

SED CONTRA est quod Grego. dicit. Præcipimus ne vnquam illicitas ordinationes facias, ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus vxorem, aut ignoranter habens, vel qualibet parte corporis vitiatam, vel pæniæ, vel curię cuiuslibet cōditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quod aliquis per sacramētū ordinis minister sacramentorum constituitur, & ille qui aliis sacramenta ministrare debet, nullū defectum in sacramentis pati debet. Defectus autem in sacramento est, quādo sacramenti significatio integra nō inuenitur: sacramentū autem matrimonii significat cōiunctionē Christi ad ecclesiam, quæ est vnius ad vnam, & ideo requiritur ad perfectā significationem sacramenti, vt vir sit tantum vnius vir, et vxor tantum vnius vxor, & ideo bigamia quæ hoc tollit, irregularitatem inducit. Et sunt quatuor modi bigamię. Primus est, cū quis habet plures vxores de iure successiue. Secundo, cum simul habet plures, vnam de iure, aliam de facto. Tertius, cum plures habet successiue, vnam de iure, aliam de de facto. Quartus, quando viduam ducit in vxorem, & in omnibus his est irregularitas adiuncta. Alia aut causa consequens assignatur, quia in illis qui accipiunt sacramentum ordinis maxima spiritualitas debet apparere, tum quia spiritualia ministrāt scilicet sacramenta: tum quia spiritualia docent, & in spiritualibus occupari debent. Vnde cum concupiscentia maxime spiritualitati repugnet, per quam totus homo caro efficitur, non debet aliquod signum concupiscentiæ permanētis in eis apparere, quod quidem in bigamis apparet, qui vna vxore contenti esse nolunt, tamen prima ratio est melior.

Vbi supra. c. Qui desponsatam.

Matth. 1. cap. 22.

AD PRIMVM ergo dicēdū, quod multitudo plurium vxorū simul existentium est multitudo simpliciter, & ideo talis multitudo totaliter significationi sacramenti repugnat, & propter hoc tollitur sacramentum, sed multitudo vxorum successiue est multitudo secundum quid: & ideo non tollit significationem sacramenti totaliter, nec sacramentum euacuat quantum ad sui essentiam, sed quantum ad sui perfectionem quæ requiritur in illis qui sunt sacramentorum dispensatores.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis sit in fornicariis maioris concupiscentiæ signum, non tamen concupiscentiæ ita adhærentis, quia per fornicationem vnus alteri non in perpetuum obligatur, & ideo ibi non est defectus sacramenti.

¶ Ad tertium dicendū, quod sicut dictum est, bigamia causat irregularitatem, inquantum tollit perfectam significationem matrimonii, quæ quidem consistit in coniunctione animorum, quæ fit per consensum, & in coniunctione corporum: & ideo ratione vtriusque oportet simul esse bigamiam quæ irregularitatem faciat, vnde per Decre. Inno. abrogatur id quod magister in litera dicit, scilicet quòd solus consensus per verba de præsenti sufficit ad irregularitatem inducendam.

Vbi supra.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quod in secundis duobus modis bigamiæ contrahitur irregularitas, quia quāuis in altero non sit sacramentum, est tamen quædam sacramenti similitudo: unde isti duo modi sunt secundarii, & primus est principalis in irregularitate causanda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis ibi non sit sacramentum, est tamen ibi aliqua similitudo sacramenti, quæ non est in fornicatio, vel in adulterino cōcubitu, & ideo non est simile. Et per hoc patet solutio ad secundum.

mortis; vel irruentibus quibusdā causis eam nō cognouerit, nec frater eius, nec vllus de consanguinitate eius eandem sibi tollat in vxorē vllo unquam tempore. Itē Gre. Qui despōsatam proximi sui puellam cęperit in coniugium, anathema sit ipse, & omnes consentiētes ei, quia secūdum legē Dei mori decernitur. Nā diuinæ legis mos est sponsas appellare coniuges, vt in Euangelio. Accipe Mariā coniugem tuam. Et in deutronō. Si quis alterius sponsam in agro, vel quolibet loco oppresserit, vel adduxerit in domum suam, moriatur: quia vxorem proximi sui violauit, non quæ iam vxor erat, sed quæ a parētibus vxor fieri debebat. Ex his colligitur, quòd sponsæ quædam coniuges sunt ante commistionem sexuum. H Sed forte illud mouet quod in fine capituli dicitur, non quæ iam vxor erat, sed quæ uxor fieri debebat. Quod non ita debet intelligi, quasi vxor vere non fuerit, ex quo pactio coniugalis intercessit: sed quia nondum traducta fuerat,

F ¶ Ad tertium dicendum, quòd in tali casu non reputatur bigamus, quia primum matrimonium non habuit perfectam suam significationem: tamen si per iudicium ecclesiæ compellatur ad primam redire, & eam cognoscere, statim efficitur irregularis: quia irregularitatē nō facit peccatū, sed imperfectio significationis.

nec res vxoria intercesserat, scilicet concubitus coniugalis.

Quòd aliter accipitur in his aliis capitulis sponsa.

Hæc etiam sponsa est, quæ sic viro desponsata est, vt non intercessit cōsensus G de præsenti, sed sponsio futuri, secundum quem modum illud decretū intelligitur. Si quis sponsam filii oppresserit, & post filius eius eam duxerit, pater postea non habeat vxorē, nec mulier uirum, filius qui patris facinus ignorauit, aliam ducat. Si coniux illa fuisset, quod utique foret si in sponsalibus pactio cōiugalis intercessisset, nō permitterentur sponso aliam ducere. Mœchis autem pœna non nubendi ex rigore infligitur, vt alii terreantur. Idem ex eodem. Quidā despōsauit uxorem, & dotauit, & cum ea coire non potuit, quam clanculo frater eius corrupit, & grauidam reddidit. Decretum est, ut quāuis nupta non potuerit esse legit-

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quod in coniunctione Christi & ecclesię vnitas ex vtraque parte inuenitur, & ideo siue diuisio carnis inueniatur ex parte viri, siue ex parte vxoris, est defectus sacramenti, sed tamē diuersimode: quia ex parte viri requiritur quod aliā non duxerit in vxorem, nō quòd sit virgo, sed ex parte vxoris requiritur etiam quòd sit virgo, cuius ratio a decretistis assignatur, quia episcopus significat ecclesiam militantem, cuius curā gerit, in qua sunt multæ corruptiones: sed sponsa significat Christū qui virgo fuit, & ideo ex parte sponsæ requiritur virginitas, sed nō ex parte spōsi ad hoc quòd aliquis episcopus fieri possit. Sed hæc ratio est expresse contra Apostolum Eph. 5. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus ecclesiam, ex quo apparet quòd vxor significat ecclesiam, & sponsus Christum. Et iterum quia vir est caput mulieris, sicut Christus ecclesiæ. Et ideo alii dicunt, quòd per spōsum significatur Christus, per sponsam significatur ecclesia triūphans, in qua non est aliqua macula: Christus autem primo habuit synagogam quasi concubinam, & sic non tollitur aliquid de perfectione significationis sacramenti, si sponsus prius habuit. I Sed hoc est valde absurdum, quia sicut est vna fides antiquorum & modernorum, ita vna ecclesia: vnde illi qui tempore synagogæ deo seruiebant, ad vnitatem ecclesiæ in qua deo seruimus, pertinebant. Et præterea, hoc est expresse contra id quod habetur Hierem. 3. Ezech. 16. Osee. 2. vbi expresse fit mentio de despōsatione synagogæ: vnde non fuit sicut concubina, sed sicut vxor. Et præterea, secundum hoc fornicatio esset sacramentum illius coniunctionis, quod est absurdum: & ideo gentilitas priusquam a Christo desponsaretur in fidem ecclesiæ, corrupta fuit a diabolo per idolatriam. Et ideo aliter dicendum, quòd defectus in ipso sacramento causat irregularitatem: corruptio autem carnis extra matrimonium contingens, quæ præcessit matrimonium, nullum defectum facit in sacramento ex parte illius in quo est corruptio, sed facit defectum ex parte alterius, quia actus contrahentis matrimonium non cadit supra seipsum, sed supra alterum: & ideo ex termino specificatur, qui etiam est respectu illius actus quasi K materia sacramenti. Vnde si mulier esset ordinis susceptiua, sicut vir, efficitur irregularis ex hoc quòd ducit in vxorem, corruptā, non autem ex hoc quod corruptus contrahit, ita fieret mulier irregularis si contraheret cum corrupto, non autem si contraheret corrupta, nisi in alio matrimonio prius fuisset corrupta. Et per hoc patet solutio ad primum.

27. qu. 2. c. Si quis spōsam.

Vbi sup. c. Quidā desponsauit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in tali casu sunt diuersæ opiniones, tamen probabilius est, quòd non sit irregularis, quia carnem suam non diuisit in plures.

¶ Ad tertium dicendum, quòd irregularitas non est pœna inflicta, sed defectus quidam sacramenti, & ideo non oportet quòd semper sit voluntaria bigamia ad hoc quòd irregularitatem causet, & ideo ille qui vxorem ducit corruptam, quàm virginē credit, irregularis est eam cognoscens.

¶ Ad quartum dicendum, quòd si mulier fornicetur post contractum matrimonium, non efficitur ex hoc vir irregularis, nisi post corruptionem adulterinam eam iterato cognoscat, quia alias

alias corruptio vxoris nullo modo cadit sub actu matrimoniali viri, sed si etiam per ius ei debitum compellatur reddere, vel ex conscientia propria illa petente debitum ante condemnationem adulterij irregularis efficitur, quàmuis de hoc sint opiniones: sed hoc quod dictum est, est probabilius, quia hic non quæritur quid sit peccatum, sed significatio tantum. A

ARTICVLVS II.

Vtrū bigamia per baptismum soluatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod bigamia per baptismum soluatur. Dicit enim Hiero. super epistola ad Titū, quod si quis ante baptismū plures vxores habuit, vel vnam ante, & aliā post, non est bigamus, ergo bigamia per baptismum soluitur.

¶ 2 Præt. Qui facit quod maius est, facit quod minus est: sed baptismus tollit omne peccatum, quod est grauius quàm irregularitas. ergo tollit bigamiæ irregularitatem.

¶ 3 Præt. Baptismus tollit omnem pœnā ex actu prouenientem: sed irregularitas bigamiæ est huiusmodi. ergo &c.

¶ 2 Præt. Bigamus est irregularis inquantum deficit a repræsentatione Christi: sed per baptismum plene Christo conformatur. ergo soluitur illa irregularitas.

D ¶ 3 Præt. Sacramenta nouæ legis sunt magis efficacia quàm sacramenta veteris legis: sed sacramenta veteris legis soluebant irregularitates, vt in primo libr. dictum est a magistro. ergo & baptismus qui est efficacissimum sacramentum in noua lege soluit irregularitatem ex bigamia contractam.

SED CONTRA est quod Augustin. dicit. Acutius intelligunt, qui nec eum qui catechumenus, aut paganus habuit alteram ordinandum censuerunt, quia de sacramento agitur, non de peccato.

¶ 2 Præt. Sicut idem dicit. Femina si catechumena, vel pagana vitiata est, non potest inter dei virgines post baptismum velari, ergo eadem ratione nec bigamus ante baptismum ordinari.

RESPON. Dicendum, quòd baptismus soluit culpas, & non soluit coniugia, unde cum ex ipso coniugio sequatur irregularitas, per baptismum tolli non potest, vt dicit Aug.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in casu isto non tenetur opinio Hieron. nisi forte velimus eum exponere, quod loquitur quantum ad superiorem dispensationem.

E ¶ Ad secundum dicendum, quòd nō oportet vt quod facit maius, faciat minus, nisi sit ad id ordinatum: & hoc deficit in proposito, quia baptismus ad irregularitatem tollendā non ordinatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc intelligendum est de pœnis quæ consequuntur ex actuali peccato quasi inflictæ, non infligendæ: non enim aliquis virginitatem per baptismum recuperat, & similiter nec carnis indiuisionem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd baptismus conformat Christo quantum ad virtutem mentis, sed non quantum ad statum carnis, quæ consideratur in virginitate, vel diuisione carnis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ille irregularitates ex leuibus causis, non perpetuis erant contractæ: & ideo etiam per illa sacramenta auferri poterant, & iterum erant ad hoc ordinata, non autem baptismus ad hoc ordinatur.

timo viro, desponsatam tamen fratri frater habere nō possit: secundū mœchus & mœcha fornicationis quidem uindictam sustineant, licita uero eis coniugia non negētur. De illa desponsatione hoc intelligi debet vbi non fuit consensus cōiugalis de præsenti, alioquin non liceret eis alia sortiri cōiugia. B Secundum hoc etiam illud intelligi debet. Statutum est a sacro conuentu, vt si quis sponsam alterius rapuerit, publica pænitentia mulctetur, & sine spe cōiugii maneat, & si ipsa eidem crimini consentiēs non fuerit, licentia nubendi alteri non negetur. Apparet hanc fuisse desponsatam sine pactione coniugali de præsenti, & ideo non fuisse coniugem, cui viuēnte sponso alteri nubendi licentia non negatur. C Sunt enim quædam nuptialia pacta de futuro, ex quibus sponsi & sponsæ uocantur, nec exinde coniuges sunt. Et est pactio quædam coniugalis de præsenti, quæ sponsum & sponsam etiā coiuges facit, & vtraque pactio desponsatio, vel sponsalia interdum dicuntur: proprie tamen sponsalia dicuntur quædam solemnia pacta nuptialia.

ARTICVLVS III.

Vtrum cum bigamo liceat dispensare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd cū bigamo non liceat dispensare, quia extra de biga. dicitur. Cum clericis, qui inquātum in ipsis fuit, secūdas mulieres sibi coniūxerunt matrimonialiter, tanquam cum bigamis nō licet dispensare. De Bigam. c. Nuper. §. Nos autē.

¶ 2 Præt. Cōtra ius diuinum non licet dispensare: sed omnia quæ in canone dicuntur, ad ius diuinum pertinēt. cū ergo Apostolus in scriptura canonica dicat. Oportet episcopū non nisi vnius vxoris virum esse, videtur quòd non possit in hoc dispensari. Et habetur 27. q. 2. ca. Institū est. 1. ad Timothe. cap. 3.

¶ 2 Præt. Nullus potest dispēsare in his quæ sunt de necessitate sacramenti: sed non esse irregularē est de necessitate sacramenti ordinis, cū significatio quæ est sacramento essentialis desit, ergo nō potest in hoc dispensari.

¶ 2 Præt. Quod rationabiliter factum est, non potest rationabiliter mutari. si ergo potest rationabiliter dispensari cum bigamo, irrationabiliter est ei adiuncta irregularitas, quod est inconueniens. Dist. 34. ca. ultimo in fine.

SED in contrarium est quòd Lucius Papa dispensauit cum Panormitano episcopo, qui erat bigamus. De spōsal. & Matrim. c. Requisiuit.

¶ 2 Præt. Martinus Papa dicit. Lector si viduam vxorē accipiat, in lectoratu permaneat, aut si necessitas fuerit, subdiaconus fiat, nihil autem supra, similiter si bigamus fuerit. ergo ad minus vsque ad subdiaconatum cum eo dispensari potest. Dist. 34. ca. Lector.

RESPON. Dicendum, quòd bigamiæ non est adiuncta irregularitas de iure naturali, sed de iure positiuo: nec iterum est de essentialibus ordinis quod aliquis non sit bigamus, quod patet ex hoc quòd si aliquis bigamus ad ordines accedat, characterem recipit: & ideo Papa potest dispensare in tali irregularitate totaliter, sed episcopus quantum ad minores ordines. Et quidam dicunt, quod etiam quantum ad maiores in illis qui volunt deo in religione seruire propter vitandum religiosorum discursum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per illam decre. ostēditur eadem esse difficultas dispensandi in illis qui de facto cum pluribus contraxerunt, ac si de iure contraxissent, non quod subtrahatur simpliciter potestas Papæ in talibus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc verum est quantum ad ea quæ sunt de iure naturali, & quantum ad ea quæ sunt de necessitate sacramentorum & fidei, sed in aliis quæ sunt de institutione Apostolorum, cum ecclesia habeat nunc eandem potestatem statuendi & destruendi, quam tunc habuit, potest per eum, qui primatum in ecclesia tenet, dispensari. D. 220 519

¶ Ad tertium dicendum, quòd non quælibet significatio est de essentia sacramenti, sed tantum illa quæ pertinet ad officium sacramenti, & talis non tollitur per irregularitatem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in particularibus non potest inueniri ratio quæ omnibus competat æqualiter propter eorum diuersitatem, & ideo quod uniuersaliter statutum est, rationabiliter consideratis istis quæ in pluribus accidunt, potest etiam per dispensationem rationabiliter remoueri in aliquo casu determinato.

Quare non statim tradantur sponsæ.

De nuptialibus pactis, vbi est tantum sponsio futuri ait Augu. Institutum est, ut iam pactæ sponsæ nō statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam suspirauit sponsus dilatam.

Quæ sponsa sit uidua mortuo sponso, & quæ non.

Et est sciendum, quòd illa sponsa quæ tantum in futuro ē pacta, mortuo spōso non remanet uidua, quia nō fuerat vir eius: unde si quis eam duxerit, ad sacros ordines conscendere non prohibetur, quia non duxit uiduam. Viduæ enim maritus æque sicut bigamus sacerdos fieri prohibitur. Ex tali autem copula nullus arcetur a sacris ordinibus.

Qui alterius sponsam eo mortuo ducit, ad sacros ordines accedere potest.

Secundum hoc intelligendum est, quod ait Pelagius Papa de illo qui mortuo

EXPOSI-

EXPOSITIO TEXTVS.

SI *autem uerbis exprimant &c.* & loquitur hic magister quantum ad forum exterius ecclesiæ, in quo secundum ea quæ apparent, iudicatur, & accipitur dol' nõ latens in corde, sed aliquo modo per signa exteriora expressus, vt cum se alio nomine vocat: sed quantum ad forum conscientiæ non est verum quod magister hic dicit. *Eremi solitudinem elegit &c.* Eremitę etiã quãmuis obedientiã non promittant, tamen votum continentiæ habent annexum, & ex mora secundũ determinatum tempus eorum votum solemnizatur.

Etiam si iam tonsuratus est, non tamen tenetur tonsuram, & habitum religionis deferre, quia vel non fuit vera professio eius, si cõtradicente vxore votũ emisit: vel si ea non contradicente, & tamen in sæculum remanẽte votum professionem emisit, cuius fuerit verũ votum: suspenditur tamen ad tempus viuente vxore, inquantum fuit in præiudiciũ eius. Vnde post mortem vxoris tenetur ad religionem redire, nec potest aliam ducere: interim tamen nõ tenetur habitũ deferre, vel tonsuram, tum propter virtuperium vxoris, tum propter scandalum vitandum.

Cui copulatus in coniugio alterius &c. magister & Pelagius loquũtur secundum rigorem iuris: vnde hodie ſm iura noua non tenetur, qa nõ est aliquod obstaculum ex parte sacramenti, vt prius dictum est.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM magister ostendit, ꝙ sensus est causa efficiens matrimonij, hic ostendit qualiter debeat esse consensus, qui matrimonium facit. Et diuiditur in partes duas. In prima inquiritur, vtrum consensus per verba de futuro iuramento confirmatus matrimonium faciat. In secunda, ostẽdit quid sit consensus ille, qui matrimonium facit, ibi. *Hic quæritur cum consensus &c.* Circa primum duo facit. Primo, determinat veritatem. Secũdo, obiicit in contrarium, ibi. *Præmisse autem sententiæ &c.* & circa hoc duo facit. Primo, obiicit contra id quod immediate determinatum est. Secundo, cõtra id quod in precedenti dist. habitũ fuit, ibi. *Etiam sententiæ illæ &c.* & vtrumq; diuiditur in obiectionẽ, & solutionem, vt per se patet in litera.

QVAESTIO PRIMA.

Hic quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum iuramentum consensui expresso per verba de futuro aduenies matrimonium faciat.

¶ Secundo, Vtrum carnalis copula eidem aduenies.

¶ Tertio, Vtrũ occultus consensus per verba de præsenti sufficiat ad matrimonium faciendũ.

¶ Quarto, In quid sit cõsensus, qui matrimonium facit.

ARTICVLVS I.

a Vtrum iuramentum adiunctum consensui per uerba de futuro faciat matrimoniũ.

DPRIMVM sic procedi-
tur. Videtur quòd iuramẽtum adiunctum cõsensui per verba de futuro faciat matrimonium. Nullus. n. potest se obligare vt faciat contra ius diuinum: sed implere iuramentum est de iure diuino, vt patet Matth. 5. Redes autem domino iuramẽta tua, ergo per nullam obligationem sequentem potest euenire, ꝙ homo non debeat implere iuramentũ prius factum. si ergo post consensum in aliquam per verba de futuro iuramento firmatum, aliquis se alteri obligat per verba de præsenti, videtur quòd nihilomin⁹ debeat iuramẽtum primũ seruare: sed hoc nõ esset nisi iuramento illo esset matrimonium perfectũ. ergo iuramentum adiunctum consensui de futuro facit matrimonium. Desponsa, & matrim. ca. Si inter virum, In auth. quibus modis nat. effic. §. pen. coll. 8. Ethi 30. 5. c. Siquis.

¶ 2 Præt. Veritas diuina est fortior, quàm veritas humana: sed per iuramentum veritate diuina firmatur aliquid. cum ergo verba exprimentia consensum de præsenti, in quibus est sola humana veritas, matrimonium perficiant, videtur quòd multo amplius id efficere possint verba de futuro iuramento firmata.

¶ 3 Præt. Secundum Apostolum ad Hebr. Omnis controuersiæ finis est iuramentum. ergo in iudicio saltem plus standum est iuramento, quàm simplici verbo, si ergo aliquis simplici verbo consentiat in aliquam per verba de futuro iuramento firmata, videtur quòd iudicio ecclesiæ debeat compelli stare cum prima, & non cum secunda.

¶ 4 Præt. Verba de futuro simpliciter prolata sponsalia faciũt: sed iuramentum ibi aliquid operatur, ergo facit plus quàm sponsalia: sed vltra sponsalia non est nisi matrimonium, ergo facit matrimonium.

SED CONTRA. Quod futurum est, non est sed iuramentum additum non facit quin verba de futuro significent consensum de futuro. ergo adhuc matrimonium non est.

§ Præt. Postquàm perfectum est matrimonium, non oportet quòd alius consensus interueniat ad matrimonium: sed post iuramentũ aduenit alius consensus, qui matrimonium facit, alias frustra iurareturr illud esse futurum. ergo non facit matrimonium.

RESPON. Dicendum, quòd iuramentum adhibetur pro confirmatione dictorũ, unde illud tantum confirmat quod in dictis significatus, nec significatum mutat: & ideo cum verba de futuro ex ipsa significatione sua habeant, quòd matrimoniũ non faciant, quia quod futurum promittitur nondũ fit, etiam si iuramentũ adueniat, nondum est matrimoniũ factũ, sicut magister in litera dicit.

AD PRIMVM. ergo dicendum, ꝙ implere iuramentũ licitum est de iure diuino, non autem implere iuramentum illicitum. Vnde si aliqua obligatio sequens iuramentum faciat illud illicitum, cum prius fuisset licitum, non derogat iuri diuino, qui iuramentum prius factum non seruat, & ita est in proposito. Illicite enim iuratur, quod illicite promittitur: promissio autem de alieno est illicita, vnde consensus sequens per verba de præsenti, quo aliquis transfert dominium sui corporis in aliam, facit præcedens iuramentum esse illicitum, quod prius licitum erat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd veritas diuina efficacissima est ad firmandum illud cui adhibetur. Vnde patet solutio ad tertium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd iuramẽtum operatur aliquid non nouam obligationem faciens, sed factam cõfirmans, & sic grauius peccat qui eam violat.

ARTICVLVS II.

b Vtrum carnalis copula post uerba de futuro consensum exprimentia faciat matrimonium.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd carnalis copula post verba de futuro consensum exprimẽtia faciat matrimonium, quia magis est consentire facto, quàm verbo: sed ille qui carnaliter commiscetur facto consentit promissioni quàm prius fecit. ergo videtur quòd multo magis per hoc fiat matrimonium, quàm si solis verbis de præsenti consensus fieret.

¶ 2 Præt. Consensus non solum expressus, sed etiam interpretatiuus facit matrimoniũ: sed nulla potest esse maior interpretatio consensus, quàm carnalis copula. ergo per hoc perficitur matrimonium.

¶ 3 Præt. Omnis coniũctio carnalis præter matrimoniũ facta, est peccatũ: sed mulier nõ videtur peccare admittens sponsum ad carnalem copulam, ergo per hoc fit matrimonium.

¶ 4 Præt. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: sed quis non potest mulieri quam deflorauit sub specie matrimonij restituere ablatum, nisi eam in coniugium ducat. ergo videtur ꝙ si etiam post carnalem copulam cum alia contraxerit per verba de præsenti, ꝙ teneatur ad primã redire, quod non esset, nisi inter eos esset matrimonium. ergo carnalis copula post consensum de futuro facit matrimonium. De reg iur. lib. 6.

SED CONTRA est, quod dicit Nicolaus Papa. Si cõsensus in nuptiis defuerit, cætera etiam cũ ipso coitu celebrata frustrantur. 27. q. 2. ea. Sufficiat.

¶ 2 Præt. Quod cõsequitur ad aliquid nõ facit ipsum: sed carnalis copula sequitur matrimoniũ sicut effectus causam, ergo nõ potest facere matrimoniũ.

RESPON. Dicendum, ꝙ de matrimonio possumus loqui dupliciter. Vno modo, quantũ ad forũ cõscientiæ, & sic in rei veritate, carnalis copula nõ habet, ꝙ faciat matrimonium, cuius sponsalia præcesserũt per verba de futuro, si cõsensus interior defuit: qa verba etiam de præsenti exprimentia consensum, si cõsensus mentis deesset, non facerent matrimonium, vt supra dictum est. Alio modo, quantum ad iudicium ecclesiæ: & quia in exteriori iudicio secundũ ea quæ foris patent, iudicatur, cum nihil possit expressius significare consensum, quàm carnalis copula, ſm iudicium ecclesiæ carnalis copula consequẽs sponsalia matrimoniũ facere iudicatur, nisi aliqua signa expressa doli, vel fraudis appareant. Dist. præce. q. 1. artı. 2. q. 4. in cor.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ille qui carnaliter cõmiscet facto, cõsentit in carnalẽ copulã ſm rei veritatem: sed in matrimoniũ nõ cõsentit ex hoc ipso nisi ſm interpretationẽ iuris.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ interpretatio illa nõ mutat rei veritatem, sed iudicium quod exterius de rebus fit.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ si sponsa sponsum admittat credens eũ velle matrimoniũ cõsummare, excusatur a peccato, nisi aliqua signa expressa fraudis appareant, sicut si sunt multum distantis cõditionis, vel quantũ ad nobilitatẽ, vel quantũ ad sortunam, vel aliud signum euidens appareat: sed tamẽ sponsus peccat & fornicando, & quod plus est, fraude quàm facit.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ in tali casu sponsus antequàm aliã duxerit, tenetur eam ducere in vxorẽ, si sint æqualis conditionis, vel si sponsa sit melioris conditionis: sed si aliam duxerit iam factus est impotens ad soluendum illud, ad quod tenebatur, & ideo sufficit si ei de nuptiis prouiderit: & ad hoc etiam non tenetur, vt quidam dicunt, si sponsus sit multo melioris conditionis, aut aliquod signum euidens fraudis fuerit, quia præsumi probabiliter potest, quòd sponsa non fuerit decepta, sed decipi se finxerit. D. 859

ARTICVLVS III.

c Vtrum consensus in occulto factus per uerba de præsenti faciat matrimonium.

De clãdest. desponſ. c. Quod nobis.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd cõsensus in occulto factus per verba de præsenti non faciat matrimonium

monium. Res enim in potestate alterius existens non transfertur in potestatem alterius, nisi consentiente illo, in cuius potestate erat: sed puella erat in potestate patris, ergo non potest per matrimonium transire in potestatem viri, nisi patre consentiente, & ita si fiat in occulto consensus etiam per verba de præsenti expressus non erit matrimonium.

¶ 2 Præt. Sicut in matrimonio est act⁹ noster quasi de essentia sacramenti, ita in pœnitētia: sed sacramentum pœnitentiæ non perficitur nisi mediantib⁹ ecclesiæ ministris, qui sunt sacramentorū dispensatores. ergo nec matrimonium potest perfici in occulto absque sacerdotali benedictione. 27. q. 2. ca. Sufficiat.

¶ 3 Præt. Baptism⁹, quia potest in occulto fieri, & in manifesto, non prohibet ab ecclesia fieri in occulto: sed ecclesia prohibet clādestina matrimonia. ergo non possunt fieri in occulto.

¶ 4 Præt. Inter eos qui in secundo gradu sibi attinent, nō potest matrimoniū contrahi, quia ecclesia prohibuit: sed similiter ecclesia phibuit clandestina matrimonia. ergo non possunt esse vera matrimonia.

rum sit ecclesiæ de hoc iudicare si expedierit.

De qua re sit consensus ille, an de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.

Hic quæritur, cum consensus de præsenti matrimonium faciat, cuius rei consensus sit ille, an d carnalis copulæ, an cohabitationis, an vtriusque. Si cohabitationis consensus matrimonium facit, tunc frater cum sorore, pater cum filia potest contrahere matrimonium. Si carnalis copulæ, tunc inter Mariam & Ioseph non fuit coniugium. Proposuerat enim Maria in virginitate manere, nisi Deus aliter facere iuberet, secūdum quod videtur angelo dixisse: Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? idest, me non cognituram proposui? Neque enim quia virum tunc non cognoscebat, necesse erat inquiri quomodo posset habere filium, sed quia se numquam (Luc. 1.) G cognituram proposuerat. Dicit enim Beda, quòd in virginitate manere disposuerat. Si ergo contra suum propositum post consensit in carnalem copulam, videtur facta voti rea mente, & si non opere violata. Dicamus ergo quòd cōsensus cohabitationis, vel carnalis copulæ non facit coniugium, sed cōsensus coniugalis societatis uerbis secundum præsens tempus expressis, ut cum uir dicit, Ego accipiam te in meam, non dominam, non ancillam, sed coniugem. Quia enim non ancilla, uel domina datur, ideo nec de summo, nec de imo a principio formata est, sed de latere uiri ob coniugalem societatem. Si de summo fieret, ut de capite, uideretur ad dominationem creata. Si uero de imo & de pedibus, uideretur ad seruitutē subii- H cienda. Sed quia nec in dominam, neo in ancillam assumitur, facta est de medio, idest, de latere, quia ad coniugalem societatem assumitur. Cum ergo sic conueniunt, ut dicat uir; Accipio te in meā coniugem, (Super Luc. c. 1. expositionis autē suæ lib. 1. cap. 3.)

Sed contra. Posita causa ponitur effectus: sed causa efficiens matrimonij est consensus per verba de præsenti expressus. ergo siue fiat in publico, siue in occulto, matrimonium sequitur.

¶ 2 Præt. Vbicumque est debita forma, & debita materia, ibi est sacramentum: sed in occulto matrimonio seruatur debita materia, quia sunt personæ legitimæ ad contrahendum: & debita forma, quia sunt verba de præsenti consensum exprimentia. ergo est ibi verum matrimonium.

Respon. Dicendum, quòd sicut in aliis sacramentis quædam sunt de essentia sacramenti, quibus omissis non est sacramentum, quædam autem ad solemnitatem sacramenti pertinent, quibus omissis verum perficitur sacramentum, quàmuis peccet qui omittit: ita etiam cōsensus d expressus per verba de præsenti inter personas legitimas ad contrahendum, matrimonium facit, quia hæc duo sunt de essentia sacramenti, alia autem omnia sunt de solemnitate sacramenti, quia ad hoc adhibentur vt matrimonium conuenientius fiat: vnde si omittantur, verum matrimonium est, quàmuis peccent sic contrahentes, nisi per aliquam legitimam causam excusentur. D.856.

Ad primum ergo dicendū, quòd puella non est in potestate patris quasi ancilla, vt sui corporis potestatem non habeat, sed quasi filia ad educandum: & ideo secundū hoc quòd libera est, potest se in potestatem alterius absque consensu patris dare, sicut etiam potest aliquis, vel aliqua intrare religionē absque consensu parentum, cum sit persona libera.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actus noster in pœnitentia quàmuis sit de essentia sacramenti, non est tamē sufficiens ad inducendum proximum effectum sacramenti, scilicet absolutionem a peccatis, & ideo oportet quòd ad perfectionem sacramenti interueniat actus sacerdotis: sed in matrimonio actus nostri sunt causa sufficiens ad inducendum proximum effectum, qui est obligatio: quia quicumque est sui iuris, potest se alteri obligare, & ideo sacerdotis benedictio non requiritur in matrimonio quasi de essentia sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam prohibitum est, quòd baptismum nullus recipiat nisi a sacerdote, nisi in articulo necessitatis: matrimonium autem non est sacramentum necessitatis, & ideo non est similis ratio. Prohibentur autem clandesti-

F na matrimonia propter pericula, quę inde euenire solent, quia frequenter in talibus est aliqua fraus ex altera parte: frequenter etiam ad alia coniugia trāseunt, dum pœnitent de istis, quæ subito facta sunt, & multa alia mala inde accidunt, & speciem turpitudinis præter hoc habent.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd nō sunt prohibita clandestina matrimonia quasi contra essentialia matrimonij existentia, sicut sunt prohibita matrimonia illegitimarum personarū, quæ sunt materia indebita huic sacramento, & ideo non est simile.

Articulus IIII.

d Vtrum consensus qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd consensus qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam: quia sicut dicit Hiero. Vouentibus virginitatem, non solum nubere, sed velle nubere dānabile est: sed non esset damnabile nisi esset virginitati contrarium, cui nuptiæ non cōtrariantur nisi ratione carnalis copulæ. ergo consensus voluntatis qui est in nuptiis, est in carnalem copulam. (3. par. q. 29. art. 2.) (Habetur dist. 17. ca. Vouentib⁹. Et 17. q. 1. c. Vouentibus.)

¶ 2 Præt. Omnia quæ sunt in matrimonio inter virum & vxorem possunt esse licite inter fratrem & sororem, excepta carnali copula: sed non potest licite inter eos fieri consensus matrimonialis. ergo consensus matrimonialis est consensus in carnalem copulam.

I ¶ 3 Præt. Si mulier dicat viro, cōsentio in te vt non cognoscas me, non est consensus matrimonialis, quia aliquid est ibi contra substantiā prædicti consensus: sed non esset, nisi dictus consensus esset in carnalem copulam ergo &c.

¶ 4 Præt. In qualibet re initium consummationi respōdet: sed matrimonium consummatur per carnalem copulam. ergo cū initietur per consensum, videtur quòd consensus sit in carnalem copulam.

Sed contra. Nullus consentiens in carnalem copulam est virgo mente, & carne: sed beatus Ioannes euangelista post consensum nuptialem est virgo mente, & carne. ergo non consensit in carnalem copulam.

¶ 2 Præt. *Effectus* respondet causæ: sed cōsensus est causa matrimonialis. cum ergo de essentia matrimonij non sit carnalis copula, videtur quòd nec consensus qui matrimonium facit, sit in carnalem copulam.

K Respon. Dicendum, quòd consensus qui matrimoniū facit, est consensus in matrimonium, quia effectus proprius voluntatis est ipsum volitum: vnde sicut se habet carnalis copula ad matrimonium, ita consensus qui matrimonium causat, est in carnalem copulam. Matrimonium autem, vt supra dictum est, non est essentialiter ipsa coniunctio carnalis, sed quædam associatio viri, & vxoris in ordine ad carnalem copulam, & alia quæ ex consequenti ad virum, & vxorem pertinent, secūdum quod eis datur potestas inuicem respectu carnalis copulæ, & hæc associatio coniugalis copula dicitur. Vnde patet quòd bene dixerunt illi, qui dixerunt quòd consentire in matrimonium est consentire in carnalem d copulam implicite, nō explicite. Nō enim debet intelligi, nisi sicut implicite continetur effectus in sua causa: quia potestas carnalis copulæ, in quam consentitur, est causa carnalis copulæ, sicut potestas vtēdi re sua est causa vsus. (In arg. 1. in opposit. sub si huius artic.) (D.718.)

Ad

Ad primum ergo dicēdum, quòd consensus in matrimonium ideo est damnabilis post votum virginitatis, quia per talem cōsensum datur potestas ad id quod non licet, sicut peccaret qui daret potestatem alteri accipiendi illud quod ipse in deposito habet, non solum in hoc quòd ei actualiter traderet.

De consensu autem beatæ Virginis infra dicetur.

& dicat mulier, Accipio te in meū virum: his verbis, vel aliis idem significantibus exprimitur consensus non copulæ carnalis, vel cohabitationis corporalis, sed coniugalis societatis, ex qua oportet eos cohabitare, nisi forte causa religionis pari uoto corporaliter separentur, uel ad tempus usque in finem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inter fratrem & sororem non potest, esse potestas in inuicem ad carnalem copulam, sicut nec licite carnalis copula, & ideo ratio non consequitur.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd illa conditio explicita non solum actui, sed potestati contrariatur carnalis copulæ, & ideo est contraria matrimonio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd initiatū matrimoniū respondet cōsummato, sicut habit⁹, vel potestas actui, q est operatio. Rationes autem contrariæ ostendunt, quòd non sit consensus in carnalem copulam explicite, & hoc verum est.

EXPOSITIO TEXTVS.

Sine *quibus legitime fit &c.* Contra. In secundis nuptiis non est benedictio d sacerdotalis, & tamen est honestas matrimonij. Et dicendum, quòd non est ibi honestas quantum ad perfectam significationē matrimonij, vnde propter defectum sacramenti benedictio intermittitur. *Matrimonium non facit consensus &c.* Hoc intelligitur quantū ad iudiciū ecclesię, sed quantū ad iudiciū conscientiæ solus consensus matrimonium facit firmum. *Quia non de capite, nec de pedibus.* Videt ꝙ sit de excellētissimo loco sumpta, quia cor est membrorum principalissimum, iuxta quod sunt costæ. Et dicendū, ꝙ cor est nobilissimum quantum ad originem vitæ, sed caput quantum ad complementum virtutum, quibus fit motus & sensus, in quibus consistit vita sensitiua.

DIVISIO TEXTVS.

Postquam ostendit magister, quòd consensus sit causa matrimonij, hic ostendit quibus impediatur consensus, ne matrimonium efficere possit, & diuiditur in partes duas. In prima, determinat de impedimento coactionis. In secunda, de impedimēto erroris. 30. dist. ibi. *Nec solum coactio &c.* Prima in tres. In prima, ostendit quòd coactus consensus non facit matrimonium. In secunda, ostendit quòd si post coactionem liber consensus adueniat, matrimonium verum erit, ibi. *Veruntamen qui inuiti.* In tertia, qualiter intelligendus sit aliquis consentire, ibi. *Consentire autem probatur.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum aliquis consensus possit esse coactus.
¶ Secūdo, Vtrum aliqua coactio cadat in constantem virum.
¶ Tertio, Vtrum consensus coactus faciat matrimonium.
¶ Quarto, Vtrum aliquis possit cogi a patre ad contrahendum matrimonium.

Articvlvs primvs.

a Vtrum aliquis consensus possit esse coactus.

Ad primum sic proceditur. Videtur ꝙ nullus consensus possit esse coactus. Coactio enim in libero arbitrio cadere non potest secundum aliquem statum eius, vt in 2. lib. dist. 25. dictum est: sed consensus est actus liberi arbitrij. ergo non potest esse coactus.

¶ 2 Præt. Violentum, quod est idem quod coactum, secundum Philos. est, cuius principium est extra nil conferente vim passo: sed consensus omnis principium est intra. ergo nullus consensus potest esse coactus. (3. Ethicor. c. 1.)

A ¶ 3 Pręt. Omne peccatū in consensu perficitur: sed illud quo perficitur peccatum cogi non potest, quia secundum August. nullus peccat in eo quod vitare non potest. cum ergo vis a Iuristis diffiniatur esse maioris rei impetus, qui repelli non potest, videtur ꝙ consensus esse nō possit coactus, vel violentus. (Lib. 1. retract. Et hr 15. q. 1. cap. Quod autē §. Vsqueadeo.)

DISTINCTIO XXIX.

A

Coactio excludit consensum coniugalem.

Oportet aūt cōsensum coniugalem liberum esse a a coactione. Coactus B enim consensus, qui nec consensus appellari debet, coniugium nō

¶ 4 Præt. Dominiū libertati opponitur: sed coactio ad dominiū pertinet, vt patet in quadam diffinitione Tullij. Dicit enim quòd vis est impetus dominātis retinens rem infra terminos alienos. ergo vis in libero arbitrio non cadit, & ita nec in consensum q est actus ei⁹.

Sed contra. Illud quod esse non potest, nō potest aliquid impedire: sed coactio cōsensus impedit matrimonium, vt in litera dicitur. ergo consensus potest cogi.

¶ 2 Præt. In matrimonio est quidam contractus: sed in contractibus potest esse voluntas coacta, vnde legislator in integrum restitutionē adiudicat, ratum non habens quod vi siue metus causa factum est. ergo etiam in matrimonio potest esse consensus coactus. (De his quę vi metusvè causa fiūt. c. 1. 2. 3. & 4.)

Respon. Dicendum, quòd duplex est coactio, vel violētia. Vna quę facit necessitatem absolutam, & tale violentum dicitur a Philosopho violentum simpliciter, vt cum quis alium corporaliter impellit ad metum. Alia quæ facit cōditionatam C necessitatem, & hanc vocat Philosophus violentum mistum, sicut cum quis proiicit merces in mare, ne periclitetur: & in isto violento, quàmuis hoc quod fit, non sit per se volūtarium, tamen consideratis circūstantiis hic & nunc, voluntarium est. Et quia actus in particularibus sunt, ideo simpliciter voluntarium est, sed secundum quid inuoluntarium: vnde hæc violentiā, vel coactio potest esse in cōsensu, qui est actus d volūtatis, non autem prima. Et quia hæc coactio fit ex hoc, quòd timetur aliquod periculum imminens, ideo ista uis idem est quod metus, qui voluntatem cogit quodammodo, sed prima vis cadit etiam in corporalibus actibus. Et quia legislator non considerat solū interiores actus, sed magis exteriores, ideo per vim intelligit coactionem simpliciter, propter quod vim contra metum diuidit: sed nunc agitur de consensu interiori, in quem nō cadit coactio, seu vis, quæ a metu distinguitur, & ideo quantum ad propositum pertinet, idem est coactio quod metus. Est D autem metus secundum Iurisperitos, instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Nam primæ rationes procedunt de coactione prima: secundæ, de secunda. (D. 385 607)

Articvlvs II.

Vtrum coactio metus cadat in constantem uirum.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd coactio metus non cadit in constantem virum, quia de ratione constantis est, quòd non trepidet in periculis. cum ergo metus sit trepidatio mentis ratione periculi imminentis, videtur ꝙ non cogatur metu.

¶ 2 Præt. Omnium terribilium finis est mors, secundum Philosophum in 3. eth. quasi perfectissimum inter terribilia: sed cō E stantes non coguntur morte, quia etiā fortis pericula mortis sustinet. ergo nullus metus cadit in constantem virum.

¶ 3 Præt. Inter alia pericula præcipue timetur a bonis periculum famæ: sed timor infamiæ non reputatur timor cadens in constantem virum, quia vt dicit lex, Timor infamiæ non continetur illo edicto, quod metus causa factū est. ergo nec aliquis alius metus cadit in constantem virum. (Vbi supra, c. cum dilectus.)

¶ 4 Præt. Metus in eo qui metu cogitur, peccatum relinquit, quia facit eum promittere quod non vult soluere, & sic facit eū mentiri: sed non est constantis aliquod etiam peccatum minimum pro aliquo timore facere. ergo nullus metus cadit in constantem virum.

Sed contra. Abraham, & Isaac constantes fuerunt: sed in eis cecidit metus, quia ratione metus dixerunt vxores suas esse sibi sorores. ergo metus potest cadere in constantem virum.

¶ 2 Præt. Vbicumque est violentum mistum, est aliquis metus

cogens:

cogens: sed aliquis quantumcumque constans potest pati tale violentum, quia si fit in mari, merces proiicit tempore naufragij. ergo metus potest cadere in constantem virum.

RESPON. Dicendum, quòd cadere metum in aliquem, est aliquem metu cogi. Cogitur autem aliquis metu, quando aliquid facit qđ alias non vellet ad euitādum aliquid quod timet. In hoc autē constans ab inconstanti distinguitur quantum ad duo. Primo, quātum ad qualitatem periculi quod timetur, quia cōstans sequitur rationem rectam, per quam scit aliquid, pro quo scit dimicādum, vel faciēdum. Semper aut minus malum, vel maius bonum eligendum est, & ideo constans ad minus malum sustinendum cogitur metu maioris mali, non autem cogitur ad maius malum, vt vitet minus malum: sed inconstans cogitur ad maius malum propter metū minoris mali, sicut ad peccatū propter metum corporalis pœnæ. Sed pertinax econtrario non potest cogi etiam ad minus malum sustinendum, vel faciendum, vt euitet maius malum: vnde cōstans est medius inter inconstantem, & pertinacē. Secūdo, differunt quo ad æstimationem periculi imminentis, quia constans non nisi ex forti æstimatione, & probabili cogitur, sed inconstans ex leui, Prouer. 28. Fugit impius nemine persequēte.

Hī 31. q. 2. cap. De neptis tuæ.

Vbi supra, c. Si verū.

facit, sicut testatur Vrbanus Papa scribens Sacratio Regi Aragonum in hæc verba. De neptis tuæ coniugio, quam te cuidam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione confirmasti, hoc æquitate dictante decreuimus, vt si illa uirum illum omnino ut dicitur, rennuit, & in eadem uoluntate persistit, ut uiro illi se prorsus deneget nupturam, nequaquam eam inuitam, ac[d] renitentem eiusdem uiri cogas coniugio copulari. Idem. Si uerum esse constiterit, quod nobis legati Iordanis principis retulerunt, scilicet quòd ipse coactus & dolens filiam suam flentem, & pro uiribus renitentem Raynaldo despon- G sauerit, quoniam legum & canonum authoritas talia sponsalia non approbat, ne ignorantibus leges, & canones nimis durum uideatur, ita sententiam tempera- H

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd constans sicut de forti Philosophus dicit, intrepidus est, non quòd omnino non timeat, sed quia non timet quæ non oportet, vel vbi, vel quando non oportet.

3. ethicor. cap. 9.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ peccata sunt maxima malorum, & ideo ad hoc nullo modo potest homo constans cogi, immo magis debet homo mori, quàm talia sustinere, vt etiam Philos. in 3. ethic. dicit: sed quædam damna corporalia sunt minora quibusdam aliis, quæ sunt inter præcipua quæ ad personā pertinent, sicut mors, verbera, dehonestatio per stuprum, & seruitus: & ideo ex istis constans cogitur ad alia damna corporalia sustinenda, & hæc continentur hoc versu. I

Cap. 1.

Stupri, siue status verberis, atque necis.

Nec differt, vtrum hæc pertineant ad personam propriam, vel vxoris, vel filiorum, aut aliorum huiusmodi.

¶ Ad tertium dicēdū, quòd infamia quàmuis sit magnū damnum, tamen ei de facili occurri potest, & ideo non reputatur cadens in constantem virum metus infamiæ secundum iura.

¶ Ad quartum dicendum, quòd constans non cogitur ad mentiendum, quia tunc vult dare, sed tamen postea vult petere restitutionem, vel saltem iudici pronuntiare, si se promisit non petiturum restitutionem: non potest autem promittere se nō denuntiaturum, cum hoc sit contra bonum iustitiæ, ad quod cogi non potest, vt scilicet contra iustitiam faciat. K

ARTICVLVS III.

e Vtrum consensus coactus tollat matrimonium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd consensus coactus non tollat matrimonium, quia sicut ad matrimonium requiritur consensus, ita ad baptismum requiritur intentio: sed coactus timore ad accipiendum baptismum recipit sacramentum. ergo & coactus ad consentiendum aliquo timore matrimonio obligatur.

¶ 2 Præt. Violentum mistum, secundum Philosophum, plus habet de voluntario, quàm de inuoluntario: sed non potest aliter consensus coactus esse, nisi per violentum mistum. ergo non omnino excluditur voluntarium, & ita adhuc est matrimonium. F

3. ethic. cap. 2.

¶ 3 Præt. Ei qui consentit in matrimonium coactus, consulēdum videtur quòd in matrimonio illo stet, quia speciem mali habet promittere, & non soluere, a quo Apost. vult nos abstinere; hoc autem non esset, si consensus coactio omnino matrimonium tolleret. ergo &c.

SED CONTRA est, quod decret. dicit. Cum consensus locum non habeat, vbi metus, vel coactio intercidit, necesse est vbi communis cōsensus requiritur, coactionis materia repellatur: sed in matrimonio requiritur communis consensus. ergo &c.

De sponsa. & matrim. c. Cum locum.

¶ 2 Præt. Matrimonium signat coniūctionem Christi ad ecclesiam, quæ fit secundum libertatem amoris. ergo nō potest fieri per coactū consensum.

mus, ut si princeps cum assensu filiæ id quod cœptum est perficere uoluerit, concedamus. Sin aliter res se habet, legatus noster utrasq; partes audiat, & si nihil fuerit ex parte Raynaldi, quod amplius impediat ab ipso Iordane, sacramentum quo constent hæc quæ dicta sunt accipiat, & nos canonum & legum scripta sequentes, deinceps non prohibemus, quin alij uiro, si uoluerit, prædicta eius filia tantum in Domino nubat. Ex his apparet coniugium fieri inter consentientes & spontaneos, non inter [e] renitentes & inuitos. Veruntamen qui inuiti & coacti cōiuncti sunt, si postea ab aliquo temporis spatio sine contradictione, & querimonia cohabitauerit, facultate discedēdi, uel reclamādi habita consentire uidentur, & consensus ille consequens supplet, qđ præcedens coactio tulerat.

VLTERIVS. Videtur quòd consensus coactus saltem ex parte cogentis faciat matrimonium, quia matrimonium est signum spiritualis coniunctionis: sed spiritualis coniunctio, quæ est per charitatem, potest esse ad eum qui nō habet charitatē. ergo & matrimoniū ad eum qui non vult. II

De condit. appos. c. Super eo. cap. Per tuas, & c. Si conditiones.

¶ 2 Præt. Si illa quæ fuit coacta postmodum consentiat, erit verum matrimonium: sed iste qui coegit primo ex consensu illius nō ligatur. ergo ex primo cōsensu ligabatur matrimonio.

SED CONTRA. Matrimonium est relatio æquiparentię: sed talis relatio est æqualiter in vtroque. ergo si sit impedimentum ex parte vnius, non erit matrimonium ex parte alterius.

VLTERIVS. Videtur quòd nec per consensum conditionatum fiat matrimonium, quia quod sub conditione ponitur, non simpliciter enuntiatur: sed in matrimonio oportet esse verba simpliciter exprimentia consensum. ergo conditio alicuius consensus non facit matrimonium. III

¶ 2 Præt. Matrimonium debet esse certum: sed vbi dicitur aliquid sub conditione, ponitur illud sub dubio. ergo talis cōsensus non facit matrimonium.

SED CONTRA. In aliis contractibus fit obligatio sub conditione, & stat stante conditione. ergo cum matrimonium sit contractus quidam, videtur quòd possit fieri per conditionatum consensum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd vinculum matrimonij perpetuum est. Vnde illud quod perpetuitati repugnat, tollit matrimonium: metus autem qui cadit in constantem virum perpetuitatem cōtractus tollit, quia potest peti restitutio in integrum, quia talis coactio metus qui cadit in constantem virum tollit matrimonium, & non alia. Constans autem vir iudicatur virtuosus, qui est mensura in omnibus operibus humanis, vt Philos. dicit in 3. ethic. Quidam autem dicunt, quòd si adsit cōsensus, quàmuis coactus, interius est matrimonium quantum ad deum, sed non quantum ad statum ecclesiæ, quæ præsumit ibi non fuisse consensum interiorem propter metum. Sed hoc nihil est, quia ecclesia non debet præsumere de aliquo peccatum quousque probetur: peccauit autem si dixit se consentire, & non consensit, vnde ecclesia præsumit eum consensisse, sed iudicat illum consensum extortum non esse sufficientem ad faciendum matrimonium.

De his quæ vi metusue causa fiūt, c. Ad audiētiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intentio nō est causa efficiens sacramenti in baptismo, sed solum eliciens actionem agentis: sed consensus est causa efficiens in matrimonio, & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ad matrimonium non sufficit quodcumque voluntarium, sed voluntarium complete, quia debet esse perpetuū, & ideo per violentū mistum impeditur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non semper debet induci ad

hoc, quòd in matrimonio illo stet, sed solum quando timetur periculum de dissolutione, aliàs autem non peccat, quia non soluere promissa, quæ nolens facit, non est species mali. A

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd cum matrimonium sit quædam relatio, & non possit innasci relatio in vno extremorum sine hoc, quòd fiat in alio: ideo quicquid impedit d matrimonium in vno, impedit ipsum in altero: quia non potest esse, quòd aliquis sit vir non vxoris, vel quòd aliqua sit vxor nō habens virum, sicut mater non habens filium: & ideo communiter dicendum, quòd matrimonium non claudicat.

Dist. 61.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quàmuis act⁹ amantis possit transire in non amantem, tamen vnio inter eos non potest esse nisi sit mutua amatio: & ideo dicit Philos. in 8. ethicor. quòd ad amicitiam, quæ in quadam vnione consistit, requiritur redamatio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex consensu libero illius qui prius coactus est, non fit matrimonium, nisi inquantum consensus præcedens in altero adhuc manet in suo vigore; vnde si dissentiret, non fieret matrimonium.

In libro Pandectarum.

CONSENTIRE autem probatur, qui euidenter non contradicit, secundum illud. In sponsalibus eorum consensus exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. Intelligitur tamen semper patri filia consentire, nisi euidenter dissentiat. Item. Sponsalia sicut nuptiæ, consensu fiunt contrahentium, & ideo sicut in nuptiis, ita & sponsalibus patrisfamilias filiam consentire oportet, quæ si patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur. B

DISTINCTIO XXX.

A

De errore, qui euacuat consensum.

NEC solum coactio impedit, vel excludit consensum, sed etiam [a] error. Non autem omnis error consensum impedit. Est enim error alius personæ, alius fortunæ, alius conditionis, ali⁹ qualitatis. Error personæ, quando hic putatur esse homo ille, & est alius. Error fortunæ, quando putatur esse diues, qui est pauper, vel econuerso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui est malus. Error fortunæ, & qualitatis, coniugij consensum nō excludit. Error vero conditionis, coniugalem consensum euacuat, de qua conditione postmodum tractabimus. Error quoque personæ, consensum coniugalem non admittit, vt si quis feminam nobilem in coniugium petat, & pro ea alia ignobilis tradatur ei, non est inter eos coniugium, quia non cōsensit vir in istam, sed in aliam, vt si quis promitteret mihi se uenditurum aurum, & pro auro offert mihi auricalcum, & ita me deciperet, numquid dicerer consensisse in auricalcum? numquàm volui emere auricalcum: nec ergo in illud consensi, quia consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo error materiæ excludit consensum, C

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd conditio apposita aut est de præsenti, aut de futuro. Si de præsenti, & nō est contraria matrimonio siue sit honesta, siue inhonesta, stat matrimonium stante conditione, & ea non stante non stat: sed si sit contraria bonis matrimonij, non efficit matrimonium, sicut etiam supra de sponsalibus dictum est. Si autem sit conditio de futuro, aut est necessaria, sicut Solem oriri cras, & tunc est matrimonium, quia talia futura iam sunt præsentia in suis causis: aut est contingens datio pecuniæ, vel acceptatio parentum, & tunc idem est iudicium de tali consensu, sicut de consensu qui fit per verba de futuro, vnde non facit matrimonium. Et per hoc patet solutio ad obiecta. D

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum aliquis præcepto patris possit compelli ad matrimonium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis præcepto patris possit compelli ad matrimonium contrahendum, Coloss. 3. Filij obedite parentibus vestris per omnia. ergo etiam in hoc eis obedire tenentur. E

¶ 2 Præt. Genes. 28. Isaac præcepit Iacob, quòd non acciperet vxorem de filiabus Chanaan: non autem præcepisset, nisi de iure præcipere potuisset. ergo filius in hoc tenetur obedire patri.

¶ 3 Præt. Nullus debet promittere, præcipue per iuramentum, pro illo quem non potest cogere ad seruandum: sed parentes promittunt futura matrimonia pro filiis, & etiam iuramento firmant. ergo possunt præcepto cogere filios ad implendum.

¶ 4 Præt. Pater spiritualis, scilicet Papa, potest compellere præcepto ad matrimonium spirituale, scilicet ad episcopatum accipiendum. ergo & pater carnalis ad carnale matrimonium.

SED CONTRA. Patre imperante matrimonium, filius potest sine peccato religionem intrare. ergo non tenetur ei in hoc obedire.

¶ 2 Præt. Si teneretur obedire, sponsalia per parentes contracta absque consensu filiorum essent stabilia: sed hoc est contra iura. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quòd cum in matrimonio sit quędam quasi seruitus perpetua, pater non potest cogere filium ad matrimoniū per præceptum, cum sit liberæ conditionis, sed potest eum inducere ex rationabili causa, & tunc sicut se habet filius ad cām illam, ita se habet ad præceptū patris, vt si illa causa cogat de necessitate, vel de honestate, & præceptum similiter cogat, aliàs non.

De despon sat. impub. cap. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ verbū Apostoli non intelligitur in illis, in quibus sicut pater est liber, ita & filius, & huiusmodi est matrimoniū, per quod etiā filius fit pater.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Iacob aliàs tenebatur ad faciendum hoc, qđ mandauit Isaac, tum propter malitiam illarum mulierum: tum quia semen Chanaan de terra, quę semini patriarcharum ꝓmittebatur, erat disperdendum, & ideo Isaac præcipere poterat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non iurant nisi illa conditione subintellecta, si illis placuerit, & ipsi obligantur ad eos bona fide inducendum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quidam dicunt, quòd Papa non potest præcipere alicui quòd accipiat episcopatum, quia consensus debet esse liber: sed hoc posito, periret ecclesiasticus ordo. Nisi enim aliquis posset cogi ad suscipiendum regimen ecclesiæ, ecclesia conseruari non posset, cum quandoque illi qui sunt idonei, hoc nolint suscipere nisi coacti. Et ideo dicendum, quòd non est simile hincinde, quia non est aliqua corporalis seruitus in matrimonio spirituali sicut in corporali: est enim spirituale matrimonium, sicut quoddam officium dispensandæ reipublicæ, 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo &c.

EXPOSITIO TEXTVS.

LEGATI *principis Iordani &c.* Videtur quòd non possit fieri matrimonium per internuntios, quia si ante aduentum nuntii alter pæniteat, non erit matrimonium. Et dicendum, quòd potest aliquis alterum procuratorem constituere ad consentiendum, tamen si ante pæniteat, quàm ille consentiat, non est matrimonium nec in rei veritate, nec secundum iudicium ecclesiæ, si aliquibus signis appareat eum pænituisse: sed ex quo consensus per internuntios factus est, matrimonium tenet ac si ipse fecisset. *Consentire autem probatur &c.* hoc intelligitur quantum ad forum ecclesiæ, quia quantum ad forum conscientiæ si interius dissentiat, quàmuis exterius non reclamet, non est matrimonium. E

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM ostendit magister, quòd consensus matrimonij impeditur per coactionem, hic ostendit quòd impeditur per errorem. Et diuiditur hæc distinctio in partes tres. In prima, determinat de impedimento erroris. In secunda, de consensu qui fuit in matrimo-

trimonio beatæ Virginis, ibi. *Præmissis aliquid addendum est &c.* In tertia, de causa finali matrimonij, ibi. *Expositio quæ sit efficiens &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quis error matrimonium impediat. Secundo, obiicit in contrarium, ibi. *Sed obiicitur de Iacob &c.* Tertio, soluit, ibi. *Sed quod ibi factum est &c.* *Præmissis aliquid &c.* hic determinat de consensu, qui fuit in matrimonio beatæ Virginis, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit cuiusmodi consensus ille fuit. Secundo, ostendit quòd matrimoniũ illud fuit perfectum, ibi. *Inter quos, ut ait Augus. &c.* *Expositio quæ sit &c.* Hic determinat de causa finali matrimonij, & primo, de causis matrimonij in generali. Secundo, de causis matrimonij beatæ Virginis, ibi. *Habuit autem cõiugium &c.* Circa primum duo facit. Primo, ponit causas finales matrimonij & principales, & secũdarias. Secundo, excludit errorem, ibi. *Nec est assentiendum &c.* vbi duo facit. Primo, ostendit quòd malus finis non facit ꝙ non sit matrimonium. Secundo, ostendit quòd non facit quòd nõ sit matrimonium bonũ, ibi. *Et licet fine non bono &c.*

ita & in coniugio error personæ. Sed obiicitur de Iacob, qui pro Rachel septem annis seruierat, & supposita est ei Lia. Numquid error personę exclusit coniugium, cũ non in eam, sed in Rachel consenserit? Sed quod ibi factum, in mysterio gestum non improbe traditur, ibi tamen & si non præcessit, secutus est consensus: nec ex illo concubitu, qui consensum præcessit, fornicarij iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognouerit, & illa vxorio affectu debitum persoluerit putans lege primogenitarum, & paternis imperiis se illi iure copulatam. Excusatur etiã, quia Dei consilio in mysterio ita actum est. Hodie etiam excusaretur ille, cui inscio vxoris soror lectulum eius ingressa se subiiceret, quæ cum sine spe coniugij perpetuo manere censeatur, ille tamen qui cognouit eam per ignorantiã excusatur, quòd per simile probatur. Si enim diabolus transfigurans se in angelum lucis credatur bonus, non est error periculosus. Quòd autem vir ille in illam mulierem non consenserit, ex simili ostenditur. Si quis hæreticus nomine Augustini, vel Ambrosij alicui catholico se offerret, eumque ad suæ fidei imitationem vocaret, & si ille assentiret, in cuius sententiam fidei dicitur consensisse? Nõ in hæreticorum sectam, sed in integritatem fidei quam ille hæreticus se mentiebatur habere. Error vero[b] fortunæ consensum non excludit. Quæ enim nubit pauperi, putans illum esse diuitem, non potest renuntiare priori conditioni, quàmuis errauerit: nec error qualitatis, vt si quis ducat vxorem meretricem, vel corruptam, quam putat esse castam, vel virginem nõ potest eam dimittere.

QVÆSTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De matrimonio in communi.
¶ Secunda, De matrimonio beatæ Virginis.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum error de sui natura matrimoniũ impediat.
¶ Secũdo, Quis error.
¶ Tertio, De causa finali matrimonij.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum error debeat poni matrimonii impedimentum per se.

29. q. 1. ca. Quod autẽ §. His ita. §. Ad hoc, & §. Item.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd error non debeat poni matrimonij impedimentum per se. Consensus enim qui est causa efficiens matrimonij impeditur, sicut & voluntarium: sed voluntarium secundum Philosophum in 3. ethic. cap. 17. ponitur impediri per ignorantiam, quæ non est idem quod error, quia ignorantia nullam cognitionem ponit: sed error ponit eo quod approbare falsa pro veris sit error secundum Augustinum. ergo non debuit hic poni impedimentum matrimonij error, sed magis ignorantia. (In enchiri. ad Lauren. cap. 17.)

¶ 2 Præt. Illud potest impedire matrimonium de sui natura, quod habet contrarietatem ad bona matrimonij: sed error non est huiusmodi. ergo error de sui natura non impedit matrimonium.

¶ 3 Præt. Sicut consensus requiritur ad matrimonium, ita intentio requiritur ad baptismum: sed si aliquis baptizat Ioannẽ, & credit baptizare Petrum, nihilominus Ioannes vere baptizatus est. ergo error non excludit matrimonium.

¶ 4 Præt. Inter Liam & Iacob fuit verum matrimonium: sed ibi fuit error. ergo error non excludit matrimonium. (Gen. 29.)

SED CONTRA est, quod in digestis dicitur. Quid tam contrarium est consensui, quàm error: sed cõsensus requiritur ad matrimonium. ergo error matrimonium impedit.

¶ 2 Præt. Consensus aliquid voluntarium nominat: sed error impedit voluntarium, quia voluntarium secundum Philos. & Greg. Nysen. & Damas. est cuius principiũ est in aliquo sciẽte singularia, in quibus est actus, ꝗ erranti non competit. ergo error matrimonium impedit. (5. ethi. c. 4. Damasc. li. 2. de fide orthod. c. 24.)

RESPON. Dicendũ, ꝙ quicquid impedit causam de sui natura impedit & effectũ similiter. Consensus autẽ est causa matrimonij, vt dictũ est, & ideo quod euacuat consẽsum, euacuat matrimonium: consensus autem voluntatis est actus, qui præsupponit actum intellectus. Deficiente autem primo necessarium est defectum contingere in secũdo: & ideo quando error cognitionem impedit, sequit etiã in ipso consensus defectus, & per consequẽs in matrimonio, & sic error de iure naturali habet, ꝙ euacuet matrimoniũ. (Dist. 29. præced. q. 1. articu. 3. q. 1. ad 1.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignorantia differt simpliciter loquendo ab errore, quia ignorantia de sui ratione non importat aliquem cognitionis actum: sed error ponit iudicium rationis peruersum de aliquo, tamen quantum ad hoc quod est impedire voluntarium, non differt vtrum dicatur ignorantia, uel error: quia nulla ignorantia potest impedire uoluntarium, nisi quæ habet errorem adiunctum, eo quòd actus uoluntatis præsupponit æstimationem, siue iudicium de aliquo in quod fertur. Vnde si est ibi ignorantia, oportet esse errorem, & ideo etiam ponitur error quasi causa proxima.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis non contrarietur secundum se matrimonio, contrariatur tamen ei quantum ad causam suam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd character baptismalis non causatur ex intentione baptizantis directe, sed ex elemento materiali exterius adhibito, Intentio autem d operatur solum, vt dirigens elementum materiale ad effectum proprium: sed uinculum coniugale ex ipso consensu causatur directe, & ideo non est simile. (D. 268.)

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut magister in litera dicit, matrimonium quod fuit inter Liam & Iacob non fuit perfectum ex ipso concubitu, qui ex errore contingit, sed ex consensu qui postmodum accessit, tamen uterque de peccato excusatur, ut in litera patet.

ARTICVLVS II.

b Vtrum omnis error matrimonium impediat.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd omnis error matrimonium impediat, & non solum error conditionis, aut personæ, vt in litera dicitur, quia quod alicui conuenit secundum se, conuenit ei secundum totum suum ambitum: sed error de sui natura habet quod matrimonium impediat, vt dictum est. ergo omnis error matrimonium impedit. (Vide vbi supra eodem cap.)

¶ 2 Præt. Si error inquantum huiusmodi, matrimonium impedit, magis error magis debet impedire: sed magis est error fidei qui est in hæreticis non credentibus hoc sacramentum, quàm error personæ. ergo magis debet impedire, quàm error personæ.

¶ 3 Præt. Error non euacuat matrimonium, nisi inquantum tollit uoluntarium: sed ignorantia cuiuslibet circunstantiæ uoluntarium tollit, ut patet in 3. ethicor. ergo non solum error conditionis, sed personæ matrimonium impedit. (Cap. 1. & max. 4.)

¶ 2 Præt. Sicut cõditio seruitutis est aliquid annexũ accidẽs personæ, ita qualitas corporis, aut animi: sed error cõditionis impedit matrimonium. ergo eadẽ rõne error qualitatis, aut fortunæ.

¶ 2 Præt. Sicut ad conditionem personæ pertinet seruitus & libertas, ita nobilitas, vel ignobilitas, aut dignitas status & priuatio eius: sed error conditionis libertatis, uel seruitutis impedit matrimonium. ergo & error aliorum dictorum.

¶ 2 Præt. Sicut conditio seruitutis impedit, ita etiam disparitas cultus, & impotentia coeundi, vt infra dicetur. ergo sicut error conditionis ponitur impedimentum matrimonii, ita error circa alia huiusmodi deberet impedimentum matrimonii poni.

SED CONTRA. Videtur quòd nec error personæ matrimonium impediat, quia sicut emptio est quidam contractus, ita & matrimoniũ: sed in emptione & uenditione si detur aurũ æquiualens pro alio auro non impeditur venditio. ergo nec matrimonium impeditur, si pro una muliere alia accipiatur.

¶ 2 Præt. Potest contingere quòd per multos annos isto errore detineantur, & filios & filias generent simul: sed graue esset dicere quòd tunc essent diuidendi. ergo error primus non frustrauit matrimonium.

¶ 3 Præt. Potest contingere quòd frater viri, in quem se credidit consentire mulier, offeratur ei, & cum eo commisceatur carnaliter. videtur ergo quòd non possit redire ad illum, in quem consentire se credidit, sed debeat stare cum fratre eius, & sic error personæ non impedit matrimonium.

RESPON. Dicendum, quòd sicut error ex hoc quòd inuoluntarium causat, habet excusare peccatum, ita quòd matrimonium impediat ex eodem. Error autem non excusat a peccato, nisi sit illius circunstantiæ, cuius appositio, vel remotio facit differentiam liciti & illiciti in actu. Si enim aliquis percutiat patrẽ baculo ferreo, quem credit ligneum esse, non excusatur a toto, quamuis forte a tanto: sed si credat quis percutere filium causa disciplinæ, & percutiat patrem, excusatur a toto diligentia debita adhibita, vnde oportet quòd error qui matrimonium impedit, sit alicuius eorum quæ sunt de essentia matrimonii. Duo autem includit matrimonium ipsum, scilicet personas quæ coniunguntur, & mutuam potestatem in inuicem, in qua matrimonium consistit: primum autem tollitur per errorem personæ: secundum per errorem conditionis, quia seruus non potest potestatem sui corporis alteri tradere sine consensu domini sui: & propter hoc hi duo errores matrimonium impediunt, & non alii.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd error non habet ex natura generis quòd impediat matrimonium, sed ex natura differentiæ adiunctæ, prout scilicet est error alicuius eorum quæ sunt de essentia matrimonii.

¶ Ad secundum dicendum, quòd error infidelis de matrimonio est circa ea quæ sunt matrimonium consequentia: sicut an sit sacramentum, vel an sit licitum: & ideo error talis matrimonium non impedit, sicut nec error circa baptismum impedit acceptionem characteris, dummodo intendat facere, uel recipere quod ecclesia dat, quamuis credat nihil esse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non quælibet ignorantia circunstantiæ causat inuoluntarium quod excusat peccatum, vt dictũ est: & propter hoc ratio non sequitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd diuersitas fortunæ non uariat aliquid eorum quæ sunt de essentia matrimonii: nec diuersitas qualitatis, sicut facit cõditio seruitutis, & ideo ratio nõ sequitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd error nobilitatis inquantum huiusmodi, non euacuat matrimonium eadem ratione, qua nec error qualitatis. Sed si error nobilitatis, vel dignitatis redundat in errorem personæ, tunc impedit matrimonium: vnde si consensus mulieris feratur in istam personam directe, error de nobilitate ipsius non impedit matrimonium. Si autem directe intendit consentire in filium regis, quicumque sit ille, tunc si alius præsentetur ei quàm filius regis, est error personæ, & impeditur matrimonium.

De Coniugio Mariæ & Ioseph.

B

Præmissis aliquid addendum est de modo illius consensus, qui inter Mariam & Ioseph intercessit. Sane credi potest non solũ Mariam, sed etiam Ioseph apud se disposuisse virginitatem seruare velle, nisi Deus aliter iuberet, eosque sic consensisse in coniugalem societatem, vt vterque de altero reuelante Spiritussancto intelligeret ꝙ virginitatem seruare vellet, nisi Deus aliter inspiraret: sed illam voluntatem uerbis non expresserant, postea vero expresserunt, & in virginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritalem societatem, sed non in carnalem copulã, nisi de eadem specialiter Deus præciperet, cuius etiam consilio in maritalem consensit copulam, quia virginitatem seruare volebat: & ideo non aliter consensisset in coniugalem societatem, nisi familiare Dei consilium habuisset, de qua Aug. sic ait. Beata Maria proposuit se seruaturã[a] uotum virginitatis in corde, sed ipsum votum non expressit in ore. Subiecit se diuinę dispositioni, proposuit se perseueraturã virginẽ, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatẽ suam diuinæ dispositioni, consensit in carnalem copulam, nõ illam appetendo, sed diuinæ inspirationi in utroque obediendo: postea uero simul cum uiro labiis expressit, & uterque in virginitate permansit. (De Nupt. & concupiscen. libr. 1. cap. 11. & 12. Et habetur 27. qu. 2. cap. Sufficiat. §. Cũ ergo. & ca. Beata maria.)

Quòd perfectum inter eos fuit cõiugiũ.

C

Inter quos, vt ait Aug.[b] perfectum fuit cõiugium, perfectum quidem non in significatione, sed in sanctitate. San- (Vbi Supra De Nupt. & concupiscentia. Et etiam 27. qu. 2. ex ca. Beata Maria.)

¶ Ad sextum dicendum, quòd error ẽt illorum impedimentorum matrimonii quantum ad ea quæ faciunt personas illegitimas, impedit matrimoniũ: sed ideo de errore illorũ non facit mentionẽ, quia illa impediũt matrimonium siue cum errore, siue sine errore sint, vt si aliqua contrahat cum subdiacono siue sciat, siue non sciat, nõ est matrimonium: sed conditio seruitutis non impedit, si seruitus sciatur, & ideo non est simile.

¶ Ad septimum dicendum, quòd pecunia in contractibus accipitur quasi mensura aliarum rerum, vt patet in 5. eth. & nõ quasi propter se quęsita: & ideo si non detur illa pecunia quæ creditur, sed alia æquiualens, nihil obest contractui, sed si in re quæsita propter se esset error, impediretur contractus, sicut si alicui uenderetur asinus pro equo, & similiter est in proposito.

¶ Ad Octauum dicendum, quòd quantumcumque fuerit cum ea, nisi de nouo consentire velit, non est matrimonium.

¶ Ad nonum dicendum, quòd si ante nõ consenserat in fratrem eius, potest eum quem per errorem accepit, retinere: nec potest ad fratrẽ eius redire, præcipue si sit cognita carnaliter ab eo quẽ accepit. Si autem consenserat in primum per verba de præsenti, non potest secundum habere primo viuente: sed potest vel secũdum relinquere, & ad primum redire, & ignorantia facti excusat peccatum, sicut & excusaretur post consummatum matrimonium, si a consanguineo viri fraudulenter cognosceretur, quia fraus alterius non debet sibi præiudicare.

ARTICVLVS III.

c Vtrum matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam. Vnius enim vna est ratio: sed matrimonium est vnum sacramentum. ergo non potest fieri ex alterius finis intentione, quàm illius ad quem a deo institutum est, scilicet ad procreationem prolis. (De conditionibus appos. c. Si cõditiones.)

¶ 2 Præt. Coniunctio matrimonii est a deo, vt patet Math. 19. Quos deus coniunxit, homo non separet: sed coniunctio quæ fit propter turpes causas non est a deo. ergo nõ est matrimoniũ.

¶ 2 Præt. In aliis sacramentis si non seruetur intentio ecclesiæ, non est verum sacramentum: sed intentio ecclesiæ in sacramento matrimonii non est ad aliquam turpem causam. ergo si ex aliqua turpi causa matrimonium contrahatur, non erit verum matrimonium.

¶ 2 Præt. Secundum Boetium, Cuius finis bonus, ipsum quoque bonum. ergo non est matrimonium si propter malum finem fiat. (De differẽtiis topicis Libro. 2.)

¶ 2 Præt. Matrimonium significat coniunctionem Christi & ecclesiæ: sed ibi non cadit aliqua turpitudo. ergo nec matrimoniũ potest contrahi propter aliquam turpem causam.

SED CONTRA est, quia qui baptizat alium intentione lucrandi, uere baptizat. ergo & qui contrahit cum aliqua intentione

tione lucri, verum est matrimonium.
¶ 2 Praet. Hoc idem probatur per exempla & authoritates, quae ponuntur in litera.

RESPON. Dicendum, quòd causa finalis matrimonii potest accipi dupliciter, scilicet per se, & per accidens. Per se quidem cā matrimonij est, ad quam matrimonium est de se ordinatum, & haec semper bona est. s. procreatio prolis, & fornicationis vitatio: sed per accidēs causa finalis ipsius est hoc quod cōtrahentes intendunt ex matrimonio. Et quia hoc quod ex matrimonio intēditur, cō sequitur ad matrimonium, & priora nō variantur ex posterioribus, sed econuerso, ideo ex illa cā nō recipit matrimonium bonitatē, vel malitiam, sed ipsi cōtrahentes, quorū est finis per se. Et quia causae per accidens sunt infinitae, ideo infinitae tales causae possunt esse matrimonij, quarum sunt quaedam honestae, & quaedam inhonestae.

Ad Editiā.

De bono cō iugali. & habetur 27.q. 2.ca. Omne itaque.

ctiora sunt enim coniugia pari voto cōtinentium. Vnde Aug. Quod Deo pari voto & consensu voueratis, ambo perseueranter reddere debuistis, a quo proposito si lapsus est ille, tu saltem perseuera. Non quia pariter temperabitis a commistione carnali, ideo maritus tuus esse destiterat: immo vero tanto sanctius coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. Perfectū ergo fuit Mariae & Ioseph coniugiū in sanctitate. Perfectum etiam fuit secūdum triplex bonum coniugij, fidem. s. prolem, & sacramentum. Omne enim nuptiarū bonum, ut ait Aug. impletum est in illis parētibus Christi, fides, proles, sacramētum. Prolem cognoscimus ipsum Dominū: fidem, quia nullū adulterium: sacramentum, quia nullū diuortium. Solus ibi nuptialis cōcubitus nō fuit, quia in carne peccati fieri nō potuerat sine pudenda concupiscentia carnis, quae accidit ex peccato, sine qua concipi voluit, qui sine peccato futurus erat. Et licet non intercessisset cōiugalis cōcubitus, coniuges tamē vere fuerunt mente, non carne, sicut & parentes: quàmuis Amb. dicat perfectum fieri coniugium per carnalem copulā. In omni, inquit, matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat & perficit coniunctorum commistio corporalis. Sed intelligendum est coniugium perfici commistione corporali, non quantum ad veritatem, vel sanctitatem coniugij, sed quātum ad significationem: quia perfectius vnionem Christi & ecclesiae tunc figurat.

G

H

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ verum est de causa per se & principali, sed quod habet vnum finem per se & principalem, potest habere plures fines secundarios per se, & infinitos per accidens.

¶ Ad 2m dicendum, ꝙ coniunctio pōt accipi pro ipsa relatione quae est matrimonium, & talis semper est a deo, & bona est a quacumque fiat causa: vel pro actu eorum qui coniunguntur, & sic est quandoque mala, & non est a deo simpliciter loquēdo. Nec est incōueniens quòd aliquis effectus sit a deo, cuius causa mala est, sicut proles quae ex adulterio suscipitur. Nō. n. ē ex causa illa inquantum est mala, sed inquātum aliquid habet de bono 2m quod est a deo, quàmuis non simpliciter sit a deo.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ intentio ecclesię, quae intendit tradere sacramentum, est de necessitate cuiuslibet sacramenti, ita quòd ea non obseruata nihil in sacramentis agitur: sed intentio ecclesiae quę intendit vtilitatem ex sacramento prouenientem, est de bene esse sacramenti, & non de necessitate eius, vnde si non obseruetur, nihilominus est verum sacramentum, sed praetermittens hanc intentionem peccat: sicut si in baptismo non intendatur sanitas mentis, quam ecclesia intendit. Similiter ille qui intendit matrimonium contrahere, quàmuis matrimonium non ordinet ad illum finem, quem ecclesia intēdit, nihilominus verum matrimonium contrahit. I

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ illud malum intentum nō est finis matrimonij, sed contrahentium.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ipsa vnio est signum coniunctionis Christi & ecclesiae, & nō operatio vnitorū: ideo rō nō sequit.

QVAESTIO II.

B

Deinde quaeritur de matrimonio beatae Virginis. K

Et circa hoc quaeruntur tria.

¶ Primo, De voto, & matrimonio beatae Virginis.
¶ Secūdo, Vtrum fuerit illud matrimonium perfectum.
¶ Tertio, Vtrum fuerit aliqn consummatū, vt Eluidius dixit.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum beata Virgo debuerit uirginitatem uouere.*

3.par.q.29. ar.1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ beata Virgo non debuerit virginitatem vouere, quia in lege maledictio debebatur illis qui semen non relinquebant super terram, vt patet Deute. 7. ca. sed adhuc durabat sta tus legis, ergo non debuit virginitatem vouere. F

¶ 2 Praet. Votum virginitatis pertinet ad perfectionem consiliorum: sed talis perfectio debuit a Christo inchoari, qui venit legem consilijs adimplere. ergo ante Christi aduentum non debuit virginitatem vouere.

SED CONTRA. In matre Christi debebat omnis esse pfectio: sed votum virginitatis est de maximis perfectionibus. ergo non debuit ei deesse. Vbi supra art. II

VLTERIVS, Videtur quòd non debuit esse matrimonio iuncta, quia vouentibus virginitatem non solum nubere, sed velle nubere est damnabile, vt Hiero. dicit: sed nihil dānabile debuit esse in beata Virgine. ergo postquā virginitatem vouit, nubere non debuit. Li. de Patriarchis, & habetur 27 q. 2. c. In matrimonio.

¶ 2 Praet. Vouens virginitatem periculo se exponeret, si se in potestatem viri traderet: sed hoc est peccatū. ergo beata Virgo nō debuit sui potestatem alteri tradere nubendo. ergo nec nubere. Habetur 27. & 17. q. 1. c. Vouentibus.

¶ 3 Praet. Quicūq; consentit in matrimonium, cōsentit aliquo modo in carnalem copulam, ad minus implicite: sed cōsensus in carnalem copulam aliquid diminuit de puritate virginitatis, ad minus quantum ad virginitatem mentis. cum ergo matri dei deberetur talis puritas qua maior sub deo nequit intelligi, vt Ansel. dicit, videtur quòd non debuit nubere.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 1. Cum esset desponsata &c. in tex. & glossa. De conceptu virginali c.18.

¶ 2 Praeter. Christus sua natiuitate debuit ita virginitatem commendare, quòd nuptijs non derogaret: non autem melius potuit vtrumque approbare, quàm vt de virgine nupta nasceretur. ergo &c.

VLTERIVS. Videtur ꝙ causae matrimonii eius assignatae in litera non sint conuenientes, quia diabolus cum habeat lucida naturalia, plura potest cognoscere naturali cognitione quàm homo: sed homo etiam sensu potest cognoscere de aliqua an sit virgo. ergo multo fortius diabolus hoc scire poterat. II

¶ 2 Praet. Diabolus bene scit ꝙ illa est virgo, quae numquàm cōiuncta est viro: sed diabolus scire poterat ꝙ Ioseph nūquàm carnaliter ei coniunctus fuerat. ergo per hoc ꝙ erat nupta, non occultabatur ei virginitas matris Dei.

¶ 3 Praet. Mysterium diuinitatis Christi non minus miraculis, q̄ virginitate matris demostratum est: sed illa miracula diabolus vidit. ergo non oportuit quòd mysterium incarnationis eius ei per nuptias matris caelaretur.

¶ 4 Itē si non esset nupta, nō poterat lapidari propter suspitionem fornicationis, quasi adultera. ergo videtur quòd non propter hoc oportebat eam nubere.

¶ 5 Praet. Ex hoc ꝙ non nupta fuisset, Iudaei magis aedificati fuissent ad fidem, qui scriptum inuenerunt, Ecce virgo concipiet; & ita virginitas matris non debuit eis per nuptias occultari.

¶ 6 Itē, Christus venit vt labores nostros sustineret, & per hoc auferret. ergo non oportuit quòd haberet mater eius virum ad eius obsequia.

RESPON. Dicendum, quòd in beata Virgine debuit apparere omne illud quod perfectionis fuit. Virginitas autem, quàmuis in se optima, tamen pro tempore illo ei matrimonium praeferebatur propter expectationem benedicti seminis per viam generationis venturi, & ideo beata Virgo vouit virginitatem tamquàm optimum & sibi acceptissimum, non tamē simpliciter, sed sub conditione honestissima, hac scilicet, nisi deus aliter ordinaret: nec istam conditionem apposuit vt dubitaret an vellet virgo permanere, sed an deberet, & hoc est quod Augu. in litera dicit, quòd proposuit se perseueraturam virginem, nisi deus aliter ordinaret.

¶ Ad

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Beata virgo fuit confinium veteris & nouae legis, sicut aurora diei & noctis: & ideo votum eius sapuit nouam legem inquantum virginitatem vouit, & veterem inquantum conditionem apposuit. A

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectio consiliorum quantum ad consummationem incipere debuit a Christo, sed quantum ad aliquā inchoationem conuenienter a matre eius incępit.

AD SECVNDAM quaestionem dicendum, quòd conueniens fuit matrem Christi matrimonio esse iunctam tum propter causas in litera assignatas, tum etiam propter alias causas, quarum prima est, vt significaret ecclesiā, quae est virgo & sponsa: secūda; vt per Ioseph genealogia Marię texeretur. Non enim erat ꝯsuetudo apud Hebraeos ex parte mulierum genealogiam computare: tertia, vt virginibus excusatio tolleret, si de fornicatione infamantur: quarta, vt nuptias Christus sua natiuitate approbaret: quinta, vt maior perfectio virginitatis in beata Virgine ostenderetur, dum in ipso matrimonio virgo permansit. 1.Cor.7.

De causa finali coniugij.

EXPOSITO quae sit efficiens causa matrimonij, consequens est ostendere ob quam causam soleat, vel debeat contrahi matrimonium. Est igitur finalis causa matrimonij cōtrahēdi principalis procreatio prolis. Propter hoc enim instituit Deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit. Crescite, & multiplicamini &c. Secunda est post peccatum Adae vitatio fornicationis. vnde Apostolus. Propter fornicationem unusquisq; habeat uxorem suam, & unaquaeque habeat uirum suum. Sunt & aliae causae honestae, ut inimicorum reconciliatio, & pacis reintegratio. Sunt etiam & aliae causae minus honestae, propter quas aliquando contrahitur, vt uiri mulierisq; pulchritudo, quae animos amore inflammatos saepe impellit inire coniugium, ut ualeant suum explere desiderium. Quaestus quoque & diuitiarum possessio frequēter est coniugij causa, & alia multa, quae cuique diligentiam adhibenti facile est discernere. Nec est assentiendum illis, qui dicunt non esse coniugium, quod propter has causas minus honestas contrahitur. Constat enim ex praemissis coniugium fieri ex communi consensu verbis de pͤsenti expresso, quàmuis amor ad hoc attraxerit. Cuius rei documentum praestat Iacob, qui Rachel decoram facie & uenusto aspectu amauit, eamque multum diligens ait. Seruiam tibi pro Rachel septē annis. In Deuteron. 21. etiam legitur. Si uideris in medio captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, uoluerisque vxorem habere, introduces eam in domum tuam &c.

B C

Gen.29.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd post votum virginitatis absolute factum, non potest aliquis in matrimonium cōsentire sine peccato, quia si sit votum solemne, non fit verum matrimoniū: si autem sit votum d simplex, uerū matrimoniū est quod sequitur, tamē peccant contrahentes. Votum autem beatae Virginis non fuit solemne, sed simplex in corde expressum, nec absolutum, sed sub conditione, vt in litera patet: & ideo potuit sine peccato ex speciali spiritussancti consilio, cuius dispositio conditionaliter in suo voto cadebat, in matrimonium consentire. D. 1105

¶ Ad secundum dicendum, quòd beata Virgo antequàm contraheret cum Ioseph, fuit certificata diuinitus, quòd Ioseph in simili proposito erat, & ideo non se commisit periculo nubēs: nec tamen propter hoc aliquid veritati deperiit, quia illud propositum non fuit conditionaliter in consensu appositum: talis enim conditio cum sit contra matrimonij bonū, scilicet prolem procreandam, matrimonium tolleret.

¶ Ad tertium dicendum, quòd copula carnalis cecidit implicite sub consensu beatae Virginis, sicut actus implicite continetur in potentia, vt ex supra dictis patet. Potentia autem ad carnalem copulam non contrariatur virginitati, nec diminuit aliquid de puritate ipsius nisi ratione actus, qui quidem numq̄ fuit in proposito beatae Virginis, sed erat iam certificata, quòd actus numquàm sequi deberet. Dist.28.q.1. a.4 in cor.

AD TERTIAM quaestionem dicendum, quòd rationes quae in litera ponuntur, conuenientes sunt, quarum vna accipitur ex parte conceptus, scilicet vt partus diabolo caelaretur: secunda ex parte matris, vt scilicet non lapidaretur: tertia ex parte Ioseph, scilicet vt obsequeretur & matri, & puero, & testimonium praeberet virginitati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diabolus cognitione naturali bene potuisset perpendere virginitatem matris dei cum toto hoc, quòd nupta erat, nisi prohibitus fuisset a diligēti examinatione eorum quae circa ipsam erant diuina virtute.

¶ Et similiter dicendum ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per alia etiā miracula non aperte poterat cognoscere ipsum esse filium dei, quia simul videbat in eo signa infirmitatis & virtutis: vnde si aliquādo aliquid de diuinitate eius cōfitebatur, magis ex praesumptione quàm ex certitudine procedebat, sed hoc propter pręcedens vaticinium fuisset certissimum signum filij dei viuentis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd intelligitur de lapidatione infamiae, vel quia erat de stirpe sacerdotali ex parte matris, quod patet ex hoc quòd Elisabeth, quae erat de filiabus Aaron, dicitur eius cognata, Lucae 1. filia autem sacerdotis etiam non nupta deprahensa in stupro d exurebatur, vt patet Leui. 21. sed ex parte patris erat de stirpe Dauid. Bene enim poterant per matrimonium coniungi filiae Aaron illis de tribu regia, vel etiā quibuslibet alterius tribus, eo ꝙ non acceperant haereditatem diuisam ab aliis tribubus, & sic ex hoc nō potuit confusio sortiū prouenire, quę erat causa prohibitionis matrimonij contrahēdi inter illos, q erāt de diuersis tribubꝰ. A D.1135.

¶ Ad quintum dicēdum, ꝙ dn̄s maluit permittere Iudaeos dubitare de deitate sua, quàm de castitate matris, sciens lubricam esse virginitatis famā, vt Ambros. dicit.

¶ Ad sextum dicendū, ꝙ Christus non debuit necessitatis solatium refutare, quia hoc peruersitatis magis est, quàm humilitatis. Li.2. super Lucam de missione ang. ad Mariam.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum matrimonium praedictum fuerit perfectum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium praedictum non fuerit perfectū. Perfectum enim matrimonium ex absoluto consensu procedit: sed beata Virgo non absolute in matrimonium cōsensisse videtur, sicut nec absolute vouisse, cum in vtroque se dispositioni diuinę commiserit, vt in litera dicitur. ergo non fuit perfectum matrimonium. 3.par.q.29. art.2.

D ¶ 2 Praet. Significatio est de essentia matrimonij inquantū est sacramentum: sed matrimonium illud non fuit perfectum in consignificatione, vt in litera dicitur. ergo non fuit perfectum sacramentum.

¶ 3 Praet. Vbi deest vltima consummatio, non est vera pfectio: sed matrimonium beatae Virginis numquàm fuit consummatum. ergo non fuit vere perfectum.

¶ 4 Praet. Perfectum dicitur esse matrimonium ex eo ꝙ habet bonū prolis: sed illud matrimoniū non habuit bonum prolis, quia proles quae fuit in illo matrimonio educata, non fuit effectus illius matrimonij, sicut nec filius adoptiuus dicitur bonū matrimonij. ergo non fuit perfectum matrimonium.

¶ 5 Praet. Post perfectum matrimonium non licet alicui sponsam dimittere: sed Ioseph quàmuis esset iustus, volebat eam occulte dimittere, vt dicitur Matth. 1. ergo nondum erat perfectum matrimonium.

E SED CONTRA. Dei perfecta sunt opera: sed illud matrimonium fuit diuinitus inspiratum. ergo fuit perfectum.

¶ 2 Praet. Per matrimonium non dicuntur aliqui coniuges, nisi sit perfectum: sed Maria dicitur coniunx Ioseph, Matth. 1. ergo fuit inter eos perfectum matrimonium.

RESPON. Dicendum, quòd duplex est perfectio matrimonij. Vna quantum ad esse ipsius, quae fit per consensum verbis de praesenti expressum, & tali perfectione matrimonium illud perfectum fuit. Alia est perfectio quantum ad operationem, & sic non fuit perfectum, quia actus proprius matrimonij est carnalis copula.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ beata Virgo absolute in matrimonium consensit, vt certificata diuinitus: sed in matrimonium sic consentiens virginitatem suam deo commisisse in litera dicitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd significatio non qualibet est de essentia sacramenti, sed illa qua significatur effectus sacramenti, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de secunda perfectione, quæ consummatio dicitur matrimonij.

¶ Ad quartum dicendum, quòd proles non dicitur bonū matrimonij solum inquantum per matrimonium generatur, sed inquantum in matrimonio suscipitur & educatur, & sic bonū illius matrimonij fuit proles illa, & nō primo modo: nec tamen de adulterio natus, nec fili⁹ adoptiuus qui in matrimonio educatur, est bonū matrimonij, quia matrimonium nō ordinatur ad educationem illorum, sicut hoc matrimonium fuit adhoc ordinatū specialiter, quòd proles illa susciperetur in eo, & educaretur.

¶ Ad quintū dicendum, quòd Ioseph noluit eam dimittere quasi aliā ducturus, vel propter aliquam suspitionem, sed quia timebat tantæ sanctitati cohabitare propter reuerentiam, vnde dictum est ei. Noli timere, Matth. 1.

Quòd malus finis non contaminat sacramentum.

ET licet fine A[c] non bono cōtrahatur coniugium, quando species contrahentis mouet animum, coniugiū tamen bonum est: quia uita mala, vel intentio peruersa alicuius, sacramentum non contaminat. Habuit autem coniugium Mariæ & Ioseph alias causas speciales, scilicet vt Virgo solatio viri sustētaretur, & vt diabolo partus cælaretur, ut Ioseph esset testis castitatis defendens eam ab infamia suspitionis, ne vt adultera damnaretur.

ARTICVLVS III.

c Vtrum matrimonium illud fuerit aliquando consummatum.

Vbi supra, eod. art. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium illud fuerit aliquando consummatū. Dicitur enim Matth. 1. Antequàm conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Et item, Non cognoscebat eam donec peperit filium suū primogenitum. ergo videtur ꝙ post cognouerit eā.

¶ 2 Præt. Primum dicitur respectu secundi: sed Christus in authoritate inducta dicitur primogenit⁹ filius Virginis. ergo post primum habuit alium, & sic matrimonium illud, saltem post Christi natiuitatem, consummatum fuit.

¶ 3 Præt. Non defuerunt verba euangelistis ad exprimendum suam intentionem: sed numquàm expresserunt, ꝙ Ioseph amplius eam non cognosceret. ergo post Christi generationē matrimonium fuit consummatum.

¶ 4 Præt. Ioseph dicitur pater Christi in pluribus euangelij locis, & dicitur etiam habere fratres, quod non esset, si matrimonium illud numquàm fuisset consummatum. ergo &c.

¶ 5 Præt. Duo corpora non possunt simul esse in eodem loco. ergo Christus non potuit exire de ventre matris integritate virginitatis manente, & sic non fuit inconueniens ꝙ matrimonium illud consummaretur.

¶ 6 Præt. Abraham, & alij patres qui coniugiis vsi sunt, maximæ dignitatis fuerunt. ergo nihil deperisset matri Christi, si matrimonium consummasset.

¶ 7 Præt. Heluidius obiicit. Si turpe est Christo matrem cognosci post partum, quanto magis per genitalia virginis esse natum?

SED CONTRA. Virginitas corruptioni præponitur: sed mater Christi debuit esse in excellentissimo statu. ergo debuit esse virgo, & sic non debuit illud matrimonium consummari.

¶ 2 Præt. Non est probabile ꝙ Ioseph auderet vterum, quem templum dei nouerat, attingere, vt Hieronymus dicit.

Cōtra Heluidium de ꝑpetua virginit. beatę Mariæ.

RESPON. Dicendum, quòd mater Christi ante partū, & in partu, & post partum in æternum virgo permansit: sed eius virginitati ante partum Iudæi, & Ebionitæ derogant, dicentes Christum ex Ioseph semine esse natum. Eius autem virginitati in partu philosophi derogabant, dicentes non posse duo corpora esse in eodem loco. Sed virginitati eius post partū Heluidius quidā idiota, & sacerdos ausus est derogare, qui loquacitatem facundiam æstimans, accepta materia disputandi, a blasphemiis matris dei incœpit, dicens eam post partum a Ioseph cognitam, contra quem Hieronymus librum conscripsit.

Cōtra eūdē qui sup.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd, Antequàm, non semper denotat ordinem ad illud quod futurum est secundum rei veritatem, sed quandoq; ad illud quod futurū speratur secundum cōem cursum, secundum quod dicitur, Iste antequàm haberet viginti annos mortuus est: & sic est in proposito. Et similiter ly Donec, quandoq; significat hoc quod præcessit terminari veniēte eo quod expectatur, vt cum dicitur, Sede hic, donec veniā: quādoq; aūt non sic, vt cum dicitur 1. Cor. 15. Oportet illū regnare, donec ponat omnes inimicos &c. non ꝙ tēpus regni eius finiatur ad subiectionē inimicorū, sed subiectio inimicorū in tempore regni includitur.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ primogenitus dicitur ante quē null⁹, quàmuis post ipsum non sit ali⁹: alias vnigeniti ius primogenituræ nō haberēt, nec debuissent deo offerri in lege, qđ fasum est.

Super gen. ad literam, cap. 7. tō. 3.

DISTINCTIO XXXI.

A

De tribus bonis coniugij.

POST hæc de[a] bonis coniugij quæ sint, & qualiter coitum excusent, dicendum est. Tria sunt principaliter bona coniugij. unde Augustinus. Nuptiale bonum tripartitum est, scilicet[b] fides, proles, sacramentum. In fide attenditur, ne post vinculum coniugale cum alio, uel alia coeatur. In prole, ut amanter suscipiatur, religiose educetur. In sacramento, vt coniugium non separetur, & dimissus, uel dimissa nec causa prolis alteri coniungatur.

De duplici separatione.

SEPARATIO autem gemina est, corporalis scilicet, & sacramētalis. Corporaliter possunt separari causa fornicationis, & ex communi consensu causa religionis siue usq; ad tempus, siue usque ad finem. Sacramentaliter uero separari non possunt dum uiuunt, si legitimæ personæ sint. Manet enim vinculum coniugale inter eos, etiam si aliis a se discedentes adhæserint. Vnde August. Vsqueadeo manent inter viuentes semel inita iura nuptiarum, ut potius sint inter se cōiuges etiam separati, quàm cum aliis, quibus adhæserunt. Item. Manet inter uiuentes quoddam coniugale uinculum, quod nec separatio, nec cū altero copulatio possit auferre: sicut apostata anima de coniugio Christi recedens, etiā fide perdita sacramentum fidei nō amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur enim redeunti, si amisisset abscedens. Habet autem hoc qui recesserit ad cumulum supplicij, non ad meritum præmij. Item. Quibus placuit ex consensu ab usu carnalis concupiscentiæ in perpetuum continere, absit vt uinculum inter illos coniugale rumpatur, immo firmius hæret quo magis ea pacta secum gerit, quæ charius concordiusque seruanda sunt, non uoluntariis corporum nexibus, sed uoluntariis animorum affectibus. Et attende, quòd tertium bonum coniugij dicitur sacramentum nō quòd sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei sacræ signum est, idest, spiritualis, & inseparabilis coniunctionis Christi & Ecclesiæ.

Hæc tria non adsunt omni coniugio.

ET est sciendum, ab aliquibus cōtrahi coniugium, ubi hęc tria bona non comitantur. Deest enim fides, ubi uir cum alia, & mulier cum alio coit. Hoc ergo bonū ita coniugio adhæret, ut ex eo si adsit, amplius commendetur coniugium. Si non adsit, non inde annihiletur. Quæ enim adultera est, non ideo con-

¶ Ad tertium dicendum, quòd euangelistæ ex eo quod minus est credibile, dimiserunt intelligendum hoc quod magis credibile est. Minus autem credibile est ꝙ virgo cōcipiat, quod euangelistæ dixerunt, quàm ꝙ post partū virgo conseruetur, & ideo non curauerunt hoc dicere.

¶ Ad quartū dicendum, quòd Ioseph dicitur pater Christi putatiuus, vt patet Luc. 3. Et iterum Christus fuit filius eius adoptiuus, vt quidam dicunt. Alij autem dicti sunt fratres eius ratione cognationis, quia erant de eadē familia, quia nec Maria alium filium habuit, nec Ioseph, qui etiā virgo fuit, vt dicitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd verum est per naturā, sed per miraculum potest fieri, quòd duo corpora sint in eodem loco, vt infra dist. 44. dicetur. Partus autē ille & conceptus totus miraculosus fuit. Quidam tamen dicunt, ꝙ Christus tunc dotem subtilitatis assumpsit, sed primum melius.

q. 2. ar. 2. q̄stiun. 2. 3. & 4. per totum.

¶ Ad sextum dicendū, quòd quàmuis status coniugij consummati sit bonus, tamen status virginitatis est multo altior, & hic matri dei debebatur.

¶ Ad septimum dicendū secundum Hiero. ꝙ quanto sunt humiliora quæ pro me passus est, tanto ei plus debeo, dummodo per hæc perfectioni virtutis nihil subtrahatur: sed virginitatis priuatio derogaret perfectioni matris ex parte virtutis animę.

Vbi supra.

EXPOSITIO TEXTVS.

SI *enim Diabolus transfigurans se &c.* Hoc intelligendum est quando non proceditur ad adorationem: vel quando proceditur sub conditione, si est Christus, alias nō esset periculū idolatriæ. *Si quis hæreticus nomine Aug. &c.* Hoc est verum quando non procederet ad expressionem alicuius erroris, alias esset ibi periculum infidelitatis, si ei consentiret. *Consensit in carnalem copulam.* non explicite, sed implicite, vt dictum est. *Iacob Rachel uenustam faciei &c.* Sciendum, quòd decor faciei non fuit causa principalis, sed secundaria & hoc bene potest esse sine peccato, vel quādoque etiam sine veniali peccato. Si autē esset principalis causa libido pulchritudinis, non excusaretur a peccato mortali, si esset effrænata libido.

Ar. 1. p̄tis quæst. q. 1. ad 3.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de causis, quibus constituitur matrimonium ipsum, hic determinat de causis honestatis ipsius. s. de bonis cōiugii, quibus actus matrimonii honestatur. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de bonis matrimonii quantū ad matrimoniū secdm qđ nunc agitur. In secunda ostendit quō hm̄ōi bona erant in matrimonio antiquorū patrū, 33. dist. ibi. *Quæritur hic de antiquis patribus &c.* Prima in duas. In prima determinat de bonis cōiugii, quib⁹ matrimonii actus excusatur: in secūda determinat de actu matrimonii, qui ꝑ dona prędicta excusatur, ēni quod insuper habet rationem debiti. 32. dis. ibi. Sciendum

Sciendum est etiam, quia cum in omnibus &c. Prima in duas. In prima, determinat de bonis coniugij, quomodo in matrimonio inueniantur. In secunda, ostendit quando per ea actus cōiugalis excusatur, ibi. *Cum hic ergo tria bona &c.* Prima in duas, In prima, ostendit quæ sint tria bona coniugij. In secūda, qualiter in se habeant ad matrimonium, ibi. *Et est sciendum ab aliquibus &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit ꝙ vnum prędictorum bonorum in quolibet matrimonio inuenitur, s. sacramētum, quàmuis non alia duo, s. fides & proles, quæ aliquando ꝑm actum matrimonio desunt. Secūdo, determinat de matrimonio, ī quo etiam intentio illorum duorū non saluatur, ibi. *Solet quæri &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, determinat de matrimonio, in quo non intenditur bonum prolis. Secundo, de eo in quo non solū non intenditur, sed etiam impeditur, ibi. *Qui uero uenena sterilitatis &c.* Tertio, determinat quandā quæstionem incidētem, ibi. *Hic quæri solet &c. Cum ergo hæc tria bona &c.* Hic ostēdit, quomodo per bona prædicta actus cōiugalis excusatur. Et circa hoc duo facit. Primo, determinat veritatem. Secundo, ponit obiectiones in contrarium, ibi. *Sed si concubitus &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, obiicit contra excusationem matrimonialis actus, ostendens ꝙ matrimonium excusatione non indiget. Secundo, ostendens ꝙ excusari non possit, quin culpa careat, ibi. *Sed forte aliquis dicit &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, obiicit per rationem. Secundo, per authoritatem, ibi. *Videtur tamen sentire aliter &c.* & quælibet harum diuiditur in obiectionem & solutionē, vt per se patet in litera.

QVÆSTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De bonis matrimonij.
¶ Secūda, De excusatione actus matrimonialis per bona prædicta.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum debeant esse aliqua bona ad excusandum matrimonium.
¶ Secūdo, Quæ, & quot sint.
¶ Tertio, Qualiter ad matrimonium se habeant.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum matrimonium debeat habere aliqua bona, quibus excusetur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium nō debeat habere aliqua bona, quibus excusetur. Sicut enim conseruatio indiuidui, quæ fit per ea quæ ad nutritiuam pertinent, est de intētione naturæ, ita cōseruatio speciei, quæ fit per matrimoniū, & multo magis quanto melius & diuinius est bonum speciei quàm bonum vnius indiuidui: sed ad actum nutritiuæ excusandum non indigetur aliquibus. ergo nec etiam ad excusandum matrimonium.

¶ 2 Præt. Secundū Philosophum in 8. ethic. amicitia, quæ est inter virū & vxorem est naturalis, & claudit in se honestum, vtile, & delectabile: sed illud qđ de se est honestum non indiget aliqua excusatione. ergo nec bona excusantia debēt matrimonio attribui.

Cap. 12. Aug. vbi supra de nup. & concup. cap. 11.

¶ 3 Præt. Matrimonium institutū est in remedium, & in officium, vt supra distinct. 26. dictum est: sed secundum quod est in officiū non indiget excusatione, quia sic etiā in paradiso excusatione indiguisset; quod falsum est, ibi enim fuissent nuptiæ honorabiles, & torus immaculatus, vt August. dicit. Similiter nec secundum quod est in remedium, sicut nec alia sacramenta q̄ in remedium peccati instituta sunt. ergo matrimonium huiusmodi excusantia habere non debet.

q. 2. artic. 1. & 2.

Hugo de S. Vict. lib. 2. de sacramētis part. 11. cap. 8. Super gen. ad literam, lib. 9. ca. 3.

¶ 4 Præt. Ad omnia quæ honeste fieri possunt, virtutes dirigunt. Si ergo matrimonium aliquibus bonis potest honestari, non indiget aliis honestantibus, quàm animi virtutibus, & sic non debent matrimonio aliqua bona assignari quibus honestetur, sicut nec aliis, in quibus virtutes dirigunt.

SED CONTRA. Vbicumque est indulgentia, ibi est necessaria aliqua excusationis ratio: sed matrimonium conceditur in statu infirmitatis secundum indulgentiam, vt patet 1. Corinth. 7. ergo indiget per aliqua bona excusari.

¶ 2 Præt. Cōcubitus matrimonialis & fornicarius sunt eiusdem speciei quantum ad speciem naturæ: sed concubitus fornicarius est de se turpis. ergo ad hoc ꝙ matrimonialis non sit turpis, oportet ei aliquid addi quod ad honestatem eius pertineat, & in aliam speciem moris trahat.

RESPON. Dicendum, quòd nullus sapiens debet iacturam aliquam sustinere, nisi pro aliqua recompensatione alicuius æqualis, vel melioris boni. Vnde electio alicuius quod aliquam iacturam habet annexam, indiget alicuius boni adiunctione, per cuius recompensationem ordinetur & honestetur. In coniunctione autem viri & mulieris rationis iactura accidit, tum quia propter vehementiam delectationis[d] absorbetur ratio, vt non possit aliquid intelligere in ipso, vt Philosophus dicit: tum etiam propter tribulationem carnis, quam oportet tales sustinere ex sollicitudine temporalium, vt patet 1. Corinth. 7. & ideo electio talis coniunctionis non potest esse ordinata nisi per recompensationem aliquorum, ex quibus dicta coniunctio honestetur: & hæc sunt bona quæ matrimonium excusant, & honestum reddunt. D. 357

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in actu comestionis non est tam vehemens delectatio rationem absorbens, sicut in prædicta delectatione, tum quia vis generatiua, per quā originale traducitur, est infecta & corrupta, nutritiua autē per quam non traducitur, est corrupta, & nō infecta: tum quia de-

fectum in diuidui quilibet magis sentit in seipso, quàm defectũ speciei. Vnde ad excitandum ad comestionem, secundum quã defectui indiuidui subuenitur, sufficit sensus ipsius defectus: sed ad excitandum ad actum, quo defectui speciei subuenitur diuina prouidentia delectationem apposuit in actu illo, quæ etiã alia bruta mouet, in quibus non est infectio originalis peccati: & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ista bona, quæ matrimoniũ honestant, sunt de ratione matrimonij: & ideo non indiget eis quasi exterioribus quibusdã ad honestandũ, sed quasi causantibus in ipso honestatem quæ ei secũdum se competit.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd matrimonium ex hoc ipso, quòd est in officiũ, vel remediũ habet rationem vtilis & honesti: sed vtrũq; horum ei competit ex hoc, quòd huiusmodi bona habet, quibus fit & officiosum, & remediũ ad cõcupiscentiã adhibens.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd aliquis actus virtutis honestat & uirtute quasi principio elicitiuo, & circũstãtiis quasi formalibus principiis ipsius: hoc autem modo se habent bona ad matrimonium sicut circũstantiæ ad actus virtutis, ex quibus habet, quòd virtutis actus esse possit.

iunx non est, immo si coniunx non esset, adultera non foret. Quod cũ sit, culpa committitur, sacramentũ vero non cassatur. Bonum quoq; prolis non omnibus adest coniugibus. Quidam enim pari uoto continentiã seruant, alij pro ætatis defectu, vel alteri⁹ rei causa generare non valent. Nec omnes illi etiã qui prolem recipiunt, bonũ prolis habent. Nam bonum prolis dicitur non ipsa proles, vel prolis spes, quæ ad religionem nõn refertur, immo ad hæreditariam successionem, vt cum quis hæredes terrenæ possessionis habere desiderat: sed spes ac desiderium, quo proles ad hoc quæritur, vt religione informetur. Multi ergo prolem habẽt, qui tamen bono prolis carẽt, nec ideo tamen coniugium esse desinit. Sacramentum vero ita inseparabiliter coniugio hæret legitimarum personarum, vt sine illo coniugiũ non esse videatur, quia semper manet inter viuentes vinculum coniugale, vt etiam interueniente diuortio fornicationis causa, coniugalis vinculi firmitas nõ soluatur. Vbi vero non inter legitimas personas contrahitur coniugium, nõ adest illud bonum quod dicitur sacramentum, quia potest solui talium copula, de quibus post dicetur. Quòd vero coniugium sit inter eos, qui coniugali affectu non tamen gratia prolis, sed explendæ libidinis conueniunt, nec fornicarij, sed coniuges appellentur, ostendit Aug. inquiens. Solet quęri cum masculus & femina, nec ille maritus, nec illa vxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro incontinentia solius concubitus causa copulantur ea fide media, vt nec illa cum altero, nec ille cum altera faciant id, vtrum nuptiæ sint vocandæ? Et potest fortasse non absurde hoc appellari connubium, si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quàmuis non ea causa coniuncti sunt, non tamen vitauerint, vt vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere malo aliquo agant ne nascantur. Cæterum si uel vtrumque, uel vnũ horũ desit, non inuenio quomodo has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquã sibi ad tempus adhibuerit, donec aliquam dignam honoribus, aut suis facultatibus inueniat, quã in coniugio adducat, animo ipso adulter est, nec

Dist. 34. — De bon. cõiugali. ca. 5. to. 6. Et hr 32. q. 2. ca. Solet.

Articvlvs II.

b Vtrum sufficienter bona matrimonij assignentur in litera.

4. con. Gẽt. cap. 78. in fine. — Cap. 8.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd insufficienter bona matrimonij assignentur in litera, s. fides, proles, & sacrm: quia matrimoniũ non solũ fit in hoĩbus ad ꝓlẽ procreandã, & nutriendã, sed ad consortiũ cõis vitæ ꝑꝑ operũ cõmunicationẽ, vt dicitur in 8. eth. ergo sicut ponitur proles bonum matrimonij, ita deberet poni communicatio operum.

¶ 2 Præt. Coniunctio Christi ad ecclesiam quam matrimoniũ significat, perficitur per charitatẽ. ergo inter bona matrimonij magis deberet poni charitas, quàm fides.

¶ 3 Præt. In matrimonio sicut exigitur ꝙ neuter coniugum ad alterius torum accedat, ita exigitur quòd vnus alteri debitum reddat: sed præmiũ pertinet ad fidem, vt in litera dicitur. ergo deberet etiam iustitia propter redditionem debiti inter bona matrimonij computari.

¶ 4 Præt. Sicut in matrimonio, inquantum significat coniunctionem Christi & ecclesiæ, requiritur indiuisibilitas, ita & vnitas, vt sit vna vnius: sed sacramẽtum qđ inter tria bona coniugij computatur, pertinet ad indiuisionem. ergo deberet esse aliquid aliud quod pertineret ad vnitatem.

Sed contra. Videtur ꝙ superfluat, quia vnica virtus sufficit ad unicum actum honestandum: sed fides est quædam virtus. ergo non oportuit alia duo addere ad honestandum matrimonium.

¶ 2 Præt. Nõ ex eodẽ aliquid accipit rationẽ vtilis & honesti, cum vtile & honestum ex opposito bonũ diuidant: sed ex prole matrimoniũ accipit rationem vtilis. ergo proles non debet computari inter bona quibus matrimonium honestatur.

¶ 3 Præt. Nihil debet poni vt proprietas, vel cõditio suiipsius: sed hæc bona ponuntur vt quædam conditiones matrimonij. ergo cum matrimonium sit sacramentum, non debet poni sacramentum inter bona matrimonij.

Respon. Dicendum, quòd matrimoniũ est in officium naturæ, & est sacramẽtũ ecclesiæ; inquãtũ ergo est in officiũ naturæ duobus ordinatur, sicut & quilibet alius virtutis actus, quorum vnũ exigit ex parte ipsius agentis, hoc est intentio finis debiti, & sic ponitur bonũ matrimonij proles: aliud exigit ex parte ipsius act⁹, qui est bonus in genere ex hoc, ꝙ cadit supra debitã materiã, & sic est fides, ꝑ quam homo ad suã accedit, & non ad aliã. Sed vlterius habet aliquam bonitatem inquantum est sacrm, & hoc significatur ipso nomine sacramenti.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ in prole non solum intelligitur procreatio prolis, sed etiam educatio ipsius, ad quam sicut ad finẽ ordinatur tota cõicatio operũ, quæ est inter virum & vxorem, inquantũ sunt matrimonio iũcti, quia patres naturaliter thesaurizant filiis, vt patet 2. Cor. 12. & sic in prole quasi in principali fine alius quasi secundarius includitur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ fides non accipitur hic prout est virtus theologica, sed prout est pars iustitiæ, secundũ quod fides dicitur ex hoc, ꝙ fiũt dicta in obseruatione promissorũ: & quia in matrimonio, cum sit quidam contractus, est quædã promissio, per quam talis vir tali mulieri determinatur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut in promissione matrimonij continetur vt neuter ad alterum torum accedat, ita etiã ꝙ sibi inuicem debitum reddant, & hoc etiam est principalius, cum consequatur ex ipsa mutua potestate in inuicem data, & ideo vtrumque ad fidem pertinet, sed in litera ponitur illud quod est minus manifestum.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ in sacramento non solum intelligenda est indiuisio, sed omnia illa quæ consequũtur matrimonium ex hoc, ꝙ est signum coniunctionis Christi & ecclesiæ: vel dicendum quòd vnitas quam obiectio tangit, pertinet ad fidem, sicut indiuisio ad sacramentum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd fides non accipitur hic ꝓ aliqua virtute, sed pro quadam conditione virtutis, ex qua fides nominatur, quæ ponitur pars iustitiæ.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ sicut debitus vsus boni vtilis accipit rationem honesti, non quidem ex vtili, sed ex ratione quæ rectum vsum facit, ita etiam ordinatio ad aliquod bonum vtile potest facere bonitatem honestatis ex vi rationis debitam ordinationem faciẽtis, & hoc modo matrimoniũ ex hoc quòd ordinatur ad prolem, vtile est, & nihilominus honestum, in quantum debite ordinatur.

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ sicut magister dicit in litera, sacramentum non dicitur hic ipsum matrimonium, sed inseparabilitas eius, quæ est eiusdem rei signũ cuius & matrimoniũ. Vel dicendum, ꝙ quàmuis matrimonium sit sacramentum, tñ aliud est matrimonio esse matrimoniũ, & aliud est ei esse sacramentũ, quia nõ solũ ad hoc est institutũ, vt sit in signum rei sacræ, sed etiam vt sit in officium naturæ: & ideo ratio sacraméti

est quædam conditio adueniens matrimonio secundum se cõsiderato, ex quo etiam honestatem habet, & ideo sacramentalitas eius, vt infra dicam, ponitur inter bona honestantia matrimonium, & secundum hoc in tertio bono matrimonij, scilicet sacramento, non solum intelligitur inseparabilitas, sed etiam omnia quę ad significationem ipsius pertinent.

Articvlvs III.

Vtrum sacramentum sit principalius inter matrimonij bona.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur ꝙ sacramẽtum non sit principalius inter matrimonij bona, quia finis est potissimũ in vnoquoque: sed proles est matrimonij finis. ergo ꝓles est principalius matrimonij bonum.

¶ 2 Præt. Principalius est in rõne speciei differentia, quæ complet speciem q̃ genus, sicut forma q̃ materia in constitutione rei naturalis: sed sacramentũ competit matrimonio ex ratione sui generis, proles autẽ & fides ex ratione differentiæ inquantũ est tale sacramentum. ergo alia duo sunt magis principalia ĩ matrimonio q̃ sacramentum.

¶ 3 Præt. Sicut inuenit matrimoniũ sine prole & fide, ita inuenitur sine inseparabilitate, sicut patet qñ alter cõiugũ ante matrimonium consummatũ ad religionẽ transit. ergo nec ex hac ratione sacrm est in matrimonio principali⁹.

¶ 4 Præt. Effectus non potest esse principalior sua causa: sed cõsensus qui est causa matrimonij mutatur frequẽter. ergo & matrimoniũ dissolui potest, & sic inseparabilitas non semper concomitatur matrimonium.

¶ 5 Præt. Sacrã q̃ habẽt effectũ ꝑpetuũ imprimunt characterẽ: sed in matrimonio nõ imprimit character. ergo non adest ei inseparabilitas ꝑpetua, & ita sicut est matrimoniũ sine prole, ita potest esse sine sacro, & sic idẽ qđ prius.

Sed contra. Illud qđ ponitur in diffinitione rei est sibi maxime essentiale: sed indiuisio q̃ pertinet ad sacrm, ponit in diffinitione supra de matrimonio data, non autem proles, vel fides. ergo sacrm inter alia matrimonio est essentialius.

¶ 2 Præt. Virtus diuina quæ in sacris operatur, est efficacior, quàm virtus humana: sed proles & fides pertinẽt ad matrimonium secundum quod est in officium naturæ humanæ: sacrm aũt secundum quod est ex institutione diuina. ergo sacramentum est principalius in matrimonio, quàm alia duo.

Respon. Dicendum, ꝙ aliquid dicitur in re aliqua principalius altero duobus modis, aut quia est essentialius: aut quia dignius. Si quia dignius, sic omnibus modis sacrm est principalius inter tria cõiugij bona, quia ꝑtinet ad matrimoniũ inquãtum est sacramentũ gratiæ. Alia vero duo pertinent ad ipsum inquantũ est quoddã naturæ officium: perfectio autem gratiæ est dignior ꝑfectione naturæ. Si autem dicatur principalius, qđ est essentialius, sic distinguendum est, quia fides & proles possunt dupliciter cõsiderari. Vno modo in seipsis. & sic pertinent ad vsum matrimonij, ꝑ quẽ & proles ꝓducitur, & pactio coniugalis seruatur: sed indiuisibilitas, quã sacrm importat, pertinet ad ipsum matrimoniũ s̃m se, quia ex hoc ipso, ꝙ per pactionem coniugalẽ sui potestatem sibi inuicẽ in perpetuũ coniuges tradunt, sequitur ꝙ separari non possint, & inde est ꝙ matrimoniũ numq̃ inuenitur sine inseparabilitate: inuenitur autẽ sine fide & prole, quia esse rei nõ depẽdet ab vsu suo, & secundum hoc sacrm est essentialius matrimonio, q̃ fides & ꝓles. Alio modo possunt considerari fides & proles, s̃m qđ sunt in suis principiis, vt ꝓ prole accipiatur intẽtio ꝓlis, & pro fide debitum seruãdi fidem, sine quibus etiam matrimoniũ esse nõ põt, qa hæc in matrimonio ex ipsa pactione cõiugali causantur, ita ꝙ si aliquid contrariũ huiusmodi exprimeretur in consensu, qui matrimonium facit, non esset verũ matrimoniũ: & sic accipiẽdo fidẽ & prolẽ, proles est essentialissimum in matrimonio, & secundo fides, & tertio sacramentum: sicut etiam homini est essentialius esse naturę, q̃ esse gratię, quàmuis esse gratiæ sit dignius.

Ad primvm ergo dicendum, quòd finis secundum intentionem est primum in re, sed secundum consecutionem est vltimum: & similiter se habet proles inter matrimonij bona, & ideo quodammodo est principalius, & quodammodo non.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramentum etiam prout ponitur tertium matrimonij bonum pertinet ad matrimoniũ ratione suæ differentiæ. Dicitur enim sacrm ex significatione

cum illa quam cupit inuenire, sed cum ista, cum qua sic cubat, vt cũ ea nõ habeat maritale cõsortium, adulter est. Ecce coniuges dicuntur, qui solius concubitus causa conueniunt, si tamen prolis generationem aliquo malo dolo non vitent.

De his qui procurant uenena sterilitatis.

Qvi vero venena sterilitatis procurant, nõ coniuges, sed fornicarij sunt. Vnde Aug. Aliquando eousq; peruenit hęc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiã venena sterilitatis procuret, & si nihil valuerint, conceptos fœtus inter viscera aliquo modo extinguat, vel fundat, volendo prolem suã prius interire, quàm viuere, aut si in vtero viuebat, occidi antequàm nasci. Prorsus, si ambo tales sint, coniuges non sunt, & si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt. Si vero ambo tales non sunt, audeo dicere, aut illa quodammodo est mariti meretrix, aut ille adulter vxoris.

Quando sunt homicidæ qui procurant abortum.

Hic quæri solet de his qui abortum procurant, qñ iudicẽtur homicidæ, vel non. Tunc puerperium ad homicidium pertinet, qñ formatũ est, & aĩam habet, vt Aug. super Exo. asserit. Informe autem puerperiũ vbi non est anima viua, lex ad homicidium pertinere noluit. Dicit etiam Aug. ꝙ informe puerperium non habet aĩam, ideoq; mulctatur pecunia, nõ redditur anima pro aĩa, sed iã formato corpori aĩa datur, non in cõceptu corporis nascitur cum semine deriuata. Nam si cum semine, & anima existit de anima, tunc & multæ animę quotidie pereunt, cum semen ex fluxu nõ proficit natiuitati. Primũ oportet domum compaginari, & sic habitatorem induci. Cum ergo lineamenta compacta nõ fuerint, vbi erit aĩa? Item Hieron. ad Algasiam. Semina paulatim formãtur in vtero, & tandiu non reputatur homicidiũ, donec elementa confecta suas imagines, membraq; suscipiant. His apparet tunc eos homicidas esse, qui abortũ procurant, cũ formatũ est, & animatum puerperium.

Hr 32. q. 2. ca. Sicut semina. vbi exponit illa verba, Væ pregnantibus. q. 4.

De excusatione coitus, qui fit per hæc bona.

B

Cvm ergo hæc tria bona in aliquo coniugio simul concurrunt, ad [a] excusationẽ coitus carnalis ualent. Quando.n. seruata fide tori causa prolis coniuges conueniunt, sic excusatur coitus, vt culpam non habeat. Quando vero deficiente bono prolis, fide tamen seruata conueniunt causa incontinentiæ, non sic excusatur, vt non habeat [b] culpam, sed [c] venialem. Vnde Aug. Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam: concupiscentię vero satiandæ, sed tamen cum coniuge, propter tori fidem venialẽ habet culpam. Item. Hoc ꝙ coniugati victi concupiscentia vtuntur inuicem vltra necessitatem liberos procreandi, ponam in his, pro quibus quotidie dicimus. Dimitte nobis debita nostra &c. Vbi autem hæc bona desunt, fides scilicet & proles, non videtur coitus defendi a crimine. Vnde in sententiolis Sexti Pytagorici legitur. Omnis ardentior amator propriæ vxoris adulter est. Item Hieronymus. Sapiens iudicio amat coniugem, non affectu, non regnat in eo impetus voluptatis, nec præceps fertur ad coitum. Nihil est fœdius, quàm vxorem amare quasi adulteram. Qui dicunt se causa humani ge-

De bono coniugali, cap. 6. & 7. tom. 6. — Matth. 6. — Hæc verba ex Hiero. ꝯ Iouinianũ lib. 1. circa finẽ, habentur 32. q. 4. cap. Origo quidem.

huius rei sacræ determinatæ, quam marimonium significat.

De eccles. dogm. c.63

¶Ad tertium dicendū, φ nuptiæ secundum August. sunt bonum mortalium: vnde in resurrectione non nubent, neq; nubentur, vt dicitur Matth. 22. & ideo vinculum matrimonij nō se extendit vltra vitam in qua trahitur: & ideo dicitur inseparabile, quia non potest in hac vita separari, sed per mortē separari potest siue corporalem post carnalem coniunctionem, siue spiritualē post spiritualem tātum.

Hī 32. q.4. ca. Liberorum.

¶Ad quartum dicēdum, quòd quàmuis consensus qui facit matrimoniū, non sit perpetuus materialiter, idest, quantum ad substātiam actus, quia ille actus cessat, & potest contrarius succedere, tamen formaliter loquēdo, est perpetuus, quia est de perpetuitate vinculi, alias non faceret matrimonium. Non enim consensus ad tēpus ad aliquam matrimoniū facit: & dico formaliter, secundū quod actus accipit speciem ab obiecto, & secundum hoc matrimonium ex consensu inseparabilitatem accipit.

¶ Ad quintum dicēdum, quòd in sacramentis, in quibus imprimitur character, traditur potestas ad actus spirituales, sed in matrimonio ad actus corporales: unde matrimonium ratione potestatis, quam in se inuicē coniuges accipiunt, cōuenit cum sacramētis, in quib9 character imprimitur, & ex hoc habet inseparabilitatem, vt in litera dicitur: sed differt ab eis, inquantum potestas illa est ad actus corporales, & propter hoc non imprimit characterem spiritualem.

De verbis Aposto. tomo 10.

neris vxoribus iungi; imitentur saltem pecudes, & postquàm venter vxoris intumuerit, non perdāt filios, nec amatores se vxoribus exhibeant, sed maritos. Idem. In matrimonio opera liberorum concessa sunt, voluptates autem quæ de meretricum amplexibus capiūtur, in vxore damnatæ.

De indulgentia Apostoli quomodo sit accipienda.

1.Cor.7.

SED si concubitus, qui fit causa prolis, culpa caret, quid Apostolus secundum indulgentiam permittit? ita enim ait. Hoc autem dico secundum indulgentiam. Cui enim præstatur venia nisi culpæ? Per hoc etiam quidam probare volunt nuptias esse peccatum, sed vt prædictum est, indulgētia alia est concessionis. Egerat Apostol9 de nuptiis, & de carnali coitu, & ad vtrumq; retulit illud, Hoc autem dico secū dum indulgentiam. Indulgentur enim nuptiæ secundum concessionem, & concubitus nuptialis, qui fit tantum causa prolis. Concubitus vero, qui est præter necessitatē generandi, ob incontinentiam indulgetur secundum permissionē, quia ibi est aliqua culpa, sed leuis. Ideoque non iubetur, nec conceditur, sed pmittitur: quia nō est laudabilis, sed venialis. De hoc Aug. sic ait. Forte aliquis dicet, Si veniā concessit Apostolus, ergo peccatū sunt nuptiæ: cui.n. venia nisi pec-

QVÆSTIO II.

B

Deinde quæritur qualiter per bona prædicta matrimonium excusetur.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum prædicta bona possint excusare actum matrimonij, vt non sit omnino peccatum.
¶ Secundo, Vtrum sine eis a peccato aliquādo excusari possit.
¶ Tertio, Vtrū quando est sine eis, semper sit peccatū mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

1. 2. q. 34. art.1. ad 1. 22. q.153. ar.2. per totam. Et 3. cont. Gent. cap.126.

a *Vtrum actus matrimonij possit excusari per bona prædicta, ut non sit peccatum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur φ actus matrimonij non possit excusari per bona prædicta, vt non sit omnino peccatum, quia quicumq; sustinet damnum maioris boni propter minus bonum pec-

F cat, quia inordinate sustinet: sed bonum rationis, quòd læditur in ipso actu coniugali, est maius quàm hæc tria coniugij bona. ergo prædicta bona non sufficiunt ad excusandum coniugalem concubitum.

¶ 2 Præt. Si bonum malo addatur in genere moris, totum efficitur malum, non aūt totum bonum: quia vna circunstātia mala facit actum malum, non autem vna bona facit ipsum bonū: sed act9 coniugalis secundū se malus est, alias excusatione non indigeret. ergo bona matrimonij adiuncta non possunt ipsum bonum facere.

¶3 Præt. Vbicumq; est īmoderatio passionis, ibi est vitium in moribus: sed bona matrimonij nō possunt efficere qn delectatio illius act9 sit immoderata. ergo non possunt excusare quin sit peccatum.

Aug. de bono coniugali. cap.6. tom. 6.

¶ 4 Præt. Verecundia non est nisi de turpi actu, secundū Dama. sed bona matrimonij non tollunt erubescentiam ab illo actu. ergo nō possunt excusare, quin sit peccatum.

Defi. orth. lib.2.c.15.

SED CONTRA, Concubitus coniugalis non differt a fornicario, nisi per bona matrimonij. si ergo hæc non sufficerent excusare ipsum, tunc matrimonium semper illicitum remaneret, qđ est contra id quod habitum est supra 26. distinct.

q.1.art.3.
1.Cor.7.

¶ 2 Præt. Bona matrimonij se habent ad actum eius, sicut circunstantiæ debitæ, vt dictū est: sed circunstantiæ tales sufficienter faciunt quòd aliquis actus nō sit malus. ergo & hæc bona possunt excusare matrimonium, vt nullo modo sit peccatum.

cato cōceditur? Plane qđ infirmitati præmisit ſm veniā, audeo dicere peccatū esse: veniam namq; concedens Apostolus concubitū attēdit coniugatorū, vbi est incontinentiæ malū. Incontinentiæ malum est, φ vir cognoscit vxorem etiā vltra necessitatē procreādi liberos: sed & ibi est nuptiarū bonū. Non.n. quia

G incōtinentia malū est, ideo coniugiū. Vbi est concubitus præter intentionē generationis, non est bonū, nō pp illud malū culpabile est hoc bonū, sed illud malū fit veniale pp bonū nuptiale, quod nō reprehendit Apostolus, sed malū incontinētiæ. Itē. Cōcubitū qui non fit causa prolis, nuptię nō cogunt fieri, sed impetrāt ignosci: si tñ non ita fit nimius vt impediat tpa q orōni debētur, nec immutent in eū vsum, qui est contra naturā. Concubitus.n.

H necessarius causa generādi inculpabilis, & solus ipse nuptialis est. Ille vero qui vltra necessitatē progreditur, nō rationi, sed libidini obsequitur, & hunc nō exigere, sed reddere coniugi ne fornicetur, ad cōiugē pertinet. Si vero ambo tali concupiscētiæ subiguntur, rem faciūt q nō est nuptiarū, cuius delicti nō sunt nuptiæ hortatrices, sed deprecatrices. Decus quidē coniugale est

I castitas procreādi, & reddendi carnalis debiti fides. Hoc est opus nuptiarum, quod ab omni peccato defendit Apōst. dicens. Non peccat virgo, si nupserit. Cū ergo culpabilis non sit generandi intentione cōcubitus, qui proprie nuptiis impu

k RESPON. Dicendum, quòd aliquis actus dicitur excusari dupliciter. Vno modo ex parte facientis, ita quòd non imputetur facienti in culpam, quàmuis sit malus: vel saltem non in tantam culpam, sicut ignorātia dicitur excusare peccatum in toto, vel in parte. Alio modo, dicitur excusari act9 ex parte sui, ita, φ non sit malus, & hoc modo prædicta bona dicūtur excusare actum matrimonij. Ex eodem autem habet actus aliquis, φ non sit malus in genere moris, & φ sit bonus, quia nō est aliquis actus indifferens, vt in 2. lib. dictum est. Dicitur aūt aliquis humanus actus bonus dupliciter. Vno modo, bonitate virtutis, & sic actus habet φ sit bonus ex his quæ ipsum in medio ponunt, & hoc faciunt in actu matrimonij fides, & proles, vt ex dictis patet. Alio modo, bonitate sacramenti, ſm qđ actus nō solum bonus, sed etiam sanctus dr: & hanc bonitatē habet actus matrimonij ex indiuisibilitate coniunctionis, ſm quam signat coniunctionem Christi ad ecclesiam: & sic patet quòd prædicta sufficienter actum d matrimonij excusant.

Dist.40.arti.5.per totum.

D.858.

AD PRIMVM ergo dicendū, φ per matrimonij actum nō incurrit homo damnū rationis quantū ad habitū, sed solū quantum ad actū. Nec est inconueniens, φ qnq; aliquis actus melior ſm genus suum interrumpatur pro aliquo minus bono actu, hoc enim sine peccato fieri potest: sicut patet in eo q a con-

a contemplatione cessat, vt interdum actioni vacet.

¶Ad secundum dicendū, φ ratio illa procederet, si malum quod inseparabiliter concomitatur concubitum, esset malum culpæ: nunc autem non est malum culpæ, sed pœnæ tantum, quæ est inobedientia concupiscētiæ ad rationem, & ideo ratio nō sequit.

¶ Ad tertium dicēdum, φ superabundātia passionis quæ vitium facit, non attenditur secundum intensionem quantitatiuam ipsius, sed secūdum proportionem ad rationē: vnde tūc solum passio reputatur immoderata, quando limites rationis excedit. Delectatio aūt quæ fit in actu matrimoniali, quamuis sit intēsissima, secundū quātitatē, tamen nō excedit limites sibi a ratione præfixos ante principiū suum, quamuis in ipsa delectatione ratio eos ordinare non possit.

Cor. 7.

¶ Ad quartum dicēdum, φ turpitudo illa quæ semper est in actu matrimonii & erubescētiam facit, turpitudo est pœnę, & non culpæ, quia de quolibet defectu homo naturaliter erubescit.

ARTICVLVS II.

Vtrum actus matrimonij excusari possit, ēt sine matrimonij bonis.

Supra.

AD SECVNDUM sic proceditur. Videtur quòd actus matrimonii excusari possit, etiā sine matrimonii bonis. Qui enim a natura tantum mouetur ad actum matrimonii non videtur aliquod bonum intendere, quia bona matrimonii pertinent ad gratiam, vel virtutem: sed quando aliquis solo naturali appetitu mouetur ad actum prædictum, non videtur esse peccatum, quia nullum naturale est malum, cum malum sit præter naturam, & præter ordinem, vt dicit Diony. ergo actus matrimonialis potest excusari etiam sine bonis matrimonii.

Dioni. de nominibus c. 4.

¶2 Præt. Ille qui vtitur coniuge ad fornicationem vitandam nō videtur aliquod bonum matrimonii intendere: sed talis nō peccat, vt videtur, quia ad hoc est matrimonium concessum humanæ infirmitati, vt fornicatio uitetur 1. Cor. 7. ergo etiā sine bonis matrimonii potest actus eius esse excusatus.

¶ 2 Præt. Ille qui vtitur re sua ad libitum non facit contra iustitiam, & sic non peccat, vt videtur: sed per matrimonium vxor efficitur res viri, & econuerso. ergo si se inuicem ad libitum vtuntur libidine mouente, non videtur esse peccatum, & sic idem quod prius.

¶ 2 Præt. Illud quod efficitur bonum ex genere, non efficitur malum nisi ex mala intentione fiat: sed actus matrimonii quo quis suam cognoscit est ex genere bonus. ergo non potest malus esse nisi mala intentione fiat: sed potest bona intentione fieri, etiam si non intendatur aliquod matrimonii bonum, puta, cum quis per hoc salutem corporalem intendit seruare, aut consequi, ergo videtur quòd etiam sine matrimonii bonis actus ille possit excusari.

tādus est, quid secundū veniā concedit Apostolus, nisi quòd coniuges debitum carnis exposcunt non propaginis volūtate, sed libidinis voluptate? Quæ tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit veniam. Immoderata ergo progressio secundum veniam conceditur. Quo circa & hic laudabiles sunt nuptiæ, quia etiam illud quod non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Non enim iste concubitus quo seruitur concupiscentiæ, agitur ut impleatur fętus quem postulant nuptiæ. Omnino ergo in genere suo nuptiæ bonæ sunt, quia fidē tori seruant, & prolis suscipiendæ causa vtrumque sexum cōmiscent, & impietatem separationis horrēt. Sanctitati etiam coniugii nec coniunx infidelis obesse potest, sed potius fidelis prodest infideli, ut Apostolus docet. Ex his ostenditur, φ coniuges qui causa prolis tantum conueniunt, vel qui exigentibus debitum reddunt, defendit a peccato sanctitas coniugii, bonumque nuptiale. Si enim absque peccato non posset fieri concubitus coniugalis, nō præcepisset Dñs post diluuium eos copulari dicēs. Crescite, & multiplicamini, cū iā sine carnali cōcupiscētia nō possint cōmisceri.

Quòd non omnis delectatio carnis peccatum est.

SEd forte aliquis dicet, omnem carnis concupiscentiam & delectationem quę est in coitu malū esse & peccatum, quia ex peccato est, & inordinata. Et nos dicimus illam concupiscentiam semper malam esse, quia fęda est, & pœna peccati, sed nō semper peccatum est. Sæpe enim delectatur vir sanctus secundum carnem in aliqua re, vt requiescendo post

B laborem, edēdo post esuriē, nec tamen talis delectatio est peccatum, nisi sit immoderata. Sic & delectatio quæ fit in coitu coniugali, cui adsunt illa tria bona a peccato defenditur. Videtur tamē bea. Greg. aliter sentire. s. quòd sine peccato nō possit fieri carnalis commistio, dicens. Vir cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua ecclesiā intrare non debet. Quamuis diuersæ hominum nationes de hac re diuersa sentiant, & alia custodire vi

C deantur. Romanorum tamen semper ab antiquiorib9 vsus fuit, post admistionem proprii coniugis & lauacri purificationem quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum temperare. Nec hoc dicentes, culpam deputamus esse coniugium, sed quia ipsa illicita admistio coniugis sine uoluptate carnis fieri nō potest, a sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas illā sine culpa nullatenus esse potest.

Habetur 33.qu.4.ca. Vir causa propria.

D *Determinat authoritatem.*

HOc autē ne prædictis obuiet, intelligendum est in illis qui gratia prolis conueniunt, quorum voluptas nō est

A SED CONTRA. Remota causa remouetur effectus: sed causa honestatis actus matrimonialis sunt matrimonii bona. ergo sine eis non potest actus matrimonialis excusari.

¶ 2 Præt. Actus prædictus non differt ab actu fornicario, nisi in prædictis bonis: sed concubitus fornicarius semper est malus. ergo si non excusatur in prædictis bonis, etiam matrimonialis actus semper erit malus.

RESPON. Dicēdum, quòd sicut bona matrimonii secūdum quod sunt in habitu faciunt matrimonium honestū & sanctum: ita etiā secundum quod sūt in actuali intentione faciūt actum matrimonii honestum quātum ad illa duo bona quæ ipsi9 actū respiciunt. Vnde quādo coniuges cōueniunt causa prolis procreandæ, vel vt sibiinuicem debitum reddant, quæ ad fidem pertinent, totaliter excusantur a peccato. Sed tertiū bonum nō pertinet ad vsum matrimonii, sed ad essentiam ipsius, vt dictum est: vnde facit ipsū matrimoniū honestū, non autem actum eius, vt per hoc act9 absque peccato leddatur, quia alicuius significationis causa conueniunt: & ideo duobus solis modis cōiuges absque omni peccato conueniunt, scilicet causa prolis procreādæ, & debiti reddēdi, alias autē semper est ibi peccatū d ad minus veniale.

D.858.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd proles prout est bonum sacramenti, addit supra prolem prout est intentū a natura. Natura enim intendit prolem prout in ipsa saluatur bonum speciei: sed in prole secundum quod est bonum sacramenti matrimonii vltra hoc intelligitur vt proles suscepta vlterius ordinetur in deū, & ideo oportet quòd intētio naturæ qua prolem intendit, referatur actu, vel habitu ad intentionem prolis prout est bonum sacramenti, alias staretur in creatura, quod sine peccato esse non pōt: & ideo quando natura tantum mouet ad actum matrimonii, non excusatur

E a peccato omnino nisi inquantum motus naturæ ordinatur actu, vel habitu vlterius ad prolem secundum quod est bonum sacramenti: nec tamen sequitur quòd motus naturæ sit malus, sed quòd sit imperfectus, nisi ad aliquod bonum matrimonii vlterius ordinetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si aliquis per actum matrimonii intendat vitare fornicationem in coniuge, nō est aliquod peccatum, quia hoc est quædam redditio debiti, quod ad bonū fidei pertinet, sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas, & secundum hoc est peccatum veniale, nec ad hoc est matrimonium institutum nisi secundum indulgētiam quæ est de peccatis venialibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vna debita circunstantia non sufficit ad hoc quòd actus sit bonus, & ideo non oportet quòd qualitercunque quis re sua vtatur, usus sit bonus, sed quādo vtitur re sua vt debet secundum omnes circunstantias.

¶ Ad

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis intendere sanitatis cõseruationem non sit per se malum, tamen hæc intentio efficitur mala, si ex aliquo sanitas intendatur, quod non est ad hoc de se ordinatum, sicut qui ex sacramento baptismi tantum salutem corporalem quæreret, & sicut est in proposito actu matrimoniali.

ARTICVLVS III.

c Vtrũ aliquis peccet mortaliter cognoscens uxorem non intendens aliquod matrimonii bonum, sed solam delectationem.

[Et habetur vbi sup. eodem cap. §. Si quis.]

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd quandocũque aliquis vxorem cognoscit nõ intendens aliquod matrimonii bonum, sed solam delectationem mortaliter peccat: qa Hiero. dicit, & habetur in litera. Voluptates quę de meretricum amplexibus capiuntur, in vxore damnandæ sunt: sed non dicitur esse damnabile nisi peccatum mortale. ergo cognoscere vxorem propter solam voluptatẽ est peccatum mortale semper. [32. q. 4. ca. Liberorũ. Ex cap. 5. epistolæ ad Ephes. lib. 3. super illud. Viri diligite vxores vestras.]

¶ 2 Præt. Consensus in delectationem est peccatũ mortale, vt in secundo li. dist. 24 dictũ est: sed quicũq; cognoscit vxorẽ suã causa delectationis, cõsentit in delectationem. ergo mortaliter peccat. [q. 3. ar. 4. in cor.]

¶ 2 Pæt. Quicumq; vsum creaturæ non refert in deum, creatura fruitur, quod est peccatum mortale: sed quicumque uxore propter solam delectationẽ vtitur, hunc vsum non refert in deũ. ergo mortaliter peccat.

¶ 4 Præt. Null⁹ debet excommunicari, nisi pro peccato mortali: sed aliquis sola libidine vxorem cognoscens arcetur ab introitu ecclesiæ, vt in litera dicitur, quasi sit excommunicatus. ergo omnis talis peccat mortaliter.

SED CONTRA est, secundum August. quòd talis concubitus ponitur inter peccata quotidiana, pro quibus dicitur, Pater noster, vt habetur in litera: sed talia non sunt peccata mortalia. ergo &c.

¶ 2 Præt. Qui cibo vtitur propter delectationem tantum, non peccat mortaliter. ergo pari ratione qui vtitur vxore tantum causa libidinis satiandæ.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dicunt, quòd quandocumque ad actum coniugalem libido principaliter mouet, est peccatum mortale, sed quando mouet ex latere, tunc est peccatum veniale: quando autem delectationem omnino respuit, & displicet ei, tunc est omnino absque veniali peccato, vt sic delectationem in actu illo quærere, sit peccatum mortale, delectationem oblatam acceptare, sit peccatum veniale, sed eam odire, sit perfectionis. Sed hoc non potest esse, quia secundum Philosophum in 10. eth. [cap. 5.] Idem est iudicium de delectatione & operatione, quia operationis bonæ est delectatio bona, & malæ mala: vnde cum actus matrimonialis non sit per se malus, nec quærere delectationem erit peccatum mortale semper. Et ideo dicendũ, quòd si delectatio quæratur vltra honestatem matrimoni, vt scilicet quia aliquis in coniuge non attendat quòd coniunx est, sed solum quod mulier est, idem paratus facere cum ea ac si non esset coniunx, est peccatum mortale: & talis dicitur ardentior F amator vxoris, quia scilicet ardor ille extra bona matrimonii effertur. Si autem quæratur delectatio infra limites matrimonii, vt scilicet talis delectatio in alia non quæreretur quam in coniuge, sic est veniale peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tunc voluptates meretricias vir in vxore quærit, quãdo nihil aliud in ea attendit, quàm quod in meretrice attenderet.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd consensus in delectationem concubitus, qui est mortale peccatũ, est mortale peccatũ, non aũt talis ẽ delectatio matrimonialis actus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis delectationem non referat actu in deum, tamen non ponit in ea vltimum voluntatis finem, alias eam vbicumq; indifferenter quæreret, & ideo nõ oportet quòd creatura fruatur, sed vtitur creatura propter se, se autem habitualiter propter deum, quamuis non actu. [qu. 1. ar. 3. in cor. & fere per totũ, & in litera Magistri.]

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd hoc non dicitur propter hoc, quòd ex hoc peccato homo excommunicationẽ mereatur, sed quia spiritualibus se reddit inhabilẽ, propter quod in actu illo homo efficitur tot⁹ caro. [Aug. de bono coniuga li cap. 6. to. 6.]

EXPOSITIO TEXTVS.

SOLET *quæri, cum mascul⁹ etc.* De hoc in præcedenti dist. dictũ est, quoniã malus finis bonitatẽ matrimonii nõ tollit. *Qui uero uenena &c.* Hoc peccatũ quãuis sit graue, & inter maleficia computandũ, & contra naturã, quia etiam bestiæ fetus expectãt, tñ est min⁹ quàm homicidiũ, quia adhuc poterat alio modo impediri conceptus, nec est iudicandus talis irregularis, nisi iam formato puerperio aborsum procuret. *Semina paulatim formantur &c.* De hoc habitũ est in tertio di. 3. *Et postquàm uenter uxoris &c.* Quamuis enim matrix post impregnationẽ claudatur, tamen ex delectatione, vt Auic. dicit, mouetur & aperitur, & ex hoc imminet periculum aborsus. & ideo Hiero. vituperat accessum viri ad vxorem impregnatam, non tamen ita quòd semper sit peccatum mortale, nisi forte quando probabiliter timetur de periculo aborsus. [Auicenna. ut habetur i litera Magistri.] K *Vt immutet in eum usum &c.* Vsus contra naturam coniugis est, quando debitum vas prætermittit, vel debitum modum a natura institutum quantum ad situm, & in primo semper est peccatum mortale, quia proles sequi non potest, vnde totaliter intentio naturæ frustratur: sed in secundo modo non semper est peccatum mortale, vt quidam dicunt, sed potest esse signum mortalis concupiscentiæ: quandoque etiam sine peccato esse potest, quando dispositio corporis alium modum nõ patitur: alias tanto est grauius, quanto magis a naturali modo receditur.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de bonis coniugii, quibus actus matrimonialis excusatur, hic determinat de actu ipso secundum quod vlterius accipit rationem debiti per bona coniugii, & diuitur in partes duas. In prima ostendit quòd vterque coniugum alteri debitum reddere tenetur. In secunda, ostendit quòd petitio primi debiti propter solemnitatem temporis impeditur, ibi. *Et licet debitum &c.* Prima in duas. In prima, ostendit quòd vir & vxor sunt æquales in debiti redditione. Secundo, probat quoddam quod supposuerat, ibi. *Quòd uero sine consensu &c. Et licet debitum &c.* Hic determinat de tẽporibus in quibus actus matrimonii interdicitur. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd aliquod tẽpus impedit petitionem debiti. Secundo ostẽdit quòd etiam aliquod impedit celebrationem nuptiarum, ibi. *Nec solum in opere carnali &c.* Circa primum duo facit. Primo ostendit veritatem. Secundo excludit quãdam obiectionem, ibi. *Illud autem quod dictum est &c.*

---

sine peccato, & vix aliqui reperiri possunt adhuc amplexus carnales experientes, qui non interdum conueniant præter intentionem procreandæ prolis. Hoc autem quotiens fit, ab ingressu ecclesiæ abstinendum est. Et quòd ita intelligendum sit, Gregorius consequenter ostendit. Si quis uero in sua G coniuge non cupidine voluptatis raptus, sed tantum creandorum liberorum gratia vtitur, iste perfecto siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumendo corporis dominici mysterio suo est iudicio relinquendus: quia prohiberi a nobis non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum uero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commistionis, habeant coniuges etiam de commistione sua quod defleant. Tunc autem vir qui post admistionem coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacram communionem valeat accipere, cum ei secundum præfinitam sententiam ecclesiam etiam licuerit intrare[c].

DISTIN. XXXII.

A

De solutione carnalis debiti.

SCiendum etiam est, quòd cum in omnibus alijs vir præsit mulieri, vt caput I corpori, est enim vir caput mulieris, in soluendo tamen carnis debito pares sunt. Ideo Apostolus vtrique pariter præcipit in hac causa sibi inuicem subiici, inquiens. Vir debitum[a] reddat vxori, similiter & vxor viro, quia mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: quia nec mulier ad alium virum, nec uir ad aliam mulierem potestatem sui corporis habet, nec vir ad continẽdum, nec mulier potestatem habet sine mutuo consensu, sed alter alterius potestatem habet corporis, vt poscenti alteri non liceat alteri negare debitum. In hoc enim H [c] pares sunt, quia nec viro, nec mulieri corpus suum licet alii tradere, sed sibi inuicem debitores sunt in hac causa, ne peccandi detur occasio, per quod non dominium tollitur viro, sed vitium. Debent enim sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem liberorum procreandorum causa, quæ prima est in ista mortalitate societas, verum etiã [b] infirmitatis inuicem excipiendæ ad illicitos concubitus deuitandos, mutuam quodammodo seruitutem, vt & si alteri eorum continentia placeat, nisi ex alterius [d] consensu nõ possit. Ad hoc enim neuter habet potestatem sui corporis, quod adeo verum est, vt etiam quod non filiorum procreãdorum, sed infirmitatis & incontinentiæ causa expetit, vel ille de matrimonio, vel illa non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas. Reddere enim debitum coniugale nullius est criminis, exigere autem vltra generandi necessitatem, culpæ est venialis. Fornicari uero, vel mœchari, puniendi est criminis.

Quòd neuter continere ualeat, nisi ex communi consensu.

QVòd vero sine consensu uxoris vir continere non valeat, subditis probatur testimoniis. Ait enim Augu. Si dicat vir, continere iam volo, nolo autem vxor, potest: quod enim tu B vis, illa non vult. Nunquid per cõtinentiam tuam illa debet fieri fornicaria? Si alii nupserit te viuo, adultera erit. Non uult tali lucro Deus tale damnum compensari. Redde debitum, & si non exigis, [Super psalmum 146. Et habetur 33. qu. 5. c. Si dicat.]

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum vterque cõiugum teneatur ex necessitate præcepti alteri debitum reddere semper. C

¶ Secũdo, Vtrum debeat aliquando reddere non poscenti.

¶ Tertio, Vtrum in redditione debiti vir & vxor sint æquales.

¶ Quarto, Vtrum vnus sine consensu alterius possit votum emittere, per quod impediatur redditio debiti.

¶ Quinto, Vtrum tempus impediat redditionem debiti.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum alter coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti ex necessitate præcepti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd alter coniugum non teneatur alteri ad redditionem debiti ex necessitate præcepti. Nullus enim prohibetur a sumptione eucharistię propter hoc quòd præceptum implet: sed ille qui vxori debitum reddit, non potest carnes agni edere, vt Hieron. in litera dicit. ergo reddere debitum non est de necessitate præcepti. [...Epi. ...Pau ...Cor. 7. ...incip. ...33. ...Scia]

¶ 2 Præt. Quilibet potest licite abstinere ab his quæ sunt sibi nociua in persona: sed aliquando reddere debitum poscenti esset nociuum personæ vel ratione infirmitatis, uel ratione solutionis iam factæ. ergo videtur quòd licite possit debitum poscenti negari.

¶ 3 Præt. Quicumque facit se impotentem ad faciendum id, ad quòd ex præcepto tenetur, peccat. si ergo aliquis ex necessitate præcepti tenetur ad reddendum debitum, videtur quòd peccet si ieiunando, vel alias corpus suum attenuando impotentem se reddat ad debiti solutionem, quod non videtur verum.

¶ 4 Præt. Matrimonium secundum Philosophum ordinatur ad procreationem prolis & educationem, & iterum ad communicationem vitæ: sed lepra est contra vtrumque matrimonii finem, quia cum sit morbus contagiosus, mulier leproso non tenetur cohabitare: similiter etiam morbus ille frequenter transmittitur ad prolem. ergo videtur quòd viro leproso vxor debitum reddere non teneatur. [...Ethicorũ ...ca. 16 ...ndum ...tionẽ ...um.]

SED CONTRA. Sicut seruus est in potestate domini sui, ita & vnus coniugum in potestate alterius, vt patet 1. Cor. 7. sed seruus tenetur ex necessitate præcepti domino suo debitum seruitutis reddere, vt patet. Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum tributum &c. ergo & vnus coniugum ex necessitate præcepti tenetur alteri reddere debitum.

¶ 2 Præt. Matrimonium est ordinatum ad fornicationem vitandam, vt patet 1. Cor. 7. sed hoc non posset per matrimonium fieri, si vnus alteri non teneretur debitum reddere, quando concupiscentia infestatur. ergo reddere debitum est de necessitate præcepti.

RESPON. Dicendum, quòd matrimonium est principaliter institutum in officium naturæ: & ideo in actu eius considerandus est motus naturę, secundum quem nutritiua non ministrat generatiuæ nisi id quod superfluit ad conseruationẽ indiuidui, quia hic est ordo naturalis, vt prius aliquid in seipso perficiatur, & postmodum alteri de perfectione sua communicet: hoc etiam ordo charitatis habet quæ naturam perficit, & ideo cum vxor in viro potestatẽ nõ habeat nisi quãtum ad generatiuam virtutem, non autem quantum ad ea quæ sunt ad conseruationem indiuidui ordinata, vir tenetur uxori reddere debitum in his quæ ad generationem prolis spectant, salua tamen prius personę incolumitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquis implens aliquod præceptum potest reddi inhabilis ad aliquod officium sacrum exequendum, sicut iudex qui hominem ad mortem condemnat præceptum implens irregularis efficitur: & similiter etiam ille qui præceptum implens debitum soluit, redditur ineptus C ad diuina officia exequenda, non quod ille actus sit peccatum, sed ratione carnalitatis illius actus: & sic secundum quòd magister dicit. Hieron. loquitur tantum de ministris ecclesiæ, non aũt de aliis qui sunt suo iudicio relinquendi, quia possunt & ex deuotione dimittere, & sumere corpus Christi absq; pctõ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd uxor non habet potestatem in corpus viri nisi salua consistentia personæ ipsius, vt dictum est: unde si ultra exigat non est petitio debiti, sed iniusta exactio, & propter hoc uir non tenetur ei satisfacere. [in cor. hui⁹ art.]

¶ Ad tertium dicendum, quòd si aliquis redditur impotens ad debitum soluendum ex causa ex matrimonio consecuta, puta, cũ prius debitum redditur, & est impotens ad debitum soluendum, vlterius mulier non habet ius plus petendi, & in petendo ulterius se magis meretricem quàm coniugem exhibet. Si autem reddatur impotens ex altera causa, si illa est licita, sic iterum non tenetur, nec potest mulier exigere: si non est, tunc peccat, & peccatum uxoris si in fornicationem propter hoc labatur, aliquo modo D sibi imputatur, & ideo debet quantum potest operam dare vt vxor contineat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd lepra soluit sponsalia, sed non matrimonium: vnde vxor etiam uiro leproso tenetur reddere debitum, non tamen tenetur ei cohabitare, quia non ita cito inficitur ex coitu sicut ex frequenti cohabitatione, & quamuis proles genereretur infirma, tamen melius est ei sic esse, quàm penitus non esse.

ARTICVLVS II.

b Vtrum uir teneatur reddere debitum uxori non petenti.

E AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vir non teneatur reddere debitum uxori non petenti. Præceptum enim affirmatiuum non obligat nisi ad tempus determinatum: sed tempus determinatum solutionis debiti non potest esse nisi quando debitum petitur. ergo alias soluere non tenetur.

¶ 2 Præt. De quolibet debemus præsumere meliora: sed melius est etiam coniugibus continere, quàm matrimonio vti. ergo nisi expresse debitum petat, debet præsumere uir quòd ei placeat continere, & sic non tenetur ei debitum reddere.

¶ 3 Præt. Sicut uxor habet potestatem in uirum, ita dominus in seruum: sed seruus non tenetur domino seruire, nisi quando ei a domino imperatur. ergo nec uir uxori tenetur reddere debitum, nisi quando ab ea exigitur.

¶ 4 Præt. Vir potest aliquando uxorem exigentem precibus auertere ne exigat, ergo multo magis potest non reddere, si non exigat.

SED CONTRA. Per redditionem debiti medicamentum præstatur contra uxoris concupiscentiam: sed medicus, cui est infirmus

firmus aliquis commissus, tenetur morbo eius subuenire, etiam si ipse nō petat, ergo vir vxori nō petēti tenetur debitū reddere.

¶ 2 Præt. Prælatus tenetur correctionis remediū contra peccatum subditorum adhibere, etiam eis contradicentibus: sed redditio debiti in viro est ordinata contra peccata vxoris. ergo tenetur vir, debitum reddere quandoque etiā non petenti.

VLTERIVS. Videtur quòd liceat mulieri menstruatæ debitum petere. Sicut enim in lege mulier menstruata erat immunda, ita & vir fluxum seminis patiens: sed vir femini fluus potest debitum petere, ergo pari ratione & mulier menstruata.

August. ad Edicia Epistola. 199. Et habetur 33. qu. 5. c. Secundum uerba.

¶ 2 Item Maior infirmitas est lepra q̄ passio menstruorum, & maiorem vt videtur corruptionē causat in prole: sed leprosa potest debitum petere, ergo &c.

Idem Aug. ad Armentariū epist. 49. tom. 2. Et habetur 33. q. 5. ca. Vna sola.

¶ 3 Item, Si menstruatæ nōn licet petere debitum, hoc nō est nisi ratione defectus qui timetur in prole: sed si mulier sit sterilis, non timetur talis defectus. ergo videtur quòd saltem sterilis menstruata possit petere.

SED CONTRA. Leuit. 18. Ad mulierem quæ patitur mēstruum, non accedes. Aug. cum sufficienter prohibuisset, hic etiam repetit ne forte in superioribus videretur figuratiue accipiendum.

Habetur in Glos. ordinaria.

¶ 2 Item Esa. 64. Oēs iustitiæ vestræ quasi pannus menstruatæ. Vbi Hieron. Tunc viri abstinere debent a mulieribus, quoniam concipiuntur membris damnati, cæci, claudi, leprosi, vt quia parentes non erubuerunt in conclaui commisceri, eorum peccata pateant cunctis, & apertius redarguantur in paruulis, & sic idem quod prius.

Aug. de adulterinis cōiugiis to. 6. Et in q. numerorū ca. 56. libri. 4. to. 4. Super Ezechielem. Libro 16. commentariorum. ca. 18.

redde, pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si nō quod tibi debetur exigis, sed reddis qd̄ debes vxori. Idem. Secundum verba apostolica, etiam si vir continere voluisset, & tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur, & illi Deus imputaret continentiam, si non suæ, sed tuæ concederetur infirmitati, ne in adulteriū caderes. Quisquis ergo compatiēs infirmitati vxoris reddit, non exigit debitum: aut si propter propriam infirmitatem ducit vxorem plangens potius, quia sine vxore esse non potuit, quàm gaudens quia duxit, securus expectat diem nouissimum. Idem. Vna sola causa esse potest, qua te ad id quod voluisti non modo non hortaremur, sed etiam probiberemus implere, si forte tua coniunx hoc tecum suscipere animi, vel carnis infirmitate recusaret. Nam vouenda talia non sunt a coniugatis, nisi ex consensu & voluntate communi, & si præpropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quàm persoluenda promissio. Non enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid vouerit, sed potius vsurpare vetat alienum. Idem Apostolus nec ad tempus vt vacēt orationi nisi ex consensu voluit coniugem carnali inuicem fraudari debito. Idem. Manifestum est ita voluisse legem feminam sub uiro esse, vt nulla eius vota, quæ ab- G H I

VLTERIVS. Videtur quòd mulier menstruata non debeat reddere debitum petenti. Leuit. 20. dicitur quòd si aliquis ad menstruatam accesserit, vterque morte est puniendus. ergo videtur quòd tam reddēs quàm exigens debitū mortaliter peccet.

¶ 2 Item. Rom. 1. Non solum qui faciunt, sed qui consentiunt digni sunt morte: sed exigens debitum scienter a menstruata mortaliter peccat. ergo & mulier cōsentiens ei in redditione debiti.

¶ 3 Item Furioso non est gladius reddendus, ne se, vel alium interficiat. ergo eadem ratione nec vxor tempore menstruorum debet viro corpus suum exponere, ne spiritualiter occidat.

SED CONTRA. Cor. 7. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. ergo petenti mulier etiam menstruata debet debitum reddere.

¶ 2 Item Mulier menstruata non debet esse viro peccandi occasio: sed si viro petenti debitum, debitum ipsa non redderet, etiam tempore menstruorum, esset viro peccandi occasio, quia forte fornicaretur. ergo &c.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd petere debitum est dupliciter. Vno modo expresse, vt quando verbis inuicem petunt. Alio modo est petitio debiti interpretata, quando scilicet vir percipit per aliqua signa quòd uxor vellet sibi debitum reddi, sed propter verecundiam tacet, & ita etiam

F si non expresse verbis debitum petat, tamen vir tenetur reddere, quando expressa signa in vxore apparent voluntatis debiti reddendi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tempus determinatum non est solum quando petitur, sed quando timetur ex aliquibus signis periculum, ad quod vitandum ordinatur debiti redditio, nisi tunc reddatur.

stinentiæ causa vouerit, reddantur ab ea, nisi author fuerit vir permittendo. Nam cum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit lex, si prius permiserit, & postea probibuerit, non tamen dixit vt faciat mulier quod vouerat, quia permissa iam prius a viro fuerat; viri dixit esse peccatum, quia abnuit quod prius concesserat: non tamen mulieri ex hoc iussum dedit, vt cum prius vir ei concesserit, postea si prohibuerit, contemnatur. Ex his apparet, quòd uir, vel mulier continentiam Deo offerre non potest sine communi consensu, nec alter alteri debitum negare debet. Si uero quilibet eorum alterum a suo iure absoluerit, ad preteritam seruitutem numquid reuocare poterit? Hoc enim videtur August. supra voluisse. Quibusdam uidetur quòd mulier non discedens a domo uiri, quæ viro permittente cō tinentiam uouerit, vel promiserit, eodem prohibente soluere non valeat, & hoc propter dignitatem uiri, qui est caput mulieris. Sed melius hoc intelligitur in tali casu, ubi uir concedit mulieri uouere continentiam, & ante votum prohibet implere. Si uero habitum mutauerit, non potest reuocari, secundum illud. Qui uxorem suam uelare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.

¶ Ad secundum dicendū, quòd vir potest talem præsūptionem de vxore habere, quando in ea signa contraria non videt, sed quando videt, esset stulta præsumptio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dominus non ita verecundatur a seruo petere debitum seruitutis, sicut vxor a viro debitum coniugii: si tamen dominus nō peteret propter ignorātiam, vel alia de causa, nihilominus seruus teneretur implere, si periculum immineret: hoc enim est non ad oculum seruire, quod Apostolus seruis mādat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non debet vir uxorem auertere ne petat debitū, nisi propter aliquam rationabilē causam, & tunc non debet cū magna instātia auerti propter pericula imminentia. Ephes. 5.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd accedere ad menstruatam in lege prohibitum erat duplici ratione, tum propter immunditiam: tū propter nocumentum quod in prole ex huiusmodi commistione frequenter sequebatur. Et quo ad primum præceptum erat cærimoniale, sed quantum ad secundum erat morale: quia cum matrimonium sit ad bonum prolis principaliter ordinatum, ordinatus est omnis matrimonii vsus quo bonum prolis impendit: & ideo hoc præceptum obligat etiam in noua lege propter secundam rationem, & si nō propter primam. Fluxus tamen menstruorum potest esse naturalis, & innaturalis. Naturalis quidem, quando scilicet mulieres patiuntur temporibus determinatis quando sunt sanæ. Innaturalis autem quando inordinate, & quasi continue ex aliqua infirmitate fluxum sanguinis patiuntur. In fluxu ergo menstruorum innaturali non est prohibitum ad mulierem menstruatam accedere in lege noua, tum propter infirmitatem, quia mulier in tali statu concipere non potest: tum quia talis fluxus est perpetuus & diuturnus, vnde oporteret quòd uir perpetuo abstineret. Sed quando naturaliter mulier patiatur fluxus menstruorum potest concipere, & iterum talis fluxus non durat nisi ad modicum tempus: vnde prohibitum est ad talem accedere, & similiter prohibitum est mulieri in tali fluxu debitum petere. k

33. qu. 5. c. Qui vxorem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fluxus seminis in uiro ex infirmitate procedit, nec semen sic fluens est aptum ad generationem. Et præterea talis passio est diuturna, vel perpetua sicut lepra, unde non est similis ratio. Et per hoc soluitur etiam secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quandiu mulier menstrua patitur, non potest esse certum eam esse sterilem. Quædam enim in iuuentute

iuuentute sunt steriles, quæ processu temporis sunt fœcundæ, & econuerso, vt dicitur in. 10. de animalibus.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd circa hoc dixerunt quidam, quòd mulier menstruata sicut non debet petere debitum, ita nec reddere. Sicut enim non tenetur reddere si haberet infirmitatē in propria persona, ex qua periculum ei immineret, ita non tenetur reddere ad vitandum periculum prolis. Sed ista opinio videtur derogare matrimonio, per quod datur omnimoda potestas viro in corpus mulieris quantum ad matrimonialem actū. Nec est simile de infirmitate corporis prolis, & periculo pprii corporis: quia si mulier infirmatur, certissimum est quòd ex carnali actu periculum ei imminet, non autem ita certū est de prole, quæ forte nulla sequetur. Et ideo alii dicunt,

Quibus temporibus cessandum sit a coitu.

ET licet debitum poscenti sit semper soluendum, non licet tamē qualibet die poscere. Vnde Aug. Christiano cum uxore sua aliquando licet conuenire, aliquando non. Propter processionis enim dies, & ieiuniorum, aliquando nō licet conuenire: quia etiam a licitis abstinendum est, ut facilius impetrari possit, quod postulatur. Idem. Quotiens enim vel dies Natiuitatis, vel reliquæ festiuitates aduenerint, non solum concubinarum consortio, sed etiam a propriis uxoribus abstinete. Item

quòd mulier menstruatæ nunquàm licet petere debitum. Si tamen vir eius petat, aut petit scienter, tunc debet eum auertere precibus & monitis, tamen non ita efficaciter vt possit ei esse occasio in alias damnabiles corruptelas, si ad id pronus credatur. aut ignoranter, & mulier potest aliquam occasionem prætendere, vel infirmitatem allegare ne debitum reddat, nisi periculum viro timeatur: tamen finaliter si vir non desistit a petitione, debet debitum reddere poscenti: passionem vero suam non est tutum indicare, ne forte vir ex hoc ad eam abominationem concipiat; nisi de viri prudentia præsumatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc intelligendum est quando vterque voluntarie consentit, non autem si mulier inuoluntaria, & quasi coacta debitum reddat.

¶ Ad secundum dicendnm, quòd cum consensus non sit nisi voluntatis, non intelligitur mulier consentire peccato viri, nisi voluntarie debitum reddat: quando enim est inuoluntaria, magis patitur quàm consentiat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gladius furioso etiam esset reddendus, quando maius periculum timeretur in non reddendo, & similiter est in proposito.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum uir & mulier sint æquales in actu matrimonij.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd uir & mulier non sint in actu matrimonii æquales. Agens enim nobilius est patiente, vt August. dicit. 12. super Gen. ad literam, cap. 16. sed in actu coniugali vir se habet vt agens, & femina ut patiens. ergo non sunt in actu illo æquales.

¶ 2 Præt. Vxor non tenetur viro debitum reddere, nisi petat: uir autem tenetur uxori, ut dictum est. ergo non sunt pares in actu matrimonii.

¶ 2 Præt. In matrimonio mulier propter virum facta est, vt patet Gen. 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi: sed illud propter quod est alterum, semper est principalius. ergo &c.

¶ 3 Præt. Matrimonium principaliter ordinatur ad actum coniugalē: sed in matrimonio vir est caput mulieris, vt patet. 1. Cor. ergo non sunt æquales in actu prædicto.

SED CONTRA est, quod dicitur. 1. Cor. 7. Vir non habet potestatem sui corporis: & simile de vxore dicit. ergo sunt æquales in actu matrimonii.

¶ 2 Præt. Matrimonium est relatio æquiparantiæ, cum sit coniunctio, vt dictum est. ergo vir & uxor sunt æquales in actu matrimonii.

RESPON. Dicendum, quòd duplex est æqualitas, scilicet quantitatis, & proportionis. Aequalitas quidem quantitatis est quæ attenditur inter duas quantitates eiusdem mensuræ, sicut

A bicubiti ad bicubitum. Sed æqualitas proportionis est, quæ attenditur inter duas proportiones eiusdem speciei, sicut dupli ad duplum. Loquendo ergo de prima æqualitate, vir & vxor nō sunt æquales in matrimonio neque quantum ad actum coniugalem, in quo id quod nobilius est viro debetur, neque quantum ad domus dispensationem, in qua uxor regitur, & uir regit. Sed quantum ad secundam æqualitatē sunt æquales ī vtroque, quia sicut tenetur uir uxori in actu coniugali & dispensatione domus ad id quod viri ē, ita uxor uiro ad id quod uxoris est, & secundum hoc dicitur in litera quòd sunt æquales in reddendo & petendo debitum.

Ambr. Si causa procreandorum filiorum ducitur uxor, non multum tempus concessum uidetur ad ipsum vsum, quia & dies festi, & dies processionis, & ipsa ratio conceptus & partus iuxta legem cessare vsum carnis his debere temporibus demonstrant.

Sup epist. 1. ad Cor. 7. Et habetur 33. q. 4. c. Si causa.

B *Hieronymus uidetur dissentire a præmissis.*

ILli autem quod dictum est, reddere debitum nō esse peccatum, uidetur obuiare quod ait Hieronymus. Quicumque uxori debitum reddit, vacare non potest orationi, nec carnes agni edere. Item. Si pa-

Habetur. 33. qu. 4. ca. Sociatis. Ibidem. 1. Reg. 21.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ quamuis agere sit nobilius quàm pati, tamen eadem est proportio patientis ad patiendum, & agentis ad agendum, & secundum hoc est ibi

C æqualitas proportionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc est per accidens. Vir enim quia nobiliorem partem habet in actu coniugali, naturaliter habet quòd non ita erubescat petere debitum sicut vxor, & inde est quòd uxor non ita tenetur reddere debitum non petenti uiro, sicut vir uxori.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc ostenditur, quòd non sunt æquales absolute, non autem quòd non sint æquales secundum proportionem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis caput sit principalius membrum, tamen sicut membra tenentur capiti in officio suo, ita caput mēbris in suo, & sic est ibi æqualitas proportionis.

ARTICVLVS IIII.

D d *Vtrum uir & uxor possint uotum emittere contra debitum matrimonij sine mutuo consensu.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd vir & uxor possint votum emittere contra debitum matrimonii sine mutuo consensu. Vir enim & uxor æqualiter obligantur ad debiti solutionem, vt dictum est: sed licitum etiam est uiro uxore prohibente accipere crucē in subsidium terræ sanctæ. ergo hoc etiam est licitum uxori, & ideo cum per hoc uotum redditio impediatur, potest alter coniugum sine consensu alterius votum prædictum emittere.

2. 2. qu. 88. art. 8. art. præcedenti.

¶ 2 Præt. Non est expectandum in aliquo voto consensus alicuius, qui non potest sine peccato dissentire: sed vnus coniugum non potest sine peccato dissentire, quin alter continentiam uoueat uel simpliciter, vel ad tempus, quia impedire profectum spiritualem est peccatum in spiritum sanctum. ergo vnus potest votum continentiæ simpliciter, uel ad tempus sine consensu alterius vouere.

E ¶ 3 Præt. Sicut in actu matrimonii requiritur debiti redditio, ita debiti petitio: sed vnus potest sine consensu alterius uouere quòd debitum non petat. cum in hoc sit suæ potestatis. ergo pari ratione quòd debitum non reddat.

¶ 4 Præt. Nullus potest ex præcepto superioris cogi ad id quod non liceret sibi simpliciter uouere, & facere, quia in illicitis non est obediendum: sed prælatus superior posset præcipere viro, vt uxori ad tempus debitum non redderet occupando eum in aliquo seruitio. ergo hoc etiam ipse posset per se facere & vouere, per quod a debiti redditione impediretur.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Cor. 7. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex cōmuni consensu, ut uacetis orationi.

¶ 2 Præt. Nullus potest facere uotum de alieno: sed uir non habet potestatem sui corporis, sed uxor. ergo sine eius cōsensu nō potest uotum facere continentiæ uel simpliciter, uel ad tempus.

RESPON. Dicendum, quòd uouere uoluntatis est, ut etiā ipsum

Ipsum nomen ostendit: vnde de illis tantum bonis potest esse vo-tum quæ nostræ subiacent voluntati, qualia non sunt ea in quibus vnus alteri tenetur: & ideo in talibus non potest aliquis votum emittere sine consensu eius cui tenetur. Vnde cum coniuges sibiinuicem teneantur in redditione debiti, vt dictum est, per quod continentia impeditur, non potest vnus absque consensu alterius cōtinentiam vouere, & si vouerit peccat, nec debet seruare votū, sed agere pænitentiā de malo voto facto. (art. præc.)

Ad primum ergo dicēdum, quòd satis probabile est, ꝙ uxor debet velle continere ad tempus pro subueniendo necessitati ecclesiæ generalis: & ideo in fauorē negotii pro quo crux sibi datur, institutum est quòd vir possit absque cōsensu uxoris crucem accipere, sicut etiam posset domino suo terreno, a quo feudū tenet, absque eius consensu militare: nec tamen in hoc omnino subtrahitur mulieri ius suum, quia uxor potest eum sequi, nec est simile de vxore ad virum, quia cum vir debeat regere vxorem, & non econuerso, magis tenetur uxor sequi uirum quàm econuerso. Et præterea, vxor cum maiori periculo castitatis discurreret per terras, quàm vir, & cū minori ecclesiæ vtilitate, & ideo vxor non potest huiusmodi votum facere sine viri consensu.

Exodi. 32.

Hieron. super Matth. Et habetur 32.q.2. ca. Cōnubia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd alter coniugum dissentiens voto continentiæ alterius non peccat, quia non dissentit vt bonum illius impediat, sed ne sibi præiudicium generetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd vnus absque consensu alterius potest vouere quòd non petat debitum, non autem quòd non reddat, quia in primo est vterque sui iuris, sed non in secundo. Sed quia si alter numquam peteret debitum, ex hoc alteri matrimonium onerosum redderetur, dum oporteret vnum semper confusionem debiti petendi subire: ideo alii probabilius dicunt, ꝙ neutrum potest vnus absque consensu alterius vouere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut mulier accipit potestatem in corpore viri saluo hoc, in quo vir tenetur corpori suo, ita etiā saluo hoc in quo alii domino tenentur: & ideo sicut vxor nō potest petere debitum a viro contra salutem corporis sui, ita nec ad impediendum hoc, in quo domino tenetur: sed præter hoc non potest dominus prohibere, quin debitum reddat.

ARTICVLVS V.

e Vtrum temporibus sacris debeat aliquis impediri quin debitum petat.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd temporibus sacris non debeat aliquis impediri quin debitum petat. Tunc enim est subueniendum morbo, dum inualescit: sed possibile est quòd in die festo inualescat concupiscentia. ergo tūc debet ei subueniri per petitionem debiti.

¶ 2 Præt. Non est alia ratio quare non sit petendum debitum in diebus festiuis, nisi quia sunt orationi deputati: sed in illis diebus sunt horæ determinatæ orationi. ergo aliis horis liceret petere debitum.

SED CONTRA. Sicut aliqua loca sunt sacra, quia deputata sunt sacris, ita aliqua tempora sunt sacra propter eandē rationem: sed in loco sacro non licet petere debitum. ergo nec in tempore sacro.

II VLTERIVS. Videtur quòd petens in tēpore sacro mortaliter peccat. Greg. enim dicit in 1. dial. quòd mulier quæ in nocte cognita est a viro, mane ad processionem veniens, a diabolo est arrepta, sed hoc non esset nisi mortaliter peccasset. ergo &c.

¶ 2 Præt. Quicumque facit contra præceptum diuinum mortaliter peccat: sed dominus præcepit Exo. 19. Nolite appropinqua-

nes propositionis ab his qui uxores suas tetigerant, comedi nō poterant, quanto magis panis qui de cælo descendit, non potest ab his qui coniugalibus paulo ante hęsere complexibus violari atque contingi? Non quòd nuptias cōdemnemus, sed quòd eo tempore quo carnes agni manducaturi sumus, vacare a carnalibus operibus debeamus. Hoc capitulum maxime ad ministros ecclesiæ pertinere videtur, quibus non licebat sacra officia celebrare atque mysteria tempore cōiugalis amplexus, quo etiam præsentia Spiritussancti non datur. Vnde idem ait. Connubia legitima carent quidem peccato, nec tamen tempore illo quo coniugales actus gerūtur, præsentia Spiritussancti dabitur, etiam si propheta esse uideatur qui officio generationis obsequitur.

Quibus temporibus non sunt celebrandæ nuptiæ.

G NEc solum in opere carnali obseruanda sunt tempora, sed etiam in celebrandis nuptiis, secundum illud, Non oportet a septuagesima usq; in octauam Paschæ & tribus hebdomadibus ante festum sancti Ioānis, & ab aduentu Domini vsque post Epiphaniam celebrare nuptias. Quod si factum fuerit, separentur. Item Nicolaus Papa. Nec vxorem ducere, nec coniugia facere quadragesimali tempore conuenire posse vllo modo arbitror.

F re uxoribus uestris, quando scilicet erant legem accepturi, ergo multo magis peccat mortaliter, si tempore quo sacramentis noux legis intendendum est, uxoribus uiri commisceantur.

SED CONTRA. Nulla circunstantia aggrauat in infinitum: sed tempus indebitum est circunstantia quædam. ergo non aggrauat in infinitū quòd faciat mortale quod alias esset veniale.

VLTERIVS. Videtur quòd nō tenetur reddere tempore festiuo, quia peccantes & consentientes pariter puniūtur, ut patet Ro. 1. sed ille qui reddit debitum cōsentit petenti qui peccat. ergo & ipse peccat.

¶ 2 Præt. Ex præcepto affirmatiuo obligamur ad orandum, & ita ad aliquod tempus determinatum. ergo pro tempore illo in quo quis orare tenetur, debitum reddere nō debet, sicut nec eo tē pore quo tenetur tē-

H porali domino ad speciale obsequium.

SED CONTRA est, quod dicitur. 1. Cor. 7. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. ergo quando petit, reddendum est ei.

VLTERIVS. Videtur quòd nuptiæ non sint interdicendæ temporibus in litera determinatis, quia matrimonium sacramētum est: sed in illis temporibus non interdicitur celebratio aliorum sacramentorum. ergo nec celebratio matrimonii.

¶ 2 Præt. Magis incompetens est diebus festis petitio debiti, quàm celebratio nuptiarum: sed in diebus illis potest debitum peti. ergo & nuptiæ celebrari.

¶ 2 Præt. Matrimonia quæ fiunt contra statutum ecclesiæ, debēt separari: sed non separantur si fiant nuptiæ in talibus temporibus. ergo non debet esse prohibitum per ecclesiæ statuta.

SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesiast. 3. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.

I RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd actus matrimonialis quamuis culpa careat, tamen quia rationem deprimit propter carnalem delectationem, hominem reddit ineptum ad spiritualia: & ideo in diebus, in quibus præcipue spiritualibus est vacandum, non licet petere debitum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tempore illo possunt alia adhiberi ad concupiscentiam reprimendam, sicut oratio, & multa alia huiusmodi, quæ etiā illi adhibent qui ꝑpetuo cōtinēt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis non teneatur omnibus horis orare, tamen tenetur tota die se conseruare idoneum ad orandum.

AD SECVNDAM quæstionē dicendū, quòd petere debitū in die d festiuo non est circunstantia trahens ad aliam speciem peccati, unde non potest in infinitum aggrauare: & ideo non peccat mortaliter uxor, vel vir si in die festiuo debitum petat; sed tamen grauius est peccatum, si sola delectationis causa petatur,

K quàm si propter timorem quo quis sibi timet de lubrico carnis sibi debitum petat.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non fuit punita mulier illa propter hoc quòd debitum reddidit, sed quia postmodum se temere ad diuina ingessit contra conscientiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex authoritate illa non potest probari quòd sit peccatum mortale, sed quòd sit incongruū: Multa enim ad munditias carnis pertinentia exigebantur de necessitate præcepti in veteri lege, quæ carnalibus dabatur, quæ non exiguntur in noua lege, quæ est lex spiritus.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, quòd cum mulier habeat potestatem in corpore viri quantum ad actum generationis spectat, & econuerso, tenetur unus alteri debitum reddere quocumque tempore, & quacumque hora, salua debita honestate quæ in talibus exigitur, quia non oportet quòd statim in publico debitum reddat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille quantum in se est, non consentit, sed id quòd ab eo exigit, inuitus & cum dolore

lore reddit, ideo non peccat: hoc enim est propter lubricum carnis diuinitus ordinatum, ut semper petenti debitum reddatur, ne aliqua occasio pecandi detur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est aliqua hora ita determinata ad orandum, quin possit postea recompensari in alijs horis, & iō obiectio illa nō cogit.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd quando nouæ sponsæ traducuntur, animus coniugum magis ex ipsa nouitate a curam carnalium occupatur, & ideo in nuptiis consueuerūt signa mul ta lætitiæ dissolutæ ostendi: & propter hoc illis temporibus, in quibus homines præcipue debent se ad spiritualia eleuare, prohibitum est nuptias celebrari. Hoc autem est ab aduentu vsque ad Epiphaniam propter communionem, quæ secundum antiquos canones in natiuitate fieri conuenienter solet: & a septuagesima usque ad octauas paschæ, propter communionem paschalem: & a tribus diebus ante ascensionem usque ad octauas penthecostes, propter præparationem ad communionem illo tempore sumendam.

Habet 33. q.4. c. Nec oportet. & cōcilio Hilerdensi.

C AD PRIMVM ergo dicendum, quòd celebratio matrimonii habet aliquam mundanam lætitiam & carnalem adiunctam, quod non est de aliis sacramentis, & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non fit tanta distractio animorum in redditione, uel petitione debiti, sicut in celebratione nuptiarum, & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum tempus non sit de essentia matrimonii, si in tempore indebito contrahatur, nihilominus uerum est sacramentum, nec separatur matrimonium simpliciter, sed ad tempus, ut pænitentiam agant de hoc, quòd statutum ecclesiæ sunt transgressi, & sic est, intelligendum quod magister dicit.

DISTIN. XXXIII.

A

De diuersis coniugij legibus.

QVAERITVR hic de antiquis patribus, qui plures simul legūtur habuisse vxores, vel concubinas, vtrum peccauerint, Ad quod dicimus, quòd pro varietate temporum varia inuenitur dispensatio conditoris. Ab exordio enim temporis inter duos tantum, Adam scilicet & Euam, inchoatum est coniugium, deo per os Adæ dicente. Homo adhære-

B bit vxori suæ, & erunt duo in carne una & secundum inchoationis modum inter duos tantum per omnem successionem temporum contraheretur coniugium, si primi homi-

Hæc sentē. vsque ibid. Ab exordio in 32.q.4.c. Recurrat. His ita. Gene.2.

D EXPOSITIO TEXTVS.

SI PRIVS *promiserit, & postea &c.* Vn̄ ex hoc, ꝙ vir possit reuocare vxorem ad se, etiam si de licentia sua castitatem uouit. Et dicendum, quòd verbum Augustini intelligitur, quando vir dissimulauit ante plenam deliberationem, quæ quidem dissimulatio quidam consensus videtur: si autem expresse consensisset, non posset votum reuocare. vnde loquitur quantum ad iudicium ecclesiæ, quando promissio non potest probari: vnde propter periculum talia vota occulta non sunt approbanda. *Nec carnes agni &c.* De impedimento sumptionis eucharistiæ propter carnalem delectationem in somno, supra distinct. 9. dictum est.

E DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de bonis matrimonii, hic ostendit, quomodo hæc bona erant in matrimonio antiquorum. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quomodo erant in matrimonio patrum ante legem. In secunda, quomodo erant in matrimonio tempore legis celebrato, ibi. *Legis uero tempore &c.* Prima in duas. In prima ostendit quòd ante legem patres licite plures vxores habuerunt. In secunda inquirit, quomodo cum pluralirate vxorum bonum fidei seruabatur, ibi. *Si quis opponat &c.* Circa primum tria facit. Primo, mouet quęstionem. Secundo, determinat eam, ibi. *Ad quod dicimus &c.* Tertio, solutionem per authoritatem confirmat, ibi. *De hoc Augustinus sic*

A *ait &c.* & circa hoc duo facit. Primo, inducit authoritatem ad principale propositum probandum, quòd scilicet, illorum essent coniugia licita, qui plures habebant vxores. Secundo, ostendit quòd etiā erant tanti meriti, sicut est virginitas nostri temporis, ibi. *Quòd uero castitas &c. Legis uero tempore.* Hic determinat de matrimonio tempore legis celebrato. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit quomodo per legem Moysi matrimonium fuit determinatum, & quantum ad legitimarum personarum determinationem, & quantum ad separationem. Secundo inquirit, vtrum tempore legis liceret plures habere vxores, ibi. *Sed nunquid sub lege &c.* Tertio, ex cōsequenti de virginitate determinat, ibi. *Melior est autem virginitas &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est triplex quæstio.

¶ Prima, De pluralitate vxorum.
¶ Secunda, De libello repudii.
¶ Tertia, De virginitate.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, An habere plures vxores sit contra legem naturæ.
¶ Secundo, Vtrum fuerit licitum.
¶ Tertio, Vtrum habere concubinam sit contra legem naturę.

ARTICVLVS PRIMVS.

D *a Vtrum habere plures uxores sit contra legem naturæ.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd habere plures vxores non sit contra legem naturæ. Consuetudo enim iuri naturali non præiudicat: se habere plures vxores peccatum non erat, quando mos erat, vt ab August. in litera habetur. ergo habere plures vxores non est contra legem naturæ. (3. Cont. gē. c. 124.)

¶ 2 Præt. Quicūque facit contra legem naturæ, facit contra præceptum, quia sicut lex scripta habet sua præcepta, ita & lex naturæ: sed Augusti. dicit quòd habere plures vxores nō erat contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. ergo habere plures non est contra legem naturæ. (Ex ca. 15. de bono coniugali.)

E ¶ 3 Præt. Matrimonium principaliter ordinatur ad prolis procreationem: sed vnus potest ex pluribus prolem accipere plures fœcundando. ergo non est contra legem naturæ habere plures vxores.

¶ 4 Præt. Ius naturale est, quod natura omnia anima docuit, vt in princ. digestorū dicitur: sed natura non docuit hoc omnia animalia, quòd sit vna vnius, cum vnus mas in multis animalibus pluribus feminis coniungatur. ergo non est contra legem naturæ habere plures vxores.

¶ 5 Præt. Secundum Philo. in 15. de animalibus. In generatione prolis mas se habet ad feminam sicut agens ad patiens, & artifex ad materiam: sed non est contra ordinē naturæ quòd vnū agens in plura patientia agat, aut vnus artifex ex diuersis materijs operetur. ergo nec est contra legem naturæ quòd vnus mas plures vxores habeat. (Ca. 19. secū dum partitionem ueterem secū dam nouā c. 20.)

SED CONTRA. Illud præcipue videtur esse de iure naturali

turali quod homini in sua institutione humanæ naturæ est indi
tum: sed quòd sit vna vnius in ipsa institutione humanæ na-
turæ est ei inditum, vt patet Gen. 2. Erunt duo in carne vna.
ergo est de lege naturæ.

¶ 2 Præter. Contra legem naturæ est, quòd homo se ad
impossibile obli-
get, & ut quod vni
datum est, alteri de
tur: sed homo con
Gen.4. trahens cum una
vxore, sui corporis
potestatē ei tradit,
vt necesse sit redde
re debitum cum
petierit. ergo con-
tra legē naturæ est,
si postea alteri pote
statem sui corporis
tradat, quia non
posset simul veriq;
reddere debitum,
si simul peterent.

¶ 2 Præt. De lege naturæ est, quòd
tibi non vis fieri,
ne alteri feceris: sed
vir nullo modo vel
let q uxor alium virum haberet. ergo contra legem naturæ
faceret, si uxorem aliā superinduceret.

¶ 2 Præt. Quicquid est contra naturale desiderium, est contra
legem naturæ: sed zelus viri ad uxorem, & uxoris ad uirum
naturalis est, quia in omnibus inuenitur. cum ergo zelus
sit amor non patiens consortium in amato, videtur quòd
contra legem naturæ sit quòd plures uxores habeant
vnum uirum.

RESPON. Dicendum, quòd omnibus rebus naturaliter insunt quædam principia, quibus non solum operationes proprias efficere possunt, sed quibus etiam eas conuenientes fini suo reddant, siue sint actiones quæ consequantur rem aliquam ex natura sui generis, siue consequantur ex natura speciei, vt magneti competit ferri deorsum ex natura sui generis, & attrahere ferrum ex natura speciei. Sicut autem in rebus agentibus ex necessitate naturæ sunt principia actionum ipsæ formæ, a quibus operationes propriæ prodeunt conuenientes fini: ita in his quæ cognitionem participant, principia agendi sunt cognitio & appetitus: vnde oportet quòd in vi cognoscitiua sit naturalis conceptio, & in vi appetitiua naturalis inclinatio, quibus operatio conueniens generi, siue speciei reddatur competens fini. Sed quia homo inter cætera animalia rationem finis cognoscit, & proportionem operis ad finem: ideo naturalis conceptio ei indita, qua dirigitur ad operandum conuenienter, lex naturalis, vel ius naturale dicitur: in cæteris autem æstimatio naturalis vocatur. Bruta enim ex vi naturæ impelluntur ad operandum conuenientes actiones magis quàm regulentur quasi proprio arbitrio agentia. Lex ergo naturalis nihil est aliud quàm conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur ad conuenienter agendum in actionibus propriis, siue competant ei ex natura generis, vt generare, comedere, & huiusmodi: siue ex natura speciei, vt ratiocinari, & similia. Omne autem illud quod actionem inconuenientem reddit fini, quam natura ex opere aliquo intendit, contra legem naturæ esse dicitur. Potest autem actio non esse conueniens fini, vel principali, vel secundario, & siue sic, siue sic, hoc contingit dupliciter. Vno modo, ex aliquo quod omnino impedit finem, vt nimia superfluitas, aut defectus commestionis impedit salutem corporis quasi principalem finem commestionis, & bonam habitudinem in negotiis exercendis, quæ est finis secundarius. Alio modo ex aliquo quod facit difficilem, aut minus decentem peruentionem ad finem principalem, vel secundarium, sicut inordinata comestio quantum ad tempus indebitum. Si ergo actio sit inconueniens fini, quasi omnino prohibens finem principalem directe per legem naturæ, prohibetur primis præceptis legis naturæ, quæ sunt in operabilibus, sicut sunt communes conceptiones in speculatiuis. Si autem sit incompetens fini secundario quocumque modo, aut etiam principali, vt faciens difficilem, vel minus congruam peruentionem ad ipsum, prohibetur non quidem primis præceptis legis naturæ, sed secundis quæ ex primis deriuantur, sicut conclusiones in speculatiuis ex principiis per se notis fidem habent, & sic dicta

F actio contra legem naturæ esse dicitur. Matrimonium ergo habet pro fine principali prolis procreationem & educationem, qui quidem finis competit homini secundum naturam generis: vnde & aliis animalibus est communis, ut dicitur in 8. cap.8.
ethic. & sic bonum matrimonii assignatur proles: sed pro
fine secundario, vt
dicit Philosophus,
habet in hominibus solum commu
nicationem operum
quæ sunt necessaria
in vita, ut supra dictum est, & secun-
dum hoc fidem si- Gen.16. Gen.29.& 30. Gen.19.
binuicem debent,
quæ est vnum de bo
nis matrimonii. Ha
bet ulterius alium
finem inquantum
in fidelibus est, scili
cet significationem
Christi & ecclesiæ,
& sic bonum matri
monii dicitur sacra
mentum. Vnde pri
mus finis respondet
matrimonio homi-
nis inquantū est animal, secundus inquantum est homo,
tertius inquantum est fidelis. Pluralitas ergo uxorum neque
totaliter tollit, neque aliqualiter impedit primum finem, cum
unus vir sufficiat pluribus uxoribus fœcundandis, & educan-
dis filiis ex eis natis: sed secundum finem & si non totaliter
tollat, tamen multum impedit, eo quòd non facile potest esse
H pax in familia, vbi vni viro plures uxores iunguntur, cum non
possit unus uir sufficere ad satisfaciendum pluribus uxoribus
ad votum. Et quia communicatio plurium in uno officio cau-
sat litem, sicut figuli corrixantur adinuicem, & similiter plu-
res uxores unius uiri. Tertium autem finem totaliter tollit, eo
quòd sicut Christus est vnus, ita ecclesia vna: & ideo patet
ex dictis, quòd pluralitas uxorum quodammodo est contra le-
gem naturæ, & quodammodo non.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consuetudo non
præiudicat legi naturæ quantum ad prima præcepta ipsius, quæ
sunt quasi communes animi conceptiones in speculatiuis, sed
ea quæ ex istis trahuntur vt conclusiones consuetudo auget, ut
Tullius dicit in 2. Rheto. & similiter minuit, & huiusmodi est
præceptum legis naturæ de vnitate vxoris.

I ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Tullius. Res a na
tura perfectas, & a cōsuetudine approbatas, legum virtus & re
ligio sanxit. Vnde patet quòd illa quæ lex naturalis dicitat, Rhetorico-
rum vete-
rum libr. 2.
quasi ex primis principiis legis naturæ deriuata, non habent
vim coactiuam per modum præcepti absolute, nisi postquam
lege diuina & humana sancita sunt, & hoc est quod dicit Au-
stinus quòd non faciebant contra præceptum, quia nulla lege
erat prohibitum.

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ius naturale multipliciter acci
pitur. Primo enim ius aliquod dicitur naturale ex principio,
quia a natura est inditum, & sic diffinit Tullius in 2. Rheto. di-
cens. Ius naturæ est quod non opinio genuit, sed quædam inna
ta uis inseruit. Et quia etiam in rebus naturalibus dicuntur ali
qui motus naturales, non quia sint ex principio intrinseco, sed
quia sunt a principio superiori mouente, sicut motus qui sunt
k in elementis ex impressione corporum cælestium naturales di-
cuntur, vt Commentator dicit in 3. cæli & mundi: ideo ea com.20.
quæ sunt de iure diuino, dicuntur esse de iure naturali, cum
sint ex impressione & infusione superiorius principii scilicet dei,
& sic accipitur ab Isido. qui dicit quòd ius naturale est quod in
lege & in euangelio continetur. Tertio dicitur ius naturale non Ex cap. 4
libri 5.
Ethimolo.
solum a principio, sed a natura, quia de naturalibus est. Et quia Et habetur
cap. 1. Dist.
primi. De
creti.
natura contra rationem diuiditur, a qua homo est homo, ideo
strictissimo modo accipiendi ius naturale illa quæ ad homines
tantum pertinent, & si sint de dictamine rationis naturalis, nō
dicuntur esse de iure naturali, sed illa tantum quæ naturalis ra-
tio dictat de his quæ sunt homini, aliisque communia, & sic da
tur dicta diffinitio scilicet. Ius naturale est, quod natura omnia
animalia docuit. Pluralitas ergo uxorum quamuis non sit con-
tra ius naturale tertio modo acceptum, est tamen contra ius
naturale secundo modo acceptum, quia iure diuino pro-
hibetur, & etiam contra ius naturale primo modo, acce-
ptum,

ptum, vt ex dictis patet, quòd natura dictat animali cuilibet A
secundum modum conuenientem suæ speciei: vnde etiam
quædam animalia, in quibus ad educationem prolis sequitur
sollicitudo utriusque, scilicet maris & feminæ, naturali instin-
ctu seruant coniunctionem unius ad unum, sicut patet in tur
tur, & columba, & huiusmodi. Sed quia rationes in cō
trarium adductæ ui
dentur ostendere,
quòd pluralitas vxo
rum sit contra pri-
ma principia legis
naturæ: ideo ad eas
est respondendum,
& dicendū ad quin
tum, quòd natura
humana absque om
ni defectu instituta
est, & ideo non so-
lum tantum ei iudita illa sine quibus principalis matrimonij fi-
nis esse non poterit, sed etiam illa sine quibus secundarius fi-
nis matrimonij sine difficultate haberi non posset, & hoc mo-
do sufficit homini in ipsa sui institutione habere unam uxo-
rem, ut dictum est.

¶ Ad sextum dicendum, quòd uir per matrimonium non dat
sui corporis potestatem uxori quantum ad omnia, sed solum
quantum ad illa quæ matrimonium requirit, non autem requi
rit matrimonium, ut quolibet tempore uxori petenti uir debi-
tum reddat, nisi quantum ad id, ad quod principaliter est insti
tutum, scilicet bonum prolis, & quantum sufficit ad impregna
tionem. Requirit autem hoc matrimonium inquantum est ad
remedium institutum, quod est secundarius ipsius finis, ut C
quilibet tempore petenti debitum reddatur: & sic patet quòd
accipiens plures uxores non se obligat ad impossibile consider-
rato principali fine matrimonij, & ideo pluralitas uxorum nō
est contra præcepta prima legis naturæ.

¶ Ad septimum dicendum, quòd illud præceptum legis natu-
ræ, Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris, debet intelligi eadē
proportione seruata. Nō enim si prælatus non uult sibi resisti a
subdito, ipse subdito resistere non debet: & ideo non portet
quod ex uirtutibus præcepti, quòd si uir non uult quòd uxor sua
non habeat alium uirum, quòd ipse non habeat alium uxo-
rem, quia unus uirum habere plures uxores non est contra
prima præcepta legis naturæ, ut dictum est, sed unam uxorem
habere plures uiros est contra prima præcepta legis naturæ, eo
quòd per hoc quantum ad aliquid totaliter tollitur, & quantū
ad aliquid impeditur bonum prolis, quod est principalis ma-
trimonij finis. In bono enim prolis intelligitur non solum D
procreatio, sed etiam educatio, ut supra dictum est. Ipsa enim
procreatio prolis, & si non totaliter tollatur, quia contingit
post impregnationem primam iterum mulierem impregnari,
ut dicitur in 7. de animalibus, tamen multum impeditur, quia
uix potest accidere quin corruptio accidat quantū ad utrum-
que fœtum, uel quantum ad alterum: sed educatio totaliter
tollitur, quia ex hoc quòd una mulier plures maritos haberet,
sequeretur incertitudo prolis respectu patris, cuius cura neces-
saria est in educando, & ideo nulla lege, aut cōsuetudine est
permissum unam uxorem habere plures uiros, sicut ecōuerso,
¶ Ad octauum dicendum, quòd naturalis inclinatio in appe-
tua sequitur naturalem conceptionem in cognitione: & quia
non est ita contra conceptionem naturalem, quòd vir habeat
plures uxores, sicut uxor habeat plures uiros, ideo affectus
uxoris non tantum refugit consortium in uiro, sicut econuer-
so, & ideo tam in homi ibus, quàm in animalibus inuenitur
maior zelus maris ad feminam, quàm econuerso. E

ARTICVLVS II.

b *Vtrum habere plures uxores potuerit aliquando esse licitum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd habe-
re plures uxores non potuerit aliquando esse licitum,
quia secundum Philosophum in 5. ethicor. ius naturale sem-
per & vbique habet eandem potentiam: sed iure naturali pro-
hibetur pluralitas uxorum, vt ex dictis patet. ergo sicut mo-
do non licet, ita nec vnquam licuit.

¶ 2 Præt. Si aliquando licuit, hoc non fuit nisi quia vel per
se licitum erat, vel propter aliquam dispensationem licebat.
Si primo modo, sic etiam nunc licitum esset: si autem secun-
do modo, hoc esse non potest, quia secundum August. deus
cum sit naturæ conditor, non facit aliquid contra ratio-
nes quas naturæ inseruit. cum ergo deus naturæ inse-
ruerit, quòd sit vna
plo præter coniugale debitum fœ-
cūditatē in aliqua licet alicui quæ-
rere, cum illorū coniugia nostrorū
æquentur uirginitati, & immode-
ratus usus coniugij nostri tempo-
ris turpitudinem fere imitetur for
nicationis illius temporis. De hoc
Augustinus sic ait. Antiquis iustis
non fuit peccatum quòd pluri-
bus feminis utebantur, nec con-
vnius, vt dictum Ar. præced.
est, videtur quòd ip-
se contra hoc numa-
quàm dispensauerit.

¶ 3 Præt. Si aliquid
est licitum ex dispē-
satione, hoc non
licet nisi illis quibus
dispensatio fit: non Elicitur ex
c. 15. de bo-
no coniu-
gali.
autem legitur ali-
qua dispēsatio com-
munis in lege cum
omnibus facta, cum
ergo omnes communiter qui volebant, plures vxores accipe-
rent in veteri testamento, nec ex hoc reprehendebatur in le-
ge, aut a prophetis, videtur quòd non fuerit ex dispensa-
tione licitum.

¶ 4 Præt. Vbi est eadem causa dispensationis, debet eadem
dispensatio fieri: sed causa dispensationis non potest alia po-
ni, quàm multiplicatio prolis ad cultum dei, quæ etiam nunc
necessaria est. ergo etiam adhuc dicta dispensatio duraret, præ-
cipue cum non legatur reuocata.

¶ 5 Præt. In dispensatione non debet prætermitti maius bo-
num propter minus bonum: sed fides & sacramentum quæ
non videntur posse seruari in matrimonio, quo vnus pluribus
vxoribus coniungitur, sunt meliora quàm prolis multipli-
catio. ergo intuitu huius multiplicationis dispensatio prædi-
cta fieri non debuisset.

SED CONTRA. Galat. 5. dicitur quòd lex propter præ-
uaricatores posita est, vt scilicet eos prohiberet: sed lex ve-
tus facit mentionem de pluralitate vxorum sine aliqua eius
prohibitione, vt patet Deutero. 21. Si habuerit homo duas
vxores &c. ergo habendo duas vxores non erant præuarica-
tores, & ita erat licitum.

¶ 2 Præt. Hoc idem videtur exemplo ex sanctis patribus, qui
plures leguntur habuisse vxores, cum deo essent acceptissi-
mi, sicut Iacob, Dauid, & quàm plures alij. ergo aliquando Gene 29.1.
Reg. 30. &
2. Reg. 2.
fuit licitum.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex prædictis patet,
pluralitas vxorū dicitur esse contra legem naturæ, non quan-
tum ad prima præcepta eius, sed quantum ad secunda quæ
quasi conclusiones a primis præceptis deriuantur: sed quia
actus humanos variari oportet secundum diuersas conditio-
nes personarum, & temporum, & aliarum circunstantiarum:
ideo conclusiones prædictæ a primis legis naturæ præceptis
non procedunt, vt semper efficaciam habentes, sed in maio-
ri parte. Talis enim est tota materia moralis, vt patet per
Philosophum in libr. ethicor. & ideo vbi eorum efficacia defi-
cit, licite ea prætermitti possunt. Sed quia non est facile de-
terminare huiusmodi varietates, ideo illi, ex cuius authorita-
te lex efficaciam habet, reseruantur, vt licentiam præbeat
legem prætermittendi in illis casibus, ad quos legis efficacia
se non extendere debet, & talis licentia dispensatio dicitur.
Lex autem de vnitate vxoris non est humanitus, sed diuin-
tus instituta, nec vnquam verbo, aut literis tradita, sed cor-
di impressa, sicut & alia quæ ad legem naturæ qualitercum-
que pertinent: & ideo in hoc a solo deo dispensatio fieri po-
tuit per inspirationem internam, quæ quidem principaliter
sanctis patribus facta est, & per eorum exemplum ad altos
deriuata est eo tempore, quo oportebat prædictum naturæ
præceptum prætermitti, vt maior esset multiplicatio prolis
ad cultum dei educandæ. Semper enim principalior finis ma-
gis conseruandus est, quàm secundarius, vnde cum bonum
prolis sit principalis matrimonij finis, vbi prolis multiplica-
tio necessaria erat, debuit negligi ad tempus impedimentum,
quod posset in secundarijs finibus euenire, ad quod r mouen-
dum præceptum prohibens pluralitatem vxorum ordinatur,
vt ex dictis patet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ius naturale sem-
per & vbique quantum est de se, habet eandem potentiam: sed
accidens propter aliquod impedimentum quandoque, &
alicubi potest variari, sicut ibidem Philosophus exemplum po
nit de alijs rebus naturalibus. Semper enim, & ubique dextera
est melior quàm sinistra secundum naturam, sed per aliquod

accidens conuenit aliquem esse ambidexterum, quia natura nostra uariabilis est: & similiter etiam est de naturali iusto, ut ibidem Philosophus dicit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in decretali quadam de diuortijs dicitur, quòd numquàm licuit alicui habere plures uxores sine dispensatione per diuinã inspirationem habitam, nec tamen talis dispẽsatio datur contra rationes, quas deus naturæ d inseruit, sed præter eas: quia rationes illæ nõ sunt ordinatæ ad semper, sed in pluribus esse, ut dictum est: sicut etiam non est contra naturam quando aliqua accidunt in rebus naturalibus miraculose præter ea quæ ut frequenter solent euenire.

Possũt hæc uerba elicitiue ex 24. & lib. 16. de ciui. dei: formaliter uero sub noĩe Ambrosij habent 32. q. 4. c. Obijciuntur. de diuortijs c. Gaudemus. §. Nec illi. D. 917.

tra naturam hoc faciebant, cum non lasciuiendi causa, sed gignendi hoc facerent: nec contra morem, quia eo tempore ea fiebant: nec contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Idem. Obijciuntur Iacob quatuor uxores, quod quando mos erat, crimen non erat. Si patriarchæ coniugibus excipientibus semen suum miscebantur, non concupiscentia perficiendæ uolupta-

¶ Ad tertium dicendum, quòd qualis est lex, talis debet esse dispensatio legis: & quia lex naturæ non est literis scripta, sed cordibus impressa, propter hoc non oportuit dispensationem eorum quæ ad legem naturæ pertinent, lege scripta dari, sed per internam inspirationem fieri.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ueniente Christo fuit tempus plenitudinis gratiæ Christi, per quam cultus dei in omnes gentes spirituali propagatione diffusus est: & ideo non est eadem ratio dispensationis quæ erat ante Christi aduentũ, quando cultus dei propagatione carnali multiplicabatur, & conseruabatur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd proles secundum quod est bonum matrimonij, includit fidem ad deum seruandam, quia secundum quod proles expectatur ad cultum dei educenda, ponitur matrimonii bonum: fides autem ad deum seruanda est potior, quàm fides uxori seruanda, quæ ponitur bonum matrimonij, & quàm significatio quæ pertinet ad sacramentum, quia significatio ad fidei cognitionem ordinatur: & ideo non est inconueniens, si propter bonum prolis aliquid detrahitur alijs duobus bonis. Nec tamen omnino tolluntur, quia & fides manet ad plures, & sacramentum aliquo modo: quia quàmuis non significatur coniunctio Christi ad ecclesiam inquantum est una, significatur tamen distinctio graduum ecclesiæ per pluralitatem uxorum, quæ quidem est non solum in ecclesia militante, sed etiam in triumphante: & ideo illorum matrimonia aliquo modo significabant coniunctionem Christi ad ecclesiam non solum militantem, ut quidam dicunt, sed etiam triumphantem, in qua sunt diuersæ mansiones.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum habere concubinam sit contra legem naturæ.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd habere concubinam non sit contra d legem naturæ. Legis enim cæremonialia non sunt de lege naturæ: sed fornicatio prohibetur Act. 15. inter alia cæremonialia legis, quæ ad tempus credentibus ex gentibus imponebantur. ergo fornicatio simplex, quæ est accessus ad concubinam, non est contra legem naturæ.

5. Cõt. Gẽt. cap. 125. D. 3.

¶ 2 Præt. Ius positiuum a naturali iure profectum est, vt Tullius dicit: sed secundum ius positiuum fornicatio simplex non prohibetur, immo potius in pœnam secundum antiquas leges mulieres lupanaribus tradendæ condemnabantur. ergo habere concubinam non est contra legem naturæ.

Ex 2. rhet. ueterũ lib.

¶ 3 Præt. Naturalis lex prohibet non quin illud quod datur simpliciter, possit dari ad tempus, & secundum quid: sed una mulier soluta potest dare uiro soluto in perpetuum sui corporis potestatem, ut utatur ea licite cum uoluerit. ergo non est contra legem naturæ, si dederit ei potestatem sui corporis ad horam.

¶ 4 Præt. Quicumque utitur re sua, ut uult, nemini facit iniuriam: sed ancilla est res domini, ergo si dominus ea utatur

F ad libitum, non facit iniuriam alicui, & ita habere concubinam non est contra legem naturæ.

¶ 5 Præt. Quilibet potest dare alteri quod suum est: sed uxor habet potestatem in corpore uiri, ut patet. 1. Corinth. 7. ergo si uxor uelit, uir poterit alij mulieri coniungi sine peccato.

SED CONTRA. Secundũ omnes leges, filij qui de concubinis nascuntur, sunt uituperabiles: sed hoc non esset, nisi cõcubitus ex quo oriuntur, esset naturaliter turpis. ergo habere cõcubinam est contra legem naturæ.

Aug. lib. de bono coniugali c. 15. tom. 6.

¶ 2 Præt. Sicut supra distinctio. 26. dictum est, Matrimonium est naturale: sed hoc non esset, si sine præiudicio legis naturæ homo posset coniungi mulieri præter matrimonium: ergo contra legem naturæ est concubinam habere.

q. 1. art. 1.

tis, sed prouidentia propagandæ successionis: sicut Apostoli auditoribus suis admirantibus doctrinã suam condelectabantur, non auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ ueritatis. Idem alibi. Antiquis temporibus cum adhuc salutis nostræ mysterium uelaretur, iusti officio propagandi nuptias contrahebant, non uicti libidine, sed ducti pietate, qui multo facilius con-

G

VLTERIVS. Videtur quòd accedere ad concubinam non sit peccatum mortale. Maius enim peccatum est mendacium, quàm fornicatio simplex, quod patet ex hoc, quòd Iudas qui fornicationem nõ horruit cum Thamar committere, recusauit mendacium dicens, Certe mendacij nos arguere nõ poterit: sed mendacium non semper est mortale peccatum. ergo neque fornicatio simplex.

II. Ex. 22. q. 154. art. 2. 3. & 11. Gen. 38.

H ¶ 2 Præt. Peccatum mortale morte puniri debet: sed lex uetus non puniebat concubitum concubinæ morte, nisi in aliquo casu, ut patet Deuteronom. 23. ergo non est peccatum mortale.

¶ 3 Præt. Secundum Greg. Peccata carnalia sunt minoris culpæ quàm spiritualia: sed non omnis superbia, aut auaritia est peccatum mortale, quæ sunt peccata spiritualia. ergo non omnis fornicatio, quæ est peccatum carnale.

Elicitur hęc Gregorij sententia ex 31. libr. Mora. c. 17. circa finẽ. Distin. ita a magistro in litera.

¶ 4 Præt. Vbi est maius incitamentum, ibi est minus peccatum, quia magis peccat qui minori tentatione uincitur, ut supra dist. 16. dictũ est: sed cõcupiscẽtia maxime instigat ad uenerea. ergo cum actus gulæ non sit semper peccatum mortale, nec fornicatio simplex erit peccatum mortale.

SED CONTRA. Nihil excludit a regno dei nisi peccatum mortale: sed fornicarij excluduntur a regno dei, ut patet. 1. Cor. 6. ergo fornicatio simplex est peccatum mortale.

I ¶ 2 Præt. Sola peccata mortalia criminalia dicuntur: sed omnis fornicatio est crimen, ut patet Tobiæ 4. Attende tibi ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam numquàm patiaris crimen scire.

VLTERIVS. Videtur quòd aliquando fuerit licitum concubinam habere. Sicut enim habere unam uxorem est de lege naturæ, ita non habere concubinam: sed aliquando licuit plures uxores habere. ergo & habere concubinam.

Gen. 21.

¶ 2 Præt. Non potest aliqua simul esse uxor & ancilla, unde secundum legem ex hoc ipso quòd ancilla in matrimonium ducebatur, libera reddebatur: sed aliqui deo amicissimi leguntur ad suas ancillas accessisse, sicut Abraham, & Iacob, ergo illæ non erant uxores, & sic aliquando licet concubinas habere.

Gen. 16. & 30. cap.

¶ 3 Præt. Illa quæ in matrimonio ducitur, non potest eijci, & filius eius debet esse hæreditatis particeps: sed Abraham eiecit Agar, & filius eius non fuit hæres. ergo non fuit uxor Abrahæ.

K SED CONTRA. Ea quæ sunt contra præcepta decalogi, numquàm licuerunt: sed habere cõcubinam est contra præceptum decalogi, scilicet, Non mœchaberis. ergo numquàm fuit licitum.

Exh. 20. lib. de patriarcha Abrahã. ca. 4. Et habet 32. q. 4. ca. Nemo.

¶ 2 Præt. Ambros. dicit in lib. de patriarchis. Viro non licet quod mulieri non licet: sed numquàm licuit mulieri ad alium uirũ accedere dimisso uiro proprio. ergo nec uiro umquàm licuit concubinam habere.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut ex prædictis patet, illa actio dicitur esse contra legem naturæ, quæ non est conueniens fini debito, siue quia non ordinatur in ipsum per actionẽ agentis, siue quia de se est improportionata fini illi. Finis autem quem natura ex concubitu intendit, est proles procreanda & educanda, & ut hoc bonũ quæreretur, posuit delectationẽ in coitu, ut Constantinus dicit. Quicumque ergo concubitu vtitur propter delectationem quæ in ipso est, non referendo ad finem a natura intentum, contra naturam facit: & similiter etiam nisi sit talis concubitus qui ad illum finem conuenienter ordinari possit. Et quia res a fine plerumque nominantur tamquàm ab optimo, sicut coniunctio matrimonij a prolis bono nomen accepit, quod per matrimonium principaliter quæritur: ita cõcubinæ nomẽ illam coniunctionem exprimit, qua solus cõcubitus propter seipsum quæritur: & si etiam aliquis quandoque ex tali concubitu prolem quærat, non tamen est conueniẽs ad prolis bonum, in quo non solũ intelligitur ipsius procreatio, per quã proles esse accipit, sed etiã educatio & instructio, per quam accipitur nutrimentum & disciplina a parentibus, in quibus tribus parentes proli tenetur secundum Philosophum in 8. ethicor. Cum autem educatio & instructio proli a parentibus debeatur per lõgum tempus, exigit lex naturæ, ut pater & mater in longum tẽpus commaneant ad subueniendum communiter proli: vnde & aues quæ communiter pullos nutriunt, ante completam nutritionem non separantur a mutua societate quæ incępit a concũbendo. Hæc autem obligatio ad commanendum feminam cũ marito matrimonium facit, & ideo patet quòd accedere ad mulierem non iunctam sibi matrimonio, quę cõcubina d vocatur, est contra legem naturæ.

tinere possent, & uellent. Vtebatur tamen coniugibus, & plures uno uiro habere licebat, quas castius habebat q̃ nunc unam quilibet istorum, in quibus uidemus quòd secundum ueniam concedit Apostolus. Habebant enim eas in opere generandi, nõ in morbo desiderij. Item Ambro. Dixit Sarra ad Abraham. Ecce conclusit me Dominus ut non pariam. Intra ergo ad ancillam meam, & filium facias ex ea, & ita factum est. Considera primum, q̃ Abraham ante legem Moysi, & ante Euangelium fuit. Non ergo in legem cõmisit Abraham, sed legem preuenit; nondum enim interdictum uidebatur. Secundo considera, quòd non ardore aliquo uagę successus libidinis non petulantis formæ captus decore ancillæ contubernio coniugalem posthabuit torum, sed studio quęrendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. Adhuc post diluuium raritas erat humani generis, erat etiã

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in gentibus quantum ad multa lex naturæ obfuscata erat: vnde accedere ad concubinam malũ non reputabant, sed passim fornicatione quasi re licita utebantur, sicut & alijs quæ erant contra cæremonias Iudæorum, quàmuis non essent contra legem naturæ, & ideo Apostoli immiscuerunt prohibitionem fornicationis cæremonialibus propter discretionem, quæ erat in vtroque inter Iudæos & gentiles.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex prædicta obscuritate, scilicet in quam ceciderũt gentiles, deo debitam gloriam non reddentes, vt dicitur Ro. 1. lex illa d processit, & nõ ex instinctu legis naturæ: vnde præualente christiana religione lex illa extirpata est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in aliquibus, sicut nullum inconueniens sequitur si rem aliquam, quam quis in potestate habet, alteri simpliciter tradat, ita etiam nec si tradat ad tempus, & sic neutrum est contra legem naturæ: ita autem non est in proposito, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd iniuria iustitiæ opponitur. Lex autem naturalis non solum prohibet iniustitiam, sed etiam opposita omnium virtutum: sicut contra legem naturæ est, vt aliquis immoderate comedat, quàmuis talis rebus suis vtens nulli iniuriam faciat. Et præterea, ancilla quàmuis sit res domini ad obsequium, non est tamen res sua ad concubitum: & iterum interest qualiter quisque re sua vtatur. Facit etiam talis iniuriam proli procreandæ, ad cuius bonum non sufficienter talis coniunctio ordinatur, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd mulier habet potestatem in corpore viri non simpliciter quantum ad omnia, sed solum quantum ad matrimonij vsum: & ideo non potest contra matrimonij bonum corpus viri alteri præbere.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut in 2. lib. distinctio 42. dictum est, illi actus ex suo genere sunt peccata mortalia, per quos fœdus amicitiæ hominis ad deum,

A & hominis ad hominem violatur. Hæc enim sunt contra duo præcepta charitatis quæ est animæ vita: & ideo cum concubitus fornicarius tollat debitam ordinationem parentis ad prolem, quam natura ex concubitu intendit, non est dubium quòd fornicatio simplex de sui ratione est peccatum mortale, etiam si lex scripta non esset.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd frequẽter homo qui non vitat peccatum mortale, uitat aliquod peccatum veniale, ad quod non habet tantum incitamentum: & ita etiam Iudas mendacium vitauit fornicationem non vitans, quàmuis illud mẽdacium perniciosum fuisset iniuriam habens annexã, si promissum non reddidisset.

Gen. 19.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum non dicitur mortale, quia morte temporali puniatur, sed quia punitur æterna: vnde etiam furtum quod est mortale peccatum, & multa alia interdum non puniuntur per leges temporali morte, & similiter etiam est de fornicatione.

religionis. Denique & Loth sancti hanc filiæ causam quærendæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum, & ideo publici muneris gratia priuatam culpam prætexit. Item Aug. Iustus, quàmuis cupiat dissolui, & esse cũ Christo, tamen sumit alimentum non cupiditate uiuendi, sed officio consulendi, ut maneat quod necessarium est propter alios. Sic misceri feminis iure nuptiarũ officiosum fuit sanctis uiris, non libidinosum. Quod enim est cibus ad salutẽ hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis, & utrumque non est sine delectatione carnali, quæ tamen modificata & refrænata temperãtia in usum naturalem redacta, libido esse non potest. Qđ autem in sustentando uitam illicitus est cibus, hoc est in quærenda prole fornicarius, uel illicitus concubitus: & quod est in cibo licito immoderatior appetit⁹, hoc est in cõiugibus uenialis ille cõcubitus.

De bono cõiugali c. 15. in fine to. 6.

Aug. vbi supra. ca. 16. in princ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut non quilibet motus superbiæ est peccatum mortale, ita nec quilibet motus luxuriæ, quia primi motus luxuriæ, & huiusmodi sunt peccata venialia, & etiam concubitus matrimonialis: interdum tamen aliqui luxuriæ actus sunt peccata mortalia, aliquibus motibus superbiæ venialibus existentibus, quia in verbis Grego. inductis intelligitur comparatio vitiorum secundum genus, & nõ quantum ad singulos actus. Vbi supra.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut supra distinctio. 16. dictum est, illa circunstantia efficacior est ad grauandum, quæ magis appropinquat ad speciem peccati: vnde quàmuis fornicatio ex magnitudine incitamenti diminuatur, tamen ex materia circa quam est, grauitatem habet maiorem quàm inordinata comestio, cum sit circa ea quæ pertinent ad fouendum fœdus societatis humanæ, vt dictum est, & ideo ratio non sequitur. q. 3. artic. 2. quæst. 2.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd Rabi Moyses dicit, quòd ante tempus legis fornicatio non erat peccatum, quod probat ex hoc, quòd Iudas cum Thamar concubuit. Sed ista ratio non cogit, non enim necesse est filios Iacob a peccato mortali excusari, cum accusati fuerint apud patrem crimine pessimo, & in Ioseph necem, vel venditionem consenserint. Et ideo dicendum est, quòd cum habere concubinam non matrimonio iunctam sit contra legem naturæ, vt dictum est, nullo d tempore secundum se licitum fuit, nec etiam ex dispensatione. Sicut enim ex dictis patet, concubitus cum ea quæ non est matrimonio iuncta, non est conueniens actus ad bonum prolis, quod est principalis finis matrimonij, & ideo est contra prima præcepta legis naturæ, quæ dispensationem non recipiunt. Vnde vbicumque legitur in veteri testamento aliquos concubinas habuisse, quos necesse sit a peccato mortali excusari, oportet eas esse matrimonio iunctas, & tamen concubinas dici, quia aliquid habebant de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ. Secundum enim quod matrimonium ordinatur ad suum principalem finem, qui est bonum prolis, uxor uiro coniungitur insolubili coniunctione, vel saltem diuturna, vt ex dictis patet, & contra hoc non est aliqua dispensatio: sed quantum ad secundum finem qui est dispensatio familiæ, & communicatio operum, vxor coniungitur vt socia, sed hoc deerat in his quæ concubinæ nominabantur: in hoc enim poterat esse dispensatio, cum sit secundarius matrimonij finis,

Gen. 37.

D. 371. Ar. præsenti. quæst. 1.

& ex hac parte habebant aliquid simile concubinæ, ratione cuius concubinæ nominantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd habere plures vxores non est contra legis naturæ prima præcepta, sicut habere concubinam, vt ex dictis patet, & ideo ratio non sequitur.

De bono cōiugali c. 21. in fine.

¶ Ad secundum dicendum, quòd antiqui patres ea dispēsatione qua plures vxores habebant, ad ancillas accedebant uxorio affectu. Erāt enim vxores quantum ad illam coniunctionem quæ respicit secundarium finem, cui conditio seruitutis opponitur, cum non possit simul esse socia & ancilla.

> *Non præfertur uirginitas Ioannis castitati Abrahæ.*
>
> QVod uero castitas uirginalis non præferatur in merito coniugali castitati Abrahæ, Aug. ostēdit inquiens. Sicut non est impar meritū patientiæ in Petro q passus est, & in Ioanne qui passus non est, sic nō est impar meritum continentiæ in Ioāne qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham qui filios genuit. Nā illius cælibatus, & istius connubiū per temporū distributionem Christo militauerūt, sed continentiam Ioānes in opere, Abraham in solo habebat habitu. Melior est aūt castitas cælibum, q̄ nuptiarum, quarū unā Abrahā habebat in usu, ambas in habitu: caste.n.& coniugaliter uixit. Esse autem castus sine coniugio potuit, sed tunc nō oportuit. Item Hiero. Quis ignoret sub alta dispēsatione Dei omnes retro sanctos eiusdē fuisse meriti, cuius nunc christiani sunt? Quomodo Ambraham ante placuit in coniugio, sic nunc uirgines placent in castitate. Seruiuit ille legi & tempori suo, seruiamus & nos legi & tempori nostro, in quos fines sæculorum deuenerunt. Ex his apparet quòd sancti patres ante legem sine peccato plures habuerūt uxores, uel c concubinas. Eas enim tunc uxores appellat scriptura, nunc cōcubinas. Gen. 30. Rachel tamen & Lia ambæ uxores fuerunt, non concubinæ. Gen. 29.

Deuter. 24. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in lege Moysi per dispensationem licebat dari libellum repudij ad euitandum vxoricidium, vt dicetur, (quæst. seq.) ita ex eadem dispensatione licuit Abrahæ eijcere Agar, ad significandum mysterium quod Apostolus explicat Galat. 4. quòd etiam filius ille hæres non fuit ad mysterium pertinens, vt ibidem patet: (Gen. 21.) sicut etiam ad mysterium pertinet, quòd Esau filius liber hæres non fuit, vt patet Roma. 9. Et similiter propter mysterium factum est, vt filij Iacob ex ancillis & liberis nati hæredes essent, vt Augustinus dicit, (Super 3. c. Ioā. tra. 11) quia Christo nascuntur in baptismo, filij & hæredes tam per bonos quos liberi signant, quàm per malos ministros qui per ancillas signantur.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de libello repudij.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrū inseparabilitas matrimonij sit de lege naturæ.
¶ Secūdo, Vtrum repudiare vxorem aliquando fuerit licitū.
¶ Tertio, De causis libelli repudij lege permissi, & eius inscriptione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum inseparabilitas uxoris sit de lege naturæ.

Ex 4. li. cōt. Gen. ca. 78. & 22. q. 154 art. 2. circa med.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd inseparabilitas vxoris non sit de lege naturæ. Lex enim naturæ communis est apud omnes: sed nulla lege præter legem Christi fuit prohibitum vxorem dimittere. ergo inseparabilitas vxoris non est de lege naturæ.

¶ 2 Præt. Sacramenta non sunt de lege naturæ: sed inseparabilitas matrimonij pertinet ad bonum sacramenti. ergo non est de lege naturæ.

¶ 3 Præt. Coniunctio viri & feminæ in matrimonio ordinatur principaliter ad prolis generationem, & educationem, & instructionem, vt dictum est: (q. pced. ar. 3 quæst. 1. & dist. 27. q. 1. ar. 1. quæst. 1.) sed hæc omnia aliquo certo tempore consummantur. ergo post illud tempus licet vxorem dimittere sine aliquo præiudicio legis naturæ.

¶ 4 Præt. Ex matrimonio quæritur principaliter bonum prolis: sed inseparabilitas matrimonij est contra bonum prolis, quia vt tradunt Philosophi, aliquis vir non potest ex aliqua femina prolem accipere, qui tamen ex alia concipere posset, & quæ etiam ex alio viro impregnaretur. ergo inseparabilitas matrimonij magis est contra legem naturæ, quàm de lege naturæ.

SED CONTRA. Illud præcipue est de lege naturæ, quod natura bene instituta accepit in suo principio: sed inseparabilitas matrimonij est huiusmodi, vt patet Matth. 19. ergo est de lege naturæ.

¶ 2 Præt. De lege naturæ est, quòd homo deo non contrarietur: sed homo quodammodo deo contrarius esset, si separaret quos deus coniunxit. cum ergo ex hoc haberetur inseparabilitas matrimonij Matth. 19. videtur quòd sit de lege naturæ.

F RESPON. Dicendum, quòd matrimonium ex intentione naturæ ordinatur ad educationem prolis non solum per aliquod tempus, sed per totam vitam prolis. Vnde de lege naturæ est, quòd parentes filiis thesaurizent, & filij parentum hæredes sint: & ideo cum proles sit commune bonum viri & vxoris, oportet eorum societatē perpetuo permanere indiuisam secūdum legis naturæ dictamen, & sic īseparabilitas matrimonij est de lege naturæ.

G AD PRIMVM ergo dicendum, q sola lex Christi ad perfectum humanū genus adduxit reducens in statum nouitatis naturæ: vnde & in lege Moysi, & in legibus humanis non potuit totum auferri, quod contra legem naturæ erat: hoc enim soli legi spiritus & vitæ reseruatum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inseparabilitas competit matrimonio secundum quod est signum perpetuæ coniunctionis Christi & ecclesiæ, & secundum quod est in officium naturæ ad bonum prolis ordinatum, vt dictum est: sed quia separatio matrimonij magis directe repugnat significationi, quàm prolis bono, cui ex consequenti repugnat, vt dictum est, inseparabilitas matrimonij magis in bono sacramenti intelligitur, quàm in bono prolis, quamuis in vtroque intelligi possit: & secundum quod pertinet ad bonum prolis erit de lege H naturæ, non autem secundum quod pertinet ad bonum sacramenti.

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd matrimonium principaliter ordinatur ad bonum commune ratione principalis finis qui est bonum prolis, quàmuis etiam ratione finis secundarij ordinetur ad bonum matrimonium contrahentis, prout per se est in remedium concupiscentiæ. Et ideo in legibus matrimonij magis attenditur quid omnibus expediat, quàm quid vni competere possit. Quàmuis ergo matrimonij inseparabilitas impediat bonum prolis in aliquo homine, tamen est conueniens ad bonum prolis simpliciter, & propter hoc ratio non sequitur.

ARTICVLVS II.

I

Vtrum licitum esse possit per dispensationem uxorem dimittere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vxorem dimittere licitum per dispensationem esse non potuerit. Illud enim quod est in matrimonio contra bonum prolis est contra prima præcepta legis naturæ, quæ indispensabilia sunt: sed dimissio vxoris est huiusmodi, vt ex dictis patet. ergo &c. (1. 2. q. 105. art. 4. ad 8. Et 3. cont. Gen. c. 123 in fine. Ar. præced.)

¶ 2 Præt. Concubina differt præcipue ab vxore in hoc, quòd non est inseparabiliter iuncta: sed habere concubinas fuit indispensabile. ergo & dimittere vxorem.

¶ 3 Præt. Homines sunt modo ita receptibiles dispensationis, sicut olim fuerunt: sed modo non potest dispensari cum aliquo quòd vxorem dimittat. ergo nec olim.

SED CONTRA. Agar cognita est ab Abraham vxorio affectu quasi vxor, vt dictum est: (Gen. 16. q. pced. art. 3. quæst. 3. ad 2.) K sed ipse præcepto diuino eam eiecit, & non peccauit. ergo potuit per dispensationem fieri licitum quòd homo vxorem dimitteret.

VLTERIVS. Videtur quòd sub lege Moysi fuerit licitum vxorem dimittere. (II Vbi supra.) Vnus enim modus consentiendi est non prohibere, cum prohibere possit: consentire autem illicito est illicitum. cum ergo Moyses non prohibuerit vxoris repudium, nec peccauerit, quia lex sancta est, vt dicitur Ro. 7. videtur quòd repudium fuerit aliquando licitum.

¶ 2 Præt. Prophetæ locuti sunt spiritusancto inspirati, vt patet. 2. Pet. 1. sed Malach 3. dicitur. Si odio habueris eam, dimitte eam. ergo cum illud quod spiritussanctus inspirat, non sit illicitum, videtur quòd repudium vxoris non semper fuerit illicitum.

¶ 3 Præt. Chrysostom. dicit quòd sicut Apostoli permiserunt secundas nuptias, ita Moyses permisit libellum repudij: (tom. 1. homil 38. quę est de S. crucis inuentione.) sed secundæ nuptiæ non sunt peccatum. ergo nec repudium vxoris sub lege Moysi.

SED

SED CONTRA est, quod dominus dicit, quòd libellus repudij datus est a Moyse Iudæis propter duritiam cordis eorum: sed duritia cordis eorum non excūsabat eos a peccato. ergo neque lex de libello repudij. A

¶ 2 Præt. Chrysost. dicit super Matth. quòd Moyses dando libellum repudij nō iustitiam dei monstrauit, vt quasi per legē agentibus peccatum nō videatur esse peccatum.

VLTERIVS. Videtur quòd liceret vxori repudiatæ alium virum habere, quia in repudio magis erat iniquitas viri repudiantis, q̄ vxoris repudiatæ: sed vir poterat aliā sine peccato ducere in uxorem. ergo uxor sine peccato alium uirum ducere poterat. B

¶ 2 Præt. August. dicit de duabus vxoribus, quòd quando mos erat, peccatum non erat: sed tempore legis erat talis consuetudo quòd repudiata alium uirum ducebat, ut patet Deut. 24 Cumque egressa uirum alterum duceret &c. ergo uxor nō peccabat alteri se iniungendo.

¶ 3 Præt. Dominus Matth. 5. iustitiam noui testamenti ostendit superabundantem esse respectu iustitiæ ueteris testamenti: hoc autem dicit ad iustitiam noui testamenti per superabundantiam pertinere, quòd uxor repudiata non ducit alterum uirum. ergo in ueteri lege licebat.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 5. Qui dimissam duxerit, mœchatur: sed mœchia numquàm fuit in ueteri testamento licita. ergo nec uxori repudiatæ licuit alium uirum habere. C

¶ 2 Præt. Deuter. 24. dicitur, quòd mulier repudiata quæ alium virum duceret, polluta erat & abominabilis facta coram domino. ergo peccabat alium uirum ducendo.

VLTERIVS. Videtur quòd licebat uiro repudiatam a se accipere. Licet enim corrigere quod male factū est: sed male factum erat quòd uir uxorem repudiabat. ergo licebat hoc corrigere reducendo uxorem ad se.

¶ 2 Præt. Semper licuit peccanti indulgere, cum sit morale præceptum, quod in omni lege manet: sed vir accipiendo repudiatam ei peccanti indulgebat. ergo hoc licitum erat.

¶ 3 Præt. Deutero. 24. ponitur causa quare non possit accipi iterum, quia polluta est: sed repudiata non polluitur nisi alterum uirum ducendo. ergo saltem antequàm alium uirum duceret, licebat eam accipere. D

SED CONTRA est, quod dicitur Deuter. 24. Non poterit prior maritus accipere eam &c.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd dispensatio in præceptis, præcipue quæ sunt aliquo modo legis naturæ, est sicut mutatio cursus rei naturalis, qui quidem mutari dupliciter potest. Vno modo, ex aliqua causa naturali, per quam alia causa naturalis impeditur a cursu suo, sicut est in omnibus quæ in minori parte casualiter accidunt in natura: sed per hunc modum non uariatur cursus rerum naturalium, quæ sunt semper, sed quæ sunt frequenter. Alio modo, per causam penitus supernaturalē, sicut in miraculis accidit: & hoc modo potest mutari cursus naturalis nō solum qui est ordinatus ut sit frequenter, sed qui est ordinatus etiam ut sit semper, ut patet in statione Solis tempore Iosue, & reditu eiusdem tempore Ezechiæ, & de eclypsi miraculosa tempore passionis Christi. Hæc autem ratio dispensationis in præceptis legis naturæ quandoque est in causis inferioribus, & sic dispensatio cadere potest super secunda præcepta legis naturæ, non autem super prima: quia illa sunt quasi semper existentia, ut dictum est de pluralitate uxorum, & de huiusmodi. E Aliquando autem est tantum in causis superioribus, & tunc potest dispensatio esse diuinitus etiam contra prima præcepta legis naturæ ratione alicuius mysterij diuini signandi, uel ostendendi, sicut patet de dispensato præcepto Abrahæ facto de occisione filij innocentis: tales autem dispensationes non fiunt communiter ad omnes, sed ad aliquas singulares personas, sicut etiam de miraculis accidit. Si ergo inseparabilitas matrimonij inter prima præcepta legis naturæ continetur, solum hoc secundo modo sub dispensatione cadit: si autem sit inter secunda præcepta legis naturæ etiam primo modo cadere potuit sub dispensatione: uidetur autem magis inter secunda præcepta legis naturæ contineri. Inseparabilitas .n. matrimonij non ordinatur ad prolis bonum, quod est principalis matrimonij finis, nisi quantum ad hoc quòd per parentes filijs prouideri debet in totam uitam per debitam præparationem eorum quæ sunt necessaria in uita. Huiusmodi autē rerū appropriatio nō est de prima intentione naturæ, secundum quam omnia sunt communia: & ideo non uī contra primā intentionem naturę dimissio vxoris esse, & per consequens nec cōtra prima præcepta, sed cōtrā secūda legis naturę, unde etiam primo modo sub dispensatione posse cadere videtur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q in bono prolis secundum quod est de prima intentione naturæ, intelligitur procreatio, & nutritio, & instructio quousque proles ad perfectam ætatem ducatur: sed quòd ei prouideatur in posterum per hæreditatis, & aliorum bonorum dimissionem, videtur pertinere ad secundam legis naturæ intentionem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd habere concubinam est contra bonum prolis quantum ad id quod natura in eo de prima intentione intendit, scilicet educationem & instructionem, quæ requirit diuturnam commansionem parentum, quod non est in concubina, quæ ad tempus assumitur, & ideo non est simile: tamen quantum ad secundam dispensationem etiam habere d concubinam sub dispensatione cadere potest, ut patet Oseæ 1. D. 171

¶ Ad tertium dicendum, quòd inseparabilitas quàmuis sit de secunda intentione matrimonij prout est in officium naturæ, tamen est de prima intentione ipsius prout est sacramentum ecclesiæ: & ideo ex quo institutum est ut sit ecclesiæ sacramentum, manente tali institutione non potest sub dispensatione cadere, nisi forte secundo modo dispensationis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd illi qui sub lege uxorem dato libello repudij dimittebant, non excusabantur a peccato, quàmuis excusarentur a pœna secundum leges infligenda: & propter hoc dicitur Moyses libellum repudij permisisse, (Deute. 24.) & sic ponunt quatuor modos permissionis. Vnus per priuationem præceptionis, ut quando maius bonum non præcipitur, minus bonum permitti dicitur, sicut Apostolus non præcipiendo uirginitatem, matrimonium permisit. 1. Corinth. 7. Secundus per priuationem prohibitionis, sicut uenialia dicuntur permissa, quia non sunt prohibita. Tertius per priuationem cohibitionis, & sic communia peccata dicuntur permitti a deo, inquantum non impedit cum impedire posset. Quartus per priuationem punitionis, & sic libellus repudij lege permissus fuit, non quidem propter aliquod maius bonū consequendum, sicut fuit dispensatio de pluribus uxoribus habendis, sed propter maius malum cohibendum, scilicet uxoricidium, ad quod Iudæi proni erant propter corruptionem irascibilis: sicut & permissum eis fuit extraneis fœnerari propter aliquam corruptionem in concupiscibili, ne scilicet fratribus suis fœnerarentur, & sicut propter corruptionem suspitionis in rationali fuit permissum sacrificium zelotipiæ, ne sola suspitio apud eos iudicium corrumperet. Sed quia lex uetus, quàmuis gratiam non conferret, tamen g ad hoc data erat ut peccatum ostenderet, ut cōmuniter sancti dicunt: ideo alijs uidetur, quòd si repudiando uxorem peccassent hoc saltem eis per legem, aut prophetas indicari debuisset, Esa. 58. Annuntia populo meo peccata eorum, alias uiderentur esse nimis neglecti, si ea quæ necessaria sunt ad salutem quæ non cognoscebant, numquàm eis nuntiata fuissent: quod non potest dici, cum iustitia legis tempore suo obseruata uitam mereretur æternam. Et propter hoc dicunt, quòd quàmuis repudiare uxorem per se sit malum, tamen ex permissione diuina licitum fiebat, & hoc confirmant authoritate Chrysosto. qui dicit, quòd a peccato abstulit culpam legislator, quando permisit repudium: (Homil. 17. super Matthæū ca. 5.) & quàmuis hoc probabiliter dicatur, tamen primum communius sustinetur, ideo ad utrasque rationes respondendum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquis qui potest prohibere, non peccat si a prohibitione abstineat non sperans correctionem, sed magis malum æstimans ex tali prohibitione occasio-

occasionem sumere & sic accidit Moysi: vnde diuina authoritate fretus libellum repudij nonprohibuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd prophetæ spiritu sancto inspirati non dicebant dimittendam esse uxorem, quasi spiritus sancti præceptum sit, sed quasi permissum ne mala peiora fierent.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa permissionis similitudo nō est intelligenda quantum ad omnia, sed solum quantum ad causam eandem, quia utraque permissio ad uitandam turpitudinem facta est.

Leuit. 18. ¶ Ad quartum dicendū, quòd quàmuis duritia cordis non excusaret a peccato, tamen permissio ex duritia facta excusat: quædam enim prohibentur sanis, quæ non prohibentur infirmis corporaliter, nec tamen infirmi peccant permissione sibi facta utentes.

¶ Ad quintum dicendum, quòd aliquod bonum potest intermitti dupliciter. Vno modo, propter aliquod maius bonum consequendum, & tunc intermissio illius boni ex ordine ad maius bonum accipit honestatem: sicut intermittebatur singularitas uxoris honestæ a Iacob propter bonum prolis. Alio modo, bonum aliquod intermittitur ad uitandum maius malum, & tunc si authoritate eius qui dispensare potest, hoc fiat, reatum talis boni intermissio non habet, sed honestatem etiam non acquirit, & sic indiuisibilitas matrimonij in lege Moysi intermittebatur propter maius malum uitandum, scilicet uxoricidium: & ideo Chrysosto. dicit, quòd a peccato abstulit culpam. (Vbi supra.) Quàmuis enim inordinatio maneret in repudio, ex quo peccatum dicitur, tamen reatum pœnæ non habebat neque temporalis, neque perpetuæ inquantum diuina dispensatione fiebat, & sic erat ab eo culpa ablata: & ideo etiam, ipse ibidem dicit, quòd permissum est repudium non malum quidem, tamen illicitum, quod quidem illi qui sunt de prima opinione referunt ad hoc tantum, quod habebat reatum temporalis pœnæ.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd secundum primam opinionem, uxor peccabat post repudium alteri uiro coniuncta, quia adhuc matrimonium primum non erat solutum. Mulier enim quanto tempore uiuit, alligata est lege uiri, ut patet Roma. 7. (Et 1. Cor. 7) Non autem poterat simul plures uiros habere. Sed secundum aliam opinionē, sicut licebat ex dispensatione diuina uiro uxorem repudiare, ita uxori alium uirum ducere, quia inseparabilitas matrimonij ex causa diuinæ dispensationis tollebatur, qua inseparabilitate manente intelligitur uerbum Apostoli.

¶ Vt ergo ad utrasque rationes respondeamus, dicendum ad primum, quòd uiro licebat plures uxores simul habere secundum dispensationem diuinam: & ideo una dimissa, etiam matrimonio non soluto, poterat aliam ducere, sed numquàm uxori licuit habere plures uiros: & ideo non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in illo uerbo Aug. Mos non ponitur pro consuetudine, sed actu honesto, secundum quod a more aliquis dicitur morigeratus, quia est bonorum morū, uel sicut a more philosophia moralis nominatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dominus Matth. 5. ostendit nouam legem abundare per consilia ad ueterem non solum quantum ad ea quæ lex uetus licita faciebat, sed etiam quantum ad ea quæ in ueteri lege illicita erant, sed a multis licita putabantur per non rectam præceptorum expositionem, sicut patet de odio inimici, & ita est etiam de repudio. (Sup Math.)

¶ Ad quartum dicendum, quòd uerbum domini intelligitur quantū ad tempus legis nouæ, in quo dicta permissio est sublata: & sic etiam intelligitur uerbum quoddam Chrysostomi, qui dicit, quòd qui secundum legem dimittit uxorem, quatuor facit iniquitates, quia quo ad deum existit homicida, inquantum habet propositum occidendi uxorem nisi eam dimitteret: & quia dimittit non fornicantem, in quo solo casu lex Euangelij uxorem dimittere permittit: & similiter quia facit eam adulteram, & illum cui copulatur.

Deuter. 24. ¶ Ad quintum dicendum, quòd quidam interlinearis dicit. Polluta est & abominabilis, sed illius iudicio qui quasi pollutam eam prius dimisit, & sic non oportet quòd sit polluta simpliciter. Vel dicitur polluta illo modo, quo immun-

Oppositio.

SI quis opponat, quòd fidem tori non seruabant illi patres. Dicimus in hoc seruasse fidem tori, quia non alijs, sed proprijs uxoribus, uel ancillis miscebantur. Ecce quæ fuerit consuetudo in hac re ante legē. Legis uero tempore interdixit Moyses carnalem copulam fieri cū matre, cum nouerca, cū sorore, cum nepte, cum amita, cum matertera, cū nuru, & alijs quibusdam. Permisit autem diuortium fieri dato libello repudij, in quo uir ponebat causas, pro quibus uxorem repudiabat. Permisit autem aliā ducere dato priori libello, quod propter duritiam cordis eorū permissum Christus dicit, non ut concederet dissidiū, sed ut tolleret homi-

F dus dicebatur, qui mortuum tangebat, uel leprosum, non immunditia culpæ, sed cuiusdam irregularitatis legalis: unde & sacerdoti non licebat uiduam & repudiatam ducere in uxorem.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd in lege de libello repudij duo erant permissa, scilicet dimittere uxorem, & uxorem dimissam alteri iungi: & duo præcepta, scilicet scriptura libelli repudij, & quòd iterum maritus repudians eam accipere non possit: quod quidem secundum eos qui primam opinionem tenent, factum fuit in pœnam mulieris quæ alteri nupsit, & in hoc peccato polluta est. Sed secundum alios, ut uir non de facili uxorem repudiaret, quam postea nullo modo recuperare posset. (Deuter. 24. Matth. 19.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad illius mali impedimentum, quod committebat aliquis repudiando uxorem, ordinabatur quòd uir uxorem repudiatam assumere non posset iterato, ut patet ex dictis, & ideo diuinitus ordinatum fuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd semper licuit indulgere peccanti quantum ad rancorem cordis, sed non quantum ad pœnam diuinitus taxatam.

H ¶ Ad tertium dicendum, quòd in hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd licuit uxorem repudiatam uiro reconciliari, nisi matrimonio alteri uiro iuncta esset, tunc enim propter adulterium, cui mulier uolantarie se subdidit, in pœnam ei dabatur, quòd ad priorem uirum non rediret: sed quia lex uniuersaliter prohibet, ideo dicunt alij, quòd etiam antequàm alteri nuberet, non poterat reuocari, ex quo repudiata erat, quia pollutio non intelligitur quantum ad culpam, sed ut dictum est.

ARTICVLVS III.

C *Vtrum causa repudij fuerit odium uxoris.*

I AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd causa repudij fuerit odium uxoris, secundum hoc quod dicitur Mala. 2. Si odio habueris eam, dimitte illam.

¶ 2 Præt. Deuteronom. 24. dicitur. Cum non inuenerit gratiam in oculis eius propter aliquam fœditatem &c. ergo idem quod prius.

SED CONTRA. Sterilitas & fornicatio magis contrariantur matrimonio, quàm odium. ergo illa potius debuerunt esse causa repudij, quàm odium.

¶ 2 Præt. Odium potest creari ex uirtute eius qui odio habetur. Si ergo odium est sufficiens causa, tunc mulier posset repudiari propter uirtutem suam, quod est absurdum.

¶ 3 Præt. Deuterono. 22. dicitur. Si dimiserit uir uxorem suam, & postea odio eam habuerit, & obiecerit ei stuprum, aut coniugium, si in probatione defecerit, uerberabitur, & centum siclis argenti condemnabitur, & non poterit eam dimittere omni tempore uitæ suæ, ergo odium non est causa sufficiens repudij.

K VLTERIVS. Videtur quòd repudij causæ debebant in libello scribi, quia per libellum repudij scriptum a pœna legis absoluebatur: sed hoc omnino uidetur iniustum, nisi causis sufficientibus repudij assignatis, ergo oportebat illas scribere in libello.

¶ 2 Præt. Ad nihil illa scripta ualere uidebantur, nisi ut causæ repudij ostenderetur. ergo si non inscribebantur, frustra libellus ille sibi tradebatur.

¶ 3 Præt. Hoc magister dicit in litera.

SED CONTRA. Causæ repudij aut erant sufficientes, aut non. Si sufficientes, præcludebatur mulieri uia ad secundas nuptias, quæ ei secundum legem concedebantur. Si autem insufficientes, ostendebatur iniustum repudium, & sic repudium fieri non poterat. ergo nullo modo causæ repudij inscribebantur.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd causa permissionis

permissionis repudiandi vxorem fuit vitatio vxoricidij, vt sancti communiter dicunt. Proxima autem causa homicidij est odium, & ideo proxima causa repudij est odium: sed odium ex aliqua causa causatur, sicut & amor, & ideo etiam oportet alias causas repudij ponere remotas, quæ erant causa odij. Dicit autem Augu. in glo. Deuter. 24. Multæ erant in lege causæ dimittendi vxores, Christus solam fornicationem excipit, cæteras molestias iubet pro fide & castitate coniugij sustineri. Hæ autem causæ intelliguntur fœditates in corpore, puta infirmitas, vel aliqua notabilis macula: vel in anima, sicut fornicatio, vel aliquid huiusmodi, quod in moribus inhonestatem facit. Sed quidam has causas magis coarctant satis probabiliter dicentes, quòd non licebat vxorem repudiare, nisi propter aliquam causam post matrimonium superuenientem, nec propter quamlibet talem, sed propter illas solum quæ possunt bonum prolis impedire, vel in corpore, vt sterilitas, aut lepra, vel aliquid huiusmodi: vel in anima, vt si esset malorum morum, quos filij ex conuersatione ad ipsam imitarentur. Sed quædam glo. super illud Deut. 24. Cum non inuenerit gratiam &c. videtur magis arctare, scilicet ad peccatum, cum dicit ibi per fœditatem peccatum intelligi: sed peccatum glo. nominat non solum in moribus animæ, sed etiam in natura corporis. Sic ergo prima duo concedimus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sterilitas & alia huiusmodi sunt causa odij, & sic sunt causæ remotæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd propter virtutem non est aliquis odibilis per se loquendo, quia bonitas causa est amoris, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hoc dabatur in pœnam viri, quòd non posset in perpetuum repudiare vxorem in casu illo, sicut etiam in alio casu, quando puellam deflorauerat.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd causæ repudij in speciali non scribebantur in libello, sed in generali, vt ostenderetur iustum repudium: sed secundum Iosephum, vt mulier habens libellum conscriptum de repudio alteri posset nubere, alias enim ei traditum non fuisset: vnde secundum eum erat scriptura talis, Promitto tibi quòd numquàm tecum conueniam. Sed secundum August. ideo libellus scribebatur, vt mora interueniente, & consilio scribarum dissuadente vir a proposito repudiandi desisteret. Et per hoc patet D solutio ad obiecta.

cidium. Permisit fieri mala ne fierent peiora, & hoc permittendo non Dei iustitiam demonstrauit, sed in pectore minuit culpam.

Cui licebat plures habere, uel non.

SED numquid sub lege licebat habere plures uxores? Audi quid scriptū B est in Deutero. Non habebit uxores plurimas quæ alliciāt animam eius. Super quem locum ait Aug. Manifestum est Salomonem hoc præceptum trāsijsse. Dauid autem plures habuit, nec præceptum præterijt. Permissum est enim regi plures habere, non plurimas, quæ alliciant animam, multiplicare. Cum tamen additur, ut nō eleuetur cor

QVAESTIO III.

C

Deinde quæritur de uirginitate.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Quid sit virginitas.
¶ Secūdo, Vtrum sit virtus.
¶ Tertio, De comparatione eius ad alias virtutes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirginitas sit perpetua meditatio incorruptionis, in carne corruptibili.

(q. 152. ad 1.) AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd virginitas non sit in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio, vt Augustinus dicit in lib. de nuptijs & concupiscentia, quia post resurrectionem sanctæ virgines suam virginitatem non amittent: sed tunc non erunt in carne corruptibili. ergo corruptibilitas carnis, non debet poni in diffinitione virginitatis.

¶ 2 Præt. Virginitas ponitur pars continentiæ quæ ad temperantiam reducitur: sed meditatio non est actus temperan-

A tiæ, sed magis intellectualium virtutum. ergo non debet poni tamquàm genus virginitatis.

¶ 3 Præt. Virginitas non est firmius bonum quàm charitas, aut aliæ virtutes, immo magis fragile: sed perpetuitas non est de ratione charitatis, alias charitatem semel habitam non contingeret amittere, quod in 3. libro distinctione 31. improbatum est, ergo nec perpetuitas in diffinitione virginitatis poni debet. q.1.ar.1.

¶ 4 Præt. Incorruptionis perpetua meditatio tollitur per corruptionem mentis, de qua dicitur Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam &c. sed per hoc non tollitur virginitas, quia talis corruptio reparari potest, non autem virginitas, vt in litera dicitur. ergo virginitas non est perpetua incorruptionis meditatio.

To.4.lib.5. quæstionū veteris & noui testi. 2.Reg.c.11 cap. 27.

¶ 5 Præt. Perpetua incorruptionis meditatio sine concubitu perditur non solum mente, sed etiam carne, sicut patet in peccatis contra naturam: sed sine concubitu virginitas nō perditur, quia vt Augustinus dicit in lib. de virginitate. Virginitas est per piam continentiam ab omni concubitu immunitas. ergo idem quod prius. Cap.7.& 8.

¶ 6 Præt. Ambros. dicit in libr. de virginitate, quòd virginitas est expers contagionis integritas: sed contaminatur corpus per pollutionem nocturnam. ergo virginitas secundum hoc amittitur, non autem perpetua incorruptionis meditatio perditur. ergo &c. Lib. 1. post procemiū.

¶ 7 Præt. Virginitas potest per violentiam auferri, alias ille qui contraheret cum illa, quæ per violentiam ab alio defloratur, non efficeretur irregularis: non autem perpetua carnis meditatio. ergo idem quod prius.

RESPON. Dicendum, quòd virginitas, vt ex dictis Ambros. patet, integritas quædam est: vnde per priuationem corruptionis dicitur, quæ in actu generationis accidit, vbi triplex corruptio est. Vna corporalis tantum, in hoc quòd claustra pudoris franguntur. Alia spiritualis & corporalis simul ex hoc, quòd per decisionem & motum seminis in sensu delectatio generatur. Tertia est spiritualis tantum ex hoc, quòd ratio huic delectationi se subijcit, in qua integritatem perdit quantum ad actum, quia impossibile est aliquid intelligere in ipsa, vt Philosophus dicit in lib. 7. ethicor. Cap. 9.
D unde ipsa rationis absorptio corruptio dicitur. Hæc autem tertia corruptio non est rationis actus, sed quædam passio per accidens ei conueniens ex passione inferioris partis sicut per somnum, vel frenesim, & alias passiones corporales contingit rationis actum impediri per accidens. Cum ergo virtus & vitium in actu rationis consentientis, & dissentientis perficiatur, in omnibus prædictis corruptionibus non inuenitur sufficiens ratio vitij, aut virtutis, sed oportet addere rationis consensum, uel dissensum. Et quia virginitas in genere moris est pertinens ad virtutem, ideo dicit Lucia, quòd non inquinatur corpus, nisi de consensu mentis, inquinatione scilicet, quæ uirginitatis puritati opponitur. Prima ergo corruptio quæ est corporalis tantum non est materia uirtutis, uel uitij nisi per accidens mediante aliqua animæ passione: unde si per aliquam incisionem, claustra pudoris rumpantur, non maius detrimentum uirginitati inerit, quàm si pes, aut manus gladio incideretur. Sed secunda &
E tertia corruptio sunt materia uirginitatis, & oppositi eius: sicut & aliæ passiones animæ sunt materia uirtutum moralium, & oppositorum uitiorum: sed in actu rationis eligentis, uel repudiantis corruptiones prædictas finaliter perficitur inquinatio quam uirginitas priuat, & per consequens ipsa ginitas: & ideo August. in diffinitione prædicta posuit hoc, quòd ex parte rationis se habet, scilicet meditationem quasi uirginitatis genus ponens actum prohibitum sicut frequenter fieri solet: incorruptionem autem posuit quasi obiectum, siue materiam, sed addit subiectum determinatum per hoc quòd dicit, in carne corruptibili, quia priuatio & habitus nata sunt fieri circa idem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis post resurrectionem sancti carnis corruptionem non habeant, habēt tamen naturam carnis quę corruptibilis fuit: & ideo in eis esse poterit virginitas sicut in subiecto, non autem in angelis, in

quibus corruptio quam virginitas priuat, nata esse non fuit, & præcipue hoc ad rationem virginitatis sufficit, quòd non solū respicit quod præsens est, sed quod præteritum est. Non enim est virgo ex hoc solum quòd non corrumpitur, sed ex hoc est etiam quòd numquàm corrupta fuit.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ quàmuis act⁹ moralis virtutis in voluntate perficiatur, tamen ratio formam virtutis in ea ponit, vt dicitur in 6. ethicor. & ideo quidam Socratici omnes virtutes scientias dicebant, & hoc modo loquendi vtitur hic August. meditationem pro electione ponens.

Ad Gal. 4. Cap. 18.

eius, alienigenas, prohibitum esse uidetur. Verumtamen multiplicatio vxorum generaliter prohibita est. Permissum est autē regi plures habere, sed non multiplicare. Veniente autem plenitudinis tempore, quo Christi gratia ubique est dilatata, reducta est lex nuptiarum ad priorem, honestioremq; institutionem, ut unus uni in figura Christi & Ecclesiæ coniugatur. Nec quæritur electio muneris in successione generis, sed in perfectione uitę & sinceritate sciē-

¶ Ad tertium dicendum, quòd in actu virtutis non solum requiritur discretio ex parte rationis, sed etiam firmitas quędam ex habitu inclinante ad actum per modū naturę. Et sicut causæ naturales quantum est de se, ordinatæ sunt immobiliter ad effectus proprios, ratione cuius dicere possumus, lapis perpetuo descendit deorsum, quàmuis hoc quandoq; impediri possit: ita & habitus virtutis quantum est de se, immobiliter ordinatur ad actum proprium, quàmuis quandoq; habens actum virtutis contrarium agat, & ratione perpetuæ immobilitatis consueuit poni perpetuum in diffinitionibus virtutum, sicut in princ. digestorum dicitur, quòd iustitia est constans & perpetua voluntas: & sic etiam August. ponit perpetuum in diffinitione virginitatis, quàmuis virginitatem quandoque habētes, eam amittant, vt sic in prædicta diffinitione discretio electionis, quæ est actus virginitatis secundum quod ad genus pertinet moris, ex meditatione intelligatur, sed immobilitas ex perpetuitate.

¶ Ad quartum dicendum, quòd corruptio mentis, vt ex dictis accipi potest, est duplex. Vna quæ est quasi passio mentis, quando mens subditur delectationi quæ in coitu solet accidere: & quia hæc delectatio completur in seminis distillatione, ideo talis corruptio mentis non potest accidere sine aliqua corruptione carnis, quæ dicta est fieri per seminis decisionem. Alia autem est corruptio mentis, quæ est actus eius, scilicet consensus, aut electio prædictæ corruptionis. Sed quia vires inferiores sequuntur motum superiorum, ideo quandoque contingit, quòd ex actu mentis cogitantis de corruptione carnis, & intendentis delectationem ipsius experiri, calor excitatur in corpore, & semen distillat, & causatur delectatio, qua mens suffocatur sicut in coitu, & tunc absque dubio virginitas est amissa. Si autem corruptio sistat in actu mentis consentientis, amittitur quidem virginitas secundum illud formale, quod habet in mente, non autem ratione eius quod est materiale in ipsa: vnde talis non potest dici virgo nisi materialiter, & ideo hæc virginitatis amissio potest recuperari, nō autem illa virginitatis amissio, in qua etiam illud quod est materiale subtrahitur: quia virginitas ex parte sui actus respicit tantum præsens, aut futurum, sicut est in qualibet virtute. Electio enim aut præsens, aut futurum respicit, non autem præteritum, sed ex parte materiæ non solum præsens, sed præteritum respicit. Dicitur enim virgo quæ elegit incorruptionem quæ est materialis in virginitate, quam numquàm amisit, & habere & conseruare intendit, nō autem exigitur q̄ numq̄ contrariam electionem habuerit, sed quòd numquàm contrariam corruptionem. Ex hoc autem virginitas amissa recuperari non potest, quia illud quod in præteritum transit, recuperari non potest.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illę quæ sine concubitu se corrumpunt, non est dubium quòd virginitatem amittunt, etiam quantum ad id quod est materiale in ipsa: quia & si concubitus non adsit, adest tamen delectatio quæ in concubitu corruptionem virginitatis facit. Si autem luxuria contra naturam tempus perfectæ ætatis præueniat, cum non adsit seminis decisio, & per consequens nec delectatio completa mentem suffocans, non amittit virginitas quantum ad id quod est materiale in ipsa.

¶ Ad sextum dicendum, quòd passiones partis sensitiuæ non possunt esse materia virtutis, nisi secundum quod sunt ordinabiles a ratione in eis medium ponente, prout concupiscibilis & irascibilis obediunt rationi: & ideo delectatio quæ in somnis accidit cum seminis decisione, non est materia virtutis: & propter hoc nec talis corruptio incorruptionem tollit quæ est virginitatis materia, & ideo ratione talis pollutionis virginitas non perditur: & similis ratio est de mulieribus

F quæ dormientes & inebriatæ, aut amentes a viris cognoscuntur, nisi forte hac intentione dormitum irent, vt a viro cognoscerentur.

¶ Ad septimum dicendum, quòd illud, cuius principium totaliter est extra, non est ordinabile a ratione; & ideo eadem ratione nec illę quæ p̄ uiolentiam corrumpuntur siue ab homine, siue a dæmone incubo uirginitatē amittunt, si quantū possunt renitantur ut conseruent corpus a corruptione immune, uel saltem mentē contrariam consensui. Quia tñ in signationibus sacramentorū magis attenditur quod exterius geritur, quàm quod interius sit, G irregularitas quæ ex defectu signationis in sacramento causatur, nihilominus induceretur in illum qui uirginem defloratā uiolenter duceret in uxorem, & præcipue cum propter delectationem nimiam ratio in actu illo suffocetur, difficillimum est tali delectationi dissentire in statu illo, & ideo præsumptio uidetur esse quòd consenserit.

ARTICVLVS II.

Vtrum uirginitas sit uirtus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd uirginitas non sit uirtus. Omnis enim uirtus consistit in medio: sed uirginitas non consistit in medio, sed maxime in extremo, quia consistit in abstinendo ab omni delectabili circa quod est castitas. ergo non est uirtus. 11. q. supra citato. ar. 1

H ¶ 2 Præt. Virtutum usus, cum sint de iure naturali, omni tempore licuerunt: sed in statu naturæ conditæ non licuisset uirginitatem seruare, quia esset contra præceptum, ut habetur Gen. 1. Crescite, & multiplicami, similiter nec tēpore legis Moysi, quādo qui non relinquebat semen super terram, maledictioni legis subiacebat. ergo uirginitas non est uirtus.

¶ 3 Præt. Nulla uirtus est quæ amitti possit sine peccato, & quæ per pænitentiam non recuperetur: sed uirginitas amittitur sine peccato in actu matrimoniali, nec per pęnitentiam potest recuperari. ergo non est uirtus.

¶ 4 Præt. Omnis uirtus est habitus acquisitus, uel infusus: sed uirginitas est in illis qui non habent aliquem habitum acquisitum, uel infusum, sicut in pueris non baptizatis. ergo non est uirtus.

¶ 5 Præt. Omnis uirtus ordinatur ad actum aliquem, non autem uirginitas, sed magis importat priuationem actus. ergo non est uirtus.

¶ 6 Præt. Qui habet unam uirtutem, habet omnes: sed qui I caret uirginitate quandoque habet alias uirtutes. ergo uirginitas non est uirtus.

¶ 7 Præt. Virtute nullus male utitur: sed uirginitate aliquis male utitur, ut patet de uirginibus fatuis, Matth. 25. ergo non est uirtus.

¶ 8 Præt. Continentia uirginalis diuiditur contra matrimonialem & uidualem: sed matrimonium non ponitur uirtus, neque uiduitas. ergo neque uirginitas est uirtus.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Cor. 7. Vnusquisque proprium donū habet ex deo, & loquitur de uirginitate: dona autem dei spiritualia uirtutes sunt. ergo uirginitas est uirtus.

¶ 2 Præt: Ambros. dicit in lib. de uirginitate. Inuitat uirginitatis amor, ut de uirginitate aliquid dicamus, ne uelut transitu quodam pręterita uideatur, quæ principalis est uirtus. In proemio

¶ 3 Præt. Nihil meretur præmium nisi uirtus: sed uirginitati debetur præmium, scilicet fructus centesimus, ut sancti dicunt, & aureola. ergo est uitus.

K RESPON. Dicendum, quòd sicut dationes & sumptus sunt materia liberalitatis, ita delectationes in uenereis sunt materia castitatis & continentiæ. In genere autem dationum magnitudo sumptuum exigit specialem uirtutem quæ magnificentia uocatur propter sui difficultatem. Et quia temperantia, uel castitas in cohibendis delectationibus magnam habet difficultatem, ideo illud quod est præcipuum in ista materia maximam habens difficultatem, scilicet ab omni corruptione carnalis delectationis immunitas, specialem uirtutem exigit, quæ uirginitas dicitur: unde si uirginitas pro sui completa ratione, ut dictum est, accipiatur, sic uirginitas est specialis uirtus: sic enim nihil aliud importat quàm electionem conseruandi incorruptionem, & hæc electio si sit perfecta, ex aliquo habitu virtutis procedere debet, tamen virginitas super hoc ponit statum virtutis, in quo habitus in actū exire possit: non autem potest exire in actum electionis incorruptionem seruandi, nisi sit incorrupta, quia electio impossibilium non est: impossibile autem est incorruptionem amissam recuperare, sed materiam magnificētiæ amissam possibile est recuperare, & quantum ad hoc est dissimile de magnificētia & virginitate. Alij autē dicunt, q̄ virginitas non nominat virtutem, sed statū perfectū virtutis, & hac ratione sancti quādoque eam virtutē nominant, & secundum hanc opinionem facile ē respondere ad obiecta. Sustinendo tamen primam opinionem respondendum est ad obiecta.

tiæ: & virginitas fœcunditati præfertur, & sacerdotibus continentia indicitur.

De uirginitate mentis & carnis.

MElior est autem virginitas mentis, quàm carnis. Vnde Ambro. Tolerabilius est mentem virginem quàm carnē habere, vtrumque bonum est si liceat. Si enim liceat, saltem non casti homini, sed Deo simus. Virgo prostitui potest, adulterari non potest: nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Idem. Non potest caro ante corrumpi, nisi mens ante fuerit corrupta. Item Isid. Non potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Munda enim a contagione anima, caro nō peccat. In fine huius capituli aperitur, quomō verū sit, nisi anima pri⁹ fuerit corrupta, corpus non posse corrumpi, scilicet peccato. Illud etiam August. aduertendum est. Sicut, inquit, satius est mori fame, q̃ idolaticis vesci, ita satius est defungi sine liberis, quàm ex illicito

Habet 32. q. 5. c. Reuera. — Lib. de Synonymis 2 & hr 32. q 5. c. Nō potest. — De bono coniugali. cap. 10.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd apud theologos, vt quidam dicunt, virtus nō semper est ī medio. Sed hoc dicentes ignorant quid sit medium virtutis. Cum enim medium virtutis accipiatur secundum rationem rectam, si aliquid non sit in medio, non est secundum rationem rectam, & sic non potest esse laudabile, neque virtuosum: & ideo dicendum est quòd virginitas est in medio rationis rectæ, quod quidem medium non C accipitur semper secundum quātitatem eius circa quod est virtus, quæ quantitas est inter superfluum & diminutum, cum sint aliquæ virtutes quæ perueniant ad maximam quantitatē in propria materia, sicut nullus maioribus se dignificat quàm magnanimus: nec aliquis maiores sumptus facit quàm magnificus, vt patet in 4. eth. sed accipitur secundum proportionem omnium circunstantiarum vestientium actum: & sic ille qui maxima dona dat, in medio consistit in eo, quòd mediocritas seruatur in dando cui debet, & q̄d debet, & propter quod debet: & superfluum est in eo quod datur vbi non debet, vel propter quod non debet, etiam si maiora dentur. Similiter etiā virginitas quamuis sit in vltimo extremi quantum ad id circa quod est, quia ab omni corrumpente delectatione abstinet, tamen est in medio inquantum alias debitas circunstantias mediocriter seruat, & superfluum esset si aliquis seruare vellet virginitatem quando non deberet, sicut tempore legis Moysi: vel propter quod non deberet, sicut virgines vestales, similiter secundum alias circunstantias.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dictum est, medium virtutis accipitur secundum proportionem circunstantiarum ad rationem rectam: & quia tempus est vna de circunstantiis, non est inconueniens aliquid esse illicitum vno tempore, quod est licitum, vel virtuosum si alio tempore fiat: & ideo si in tempore quo deus ad multiplicationem generis humani, vel cultus diuini homines operi coniugali insistere volebat, aliquis proprio motu incorruptionem seruasset, fuisset in extremo diminutionis, quia abstinuisset a delectabili omni quando non debuisset: sed postea facta multiplicatione humani generis, vel colentium deum sufficienti, non peccasset virginitatem seruans etiā in lege Moysi vel in statu naturæ integræ si homo non peccasset, non fecisset contra præceptum, quia multiplicario poterat fieri per alios, sed supra præceptum.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ status ille virtutis, quo virtus in actum suum exire possit, potest amitti sine peccato, & cum peccato indifferenter, tamen recuperatur per pænitentiam: sicut aliquis ditissimus magnificus potest dare omnia sua pauperibus, & sic sine peccato suo ei eueniret q̄ in actum exteriorem virtutis exire non poterit: si autem in turpes vsus facultates suas consumat, hoc erit cum peccato, nec tamen per pænitentiam statum primum recuperabit: & ideo virginitas quæ statū illum dicit virtutis, in quo virtus possit exire in actum, & per peccatum amittitur in fornicatione, & sine peccato in actu matrimoniali, nec vnquàm per pęnitentiam recuperatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud quod est materia virginitatis potest esse in illis qui nullum habitum virtutis habēt, sicut in pueris ante baptismum, in quibus est primus virginitatis gradus quem natura dedit, & sicut in illis qui ad tempus

A incorruptionem prædictam seruare volunt, tamen cum proposito nubendi suo tempore, qui habent secundum virginitatis gradum, nec tamen dicuntur virgines nisi materialiter: sed cōpleta ratio virginitatis prout est virtus, non est nisi in illis qui habent electionem conseruandi integritatem hactenus custoditam vsque in finē, siue sine voto, vel cum voto, & hæc electio perfecta esse non potest sine habitu informante ipsam: si autem sit informis, erit act⁹ virtutis sicut virtutem præcedens, sicut & de alijs actibus virtutum contingit.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ temperantia, sicut in 3. li. dist. 33. dictum est, principaliter consistit in cohibendo delectationes: vnde de principali intentione sua habet quendam actum interiorem, scilicet electionem refrænandi concupiscentias, sed exteriorem non habet quantum ad id quod est principale in ipsa nisi per accidens & ex consequenti, in hoc. s. q̄ aliquos actus exteriores adhibet ad cohibēdum a delectationibus, quod magis imperat quàm eliciat, sicut recedendo ab aspectibus cōcupiscibilium: vti enim delectationibus secundum mensurā rationis est de secundaria intentione temperantiæ. Et quia virginitas est principalissimū in temperantia, ideo non habet actum exteriorem nisi ex consequenti, sed omnino vsum exteriorem cōcupiscentiæ cohibet. q. 3. arti. 2. quæstiū. 1.

¶ Ad sextum dicendum, q̄ ille qui habet vnam virtutem, habet aliquo modo omnes, non tamen quantum ad omne id q̄d est in virtute: sicut qui habet liberalitatem quādoque non habet magnificentiam quantum ad statum illum quo possit exire in actum exteriorem, & similiter qui habet temperantiam non habet statum quem virginitas dicit propter imperfectionem: quamuis habeat id quod facit rationem virtutis in virginitate, sicut econtrario, propter perfectionem Christus habet charitatem, non tamen fidem propter statum imperfectionis, quem fides importat, & si habeat quicquid est perfectionis & virtuositatis in fide.

¶ Ad septimum dicendum, q̄ materia virginitatis, quam fatuę virgines habere possunt, aliquis male vtitur, non autem virginitate accepta secundum suam completam rationem.

D ¶ Ad octauum dicendum, quòd viduitas, & matrimonium nō important aliquem alterum gradum circa materiam temperantiæ, sicut virginitas, vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS III.

Vtrum uirginitas maior sit omnibus uirtutibus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd virginitas maior sit omnibus virtutibus. Decor enim est de ratione virtutis: sed virginitatis decor est maximus, ergo ipsa est maxima virtutum. Probatio mediæ. Ambro. in lib. de virginitate dicit. Pulchritudinem quis potest maiorem æstimare decore eius, scilicet virginis, quæ amatur a rege, probatur a iudice, dedicatur domino, consecratur deo semper sponsa, semper innupta, vt nec amor finem habeat, nec damnum pudor? hæc autē perfecte vera pulchritudo est cui nihil deest, quæ sola meretur audiri a domino, tota formosa es &c. E

Vbi supra q̄ōne eadē art 5. — Lib. 1. fere post mediū declarās illud ps. Audi filia &c.

¶ 2 Pręt. Cyprianus dicit. Nunc nobis ad uirgines sermo est, quarū quo sublimior gloria est, maior cura: flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentū gratiæ spiritualis, illustrior portio gregis Christi. ergo idem quod prius. In tractatu de habitu virginū pęne in prin.

¶ 3 Præt. Maius præmiū maiori uirtuti debetur: sed uirginitati debetur maximum præmium, scilicet fructus centesimus, & aureola. ergo &c.

¶ 4 Præt. Maxima dignitas virtutū est, quòd per eas deo coniungimur: sed propinquissime deo coniungit virginitas, quia incorruptio facit esse proximū deo, vt dicit Sap. 5. & in Apoc. dicitur, quòd virgines sequuntur agnum quocumque ierit. ergo est maxima virtutum. Cap. 14.

SED CONTRA est, quod in litera dicitur, quòd celibatus Ioannis

Ioannis non præfertur coniugio Abrahæ.

Homilia 1. ¶ 2 Præt. Ber. dicit super euangelium, Missus est, ꝙ plus placuit deo, scilicet humilitas Mariæ, quàm ipsius virginitas, ergo virginitas non est maxima virtutum.

RESPON. Dicendum, ꝙ vna virtus & quantum ad actũ, & quantum ad habitum potest dici excellentior alia dupliciter, scilicet per se, & per accidens. Per se quidem mẽsuratur actus virtutũ ex ratione obiecti sui, ex quo speciẽ habent. Sed per accidens ex parte subiecti, sicut actus etiam in paruis rebus dicitur melior si fiat ex magis ꝓmpta voluntate, vel tempore magis opportuno, & alijs infinitis modis, q̃a causæ per accidens infinitæ sunt, & propter hoc relinquuntur ab arte. Vnde hac comparatione omissa, sciendum est, ꝙ cum bonum spirituale sit nobilius & melius quàm bonũ corporis, virtutes illæ quæ habent pro obiecto bonum spirituale, sunt simpliciter meliores, quàm illæ quæ habẽt aliquod corporale vt corporali adiunctum: & ideo virtutes intellectuales & theologicæ sunt digniores quàm virtutes morales quæ sunt circa actus & passiones aliquo modo corporales: & inter virtutes morales, illa per se loquendo est melior, quæ magis appropinquat ad prædictas, quæ quidem appropinquatio potest attendi dupliciter. Vno modo, quantum ad cõuenientiam subiecti, & sic iustitia quæ est in voluntate, est propinquissima & dignissima, & post hoc fortitudo quæ est in irascibili quæ est quasi quoddam confinium rationis & sensualitatis, vt in 3. lib. dist. 26. dictum est, & vltimo temperantia, quæ est in concupiscibili. Alio modo potest attendi propinquitas virtutis moralis ad intellectualem prout disponit ad ipsam, & sic inter omnes morales propinquissima est tẽperantia, quia per delectationes quæ sunt eius materia, maxime nata est ratio enumerari, & inter partes temperantiæ præcipue castitas, quia in delectationibus circa quas est, ratio totaliter obruitur. Vnde Commen. dicit in 7. phy. ꝙ castitas maxime valet ad scientias speculatiuas, & in genere castitatis præcipue virginitas. Sic ergo dicendum est, ꝙ verginitas non est dignior omnibus alijs virtutibus, sed est dignior aliquo modo omnibus virtutibus moralibus, & simpliciter, & per se loquendo, omnibus speciebus temperantiæ.

q. 1. ar. 1. in corpor.

Cõ. 20. paulopost medium.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ delectationes circa quas est temperantia, sunt turpissimæ, vt in 7. ethico. patet, eo ꝙ sunt in communibus nobis & brutis, vnde temperantia quæ has cohibet præcipue vendicat sibi pulchritudinem communẽ omnibus virtutibus, sicut fortitudo vendicat sibi difficultatem, iustitia rectitudinem: & propter hoc virginitas quæ est summus temperantiæ gradus, summam decoris sibi vendicat, non tamẽ sequitur ꝙ sit dignissima virtus. (Cap. 3.)

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ omnia verba prædicta Cypriani quæ excellentiam ostendunt virginitatis, pertinent ad pulchritudinem, vnde eodem modo dicendum est sicut ad primum. (D. 711.) Vel dicendum, ꝙ virgines habent cum virginitate alias virtutes. Alij autem non habent virginitatem cum alijs virtutibus, & ideo non est eadem ratio comparãdi virginitatem cum alijs virtutibus, & virgines alijs omnibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aureola est præmium accidentale, & fructus similiter. Præmium autem essentiale est dignius accidentali, ideo simpliciter loquendo, illæ virtutes sunt potiores, quibus maius præmium essentiale debetur: præmium autem accidentale non tam respicit virtutis radicem, quàm statum virtutis. Et præterea, Aureola non solum virginibus debetur, sed & martyribus, & doctoribus: fructus autem soli continentiæ debetur, in qua summum locum tenet virginitas, quia per continentiam reprimuntur illæ delectationes quæ maxime gustum spiritualis dulcedinis impediunt, quẽ fructus suo nomine importat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd incorruptio facit esse proximum deo in quem corruptio non cadit per quandam similitudinẽ imitationis: & quia deo magis possumus esse similes mente quàm carne, ideo incorruptio mentis quæ omni peccato op-F ponitur, & per omnẽ uirtutẽ est, facit deo esse proximum, sed uirginitas habet utramque incorruptionem: & ideo quantum ad plura facit deo similem, s. in corpore & anima, ratione cuius dicitur quòd sequitur agnum quocumque ierit, & Ambro. ꝙ nihil ei deest: nec tamen sequitur quòd magis facit uirginitas deo proximũ q̃ omnes uirtutes, sed secundum plura.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in litera matrimoniũ Abrahæ æquiparatur celibatui Ioan. quantum ad meritum personarum, quia tantũ merebatur Abraham in cõiugio, sicut Ioan. ĩ uirginitate: quia ex æquali prõptitudine seruiebat deo secundum statum sui tẽporis, & hæc comparatio est per accidentalia uirtutum.

¶ Ad sextũ dicendum, quòd humilitas uidetur uirtutibus propinquissima esse, quia per eam homo se ex reuerentia deo subijcit, & per consequens alijs propter deum: & ideo simpliciter loquendo, uirginitatem humilitas excedit.

coitu stirpem quæretur. Vndecũque vero nascantur homines, si parentũ vitia non sectentur, & Deum recte colant, honesti & salui erunt. Semẽ enim ex qualicumque homine Dei creatura est, & eo male vtenti male erit, non ipsum aliquando malũ ẽ.

DISTIN. XXXIIII.

A

De personis legitimis.

NVNC superest attendere quę personę sint[a] legitimę ad contrahendum matrimonium. Legitimæ iudicantur personæ secundum statuta patrum quę diuersæ sunt. Aliæ namque fuerũt legitimæ ante legem, aliæ sub lege, aliæ in tempore gratiæ. Item in primitiua ecclesia quædam erant legitimæ, quæ modo non sunt. Earum vero quæ modo legitimæ, uel illegitimæ, quædam sunt plene legiti- G me, quędam omnino illegitimæ, quædam mediæ. Plene legitimæ sunt quibus non obuiat votũ continentiæ, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, uel conditio, uel naturæ frigiditas, & si quid est aliud. Penitus uero illegitimæ sunt, per uotum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. Medij vero sunt nec plene legitimi, nec omnino illegitimi per frigiditatem, per conditionem. Si enim tales iunguntur ignoranter, commanere possunt quibusdam accedentibus causis, & eisdem deficientibus diuidi.

De frigidis separandis.

DE his enim qui causa frigiditatis debitum reddere non possunt, consulit Greg. vt permaneant. Sed si mulier causatur dicens, Volo esse mater, & filios procreare, decreuit vt vterque eorum septima manu propinquorum iuret quòd nunquam carnaliter cõuenerunt, & tunc mulier[b] secundas nuptias contrahat: uir aũt qui frigidæ naturæ est, absque spe coniugij permaneat. Ait enim sic. Interrogasti de his qui matrimonio iuncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit? de quibus scriptum est. Vir & mulier si se coniunxerint, & post B dixerit mulier de viro quòd coire non possit cum ea, si potest probari quod dicit per iustũ iudicium, aliũ accipiat. Si uero ille acceperit aliã, separentur. Item. De his requisisti, qui ob causam frigidę naturæ dicũt se non posse inuicem operam carnis dantes commisceri. Iste vero si non potest ea vti pro uxore, hẽat eam quasi sororem. Quòd si retinaculum coniugale voluerit rescindere, maneant vtrique innupti,

H EXPOSITIO TEXTVS.

MAledicta erit sterilis &c. Hæc maledictio non culpæ, sed pœnæ, non tamen quantum ad defectũ naturæ quẽ habet uirginitas in prolis defectu, sed quantũ ad infamiam, quia opprobrio habebatur. *Immoderatus vsus &c.* Hoc dicitur quantũ ad intentionem eorum qui nunc ut plurimũ contrahunt matrimonium propter infirmitatẽ libidinis, qua ratione antiquitus fornicabantur, & ideo addit, fere, quia fornicatio omnis erat peccatũ mortale, non autẽ oĩs immoderatus usus coniugum. *Facilius continere possunt &c.* Quàm nos scilicet possumus propter magnitudinem uirtutis quæ in eis erat, uel quàm ipsi possent matrimonio coniungi cõsiderata ui honestatis, quæ iustos trahit ut difficile sit eis peccare, uel in aliquo a perfecto statu uirtutis declinare. *Publici muneris &c.* Sciendum ꝙ quàmuis Loth credatur immunis a pec- (Gen. 19.) I cato mortali fuisse, filiæ tñ eius non omnino excusantur a peccato mortali, sed ex pietate intentionis minus peccauerunt. Fuit enim leuis æstimatio, super quã se fundauerunt. Et præterea, si eis pro certo constitisset totũ genus humanũ perijsse, debuissent diuinũ consilium & patris expetere in tam horribili facto, ꝙ erat contra primã institutionẽ matrimonij, ubi pater & mater prohibentur, Gen. 2. propter hoc relinquet homo patrem &c (Et Deu. 18) *Quæ tamen modificata &c* Hæc modificatio non attenditur quantũ ad delectationis quantitatẽ in actu, sed quantũ ad debitam limitationem circunstantiarũ. *Continentia Ioan. &c.* Continentia accipitur hic cessatio a carnali opere omnino. *Eas enim non vxores &c.* Quidam dicunt quòd non erant uere uxores, sed quia uxorio affectu & intentione prolis eis coniungebantur, quãdoque uxores dicuntur. Alij dicunt, ꝙ uere uxores erant, sed dicuntur concubinæ: quia ancillæ manebant, & filij non earũ, sed dominarũ suarũ nomine nascebantur, & hoc melius uidetur. *Plures habere non plurimas.* Plurimæ dicuntur qui- K bus non potest opere carnali ad prægnandũ satisfieri sine mentis eneruatione, frequentia. n. talis actus omnino mentẽ eneruat. *Non potest caro ante corrumpi.* Hoc intelligitur de corruptione ad genus moris pertinẽte, quã uirginitas excludit. *Sanctius est mori fame &c.* Contra 1. Cor. 10. Nihil reiiciendũ &c. Et dicendũ, ꝙ debet intelligi anteq̃ comederetur in uenerationẽ idoli, uel cũ quadã exteriori professione idolatriæ, sicut si a persecutore in signũ fidei Christianæ fr. ctæ exigeretur.

DIVISIO TEXTVS.

POstquam determinauit magister de matrimonio, & causis eius, hic determinat de personis contrahentibus matrimoniũ, & diuiditur in partes duas. In prima, determinat de impedimentis matrimonij, quę non faciunt personas penitus illegitimas ad contrahendũ. In secunda, de illis quibus personæ penitus ad matrimonium illegi-

illegitimæ redduntur dist. 37. ibi. *Sunt ergo quidam ordines &c.* Prima in duas. In prima determinat de impedimento quodam matrimonij, quod facit personam non simpliciter, sed aliquo modo illegitimam, quod consistit in defectu naturæ, s. frigiditate. Secundo de impedimento conditionis secundum mores & statuta hominũ s. seruitute 36. dist. ibi. *Nunc de conditione uideamus &c.* Prima in duas. In prima determinat de impedimento frigiditatis, quod matrimonium contrahẽdum impedit. In secunda de impedimento p quod act[a] matrimonij iã contracti impeditur. s. de fornicatione, prout est causa diuortij. 35. dist. ibi, *Hoc etiã notãdũ &c.* Prima in duas. In prima prosequitur de impedimẽtis personarum ad contrahendum matrimonium in generali. In secunda descendit in speciali ad impedimentum, de quo primo agere intendit, ibi. *De his enim qui causa frigiditatis &c.* Et hæc diuiditur in duas. In prima ostendit quòd frigiditas præcedens matrimonium impedit ne contrahatur. In secunda ostendit, quòd superueniens matrimonio ipsum dissoluere non possit, ibi. *Illud etiam sciendum est &c.* Prima in duas. In prima determinat de effectu naturæ impediente matrimonium, per quem homo impotens redditur ad carnalem copulam. In secunda determinat de effectu peccati, per quem homo ineptus redditur ad idem, quod etiam matrimonium impedit. s. incestus, ibi. *De his etiam qui cum duabus &c.* Prima in duas. In prima determinat de impedimento, quo natura impotens redditur ad opus carnale. In secunda de impedimẽto quo impotens redditur ad cõsentiendum in copulam coniugalem, ibi. *Furiosi quoque &c.* Prima in duas. In prima determinat de impotẽtia coeundi ex causa simili, naturali, scilicet frigiditate. In secunda de impotentia quæ est ex maleficio, ibi. *De maleficijs autem &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, De impedimentis matrimonij in generali.
¶ Secundo, Vtrum frigiditas impediat matrimonium.
¶ Tertio, Vtrum maleficium.
¶ Quarto, Vtrum furia, vel amentia.
¶ Quinto, Vtrum incestus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum matrimonio conuenienter impedimenta assignentur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ matrimonio inconuenienter impedimenta assignentur. Matrimonium. n. quoddam sacramentũ est contra alia diuisum: sed alijs non assignantur impedimenta. ergo nec matrimonio assignari debent.

¶ 2 Præt. Quanto aliquid est minus perfectũ, tanto paucioribus modis impediri potest: sed matrimoniũ inter alia sacramenta est minus perfectum. ergo vel nulla, vel paucissima impedimenta ei assignari debent.

¶ 3 Præt. Vbicũque est morbus, ibi est necessarium remedium morbi: sed concupiscentia, in cuius remedium matrimoniũ est indultũ, est in omnibus. ergo non debet esse aliquod impedimentum quod aliquam personam penitus illegitimam faciat ad contrahendum.

¶ 4 Præt. illegitimũ dicitur quod est contra legem: sed huius- A modi impedimenta quæ matrimonio assignantur, non sunt cõtra legẽ naturæ, quia non similiter inueniuntur in quolibet statu humani generis. Plures. n. gradus consanguinitatis inueniũtur esse prohibiti in vno tempore quàm in alio: lex autem humana non potest, vt videtur, matrimonio impedimenta præstare, quia matrimonium nõ est ex institutione humana, sed diuina, sicut & alia sacra. ergo matrimonio nõ debent alia impedimenta assignari q̃ faciunt personas illegitimas ad contrahendum.

¶ 5 Præt. Illegitimũ & legitimũ differunt per hoc q̃d est contra legẽ, vel non contra legem, inter quæ non cadit medium, cum sint opposita secundum affirmationẽ & negationem. ergo non possunt esse aliqua matrimonij impedimenta, q̃b[9] psonę mediæ ĩter legitimas & illegitimas cõstituant.

C ¶ 6 Præt. Nullo impedimento potest a re aliqua remoueri, q̃d in diffinitione eius cadit: sed indiuisibilitas cadit in diffinitione matrimonij, vt supra dist. 27. patuit. ergo non possunt esse aliqua impedimenta quæ matrimonium contractũ dirimant. (q. 1. ar. 1. q. 3. in cor. & art. 3. q. 2. ad primũ.)

¶ 7 Præt. Coniunctio viri & mulieris non est licita nisi in matrimonio: sed omnis coniunctio illicita dirimi potest. ergo si aliquid impediat matrimonium contrahendum, hoc dirimet cõtractum de facto, & sic non debent aliqua impedimẽta assignari matrimonio quæ impediant contrahendum, & non dirimant contractum.

SED ECONTRA. Videtur quòd debeãt esse infinita matrimonij impedimenta, quia matrimonium quoddam bonum est: sed infinitis modis est defectus boni, vt dicit Dio. 4. cap. de di. no. ergo infinita sunt impedimenta matrimonij.

¶ 2 Præt. Impedimenta matrimonij accipiuntur secundũ conditiones particularium personarũ: sed conditiones huiusmodi D sunt infinitæ. ergo & matrimonij impedimenta.

RESPON. Dicendum, ꝙ in matrimonio sunt quædã quę sunt de essentia ipsius, & quædam quæ sunt de solẽnitate eius, sicut & in alijs sacramentis. Et quia remotis his quæ non sunt de necessitate sacramenti, adhuc manet verum sacramentum: ideo impedimenta quæ contrariantur his quæ sunt de solemnitate sacramenti, nõ officiunt quin sit verum matrimonium, & talia dicuntur impedire contrahendum, sed non dirimunt contractũ, sicut prohibitio ecclesiæ, & tẽpus feriatũ, vnde versus, Ecclesiæ vetitũ, necnon tẽpus feriatũ Impediunt fieri, permittunt cuncta teneri. Impedimẽta autẽ quæ cõtrariantur his quæ sunt de essentia matrimonij, faciunt vt non sit verũ matrimoniũ: & ideo dicuntur non solũ impedire matrimoniũ cõtrahendũ, sed dirimere contractũ. quæ his versibus continent. Error, conditio, votũ, cognatio, crimen. Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas. Si sis affinis, si forte coire nequibis. Hæc socianda vetant connubia, facta retractant. Horum aũt numerus hoc modo accipi potest. Potest. n. matrimoniũ impe- E diri aut ex parte contractus matrimonij, aut ex parte contrahentium. Si primo modo, cum contractus matrimonij fiat per voluntariũ cõsensum, qui tollitur per ignorantiã & violentiã, erunt duo impedimenta matrimonij s. vis. i. coactio, & error ex parte ignorantiæ: & ideo de istis duobus impedimentis supra magister determinauit, vbi agebatur de causa matrimonij: nũc autẽ agit de impedimentis quæ accipiuntur ex parte personarum contrahentiũ, quæ sic distinguuntur. Potest enim aliquis impediri a matrimonio contrahendo vel simpliciter, vel respectu alicuius personæ. Simpliciter, ut cum nulla possit matrimonium contrahere, hoc non potest esse nisi quia impeditur a matrimoniali actu, quod quidem contingit dupliciter. Primo, quia non potest de facto, siue quia omnino non possit, & sic ponitur impedimentum impotentia coeundi: siue quia non libere possit, & sic ponitur impedimentum conditio seruitutis. Secundo, quia non licite potest, & hoc secundum quod ad continentiam

nentiam obligatur: quod contingit dupliciter, quia vel obligatur ex officio suscepto, & sic est impedimentum ordinis: vel ex voto emisso, & sic impedit votum. Si autem impeditur aliquis a matrimonio non simpliciter, sed respectu alicuius personae, vel propter obligationem ad alteram personam, sicut qui iunctus ē vni matrimonio nō potest alteri cōiungi, & sic est ligamē matrimonij: vel quia deficit proportio ad alteram personam, & hoc tripliciter. Primo propter nimiam distantiam ad ipsam, & sic est disparitas cultus. Secundo ꝓpter nimiā propinquitatem, & sic ponitur triplex impedimentum. s. cognatio quae importat propinquitatē duarum personarū ratione tertiae matrimonio iunctae: & publicae honestatis iustitia, in qua ē ꝓpinquitas duarum personarū ratione tertiae personae ꝑ sponsalia iunctę. Tertio propter indebitam coniunctionem ad ipsam primo factā, & sic īpedit crimē adulterij prius cum ipsa commissi.

nam si huic non potuit naturaliter concordare, quomodo alteri conueniet? Igitur, si vir aliam vxorem vult accipere, manifesta patet ratio, quia suggerente diabolo odij fomitem, exosam eam habuerit, & ideo eam dimittere mendacij falsitate molitur. Quòd si mulier causatur, & dicit, Volo esse mater, & filios procreare, uterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquijs iureiurando dicat, vt numquam per comistionē carnis coniuncti vna caro effecti fuissent. Tunc videtur mulierem secundas posse contrahere nuptias: humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigide naturę est, maneat sine coiuge, quòd si & ille aliam coniugem acceperit, tunc hi qui iurauerant, periurij crimine rei teneantur, & pænitentia peracta priora cogantur recipere connubia. Hoc seruandū, cum uterque idem fatetur. Sed vir si asserit se debitum reddidisse vxori, & illa diffitetur, cui potius fides habenda sit, merito quaeritur? De hoc ita statutum est. Si quis ita acceperit vxorem, & habuerit eam aliquo tempore, & ipsa femina dicit quòd nūquam coisset cum ea, & ille uir dicit quòd sic fecit, in ueritate uiri consistat, quia uir est caput mulieris. Hoc de naturali impossibilitate statutum est.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ alia etiam sacramenta impediri possunt, si aliquid quod sit de essentia, vel solēnitate sacramenti subtrahatur, vt dictum est. Sed tamen magis matrimonio quàm alijs sacramentis impedimenta assignantur propter tres rationes. Primo, quia matrimonium consistit in duobus: & ideo pluribus modis potest impediri quàm alia sacra, q̄ vni personae competunt singulariter. Secundo, quia matrimonium habet in nobis causam, sed alia quaedam sacramenta solum in deo: vnde & paenitentiae, quae habet causam in nobis aliquo modo, magister supra dist. 16. quaedam impedimenta assignauit, vt hypocrisim, ludos, & huiusmodi. Tertio, q: de alijs sacramentis est praeceptum, vel consilium sicut de bonis perfectioribus, sed de matrimonio est indulgentia sicut de bono minus perfecto: & ideo vt detur occasio proficiendi in melius, plura impedimēta assignantur matrimonio quàm alijs sacris.

Et D. Tho. ibidē q. 4. ar. 1. q. 4. & ar. 2. per totum.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ perfectiora pluribus modis impediri possunt inquantum ad ea plura requiruntur. Si autem sit aliquod imperfectum ad quod plura requiruntur, illud etiam habebit plura impedimenta, & sic est de matrimonio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, si nō essent alia remedia, quibus etiam posset efficacius morbo concupiscētiae subueniri, quod falsum est.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ personae illegitimae ad matrimonium contrahēdum dicuntur ex eo, ꝙ sunt contra legem, qua matrimonium constituitur. Matrimonium autem inquantū est in officium naturae, statuitur lege naturae: inquantum est sacramentum, statuitur iure diuino: inquantum est in officium communitatis, statuitur lege ciuili: & ideo ex qualibet dictarum legum potest aliqua persona effici ad matrimonium illegitima: nec est simile de alijs sacramentis, quae sunt sacramenta tantum. Et quia lex naturalis secundum diuersos status recipit determinationes diuersas, & ius positiuum etiam variatur secundum diuersas hominum conditiones in diuersis temporibus, ideo magister ponit in diuersis temporibus diuersas personas illegitimas fuisse.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ lex potest aliquid prohibere vel vniuersaliter, vel in parte quantum ad aliquos casus: & ideo inter esse totaliter secundum legem, & esse totaliter contra legē quae sunt contrariae opposita, & non secundum affirmationem & negationem, cadit medium esse aliqualiter secūdum legem, & aliqualiter contra legē: & propter hoc ponuntur q̄dam personae mediae inter simpliciter legitimas, & simpliciter illegitimas.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ impedimenta praedicta non dicūtur interimere matrimonium contractum quasi soluentia verum matrimonii, quod rite contractum est: sed quia soluunt matrimonii quod contractum est de facto, & non de iure. Vnde si impedimentorum aliquod matrimonio rite facto superueniat, matrimonium soluere non valet.

¶ Ad septimum dicendū, quòd illa impedimenta quae non dirimunt matrimonij contractum, impediunt quandoque matrimonii contrahendū non ut fiat, sed vt non licite fiat verum matrimonii: & tamē si fiat, matrimonii verum cōtractum est, quāuis contrahens peccet. Sicut si aliquis consecraret post comestionē, nō peccaret contra statutū ecclesiae faciens, nihilominus verū sacramētum perficeret, quia ieiuniū consecrantis non est de necessitate sacramenti.

¶ Ad octauū dicendū, ꝙ impedimēta quibus aliquod bonum per accidens impeditur, sunt infinita, sicut & omnes causae per accidēs: sed causae corrumpētes aliquod bonū per se sunt determinatae, sicut & causae constituentes: quia causae constructionis & destructionis sunt alicuius rei oppositae, vel eaedem contrario modo sumptae.

33. q. 1. c. Si p sortiarias.

¶ Ad nonū dicendū, ꝙ conditiones particularium personarū in singulari sunt infinitae, sed in generali possunt reduci ad certū numerū, sicut in medicina patet, & in oībus artibus operatiuis, quae particulariū, in quibus est act⁹, cōditiones cōsiderāt.

De his qui impediti maleficijs coire non possunt.

De maleficij autem impedimento hoc tenendum decernitur, quòd si per sortiaras & maleficas concubitus non sequitur, hortandi sunt quibus illa eueniunt, ut spiritu contrito & humiliato Deo & sacerdoti de omnibus peccatis confessionem faciāt, & lacrymis atque eleemosynis, orationib⁹ & ieiunijs Domino satisfaciant, & per exorcismos, ac cętera ecclesiasticę disciplinae munimina ministri ecclesiae tales sanare procurēt. Quod si non potuerint, separari ualebunt. Sed postquam alias nuptias expetierint illis uiuentibus, quibus post iunctae fuerint, prioribus quos reliquerant, etiam si possibilitas cōcumbendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt. Quod in fine huius capituli cōtinetur, ex rigore magis dictum intelligendum est, quàm ex canonica ęquitate. Vel intelligendum est non posse reconciliari prioribus, nisi iudicio ecclesiae, quo diuisio facta fuerat.

De furiosis addit.

Furiosi quoq;, dum in amētia sunt, matrimoniū cōtrahere non ualent. Vnde Fabianus. Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt, sed si contractū fuerit, non separentur. Item Nicolaus Papa. Hi qui matrimonium sani contraxerunt, & vni ex duobus, uel ambobus amentia, uel furor, uel aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infir-

ARTICVLVS II.

b Vtrum frigiditas matrimonium contrahendum impediat.

Ad secundum sic proceditur. Videtur ꝙ frigiditas matrimoniū contrahendū non impediat. Copula enim carnalis non est de essentia matrimonij, quia perfectiora sunt matrimonia pari voto continentiū, vt supra dist. 26. dictū est: sed frigiditas nihil tollit de matrimonio, nisi carnalē copulā. ergo non est impedimentum dirimens contractū matrimonii.

In quolib. 11. ar. ... de frigi. & malefi. ca. 1. & laudabili. a magistro in lra & a S. Tho. q. 4. ar. 4.

¶ 2 Praet. Sicut nimia frigiditas impedit carnalē copulā, ita & nimia caliditas quae hominē exiccat: sed caliditas non ponitur matrimonij impedimentū. ergo nec frigiditas poni debet.

¶ 3 Praet. Oēs vetuli sunt frigidi: sed vetuli possunt matrimoniū contrahere. ergo frigiditas non impedit matrimonium.

¶ 4 Praet. Si scit mulier virum esse frigidū, quando cum eo cōtrahit, verum est matrimoniū. ergo frigiditas quātum est de se, matrimonium non impedit.

¶ 5 Praet. Contingit in aliquo esse siccitatem sufficienter mouentē ad carnalē copulā cū aliqua corrupta, non autē cum aliqua virgine, quia cito calidū euaporat ratione suae debilitatis, vt ad corrumpendum virginem non sufficiat. Et similiter in aliquo est sufficiens caliditas mouēs ad pulchram, quae magis concupiscentiam inflammat, quae non sufficienter mouet ad turpē. ergo videtur ꝙ frigiditas, & si impediat respectu vnius, non tamen simpliciter.

¶ 6 Pręt. Mulier vniuersaliter est frigidior viro: sed mulieres nō impediuntur a matrimonio. ergo nec viri frigidi.

Sed contra est, quod dicitur extra de frigidis & maleficiatis. Sicut puer qui non potest reddere debitū non est aptus coniugio, sic qui impotentes sunt minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur: tales autem sunt frigidi. ergo &c.

Capitu. supra citatis.

¶ 2 Praet. Nullus potest se obligare ad impossibile: sed in matrimonio homo se obligat ad carnalem copulam, quia ad hoc dat alteri sui corporis potestatem: ergo frigidus qui non potest carnaliter copulari, non potest matrimoniū contrahere.

Respon. Dicendum, ꝙ in matrimonio est contractus quidam, quo vnus alteri obligatur ad debitum carnale soluendum: vnde sicut in alijs contractibus nō est cōueniens obligatio si aliquis se obliget ad hoc qd nō pōt dare, vl facere, ita nō ē conueniens matrimonio cōtractus, si fiat ab aliquo qui debitum carnale soluere non possit: & hoc impedimentum uocatur impotentia coeundi nomine generali, quę quidem potest esse vel ex causa intrinseca & naturali, vel ex causa extrinseca accidētali, sicut per maleficium, de qua post dicetur. Si autem sit ex causa naturali, hoc potest esse dupliciter, quia vel est temporalis cui potest subueniri beneficio medicinae, vel processu aetatis, & tunc non soluit matrimonium: vel est perpetua, & tunc soluit matrimonium, ita ꝙ ille ex cuius parte allegatur impedimentum, perpetuo maneat absque spe coniugij, alius nubat cui vult in domino. Ad hoc autē cognoscendum vtrum sit impedimentum perpetuum, vel non perpetuum, ecclesia tēpus determinatum adhibuit, in quo huius rei posset esse experimentum, scilicet triennium, ita ꝙ si post triennium, in quo fideliter ex vtraque parte dederunt operam carnali copulae implendae inueniatur matrimonium non esse cōsummatum, iudicio ecclesiae dissoluitur: & tamē in hoc ecclesia quandoque errat, quia per triennium quandoque non sufficienter potest experiri perpetuitas impotentiae, vnde si ecclesia se deceptam inueniat per hoc quòd ille, in quo erat impedimentum, inuenitur carnalem copulam cū eadem, vel alia perfecisse, reintegrat praecedens matrimonium, & dirimit secūdum, quàmuis de eius licentia sit factum.

Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis actus carnalis copulae non sit de essentia matrimonii, tamen potentia ad hoc ē de essentia eius, quia per matrimoniū datur vtriq; coniugū potestas in corpore alterius respectu carnalis copulae.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ caliditas superflua vix potest esse impedimentum perpetuum. Si tamen inueniretur quòd per triēnium impediret carnalem copulam, iudicaretur perpetuū: tamen quia frigiditas magis & frequentius impedit, tollit enim non solum comestionem seminum, sed etiam rigorem membrorum quo fit coniunctio corporū, ideo frigiditas magis hic ponitur impedimentum quàm caliditas, cum omnis defectus naturalis ad frigiditatem reducatur.

¶ Ad tertium dicēdum, ꝙ vetuli quamuis quandoque nō habeant caliditatem sufficientem ad generandū, tamen habent caliditatē sufficientem ad carnalem copulam, & ideo conceditur eis matrimonium secūdum quod est in remediū, quamuis nō competat eis secundum qd est in officiū naturae.

¶ Ad quartum dicēdum, ꝙ in quolibet contractu hoc vniuersaliter tenetur, quòd ille qui est impotens ad soluendum aliquid, non reputatur idoneus ad contractum illum, quo se obligat ad eius solutionem: tamen impotens potest esse tripliciter. Vno modo, quia non potest soluere de iure, & sic talis impotentia omnibus modis facit contractum esse nullum, siue sciat ille cum quo facit talis cōtractum hanc impotentiam, siue nō. Alio modo, quia non sit soluendo de facto, & tamen si sciat ille cum quo contrahit hanc impotentiam, & nihilominus cōtrahit, ostenditur quòd alium finem ex contractu quaerit, & ideo contractus stat: si autem nescit, tunc contractus nullus est, & ideo frigiditas quae causat talem impotentiam, vt homo non possit de facto soluere debitum, & conditio seruitutis per quam homo non potest de facto libere reddere, impediunt matrimonium quando alter cōiugum ignorat hoc quòd alius nō potest reddere debitum: impedimentum autem per quod aliquis non potest de iure reddere debitum, vt consanguinitas, annullat contractum matrimonium siue sciat alter, siue non, & propter hoc magister ponit quòd haec duo faciunt personas non omnino illegitimas.

¶ Ad quintū dicendum, quòd non potest esse perpetuum impedimentum naturale in viro respectu vnius personae, & non respectu alterius: sed si non possit implere carnalem actum cū virgine, & possit cum corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumēto posset claustra pudoris frangere, & ei cōiungi: nec esset hoc contra matrimonium, quia non fieret ad delectationē, sed ad medicamentum. Abhominatio autem mulieris non est causa naturalis, sed accidentalis extrinseca, & ideo de ea idem est iudiciū quod de maleficio, de quo post dicetur.

Art. sequē.

¶ Ad sextum, dicēdū, ꝙ mas est agēs in generatione, sed femina est patiens: & ideo maior caliditas requiritur in viro ad opus generationis quàm in muliere, vnde frigiditas quae facit virum impotentē non faceret mulierem impotentem, sed in muliere potest esse impedimētū naturale ex causa alia, scilicet arctatione, & tunc idem est iudicium de arctatione mulieris, & de frigiditate viri.

ARTICVLVS III.

c Vtrum maleficium possit matrimonium impedire.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd maleficiū nō possit matrimoniū impedire. Huiusmodi enim maleficia fiunt operatione daemonum: sed daemones non habent potestatē impediendi matrimonij actū magis quàm alios corporales actus, quos impedire non possunt, quia sic totū mundum peruerterent si cōmestionē, & egressum, & alia huiusmodi impedirent. ergo per maleficia non potest impediri matrimoniū.

Vbi supra quol. & ar. eodem.

¶ 2 Praet. Opus dei est fortius quàm opus diaboli: sed maleficium est opus diaboli. ergo non potest impedire matrimoniū, quod est opus dei.

¶ 3 Praet. Nullum impedimentū dirimit contractū matrimonij, nisi sit perpetuū: sed maleficiū non potest esse impedimētū perpetuū, quia cum diabolus non habeat potestatē nisi super peccatores, expulso peccato tolletur maleficiū, vel etiā per aliud maleficii, vel per exorcismos ecclesiae, qui sunt ordinati ad reprimendā vim daemonū. ergo maleficiū non potest impedire matrimonium.

¶ 4 Praet. Carnalis copula non potest impediri, nisi impediatur potentia generandi quae est principiū eius: sed vnius viri potētia generatiua se habet ad omnes mulieres aequaliter. ergo per maleficiū non potest esse impedimentū respectu vnius viri, nisi sit respectu omnium.

Sed contra est, quòd dicitur in decre. 33. q. 1. Si per sortiarias, vel maleficas. & infra. Si sanari non potuerint, separari valebunt.

¶ 2 Praet. Potestas daemonis est maior quàm hominis, Iob. 40. Non est potestas super terrā &c. sed opere humano potest aliquis fieri impotens ad carnalē copulā per aliquā potestatē, vel castraturā: & ex hoc matrimoniū impediri. ergo multo fortius hoc virtute daemonis fieri potest.

Respon. Dicendum, quòd quidā dixerunt ꝙ maleficiū nihil erat in mundo, nisi in aestimatione hominū, qui effectus naturales, quorū causae sunt occultae, maleficiis imputabant. Sed hoc est cōtra authoritates sanctorū, qui dicūt quòd daemones habent potestatē supra corpora, & supra imaginationē hominū quando a deo permittuntur, vnde per eos malefici signa aliqua facere possunt. Procedit autē haec opinio ex radice infidelitatis, siue incredulitatis, quia nō credunt esse daemones nisi in aestimatione vulgi tantū, vt terrores quos homo sibiipsi facit ex sua aestimatione, imputet daemoni, & quia etiā ex imaginatione vehementi aliquae figurae apparent in sensu tales quales homo cogitat; & tunc creduntur daemones videri. Sed haec vera fides repudiat, per quā angelos de caelo cecidisse & daemones esse credimus & ex subtilitate suę naturę multa posse q̄ nos nō possumus, & ideo illi qui eos ad talia facienda inducunt, malefici vocantur. Et ideo dixerunt alij, quòd per maleficia praestari potest impedimentum carnali copulae, sed nullum tale est perpetuum, vnde non dirimit matrimonium contractum: & dicūt iura, q̄ hoc dicebāt, esse reuocata. Sed hoc est cōtra experimētū, & contra

contra noua iura quę antiquis concordant, & ideo distinguendum est, quia impotẽtia coeundi ex maleficio aut ẽ perpetua, & tunc matrimoniũ dirimit: aut nõ est perpetua, & tunc non dirimit. Et ad hoc experiendum eodem modo ecclesia tempus præfixit, triennium. s. sicut de frigiditate dictum est, tamen hęc est differentia inter maleficium & frigiditatem, quia qui est impotens ex frigiditate, sicut est impotens ad vnã, ita ad aliã: & ideo quando matrimonium dirimitur, nõ datur ei licentia, vt alteri cõiungatur, sed ex maleficio hõ põt esse impotens ad vnam, & nõ ad aliam, & ideo quãdo iudicio ecclesiæ matrimonium dirimitur, vtrique datur licentia ꝙ alterã copulã quærat.

Vbi supra De frigidis & Malefi.

32.q.7.ca. Qui dormierit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quia corruptio peccati prima, per quã homo seruus est factus diaboli, in nos per actum generantem deuenit, ideo maleficij potestas permittitur diabolo a deo ĩ hoc actu magis q̃ in alijs, sicut in serpentibus magis ostendit virtus maleficiorum, vt dicitur, quàm in alijs animalibus, quia per serpentẽ diabolus mulierẽ tentauit.

Vbi supra ca. Concubuisti.

mitatem talium coniugia solui non possunt. Similiter est etiam sciendum de his qui ab aduersarijs excæcantur, vel membris truncantur, vel a barbaris execti fuerint.

De his qui cum duabus sororibus dormiunt.

DE his etiam qui cum duabus sororibus, vel cum duobus fratribus dormiunt, videndum est, quid censeant canones. Qui dormierit cum duabus sororibus, & vna ex illis ante fuerit vxor, [c] neutram ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri vnquam in coniugio copulentur. Item, nec propriæ vxori licet sibi reddere debitum, quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo: nec post mortem vxoris licet ei, vel adulteræ copulari in coniugium. Item Zacharias Papa. Concubuisti cum sorore vxoris tuæ, si fecisti, neutram habeas, & vxor tua si non fuerit conscia sceleris, & continere non vult, nubat in Domino cui vult. Tu uero & adultera sine spe coniugij maneatis, & dum uiuitis, penitentiam agite. Quod ait, cui uult nubat, intelligendum est post mortem uiri. Vnde Greg. Qui uxores suas in adulterio deprehendunt, nec ille, nec illa aliam uxorem accipiat, uel alium uirum, quandiu ambo uiuunt. Si uero adultera mortua fuerit, uir eius si uult nubat, adultera uero nunquam, & si mortuus fuerit uir eius, sed omnibus diebus pænitentię lamenta persoluant. Hic de illo adulterio agit, quod cum cognato uiri, uel cum cognata uxoris committitur.

Non est dimittenda uxor pro aliqua macula, seu deformitate corporis.

H ILlud etiam sciendum est, quòd pro aliqua ĩfirmitate, uel macula corporali, non licet uiro uxorem dimittere, & econuerso: sed debet alter alteri subsidia prouidere. Vnde Aug. Si uxorem quis habeat sterilem, siue defor-

De ser. dñi in monte libro. 1. c. 31.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ opus dei potest opere diaboli impediri diuina promissione, non ꝙ diabolus deo sit fortior, vt per violentiam opera eius destruat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd maleficium est ita perpetuum ꝙ non potest habere remedium humano opere, quamuis deus posset remedium præstare demonem cogendo, vel etiam dæmone desistendo. Non enim oportet semper vt id qd̃ per maleficium factum est, possit per maleficium aliud destrui, vt ipsi malefici confitentur, & tamen si posset per maleficium remedium adhiberi, nihilominus perpetuum reputaretur, quia nullo modo debet aliquis demonis auxilium per maleficia inuocare. Similiter non oportet ꝙ si propter peccatum aliquod data est diabolo potestas in aliquẽ, ꝙ cessante peccato cesset potestas, quia pęna interdum remanet culpa transeunte. Similiter etiam exorcismi ecclesiæ non valent ad reprimendum dæmones semper quantum ad omnes molestias corporales iudicio diuino hoc exigente, semper tamen valent contra illas infestationes dæmonum, contra quas principaliter instituta sunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd maleficium quandoque potest præstare impedimentum ad omnes, quandoque ad vnam tantum, quia diabolus voluntaria causa est non ex necessitate naturæ agens. Et præterea, impedimentum maleficij potest esse ex impressione dæmonis in imaginatione hominis, ex qua tollitur uiro concupiscentia mouens ad talem mulierem, & non ad aliam.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum furia impediat matrimonium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ furia non impediat matrimoniũ. Matrimoniũ. n. spirituale quod in baptismo contrahitur, est dignius quàm carnale: sed furiosi possunt baptizari. ergo & matrimonium contrahere.

¶ 2 Præt. Frigiditas impedit matrimonium, inquantum impedit carnalem copulam, quæ nõ impeditur per furiam. ergo nec matrimonium.

¶ 3 Præt. Matrimonium non dirimitur nisi per aliquod impe-

F dimentum perpetuum: sed de furia non potest sciri ꝙ sit impedimentum perpetuum ergo non dirimit matrimonium.

¶ 4 Præt. In versibus prædictis sufficienter continentur impedimenta dirimentia matrimonium: sed ibi non fit mentio de furia. ergo &c.

SED CONTRA. Plus tollit rationis vsum furia, quàm error: sed error impedit matrimoniũ. ergo & furia.

32.q.7.ca. Neque furiosus.

¶ 2 Præt. Furiosi non sunt idonei ad aliquem contractũ faciendum: sed matrimonium est cõtractus quidam. ergo &c.

32.q.7.capi. Hi uero.

RESPON. Dicendum, ꝙ furia aut præcedit matrimonium, aut sequitur. Si sequitur, nullo modo dirimit matrimoniũ: si autem præcedit, aut furiosus habet lucida interualla, aut non: si habet, tunc quamuis dũ est in illo interuallo non sit tutum ꝙ matrimonium cõtrahat, quia nescit prolem educare, tamẽ si cõtrahit, matrimonium ẽ: si autem non habet, vel si quando non habet, contrahit, tunc quia non potest esse cõsensus vbi deest rõnis vsus, nõ erit verũ mr̃imoniũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ vsus rationis non exigitur ad baptismum quasi causa ipsius, sicut exigitur ad matrimonium, & ideo non est similis ratio: tamen de baptismo furiosorum supra dist. 6. dictum est.

¶ Ad secundũ dicẽdum, ꝙ furia impedit matrimonium ratione causæ suæ, quæ est consensus, quamuis non ratione actus, vt frigiditas: sed tamen simul cum frigiditate magister determinat, quia vtrumque est quidam naturæ defectus.

q.1.ar.1.q. stiũ.3.ad 1.

I ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ momentaneum impedimentum, quod causam matrimonij. s. consensum impedit, matrimoniũ totaliter tollit: sed impedimentũ quod impedit actum, oportet esse perpetuum ad hoc quòd matrimonium tollat.

¶ Ad quartũ dicendum, ꝙ hoc impedimentũ reducitur ad errorẽ, quia vtrobique defectus consensus ex parte rationis est.

ARTICVLVS V.

e Vtrum incestus quo quis cognoscit sororem uxoris suæ, matrimonium dirimat.

AD QVINTVM sic proceditur. Videt ꝙ incestus quo quis cognoscit sororẽ vxoris suæ, matrimonium non dirimat, quia mulier non debet puniri pro peccato viri: sed puniretur si matrimonium solueretur. ergo &c.

De consangui. & affi. c. Non debet. §. Prohibitio & §. Cum ergo.

K ¶ 2 Præt. Plus peccat qui propriam consanguineam cognoscit, quàm qui cognoscit consanguineam vxoris: sed primum peccatũ non impedit matrimonium. ergo nec secundum.

¶ 3 Præt. Si in pœnam peccati hoc infligitur, videtur etiam si mortua vxore cum alia contrahat incestuosus, quòd separari debeant, quod non est verum.

¶ 4 Præt. Hoc etiã impedimentũ nõ connumeratur inter alia supra enumerata. ergo nõ dirimit contractũ matrimonium.

SED CONTRA, quia per hoc quod cognoscit sororem vxoris, contrahitur affinitas ad vxorem: sed affinitas dirimit matrimoniũ contractum, ergo & incestus prædictus.

¶ 2 Præt. In quo quis peccat, in hoc punitur: sed talis peccat contra matrimoniũ, ergo debet puniri, vt mr̃imonio priuetur.

RESPON. Dicendum, ꝙ si aliquis cognoscit sororẽ, aut aliã consanguineã vxoris suæ ante matrimoniũ cõtractũ, etiã post sponsalia, oportet matrimoniũ separari ratione affinitatis

tis contractæ. Si autem post matrimonium contractum & cõsummatum, non debet totaliter separari matrimonium, sed vir amittit ius petendi debitum, nec potest petere sine peccato: sed tamen debet reddere petenti, quia vxor non debet puniri de peccato viri, sed post mortem vxoris debet omnino manere absque spe coniugij, nisi cum eo dispensetur propter fragilitatem suam, cui timetur de illicito coitu. Si tamen præter dispensationem contrahat, peccat contra statutum ecclesiæ faciens, non tamẽ propter hoc matrimonium separandum est.

Et per hoc patet solutio ad obiecta; quia ĩcestus ponitur matrimonij impedimentum non tam ratione culpę, quàm ratione affinitatis quam causat, & ideo etiam non connumerat alijs impedimẽtis, sed in impedimẽto affinitatis ĩcludit.

[illegible]

mem corpore, uel debilem membris, uel cæcam, uel claudam, uel surdam, uel si quid aliud, siue morbis, uel laboribus doloribusque confectam, & quicquid excepta fornicatione excogitari potest uehementer horribile, pro societate fideque sustineat.

DISTIN. XXXV.

A

Eodem iure utitur uir & mulier.

HOc etiam notãdũ est, quòd quòd cum Dominus[a] concedat vxorem dimitti causa fornicationis viro, eadem licentia non tollitur feminis. vnde Hiero. Præcepit Dominus vxorem non dimitti excepta causa fornicationis, et si dimissa fuerit, manere innuptam. Quicquid viris[b] præcipitur, hoc cõsequenter redundat ad feminas. Nõ enim adultera vxor dimittenda est, & vir mechus tenendus. Item. Apud nos quod non licet feminis, æque non licet viris, & eadem seruitus pari conditione censetur. Ex his ostẽ-

Vbi supra cap. Apud nos.

B ditur, quòd mulier[d] potest super fornicatione virum conuenire, ut uir mulierem. Vnde Inno. Papa. Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat: sed viros suos mulieres nõ facile de adulterio accusant, uiri autem liberius uxores suas adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt: & ideo mulieribus prodito earum crimine negatur communio, uirorum autẽ latente commisso, nõ facile quisquã

Habet 32. q.5.c. Christiana.

EXPOSITIO TEXTVS.

Maneant vterque innupti. Hoc intelligitur quando ex vtroque impedimentum allegatur, alias ille tãtum innuptus manere debet, ex cuius parte impedimẽtum proponit. *Quòd si mulier causetur, & dicat &c.* Videtur ex hoc quòd ratione sterilitatis matrimoniũ solui possit. Et dicendum, quòd non, quia in sterilibus & si matrimoniũ non habeat intẽtum suum secundum quod est in officium naturæ, habet tamen secundùm quod est in remedium per carnalem copulam, vnde ponitur hic procreatio filiorũ pro carnali copula, quam mulieres verecundantur expetere. *Septima manu &c.* Diuortium hoc modo fieri debet, cum impotentia coeũdi allegatur, si vterque confiteatur, scilicet vir & vxor, si est euidens impedimentum, vt in eunuchis, possunt statim separari: si autem non est euidens, præcipiendum est eis, vt adhuc cohabitent bona fide carnali copulæ operam dantes, quod si vsque ad triẽnium fieri nequit, tunc iurabit vterque quòd bona fide operam dantes, carnaliter coniungi non potuerunt: & vt diuortium non de facili celebretur, requiritur quòd septẽ de propinquis, qui melius de hoc possunt per signa probabilia scire veritatem, iurent ꝙ credant eos verum dixisse. *Periurij enim crimen &c.* Idest, eorum testimonium ita pro nihilo computatur, ac si periuri essent, non tamen culpam ante infamiam periurij incurrunt, si eos verum dicere credebant. *Sed si vir asserat &c.* Item sciendum, quòd quando vir asserit copulam carnalem p̃cessisse, mulier negat, standum est iuramento viri, nisi per aspectum corporis sui mulier probare velit virum esse mentitum. Si tamen vir falsum iurat, & vxor contrarium non possit probare, potest sibi prouidere de seorsum iacendo, ne ex impetitione viri ad libidinem prouocetur, & periculum incontinentiæ immineat. Si autem vir neget carnalem copulam præcessisse, non est standum iuramento eius, quamuis sit caput mulieris, si mulier affirmet, quia sic daretur facultas multis viris dimittendi vxores suas. *Quod in fine huius capituli &c.* Sciendum est, quòd si maleficium fuerit generaliter respectu cuiuslibet faciens impotentiam coeundi, tunc si alteri nupserit, ostendetur impedimentum non fuisse perpetuum: vnde debet ad prius coniugiũ redire. Si autem fuerit personale, idest, respectu specialis personæ, cum vtrique detur licentia alteri nubendi, non potest reddita potentia nubendi ad pristinum matrimonium redire, quia nullum fuit, & secundum est verum matrimonium. *Sed si contractum fuerit &c.* Hoc intelligitur si fuit contractum, quando habebant lucida interualla. *Nec propriæ vxori &c.* Hoc non tenetur modo. Vel dicendum, quòd reddere debitum vocat vniuersaliter carnalem copulam, qua priuatus est quantum est ex parte sua, quamuis vxori suum ius remaneat. Quamuis enim matrimonium non claudicet, tamen ius petendi debitum potest esse in vno, & non in alio.

A DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit de impotẽtia coeundi, q̃ actum matrimonij impedit, hic determinat de separatione a toro propter peccatum fornicationis, quæ similiter actum matrimonij tollit vinculo matrimoniali durante. Et diuiditur ĩ partes duas. In prima ostendit quomodo adulteriũ sequens matrimonium tollit actum matrimonij vinculo matrimoniali durante. In secunda ostendit quomodo adulterium præcedens matrimoniũ etiã matrimoniale vinculum tollit, ibi. *Solet etiã quæri &c.* Prima in duas. In prima ostendit qñ licet vxorẽ dimittere propter fornicationem. In secũda inquirit, vtrum dimittere sit necessitatis, an liceat ei eam retinere, ibi. *Dicit tamen Ioan. Chrysost. &c.* Prima

C in duas. In prima ostendit quòd viro licet dimittere vxorem, & econuerso, propter fornicationem commissam. In secunda ostendit ꝙ neutri post separationem licet nubere propter prioris matrimonij vinculum manens, ibi. *Si quis autem fornicationis &c.* Circa primum duo facit. Primo, ostendit quòd vterque coniugum potest alium dimittere propter fornicationem, quando ipse est a fornicatione immunis. Secundo, ostendit ꝙ hoc non potest fieri, quando ipse simili crimini subiacet, ibi. *Si vero quæritur, an adulter &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum liceat viro vxorem dimittere causa fornicationis.

D ¶ Secundo, Vtrum ad hoc teneatur.

¶ Tertio, Vtrum possit dimittere proprio iudicio, vel iudicium ecclesiæ requiratur.

¶ Quarto, Vtrum vir & vxor quantum ad hoc sint æqualis conditionis.

¶ Quinto, Vtrum post diuortium debeant manere innupti.

¶ Sexto, De reconciliatione.

ARTIVCLVS PRIMVS.

a Vtrum propter fornicationem liceat uiro uxorem dimittere.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd propter fornicationem non liceat viro vxorem dimittere. Non enim pro malo est malum reddendum: sed vir dimittens vxorem propter fornicationem, videt malum pro malo reddere. ergo hoc non licet.

De diuortijs cap. Ex litris. & Mat. 19. & 32.q. 7.c.1.2.& 3

¶ 2 Præt. Maius peccatum est si vterque fornicetur, quàm si alter tantum: sed si vterque fornicetur, non poterit fieri diuortium propter hoc. ergo nec si vnus tantum fornicatus fuerit.

¶ 3 Pręt. Fornicatio spiritualis, & quędam alia peccata sunt grauiora quàm fornicatio carnalis: sed propter illa non potest fieri separatio a toro. ergo nec propter fornicationem carnalem.

¶ 4 Præt. Vitium contra naturam magis remotum est a matrimonij bonis quàm fornicatio, quę modo naturę fit, ergo magis debuit poni causa separationis quàm fornicatio.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 5.

¶ 2 Præt. Illi qui frangit fidem, non tenetur aliquis fidem obseruare: sed coniux fornicando frangit fidem quam alteri cõiugi debet. ergo alter potest alterum propter causam fornicationis dimittere.

RESPON. Dicendum, quòd dominus dimittere vxorem

rem concessit propter fornicationem in pœnam illius qui fidẽ fregit, & in fauorem illius qui seruauit, vt non sit astrictus ad reddendum debitum ei qui non seruauit fidem. Et propter hoc excipiuntur septem casus, in quibus non licet viro vxorem dimittere fornicantem, in quibus vel vxor a culpa immunis est, vel vtrique sunt æqualiter culpabiles. Primus est, si ipse vir similiter fornicatus fuerit. Secundus, si ipse vxorem prostituerit. Tertius, si vxor, virum suũ mortuũ probabiliter credẽs propter lõgam ei' absentiã, alteri nupserit. Quartus est, si latenter cognita ẽ ab aliquo sub spetie viri lectum subintrante. Quintus si fuerit vi oppressa. Sextus si reconciliauerit eam sibi post adulterium ppetratum carnaliter eam cognoscẽs. Septimus, si matrimonio in infidelitate vtriusque contracto, vir dederit vxori libellum repudij, & vxor alteri nupserit, tunc.n. si vtrique conuertantur, tenetur eã vir recipere.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ vir si dimittat vxorem fornicantem liuore vindictæ, peccat: si autem ad infamiam propriam cauẽdam, ne videatur particeps criminis, vel ad vitium vxoris corrigendũ, vel ad euitandum prolis incertitudinem, non peccat.

Lib. 1. de sermone dñi in monte cap. 28.

Rom. 2. Et hř 32. q. 6. ca. Nihil iniquius. Vbi supra c. Indignatur.

ex suspitionibus arcetur, qui tamen submouebitur, si eius flagitium detegatur.

Quod fornicariam nequit dimittere uir, nisi ipse expers fuerit, & econuerso.

SI vero quæritur, an adulter adulterã possit dimittere causa fornicationis. Dicimus, quia nequit adultera vxor dimitti a viro, nisi & ipse expers fornicationis existat, & econuerso. Vnde Augu. Nihil iniquius est, quàm causa fornicationis dimittere vxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud. In quo alterum iudicas, teipsum cõdemnas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abijcere vxorem, prior debet esse a fornicatione purgatus, quod similiter & de femina dixerim. Idem. Indignantur mariti si audiant adulteros viros pendere similes adulteris feminis pęnas, cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quãto magis ad eos pertinet & virtute uincere, & exemplo regere feminas. Ex his apparet, quòd adulter adulteram dimittere non ualet, & econuerso.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ diuortium ex causa fornicationis fit vno accusante alium: & quia nullus potest accusare qui in simili crimine existit, quando vterque fornicatur, diuortiũ celebrari non potest, quamuis magis peccetur contra matrimonium vtroque fornicante, quàm altero tantum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fornicatio est directe contra bona matrimonij, quia tollitur per eam certitudo prolis, & fides frangitur, & significatio non seruatur, dum vnus coniugum pluribus carnem suam diuidat, & ideo alia crimina quamuis forte sint maiora fornicatione, non causant diuortiũ. Sed quia infidelitas, quæ dicitur spiritualis fornicatio, etiam est contra matrimonij bonum, quod est proles educanda ad cultum dei, etiam ipsa facit diuortium: sed tamen aliter quàm corporalis fornicatio, quia propter vnum actũ fornicationis carnalis potest procedi ad diuortium, nõ autem propter vnum actum infidelitatis, sed propter consuetudinem quæ pertinaciam ostendit, in qua infidelitas perficitur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ etiam propter vitium contra naturam potest procedi ad diuortium: sed tamen non fit ita mentio de ipso, tum quia est passio innominabilis, tum quia rarius accidit, tum quia non ita causat incertitudinem prolis.

ARTICVLVS II.

b Vtrum uir teneatur ex præcepto uxorem fornicantem dimittere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ vir teneat ex præcepto vxorem fornicantem dimittere. Vir enim cũ sit caput vxoris, tenetur vxorẽ corrigere: sed separatio a toro est inducta ad correctionem vxoris fornicantis. ergo tenetur eam a se separare.

¶ 2 Præt. Qui consentit peccanti mortaliter, ipse etiam mortaliter peccat: sed vir retinens vxorem fornicantem, videtur consentire ei, vt in litera dicitur. ergo peccat nisi eam a se eijciat.

¶ 3 Præt. 1. Cor. dicitur. Qui adhæret meretrici, vnũ corp' efficitur: sed nõ potest aliquis simul esse membrũ meretricis & Christi, vt ibidem dicitur. ergo vir vxori fornicanti adhærens, membrũ Christi esse desinit mortaliter peccãs. Cap. 6.

Quòd possunt reconciliari qui separantur causa fornicationis.

SI quis autem fornicationis expers fornicariam dimiserit, alij copulari non potest, sed continere oportet, uel ad dimissam redire, sic & de femina. Vnde & Apostolus. His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus uxorem a uiro nõ discedere, quòd si discesserit, maneat innupta, aut viro suo reconcilietur: & de uiro addit. Et uir uxorem non dimittat. Sed Ambro. ait, Ideo nõ subdit de uiro sicut de muliere, quia licet uiro aliam ducere. Sed hoc a falsarijs in Ambrosij lib. positum creditur. Supplendum.n. est in uiro, quod de uxore præmisit. Aperte dicit August. sic. Quare non addit de muliere, quod præmisit de uiro, nisi quòd similem formam uult intelligi, ut si dimiserit quòd causa fornicationis permittitur, maneat sine uxore, aut reconcilietur uxori? Idem. Si nec nubere illi conceditur uiuo uiro a quo recessit, nec huic alteram ducere uiua uxore quam dimisit, multominus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere. Idem ut non

1. Cor. 7. — Sup epĺam primam ad Cor. c. 7. — De sermone dñi in mõte li. 1. cap. 15. — Aug. Ibidẽ.

¶ 4 Præt. Sicut cognitio tollit matrimonij vinculum, ita fornicatio separat a toro: sed postquam vir nouerit consanguinitatem sui ad vxorem, peccat mortaliter cognoscens ipsam. ergo si cognoscat vxorem postquam scit ipsam esse fornicatã, mortaliter peccat.

SED CONTRA est, quod dicit glos. 1. Cor. 7. quòd dominus pmisit causa fornicatiõis vxorem dimittere. ergo non est in pcepto.

¶ 2 Præt. Quilibet potest dimittere alteri quod in se peccauit: sed vxor fornicando peccat in virum. ergo vir potest ei parcere, vt non dimittat eam.

RESPON. Dicendum, ꝙ dimissio vxoris fornicantis introducta est ad corrigendũ vxoris crimen per talẽ pœnam: pœna autem correctionis non requiritur vbi emẽdatio iam pcessit: & ideo si mulier de peccato pęniteat, vir non tenetur eam dimittere: si autem non pęniteat, tenetur, ne peccato eius consentire videatur, dum correctionem debitam non apponit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatum fornicationis in vxore potest corrigi, non tamen tali pœna, sed etiam verbis & verbere, & ideo si alias ad correctionem sit parata, nõ tenetur vir prædictam pœnam ad eius correctionem adhibere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd tunc vir vxori consentire videtur, quando eam tenet non cessantem a peccato præterito: si autem emendata fuerit, non ei consentit.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ ex quo de peccato fornicationis pęnituit, meretrix dici non potest: & ideo vir se ei coniungendo membrum meretricis non fit. Vel dicendum, quòd nõ coniungitur ei quasi meretrici, sed quasi vxori.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ non est simile, quia consanguinitas facit vt non sit inter eos matrimoniale vinculum, & ideo carnalis copula esset illicita, sed fornicatio non tollit vinculum prędictum: & ideo actus remanet quantum est de se licitus, nisi per accidens illicitus fiat, inquantum vir consentire turpitudini vxoris videtur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ permissio illa est intelligenda per prohibitionis priuationem, & sic contra præceptum non diuiditur, quia etiam quod cadit sub præcepto non est prohibitũ.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ vxor non tantum peccat in virum, sed etiam in seipsam, & in deum: & ideo vir non totaliter potest pęnam dimittere, nisi emendatio sequatur.

ARTICVLVS III.

Vtrum proprio iudicio possit uir uxorem fornicantem dimittere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ proprio iudicio potest vir vxorem fornicantẽ dimittere. Sententiam enim a iudice latã absque alio iudicio exequi licet: sed deus iustus iudex dedit hanc sententiam, vt propter fornicationem vir vxorem dimittere possit. ergo non requiritur ad hoc aliud iudicium. De diuortijs ex cape Porro.

¶ 2 Præt. Matth. 1. dicitur. quòd Ioseph cum esset iustus, cogitauit occulte dimittere Mariam. ergo videtur quòd occulte vir possit diuortium celebrare absque ecclesiæ iudicio.

¶ 3 Præt. Si vir post fornicationem vxoris cognitam debitum ei reddit, amittit etiam actionem quam contra fornicariam habebat. ergo denegatio debiti quæ ad diuortiũ pertinet, debet ecclesiæ iudiciũ præcedere.

¶ 4 Præt. Illud quod nõ potest probari, non debet ad iudicium ecclesiæ adduci: sed fornicationis crimen non potest probari, quia oculus adulteri obseruat caliginẽ, vt dicitur Iob. 25. ergo non debet iudicio ecclesiæ prædictũ diuortiũ fieri.

¶ 5 Præt. Accusationẽ debet inscriptio pcedere, qua aliquis se ad talionem obliget, si in pbatione deficiat: sed hoc non potest esse in ista materia, quia tunc qualitercũque res iret, vir cõsequeretur intentum suum siue ipse vxorem dimitteret, siue vxor eum. ergo non debet ad iudicium ecclesiæ per accusationem adduci.

facile dimittatur vxor Dominus solum fornicationis causam excepit, cæteras vero vniuersas molestias, si quæ extiterint, iubet pro fide cõiugali, & pro castitate fortiter sustineri, & mœchum dixit, qui a viro solutam duxit. Ex his ostenditur ꝙ si causa fornicationis fit separatio, non potest vir, vel mulier in aliam transire copulam. Possunt autem recõciliari & cohabitare sicut pri', si dimissũ alter reuocare voluerit.

Quæ prædictis uidentur obuiare.

DIcit tamen Ioãnes Chrys. Sicut crudelis & iniqu' est qui castã dimittit, sic fatuus ẽ & iniquus qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est qui cęlat crimen vxoris. Itẽ Hiero. Cum mulier vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione a marito separauerit, nõ debet teneri, ne uirum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura. Qui tenet adulteram, stultus est & insipiens. Idem ad Amandum presbyterum scribens de quadam quæ uiro suo viuente alij nupserat, sic ait. Rem nouam loquor, immo nõ nouam sed veterem, quæ ueteris testamenti authoritate confirmatur. Si reliquerit prīm uirum mulier, & reconciliari noluerit priori, non põt.

Determinatio.

SEd hæc omnia intelligẽda sunt de illa quæ ab adulterio redire noluit, nec per pænitentiam peccatum delere. Quòd si uir scienter patitur, cõsentire uidet. Si.n. in adulterio perseuerare elegit, patronus turpitudinis & lenocinij reus maritus habebitur, nisi eam adulterij ream facere uoluerit. Si aũt a pctõ recesserit, & p pænitentiã illud purgauerit, poterit uiro reconciliari. Vnde August. Quid tibi durũ uidet' ut post adulteriũ reconcilietur coniux? si fides adsit, non erit durum. Cur.n. adhuc deputamus adulteros, quos credimus pænitentia esse sanatos? Idem. Non erit turpis, nec difficilis etiam post patrata & purgata adulteria reconciliatio coniugij, ubi per claues regni cælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum, non ut post uiri diuortiũ adultera reuocetur, sed ut post Christi consortium adultera non uocetur. Item Grego. Debet recipere peccatricem quæ pęnitentiã egit, sed nõ sæpe. Itẽ Hermes.

32. qõ. 1. c. Quod aũt. — August. De adulterinis cõiugijs libro 2. c. 9. Et hř 32. q. 1. c. Nõ erit turpis. — Habet' 32. q. 1. c. Apud misericordem.

¶ 6 Præt. Plus tenetur homo vxori quàm extraneo: sed homo crimen alterius etiam extranei non debet ecclesiæ deferre, nisi monitione præmissa in secreto, vt patet Matth. 19. ergo multo minus potest crimen vxoris ad ecclesiam deferre, si eam prius occulte non corripuit.

SED CONTRA. Nullus debet seipsum vindicare: sed si vir vxorem fornicantem proprio arbitrio dimitteret, ipse se vindicaret. ergo hoc non debet fieri.

¶ 2 Præt. Nullus in eadem causa est actor & iudex: sed vir est actor impetens vxorem de offensa in se commissa. ergo ipse non potest esse iudex. & sic non debet eam proprio arbitrio dimittere.

RESPON. Dicendum, quòd vir potest dimittere vxorẽ dupliciter. Vnomodo quantum ad torum tantum, & sic potest eam dimittere quàm cito sibi constat de fornicatione vxoris proprio arbitrio, nec tenetur reddere debitum exigenti, nisi per ecclesiam compellatur, & taliter reddens nullum sibi præiudicium facit. Aliomodo quantum ad torum, & cohabitationem, & hoc modo non potest dimitti nisi iudicio ecclesiæ: etsi alias dimissa fuerit, debet cogi ad cohabitandum, nisi possit ei vir incontinenti fornicationem probare, hæc autem dimissio diuortium dicitur, & ideo concedendum est, quòd diuortium non potest celebrari nisi iudicio ecclesiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sententia est applicatio iuris communis ad particulare factum: vnde dominus ius promulgauit, secundum quod sententia in iudicio formari debet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Ioseph non volebat virginem dimittere quasi suspectam de fornicatione, sed ob reuerentiam sanctitatis eius, timens ei cohabitare, vt supra dictum est: nec tamen est simile, quia tunc ex adulterio nõ solum procedebatur ad diuortium, sed vlterius ad lapidationem, non autem nunc quando agitur in iudicio ecclesiæ.

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quandoque vir vxorem suspectam habens ei insidiatur, & deprehendere eam potest cum testibus in crimine fornicationis, & sic potest ad accusationem procedere. Et præterea, si de facto isto nõ cõstat, possunt esse violentæ suspitiones fornicationis, quibus probatis, videtur fornicatio esse probata, vt si inueniatur solus cũ sola horis & locis suspectis, & nudus cum nuda.

¶ Ad quintum dicendum, quòd maritus potest accusare vxorem de adulterio dupliciter. Vnomodo, ad tori separationem coram iudice spirituali, & tũc inscriptio debet fieri sine obligatione ad legẽ talionis, quia sic vir consequeretur intentum suum, vt obiectio pbat. Alio modo, ad punitionem criminis in iudicio sæculari, & sic oportet quòd præcedat inscriptio, p quã ad pœnam talionis se obliget, si in probatione deficiat.

¶ Ad sextum dicendum, quòd sicut decre. dicit, tribus modis in criminibus procedi potest. Primo per inquisitionem, quam debet præcedere clamosa insinuatio, quæ locum accusationis tenet. Secundo per accusationem, quam debet pręcedere inscriptio. Tertio per denuntiationem, quam debet pręcedere fraterna correptio. verbũ ergo domini intelligitur quando agitur per viam denuntiationis, non quando agitur per viam accusationis, quia tunc non agitur solum ad correptionem delinquentis, sed ad punitionem propter bonum commune conseruandum, quod iustitia deficiente periret.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum uir & uxor debeant in causa diuortij ad paria iudicari.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd vir & vxor non debeant in causa diuortij ad paria iudicari. Diuortium enim conceditur in lege noua loco repudij, quod erat in lege veteri, vt patet Matth. 5. sed in repudio vir & vxor non iudicabantur ad paria, quia vir poterat repudiare vxorem, & non econuerso. ergo nec in diuortio debent ad paria iudicari. 1. Corin. 7. lect. 1.

¶ 2 Præt. Plus est contra legem naturæ quòd vxor plures viros habeat, quàm quòd vir plures mulieres, vnde hoc quandoque licuit; illud vero nunquam, vt supra dist. 33. dictum est. ergo plus peccat mulier in adulterio quàm vir, & ita non debet ad paria iudicari. q. 1. arti. 1. ad 7.

¶ 3 Præt. Vbi est maius nocumentum proximi, ibi est maius peccatum: sed plus nocet adultera vxor viro, quàm vir adulter vxori, quia adulterium vxoris facit incertitudinem prolis, non autem adulterium viri. ergo maius est peccatum vxoris, & sic non debent ad paria iudicari.

¶ 4 Præt. Diuortium inducitur ad crimen adulterij corrigendum: sed magis pertinet ad virum qui est caput mulieris, vt dicitur 1. Cor. 11. corrigere vxorem, quàm econuerso. ergo non debent

debent in repudio ad paria iudicari, sed vir debet esse melioris conditionis.

SED CONTRA. Videtur quòd vxor in hoc debeat esse melioris conditionis, quia quanto est maior fragilitas in peccãte, tanto peccatum est magis dignum venia: sed in mulieribus est maior fragilitas q̃ in viris, ratione cuius dicit Chrys. ꝙ ꝓpria passio mulieris luxuria ẽ. Et Philoso. in 7. ethic. [Cap. 8.] quòd mulieres nõ dicuntur incõtinẽtes proprie loquendo propter facilem inclinationẽ in cõcupiscentias, quia nec bruta animalia possũt continere propter hoc, quòd non habent aliquid quod concupiscentijs obuiare possit. ergo mulieribus in pena diuortij deberet magis parci.

¶ 2 Praet. Vir ponitur caput mulieris, vt ipsam corrigat. ergo magis peccat q̃ mulier, & sic debet magis puniri.

Si vir sciret vxorem suã deliquisse, & non egerit penitentiam mulier, si permanet in fornicatione sua, & uir viuit cum illa, vir reus erit & particeps peccati eius. Quòd si mulier dimissa egerit pænitẽtiam, & voluerit ad virum reuerti, debet recipere peccatricem quae pænitentiam egit, sed non saepe.

De illis qui se ante polluerunt per adulterium.

Solet etiam queri, an valeat duci in coniugium, quae prius est polluta per adulterium. De hoc Leo Papa ait. Nullus ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio. Item. Relatum est auribus sanctorum sacerdotũ, quendam alterius vxorem stupro violasse, & insuper mechę iuramentum dedisse, ꝙ post legitimi mariti mortẽ, si superuiueret, duceret eam in uxorem, quod factum est. Tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus. His, alijsque authoritatibus uetantur in coniugium copulari, qui se prius adulterio maculauerunt. Sed econtra August. ostendit dicens. Denique mortuo eo cũ quo fuit uerum coniugium, fieri potest coniugium cum qua praecessit adulterium. Idem. Posse fieri sane licitas nuptias ex personis illicite coniunctis honesto placito subsequente manifestum est.

[Nullus. Ibidem. ca. Relatũ ex cõcilio Triburien.]

Determinatio.

Sed hęc ultima authoritas de concubinis loquitur, phibens cõcubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum, si castitatem & fidem seruare uelint. Prima uero authoritas August. de illis ait, qui de peccato pęnituerunt, & nihil in mortem uiri

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ in causa diuortij uir & uxor ad paria iudicãtur, ut idem sit licitum & illicitum uni quod alteri, non tamen pariter iudicantur ad illa, quia causa diuortij est maior in uno quàm in alio, cum tamen in vtroque sit causa sufficiens ad diuortium. Diuortium enim est pœna adulterij inquantum est contra matrimonij bona: quantum autem ad bonum fidei, ad quam coniuges aequaliter sibi inuicem tenentur, tantum peccat contra matrimonium adulterium vnius sicut adulterium alterius, & haec causa in vtroque sufficit ad diuortium: sed quãtum ad bonum prolis plus peccat adulterium vxoris quàm viri, & ideo maior causa diuortij est in vxore quàm in viro, & sic ad aequalia, sed non ex aequali causa obligantur, nec tamen iniuste, quia in vtroque est causa sufficiens ad hanc pœnam: sic etiam est de duobus qui damnantur ad mortis eiusdem pœnam, quamuis alius altero grauius peccauerit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd repudium non permittebatur nisi ad vitandum homicidium: & quia in viris magis erat de hoc periculum quàm in mulieribus, ideo viro permittebatur dimittere vxorem, non autem econuerso per legem repudij.

¶ Ad secundum & tertium dicendum, quòd rationes illae procedunt secundum quod in comparatione ad bonum prolis maior sit causa diuortij in vxore adultera quàm in viro: non tamen sequitur quòd non iudicentur ad paria, vt ex dictis patet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis vir sit caput mulieris vt gubernator, non tamen quasi iudex ipsius, sicut nec econuerso: & ideo in his quae per iudicium facienda sunt, non plus potest vir in vxorem, quàm econuerso.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in adulterio inuenitur de ratione peccati idem quod est in fornicatione simplici, & adhuc plus, quod magis grauat secundum laesionem matrimonij. Si ergo consideretur id quod est commune adulterio & fornicationi, peccatum viri & mulieris se habent vt excedentia & excessa, quia in muliere est plus de humore, & ideo sunt magis ducibiles a concupiscentijs: sed in viro plus de calore qui concupiscentiam excitat, sed tamen simpliciter loquendo, caeteris paribus vir in simplici fornicatione plus peccat quàm mulier, quia habet plus de rationis bono, quod praeualet quibuslibet motibus corporalium passionum: sed quantum ad laesionem matrimonij, quam adulterium fornicationi addit, ex qua diuortium causatur, plus peccat mulier quàm vir, vt ex dictis patet, & quia hoc est grauius q̃ simplex fornicatio, ideo simpliciter loquendo, plus peccat mulier adultera quàm vir adulter, caeteris paribus.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quamuis regimen, quod datur viro in mulierem, sit quaedam circunstantia aggrauans, tamen ex illa circunstantia quae in aliam speciem trahit, magis aggrauatur peccatum, scili et ex laesione matrimonij, quae trahit ad speciem iniustitiae in hoc, quòd furtiue aliena proles submittitur.

ARTIC. V.

Vtrum post diuortiũ uir alteri nubere possit.

AD QVINTUM sic proceditur. Videtur quòd post diuortium vir alteri nubere possit. Nullus enim tenẽ ad ppetuam cõtinentiã: sed vir ĩ aliquo casu tenetur vxorem fornicantem in ppetuum a se separare, vt patet ex dictis. ergo videtur quòd ad minus in tali casu alterã ducere possit.

[1. Cor. 7. ... ct. 2. Habentur haec Aug. verba de Nupt. & cõcupiscẽ. vt patet 31. q. 1. c. Denique. Vbi supra c. Denique. §. Posse.]

¶ 2 Praet. Peccanti non est danda maior occasio peccandi: sed si ei qui ꝓpter fornicationis culpã dimittitur, non licet aliam copulã quaerere, daẽ sibi maior occasio peccandi: non enim est probabile vt qui in matrimonio non continuit, quòd postea continere possit. ergo videtur quòd liceat ei ad aliam copulam transire.

[Vt hr ubi supra c. Denique. §. Hec vltima.]

¶ 3 Praet. Vxor non tenetur viro nisi ad debitum reddendum, & cohabitationem: sed per diuortium ab vtroque absoluitur. ergo omnino soluta est a lege viri. ergo potest alteri nubere, & eadem est ratio de viro.

¶ 4 Praet. Matth. 19. dicitur. Qui dimiserit vxorem, & aliam duxerit excepta causa fornicationis, mechatur. ergo videtur quòd si causa fornicationis dimissa vxore aliam duxerint, non mechetur, & ita erit matrimonium verum.

SED CONTRA 1. Cor. 7. Praecipio non ego, sed dominus, vxorẽ a viro non discedere, ꝙ si discesserit manere innuptam.

¶ 2 Praet. Nullus debet ex peccato reportare commodum: sed reportaret, si liceret adulterae ad aliud magis desideratum connubium transire, & esset occasio adulterandi volentibus alia matrimonia quaerere. ergo nõ licet aliam copulam quaerere nec viro, nec vxori.

RESPON. Dicendum, ꝙ nihil adueniens supra matrimonium potest ipsum dissoluere, & ideo adulteriũ non facit quin sit verum matrimonium. Manet. n. vt dicit Aug. inter viuentes coniugale vinculũ, quod nec separatio, nec cũ alio iunctio põt auferre: & ideo nõ licet vni altero viuẽte ad aliã copulã trãsire. [De bono coniugali cap. Et hr 31. q. 7. ca. Vsque adeo. §. Manet inter viuentes.]

AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ quamuis per se nullus obligetur ad continentiam, tamen per accidens potest esse ꝙ obligetur: sicut si vxor sua ęgritudinem incurabilem incurrat, & talem quę carnalem copulam non patiatur: & similiter etiam est si incorrigibiliter spirituali infirmitate, scilicet fornicatione laboret.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ipsa confusio quam reportat ex diuortio, debet eam cohibere a peccato, quòd si cohibere nõ potest, minus malum est quòd sola ipsa peccet, quàm ꝙ vir peccati eius sit particeps.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis vxor post diuortium nõ teneatur viro adultero ad debitum reddẽdum, & cohabitandũ, tamen adhuc manet vinculum matrimonij, ex quo ad hoc tenebatur, & ideo non potest ad aliam copulam transire viro viuente. Potest tamen continentiam vouere viro inuito, nisi videatur ecclesiam deceptam fuisse per falsos testes sententiando de diuortio; quia in tali casu etiam si votum professionis emisisset, restitueretur viro, & teneretur debitum reddere, sed non liceret ei exigere.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ exceptio illa quae est in verbis domini, refertur ad dimissionem vxoris, & ideo obiectio ex falso intellectu procedit.

ARTI-

ARTICVLVS VI.

Vtrum post diuortium uir & uxor possint reconciliari.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd post diuortium uir & uxor non possint reconciliari. Regula est enim in iure, Quod semel bene diffinitũ est, nulla debet iteratione retractari: sed iudicio ecclesiae diffinitum est quòd debent separari. ergo non possũnt reconciliari ulterius.

¶ 2 Praet. Si posset esse reconciliatio, p̃cipue uideretur ꝙ post pænitentiam uxoris uir teneatur eam recipere: sed non tenetur, quia etiam uxor non potest per exceptionẽ proponere in iudicio pænitentiã suã contra uirum accusantem de fornicatione. ergo nullo modo potest esse reconciliatio.

machinati sunt, nec uiuente uiro fidem adulterae dedit mœchus, quòd eã in coniugio duceret, si superuiueret. Qui uero hęc faciũt, alijs pmissis authoritatibus prohibentur copulari.

DISTIN. XXXVI.

A

Si pro extrema conditione ualeat uxor separari a uiro, & econuerso.

Nunc de conditione uideamus, an ualeat coniugium diuidere. Ad quod dicimus, quia non negatur ingenua posse nubere seruo, sed si nescitur esse seruilis conditionis, libere potest dimitti, cum seruitus eius fuerit deprehensa, secũdũ illud. Siquis ingenuus homo ancillam alterius uxorem acceperit, & aestimat quòd ingenua sit, si ipsa femina fuerit postea in seruitutem deiecta, si eam a seruitute redimere potest, faciat: si non potest, si uoluerit aliam, accipiat. Si uero ancillam eam scierat, & collaudauerat post, eam ut legitimam habeat. Item ex eodem. Si femina ingenua [Vbi supra c. 8. & 29. q. supra citata c. Si femina.]

¶ 3 Praet. Si posset esse reconciliatio, uideretur quòd uxor adultera teneretur redire ad uirum ipsam reuocantem: sed non tenetur, quia iam separati sunt iudicio ecclesiae. ergo &c.

¶ 4 Praet. Si liceret reconciliare uxorem adulteram, in illo casu pręcipue deberet fieri, quando uir post diuortium inuenitur adulterium committere: sed in hoc casu non potest uxor cogere eum ad recõciliationem, cum iuste sit diuortium celebratũ. ergo nullo modo potest reconciliari.

¶ 5 Praet. Si uir adulter occulte dimittat per iudicium ecclesiae uxorem conuictam de adulterio, non uidetur iuste factum diuortium, sed tamen uir non tenetur uxorem sibi reconciliare, quia uxor probare in iudicio adulterium uiri non potest. ergo multo minus quando diuortium iuste est celebratum reconciliatio fieri potest.

SED CONTRA est, quod dicitur. 1. Cor. 7. Si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari.

¶ 2 Praet. Vir poterit eam non dimittere post fornicationem, ergo eadem ratione potest eam reconciliare sibi.

RESPON. Dicendum, quòd si uxor post diuortium de peccato pænitentiam agens emendata fuerit, potest eam sibi uir reconciliare. Si autem in peccato incorrigibilis maneat, non debet eam ad se assumere eadem ratione qua non licebat eam nolentem a peccato desistere, retinere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sententia ecclesiae diuortium celebrãtis non fuit cogens ad separationem, sed licentiam praebens: & ideo absque retractatione praecedentis sententiae potest reconciliatio sequi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pænitentia uxoris debet inducere uirum ut uxorem fornicantem non accuset, aut dimittat: sed tamen non potest ad hoc cogi, nec potest per pænitẽtiam uxor eum ab accusatione repellere, quia cessante culpa & quantum ad actum, & quantum ad maculam, adhuc manet aliquid de reatu: & cessante etiam reatu quo ad deum, adhuc manet reatus quo ad pœnam humano iudicio inferendã, quia homo non uidet cor, sicut deus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud quod inducitur in fauorem alicuius, non facit ei praeiudicium. Vnde cum diuortium sit inductum in fauorem uiri, non aufert ei ius petendi debitum, uel reuocandi uxorem: unde uxor tenetur ei reddere, & ad eum redire si fuerit reuocata, nisi de licentia eius uotum cõtinentiae emiserit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd propter adulterium quod uir prius innocens post diuortium committit, secundum rigorem iuris non debet cogi ad recipiendum uxorem adulteram: prius tamen secundum aequitatem iuris iudex ex officio suo debet eum cogere ut caueat periculo animae eius, & scandalo aliorum, quamuis uxor non possit reconciliationẽ petere.

¶ Ad quintum dicendum, quòd si adulterium uiri sit occultum, per hoc nõ aufertur ius excipiendi cõtra accusationẽ uiri uxori adulterae, quamuis desit sibi probatio: & ideo peccat uir diuortium petens, & si post sententiam de diuortio uxor petat debitum, uel reconciliationem, uir tenetur ad utrunque.

EXPOSITIO TEXTVS.

Patronus *est turpitudinis qui celat &c.* Contra. Prouer. 18. Fidelis est qui caelat crimen amici. Et dicendũ quòd hoc intelligitur, quando caelatio non est in praeiudicium correctionis, alias caelans patrocinium turpitudini praestat. *Solet quaeri, an ualeat &c.* Sciẽdum quòd plura sunt crimina q̃ propter sui enormitatem impediũt matrimonium contrahẽdum. Primũ, est incestus. Secundum, uxoricidium. Tertiũ, rapina alienae spõsae. Quartũ, quando aliquis insidiando matrimonio filium propriũ de sacro fonte suscepit. Quintũ, qui interfecit presbyterum. Sextũ, quãdo aliquis peragit pœnitẽtiam solemnẽ; non tamen propter crimina interimitur matrimonium contractum. Sed tamen sunt quaedam crimina quae dirimũt matrimonium contractum. Vnum est, quando aliquis cum aliqua coniugata concubuit, & ex hoc machinatur in mortem uiri cum effectu, tunc enim adinuicem contrahere non debent, & si cõtraxerint, separantur. Secundum est, quando praestat fidem adulterae quòd ducet eam uxorem, sed hoc intelligendum est quando tam adulter, quàm adultera sciebat impedimentum, alias matrimonium non dirimeretur postquam contractum esset. Tertium est, quando contrahit cum ea de facto. Primum enim matrimonium facit quòd non stat secundum: unde si primũ non fuisset uerum matrimonium, secundum staret. Sciendum etiã quòd in casu secundo & tertio, scilicet fide data de matrimonio contrahendo, etiam matrimonio contracto per uerba de praesẽti de facto, nisi fuerit ibi pollutio carnalis, non propter hoc dirimitur matrimonium sequens post mortem uiri de nouo contractum.

DIVISIO TEXTVS.

Postquam determinauit magister de impotentia coeundi, per quam impeditur actus matrimonij, ne de facto omnino fieri possit, hic determinat de impedimento conditionis seruilis, per quã impeditur actus matrimonij ne libere fiat. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de conditione seruili. In secunda epilogat continuans praecedentia ad sequentia, ibi. *Duo illa executi sumus &c.* Prima in duas. In prima determinat de impedimento conditionis seruilis. In secunda de impedimento ex defectu aetatis, quia talis non differt a seruo, quamdiu sub tutoribus est, Gal. 4. ibi. *Hic etiam sciendum quòd pueri &c.* Prima in duas. In prima determinat de seruitute, quae praecedit matrimonium. In secunda de seruitute quae matrimonio superinducitur, ibi. *Illud etiam notandum est &c.* Prima in duas. In prima determinat de seruitute matrimonium praecedente, quae est ex altera tantum parte contrahentium. In secunda de illa quae est ex utraque parte, ibi. *Quaeritur etiam, si seruus unius &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quaeruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum conditio seruitutis matrimonium impediat.
¶ Secũdo, Vtrum possit seruus sine consensu domini matrimonium contrahere.
¶ Tertio, De seruitute quae superuenit matrimonio.
¶ Quarto, Vtrum proles sequatur matrem.
¶ Quinto, De defectu aetatis, utrum impediat matrimonium.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conditio seruitutis impediat matrimonium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd conditio seruitutis non impediat matrimonium. Nihil. n. impedit matrimoniũ, nisi quod habet aliquã contrarietatẽ ad ipsum: sed seruitus nõ hẽt aliquã contrarietatẽ ad [De cõiugio ser. c. Proposuit.]

matrimonium, alias inter seruos non posset esse coniugia. ergo seruitus non impedit matrimonium.

¶ 2 Præt. Illud quod est contra naturam, non potest impedire illud quod est secundum naturam: sed seruitus est contra naturam, quia sicut dicit Grego. Contra naturam est hominem homini velle dominari, quod etiam patet ex hoc quòd homini dictum est, vt præsit piscibus maris &c. non autem vt præsit homini. ergo nō potest impedire mrimoniū, quod est naturale.

Gregorius.

¶ 3 Præt. Si impeditur matrimoniū, aut hoc est de iure naturali, aut de iure positiuo: non de iure naturali, quia secundum ius naturale omnes homines sunt æquales, vt Grego. dicit, & in principio digestorum dicitur, ꝙ seruitus non est de iure naturali: positiuum etiā ius descendit a naturali, vt Tullius dicit. ergo secundū nullum ius seruitus matrimonium impedire pōt.

q.2.9.q.2.c. Siquis. Gregorius. Vbi supra

De legibus satis diffuse.

¶ 4 Præt. Illud quod impedit matrimonium æqualiter impedit siue sciatur, siue ignoretur, vt patet de consanguinitate: sed seruitus vnius cognita ab altero non impedit matrimonium. ergo seruitus quantum in se est, nō habet quòd impediat matrimonium, & ita non deberet poni per se matrimonij impedimentum ab alijs distinctum.

¶ 5 Præt. Sicut conuenit esse errorem circa seruitutem, vt putetur liber qui est seruus, ita potest esse error de libertate, vt putetur seruus qui est liber: sed libertas non ponitur matrimonij impedimentum. ergo nec seruitus deberet poni.

¶ 6 Præt. Magis facit grauem societatem matrimonij, & plus impedit bonum prolis morbus lepræ, quàm seruitus: sed lepra non ponitur impedimentum matrimonij. ergo nec seruitus debet poni.

ca. Proposuit & clarius ca. Ad nostrā. Itē. 29.q.ca. Si quis ingenuus.

SED CONTRA est, quòd decre. dicit de coniugio seruorum, quòd error conditionis impedit contrahendum matrimonium, & dirimit contractum.

¶ 2 Præt. Matrimonium est de bonis per se expectandis, inquantum habet honestatem: sed seruitus est de per se fugiendis. ergo matrimonium & seruitus sunt contraria, & sic seruitus matrimonium impedit.

D.394.

RESPON. Dicendum, ꝙ *in matrimonij contractu obligatur vnus coniugum alteri ad debitum reddendum, & ideo si ille qui se obligat, est d impotens ad soluendū, ignorantia huius impotentiæ in eo cui fit obligatio, tollit contractum.* Sicut autem per impotentiā coeundi efficitur aliquis impotens ad soluendum debitum, vt omnino non possit soluere, ita per seruitutem vt libere reddere debitum non possit: & ideo sicut impotentia coeundi ignorata impedit matrimonium, non autem si sciatur, ita conditio seruitutis ignorata matrimonium impedit, non autem seruitus scita.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd seruitus contrariatur matrimonio quantum ad actum, ad quem quis per matrimonium alteri obligatur, quem nō potest libere exequi: & quātum ad bonum prolis, quæ peioris conditionis efficitur ex seruitute parentis. Sed quia quilibet potest in eo quod sibi debetur, sponte detrimentum aliquod subire, ideo si alter coniugū scit alterius seruitutem, nihilominus matrimonium tenet. Similiter etiam quia in matrimonio est æqualis obligatio ex vtraque parte ad debitum reddendum, non potest aliquis requirere maiorem obligationem ex parte alterius quàm ipse possit facere: & propter hoc seruus etiam si contrahit cum ancilla quā credit liberam, non propter hoc impedit matrimonium. Et sic patet quòd seruitus non impedit matrimonium, nisi quando ignorata est ab alio coniuge, & si ille sit liberę conditionis: & ideo nihil prohibet inter seruos esse coniugia, vel etiam inter liberum & ancillam.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ nihil prohibet esse aliquid contra naturam quantum ad primam intentionem ipsius, quod non est contra naturam quantum ad secundam eius intentionem: sicut omnis corruptio, & defectus, & senium est contra naturā, vt dicitur in 2. cæli, & mundi, quia natura intendit esse & perfectionem, non tamen est contra secundam intentionem naturę, quia ex quo natura non potest conseruare esse in vno, conseruat in altero quod generat corruptione alterius: & quādo natura non potest perducere ad maiorem perfectionem, inducit ad minorem, sicut quando non potest facere masculum facit feminam quæ est mas occasionatus, vt dicitur in 16. de animalibus. Similiter etiam dico ꝙ seruitus est contra primam intentionem naturę, sed nō contra secundam, quia naturalis ratio ad hoc inclinat, & hoc appetit natura vt quilibet sit bonus: sed ex quo aliquis peccat, natura etiam inclinat vt ex peccato pœnā reportet, & sic seruitus in pœnam peccati introducta est. Nec est inconueniens aliquid naturale per hoc quòd est contra naturam hoc modo impediri, sic enim matrimonium impeditur per impotentiam coeundi, quæ est contra naturam modo prædicto.

Tex.co.18.

In concilio Gabilonēsi vt hē ubi su pra c. Dictū est. Videlicet li bro 2. de generatione animalium cap.3. Matth. 19.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ius naturale dictat quòd pœna sit pro culpa infligenda, & quòd nullus sine culpa puniri debeat: sed determinare pœnam secundum conditionem personæ & culpæ est iuris positiui, & ideo seruitus quæ est quædam pœna determinata, est de iure positiuo, & a naturali ꝓficiscitur, sicut determinatum ab indeterminato, & eodem iure positiuo determinatę est factum, quòd seruitus ignorata matrimonium impediat, ne aliquis sine culpa puniatur. Est enim quædam pœna vxoris quòd habeat virum seruum, & econuerso.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ aliqua impedimenta sunt quæ faciunt matrimonium illicitum. Et quia voluntas nostra non facit aliquid esse illicitum, vel licitum, sed lex cui voluntas subdi debet: ideo ignorantia talis impedimenti quæ voluntarium tollit, vel scientia nihil facit ad hoc quòd matrimoniū teneat, & tale impedimentū est affinitas, vel votum, & cætera huiusmodi. Quædā autem impedimenta sunt quæ faciunt matrimonium inefficax ad solutionē debiti: & quia in voluntate nostra consistit debitum nobis relaxare, ideo talia impedimenta si sint cognita, matrimonium non tollunt, sed solum quando ignorantia voluntariū excludit, & tale impedimentū est seruitus, & impotentia coeundi: & quia etiā de se habent aliquam rationem impedimenti, ideo ponuntur specialia impedimenta præter errorem, non autem personæ variatio ponitur speciale impedimentum præter errorem, quia persona altera subintroducta non habet rationem impedimenti nisi ex intentione contrahentis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd libertas non impedit matrimonij actum: vnde libertas ignorata non impedit matrimonium.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ lepra non impedit matrimonium quantum ad primum actum suum, eo quòd leprosi debitum reddere possunt libere, quāuis aliqua grauamina matrimonio inferant quantum ad secundos effectus: & ideo non impedit matrimonium sicut seruitus.

ARTICVLVS II.

b Vtrum seruus matrimonium contrahere possit sine consensu domini.

22.q.304. ar.5.circa fi nem. De coniugio ser.c.1.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd seruus matrimonium contrahere non possit sine consensu domini. Nullus enim potest dare alicui quod est alterius sine cōsensu ipsius: sed seruus est res dñi, ergo non pōt contrahendo matrimonium dare potestatem corporis sui vxori sine consensu domini.

¶ 2 Præt. Seruus tenetur domino suo obedire: sed dominꝰ potest ei præcipere quòd in matrimonium non consentiat. ergo sine consensu eius matrimonium non potest contrahere.

¶ 3 Præt. Post cōtractum matrimoniū seruus tenet̄ reddere debitū vxori ex precepto iuris diuini: sed eo tpe quo vxor debitum petit, pōt dās alicui quod seruitiū seruo ꝓponere, quod facere non poterit si carnali copulæ vacare velit. ergo si sine cōsensu domini posset seruus contrahere matrimoniū, priuaretur dominus seruitio sibi debito sine culpa, quòd esse non debet.

¶ 4 Præt. Dominus potest vendere seruum in extraneas regiones, quo vxor sua nō poterit eū sequi vel propter infirmitatem corporis, vel propter periculum fidei imminens, puta, si vendatur infidelibus, vel etiam domino vxoris non permittente si sit ancilla: & sic matrimonium dissoluetur, quod est inconueniens. ergo non potest seruus sine consensu domini matrimonium contrahere.

¶ 5 Præt. Fauorabilior est obligatio qua homo se diuinis obsequijs mancipat, quàm illa qua homo se vxori subijcit: sed seruus sine consensu domini non potest religionem intrare, vel ad clericatum promoueri. ergo multo minus potest siue eius consensu matrimonio iungi.

SED CONTRA. Gal.4. In Christo Iesu non est seruus, neque liber. ergo ad matrimonium cōtrahendum in fide Christi Iesu eadem est libertas liberis & seruis.

¶ 2 Præt. Seruitus est de iure positiuo: sed matrimonium de iure diuino & naturali. cùm ergo ius positiuum non præiudicet iuri naturali, aut diuino videtur quòd seruus absque domini consensu matrimonium contrahere possit.

RESPON. Dicendum, quòd quamuis ius positiuum, vt dictum est, progrediatur a iure naturali: ideo seruitus quæ est de iure positiuo non potest præiudicare his quæ sunt de lege naturali. Sicut autem appetitus naturæ est ad conseruationem individui, ita est ad cōseruationem speciei per generationem. Vnde sicut seruus non subditur domino quin libere possit comedere, & dormire, & alia huiusmodi facere quæ ad necessitatē corporis pertinent, sine quibus natura conseruari non potest: ita non subditur ei quantum ad hoc quòd non possit libere matrimonium contrahere, etiam domino nesciente, aut contradicente.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd seruus est res domini quantum ad ea quæ naturalibus superadduntur, sed quantum ad naturalia omnes sunt pares: vnde in his quæ ad actus naturales pertinēt, seruus potest alteri, inuito domino, sui corporis potestatem per matrimonium præbere.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ seruus domino suo tenetur obedire in his quæ dominus potest licite præcipere. Sicut autem licite non potest præcipere dominus seruo quòd nō comedat, aut dormiat: ita etiam nec ꝙ a matrimonio contrahendo abstineat. Intereſt enim ad legislatorem qualiter quilibet rę sua vtatur, & ideo si dominus præcipiat seruo, ꝙ non contrahat matrimonium, seruus non tenetur ei obedire.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si seruus volente domino matrimonium contraxit, tunc debet prætermittere seruitium domini imperantis, & reddere debitum vxori: quia per hoc quòd dominus concessit vt matrimonium seruus contraheret, intelligitur ei concessisse omnia quæ matrimonium requirit. Si autem matrimonium ignorante, vel contradicente domino est contractum, non tenetur reddere debitum, sed potius domino obedire, si vtrumque simul esse non possit. Sed tamen in his multa particularia considerari debent, sicut etiam in omnibus humanis actibus, scilicet periculum castitatis imminēs vxori, & impedimentum quod ex redditione debiti seruitio imperato generat, & alijs huiusmodi, quibus omnibus rite pensatis iudicari potest cui magis seruus obedire teneatur domino, vel vxori.

A ¶ Ad quartum dicendum, quòd in tali casu dicitur, quòd dominus cogendus est ne seruum vendat taliter, quòd faciat onera matrimonij grauiora, præcipue cum non desit facultas ubique seruum suum vendendi iusto pretio.

¶ Ad quintum dicendum, quòd per religionem & ordinis susceptionē aliquis obligatur diuinis obsequijs quantum ad totum tēpus: sed vir tenetur vxori debitum reddere non semper, sed congruis tēporibus, & ideo non est simile.

In Cōcilio Tiburiensi c. Perlatum 39. q. 2.

B ¶ Et præterea ille qui intrat religionem, & susceipit ordinem, obligat se ad opera quæ sunt naturalibus superaddita, in quibus dominus potestatem eius habet, & nō ī naturalibus, ad quæ obligat se per matrimonium: vnde posset continentiam vouere sine consensu domini.

ARTICVLVS III.

c Vtrum seruitus matrimonio possit superuenire.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd seruitus matrimonio non possit superuenire, vt vir se alteri vēdat in seruum, quia quod in fraudem & præiudiciū alterius factū est, ratum esse non debet: sed vir qui se in seruum vendit, facit hoc quandoque in fraudem matrimonij, & ad detrimentū vxoris. ergo nō debet valere talis vēditio ad seruitutē inducēdam.

¶ 2 Præt. Duo fauorabilia præiudicant vni non fauorabili: sed matrimonium & libertas sunt fauorabilia, & repugnant seruituti quę non est fauorabilis in iure. ergo seruitus talis debet penitus annullari.

¶ 3 Præt. In matrimonio vir & vxor ad paria iudicātur, vt supra dictum est: sed vxor non pōt se in ancillā dare nolente marito. ergo nec vir nolente vxore.

dist.32. & Ira magistri in princ.

¶ 4 Præt. Illud quod impedit rei generationē in naturalibꝰ, de

D struit etiā rem generatā: sed seruitus viri nesciēte vxore impedit matrimonij cōtractū antequam fiat. ergo si posset matrimonio superuenire, destrueret mrimonium, quod est incōueniēs.

SED CONTRA. Quilibet pōt dare alteri quod suum est: sed vir est sui iuris, cum sit liber. ergo pōt ius suum dare alteri. *Art. præc.*

¶ 2 Præt. Seruus pōt nolente dño vxorem ducere, vt dictum est. ergo eadem ratione vir pōt dño se subdere nolente vxore.

RESPON. Dicendum, ꝙ vir subditur vxori solum in his quæ ad actum naturæ pertinent, in quibus sunt æquales, ad quæ seruitutis subiectio sę non extendit: & ideo vir nolente vxore potest se alteri in seruum dare, non tamen ex hoc matrimonium dissoluetur, quia nullum impedimentum matrimonio superueniens potest dissoluere ipsum, vt prædictum est. *Dist. 34. q. 1. ar. 1. ad 6.*

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd fraus bene potest nocere ei qui fraudem fecit, sed non potest alteri præiudicium generare, & ideo si vir in fraudem vxoris alteri det se in seruum, ipse damnum reportat, inæstimabile libertatis bonum amittens: sed vxori nullum potest ex hoc præiudicium generari,

E quin teneatur reddere debitum petenti, & ad omnia quæ matrimonium requirit; non enim potest ab his retrahi domini sui præcepto.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantum ad hoc quòd seruitus matrimonio repugnat, matrimonium seruituti præiudicat, quia tunc seruus tenetur vxori reddere debitum, etiam nolente domino.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis in actu matrimonialibus, & his quæ ad naturam spectant, ad paria vir & vxor iudicentur, ad quæ conditio seruitutis non se extendit, tamen quantum ad dispensationem domus, & ad alia huiusmodi superaddita, vir est caput mulieris, & debet corrigere, non autem econuerso; & ideo vxor non potest se dare in ancillam nolente viro.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ratio illa procedit de rebus corruptibilibus, in quibus etiam multa impediunt generationem

quæ non sufficiunt ad destruendum rem generatam: sed in rebus perpetuis potest impedimentum præstari, ne res talis esse incipiat, non autem vt esse desistat, sicut patet de anima rationali: & similiter etiam est de matrimonio, quod est perpetuum vinculum præsenti vita manente. F

ARTICV. IIII. *De ætate contrahentium.*

Hoc habet de dispẽsa. impub. ca. Ex literis.

Vtrum filij debeãt sequi conditionẽ patris.

Hoc etiam sciendum est, ꝙ pueri ante quatuordecim annos & puellę ante duodecim annos, secundum leges matrimoniũ inire nequeũt. Quòd si ante prædicta tẽpora copulam inierint, separari possunt, q̃uis volũtate & assensu parentũ iuncti fuerint. Qui vero in pueritia copulati, post annos pubertatis nolunt se relinquere, sed G in coniunctione permanere, iam ex hoc efficiunt coniuges, & deinceps nequeunt separari. Itẽ. Spõsalia ante septẽniũ cõtrahi nõ possunt: solo enim consensu cõtrahuntur, qui interuenire non potest, nisi ab altera parte intelligat qđ inter eos agit. Duo illa executi sumus cum aliorum quorũdam abiectione, quibus coniugium solui potest, nec tamen solui semper necesse est. Nunc de alijs quæ personas illegitimas penitus faciunt addendum est, & primum de ordine.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ filij debeant sequi cõditionem patris, quia denominatio fit a digniori: sed pater in generatione ẽ dignior quàm mater, ergo &c.

¶ 2 Præt. Esse rei magis dependet a forma quàm a materia: sed in generatione pater dat formam, mater materiam, vt dicitur in 16. de animalibus. ergo magis debet sequi proles patrem quàm matrem.

Videlicet libro 1. de generatiõe animaliũ. c. 2. & cap. vltimo.

¶ 3 Præt. Illud præcipue debet aliquid sequi, cui magis similatur: sed filius plus similatur patri quàm matri, sicut & filia plus matri. ergo ad minus filius deberet sequi patrem, & filia matrẽ.

¶ 4 Præt. In sacra scriptura non computatur genealogia per mulieres, sed per uiros. ergo proles magis sequitur patrem quàm matrem. H

SED CONTRA. Siquis seminat in terra aliena, fructus sunt eius cuius est terra: sed uenter mulieris respectu seminis uiri est sicut terra respectu sementis. ergo &c.

¶ 2 Præt. In alijs animalibus hoc uidemus, quæ ex diuersis speciebus nascuntur, quòd partus magis sequitur matrem quàm patrem, unde muli qui nascuntur ex equa & asino, magis similãtur equis, quàm illi qui nascuntur ex asina & equo. ergo similiter debet esse in hominibus.

RESPON. Dicendum, quòd secundum leges ciuiles partus sequitur ventrem, & hoc rationabiliter, quia proles habet a patre complementum formale, sed a matre substantiam corporis. Seruitus autem corporalis cõditio est, cum seruus sit quasi instrumentum domini in operando, & ideo proles in libertate & seruitute sequitur matrem, sed in his quæ pertinent ad dignitatem, quę est ex forma rei, sequitur patrẽ, sicut in honoribus, & municipijs, & hæreditate, & alijs, & huic etiam concordant canones, & lex Moysi, vt patet Exo. 21. In quibusdam tamen terris quæ iure ciuili non reguntur, partus sequitur deteriorem conditionem, vt si pater sit seruus, quamuis mater sit libera, erunt filij serui, non tamen si post peractum matrimonium pater se in seruum dedit nolente vxore, & similiter si sit econuerso. Si autem vterque sit seruilis conditionis, & pertineãt ad diuersos dominos, tunc diuidunt filios si plures sunt, vel si vnus tantum, vnus alteri recompensabit de pretio, & accipiet prolem natum in sui seruitium: tamen non est credibile quòd talis cõsuetudo possit esse ita rationabilis, sicut illud quod multorum sapientium diuturno studio determinatum est. Hoc etiam in naturalibus inuenitur, quòd receptum est in recipiente per modum recipientis, & non per modum dantis: & ideo rationabile est quòd semen receptum in muliere ad conditionem ipsius trahatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis pater sit dignius principium, tamen mater dat substantiam corporalem, ex parte cuius attenditur conditio seruitutis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in his quæ ad rationem speciei pertinent, magis similatur filius patri quam matri: sed in materialibus conditionibus magis debet similari matri quàm patri, quia res habet a forma esse specificum, sed conditiones materiales a materia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd filius assimilatur patri ratione formæ quam habet in sui complemento, sicut & pater, & ideo ratio non est ad propositum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quia honor filij magis est ex patre quàm ex matre, ideo in genealogijs in scripturis, & secundum communem consuetudinem, magis nominantur filij a patre quàm a matre, tamen in his quæ ad seruitutem spectãt, magis matrem sequuntur.

ARTICVLVS V.

e Vtrum defectus ætatis impediat matrimonium.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ defectus ætatis non impediat matrimonium. Secũdũ.n. leges pueri accipiũt tutorem vsque ad vigintiquinque annos. ergo videtur ꝙ vsque ad tẽpus illud nõ sit cõfirmata ratio ad consensum, & ita videtur ꝙ illud debeat esse temp⁹ statutum ad matrimonia ineũda: sed ante tempus illud matrimonium potest contrahi. ergo defect⁹ statutæ ętatis nõ impedit matrimonium.

De desponsatione impub. c. Vbi non est. 30. q. 1. ca. Sponsalia.

¶ 2 Præt. Sicut vinculum religionis est perpetuum, ita vinculum matrimonij: sed ante decimumoctauũ annum nõ possunt facere professionem secundum nouam institutionem. ergo nec mr̃imoniũ cõtrahere si defectus ætatis matrimoniũ impediret.

De regul. & transeũ. ad relig. ca. Quia in insulis.

¶ 3 Præt. Sicut consensus ad matrimonium requiritur ex parte viri, ita ex parte mulieris: sed mulier ante quartũdecimũ annum potest contrahere matrimonium. ergo & vir.

¶ 4 Præt. Impotentia coeundi, nisi sit perpetua & ignorata, non impedit matrimonium: sed defectus ætatis non est perpetuus, nec ignoratus. ergo non impedit matrimonium.

¶ 5 Præt. Non continetur in aliquo prædictorum impedimentorum, & ita non videtur matrimonij esse impedimentum.

SED CONTRA est, quod decre. dicit, ꝙ puer qui non potest reddere debitũ, nõ est aptus matrimonio: sed ante decimũquartum annum vt in pluribus non potest reddere debitum, vt patet in 9. de animalibus. ergo &c.

De desponsa. impub. ca. Attestationes, & c. ex literis. Videlicet lib. 7. de historijs animaliũ c. 1. in princi.

¶ 2 Præt. Omnium natura constantium positus est terminus magnitudinis & augmenti, & ita videtur cum matrimonium sit naturale, quòd debeat habere determinatum tempus, per cuius defectum impediatur.

RESPON. Dicendum, ꝙ matrimonium cum fiat per modum contractus cuiusdam, ordinationi legis positiuæ subiacet, sicut & alij contractus: vnde secundum iura determinatum est, quòd ante illud tempus discretionis, quo vterque possit de matrimonio sufficienter deliberare, & debitum sibi inuicem reddere, matrimonia non contrahantur, & si non ita facta fuerint, dirimuntur. Hoc autem tempus, vt in pluribus, est in masculis in quartodecimo anno, in femina autem in duodecimo anno, cuius ratio supra dist. 27. dicta est. Quia tamen præcepta iuris positiui sequuntur id quod est in pluribus, si aliquis ad perfectionem debitam ante tempus prædictum perueniat, ita quòd vigor naturę & rationis defectum ætatis suppleat, matrimoniũ non dissoluitur: & ideo si contrahentes ante annos pubertatis carnaliter ante tempus prædictum fuerint copulati, nihilominus matrimonium stat indissolubile.

q. 2. ar. 2. in cor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in illis ad quæ natura inclinat, non exigitur tantus vigor rationis ad deliberandũ, sicut in alijs, & ideo ante potest in matrimonium sufficienter deliberans consentire, quàm possit in cõtractibus alijs res suas sine tutore pertractare.

¶ Et similiter etiam dicendum est ad secundum: quia votum religionis est eorum quæ sunt supra inclinationem naturæ, quæ maiorem difficultatem habent quàm matrimonium.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ mulier citius ad tempus pubertatis peruenit quàm vir, vt dicitur in 9. de animalibus, & supra dist. 27. dictum est, & ideo non est simile de vtroque.

De historijs animalium ca. 5. lib. 7.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex parte ista non solum est impedimentum propter impotentiã coeundi, sed propter defectum rationis, quæ ad hoc non sufficit ad consensum illum rite faciendum, qui perpetuo durare debet.

q. 2. ar. 2. ad ter.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ sicut impedimentum quod est ex furia, reducitur ad impedimentum erroris, ita & impedimentum quod est ex defectu ætatis, quia homo nõ habet vsum plenum liberi arbitrij.

EXPOSITIO TEXTVS.

QVOD *si ipsa fuerit in seruitute detenta &c.* Sciendum, quòd si antequam sit detecta seruitus vxoris, de qua dubitatur, petat debitum, si leui suspicione moueatur, debet reddere debitum, nec ex hoc

ei aliquod præiudicium generatur. Si autem ex causa probabili dubitet, vel vehementer præsumat, aut certe cognoscat, non debet ei debitum reddere ecclesia præcipiente, quia vel sibi præiudicium faceret, si eam vxorio affectu cognosceret, aut alias fornicaretur. A

DIVISIO TEXTVS.

Postq̃ determinauit magister de impedimentis quæ faciunt personas medias inter penitus legitimas, & penitus illegitimas, hic determinat de impedimentis quæ faciunt personas penitus illegitimas. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de impedimentis quæ faciunt personas illegitimas respectu cuiuslibet personæ. In secunda de impedimentis quæ faciunt personas illegitimas respectu aliquarum personarum, & non respectu omnium 39. distin. ibi. *Post hoc de dispari cultu &c.* Prima in duas. In prima determinat de impedimento ordinis. In secunda de impedimento voti, 38. dist. ibi. *Nunc de voto &c.* Prima in duas. In prima ostendit quomodo matrimonium per ordines impediatur. In secunda quomodo impeditur per vxoricidij crimen, ibi. *His adijciendum est &c.*

DISTIN. XXXVII.

A

In quo ordine nequeat fieri coniugium.

Sunt igitur quidam ordines, in quibus [a] nullatenus potest contrahi coniugium, & si intercesserit copula, B fit diuortium, vt sacerdotium, diaconatus, & subdiaconatus. In alijs vero permittitur sortiri coniugiũ, nisi religionis habitum sumpserint, vel continentiæ votum fecerint. Vnde Leo Papa. Clericos, lectores, hostiarios, exorcistas, acolythos, si extra votum & habitum inueniuntur, & continentiam profiteri nolunt, vxorem ducere virginẽ Ecclesia Romana permittit, non viduam, vel repudia-

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De impedimento ordinis.
¶ Secunda, De vxoricidio.

Circa primum quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum ordo præcedens impediat matrimonium.
¶ Secundo, Vtrum matrimonium præcedens ordinem sequi patiatur.

ARTIVCLVS PRIMVS.

a Vtrum ordo impediat matrimonium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ordo nõ impediat matrimoniũ, quia nihil impeditur nisi a suo contrario: sed ordo non est contrarius matrimonio, cum vtrumque sit sacramentum. ergo non impedit ipsum.

¶ 2 Præt. Idem ordo est apud nos, & apud ecclesiam orientalẽ: sed apud ecclesiam orientalem non impedit matrimonium. ergo nec apud occidentalem.

¶ 3 Præt. Matrimonium significat coniunctionẽ Christi & ecclesiæ: sed hoc præcipue congruit significari in his qui sunt ministri Christi. s. ordinatis. ergo ordo matrimoniũ non impedit.

¶ 4 Præt. Omnes ordines ad aliquid spirituale ordinantur: sed ordo non potest impedire matrimonium nisi ratione spiritualitatis. ergo si ordo impedit matrimonium, quilibet ordo impediet, quod falsum est.

¶ 4 Præt. Omnes ordinati possunt ecclesiastica beneficia habere, & priuilegio clericali gaudere, & æqualiter. si ergo ꝓpter hoc ordo matrimoniũ impediat, quia vxorati non possunt habere beneficium ecclesiasticum, nec gaudere priuilegio clericali, vt iuristæ dicunt, tunc quilibet ordo impedire deberet, quod falsum est, vt patet per decre. Alex. de cle. coniu. & sic nullus ordo, vt videtur, matrimonium impediet.

SED CONTRA est quod decretalis dicit, Si in subdiaconatu, & alijs superioribus ordinibus vxores accepisse noscuntur, eos vxores dimittere cõpellatis, qđ nõ esset, si eẽt verũ mr̃imoniũ.

¶ 2 Præt. Nullus vouens continentiam potest matrimonium cõtrahere: sed quidã ordines sunt qui habent votũ cõtinẽtiæ annexũ, vt ex litera patet. ergo talis ordo mr̃imoniũ impedit.

A RESPON. Dicendum, quòd ordo sacer de sui ratione habet ex quadam cõgruentia ꝙ matrimonium impedire debeat, quia in sacris ordinibus constituti sacra vasa & sacramenta tractant: & ideo decens est vt munditiã corporalem per continentiam seruent. Sed ꝙ impediat matrimonium ex constitutione ecclesię habet tñ aliter apud latinos q̃ apud græcos, quia apud græcos impedit matrimonium contrahendum solum ex vi ordinis, sed apud latinos impedit ex vi ordinis, & vlterius ex voto continentiæ, quod est ordinib⁹ sacris annexũ, qđ etiam si quis verbo tenus nõ emittat, ex hoc ipso ꝙ ordinem suscipit, secũdum ritum occidẽtalis ecclesiæ intelligitur emisisse: & ideo apud græcos & alios orientales sacer ordo impedit matrimonium contrahendum, non tamen matrimonij prius contracti vsum. Possunt n. matrimonio prius contracto vti, quamuis non possint matrimoniũ de nouo contrahere: sed apud occidentalẽ ecclesiam impedit matrimonium, & matrimonij vsum, nisi forte ignorante, aut contradicẽte vxore vir ordinem sacrum susceperit, quia ex hoc non potest ei aliquod præiudiciũ generari. Quomodo autem ordines sacri distinguuntur a non sacris nunc, & in primitiua C ecclesia, supra dist. 24. dictum est.

Dist. 32. ca. Serutim.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis ordo sacer non habeat contrarietatem ad matrimonium inquantum est sacramentum, habet tamen repugnantiam quandã ad ipsum ratione sui actus, qui spirituales actus impedit.

q. 2. ar. 1. q. 3. per totũ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd iam patet ꝙ obiectio procedit ex falsis. Ordo enim vbique impedit matrimonium contrahendum, quãuis vbique non habeat votum annexum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illi qui sunt in sacris ordinibus constituti, signant Christum nobilioribus actibus, prout ex dictis in tractatu de ordine patet, q̃ illi qui sunt matrimonio iuncti, & ideo ratio non sequitur.

dist. 24. huius 4. q. 2. ar. 1. q. 3.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ illi qui sunt in minoribus ordinibus constituti, ex vi ordinis non prohibentur matrimonium contrahere; quia quamuis ordines illi deputentur ad aliqua spiritualia, non tamen immediate habent accessum ad tractãdum sacra, sicut illi qui sunt in sacris ordinibus: sed secundũ D statutum occidentalis ecclesiæ matrimonij vsus executionem ordinis non sacri impedit propter seruandam maiorem honestatem in officijs ecclesiæ. Et quia aliquis ex beneficio ecclesiastico tenetur ad executionem ordinis, & ex hoc ipso priuilegio clericali gaudet, ideo hæc apud latinos clericis vxoratis auferuntur. Et per hoc patet solutio ad vltimum.

ARTICVLVS II.

b Vtrum matrimonio ordo sacer superuenire possit.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ matrimonio ordo sacer superuenire non possit, quia fortius præiudicat minus forti: sed fortius est vinculum spirituale quàm corporale. ergo si matrimonio iunctus ordinem suscipiat, præiudicium generabitur vxori, vt nõ possit debitum exigere, cum ordo sit vinculum spirituale, & matrimonium corporale: & sic videtur quòd non possit ordinem sacrum suscipere post matrimonium consummatum. E

¶ 2 Præt. Post matrimonium cõsummatũ vnus coniugum sine alterius consensu non potest continẽtiam vouere: sed ordo sacer habet cõtinentiæ votũ annexum. ergo si vir ordinẽ sacrũ inuita vxore acciperet, cogeretur vxor inuita continentiam seruare, quia non posset alteri nubere, viro viuente.

¶ 3 Pręt. Etiam ad tempus non potest vir vacare orationi sine consensu vxoris, vt habetur. 1. Cor. 7. sed apud orientales illi q̃ sunt in sacris constituti, tenentur ad continentiã tempore quo exequuntur officium suum. ergo nec ipsi possunt ordinari sine consensu vxorum, & multo minus latini.

¶ 4 Præt. Vir & vxor ad paria iudicãtur: sed sacerdos græcus defuncta vxore sua non potest aliam ducere. ergo nec vxor defuncto viro: sed non potest sibi auferri facultas nubendi post mor-

mortem viri per viri actum, ergo vir non potest suscipere ordines post matrimonium.

¶ 5 Præt, Quantum matrimonium opponitur ordini, tm̃ econuerso: sed ordo pcedẽs ĩpedit mr̃imoniũ sequẽs ergo ecõuerso.

SED CONTRA, Religiosi tenent̃ ad continentiã, sicut illi qui sunt in sacris ordinibus: sed post matrimonium põt aliquis religionem ĩtrare defuncta, vel consentiente vxore, ergo & ordinem suscipere.

Vbi supra c. Placuit,

¶ 2 Præt, Aliqs potest fieri seruus hominũ post mr̃imonium, ergo & seru' dei per susceptionẽ ordinis.

Dist. 31. ca. Lex continentiæ.

RESPON. Dicendum, ꝙ matrimonium nõ impedit ordinis sacri susceptionem, quia si mr̃imonio iunctus ad sacros ordines accedat, etiã reclamante vxore, nihilominus characterẽ ordinis suscipit, sed executione ordinis caret: si aũt volẽte vxore, vel ipsa defuncta ordinem sacrum accipiat, recipit ordinem & executionem.

tam, quia deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt, nec laicus uxorem sortitus nisi uirginem, uel bigamus ad clericatum. Item ex Carthaginensi concilio. Placuit episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos etiã ab uxoribus abstinere, quod si nõ fecerint, etiam ab ecclesiastico remoueantur officio. Cæteros uero clericos ad hoc non cogit. Item Leo Papa. Lex continentiæ eadem est ministris altaris, quæ episcopis & presbyteris, qui cũ essent laici, uel lectores, licite uxores ducere potuerunt, sed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis nõ licere quod licuit. Item in 6. synodo. Siquis eorũ qui ad clerũ accedunt, uoluerit nuptiali lege mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat. Item Calixtus Papa. Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, monachis cõcubinas habere, seu matrimonium contrahere penitus [b] interdicimus. contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad pænitentiam debere redigi, iuxta sanctorum canonum districtionem iudicamus. Item Greg. Nullum facere subdiaconum episcopi præsumant, nisi qui se caste uicturum promiserit: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministeriũ fuerit approbata.

Dist. 32. ca. Si quis. — Dist. 27. ca. Presbyteris, — Dist. 27. ca. Nullum,

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ vinculũ ordinis soluit vinculum matrimonij ratione redditionis debiti, ex qua parte habet repugnantiã ad matrimonium ex parte eius qui ordinẽ suscipit, quia non potest petere debitũ, nec vxor tenet̃ ei reddere: sed tñ nõ soluit ex parte alterius, quia ipse vxori tenet̃ debitum reddere, si non possit eam inducere ad continentiam.

¶ Ad secundũ dicendũ, ꝙ si vxor sciat, & de eius cõsensu vir ordinẽ sacrũ susceperit, tenetur continentiam perpetuã vouere: nõ tñ tenetur religionẽ intrare, si sibi nõ timeat de periculo castitatis, propter hoc ꝙ vir eius solẽne votum emisit: secus aũt si emisisset votũ simplex. Si aũt sine eius cõsensu susceperit, non tenetur, quia ex hoc nullum sibi præiudicium generatur.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ sicut probabilius videtur, quamuis quidam contrarium dixerint, etiam græci non debent accedere ad sacros ordines sine consensu vxorum, quia ad minus tempore ministerij sui fraudarentur debiti redditione, quo fraudari non possunt secundum ordinem iuris, si eis contradicentibus, aut ignorantibus viri ordines susceperint.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sicut dicitur eo ipso ꝙ mulier consentit apud græcos ꝙ vir suus ordinem suscipiat, obligat se ad hoc ꝙ ipsa in perpetuũ alteri non nubat, quia significatio matrimonij non seruaret̃, quæ in mr̃imonio sacerdotis pcipue exigit: si autem sine cõsensu eius ordinatur, non vr̃ ad hoc teneri.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ mr̃imoniũ habet pro causa nr̃m cõsensum, nõ aũt ordo, sed habet cãm sacrãlẽ determinatam a deo: & ideo mr̃imoniũ põt impediri ex ordine pcedẽte, ꝙ non sit verũ mr̃imoniũ, nõ aũt ordo ex mr̃imonio ꝙ nõ sit verus ordo: qa sacrorũ virt' est ĩmutabilis, sed act' humani pñt ĩpediri.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de uxoricidio.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum in aliquo casu liceat vxorem occidere.
¶ Secundo, Vtrum vxoricidium impediat matrimonium.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum liceat uiro uxorem interficere in actu adulterij deprehensam.

33. q. 2. ca. Inter sectares. & c. Inter hæc;

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ liceat viro vxorem interficere in actu adulterij deprehensam. Lex enim diuina præcipit adulteras lapidari: sed ille qui legem diuinam exequitur, nõ peccat. ergo nec occidens propriam vxorem, si sit adultera.

¶ 2 Præt. Illud quod licet legi, licet ei cui lex hoc cõmittit: sed legi licet interficere adulteram, aut quamlibet personam ream mortis. cum ergo lex commiserit viro interfectionem vxoris in actu adulterij deprehensæ, videtur quòd ei liceat.

¶ 3 Præt. Vir habet maiorem potestatem super vxorem adulteram, quàm super eum qui cum ipsa adulterium cõmisit: sed si vir percutiat clericum, quem cũm propria vxore inuenit, nõ est excommunicatus. ergo videtur quòd etiam liceat interficere propriam vxorem in adulterio deprehensam.

¶ 4 Præt. Viri est vxorem suam corrigere: sed correctio fit per inflictionem iustæ pœnæ. cum ergo iusta pœna adulterij sit mors, quia est capitale crimen, videtur ꝙ liceat viro vxorem adulteram occidere.

SED CONTRA. In litera dicitur, ꝙ ecclesia dei quæ nunquàm constringitur legibus mundanis, gladium nõ habet nisi spiritualem. ergo videtur quòd ei qui vult esse de ecclesia, non sit licitus vsus legis illius quæ vxoricidium permittit.

¶ 2 Præt. Vir & vxor ad paria iudicantur: sed vxori non licet interficere virum in adulterio deprehensum. ergo nec viro vxorem.

RESPON. Dicendum, ꝙ virum interficere vxorem contingit dupliciter. Vno modo per iudicium ciuile, & sic non est dubium ꝙ sine peccato potest vir zelo iustitiæ, non liuore vindictæ, aut odij motus vxorem adulteram in iudicio sæculari accusare criminaliter de adulterio, & pœnam mortis a lege statutam petere, sicut etiam licet accusare aliquem de homicidio, aut de alio crimine: non tamen talis accusatio potest fieri in iudicio ecclesiastico, quia ecclesia non habet gladium materialẽ, vt in litera dicitur. Alio modo potest eam per seipsum occidere non in iudicio conuictam, & sic extra actum adulterij eam interficere, quantumcumque sciat eam adulteram, neque secũdũ leges ciuiles, neque secũdũ legẽ conscientiæ licet: sed lex ciuilis quasi licitum computat quòd in ipso actu eam interficiat, non quasi præcipiens, sed quasi pœnã homicidij inferẽs, pp maximum incitamentum quod habet vir in tali facto ad occisionem vxoris: sed ecclesia in hoc non est astricta legibus humanis, vt iudicet eum sine reatu pœnæ æternæ, vel pœnæ ecclesiastico iudicio infligendæ ex hoc, quòd est sine reatu pœnæ infligendæ per iudicium sæculare, & ideo in nullo casu licet viro interficere vxorem propria authoritate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pœnam illam infligendam lex non commisit personis priuatis, sed personis publicis quæ habent officium ad hoc deputatum: vir autem non est iudex vxoris, & ideo non potest eam interficere, sed cõram iudice accusare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd lex ciuilis non commisit viro occisionem vxoris quasi præcipiens, quia sic non peccaret: sicut nec minister iudicis peccat latronem occidens condemnatum ad mortem, sed permisit pœnam non adhibẽs: vnde etiam difficultates quasdam apposuit, quibus retraherentur viri ab vxoricidio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc non probatur quòd sit licitum simpliciter, sed quantum ad immunitatem ab aliqua pœna, quia etiam excommunicatio quædam pœna est.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ duplex est cõgregatio. Quædam œconomica, sicut familia aliqua: & quædam politica, sicut ciuitas, aut regnum. Ille igitur qui præest secundæ congregationi vt rex, aut iudex potest infligere pœnam, & corrigentem personam, & exterminantem ad purgationem communitatis cuius curam gerit. Sed ille qui præest in prima congregatione, sicut paterfamilias, non potest infligere nisi pœnam corrigentem, quæ non se extendit vltra terminos emendationis, quam transcendit pœna mortis: & ideo vir qui sic præest vxori, non potest ipsam interficere, sed alias castigare.

ARTI-

ARTICVLVS II.

b Vtrum uxoricidium matrimonium impediat.

Vbi supra. Interfectores.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vxoricidium non impediat matrimonium. Directius enim opponitur matrimonio adulterium, quàm homicidium: sed adulterium nõ impedit matrimonium. ergo nec homicidium uxoris.

¶ 2 Præt. Grauius peccatum est occidere matrem q̃ uxorem, quia numquã licet uerberare matrem, licet autẽ verberare uxorem: sed occisio matris non impedit matrimonium. ergo nec occisio uxoris.

¶ 3 Præt. Magis peccat qui uxorem alterius propter adulteriũ interficit, quàm qui uxorem suam, inquantum minus habet de motiuo, & minus ad eum spectat eius correctio: sed qui alienam vxorem occidit, non impeditur a matrimonio. ergo nec ille qui propriam uxorem interficit.

¶ 4 Præt. Remota causa remouetur effectus: sed peccatũ homicidij potest p pænitentiam remoueri. ergo & impedimentũ matrimonij quod ex eo causatur, & ita uidetur quòd post peractam pænitentiã nõ prohibeatur matrimoniũ contrahere.

SED CONTRA est quod canon dicit. Interfectores suarum coniugium ad pænitentiã redigendi sunt, quibus penitus denegatur cõiugium.

¶ 2 Præt. In eo in quo quis peccat, debet etiam puniri: sed peccat cõtra matrimonium qui uxorẽ occidit. ergo debet puniri, ut matrimonio priuetur.

De interfectoribus suarum coniugium.

B

HIs adijciendum est de occisoribus suarum coniugum, de quibus Nicolaus Papa scribit Rodulpho Bituricensi archiepiscopo. Interfectores suarum cõiugum sine iudicio, cum non addis adulteram, uel aliquid huiusmodi, quid aliud habendi sunt quàm homicidæ? Ac per hoc ad pænitentiam redigẽdi, quibus penitus [b] denegatur coniugiũ. Hic uidetur Nicolaus permittere maritis pro adulterio, aut alio huiusmodi uxores suas interficere, sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio, non materiali criminosos feriri iubet. Vnde idem Nicolaus. Inter hæc uestra sanctitas addere studuit, si cuius uxor adulterium perpetrauerit, utrum marito eius secundum mundanam legem interficere [a] eam liceat. Sed sancta Dei Ecclesia numquàm mundanis constringitur legibus, gladium nõ habet nisi spiritualem. Item Pius Papa. Quicumque propriam uxorem absque lege, & sine causa interfecerit, aliamque duxerit armis depositis publicam agat pænitentiam, & si contumax extiterit anathematizetur usquequo cõsentiat.

Vbi supra. Inter hæc. — Item ca. Quicumq; propriam. — Interfectores.

DISTINCTIO XXXVIII.

A

De uoto.

NVNC de uoto inspiciamus. Votum est [a] testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo, & de his quæ Dei sunt proprie fieri debet. Sunt tamẽ & uota stultorum, quæ frangenda sunt.

De uotorum differentijs.

SCIENDVM uero quòd uotorum aliud est [b] commune, aliud singulare. Commune, ut illud quod in baptismo omnes faciunt, cum spondent renũtiare diabolo, & pompis eius. Singulare, ut cũ aliquis spõte promittit seruare uirginitatem & continentiam, uel aliquid huiusmodi. Item singulare uotum aliud est priuatum, aliud solemne. Priuatum est in abscondito factum, solemne uero in cõspectu Ecclesiæ factum. Item priuatum si uioletur, peccatum est mortale: solemne uero uiolare, peccatum & scandalum est. Qui priuatum faciunt uotum continentiæ, matrimonium contrahere non debent, quia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separentur, quia probari non potest qđ occulte factum est. Qui uero solemniter uouent [c] nullatenus coniugium inire queunt, quibus non solum nubere, sed & uelle damnabile est. Vnde August. In coniugali uinculo si pudicitia seruatur, damnatio non timetur: sed in uiduali continentia, & uirginali excellentia uirtus muneris amplioris expetitur, qua expetita, & electa, & uoto oblata, iam non solum capescere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere uelle damnabile est. Vouentibus enim uirginitatem, uel uiduitatem non solum nubere, sed etiam uelle damnabile est. Quod Apostolus ostendit Timotheo scribens. Adolescentiores uiduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt, idest, cum post uo-

Hanc voti definitionem ponit & Hug. de S. Vict. li. 2. de sacramentis part. 12. c. 3.

De bono viduitatis ad Iulianum. ca. 9. Et habetur 27. q. 1. c. Nuptiarũ. §. In cõiugali.

Ex Hiero. vt habetur dist. 27. c. 17 q. 1. cap. Vouentibus. 1. ad Tim. cap. 5.

RESPON. Dicendum, quòd uxoricidium ex statuto ecclesiæ matrimonium impedit, sed quandoque impedit contrahendum, & non dirimit contractum, quando scilicet uir propter adulterium, aut propter odium occidit uxorem, tamen si timetur de incontinentia eius potest cum eo dispensari per ecclesiam, ut licite matrimonium contrahat. Quandoque etiam dirimit contractum, ut quãdo aliquis interficit uxorem suam ut ducat eam cum qua mœchatur: tunc enim efficitur illegitima persona simpliciter ad contrahendum cum illa, ita quòd si de facto cum ea contraxerit matrimonium, dirimitur: sed ex hoc non efficitur persona simpliciter illegitima respectu aliarum mulierum, unde si cum alia contraxerit, quàmuis peccet contra statutum ecclesię faciens, tamen matrimonium contractum non dirimitur propter hoc.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homicidiũ & adulterium in aliquo casu impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, sicut de uxoricidio hic dicitur, & de adulterio, ut habitum est supra dist. 35. Vel dicendum, quòd uxoricidium est contra substantiam coniugij, sed adulterium est contra bonum fidei ei debitæ: sic adulterium non est magis contra matrimonium quàm vxoricidium, & ita ratio pcedit ex falsis.

In expositione literę

¶ Ad secundum dicendum, quòd simpliciter loquendo, grauius peccatũ est occidere matrem q̃ uxorem, & magis contra naturã, quia naturaliter homo matrem reueretur: & ideo minus inclinatur ad interfectionem matris, & proniorem ad interfectionem uxoris, ad cuius pronitatis repressionem uxoricidis est matrimoniũ ab ecclesia interdictum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd talis nõ peccat contra matrimoniũ, sicut ille qui propriam uxorem interficit, & ideo nõ est simile.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non est necessariũ, quòd deleta culpa deleatur omnis pœna, sicut de irregularitate patet: non enim pænitentia restituit in pristinam dignitatem, quàmuis possit restituere in pristinum statum gratiæ, ut supra dist. 14. dictum est.

q. 2. ar. 2. in cor. & fere per totum.

EXPOSITIO TEXTVS.

VXOREM *uirginem &c.* intelligit sub hypotesi, idest, si ad clericatum redire desiderat ad sacerdotium promouẽdus. *Sãcta dei ecclesia gladium non habet &c.* Contra est qđ Ber. dicit ad Eugenium, quòd ecclesia utrũque gladium habet. Et dicendum, quòd habet spiritualem tantum quantum ad executionem sua manu exercendam: sed habet etiam temporalem quantum ad eius iussionem, quia eius nutu extrahendus est, ut dicit Bernardus.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de impedimento ordinis, hic determinat de impedimento voti, & diuiditur in partes duas. In prima ostendit, quomodo homo impeditur a matrimonio contrahendo per uotum, quo deo se obligat. In secunda, quomodo impeditur a matrimonio per aliud matrimonium iam contractum, quo se homo uxori obligauit ibi. *Cum uir & mulier &c.* Prima in tres. In prima ostendit, quid sit uotum. In secunda, distin-

distinguit multiplex votū, ibi. *Sciendum uero quòd uotorum &c.* In tertia ostendit, quod votum, & qualiter matrimonium impedit, ibi. *Qui priuatum faciunt votum &c.* Et hæc pars diuiditur in duas. In prima ostendit quòd votum continentiæ impedit matrimonium. In secunda ostendit quid agendum sit cum eis qui post votum nupserint, ibi. *De uirginibus autem non uelatis &c.* Et circa hoc tria facit. Primo ostendit qui debent agere pœnitentiam. Secundo objicit in contrariū, ibi. *Non est hic prætermittendum &c. Cum uir & mulier &c.* Hic determinat de alio impedimento matrimonij, quod supra dictum est ligamen, & diuiditur in partes duas. In prima ostēdit quòd matrimonium præcedens dū stat, impedit ab alio matrimonio contrahendo. In secunda ostendit quomodo adhuc matrimonio stante potest esse cōiunctio secundi matrimonij sine peccato, quàmuis non sit uerum matrimonium, ibi. *Hic quæritur de illis feminis &c.* Et hæc in duas secundum duos casus quos ponit. Secunda pars incipit, ibi. *Sed si quis relicta &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De voto.
¶ Secunda, De scandalo, quod alicui voto adiungitur, vt in litera dicitur. De ligaminis .n. impedimento idem est quærere quod de pluralitate vxorum, & de indiuisibilitate matrimonij, de quibus supra dist. 33. dictum est.

q.1. fere per totū quantū ad uxorum pluralitatem, & q.2. Similiter quantū ad matrimonij inseparabilitatem.

Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primo, De voto secundum se.
¶ Secundo, De voti diuisione.
¶ Tertio, De voti obligatione.
¶ Quarto, De voti dispensatione.
¶ Quinto, De relatione virginum, quæ fit in signum cuiusdam voti.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum uotum conuenienter in litera diffiniatur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd uotum inconuenienter in litera diffiniatur. Votum enim de sui nominis ratione propositum voluntatis importat sine aliqua promissione. Vota enim fieri dicuntur, quæ uoluntarie fiunt, quod etiam per aliam diffinitionem de uoto datam patet. Votum est conceptio boni propositi cum deliberatione firmata, qua quis ad aliquid faciendum, uel nō faciendum se deo obligat. ergo nō debuit promissionem ponere in diffinitione uoti.

¶ 2 Præt. Promittere progreditur a mente, sicut & credere: sed credere nullus potest nisi uolens. ergo, nec promittere, & ita frustra additur, spontanee.

¶ 3 Præt. Promissio non est id quod promissionis testificatio: sed uotum est quædam promissio, ut patet per diffinitionem Hug. de Sancto Victo, qui dicit, quòd uotum est sponsio animi uoluntaria. ergo male dicit magister, quòd uotum est promissionis testificatio. Lib. 2. de sacramentis par. 12. c. 2.

¶ 4 Præt. *Illud* quod ponitur in diffinitione, debet uniuersaliter diffinito conuenire: sed non omne uotum fit deo, quia etiam sanctis uota fiunt, ergo inconuenienter ponitur in diffinitione uoti, quod debet deo fieri.

¶ 5 Præt. Iuristæ sic diffiniunt uotum. Votum est alicuius boni cum deliberatione facta promissio: sed non omne bonum est de rebus ad deum pertinentibus, immo quædam pertinent ad proximum. ergo non debet in diffinitione uoti poni, qđ sit de rebus ad deū pertinentibus. 27.q.1.c.Viduas a proposito.

¶ 6 Præt. Ad uotum requiritur animi deliberatio, ut patet p quandam diffinitionem a magistris de uoto datam, quæ talis est. Votū est promissio melioris boni ex deliberatione firmata. cum ergo in prædicta diffinitione quæ in litera ponitur, nō fiat mētio de deliberatione, uidetur insufficiens.

VLTERIVS. Videtur quòd uotū non sit tantum de meliori bono, quia illud quod est necessitatis non reputatur bonum melius, sed commmune bonum: sed de eo quod est necessitatis potest esse uotum, sicut Iacob Genes. 27. uouit quòd esset sibi dominus in deum. ergo non oportet quòd sit de meliori bono. II Vbi supra, ar. 2, 27.q.1.cap. Hæc uoto.

¶ 2 Præt. Vota quædam fiunt de rebus indifferentibus, sicut mulieres præcipue solent uouere, quòd non pectinent caput tali, uel tali die: sed indifferentia non includitur in bonis meliotibus. ergo uotum non est semper de bouo meliori.

¶ 3 Præt. Illud quod est illicitum, non est bonum, nedum ut sit melius: sed de illicito potest esse uotum. sicut patet de Iepte, qui propter uotum occidit filiam innocentem, qui ut dicit Hiero. in catalogo sanctorum ponitur: quia placuit deo animus uouentis. ergo uotum nō est semper de meliori bono.

¶ 4 Præt. Meliora bona uidentur illa esse, de quibus est consilium: sed de illis quæ possunt uergere in periculum personæ non est consilium, quæ tamen quidam uouent, sicut quòd abstineant duobus, uel tribus diebus a cibo, quod sine periculo personæ sustinere non possunt. ergo uotum non est semper de meliori bono. I

SED CONTRA est diffinitio uoti prius posita, scilicet, Votum est promissio melioris boni &c. In arg. ult. quæst. 1.

VLTERIVS. Videtur quia etiam ille qui non est sui iuris possit aliquid uouere, quia obligatio quæ fit in inferiori nō potest impedire seruitium superiori domino impendendum: sed per uotum aliquis se obligat ad seruiendum deo. ergo obligatio qua seruus est obligatus domino suo, homini tamen, nō potest eum a uoto prohibere. III Vbi supra, ar. 8.

¶ 2 Præt. Filius familias est in potestate patris: sed potest uouere etiam contradicente patre, sicut quotidie fit, quòd inuitis parentibus iuuenes in religionibus profitentur. ergo ille qui non est sui iuris potest uotum emittere.

¶ 3 Præt. Nullus est magis in potestate alterius, quàm monachus qui obedientiam promisit: sed monachus potest uouere, ut uidetur, cum in quibusdam sit suæ uoluntatis arbitrio, non enim in omnibus tenetur obedire prælato, ut Ber. dicit, sed in his tantum quæ ad religionem pertinent. ergo &c. In Epist. 7. ad Adamū Monachū.

¶ 4 Præt. Vxor etiam est sub potestate uiri, ut patet Gen. 3. sed uxor in quibusdam potest uouere sine consensu uiri. ergo &c.

SED CONTRA est, quòd non licet sacrificium ex alieno deo offerre: sed ille qui uotum emittit, quodammodo sacrificium deo offert. ergo si sit in potestate alterius non potest uotum emittere.

¶ 2 Præt. Votum cum habeat spontaneam promissionem, libertatem requirit: sed ille qui est in potestate alterius non habet libertatem. ergo non potest uouere.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd uotum suo nomine obligationem quandam exprimit ex uoluntate factam: & quia uoluntate non potest aliquis obligari, nisi ei qui uoluntatis est cognitor, quod solius dei est, ideo ex consequenti importat obligationem deo factam, & ex consequenti de

A

il de his quæ ad deum spectant, cum personæ obligatio alicui facta de his quæ ad deum non spectant, nulla sit: obligatio autem homini exterius sit uerbo exterius expresso. Vnde dicitur Prouerb. 9. Illaqueatus es verbis oris tui: & ideo ei qui cor intuetur, oportet quòd fiat obligatio uoluntaria interiori uerbo, & ideo oportet ꝙ fiat per actum illius potentiæ, cuius est uerbū interius enūtiare, quod est rationis: & ideo ipse actꝰ rationis qui est promissio, est essentialiter uotum. Quòd enim promissio sit rationis actꝰ, patet tum ex hoc quòd est enuntiatio quædam: tum ex hoc ꝙ promittens rō promissam ad alterum ordinat. Omnis autem ordinatio, rationis est, promissio autem exterius facta quandoque dicitur nuda, quando non habet aliquid additum quod obligationem confirmet, & tunc non habet plenam uim obligandi. Similiter etiā promissio interius facta deo ad hoc, quòd plenam uim obligandi habeat, oportet quòd non sit nuda, sed habeat aliquid quo confirmetur. Et hæc quidem confirmatio per tria gradatim habet fieri. Primo, per deliberationem simplicem. Secundo per intentionem obligandi se ad certam pœnam. Tertio, per hoc quòd testimonium hominum adhibetur promissioni interiori, & sic de uoto dantur plures diffinitiones secundum diuersa eorum quæ requiruntur ad uotum in diffinitionibus illis comprehensa, & possent adhuc multo plures dari: diffinitio tamen quam magister ponit, uidetur esse perfectissima, quia ponit & promissionem quæ est essentialiter uotum, & tangit uoluntatē in hoc quòd dicitur, spontaneæ, quæ est causa obligationis: & confirmationem ultimam promissionis, quæ alias includit in hoc quòd dicit, testificatio: & voti terminum, quia est actus ad alterum in hoc quòd dicit, quia debet deo fieri: & materiā, in hoc quòd dicit, quod est de his quæ dei sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uoile aliquid non est uouere, & ideo propositum non est uotum, sed enuntiatio illius propositi per modum promissionis: & quia enuntiatio interior conceptio cordis dicitur, ideo in illa diffinitione ponitur uotum esse propositi conceptio: si tamen simpliciter uotum diceretur esse propositū, esset prædicatio per causam, quia propositum est principium uoti, sicut etiam quandoq; ipsum desiderium oratio uocatur, ut supra dist. 15. dictum est. amic. 7. ubi. ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd promissio quandoq; fit ore, & non corde, & talis quo ad deū non est uotum: & ideo oportuit addere spontaneæ. Et præterea, quàmuis homo non possit cogi sufficienter simpliciter ad promittendum, potest tamē cogi coactione quadam interpretatiua ad exteriorem promissionem, sicut & alia opera uoluntatis exteriora, non autem ad promissionem interiorem, sicut nec ad fidem. Magister autem diffinit uotum exterius prolatum, quod potest matrimonium impedire: sic enim intendit hic de uoto, & hoc uotum est testificatio interioris promissionis, non ipsa interior promissio. Et per hoc patet solutio ad tertium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd uotum non fit sanctis, nisi secundum quod per suffragia sunt mediatores inter nos & deū, sicut & oratio ad sanctos fit, & ideo omne uotum principaliter ad deum reducitur, sicut & oratio.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illa diffinitio iuristarum est intelligenda non de quolibet bono, sed de eo quod pertinet ad pietatis religionem, & hoc dei est siue fiat in proximo, sicut in proxima materia, siue in seipso, siue in deo.

¶ Ad sextum dicendum, quòd in testificatione includitur deliberatio, ut dictum est.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut ex iam dictis patet, uotum non potest esse nisi de aliquo bono ad cultum dei pertinente quocumque modo, & ideo omne malū obuiat uoto ex parte eius cui fit obligatio: sed ex parte eius ex quo talis obligatio procedit, s. uoluntatis, omnis necessitas aliquo modo obuiat uoto. Est autē duplex necessitas. Vna absoluta, & talis necessitas omnino excludit uotum: sicut si aliquis uoueret se non moriturum, uel ea quæ omnino non sunt in potestate eius, nullum esset uotum. Alia est necessitas conditionata ex suppositione finis, & sic inest nobis necessitas faciendi illa, sine quibus non possumus salutem consequi, sicut sunt præcepta ad quæ alias tenemur, & talis necessitas nō excludit omnino uotum in uenitur. enim quandoque large ac cipiendo uotum, esse de his quæ sunt sub tali necessitate, sed excludit talis necessitas uotum proprie dictum: & ideo si uotum accipiatur secundum propriam sui rationem, est proprie de bonis illis, ad quæ non omnes tenentur, quæ supererogationis sunt, & ideo dicuntur meliora bona, quia superadduntur illis bonis, fine quibus nō est salus: & ideo uotum proprie acceptum, dicitur esse de meliori bono. 27.q.1.c.Viduas a proposito. §. Si virgines.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa Iacob promissio magis fuit recognitio quædam obligationis, quàm obligationis causa, & ideo non potest proprie, sed largo modo votum dici. Vel dicendum, quòd uotum Iacob nō fuit de eo quod erat necessitatis, sed de speciali modo cultus per altaris constructionem, & decimarum exhibitionem, & ideo fuit de meliori bono.

¶ Ad secundum dicendum, quòd talia uota mulierum sunt sortilegia magis quàm uota. Sunt enim reliquiæ quædam idolatriæ, secundum quam obseruabantur dies & menses, & ideo pro non uotis habenda sunt, & peccant talia uouentes, quia ut Hieronymus dicit. Cum infidelibus etiam nec nomina habere debemus communia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd uotum si sit de eo quod est simpliciter malum, non est uotum nisi equiuoce, & ideo nullo modo obligat. Si autem est de eo quod uno casu contingente potest esse bonum, & alio malum, si sit in omnem euentum, est indiscretum: si autem sit in bonum euentum per intentionem uouentis, est discretum, & in malo euentu non obligat. Votum igitur Iepte fuit de eo quod in aliquo euentu poterat esse bonū. S. si obuiaret animal immolatitium, & in aliquo euentu non bonum. s. si obuiaret animal non immolaticium, & quia uouit in omnem euentum, uotum indiscretum fuit. ergo in uoto eius quantum ad emissionē uoti, est aliquid laudabile, scilicet deuotio & fides qua sperabat a deo victoriam, & sic dicitur esse motus a spiritu sancto, sed determinatio uoti est indiscreta: quantum autem ad executionem ipsum factum est crudele, sed figura est ibi laudabilis. Et ideo quamuis uotum eius fuerit aliquo modo laudabile, ipse tamen non excusatur a peccato, quia fuit in uouendo stultus, & in reddendo impius ut Hiero. dicit: ponitur tamen in catalogo sanctorum, propter victoriam quam a deo obtinuit, sicut & alii sancti. D.1001. Lib. 1. contra Iouinianum circa med. to. 2.

D ¶ Ad quartum dicendum, quòd in periculum personæ vergens uotum non est seruandum, quia nullus potest aliquid uouere in periculum personæ suæ, & ideo tutum est quòd in talibus quæratur dispensatio superioris: si tamen eam non daret, & periculum imminueret, posset secure frangere uotum. Posset autem periculum imminere uel ex infirmitate, uel ex paupertate, ut si non habeat aliud ad comedendum quàm illud, a quo uouit abstinere.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd ex iam dictis patet, quòd uotū non potest emitti ab aliquo, nisi de his quæ subiacent voluntati eius, & ideo ille qui est sub potestate alterius constitutus, quantum ad ea in quibus ei subiacet, uouere nō potest, quia talia non subiacent eius uoluntati. Similiter etiam illi qui non habent usum liberi arbitrii, sicut aliqui qui non sunt sanę mentis uouere non possunt, nec etiam pueri ante annos pubertatis. D.1207.

E AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc ipso quòd seruit homo domino suo carnali, seruit spirituali, vnde Apostolus propter conscientiam eis esse seruiendum docet: & quia hoc est necessitas, non potest per id quod non est necessitas impedire: sicut nec illud quod cadit sub præcepto, potest per id quod cadit sub consilio tolli.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex quo homo uenit ad annos pubertatis, non est sub potestate alterius, si sit liberæ conditionis quantum ad ea quæ ad personam suam spectant, & ideo sicut talis inuitis parentibus potest matrimonium contrahere, ita inuitis eis potest religionem profiteri: sed quantum ad res domesticas non potest aliquid uouere sine consensu patris.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis religiosus non teneatur ad obediendum in omnibus quæ ei possent imperari, tamen tenetur ad obediendum quantum ad omne tempus de his quæ sibi imperari possunt: sicut & seruus non est exemptus aliquo tempore a seruitio domini sui, & ideo nullum tempus est eis vacās, quo possint quodlibet facere. Et quia omne uotū est aliquo tēpore

pore complendum, ideo sicut nec seruus, ita nec religiosus aliquod votum emittere potest sine consensu sui superioris.
¶ Ad quartum dicendum, q in his in quibus vxor viro tenetur, & econuerso, neuter potest vouere sine mutuo consensu, sicut patet de voto continentiæ. Sed quia in dispensatione domus, & regimine vitæ mulier est subiecta viro, & nō econuerso, ideo vir potest in talibus vouere sine consensu vxoris, sed nō econuerso.

reuersæ, a nobis, & ab omnibus fidelibus, a liminibus Ecclesiæ, & a cœtu fidelium vsque ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceribus tradendæ. Ex his apparet uir-

ARTICVLVS II.

b *Vtrum uotum conuenienter diuidatur in commune, & singulare.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd uotum inconuenienter diuidatur in commune, & singulare, quia diuisum debet secundum eandem rationem prædicari de diuidentibus: sed votum non eadem ratione prædicatur de voto communi, & singulari, quia singulare proprie est votum, non autem commune, vt ex dictis patet. ergo est incompetens diuisio.
¶ 2 Præt. Singulare non diuiditur contra commune: sed magis proprie contra vniuersale. ergo & votum deberet hic diuidi in singulare, & vniuersale.
¶ 3 Præt. Omne votum sui transgressione inducit speciale peccatum: sed uotum commune sui transgressione non inducit speciale peccatum, quia sic homo posset baptismum quoliber peccato peccaret dupliciter. ergo non est votum aliquod commune.
¶ 4 Præt. Ille qui non habet vsum liberi arbitrij non potest votum emittere sed baptismum suscipit aliquis nō habēs usum liberi arbitrij. ergo in baptismo non fit aliquod votum, quod commune dici debeat.

VLTERIVS. Videtur quòd votum non conuenienter diuidatur in priuatum, & solemne. Est enim aliquod votum publicum quod non est solemne, nec priuatum. ergo non est sufficiens prædicta diuisio.
¶ 2 Præt. Diuisio debet esse per ea quæ sunt essentialia rei: sed priuatum & solemne non diuidunt votum per aliquod quod sit ei essentiale, quia votum essentialiter est quædam obligatio deo facta, quantum autem ad deum non differt obligatio vtrū fiat in secreto, vel coram pluribus. ergo prædicta diuisio est incompetens.
¶ 3 Præt. Quando aliquod communi diuisione per se diuiditur, oportet quòd diuisa specie differant: sed votum priuatum & solemne non differunt specie, quia sic non posset aliquod votum priuatum solemnizari, cum species non transeant in inuicem. ergo prædicta diuisio est incompetenter data de voto.
¶ 4 Præt. Sicut votum habet quædam quæ pertinent ad solemnitatem, ita matrimonium, & alia sacramenta: sed in matrimonio non distinguitur simplex matrimonium a solenni. ergo nec in voto talis distinctio esse debet.

VLTERIVS. Videtur quòd votum non solemnizetur per professionem ad certam regulam, & per ordinis sacri susceptionē, vt quidā dicūt. Solēnitas enim ponitur differentia voti communiter dicti: sed quædam vota sunt quæ non habentur sub aliqua certa regula, neque sunt ordini sacro annexa, sicut votum peregrinationis. ergo illa duo non sufficiunt ad solemnitatem voti faciendam.
¶ 2 Præt. Dicitur etiam a quibusdam, quòd votum solemnizatur per susceptionem habitus religionis: sed quandoque suscipitur habitus religionis sine professione, vel ordinis susceptione. ergo &c.
¶ 3 Præt. Ante constitutionem certarum regularum potuit votum solemnizari, etiam sine ordinis susceptione: sed nunc non minus possunt se homines obligare deo, quàm prius. ergo & nunc solemnitas voti potest esse sine professione certæ regulæ.
¶ 4 Præt. Professio certæ regulæ potest fieri in priuato: sed votum solemne hic contrà priuatum diuiditur. ergo professio certæ regulæ non est sufficiens ad votum solemnizandum.

SED CONTRA, Effectus voti solemnis proprius est dirimere matrimonium contractum: sed solum votum quod est annexum ordini, & quod est ad certam regulam, dirimit matrimonium contractum. ergo solum his modis votum solemnizatur.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd diuisio illa, qua votum diuiditur in singulare & commune, est diuisio analogi, quod prædicatur per prius & posterius de suis

gines, uel uiduas uoto continentiæ astrictas, siue fuerint uelatæ, siue non, nullatenus coniugium sortiri posse. Quod itidem de omnibus intelligendum est, qui conti

diuidentibus, sicut ens de substantia & accidente. Cum n. votum sit obligatio ex voluntate facta, necessitas autem voluntarij excludit, illud votū qd nihil habet necessitatis dicitur per prius votum quasi habēs complete rationem voti, & hoc est votum singulare, quod est de illis, ad quę non tenemur. Illud autem votum quod habet aliquid necessitatis, habet incomplete rationem voti, & ideo dicitur per posterius votum: & hoc est votum commune, quod est de his ad quæ omnes tenentur, quorum est necessitas conditionata, non absoluta, vt ex dictis patet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de diuisione vniuoci, & talis non est hic.
¶ Ad secundum dicendum, quòd votum comune est quidam singularis actus, & a singulari persona emissum: vnde non posset conuenienter dici uniuersale, sed dicitur commune ratione horum de quibus est, ad quæ omnes tenentur.
¶ Ad tertium dicendum, quòd transgressio voti cōmunis non facit speciale peccatum, sed addit peccato specialē deformitatem. Magis enim peccat baptizatus eodem genere peccati, quàm non baptizatus, ut patet Hebr. 10. Quanto putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit &c. & ideo non frustra emittitur, cum aliquam obligationem addit, sicut lex scripta addit aliquam obligationem supra legem naturæ: & ita non facit aliud peccatum, sed nonam deformitatem addit.
¶ Ad quartum dicendum, quòd ratio illa procedit de uotis quæ sunt de his ad quæ non omnes tenentur: sed ex hoc quòd uice pueri patrinus uotum commune emittit, nihil puero deperit, quia ad idem alias esset obligatus: nec obstat quòd sit maior obligatio, quia huic præponderat magnitudo beneficij quę impeditur. Non. n. iniuriam facit puero qui pro eo beneficium accipit ab aliquo, cui postea puer ad annos discretiōis uenię, ad seruitium, uel gratiarum actionem teneatur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd diuisio uoti in priuatum, & solemne est, diuisio totius potestatiui in partes suas, cuius perfecta uirtus est in una suarum partiū. In alijs autem quædam ipsius participatio, sicut anima diuiditur in rationalem, sensibilem, & uegetabilem. Virtus autē a uoto est obligatio, quę quidem uirtus complete est in uoto solemni, cuius obligatio nullo casu irritari potest, sed est incomplete in uoto priuato, cuius obligatio aliquo casu irritatur, ut dicetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uotum potest dici publicum dupliciter. Vno modo per se, quia habet aliquid annexum, unde in publicum uenire debeat: sicut cum quis recipit ordinem sacrum, per quē minister ecclesiæ constituitur ad publice deo seruiendum. Alio modo per accidens, sicut quando in notitiam plurimorum uenit: & quia rei iudicium non uariatur per id quod est per accidens, sed secundum id quod est per se, ideo uotum publicum secundo modo in idem computatur quod priuatum: sed publicum primo modo distinguitur a priuato, & hoc est solemne.
¶ Ad tertium dicendum, quòd dicta diuisio datur per ea quæ sunt essentialia uoto. Illud enim ex quo uotum habet uim obligandi, est sibi essentiale, unde non est uerum q̄ æqualiter obligent omnibus modis nec quo ad deū, nec quo ad homines: sed aliquo modo æqualiter obligant, ut dicetur.
¶ Ad tertium dicendum, quòd naturalis est ordo quo fit progressus de imperfecto ad perfectum: unde & in totis potestatiuis fit progressus ab una parte in aliam, sicut embrio prius habet animam uegetabilem aliquo modo, quàm sensibilem, & sensibilem quàm rationalem. Et similiter etiam non est inconueniens, quòd idem uotum primo sit priuatum, & postea publicum.
¶ Ad quartum dicendum, quòd matrimonium, & alia sacramenta habent plenum effectum suum prætermissis his quæ ad solemnitatem sacramenti pertinent propter hoc, quòd habent efficaciam ex uirtute diuina, & non ex institutione humana: sed uotū quod obligat per id quod ab homine est, non habet perfectam uim obligandi nisi debita solemnitate abhibita: & ideo uotū distinguitur per solemne, & non solemne, non autem

matrimonium, uel aliquod aliud sacramentum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd uotum, ut dictum est, dicitur solemne ex hoc, quòd habet completam uim obligandi. Ea enim ad solemnitatem rei pertinere dicuntur, quæ ei completum esse tribuunt: uotum autem cum esset

nentiam uouerunt. Quod enim ante erat licitum, post uotum fit illicitum. Non est igitur prętermittendum quod Inno. Papa de uiduis & puellis decreuit, quæ Christo spiritualiter nubunt, & si postea publice nupserūt, non eas admittendas esse ad pœnitentiam, nisi his quibus se iunxerant, de mundo recesserint. Si enim de omnibus hæc ratio cu-

stoditur, ut quæcumque uiuente uiro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia conceditur, nisi unus de illis fuerit defunctus: quanto magis de illa tenenda est, quæ ante se immortali sponso coniunxerat, & post ad humanas nuptias transmigrauerit? Attende quòd non solū cōiugium talibus negare uidetur,

ne uotum de necessitate obligat.
¶ 5 Præt. Ille qui moratur in religione ultra tempus probationis determinatum, & si ore non profiteatur, uotum interpretatum fecisse dicitur: sed hoc uotum, ut uidetur, non necesse est eū obseruare, quia nihil ipse promisit, nec uidetur teneri semper ad ea quæ uotū professionis continet, cū quandoque tpe probationis non uidentur statuta regulæ obseruari, & ipse nō intendit intrare monasteriū, nisi ut uiueret sicut alij uiuunt. ergo uidetur q̄ non omne uotū obliget, ut necessario seruetur.
¶ 6 Præt. Nullus obligatur ad id quod dependet ex arbitrio alieno, sicut cum quis uouet intrare aliquod claustrum religionis, est enim in potestate illorum eum recipere, uel non. ergo si ipsi nolint, non uidetur quòd obligetur ad uotū soluendum.
¶ 7 Præt. Quicumque tenetur ad aliquid sine temporis determinatione, tenetur ad statim. si ergo uotum obligaret, qui facit uotum, & non determinat tempus, teneretur ad statim soluendum, quòd non uidetur uerum.

SED CONTRA est, quod dicitur Deuter. 23. Cum uotū uoueris domino deo tuo, non tardabis reddere.
¶ 2 Præt. August. dicit, quòd uouere est uoluntatis, sed reddere necessitatis.

VLTERIVS. Videtur quòd per obligationem uoti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat. Fortius enim uinculum præiudicat debiliori: sed uinculum uoti est fortius, quàm uinculū matrimonij, quia hoc facit homini, illud deo. ergo uinculum uoti præiudicat uinculo matrimonij.
¶ 2 Præt. Præceptum dei non est minus quàm præceptum ecclesiæ: sed præceptum ecclesiæ adeo obligat, quòd si contra ipsum matrimonium contrahatur, dirimitur: sicut patet de illis qui contrahunt in aliquo gradu consanguinitatis ab ecclesia prohibito. ergo cum seruare uotum sit præceptum diuinum, videtur quòd cum quis cōtra uotum diuitium matrimonium contrahit, ex hoc matrimonium sit dirimendum.
¶ 3 Præt. In matrimonio potest homo uti carnali copula sine peccato: sed ille qui facit uotum simplex, numquàm potest carnaliter commisceri uxori sine peccato. ergo uotum simplex matrimonium dirimit: probatio mediæ. Constat quòd ille qui post simplex uotum continentiæ matrimoniū contrahit, mortaliter peccat, quia secundum Hieron. Virginitatem uouentibus non solum nubere, sed uelle nubere damnabile est: sed cōtractus matrimonij non est contra uotum continentiæ nisi ratione carnalis copulæ, ergo quando primo carnaliter commiscetur uxori, mortaliter peccat, & eadem ratione omnibus alijs uicibus, quia peccatum primo commissum non potest excusari a peccato sequenti.
¶ 4 Præt. Vir & mulier in matrimonio debent esse pares, præcipue quantum ad carnalem copulam: sed ille qui uotum simplex continentiæ facit, numquàm potest petere sine peccato debitum, quia hoc est expresse contra uoluntatem continentiæ, ad quam ex voto tenetur, ergo nec reddere potest sine peccato.

SED CONTRA est, quod Clemens Papa dicit, quòd uotum simplex impedit contrahendum matrimonium, sed non dirimit contractum.

VLTERIVS. Videtur quòd nec etiam votum solemne dirimat matrimonium contractū, quia sicut decre, dicit. Apud deum non minus obligat uotum simplex, quàm uotum solemne: sed matrimonium acceptatione diuina stat, vel dirimitur. ergo cum votum simplex non dirimat matrimonium, nec votum solemne dirimere poterit.
¶ 2 Præt. Votum solemne non addit ita validum robur supra uotum simplex, sicut iuramentum: sed uotum simplex etiam iura-

ARTICVLVS III.

c *Vtrum uotum obliget, ut semper necesse sit illud obseruari.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd uotum non obliget, ut semper necesse sit illud obseruari. Nullus enim obligari potest ad impossibile: sed aliquando impossibile est uotum obseruari, sicut patet in illa quæ uouit uirginitatem, & corrumpitur. ergo non est necessitatis uotum seruare.
¶ 2 Præt. Effectus non potest esse firmior sua causa: sed causa dans firmitatem suo uoto est deliberatio, ut ex diffinitione prius posita patet. cum ergo deliberatio humana non habeat necessariam firmitatem, quia cogitationes hominum sunt timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ, ut dicitur Sapien. 9, uide-

iuramento superueniente non dirimit matrimonium contractum. ergo nec votum solemne. F

¶3 Præt. Votum solemne nihil habet quod non possit votum simplex habere, quia votum simplex posset habere scandalum, cum possit esse in publico, sicut & solemne. Similiter ecclesia posset, & deberet statuere quòd uotum simplex dirimat matrimonium contractum, vt multa peccata vitarentur. ergo qua ratione votum simplex non dirimit matrimoniū, nec solemne votum dirimere debet.

Huius art. determinatio habet expressa, de uoto & uoti redēp. c Vnico, lib. 6

SED CONTRA est, quòd ille qui facit uotum solemne contrahit matrimonium spirituale cum deo, quod est multo dignius, quàm materiale matrimonium: sed matrimonium materiale prius contractum dirimit matrimonium post contractum. ergo & votum solemne.

¶2 Præt. Hoc etiam probari potest per multas authoritates quæ in litera ponuntur.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd votum, vt ex dictis patet, est quidam promissionis contractus inter deum & hominem. Vnde cum contractus bonæ fidei inter homines factus obliget ad necessariam obseruationem, multo fortius votum quo homo deo aliquid promittit, in his duntaxat ad quæ votum se extendit: in illis autem ad quæ votū non se extendit, obligatio voti non habet locum: & ideo qui uotū rite factum prætermittit, mortaliter peccat, quia fidem quam cum deo iniit, frangit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud quod votum fiendum impediret, si præsens esset, etiam voto facto obligationem aufert: vnde cum de impossibili non possit esse votum, vt dictū est, si aliquid fiat impossibile post voti emissionem, quod prius erat impossibile, obligatio voti quantū ad illud tollitur: vt si quis diues vouerit ædificare ecclesiam, quod postmodum perficere non possit paupertate superueniente, non obligatur ex voto ad implendum: sed tamen in hoc distinguendum est dupliciter. Vno modo, quia vel omnino factus est impotens, & tunc non tenetur simpliciter ad hoc quod vouit: vel est factus impotens ad totum perficiendum, quàmuis non ad partem, & tunc ad illud quod potest remanet obligatus. Alio modo distinguendum est, vtrum ex sua culpa impotentiam incurrerit, quia tunc oportet recompensare per pænitentiam: vel non ex culpa sua, & tunc nō tenetur ad aliquam recompensationem. Illa ergo quæ virginitatem vouit, si corrupta est, quàmuis non possit virginitatem reddere, tamen potest reddere continentiā, & ad hoc remanet obligata, & vlterius ad pænitentiæ lamentum, per quod uirginitatem amissam deo recompensat, quod quidem & si non sit æquiualens simpliciter, est tamen æquiualens quantum ad reputationem dei, qui non exigit ab homine vltra posse.

¶Ad secundum dicendum, quòd quàmuis deliberatio sit causa uariabilis, tamen rectitudo legis naturalis quæ dictat quod promittitur deo esse seruandum, est inuariabilis, & hoc dat necessariam obligationem uoto.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut iuramentum quod uergit in deteriorem exitum, non est seruandum, ita nec uotum. Vnde Isidor. dicit. In turpi uoto muta decretum, quia uotum non extendit se ad illicita, uel minus bona, ut dictum est: nec differt utrum tunc fuerit illicitum, quando uotum emissum est, uel postmodum illicitum fiat.

Li. 2. Synonymorum. hī. 22 q. 4. c. In malis.

¶Ad quartum dicendum, quia illud quod sub conditione uouetur, nō uouetur simpliciter, & ideo non obligat nisi illa conditione extante.

¶Ad quintum dicendum, quòd uotum interpretatum obligat, sicut & uotum oretenus emissum: vnde si aliquis post tempus probationis in monasterio remaserit, d obligatur ex uoto interpretatiuo, nisi forte propter aliquam causam fuerit sibi annus protelatus, uel consueuerit alijs protelari, quia tunc non facit uotum interpretatum ultra annum stans, & talis qui interpretatum uotum fecit ad tria uota religionis principalia in omni casu tenetur, ad alias obseruantias, quarum transgressor ex dissimulatione prælatorum inducitur, qui dum uidentes non corrigunt, indulgere uidentur: non uidentur obligari, & præcipue si sint simplices, qui talia discernere sufficienter nesciant.

D. 694.

sed etiam locum pænitentiæ. Sed non ita intelligendum est, ut aliquando excludantur a pænitentia quæ digne pænitentiam agere uolunt, sed illæ non sunt admittendæ ad pænitentiam, quæ ab incestus copula discedere nolunt: quia post religionis propositum non potest Deo reconciliari per pænitentiam, quæ ad habitum suæ professionis G redire neglexerit. Tunc ille cui se cõiunxerat, ei defunctus erit, cum ab eius illicitis amplexibus hæc penitus recesserit. Cum ergo dicitur eas non esse admittendas ad pænitentiam, nisi hi quibus se iunxerāt de mundo recesserint, subaudiendum est eis. Tunc enim eis uiri de mundo recedunt & defunguntur, cum ab eorum concupiscentia iste

¶Ad sextum dicendum, quòd obligatio uoti ex propria uoluntate causatur, unde si in uouendo prius cogitauit de religionem intrando, & postea elegit talem religionem, uel talem locum, obligatur simpliciter ad religionem: unde si non potest in illa quam elegit recipi, debet aliam quærere. Si autem primo & principaliter cogitauit de tali religione, uel tali loco, in uoto suo intelligitur hæc cõditio, si illi uolunt eum recipere, alias esset indiscretū uotū, unde cõditione nō extāte nō obligatur. Si autē dubitet quomodo se in uouendo habuerit, debet tutiorē uiā eligere, ne se discrimini cõmittat.

¶Ad septimum dicendum, quòd si quando quis uouit, puta, se intraturum religionem, intendebat se ad statim obligare, uel ad arbitrium alienum, non potest ulterius differre etiam propter debita soluenda: sed ille qui eum recipit, tenetur ea persoluere. Si autem in uouendo de debitis cogitabat, probabiliter præsumi potest, quòd non intendebat se obligare antequā de rebus suis disposuisset: quando autem timet rationabiliter perpetuum impedimentum, tenetur ulterius non differre.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd per hoc res aliqua desinit esse in potestate alicuius, per quod transit in dominiū alterius: promissio autem alicuius rei non transfert eam in dominium eius cui promittitur, & ideo non ex hoc ipso quòd aliquis rem promittit aliquam, desinit res illa esse in H potestate sua. Cum ergo in uoto simplici non sit nisi simplex promissio proprij corporis ad continentiā deo seruandam facta, post uotū simplex adhuc remanet homo dominus corporis sui: & ideo potest ipsum dare alteri, scilicet uxori, in qua datione matrimonij sacramentū consistit, quod indissolubile est: & propter hoc uotum simplex quàmuis impediat contrahendum, quia peccat matrimonium contrahens post uotum simplex continentiæ, tamen quia uerus contractus est, non potest matrimonium per hoc dirimi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uotum est fortius uinculum, quàm matrimonium quantum ad illud cui fit, & ad quod ligat: quia per matrimonium ligatur homo uxori ad redditionem debiti, sed per uotum deo ad continentiā: tamen quantum ad modum ligandi matrimonium est fortius uinculum, quàm uotum simplex, quia per matrimonium traditur I actualiter uir in potestatem uxoris, non autem per uotū simplex, ut dictum est: potior autem semper est conditio possidentis, sed quantum ad hoc simili modo obligat uotum simplex, sicut sponsalia, unde propter uotum simplex sunt sponsalia dirimenda.

In cor. præsentis quæstiun.

¶Ad secundum dicendum, quòd præceptū prohibens matrimonium inter consanguineos, non habet inquantum est præceptum dei, uel ecclesiæ quòd dirimat matrimonium contractum, sed inquantū facit quòd consanguinei corpus non possit transire in potestatem consanguinei: hoc autem non facit præceptum prohibens matrimonium post uotū simplex, ut ex dictis patet: & ideo ratio non sequitur, ponitur enim pro causa quod non est causa.

¶Ad tertium dicendum, quòd ille qui contrahit matrimoniū per uerba de præsenti, post uotum simplex non potest cognoscere uxorē carnaliter sine peccato mortali, quia adhuc restat K sibi facultas implendi continentiæ uotum ante matrimonium consummatum, ut ex dictis patet supra dist. 27. sed postquàm iam matrimonium consummatum est, est sibi factum illicitum non reddere debitum uxori exigenti, tamen ex culpa sua: & ideo ad hoc obligatio uoti non se extendit, ut ex dictis patet, tamen debet lamentum pænitentiæ recompensare pro continentia non seruata.

q. 1. artic. 3. quæst. 1.

¶Ad quartum dicendum, quòd quantū ad ea, in quibus non est factus impotens uotū continentiæ seruare, adhuc post contractum matrimonium d obligatur ad seruandū, propter quod mortua uxore tenetur totaliter continere: & quia ex matrimonii uinculo non obligatur ad debitū petendum, ideo non potest petere debitum sine peccato, quàmuis possit sine peccato reddere debitum exigenti, postquàm obligatus est ad hoc per carnalē copulā præcedentem. Hoc autem intelligendū est siue mulier petat expresse, siue interpretatiue, ut quando mulier uerecunda est, & uir sentit eius uoluntatem de redditione debiti, tunc enim sine peccato reddere potest, & præcipue si ei timet

D. 411

met de periculo castitatis. Nec obstat quòd non sunt pares in A matrimonij actu, quia quilibet potest hoc quod suum est abrenuntiare. Quidam tamen dicunt, quòd potest & petere, & reddere, ne nimis onerosum reddatur matrimonium vxori semper exigenti: sed si recte inspiciatur, hoc est exigere interpretatiue.

¶AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd omnes dicūt quòd uotum solēne sicut impedit matrimonium contrahendum, ita dirimit matrimonium contractum. Quidā autem assignāt pro causa scandalū: sed hoc nihil est, quia & uotum simplex quādoque scandalū habet, cum sit quo- B modo publicum quandoque. Et præterea insolubilitas matrimonij est de ueritate uitę, quę non est propter scandalū, dimittenda. Et ideo alij dicunt, quòd hoc est propter statutum ecclesiæ: sed hoc etiam non sufficit, quia secundum hoc ecclesia posset contrarium statuere, quod non uidetur uerum. Et ideo dicendum cum alijs, quòd uotū d solemne ex sui natura habet quòd dirimat matrimonium contractum, inquantum scilicet homo per ipsum amisit sui corporis potestatem, deo illud ad perpetuam continentiam tradens, ut ex dictis patet, & ideo non potest ipsum tradere in potestatem uxoris ad matrimonium contrahendum: & quia matrimonium quod sequitur tale uotum nullum est, ideo uotum prædictum dirimere dicitur matrimonium contractum.

D. 1104. præcedē ar. 3. in

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uotum simplex quoad deum dicitur non minus obligare quàm solemne in his quæ ad deum spectant, sicut est separatio a deo per peccatum mortale, quia mortaliter peccat frangēs uotū simplex, sicut solēne, quamuis grauius sit peccatum frangere solemne, ut sic comparatio in genere accipiatur, non in determinata quantitate reatus: sed quantum ad matrimonium, per quod homo homini obligatur, non oportet quòd sit æqualis obligationis etiam in genere, quia ad quædam obligat uotū solemne, & nō simplex.

¶Ad secundum dicendum, quòd iuramentum plus obligat ex parte eius ex quo fit obligatio, quàm uotum: sed uotum solemne plus obligat quantum ad modum obligandi, inquantum actualiter tradit hoc quod promittitur, quod non fit per iuramentum, & ideo non sequitur ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd uotum solemne habet actualē exhibitionem proprij corporis, quam non habet uotum simplex, ut ex dictis patet: & ideo ratio ex insufficiendi procedit.

se alienant: quem sensum similitudo subdita declarat, & confirmat.

Quàm grande malum sit adulterium.

Cum uir & mulier legitime coniuncti sunt, constat alterum altero uiuēte ad aliā non posse transire copulam, alioquin adulterium cõmittit: de quo Clemēs. Papa ait. Quid in oib⁹ peccatis adulterio est grauius? Secundum namque in pœnis tenet locum, quem primum habent illi qui aberrant a Deo. Grauissime ergo peccant adulteri, grauiter fornicarij, sed cunctis his grauius incestuosi, quos omnes transcendunt contra naturam delinquentes. Vnde Aug. Adulterij malū uincit for-

32. q. 7. ca. Quid i omnibus.

Vbi supra. c. Adulterij malum.

ARTICVLVS ~~PRIMVS~~ quartus.

Vtrum in uoto possit fieri dispensatio.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in uoto non possit fieri dispensatio. Votum enim commune minimum habet de ratione uoti: sed in uoto communi nullus pōt dispensare. ergo nec in uoto singulari.

¶2 Præt. Reddere uota est de lege naturali, quia qui non reddit, mentitur, quod est contra legem naturalem: sed nullus potest dispensare contra mendacium, aut cōtra illud quod est de lege naturali. ergo nullus potest dispensare in uoto.

¶3 Præt. Per dispensationem non debet prætermitti maius bonum pro minori bono: sed non est digna ponderatio continentis aīæ, ut dr̄ in lib. Ecclesiast c. 26. Quia pars contemplatiuorū qui signantur per Mariā, est optima, quia ipsa optimam partē elegit, ut dicitur Luc. 10. ergo ad minus in uoto continentiæ, quod ad statum contemplationis pertinet, dispensari non pōt.

SED CONTRA. Nullum uotum est licitum, quod uergit in personæ periculum: sed potest esse quòd continentia seruata uergat in periculum personæ. ergo ad minus in casu illo uotum continentiæ potest dispensari.

¶2 Præt. Sicut monachi tenentur ad continentiā, ita ad paupertatem, & obedientiam: sed potest dispensari cum eis quantū ad uotum obedientiæ & paupertatis, ut patet in illis qui ad prælationes assumuntur. ergo & in uoto continentiæ.

VLTERIVS. Videtur quòd quilibet prælatus possit in uoto dispensare. Quilibet enim prælatus ad hoc constituitur, quòd utilitati subditorum prouideat. ergo si utilitas subditorum requirat, potest dispensare.

¶2 Præt. Ex hoc aliquis potest dispensare in uoto, quòd est constitutus dispensator ministeriorum dei: sed hoc competit cuilibet prælato. ergo &c.

SED CONTRA, quia in corpore humano quædam sunt actiones, quæ solis principalibus membris conueniunt, & quædam etiam soli capiti: sed in ecclesia uicē capitis tenet Papa, & uicem principalium membrorū prælati maiores, ut episcopi. ergo aliquæ dispēsationes sunt, quas solus Papa potest facere.

III Secunda, secundæ, ubi supra ex ar. 10.

VLTERIVS. Videtur quòd nullum uotum possit commutari. Leuit. ulti. Animal quod immolari potest domino, non potest mutari nec in melius, nec in peius. ergo si sit uotum licitum, non potest mutari.

¶2 Præt. Si posset mutari, præcipue posset mutari in melius: sed hoc nō potest, quia Bernar. dicit de bene ordinatis monasterijs. Nullus meo cõsilio egredietur desiderio arctioris uitæ sine superioris licentia. ergo &c.

Ex sermone 19. super cantica canticorū prope finem.

SED CONTRA est, quòd licet semper proficere. ergo potest etiam uotum in melius commutari.

VLTERIVS. Videtur quòd propria authoritate possit aliquis uotum commutare, quia si aliquis post uotum terræ sanctæ uoueat religionem intrare, liberatus est si impleat secundū, ut decre. dicit: sed potest propria authoritate religionem uouere. ergo & propria authoritate potest uotum commutare. C

IIII De uoto & uoti redēp. c. Scripturę.

¶2 Præt. Ille qui fecit aliqua uota in sæculo, non uidetur ad illa teneri postquàm est claustrum ingressus, ut quidam dicunt: sed potest propria authoritate ingredi claustrum. ergo &c.

¶3 Præt. Votum temporale exceditur a perpetuo sola duratione: sed aliquis potest propria authoritate commutare uotum temporale peregrinationis in uotum perpetuum religionis, ut dictum est. ergo eadem ratione potest mutare propria authoritate uotum minus diuturnum in uotum diuturnius, sicut minoris peregrinationis in maiorem.

Vbi supra.

SED CONTRA. Commutatio est quædam dispensatio: sed nullus potest propria authoritate dispensare in uoto suo. ergo nec commutare.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim dicunt, quòd quodlibet uotum potest per prælatos ecclesiæ dispensationem habere D pro libito prælati: quia ut dicunt, in quolibet uoto intelligitur conditionaliter uoluntas prælati superioris, scilicet Papę, ad cuius dispensationem pertinent actus subditorum omnium: & ideo cum uoluerit ille summus prælatus poterit relaxare obligationem uoti, ut non teneatur uotum implere, quia conditio non extat. Sed hoc non uidetur bene dictum, quia quædā sunt, in quibus est homo ita liber sui, quòd etiam contra præceptum Papæ potest illa facere, sicut continere, & alia consilia diuina, unde absolute & sine conditione uoluntatis alicuius prælati potest alia uouere. Et ideo alij dicunt, quòd nullum uotum recipit dispensationem secundum quòd dispensatio est iuris relaxatio, sed secundum quòd est iuris declaratio: quia Papa potest declarare hoc ius, quòd quando fit recompēsatio maioris boni, quòd potest dimitti minus bonum ad quod se quis obligauit. Sed hoc etiam non uidetur uerum, quia declarare ius non est nouum ius facere, sed illud quod in iure erat manifestare: unde secun- E dum hoc nunquàm per dispensationem uoti fieret, non contra ius quod erat prius contra ius, sed solum quod uidebatur contra ius, & non erat. Et ideo aliter dicendum, quòd in uoto potest dispensari etiam secundum quod dispensatio est iuris relaxatio ex aliqua legitima causa. Quia enim uotū de illicito esse non potest, non autem licet subtrahere alicui quod ei debetur, ideo per uotum alicuius non potest fieri præiudicium suo prælato, quum debeat eius mādatis parere cum fuerit opportunum: unde si prælatus uideat expedire aliqua rationabili causa, uel propter ipsum qui uouit, uel propter alios, quòd uotum nō seruet, potest eum ab obseruatione uoti deobligare, qui alias de iure obligatus erat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad ea quæ cadunt sub uoto communi non solum obligatur aliquis ex uoto, sed ex lege naturali & præcepto diuino: & ideo ex parte ista est, quòd non possit habere dispensationem, sicut alia uota.

¶Ad secundum dicendum, quòd obseruare uotum durante uoti obligatiõe, est de lege naturali, sed cessante obligatione voti

ti non est obseruatio eius de lege naturali. Cessat autem eius obligatio uel ex se, ut quando seruatum uergeret ad deterio-rem exitum, & tunc per declarationem superioris, si facultas petendi adsit, debet obseruatio uoti prætermitti: uel ex authoritate superioris, qui aliud magis necessariũ iudicat, & in uoto dispensat: nec tamen ex hoc homo mendacium incurrit, quòd uotum nõ seruat in tali casu, quia homo de futuris debet habere pias cõditiones adiunctas uel explicite, uel implicite, ut patet Iaco. 5.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de voto cõtinentię, est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd nullus potest dispensare: sed huiusmodi ratio diuersa redditur a diuersis. Quidam enim dicunt, quòd hoc ideo accidit, quia votum continentiæ nõ potest prætermitti sine hoc quòd ad contrarium voti aliquis delabatur, quod nunquam licet: sed uotum paupertatis potest prætermitti aliquo modo ꝙ non directe erit contra votum, sicut cum aliquis habet pecuniam non suo, sed ecclesię nomine. Sed hoc nihil est, quia sic votum de abstinendo aliqua die determinata a carnibus, non reciperet dispensationem, aut votum de peregrinatione, quod est absurdum. Et ideo alij assignãt aliam rationem dicentes, ꝙ hoc conuenit, quia uotum continentiæ non recipit recompensationem melioris, eo quòd non est digna ponderatio animæ continentis: uel ideo quia per continentiam homo de domestico inimico triumphum capit, ut quidam dicunt: vel ideo quia per religionem homo perfecte cõformatur Christo. Vnde in d voto cõtinentiæ, quod D.1090. 1208. in uoto religionis includitur, & in alijs votis essentialibus religioni non potest dispensari, vt quidã dicunt. Sed hoc etiam nõ D.708. videtur sufficienter dictum, quia bonum e commune est multo melius quàm bonum priuatũ, propter quod etiam homo interdum ab otio sanctæ contemplationis remouetur, quæ optima pars est iudicio domini Luc. 10. vt communi utilitati proximorum vacet. Et ideo alij dicunt probabilius, si communis utilitas totius ecclesiæ, aut vnius regni, uel prouinciæ exposcerent, posset conuenienter & in uoto continentiæ, & in voto religionis dispensari, quantumcumque esset solemnizatum: non enim per uotum potest se homo deobligare ab eo, in quo tenetur alteri, vt dictum est: vnde talis posset imminere necessitas, ꝙ posset alicui iuste prohiberi ne cõtinentiã, aut religionẽ voueret, & eadc necessitate manente põt et in voto dispẽlari iã acto. Sed quia rõnes in contrarium factæ non recte procedunt ideo dicendum ad quartum, quòd bonum continentiæ est multo dignius quàm salus corporalis, & ideo periculum corporalis mortis non est sufficiens ratio, vtin voto continentiæ dispensetur: unde etiam non peccat qui in tali casu existens quòd continentia videretur vrgere in periculum personæ, si continentiam voueat, præcipue cum possit illi periculo per alia remedia obuiari, sicut non peccat qui propter aliquod opus virtutis se mortis periculo exponit.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ cum illis qui assumuntur a statu religionis in statum prælationis non dispensatur in principalibus votis religionis, quia illa quæ possidere videntur, non suo nomine, sed ecclesiæ possident: vnde nihil per hoc præiudicatur voto paupertatis, similiter nec voto obedientiæ, quia obedientia respicit statum prælationis in altero cui obedire tenetur. Et ideo ꝙ ille qui sub prælato esse desistit, non tenetur alicui obedire, non est ex hoc quòd obligatio voti deficiat ex parte voventis, sed quia subtrahitur prælatio ex parte altera cui obedire tenebatur: vnde monachus qui abbati obedientiã promittit, si ipse fiat abbas, non tenetur obedire alteri abbati, quia iam non habet abbatem.

Ad secundam quæstionem dicendum, ꝙ plenitudo potestatis dispensando residet penes summum pontificem, alij autem participant de hac potestate quantũ eis concessum est, vt quia omnes ad vnum recurrere non possunt, per inferiores dispensationem recipere possint: vnde in votis illis quæ non de facili dispensationem recipiunt, nec frequenter sed raro, sicut votum religionis, & alia huiusmodi vota perpetua solus Papa dispensare potest: in alijs autem temporalibus votis, sicut peregrinationum, & ieiuniorum, & huiusmodi possunt etiam episcopi dispensare, nisi aliquod horum sibi Papa reseruauerit, sicut dispensatio in voto terræ sanctæ.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ non quicquid vile est subdito potest sib. per prælatum quemlibet adhiberi, sed maiora maioribus reseruantur: sicut non quilibet medicus potest cuilibet morbo occurrere, sed in periculosioribus morbis periores medici requiruntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis omnes sint dispẽ-

satores ministeriorum dei, non tamen æqualiter: & ideo non oportet ꝙ omnes in omnibus dispensare possint.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd inter commutationem voti & dispensatio nem hoc interest, quòd quando votum commutatur, vouens absoluitur ab uno, & ligatur ad aliud, sed quando in voto dispensat, simpliciter a voto absoluitur sine hoc quòd ad aliud ligetur, vnde minus importat voti commutatio quàm dispensatio: & ideo cũ ex causa rationabili in voto dispensari possit, potest etiam votum cõmutari, vel quia illud in quod fiet commutatio est melius, vel quia est minus periculosum.

Ad primum ergo dicendum, quòd animal immolatitium ex ipso voto destinabatur ad cultũ dei: & ideo iam quodammodo sanctum erat, & propter hoc non poterat ad cõmunes vsus deduci. Et similiter etiam nunc, si aliquis vouet religionem intrare, non potest alium ponere loco sui in religionem: similiter etiam si vouet ire in terram sanctam, nõ potest alium loco sui mittere, nisi per dispensationem superioris: secus autem est in alijs votis, in quibus persona determinata nõ destinatur ad specialem cultum dei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Ber. loquitur consulendo, quia quandoque ex animi leuitate quidam ad statum alium transeunt sub specie arctioris vitæ, & ideo tutius est quòd fiat consilio & licentia superioris prælati, præcipue si non credat quòd ipse impedimentum irrationabile præstet.

Ad quartam quæstionem dicendum, ꝙ in cõmutatione est quidam contractus, qui non potest perfici sine consensu vtriusq; partis: vnde cum homo per votum deo se obliget, nõ potest fieri immutatio voti, nisi interueniat consensus eius qui vicem dei gerit in terris, scilicet prælati, nisi forte vnum votum ab alio includatur. Et quia votum religionis includit omnia alia vota tum ratione perpetuitatis, tum ratione obedientiæ, qua homo voluntatem suam deo tradit, per quam sui & omnium dominus esse potest: ideo ille qui aliquod votum temporale fecit, potest non requisita alicuius prælati dispensatione, religionem intrare, non obstante voto præcedente quod ingressum religionis impediret, puta peregrinationis, vel alicuius huiusmodi. Si autem duo temporalia vouit, quorum vtrumque est alteri compossibile, debet vtrumque seruare, nisi forte authoritate superioris minus votum præcedens in maius sequens commutauerit. Si autem secundum votum sit omnino incompossibile, primo debet seruare maius, & de minori secundum arbitrium prælati satisfacere.

Ad primum ergo dicendum, quòd votum terræ sanctæ obligat hominem ad ueniendum deo temporaliter, & quantũ ad determinatum tempus, sed votum religionis quantum ad omnia, & secundum omne tempus, & ideo quodammodo est amplatio voti magis quàm commutatio.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quia per introitũ religionis homo moritur priori vitæ, ideo illa vota quę vouit in sæculari vita explenda, non tenetur exoluere ex quo religionem intrat, & præcipue quia singularitas in religionibus est periculosa, & onus religionis adeo grauat, quòd non manet eadem facilitas ad obseruandum votum, quæ in sæculari vita erat: tamen quidam dicunt, ꝙ debet prælato suo exponere, & ille pensatis cõditionibus personæ & voti, poterit cum eo dispensare: sed secundum alios hoc non exigitur, quia ex ipsa vi voti religionis a priori bus votis est absolutus rationibus dictis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ perpetuum votum respicit omne tempus, & ideo non manet aliquod tẽpus post eius expletionem quo possit aliud votũ temporale impleri: sicut manet tempus ad implẽdum votum maius diuturnũ post votum minus diuturnum, & propter hoc non est simile.

Articvlvs. V.

a Vtrum uirginibus uouentibus continentiam debeatur speciale uelum præ alijs quæ continentiam uouerunt, & corruptæ sunt.

Ad quintum sic proceditur. Videtur ꝙ virginibus vouentibus cõtinentiam non debeatur speciale velũ præ alijs quæ continentiam vouerunt, & corruptæ sunt; quia tam virginitas quàm continentiæ votum viris & mulieribus communia sunt: sed viris in virginitate continentiam vouentibus nihil aliud datur, quàm alijs qui virginitatem perdiderunt, ergo

ergo nec virgines debent præ alijs speciale velum accipere.

¶ 2 Præt. Signa in noua lege non sunt inania, sed fructuosa, quia sacramenta nouæ legis gratiam conferunt: sed virginale velum non videtur esse fructuosum, quia gratia non cõfertur in ipso, alias esset sacrm, & deberet corruptis dari, quæ etiã indigent auxilio gratiæ ad continentiam cõseruandam, ergo videtur ꝙ virginibus nõ debeatur aliquod velum speciale præ alijs.

¶ 3 Præt. Consecratio quæ adhibetur viris in susceptione ordinis est maior quàm illa quæ adhibet mulieribus in velatione: sed consecratio ordinis non exigit virginitatem in consecrato. ergo nec mulieris velatio.

¶ 4 Præt. Nullus debet pro pena quam sustinuit, iterum puniri: sed aliquando mulieri pro pœna infertur ꝙ corrumpatur, sicut patet in his quæ omnino per violentiam corrumpuntur. ergo non debet talibus ad minus virginale velum denegari.

¶ 5 Præt. Qñque si virginale velũ corruptæ denegetur, sequitur scandalum astantium, & periculum homicidij, sicut cum aliqua est occulte corrupta. ergo videtur ꝙ saltem in tali casu virginale velum alijs quàm uiginibus dari debeat.

Sed contra. In officio ecclesiæ non decet esse aliquã falsitatem: sed in toto officio quo velantur virgines, fit mentio de carnis integritate, vt patet diligenter inspicienti. ergo nõ debet velum virginale corruptis dari.

¶ 2 Præt. Per velationem mulier quodãmodo Christo despõsatur, qui est dignior quàm pontifex aliquis veteris legis: sed in veteri lege pontifici non licebat aliquam nisi virginem desponsare. ergo non debet aliqua nisi virgo velari.

Respon. Dicendum, ꝙ ea quæ corporaliter in ecclesia aguntur, signa sunt spiritualium: sed quia corporale signum non sufficienter repręsentare põt spirituale signatum, oportet, qñque ꝙ ad eandẽ rem spiritualem signandam plura signa corporalia apponantur. Matrimonium ergo spirituale Christi & ecclesiæ habet & fœcunditatem, per quam regenerantur in filios. dei, & incorruptionem: quia Christus elegit sibi ecclesiam nõ habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, vt dicitur Eph. 5. vnde dicitur. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo: sed corporalis fœcunditas integritatem carnis non patitur, & ideo oportuit diuersis signis repũtari spirituale coniugiũ Christi & ecclesiæ quãtũ ad fœcũditatẽ, & qtũ ad integritatẽ. Sicut ergo p mrimoniũ carnale repræsentatur matrimoniũ spirituale quantum ad fœcunditatẽ, ita oportuit aliquid esse quod repręsentaret prædictum spirituale. matrimonium quãtum ad eius integritatem, & hoc fit in velatione virginum, sicut per omnia quæ ibi proferuntur & gerũtur, ostenditur: & pp hoc solus episcopus, cui cura ecclesiæ cõmittitur, virgines desponsat velando nõ sibi, sed Christo quasi sponsi paranymphus & amicus. Et quia integritatis significatio plene põt esse in continentia virginali, sed in continentia viduali est semiplena, propter hoc etiam viduis datur aliquod velum, non quidem cum illa solẽnitate qua virginibus datur.

Ad primum ergo dicendum, quòd ecclesia in matrimonio spirituali se habet vt sponsa, Christus autem vt sponsus: ꝙ votum autem continentiæ anima Christo disponsatur, vnde non competit vt hęc despõsatio significetur in viro, sed in d mulierę tantum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in consecratione virginum, sicut & in vnctione regum, & in alijs huiusmodi benedictionibus gratia datur, nisi sit impedimentum ex parte suscipientis: sed tamen huiusmodi sacramenta non dicuntur, quia non sunt instituta ad curationem morbi peccati, sicut alia sacramenta.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in ordinis susceptione non consecratur aliquis in sponsum, sed in ministrum sponsi: vnde nõ requiritur virginitas ad significandum integritatem spiritualis matrimonij, sicut requiritur in velatione eius quæ consecratur in sponsam.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ille quæ per violentiam corrumpuntur, si nullo modo consentiant, virginitatis gloriam quo ad deum non perdunt: sed quia valde est difficile ꝙ in tali delectatione aliquis placentiæ motus non insurgat, ideo ecclesia quę de interioribus iudicare non potest, cum exterius corrupta sit, eam inter virgines non velat: vnde Leo Papa dicit. Illæ famulæ dei quæ integritatem pudoris oppressione barba-

De illis qui post longam captiuitatem redeunt.

Hic quęritur de illis feminis quæ putantes viros suos interemptos, vel in captiuitate, uel ab iniqua dominatione nunquàm liberãdos, in aliorum coniugia transierũt, si illi qui putabãtur perijsse, remearuerint, vtrum eis reddi debeant, & an secundi fornicati sint, & ipsæ reæ adulterij. De hoc Leo Papa sic ait. Necesse est vt ad legitimarum fœdera, nuptiarum reintegranda redeamus, & remotis his quæ hostilitas intulit cuique, id legitime reforginalis veli, puta, vt quòd nomen virginitatis in castitatem varietur.

34. q. 1. ca. Cũ per bellicam.

QVAESTIO II.

Deinde quæritur de scandalo.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Quid sit.
¶ Secundo, Vtrum sit peccatum.
¶ Tertio, Quibus competat.
¶ Quarto, Quæ sunt dimittenda propter scandalum.

Articvlvs primvs.

Vtrum conuenienter assignetur diffinitio scandali.

Ad primum sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter assignetur diffinitio scãdali, quæ sumitur ex glo. Mat. 18. super illud, Væ mundo a scandalis, scilicet. Scandalum est dictum, vel factum minus rectũ præbens alijs occasionem ruinæ. Scandalum enim diuiditur in actiuum & passiuum: sed hæc diffinitio non potest conuenire scandalo passiuo. ergo non conuertitur cum diffinito, & sic est incompetens.

2.2. q6.43. arti. 1. Interlinea-ri.

¶ 2 Præt. Nume. 31. super illud. Vlciscere prius filios Israel &c. dicitur, quòd scandalum est, cum recte ambulanti deceptio sub mittitur ad ruinam: sed non omne dictum, vel factum minus rectum est deceptio. ergo scandali diffinitio est incompetenter assignata.

Per gl. ordinar.

¶ 3 Præt. Sicut peccatum oris & operis potest alteri præstare occasionem ruinæ ita, & peccatum cordis, præcipue quãdo per exteriora signa in notitiam aliorum prodit: sed in diffinitione præmissa tangitur peccatum oris & operis, non autem cordis. ergo inconuenienter assignatur.

¶ 4 Præt. Occasio significat causam per accidens: sed etiam bona interdum per accidens sunt causa malorum. ergo non solũ dictum, vel factum minus rectum præbet alteri occasionem ruinæ, sed etiam si sit rectum debet dici scandalum.

¶ 5 Præt. Isa. 18. dicitur de Christo. Erit in lapidem & in petram scandali: sed in Christo non fuit aliquid minus rectũ. ergo non est de ratione scandali, quòd sit aliquid minus rectum.

Respon. Dicendum, quòd scandalum nomen græcũ est, & impactionem significat in latino, quæ quidem proprie dicitur in corporalibus, in spiritualibus autem transumptiue: vnde oportet quòd spirituale scandalum, de quo loquimur, sumatur ad similitudinem corporalis impactionis, quæ quidem non fit nisi ambulanti aliquid in uia obijciatur, quod ei sit occasio cadendi, etiam si non cadat. Nihil autem ab alio factum est natum casum facere eius qui in via dei ambulat, nisi sit aliquod minus rectum in notitiam eius procedens vel uerbo, vel facto: & ideo dictum, vel factum minus rectum est id, ad quod spiritualiter fit impactio, & occasio datur alterius ruinę, in quo ratio consistit scandali.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut in corporali impactione est duo considerare, scilicet ipsam impactionem cadentis, aut eius qui ad casum disponitur, & illud ad quod fit impactio, quod dicitur obex: ita & in spirituali, & vtrumque nomen scãdali accepit, sed non vniuoce: sicut etiam

fides dicitur ipsa res credita, & actus credendi. Ipsa ergo spiritualis impactio, qua aliquis ad casum disponitur, dicitur scandalum passiuum, sed obex spiritualis ad quem fit impactio, dicitur scandalum actiuum: & sic diffinitur hic scandalum, quia ex dicto, vel facto minus recto aliquis ad ruinam disponitur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ tunc aliquis per se loquendo peccatum aliquod facit, quando ex intentione operat, & non qñ præter intentionem eius peccatum accidit, sicut patet in homicidio casuali: & ideo tñ e proprie aliquis scandalum facit, quando ruinam proximi procurare intendit. Quicunque autem ad peccandum inducitur, decipitur: quia omnis malus ignorans, vt Philosophus dicit in 3. eth. & ideo vbicunque est scandalum per se loquendo, dictum, vel factum minus rectum est deceptio quædam, quæ submittitur ambulanti ad ruinam. Vel dicendum, quòd dr esse deceptio, inquantum est deceptionis occasio, vel causa, quia omnis peccans decipitur, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ spiritualis obex qui scandalum dicitur, oportet ꝙ in via ambulanti obijciatur, quod fit dum in notitiam eius venit. Peccatum autem cordis in notitiam alterius venire non potest, nisi per signa aliqua, quæ reducuntur ad peccatum oris, vel operis, & ideo in diffinitione scãdali ponitur tantum dictum, vel factum minus rectum, & non fit mẽtio de peccato cordis.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ occasio non semper nominat causam, sed quandoque causam per se insufficientem, & sic in diffinitione præmissa sumitur. Peccatum enim non potest habere ab exteriori aliquam causam sufficientem, eo quòd voluntarium est, sed põt habere aliquam causam inducentem, quæ quidem causa quandoque per se nata est inclinare ad peccatum vel ex suo genere, vel ex intentione alicuius proponentis eam ad hoc ꝙ aliquis inducatur ad peccatum, & tunc illud dicitur dare occasionem ruinæ. Quandoque autem per accidens aliquis inclinatur ab aliquo in peccatum, quod de se non est natum inclinare in illud: sicut etiam in corporalibus aliquis in via plana impingit & cadit, & tunc dicitur ipsemet sumere occasionem ruinæ nulla sibi occasione ab exteriori data, sed talis causa rninæ non potest scandalum nominari, quia causæ & si quandoque nomina sortiantur ex per se effectibus, nunquam tamen ab his quæ per accidens eueniunt, nominari consueuerunt.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Christus non dicitur esse petra scandali quasi per se scandali causa, quia ipse non dedit alicui occasionem scandali: sed dicitur esse in petram scandali, ita quòd propositio non ordinem causæ, sed consecutionem importet, quia ex his quæ Christus fecit, consecutum est scandalum Iudæorum.

ARTICVLVS II.

Vtrum scandalum sit peccatum semper.

Vbi supra ar. 2

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd scandalum non sit peccatum semper. Nullum enim necessariũ est peccatum: sed necesse est ut veniant scandala, vt dr Matth. 18. ergo scandalum non est peccatum.

¶ 2 Præt. Omne peccatum est ex diaboli incentiuo, non ex pietatis affectu: sed Matth. 16. vbi dicitur Petro, Vade retro me satanas, scandalum mihi es, dicit glo. Error Apostoli ex pietatis affectu venit potius quàm ex incentiuo diaboli, ergo non omne scandalum est peccatum.

Et habetur ad verbum in glo. sup illud Matthæi. 18. Si autem manus tua,

¶ 3 Præt. Hiero. dicit. Parum distant in vitio scandalizare, & scãdalizari: sed scãdalum passiuum, vt videtur, põt esse sine peccato, sicut & impactio corporalis quandoque est sine casu. ergo & scandalum actiuum potest esse sine peccato.

SED CONTRA. Omne dictum, vel factum minus rectum est peccatum: sed scandalum est huiusmodi. ergo &c.

II ca. 5. vbi supra, ar. 5.

¶ 2 Præt. Numeri. 3 1. dicitur in glo. Longe grauius peccatum est dare peccati causam, quàm peccare: sed quicunque scandalizat, dat causam peccandi. ergo peccat.

VLTERIVS. Videtur quod non sit speciale peccatum, quia secundum Philosophum in 5. Ethi. Omnis specialis iniustificatio quandoq; inuenit separata ab omnibus alijs iniustificationibus; sed scandalum non inuenitur separatũ ab alijs peccatis, quia semper est dictum, vel factum minus rectum. ergo non est speciale peccatum.

¶ 2 Præt. Secundum quodlibet genus peccati contingit aliqd dictum, vel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ: sed hæc est diffinitio scandali. ergo scandalum non est aliquod speciale peccatum.

¶ 3 Præt. Quicunque peccat coram alio, scandalizat: sed corã alio peccare non addit supra peccatum simpliciter aliquam differentiam specificam, sed circunstantiam quandam, sicut nec occulte peccare. ergo scandalum non est speciale peccatum.

¶ 4 Præt. Agens proportionatur patienti: sed scandalum passiuum non est speciale peccatum, quia quocunque peccato aliquis ruat exemplo alterius, scandalum pati dicitur. ergo nec scandalum actiuum est speciale peccatum.

SED CONTRA. Contingit peccare in se, in deum, & in proximum: sed scandalum est peccatum in proximum. ergo est in speciali genere peccati.

De moribꝰ monachorum. libr. ca. 3. 4. & 5.

¶ 2 Præt. Malum dicitur aliquid, quia nocet, secundum Aug. sed scandalum habet specialem rationem nocumenti. ergo est speciale peccatum.

III Vbi supra ar. 4.

VLTERIVS. Videtur quòd scandalum semper sit mortale peccatum. Matt. 18. super illud. Væ mundo a scandalis, dicit glo. Imminet æterna damnatio inundãs propter scandala: sed æterna damnatio non debetur nisi propter peccatum mortale. ergo scandalum semper est peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Vita spiritualis est dignior quàm corporalis: sed qui subtrahit alicui vitam corporalẽ mortaliter peccat. ergo & qui scandalizat, cum subtrahat spiritualem vitam inducens alterum in ruinam.

SED CONTRA. Scandalum est dictum, vel factum minus rectum præbens alteri occasionem ruinæ: sed etiam peccatum veniale est huiusmodi quandoq;. ergo scandalum quandoque est peccatum veniale.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd duplex est scandalum, scilicet actiuum, & passiuum, vt ex dictis patet. Passiuum quidem scãdalum semper peccatum est, quia ille scandalum patitur, qui aut a via dei eijcitur, aut saltem in via retardatur, quod non potest esse sine mortali, vel veniali peccato. Actiuum ẽt scandalum semper est peccatum, quia scãdalum actiuũ semper est aliquid quantũ est de se, qd natũ est inducere alterum ad peccandũ, & tale semper aliquam inordinationem habet vel ex genere actus, vel saltem ex circunstãtijs personæ, loci, & temporis, & ideo semper est peccatũ. Sed quandoq; scandalũ actiuum põt esse sine peccato alicuius scãdalum patientis, quando scilicet aliquis quantum est de se, dat occasionem ruinæ, sed alius non ruit: quandoque ẽt econuerso est scandalum passiuum sine peccato alicuius facientis scandalum, vt quando aliquis sibi sumit occasionem ruinæ ex eo quod ab altero non inordinate fit.

Homil. 60. ex c. Matth. 18. supra citato.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd duplex est necessitas. Vna absoluta, siue aliquid sit necessarium per se ipsum, sicut necessarium est deum esse, siue ex coactione alicuius causæ exterioris, sicut violentum dicitur necessarium, & sic nõ est necessarium scandala euenire. Alia est necessitas conditionata, quæ non repugnat voluntario, & sic necesse est scandala euenire necessitate conditionata ex tribus. Primo, ex ipsa præscientia & prædestinatione diuina, sicut dicimus, Necesse est hoc esse, si deus præuidit, & talis necessitas non repugnat libertati arbitrio: vnde super hunc locum dicit Chrysostomus. Cum dr, necesse, nõ spontaneum potestatis destruit, neque libertatẽ electionis. Non igitur prædictio eius scandala inducit, neque quia ꝓdixit, hoc fit, sed quia futurũ erat, propter hoc prædixit. Secundo, ex inclinatione fomitis, sicut etiam dicimus quòd necesse est peccare venialiter, quamuis sit possibile singula venialia peccata vitare. Tertio, ex vtilitate consequente, quam deus ex scandalis elicit, sicut omnia vtilia dicuntur necessaria.

Vbi supra.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ ẽm illã gl. vr ꝙ Petrus non peccauerit volens passionem Christi impediri: quia passio Christi poterat & placere laudabiliter, & displicere ẽm diuersa, & tunc scandalũ sumitur large pro quolibet impedimento alicui præstito in via aliqua, quam prosequi intendit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per se loquendo, scandalum actiuum est maius peccatũ quàm passiuũ, quia in vnoquoque genere cã est potior effectus: tñ aliquando põt esse maius passiuum quàm actiuũ, qñ aliquis maioris ruinæ occasionẽ sumit, quàm

quàm sibi detur: sicut etiam quandoque est passiuum peccatũ sine peccato agentis. Quod autẽ Hiero. dicit, in telligendum est quãtum ad genus peccati, & non quãtũ ad quantitatẽ reatus: & tamen alia propositio falsa est, s. ꝙ scandalum passiuum nõ sit peccatum, quia ipsa impactio spiritualis quoddam peccatũ est, inquantũ est quædam retardatio a via dei: & quamuis dicatur passiuum scandalum, non tñ est omnino passio, sed quædã actio. Quia enim nõ potest sufficiens peccandi causa ab exteriori præberi alicui, quasi cogens ipsum ad peccandum, ille qui scandalizat cooperatur agenti, & ideo peccat.

A cto al terius quomodocunque non ruit, sed disponit ad ruinã, sicut qui impingit, disponitur ad casum, etiã si non cadat: vndeglo. Roma. 14. scandalum contristationem nominat, sed actiuum scandalum potest accipi dupliciter. Vno modo formaliter, quando scilicet est speciale peccatũ, ex hoc ꝙ intendit aliquem scandalizare, & sic si intendat proximum inducere in peccatum mortale, mortaliter peccat: si autem intendat inducere ad aliquod venialiter peccat uenialiter, quantum pertinet ad rationem scandali, quia si intenderet ducere in peccatum ueniale per actum mortalis peccati, peccaret mortaliter, sed hoc accideret scandalo. Alio modo materialiter, quando est circunstantia peccati, quia non intenditur proximi nocumentum: & tunc idem iudicium est de scandalo, & de actu quo aliquis scandalizat, qui quandoque est veniale, quandoque mortale peccatũ, nisi forte esset veuiale aut indifferens habens similitudinẽ mortalis peccati: tunc enim scandalum actiuum esset peccatũ mortale cum ex aliquibus circunstantijs concurrentibus, ex quibus existimari probabiliter posset, ꝙ infirmi aspicientes peccarent mortaliter.

Interlinearis, super illud Ne ponatis offendiculũ fratri, uel scãdalum.

B

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd actus aliquis determinatur ad speciem moris dupliciter. Vno modo ex parte obiecti, sicut fornicatio ex hoc quòd est circa delectabilia tactus, & hæc determinatio est materialis, & respicit habitum elicientẽ actũ. Alio modo ex parte finis, & hæc est formalis specificatio, & respicit habitũ imperantẽ. Contingit autem quãdoque ꝙ ad eandem speciem determinatur actus d ex utra que parte, sicut quando aliquis actus ab eodem habitu elicitur & imperatur, vt cũ quis fornicatur pp delectationẽ. Quãdoque autẽ ex vtraq; parte determinatur, sed ad diuersas spẽs, vt qñ actus ab vno habitu elicitur, & ab alio imperatur, sicut cum quis fornicatur propter lucrum. Determinatur enim ad speciem luxuriæ ex obiecto, sed ad speciem auaritiæ ex fine, nõ tamen sunt ibi duo peccata, sed vnum peccatum duplex, cum sit vnus actus. Qnque ẽt euenit quòd aliquis actus nõ determinatur ad aliquam certam speciem ex parte obiecti, sed ex parte finis, eo ꝙ habet determinatum habitum a quo imperatur, sed non a quo eliciatur, sicut ædificare proximum, quẽ actum charitas non elicit, quia eius non est elicere nisi interiores actus, per quos non fit ædificatio, sed imperat eum, & ab alijs virtutibus elicitur materialiter, non determinate ab aliqua, sed ab omnibus, quia charitas omnibus imperare põt. Et quia scandalum actiuum est peccatum oppositum ædificationi proximorum, ideo materialiter loquendo ex parte materiæ, & habitũ elicientium non est speciale peccatum, sed solum loquẽdo formaliter ex parte finis, & habitus imperãtis, qui est habitus charitati oppositus. s. vitium odij: & iõ qñ aliquis dictum, vel factũ minus rectum facit intendens occasionẽ ruinæ proximo præstare, speciale peccatum scandalizando cõmittit. Si autẽ præter intentionem suam accidat, non erit scandalum actiuũ speciale peccatum, tñ erit circunstantia quædam peccati, eo ꝙ sicut quilibet actus virtutis habet ordinem ad finem charitatis, ẽt si actum non ordinetur in finem illum, & sicut habet aptitudinem vt imperetur a charitate, ita quodlibet peccatum quãtum est de se, habet ordinem ad contrarium fiuem, etiam si ille finis non intendatur ab agente.

C

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ peccatum scandali actiui inuenitur quandoque separatum ab omni alia specie peccati, quod consistit in actu exteriori, vt quando actus exterior de se non esset peccatum, nisi inquantum per quãdam similitudinem peccati quam habet, natum est dare occasionem ruinę in manifesto factum, sicut comedere idolaticum, & ideo etiam in diffinitione scandali nõ dicitur dictum, vel factum peruersum, sed minus rectum: & sic patet ꝙ obiectio procedit ex falsis.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa procedit ex parte elicientium habituum, & non ex parte habitus imperantis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ hæc circunstantia coram alio non addit peccato ex sui ratione nouam speciem, sed ex fine, ad quem per talem circunstantiam ordinabilis est: vnde ẽt peccare in occulto non trahit peccatum ad aliam speciem, quia per hoc non recipit ordinem in alium finem.

D

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ille qui scandalizatur, & agit, & patitur: actio autem sua non pertinet ad genus scandali, sed ad aliud quodcunque, sola autem passio sua pertinet ad genus scandali. Et quia nullus peccat secundum quod patitur, sed solum secundum quod agit, ideo scandalum passiuum nõ ponitur speciale peccatum, sicut scandalum actiuũ, quod ex ipsa actione ad genus scandali pertinet.

E

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd duplex est scandalum, vt dictum est, scilicet actiuum & passiuum, & vtrumque est quandoque veniale, quandoque mortale peccatum. Passiuum quidem mortale peccatum est, quando aliquis ex peccato alterius in peccatum mortale ruit, siue factum agentis sit bonum, siue indifferens, siue malum mortalis, aut venialis peccati: sed veniale peccatum est quando aliquis ex fa-

¶ 2 Præt. Apostolus dicit de scandalizatis, quòd conscientia eorum cum sit infirma, polluitur: sed perfecti non habent cõscientiam infirmam. ergo &c. 1. Cor. 8.

VLTERIVS. Videtur quòd etiam perfectis competat scandalum actiuum. Christus enim perfectissimus fuit: sed ipse scandalizauit, quia positus est in ruinam multorum, vt dicitur Luc. 2. & pharisei audito uerbo eius scandalizati sunt, vt dicitur Matth. 15. ergo scandalum actiuum competit perfectis. II.

¶ 2 Præt. Petrus postquàm fuit spiritu sancto confirmatus, perfectus fuit: sed ipse scandalizauit, quia facto suo cogebat gentes iudaizare. ergo &c. Gal. 2.

SED CONTRA est, quòd dominus Matth. 18. vbi loquitur de scandalo, non facit mentionem nisi de scandalo pusillorum. ergo ipsi soli scandalizantur.

SED CONTRA. Non enim eiusdem est prouocare exẽplis ad bonum, & scandalizare: sed primum est perfectorum, vt patet Matt. 5. Sic luceat lux vestra &c. ergo non est eorum scandalizare. III.

VLTERIVS. Videtur quòd soli perfecti possunt scandalizare, quia contraria contrarijs respondere debent: sed scãdalum passiuum diuiditur contra actiuum. cum ergo solis pusillis conueniat scandalum passiuum, solis perfectis conuenire poterit actiuum.

¶ 2 Præt. Ille solum scandalizat, qui exemplo suo prouocat ad peccandum: sed hoc est illorum tantum, quorum vita in exẽplum aliorum est posita, scilicet prælatorum, & religiosorum. ergo ipsorum tantum est scandalum actiuum.

SED CONTRA: Petrus ante passionem nondum erat in statu perfectionis, quia nondum erant cæli, ideſt, Apostoli, verbo dei, & spiritu oris eius confirmati: sed ipse

quantum in se fuit, scandalizauit, vnde ei dicitur. Scandalum mihi es Matth. 16. ergo scandalum actiuum non est perfectorum tantum. F

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd scandalum passiuum patitur aliquis dupliciter. Vno modo ex propria electione, sicut cum quis videns aliquem peccantem elegit sequi eum ad peccandum, & sic non est perfectorum scandalum passiuum: quia ipsi sequuntur principaliter Christi exemplum, & præce-

taminationem criminis elegerunt. Redeant ergo in suum coniugia statum: quia sicut mulieres quæ ad viros suos reuerti noluerint, impiæ sunt habendæ, ita illę quæ redeunt, merito sunt lau-

pta dei, & rationis bonum, vnde nullius exemplum contra prædicta sequuntur. Alio modo præter electionem, sicut cum ex facto alterius alicui suboritur aliquis concupiscentiæ motus, vel etiam tristitiæ, aut iræ, aut alicuius huiusmodi, & sic scandalum passiuum pôt esse quorumlibet perfectorum ſm statū viæ: sed quia principale moris electio est, vt Philosophus dicit, cōiter dicitur, quòd scandalum passiuū nō est perfectorū. G

3. Eth. c. 2.

Math. 16.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Christus dixit Petro. Scandalū mihi es, non quia ex facto eius scandalizatus sit, sed quia Petrus quātū in se fuit, aliquo modo ei scādalum dedit.

D. 1070.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ gramatice loquēdo, omnis actiua d cōuertitur in passiuam, quia grammaticus non cōsiderat substantiā actionis, sed modum significandi. Omne autē verbū actiuū significat actionem vt in alium transeuntem. Sed considerando substantiā actionis aliquando actio egreditur ab agente, & non pertingit vsque ad patiens, quod habet in sua potestate recipere effectum agentis, & non recipere, vel propter aliquod impedimentum interueniens: & ideo realiter loquendo, in oibus actionibus q̄ terminantur ad aliquid extra agētē, actiua nō conuertitur in passiuā, sicut est percutere, occidere, scandalizare, & alia huiusmodi: sed amare & cognoscere sunt actus interiores animæ, quæ non progrediuntur ad rē extra, nisi ſm quod est aliqualiter in ipso agente: & ideo in talibus actionibus ēt realiter loquēdo, semper actiua in passiuā conuertitur. H

¶ Ad tertiū dicendum, quòd quamuis vir perfectus quandoque ex electione etiam aliquod veniale peccatum committat, siue ex proposito, nō tamen eligit sequi aliquem in peccato ēt veniali, quia ista est valde leuis causa peccandi: sed quandoque alia causa motus peccatum veniale eligit.

art. 2. p̄ced. quæst. 3. in cor.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd scandalum actiuum quandoque est veniale, quandoque mortale peccatum, vt ex dictis patet. secundum ergo quod est mortale peccatum, nullo modo perfectis competit, sicut nec peccare mortaliter: sed secundum quod est veniale peccatum, conuenit ēt quandoque perfectis, sicut & peccatum veniale, in quantum in eis aliquid infirmitatis remanet. I

Ad primvm ergo dicēdum, quòd quia aliqui ex factis, aut dictis Christi sumpserunt occasionem ruinæ, dicitur esse in ruinam & in scandalum, non quia ipse dederit aliquam, vel modicam occasionem ruinæ: vnde non legitur ꝙ Christus aliquos scandalizauerit, sed quòd aliqui ex factis, vel verbis eius scandalizati sunt.

Augu. epistola 19. ad Hiero. To. 2.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Petrus ſm Aug. in rei veritate reprehēsibilis fuit in facto illo, nō qa peruerse opatus sit, sed indiscrete, & ideo ſm hoc nō est cōueniēs dicere ꝙ venialiter peccauerit scādalizādo: sed q̄ro Hieron. excuset Petrum ēt a peccato veniali, supra dis. 1. dictum est.

q. 1. artit. 1. quæst. 3. in

Ad tertiam q. dicendū, ꝙ ēti mperfecti pñt dare suo dicto, vel fcō alij occasionē ruinę vel īdirecte ꝓuocādo exēplo, vel directe ꝓuocādo ad malū ꝑsuadēdo verbis, aut cōmouēdo factis: & iō nō est dubiū, ꝙ qlibet imperfectus pōt scādalizare. K

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ in viris perfectis est aliqua dispō prohibens scandalum passiuum ab ipsis, sed in viris imꝑfectis nihil est qđ prohibeat scandalū actiuū, & iō rō nō s. q̄.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ scandalū actiuū non consistit in hoc tantum, ꝙ aliquis exēplo suo prouocet aliū ad peccandū, sed in hoc ꝙ dat occasionē ruinæ alteri quocunq; mō. Cōstat aūt ꝙ quilibet imperfectus potest dare alteri occasionem ruinę vel ꝑsuadendo verbis, vel prouocando ad impatientiam per iniustas ꝑsecutiones, & ideo nō est dubiū ꝙ imperfectus potest scādalizare, & tñ ēt falsum est quod dr̄, ꝙ imperfectus nō scandalizat per modū exēpli, quia deus vnicuique mandauit de proximo suo, vt patet Eccl. 17. & iō quilibet tenetur ad hoc ꝙ ædificet proximum exēplo suo. Experimento ēt scitur, ꝙ exemplo eorum qui non sunt in statu perfectionis, multi ad peccandū prouocantur, quia non solum exempla maiorum, sed etiam æqualium, & minorum nata sunt mouere.

Articvlvs IIII.

Vtrum ueritas sit propter scandalum dimittenda.

2. 1. ad 6. 43. arti 5.

Ad qvartvm sic proceditur. Vr̄ ꝙ veritas sit ꝓpter scandalū dimittenda. In parabola de zizania dicit gl. August. Cum multitudo est in cā, vel princeps, detrahendū est seueritati, sed nō nisi ꝓpter scandalum. ergo veritas iustitiæ pp scādalum dimittenda est.

Super c. 13 Math. Vid ad hoc propositū, c. Qui scandalizauerit de reg. iur. lib. 5.

dandæ. Ex his ostenditur illos qui taliter iunguntur, ut credant virum interemptum per ignorātiā aliquā excusationē hr̄e de peccato, & tātū primā copulā esse legitimam, nō secundā, ueniam tñ

¶ 2 Præt. Vitatio cuiuslibet peccati pertinet ad veritatem vitę: sed homo ad vitandū scādalum proximi debet peccatum veniale cōmittere, quia plus debet cauere damnū æternum proximi quod patitur per peccatū mortale quo scandalizatus fuit, q̄ damnum temporale suū quod patitur per peccatum veniale. ergo veritas vitæ dimittenda est propter scandalum.

¶ 3 Præt. Aliqñ subtrahitur prædicatio pp scandalum generale: sed prædicatio pertinet ad veritatem doctrinæ. ergo & veritas doctrinæ dimittenda est propter scandalum.

Homilia 7. super Ezechielem.

Sed contra est, quod Gre. dicit. Si de veritate scandalum sumitur, utilius permittit nasci scādalum, quàm veritas relinquatur. ergo veritas non est propter scandalū dimittēda.

Vbi supra eodem ar.

¶ 2 Præt. Homo non debet peccare, vt alterius peccatum uitet: sed ille qui dimittit veritatē, peccat. ergo non debet pp scandalum alterius aliquis veritatem dimittere.

II

Hieron. in epistola ad Gerūtiam de monogamia. to. 1.

Vlterivs. Videtur ꝙ cōsilia sint pp scandalum dimittenda, quia regula est Hiero. ꝙ oē quod pōt fieri, vel non fieri, salua triplici veritate, dimittēdum est pp scandalum: sed consilia sunt huiusmodi. ergo sunt dimittenda pp scandalum. H

¶ 2 Præt. Votum religionis quoddam consilium est: sed homo debet dimittere religionis ingressum pp scādalum parentum, ne honor eis debitus subtrahatur, quia preceptum est, Honora parentes, Exo. 20. ergo consilia sunt pp scandalum dimittenda.

¶ 3 Præt. Opera misericordię quandoque dimittenda sunt ꝓpter scandalum, ne credantur fieri intentione vanæ laudis: sed opera misericordiæ sunt in consilio, vel in præcepto; nec sunt dimittenda secundum quod sunt in præcepto, quia iam pertinent ad veritatem vitę. ergo sunt dimittenda propter scandalum, inquantum sunt in consilio.

Sed contra. Scandalum est dictum, vel factum minus rectum: sed consilium non est de rebus minus rectis, sed de maioribus bonis. ergo non est dimittenda propter scandalum obseruatio consiliorum.

De lau. uitę solitarię, epist. 1. to. 1.

¶ 2 Præt. Hiero. dicit ad Eliodorum, Licet paruulus in collo pēdeat nepos, licet sparso crine & scissis vestibus vbera sua ostendat mater, licet in limine pater iaceat; percalcato perge patre, siccis oculis ad vexillum crucis euola, solum genus pietatis est in hac re esse crudelem: loquitur autem de assumptione religionis. ergo consilia non sunt dimittenda, nec etiā propter scandala propinquorum, & ita multo minus propter scandala aliorum. I

Vbi supra art. 8.

III

Vlterivs. Videtur ꝙ res temporales sint dimittendæ propter scandalum. Apostolo enim debebantur temporalia, qui spiritualia seminabat: sed Apostolus non vsus est hac potestate, ne offendiculum daret euangelio Christi, vt patet 1. Corin. 9. ergo & nos pro scandalo vitando tēporalia debemus abijcere.

¶ 2 Præt. Aliquis tenetur dare rem suam existenti vltima in necessitate ad mortem temporalem euitandam: sed magis debemus obuiare morti spirituali proximi quàm corporali. ergo potius debemus rem temporalem dimittere, quàm dimittamus eum in mortem spiritualem cadere per scandalum. K

¶ 3 Præt. Inter omnia temporalia cibus maxime necessarius est corpori: sed cibus dimittēdus est pp scandalū, dicitur enim 1. Cor. 8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. ergo multo fortius alia temporalia sunt propter scandalum dimittenda.

¶ 4 Præt. 1. Cor. 6. dicit Apostolus. Iam delictum est in uobis, ꝙ iudicia habetis inter uos: quare non magis iniuriam accipitis? hoc autem non dicit nisi propter scandalum quod inde sequebatur. ergo propter scandalum homo debet dimittere temporalia, ne ea in iudicio repetat.

¶ 5 Præt. Decimę computantur inter spiritualia tpalibus annexa: sed ecclesia nō exigit decimas, vt scandalū vitet. ergo & multo fortius alia tēporalia sunt pp scandalum dimittenda.

¶ 6 Præt. In ordine charitatis debemus bonum spirituale proximi bono nostro tpali præponere, sicut ēt animā eius corpori nostro. ergo potius debemus dimittere bona nostra tpalia q̄ ꝓximi in spiritualibus detrimenta patiantur per scandalum.

¶ 7 Præt.

¶ 7 Præt. Homo potest dimittere temporalia, vel non dimittere salua triplici veritate. ergo secundum regulam Hieronymi debent propter scandalum temporalia dimitti. A

Sed contra. Beatus Thomas Cantuariensis repetiuit res ecclesiæ cum scandalo regis. ergo & nobis licet repetere bona temporalia cum scandalo aliorum.

habere, si careat opprobrio malæ voluntatis. Sed si quis relicta in patria sua vxore in longinquam abiens regionem, aliam ducat vxorem, deinde pænitentia ductus eā dimittere velit, asserens se aliam ha

¶ 2 Pręt. Nullus ex peccato suo debet reportare cōmodum: hoc aūt eet si ei qui scandalizatur, res alienæ, quas det net, dimitterentur. i ergo non sunt dimittendæ res temporales possidenti iniuste propter scandalum eius vitandum.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ scandalum actiuum nunquàm est sine peccato facientis, vt ex dictis patet. Nulla autem de causa debet aliquis inclinari ad peccandum, vnde potius debet omnia prætermittere, quàm scandalum actiuum faciat, neque vnquàm propter scandalum actiuum vitandum pōt dimitti veritas: quia quicunque veritatem sequitur, non scandalizat actiue, cum scandalum actiuum sit factum, vel dictum minus rectum, vnde cum quæritur vtrum veritas sit dimittenda propter scandalū, non intelligitur quæstio de scandalo actiuo, sed de passiuo, quod interdum est sine peccato facientis illud, unde scādali occasio sumitur, quamuis nunquàm sit sine peccato eius qui scandalizat, vt ex dictis patet. Et ideo cum quæritur, quid sit dimittendum propter scandalum passiuum, nihil aliud est quærere, quàm quid homo debeat dimittere ne alius peccet. Cum autem homo ex ordine charitatis se plus quàm proximum in spiritualibus bonis diligere teneatur, nullo modo aliquis peccare debet, vt peccatum alterius uitet. Quicunque autem veritatem relinquit, peccat. Veritas autem de qua loquimur, consistit in hoc, ꝙ homo in dictis, & factis suis rectitudini diuinæ, siue diuinæ legis regulæ se conformet, cui quidem homo conformari debet & in his quæ ad cognitionem pertinent, & hoc pertinet ad veritatem doctrinæ: & in his quæ ad actionem spectant, siue ea debeat aliquis per se ipsum agere, quod pertinet ad veritatem vitę, siue eā debeat ab alijs obseruandā promulgare, quod pertinet ad veritatem iustitiæ, quæ cōsistit in rectitudine iudicij: nō tamen quicunque prętermittit aliquid, in quo se diuinę legi cōformare potest, dicitur veritatē dimittere, quia illo remoto veritas adhuc remanere potest: sed tunc dicitur aliquis veritatē dimittere, quando dimittit, vel facit aliquid, quo omisso & facto veritas non manet; quod sine peccato esse non potest, & ideo nullo modo veritas propter scandalum passiuum alterius dimittenda est. B C

Ad primvm ergo dicendum, quòd iustitię actus est reddere vnicuique quod suum est. Dupliciter autem redditur vnicuique quod suum est. Vno modo, quando datur ei illud quod sibi directe vtile est, vt peccunia, vel argentum, vel aliquid huiusmodi quod sibi sine peccato denegari nō potest: vnde quātuncumque scandalum debeat sequi, iudex debet facere ꝙ ius suum isti reddatur. Alio modo, quando opus iustitiæ, quod ad petitionem alicuius redditur, non directe cedit in bonum petentis, sed magis in bonum reipublicæ, sicut patet in illatione pęnarum, quibus pax in republica conseruat malefactoribus repressis: vnde si iudex qui curam reipublicæ gerit, videt ex inflictione pęnæ maius incommodum reipublicæ prouenire, potest pęnam vel prætermittere, vel mitigare, nec alicui in hoc facit iniuriam: quia ipse personam reipublicæ gerit, & hoc etiam facere debet, quia ex officio tenetur vtilitati publicæ prouidere. Hoc autem contingit præcipue quando princeps, vel aliqua multitudo est in causa, aut aliquis de cuius pęna timet ne schisma sequatur: & ideo dicit Augu. quòd cum multitudine peccantium agēdum est magis monendo, quàm minando: seueritas exercenda est in peccato paucorum. Sed hoc intelligendum est, quando ex dissimulatione peccati principis, vel etiam multitudinis maius periculum non timetur quàm ex pœna. Vnde si ex impunitate principis, vel multitudinis fides & doctrinæ veritas, & boni mores corrumpantur, non parcendum est principi, nec multitudini, quod præcipue contingit quando peccantes suum peccatum authoritate, aut potestate defendere moliuntur. Vnde Isidorus dicit. Hi qui neque a vitio correctionis emendantur, atque hoc ipsum delictum quod committunt, vendicare quadam superstitiosa authoritate nituntur, nec gradum honoris, nec gratiam recipiant communionis. D E

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo aliquod peccatum veniale committere, ne alius peccet mortaliter, nō tenetur, nec bene facit committendo: quia ad vitandum peccatum non inclinamur principaliter ex damno proprio, quia hoc esset desistere a peccato timore pęnæ, sed inclinamur ne deum offendamus, cuius offensa est etiam veniale peccatum, quamuis non nō ita magna sicut mortale. Nullus aūt tē debet deū offendere parū, ne alius offendat multum, quia homo debet in infinitū plus diligere deū quàm proximum, & ideo nullus debet facere

buisse quæ uiuit, nec Ecclesia permittat, quæ quod ille asserit ignorat; queritur an in hac secunda copula sit coniugium. Sane dici potest non esse coniugium, & mulierē de crimine excusari p ignoran

peccatum veniale ad vitandum scandalum, dummodo actus suus ex tali causa factus peccatū veniale remaneat. Est enim oppositio in adiecto, si dicatur quòd aliquis debet peccare, aut bene facit peccando: contingit tamen aliquem actum ex tali causa factū nō esse peccatū veniale, qđ alias veniale esset, sicut dicere verbum otiosum, iam enim non esset otiosum, cū non careret causa piæ vtilitatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in doctrina est considerare duo, scilicet actum docentis, & rem quæ docetur. Actus autem docentis pertinet ad veritatem uitæ, sicut & alius actus misericordiæ, quia doctrina est eleemosyna spiritualis, vt supra dist. 15. dictum est: vnde de ea est idē iudicium, & de alijs actibus misericordiæ, de quibus post dicetur, ꝙ aliquando propter scādalum differri possunt: sed res ipsa quæ docetur, est quæ pertinet ad veritatem doctrinæ, nec veritas doctrinæ prætermittitur quando aliqua res vera tacetur, sed quando veritati illius rei præiudicium generatur siue ex contraria doctrina, siue ex taciturnitate aliquorum, & sic propter nullum scandalum est veritas doctrinæ relinquenda.

q. 2. arti. 3. quæst. 2. in cor.

ad 3. quæst. seq 2.

Ad secvndam q. dicendum, ꝙ omnia opera perfectionis quę sunt in pręcepto, cōsilia dicuntur: vnde prætermitti possunt salua triplici veritate; sed aliquando cadunt sub præcepto vel ex voto, vel ex aliqua alia circunstantia, & tunc prætermitti nō possunt sine præiudicio veritatis vitæ, & sic de eis nunc non loquimur, sed solum quando manet in potestate nostra facere ea, vel non facere. Sic ergo loquendo distinguendum est in scandalo passiuo, quia quandoq; oritur ex malitia odientium veritatem, qui turbantur, & alios turbant propter opera lucis quasi filij tenebrarum, & hoc est scandalum pharisæorum, vt Ber. dicit, & propter hoc scandalum passiuū nullo modo consilia sunt dimittenda, quia sic iniquis daretur locus impediendi opera perfectionis cum vellent. Vnde dominus dixit de pharisæis qui ex malitia scandalizabantur ex factis, & dictis eius. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Quandoq; autem oritur ex ignorantia, vel infirmitate. Et hoc dicitur secundum Ber. scandalum pusillorum, qui non cognoscunt veritatem, & propter hoc de operibus veritatis turbantur, & hoc scandalum cauit dn̄s Matth. 17. vbi dixit Petro. Vt autem non scandalizemus eos &c. & cauere docuit Matth. 18. vnde propter tale scandalum passiuum consilia sunt ad tempus intermittenda, vel occulte agenda, non autem omnino dimittenda, quia homo plus sibi quàm proximis in spiritualibus prouidere debet, & ignorantia si diu duret, in malitiam per obstinationem commutatur: tamen attendenda est quantitas scandali, & boni quod contingit ex consilio seruato, & secundum hoc aliquando consilia sunt prætermittenda propter scandalum pusillorum, vel scandalum contemnendum propter consilia.

Bernardus vt elicitur ex epist. 6. ad Brunonem Coloniensem.

Matth. 15.

Hæc duo Bernardi dicta præclare habētur ex tractatu. de præcepto & dispensatione. fo. 162. col. 4.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ad ueritatem vitę pertinent non solum illa quę sunt de necessitate salutis, sed etiam ea quę sunt de perfectione salutis, vnde quamuis omissis consilijs saluetur aliquo modo veritas vitæ, non tamen perfectio veritatis vitæ: vnde verbum Hiero. magis referēdum est ad indifferentia ex genere suo, quàm ad consilia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in eo qui religionem vult intrare, distinguendum est, quia aut sibi timet de periculo salutis imminente si in sæculo remaneat, & tunc debet omnibus modis obuiare periculo vitæ, scandalo non obstante: si autem non immineat, & voto non obligatur, debet pro vitando iusto scandalo parentum, quibus subuenire tenetur, ad tempus suspendere propositum perfectionis, vt præceptum impleat pro suo tempore de honorandis parentibus, & postmodum consilium tempore magis idoneo. Si autem scandalum propinquorum, uel aliorum sit irrationabile, iam accedit ad scādalum pharisæorum, vnde tunc propter scandalū nō debet prętermittere bonū ꝓpositū. Sed si uoto obligatus sit, iam de consilio factum est præceptum, & ideo nullo modo pp scan-

scandalum dimittere debet, quia hoc esset præiudicium ueritatis uitæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd opera misericordiæ, sicut & cōsilia, sunt ad tempus suspendenda propter scandalum pusillorum nisi in illo casu, in quo cadunt sub præcepto, siue sint eleemosynæ spirituales, siue corporales, qa tunc non possunt omitti salua ueritate uitæ.

tiam, uirum autem adulteriū admisisse. Sed ex quo ad primam redire uolens, nec ualens, cogitur Ecclesię disciplina hanc tenere, incipit excusari per obedientiam & timorem de hoc, quòd poscenti mulieri debitum reddit, a qua ipse nunquàm poscere debet, &

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa diffinitio datur de scandalo actiuo, quo remoto etiam propter passiuum interdum est opus bonum dimittendum, vel etiam suspendendum.

Hiero. vbi supra. De laudib. vitæ solitariæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Hieronymus loquitur de scādalo propinquorum irrationabili.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd abijcęre temporalia, vel dimittere contingit dupliciter. Vno modo, cum quis dat quod penes se habet. Alio modo, cum non repetit quę sibi debentur, & de istis duobus fere est idem iudicium.

¶ Sciendum ergo est, ꝙ aliquando aliquis non dans rem suam alteri, scandalizat actiue vel quia dare tenetur, uel quia malo modo denegat, & sic nulli licet retinere quæ possidet cum scādalo actiuo. Aliquando vero sequitur scandalum passiuum ex hoc quòd aliquis rem temporalem non donat, & in hoc distinguendum est, quia quandoque non potest dare sine peccato, vel quia scit illum cui dat, vsurum re data in malos vsus: vel quia non potest dare rem temporalem vni sine præiudicio alterius, sicut si illi qui gerūt alicuius cōmunitatis curam, dent aliqua ex quorum subtractione fiat peior conditio illius communitatis, & tunc non debet darę temporalem rem propter scandalum vitandum, quia hoc esset facere contra veritatem iustitiæ, aut uitæ. Quandoque autem potest dare sine peccato, & tunc in scandalo passiuo distinguendum est, quia quandoque procedit ex malitia, & tunc non tenetur homo rem suam dare malitiose petenti, alias non remaneret locus vtendi re sua, & sic periret bonum commune: potest tamen dare quasi ex consilio, nō quasi ex præcepto, nisi forte crederetur ꝙ ex datione ille efficeretur deterior, puta, si ex hoc prouocaretur ad alias malitiose petendum & inquietandum per huiusmodi petitiones alias, tunc enim peccaret dando. Quandoque autem scandalū passiuum procedit ex ignorantia, & tunc potest dare quasi ex consilio, sed non tenetur quasi ex præcepto, quia potest petentem repellere instruendo eum, & hoc quandoque magis prodesset, quando scilicicet esset talis ignorantia, quæ vergeret in præiudicium veritatis doctrinæ, quàm si daretur res temporalis: quia per hoc ille in suo errore foueretur, sicut patet de hæreticis illis, qui dicunt ꝙ quilibet debet bona sua pauperibus dare petentibus, etiam extra casum necessitatis extremæ. Similiter etiam de repetitione suorum dicēdum est, quia nullus debet scandalum actiuum committere rem temporalem repetendo, neque petendo quæ non ei debentur, neque inordinate petendo in iudicio, aut extra iudicium. Sed de iusta repetitione rerum temporalium propter scandalum passiuum vitandum dimittenda, est distinguendum, quia quandoque licite non pōt dimittere quin repetat sine præiudicio alterius, vt cū quis gerit curam rei alienæ siue cōicatis, siue alicuius priuatæ personæ, & tunc peccaret desistendo a petitione, nisi de consensu illius, cuius curam gerere debet, aut nisi timeret maius periculum imminere quàm sit damnum illius rei. Quandoque aūt pōt dimittere repetitionem sine præiudicio alieno, & tunc si scandalū passiuū procedat ex malitia, non tenetur propter scandalum tale dimittere suæ rei repetitionē, alias daretur materia rapiendi, & tolleretur iustitiæ bonum. Pōt tamen licite dimittere repetitionem ad vitandum tale scandalum, nisi ex tali dimissione credatur detinens rem iniuste, fieri deterior, aut de tali peccato non corrigi alio modo. Vnde Gregorius dicit super illud Iob, Frustra laboraui. Quidā dum res temporales rapiunt solum modo, sunt tolerādi: quidam vero seruata charitate sunt prohibendi, non tamē sola cura ne nostra subtrahant, sed ne rapientes non sua, semetipsos perdant. Si autē scandalū passiuū procedat ex infirmitate, vel ignorantia, debet differre suæ rei repetitionem, vel eum inducere ꝙ non scādalizetur, ꝙ si adhuc scandalizatur, iam per obstinationem malitiosus efficitur, & ideo simile est iudicium de tali scādalo, & de illo quod ex malitia oritur. Quidam tñ dicūt, ꝙ imperfectis licet in iudicio repetere sua cum scandalo, nō aūt perfectis: sed hoc nihil est, quia si loquantur de perfectis quantum ad statum perfectionis, idem est iudicium de eis & de alijs, nisi quatenus ex voto obligantur ad non habendum proprium: vnde monachus in

Li. 31. Moralium. ca. 10. & ipsius Iob. 39.

F iudicio eodē iure potest petere res tēporales nomine capituli, sicut sæcularis nomine sui. Si autem loquantur de perfectis secundum statum charitatis, sic ipsa perfectio charitatis inducit eos ad seruandum consilia, non ꝙ ea facere teneantur, nec peccarent si non facerent, sed in hoc perfectioni eorū aliquod præiudiciū fieret, & sic intelligitur gl. illa. 1. Cor. 6. super illud. Quarē nō magis fraudem patimini? perfectis licet repetere sua simpliciter, scilicet sine causa, sine lite, sine iudicio, sed non cōuenit eis mouere causam ante iudicem. Non enim pōt hoc intelligi de perfectis quo ad statum, sicut sunt religiosi, quia tales nō habent ꝓpriū: vnde nihil eēt dictū ꝙ sua possent repetere simpliciter, illa autem quæ habent in cōi sunt capituli, vel pauperum, vnde possunt ea repetere in iudicio, quia tunc gerunt curam rei alienæ. Quod ergo dicitur in glo. intelligendum est secundum G gradum charitatis: licet enim tales in iudicio repetendo sua nō peccent, tamen perfectioni eorum derogatur, vnde glos. non dicit ꝙ talibus non liceat, sed quòd eis non conueniat. Sciendum tamen quòd perfectis etiam illo vltimo modo licet repetere sua, & contendere in iudicio, etiam sine detrimento suæ perfectionis in casibus. Primus est, quando oritur quæstio de re spirituali, vnde Act. 15. Cum orta esset quæstio de obseruatione legalium, Paulus detulit ad iudicium Apostolorum, Gal. 2. propter quosdam falsos fratres &c. Secundus, quando oritur quæstio de eo quod potest vergere in detrimentum rei spiritualis, vnde Act. 25. Paulus appellauit Cæsarem pro liberatione sua, quia per eius mortem impediebatur fructus prædicationis: ipse tamen quantum in se erat, cupiebat dissolui &c. Philip. 1. Tertius, quando est contentio de eo quod vergit in temporale damnum alterius, & maxime pauperum, Eccle. 34. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum &c. Quartus, quando est contentio de eo quod vergit in spirituale damnum illius, qui rem spiritualem detinet iniuste, de quo supra posita est authoritas Gregorij super illud Iob. Frustra laboraui &c. H Quintus, quando vergit in corruptionem multorum per exēplum rapiendi, Eccle. 8. *Quia non cito profertur sententia contra malos* &c.

Vbi supra.

Lib. 31. Moraliū. c. vbi supra.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus potuisset licite sumptus accipere ab illis, quibus euangelium prædicabat, sed intermisit ex perfectione charitatis, vt vitaret eorum scandalum qui auari erant, & vt liberius eos arguere posset, & ut pseudo apostolis occasionem rapiendi subtraheret.

1. Cor. 9.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ille qui est in extrema necessitate, non habet in potestate sua incurrere mortem corporalem, aut non incurrere, sed de necessitate *incurrit* propter penuriam rei temporalis: & ideo ille qui illam rem sibi denegat, directe mortis eius est causa, sed ille qui scandalizatur, potest *scandalum suum vitare*, & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd comestio alicuius cibi habet ex se aliquam mali similitudinem, sicut comestio idolatitii: & ideo qui comedit coram infirmis scadalizat actiue, quod est maius malum quàm mors corporalis, quia satius est fame mori quàm idolatitio vesci, scilicet cum scandalo, quia primum I est malum pœnæ, secundum malum culpæ: non tamen aliquis debet se dimittere fame mori antequàm cum scandalo idolatitium comedat, quia inijceret sibi manus, & sic cum malo pœnæ adiungeretur malum culpæ. Sed quando comestio alicuius cibi non habet speciem mali, tunc idem est iudicium de abstinendo a tali comestione, & de dimissione rei temporalis alterius: vnde quod Apostolus dicit, ad perfectionem pertinet *consilij*, non ad necessitatem præcepti.

1. Cor. 8.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Apostolus loquitur de repetitione cum scandalo actiuo. Quod autem dominus dicit, K Quæ tua sunt non repetas, Luc. 6. consilium est magis quàm præceptum.

1. Cor. 6.

¶ Ad quintum dicendum, quòd propter generale scandalum debet homo a repetitione rei suæ abstinere quando licite potest, nisi ex hoc maius præiudicium veritati generaretur quàm sit scandalum publicum, quod quandoque ex malitia aliquorum instigantium alios oritur, & sic beatus Thomas Cātuariensis sustinuit scandalum publicum, vt occurreret maiori periculo, quod erat de libertatis ecclesiasticæ amissione.

¶ Ad sextum dicendum, quòd si homo plus diligeret rem suam temporalem, quàm salutem proximi, peccaret; sed aliquando dum nostra repetimus, magis saluti proximorum consulimus quàm nostræ: vnde Gregorius dicit.

Lib. 31. Moraliū. c. 10.

Plus

Plus de ipsis raptoribus debemus metuere, quàm rebus temporalibus repetendis inhiare.

¶ Ad septimum dicendum, quòd quamuis salua triplici ueritate, in hoc particulari posset quis sua quandoque non repetere propter uitandum scandalum, tamen nō posset esse sine præiudicio ueritatis publicæ, si non liceret repetere, quia pax & iustitia periret.

DISTINCTIO XXXIX.

A

De dispari cultu.

POst hęc de dispari cultu videndum est. Hæc est enim una de causis quib⁹ personæ illegitimæ fiunt ad contrahēdum matrimonium. Non enim[a] licet christiano cum gentili, uel Iudæa inire coniugium, quia etiam in ueteri testamento prohibitum est fideles uiros infideles ducere uxores, Domino dicente. Non accipias uxorem de filiabus alienigenarum filijs tuis, ne traducāt eos post deos suos. Iuxta hoc Domini præceptum Iudæorum coniugia cum alienigenis inita Hesdras separauit. Hoc idem etiam in nouo testamento seruatur. Vnde August. Ne nubat femina nisi suæ religionis uiro, uel ne uir talem ducat uxorem. Id enim, ut dicis, iubet Dominus, docet Apostolus, utrūque præcipit testamentum. Item Ambr. Caue Christiane gentili, uel Iudęo filiam tuam tradere, caue ne gentilem, uel Iudæam, uel alienige- B nam, idest, hæreticam, & omnem alienam a fide tua uxorem accersias tibi. Item. Si quis Iudææ, siue Christiana Iudæo, siue Iudæa Christiano carnali consortio misceatur, quicunq; tantum nephas admiserit, a christiano cætu protinus segregetur. Ex his, alijsq; pluribus testimonijs apparet nō posse contrahi coniugiū ab his qui sunt diuersæ religionis, & fidei.

Libro 1. de adul. cōiug. c. 21. Tom. 6. Et habetur 28. q. 1. c. sic enim. §. tu autem. Exod. 34. 1. Cor. 7. Et habetur 28. q. 1. c. Caue.

Et habetur 28. q. 1. c. Si quis Iudęę.

EXPOSITIO TEXTVS.

Quia probari nō potest, quod occulte factum est. Hæc non est sufficiens ratio, quare nō impediatur mřimoniū simpliciter: qa defectus ꝓbationis nō excusaret cōsciētiam a peccato, sed quare non impeditur in facie ecclesiæ. *Viduas a proposito recedentes &c.* Loquitur de proposito per uotum firmato. *Quid etiam omnibus peccatis est adulterio grauius? &c.* Hoc intelligitur quantum ad grauitatem pœnæ quæ secundum legem pro adulterio infligitur, scilicet lapidatio utriusque, qua nulla pœna est grauior. Dicitur autem secundum locum in pœnis te- C nere, quia secundum legem lapidatio solis blasphemis & adulteris debebatur, & filijs inobedientibus. Blasphemos autem nominat hic aberrantes a deo, & in eodem genere inobedientes cōputanſ, quia quasi scelus ariolandi est nolle obedire, ut patet 1. Reg. 15. *Execrabiliter fit in meretrice, &c.* Hęc cōparatio ītelligēda est de usu contra naturam, sed de usu secundum naturam est econuerso. *Legitimarum fœdera nuptiarum reintegranda credamus.* Hoc intelligendum est utroque in hac uita perseuerante. Sed uidetur quòd etiam si unus moriatur, & postea miraculose suscitetur, quòd sit reintegrādum matrimonium per hoc quod dicitur Hebr. xj. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Præterea. Resuscitatus posset repetere possessiōes suas, ergo & uxorem. Præterea. Si oporteret iterato contrahere cum eadem uxore, bigamus reputaretur propter duplex matrimonium quod contraxit. Et dicendum, quòd secundum Aug. nuptiæ sunt bonum mortalium, & ideo uinculum matrimoniale cum hac uita finitur, & hoc est quod dicitur Ro. 7. de muliere. Si mortuus est uir eius, soluta est a lege uiri: & ideo si resuscitaretur, non posset repetere uxorem suam, sed posset iterato cū ea contrahere, nisi illa alteri nupsisset, tunc enim non esset matrimonium contractum separandum. Ad primum ergo dicendum, quòd hoc intelligitur de filijs, & non de maritis. Ad secūdum dicendum, quòd possessiones subduntur simpliciter dominio possidentis: unde etiam moriens testari potest, sed uxor non subditur uiri dominio quasi ancilla, sed est quædam societas inter uirum & uxorem, quæ morte alterius terminatur, vnde uir moriens non potest uxorem suam alteri in testamento dimittere: & sic patet quòd non est eadem ratio de possessionibus & uxoribus. Ad tertium dicendum, quòd non esset bigamus propter hoc, quia neuter coniugum in pluribus carnem suam diuisit. *Si careat opprobrio malæ uoluntatis.* Quod quidem est quando non ex leui præsumptione, sed ex aliquo certo iudicio habito de morte uiri mulier cum alio contraxit. Si autē postea oriatur dubitatio aliqua de uita prioris uiri ex aliqua cā quæ etiā certitudine facere possit, nō debet nec reddere, nec exigere debitū: si aūt cā illa facit probabilē dubitationē, debet reddere, sed non exigere. Si aūt sit leuis suspitio, pōt utrunq; licite facere, quia debet illā cām potius abijcere, quàm secundū hoc conscientiā formare. *Ex quo ad primam redire uolens &c.* Hic magister falsum dicit, quia potius debet excommunicatus mori q̄ coniungatur illi quæ nō est sua uxor: hoc enim esset contra ueritatem uitæ, quæ non est propter scandalum dimittenda.

Esdre. 10.

Aug. de pe... origi. contra Pela... c. 34. in ... 10. 7

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de impedimētis matrimonij quæ faciunt personam illegitimam simpliciter respectu cuiuslibet personæ: hic determinat de impedimento, quod facit eam illegitimam re- A spectu aliquarum personarum, & non respectu omnium. Et diuiditur in duas. In prima, determinat de impedimento quod facit personam illegitimam respectu alicuius alterius personæ propter distantiam ab ipsa, scilicet de disparitate cultus. In secunda, determinat de impedimento quod facit illegitimā personam respectu alterius personæ propter propinquitatē ad eam 40. dist. ibi. *Nunc superest de cognatione &c.* Prima in duas. In prima determinat de matrimonio, quod est de indisparitate cultus fidelis ad infidelem. In secunda de matrimonio quod est īter duos infideles, ibi. *Sunt tamen nonnulli &c.* Prima in partes duas. In prima ostendit quòd disparitas cultus præcedens matrimoniū impedit contrahendum, & dirimit contractum. In secunda obijcit in contrariū, ibi. *Huic autem uidetur obuiare &c.* Et diuiditur in duas. In prima ponit obiectionem ex uerbis Apostoli. In secūda soluit, ibi. *Sed ad hoc esse aliquid illud &c.* Et circa hoc tria facit. Primo, C ostendit quòd uerbum Apostoli, scilicet quòd fidelis habet potestatem commanendi, uel non commanendi cum infideli, intelligitur de disparitate cultus qui sequitur matrimonium. In secunda inquirit, utrum propter alia peccata uxor possit dimitti, sicut propter infidelitatem, ibi. *Si autem quæritur, an propter aliud &c.* Tertio inquirit, utrum fidelis dimittens uxorem infidelem, possit alteram ducere, ibi. *Hic quæritur si fidelis &c.* Et circa hoc tria facit. Primo ponit authoritatem ad partem negatiuam. Secundo ad affirmatiuam, ibi. *Sed contra Ambrosius &c.* Tertio soluit, ibi. *Attende prædictis &c.*

Vbi supra.

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur sex.

D ¶ Primo. Vtrum aliquis fidelis possit contrahere matrimoniū cum infideli.

¶ Secūdo. Vtrum inter infideles sit matrimonium.

¶ Tertio. Vtrum si alter coniugum infidelium conuertatur ad fidem sine altero, possit in eodem matrimonio commanere.

¶ Quarto. Vtrum possit uxorem infidelem relinquere.

¶ Quinto. Vtrum ea dimissa possit aliam ducere.

¶ Sexto. Vtrum propter alia peccata uir possit dimittere uxorem, sicut propter infidelitatem.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum fidelis possit matrimonium cum infideli contrahere.*

E AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd fidelis possit matrimonium cum infideli contrahere, quia Ioseph cōtraxit cum ægyptia, & Hester cum Assuero: in utroque autem matrimonio fuit disparitas cultus, quia alter erat fidelis, alter infidelis. ergo disparitas cultus præcedens matrimoniū, ipsum non impedit.

1. Cor. 7. lec. 2. circa medium. Gen. 41. Hester. 2.

¶ 2 Præt. Eadem est fides, quam docet uetus lex, & noua lex: sed secundum ueterem legem poterat esse matrimonium inter fidelem & infidelem, ut patet Deut. 21. Si egressus ad pugnam uideris mulierem pulchram in medio captiuorum, & adamaueris eam, introeas ad eam dormiens cum ea, & erit tibi uxor. ergo in noua lege licet.

¶ 3 Præt. Sponsalia ad matrimonium ordinantur: sed inter fidelem & infidelem possunt in aliquo casu contrahi sponsalia, cum conditione futuræ conuersionis. ergo sub eadem conditione matrimonium potest contrahi inter eos.

De coniugio fidelis & infidelis, & duorum infidelium.

Hvic autem uidetur obuiare, quod Apostolus ait de imparibus coniugijs. Ego dico, nō Dominus. Si quis frater habet vxorem infidelem, & hęc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, & si qua mulier &c. Sed aliud hoc esse, aliud illud euidenter ostendit Augu. Ibi enim agitur de illis coniugijs fidelium, quę contrahuntur ab eis in dispari religione, & fide manentibus. Apostolus uero ait de illis qui unius & eiusdem infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt: sed cum uenisset euangelium, alter sine altera credidit. Intelligis ne quid dicam? Attende, ut rem ipsam diligentius explanem. Ecce coniuges duo unius infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt, nulla de his quæstio est quæ pertineat ad illud præceptum veteris & noui testamenti, quó prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges, & ambo adhuc sunt infideles. Tales sunt adhuc, quales coniuncti sunt. Venitque euangelij prædicator, credidit eorū unus, uel una, sed ita ut infidelis cum fideli habitare consentiat, nō iubet dominus ut fidelis infidelem dimittat taliter coniunctum. Nec Apostolus iubet ut non dimittat, sed consulit, ut si quis aliter agat, nō sit transgressor, sicut & de uirginibus consulit. Monet autem quod est lucrandi occasio, cum possit licite relinquere, sed non expedit. Tunc enim non expedit id quod licitum est, quādo permittitur quidem, sed ipsius potestatis usus alijs affert impedimentū salutis, sicut discessio fidelis ab infideli, quam non prohibet dominus, quia coram illo non est iniustitia: sed Apostolus ne fiat, consilio charitatis suadet, ut nemo in ea re iussionis necessitate teneatur, sed consilij uoluntate libere faciat. Ex his monstratur inter fideles coniugium esse, & consilium Apostoli nō obuiare pręcepto domini, quo iubet fidelem non iungi infideli, & si coniuncti fuerint, separari. Legitur enim quòd Hesdras propheta, immo dominus per eum iussit Israelitis uxores dimittere alienigenas, p̄ quas ibant ad deos alienos, non ille per maritos acquirebatur Deo. Recte hoc præcepit, quia per Moysem iusserat dominus ne quis uxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant domino prohibente, domino iubente dimiserunt, quia ut ait Ambr. Non est putandum matrimonium, quod extra decretū Dei factum est, sed cognoscitur emendandum, ut quando fidelis infideli copulatur. Sed ut ait Augu. Cum cępisset gentibus euāgelium prædicari, iam coniunctos gentiles gentilibus cōparauit cōiugibus, ex quibus si non ambo crederent, sed unus, uel una, & infidelis cum infideli consentiret habitare, nec prohiberi a domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo non prohiberi, quia iustitia permittit a fornicante discedere, & infidelis hominis fornicatio est maior ī corde, nec uera eius pudicitia cum cōiuge dici potest: quia omne quod non est ex fide, peccatū est, quamuis ueram fidelis habeat pudicitiam, etiam cum infideli cōiuge quæ nō habet ueram. Ideo autem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari, quia non contra iussionem domini gentiles fuerunt ambo coniuncti. Licitum ergo erat per iustitiam fideli infidelem dimittere, sed licitū non erat faciendum propter liberam beneuolentiam. Euidenter apparet & inter infideles coniugium esse, & Apostolum de illis agere, qui in infidelitate coniuncti fuerunt, & post alter ad fidem conuersus est, cum quo etiam fidelis habitare cōsensit, & hunc non dimittere fideli consuluit Apostolus, quia forte per fidelem saluabitur infidelis.

De fornicatione spirituali, ob quam potest dimitti coniux.

Potest tamen licite dimittere, quia in infideli est fornicatio, si non corporis, tamen mentis. Causam.n. fornicationis Dominus excepit. Fornicationem vero generalem & uniuersalem intelligere cogimur non modo.s. corporalem, sed spiritualem, de qua Augu. ait. Idolatria, & quælibet noxa superstitio fornicatio ē. Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti, sed non iussit, & sic dedit Apostolo locum monendi, ut qui uoluerit non dimittat, potest tamen licite dimittere. Si enim fornicatio carnis detestanda est in coniuge, quāto magis fornicatio mētis, idest, īfidelitatis?

Pro quibus uitijs possit dimitti.

Si autem quæris, an propter aliud uitium nisi propter infidelitatē, uel idolatriam possit dimitti. Attende quid August. ait. Si infidelitas fornicatio est, & idolatria infidelitas, & auaritia idolatria, non est dubitandum & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo quamlibet illicitam cōcupiscentiam potest a fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quòd propter illicitas concupiscentias nō tantum quæ in stupris cum alienis uiris, uel feminis committuntur, sed ob quaslibet quæ animam a lege Dei aberrare faciunt & pernitiose corrumpi, possit sine crimine & uir uxorem suā dimittere, & uxor uirum. Item rectissime dimittit, si uiro suo dicat, Non ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges, uel nisi solita lenocinia exerceas, aut si quid aliud facinorosum, uel flagitiosum a uiro suo expetat. Tunc ille cui hoc uxor dixit, si ueraciter penitens est, habetque fidem per dilectionem operantem, membrū quòd eum scandalizat, amputabit. Ex his apparet quòd non solum infidelitas, sed etiam quælibet concupiscentia quæ pernitiose turpiterque corrumpit, fornicatio spiritualis est, per quam vir vxorem, vel vxor virum dimittere potest. Consulit tamen Apostolus ne fidelis dimittat infidelem volētē cohabitare, nec a Deo reuocare.

¶ 4 Præt. Omne impedimentum matrimonij est aliquo modo contra matrimonium: sed infidelitas non est contraria matrimonio, quia matrimonium est in officium naturæ, cuius dictamen fides excedit. ergo disparitas fidei nō impedit m̄rimoniū.

¶ 5 Præt. Disparitas fidei est etiam quandoque inter duos baptizatos, sicut quā do aliquis post baptismū in hæresim labitur, & si talis cum aliqua fideli contrahat, nihilominus est verum matrimonium. ergo disparitas cultus matrimonium non impedit.

Sed contra est, quod dicitur. 2. Cor. 6. Quæ conuētio lucis ad tenebras: sed maxima conuentio est inter virum & vxorem. ergo ille qui est in luce fidei, non pōt contrahere matrimonium cum illa, quæ est in tenebris infidelitatis.

De adulterinis coniugijs lib. 1. c. 21. Et habetur 28. q. 1. c. Sic enim § Tu autē &. § Intelligis.

¶ 2 Præt. Mal. 2. dicitur, Contaminauit Iudas sanctificationē domini, quā dilexit, & habuit filiam dei alieni: sed hoc non esset, si inter eos posset verū matrimonium cōtrahi. ergo disparitas cultus matrimonium impedit.

Malach. 2.

Respon. Dicendum, q̄ principalius bonum matrimonij est proles ad cultum dei educanda. Cum autem educatio fiat cōmuniter per patrem & matrē, vterque secūdum fidē intendit ad cultum dei prolem educare, & ideo si sint diuersæ fidei, intētio vnius alterius intētioni cōtraria erit, & ita inter eos nō potest esse conueniēs matrimoniū: & propter hoc disparitas cultus pręcedens matrimonium, impedit ipsum ne contrahi possit.

1. Cor. 7. Habet 28. q. 1. c. Iam nunc. Aug. vbi supra ad Pollentium c. 18.

Ad primum ergo dicendum, quòd in veteri lege de aliquibus infidelibus erat permissum quòd cum eis possent inire coniugia, & de aliquibus prohibitum: specialiter quidem erat prohibitū de infidelibus habitantibus in terra Chanaam, tum quia dominus præceperat eos occidi propter eorum obstinationē: tum quia maius periculum imminebat ne coniuges aut filios ad idolatriam peruerterent, quia filij Israel ad ritus & ad mores eorum proniores erant propter conuersationem cum eis: sed de alijs gentibus permisit, pręcipue quando non poterat esse timor p̄trahendi ad idolatriam, & sic Ioseph, & Moyses, & Hester cum infidelibus matrimonia contraxerunt: sed in noua lege quę per totum orbem diffunditur, similis ratio prohibendi est de omnibus infidelibus, & ideo disparitas cultus præcedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum.

Gen. 41. Exod. 2. Hester 2.

¶ Ad secundum dicendum, quòd lex illa vel loquitur de alijs nationibus, cum quibus licite poterant inire connubia: vel loquitur quando illa captiua ad fidem & cultum dei conuerti volebat.

Deuter. 21.

¶ Ad tertium dicendum, quòd eadem est habitudo præsentis ad præsens, & futuri ad futurum: vnde sicut quando matrimonium in præsenti contrahitur, requirit̄ vnitas cultus in vtroque cōtrahentium, ita ad spōsalia quibus fit spōsio futuri matrimonij, sufficit cōditio apposita d̄ futura vnitate cultus.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd iam ex dictis patet, q̄ disparitas cultus contraria est matrimonio ratione principalioris boni ipsius, quod est bonum prolis.

Hesdre 10. Augusti. lib. & cap. ubi supra.

¶ Ad quintum dicendum, quòd matrimonium sacramētum est, & ideo quantum pertinet ad necessitatem sacramenti, requirit paritatem quantū ad sacramētum fidei, scilicet baptismum magis quàm quantum ad interiorem fidem: vnde etiam hoc impedimentum non dicitur disparitas fidei, sed disparitas cultus, qui respicit exterius seruitium, vt in 3. lib. dist. 9. dictum est: & propter hoc si aliquis fidelis cum hæretica baptizata matrimonium contrahit, verum est matrimonium, q̄uis peccet contrahendo, si sciat eam hæreticā: sicut peccaret si cum excōmunicata contraheret, non tamen propter hoc matrimonium dirimeretur, & econtrario si aliquis catechumenus habēs rectam fidem, sed nondum baptizat9 cū aliqua fideli baptizata cōtraheret, nō esset verum matrimoniū.

Et hr 28. q. 1. ca. Quod autē. § Iussit Esdras. De adulterinis coniugijs lib. 1. ca. 18. & hr 28. q. 1. ca. Sic enim. q. 1. arti. 1. quæstiū. 1. in cor. Matth. 19.

ARTICVLVS II.

b Vtrum inter infideles possit esse matrimonium.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd inter infideles non possit esse matrimonium. Matrimonium enim est sacramentum ecclesiæ: sed baptismus est ianua sacramentorum. ergo infideles qui non sunt baptizati, matrimoniū cōtrahere nō possunt, sicut nec alia sacramenta suscipere.

¶ 2 Præt. Duo mala sunt magis impeditiua boni, quàm vnū: sed infidelitas vnius tantum impedit matrimonij bonum. ergo multo fortius infidelitas vtriusque, & ita inter infideles nō potest esse matrimonium.

¶ 3 Præt. Sicut inter fidelem & infidelem est disparitas cultus, ita interdum inter duos infideles, vt si vnus sit Gentilis, & alter Iudæus: sed disparitas cultus impedit matrimonium, vt dictum est. ergo ad minus inter infideles, qui habent cultum disparem, non potest esse verum matrimonium.

¶ 4 Præt. In matrimonio est vera pudicitia: sed sicut dicit Aug. & habetur 28. q. 1. non est vera pudicitia infidelis cum vxore sua. ergo non est verum matrimonium.

¶ 5 Præt. Matrimonium verum excusat carnalem copulam a peccato: sed hoc non potest facere matrimoniū inter infideles contractum, quia omnis vita infidelium peccatum est, vt dicit glo. Ro. 14. ergo inter infideles non est verū matrimonium.

Sed contra est, quod dicitur. 1. Cor. 7. Si quis frater habet vxorem infidelem &c. sed vxor nō dicitur nisi propter matrimonium. ergo inter infideles est uerū matrimonium.

¶ 2 Præt. Remoto posteriori non remouetur prius: sed matrimonium pertinet ad officiū naturæ, quæ præcedit statū gratiæ, cuius principium est fides. ergo infidelitas non facit quin sit inter infideles matrimonium.

Respon. Dicendum, quòd matrimonium principaliter institutum est ad bonum prolis, non tamen generandæ: quia hoc sine matrimonio fieri posset, sed etiam promouendæ ad perfectum statum, quia quælibet res intendit effectum suum naturaliter producere ad perfectum statum. Est autem in prole duplex perfectio consideranda, scilicet perfectio naturæ non solum quantum ad corpus, sed etiam quantum ad animam per ea quæ sunt de lege naturæ: & perfectio gratiæ, & prima perfectio est materialis & imperfecta respectu secundæ. Et ideo cum res, quæ sunt propter finem, sint proportionatæ fini, matrimonium quod tendit ad primam perfectionem est imperfectum & materiale respectu illius, quod tendit in perfectionem secundam. Et quia prima perfectio communis esse potest fidelibus & infidelibus, secunda autem est tantum fidelium, ideo inter infideles est quidem matrimonium, sed non perfectum vltima perfectione, sicut est inter fideles.

Ad primvm ergo dicendum, quòd matrimonium nō tantum est institutum in sacramentum, sed in officium naturæ: & ideo quamuis infidelibus non competit matrimonium secundum quod est sacramentum in dispensatione ministrorum ecclesiæ consistens, competit tamen eis inquantum est in officium naturæ: & tamen etiam matrimonium tale est aliquo modo sacramentum habitualiter, quamuis non actualiter, eo q̄ actu non contrahunt in fide ecclesiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd disparitas cultus non impedit matrimonium ratione infidelitatis, sed ratione disparitatis in fide. Disparitas enim cultus non solum secundam perfectionem prolis impedit, sed etiam primam, dum parentes ad diuersa prolem trahere intendunt, quod non est quando vterque est infidelis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd inter infideles est matrimonium, vt dictum est, prout matrimonium est in officium naturæ. Ea autem quæ pertinent ad legem naturæ sunt determinabilia per ius positiuum, & ideo si prohibentur ab aliquo iure positiuo, apud eos infideles cōtrahere matrimoniū cū infidelib9 alterius ritus, disparitas cultus impedit matrimonium inter eos. Ex iure enim diuino non prohibentur, quia apud deum non differt qualitercunque aliquis a fide deuiet quantum ad hoc, quod est a gratia alienū esse: similiter nec aliquo ecclesiæ statuto, quæ non habet de his quæ foris sunt iudicare.

In ar. pñti. Vbi supra de sermone dñi in mōte, & in decretis cap. Eisdem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pudicitia, & aliæ virtutes infidelium dicuntur non esse verę, quia nō possunt pertingere ad finem veræ virtutis, quæ est vera felicitas, sicut dicitur non esse verum vinum, quod non habet effectū vini.

Augu. de fide & operibus cap. 16. & hr 28. q. c. Vxor legitima.

¶ Ad quintum dicendum, quòd infidelis cognoscens vxorem suam, nō peccat si propter bonum prolis, aut fidei qua tenetur vxori debitum reddat, cum hoc sit actus iustitiæ & tēperantiæ, quæ in delectabilius tact9 debitas circunstantias seruat, sicut non peccat faciēs alios actus politicarum virtutum. Nec dicitur omnis vita infidelium peccatum, quia quolibet actu peccent, sed quia per id quod agunt, a seruitute peccati non possunt liberari.

ARTICVLVS III.

c Vtrum coniux conuersus ad fidem possit manere cum uxore infideli nolente conuerti.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd coniunx conuersus ad fidem non possit commanere cum vxore infideli nolente conuerti, cum qua in infidelitate contraxerat. Vbi enim est idem periculum, debet eadem cautela adhiberi: sed propter periculum subuersionis fidei prohibetur, ne fidelis cum infideli contrahat. cum ergo idem periculum sit, si fidelis commaneat cum infideli, cum qua prius cōtraxerat, & adhuc maius, quia neophiti facilius peruertuntur quàm illi qui sunt nutriti in fide, videtur quòd fidelis post conuersionem non possit commanere cum vxore infideli.

Sup epl'as Pauli. 1. Corin. 7.

¶ 2 Præt. 28. quæst. 1. dicitur, Non potest infidelis in eius coniunctione permanere, quæ iam in christianam translata est fidem. ergo fidelis habet necesse vxorem infidelem dimittere.

c. Iudęi.

¶ 3 Præt. Matrimonium quod inter fideles contrahitur, est perfectius quàm illud quod contrahitur inter infideles: sed si fideles contrahant in gradu prohibito ab ecclesia, dissoluitur eorum matrimonium. ergo & infidelium, & ita vir fidelis non potest commanere cum vxore infideli, ad minus quando cum ea in infidelitate contraxit in gradu prohibito.

¶ 4 Præt.

4 ¶ Præt. Aliquis infidelis habet quandoque plures vxores secundum ritum suæ legis, si ergo põt commanere cum illis, cũ quibus in infidelitate contraxit, videtur ꝙ possit etiam post cõuersionem plures vxores retinere.

5 ¶ Præt. Potest cõtingere, ꝙ repudiata vna vxore aliam duxerit, & in illo matrimonio existens conuertatur. ergo videtur quòd saltem in hoc casu non possit cum vxore, quam de nouo habet, cõmanere.

Sed contra est, quod Apostolus 1. Corinth. 7. consuluit quòd commaneat. (Super ca. 7. primæ epis. ad Cor.)

2 ¶ Præt. Nullũ impedimentum superueniens matrimonio, tollit ipsum: sed matrimonium erat verum, cum vterq; infidelis erat. ergo quando aliter conuertitur, non dirimitur matrimoniũ per hoc, & ita videtur ꝙ possint licite commanere. (Ex cõcilio Meldẽsi. Et hr̃ 28. q. 2. c. Si quis.)

Respon. Dicẽdum, quòd fides eius qui est in matrimonio non soluit, sed perficit matrimonium. (Ad Hylariũ scribẽs. Et hr̃. 28. q. 1. c. Si infidelis. Præced. art.) Vnde cum inter infideles sit verum matrimonium, vt ex dictis patet, per hoc quòd alter eorum cõuertitur ad fidem, non ex hoc ipso vinculum matrimonij soluitur: sed aliquando vinculo matrimonij manente soluitur matrimonium quantum ad cohabitationem & debiti solutionem, in quo pari passu currunt infidelitas & adulterium, quia vtrumque est cõtra bonum prolis. Vnde sicut se habet in potestate dimittendi adulteram, vel commanendi cum ea, ita se habet in potestate dimittendi infidelem, vel commanendi cum ea. Potest enim vir innocens libere cum adultera commanere spe correctionis, non autem si in adulterij peccato fuerit obstinata, ne videatur patronus turpitudinis, vt supra distinctione 35. dictum est, quamuis etiam cũ spe correctionis possit eam libere dimittere. (q. 1. ar. 2. fere p totũ.) Similiter fidelis cõuersus potest cum infideli manere cum spe conuersionis, si eã in infidelitate obstinatam non viderit, & bene facit commanẽdo, tamen non tenetur, & de hoc est consilium Apostoli. (1. Cor. 7.)

Ad primum ergo dicendum, quod facilius impeditur aliquid fiendum quàm destruatur quòd rite factum est, & ideo multa sunt quæ impediunt matrimonium contrahendum si præcedant, quæ tamen ipsum non possunt dissoluere si sequantur, sicut de affinitate patet: & similiter dicendum est de disparitate cultus.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ in primitiua ecclesia tẽpore Apostolorum passim conuertebantur ad fidem & Iudæi, & Gentiles, & ideo tunc vir fidelis poterat habere probabilem spem de conuersione vxoris, etiam si conuersionem non promitteret: postmodum autẽ tẽpore procedente Iudæi sunt magis obstinati, & Gentes adhuc intrabant ad fidem, sicut tempore martyrum, & temporibus Constantini Imperatoris circa tempora illa: & ideo tunc non erat tutum fideli cum vxore infideli Iudæa cohabitare, nec erat spes de conuersione eius, sicut erat spes de conuersione vxoris gentilis: & ideo tunc fidelis conuersus poterat cohabitare cũ gentili, sed nõ cũ Iudæa, nisi cõuersionem promitteret, & secũdum hoc loquitur decretum illud, sed nũc pari passu ambulãt vtrique. s. Gẽtiles & Iudæi, quia vtrique obstinati sunt, & ideo nisi vxor infidelis cõuerti velit, non permittitur ei cohabitare siue sit Gentilis, siue Iudæa.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ infideles non baptizati non sunt astricti statutis ecclesiæ, sed sunt astricti statutis iuris diuini, & ideo si contraxerint aliqui infideles in gradibus secundum legem diuinam prohibitis, Leuiti. 18. siue vterque, siue alter ad fidem conuertatur, non possunt in tali matrimonio commanere: si autem cotraxerint in gradibus prohibitis per statutum ecclesiæ, possunt commanere si vterq; conuertatur, vel si uno conuerso spes sit de conuersione alterius.

Si fideli liceat aliam ducere infideli discendente, uel dimissa.

Hic quæritur, si fidelis dimittat infidelem, uel infidelis a fideli discedat, an liceat fideli aliam ducere. Videtur authoritas testari, ꝙ illa viuente alterã ducere nõ ualeat. Ambrosius enim verba Apostoli exponẽs ait.
G
Alioqñ si disceditis abinuicẽ, & volẽtes cohabitare dimittitis, & alijs vos copulatis, adulteri estis, & filij vestri qui de hac copula nascunt, immundi. i. spurij sunt. Itẽ. Si quis habuerit vxorẽ virginẽ ante baptismũ, viuẽte illa post baptismum alterã habere non põt. Crimina. n. in baptismo soluunt, non coniugia.

Quæ præmissis contraria uidentur.

Sed ecõtra. Ambrosius testat. Si infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat. Non enim est seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi: qa non debetur reuerẽtia coniugij ei, qui horret authorem coniugij. Nõ est enim ratum matrimonium, qđ sine deuotione Dei est, & ideo non est peccatũ ei qui dimittitur propter Deum, si alij se copulauerit. Contumelia enim creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur, ne accusetur alij copulatus. Infidelis autem discedens, & in Deũ peccat, & in matrimoniũ: nec est seruãda ei fides coniugij, q ideo recessit, ne audiret Christũ eẽ Deũ christianorũ coniugiorũ. Si uero ambo crediderint, per cognitionẽ Dei confirmatur coniugium.

Determinatio.

H
Attende hic prædictis contraria posse uiderit, ita ut sibi Ambr. cõtradicere videatur. Sed distinguendum est hic, aliud esse dimittere volentem cohabitare, aliud dimitti propter Deum ab illo qui horret nomen Christi. Ibi enim lex beneuolentiæ non seruatur, hic veritas custoditur: & ideo cum liceat dimittere uolentem cohabitare, non tamen ea uiuente aliam ducere licet. Discedentem vero sequi non oportet, & ea viuente aliam ducere licet. Sed hoc non est intelligendum nisi de his qui in infidelitate sibi copulati sunt. Sed si ad fidem uterque conuersus est, vel si uterque fidelis matrimonio coniunctus est, & pòst alter eorum a fide discesserit, & odio fidei coniugem reliquerit, dimissus discedentem non
B
comitabit, nec tñ illa uiuẽte alterã ducere poterit, quia iter eos fuerat ratũ coniugiũ, qđ non põt dissolui.

F
¶ Ad quartum dicendum, quòd habere plures vxores est contra legem naturæ, vt supra distinct. 33. dictum est, cui etiam infideles sunt astricti, & ideo non est verum matrimonium infidelis, nisi cum illa cũ qua primo contraxit, vnde si ipse cum omnibus suis vxoribus conuertatur, potest cum prima cohabitare, & alias debet abijcere: si autẽ prima conuerti noluerit, & aliqua aliarum conuertatur, idem ius habet contrahendi cum illa de nouo, quod cum alia haberet, de quo post dicetur. (q. 1. art. 1 fere per totũ.)

¶ Ad quintum dicendum, quòd repudium uxoris, vt supra distinctio. 33. dictũ est, est contra legẽ naturæ, unde non licet infideli vxorem repudiare, & ideo si conuertatur, postquam una repudiata alteram duxit, idem iudicium est de hoc, & de illo qui plures vxores habebat, qa tenetur primã quã repudiauerat, accipere si conuerti voluerit, & aliam abijcere. (ar. 5. huius q. q. 1. ar. 1. in Cor. & ad primũ.)

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum fidelis conuersus possit uxorem infidelem dimittere, uolentem cohabitare sine contumelia creatoris.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd fidelis conuersus non possit vxorem infidelem dimittere, volentem cohabitare sine contumelia Creatoris. (Vbi supr c. 7.) Maius enim est
I
vinculum viri ad mulierẽ, quàm serui ad dominum: sed seruus conuersus non absoluitur a vinculo seruitutis, vt patet 1. Cor. 7. & j. Timoth. 6. ergo & vir fidelis non potest vxorem infidelem dimittere.

¶ 2 Præt. Nullus potest alteri præiudicium facere sine eius cõsensu: sed vxor infidelis habebat ius in corpore viri infidelis. si ergo per hoc ꝙ vir ad fidem conuertitur, mulier præiudicium pati posset, vt libere dimitteretur, non posset vir conuerti ad fidem sine consensu vxoris, sicut nec potest ordinari, aut uouere continentiam sine consensu vxoris.

¶ 3 Præt. Si aliquis contrahat cum ancilla scienter siue sit seruus, siue liber, non potest propter diuersam conditionem ipsam dimittere. cum ergo vir quando contraxit cum infideli, sciuerit eam esse infidelem, videtur a simili quòd non possit eam propter infidelitatem dimittere.

¶ 4 Præt. Pater tenetur ex debito procurare salutem prolis: sed
K
si discederet ab vxore infideli, filij cões matri remanerent, quia partus sequitur ventrem, & sic essent in periculo salutis. ergo non potest vxorem infidelem licite dimittere.

¶ 5 Præt. Adulter non potest adulteram dimittere, etiã postquã de adulterio pęnitẽtiam egit. ergo si sit idem iudicium de adultero & infideli, nec infidelis infidelem etiam postquàm ad fidem conuersus est.

Sed contra est, quòd Apostolus dicit j. Cor. 7.

¶ 2 Præt. Adulterium spirituale est grauius quam carnale: sed pp carnale adulterium vir põt vxorem relinquere quantũ ad cohabitationem. ergo multo fortius propter infidelitatem, quę est adulterium spirituale.

Respon. Dicendum, quòd homini secundum aliam & aliam uitam diuersa competunt, & expediunt: & ideo qui moritur priori vitæ non tenetur ad illa, ad quæ in priori vita tenebatur, & inde est ꝙ ille qui in uita sæculari existens, aliqua vouit, non tenetur illa quando mundo moritur vitã religiosam assumens perficere: ille autem qui ad baptismum accedit, regeneratur in Christo, & priori vitę moritur, cum generatio vnius sit

corruptio alterius: & ideo liberatur ab obligatione qua vxori tenebatur reddere debitũ, & ei cohabitare non tenetur qñ conuerti non vult, quamuis in aliquo casu libere id posset facere, ut dictum est: sicut & religiosus libere perficere potest uota, quæ in sæculo fecit, si non sunt contra religionem suam, quamuis ad ea nõ teneatur, ut dictũ est in pcedenti dist. (ad preced. cor.)

Ad primum ergo dicendum, ꝙ seruire non est aliquid incompetens christianæ religionis perfectioni, quę maxime humilitatem profitetur: sed obligatio matrimonij aliquid derogat perfectioni christianæ, cuius vitæ summum statum continentes possident: & ideo non est simile de utroque. Et præterea, unus coniugũ non obligatur alteri quasi possessio eius, sicut domino seruus, sed per modũ societatis cuiusdam, quæ non congrue est fidelis ad infidelem, ut patet. 1. Cor. 7. & ideo non est simile de seruo & coniuge.

¶ Ad secundum dicendum, quòd uxor non habebat ius in corpore uiri, nisi quandiu in uita illa manebat, in qua contraxerat, quia etiam mortuo uiro uxor soluta est a lege uiri, ut patet Ro. 7. & ideo si postquàm uir mutat uitam moriens priori uitæ ab ea discedat, nullum fit ei præiudicium: transiens autẽ ad religionem moritur tantum spirituali morte, non autem corporali: & ideo si matrimonium sit consummatũ, non potest uir sine consensu uxoris ad religionem transire, potest autem ante copulam carnalem, quando est tantum copula spiritualis: sed ille qui ad baptismum accedit corporaliter, etiam Christo consepelitur in mortem, & ideo a debito reddendo absoluitur, etiam post matrimonium consummatũ. Vel dicẽdum, quòd ex culpa sua uxor præiudicium patitur, quæ conuerti contemnit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd disparitas cultus facit personã simpliciter illegitimam, non autem conditio seruitutis, sed solum quando est ignorata: & ideo non est similis ratio de infideli & ancilla.

¶ Ad quartum dicendum, quòd proles aut prouenit ad perfectam ætatem, & tunc poterit libere sequi patrem fidelem, uel matrem infidelem: uel est in minori ætate constitutus, & tunc debet dari fideli, non obstante quòd indiget matris obsequio ad educationem.

¶ Ad quintum dicendum, quòd adulter per pænitentiam nõ transit ad aliam uitam, sicut infidelis per baptismum: & ideo non est similis ratio.

ARTICVLVS V.

e Vtrum fidelis discedens ab uxore infideli possit aliam ducere in uxorem.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quòd fidelis discedens ab uxore infideli non possit aliam ducere in uxorẽ, quia insolubilitas matrimonij est de tali ratione ipsius, cum repudium uxoris sit cõtra legem naturæ, ut supra dist. 33. dictum est: sed inter infideles erat uerum matrimonium. ergo nullo modo potest illud matrimonium solui: sed manente uinculo matrimonij ad unã non potest aliquis cum alia contrahere. ergo fidelis discedens non potest cum alia contrahere. (Vbi supra ... & ex ... q. 1. ca. ... mõ. ... ar. 1. in ... & ad ... mum.)

¶ 2 Præt. Crimen superueniens matrimonio non soluit matrimonium: sed si mulier uelit cohabitare sine cõtumelia creatoris, non est solutum uinculum matrimonij, quia uir non potest aliam ducere. ergo peccatum uxoris, quæ non uult cohabitare sine contumelia creatoris, non soluit matrimonium, ut possit libere uir aliam uxorem ducere.

¶ 3 Præt. Vir & uxor sunt pares in uinculo matrimonij. cũ ergo uxori infideli non liceat uiuente uiro alium uirum ducere, uidetur quòd nec fideli liceat.

¶ 4 Præt. Fauorabilius est continentiæ uotum quàm matrimonij contractus: sed uiro fideli uxoris infidelis non licet, ut uidetur, uotum continentiæ emittere, quia tunc uxor fraudaret matrimonio, si postmodum conuerteretur. ergo multo minus licet ei matrimonium contrahere cum alia.

¶ 5 Præt. Filius qui remanet in infidelitate patre cõuerso, amit-
A
tit ius paternæ hæreditatis, & tamen si postea conuertitur, redditur ei sua hæreditas, etiam si alius in possessionem eius intrauit. ergo uidetur a simili, ꝙ si uxor fidelis postea conuertatur, ꝙ sibi sit reddendus uir suus, etiam si cũ alia cõtraxerit, quod non posset esse si secundum matrimonium esset uerum. ergo non potest cõtrahi cum alia.

Sed contra. Matrimonium nõ est ratum sine sacramento baptismi: sed quod non est ratũ potest dissolui. ergo matrimonium in infidelitate contractum potest dissolui, & ita soluto matrimoniali uinculo licet viro alterã ducere uxorem.

¶ 2 Præt. Vir non debet cohabitare uxori infideli nolenti cohabitare sine contumelia creatoris. Si ergo non liceret ei aliam ducere, cogeretur continentiam seruare, quod uidetur inconueniens, quia sic ex conuersione sua incommodũ reportaret.

Respon. Dicendum, quòd quando alter coniugum ad fidem conuertitur altero in infidelitate remanente, distinguendum est, quia si infidelis uult cohabitare sine contumelia creatoris sine hoc quòd ad infidelitatem inducat, potest fidelis libere discedere, sed discedens non potest alteri nubere: si autem infidelis non uelit cohabitare sine contumelia creatoris in uerba blasphemiæ prorumpens, & nomen Christi audire nolens,
C
tunc si ad infidelitatem pertrahere nitatur, uir fidelis discedẽs potest alteri per matrimonium copulari.

Ad primum ergo dicendum, quòd matrimonium infidelium imperfectum est, ut dictum est: sed matrimonium fidelium est perfectum, & ita est firmius. (ar. 2. huius quæstionis in cor.) Semper autem firmius uinculum soluit minus firmum si sit ei contrarium & ideo matrimonium quod pòst in fide Christi contrahitur, soluit matrimonium quod prius in infidelitate contractum erat: unde matrimonium infidelium non est omnino firmum & ratum, sed ratificatur postmodum per fidem Christi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd crimen uxoris nolentis cohabitare sine contumelia creatoris, absoluit uirum a seruitute qua tenebatur uxori, ut non posset ea uiuente aliam ducere, sed nondum soluit matrimonium: quia si blasphema illa conuerteretur antequàm ille aliud matrimonium contraheret, redderetur ei uir suus: sed soluitur per matrimonium sequens, ad
D
quod peruenire non posset uir fidelis non solutus a seruitute uxoris per culpam eius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd postquàm fidelis contraxit, solutum est uinculum matrimonij ex utraque parte, quia matrimonium non claudicat quantum ad uinculum, sed quandoq; claudicat quãtum ad effectum, unde in pœnam uxoris infidelis ei indicitur, quòd non possit cum alio contrahere magis q̃ ex uirtute matrimonij præcedentis: sed si postea conuertatur, potest ei concedi dispensatiue ut alteri nubat, si uir eius aliam uxorem duxit. (D. 861.)

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd si post conuersionem uiri sit aliqua probabilis spes de conuersione uxoris, non debet uotum continentiæ uir emittere, nec ad aliud matrimonium transire, quia difficilius conuerteretur uxor uiro suo sciens se priuatã: si autem non sit spes de cõuersione, potest ad sacros ordines, uel ad religionem accedere, prius requisita uxore quòd cõuer-
E
tatur, & tunc si postquàm uir sacros ordines accepit, uxor conuertatur, non est sibi uir suus reddendus, sed debet sibi imputare in pœnam tardæ conuersionis, ꝙ uiro suo priuatur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ uinculum paternitatis non soluitur per disparem cultum, sicut uinculum matrimonij, & ideo non est simile de hæreditate & uxore.

ARTICVLVS VI.

f Vtrum alia uitia soluant matrimonium, sicut infidelitas.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quòd alia uitia soluant matrimonium, sicut & infidelitas. Adulterium enim directius uidetur esse contra matrimonium quàm infidelitas: sed infidelitas in aliquo casu soluit matrimonium, ut liceat ad aliud matrimonium transire, ergo & adulterium idem facit.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Sicut infidelitas est fornicatio spiritualis, ita etiam quodlibet peccatum. si ergo propter hoc infidelitas matrimonium soluit, quia est fornicatio spiritualis, quodlibet aliud peccatum matrimonium soluit pari ratione.

¶ 3 Præt. Matth. 18. dicitur. Si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te: & dicit glo. quòd in manu, & in dextero oculo possunt accipi fratres, vxor, propinqui, & filij: sed per quodlibet peccatum efficiuntur nobis impedimento. ergo propter quodlibet peccatũ potest dissolui matrimonium.

¶ 4 Præt. Auaritia idolatria est, vt dicitur Eph. 5. sed propter idolatriam potest mulier dimitti. ergo pari rõne propter auaritiam, & ita propter alia peccata, quæ sunt maiora q̃ auaritia.

Hæc Aug. verba habẽtur 28. q. 1. cap. Quod aũt in principio. Rom. 14. Et Colo. 3.

¶ 5 Præt. Magister hoc expresse dicit in litera.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 5. Qui dimiserit vxorem excepta causa fornicationis, mechatur.

¶ 2 Præt. Secundũ hoc tota die fierent diuortia, cum raro inueniatur matrimonium, in quo coniugum alter in peccatum non labatur.

RESPON. Dicendum, quòd fornicatio corporalis, & infidelitas specialem habent contrarietatem ad bona matrimonij, vt ex dictis patere potest, vnde specialiter habent vim separandi matrimonia. Sed tamen intelligendum, quòd matrimonium dupliciter soluitur. Vno modo, quantum ad vinculum, & sic non potest solui postquàm matrimonium est ratificatum neque per infidelitatem, neque per adulterium: sed si non est ratificatum, soluitur vinculum permanente infidelitate in altero coniugum, si alter conuersus ad fidem ad aliud coniugium transeat, non autem soluitur vinculum prædictum per adulterium, alias infidelis libere posset dare libellum repudij vxori adulteræ, & ea dimissa alteram ducere, quod falsum est. Alio modo, soluit matrimonium quantũ ad actum, & sic solui potest tam per infidelitatem, quàm per fornicationem corporalem, vt supra distin. 35. dictum est: sed pp alia peccata nõ põt solui matrimonium, et quantum ad actũ, nisi forte ad tempus vir se velit subtrahere a cõsortio vxoris ad castigationem eius, subtrahendo ei præsentiæ suę solatium.

Vbi supra de fide & ope. c. 16. et habentur uerba hęc 28. q. 1. c. Vxor legitima.

q. 1. Fere totum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis adulteriũ magis directe opponatur matrimonio, inquantum est in officium naturę, quàm infidelitas, tamen econuerso est secundum quod matrimonium est sacramentum ecclesiæ, ex quo habet perfectam firmitatem inquantum significat indiuisibilem cõiunctionem Christi & ecclesiæ: & ideo matrimonium, quod non est ratum, magis potest solui quantum ad uinculum per

F infidelitatem quàm adulterium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd prima coniunctio animæ ad deum est per fidem, & ideo per eam anima quasi desponsatur deo, ut patet Osee 2. Sponsabo te mihi in fide: vnde in sacra scriptura specialiter per fornicationem idolatria & infidelitas designantur, sed alia peccata magis remota significatione dicũtur spirituales fornicationes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc intelligendum est qñ mulier præstat magnam occasionem ruinæ viro suo, vt vir probabiliter sibi de periculo timeat, tũc enim vir potest se subtrahere ab eius conuersatiõe, vt dictũ est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd auaritia dicitur idolatria per quandam similitudinem seruitutis, quia tam auarus, quàm idolatra potius seruit creaturę quàm creatori: nõ autem per similitudinem infidelitatis, quia corruptio infidelitatis est in intellectu sed auaritiæ in affectu.

In cor. huius art.

¶ Ad quintũ dicendũ, q; verba magistri sunt accipiẽda de spõsalibus, quia propter crimen superueniens spõsalia solui põt. Vel si loquamur de matrimonio, intelligendũ est de separatione a communi conuersatione ad tempus, vt dictũ est: Vel qñ vxor nõ vult cohabitare nisi sub cõditione peccãdi, vt cũ dicit, Nõ ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges &c. tunc enim potius debet eam dimittere, quàm latrocinia exercere.

In cor. præsentis art.

Quidam dicunt coniugium non esse inter infideles, & quare.

SVnt tamen nonnulli, qui inter ĩfideles asserunt nõ esse cõiugia, quia nec rata, nec legitima: quia Apostol᷒ ait: Omne quod non est ex fide, peccatum est; eorum autem cõiunctio non est ex fide, & ideo peccatũ est. Nõ est ergo coniugium, quia nullũ coniugium peccatũ est. Aug. etiam dicit: Quia non est vera pudicitia infidelis cũ fideli. Sed vera negatur esse pudicitia, nõ q; infidelium cõiugium nõ sit uerũ, sed quia non habet illud triplex bonũ, quod excusat coitum, & meretur præmium. Itẽ illud Apostoli, Omne quod nõ est ex fide, peccatum est, non sic intelligendũ est, vt quicquid fit ab infidelib᷒ peccatũ sit: sed omne quod fit contra fidem, idest, cõscientiam, male fit, & ad gehennã ędificat. Vel in omni eo quod infidelis facit, peccat, non quia illud facit, sed quia nõ eo modo illud facit quo debet, nõ referens ad debitum finem.

Quòd legitimum sit coniugium infidelium, sed non ratum, & quare.

COpula ergo maritalis, quę est inter infideles, coniugium est legitimum, sed nõ est ratũ. Legitimũ, quia est inter legitimas psonas, sed nõ ratũ, quia sine fide. Coniugium vero fideliũ est [b] legitimum, & ratũ, si tñ legitimæ sunt personæ. Quòd aũt legitima sit infidelium coniunctio Aug. testatur dicens. Vxor legitima a societate cõiũcta sine ulla culpa relinquitur, si cum uiro christiano permanere noluerit. Ex hoc etiã probatur, q; infideli ad fidem conuerso Apostolus consuluit infidelem nõ dimittere, quod non faceret, si non esset inter eos legitimum coniugiũ. Legitimum est quod legali institutione, uel prouincię moribus, non contra iussionem Dñi cõtrahitur.

G

DISTIN. XL.

A

De cognatione carnali & spirituali, & prius de carnali.

NVnc superest de cognatione aliquid dicere. Est autem cognatio alia carnalis, alia spiritualis. Primum de carnali cognatione & affinitate inspiciamus. Cognati ergo, vel affines in septimo gradu, uel infra copulari non debent. Vnde Grego. Progeniẽ suam vnumquemque usque ad septimam obseruare decernimus generationem, & quãdiu se agnoscũt affinitate propinquos, ad coniugalem copulã accedere denegamus, quod si fecerint, separentur. Item Nico. Papa. De cõsanguinitate sua nullus uxorem ducat vsque post generationem septimam, uel quousque parentela cognosci potest. Itẽ. Nulli ex propinquitate sui sanguinis usq; ad septimũ gradũ vxores ducant. His authoritatib᷒, alijsque pluribus consanguineorum coniunctiones prohibentur usque ad septimum gradum.

Episcopis gallię, sicut hr̃ 35. q. 3. c. Progeniẽ.

Vbi supra c. De cõsanguinitate.

Vbi supra c. Nulli.

H I

De computatione graduum consanguinitatis.

QVomodo autem [b] gradus consanguinitatis computandi sint, Isidor᷒ ostẽdit sic. Series consanguinitatis sex gradibus dirimitur hoc modo. Filius & filia, quod est frater & soror sit ipse truncus. Illis seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediũtur isti ramunculi, nepos & neptis primus: pronepos & proneptis secundus: abnepos & abneptis tertius: adnepos & adneptis quartus: trinepos & trineptis quintus: trinepotis nepos, & trinepotis neptis sextus. Attende quòd sex gradus tantum ponit Isido. quia truncum inter gradus non computat. Alij

Vt hr̃. 35. q. 5. c. Serio

K

EXPOSITIO TEXTVS.

ET *alienigenam*, idest, hereticã. Crimẽ hæresis impedit mñimoniũ semp contrahendũ, sed nõ dirimit contractũ, nisi sit talis hæretica, q̃ baptismi sacramentũ non acceperit, aut non in forma ecclesiæ fuerit baptizata. *Si ambo crediderunt per agnitionem dei &c.* Sed contra, Si mulier ante cõuersionẽ fuerit fornicata, tenebit eam vir recipere, etiã si cõuerti uoluerit, vt uidet. Et dicendũ, q; si mulier cõuersa repetat virũ suũ cõuersum, vir nõ põt excipere cõtra eã de fornicatione prius cõmissa, si ipse occasionẽ fornicationi dedit, puta, si noluit cohabitare ei volenti cohabitare sine cõtumelia creatoris, alias potest excipere, & tñ ratificat mñimoniũ, ita q; vlterius nõ possit solui quãtum ad vinculum, vt viro liceat aliã vxorẽ ducere, quis possit solui quantum ad actum.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de impedimẽto matrimonij, quo persona redditur illegitima simpliciter respectu alicuius personæ propter distantiã ad ipsam, hic incipit determinare de impedimẽtis quibus persona redditur simpliciter illegitima respectu alterius propter propinquitatem ad eam. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de impedimento propinquitatis carnalis. In secunda de impedimento propinquitatis spiritualis 42. dist. ibi. *Iam de spirituali cognatione &c.* Prima in duas. In prima determinat de consanguinitate. In secunda de affinitate 41. dis. ibi. *Nunc de affinitate &c.* Prima ĩ duas. In prima ostẽdit secundum quos gradus cõsanguinitas matrimonium impediat. In secunda obijcit in contrarium, & soluit, ibi. *His autem occurrit illud &c.* Prima in duas. In prima ostendit vsque ad quos gradus consanguinitas matrimonium impediat. In secunda ostendit rationẽ huius dist. ibi. *Quare uero sex gradus &c.* Prima in duas. In prima ostendit vsque ad quot gradus consanguinitas matrimonium impediat. In secundo ostendit quomodo sunt gradus prædicti computandi, ibi. *Quomodo autem gradus &c.*

A AD PRIMVM ergo dicendum, q; virtus actiua non recipitur secundum eandem perfectionem in instrumento, secũdum quã est in principali agente: & quia omne mouens motũ est instrumẽtum inde est quòd uirtus primi motoris in aliquo genere per multa media deducta tandem deficit, & peruenitur ad aliquid quod est motum tantum & non mouens. Virtus autem generantis mouet non solum quãtum ad id quod ẽ speciei, sed etiam quantum ad id quod est indiuidui, ratione cuius filius assimilat᷑ patri etiam in accidentalibus non solum in natura speciei, nec B tamen indiuidualis virtus patris ita perfecte in filio est, sicut in patre erat, & adhuc in nepote minus, & sic deinceps debilitat᷑: & inde est q; virtus illa quandoque deficit, ut ultra procedere non possit. Et quia consanguinitas est inquantum multi communicant in tali virtute ex vno in multos per propagationem deducta, paulatim se cõsanguinitas dirimit, vt Isid. dicit, & ideo non oportet accipere stipitem remotum in diffinitione consanguinitatis, sed propinquum, cuius virtus adhuc manet in illis qui ex eo propagantur.

Vbi supra.

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quatuor.

¶ Primo. Quid sit consanguinitas.
¶ Secundo. De distinctione ipsius.
¶ Tertio. Vtrum secundum aliquos gradus impediat matrimonium de iure naturali.
¶ Quarto. Vtrum gradus matrimonium impedientes possint per statutum ecclesiæ determinari.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum diffinitio consanguinitatis, quam quidam ponunt, sit competens.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd diffinitio consanguinitatis, quam quidam ponunt, sit incompetens, scilicet, cõsanguinitas est vinculum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Omnes enim homines ab eodem stipite carnali propagatione descendunt. s. ab Adam. si ergo recta esset pdicta diffinitio consanguinitatis, omnes homines essent consanguinei adinuicem, quod falsum est.

¶ 2 Præt. Vinculum non potest esse nisi aliquorum adinuicem conuenientium, quia vinculum vnit: sed eorum qui descendunt ab vno stipite non est maior conuenientia adinuicem, quàm aliorum hominum, cum cõueniat specie, & differant numero sicut & alij homines. ergo consanguinitas non est aliquod vinculum.

…de generatione animalium …18.

¶ 3 Præt. Carnalis propagatio secundum Philosophum fit de superfluo alimenti: sed tale superfluum magis habet conuenientiam cum rebus comestis, cum quibus in substantia conuenit quàm cum illo qui comedit. cum ergo non nascatur aliquod vinculum consanguinitatis eius qui nascitur ex semine ad res comestas, nec ad generantem ex carnali propagatione nascetur aliquod propinquitatis vinculum.

¶ 4 Præt. Gen. 29. Labam dixit ad Iacob. Os meũ, & caro mea es, ratione cognationis, quæ erat inter eos. ergo talis propinquitas magis debet dici carnalitas quàm consanguinitas.

¶ 5 Præt. Carnalis propagatio communis est hominibus & animalibus: sed in animalibus in carnali propagatione non contrahitur cõsanguinitatis vinculum. ergo nec in hominib᷒.

…12.

RESPON. Dicendum, quòd secundum Philosophum in 8. ethi. Omnis amicitia in aliqua communicatione consistit: & quia amicitia ligatio, siue vnio quædam est, ideo communicatio quæ est amicitiæ causa, vinculum dicitur: & ideo secundum quamlibet communicationem denominantur aliqui quasi colligati adinuicem, sicut dicuntur conciues qui habent politicam communicationem adinuicem, & cõmilitones qui conueniunt in militari negotio, & eodem modo illi qui conueniunt naturali communicatione dicuntur consanguinei: & ideo in prædicta diffinitione ponitur quasi cõsanguinitatis genus, vinculum quasi subiectum, personæ descendentes ab vno stipite, quorũ est huiusmodi vinculum, quasi principium carnalis propagatio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd iam patet ex dictis, q; non solum conueniunt consanguinei in natura speciei, sed etiam in uirtute propria ipsius indiuidui ex vno in multas traducta, ex qua contingit quandoque q; filius nõ solum assimilatur patri, sed auo, vel remotis parẽtibus, vt dicitur in 17. d aĩalibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd conuenientia magis e attẽditur C secundum formam, secundum quam aliquis est actu, quàm secundum materiam, secundum quam est in potentia, quod patet in hoc, q; carbo magis conuenit cum igne quàm cum arbore vnde abscisum est lignum: & similiter alimentum quod iam conuersum est in speciem nutriti per virtutem nutritiuam, magis conuenit cum ipso nutrito, quàm cum illa re vnde sumptũ est nutrimentum. Ratio autem procederet secundum opinionem illorum qui dicebant, q; tota natura rei est materia, & q; formæ omnes sunt accidentia, quod falsum est.

Lib. 4. de generatione animalium cap. 3.

¶ Ad quartum dicendum, q; illud quod proxime conuertitur in semen est sanguis, vt probatur in 15. de animalibus: & propter hoc vinculum quod ex propagatione carnali contrahitur, conuenientius dicitur cõsanguinitas quàm carnalitas, & q; aliquando vnus consanguineus dicitur esse caro alterius, hoc est inquantum sanguis qui in semen viri, aut menstruum conuertitur, est potentia caro & os.

Lib. 1. de generatione animalium cap. 19.

D ¶ Ad quintum dicendum, q; quidam dicunt, q; ideo consanguinitatis vinculum cõtrahitur inter homines ex carnali propagatione, & non inter alia animalia, quia quicquid est de humanæ naturæ ueritate in omnibus hominibus, fuit in primo parente, quod non est de alijs animalibus: sed secundum hoc consanguinitas nũquam dirimi posset, prædicta autem positio in 2. lib. distin. 30. improbata est: vnde dicendum q; hoc ideo conuenit, quia animalia non coniunguntur ad amicitiæ vnitatem propter propagationem multorum ex vno parente proximo, sicut est de hominibus, vt dictum est.

q. 1. ar. 2. in corp.
In cor. huius art.

ARTICVLVS II.

b Vtrum consanguinitas conuenienter distinguatur per lineas, & per gradus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd consanguinitas inconuenienter distinguatur per lineas, & per E gradus. Dicitur. n. linea cõsanguinitatis esse ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendentium diuersos continens gradus: sed nihil est aliud consanguinitas quàm collectio talium personarum. ergo linea consanguinitatis est idem quod consanguinitas: nihil autem debet distingui per seipsum. ergo consanguinitas non conuenienter per lineas distinguitur.

¶ 2 Præt. Illud secundum quod diuiditur aliquod commune, non potest poni in diffinitione communis: sed descensus ponitur in diffinitione prædicta consanguinitatis. ergo non potest diuidi consanguinitas per lineam ascendentium, & descendentium, & transuersalium.

¶ 3 Præt. Diffinitio lineæ est q; sit inter duo puncta: sed duo puncta non faciunt nisi vnum gradum. ergo vna linea habet tantum unum gradum, & ita eadem videtur diuisio consanguinitatis per lineas, & per gradus.

¶ 4 Præt.

F ¶ 4 Præt. Gradus diffinitur esse habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quanta distãtia personæ inter se differãt: sed cum consanguinitas sit propinquitas quędam, distantia personarum consanguinitati opponitur magis quàm sit eius pars. ergo per gradus consanguinitas distingui non potest.

vero qui septẽ gradus ponunt, trũcum inter gradus computant. Varie namque computantur gradus consanguinitatis. Alijs enim patrẽ in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alij primum gradũ filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum vna caro sint pater & filius. Authoritates ergo quæ consanguinitatis cautelam vsque in septimũ gradum prohibent, patrem ponũt in primo gradu. Illæ vero quę vsq; ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant, atq; ita fit vt eædem personæ secundum

¶ 5 Præt. Si consanguinitas per gradus distinguitur & cognoscitur, oportet ꝙ illi qui sunt in eodẽ gradu, sint æqualiter consanguinei: sed hoc falsum est, quia propatruus & eiusdem pronepos sunt ĩ eodem gradu, non tamen sunt æqualiter consanguinei, vt decre. dicit. ergo consanguinitas non recte distinguitur per gradus.

35. q. 5. cap. Vltimo.

¶ 6 Præt. In rebus ordinatis quodlibet additum alteri facit alium gradũ, sicut quælibet vnitas addita facit aliam speciem numeri: sed persona addita personæ non semper facit alium gradum consanguinitatis, quia in eodẽ gradu cõsanguinitatis est pater & patruus, qui adiungit. ergo non recte p gradus cõsanguinitas distinguit.

¶ 7 Præt. Inter duos propinquos semper est eadem consanguinitatis propinquitas, quia æqualiter distat vnum extremorum ab alio, & econuerso: sed gradus consanguinitatis nõ inuenitur semper idem ex vtraque parte, cum quandoque vnus propinquus sit in tertio, & alius in quarto gradu. ergo consanguinitatis propinquitas non potest sufficienter per gradus cognosci.

In cor. prę cedẽtis art.

RESPON. Dicendum, ꝙ consanguinitas, vt dictum est, est quædam propinquitas in naturali cõmunicatione fundata secundum actum generationis, qua natura propagatur: vnde secundum Philosophum in 8. eth. ista communicatio est triplex. (Cap. 2.) Vna, secundum habitudinem principii ad principiatum, & hæc est consanguinitas patris ad filium, vnde dicit quòd parentes diligunt filios, vt sui ipsorum aliquid existentes. Alia est secundũ habitudinem principiati ad principium, & hęc est filii ad patrẽ, vnde dicit ꝙ filii diligunt parentes, vt ab illis existẽtes. Tertia est secundum habitudinem eorum quæ sunt ab vno principio adinuicem, sicut fratres dicuntur ex eisdem nasci, vt ipse ibidẽ dicit: & quia punctus motus lineam facit, & per propagationẽ quodammodo pater descendit in filium, ideo secundum dictas tres habitudines tres lineæ consanguinitatis sumuntur. s. linea descendentium secundum primam habitudinem, linea ascendentium secundum secundam, linea trãsuersalium secundum tertiam. Sed quia propagationis motus non quiescit in vno termino, sed vltra progreditur, ideo contingit ꝙ patris est accipere patrem, & filii filium, & sic deinceps: & secundum hos diuersos progressus diuersi gradus in vna linea inueniuntur. Et quia gradus cuiuslibet rei est pars aliqua illius rei, gradus propinquitatis non potest esse vbi non est propinquitas: & iõ identitas & nimia distantia gradum consanguinitatis tollunt, quia nullus est sibiipsi propinquus, sicut nec sibi similis. Et propter hoc nulla persona per seipsam facit aliquem gradum, sed comparata alteri personæ gradum facit ad ipsam: sed tamen diuersa est ratio computandi gradus in diuersis lineis. Gradus enim consanguinitatis in lineam ascendentium & descendentium contrahitur ex hoc, ꝙ vna persona ex alia propagatur eorum inter quos gradus cõsideratur, & ideo secundum computationem canonicam & legalem persona, quę primo in processu propagationis occurrit vel ascendendo, vel descendendo, distat ab aliquo, putà, a Petro in primo gradu, vt pater & filius: quæ aũt vtrique secũdo occurrit distat in scdo gradu, vt auus & nepos, & sic deinceps: sed consanguinitas eorũ quæ sunt in linea trãsuersali contrahitur nõ ex hoc, ꝙ vnus eorum ex alio propagat, sed quia uterque propagatur ex vno: & ideo debet gradus in hac linea consanguinitatis computari per comparationem ad vnum principium ex quo propagantur: sed secundum hoc est diuersa computatio canonica & legalis, quia legalis computatiõ attẽdit descensum a communi radice ex vtraque parte, sed canonica tñ ex altera, ex illa. s. ex qua maior numerus graduũ inuenit: vñ scdm legalem computationem frater & soror, uel duo fratres attinent sibi in secundo gradu, quia vterque a radice communi distat per unum gradum: & similiter filij duorum fratrum distant a seinuicem in quarto gradu. Sed secundum computationem canonicam duo fratres attinent sibi in primo gradu, quia neuter eorum distat a radice cõmuni, nisi per vnũ gradum: sed filius vnius fratrum distat ab altero fratre in secũdo gradu, quia tantum distat a communi radice: & ideo secun-

hanc diuersitatem inueniantur in sexto & septimo gradu. Patrem vero in primo gradu ponit, qui fratres dicit esse secundum. Hoc modo cõputat Zacharias Papa ĩquiẽs. Parentelæ gradus taliter computamus. Ego & frater meus una generatio sumus, primumque gradum efficimus. Rursus, filius meus & fratris mei filius, secunda generatio sunt, & secundum gradum faciunt, ad hunc modum cæteræ successiones. Inter illos vero qui sex computant gradus, & illos qui septem computant gradus, nulla in sensu existit diuersitas, quamuis in nu-

dum canonicã cõputationem quoto gradu distat qs ab aliquo superiori, to to distat a quolibet descendentium ab ipso, & nũquàm minus, quia propter quod vnumquodque, illud magis: vñ si alij descendentes a communi principio cõueniũt cũ aliquo ratione principij cõis, non pñt propinquiores esse descendenti ex alia parte, q̃ sit primum principium ei propinquũ, aliquando tñ plus distat aliqs ab aliquo descendẽte a communi principio, q̃ distet ipse a principio: quia ille forte plus distat a principio communi q̃ ipse, & secundum remotiorem distantiam oportet consanguinitatem computari.

Vbi supra c. Parẽtele.

Pri. post. c. 2. seu tex. com. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ obiectio illa procedit ex falsis. Consanguinitas. n. non est collectio, sed relatio quædã aliquarum personarum adinuicem, quarum collectio lineam consanguinitatis facit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd descensus communiter sumptus attenditur secundum quamlibet consanguinitatis lineã, quia carnalis propagatio ex qua vinculum consanguinitatis contrahitur, descensus quidam est, sed descensus talis. s. a persona cuius consanguinitas quæritur, lineam descendentiũ facit.

H ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ linea dupliciter accipi potest, aliquando proprie pro ipsa dimensione quæ est prima species quãtitatis continuæ, & sic linea recta continet tantum duo puncta in actu quæ terminant ipsam, sed infinita in potentia, quorum quolibet signato in actu linea diuiditur, & fiunt duæ lineæ: aliquando vero linea sumitur pro his quæ lineariter disponũtur, & secundum hoc assignatur in numeris linea & figura, prout vnitas post vnitatem ponitur in aliquo numero, & sic quælibet vnitas adiecta gradum facit in tali linea: & similiter est de linea cõsanguinitatis, vnde vna linea continet plures gradus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut similitudo nõ potest esse, vbi non est aliqua diuersitas, ita propinquitas non est, vbi non est aliqua distantia: & ideo distantia quælibet non opponitur consanguinitati, sed talis distantia quæ consanguinitatis propinquitatem excludit.

I ¶ Ad quintum dicendum, ꝙ sicut albedo dicitur maior duplr, Vnomodo ex intensione ipsius qualitatis, aliomodo ex quantitate superficiei, ita consanguinitas dicitur maior, vel minor dupliciter. Vnomodo intensiue ex ipsa natura consanguinitatis: aliomodo quasi dimensiue, & sic quantitas consanguinitatis mẽsuratur ex personis, inter quas consanguinitatis propagatio procedit, & hoc secundo modo, gradus in consanguinitate distinguunt: & ideo cõtingit ꝙ aliquorũ duorũ, qui sunt in eodem gradu cõsanguinitatis respectu alicuius personæ, vnus est sibi magis cõsanguineus q̃ alius, considerando primam q̃titatẽ cõsanguinitatis, sicut pater & frater attinẽt alicui in primo gradu cõsanguinitatis, quia ex neutra parte incidit aliqua persona media: sed tñ intensiue loquendo magis attinet alicui personę pater suus q̃ frater, quia frater non attinet ei nisi inq̃tum est ex eodẽ patre: & ideo q̃to aliquis est propinquior cõi principio, a quo consanguinitas descendit, tanto est magis cõsanguineus, quamuis non sit in propinquiori gradu: & secundum hoc propatruus est magis consanguineus alicui, quàm pronepos eius, q̃uis non sit in eodem gradu.

K ¶ Ad sextum dicendum, ꝙ quamuis pater & patruus sint in eodẽ gradu respectu radicis consanguinitatis, quia vterque distat vno gradu ab auo, tamen respectu eius, cuius consanguinitas quæritur, nõ sunt in eodem gradu, quia pater est in primo gradu, patruus autem non potest esse propinquior quàm in secundo, in quo est auus.

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ semper duæ personæ in æquali numero graduũ distant a se inuicẽ, q̃uis quãque non æquali numero graduum distent a cõmuni principio, vt ex dictis patet.

ARTI-

ARTICVLVS III.

c Vtrũ cõsanguinitas de iure naturali ĩpediat matrimoniũ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ consanguinitas de iure naturali non impediat matrimonium. Nulla enim mulier potest esse propinquior viro, quàm Eua fuit Adæ, de qua dicit Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: sed Eua fuit matrimonio cõiuncta Adæ, ergo consanguinitas nulla, quantum est de lege naturę, matrimonium impedit.

¶ 2 Præt. Lex naturalis eadẽ est apud omnes: sed apud barbaras nationes nulla persona coniuncta consanguinitate a matrimonio excluditur. ergo consanguinitas quantum est de lege naturæ matrimonium non impedit.

mero graduum varietas uideatur. Vltima uero generatio si a fratribus sumat initium numerandi, septima inuenitur.

Quare sex gradibus computantur.

Q Vare uero sex computet Isidorus, ipse aperit dicẽs. Cõsanguinitas dũ se paulatim propaginũ ordinibus dirimẽs vsque ad ultimum gradum protraxerit, & propinquitas esse desierit, tũc primum lex in matrimonij uinculum eam recipiet, & quodam modo incipiet reuocare fugiẽtem.

¶ 3 Præt. Ius naturale est qđ natura omnia animalia docuit, ut dicitur in principio digest. sed animalia bruta etiã cum matre coeunt. ergo non est de lege naturæ quòd aliqua persona a matrimonio propter consanguinitatem repellatur.

¶ 4 Præt. Nihil impedit matrimonium, quod non contrarietur alicui bono matrimonij: sed consanguinitas non contrariatur alicui bono matrimonij. ergo non impedit ipsum.

¶ 5 Præt. Eorum quæ sunt magis propinqua & similia, melior & firmior est coniunctio: sed matrimonium quædam coniunctio est. ergo cum consanguinitas sit propinquitas quædam, matrimonium non impedit, sed magis iuuat.

SED CONTRA. Illud quod impedit bonum prolis, etiã matrimonium impedit secundum legem naturæ: sed consanguinitas impedit bonũ prolis, quia ut in litera ex uerbis Greg. habetur, experimento didicimus ex tali coniugio sobolem nõ posse succrescere. ergo consanguinitas secundum legem naturæ matrimonium impedit. (supra.)

¶ 2 Præt. Illud quod habet natura humana in prima sui conditione est de lege naturæ: sed a prima sui conditione hoc habuit natura, quòd pater & mater a matrimonio excluderẽtur, quod patet per hoc quod dicitur Gen. 2. Propter hoc relinquet homo & patrem, & matrem, quod non potest intelligi quantũ ad cohabitationẽ, & sic oportet quòd intelligatur quantum ad matrimonij coniunctionem. ergo consanguinitas impedit matrimonium secundum legem naturæ.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra di. 33. dictum est, in matrimonio illud cõtra legem naturæ esse dicitur, per quod matrimonium redditur incompetens respectu finis, ad quem est ordinatum. Finis autem matrimonij per se & primo est bonum prolis, quod quidem per aliquam cõsanguinitatem. s. inter patrem & filiam, uel filium & matrem impeditur, non quidem vt totaliter tollatur, quia filia ex semine patris potest prolem cõcipere, & simul cum patre nutrire & instruere, in quibus bonum prolis consistit, sed ut nõ conuenienti modo fiat. Inordinatum est enim quòd filia patri per matrimonium adiungatur in sociam causa generandæ prolis & educãdæ, quam oportet per omnia patri esse subiectam velut ex eo procedentem, & ideo de lege naturali est, ut pater & mater a matrimonio repellantur, & magis etiam mater quàm pater, quia magis reuerentiæ, quæ debetur parentibus, derogatur, si filius matrem, quàm si pater filiam ducit in uxorem, cum uxor uiro aliqualiter debeat esse subiecta. Sed finis matrimonij secundarius per se tantum est concupiscentiæ repressio, quid eperiret, si quælibet cõsanguinea posset in matrimonium duci: quia magnus concupiscentiæ aditus præberetur, nisi inter illas personas, quas oportet in eadem domo conuersari, esset carnalis copula interdicta, & ideo lex diuina non solum patrem & matrem exclusit a matrimonio, sed etiam alias coniunctas personas, quas oportet simul conuersari, & quæ debent inuicem altera alterius pudicitiam custodire, & hanc causam assignat diuina lex dicens. Ne reueles turpitudinẽ talis, uel talis, quia turpitudo tua: sed per accidens finis matrimonij est consideratio hominum, & amicitiæ multiplicatio, dum homo ad consanguineos uxoris, A sicut ad suos se habet: & ideo huic multiplicationi amicitiæ p̃iudicium fieret, si aliquis sanguine coniunctam uxorem duceret, quia ex hoc noua amicitia per matrimonium nulla accresceret: & ideo secundum leges humanas, & statuta ecclesiæ plures consanguinitatis gradus sunt a matrimonio separati.

Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex ætatibus mundi generatio, & hominis stat⁹ finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur. In his sex gradibus omnia propinquitatũ nomina cõtinentur, vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius propagari. Secundum alios, septem gradus ideo cõputantur, ita ut post septem gradus sponsus sponsę iungatur, sicut post hanc uitã, quæ septem diebus agitur, Ecclesia Christo iungetur. His autẽ occurrit illud quod Grego. August. Anglorũ

Sic ergo ex dictis patet, quòd cõsanguinitas quantum ad aliquas personas impedit matrimonium de iure naturali, quantum ad aliquas de iure diuino, & quãtum ad aliquas de iure per homines instituto.

B AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Eua quamuis ex Adam processerit, non tamen fuit filia Adæ: quia non prodijt ex eo per modum illum quo uir natus est generare sibi simile in specie, sed operatione diuina, qua ita potuisset ex costa Adæ fieri vnus equus, sicut facta est Eua: & ideo non est tanta naturalis conuenientia Euę ad Adam, sicut filiæ ad patrem, nec Adã est naturale principium Euæ, sicut pater filiæ.

Habet' 35. q. 3. c. Quędam lex.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non procedit ex lege naturali quòd aliqui barbari parentibus carnaliter commiscentur, sed ex concupiscentiæ ardore, qui legem naturæ in eis obfuscauit.

C ¶ Ad tertium dicendum, quòd coniunctio maris & feminæ dicitur esse de iure naturali, quia natura hoc omnia animalia docuit, sed hanc coniunctionem diuersa animalia diuersimode docuit secundum diuersas eorum conditiones. Commistio autem carnalis ad parentes derogat reuerentiæ, quæ eis debetur. Sicut enim parentibus indidit natura sollicitudinem filijs prouidendi, ita indidit filijs reuerentiam ad parentes. Nulli autem generi aliam indidit sollicitudinem filiorum, aut reuerentiam parentum in omne tempus, nisi homini: alijs autem animalibus plus & minus, secundum quod magis uel minus necessarij sunt vel filij parentibus, uel parentes filijs: unde etiam in quibusdam animalibus filius abhorret cognoscere matrem carnaliter, quãdiu manet apud ipsum cognitio matris, & reuerentia quædam ad ipsam, ut recitat Philosophus in 9. de animalibus de camelo, & equo. (Cap. 47.) Et quia omnes honesti mores animalium in hominibus naturaliter congregati sunt, & D perfectius quàm in alijs, propter hoc homo naturaliter abhorret cognoscere carnaliter non solum matrem, sed etiam filiam, qđ est adhuc minus contra naturam, ut dictum est: & iterum in alijs animalibus ex propagatione carnis non contrahitur consanguinitas sicut in hominibus, sicut dictum est, & ideo non est similis ratio.

In cor. p̃sentis articuli.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex iam dictis patet quomodo cõnsanguinitas coniugum bono matrimonij contrarietur, unde ratio procedit ex falsis.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ non est inconueniens duarum vnionum unam ab altera impediri, sicut ubi est identitas, non est similitudo, & similiter consanguinitatis uinculũ potest impedire matrimonij coniunctionem.

ARTICVLVS IIII.

E d Vtrum consanguinitatis gradus matrimonium impedientes potuerint taxari ab ecclesia usque ad quartum gradum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ consanguinitatis gradus matrimonium impedientes non potuerint taxari ab ecclesia vsque ad quartum gradũ. Matth. 19. dicitur, Quos deus coniunxit, homo non separet: sed illos qui coniunguntur infra quartum consanguinitatis gradum deus coniunxit, non enim diuina lege eorum coniunctio prohibetur. ergo non debent humano statuto separari.

¶ 2 Præt. Matrimonium est sacramentum, sicut & baptismus: sed non posset ex statuto ecclesiæ fieri quòd ille qui ad baptismum accedit, non reciperet characterem baptismalem, si ex iure diuino eius capax sit. ergo nec ecclesiæ statutum facere põt ꝙ matri-

quòd matrimonium non sit inter illos, qui per ius diuinum matrimonialiter coniungi non prohibentur.

¶ 3 Præt. Ius positiuum non potest ea quæ sunt naturalia remouere, vel ampliare: sed consanguinitas est naturale vinculum, quod quantum est de se, natum est matrimonium impedire. ergo ecclesia non potest aliquo statuto facere, ꝙ ali qui possint matrimonialiter coniungi, vel nõ coniungi, sicut non potest facere ꝙ sint consanguinei, vel non cõsanguinei. Habes 35. q.3.c. Quædam lex.

¶ 4 Præt. Statutũ iuris positiui debet aliquam rationabilem causam habere, quia secundum causam rationabilem quam habet, a iure naturali procedit: sed causæ q̃ assignantur de numero graduum omnino videntur irrationabiles causæ, cum nullam habeant habitudinem ad causata, sicut quòd consanguinitas prohibeatur vsque ad quartum gradum propter quatuor elementa, vsque ad sextum propter sex ætates, vsque ad septimum propter septem dies, quibus omne tempus agitur. ergo videtur quòd talis prohibitio nullum vigorem habeat.

¶ 5 Præt. Vbi est eadem causa, debet esse idem effectus: sed causa quare consanguinitas impedit matrimonium, est bonum prolis, repressio concupiscentiæ, & multiplicatio amicitiæ, vt ex dictis patet, quæ omni tempore necessaria æqualiter sunt. ergo omni tempore debuissent æquales gradus consanguinitatis matrimonium impedire, quod non est verum, cum modo vsque ad quartum, antiquitus vsque ad septimum gradum matrimonium consanguinitas impediret. In cor. præcedẽtis art.

¶ 6 Præt. Vna & eadem coniunctio non potest esse in genere sacramenti, & in genere stupri: sed hoc contingeret, si ecclesia haberet potestatem statuẽdi diuersum numerum in gradibus impedientibus matrimonium, sicut si aliqui in quinto gradu, quando prohibitus erat, cõiuncti fuissent, talis coniunctio stuprum esset, sed postmodum eadem coniunctio ecclesia prohibitionem reuocante matrimonium esset: & econuerso posset accidere, si aliqui gradus concessi possent postmodum ab ecclesia interdici. ergo videtur quòd potestas ecclesiæ non se extendat ad hoc.

¶ 7 Præt. Ius humanum debet imitari ius diuinum: sed secũdum ius diuinum, quod in lege veteri continetur, non æqualiter currit prohibitio graduum in sursum & deorsum, quia in vetteri lege aliquis prohibebatur accipere in vxorem sororem patris sui, non tamen filiam patrui. ergo nec modo debet aliqua prohibitio de nepotibus & patruis manere.

SED CONTRA est, quod dominus dicit discipulis. Qui vos audit, me audit. ergo præceptum ecclesiæ habet firmitatem, sicut præceptum dei: sed ecclesia quandoque prohibuit, & quandoque concessit aliquos gradus, quos lex vetus non prohibuit. ergo illi gradus matrimonium impediunt. Lucæ. 10.

¶ 2 Præt. Sicut olim matrimonia gentilium dispensabantur per leges ciuiles, ita nunc per statuta ecclesiæ. sed olim lex ciuilis determinabat gradus consanguinitatis, qui matrimonium impediunt, & qui non. ergo & modo potest hoc fieri per ecclesiæ statutum.

RESPON. Dicendum, quòd secundum tempora diuersa inuenitur consanguinitas secundum gradus diuersos matrimonium impedisse. In principio. n. humani generis solus pater & mater a matrimonio repellebantur, eo quod quia tunc temporis erat paucitas hominum, & oportebat propagationi humani generis maximam curam impendere, vnde non erant remouendæ nisi illæ personæ, quæ matrimonio incompetentes erant, etiam quantum ad principalem matrimonij finem, qui est bonum prolis, vt dictum est. Postmodum autem multiplicato humano genere, per legem Moysi plures personæ exceptæ sunt, quæ iam concupiscentiam reprimere incipiebant; vnde vt dicit Rabi Moyses. Omnes illæ personæ exceptæ sunt a matrimonio, quæ in vna familia cohabitare solent, quia si inter eos licite carnalis copula esse posset, magnum incentiuum libidini præstaretur. Sed alios consanguinitatis gradus lex vetus permisit, immo quodammodo præcepit, vt. s. vnusquisque de cognatione sua vxorem acciperet, ne successiones Etiam in p̃cedenti ar, in cor, Rabbi Moyses.

confusio esset: quia tunc temporis cultus diuinus per successionem generis propagabatur. Sed postmodum in lege noua, quæ est lex spiritus & amoris, plures gradus consanguinitatis sunt prohibiti, quia iam per spiritualem gratiam, non per carnis originem cultus deuotæ & multiplicatur: vnde oportet vt Anglorum [d] quarta generatione contracta matrimonia non soluerẽtur, inter cætera talem reddidit rationem. Quod scripsi Augustin. Angelorum episcopo, ipsi etiam Anglorum gẽti, quę nuper ad fidem venerat, ne a bono quo cœperat, metuẽdo austeriora recederet, specialiter, & non generaliter me cognoscas scripsisse. Nec ideo hæc eis scripsi, vt postquàm in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineã, episcopo, a quo requisitus fuerat quota generatione debeant copulari, rescribit sic. Quędam lex Romana permittit, ut siue fratris, uel sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicim⁹ ex tali cõiugio sobolẽ non posse succrescere. Vnde necesse est ut quarta, uel quinta generatio fidelium licenter sibi coniunga Habes vbi supra cap. citato. §. Scipsi. tur. Sed post multum temporis idẽ Greg. a Felice Messanæ Sicilię presule requisitus, utrũ Augu. scripserit

munis radicis memoria: tum quia septiformi gratiæ spiritus sancti congruebat. Sed postmodum circa hæc vltima tempora restrictum est ecclesiæ interdictum vsque ad quartum gradum, quia vltra inutile & periculosum erat gradus consanguinitatis prohibere. Inutile quidem, quia ad remotiores consanguineos; quasi nullum fœdus maioris amicitiæ, quàm ad extraneos habeatur, charitate in multorum cordibus frigescente. Periculosum autem erat, quia concupiscentia & negligentia prævalente, tam numerosam consanguineorum multitudinem homines non satis obseruabant, & sic laqueus damnationis multis inijciebatur ex remotiorum graduum prohibitione. Satis etiam conueniente⁹ vsque ad quartum gradum dicta prohibitio est restricta, tum quia vsque ad quartam generationem homines uiuere consueuerunt, ut sic non posset cõsanguinitatis memoria aboleri, unde Dominus in tertiam & quartam generationem peccata parentum se visitaturum in filijs comminatur: tum quia in qualibet generatione noua mistio sanguinis, cuius identitas consanguinitatem facit, sit cum sanguine alieno, & quantum miscetur alteri, tantum recedit a primo: & quia elementa sunt quatuor, quorũ quodlibet tanto est facilius miscibile, quanto est magis subtile, ideo in prima commistione euanescit sanguinis identitas quantum ad primum elementum, quod est subtilissimum: in secunda quantum ad secundum, in tertia quantum ad tertium: in quarta quantum ad quartum, & sic conuenienter post quartam generationem potest reiterari carnalis coniunctio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut deus non cõiungit illos qui coniunguntur contra diuinum præceptum: ita non coniungit illos qui coniunguntur contra ecclesiæ præceptum, quod habet eandem obligandi efficaciam, quam & præceptum diuinum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd matrimonium non tantum est sacramentum, sed etiam est in officium: & ideo magis subiacet ordinationi ministrorum ecclesiæ, quàm baptismus, qui est sacramentum tantum, quia sicut contractus & officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus & officia spiritualia lege ecclesiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quãuis consanguinitatis vinculum sit naturale, tamen non est naturale quòd consanguinitas carnalẽ copulam impediat, nisi secundum aliquem gradũ, vt dictum est: & ideo ecclesia suo instituto nõ facit quòd aliqui art. præcedenti in corp. sint, uel non sint consanguinei, quia secundum omne tempus æqualiter consanguinei remanent, sed facit ꝙ carnalis copula sit licita, vel illicita secundum diuersa tempora in diuersis gradibus consanguinitatis.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd tales rationes assignatæ magis dantur per modum adaptationis & congruentiæ, quàm per modum causæ & necessitatis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd iam ex dictis patet, quòd nõ est eadem causa secũdum diuersa tempora gradus consanguinitatis prohibendi, unde quòd aliquo tempore vtiliter concederetur, alio talubriter prohibetur. in corp. & sentis ar.

¶ Ad sextum dicendum, quòd statutum non imponit modũ præteritis, sed futuris: unde si modo prohibetur quintus gradus, qui nunc est concessus, illi qui iam sunt in quinto gradu conjuncti, non essent separandi: nullum enim impedimentũ matrimonio superueniens ipsum potest dirimere, & sic coniunctio

iunctio quæ prius fuit matrimonium, non efficeretur per statutum ecclesiæ stuprum: & similiter si aliquis g adus concederetur qui nunc est prohibitus, illa coniunctio non efficeretur matrimonialis. ex statuto ecclesiæ ratione primi contractus, quia possent separari si vellent, sed tamen possent de nouo contrahere, & alia coniunctio esset.

¶ Ad septimum dicendũ, quòd in gradibus consanguinitatis prohibendis ecclesia præcipue obseruat rationẽ amoris: & quia non est minor ratio amoris ad neptẽ quàm ad patruum, sed etiam maior, quanto propinquior est filio pater quàm patri filij⁹, vt dicitur in 8. ethi. propter hoc æqualiter prohibuit grad⁹ consanguinitatis in patruis & nepotibus. Sed lex vetus in personis prohibendis attendit præcipue cohabitationem contra concupiscentiã, illas personas prohibẽs, ad quas facilior pateret accessus propter mutuam cohabitationem: magis autem consueuit cohabitare neptis patruo, quàm amita nepoti, quia filia est quasi idem cum patre, cum sit aliquid eius: sed sor or non est hoc modo idẽ cum fratre, cum non sit aliquid eius, sed magis ex eodem nascitur, & ideo non erat eadem ratio prohibendi neptem & amitam.

EXPOSITIO TEXTVS.

VIA *truncum inter gradus non computat.* Truncum appellat consanguinitatis radicem, qui est pater filiorum. Principium autem alicuius generis potest accipi dupliciter. Vno modo, principium quod est in genere illo, vt si primam partem lineæ principium dicamus. Alio modo, principium, quia non recipit generis præditationem, sicut principium lineæ dicitur punctus, & hoc modo principium & radix cõsanguinitatis potest dici dupliciter. Vno modo, ipsa persona prima a qua consanguinitas dicitur, quæ persona non est consanguinitas, sed cõsanguinitatis principium, & secundum hoc filius qui distat a persona patris facit primæ distantiæ gradum, & filius filij secundum, & sic deinceps. Alio modo, prima consangũinitas quæ est causa omnis alterius consanguinitatis, & sic ipsa consanguinitas quæ est inter patrem & filium, radix ponitur, & computatur secundum hoc pater & filius pro vno principio, a quorum consanguinitate primo distat filius filij, & ideo hæc distantia facit primum gradum, & sic deinceps, & secundum hoc diuersimode fit computatio graduum in litera, sed primus modus computãdi magis est in communi vsu. *Sicus sex ætatibus mundi &c.* Mundo non assignantur ætates quantum ad substantiam, quia sic in perpetuum durabit, sed quantum ad statum: sic. n. transibit mundus, & sic antiquatur, & senescit: & secundum hoc distinguuntur ætates mundi metaphorice ad similitudinem ætatis vnius hominis. Variantur. n. in homine ætates secundum diuersas notabiles varietates in statu ipsius: vnde prima ætas dicitur infantia vsque ad septimum annum: secunda puericia vsque ad quartumdecimum: tertia adolescentia vsque ad vigesimumquintum, quæ tres ætates computantur quandoq; pro vna: quarta est iuuentus, vsque ad quinquaginta annos: quinta vero ætas est senectus, vsque ad septuaginta: sexta senium vsque in finem. Et, similiter in mundo dicitur prima ætas ab Adam vsque ad Noe, in qua fuit humani generis institutio & lapsus: secunda a Noe vsque ad Abraham, in qua fuit humani generis destructio per diluuium & renouatio: tertia ab Abraham vsque ad Dauid, in qua fuit circuncisionis & legis institutio: quarta a Dauid vsque ad transmigrationẽ Babylonis, in qua lex floruit sub regibus & prophetis: quinta a trãsmigratione Babylonis, vsque ad Christum, in qua fuit populi captiuatio, & liberatio: sexta a Christo vsque ad finem, in qua est humani generis redemptio. Sed tamen non oportet quòd æquali numero annorum mundi ætas humani generis compleat, sicut nec ætas vnius hominis, quia vltima ætas hominis quandoque habet tantum quantum omnes primæ.

DISTINCTIO XLI.

A

De gradibus affinitatis.

NVNC de affinitate uidendum est, de qua Gregor. ait. Porro de affinitate quam dicitis parẽtelam esse, quæ ad uirum ex parte uxoris, seu quæ ex parte uiri ad uxorem pertinet, manifesta ratio est, quia si secundum diuinam sententiam ego & uxor mea sumus una caro, profecto mihi & illi mea suaque parentela [a] propinquitas una efficitur. Quocirca ego & soror uxoris meæ in uno & primo gradu erimus, filius uero eius in secundo gradu erit a me, neptis uero in tertio: idque utrinque

DIVISIO TEXTVS.

POstquàm determinauit magister de cõsanguinitatis impedimento, hic determinat de impedimento matrimonij qđ prouenit ex affinitate. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quo modo affinitas matrimoniũ impediat. In secunda docet affinitatis nomina, ibi. *Attendendum est etiam &c.* Prima in tres. In prima ostendit quomodo affinitas matrimonium impediat, sicut & consanguinitas. In secunda ostendit quomodo matrimonium propter cõsanguinitatem & affinitatem fit separandum, ibi. *Et est sciendum quòd ecclesia &c.* In tertia determinat de incestu, quo consanguinitatis & affinitatis fœdus per carnalem copulam violatur per differentiam ad alia vitia eiusdem generis, ibi. *Hic dicendum est, quòd aliud est &c.* Prima in duas. In prima ostendit quòd affinitas ex matrimonio contracta impedit matrimonium. In secunda inquirit vtrum affinitas maneat matrimonio transeunte, quod eius causa erat, ibi. *Illud etiam non est prætermittendum &c.* Prima in duas. In prima ostendit vsque ad quot gradus affinitas matrimonium impedit, sicut & consanguinitas. In secunda obiecit in contrarium, & soluit, ibi. *Sed alij uidentur concedere &c.* 35. q.4. ca. Aequaliter. 35. q.5. ca. Sane. 35. q.3. ca. Nullum.

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, De causa affinitatis.
¶ Secundo, Vtrum impediat matrimonium, sicut & consanguinitas.
¶ Tertio, De illegitimitate filiorum, quæ ex impedimento matrimonij causatur.
¶ Quarto, De incestu, quem ex violatione consanguinitatis & affinitatis incurrit aliquis.
¶ Quinto, De separatione matrimonij, quæ fit propter consanguinitatem, vel affinitatem.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum ex matrimonio consanguinei affinitas causetur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ex matrimonio consanguinei affinitas non causetur, quia propter quod vnumquodque, illud magis: sed mulier ducta per matrimonium non coniungitur alicui de consanguinitate viri, nisi ratione viri. cum ergo non fiat viro affinis, nec alicui consanguineorum viri affinis erit. 1. posterio. text. com. 5.

¶ 2 Præt. Eorum quæ sunt abinuicem separata, si vni aliquid coniungatur, non oportet propter hoc quòd sit alteri coniunctum; sed consanguinei iam sunt abinuicem separati, ergo non oportet quòd si aliqua mulier coniungatur alicui viro, quòd propter hoc coniungatur omnibus consanguineis eius per affinitatem.

¶ 3 Præt. Relationes ex aliquib⁹ vnitionibus innascuntur: sed nulla vnitio fit in cõsanguineis viri, per hoc quòd ille ducit vxorem. ergo non accrescit eis affinitatis relatio.

Habes 35. q. 3. c. De affinitate.

SED CONTRA. Vir & vxor efficiuntur vna caro. si ergo vir secundũ carnem omnibus consanguineis suis attinet, & mulier eadẽ attinebit eisdem.

¶ 2 Præt. Hoc patet per authoritates in litera inductas.

II 35. q. 10. e. Fraternitatis.

VLTERIVS. Videtur quòd affinitas non maneat post mortem viri inter vxorem & consanguineos viri, quia cessante causa cessat effectus: sed causa affinitatis fuit matrimonium, quod cessat in morte viri, quia tunc soluitur mulier a lege viri, vt dicitur Roma. 7. ergo nec affinitas prædicti manet.

¶ 2 Præt. Consanguinitas causat affinitatem: sed consanguinitas cessat per mortem viri ad consanguineos suos. ergo & affinitas vxoris ad eos.

SED CONTRA. Affinitas ex consanguinitate causatur: sed consanguinitas est perpetuum vinculum quandiu personæ viuunt, inter quos est consanguinitas. ergo & affinitas, & ita non soluitur affinitas soluto matrimonio per mortem tertiæ personæ.

III 35. q. 3. ca. Nec eam. Et de eo q. cognouit consanguineã vxoris 2. c. Tuę.

VLTERIVS. Videtur quòd illicitus concubitus affinitatem non causet, quia affinitas est quædam res honesta: sed res honestæ non causantur ex inhonestis. ergo ex inhonesto concubitu non potest affinitas causari.

¶ 2 Præt. Vbi est consanguinitas non potest esse affinitas, quia affinitas est proximitas personarum ex carnali copula proueniens omni carens parentela: sed aliquando contingeret ad consanguineos, & ad seipsum esse affinitatem, si illicitus concubitus affinitatem causaret, sicut quando homo carnaliter consanguineam suam incestuose cognoscit. ergo affinitas non causatur ex illicito concubitu.

¶ 3 Præt. Illicitus concubitus est secundum naturam & contra naturam: sed ex illicito concubitu contra naturam non causatur affinitas, vt iura determinant. ergo nec ex illicito concubitu secundum naturam tantum.

SED CONTRA est, quòd adhærens meretrici vnum corpus efficitur, vt patet. 1. Corinth. 6. sed ex hac causa matrimonium affinitatem causabat. ergo pari ratione illicitus concubitus.

¶ 2 Præt. Carnalis copula est causa affinitatis, vt patet per diffinitionem affinitatis, quæ talis est. Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens omni carẽs parentela: sed carnalis copula est etiam in illicito concubitu. ergo illicitus concubitus affinitatem causat.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd ex sponsalibus nulla affinitas causari possit, quia affinitas est perpetuum vinculum: sed sponsalia quandoque separantur. ergo non possunt esse causa affinitatis.

¶ 2 Præt. Si aliquis claustrum pudoris alicuius mulieris inuasit, & aperuit, sed non peruenit ad operis consummationem, non contrahitur ex hoc affinitas: sed talis magis est propinquus carnali copulæ, quàm ille qui sponsalia contrahit. ergo ex sponsalibus affinitas non causatur.

¶ 3 Præt. In sponsalibus non fit nisi quædam sponsio futurarum nuptiarum: sed aliquando fit sponsio futurarum nuptiarum, & ex hoc non contrahitur aliqua affinitas, sicut si fiat ante septennium, vel si aliquis habens perpetuum impedimentum tollens potentiam coeundi alicui mulieri spondet futuras nuptias, aut si talis sponsio fiat inter personas, quibus nuptiæ per votum reddantur illicitæ, vel alio quocumque modo. ergo sponsalia non possunt esse causa affinitatis.

SED CONTRA est, quòd Aleran. Papa prohibuit mulierem quandam cuidam viro coniungi in matrimonium, quia fratri suo fuerat desponsata: sed hoc non esset, nisi per sponsalia affinitas contraheretur. ergo &c. De sponsa & matrim. c. Ad audientiam.

VLTERIVS. Videtur quòd etiã affinitas sit causa affinitatis, quia Iulius Papa dicit relictam consanguineã vxoris suæ nullus ducat vxorem, vt habetur 35. quæstio. 3. cap. Contradicimus, & in sequenti capitulo dicitur quod duæ consanguineorum vxores vni viro altera post alteram nubere prohibentur: sed hoc non est nisi ratione affinitatis, quę contrahitur ex coniunctione ad affinem. ergo affinitas est causa affinitatis.

¶ 2 Præt. Carnalis commistio coniungit sicut & carnis propagatio, quia æqualiter computatur gradus affinitatis & consanguinitatis: sed consanguinitas est causa affinitatis. ergo & affinitas.

¶ 3 Præt. Quæcumque vni & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem: sed vxor viri alicuius efficitur eiusdem attinentiæ cum omnibus consanguineis viri. ergo omnes consanguinei viri sui efficiuntur vnum cum omnibus qui attinent mulieri per affinitatẽ, & sic affinitas est causa affinitatis.

SED CONTRA. Si affinitas ex affinitate causatur, aliquis qui cognouisset duas mulieres, neutram earum posset ducere in vxorem, quia secundum hoc vna efficeretur alteri affinis: sed hoc falsum est. ergo affinitas non causat affinitatem.

¶ 2 Præt. Si affinitas ex affinitate nasceretur, aliquis contrahens cum vxore defuncti fieret affinis omnibus consanguineis prioris viri, ad quos mulier habet affinitatem: sed hoc non potest esse, quia maxime fieret affinis viro defuncto. ergo &c.

¶ 3 Præt. Consanguinitas est fortius vinculum quàm affinitas: sed consanguinei vxoris non efficiuntur affines consanguineis viri. ergo multo minus affines vxoris efficientur eis affines, & sic idem quod prius.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd amicitia quædam naturalis in communicatione naturali sundatur, vt supra dictum est. Naturalis autem communicatio est duobus modis, secundum Philosophum, 8. ethicor. Vno modo, per carnis propagationem. Alio modo, per coniunctionem ad carnis propagationem ordinatam: vnde ipse ibidem dicit, quòd amicitia viri ad vxorem est naturalis, vnde sicut persona coniuncta alteri per carnis propagationem quoddam vinculum amicitiæ naturalis facit, ita si coniungantur per carnalem copulam. Sed in hoc differt, quòd persona coniuncta alicui per carnis propagationem, sicut filius patri fit particeps eiusdem radicis & sanguinis, vnde eodem genere vinculi colligatur filius consanguineis patris, quo pater coniungebatur, scilicet consanguinitate, quamuis secundum alium gradum propter maiorem distantiam a radice: sed persona coniuncta per carnalem copulam non fit particeps eiusdem radicis, sed quasi extrinsecus adiuncta, & ideo ex hoc efficitur aliud genus vinculi, qđ affinitas dicitur: & hoc est qd in hoc versu dicitur. Mutat nupta genus, sed generata gradum: quia scilicet persona per generationem fit in eodem genere attinentiæ, sed in alio gradu, per carnalem vero copulam fit in alio genere.

3. sent. dist. 29. q. vnica ar. 6. in cor. 8. eth. c. 8.

35. qq. ca. De propinquis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis causa sit potior effectu, non tamen oportet semper quòd nomen idem effectui & causæ conueniat, quia quandoque illud quod est in effectu inuenitur in causa non eodem modo, sed aliori: & ideo non conuenit causæ & effectui per idem nomen, neque per eandem rationem, sicut patet in omnibus causis æquiuoce agentibus, & hoc modo coniunctio viri & vxoris est potior quàm coniunctio vxoris ad consanguineos viri, non tamen debet dici affinitas, sed matrimonium quod est vnitas quædam, sicut homo sibiipsi est idem non consanguineus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd consanguinei sunt quodammodo

dammodo separati, & quodammodo coniuncti: & ratione coniunctionis accidit, quòd persona quæ vni coniungitur, omnibus aliquo modo coniungatur: sed propter separationem & distantiam accidit, quòd persona quæ vni coniungitur vno modo, alij coniungatur alio modo, vel secundum aliud genus, vel secundum alium gradum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd relatio quandoque innascitur ex motu vtriusque extremi, sicut paternitas & filiatio, & talis relatio ẽ realiter in vtroque: quandoque vero innascitur ex motu alterius tantũ, & hoc cõingit dupliciter. Vno modo, quando relatio innascitur ex motu vnius sine motu alterius vel præcedente, vel concomitante, sicut in creatura & creatore patet, & sensibili & sensu, & scientia & scibili, & tunc relatio in vno est secundum rem, & in altero secundum rationem tantum. Alio modo, quando innascitur ex motu vnius sine motu alterius tunc existente, non tamen sine motu præcedente, sicut æqualitas fit inter duos homines per augmentum vnius sine hoc, quòd alius tunc augeatur, vel minuatur: sed tamen prius ad hanc quantitatem, quam habet per aliquem motum, vel mutationem, peruenit, & ideo in vtroque extremorum talis relatio realiter fundatur. Et similiter est de consanguinitate & affinitate, quia relatio fraternitatis quæ innascitur aliquo puero nato alicui iam prouecto, causatur quidem sine motu ipsius tunc existente, sed ex motu ipsius præcedente, scilicet generationis eius: hoc enim accidit quòd ex motu alterius sibi nunc talis relatio innascitur. Similiter ex hoc quòd iste descendit per generationem proximam ab eadem radice cum viro, prouenit affinitas in ipso ad vxorem sine aliqua noua mutatione ipsius.

10. meth. com. 10.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd relatio aliqua desinit esse dupliciter. Vno modo, ex corruptione subiecti. Alio modo, ex subtractione causæ, sicut similitudo esse desinit, quando alter similium moritur, vel quando qualitas, quæ erat causa similitudinis, subtrahitur. Sunt autem quædam relationes quæ habent pro causa actionem, vel passionem, aut motum, vt in 5. metaphys. dicitur, quarum quædam causantur ex motu inquantũ aliquid mouetur actu, sicut ipsa relatio quæ est mouentis & moti: quædam autem inquantum habent aptitudinem ad motum, sicut motum & mobile, & dominus & seruus: quædam autem ex hoc quòd aliquid prius motum est, sicut pater & filius non ex hoc quod est generari nunc adinuicem dicuntur, sed ex hoc quòd est generatum esse. Aptitudo autem ad motum etiam ipsum moueri transit, sed motum esse perpetuum est, quia quod factum est, numquàm desinit esse factum: & ideo paternitas & filiatio numquàm destruuntur per destructionem causæ, sed solum per corruptionem subiecti per alterutrum extremorum. Et similiter dicendum est de affinitate quæ causatur ex hoc quòd aliqui cõiuncti sunt, non ex hoc quòd coniunguntur: vnde non dirimitur manentibus illis personis in ter quas affinitas est contracta, quàmuis moriatur persona ratione cuius contracta fuit.

5. qq. ca. De propinquis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd coniunctio matrimonij causat affinitatem non solum secundum hoc quòd est actu coniungi, sed secundum hoc quod est prius coniunctum esse.

¶ Ad secundum dicendum, quòd consanguinitas non est causa proxima affinitatis, sed coniunctio ad consanguineam non solum quæ est, sed quæ fuit, & propter hoc ratio non sequitur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd secundum Philosophum in 8. ethicor. coniunctio viri & vxoris dicitur naturalis principaliter propter prolis productionem, & secundario propter operum communicationem, quorum primum pertinet ad matrimonium ratione carnalis copulæ: sed secundum inquantum est quædam societas in communem vitam. Primum autem horum est inuenire in qualibet carnali copula, vbi est commistio seminum, quia ex tali copula potest proles produci, quàmuis secunda desit: & ideo quia matrimonium affinitatem causabat secundum quod erat quædam carnis commistio, etiam fornicarius concubitus affinitatem causat inquantum habet aliquod de naturali cognitione.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in fornicario concubitu est aliqd naturale qđ est cõmune fornicationi & matrimonio, & ex hac parte affinitatẽ causat: aliud est ibi inordinatum per quod a matrimonio diuiditur, & ex hac parte affinitas non causatur, vnde affinitas semper honesta remanet, quàmuis ei⁹a sit aliquo modo inhonesta. Vbi supra. cap. Et hoc quoque.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est inconueniens relationes ex oppositis diuisas eidem inesse ratione diuersorum: & ideo potest inter aliquas duas personas esse affinitas & consanguinitas nõ solum per illicitum concubitum, sed etiam per licitum: sicut cum consanguineus meus ex parte patris duxit in vxorem consanguineam meam ex parte matris: vnde quod dicitur in diffinitione affinitatis inducta, omni carens parentela, intelligendum est inquantum huiusmodi. Nec tamen sequitur, quòd aliquis consanguineam suam cognoscens, sibiipsi sit affinis, quia affinitas sicut & consanguinitas, diuersitatem requirit, sicut & similitudo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd concubitus contra naturam non habet commistionem seminum quæ possit esse causa generationis: & ideo ex tali concubitu non causatur aliqua affinitas.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd sicut sponsalia non habent perfectam rationem matrimonij, sed sunt quædam præparatio ad matrimonium: ita ex sponsalibus non causatur affinitas sicut ex matrimonio, sed aliquid affinitati simile, quod dicitur publicæ honestatis iustitia, quæ impedit matrimonium, sicut affinitas & consanguinitas, & secundum eosdem gradus, & diffinitur sic. Publicæ honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus proueniens, robur trahens ab ecclesiæ institutione propter eius honestatem: ex quo patet ratio nominis & causa, quia scilicet talis propinquitas ab ecclesia instituta est propter honestatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sponsalia non sui ratione, sed ratione eius ad quod ordinantur, causant hoc genus affinitatis, quod dicitur publicæ honestatis iustitia: & ideo sicut matrimonium est perpetuum vinculum, ita & prædictus affinitatis modus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vir & mulier efficiuntur in carnali copula vna caro per commistionem seminum: vnde quantumcumque aliquis claustra pudoris inuadat, vel frangat, nisi commistio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas: sed matrimonium affinitatem causat non solum ratione carnalis copulæ, sed etiam ratione societatis coniuglis, secundum quam etiam matrimonium naturale est, vnde & affinitas contrahitur ex ipso contractu matrimonij per verba de præsenti ante carnalem copulam: & similiter etiam ex sponsalibus, in quibus fit quædam pactio coniugalis societatis, contrahitur aliquid affinitati simile, scilicet publicæ honestatis iustitia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnia impedimenta quæ faciunt sponsalia non esse sponsalia, non permittunt ex pactione nuptiarum affinitatem fieri: vnde siue habens defectum ætatis, siue habens votum solemne continentiæ, aut aliquod huiusmodi impedimentum, sponsalia de facto contrahat, ex hoc non sequitur aliqua affinitas, quia sponsalia nulla sunt, nec aliquis affinitatis modus. Si tamen aliquis minor, frigidus, vel maleficiatus habens impedimentum perpetuum ante annos pubertatis post septennium contrahat sponsalia cum adulta, ex tali contractu contrahitur publicæ honestatis iustitia, quia adhuc non erat in actu impediendi, cum in tali ætate puer frigidus, & non frigidus quantum ad actum illum fuit æqualiter impotens.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd duplex est modus quo aliquid ex alio procedit. Vnus secundum quem

procedit in similitudinem speciei, sicut ex homine generatur homo: alius secundum quem procedit dissimile in specie, & hic processus semper est in inferiorem speciem, vt patet in omnibus agentibus æquiuoce. Primus autem modus processionis quotiescumque iteretur, semper remanet eadem species: sicut si ex homine generetur homo per actum generatiuæ virtutis, ex hoc quoque generabitur homo, & sic deinceps. Secundus autem modus, sicut in primo facit aliam speciem, ita quotiescumq; iteratur, aliam speciem facit, vt si ex puncto per motum procedit linea non punctus, quia punctus motus lineam facit, ex linea linealiter mota non procedit linea, sed superficies, & ex superficie corpus, & vlterius per talem modum processus aliquis esse nō potest. Inuenimus autem in processu attinentię duos modos, quibus vinculū huiusmodi causatur, vn⁹ per carnis propagationem, & hoc facit semper eandem speciē attinentiæ: alius per matrimonialem coniunctionem, & hoc facit aliam speciē in principio: sicut patet quòd coniuncta matrimonialiter consanguinea non fit consanguinea, sed affinis. Vnde & si iste modus procedendi iteretur, non erit affinitas, sed aliud attinentiæ genus: vnde persona quæ matrimonialiter affini coniungitur, non est affinis, sed est aliud genus affinitatis, quod dicitur secundum genus. Et rursus, si affini in secundo genere aliquis per matrimonium coniungatur, non erit affinis in secundo genere, sed in tertio, vt in hoc versu supra posito ostenditur. Mutat nupta genus, sed generata gradum. & hæc duo genera olim erant prohibita propter publicæ honestatis iustitiam magis quàm propter affinitatem, quia deficiunt a vera affinitate, sicut illa attinentia quæ ex sponsalibus contrahitur: sed modo prohibitio illa cessauit, & remanet sub prohibitione solum primum genus affinitatis, in quo est vera affinitas.

Habet 35. q. 10. c. Fraternitatis.

Hic Magister supprefsis nonnullis sententijs, subdit. Si vna caro &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alicui viro consanguineo vxori suæ efficitur affinis in primo genere, & vxor eius in secundo: vnde mortuo viro qui erat affinis, non poterat eam ducere in vxorem propter secundum affinitatis genus. Similiter etiam si aliquis viduam in vxorem ducat, consanguineus prioris viri qui est affinis vxori, in primo genere efficitur affinis secundo viro in secundo genere, & vxor illius consanguinei quæ est affinis vxori viri huius in secundo genere efficitur affinis viro secundo in tertio genere. Et quia tertium genus erat prohibitum propter honestatem quandam magis quàm propter affinitatem, ideo canon dicit,

55. q. 2. & 3. c. Porro duorum.

Duas consanguineorum vxores vni viro altera post alteram nubere publicæ honestatis iustitia contradicit, sed nunc talis prohibitio cessauit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis carnalis coniunctio coniungat, non tamen eodem genere coniunctionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vxor viri efficitur eiusdem attinentiæ consanguineis viri quantum ad eundem gradum, sed non quantum ad idem attinentiæ genus. Sed quia ex rationibus quæ in oppositum inducuntur, videtur ostendi, quòd nullum vinculum ex affinitate causetur, ad alias rationes respondendum est, ne antiqua ecclesiæ prohibitio irrationabilis videatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mulier non efficitur affinis in primo genere viro, cui coniungitur carnaliter, vt ex prædictis patet. Vnde communiter alij mulieri a viro eodem cognitæ efficitur affinis in genere secundo, vnde nec ducenti in vxorem vnam eorum efficitur alia affinis in tertio genere, & ita duæ mulieres cognitæ ab eodem viro, nec etiam antiqua iura eidē successiue copulari pro hibebant.

Hoc quod in loco, nō nullas omittit sententias, eiusdē c. Fraternitatis, & subincubat. Si quis ergo &c. Matth. 19.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut vir non est affinis vxori suæ in primo genere, ita non efficitur affinis secundo viro eiusdem vxoris in secundo genere, & sic ratio non procedit.

¶ Ad sextum dicendum, quòd mediante vna persona non coniungitur mihi alia, nisi ex hoc quòd ei adiungitur: vnde mediante muliere quæ mihi est affinis, nulla persona fit mihi attinens, nisi quæ illi mulieri adiungitur, quod non potest esse, nisi per carnis propagationem ex ipsa, vel propter coniunctionem matrimonialem ad eam: & vtroque modo aliqua attinentia mediante prædicta muliere secundum antiqua iura mihi proueniebat, quia filius eius etiam ex alio viro efficitur mihi affinis in eodem genere, sed in alio gradu, vt ex regula prius data patet. Et iterum secundus vir eius efficitur mihi etiam affinis in secundo genere, sed consanguinei alij illius mulieris non adiunguntur ei, sed ipsa vel coniungitur eis, sicut patri & matri, inquantum procedit ab eis: vel principio eorundem, sicut fratribus: vnde frater affinis meæ, vel pater non efficitur mihi affinis in aliquo genere.

55. q. 10. sc. Si qua mulier, le. 2. & eadem fere verba habētur ibidem ex Higino Papa, c. Si qua mulier, le. 1.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum affinitas matrimonium impediat.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd affinitas matrimonium non impediat. Nihil enim impedit matrimonium, nisi quod est illi contrarium: sed affinitas non contrariatur matrimonio, cum sit effectus eius. ergo non impedit matrimonium.

De consanguin. & affin. c. Ex literis

¶ 2 Præt. Vxor efficitur per matrimonium res quædam viri: sed consanguinei viri defuncti succedunt in rebus eius. ergo possunt succedere in vxore, ad quam tamen manet affinitas, vt ostensum est. ergo affinitas non impedit matrimonium.

SED CONTRA est, quod dicitur Leuit 18. turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis: sed illa est tantum affinis. ergo affinitas impedit matrimonium.

VLTERIVS. Videtur quòd affinitas habeat etiam per seipsam gradus. Cuiuslibet enim propinquitatis est accipere aliquos per se gradus: sed affinitas propinquitas quædam est. ergo habet gradus per se sine gradibus consan-

guinitatis, ex quibus causatur.

¶ 2 Præt. In litera dicitur, quòd soboles secundæ coniunctionis non potest transire ad consortium affinitatis prioris viri: sed hoc non esset, nisi filius affinis esset etiam affinis. ergo affinitas habet per se gradus, sicut consanguinitas.

SED CONTRA.

Affinitas ex consanguinitate causatur. ergo & omnes gradus affinitatis causantur ex gradibus cōsanguinitatis, & sic non habet per se aliquos gradus.

VLTERIVS. Videtur quòd gradus affinitatis non extendatur, sicut gradus consanguinitatis, quia vinculū affinitatis est minus forte, quàm cōsanguinitatis, cum affinitas ex consanguinitate causetur diuersitate speciei sicut a causa æquinoca: sed quanto fortius est vinculū, tanto diutius durat consanguinitas. ergo vinculum affinitatis non durat vsque ad tot gradus, ad quot durat consanguinitas.

¶ 2 Præt. Ius humanum debet imitari ius diuinum: sed secundum ius diuinum aliqui gradus consanguinitatis erant prohibiti, in quibus gradibus affinitas matrimonium non impediebat, sicut patet de vxore fratris, quam aliquis poterat ducere in vxorem ipso defuncto, non tamen sororem propriam. ergo & nunc non debet esse prohibitio æqualis de affinitate & consanguinitate.

SED CONTRA. Ex hoc ipso est aliqua mihi affinis, quòd meo consanguineo est coniuncta. ergo in quocumque gradu sit vir mihi consanguineus, in illo gradu erit vxor mihi affinis, & sic gradus affinitatis computari debent in eodem numero, sicut & gradus consanguinitatis.

Si coniugium sit inter eos, qui nota consanguinitate diuiduntur.

ET est sciendum, quòd Ecclesia infra ꝓdictos gradus cōsanguinitatis coniunctos separat. Si autem ignoranter cōiuncti fuerint in conspectu Ecclesiæ, & postmodum probata consanguinitate eiusdem iudicio separati, quæritur vtrum copula illa coniugium fuerit? Quibusdam videtur nō fuisse coniugium, quia non erant legitimæ personæ: sed tamen de crimine excusantur per ignorantiam, & quasi coniugium

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd affinitas precedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum eadem ratione qua & consanguinitas. Sicut enim ineſt necessitas quædam cohabitandi consanguineis adinuicem, ita & affinibus: & sicut est quoddam amicitiæ vinculum inter consanguineos, ita inter affines: sed si affinitas matrimonio superueniat, non potest ipsum dirimere, vt supra dictum est.

34. q. 3. art. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd affinitas non contrariatur matrimonio ex quo causatur, sed contrariatur matrimonio, quod cum affine contrahendum esset inquantum impediret amicitiæ multiplicationē, & concupiscentiæ represſionem, quæ per matrimonium quæruntur.

¶ Ad secundum dicendū, quòd res possessæ a viro non efficiuntur aliquid vnum cum ipso viro, sicut vxor efficitur vna caro cum ipso, vnde sicut consanguinitas impedit coniunctionem ad virum, ita ad vxorem viri.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd res non diuiditur diuisione per se, nisi ratione illius quod competit sibi secundum suum genus, sicut animal per rationale & irrationale, non autem per album & nigrum. Carnis autem propagatio per se comparatur ad consanguinitatem, quia ex ea immediate consanguinitatis vinculum contrahitur, sed ad affinitatem non comparatur nisi mediante consanguinitate, quæ est causa eius. Vnde cum gradus attinentiæ per propagationem carnis distinguantur, distinctio graduum per se & immediate competit consanguinitati, sed affinitati mediante consanguinitate: & ideo ad inueniendum gradus affinitatis est regula generalis, quòd quoto gradu consanguinitatis attinet mihi vir, toto gradu affinitatis attinet mihi vxor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gradus in propinquitate attinentiæ non possunt accipi, nisi secundum ascensum & descensum propagationis, ad quam non computatur affinitas, nisi mediante consanguinitate: & ideo non habet affinitas gradus per se, sed sumptos iuxta gradus consanguinitatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd filius affinis meæ ex alio matrimonio non per se loquendo, sed quasi per accidens dicebatur antiquitus affinis: vnde prohibebatur a matrimonio magis propter publicæ honestatis iustitiam, quàm propter affinitatem, & propter hoc etiam illa prohibitio non est reuocata.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd ex quo gradus affinitatis sumitur iuxta gradus consanguinitatis, reputatur, quia bona fide, & per manum Ecclesiæ conuenerunt, vnde & filij eorum legitimi habentur. Alij vero dicunt fuisse coniugium, licet nō essent legitimę personæ: quia talium coniunctiones vocant canones coniugia: vbi de personis agitur, quarum testimonio consanguineorum sit dirimenda coniunctio. Vnde Vrbanus Papa. Si duo viri, vel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsi forte confessi fuerint, coniugia dissoluantur. Si vero neutrum contigerit, episcopi eos per fidem Christi obtestentur, ideo ratio illa non est ad propositum.

35. q. 6. c. Si duo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd frater non poterat accipere vxorem fratris sui defuncti, nisi in casu, quando scilicet moriebatur sine prole, vt susciteret semen fratri suo: quod tunc requirebatur, quando per propagationem carnis cultus religionis multiplicabatur, quod nunc locum non habet, & sic patet quòd non ducebat eam in vxorem quasi gerens propriā personam, sed quasi supplens defectum fratris sui.

ARTICVLVS III.

Vtrum filij qui nascuntur extra uerum matrimonium sint illegitimi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ filij qui nascuntur extra verum matrimonium non sunt illegitimi, quia secundum legem naturæ natus legitimus filius dicitur: sed quilibet filius nascitur secundum legem ad minus naturæ, quæ est fortissima. ergo quilibet filius est legitimus.

¶ 2 Præt. Communiter dicitur quòd legitimus filius est qui est de legitimo matrimonio natus, vel de eo quod in facie ecclesiæ legitimum reputatur: sed contingit quandoque quòd aliquod matrimonium reputatur legitimum in facie ecclesiæ, quod habet impedimentum ne sit verum matrimonium, & tamen a contrahentibus in facie ecclesiæ scitur, & si occulte nubant, & impedimentum nesciant, legitimum videtur in facie ecclesiæ, ex quo per ecclesiam non prohibentur. ergo filij extra verum matrimonium nati, non sunt illegitimi.

SED CONTRA. Illegitimum dicitur quod est contra legem: sed illi qui nascuntur extra matrimonium, nascuntur contra legem. ergo sunt illegitimi.

VLTERIVS. Videtur quòd illegitimi filij non debeant ex hoc aliquod damnum reportare, quia filius non debet puniri pro peccato patris, vt patet per sententiam domini Ezechiel. 18. Sed quòd iste nascatur ex illicito coitu, non est peccatum proprium, sed peccatum patris. ergo ex hoc non debet aliquod damnum incurrere.

¶ 2 Præt. Iustitia humana est exemplata a diuina: sed deus æqualiter largitur bona naturalia legitimis & illegitimis filijs. ergo & secundum iura humana filij illegitimi debent legitimis æquiparari.

SED CONTRA est, quod dicitur Genes. 25. quòd Abraham dedit omnia bona sua Isaac, & filijs concubinarum largitus est munera, & tamen illi non erant ex illicito coitu nati. ergo multo magis debent illi qui ex illicito coitu nascuntur hoc damnum reportare, quòd non succedant in bonis paternis.

VLTERIVS. Videtur quòd filius illegitimus non possit legitimari. Quantum enim distat legitimus ab illegitimo,

tantum econuerso illegitimus a legitimo: sed legitimus numquàm fit illegitimus. ergo nec illegitimus legitimus.

¶ 2 Præt. Coitus illegitimus causat illegitimum filium: sed coitus illegitimus numquàm fit legitimus. ergo nec filius illegitimus legitimari potest.

Sed contra. Quod per legem inducitur, per legem reuocari potest: sed illegitimitas filiorū est per legem positiuam inducta. ergo potest filius illegitimus legitimari ab eo qui habet authoritatem legis.

Vbi supra. c. Notificamus.

quatenus palam fateantur, si se recognoscunt consanguineos. Si se iudicio episcoporum segregauerint, alia matrimonia non prohibeantur contrahere. Idem. Notificamus tibi, ut cum tres, uel duo ex propinquioribus eius qui accusatur, hanc propinquitatem iuramento firmauerint, uel si duo, uel tres ex antiquioribus Ianuensibus, quibus hæc propinquitas est nota, qui bonæ famæ & ueracis testimonij sint, remoto amore, timore, pretio, & omni malo studio, prædicta firmauerint, sine mora coniugia dissoluantur. Cōsanguineos uero extraneorum nullus accuset, uel consanguinitatem in synodo computet: sed propinqui, ad quorum notitiam

Fabian' Papa, & habētur hæc verba, vbi supra c. Consanguineos.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd quadruplex est status filiorum. Quidam enim sunt naturales & legitimi, sicut qui nascuntur ex legitimo matrimonio. Quidam naturales & non legitimi, vt filij qui nascuntur ex simplici fornicatione. Quidam legitimi & non naturales, sicut filij adoptiui. Quidam nec legitimi, nec naturales, sicut spurij nati de adulterio, vel de stupro: tales enim nascuntur & contra legem positiuam, & expresse contra legem naturæ, & sic concedendum est quosdam filios esse illegitimos.

Ad primum ergo dicendum, quòd quàmuis illi qui nascuntur ex illicito coitu nascantur secundum naturā, quę communis est homini & alijs animalibus, tamen nascuntur cōtra legem naturæ quæ est propria hominibus, quia fornicatio, & & adulterium, & huiusmodi sunt contra legem naturæ, & ideo tales secundum nullam legem sunt legitimi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ignorantia excusat illicitum coitum a peccato, nisi sit affectata: vnde illi qui conueniunt bona fide in facie ecclesiæ, quàmuis sit impedimentum, dum tamen ignorent, non peccant, nec filij sunt illegitimi: si autem sciant, quàmuis ecclesia sustineat, quæ ignorat impedimentum, non excusantur a peccato, nec filij ab illegitimitate: si autem nesciant, & in occulto contrahant, non excusantur, quia talis ignorantia videtur affectata.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd aliquis dicitur damnū incurrere dupliciter. Vno modo ex hoc, quòd ei subtrahatur quod erat ei debitum, & sic filius illegitimus nullum damnum incurrit. Alio modo per hoc, quòd ei aliquid non est debitum, quod alias poterat ei esse debitum, & sic filius illegitimus damnum incurrit duplex. Vnum, quia non admittitur ad actus legitimos, sicut ad officia, vel dignitates, quæ requirunt quandam honestatem in illis qui hoc exercent. Aliud damnum incurrunt, quando non succedunt in hæreditate paterna, sed tamen naturales filij succedere possunt in sexta parte tantum: spurij autem in nulla parte, quàmuis ex iure naturali parentes eis in necessarijs prouidere teneantur, vnde pertinet ad sollicitudinem episcopi, vt vtrumque parentum cogat ad hoc quòd eis prouideant.

Ad primum ergo dicendum, quòd incurrere damnum hoc secundo modo, non est pœna, & ideo non dicimus quòd sit pœna alicui quòd non succedit in regno aliquo per hoc, quòd non est filius regis: & similiter non est pœna quòd alicui qui non est legitimus, non debentur ea quæ sunt legitimorum filiorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd coitus illegitimus non est contra legem, inquantum est actus generatiuæ virtutis, sed inquantum ex praua voluntate procedit: & ideo filius illegitimus non incurrit damnum in his quæ acquiruntur per naturalem originem, sed in his quæ per voluntatem fiunt, vel possidentur.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd filius illegitimus potest legitimari non vt fiat de legitimo coitu natus, quia coitus ille transiuit, & numquam potest fieri legitimus, ex quo semel fuit illegitimus: sed dicitur legitimari, inquantum damna quæ filius illegitimus incurrit, subtrahuntur per legis authoritatem. Et sunt sex modi legitimandi, duo secundum canones, scilicet cum quis ducit in vxorem illam, ex qua filium illegitimum generauit, si non fuit adulterium, & per specialem indulgentiam, & dispensationem domini Papæ. Quatuor autem alij modi sunt secundum leges. Primus est, si pater filium naturalem curiæ imperatoris offert: ex hoc enim ipso legitimatur propter curiæ honestatē. Secundus, si pater testamento nominet eum legitimum hæredem, & filius postmodum testamentum imperatori offerat. Tertius est, si nullus sit filius legitimus, & ipsemet filius seipsum principi offerat. Quartus est, si pater in publico instrumento, vel cum trium testium subscriptione eum legitimum nominet, nec adjiciat naturalem.

Ad primum ergo dicendum, quòd alicui potest sine iniustitia gratia fieri, sed non potest aliquis damnificari, nisi pro culpa, & ideo magis potest illegitimus fieri legitimus, quàm econuerso: & si enim aliquando legitimus priuetur hæreditate pro culpa, non tamen dicitur illegitimus filius, quia generationem legitimam habuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actus illegitimus habet defectum intra se inseparabilem quo legi opponitur, & ideo non potest fieri legitimus: nec est simile de filio illegitimo, qui non habet huiusmodi defectum.

ARTICVLVS IIII.

[d] *Vtrum incestus differat specie ab alijs speciebus luxuriæ.*

22. q. 154 art. 9.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd incestus non differat specie ab alijs speciebus luxuriæ, quas magister in litera tangit. Materia enim non diuersificat speciem: sed ea quæ magister in litera enumerat, non differunt nisi penes materiam. ergo non sunt diuersæ species peccati.

¶ 2 Præt. Coloss. 3. super illud. Fornicationem, immunditiam &c. dicit Glos. interlinearis, quòd fornicatio est omnis concubitus præter legitimum connubium: sed incestus est huiusmodi. ergo est fornicatio, & ita non diuiditur specie a fornicatione.

Sed contra. Virtutes & vitia distinguuntur specie penes obiecta: sed illa quæ hic ponuntur, diuersificantur per obiecta. ergo differunt specie.

II

Vlterius. Videtur quòd diuidat species luxuriæ inconuenienter, quia Apostolus Ephes. 5. videtur tantum duas species ponere, vbi dicitur. Fornicatio, & omnis immunditia non nominetur in vobis.

¶ 2 Præt. Ad Coloss. 3. ponuntur quatuor species, scilicet fornicatio, immunditia, concupiscentia, libido.

¶ 3 Præt. Ad Galatas 5. ponuntur aliæ species quatuor, scilicet fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria. ergo cum ipse prætermittat has species, videtur insufficienter diuidere.

¶ 5 Præt. Maximum peccatum in genere luxuriæ est peccatum contra naturam: sed de illo nulla facit mentionem. ergo videtur insufficiens.

¶ 6 Præt. Plus distat vidua a meretrice, quàm virgo a vidua: sed luxuria quæ committitur cum virgine, distinguitur ab illa quæ committitur cum vidua. ergo & illa quæ committitur cum vidua deberet distingui ab illa quæ committitur cum meretrice.

¶ 7 Præt. Isidorus dicit, quòd stuprum est virginum illicita defloratio, quando scilicet pactio coniugalis non præcessit: sed hoc est etiam in raptu. ergo raptus non debet contra stuprum distingui.

Hæc stupri definitio, Isidoro attributa, hr̄ a Gelasio Papa. 36. q. 1. c. Lex illa.

¶ 8 Præt. Inter species luxuriæ nominatur etiam sacrilegium, quod committitur cum aliquis violat mulierem deo consecratam, vel cum qua habet spiritualem cognationem. ergo cum hoc prætermittat, videtur insufficiens.

III

Vlterius. Videtur quòd male ordinet ista vitia, quia nobilior est castitas virginalis, quàm coniugalis: sed adulterium est contra castitatem coniugalem, stuprum autem contra virginalem. ergo stuprum est grauius peccatum, & sic deberet præponi adulterio.

¶ 2 Præt. Nulla dispensatione fieri potest, quòd aliquis licite concumbat cum illa, cum qua committit adulterium: potest autem fieri per aliquam dispensationem, quòd aliquis licite concumbat cum illa, cum qua committit incestum, sicut per dispensationem potest accipere vxorem consanguineam in quarto, cum qua erat prius incestus. ergo adulterium est grauius peccatum quàm incestus, & sic non deberet prætermitti.

¶ 3 Præt. Ad puellam quæ rapitur, potest esse matrimonium, quando non sit violentia ipsi, sed parentibus: sed ad illam quæ per incestum violatur, non potest esse matrimonium. ergo incestus est grauius peccatum quàm raptus, & sic videtur quòd male ordinet.

pertinet. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus & ueracioribus, quibus propinquitas tota nota sit, episcopus canonice requirat, & si inuenta fuerit, separentur. Ecce quibus accusantibus, & testificantibus dirimenda sit consanguineorum coniunctio, quæ coniugium uocatur.

Distinctio utilis.

Hic dicendum est, quòd aliud est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud [d] incestus, aliud raptus. Fornicatio licet sit genus omnis illiciti coitus qui fit extra uxorem, tamen specialiter intelligitur in usu uiduarum, uel meretricum, uel concubinarum. Stuprum proprie est virginum illicita defloratio. Adulteriū est quasi alieni tori uiolatio: vnde adulterium dicitur quasi ad alterius torum accessio. Incestus est consanguinearum, uel affinium abusus: unde incestuosi dicunt', q. consanguineis, uel affinibus suis abutuntur. Raptus admittitur, cum puella uiolenter a domo patris educitur, ut corrupta in uxorem habeatur, siue puellæ, siue parentibus uis illata constiterit: hic morte mulctatur, sed si ad Ecclesiam cum rapta confugerit,

... artic. 2. ... 4. in ... omnia ... ad ver ... Alexan- ... Papę II. ... Gela- ... Papæ, ut ... 36. q. ... Lex illa

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut supra distinct. 16. dictum est, circunstantia peccatum in aliud genus mutat, quando alterius generis peccati deformitatem addit, & secundum hoc isti luxuriæ modi qui hic ponuntur, differūt specie: quia fornicatio non importat quantum est de se aliam deformitatem, nisi quæ ad genus luxuriæ pertinet, est enim soluti cum soluta, & dicitur fornicatio a fornice, quia iuxta fornices, idest, arcus triumphales, & in alijs locis vbi homines conueniebant, congregabantur meretrices, & ibi polluebantur: sed stuprum quod est illicita virginum defloratio, addit aliam deformitatem, scilicet damnificationem mulieris violatæ, quæ non est ita apta ad nubendum sicut ante, & hæc damnificatio etiam per se specialem legis prohibitionem habet. Similiter etiam adulterium, quod est alterius tori violatio, addit specialem deformitatem alterius generis, quæ est ex vsu rei alienæ illicito, quod pertinet ad genus iniustitiæ. Similiter etiam incestus qui est consanguinearum, vel affinium abusus, ab incendio nomen habens, vel a priuatione castitatis quasi anthonomatice, quia castitatem violat in illis qui maximo fœdere coniunguntur, addit specialem deformitatem, scilicet naturalis fœderis violationem. Similiter etiam raptus qui committitur ex hoc, quòd puella a domo patris violenter abducitur, vt corrupta in matrimonium habeatur, siue vis puellæ, seu parentibus illata constiterit, patet quòd alterius generis deformitatem addit, scilicet violentiam, quam lex in quacumque re prohibet: & sic patet quòd sunt diuersæ species peccatorum, vnde etiam circunstantiæ, quibus diuersificantur, non sunt in confessione omittendæ.

Ad primum ergo dicendum, quòd materialis diuersitas in proposito habet secum annexam formalem diuersiatem obiecti, & ideo sequitur diuersitas in specie.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa species luxuriæ, quæ non addit aliquam specialem deformitatem alterius generis, retinet sibi nomen commune, nec diuiditur contra alias species, nisi secundum quod accipitur cum præcisione illorum, quæ per alias species adduntur.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd species luxuriæ distinguuntur primo per concubitum secundum naturam, & contra naturam: sed quia luxuria contra naturam innominabilis est, relinquatur. Si autem sit peccatum in concubitu secundum naturam, tunc aut non addit aliquam deformitatem super luxuriæ genus, & sic est fornicatio: aut addit, & hoc dupliciter, quia vel quantum ad modum agendi, & sic est raptus qui violentiam importat, vel ex conditione eius cum qua luxuria committitur, & hæc conditio vel est ipsius absolute, sicut virginitas, & sic est stuprum: vel est ipsius in ordine ad alterum, & hoc vel ad concumbentem cum ea, sicut est conditio affinitatis, vel consanguinitatis, & sic est incestus: vel ad alium aliquem, sicut est matrimonium, & sic [d] est adulterium.

D. 84.

Ad primum ergo dicendum, quòd immunditia ponitur pro omni luxuriæ specie, quæ addit deformitatem specialem supra genus luxuriæ, & sic comprehendit alias quatuor species.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illę quatuor differentiæ sic distinguuntur, quia vel est secundum naturam, & sic ponitur fornicatio quantum ad actū exteriorem: concupiscentia quantum ad actum interiorem: vel contra naturam, & sic est immunditia quantum ad actum exteriorem: libido quantum ad actum interiorem, quæ intensionem concupiscentiæ importat.

¶ Ad tertium dicendum, q; in illis quatuor fornicatio pertinet ad concubitum soluti cum soluta: impudicitia comprehendit adulterium & incestum, sicut immunditia cōtinet species contra naturam: luxuria autem refertur ad actus interiores.

¶ Ad quartum dicendum, quòd magister determinat hic de istis speciebus, secundum quod habent ordinem ad affinitatem & consanguinitatem: & quia ex concubitu contra naturam non sequitur affinitas, ideo prætermisit species innaturales, & quia talis luxuria non est humana, sed bestialis, vt dicitur in 7. ethicorum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd virgo ex hoc quòd defloratur, aliquod damnum incurrit præter damnum castitatis, quia redditur minus apta ad matrimonium sequens, non autem vidua, sicut nec meretrix, & ideo non est similis ratio.

¶ Ad sextum dicendum, quòd raptus supra stuprum addit specialem deformitatem, scilicet violentiam, & eductionem de domo patris: & ideo distincta species ponitur a stupro.

¶ Ad septimum dicendum, quòd sacrilegium illud reducitur ad species, de quibus hic fit mentio, quia violatio habentis votum continentiæ reducitur ad stuprum, vel magis ad adulterium, inquantum est deo desponsata: sed illud quod committitur cum ea quæ est coniuncta cognatione spirituali, reducitur ad incestum.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd secundùm hoc aliquis concubitus est magis peccatum, secundum quod magis distat a matrimoniali concubitu. Inter species autem hic enumeratas aliqua distat a matrimonio & quantum ad essentiam matrimonij, & quantum ad causam quę est consensus, scilicet raptus, & ideo est maximum peccatum inter illa quæ hic enumerantur. Aliæ vero distant a matrimonio quantum ad essentiam tantum, sed hoc est dupliciter: quia illa cum qua concumbit, vel non est matrimonio coniuncta, sed potest matrimonio coniungi: vel nec est coniuncta, nec potest coniungi, & hoc magis distat. Si autem primo modo, aut per concubitum præstatur aliquod impedimentum sequenti matrimonio, aut non: primum enim magis distat. Si autem non potest matrimonio coniungi, vel non potest aliqua conditione extante, vel non potest simpliciter in perpetuum, & hoc magis distat: & secundum hoc patet, quòd fornicatio simplex est minimum peccatum inter ista, quia illi cum qua concumbitur, nullum nouum impedimentū respectu sequentis matrimonij infertur: & post hoc est stuprum, per quod infertur impedimentum mulieri, vt non illa facile postmodum nubere possit: & post hoc est adulterium, quod est concubitus ad illam quæ non potest duci in vxorem, dum vir eius viuit: & post hoc est incestus, qui committitur cum illa quæ simpliciter vxor esse non potest: & post hoc est raptus, qui matrimonio contrariatur non solum quantum ad essentiam, sed etiam quantum ad causam, & hic est ordo eorum secundum genus suum consideratorum: tamen potest quandoque hic ordo variari secundum diuersas circunstantias, omnium tamen horum grauius est peccatum contra naturam.

Ad primum ergo dicendum, quòd adulterium non solum est peccatum, quia est contra castitatem, sed quia est contra ius diuinum, quod habet vir in vxorem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis non possit dispensari quòd aliquis ducat in vxorem illam, cum qua committit

adulterium viuente viro, tamen aliquo casu contingente potest eam in vxorem ducere absque dispensatione, scilicet post mortem viri, quia adulterium primum non dirimit matrimonium contractum nisi in aliquo casu, vt prius dictum est.
¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis possit postmodum duci in matrimonium consentiente puella & parentibus, tamen quantum ad præsens pertinet, maxime a matrimonio distat, vt ex dictis patet.

Dist. 35. in expositiõe lræ, & a Magistro in litera eiusdẽ dist. circa finem. 35. q. 5. ca. Quod autẽ frater.

priuilegio Ecclesiæ mortis impunitatem meretur. Attendendum etiam illud Alexandri qui ait. Quòd frater, sororue vxoris tuæ cognati dicuntur, æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris ap-

ARTICVLVS V.

e Vtrum coniugium quod inter affines, uel consanguineos est contractum, semper sit per diuortium dirimendum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd coniugium qđ inter affines, vel consanguineos est contractum, non semper sit p diuortiũ dirimendum, quia quos coniunxit deus, homo separare non debet. cum ergo deus facere intelligatur quod ecclesia facit, quæ quandoque tales ignoranter coniungit, videtur quòd si postmodum in notitiam veniant, non sint separandi.
¶ 2 Præt. Fauorabilius est vinculum matrimonij quàm dominij: sed homo per longi temporis præscriptionem acquirit dominium in re, cuius non erat dominus. ergo per diuturnitatem temporis matrimonium ratificatur, etiam si prius ratum non fuit.
¶ 3 Præt. De similibus simile est iudicium: sed si matrimonium esset dirimendum propter consanguinitatem, tunc in casu illo quando duo fratres habent duas sorores in vxores, si vnus separatur propter consanguinitatem, & alius separari deberet pari ratione, quod non videtur. ergo matrimonium non est separandum propter consanguinitatem, vel affinitatem.
SED CONTRA. Consanguinitas & affinitas impediunt contrahendum, & dirimunt contractum. ergo si probatur consanguinitas, vel affinitas, separãdi sunt, si de facto cõtraxerint.
II VLTERIVS. Videtur quòd ad separationem matrimonij, quod est inter affines & consanguineos contractum, non sit procedẽdum per viam accusationis, quia accusationem inscriptio præcedit, qua aliquis se ad talionem obligat, si in probatione defecerit: sed hæc non requiruntur quando agitur de matrimonij separatione. ergo accusatio ibi locum non habet.
¶ 2 Præt. In causa matrimonij audiuntur solum propinqui, vt in litera dicitur: sed in accusationibus audiuntur etiam extranei. ergo in causa separationis matrimonij non agitur per viam accusationis.
¶ 3 Præt. Si matrimonium accusari deberet, tunc præcipue hoc esset faciendum, quando minus difficile est quòd separetur: sed hoc est quando sunt tantum sponsalia contracta, tunc autem non accusatur matrimonium. ergo numquàm de cætero debet fieri accusatio.
¶ 4 Præt. Ad accusandum non præcluditur alicui via per hoc quòd non statim accusat: sed hoc fit in matrimonio, quia si primo tacuit quando matrimonium contrahebatur, non potest postea matrimonium accusare nisi quasi suspectus. ergo &c.
SED CONTRA. Omne illicitum potest accusari: sed matrimonium affinium, vel consanguineorum est illicitum. ergo de eo potest esse accusatio.
III VLTERIVS. Videtur quòd in tali causa non sit procedendum per testes, sicut in alijs causis, quia in alijs causis adducuntur ad testificandum quicumque sunt omni exceptione maiores: sed hic non admittuntur extrranei, quàmuis sint omni exceptione maiores. ergo &c.
¶ 2 Præt. Testes suspecti de priuato odio, vel amore, a testimonio repelluntur: sed maxime possunt propinqui esse suspecti de amore respectu vnius partis, & odio ad partem alteram. ergo non est audiendum eorum testimonium.
¶ 3 Præt. Matrimonium est fauorabilius quàm aliæ causæ, in quibus de rebus pure corporalibus agitur: sed in illis non potest esse idem accusator & testis. ergo nec in matrimonio, & ita videtur quòd non conuenienter in ista causa per testes procedatur.
SED CONTRA. Testes inducuntur in causis, vt super his, de quibus dubitatur, fiat iudici fides: sed ita facienda est

F iudici fides in causa ista, sicut in alijs causis, quia non debet præcipitare sententiam de eo quod non constat. ergo procedendum est hic ex testibus, sicut in alijs causis.
RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd cũ omnis concubitus præter legitimum matrimonium sit peccatũ mortale, quod ecclesia oĩbus modis impedire conatur, ad ipsam pertinet eos, inter quos non potest esse verũ matrimonium, separare, & præcipue cõsanguineos & affines qui sine incestu

pellationis potius quàm vlla cognationis causa. Vxor enim fratris fratrissa potius quàm cognata uocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum fratrum uxores ianitrices uocantur, quasi eandem ianuã

contrahere non possunt carnaliter.
G AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quãuis ecclesia dono, & authoritate diuina fulciatur, tamen inquantum est hominũ congregatio, aliquid ex defectu humano in actibus eius prouenit, quod non est diuinum: & ideo illa coniunctio quæ fit in facie ecclesiæ impedimentum ignorantis, non habet inseparabilitatem ex authoritate diuina, sed est contra authoritatem diuinam errore humano inducta, quæ excusat a peccato, cum sit error facti quandiu manet, & propter hoc quando impedimentum ad notitiam ecclesiæ venit, debet prædictam coniunctionem separare.
¶ Ad secundum dicendum, quòd illa quæ sine peccato esse non possunt, nulla præscriptione firmantur, quia vt Innocentius dicit, Diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget: nec ad hoc facit aliquid fauor matrimonij, quod inter illegitimas personas esse non poterat.

De cõsang. & affinit. c. Non debet in fine.

H ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd res inter alios acta alij non præiudicat in foro contentioso: vnde quàmuis vnus frater repellatur a matrimonio vnius sororum ex causa cõsanguinitatis, non propter hoc separat ecclesia aliud matrimoniũ, quod non accusatur: sed in foro conscientiæ non oportet quòd semper obligetur ad hoc alius frater ad dimittendum vxorem suam, quia frequenter tales accusationes ex maleuolentia procedũt, & per falsos testes probantur: unde non oportet, quòd conscientiam suam informet ex his quæ sunt circa aliud matrimonium facta. Sed distinguendum videtur in hoc, quia aut habet certam scientiam de impedimento matrimonij, aut opinionẽ, aut neutrum. Si primo modo, nec exigere, nec reddere debitũ debet. Si secundo, debet reddere, sed non exigere. Si tertio, potest & reddere, & exigere.
I AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd accusatio ad hoc est instituta, ne aliquis sustineatur quasi innocens qui culpam habet. Sicut autem ex ignorantia facti contingit, quòd aliquis homo reputatur innocens qui in culpa est, ita ex ignorantia alicuius circunstantiæ contingit, quòd aliquod factum reputatur licitum quod illicitum est: & ideo sicut homo accusatur quandoque, ita & factum ipsum accusari potest, & sic matrimonium excusatur quando propter ignorantiam impedimenti æstimatur legitimum quod est illegitimum.
AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obligatio ad pœnã talionis habet locum quando accusatur persona de crimine, quia tunc agitur ad punitionem eius: sed quando accusatur factum, tunc non agitur ad pœnam facientis, sed ad impediendum hoc quod est illicitum: & ideo in matrimonio accusator non se obligat ad aliquam pœnam, sed talis accusatio potest & verbo, & scripto fieri, ita quòd exprimatur & persona accusans,
K matrimonium quod accusatur, & impedimentum propter quod accusatur.
¶ Ad secundum dicendum, quòd extranei non possunt scire consanguinitatem, nisi per consanguineos, de quibus probabilius est quòd sciant: vnde quando ipsi tacent, suspitio habetur contra extraneum, quia ex maleuolentia procedat, nisi per consanguineos probare voluerit, vnde repellitur ab accusatione quando sunt consanguinei qui tacent, & per quos probari nõ potest: sed consanguinei quantumcumq; sint propinqui, non repelluntur ab accusatione, quando accusatur matrimonium propter aliquod impedimentum perpetuum, quod impedit contrahendum, & dirimit contractum: sed quando accusatur ex hoc quòd dicitur non fuisse contractum, tunc parentes tamquàm suspecti sunt repellendi, nisi ex parte illius qui est inferior dignitate & diuitijs, de quibus probabiliter æstimari potest quòd libenter vellent quòd matrimonium staret.
¶ Ad tertium dicendum, quòd cum matrimonium nondũ est contractum, sed sponsalia tantum, non potest accusari, quia non accusatur quod nõ est, sed potest denuntiari impedimentum ne matrimonium contrahatur.

¶ Ad

¶ Ad quartum dicendum, quòd ille qui primo tacuit, quandoque auditur postea si uelit matrimonium accusare, quandoq; repellitur, quod patet ex decretali quæ sic dicit. *Si post contractum matrimonium aliquis apparet accusator, cum non prodierit in publicum, quando secundum consuetudinem in ecclesijs edebat,* vtrũ vox suæ debeat accusationis admitti, merito queri potest. Super quo respondemus, quòd si tempore denũtiationis præmissæ is qui iam cõiunctus impedit, extra diœcesim existebat, uel alias denuntiatio ad eius non potuit notitiã peruenire, vt puta, si nimiæ infirmitatis feruore laborans sanæ mentis patiebatur exilium, vel in annis erat tam teneris cõstitutus quòd ad comprehensionẽ talium eiũs ætas sufficere non ualebat, seu alia causa legitima fuerit impeditus, eius accusatio debet audiri, alioquin tamquã suspectus esset proculdubio repellendus, nisi iuramẽto firmauerit quod post didicerit ea quæ obiecerit, & ad hoc ex malitia non procedat.

matri. sa. pñt Quod in ipsim.

intrantes. Viri soror glos appellatur. Sororis autem uir non habet speciale nomen, nec vxoris frater.

DISTINCTIO XLII.

A

De spirituali cognatione.

DE parentalium graduum famosa quæstione aliquid, licet minus sufficienter, diximus. Item de spirituali cognatione addamus, quę etiam personas impedit, [a] vt non sint legitimæ ad ineundas nuptias. Tria quædam sunt, consanguinitas, affinitas, & spiritualis germanitas. Consanguinitas est inter eos qui iunguntur secundum lineam generis. Affinitas inter eos qui genere quidem non sunt coniuncti, sed mediante genere sunt sociati, uerbi gratia. Vxor filij fratris mei quæ non est de genere meo, per ipsum qui est de genere meo mihi affinis facta est, & ego illi.
B Spiritualis proximitas est inter compatrem & commatrem, & inter eos quorum unus alterum de sacro fonte leuauit, uel in catechizatione, aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales, & spirituales.

AD TERTIAM quæstionem dicendũ, quòd in hac causa oportet quòd per testes ueritas pateat, sicut & in alijs: tamen vt Iuristæ dicunt, in hac causa multa specialia inueniuntur, scilicet quòd idem potest esse accusator & testis, & q̃ non iuratur de calumnia, cum sit quasi causa spiritualis; & quòd consanguinei admittuntur ad testificandum, & quòd non obseruatur omnino ordo iudiciarius: quia tali denuntiatione facta contumax potest excommunicari lite non contestata, & ualet hoc testimonium de auditu, & post publicationem testium testes possunt induci, & hoc totum est ut peccatum impediatur, quod in tali coniunctione esse potest. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

EXPOSITIO TEXTVS.

ILLVD *etiam non est prætermittendum &c.* Totum est abrogatum per noua iura: sed etiam gradus consanguinitatis & affinitatis sunt restricti usq; ad gradum quartũ. *Et est sciendum quòd ecclesia &c.* Sciendum quòd cũ ecclesia non intendat priuare aliquem iure suo, si decepta per falsos testes separauerit matrimoniũ altera personarum expoliata ui, iuste debet ei fieri restitutio, etiam si altera votum emisisset religionis: ita tamen quòd ei non liceret petere debitum, sed solum reddere. Quando autem mulier ad reintegrationem matrimonij agit, distinguendum est, quia si agit petitorio, ut scilicet ei detur aliquis uir, quia cum ea contraxit, antequàm fiat restitutio tractabitur de exceptione ex parte mariti proposita: si aũt agat possessorio, primo restituendus est sibi uir, quàm exceptio prædicta tractetur, & eadem ratio est si uir agat. Sed excipiuntur ab utroque cõmuniter quinque casus. Primus est, quando uir excipiendo proponit publicam fornicationem uxoris. Secundus, quando proponit gradum consanguinitatis iure diuino prohibitum: tamen si differatur, oportet fieri restitutionem per sententiam: sed ille non tenebitur reddere debitum si habeat conscientiam de consanguinitate prædicta. Tertius, si obijciatur exceptio rei iudicatæ, a qua non est appellatum. Quartus, quando est tanta sęuitia uiri, quòd non potest sufficiens cautio adhiberi, puta, quòd uir persequitur uxorem odio capitali. Quintus est, quando ille qui agit, spoliauit alium sine causa.

D ... habetur ... cõsang. ... affinit. c. ... a debet ... chensi. ... §. Pro. ... itio.

E

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de carnalis propinquitatis impedimẽto, hic determinat de impedimento spiritualis propinquitatis. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quomodo spiritualis cognatio matrimonium impediat. In secunda inquirit, utrum secundæ nuptiæ sint licitæ, ibi. *Sciendum est etiam quòd*

A *non solum &c.* Prima in duas. In prima distinguit propinquitatem spiritualem a carnalibus, de quibus supra actum est. In secunda prosequitur de propinquitate spirituali, ibi. *Spirituales filij &c.* Et hæc pars diuiditur in duas. In prima ostendit, unde spiritualis propinquitas contrahatur. In secunda ostendit, quomodo matrimonium impediat, ibi. *Quod autem comparatur, uel cõiter &c.* Et hæc in duas. In prima ostẽdit, quomodo impedit matrimonium propinquitas spiritualis quam aliqua persona directe cõtrahit, quæ assimilatur cõsanguinitati. In secunda, quomodo impediat matrimonium illa q̃ indirecte ex uxore in uirum redundat per modum cuiusdam affinitatis, uel econtra, ibi. *Solet etiam quæri &c.* Prima in duas. In prima ostẽdit quando spiritualis cognatio impediat matrimonium inter compatrem spiritualem, & matrem naturalem,
C aut econuerso. In secunda ostendit quando matrimonium impediat inter filios spirituales & naturales, ibi. *Quòd autem spirituales, uel adoptiui &c.* Prima in duas. In prima ostendit quando spiritualis cognatio matrimoniũ præcedens impediat matrimonium contrahendum, & dirimat contractum inter compatrem & cõmatrem, non autem si sequatur. In secunda obijcit in contrarium, & soluit, ibi. *His autem obuiare uidetur &c.* *Quòd autem spirituales &c.* Hic ostendit quando impeditur matrimonium inter prolem spiritualem & naturalem unius hominis. Et circa hoc duo facit. Primo probat propositũ. Secundo inquirit, utrum hæc probatio se extendat ad fratres naturales spiritualis prolis, quòd scilicet possint copulari filijs naturalibus spiritualis patris, ibi. *Hoc autem quidam uolunt &c.* *Solet etiam quæri &c.* Circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd spiritualis cognatio transit a uiro in uxorem. Secundo inquirit, vtrum possint spiritualiter effici parentes alicuius prolis, ibi. *Solet etiam quæri &c.*

QVÆSTIO PRIMA.

A

Hic est triplex quæstio.

¶ Prima, De cognatione spirituali.
¶ Secunda, De legali.
¶ Tertia, De secundis nuptijs.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrũ spiritualis cognatio matrimoniũ impediat.
¶ Secundo, Ex qua causa contrahatur.
¶ Tertio, Inter quos contrahatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum spiritualis cognatio matrimonium impediat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd spiritualis cognatio matrimonium non impediat. Nihil enim impedit matrimoniũ, quod non contrariatur alicui bono matrimonij: sed spiritualis cognatio non contrariatur alicui bono matrimonij. ergo non impedit matrimonium.
¶ 2 Præt. Perpetuum impedimentum matrimonij non potest stare simul cum matrimonio: sed cognatio spiritualis stat simul aliquando cũ matrimonio, vt in litera dicitur, sicut cum aliquis in casu necessitatis filium suum baptizat, quia tunc fit uxori suæ spirituali cognatione coniunctus, nec tamen matrimonium

-trimonium separatur. ergo spiritualis cognatio matrimonium non impedit.

¶ 3 Præt. Vnio spiritus non transit in carnem: sed matrimonium est carnalis coniunctio. ergo cum cognatio spiritualis sit vnio spiritus, non potest transire ad matrimonium impediendum.

¶ 4 Præt. Contrariorum nõ sunt idẽ effectus: sed spiritualis cognatio videtur esse contraria disparitati cultus, cum spiritualis cognatio sit ꝓpinquitas proueniẽs ex datione sacramenti, vel intentione ad idem: disparitas autem cultus consistit in sacramenti carentia, vt prius dictum est. cum ergo disparitas cultus matrimonium impediat, videtur quòd spiritualis cognatio non habeat hunc effectum.

Dist. 39. q. 1 art. 1.

Qui sint filij spirituales.

SPIRITVALES filij sunt quos de sacro fonte leuamus, vel in catechizatione, seu cõfirmatione tenemus. Filij etiam & filię spirituales duorum sunt, qui trinæ mersionis vocabulo eos sacro baptismate tingunt. Dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis, quæ ei peccata sua cõfitetur. Vnde Symmachus Papa.

30. q. 1. cap. Ad limina §. filia.

SED CONTRA. Quanto aliquod vinculum est sanctius, tanto est magis custodiendum: sed vinculum spirituale est sanctius quàm corporale. ergo cum vinculum propinquitatis corporalis matrimonium impediat, videtur etiam quòd spiritualis cognatio idem faciat.

¶ 2 Præt. In matrimonio coniunctio animarum est principalior, quàm coniunctio corporum, quia præcedit ipsam. ergo multo fortius spiritualis cognatio matrimonium impedire potest, quàm carnalis.

D. 563.

RESPON. Dicendum, quòd sicut per carnis propagationem homo accipit esse naturæ, ita per sacramenta accipit esse spirituale gratiæ. Vnde sicut vinculum, quod ex carnis propagatione contrahitur, est naturale homini inquantum est res quædam naturæ, ita vinculum quod contrahitur ex sacramentorum susceptione, est quodammodo naturale alicui inquantum est membrum ecclesiæ, & ideo sicut carnalis cognatio impedit matrimonium, ita spiritualis ex ecclesiæ statuto: tamen distinguendum est de spirituali cognatione, quia aut præcessit matrimonium, aut sequitur. Si pręcessit, impedit contrahendũ, & dirimit contractum: si sequitur, tunc non dirimit vinculum matrimonij. Sed quantum ad actũ matrimonij est distinguendum, quia aut spiritualis cognatio inducitur causa necessitatis, sicut cũ pater baptizat puerum in articulo mortis, & tunc non impedit actum matrimonij ex neutra parte: aut inducitur extra casum necessitatis, ex ignorantia tamen, & tunc si ille ex cuius actu inducitur, diligentiam adhibuit, est eadem ratio sicut & de primo: aut ex industria extra casum necessitatis, & tunc ille ex cuius actu inducitur, amittit ius petendi debitũ, sed tamen debet reddere, quia ex culpa eius non debet aliquod incommodum alius reportare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis spiritualis cognatio non impediat aliquod de principalibus bonis matrimonij, tamen impedit aliquod de secundarijs bonis, quod est amicitiæ multiplicatio, quia spiritualis cognatio est sufficiens ratio amicitiæ per se: vnde oportet quòd ad alios per matrimonium familiaritas & amicitia quæratur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd matrimonium est perpetuũ vinculum, & ideo nullum impedimentum superueniens potest ipsum dirimere, & sic quandoque contingit quòd matrimonium, & matrimonij impedimentũ stant simul, non autem si impedimentum præcedat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in matrimonio non tantum est coniunctio corporalis, sed etiam spiritualis: & ideo propinquitas spiritus ei impedimentum præstat sine hoc, quòd propinquitas spiritualis transire debeat in carnalem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non est inconueniens quòd duo contraria adinuicem contrarientur eidem, sicut magnum & paruum æquali: & sic disparitas cultus & spiritualis cognatio matrimonio repugnant, quia in vno est maior distantia, & in altero maior propinquitas, quàm matrimonium requirat, & ideo ex vtraque parte matrimonium impeditur.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur. Sicut enim se habet cognatio corporalis ad corporalem generationem, ita spiritualis ad spiritualem: sed solus baptismus dicitur spiritualis generatio. ergo per solum baptismum contra-

F

hitur spiritualis cognatio, sicut per solam generationem carnalem cognatio carnalis.

¶ 2 Præt. Sicut in confirmatione imprimitur character, ita in ordine: sed ex susceptione ordinis non sequitur spiritualis cognatio. ergo nec ex confirmatione, & sic solum ex baptismo.

¶ 3 Præt. Sacramenta sunt digniora sacramentalibus: sed ex quibusdam sacramentis spiritualis cognatio non sequitur, sicut patet in extrema vnctione. ergo multo minus ex catechismo, vt quidam dicunt.

G

¶ 4 Præt. Inter sacramentalia baptismi multa alia præter catechismũ numerãtur, vt patet supra dist. 6 ergo ex catechismo non magis contrahitur spiritualis cognatio, quàm ex alijs.

¶ 5 Præt. Oratio non est minus efficax ad promouendum in bonũ, quàm instructio, siue catechizatio: sed ex oratione non contrahitur spiritualis cognatio. ergo nec ex catechismo.

q. vnica. ar. 3.

¶ 6 Præt. Instructio quæ fit baptizatis per prædicationem non minus valet, quàm illa quæ fit nondum baptizatis: sed ex prædicatione non contrahitur aliqua spiritualis cognatio. ergo nec ex catechismo.

SED CONTRA. 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangeliũ ego vos genui: sed spiritualis generatio causat spiritualem cognationem. ergo ex prædicatione euangelii & instructione fit spiritualis cognatio, & non solum ex baptismo.

¶ 2 Præt. Sicut per baptismum tollitur peccatum originale, ita per pænitentiam actuale. ergo sicut baptisma causat spiritualem cognationem, ita & pænitentia.

H

¶ 3 Præt. Pater nomen cognationis est: sed per pænitentiam & doctrinam, & pastoralem curã, & multa huiusmodi aliquis dicitur alteri spiritualis pater. ergo ex multis alijs pręter baptismum & confirmationem spiritualis cognatio contrahitur.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim dicunt quòd spiritualis regeneratio sicut per septiformem spiritus sancti gratiam datur, ita per septem efficitur incipiendo a primo pabulo salis sacramẽti, vsque ad confirmationem per episcopum factam, & per quodlibet horum septem spiritualis cognatio contrahitur. Sed illud non videtur rationabile, quia cognatio carnalis non contrahitur, nisi per actũ generationis cõpletũ, vnde ẽt affinitas non cõtrahit, nisi sit facta coniunctio seminum, ex qua potest sequi carnalis generatio. Spiritualis autem generatio non perficitur nisi per aliquod sacramentum, & ideo inconueniens est, quòd spiritualis cognatio contrahatur, nisi per aliquod sacramentum. Et ideo

I

alij dicunt quòd per tria tantũm sacramenta spiritualis cognatio contrahatur, scilicet per catechismum, baptismum, & confirmationem. Sed isti propriam vocem videntur ignorare, quia catechismus non est sacramentum, sed sacramentale: & ideo alij dicunt, quòd tantum per duo sacramenta, scilicet per baptismum, & confirmationem, & hæc opinio est communior: tamen de catechismo quidam horum dicunt, quòd est debile impedimentum quod impedit contrahendũ, sed non dirimit matrimonium contractum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd duplex est carnalis natiuitas. Prima in vtero, in quo adhuc id quod natum est, est adeo debile quòd non possit extra exponi sine periculo, & huic natiuitati similatur generatio per baptismum, in quo regeneratur aliquis adhuc quasi fouendus intra vterũ ecclesiæ. Secunda est natiuitas ex vtero, quando iam id quod natũ erat

K

in vtero, tantum roboratum erat, quòd potest sine periculo exponi exterioribus quæ nata sunt corrumpere, & huic similatur confirmatio, per quam homo roboratus exponitur in publicũ ad confessionem nominis Christi, & ideo congrue per vtrumque istorum sacramentorum contrahitur spiritualis cognatio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per ordinis sacramentum non fit aliqua regeneratio, sed quædam promotio potestatis: & propterea mulier non suscipit ordinem, & sic non potest ex hoc aliquod impedimentum præstare matrimonio, & ideo talis cognatio non computatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in catechismo fit quædam professio futuri baptismi, sicut in sponsalibus fit quædam sponsio futurarum nuptiarum: vnde sicut in sponsalibus contrahitur quidam motus propinquitatis, ita & in catechismo ad minus impediens contrahendum, vt quidam dicunt, non autem in alijs sacramentis.

¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ talis professio fidei non fit in alijs sacramentalibus baptismi, sicut in catechismo, & ideo nõ est similis rõ.

¶ Et similiter dicẽdum ad quintum de oratione, & ad sextum de prædicatione.

¶ Ad septimum dicendum, quòd Apostolus eos ad fidem instruxerat per modũ catechismi, & sic aliquo modo talis instructio habebat ordinem ad spiritualem cognationem.

¶ Ad octauum dicendum, quòd per sacramentum pænitentiæ non contrahitur proprie loquẽdo, spiritualis cognatio: vnde filius sacerdotis potest contrahere cum illa quam sacerdos in confessione audit, alias filius sacerdotis non inueniret ĩ tota vna parochia mulierem cum qua contraheret. Nec obstat quòd per pęnitentiam tollitur peccatũ actuale, quia hoc non est per modum generationis, sed magis p modum sanationis: sed tamen per pænitentiam cõtrahitur quoddam fędus inter sacerdotẽ & mulierem confitentem simile cognatiõi spirituali, vt tantũ peccet eam carnaliter cognoscens, ac si esset sua spiritualis filia, & hoc ideo quia maxima familiaritas est inter sacerdotem & confitentem, & ex hoc ista prohibitio est inducta, vt tollatur peccãdi occasio.

Ibi supra in Omnes quos.

Omnes quos in pænitentia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filij, vt & ipsi quos vel nobis suscipientibus, uel sub trinæ mersionis uocabulo mergentibus unda baptismi regenerauit. Siluester etiã admonet, ut ad suam filiam pænitentialẽ nullus sacerdos accedat, quia scriptum est, Omnes quos in

Ibi supra eodem. c.

B

pænitentia accepimus, ita nostri filij sunt, vt in baptismo suscepti, quorum omniũ flagitiosa est commistio. Quòd autem compater & cõmater sibi iungi nequeant, nec pater spiritualis, nec mater filiæ, uel filio spirituali, ex concilio Maguntinensi. De eo quod interrogasti, si aliquis filiolam suam duxerit uxorem, & de eo qui cõcubuit cum matre spirituali, & de eo qui filium suum baptizauit, & uxor eius eum de fonte suscepit hac de causa, ut dissidium fieret coniugij, si post in tali copula possunt permanere, sic respondendum est. Si filiolam, aut commatrem suam aliquis in coniugium duxerit, separandos esse iudicamus, & graui pænitẽtia plectendos. Si uero coniuges legitimi, uel unus, uel ambo ex industria hoc fecerint, ut filiũ suum de fonte susciperent, si innupti manere uoluerint, bonum est. Sin autem, grauis pænitentia insidiatori iniungatur, & simul maneant, & si præuaricator coniugij superuixerit, acerrima pænitentia mulctetur, & sine spe coniugij maneat. Ex his apparet, quòd aliquis filiolam suam, uel commatrem nõ potest sibi copulare nuptialiter, & si præsumptum fuerit, separandi sunt. Qui autem legitime coniuncti sunt, non ideo separandi sunt, quia alter eorum insidiose filium de fonte leuauit. Quod etiam Nicolaus cõfirmat dicens. Nosse desideras, utrum mulier quæ uiri filiũ ex alia femina genitũ de sacro fonte leuauerit, postmodũ possit cum eodem uiro copulari. Quos ideo

Ibi supra De eo qđ interrogasti.

Vbi supra cap. Nos se desideras.

C

coniungi posse decernimus, quia secundum canones sacros, nisi amborum consensu, nullius religionis obtentu debet coniux dimittere coniugem, cũ Apostolus præcipiat. Nolite fraudari inuicem, nisi forte ex cõsensu ad tempus &c. Item dictum est nobis, quasdam feminas desidiose, quasdã uero frau

1. Cor. 7.

Vbi supra c. Dictũ est nobis.

Cap. II.

¶ Ad nonum dicendum, quòd pater spiritualis dicitur ad similitudinem patris carnalis: pater autem corporalis, vt dicit Philosophus in 8. ethicor. tria dat, esse, nutrimentum, & instructionem: & ideo spiritualis pater aliquis alicuius dicitur ratione alicuius horum trium, tamen ex hoc quòd est spiritualis pater, non habet cognationem spiritualem, nisi conueniat cum patre quantum ad generationem, per quam est esse. Et sic etiã potest solui octauum quod præcessit.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum cognatio spiritualis contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi, & leuantem de sacro fonte.*

Vide in præfato Concilio loco citato.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd cognatio spiritualis non contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi, & leuantem de sacro fonte, quia in generatione carnali cõtrahitur propinquitas solum ex parte eius, cuius semine generatur proles, non autem ex parte eius qui puerum natum suscepit. ergo nec spiritualis cognatio contrahitur inter eum qui suscipit de sacro fonte, & eum qui suscipitur.

De eccles. hierar. c. 2. par. 2.

¶ 2 Præt. Ille qui in sacro fonte leuat, anadocus a Dio. dicitur, & ad eius officium spectat puerum instruere: sed instructio non est sufficiens causa spiritualis cognationis, vt dictum est. ergo nulla cognatio contrahitur inter eum & illum qui de sacro fonte leuatur.

¶ 3 Præt. Potest contingere, quòd aliquis leuet aliquem de sacro fonte antequàm ipse sit baptizatus: sed ex hoc non contrahitur aliqua spiritualis cognatio, quia ille qui non est baptizatus, non est capax alicuius spiritualitatis. ergo leuare aliquem de sacro fonte non sufficit ad cognationem spiritualem contrahendam.

SED CONTRA est diffinitio spiritualis cognationis supra inducta, & authoritates quæ ponuntur in litera.

II

VLTERIVS. Videtur ꝙ spiritualis cognatio non tran-

A

seat a viro in vxorem, quia spiritualis vnio & corporalis sunt disparatæ, & diuersorum generum. ergo mediante carnali coniunctione, quæ est inter virum & vxorem, non transitur ad spiritualem cognationem.

¶ 2 Præt. Magis conueniunt in spirituali generatione, quæ est causa spiritualis cognationis, pater & mater spiritualis, quàm vir qui est pater spiritualis, & vxor: sed pater & mater spiritualis nullã ex hoc cognationem spiritualem cõtrahunt. ergo nec vxor contrahit aliquam cognationem spiritualẽ ex hoc, quòd vir eius sit pater spiritualis alicuius.

¶ 3 Præt. Potest contingere, quòd vir est baptizatus, & vxor non est baptizata, sicut quando vnus est ab infidelitate cõuersus sine alterius coniugis conuersione: sed spiritualis cognatio non potest peruenire ad nõ baptizatum. ergo non transit semper de viro ad vxorem.

¶ 4 Præt. Vir & vxor possunt aliquem simul de sacro fonte leuare. si ergo spiritualis cognatio a viro transiret in vxorẽ, sequeretur quòd vterque coniugum esset bis pater, vel mater spiritualis eiusdem, quod est inconueniens.

SED CONTRA. Bona spiritualia magis multiplicabilia sunt quàm corporalia: sed consanguinitas corporalis uiri

D

transit ad vxorem per affinitatem. ergo multo magis spiritualis cognatio.

III

VLTERIVS. Videtur quòd non transeat ad filios carnales patris spiritualis, quia spirituali cognationi non assignantur gradus: essent autem gradus si transiret a patre in filium; quia persona generata mutat gradum, vt supra dictum est. ergo non transit ad filios carnales patris spiritualis.

Dist. 40. q. vnica. ar. 2. in cor.

¶ 2 Præt. Pater eodem gradu attinet filio, & frater fratri. si ergo spiritualis cognatio transit a patre in filium, eadem ratione transibit a fratre in fratrem, quod fallum est.

SED CONTRA est, quod in litera probatur pari authoritate.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex patre & matre; ita in generatione spirituali aliquis renascitur filius dei sicut patris, & ecclesiæ sicut matris. Sicut autem ille qui sacramentum confert, gerit personam dei, cuius instrumentum & minister est: ita ille qui baptizatum suscipit de sacro fonte, aut confirmandum, tenet personam ecclesiæ: vnde ad vtrumque spiritualis cognatio contrahitur.

E

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non tantum pater ex cuius semine generatur proles, habet cognationẽ carnalem ad natum, sed etiam mater quæ materiam ministrat, & in cuius vtero generatur: & ita etiam anadocus qui baptizandum vice totius ecclesiæ offert, & suscipit, & confirmandum tenet, spiritualem cognationem contrahit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non ratione instructionis debitæ, sed ratione generationis spiritualis, ad quam cooperatur, spiritualem cognationem contrahit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non baptizatus non potest aliquem leuare de sacro fonte, cum non sit membrum ecclesiæ, cuius typum gerit in baptismo suscipiens, quàmuis possit baptizare, quia est creatura dei, cuius typum gerit baptizans: nec tamen aliquam cognationem contrahere spiritualem potest,

quia

qua est expers spūalis uitæ, in quā hō primo per baptismū nascitur,

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd aliquis potest alicuius fieri compater dupliciter. Vno modo per actum alterius qui baptizat, uel in ipso baptismo suscipit filium eius, & sic cognatio spiritualis non transit a uiro in uxorem nisi forte ille sit filius uxoris, quia tunc uxor directe cō trahit cognationē spiritualem sicut & uir. Alio mō per actū proprium, sicut cū leuat filiū alterius de sacro fonte, & sic cognatio spiritualis transit ad uxorem quam iam carnaliter cognouit, non autem si nondum sit consummatum matrimonium, quia nondum effecti sunt una caro, & hoc est per modum cuiusdam affinitatis, unde etiam pari ratione uidetur transire ad mulierem quæ est carnaliter cognita, quamuis non sit uxor. unde uersus.

dulenter, ut a uiris suis separētur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Vnde nos dignum duximus, ut si qua mulier filium suū desidia, aut aliqua fraude coram episcopo tenuerit ad cō-

Qui mihi, uel cuius, mea natum de fonte leuauit,
Hæc mea commater, fieri mea non ualet uxor.
Siqua meæ natum non ex me fonte leuauit,
Hāc post fata meæ, non inde uetabor habere.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ex hoc quòd sunt diuersorum generum unio spiritualis & corporalis, potest excludi quòd una non est altera, non autem quòd una nō possit esse causa alterius: quia eorum quæ sūt in diuersis generibus unū quandoque est causa alterius uel per se, uel per accidens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pater spiritualis & mater spiritualis, eidem non coniunguntur in generatione spirituali nisi per accidēs, quia unus ad hoc ꝑ se sufficeret: unde nō oportet ꝙ ex hoc aliqua cognatio spūalis inter eos nascatur, quin possit esse inter eos matrimoniū. unde uersus. Vnus semper eris compatrū spiritualis. Alter carnalis, nec fallit regula talis: sed per matrimoniū fit uir & uxor una caro, per se loquēdo, & ideo nō est simile.

¶ Ad tertium dico, quòd si uxor non sit baptizata, non perueniet ad eam spiritualis cognatio propter hoc quòd non est capax, non ex hoc quòd non possit per matrimonium traduci spiritualis cognatio a uiro in uxorem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex quo inter patrem spiritualem & matrem non contrahitur aliqua cognatio, nihil prohibet quin uir & uxor simul aliquem de sacro fonte leuarent: nec est incōueniens quòd uxor ex diuersis causis efficiatur bis mater spiritualis eiusdem, sicut & potest esse quòd est affinis & consanguinea eiusdem per carnalem propinquitatem.

AD TERTIAM qōnē dicendum, ꝙ filius est aliquid patris, & nō econuerso, ut dicitur in 8. ethi. & ideo spiritualis cognatio transit a patre in filium sed non econuerso: & sic patet quòd sunt tres spirituales cognationes. Vna quæ dicitur spiritualis paternitas, quæ est inter patrem spiritualem, & filium spiritualem. (D. 363.) Alia quæ dicitur compaternitas, quæ est inter patrem spiritualē, & carnalē eiusdē. Tertia autē dicitur spiritualis fraternitas, quę ē inter filiū spiritualē, & filios carnales eiusdem patris, & quælibet harū impedit contrahendū matrimonium, & dirimit contractū.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd persona addita per carnis propagationem, facit gradum respectu illius personæ quæ eodem genere attinet, non autē respectu eius quæ attinet in alio genere: sicut filius attinet in eodem gradu uxori patris in quo & pater, quamuis alio genere attinētiæ: spiritualis aūt cognatio est alterius generis quàm carnalis, & ideo non in eodem gradu attinet filius spiritualis filio naturali patris sui spiritualis in quo attinet ei pater eius, quo mediante cognatio spiritualis transit, & ita non oportet quòd spiritualis cognatio habeat gradum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd frater non est aliquid fratris, sicut filius est aliquid patris: sed uxor est aliquid uiri, cum qua effecta est unum corpus, & ideo a fratre in fratrem non transit siue sit ante genitus, siue post fraternitatem spiritualem.

QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de cognatione legali, quæ est per adoptionem.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo. De adoptione.
¶ Secundo. Vtrum ex adoptione contrahatur aliquod uinculum impediens matrimonium.
¶ Tertio. Inter quas personas contrahatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum conuenienter adoptio diffiniatur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter adoptio diffiniatur. Adoptio est extraneæ personæ in filium, uel nepotem, uel deinceps legitima assumptio. Filius enim debet esse subditus patri: sed aliquando ille qui adoptatur, non transit in potestatem patris adoptantis. ergo non semper ꝑ adoptionē aliquis in filiū assumitur.

¶ 2 Præt. Parentes debent filiis thesaurizare. 2. Corinth. 12. sed pater adoptans non oportet quòd semper adoptato thesaurizet, quia quandoque adoptatus non succedit in bona adoptantis. ergo adoptio non est assumptio alicuius in filium.

¶ 3 Præt. Adoptio per quam aliquis in filium assumitur, similatur generationi naturali, per quam naturaliter filius producitur. ergo cui competit naturalis generatio competit adoptio: sed hoc est falsum, quia ille qui nō est sui iuris, & qui est minor uigintiquinque annis, & mulier non possunt adoptare, qui tamen possunt naturaliter filium generare. ergo adoptio non proprie dicitur assumptio alicuius in filium.

¶ 4 Præt. Assumptio extraneæ personæ in filium uidetur esse necessaria ad supplendum defectum naturalium filiorum: sed ille qui non potest generare ut spado, uel frigidus, maxime patitur defectum in filiis naturalibus. ergo ei maxime competit assumere filium aliquem: sed non competit adoptare ei. ergo adoptio nō est assumptio alicuius in filium.

¶ 5 Præt. In spirituali cognatione, ubi aliquis in filium assumitur sine carnis propagatione, potest indifferenter maior ętate effici pater minoris, & ecōuerso, quia iuuenis potest senem baptizare, & econuerso. si ergo per adoptionem aliquis assumitur in filiū sine carnis propagatione, similiter posset indifferenter senior iuniorem, uel iunior seniorem adoptare, quod non est uerum, & sic idem quod prius.

¶ 6 Præt. Adoptatus non differt secundum aliquem gradum ab adoptante. ergo quilibet adoptatus adoptatur in filium, & sic inconuenienter dicitur quòd adoptatur in nepotem.

¶ 7 Præt. Adoptatio ex dilectione procedit, unde & deus dicitur nos per charitatem in filios adoptasse: sed charitas maior est habenda ad proximum quàm ad extraneos. ergo non debet esse adoptatio extraneæ personæ, sed magis personæ propinquæ.

RESPON. Dicendum, quòd ars imitatur naturam, & supplet defectum naturæ in illis, in quibus natura deficit: unde sicut per naturalem generationem aliquis filium producit, ita per ius positiuum, quod est ars æqui & boni, potest aliquis sibi assumere aliquem in filium ad similitudinem filii naturalis, & ad supplendum filiorum prædictorū defectum, propter quod præcipue adoptatio est introducta. Et quia assumptio importat terminum a quo, propter quod assumens non est assumptum, ut in 3. lib. dist. 5. dictum est, oportet quòd ille qui assumitur in filium sit persona extranea. Sicut ergo naturalis generatio habet terminum ad quem, scilicet formam quæ est finis generationis, & terminum a quo, scilicet formam contrariam: ita generatio legalis habet terminum ad quem, filium uel nepotem: terminum a quo, personā extraneam, & sic patet quòd prædicta assignatio comprehendit genus adoptionis, quia dicitur legitima assumptio: & terminum a quo, quia dicitur extraneæ personæ: & terminum ad quē, quia dicitur in filium, uel nepotem. (q. 1. art. 1. quæst. 3. in cor.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filiatio adoptionis est quædā imitatio filiationis naturalis, & ideo duplex est adoptionis species. Vna quæ perfecte imitatur naturalem filiationem, & hæc uocatur abrogatio, per quam reducitur adoptatus in potestatem adoptantis, & sic adoptatus succedit patri adoptanti ex intestato, nec potest eum pater sine culpa priuare quarta parte hæreditatis, sic autem adoptari non potest nisi ille qui sui iuris est, qui scilicet postquam adoptatur non habet potestatem, aut si habet, est mancipatus: & hæc adoptatio non fit nisi authoritate principis. Alia est adoptatio quæ imitatur naturalem filiationem imperfecte, quæ uocatur simplex adoptio, per quam adoptatus nō transit in potestatem adoptantis, unde magis est dispositio quædam ad perfectam adoptionem quàm adoptio perfecta: & secundum hanc potest adoptari etiam ille qui non est sui iuris, & sine authoritate principis ex authoritate magistratus, & sic adoptatus non succedit in bonis adoptantis, nec tenetur ei adoptans aliquid de bonis suis in testamento dimittere, nisi uelit.

¶ Et per hoc patet solutio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd generatio naturalis ordinatur ad speciem consequendam, & ideo competit omnibus posse naturaliter generare, in quibus natura speciei non est impedita: sed adoptio ordinatur ad hæreditatis successionem, & ideo illis solis competit qui habent potestatem disponendi de hęreditate sua: unde ille qui non est sui iuris, uel qui est minor uigintiquinque annis, aut mulier non potest adoptare aliquem, nisi ex speciali cōcessione principis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd per eum qui habet impedimentum perpetuum ad generandum, non potest hæreditas transire in posterum, unde ex hoc ipso iam debetur illis qui ei succedere debent iure propinquitatis: & ideo ei non competit adoptare, sicut nec naturaliter generare. Et præterea, maior ē dolor de filiis amissis, quàm de filiis qui nunquam habiti sunt, & ideo habentes impedimentum generationis non indigent solatio contra carentiā filiorum, sicut illi qui habuerunt & amiserunt, uel etiam qui habere potuerunt, sed aliquo impedimento accidentali carent.

firmandum propter fallaciam, uel fraudem, quamdiu uiuat, pæniteat, tamen a uiro suo non separetur. Item Ioannes Papa. Ad limina sancti Petri hō nomine Stephanus ueniēs, nostro præsulatui innotuit, quòd filium suum in extremo uitæ positum nondum baptismi unda lotum, absentia sacerdotum cogente baptizauit, eumq; propriis manibus suscepit, atque pro huiusmodi negotio reuerētia tua præfatum hominem a sua coniuge iudicauit esse separandum, quod fieri nullatenus debet, dicente scriptura. Quos deus coniunxit, homo non separet. Et Dominus non dimittere uxorem, nisi causa fornicationis iubet. Et nos tanta authoritate freti dicimus dimittēdum esse, & inculpabile iudicandū quod necessitas intulit. Nam baptizandi opus laicis fidelibus, si tamen necesse fuerit, libere conceditur. Vnde si supradictus homo filium morientem aspiciens ne animam perpetuo perire dimitteret, unda baptismi lauit, ut eum de potestate mortis eriperet, bene fecisse laudatur. Ideoque suæ uxori sibi iam olim legitime sociatę impune, dum uixerit, iudicamus manere cōiunctum, nec ob hoc separari debere. His, aliisque pluribus authoritatibus edocetur, coniuges non esse separandos, si post legitimam copulam alter alterius filium de fonte leuauerit, uel in confirmatione tenuerit.

(supra · ad limi- ; Math. 19. & ...)

¶ Ad quintum dicēdum, quòd spiritualis cognatio contrahitur per sacramētum, quo fideles renascuntur in Christo, ī quo non differt masculus a femina, seruus & liber, iuuenis & senex, & ideo indifferenter quilibet potest effici pater spiritualis alterius: sed adoptio fit per hæreditatis successionem, & quadā subiectionem adoptati ad adoptantem. Non autem est conueniens quòd antiquior iuueni in cura rei familiaris subdatur, & ideo minor non potest adoptare seniorem: sed oportet secūdum leges, quòd adoptatus sit intantum adoptante iunior, quòd possit eius naturalis esse filius.

¶ Ad sextum dicendum, quòd sicut contingit amitti filios, ita & nepotes, & ideo cum adoptatio sit inducta ad solatium filiorum amissorum, sicut potest aliquis per adoptionem subrogari in locum filii, ita in locum nepotis, & sic deinceps.

¶ Ad septimum dicendum, quòd propinquus iure propinquitatis debet succedere, & ideo non cōpetit ei quòd per adoptionem ad successionē deducatur: & si aliquis propinquus cui non competat successio hæreditatis adoptetur, non adoptatur inquantum est propinquus, sed inquantū est extraneus a iure successionis in bonis adoptantis.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum ex adoptione contrahatur aliquod uinculum impediens matrimonium.*

(30. q. 3. c. diligenter § Item.) AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ex adoptione non contrahatur aliquod uinculum impediēs matrimonium, quia cura spiritualis est dignior quàm cura corporalis: sed ex hoc quòd aliquis curæ alicuius subiicitur spiritualiter, nō cōtrahitur aliquod propinquitatis uinculum, alias omnes qui habitant in parochia essent propinqui sacerdotis, & cum filio eius non possent contrahere. ergo nec adoptio quæ trahit adoptatum in curas adoptantis hoc facere potest.

¶ 2 Præt. Ex hoc quòd aliquis alicui fit beneficus, non contrahitur propinquitatis uinculū: sed nihil aliud est adoptio quàm collatio cuiusdam beneficii. ergo ex adoptione non fit aliquod uinculum propinquitatis.

(Eth. 8. xi.) ¶ 3 Præt. Pater naturalis principaliter filio prouidet in tribus, ut Philosophus dicit, quia scilicet ab ipso habet esse, nutrimentum, & disciplinam, hæreditatis autem successio est posterius ad ista: sed per hoc quòd aliquis alicui prouidet in nutrimento, & disciplina, nō contrahitur aliquod propinquitatis uinculum, alias nutriētes, & pędagogi, & magistri eēnt propinqui, quod falsum est. ergo nec per adoptionem, per quam aliquis succedit in hæreditatem alterius, contrahitur aliqua propinquitas.

Quid præmissis obuiat.

HIs autem obuiare uidetur, quod Deus dedit Papa ait. Peruenit ad nos diaconus sanctitatis uestræ epistolam deferens, quòd quidam uiri & mulieres præterito sabbatho paschali pro magno populi incursu nescientes, filios suos suscepissent de lauacro. Cupis ergo scire, an propter hoc debeant uiri ac mulieres ad proprium usum redire, uel non? Nos uero hac re mœsti priorum inquisiuimus dicta, & inuenimus in archiuiis, idest, in armariis apostolicæ sedis, iam talia contigisse in pluribus ecclesiis, quarum episcopis ab hac apostolica sede uolentibus scire, utrum uiri ac mulieres redirent ad propriū torum, Beatæ memoriæ sancti patres Iulius Papa, Innocentius, & Cælestinus cum episcoporum plurimorum consensu in Apostolorum principis ecclesia præsidentes talia rescripserunt, & confirmauerunt, ut nullo modo se in coniugio reciperent viri ac mulieres quicunque hac ratione susceperint natos, sed separarent se, ne suadente diabolo tale uitium inualescat. Item. Siquis filiastrum, vel filiastram suam ante episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab uxore sua, & aliā numquam accipiat. Hæc autem vel ad terrorē dicta sunt, non quòd ita esset faciēdum, sed ne illud fieret summopere cauendum: vel de illis est intelli

(30. qu. 1. c. Peruenit.) (Vbi supra. c. Si quis filiastrum.)

¶ 4 Præt. Sacramenta ecclesiæ non subduntur humanis legibus: sed matrimoniū est sacramentum ecclesiæ. cum ergo adoptio sit inducta per legem humanam, uidetur quòd non possit impedire matrimonium aliquod uinculum ex adoptione cō tractum.

SED CONTRA. Cognatio matrimonium impedit: sed ex adoptione quædam cognatio causatur, s. legalis, ut patet per eius diffinitionē. Est enim cognatio legalis quædam proximitas proueniēs ex adoptione. ergo adoptio causat uinculum per quod matrimoniū impeditur.

¶ 5 Præt. Hoc idē habetur ex authoritatibus in litera positis.

RESPON. Dicēdum, ꝙ lex diuina illas personas ꝑcipue a matrimōio exclusit, quas necesse erat cohabitarē, ne ut Rabbi Moyses dicit, si ad eas liceret carnalis copula, facilis pateret cōcupiscētię loc⁹, ad quam reprimendā matrimonium est ordinatū: & quia filius adoptatus conuersaē in domo patris adoptantis sicut filius naturalis, ideo legibus humanis prohibitū est inter tales matrimonium contrahi, & talis prohibitio est ꝑ ecclesiam approbata, & inde habetur quòd legalis cognatio matrimonium impediat.

¶ Et per hoc patet solutio ad prima tria, quia per omnia illa non inducitur talis cohabitatio, quæ possit fomentum concupiscentiæ præstare, & ideo ex eis non causatur propinquitas quæ matrimonium impediat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd prohibitio legis humanæ nō sufficeret ad impedimentum matrimonii, nisi interueniret authoritas ecclesiæ, quæ idem etiam interdicit.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum talis cognatio non contrahatur nisi inter patrem adoptantem, & filium adoptatum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd talis cognatio nō contrahatur nisi inter patrem adoptantē, & filiū adoptatum. Maxime. n. uideretur quòd deberet contrahi inter patrē adoptantem & matrem naturalem adoptati, sicut accidit in cognatione spirituali: sed inter tales nulla est cognatio legalis. ergo nec inter alias personas præter adoptantem & adoptatum. (De adoptione legali c. Si qua.)

¶ 2 Præt. Cognatio impediens matrimonium est perpetuum impedimentum: sed inter filium adoptatum, & filiam naturalē adoptantis non est perpetuum impedimentum, quia soluta adoptione per mortem adoptantis, uel emancipationem adoptati pōt cōtrahere

trahere cum ea, ergo cum ea non habuit aliquam propinquitatē, quæ matrimonium impediret.

¶ 3 Præt. Cognatio ſpiritualis in nullam perſonā tranſit, quæ nō poſſit ad aliquod ſacramentū tenere, uel ſuſcipere, unde in nō baptizatū non tranſit: ſed mulier non pōt adoptare, ut ex dictis patet. ergo cognatio legalis non tranſit a uiro in uxorem.

¶ 4 Præt. Cognatio ſpiritualis eſt fortior q̃ legalis: ſed ſpiritualis cognatio nō trāſit in nepotem. ergo nec legalis.

SED CONTRA. Plus cōcordat cognatio legalis cum carnis cōiūctione, uel ꝓpagatiōe, quàm ſpiritualis: ſed ſpūalis trāſit in alterā perſonā modis prędictis, ut dictū eſt. ergo & legalis.

30.q.3.c.Ita diligere.

¶ 2 Præt. Ad hoc sūt authoritates, quæ in litera ponuntur.

RESPON. Dicēdū, ꝙ triplex eſt legalis cognatio. Pria quaſi deſcēdētiū, q̃ cōtrahitur īter patrē adoptātē, & filiū adoptatū, & filiū filii adoptiui, & nepotē, & ſic deinceps. Secūda, quæ eſt inter filiū adoptatū, & filiū naturalē. Tertia, per modū cuiuſdā affinitatis q̃ eſt inter patrē adoptantem, & uxorē filii adoptati, uel econuerſo inter filiū adoptatum, & uxorem patris adoptātis. Prima ergo cognatio, & tertia perpetuo matrimonium impediunt: ſecunda autem non, niſi quamdiu in poteſtate manet patris adoptantis, unde mortuo patre, uel filio emancipato poteſt contrahi inter eos matrimonium.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ꝑ generationē ſpiritualē nō trahit filius extra ptātem patris, ſicut fit ꝑ adoptionē, & ſic filius ſpiritualis manet filius utriuſq; ſimul, nō aūt filius adoptiuus: & ideo nō cōtrahit aliqua ꝓpinquitas inter patrē adoptantē, & matrem, uel patrem naturalem, ſicut erat in cognatione ſpirituali.

¶ Ad ſecundū dicendū, ꝙ cognatio legalis impedit matrimoniū ꝓp cohabitationē, & ideo qñ ſoluitur neceſſitas cohabitationis, nō eſt inconueniens ſi prædictū uinculū nō maneat, ſicut qñ fuerit extra poteſtatem eiuſdem patris: ſed pater adoptans, & uxor eius ſemper quandam authoritatem retinent ſuper filium adoptatum & uxorem eius, & propter hoc uinculum manet inter eos.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ etiam mulier ex conceſſione principis adoptare pōt, unde etiam in ipſam poteſt tranſire cognatio legalis. Et præterea, non eſt cauſa quare cognatio ſpiritualis non tranſit in non baptizatum, non quia non poteſt tenere ad ſacramentum, ſed quia non eſt alicuius ſpiritualitatis capax.

¶ Ad quartū dicendū, ꝙ ꝑ cognationē ſpūalē filius nō ponit ī poteſtate & cura patris ſpūalis, ſicut in cognatiōe legali, Oportet n. ꝙ quicquid eſt in ptāte filii trāſeat in pōtatē patris adoptātis, unde adoptato patre adoptāt filii & nepotes, q̃ ſunt in ptāte adoptati.

gendum, qui prius filios ſuos uiciſſim de fonte ſuſceperunt, quàm fierent coniuges. Præmiſſis autem authoritatibus omnino conſentiendum eſt, ut ſiue proprium, ſiue tantū uiri filiū mulier de fonte ſuſceperit, nō ideo a uiro ſeparetur: qđ de uiro ſimiliter oportet intelligi. G

De copula ſpiritualium, uel adoptiuorum, & naturalium filiorum.

B

Quod autē ſpirituales, vel adoptiui filij naturalibus copulari nequeant, Nicolaus Papa teſtatur ita inquiēs. Ita diligere debet homo eum qui ſe ſuſcepit de ſacro fonte, ſicut patrem. Inter fratres, & filios ſpirituales gratuita & ſancta cōmunio eſt, quæ dicenda non eſt conſanguinitas, ſed habenda ſpiritualis proximitas, unde inter eos arbitror non poſſe fieri legale coniugium, quia nec inter eos, qui natura, & eos q̃ H adoptiōe filij ſunt, uenerādæ leges matrimonia cōtrahi permittūt. Itē. Si inter eos nō cōtrahit matrimoniū, quos adoptio iūgit, quāto potius a carnali oportet inter ſe cōtubernio ceſſař, quos ꝑ cæleſte ſacřm regeneratio ſancti ſpiritus uincit?

Si filij qui ante paternitatem, uel poſt nati ſunt, ualeant coniungi.

Hoc autem quidam uolunt intelligere de illis tantū filijs, quibus compatres facti ſint. De alijs uero qui ante cōpaternitatem, uel poſt geniti ſunt, concedunt quòd legitime & licite poſſunt, quibus uř conſentire Vrbanus ſecundus dicēs. Super quibus conſuluit nos tua dilectio, hic uidetur reſpondendum, ut & baptiſmus fiat, ſi inſtante neceſſitate femina puerum in nomine trinitatis baptizauerit: & quòd ſpiritualium parentum filij, uel filiæ ante, uel poſt cōpaternitatē geniti poſſūt legitime coniungi, præter illā perſonam, qua cōpatres effecti ſunt.

Paſcalis Papa.

Paſcalis vero ſecūdus, poſt compaternitatem genitos copulari prohibet ſcribens Rhegino epiſcopo. Poſt ſuſceptum filium de fonte, uel filiā ſpiritualē, qui ex cōpatre, uel ex cōmatre fuerint nati, matrimonio iūgi non pñt. Illud ēt notandū eſt, quòd in Triburiēſi cōcilio legiř. Si quis ſuæ ſpūalis cōmatris filiā fortuitu, & ita cōtingēte rerū caſu in cōiugiū duxerit, maturiori ſeruato cōſilio habeat, atq; legitimo cōnubio honeſte operam det.

Si quis ducere poſſit duas commatres alteram poſt alteram.

Solet ēt quęri, ſi cōmatrem uxoris poſt eius obitū qs duceř ualeat, de hoc Nicolaus Papa ſic ſcribit. Sciſcitař a nobis ſcītas uřa, ſi q̃s duas cōmatres hře ualeat vnā poſt alterā. In quo meminiſſe debes ſcriptū eſſe, Erūt duo in carne una. Cū ergo cōſtet ꝙ uir & mulier una caro efficiūř, reſtat uirū cōpatrē conſtitui mulieri, cuius aſsūpta uxor cōmř erat, & iō virū illi femīæ nō poſſe cōiūgi, quæ cōmř eius erat, cū qua idem fuerat una caro effectꝰ. Huic aūt illud cōtrariū vř. Qui ſpūalē hēt cōpatrē, cuius filiū de lauacro accepit, & vxor eius cōmř nō ē, licet ei defūcto cōpatř ſuo eius viduā duceř in vxorē, quos nulla gñatio ſpūalis ſecernit. Itē ex epřa Paſcalis Papæ. Poſt uxoris obitū cū cōmře uxoris cōiugio copulari, nulla rō, uel authoritas vř ꝓhibere. Nō. n. ꝑ carnis unionē ad vnionē ſpūs ptrāſitur: ſed ſciendū ꝙ authoritas Nicolai de illo ait, q̃ uxori ſuæ debitū reddidit, poſtquā cōmř illiꝰ extitit. Aliquero authoritates de illo agūt, cuiꝰ uxor poſtq̃ a uiro ſuo đreliqř, illiꝰ cōmř efficiř, nec poſt cōpřnitatē a viro ſuo agnoſciř: uel đ uiro potiꝰ agūt, cuiꝰ vxor ante defungiř, q̃ ab eo agnoſcatur. E

Si uir et uxor poſſit ſimul tenere puerū

Solet ēt q̃ri, ſi uxor cū uiro ſimul debeat in baptiſmo ſuſcipe puerū. De hoc Vrbanus ait, ꝙ uxor cū marito in baptiſmo ſimul nō đbeat ſuſcipe puerū, nulla authoritate vř, uel reperiř ꝓhibitū: ſed ut ipſa puritas ſpūalis pr̃nitatis ab oī labe & īfamia cōſeruetř īmunis, decreuimꝰ, ut utrique ſimul ad hoc ſpirare nō ꝓſumant. Quia uero piaculař flagitiū cōmiſit, q duabꝰ cōmřibus, uel ſororibꝰ nupſit, magna pęnitētia dēt ei iūgi. B

De ſecūdis et tertijs nuptijs, et deinceps.

Sciēdū eſt ēt, ꝙ nō ſolū primæ, vel ſecūdæ nuptię ſunt licitę, ſed ēt tertiæ, & quartæ nō sūt damnādę. Vñ Aug. Secūdas nuptias oīno licitas Apřus concedit. De tertiis aūt & quartis, & đ vltra pluribꝰ nuptiis ſolēt hoīes moueř qōnē. Sed quis audeat definire qđ nec Apoſtolū uideo definiſſe? Ait .n. Si dormierit uir eiꝰ, cui uult, nubat. Nō dicit primꝰ, uel ſecūdꝰ, uel C tertius, quotuslibet nec nobis definiēdū ē, qđ nō definit Apřs. Vñ ut breuiter rñdeā, nec illas nuptias đbeo dānare, nec eis uerecundiā numeroſitatis auferre, nec cōtra hūanæ uerecūdiæ ſensū audeo dicere, ut quotiēs voluerint nubāt, nec ex meo corde ꝓter ſcripturæ authoritatē quotaſlibet nuptias dānař. Idē teſtař Hier. Ego nūc libera uoce exclamo, nec dānari in eccleſia bigamā, imo nec trigamā, & ita liceř q̃nto & ſexto, quēadmodū ſecūdo marito nubere. D Apřs tñ bigamos a ſacerdotali honoř excludit. Sed hoc nō facit ꝓ uitio bigamiæ, imo ꝓ ſacři uirtute, ut ſit una vnius, ſicut vnica vnici. Illud tñ Cæſariēſis cōcilij vř innuere bigamiā eſſe pctm̄. Presbyterū, inquit, in nuptijs bigami prādere nō cōuenit, quia cū pænitētia bigamꝰ indigeat, qs erit ꝑſbyter qui talibꝰ nuptijs poſſit ꝑbeř cōſenſum? Sed hoc de illo intelligi pōt qui primæ uxori inſidiatus putař deſiderio ſecūdæ, vel ꝓ ſignaculo ſacři illud dř, qđ in bigamo non ſeruař. E Amb. ēt dicit, ꝙ primæ nuptiæ tantū a dño ſunt inſtitutæ: ſecundæ vero ſunt ꝑmiſſæ, & primæ nuptiæ ſub benedictione Dei celebrantur ſublimiter: ſecundę uero etiam in pręſenti carent gloria.

QVAESTIO III.

C

Deinde quæritur de ſecundis nuptiis.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum ſint licitæ.
¶ Secundo, Vtrum ſint ſacramentales.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum ſecundæ nuptiæ ſint licitæ.*

De ſecundis nupt. c. Cū prom. Homilia 38 qui eſt de inuentione crucis to. 4.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ſecundæ nuptiæ non ſint licitæ, quia iudicium de re debet eſſe ſecundum ueritatem. Dicit enim Chryſ. ꝙ ſecundum uirum accipere, ſecundum ueritatem eſt fornicatio, F quæ non eſt licita. ergo nec ſecundum matrimonium.

¶ 2 Præt. Omne quod non eſt bonum, non eſt licitum: ſed Ambroſius dicit, quòd duplex matrimonium non eſt bonum. ergo non eſt licitum. Ex tractatu de viduis.

¶ 3 Præt. Nullus arceri debet ne interſit illis quæ ſunt honeſta & licita: ſed ſacerdotes arcentur ne interſint ſecundis nuptiis, ut in litera patet. ergo non ſunt licitæ. Vbi ſupra, eodem c.

¶ 4 Præt. Nullus reportat pœnam niſi ꝓ culpa: ſed pro ſecundis nuptiis aliquis reportat irregularitatis pœnam. ergo non sūt licitæ.

SED CONTRA eſt, quòd Abraham legiř ſecundas nuptias contraxiſſe, Gen. 25.

¶ 2 Præt. 1. Tim. 5. dicit Apoſtolus. Volo autem iuniores, ſ. uiduas, nubere, filios ꝓcreare. ergo ſecundæ nuptiæ ſunt licitæ.

RESPON. Dicēdum, ꝙ uinculū matrimoniale nō durat niſi uſq; ad mortem, ut patet Roma. 7. & ideo moriente altero coniugum uinculum matrimoniale ceſſat: unde propter præcedens matrimoniū nō impeditur aliquis a ſecundo mortuo coniuge, & ſic non ſolum ſecundæ, ſed tertiæ, & ſic deinceps nuptiæ ſunt licitæ. 30.q.3.c.Sæ per quibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chryſo. loquitur quātum ad cauſam, quæ aliquando ſolet ad ſecundas nuptias incitare, ſcilicet concupiſcentiam, quæ etiam ad fornicationem incitat.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd matrimonium ſecundum dicitur non eſſe bonum, non quia ſit illicitum, ſed quia caret illo honore ſignificationis, qui eſt in primis nuptiis, ut ſit una unius, ſicut eſt in Chriſto & eccleſia.

I ¶ Ad tertium dicendum, quòd homines diuinis dediti non ſolū ab illicitis, ſed etiam ab illis quæ habent aliquam turpitudinis ſpeciem arcentur, & ideo etiam arcentur a ſecundis nuptiis, quæ carent honeſtate, quæ erat in primis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd irregularitas, ſicut ſupra dictū eſt diſt. 27. non ſemper inducitur propter culpam, ſed propter defectum ſacramenti, & ideo ratio non eſt ad propoſitum. q.3.artic.1. per totum.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum ſecundum matrimonium ſit ſacramentum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd ſecundū matrimonium non ſit ſacramentum. Qui enim iterat ſacramētū, facit ei iniuriā: ſed nulli ſacro facienda eſt iniuria. ergo ſi ſecundū matrimoniū eſſet ſacramētū, nullo modo eſſet iteradū.

¶ 2 Præt. In omni ſacramento adhibetur aliqua benedictio: ſed in ſecundis nuptiis non adhibetur, ut in litera dicitur. ergo non fit ibi aliquod ſacramentum.

K ¶ 3 Præt. Significatio eſt de eſſentia ſacramenti: ſed in ſecundo matrimonio non ſaluatur ſignificatio matrimonii, quia non eſt una unius, ſicut Chriſtus & eccleſia. ergo non eſt ſacramentum.

¶ 4 Præt. Vnum ſacramentum nō impedit a ſuſceptione alterius: ſed ſecundum matrimonium impedit a ſuſceptione ordinis. ergo non eſt ſacramentum.

SED CONTRA. Coitus in ſecundis nuptiis excuſatur a peccato, ſicut etiam in primis: ſed per tria bona coniugii excuſatur matrimonialis coitus, quæ ſunt fides, proles, & ſacramentū. ergo ſecundum matrimonium eſt ſacramentum.

¶ 2 Præt. Ex ſecunda coniunctione uiri ad mulierem non ſacramentali, non contrahitur irregularitas, ſicut patet de fornicatione: ſed in ſecundis nuptiis contrahitur irregularitas. ergo ſunt ſacramentales.

RESPON. Dicendum, quòd ubicunq; inueniūtur illa quæ ſunt de eſſentia ſacramenti, illud eſt uerum ſacramentum, unde cum in ſecundis nuptiis inueniātur omnia quæ ſunt de eſſentia ſacramenti, quia debitā materia quam facit perſonarum legitimitas, & debita forma ſcilicet expreſſio conſenſus interioris per verba, conſtat ēt ꝙ ſecundū matrimoniū eſt ſacramentū ſicut primū.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ hoc intelligitur de ſacramento quod inducit effectum perpetuum, tunc enim ſi iteratur ſacramētū, datur ītelligi ꝙ primū nō fuit efficax, & ſic fit prio iniuria, ſicut patet in omnibus ſacramētis q̃ imprimūt characterē: ſed illa ſacra quæ hñt effectū non ꝑpetuū pñt iterari ſine īiuria ſacri, ſicut patet de pænitētia: & quia uinculū matrimoniale tollitur ꝑ mortem, nulla fit iniuria ſacramento, ſi mulier poſt mortem uiri iterato nubat.

¶ Ad ſecūdū dicēdū, ꝙ ſecundū matrimoniū q̃uis in ſe cōſideratū ſit ꝑfectū ſacramentū, tñ in ordine ad primū cōſideratū habet aliqđ de defectu ſacramēti, qa nō habet plenam ſignificationē, cū nō ſit vna unius, ſicut eſt in matrimonio Chriſti, & eccleſiæ, & rōne huiꝰ defectus benedictio a ſecundis nuptiis ſubtrahitur: ſed hoc eſt intelligēdū quādo ſecundæ nuptiæ sūt ſecūdę & ex parte viri, & ex parte mulieris, uel ex parte mulieris tm̄. Si. n. uirgo contrahat cū illo q̃ habuit aliā uxorē, nihilominus nuptiæ bñdicūř: ſaluatur. n. aliquo mō ſignificatio ēt in ordine ad ꝑmas nuptias, qa Chriſtus, & ſi vnā eccleſiā ſponsā habeat, habet tamē plures ꝑſonas deſpōſatas in una eccleſia: ſed anima nō pōt eſſe ſpōſa alterius q̃ Chriſti, qa cū dæmone fornicař, nec ē ibi matrimoniū ſpirituale, & ꝓp hoc qñ mulier ſecūdo nubit, nuptiæ nō benedicūř ꝓp defectū ſacri.

¶ Ad tertiū dicēdū, ꝙ ſignificatio ꝑfecta inueniř in ſecūdo matrimonio ſecūdū ſe cōſiderato, nō aūt ſi cōſideretur in ordine ad præcedens matrimonium, & ſic habet defectum ſacramentum.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd ſecundum matrimonium impedit ſacramētum ordinis quantum ad id quod habet de defectu ſacramenti, & non inquantum eſt ſacramentum.

DISTIN. XLIII.

A

De reſurrectionis et iudicij conditione.

Poſtremo de cōditione reſurrectionis, & modo reſurgentium, necnō & de

A EXPOSITIO TEXTVS.

Omnes *quos in pænitentia accepimus, &c.* non ratione alicuius cognationis, ſed propter periculum euitādū, ut dictum eſt. *Paſcalis uero ſecundus, &c.* Illa prohibitio nunc locum non habet, magis enim fuit propter quandam honeſtatē quàm propter aliqđ uinculum. *Si quis ſiue ſpiritualis etc.* Hoc ideo dicitur, quia ſpiritualis cognatio ad filium ſpiritualē trāſit a patre in filium naturalem, quia omnes filii naturales ſpiritualis patris ſunt ei fratres ſpirituales, non autem reſpectu patris: patri enim ſpirituali non fiunt filii ſpirituales filii naturales matris, nec ecōuerſo. *Quia commiſit flagitium &c.* Hoc eſt intelligendū, quādo una illarum eſt facta commater alteri, poſtquam uxor eius eſt matrimonio conſummato, & ꝑ actū propriū, alias enim ꝓhibetur, ut dictū ē.

Libro 1. cōtra aduerſariū legis & ꝓphetarū, & habetur. 31. q. 1. cap. Deus maſculum.

Vbi ſupra. c. Si dormierit.

DIVISIO TEXTVS.

Poſtquā determinauit magiſter đ ſacramentis quæ pertinēt ad eccleſiæ præſentem ſtatū, in parte iſta incipit determinare de his quæ ꝑtinent ad eccleſiæ ultimū terminum, ſcilicet de reſurrectiōe, & đ remuneratione. Diuiditur ergo hæc pars in duas. In prima parte determinat ea quæ pertinent ad corporū reſurrectionem. In ſecunda ea q̃ pertinent ad remunerationem, ad quā etiam reſurrectio ordinatur. 45. diſt. ibi. *Præt. Sciendū eſt quòd omnes animæ &c.* Prima in duas. In prima determinat de reſurrectione & circūſtantiis eius. In ſecūda de qualitate reſurgentium 44. diſt. ibi. *Solent autem nonnulli percunctari &c.* Prima in duas. In prima probat reſurrectionē futuram eſſe. In ſecūda determinat quaſdam reſurrectionis circunſtantias, ibi. *Cauſa enim reſurrectionis &c.* Et circa hoc tria facit. Primo determinat reſurrectionis cauſam, ſecundo tēpus, ibi. *Media autem*

Ad Pamachiū in apologetico cōtra Iouinianum. Et habetur 31. q. 1. c. Aperiā quæſo.

1. ad Timoth. 3

Et habetur 31. q. 1. ca. De his qui.

Sup. cap. 7. primæ epiſtolę ad Corinth.

tem nocte &c. Tertio resurrectionis terminū, ib'. *Quæri solet &c.* Circa ecundam duo facit. Primo, determina: resurrectionis tēpus. Secundo, ex dictis mouet quandam dubitationem, ibi. *Hic quæritur, utrum electis &c.* Tertia etiam pars diuiditur in duas. In prima determinat terminum resurrectionis a quo, scilicet a morte: secundo terminum ad quem, scilice: integritatē corporis, ibi. *Cumque ex prædictis sane &c.* Circa primum duo facit. Primo inquirit, utrū omnes moriantur, vt a morte resurgere possint. Secūdo explanat quod dam, quod circa determinata dubium esse posset. ibi. *His autem adijciendum &c.*

iudicij & misicordię qualitate breuiter disserēdū est. Omnibus qōnibus, q̄ de hac re moueri solēt, satisfacere nōvaleo, resurrecturā tñ carnē omniū quicunq; nati sunt atq; nascētur, & mortui sunt & morietur nullatenus ambigere debet Christian⁹. Ait.n. Esaias. Resurgēt mortui, & resurgēt q erāt in sepulcris. Et Apostolus. Nolumus uos ignorare, fratres, de dormiētibus, ut nō contristemini, sicut & cæteri qui spē nō hñt. s. resurrectiōis. Hoc.n. uobis dicimus in uerbo Domini, quia nos qui uiuimus, qui residui sumus, nō præueniemus eos qui dormierūt: qm̄ ipseDñs in iussu, & in uoce arcangeli, & in tuba Dei G descēdet de cælo, & mortui qui in Chr̄o sūt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam Chr̄o in aera, & sic semper cū dño erim⁹. His verbis & veritas resurrectionis, & causa atque ordo resurgentiū præclarissime insinuat.

De uoce tubæ.

CAVSA b.n. resurrectionis mortuorū erit vox tubæ, quę in aduētu iudicis ab oībus audiet, & cui⁹ virtute excitabunt mortui, & de monumentis resurgent. Vñ Propheta. Dabit voci suæ vocē virtutis. i. effectū resuscitādi mortuos. Et Ioannes euangelista ait. Venit hora in qua oēs qui ī monumētis sunt audiēt vocē filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionē uitę, q uero mala egerūt in resurrectionē iudicij. Si vero q̄rit, cuius, vel qualis erit vox illa, Apl's dicit q̄ erit archāgeli. i. ipsius Chri, q ē princeps archāgelorū. Vel vox erit alicuius, vel pluriū angelorū. Eadēque dr̄ tuba, quia erit mani B festa & nouissima, quia post eā non erit alia. Hęc tuba, vt ait Aug. est clamor, de quo dr̄ in Euāgelio. Media nocte clamor fact⁹ est, ecce spōsus venit, exite obuiā ei. Tubæ nomine aliquod euidens & p̄clarū signū in-

QVÆSTIO I.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, De ipsa resurrectione.
¶ Secundo, De causa eius.
¶ Tertio, De tempore.
¶ Quarto, De termino a quo erit resurrectio, quia de termino ad quem in sequenti dicetur.
¶ Quinto, De memoria, & cognitione resurgentium.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum corporum resurrectio sit futura.

4. Contra Gent. c. 79. 80. & 81. & 1. Cor. 15 lect. 7

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corporū resurrectio non sit futura, Iob. 14. Homo cum dormierit, non resurget donec atteratur cælum: sed cælū nunquàm atteretur, quia terra de qua minus uidetur, in æternum stat, ut patet Ecclesiastes 1. ergo homo mortuus nunquàm resurget.

¶ 2 Præt. Dominus Matt. 22. probat resurrectionem per authoritatem illam, Ego sum deus Abrahā, deus Isaac, deus Iacob, quia non est deus mortuorum sed uiuentium: sed constat quòd quando illa uerba dicebantur, Abraham, Isaac, & Iacob non uiuebāt corpore, sed solum anima. ergo resurrectio non erit corporum, sed solum animarum.

¶ 3 Præt. Apostolus. 1. Cor. 15. uidetur probare resurrectionē ex remuneratione laborum, quos in hac uita sustinent sancti, qui si in hac uita tantum confidentes essent, miserabiliores essent omnibus hominibus: sed sufficiens remuneratio omnium laborū hominis potest esse in anima tantum: non enim oportet quòd instrumentum simul cum operante remuneretur, corpus enim animæ instrumentum est, unde etiam in purgatorio ubi animæ puniuntur pro his quæ gesserunt in corpore, anima sine corpore punitur. ergo non oportet ponere resurrectionem corporum, sed sufficit ponere resurrectionem animarum, quæ est dum transferūtur de morte culpæ & miseriæ in uitam gratiæ & gloriæ.

¶ 4 Præt. Vltimum rei est perfectissimum in re, quia per illud attingit finem suū: sed perfectissimus status animæ est ut sit a corpore separata, quia in hoc statu conformior est deo & angelis, & magis pura quasi separata ab omni extranea natura. ergo separatio a corpore est ultimus status eius, & ita ex hoc statu non redit ad corpus, sicut nec ex uiro fit puer.

¶ 5 Præ. Mors corporalis in pœnam homini est indicta pro prima præuaricatione, ut patet Gen. 2. sicut & mors spiritualis, quæ est separatio animę a deo, est inflicta homini pro peccato mortali: sed de morte spirituali nunquàm redeunt ad uitam post sententiam damnationis acceptam. ergo nec de morte corporali ad uitam corporalem erit regressus, & sic resurrectio non erit.

SED CONTRA est, quod dicitur Iob. 19. Scio quòd redēptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursū circundabor pelle mea. ergo resurrectio erit etiam corporum.

¶ 2 Præt. Donum Christi est maius q̄ peccatū Adæ, ut patet Ro 5. sed mors ꝑ peccatū introducta est, quia si pctm̄ nō fuisset, mors nulla esset. ergo per donū Christi a morte reparabitur ad uitam.

¶ 3 Præt. Mēbra debent esse corpori conformia: sed caput nostrū uiuit, & in æternū uiuet in corpore & anima, quia resurgens ex mortuis iā nō moritur, ut patet Ro. 6. ergo & homines q sūt eius mēbra, uiuēt ī corpe & aīa, & sic oportet carnis resurrectionē eē.

F VLTERIVS. Videtur q̄ resurrectio nō erit omniū generaliter. In psalmo enim dicitur, Non resurgēt impij in iudicio: sed resurrectio non erit hominum nisi tēpore iudicij uniuersalis. ergo impij nullo modo resurgent. Psal. primo

¶ 2 Præt. Dan. 12. dicitur. Multi de his qui dormiunt in puluere, euigilabunt: sed hæc locutio quandā participationē īportat, ergo nō oēs r̄surgēt.

¶ 3 Præt. Per resurrectionē homines cōformātur Christo resurgēti, unde 1. Cor. 15. cōcludit Apostolus q̄ si Christus resurrexit, & nos resurgemus: sed illi soli debent Christo resurgēti conformari, qui ipsius imaginē portauerunt, quod est solum bonorum. ergo ipsi soli resurgent. Vbi supra.

¶ 4 Præt. Pœna non dimittitur nisi ablata culpa: sed mors corporalis est pœna originalis peccati. ergo cum non omnibus sit dimissum originale peccatum, non omnes resurgent.

¶ 5 Præt. Sicut per gratiam Christi renascimur, ita per gratiam eius resurgemus: sed illi qui in maternis uteris moriuntur, numquàm poterunt renasci. ergo nec resurgere poterunt, & sic non omnes resurgent.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filii dei, & qui audierint, uiuent. ergo omnes mortui resurgent.

¶ 2 Præt. 1. Cor, 15. dicitur. Omnes quidem resurgemus.

H ¶ 3 Præt. Resurrectio ad hoc necessaria est, ut resurgētes recipiāt pro meritis pœnam, uel præmium: sed omnibus debetur pœna, uel præmiū pro merito proprio sicut adultis, uel alieno sicut paruulis. ergo omnes resurgent.

VLTERIVS. Videtur quòd resurrectio sit naturalis, quia sicut dicit Dama. in 3. lib. quod communiter in omnibus respicitur, naturam characterizat in his quæ sub ipsa sunt atomis: sed resurrectio in omnibus cōmuniter inuenitur. ergo est naturalis. 4. Contra Gen. c. 91. ad sextum. De fide orthodoxa. c. 7.

¶ 1 Præt. Greg. dicit. Qui resurrectionis fidem ex obedientia nō tenent, certe hanc ex ratione tenere debuerant. Quid.n. quotidie nisi resurrectionem nostram mundus in elementis suis imitatur? Et ponit exēplū de luce, quæ quasi moriēdo oculis subtrahitur, & rursus quasi resurgēdo reuocatur: & de arbustis quæ uiriditatē amittunt, & rursus quasi resurgentia reparātur: & de seminibus quę putresc do moriūtur, & rursum germinādo quodammodo resurgunt, quod etiam exemplum Apostolus ponit. 1. Cor. 14. Mo:a. c. 30.

I 15. sed nihil potest ex naturalibus operibus ratione coguosci nisi naturale. ergo resurrectio erit naturalis.

¶ 3 Præt. Illa quæ sunt præter naturam, non multo tempore manent, quia sunt quasi uiolenta: sed uita quæ per resurrectionē reparatur, in æternum manebit. ergo resurrectio erit naturalis.

¶ 4 Præt. Illud ad quod tota naturæ expectatio intēdit, maxime uidetur esse naturale: sed resurrectio, & glorificatio sanctorum est huiusmodi, ut patet Ro. 8. ergo resurrectio erit naturalis.

¶ 5 Præt. Resurrectio est motus quidā ad perpetuam coniunctionē animæ & corporis: sed motus est naturalis qui terminatur ad quietem naturalem, ut patet in 5 phy. ꝑpetua aūt coniūctio aīæ & corpis erit naturalis, qa cū aīa sit proprius motor corpis, hēt sibi corpus ꝓportionatū, & ita in ꝑpetuū est naturaliter uiuificabile ab ipa, sicut ipa ī ꝑpetuū uiuit. ergo resurrectio erit naturalis. tex. Co. 60. 61. 62. & 64

SED CONTRA. A priuatione in habitum non fit regressus secundum naturam: sed mors est priuatio uitæ. ergo resurrectio, per quam est reditus de morte ad uitam, non est naturalis.

K ¶ 2 Præt. Ea quæ sunt unius speciei unū hñt determinatū modū originis, unde animalia quæ generātur ex putrefactione, & ex semine nunquàm sunt unius speciei, vt dicitur a Cōmē. in 8. phy. sed naturalis modus quo homo oritur, est generatio eius ex simili in specie, quod non erit in resurrectione, quare nō est naturalis.

RESPON. Dicendum ad. 1. quæst. q̄ secundū diuersas sñias de ultimo fine hoīs diuersificatæ sunt sñiæ ponentiū, uel negātiū resurrectionē. Vltimus.n. finis hoīs quē oēs hoīes naturalr̄ desiderāt, est beatitudo, quā qdā hoī posse ꝑuenire ī hac uita posuerūt, unde nō cogebātur ponere aliā uitā post istā, in qua hō ultimā suā ꝑfectionē cōsequeretur, & sic resurrectionē negabāt. Sed hāc opīonē satis ꝓbabilr̄ excludit uarietas fortunæ & īfirmitas hūani corpis, sciæ & uirtutis impfectio, & instabilitas, qbus oībus btitudīs ꝑfectio īpeditur, ut Aug. ꝓsequitur in fine de ciui. dei. Et iō alii posuerūt aliā uitā esse post hāc uitā, in q̄tū hō secūdū aīā tm̄ uiuebat post mortē, & hāc uitā ponebāt sufficere ad naturale desideriū īplēdū d̄ btitudīe cōseqnda. Vñ Porphyrius dicebat, ut Aug. dicit in Com. 46. & 7. Metaph. com. 18.

in lib. de ciuita. dei, q̄ aīa ad hoc q̄ beata sit, omne corpus fugiendū est, vnde tales resurrectionē nō ponebant. Hmōi autē opinionis apud diuersos diuersa erāt falsa fundamenta. Quidā.n. hæretici posuerūt oīa corporalia esse a malo principio, spiritualia vero a bono: & s̄m hoc oportebat q̄ anima summe perfecta nō esset, nisi a corpore separata ꝑ quod a suo principio distrahitur, cuius participatio ipsam beatā facit: & ideo oēs hæreticorū sectæ q̄ ponunt corporalia a diabolo esse creata, vel formata, negāt corporū resurrectionē. Hmōi aūt fundamēti falsitas ī sedi libri principio ostēsa est. Quidam vero posuerunt totā hominis naturā ī anima constare, ita vt anima corpore vteretur sicut instro, aut sicut nauta nauī: vñ s̄cdm hanc opinionē sequitur, q̄ sola anima beatificata naturali desiderio beatitudinis nō frustraretur, & sic nō oportet ponere resurrectionē. Sed hoc fundamētū sufficiēter Philosophus in 2. de anima destruit, ostendens animam d corpori sicut formā materiæ vniri, & sic patet q̄ si in hac vita hō non pōt esse beatus, necesse est resurrectionem ponere.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ celū nunq̄ atteretur q̄tum ad substantiam, sed attereť q̄tum ad effectū virtutis, per quā mouet ad generationē & corruptionē inferiorū, rōne cui⁹ dicit Apostolus. 1. Corin. 7. Præterit figura huius mundi. C

¶ Ad s̄m dicēdū, q̄ anima Abrahæ non est proprie loquendo, ipse Abraham, sed est pars eius, & sic de alijs: vnde vita animę Abrahæ non sufficeret ad hoc q̄ Abrahā sit viuēs, vel q̄ deus Abraham sit deus viuētis, sed exigit vita totius cōiuncti. s. animæ & corporis, quæ quidem vita q̄uis non esset actu qñ verba proponebantur, erat tñ in ordine vtriusque partis ad resurrectionem: vnde dominus per verba illa subtilissime & efficaciter probat resurrectionem.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ anima nō comparatur ad corpus solum vt operans ad instr̄m quo operatur, sed etiā vt forma d ad materiā: vñ operatio est coniuncti, & nō tm̄ animæ, vt patet ꝑ Philosophū in 1. de anima: & quia operāti debetur opis merces, oportet q̄ ipse hō cōpositus ex aīa & corpore operis sui mercedē accipiat: venialia aūt sicut dñr peccata quasi disponentia ad D peccandū, nō q̄ simplr̄ habeāt & pfecte rōnem peccati, ita pęna quæ eis redditur in purgatorio nō est simplr̄ retributio, sed magis purgatio quædam, quæ seorsum fit in corpore per mortem & incinerationem, & in anima per purgatorium ignem.

¶ Ad quartū dicendū, q̄ cæteris paribus, pfectior est status aīæ in corpore q̄ extra corpus, quia est pars totius cōpositi, & oīs pars integralis materialis est respectu totius, q̄uis sit deo cōformior s̄m quid. Tunc.n. simplr̄ loquēdo, est aliqd maxime deo conforme, qñ habet quicquid suæ naturæ conditio requirit, qa tūc pfectionem diuinā maxime imitatur: vñ cor aīalis magis est cōforme deo in mobili qñ mouetur, q̄ qñ qescit, quia perfectio cordis est etiā moueri, & eius quies est eius destructio.

¶ Ad quintū dicēdū, q̄ mors corporalis introducta est ꝑ pctm̄ Adę quod est morte Chri deletū, vñ pœna illa nō manet in ꝑpetuū, sed pctm̄ mortale, quod mortē æternā per impęnitentiā inducit, vltra non expiabitur, & ideo mors illa æterna erit.

E AD SECVNDAM quæstionem dicēdum, q̄ ea quorū rō sumitur ex natura speciei, oportet silr̄ inueniri in oībus q̄ sunt spēi eiusdē, talis aūt est resurrectio. Hæc.n. est eius rō, vt ex dictis patet, q̄ aīa in pfectione vltima speciei humanę esse nō pōt a corpore separata, vñ nulla aīa in ꝑpetuū remanebit a corpore separata, & ideo necesse est, sicut vnum, ita oēs resurgere.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ psal. loquitur de spūali resurrectione, qua impij non resurgent in iudicio discussionis cōsciētiæ, vt glo. exponit. Vel loquitur de impijs qui sunt oīo infideles, qui non resurgent vt iudicentur, iam.n. iudicati sunt.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ August. exponit, multi. i. oēs, & hic modus loquendi frequenter inuenitur in sacra scriptura. Vel ꝑditio pōt intelligi quantum ad pueros damnatos, qui quamuis resurgant, nō proprie dicuntur euigilare, cum nec sensum pœnæ, nec gloriæ habituri sint, vigilia enim est solutio sensus.

A ¶ Ad tertium dicendū, q̄ tam boni q̄ mali conformantur Chr̄o viuēdo in hac vita in his q̄ ad naturā spēi ꝑtinēt, nō aūt in his q̄ ad grām spectant: & ideo oēs ei conformabuntur in reparatione vitæ naturalis, nō aūt ī similitudine gloriæ, sed soli boni.

¶ Ad quartū dicendū, q̄ mortē q̄ est pœna originalis peccati, illi qui in originali decedunt, exoluerunt moriendo, vñ nō obstante culpa originali possunt a morte resurgere. Pęna.n. originalis peccati magis est mori, q̄ morte detineri. 1. ad Thes. cap. 4.

¶ Ad quintum dicēdū, q̄ renascimur ꝑ grām Chri nobis datam, sed resurgimus per grām Chri, qua factū est vt nostrā naturam susciperet, quia ex hoc ei in naturalib⁹ cōformamur: vnde illi qui in maternis vteris decedunt, q̄uis renati nō fuerint per susceptionem gratiæ, tamen resurgunt propter conformitatem naturæ ad ipsum, quam consecuti sunt ad perfectionem humanæ speciei pertingentes. De grā noui testam. Epl'a 120. ad Honoratum ca. 34. 1. Thes. 4. Ioan. 5.

AD TERTIAM quæstionē dicendū, q̄ motus, siue actio aliqua se habet ad naturā tripliciter. Est.n. aliquis motus, siue actio, cuius natura nec est principiū, nec terminus, & talis motus qñque est a principio supra naturam, vt patet de glorificatione corporis: qñque aūt a principio alio quocūq;, sicut patet de motu violento lapidis sursum, q terminatur ad quietem violentā. Est etiā aliquis motus cuius principium & terminus est natura, vt patet in motu lapidis deorsum. Est etiam aliquis motus cuius terminus est natura, sed nō principiū: sed qñque aliquid supra naturā, sicut patet in illuminatione cæci, q a visus naturalis ē, sed illuminationis principiū ē supra natura: qñq; aūt aliud aliud, vt patet in acceleratione florū, vel fructuū ꝑ artificiū facta. Quòd aūt principiū sit natura & nō termin⁹, esse non pōt, quia principia naturalia sunt ad determinatos effect⁹ diffinita, vltra quos se extendere non pñt. Operatio ergo, vel mot⁹ primo mō se hñs ad naturā nullo mō pōt dici naturalis, sed uel est miraculosa, si sit a principio supra naturā: uel uiolēta, si sit ab alio quocūq; principio. Operatio aūt, uel motus s̄cdo mō se hñs ad naturā, est simpliciter naturalis, sed operatio quæ tertio mō se habet ad naturā, nō pōt dici simplr̄ naturalis, sed secundū quid, in q̄tū. s. ꝑducit ad id qd̄ s̄m naturā est, sed uel dr̄ miraculosa, uel artificialis, uel uiolenta. Naturale.n. proprie dr̄ qd̄ s̄m naturā est: s̄m naturā aūt esse dr̄ hñs naturā, & quæ cōsequuntur naturam, ut patet in 2. phy. uñ motus simplr̄ loquēdo, nō pōt dici naturalis, nisi eius principiū sit natura: resurrectionis autem principium natura esse non potest, quamuis ad uitam naturę resurrectio terminetur. Natura enim est principium motus in eo in quo est, uel actiuum, ut patet in motu grauium d & leuium, & in alterationibus naturalibus animalium: uel passiuū, vt patet in generatione simplicium corporū. Passiuum autem principium naturalis generationis est potētia passiua naturalis, q̄ semꝑ habet aliquā potētiā actiuā sibi rñdentē in natura, ut dr̄ 9. meta. Nec differt q̄tum ad hoc siue rñdeat passiuo principio actiuū principiū in natura respectu ultimæ pfectionis. s. formæ, siue respectu dispositionis q̄ est necessitas ad formā ultimā, sicut est in generatione hominis s̄m positionem fidei, uel etiā de oībus alijs s̄m opinionē Platonis & Auicēnæ: nullū aūt actiuum principiū resurrectionis est in natura, neq; respectu coniunctionis aīæ ad corpus, neq; respectu dispositionis quę est necessitas ad talē coniunctionē, quia talis dispositio non pōt a natura induci nisi determinato d mō ꝑ viā generationis ex semine. Vñ & si ponatur eē aliqua potētia passiua ex ꝑte corpis, seu etiā inclinatio q̄cūq; ad aīæ cōiunctionē, nō est talis q̄ sufficiat ad rōnē mot⁹ naturalis: vñ resurrectio simplr̄ loq̄ndo, ē miraculosa, nō naturalis, nisi s̄m qd, ut ex dictis patet. D. 915. T. com. 4 & 5. T. com. 3. D. 690. T. co. 2. & 5. eiusdem. libri Meta. tex. 7. D. 214.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ Damas. loquitur de illis q̄ inueniuntur in oībus indiuiduis ex pricipijs naturę creatis: nō .n. si diuina opatione oēs hoīes dealbarentur, uel in uno loco cōgregarentur sicut tpe diluuij factum est, propter hoc albedo esset proprietas naturalis hominis, uel esse in tali loco. In hac quęstiuncula.

¶ Ad secūdum dicēdū, q̄ ex reb⁹ naturalib⁹ nō cognoscitur aliquid rōne demostrante nō naturale, sed rōne persuadēte pōt cognosci Gen. 6. & 7.

sci aliquid supra naturã, quia eorũ q̃ supra naturã sunt, ea quæ sunt in natura aliquã similitudinẽ repsentãt, sicut vnio corpis & alæ repsentat vnionẽ spũs ad deũ p gloriã fruitionis, vt magr in 2. dist. 1. dixit, & silĩ mõ exẽpla quæ Apostolus & Greg. inducunt fidei resurrectionis persuasiue adminiculantur. Et s. Tom. ibidẽ q. vnica art. 4.

¶ Ad tertium dicẽdũ, ꝙ rõ illa pcedit de operatione illa q̃ determinat ad id quod nõ est p naturã, sed naturę cõtrarium: hoc aũt nõ ẽ in resurrectione, & ideo nõ est ad propositum. Vbi supra de grã noui testam.

telligit: quod uox archãgeli, & tuba Dei ab Aplo dr̃, & in Euangelio uox filij Dei & clamor appellat, qđ signũ mortui audient, & resurgẽt.

De media nocte.

Media aũt nocte dr̃ uẽtur⁹, ut ait Aug. Non pro hora tpis, sed qa tũc ueniet, cum non sperat. Media ergo nocte

¶ Ad quartum dicẽdũ, ꝙ tota opatio naturæ est sub operatiõe diuina, sicut operatio inferioris artis sub operatiõe superioris: vñ sicut oĩs operatio inferioris artis expectat aliquẽ finẽ ad quẽ non peruenitur nisi opatione artis supioris inducẽtis formam, vel vtẽtis artificio facto: ita ad vltimum finem, ad quem tota naturæ expectatio tendit, non potest perueniri operatione naturæ, & propter hoc consecutio eius non est naturalis.

¶ Ad quintũ dicendũ, ꝙ q̃uis nõ possit eẽ mot⁹ naturalis q terminat ad quietẽ violentã, tñ pôt esse motus nõ naturalis qui terminatur ad quietem naturalem, vt ex dictis patet. In hac q̃st. in cor.

ARTICVLVS II.

b Vtrum Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis.

3. par. q. 56. ar. 1. & 2. & 1. ad Thes. ca. 4. lect. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̃ ꝙ Chri resurrectio nõ sit cã nr̃æ resurrectionis. Posita. n. causa ponit effect⁹: sed posita resurrectiõe Chri nõ ẽ secuta stati resurrectio aliorũ mortuorũ. ergo resurrectio eius non est cã nr̃æ resurrectionis.

¶ 2 Præt. Effectus nõ pôt esse nisi causa præcesserit: sed resurrectio mortuorum esset etiam si Chrs non resurrexisset, erat. n. alius modus possibilis deo, vt homo liberaretur. ergo resurrectio Christi non est causa nostræ resurrectionis.

¶ 3 Præt. Idem est factiuum vnius in tota vna specie: sed resurrectio erit oĩbus hominibus communis. cum ergo resurrectio Chri nõ sit causa si ipsius, nõ erit cã aliarum resurrectionum.

¶ 4 Præt. In effectu relinquit aliqd de similitudine cãę: sed resurrectio ad min⁹ quorũdã. s. malorũ, nõ habet aliqd sile resurrectioni Chri. ergo resurrectiõis illorũ nõ erit cã resurrectio Christi.

SED CONTRA. Illud quod est primũ in quolibet genere, est causa eorũ quæ sunt post, vt patet in 2. meta. sed Chrs rõne suæ resurrectiõis corpalis dr̃ primitię. 1. Cor. 15. & primogenit⁹ mortuorũ. Apo. 1. ergo sua resurrectio ẽ cã resurrectiõis aliorũ. T. com. 4.

¶ 2 Præ. Resurrectio Chri magis cõuenit cum nr̃a resurrectione corporali, q̃ cũ resurrectione spirituali, quæ est per iustificationem: sed resurrectio Christi est causa iustificationis nr̃æ, vt patet Ro. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram. ergo est causa nostræ resurrectionis corporalis.

II Vbi supra ad Thess. lect. 2. circa medium. Lib. 4. de fide orthodoxa c. 28.

VLTERIVS. Videtur ꝙ vox tubæ nõ sit cã resurrectiõis nostræ. Dicit. n. Damas. Crede resurrectionẽ futuram diuina volũtate, virtute, & nutu. ergo cũ hæc sint sufficiens causa resurrectionis, non oportet ponere causam eius vocem tubæ.

¶ 2 Præt. Frustra vox emittitur ad eum qui audire nõ pôt: sed mortui non habebunt auditum. ergo non est conueniens ꝙ vox aliqua formetur ad resuscitandum eos.

¶ 3 Præt. Si vox aliqua sit causa resurrectionis, hoc non erit nisi p virtutẽ diuinit⁹ voci datã, vñ super illud psal. 67. Dabit voci suæ vocẽ virtutis, dicit glo. resuscitandi corpora: sed ex quo potẽtia data est, q̃uis alicui miraculose detur, tñ actus q sequitur est naturalis, sicut patet in cæcis miraculose illuminatis qui naturaliter vident. ergo si vox aliqua esset causa resurrectionis, resurrectio esset naturalis, quod falsum est.

SED CONTRA est, quod dr̃. 1. Thes. 4. Ipse dñs in tuba dei descen t de cęlo, & mortui q in Chro sunt, resurgẽt primi.

¶ 2 Præt. eã. 5. dicitur Qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei, & qui audierint viuent: hæc autem vox dicitur tuba, vt in litera patet. ergo &c.

III Vbi supra ad Thesal. lect. 2.

VLTERIVS. Videtur ꝙ nullo mõ ad resurrectionẽ angeli operent, qa maioris virtutis ẽ ostẽsiua resurrectio mortuorũ q̃ gñatio hoĩum: sed qñ hoĩes generant, anima non infunditur corpori mediantibus angelis. ergo nec resurrectio quæ est iterata coniunctio animæ & corporis, fiet ministerio angelorum.

¶ 2 Præt. Si ad aliquos angelos hoc ministerium ptineat, maxime videtur pertinere ad uirtutes, quarum est miracula facere: sed eis non ascribitur, sed archangelis, ut in litera patet, ergo resurrectio non fiet ministerio angelorum.

F SED CONTRA est, quod dr̃ 1. Thes. 4. ꝙ dñs in voce archangeli descendet de cęlo, & mortui resurgent. ergo resurrectio mortuorum ministerio angelico complebitur.

RESPON. Dicendum ad primã quæstionẽ, ꝙ Chrs rõne humanæ naturæ dr̃ dei & hominũ mediator, vt ĩ 3. lib. dist. 19. dictũ est. vñ diuina dona a deo ĩ homines mediãte Chri humanitate proueniunt. Sicut a morte spirituali liberari non possumus, nisi per grãe donum diuinit⁹ datũ, ita nec a morte corporali, nisi per resurrectionem diuina virtute factã: & ideo sicut Chrs primitias grãe

. i. cũ ualde obscurũ erit. i. occultũ, ueniet. Dies. n. dñi sicut fur in nocte, ita ueniet. Pôt tñ nõ incongrue intelligi mediæ noctis tpe uentur⁹, quia ut ait Cassiodorus, hoc tpe primogenita Ægypti percussa sunt, qñ etiã spõsus uenturus est. Plibus etiã locis cõtestant authores, ꝙ aduẽt⁹ Chri dies dr̃ dñi; nõ pro qualitate tpis, sed rerũ, quia tũc cogitationes

q. vnica 5 q̃stiun. 1. & 3.

Super ordinarium. Exod. 12. D. 1094.

G suscepit diuinitus, & eius gratia est causa nr̃ę grãe, quia de plenitudine eius nos oẽs accepimus, grãm p grã Ioã. 1. ita in ipso inchoata est resurrectio, & resurrectio sua causa est nostræ resurrectionis, vt sic Chrs inquantum est deus, sit prima cã nr̃æ resurrectionis quasi ęquiuoca: sed inquantũ est deus & homo resurgẽs, est causa pxima & quasi vniuoca nr̃æ resurrectionis: causa aũt vniuoca agens producit effectũ in similitudine suæ formæ, vñ nõ solũ est causa efficiens, sed exemplaris respectu istius effectus. Hoc aũt contingit dupl'r. Qñq;. n. ipsa forma, p quam attendit similitudo agentis ad effectum, est directe principium actionis qua pducitur ille effectus, sicut calor in igne calefaciente. Qñq; aũt illius actionis qua effectus producitur non est principiũ primo & per se ipsa forma s̃m quã attendit

H similitudo, sed principia illius formæ: sicut si hõ albus generet hoĩem albũ, ipsa albedo generãtis nõ est principiũ generationis actiuæ, & tñ albedo generãtis dr̃ causa albedinis generati, quia principia albedinis in generante sunt principia gñatiua facientia albedinẽ in gñato: & per hunc modũ resurrectio Chri est cã nr̃æ resurrectionis, quia illud quod facit resurrectionem Chri, qui est cã efficiẽs vniuoca nr̃æ resurrectionis, agit ad resurrectionẽ nr̃am. s. virtus diuinitatis ipsius Chri, quæ sibi, & patri communis est: vñ dr̃ Ro. 8. Qui suscitauit Iesum Chrm a mortuis, viuificabit mortalia corpora nr̃a: sed ipsa resurrectio Chri virtute diuinitatis adiunctæ est cã quasi instrumentalis resurrectionis nr̃æ, operationes. n. diuinæ agebantur mediã te carne Chri quasi quodã organo, sicut ponit exẽplũ Damas. in 3. lib. de tactu corporali quo mundauit leprosum, Matth. 8.

De fide Orthodoxa c. 15. post mediũ, at exẽpla cõpluria, inter q̃ est illud leprosi ab ipso Christo mũdati, ponuntur nõ lõge a principio cap.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ causa sufficiens statim pducit effectũ suum ad quẽ ordinat immediate, nõ autẽ

I ad effectũ ad quẽ ordinat mediãte alio, q̃tũcunq; sit sufficiens: sicut calor q̃tũcũq; sit intensus, nõ statim in primo instãti causat calorẽ, sed statim ĩcipit mouere ad calorẽ, quia calor est effectus eius mediante motu. Resurrectio autem Chri dr̃ cã nrę resurrectionis, vt dictũ est, nõ qa ipsa agat resurrectionẽ nr̃am, sed mediãte principio suo. s. virtute diuina quæ nr̃am resurrectionẽ faciet ad similitudinẽ resurrectioni Chri: virtus aũt oĩa opat mediante voluntate quæ est propinquissima effectui: vñ nõ oportet ꝙ statim resurrectione Chri facta, nostra resurrectio sit secuta, sed tunc sequitur, qñ voluntas dei ordinauit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ virtus diuina nõ alligatur causis aliquibus secũdis, quin effectus illarũ posset immediate, vel alijs causis mediãtibus producere, sicut posset gñationem inferiorũ corporũ causare etiã motu cęli nõ existente: & tñ scđm ordinẽ quẽ in reb⁹ statuit, mot⁹ cęli est causa generationis inferiorũ corporũ. Similiter etiã scđm ordinem quem rebus hu-

K manis diuina puidẽtia pfixit, resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis: potuit tñ aliũ ordinẽ pfigere, & tunc esset alia causa nostrę resurrectionis, qualem deus ordinasset.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ ratio illa procedit qñ oĩa quæ sunt in vna specie habẽt eundẽ ordinẽ ad causam primam illius effectus qui est inducendus in totam speciem: sic autem nõ est in proposito, quia humanitas Christi propinquior est diuinitati, cuius virtus est prima cã resurrectionis q̃ humanitas aliorum: vnde resurrectio Christi causatur a diuinitate immediate, sed resurrectio aliorum mediante Christo homine resurgente.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ resurrectio omnium hominum habebit aliquid de similitudine resurrectionis Christi, quod. s. pertinet ad vitam naturę, secundum quam omnes Christo fuerint conformes, & ideo omnes resurgunt in vitã immortalem, sed in sanctis qui fuerunt Christo conformes per gratiam erit conformitas quantum ad ea quæ sunt gloriæ.

AD SECVNDAM q̃õnem dicendum, ꝙ causam effectui oportet aliquo modo coniungi, quia mouens & motum, faciẽs & factum

& factũ sunt simul, vt probatur in 7. phy. Christus autẽ resurgens est causa vniuoca nostræ resurrectionis, vt supra dictum est: vnde oportet ꝙ in resurrectione corporum communi aliquo signo corporali dato Christus resurgens operetur, quòd quidem signum, vt quidam dicunt, erit ad literam vox Christi resurrectionem imperantis, sicut imperauit mari, & cessauit tẽpestas, Mat. 8. Quidam vero dicunt, ꝙ hoc signũ nihil aliud erit q̃ ipsa psentatio euidens filij dei in mũdo, de qua dicitur Matth. 24. Sicut fulgur quod venit ab Oriente & apparet in Occidẽte, ita erit aduẽtus filij hoĩs, & innititur authoritati Greg. qui dicit, quòd tubã sonare nihil aliud est quàm mundo vt iudicem filium demonstrare, & secundum hoc ipsa apparitio filij dei vox eius dicitur, quia ei apparenti obediet tota natura ad corporum humanorum reparationem sicut imperanti, vnde in iussu venire dicitur 1. Thes. 4. & sic eius apparitio inquantum habet vim cuiusdam imperij, vox eius dicitur: & hæc vox quęcũque sit, quandoque dicitur clamor quasi pręconis ad iudicium citantis: quandoque autem dicitur sonus tubæ, vel propter euidentiam, vt in litera dicitur, vel propter conuenientiam ad vsum tubæ qui erat in veteri testamẽto. Tuba. n. congregabantur ad concilium, commouebantur ad prælium, & vocabantur ad festum: resurgentes autem congregantur ad concilium iudicij, ad prælium quo orbis terrarum pugnabit contra insensatos, ad festum æterna solemnitatis.

& consilia singulorũ patebunt. Vñ in Daniele. Vetustus dierum sedit, & libri aperti sunt coram eo. Libri sunt conscientiæ singulorũ, quę tũc aperientur eis, uel alijs, & tunc implebit. Nihil occultũ quod non reueletur. Adueniẽte aũt summo iudice, non solũ aeris tenebrę illuminabuntur, sed abscondita cordium manifestabuntur. Virtute ergo diuina fitet ut cuiq; opera sua bona, uel mala cuncta in memoriã reuocent, & mẽtis intuitu mira celeritate cernãtur, ut accuset, uel excuset hoĩẽ cõsciẽtia, eaq; teste dãnet, ul' saluet.

De memoria electorum, si tunc præcedentia mala teneat.

B Hic quæritur, utrum electis tunc adsit memoria precedentium malorũ sicut

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ Damas. in verbis illis circa materialem causam resurrectionis tria tangit. s. voluntatem diuinam quæ imperat virtutem quæ exequit, & facilitatẽ exequendi in hoc, quòd nutum adiunxit ad similitudinem eorũ quę in nobis sunt. Illud. n. valde facile est nobis facere, quod statim ad dictum nostrum fit, sed multo maior apparet facilitas, si ante verbum prolatum ad primum signum voluntatis, quod nutus dicitur, executio nostræ voluntatis per ministros fiat, & talis noster nutus est quædam causa prædictæ executionis, inquantum per ipsum inducuntur alij ad nostram voluntatem explendam: nutus autem diuinus quo fiet resurrectio, nihil est aliud q̃ signum ab ipso datum cui natura tota obediet ad resurrectionem mortuorum, & hoc signum idem est qúod vox tubæ, vt ex dictis pater.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut formæ sacramentorum habent virtutem sanctificandi, vt supra dictum est, non ex hoc ꝙ audiuntur, sed ex hoc ꝙ proferuntur: ita illa vox quicquid sit, habebit efficaciam instrumentalem ad resuscitandum, non ex hoc quòd sentitur, sed ex hoc ꝙ profertur. Sicũt etiam vox ex ipsa impulsione aeris excitat dormientem soluendo organum sentiendi, non ex hoc quòd cognoscatur, quia iudicium de voce proueniente ad aures sequitur excitationem, & non est causa eius.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ ratio illa procederet, si virtus data illi voci esset ens perfectum in natura: quia tunc quod ex ea pcederet, virtutem iam naturalem factam principium haberet, non autem est talis virtus illa, sed qualis supra dictum est esse in formis sacramentorum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ sicut Augu. dicit in 3. de tri. ꝙ sicut corpora d crassiora & ĩferiora per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur: ita omnino corpora reguntur a deo per spiritum vitæ rationalem: & hoc etiam Greg. in 4. Dial. tãgit. vnde in omnibus quæ corporaliter a deo fiunt, vtitur deus ministerio angelorum: in resurrectione autẽ est aliquid ad transmutationem corporum pertinens. s. collectio cinerum, & eorum præparatio ad reparationem humani corporis, vnde quantum ad hoc in resurrectione vtetur deus ministerio angelorum: sed anima sicut immediate a deo creata est, ita immediate a deo corpori iterato vnietur sine aliqua operatione angelorum. Similiter etiam gloriam corporis ipse faciet absque ministerio angelorum, sicut & animam immediate glorificat, & istud angelorũ ministerium vox dicitur secundum vnam expositionem, quæ tangitur in litera.

AD PRIMVM ergo patet solutio ex dictis.

¶ Ad secũdũ dicẽdũ, ꝙ ministeriũ illud erit principalitr vnius archangeli. s. Michaelis, qui est princeps ecclesiæ sicut fuit synagogæ, sicut dicitur Daniel. 10. qui tamen agit ex influentia

A virtutum, & aliorum superiorum ordinum, vnde quod ipse faciet, superiores ordines quodammodo facient, similiter inferiores angeli cooperabuntur ei circa resurrectionem singulorum, quorum custodiæ deputati fuerunt, & sic vox illa potest dici vnius & plurium angelorum.

ARTICV. III.

c Vtrum tempus resurrectionis oporteat differri vsque ad finem mundi, ut omnes simul resurgant.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd tempus resurrectionis nõ oporteat differri vsque ad finem mundi, vt omnes simul resurgant, quia maior est cõuenientia capitis ad membra, quàm membrorũ adinuicem, sicut causæ ad effectus, q̃ effectuum adinuicẽ: sed Christus qui est caput nostrum, non distulit resurrectionem suam vsque ad finem mundi, ut simul cum omnibus resurgeret. ergo nec oportet quòd priorum sanctorũ resurrectio vsque ad finẽ mundi differatur, vt simul cum alijs resurgant.

¶ 2 Præt. Resurrectio capitis causa est resurrectionis membrorum: sed resurrectio quorundã membrorũ nobilium propter vicinitatem ad caput non est dilata vsque ad finem mundi, sed statim resurrectionem Christi secuta est, sicut pie creditur de

C beata Virgine, & Ioanne euangelista. ergo & aliorum resurrectio tanto propinquior erit resurrectioni Christi, quanto per gratiam & meritum magis ei fuerint conformes.

¶ 3 Præt. Status noui testamẽti est perfectior & expressius portat imaginem Christi, quàm status veteris: sed quidam patres veteris testamenti Christo resurgente resurrexerunt, sicut dicitur Matth. 27. quòd multa corpora sanctorum qui dormierant, resurrexerunt. ergo videtur quòd nec sanctorum noui testamenti resurrectio differri debeat vsque ad finem mundi, vt sit omnium simul.

¶ 4 Præt. Post finem mundi non erit aliquis annorum numerus: sed post resurrectionem mortuorum adhuc computantur multi anni vsque ad resurrectionẽ aliorum, vt patet Apoc. 20. dicitur. n. ibi. Vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum dei. & infra. Et vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis, & cæteri mortuorum

D non vixerunt donec consumentur mille anni. ergo resurrectio omnium non differtur vsque ad finem mundi, vt sit omnium simul.

SED CONTRA est, quod dicitur Iob. 24. Homo cũ dormierit, non resurget donec atteratur cęlum: nec euigilabit vt resurgat de somno suo, & loquitur de somno mortis. ergo vsque ad finem mundi quando cęlum atteretur, resurrectio hominum differtur.

¶ 2 Præt. Hebr. 11. dicitur. Homines testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem. i. plenam animæ & corporis beatitudinem deo aliquod aliud pro nobis prouidente, ne sine nobis consummarentur. i. perficerentur. glo. vt in communi gaudio omnium maius fieret gaudium singulorum: sed non erit ante resurrectio quàm corporum glorificatio, quia reformabit corpus humanitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, Phil. 3. Et resurrectionis filij erunt sicut angeli in cęlo, vt patet Matth. 22. ergo resurrectio differtur vsque ad finem mundi, in quo omnes simul resurgent. T. com. 57.

E VLTERIVS. Videtur quòd tempus illud non sit occultum, quia cuius principium est determinatum & scitum, & finis potest determinate sciri, eo quòd omnia mensurantur quadam periodo, vt dicitur in secundo de generatione: sed principium mundi determinate scitur. ergo & finis ipsius potest determinate sciri, tunc erit tempus resurrectionis & iudicij. ergo tempus illud non est occultum. II

¶ 2 Præt. Apoc. 17. dicitur quòd mulier, per quam ecclesia significatur, habet locum paratum a deo, in quo pascatur diebus mille ducentis sexaginta. Dan. etiam 12. ponitur determinatus numerus dierum, per quos anni significari videntur, secundum illud Eze. 4. Diem pro anno dedi tibi. ergo ex sacra scriptura potest sciri determinate finis mundi, & resurrectionis tempus.

¶ 3 Præt. Status noui testamenti præfiguratus fuit in veteri testamento: sed scimus determinate tempus in quo vetus testamen-

testamentum statum habuit. ergo & pōt sciri determinate tps, in quo nouū testm̄ statum habebit: sed nouū testm̄ habebit statū vsque ad finem mundi, vnde dr̄ Matt. vlti. Ecce ego vobiscū sum vsque ad consummationem sæculi. ergo potest sciri finis mundi & resurrectionis tempus.

SED CONTRA. Illud qđ est ignoratū ab angelis, est ēt hoīb' multo magis occultū, quia ea ad quæ hoīes naturali rōne ptingere pñt, multo limpidius & certius angeli naturali cognitione cognoscunt. Similiter ēt reuelationes hoīb' nō fiunt nisi mediātibus angelis, ut patet per Diony. 4. c. cæle. hierar. sed angeli nesciūt tps determinate, vt patet Matth. 24. De die illa, & hora nemo scit, neq; angeli calorū. ergo tps illud est hoībus occultum.

ca. 65. — ca. eodem. — Super præfatū Esaię. cap. & locū.

bonorū. Quedā athoritates vñr tradere bonos nō habituros tūc memoriā pcedētiū malorū. i. peccatorū, uel tormētorū. Ait. n. Esaias. Ego creo cęlos nouos, & terrā nouā, & non erūt in memoria priora, & nō ascendēt super cor, sed gaudebitis ī æternū. Itē. Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & abscōditæ ab oculis nr̄is. Quę đ futuro exponēs Hiero. ait. Obliuioni tradent priora mala, quia forsitā ī futuro pristinæ cōuersationis memoria oīno delebitur succedētib' bonis æternis,

Interlinearis. ¶2 Præt. Apostoli magis fuerunt cōscij secretorū dei, quàm alij sequētes, vt dr̄ Ro. 8. Ipsi primitias spiritus hñt. gl. tpe prius, & cæteris abūdātius: sed eis de hoc ipso quærentibus dictū est Act. 1. Non est vestrū nosse tempora & momenta quæ pater in sua ptāte posuit. ergo multo magis est alijs occultum.

III

1. ad Thes. ca. 4. lec. 2. VLTERIVS. Videtur ꝙ resurrectio nō fiet subito, sed successiue, quia Eze. 37. prænuntiatur resurrectio mortuorum, vbi dr̄. Accesserūt ossa ad ossa, & vidi, & ecce sup ea nerui & carnes ascēderunt, & extēta est in eis cutis desuper, & spiritum nō habebāt. ergo reparatio corporum tempore præcedit cōiunctionem animarum, & sic resurrectio non erit subita.

¶2 Præt. Illud ad qđ exigunt plures actiones se cōsequētes, nō pōt subito fieri: sed ad resurrectionem exigunt plures actiones se consequētes. s. collectio cinerum, reformatio corporis, & infusio animæ. ergo resurrectio non fiet subito.

¶3 Præt. Omnis sonus tempore mensuratur: sed sonus tubæ causa erit resurrectionis, vt dictum est. ergo resurrectio fiet in tempore, & non subito.

dist. præsenti. ar. 2. qst. 2. ¶4 Præt. Nullus motus localis pōt eē subito, vt dr̄ in li. de sensu & sensato: sed ad resurrectionē exigitur aliquis motus localis in collectione cinerum. ergo non fiet subito.

Lect. 16. & 6. phys. tex. co. 50. 90. & ēt. 32. SED CONTRA est, quod dicitur. j. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus in momento, *in ictu oculi*. ergo resurrectio erit subito.

De fide Orthodoxa. li. 4. ca. 18. ¶2 Præt. Virtus infinita subito operatur: sed sicut Damas. dicit Crede resurrectionē futuram diuina virtute, de qua constat ꝙ infinita est. ergo resurrectio fiet subito.

IIII

VLTERIVS. Videtur ꝙ resurrectio non erit noctis tpe, quia resurrectio nō erit donec atteratur cęlum, vt dr̄ Iob. 14. sed cessante motu cæli, quod dr̄ eius attritio, non erit tempus, neq; dies, neque nox. ergo resurrectio non erit in nocte.

ca. 10. ¶2 Præt. Finis vniuscuiusque rei debet esse perfectissimus: sed tunc erit finis tpis, vñ in Apoc. dr̄ ꝙ tps amplius non erit: ergo tūc debet esse tps in sui optima dispōne, & ita debet esse dies.

¶3 Præt. Qualitas tpis debet rñdere his quę gñantur in tpe. Vnde Ioan. 14. fit mentio de nocte, qñ Iudas exiuit a consortio lucis: sed tunc erit perfecta manifestatio omniū quę nunc latent, qa cū venerit dñs, illuminabit abscōdita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordiū, vt dr̄. 1. Cor. 4. ergo debet esse in die.

Homil. 21. SED CONTRA. Resurrectio Christi est exemplar nostrę resurrectionis: sed resurrectio Christi fuit in nocte, vt Greg. dicit in homel. paschali. ergo & nr̄a resurrectio nocturno tpe erit.

¶2 Præt. Aduentus domini comparatur aduentui furis in domum, vt patet Luc. 12. sed fur in tpe noctis in domum venit. ergo in tempore nocturno veniet: sed veniente ipso fiet resurrectio, vt dictum est. ergo resurrectio fiet tpe nocturno.

ca. 4. D. 1075 RESPON. Dicendum ad primā qōnem, ꝙ sicut Aug. dicit in 3. de tri. Diuina prouidētia statuit vt corpora đ crassiora & inferiora p subtiliora & potentiora quodā ordine regant, & ideo tota materia corporum inferiorum subiacet variationi sm̄ motum cęlestium corporū, vnde esset contra ordinē quē diuina puidentia in rebus statuit, si materia inferiorum corporū ad statum incorruptionis produceretur manente motu corporum superiorū. Et quia sm̄ positionē fidei resurrectio erit in vitam immortalē conformiter Christo, qui resurgēs a mortuis, iā nō morit, vt dr̄ Ro. 6. iō humanorū corporū resurrectio vsque ad finē

F mundi differet, *in quo motus cæli quiescet*. Et propter hoc ēt quidam philosophi qui posuerūt motū cæli nunquam cessare, posuerunt reditum humanarum animarum ad corpora mortalia qualia nunc habemus, siue ponerent reditum animæ ad idē corpus in fine magni anni, vt Empedocles, siue ad aliud vt Pythagorus posuit quālibet animā quodlibet corpus ingredi, vt dicitur in 1. de anima.

ne sit ps malorū prioris angustię memorari. Sed hæc, & similia pñt accipi sic ut nō excludāt memoriā præcedētiū malorū, sed ex ea molestiā & læsionē amoueāt. Non. n. eorum memoria sanctos cōtristabit, uel eorum beatitudinē obfuscabit, sed gratiores Deo reddet. Vnde super Psalm. 87. ait G Gre. Qūo ī æternū misericordias dñi canit, q miserię nō meminit? Qūo aūt plena beatitudo, si memoria reatus mentē tangit? Sed sæpe læti tristiū meminimus, & sani dolorum meminimus sine

tex. co. 53. — Grego. sup Psal. 88. AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quāuis caput magis cō ueniat cū mēbris cōuenientia proportionis, q̄ exigitur ad hoc ꝙ in mēbra fluat, quàm mēbra adinuicem: tñ caput habet causalitatē quādā sup mēbra qua mēbra carēt, & in hoc mēbra differunt a capite, & cōueniunt adinuicē: vnde resurrectio Christi exēplar quoddam nostrę resurrectionis est, ex cuius fide spes nobis de nostra resurrectione consurgit, non autem resurrectio alicuius mēbri Christi est causa resurrectionis cæterorum membrorum, & ideo resurrectio Christi debuit præcedere resurrectionē aliorū qui omnes simul resurgere debuerunt in consummatione sæculorum.

H ¶Ad sm̄ dicēdū, ꝙ quamuis inter membra Christi sint quædā alijs digniora, & magis capiti conformia, nō tñ pertingunt ad rationem capitis, vt sint causa aliorum, & ideo ex conformitate ad Christū non debetur eis quòd eorum resurrectio præcedat resurrectionem aliorum, quasi exemplar exemplatum, sicut dictum est de resurrectione Christi, sed quòd aliquibus hoc sit concessum, quòd eorum resurrectio non sit vsque ad cōem resurrectionem, dilata est ex speciali gratię priuilegio, non ex debito conformitatis ad Christum.

¶Ad tertium dicendum, quòd de illa resurrectione sanctorum cum Christo, videtur dubitare Hiero. in sermone de assumptione, vtrum scilicet peracto resurrectionis testamēto iterum mortui sint ut sic eorum magis fuerit resuscitatio quædā, sicut fuit Lazari, quàm vera resurrectio qualis erit in fine mūdi, an ad immortalem uitam uere resurrexerint, semper in corpore uicturi in cælum cum Christo ascendentes corporaliter, ut glo. dicit Matth. 27. Et hoc probabilius uidetur, quia ad hoc ꝙ uerum testimonium de uera resurrectione Christi proferrent, congruū fuit quòd vere resurgerent, sicut Hiero. alibi dicit: nec eorum resurrectio propter ipsos accellerata est, sed propter resurrectionem Christi testificandā, quod quidem testamentum erat ad fundandum fidem noui testamenti: unde decentius factum est per patres ueteris testamenti quàm per eos, qui iam nouo testamento fundato decesserunt. Tamen sciendum est, quòd etsi de resurrectione eorum in euangelio mentio fiat ante resurrectionem Christi, tamen ut per textum patet, intelligendum est per anticipationem esse dictum, quod frequenter historiographis accidit. Nullus enim uera resurrectione ante Christum resurrexit, eo quòd ipse est primitiæ dormientium, vt dicitur 1. Cor. 15. quamuis aliqui fuerunt resucitati ante Christi resurrectionem, ut de Lazaro patet. (I — Super 17. ca. Matthei expositiōis suæ, lib. 4. — Ioan. 11.)

cap. 7. ¶Ad quartum dicendum, quòd occasione illorum uerborū, ut Augus. narrat. 20. lib. de ciui. dei, quidam hæretici posuerunt primam resurrectionem futuram esse mortuorum, ut cum Christo mille annis in terra regnarent, unde uocati sunt Chiliastæ, K quasi millenarij. Et August. ibidem ostendit uerba illa aliter esse intelligenda, scilicet de resurrectione spirituali, per quam homines a peccatis dono gratiæ resurgunt. Secunda autem resurrectio est corporum. Regnum autem Christi dicitur ecclesia, in qua cum ipso non solum martyres, sed etiam alij electi regnant, vt a parte p totum intelligatur, vel regnent cum Christo in gloria quātū ad oēs, & fit specialiter mētio de martyrib', quia ipsi pręcipue regnant mortui qui vsque ad mortem sm̄ veritatē certauerunt. Millenarius autē nō significat aliquē certū numerū, sed designat totū tps quod nunc agitur, in quo sancti cum Christo regnāt, qui numerus millenarius designat uniuersitatem magis q̄ cētenarius, eo ꝙ cētenarius est quadratum denarij, sed millenarius est numerus solidus ex duplici ductu denarij in seipsum surgens, quia decies decē dies mille sunt, & similiter in Psal. 104. dicitur. Verbi quod mandauit in mille generationes, idest, omnes.

AD

AD SECVNDAM qōnem dicendū, ꝙ sicut dicit Aug. in lib. 83. q. Aetas vltima humani generis, quæ incipit a dñi aduentu vsque ad finem sæculi, in quibus generationibus cōputetur, incertū est, sicut ēt senectus quæ est vltima ætas hoīs non habet determinatū tps sm̄ mensurā aliarū, cū qñque sola tantum teneat tpis, quantū reliquę oēs ętates. Huius aūt rō est, qa determinat' numerus futuri tpis sciri non pōt nisi vel p reuelationē, vel per naturalē rōnē: tps aūt qđ erit vsque ad resurrectionē numerari nō pōt naturali ratione, quia simul erit

dolore, & inde amplius læti, & grati sumus. Ex his apparet, ꝙ si priorum malorum memoriam sancti habebunt in futuro, non eis tamen erit ad pœnam, vel gloriæ derogationē, sed ad gratiarū actionem. *Si vero queritur*, vtrū

resurrectio & finis motus cęli, vt dictum est: ex motu autē accipitur numerus oīum quæ determinato tpe p naturalē rationē futura præuidentur. Ex motu aūt cæli nō pōt cognosci finis eius, quia cū sit circularis, ex hoc ipso habet ꝙ sm̄ naturā suā possit in perpetuū durare, vnde naturali rōne tēpus quod erit vsque ad resurrectionē numerari nō pōt, similiter nec p reuelationē haberi pōt: ideo vt oēs semper sint solliciti & præparati ad Christo occurrendū, & pp hoc ēt Apostolis de hoc quęrentibus rñdit Act. 1. Nō est vestrum nosse tpa, vel momenta, quæ pr̄ posuit in sua ptāte: in quo vt August. dicit 18. de ci. dei. omnium de hac re calcantium digitos resoluit, & quiescere iubet. Quod enim Apostolis quærentibus noluit indicare, nec alijs reuelabit, vnde illi oēs qui tps prædictum numerare voluerunt, hactenus falsiloqui sunt inuenti. Quidā enim, vt Aug. dixit ibidem, dixerunt ab Ascensione Domini vsque ad vltimū eius aduentum quadringentos annos posse compleri, alij qngentos, alij mille, quorum falsitas patet, & similiter patebit eorum qui adhuc cōputare non cessant.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ eorū quorū finis cognoscitur principio noto, oportet mensurā nobis esse cognitā: & iō cognito principio alicuius rei, cuius duratio mēsuratur motu cœli, possumus cognoscere eius finē, eo ꝙ motus cęli est nobis notus: sed mensura durationis motus cæli est sola diuina dispō quæ est nobis occulta: & ideo quātuncūque sciamus principium eius, finem scire non possumus.

¶Ad scdm dicēdū, ꝙ per mille ducētos sexaginta dies, de qbus fit mētio Apoc. 12. significat oē tps, in quo ecclesia durat, & nō aliquis determinatus numerus annorū: & hoc ideo, quia prædicatio Christi, super quā fundat ecclesia, durauit tribus annis cum dimidio, quod tps vere continet æqualem numerū dierū numero prædicto. Similiter ēt numerus eorū qui in Daniele ponitur, non est referendus ad numerum annorū aliquorū, qui sint vsque ad finem mundi, vel vsque ad prædicationem Antichristi, sed debet referri ad tempus quo prædicabit Antichrist', & quo persecutio eius durabit.

¶Ad tertium dicēdum, ꝙ quàmuis status noui testamenti in generali sit præfiguratus per statum veteris testamenti, non tñ oportet ꝙ singula respondeant singulis, præcipue cum in Christo omnes figuræ veteris testamenti fuerint completæ: & ideo Aug. 18. de ci. dei rñdet quibusdā, qui volebāt accipere numerū persecutionum quas ecclesia passa est & passura sm̄ numerum plagarum Aegypti dicens. Ego per illas res gestas in Aegypto istas psecutiones pphetice significatas esse non arbitror, quāuis ab eis qui hoc putant exquisite & ingeniose illa singula his singulis comparata videantur non prophetico spū, sed coniectura mentis humanæ, quæ aliquando ad verum peruenit, aliquando fallitur. Et similiter videtur esse de dictis Abbatis Ioachim, qui per tales coniecturas de futuris aliqua vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ in resurrectione aliquid fiet ministerio angelorum, & aliquid virtute diuina immediate, vt dictum est. Illud ergo quod angelorum ministerio fiet, non erit in instanti, si instans dicat indiuisibile temporis, erit tñ in instanti, si instās accipiatur pro tpe imperceptibili. Illud autē quod fiet virtute diuina immediate, fiet subito, scilicet in termino temporis quo angelorum opus complebitur, quia virtus superior inferiorem ad perfectionem adducit.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ Eze. loquabatur populo rudi, sicut & Moyses, vnde sicut Moyses distinxit opera sex dierū p dies, vt rudis populus capere posset, quāuis oīa simul sint facta sm̄ Aug. ita Eze. diuersa quę in resurrectione futura sunt expressit, quamuis omnia simul futura sint in instanti.

¶Ad secundum dicēdum, ꝙ quāuis illæ operationes sint consequentes se inuicē natura, sunt tñ simul tpe, quia vel sunt in eodem instanti, vel vna est in instanti, ad quod alia terminatur.

A ¶Ad Tertium dicendum, ꝙ idem videtur esse de sono illo & de formis sacramentorum, scilicet ꝙ in vltimo instanti prolationis effectum suum habebunt.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ congregatio cinerū, quæ sine motu locali esse non pōt, fiet ministerio angelorum, & ideo erit in tpe, sed imperceptibili propter facilitatem operandi, quæ competit angelis.

peccata quæ fecerunt electi, prodeāt tunc in notitiam omnium, sicut mala damnandorum omnibus erunt nota, non legi hoc expressum in scriptura. Vnde non irrationabiliter putari potest, peccata hic per pæ-

AD QVARTAM qōnem dicendum, ꝙ determinata hora tēporis qua fiet resurrectio, pro certo sciri nō pōt, vt patet in litera: tñ satis pbabiliter dr̄ B a quibusdam, ꝙ resurrectio erit quasi in crepusculo Sole existēte in Oriente, & Luna in Occidēte: quia in tali dispositione Sol & Luna credunt creata, vt sic eorū circulatio compleatur pęnitus per reditum ad eundem punctum, vnde de Christo dicitur ꝙ resurrexit tali hora.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ qñ resurrectio erit, non erit tempus, sed finis temporis: quia in eodem instanti in quo cessabit motus cęli, erit resurrectio mortuorū, & tñ erit situs syderum sm̄ dispōnem qua se hñt nunc in aliqua determinata hora, & sm̄ hoc dr̄ resurrectio futura tali, vel tali hora.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ optima dispositio tpis dicit esse in meridie propter illuminationem Solis: sed tunc ciuitas dei non egebit Sole neq; Luna, quia claritas dei illuminabit eam, vt dr̄ Apoca. 21. & ideo quantum ad hoc nō refert vtrū in die, vel in nocte resurrectio fiat.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ tempori illi cōgruit manifestatio, C quantum ad ea quæ tunc gerentur: & occultatio, quantum ad determinationem ipsius temporis, & ideo vtrunque congrue fieri pōt, vt scilicet resurrectio sit in die, vel in nocte.

ARTICVLVS IIII.

d *Vtrū mors erit terminus a quo resurrectionis in oībus.*

AD QVARTVM sic proceditur. Vr̄ ꝙ mors non erit terminus a quo resurrectionis in oībus, quia quidam nō morient, sed immortalitate superuestient. Dr̄. n. in symbolo, ꝙ ipse venturus est iudicare viuos & mortuos: hoc aūt nō pōt intelligi q̄tū ad tps iudicij, qa tūc erūt oēs viui. ergo oportet ꝙ referat hęc distin. ad tps pcedēs, & ita nō oēs añ iudiciū morient.

¶2 Præt. Naturale & cōe desideriū non pōt esse vacuum & inane quin in aliquib' expleatur: sed sm̄ Apostolum 2. Cor. 5. hoc est cōe desiderium quo nolumus expoliari, sed superuestiri. ergo aliqui erunt qui nunquam expoliabūtur corpore p morte, D sed superuestientur gloria resurrectionis.

¶3 Præt. Aug. in Ench. dicit, ꝙ quatuor vltimæ petitiones orationis dñicę ad pñtē vitā ptinēt, quarum una est dimittere nobis debita nostra. ergo ecclesia petit in hac vita sibi oīa debita relaxari: sed ecclesiæ orō nō pōt esse cassa quin exaudiat Io. 14. Quicquid petieritis patrē ī noīe meo, dabit vobis. ergo ecclesia in aliquo huius uitæ tpe oīum debitorū remissionē consequet: sed vnū de debitis quo p peccato primi parentis astringimur est ꝙ nascimur mortali peccato. ergo aliqñ hoc ecclesiæ deus præstabit, ꝙ homines sine peccato originali nascētur: sed mors est pœna originalis peccati. ergo aliqui homines erunt circa finem mundi, qui non morientur, & sic idem quod prius. ca. 115.

¶4 Præt. Via cōpendiosior est semper sapiēti magis eligenda: sed cōpendiosior via est ꝙ homines qui viui inuenietur in impassibilitatem resurrectionis transferantur, quàm ꝙ prius moriantur, & postea resurgant a morte in immortalitatem. ergo deus qui est summe sapiens, hanc viam elegit in illis qui viui inuenientur, & sic idem quod prius.

E SED CONTRA j. Cor. 15. Semē quod seminas nō viuificat nisi prius moriat: & loquit sub similitudine seminis de resurrectione corporum. ergo corpora a morte resurgent.

¶2 Præt. j. Cor. 15. Sicut in Adam oēs moriunt, ita in Christo omnes viuificabuntur: sed in Christo viuificabuntur. ergo in Adam oēs morientur, & sic resurrectio omnium erit a morte.

VLTERIVS. Vr̄ ꝙ non omnium resurrectio erit a cineribus. Resurrectio enim Christi est exemplar nostræ resurrectionis: sed resurrectio eius non fuit a cineribus, quia caro eius nō vidit corruptionem, vt dicitur in Psal. 15. & Act. 2. ergo nec resurrectio omnium erit a cineribus.

¶2 Præt. Corpus hominis nō semper comburitur, sed in cineres non potest aliquid resolui nisi per combustionem, ergo nō omnes a cineribus resurgent.

¶ 5 Præt. Corpus hominis mortui non statim post mortem in puluerem redigitur: sed quidam statim post mortem resurgēt, vt in litera dicitur. s. illi qui viui inuenientur. ergo non omnes resurgent a cineribus.

¶ 4 Præt. Terminus a quo respondet termino ad quem: sed terminus ad quem resurrectionis non est idem in bonis & malis. 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. ergo nec est idem terminus a quo, & sic si mali resurgent a cinerib⁹, boni a cineribus non resurgent.

Aug. lib. 20 de ciui. dei cap. 20. Sup eplam ad Ro. c. 5.

Sed contra est, quod Haymo dicit. Omnes in originali peccato natos tenet hæc sententia. Terra es, & in terram ibis: sed omnes qui in communi resurrectione resurgent, fuerunt nati in originali peccato vel natiuitate ex vtero, vel saltem natiuitate in vtero. ergo omnes a cineribus resurgent.

...nitentiam tecta, & deleta, illic etiam tegi alijs; alia vero cunctis propalari.

De his qui uiui reperientur.

Quæri solet, utrum illi quos uiuos inueniet Christus, nūquam omnino morituri sunt, an ipso temporis puncto quo rapiētur obuiam Christo, ad immortalitatem mira celeritate sint transituri. Non enim dicendū est fieri non posse, vt per aerem in sublime portentur in illo spatio, & moriantur & reuiuiscant. Ad hunc autē sensum quo æstimemus illos in paruo spatio & passuros mortē, & accepturos immortalitatē. Apostolus nos urgere uidetur ubi dicit. Omnes in Christo uiuificabuntur, & alibi. Quod seminas non uiuificatur, nisi prius moriatur. Cur autem nobis incredibile uideatur illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere, cū credam⁹ i ictu oculi futurā resurrectionē, & in memoria sine fine uictura, tanta velocitate rediturū antiquissimorum cadauerū puluerem. Sed vellem de his potius audire doctiores. Si ergo sanctos qui reperient Christo veniēte viuētes, eique obuiā rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadē mox immortalia redituros, nullas in verbis Apostoli patiemur angustias, generaliter accipientes illud quod dictum est. Omnes quidem resurgemus. s. tam boni quàm mali: sed nō omnes immutabimur. s. in solemnitate resurrectionis. De hoc etiam Ambro. ait. In ipso raptu eorū qui uiui reperientur, mors erit & resurrectio, ubi anima quasi per soporem ęgressa de corpore, eidem in momento reddatur. Econtra uero scribens ad Marcellam Hiero. testari videtur, dicens quosdam

¶ 2 Præt. Multa sunt in corpore humano, quæ non sunt de veritate naturæ humanæ: sed omnia illa auferētur. ergo oportet omnia corpora ad cineres resolui.

Vlterius. Videtur quòd pulueres illi, ex quibus corpus humanum reparabitur, habeant aliquam naturalem inclinationem ad animam quæ eis coniungetur: si enim nullā inclinationem habent ad animam, eodem modo se haberent ad illam animam sicut alij pulueres. ergo nō esset differentia vtrū ex illis, vel alijs pulueribus reficeretur corpus animæ coniungendum, quod est falsum.

¶ 2. Præt. Maior est dependentia corporis ad animam, quàm animæ ad corpus: sed anima separata a corpore adhuc habet aliquam dependentiam ad corpus, vnde retardatur eius motus in deum propter appetitum corporis, vt dicit Dyoni. ergo multo fortius corpus separatum ab anima adhuc habet naturalem inclinationem ad animam illam.

Dionysius de diuinis nomi. ca. 4. par. prima.

¶ 3 Præt. Iob 20. dicitur. Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient: sed vitia nō sunt nisi in anima. ergo adhuc in illis cineribus remanebit aliqua naturalis inclinatio ad animam.

Sed contra. Corpus humanum potest resolui ad ipsa elementa, vel etiam in carnes aliorum animalium conuerti: sed elementa sunt homogenea, & similiter caro leonis, vel alterius animalis. cum ergo in alijs partibus elementorū, vel animalium non sit aliqua inclinatio naturalis ad illam animam, nec in illis partibus, in quas conuersum est corpus humanū, erit aliqua inclinatio ad animam. Patet per authoritatē Augu. in Ench. corpus humanum in quācumque aliorum corporū substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcūque hominum, seu animalium cibum cedat carnemque vertatur, & illi animæ humanæ in puncto tēporis cedet, quæ illud prius vt homo fieret, viueret, & cresceret, animauit.

Cap. 28.

¶ 2 Præt. Cuilibet inclinationi naturali respondet aliquod agens naturale, alias natura deficeret in necessarijs: sed nullo agente naturali possunt prædicti pulueres eidem animæ iterato coniungi. ergo in eis non est aliqua naturalis inclinatio ad prædictam coniunctionem.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd super hac quæst. varie loquuntur sancti, vt in litera patet: tamen hæc est securior & communior opinio, quòd omnes morientur, & a morte resurgent, & hoc propter tria. Et primo, quia magis concordat diuinæ iustitiæ quæ humanam naturam pro peccato primi parentis damnauit, vt omnes qui per actum naturæ ab eo originem ducerent, infectionem originalis peccati contraherent, & per consequens mortis debitores essent. Secūdo, quia magis concordat diuinæ scripturę quæ omnium futuram resurrectionem prædicit, resurrectio autem proprię nō est nisi eius quod cecidit & dissolutum est, vt Damas. dicit. Tertio, quia magis cōcordat ordini naturæ in quo inuenimus, q illud quod corruptum & vitiatum est in suam nouitatem nō reducitur nisi corruptione mediante: sicut acetum non fit vinum nisi aceto corrupto, & in humorem vitis transeunte: vnde cum natura humana in defectum necessitatis moriendi deuenerit, non erit reditus ad immortalitatem, nisi morte mediāte. Conuenit etiam ordini naturę propter aliam rationem, quia vt in 8. phy. dicitur. Motus cęli est vt vita quædam natura existentibus omnib⁹, sicut etiā motus cordis toti⁹ corporis quædam vita est, vnde sicut cessante motu cordis omnia mēbra mortificantur, ita d cessante motu cęli nō potest aliquid viuū remanere in illa vita, quæ ex influentia illius motus cō seruabatur, talis autē est vita qua nūc degimus, vnde oportet q ex hac vita discedant q post motum cęli quiescentē uicturi sunt.

De fide Orthod. lib. 4. c. 28. seu vltimo. — T. com. 1. — D. 331. 1. Cor. 15. Aug. ubi supra eodem capit.

Ad primum ergo dicendum, quòd distinctio illa mortuorum & viuorum non est referenda ad ipsum iudicij tempus, nec ad totum tempus præteritum, quia omnes iudicandi aliquo tempore fuerūt viui, & aliquo tempore mortui: sed ad illud tempus determinatum quod immediate iudicium præcedet, quando. s. iudicij signa incipient apparere.

¶ Ad secundum dicendum, q perfectum sanctorum desideriū non potest esse vanum, sed nihil prohibet desiderium conditionatum eorum esse vanum, & tale est desiderium quo nolumus expoliari, sed superuestiri, scilicet si possibile sit, & hoc desiderium a quibusdam velleitas dicitur.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd hoc est d erroneum dicere, quòd aliquis sine peccato originali concipiatur præter Christū, quia ille qui sine peccato originali conciperetur, non indigeret redemptione quæ facta est per Christum, & sic Christus non esset omnium hominum redemptor: nec potest dici q non hac redemptione indiguerunt, quia præstitum fuit eis vt sine peccato conciperentur, quia illa gratia facta est parentibus, vt in eis vitium naturæ sanaretur, quo manente sine originali peccato generare nō possent, vel ipsi naturæ quæ sanata est. Oportet autem ponere, quòd quilibet personaliter redēptione Christi indigeat non solum ratione naturæ: liberari autem a malo, vel a debito absolui non potest, nisi qui debitum incurrit, vel in malum deiectus fuit: & ita non possent omnes fructum dominicæ redemptionis in seipsis percipere, nisi omnes debitores nascerentur & malo subiecti: vnde dimissio debitorum, & liberatio a malo non potest intelligi quòd aliquis sine debito, vel immunis a malo nascatur; sed quia cum debito natus postea per gratiam Christi liberatur. Nec etiam sequitur, si potest sine errore poni, quòd aliqui sine originali peccato nascantur, quamuis mors sit pœna originalis peccati, quia deus potest ex misericordia alicui relaxare pœnam, ad quam obligatur ex culpa præterita: sicut adulteram sine pœna dimisit Ioā. 8. & similiter poterit liberare a morte eos qui reatum mortis contraxerunt cum originali nascendo, & sic non sequitur, si non morientur, ergo nascuntur sine originali.

D. 174.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non semper via compendiosior est magis eligenda, sed solum quando est magis, vel æqualiter accommoda ad finem consequendum, & sic non est hic, vt ex dictis patet.

Ad secundam quæstionem dicendum, quòd eisdem rationibus, quibus ostensum est omnes a morte resurgere, est etiam ostendendum quòd omnes resurgent a cineribus in communi resurrectione, nisi aliquibus ex priuilegio specialis gratiæ sit contrarium indultum, sicut & resurrectionis acceleratio. Scriptura autem sacra sicut resurrectionem prænuntiat, ita & reformationem corporum, Phil. 3. & ideo oportet quòd sicut omnes moriuntur ad hoc quòd omnes vere resurgere possint, ita omnium corpora dissoluantur ad hoc quòd omnium corpora reformari possint; sicut etiam in pœnam hominis mors a diuina iustitia est inflicta, ita & corporis resolutio, vt patet Genę. 3. Terra es, & in terram ibis. Similiter etiam ordo naturæ exigit, vt non solū animæ & corporis coniunctio soluatur, sed etiam elementorum commistio: sicut etiam acetum non potest in vini qualitatem reduci, nisi prius facta resolutione in materiam præiacentem ipsa etiam elementorum commistio ex motu cęli causatur & conseruatur, quo cessante omnia mista in pura elemēta resoluent.

Ad primum ergo dicendum, q resurrectio Christi exēplar est nostræ resurrectionis quo ad terminum ad quem, non autem quo ad terminum a quo.

¶ Ad secundum dicendum, q per cineres intelligūtur omnes reliquiæ q̄ remanēt humano corpore resoluto duplici ratione. Primo, quia mos erat apud antiquos corpora mortuorum comburere, & cineres conseruare, vnde inoleuit modus loquēdi, vt ea in quæ corpus humanum resoluitur, cineres dicantur. Secūdo propter causam resolutionis quæ est incendium fomitis, quo corpus humanum radicitus est infectum, vnde ad purgationem huius infectionis oportet vsque ad prima componentia corpus humanum resolui, quod autem per incendium resoluitur, dicitur in cineres resolui, & ideo ea in quæ corpus humanum dissoluitur, cineres dicuntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille ignis qui faciem mūdi purgabit, poterit statim corpora illorum qui viui inuenientur vsque ad cineres resoluere, sicut etiam alia mista resoluet in præiacentem materiam.

¶ Ad quartum dicendum, quòd motus non accipit speciem a termino a quo, sed a termino ad quem: & ideo resurrectio sanctorum quæ erit gloriosa, oportet q differat a resurrectione impiorum quæ non erit gloriosa penes terminum ad quem, non autem penes terminum a quo. Conuenit. n. frequenter non esse eundem terminum ad quem existente eodem termino a quo, sicut de nigredine potest moueri aliquid in albedinem, & in pallorem.

Ad tertiam quæstionem dicendum, q circa hoc est triplex opinio. Quidam. n. dicunt, q corpus humanum nūquā resoluitur vsque ad elementa, & ita semper in cineribus manet aliqua vis addita elementis quæ facit naturalem inclinationē ad eandem animam. Sed hæc positio contrariatur authoritati August. indirectę, & sensui, & rationi, quia omnia composita ex contrarijs possibile est te solui in ea ex quibus componūtur. Et ideo alij dicunt, quòd illæ partes elementorum, in quas humanum corpus resoluitur, retinent plus de luce ex hoc q fuerunt animæ humanæ coniunctæ, & ex hoc habent quandā inclinationem ad animas. Sed hoc iterum friuolum est, quia partes elementorum sunt vnius naturæ, & æqualiter habent participationem lucis & obscuritatis. Et ideo aliter dicendū est, q in cineribus illis nulla est naturalis inclinatio ad resurrectionem, sed solum ex ordine diuinæ prouidentiæ, quæ statuit illos cineres iterum animæ coniungi, & ex hoc conuenit quòd illæ partes elementorum iterato coniunguntur, & non aliæ. Vnde patet solutio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, q anima separata a corpore manet in eadem natura quam habebat, cum corpori esset coniuncta, quod de corpore non conuenit, & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd verbum illud Iob non est intelligendum, quòd vitia actu maneant in pulueribus mortuorū, sed secundum ordinem diuinæ iustitiæ quo sunt deputati pulueres illi ad corporis reparationem, quod pro peccatis commissis cruciabitur in æternum.

Articvlvs v.

Vtrum post resurrectionem quilibet cognoscet peccata quæ fecit.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quòd post resurrectionem non quilibet cognoscet peccata quæ fecit. Omne enim quod cognoscimus, vel de nouo per sensum accipimus, vel de thesauro memoriæ educitur: sed homines post resurrectionem suam peccata nō poterunt sensu percipere, quia jam transierunt, sensus autem est tm̄ præsentium, multa etiam peccata a memoria exciderunt peccantis, quæ non poterunt de thesauro memoriæ educi, ergo non omnium peccatorum quæ fecit resurgens cognitionem habebit.

¶ 2 Præt. Sicut in litera dicitur. Conscientiæ libri quidā sunt, in quibus merita singulorum leguntur: sed in libris non potest legi aliquid nisi nota eius contineatur in libro, notæ autē quædam peccatorū remanent in cōsciētia, vt Ro. 1. in glo. quæ nō videt aliud esse quàm reatus, vel macula. cū igitur multorum peccatorū macula & reatus a multis sit deletus per gratiā, videtur quòd non omnia peccata quę fecit, possit aliquis in sua conscientia legere, & sic idem quod prius.

1. Thes. 4. — In præfato. cap. 4. 1. ad Thesa. sup illud. Qm dñs. — In epla c. 4.

¶ 3 Præt. Crescente causa crescit effectus: sed causa quæ facit nos dolere de peccatis, quæ ad memoriam reuocamus, est charitas. cum ergo in sanctis resurgentibus sit perfecta charitas, maxime a peccatis dolebunt, si ea ad memoriā reuocabunt: quod non pōt esse, quia fugiet ab eis & dolor, & gemitus, vt dicitur Apoc. 21. ergo propria peccata ad memoriam non reuocabunt.

¶ 4 Præt. Sicut se habebunt resurgentes damnati ad bona quæ fecerunt aliquando, ita se habebunt resurgentes beati ad peccata quæ aliquando commiserunt: sed resurgentes damnati, vt videtur, cognitionem de bonis quæ aliquando fecerunt, non habebunt, quia per hoc pęna eorum multum alleuiaretur. ergo nec beati habebunt cognitionem peccatorum quæ commiserunt.

Sed contra est, quod August. dicit 20. de ciui. dei, q quædam vis diuina aderit, qua fiet quòd cuncta peccata ad memoriam reuocentur. (Cap. 14.)

¶ 2 Præt. Sicut se habet humanum iudicium ad testimonium exterius, ita se habet iudicium diuinum ad testimonium cōscientiæ, vt patet. 1. Reg. 15. Homines vident ea quæ parent, deus autem intuetur cor: sed non posset perfecte iudicium humanum esse de aliquo nisi testes de omnibus de quibus iudicandum est, testimonium deponerent. ergo oportet cum iudicium diuinum sit perfectissimum, quòd conscientia omnia teneat, de quibus iudicandum est: sed iudicandum erit de omnibus operibus bonis & malis. 2. Cor. 4. Omnes astabimus ante tribunal Christi &c. ergo oportet quòd conscientia vniuscuiusque retineat omnia opera quæ fecit siue bona, siue mala. (Cap. 5.)

II

Vlterivs. Videtur q non quilibet possit legere omnia quæ sunt in conscientia alterius. Resurgentium. n. non erit limpidior cognitio quàm nunc sit angelorum, quorū ęqualitas resurgentibus promittitur, Mat. 22. sed angeli non possunt inuicem in suis cordibus videre ea quæ dependent a libero arbitrio, vnde indigent locutione ad inuicem innotescenda, vt in 2. lib. distinct. 11. dictum est. ergo nec resurgentes poterunt inspicere ea quæ continentur in conscientijs aliorum. (q. 1. arti. 3. per totum.)

¶ 2 Præt. Omne quod cognoscitur vel cognoscitur in se, vel in sua causa, vel in suo effectu: sed merita, vel demerita, quæ continentur in conscientia alicuius, non poterit alius in seipsis cognoscere, quia solus deus cordi illabitur, & secreta eius intuetur: similiter nec in causa sua, quia non omnes videbūnt deum, qui solus potest imprimere in affectum, ex quo procedunt merita, vel demerita: similiter etiam nec in effectu, quia multa demerita erunt, quorum nullus effectus remanebit eis per pænitentiam totaliter abolitis. ergo non omnia quæ sunt in conscientia alicuius poterit quilibet alius cognoscere.

¶ 3 Præt. Ioannes Chryso. dicit, vt habitum est supra dist. 17. in litera. Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu dei pronunties, & pro eis depreceris, citius illa delebis. Si vero obliuisceris, tunc eorum recordaberis nolens, quando publicabuntur in conspectu omnium amicorum & inimicorum, sanctorumque angelorum proferētur: ex hoc accipitur q illa publicatio pęna est negligentiæ, qua homo confessionem prætermittit. ergo illa peccata de quibus homo confessus est, non publicabuntur alijs. (Et hr̄ de pęnitē. dist. 1. c. Quis aliquando.)

¶ 4 Præt. Solatium est alicui, si scit se habere multos socios in peccato, & minus inde verecundatur, si ergo quilibet peccatum alterius cognoscet, cuiuslibet peccatoris erubescentia multum minuetur, quod non competit. ergo non omnes omnium peccata cognoscent.

F SED CONTRA. super illud. 1. Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum, dicit glo. Gesta & cogitata, bona & mala, tunc aperta & nota erunt omnibus.

¶ 2 Præt. Omnium beatorũ peccata præterita æqualiter erũt abolita: sed aliquorum sanctorum peccata scienus, sicut Magdalenæ, & Petri, & Dauid. ergo pari ratione aliorum electorũ peccata scientur, & multo magis damnatorum.

II. VLTERIVS. Videtur quòd non omnia merita & demerita propria & aliena ab aliquo uno intuitu videant. Ea.n.quę singillatim cõsiderantur nõ videntur uno intuitu: sed dãnati singillatim cõsiderabunt sua peccata, & ea plangent: vnde dicitur Sapiẽ. 5. Quid nobis profuit superbia &c. ergo non omnia videbunt vno intuitu.

fine seculi adueniente Christo nõ esse morituros, sed uiuos repertos in immortalitatem repente mutandos. Horum autem quod verius sit, non est humani iudicij diffinire.

Quomodo intelligitur Christus iudex uiuorum & mortuorum.

HIs autem adijciendum est, dupliciter intelligi quod dicitur, Christus

Cap. 25. ¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 2. topic. quòd non contingit simul plura intelligere: sed merita & demerita propria, & aliena non videbuntur in intellectu. ergo non poterunt omnia simul videri.

¶ 4 Præt. Intellectus damnatorum hominum non erit post resurrectionem eleuatior, quàm nunc sit bonorum angelorum quantum ad naturalem cognitionem, qua cognoscunt res per species innatas: sed tali cognitione naturali non vident plura simul, vt in 2. lib. di. 3. dictum est. ergo nec tunc damnati poterũt omnia facta sua simul videre. q. 2. ar. 4. in cor.

SED CONTRA. Super illud Iob. 8. Induetur cõfusione, dicit gl. Viso iudice omnia mala ante oculos mentis versantur: sed iudicem subito videbunt. ergo similiter mala quæ commiserunt, & eadem ratione omnia alia.

Ca. 14. ¶ 2 Præt. Augu. 20. de ci. dei. habet pro inconuenienti, ꝙ legatur aliquis liber materialis in iudicio, in quo facta singulorum sunt scripta, eo ꝙ nullus valeat æstimare illius libri magnitudinẽ, vel quanto tempore legi posset: sed similiter nõ posset æstimari tempus quantum oporteret ponere ad considerandum omnia merita & demerita sua, & aliena ab aliquo homine, si successiue diuersa uideant. ergo oportet ponere, ꝙ omnia simul videat vnusquisque. H

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut dr̃ Ro. 2. In illa die cum iudicabit dñs, testimonium vnicuiq; sua conscientia reddet, & cogitationes erunt accusantes & defendentes: & quia oportet quòd testes, & accusator, & defensor in quolibet iudicio habeant eorum notitiã quæ in iudicio versantur, in illo autem cõmuni iudicio omnia opera hominum in iudicium venient, oportet ꝙ omnium operum suorũ quisque tunc notitiam hẽat: vnde conscientiæ singulorũ erũt quasi quidã libri continentes res gestas, ex quibus iudicium procedet, sicut etiam in iudicio humano registris vtuntur. Isti sunt libri, de quibus Apoca. dicitur. (Cap. 20.) Libri aperti sunt, & alius liber apertus est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erat in libris secundum opera ipsorum, vt per libros qui dicuntur sic aperti, vt Augu. exponit 20. de ci. dei, significentur sancti noui & veteris testamenti, (Cap. 14.) in quibus deus ostendit quæ mandata fieri iussisset: vnde vt Ricardus de sancto Victore dicit, eorum corda erunt quasi quædam canonum decreta: (Tractatu de iudiciaria ptãte circa medium.) sed ꝑ librum vitæ de quo subiungitur, intelliguntur conscientiæ singulorũ, quæ dñr singulariter liber vnus, quia vna uirtute diuina fiet, vt cunctis ad memoriam sua facta reuocentur. Et hæc vis in quantum ad memoriam reducitur homini sua facta, liber vitæ dicitur: vel ꝑ primos libros, conscientiæ intelligãtur, per secundum, sententia iudicis in eius prouidentia descripta. I K

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quamuis multa merita, vel demerita a memoria excidant, tamen nullum eorũ erit quod non aliquo modo remaneat in suo effectu: quia merita quæ non sunt mortificata, manebunt in præmium quod eis redditur: quæ autem sunt mortificata, manent in reatu ingratitudinis, quæ augentur ex hoc ꝙ homo post gratiam susceptã peccauit. Similiter etiam demerita, quæ non sunt per pœnitentiam deleta, manent in reatu pęnæ quæ eis debetur: quæ autẽ pœnitentia deleuit, manent in ipsa pœnitentię memoria, quã simul cum alijs meritis in notitiam habebunt: vnde in quolibet homine erit aliquid, ex quo possit ad memoriam sua opera reuocare, & tamen vt Augu. dicit, principaliter ad hoc vis diuina operabitur. (Vbi supra.)

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ iam patet ex dictis, ꝙ aliquę notæ manent in conscientijs singulorum de operibus a se factis, nec oportet quòd notæ istæ sint reatus tantum, vt ex dictis patet.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis charitas sit nunc causa dolendi de peccato, tamen sancti in patria erũt ita perfusi in gaudio, ꝙ dolor in eis locum habere non poterit: & ideo de peccatis non delebunt, sed potius gaudebũt de diuina misericordia qua eis sunt peccata relaxata, sicut ẽt nunc angeli gaudent de iustitia diuina, qua fit ut deserti a gratia in peccato ruant illi quos custodiũt, quorum tamen saluti sollicite inuigilant.

iudicaturus est viuos & mortuos. Aut enim uiui accipientur qui in aduentu eius uiui reperiẽtur, licet in raptu [d] moriantur, & mortui qui ante decesserant: vel viui & mortui quidem accipiuntur iusti & iniusti.

Quomodo omnes incorrupti.

G CVmque ex prædictis sane credi ualeat omnes resurrecturos, creden

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ mali cognoscent omnia bona q̃ fecerunt, & ex hoc nõ minuetur eorum [d] dolor, sed magis augebitur, quia maximus est dolor multa bona perdidisse, propter quod Boetius dicit in 2. de conso. quòd summum infortunij genus est fuisse felicem. (D'416. Prosa. 11.)

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, ꝙ in vltimo & communi iudicio oportet ꝙ diuina iustitia omnibus euidẽter appareat, quod nunc in plerisque latet. Sententia autẽ condemnans, vel præmians iusta esse non põt, nisi secundũ merita, vel demerita proferatur: & ideo sicut oportet ꝙ iudex & assessor iudicis merita causæ cognoscant ad hoc, ꝙ iustam sententiam proferant, ita oportet ad hoc ꝙ iusta sñia appareat, ꝙ oĩbus sententiã cognoscentibus merita innotescant. Vnde qa sicut cuilibet nota erit sua præmiatio, & sua damnatio, ita & omnibus alijs innotescet, oportet quòd sicut quilibet sua merita, vel demerita reducet ad memoriam, ita etiam & aliena eius cognitioni subiaceant: & hæc est probabilior & cõmunior opinio, quàmuis magister contrarium dicat in litera, s. quòd peccata quæ sunt per pænitentiam deleta, in iudicio alijs non patefient: sed ex hoc sequitur, ꝙ nec ẽt pænitentia de peccatis illis perfecta cognoscetur, in quo multũ detraheretur sanctorũ gloriæ, &, laudi diuinæ, qui tam misericorditer sanctos suos liberauit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ omnia merita præcedentia, vel demerita facient aliquam quantitatem in gloria, vel miseria hominis resurgentis, vt ex dictis patet: & ideo ex exterioribus visis poterunt cuncta in conscientijs uideri, & pręcipue diuina virtute ad hoc operante, vt sententia iudicis iusta appareat omnibus.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ merita, vel demerita poterunt alijs oñdi in suis effectibus, vt ex dictis patet, vel etiam in seipsis per diuinam virtutem, quamuis ad hoc virtus intellectus creati non sufficiat.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ publicatio peccatorum ad ignominiam peccãtis est effectus negligentiæ, quę cõmittitur in omissione confessionis: sed ꝙ peccata sanctorum reuelantur, nõ poterit eis esse in erubescentiam, vel verecundiam, sicut nec Mariæ Magdalenæ est in confusionẽ, ꝙ peccata sua in ecclesia publice recitantur, quia verecundia est timor ingloriationis, vt dicit Damas. qui in beatis esse non poterit: sed talis publicatio erit eis ad magnam gloriã ꝑꝑ pęnitẽtiam quam fecerunt, sicut & confessor approbat eum qui magna scelera fortiter confitetur: dicuntur autem peccata esse deleta, quia deus non uidet ea ad puniendum. (De fide orthodox. c. 25.)

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex hoc ꝙ peccator aliorũ peccata inspiciet, in nullo sua confusio minuetur, sed magis augebitur in alieno vituperio suũ vituperium magis perpẽdens. Quòd enim ex tali causa confusio minuatur, conuenit ex hoc quòd vẽrecundia respicit æstimationem hominum, quę ex consuetudine redditur leuior: sed tunc confusio respicit æstimationem dei, quæ est secundum veritatem de quolibet peccato siue sit vnius tantum, siue multorum.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, ꝙ omnia merita, vel demerita simul aliquis videbit sua, & aliena in instãti, quod quidem de beatis facile credi põt, quia omnia in vno videbunt, & sic nõ est inconueniens ꝙ simul plura videant: sed in damnatis, quorum intellectus non est eleuatus vt possit deũ uidere, & in eo omnia alia, est magis difficile. Et ideo alij dicunt, quòd mali

mali simul omnia videbunt in genere sua peccata, & hoc sufficit ad accusationem illam, quæ debet esse in iudicio, vel absolutionem, non autem videbunt simul omnia descendendo ad singularia. Sed hoc etiam non videtur consonum dictis Augu st. 20. de ciuit. dei, (Cap. 14.) qui dicit quòd omnia mentis intuitu enumerabuntur, quod autem in genere cognoscit, non enumeratur. Vnde potest eligi media via ꝙ singula considerabunt, non tamẽ in instanti, sed in tẽpore breuissimo diuina virtute adiuuante: & hoc ẽ qđ Aug. dicit ibidem, quòd mira celeritate enumerabuntur: nec hoc est impossibile, quia in quolibet paruo tempore sunt infinita instantia in potentia: & per hoc patet responsio ad vtranque partem. A B

dum est etiam quòd omnes resurgent incorrupti, non utique impassibiles, quia mortem patientur æternam, sed sine diminutione membrorum omnia humani corporis habituri membra, nec tamẽ gloria ac spe impassibilitatis induentur.

EXPOSITIO TEXTVS.

IN *iussu, & in uoce archangeli &c.* Potest per hæc tria idem signari, vt illa vox dicatur iussus quantum ad virtutẽ, quia ei corpora mortuorum obediunt: vox archangeli, idest Christi, qui est princeps angelorum quantum ad dignitatem proferentis: tuba quantum ad euidentiam: vel iussus refertur ad causam principalem, scilicet diuinam virtutem, cui obediunt omnia: vox archangeli ad ministerium angelorũ, sed tuba ad operationẽ hominis Christi: hæc enim tria in resurrectione operabuntur. *Vnde rationabiliter putari potest &c.* Sustinendo magistrum potest dici ꝙ peccata iustorum nõ venient in notitiam vt peccata, sed vt dimissa, sic enim considerationi cuiuslibet occurrent: vndẽ ex hoc non sequitur cõfusio, sed gloria. Dicuntur autem tegi, inquãtum deus ea non videt ad puniendum, sicut exponit glo. super illud psal. 31. Beati quorũ remissæ sunt iniquitates &c. *Econtra vero scribens &c.* Quidam dicunt, quòd Hiero. non dixit hoc asserendo, sed opinionem cuiusdam græci recitando. C

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de conditionibus resurrectionis, hic determinat de conditionibus resurgentium. Et diuiditur in partes duas. In prima parte determinat de conditionibus resurgentium, qui ad perfectionem humanę naturæ peruenerunt. In secunda de conditionibus illorum qui in præsenti vita prædicta perfectione caruerunt. s. de abortiuis fœtibus, ibi *Illud etiam inuestigare oportet &c.* Prima in duas. In prima determinat conditiones resurgentium beatorum: in secunda conditiones malorum, ibi. *De reprobis autem quæri solet &c.* Prima in tres. In prima determinat resurgentium ætatem & staturam: in secunda corporum integritatem, ibi. *Non enim perit deo &c.* In tertia eorum gloriam, ibi. *Hoc autem in corporibus sanctorum &c. De reprobis autem &c.* Hic determinat conditiones reproborũ, & primo quantum ad reprobationem naturæ: secundo quantum ad passionem pœnę, ibi. *Si vero quæritur de corporibus &c.* Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quando corpora reproborum poterunt pœnam pati: secundo ostendit idem de spiritibus damnatorum, ibi. *Quæri etiam solet &c.* Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit quando spiritus dæmonũm sunt passibiles ab igne corporali. Secundo ostendit idem de spiritibus damnatorum hominum, ibi. *Cum autem constet animas &c.* D E

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est triplex quæstio circa conditionem resurgentium.

¶ Prima, De his quæ cõmuniter ad bonos & malos ptinẽt.
¶ Secunda, De his quæ pertinent tantum ad bonos.
¶ Tertia, De his quæ spectant tantum ad malos.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, De identitate resurgentium.
¶ Secundo, De integritate corporum.
¶ Tertio, De qualitate ipsorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum idem corpus anima resumat in resurrectione.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ non idẽ corpus anima resumat in resurrectione 1. Cor. 15. Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum: sed Apostolus ibi comparat mortem seminationi, & resurrectionem pullulationi. ergo nõ idẽ corpus quod per mortẽ deponitur, in resurrectione resumitur. (Cõtra gẽtiles cap. 81.)

DISTINC. XLIIII.

A

De ætate & statura resurgentium.

SOlent autẽ nonnulli percontari & quęrere, an in [c] eadem ætate & statura corporis omnes resurrecturi sint. (Qua in ætate & statura mortui ĩ vlt. & generali iudicio sint resurrecturi.)

B ¶ 2 Pręt. Cuilibet formæ aptatur materia secundum suam cõditionem, & similiter cuilibet agẽti instrumentum: sed corpus comparatur ad animam sicut materia ad formam, & instrumentum ad agentem. cum ergo anima in resurrectione non sit eiusdem conditionis sicut modo est, quia vel transfertur totaliter in cęlestem vitam, cui inhæsit viuens in mundo: vel deprimetur in brutalem, si brutaliter vixit in hoc mundo, videtur quòd non resumet idem corpus, sed vel cęleste, vel brutale.

¶ 3 Præt. Corpus humanum vsque ad elementa post mortem resoluitur, ut supradictum est: sed illæ partes elementorum, in quas corpus humanum resolutum est, non conueniunt cum corpore humano quod in ea resolutum est, nisi in materia prima, quomodo quælibet aliæ elementorum partes cum prędicto corpore conueniunt. Si autem ex alijs partibus elementorum corpus formaretur, non diceretur idem numero. ergo nec C si ex illis partibus reparetur corpus, erit numero idem. (dist. præcedenti q. vnica ar. 4. q̃ 3. in cor.)

¶ 3 Præt. Impossibile est esse idem numero, cuius partes essentiales sunt aliæ numero: sed forma misti quę est pars essentialis corporis humani, sicut forma eius, non poterit eadem resumi. ergo corpus non erit idem numero. Probatio mediæ. Illud n. quod penitus cedit in non ens, non potest idem numero resumi, quod patet ex hoc, quia non potest esse idem numero, cuius est esse diuersum: sed esse interruptum quod est actus entis est diuersum, & sicut quilibet alius actus interruptus: sed forma mistionis penitus cedit in non ens per mortem, cum sit forma corporalis, & similiter qualitates cõtrariæ ex quibus fit mistio. ergo forma mistionis non redit eadem numero.

SED CONTRA est, quod dicit Iob. 19. In carne mea videbo deum saluatorem meum: loquitur autem de visione post resurrectionem, quod patet ex hoc quod præcedit. In nouissimo die de terra resurrecturus sum. ergo idem numero corpus resurget. D

¶ 2 Præt. Sicut Damasce. dicit in 4. lib. Resurrectio est eius qui cecidit secunda surrectio: sed hoc corpus quod nunc gerimus, per mortem cecidit. ergo idem numero resurget. (capit. 28. in princ.)

VLTERIVS. Videtur quòd non sit idem numero homo qui resurget. Sicut enim dicit Philosophus secundo de generatione. Quæcumque habent speciem corruptibilem motam non reiterantur eadem numero: sed talis est substantia hominis secundum præsentem statum. ergo post mutationem mortis non potest reiterari idem numero. (Text. com. vlt. 24. Cõtra gen. ca. 81. ad 2. obiectũ, & quol. 11 ar. 6.)

¶ 2 Præt. Vbi est alia & alia humanitas, non est idem homo numero. vnde Sortes & Plato sunt duo homines, & non vnus homo, quia alia est humanitas utriusque: sed alia est humanitas hominis resurgentis ab ea quam nunc habet. ergo nõ est idem homo numero. Media potest probari dupliciter. Primo, quia humanitas quæ est forma totius, non est forma & substantia E sicut anima, sed est forma tantum: huiusmodi autẽ formæ penitus cedunt in non ens, & sic non possunt reiterari. Secũdo, quia humanitas resultat ex cõiunctione partium: sed non potest eadem numero coniunctio resumi quæ prius fuit, quia iteratio identitati opponitur. Iteratio enim numerum importat, identitas autem vnitatem quæ se non compatiuntur: in resurrectione autem coniunctio iteratur. ergo non est eadem coniunctio, & sic nec eadem humanitas, nec idem homo.

¶ 3 Præt. Vnus homo non est, si est plura animalia. ergo si nõ ẽ idẽ animal, non est vnus numero homo: sed vbi non est idẽ sensus, non est idem animal, quia animal diffinitur per sensum primum, scilicet tactum, vt patet secundo de anima: sensus autem cum non maneat in anima separata, vt quidam dicunt, non possunt idem numero resumi. ergo in resurrectione nõ erit homo resurgens idem animal in numero, & sic nec idem homo. (T. com. 17. & 27.)

¶ 4 Præt. Materia statuæ principalior est in statua, quàm materia hominis in homine, quia artificialia tota sunt in genere substantiæ

T. com. 7. com. 8.

substantiæ ex materia, sed naturalia ex forma, vt patet per Philosophum in 2. phys. & Commentator idem dicit in 2. de anima: sed si statua ex eodem ære reficiatur, non est eadem numero, ergo multo minus si homo ex eisdem pulueribus reficiatur, non erit idem homo numero.

q̄stiū. 1. huius ar. 1 opposita falsi. Ephes. 4.

Sed contra est, quod dr̄ Iob. 19. Quē visurus sum ego ipse, & nō alius, & loquitur de visione post resurrectionem, vt supra dictum est. ergo idē numero homo resurget.

Quidam putauerunt omnes resurrecturos secundum mēsuram ætatis & staturę Christi. Ideo quia Apostolus ait. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Sed his uerbis non eadem resurgentibus assignatur statura, sed ętas. Om

Augu. 8. de tri. capit. 5. circa finem

¶ 2 Præt. August. dicit 8. lib. de trini. quòd resurgere nihil aliud est quàm reuiuiscere: nisi autem idē homo numero rediret ad vitam qui mortuus est, non diceretur reuiuiscere. ergo non resurgeret, quod est contra fidem.

T. com. 9.

Vlterius. Videtur quòd oporteat pulueres humani corporis ad eandem partem corporis quæ in eis dissoluta est per resurrectionem redire, quia secundum Philosophum in 2. de anima. Sicut se habet tota anima ad totum corpus, ita pars animæ ad partem corporis, vt visus ad pupillam: sed oportet quòd post resurrectionem corpus resumatur ab anima eadem. ergo oportet quòd etiam partes corporis resumantur ad eadem membra, in quibus eisdem partibus animæ perficiantur.

T. com. 31.

¶ 2 Præt. Diuersitas materiæ facit diuersitatem in numero: sed si pulueres nō redeant ad easdem partes, singulę partes non reficientur ex eadem materia ex qua prius costabant. ergo non erunt eædem numero: sed si partes sunt diuersæ, & totum erit diuersum, quia partes comparantur ad totum sicut materia ad formam, vt patet 2. phy. ergo non erit idem numero homo, qđ est contra veritatem resurrectionis.

¶ 3 Præt. Resurrectio ad hoc ordinatur, quòd homo operum suorum mercedem accipiat: sed diuersis operibus meritorijs, vel demeritorijs diuersæ partes corporis deseruiunt. ergo oportet quòd in resurrectione quælibet pars ad suum statū redeat, vt pro suo modo præmietur.

Sed contra. Artificialia magis depēdent ex sua materia quàm naturalia: sed in artificialibus ad hoc quòd idem artificiatum ex eadem materia reparetur, non oportet ꝙ partes reducantur ad eundem situm. ergo nec in homine oportet.

¶ 2 Pręt. Variatio accidentis non facit diuersitatem in numero: sed situs partium est accidens quoddam. ergo diuersitas eius in homine non facit diuersitatem in numero.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd circa hanc quæstionem & philosophi errauerunt, & quidam moderni hæretici errant. Quidam .n. philosophi posuerunt animas a corpore separatas iterato corporibus coniungi: sed errabant in hoc quantum ad duo. Primo, quantum ad modum coniunctionis, quia quidam ponebant animam separatam corpori iterum coniungi naturaliter per viam generationis: secūdo, quātum ad corpus cui coniungebatur. Secundo, quia ponebant ꝙ secunda coniunctio nō erat ad idem corpus, quod per mortem depositum fuit, sed ad aliud quandoque quidem idem specie, quandoque autem diuersum: ad diuersum quidem quando anima in corpore existens præter rationis ordinem vitam duxerat bestialem, vnde transibat post mortem de corpore hominis in corpus alterius animalis, cuius moribus viuendo se conformauit, sicut in corpus canis propter luxuriā, & in corpus leonis propter rapinam & violentiam, & sic de alijs: sed in corpus eiusdem speciei, quando anima bene in corpore viuens, post mortē aliqua felicitate perfuncta, post aliqua sæcula incipiebat ad corpus velle redire, & sic iterum corpori coniungebatur humano. Sed hæc opinio ex duabus falsis radicibus venit, quarum prima est, quia anima non coniungitur corpori essentialiter, sicut forma materiæ, sed solum accidentaliter, sicut motor mobili, aut homo vestimento, & ideo ponere poterant quòd anima præexistebat antequam corpori generato infunderetur in generatione naturali, & iterum ꝙ diuersis corporibus vniretur. Secunda est, quia ponebat intellectum non differre a sensu nisi accidentaliter, vt. s. homo diceretur intellectum habere præ alijs animalibus, quia in eo propter optimam corporis cōplexionem vis sensitiua amplius viget: vnde poterant ponere ꝙ anima hominis in corpus animalis bruti transiret, præcipue facta immutatione animæ humanæ ad effectus brutales. Sed prædictæ duæ radices destruunt a Philosopho in lib. de anima, quibus destructis patet falsitas prædictæ positionis. Et simili modo destruuntur errores quorundam hæreticorum, quorum quidam in prædictas positiones inciderunt. Quidam autem

D. 766.

Et prima q̄ dē destruit

F posuerunt animam iterato coniungi corporibus cęlestibus, vel etiam corporibus in modum venti subtilibus, vt Greg. de quodam Constantinopolitano episcopo narrat, exponens illud verbum Iob. In carne mea videbo deum saluatorem &c. Et præter hoc, prędicti errores hæreticorum destrui possunt ex hoc, quòd veritati resurrectionis pręiudicant, quā sacra scriptura profitetur. Non. n. resurrectio dici pōt, nisi anima ad idem corpꝰ redeat, quia resurrectio est iterata surrectio, eiusdē autem est surgere & cadere: vnde resurrectio magis

ex ipsius diuinæ desinitione 1. de aīa posi. ta. tex. co. 6. & 24. 2. aīa ex 1. de aīa tex. co. 65. & 66. & ex 2. tex. com. 21. & ex 3. tex. co. 4. 6. 7. & 10. Gregorius ca. 19. expositionis aūt suæ 31. lib. 15.

nes enim in eadē ætate resurgent, in qua Christus mortuus est & resurrexit, cuiuscunque ętatis mortui fuerint. Virum autem posuit nō ut distingueret sexum, sed ut significaret perfectionem virium, quam tunc habebunt, sed non omnes eādem staturam corporis obtinebūt.

G respicit corpus quod post mortem cadit, q̄ animam quę post mortem viuit: & ita si non est idem corpus quod anima resumit, non dicetur resurrectio, sed magis noui corporis assumptio.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ similitudo non currit per omnia, sed quantū ad aliquid. In seminatione enim grani granum seminatum & natum non est idem numero, nec eodē mō se habens, cum primo seminatum fuerit absque folliculis cum quibus nascitur: corpus autem resurgens erit idem, sed alio modo se habens, quia fuit mortale, & surget in immortalitate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd differentia quæ est inter animam resurgentis, & animam in hoc mundo viuentis, non est secundum aliquod essentiale, sed secundum gloriam & miseriam, quæ differentiam accidentalem faciunt: vnde non oportet ꝙ aliud corpus numero resurgat, sed alio modo se habens, vt respondeat proportionabiliter differentia corporum differentiæ animarum.

H ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illud quod intelligitur in materia, ante formam remanet in materia post corruptionem, quia remoto posteriori, remanere adhuc potest prius: oportet autem, vt Commen. dicit in 1. Phy. & in lib. de substantia orbis, in materia generabilium & corruptibilium ante formam substantialem intelligere dimensiones non terminatas, secundum quas attendatur diuisio materiæ, vt diuersas formas in diuersis partibus recipere possit: vnde & post separationem formæ substantialis a materia adhuc dimensiones illæ manent eædem, & sic materia sub illis dimensionibus existens quamcumque formā accipiat, habet maiorem identitatem ad illud quod ex ea generatum fuerat, quàm aliqua pars alia materiæ sub quacunque forma existens, & sic eadem materia ad corpus humanum reparandum reducetur, quæ prius eius materia fuit.

Co. 61. de substantia orb. cap. 1. D. 517.

I ¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut qualitas simplex non est forma substantialis elementi, sed accidens proprium eius, & dispositio per quam materia efficitur propria tali formæ: ita forma mistionis, quæ est forma resultans ex qualitatibus simplicibus ad medium venientibus, non est substantialis forma corporis misti, sed est accidens proprium, & dispositio per quā materia fit necessaria ad formam. Corpus autem humanum præter hanc formam mistionis non habet aliam formam substantialem nisi animam rationalem, quia si haberet aliam formam substantialem priorem illa, daret ei esse substantiale, & sic per eam constitueretur in genere substantiæ: vnde anima iam adueniret corpori constituto in genere substantiæ: & sic cōparatio animæ ad corpus esset sicut cōparatio formarū artificialiū ad suas materias quantū ad hoc quòd constituuntur in genere substantiæ per suā materiā: vnde coniunctio animæ ad corpus esset accidentalis, quod est error antiquorū philosophorū in lib. de anima reprobatus. Sequeretur etiā quòd corpus humanum & singulæ partes eius non æquiuoce retinerent priora nomina, quod est cōtra Philosophū in 2. de anima: vnde cum anima rationalis remanet, nulla forma corporis humani substantialis cedit penitus in non ens. Formarū autē accidētaliū variatio non facit diuersitatem in numero: vnde idem numero resurget cum materia eadē numero resumatur, vt in pcedenti solutione dictum est.

K Ex scdo li. tex. co. 10. & 11. tex. com. 9.

Ad secundam quæstionē dicendū, quòd necessitas ponendi resurrectionem est ex hoc, ut homo finem vltimum propter quē homo factus est consequatur, quod in hac uita fieri non potest, nec in uita animæ separatæ, vt supra dictū est, alias vane esset homo constitutus, si ad finem ad quē factus est peruenire non posset. Et quia oportet quod illud idē numero ad finem perueniat, quod propter finē est factū, ne in vanum factum esse videatur, oportet quòd idem numero homo resurgat, & hoc quidē fit cum eadem anima eidē numero corpori coniungitur, vt ex dictis patet, alias enim non esset resurrectio proprie loquendo, nisi idem homo repararetur, vnde ponere ꝙ non

q̄stiū. minime pręca.

A non sit idem numero qui resurget est hæreticum, derogans veritati scripturæ, quæ resurrectionem prædicat.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Philosophus loquitur de iteratione quæ fit per motum vel mutationem naturalem. Ostēdit enim differentiam circulationis, quæ est in generatione & corruptione ad circulationem quæ est in motu cęli, quia cęlum per motum localem redit idem numero ad principium motus, quia habet substantiam incorruptibilem motam: sed generabilia &

Vnde August. Non ait in mensurā corporis, vel staturæ, sed ætatis: quia vnusquisque suam recipiet mensuram corporis, quam vel habuit in iuuentute etiā si senex obijt, vel fuerat habiturus, si ante est defunctus. Ætas vero erit illa, ad quā

B corruptibilia per generationem redeunt ad idem specie, non ad idem numero, quia ex homine generatur semen ex quo sanguis, & sic deinceps quousque perueniatur ad hominem non ad eundem numero, sed specie: & ex igne generatur aer ex quo aqua, ex aqua terra, ex terra ignis, non idem numero, sed specie: vnde patet quòd ratio inducta secundum Philosophi intentionem non est ad propositum. Vel dicendum, quòd aliorum generabilium & corruptibilium forma non est per se subsistens, vt post compositi corruptionem manere valeat, sicut est de anima rationali, quæ esse, quod sibi in corpore acquiritur, etiam post corpus retinet, & in participatione illius esse d corpus per resurrectionem adducitur, cum non sit aliud esse corporis, & aliud animæ in corpore, alias esset coniunctio animæ & corporis accidentalis, & sic nulla interruptio facta est in esse substantiali hominis, vt non possit idem numero redire propter interruptionem essendi, sicut accidit in alijs rebus corruptis, quarum esse omnino interrumpitur forma non remanente, materia autem sub alio esse remanente: sed tamen nec etiam homo per generationem naturalem reiteratur idem numero, quia corpus generati hominis non fit ex tota materia generantis, vnde est corpus diuersum in numero, & per consequens anima, & totus homo.

C ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ de humanitate, & de qualibet forma totius est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd idem secundum rem est forma totius, & forma partis: forma partis secundum quod perficit materiam, forma autem totius secundum quod ex ea tota ratio speciei consequitur: & secundum hanc opinionem humanitas secundum rem nō est aliud quàm anima rationalis, & sic cum anima rationalis eadem numero resumatur, eadem numero erit humanitas, & etiā post mortem manet, quamuis non sub ratione humanitatis, quia ex ea compositum rationem speciei non consequitur. Alia opinio est Auicennæ, quæ verior videtur, quia forma totius non est forma partis tantum, nec forma aliqua alia præter formam partis, sed est totum resultans ex compositione formæ & materiæ comprehendens in se vtrumque, & hæc forma totius essentia, vel quidditas dicitur. Quia ergo in resurrectiōe idem numero corpus erit, & eadem numero anima rationalis, erit de necessitate eadem humanitas. Prima autem ratio probans diuersitatem humanitatis futuram, procedebat ac si humanitas esset quædam alia forma superueniens formę & materiæ, quod falsum est. Secunda autem ratio etiam non potest identitatē humanitatis impedire, quia coniunctio significat actionem, vel passionem, quæ quamuis sit diuersa, non potest impedire identitatem humanitatis, quia actio & passio, ex quibus erat humanitas, non sunt de essentia humanitatis, vnde eorum diuersitas non inducit diuersitatem humanitatis. Constat. n. ꝙ generatio & resurrectio non sunt idem motus numero, nec tamen propter hoc impeditur identitas resurgentis. Similiter etiam nec impeditur identitas humanitatis, si accipiatur coniunctio pro ipsa relatione, quia relatio illa non est de essentia humanitatis, sed concomitatur eam, eo quòd humanitas nō est de illis formis, quæ sunt compositio & ordo, vt. dicitur 2. Phy. sicut sunt formæ artificiatorum, vnde existente alia compositione numero, non est eadem numero forma domus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa optimę concludit contra illos qui ponebant animam sensibilem & rationalem diuisas in homine esse, quia secundum hoc anima sensitiua in homine non esset incorruptibilis, sicut nec in alijs animalibus. Vnde in resurrectione non erit eadem anima sensibilis, & per consequens nec idem animal, nec idem homo. Si autem ponamꝰ ꝙ eadem anima secundum substantiam in homine sit rationalis & sensibilis, nullas in hoc angustias patiemur, quia animal diffinitur per sensum, qui est anima sensitiua, sicut per formam essentialem: per sensum autem qui est potentia sensitiua cognoscitur eius diffinitio, sicut per formam accidentalem, quæ maximam partem confert ad cognoscendum quod quid est, vt in 1. de anima dicitur. Post mortem ergo manet anima sensibilis sicut anima rationalis secundum substantiā, sed potentiæ sensitiuæ secundum quosdam, non manent, quæ quidem potentiæ cum sint accidentales proprietates, earum varietas identitatem animalis totius auferre nō potest, nec etiam partium animalis: nō enim dicuntur potentię perfectionis, vel actus organorū, nisi sint principia agendi, vt calor in igne.

T. com. 11. D. 184.

peruenit Christus, scilicet iuuenilis, ut circa triginta annos. Triginta enim duum annorum, & trium mēsium erat ętas Christi, in qua mortuus est, & resurrexit. Non est autem fas dicere, quòd in resurrectione accedat corpori magnitudo,

Lib. 22. de ciuit dei ca. 15. tom. 5.

¶ Ad quartum dicendum, quòd statua dupliciter considerari potest, vel secundum quod est substantia quædam, uel secundum quod est artificiale quoddam. Et quia in genere substantię ponitur ratione suæ materiæ, ideo si consideretur secundum quod est substantia quædam, est eadem numero statua, quæ ex eadem materia reparatur: sed in genere artificialium ponitur secundum quod est forma, quæ accidens quoddam est, & transit statua destructa, & sic non redit idem numero, nec statua idem numero esse potest: sed forma hominis, scilicet anima manet post dissolutionem corporis, & ideo non est similis ratio.

Ad tertiam quæstionem dicēdum, quòd in hac quęst. differt considerare quid fieri possit sine identitatis præiudicio, & quid fiet vt congruentia seruetur. Quantum ergo ad primū, sciendum quòd in homine possunt accipi diuersæ partes totius d dupliciter. Vno modo diuersæ partes homogenei, sicut diuersæ partes carnis, vel diuersæ partes ossis. Alio modo diuersæ partes diuersarum specierum totius etherogenei. Si ergo dicatur ꝙ pars materiæ redibit ad aliam partem speciei eiusdem, hoc non faciet nisi varietatem in situ partium: situs autē partium variatus non variat speciem in totis homogeneis, & sic si materia vnius partis redeat ad aliam, nullum præiudicium generabitur identitati totius: & ita etiam est in exemplo quod ponitur in litera, quia statua non redit eadem numero secundū formam, sed secundum materiam, secundum quam est substātia quædam: sic autem statua est homogenea, quamuis non secundum formam artificialem. Si autem dicatur quòd materia vnius partis redit ad aliam partem alterius speciei, sic de necessitate variatur non solum situs partium, sed etiam identitas ipsarum, ita tamen si tota materia, aut aliquid quod erat de veritate humanæ naturæ in vna in aliam transferatur, non autem si aliquod, quod erat in una parte superfluum, trāsferatur in aliam: ablata autem identitate partium, aufertur identitas totius, si loquimur de partibus essentialibus, non autem si loquimur de partibus accidētalibus, sicut sunt capilli & vngues, de quibus videtur loqui August. & sic patet qualiter translatio materiæ de parte in partem tollit identitatem totius, & qualiter non: sed loquendo secundum congruentiam magis probabile est, ꝙ etiam situs partium idem seruabitur in resurrectione, præcipue quantum ad partes essentiales & organicas, quamuis forte non quantum ad partes accidētales, sicut sunt vngues & capilli.

D. 1157.

Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de partibus organicis, & non de partibus similibus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd diuersus situs partium materiæ non facit diuersitatem in numero, quamuis eam faciat diuersitas materiæ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ operatio non est proprie loquendo partis, sed totius, vnde præmium non debetur parti, sed toti.

E

ARTICVLVS II.

b *Vtrum omnia membra corporis humani resurgent.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd non omnia membra corporis humani resurgent. Remoto .n. fine, frustra reparatur illud quod est ad finem: finis autem cuiuslibet membri est eius actus. cum ergo nihil sit frustra in operibus diuinis, & quorundam membrorum vsus post resurrectionem non competat, præcipue genitalium, quia tunc nec nubent, nec nubentur, videtur quòd non omnia membra resurgent.

¶ 2 Præt. Intestina, membra quædam sunt: sed non resurgent, plena enim resurgere non possunt, quia immunditias continent: nec vacua, quia nihil est vacuum in natura. ergo nō omnia membra resurgent.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Ad hoc corpus resurget, vt præmietur de opere quod anima per ipsum gessit: sed membrũ propter furtum amputatum furi, qui postea pœnitentiam agit & saluatur, non potest in resurrectione remunerari neque de bono, quia ad hoc non cooperatum est, neque de malo, quia pęna membri in pęnam hominis redundaret. ergo non omnia membra resurgent cum homine.

SED CONTRA. Magis pertinet ad veritatem humanæ naturæ alia mẽbra quàm capilli & vngues: sed capilli & vngues restituentur homini in resurrectione, vt dicitur in litera. ergo multo fortius alia membra.

Lucæ. 21.

quam nec habuit hic, nec erat habiturum diu viuendo, nec maiora corpora redigenda sunt ad modum dominici corporis. Periret enim multum de illis corporibus, cum nec peritur[a] sit capillus, vt ait Dñs. Capillus de capite vestro nõ peribit.

¶ 2 Præt. Dei perfecta sunt opera: sed resurrectio opere diuino fiet. ergo homo reparabitur perfectus in omnibus membris.

II VLTERIVS. Videtur quòd capilli & vngues in homine non resurgent. Sicut enim capilli & vngues ex superfluitatibus cibi generantur, ita vrina, sudor, & aliæ huiusmodi feces: sed hæc nõ resurgẽt cũ corpore. ergo nec capilli & vngues.

¶ 2 Præt. Inter alias superfluitates, quæ ex cibo generantur, maxime accedit ad naturæ humanę veritatem semen, quod est superfluum quo indigetur: sed semen non resurget in corpore hominis. ergo multo minus capilli & vngues resurgent.

¶ 3 Præt. Nihil est perfectum anima rationali, quod non sit perfectum anima sensibili: sed capilli & vngues non sunt perfecti anima sensibili, quia eis non sentimus, vt dicitur in primo de anima. ergo cum non resurgat corpus humanum nisi propter hoc quod est perfectum ab anima rationali, videtur ꝙ capilli & vngues non resurgent. (T. com. 79.)

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit.

¶ 2 Præt. Capilli & vngues sunt dati in ornatum homini: sed corpora hominum præcipue electorum, debent resurgere cũ omni ornatu. ergo debent resurgere cum capillis.

III VLTERIVS. Videtur quòd humores in corpore non resurgent, quia 1. Cor. 15. dicitur, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt: sed sanguis est principalior humor. ergo non resurget in beatis qui regnum dei possidebunt, & multo minus in alijs. (3. par. q. 54. ar. 2. & quo li. 5. a. 5.)

¶ 2 Præt. Humores sunt ad restaurationem deperditi: sed post resurrectionem nulla deperditio fiet. ergo corpus non resurget cum humoribus.

¶ 3 Præt. Illud quod est in via generationis in corpore humano nondũ est ab anima rationali perfectũ: sed humores adhuc sunt in via generationis, quia sunt in potentia caro & os. ergo nondum sunt perfecti anima rationali: sed corpus humanum nõ habet ordinem ad resurrectionem nisi secundũ quod est anima rationali perfectũ. ergo humores in eo non resurgẽt.

SED CONTRA. Quod est de constitutione corporis humani resurget in eo: sed humores sunt huiusmodi, quod patet per August. qui dicit quòd corpus constat ex membris officialibus, officialia ex similibus, similia ex humoribus. ergo humores resurgent in corpore. (De spiritu & aia c. 15.)

¶ 2 Præt. Resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi: sed in Christo resurrexit sanguis, alias nunc vinum non transubstantiaretur in sanguinem eius in sacramento altaris. ergo & ĩ nobis resurget sanguis, & eadẽ ratione alij humores.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ non totum quod fuit in corpore de veritate naturæ humanæ resurgat in ipso, quia cibus cõuertitur in veritatem humanæ naturæ: sed aliquando caro bouis sumitur in cibum. si ergo resurget quicquid fuit de veritate humanæ naturæ, resurget etiam caro bouis, quod videtur inconueniens.

¶ 2 Præt. Costa Adæ fuit de veritate humanæ naturæ, sicut & costa nostra in nobis: sed costa Adæ non resurget in eo, sed in Eua, alias Eua non resurgeret, quia de costa illa formata est. ergo non resurget in homine quicquid fuit de veritate humanæ naturæ in ipso.

¶ 3 Præt. Non potest esse quòd idem in diuersis hominibus resurgat: sed potest esse quòd aliquid fuit de veritate humanæ naturæ in diuersis hominibus, sicut si aliquis carnibus humanis vescatur, quæ in substantiam eius transeant. ergo non resurget in aliquo quicquid fuit de veritate humanæ naturæ in ipso. Si dicatur, quòd non quicquid est in carnibus comestis est de veritate humanæ naturæ, & ita aliquid eorum potest resurgere in primo, & aliquid in secundo. Contra. De veritate humanæ naturæ maxime videtur esse illud quod a

F parentibus trahitur: sed si aliquis non comedens nisi carnes humanas filium generet, oportet quòd illud quod filius a parente trahit, fuerit de carnibus aliorum hominum quas pater suus comedit, quia semen est de superfluo alimenti, vt Philosophus probat in lib. de animalibus. ergo illud quod est de veritate humanæ naturæ in puero isto etiam fuit de veritate humanæ naturæ in alijs hominibus, quorum pater carnes comedit. Si dicatur, quòd illud quod erat de veritate humanæ naturæ in carnibus hominum comestorum non transit in semen, sed illud quod erat G ibi de veritate humanæ naturæ non existens. Contra. Ponatur quòd aliquis cibetur solum embrijs, in quibus videtur nihil esse quod non sit de veritate naturæ, quia totum quod est in eis trahitur a parentibus. Si ergo superfluitas cibi conuertitur in semen, oportet quòd illud quod fuit de veritate humanæ naturæ in embrijs, qui etiam ad resurrectionem pertinent, postquam animam rationalem perceperunt, sit etiam de veritate humanæ naturæ in puero, qui ex tali semine generatur, & sic cum non possit idem resurgere in duobus, non poterit in quolibet resurgere quicquid fuit de veritate humanæ naturæ in ipso.

(Lib. 1. de generatione animalium cap. 18.)

Quòd resurget quicquid fuit de substantia & natura corporis, & in eadem parte corporis.

NOn enim perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro, sed

(Aug. in Enchyridion cap. 88.)

SED CONTRA. Quicquid fuit in homine de veritate humanæ naturæ, fuit perfectum anima rationali: sed ex hoc habet corpus humanum ordinẽ ad resurrectionem, quia fuit anima rationali perfectum. ergo quicquid fuit de veritate H humanæ naturę, resurget in vnoquoque.

¶ 2 Præt. Si a corpore hominis subtrahatur aliquid quod est de veritate humanę naturæ, in ipso non erit corpus hominis perfectum: sed omnis imperfectio tolletur in resurrectione, pręcipue ab electis quibus promissum est Lucæ. 21. quòd capillus capitis eorum non peribit. ergo quicquid fuit de veritate naturæ humanæ, resurget in homine.

V VLTERIVS. Videtur quòd quicquid fuit materialiter in membris hominis, totum resurget. Minus enim videntur pertinere ad resurrectionem capilli quàm alia membra: sed quicquid fuit in capillis totum resurget, & si non in capillis saltem in alijs partibus corporis, vt August. dicit in litera. ergo multo fortius quicquid fuit in alijs membris materialiter, totum resurget.

¶ 2 Præt. Sicut partes carnis secundum speciem perficiuntur ab anima rationali, ita partes secundum materiam: sed corpus humanum habet ordinem ad resurrectionẽ ex hoc quòd fuit I anima rationali perfectum. ergo non solum partes secundum speciem, sed omnes partes secundum materiam resurgent.

¶ 3 Præt. Ex parte illa accidit corpori totalitas, ex qua parte accidit ei diuisio in partes: sed diuisio in partes accidit corpori ex parte materiæ, cuius dispositio est quantitas secundum quam diuiditur. ergo & totalitas corporis attenditur secundum partes materiæ. Si ergo non omnes partes materiæ resurgent, non totum corpus resurget, quod est inconueniens.

SED CONTRA. Partes secundum materiam non manent in corpore, sed fluunt & refluunt, vt patet per illud quod dicitur in primo de generatione. si ergo omnes partes secundum materiam resurgent, vel erit corpus resurgentis densissimum, vel erit immoderatæ quantitatis. (T. com. 35. & 36.)

¶ 2 Præt. Quicquid est de ueritate humanæ naturæ in vno homine, totum potest esse pars materiæ in alio homine, qui eius carnibus vescitur. si ergo omnes partes secundum materiam K resurgent in aliquo, sequitur quòd resurget in vno id quod est de veritate humanæ naturæ in alio, quod est inconueniens.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut dicitur in 2. de anima. Anima habet se ad corpus non solum in habitudine formæ & finis, sed etiam in habitudine causæ efficientis. Est enim comparatio animæ ad corpus, sicut est comparatio artis ad artificiatum, vt dicit Philosophus. Quicquid autem explicite in artificiato ostenditur, hoc totum implicite & originaliter in ipsa arte continetur: & similiter etiam quicquid in partibus corporis apparet, totum originaliter & quodammodo implicite in anima continetur. Sicut ergo artis opus nõ esset perfectum, si artificiato aliquid deesset eorum quæ ars continet, ita nec homo posset esse perfectus, nisi totum quod in anima implicite continetur, exterius in corpore explicetur, nec etiam corpus ad plenum proportionaliter responderet animæ. Cum ergo oporteat in resurrectione corpus

(T. com. 37. & 38.) (Lib. 7. Moralium Eudemicorum Arist. c. 11. fere in pr.)

pus hominis esse animæ totaliter correspondens, quia non resurgit nisi secundum ordinem quem habet ad animam rationalem, oporteat etiam hominem perfectum resurgere, vtpote qui ad vltimam perfectionem consequendam reparatur, oportet ꝙ omnia membra quæ nunc sunt in corpore, in resurrectione hominis reparentur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd membra dupliciter possunt considerari in comparatione ad animam, vel secundum habitudinem materiæ ad formã, vel secundum habitudinem instrumẽti ad agentem. Eadem est enim comparatio totius corporis ad totam animam, & partium ad partes, vt dicitur in 2. de anima. Si ergo membrum accipiatur secundum primam comparationem, finis eius non est operatio, sed magis perfectum esse speciei, quod etiam post resurrectionem requiretur. Si autem anima accipiatur ſm secundã cõparationem, sic finis eius est operatio: nec tamen sequitur quòd quando deficit operatio, frustra sit instrumẽtum, quia instrumentum non solum seruit ad exequendam operationem agentis, sed ad ostendendum virtutem ipsius, vnde oportebit vt virtus potentiarum animæ instrumentis corporis demonstretur, & si nunquam in actum prodeant, vt ex hoc cõmendetur dei sapientia.

in quemlibet puluerem cineremue soluatur, in quoslibet alitus, aurasque diffugiat, & in quamcumque aliorum corporum substantiã, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcumque animalium, vel hominum cibum, carnemque mu-

¶ Ad secundum dicendum, quòd intestina resurgent in corpore sicut & alia membra, & plena erunt non quidem turpibus superfluitatibus, sed nobilibus humiditatibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actus quibus meremur, non sunt proprie loquendo manus, vel pedis, sed hominis totius: sicut & operatio artis non attribuitur instrumento, sed artifici, vt Philosophus dicit. Quamuis ergo membrum quod ante pænitentiam est mutilatum, nõ sit cooperatum homini in statu illo quo gloriam post meretur, tamen ipse homo meretur vt totum præmietur, qui ex toto quod habet deo seruit.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd anima habet se ad corpus animatum sicut ars ad artificiatum, & ad partes eius sicut ars ad sua instrumenta, vnde & corpus animatum organicum dicitur: ars autem vtitur instrumentis quibusdam, ad operis intenti executionem, & hæc instrumenta sunt de prima intentione artis. Vtitur etiam aliis instrumentis ad conseruationem principalium instrumentorum, & hæc sunt de secunda intentione artis, sicut ars militaris vtitur gladio ad bellũ, & vagina ad gladii conseruationem, ita etiam in partibus corporis animati quædam ordinantur ad operationes animæ exequẽdas, sicut cor, epar, manus, & pes. Quædam autem ad conseruationem aliarum partium, sicut folia sunt ad cooperimentum fructuum, ita etiam capilli & vngues sunt in homine ad custodiã aliarum partium, vnde sunt de secunda perfectione corporis humani, quamuis non de prima: & quia homo resurget in omni perfectione suæ naturæ, propter hoc oportet quòd capilli & vngues resurgant in ipso.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illæ superfluitates expelluntur a natura quasi ad nihil vtiles, vnde non pertinent ad perfectionem corporis humani: secus autem est de aliis superfluitatibus, quas sibi natura retinet ad generationem capillorum & vnguium, quibus indiget ad membrorum conseruationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd semine non indigetur ad perfectionem indiuidui, sicut capillis, sed solum ad perfectionem speciei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd capilli & vngues nutriuntur & augentur, & sic patet quòd aliqua operatione participant, quod nõ posset esse nisi essent partes aliquo modo ab anima perfectæ. Et quia in homine non est nisi vna anima, scilicet anima rationalis, constat quòd ab anima rationali perfecta sunt, quamuis nõ vsque ad hoc quòd operationi sensus participent sicut nec ossa, de quibus constat quòd resurgent, & non sunt de integritate indiuidui.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd quicquid pertinet ad integritatem humanæ naturæ in resurgente, hoc totum in eo resurget ratione prædicta: vnde oportet quòd illa humiditas corporis resurgat in homine, quæ ad integritatem eius pertinebat. Est autem in homine triplex humiditas. Quædam enim humiditas est in recedendo a perfectione huius indiuidui, vel quia est in via corruptionis, & a natura abiicitur, sicut vrina, sudor, fames, & huiusmodi: vel quia a natura ordinatur ad conseruationem speciei in alio indiuiduo, siue per actum generantem sicut semen, vel per actum nutrientem sicut lac, & nulla ta-

A lium humiditatum resurget, eo quòd non est de perfectione indiuidui resurgentis. Secunda humiditas est quæ nondum peruenit ad vltimam perfectionem, quam natura operatur in indiuiduo, sed est ad illã ordinata a natura: & hæc est duplex, quia quædam est quæ habet aliquam formam determinatam, secundum quam continetur inter partes corporis, sicut sanguis, & alii tres humores, quos natura ordinauit ad mẽbra, quæ ex eis generantur: sed tamen habet aliquas formas determinatas, sicut & aliæ partes corporis, & ideo resurgent cum aliis partibus. Quædam vero humiditas est in via transeundi de forma in formam, scilicet de for-

tetur[b], illi anima in puncto temporis redibit, quæ illam[a] carnem primitus ut homo fieret, cresceret, uiueret, animauit. Ipsa ergo terrena materies, quæ discedente anima fit cadauer, non ita resurrectione reparabitur, ut ea quę dilabun-

B ma humoris in formam membri, & talis humiditas non resurget, quia post resurrectionem partes corporis singulæ in suis formis stabilientur, vt vna in aliam non transeat: & ideo non resurget illa humiditas, quæ est in ipso actu transeundi de forma in formam. Hæc autem humiditas potest in duplici statu accipi, vel secundum quod est in principio transmutationis, & sic vocatur ros, illa scilicet humiditas, quæ est in foraminibus paruarum venarum: vel secundum quod est in progressu transmutationis, & incipit iam dealbari, & sic vocatur cambium: in neutro autem statu resurget. Tertium genus humiditatis est, quod iam peruenit ad vltimam perfectionem, quam natura intendit in corpore indiuidui, quæ iam est dealbata & incorporata membris. & hæc vocatur glutem, & cum sit de substantia membrorum, resurget sicut alia membra resurgunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caro & sanguis in C verbis illis Apostoli non accipiuntur pro substantia carnis & sanguinis, sed pro operibus carnis & sanguinis, quæ sunt opera peccati, vel opera animalis vitæ: vel secũdum quod dicit Augu. caro & sanguis accipitur ibi pro corruptione, quæ nunc dominatur in carne & sanguine, vnde etiam subditur in verbis Apostoli, neque corruptio incorruptionem. (In Enchiridiõ ad Laurẽtiũ c. 91.)

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut membra seruientia generationi erunt post resurrectionem ad integritatem humanæ naturæ, non ad operationem quæ nunc exercetur per membra illa, ita & humores erunt in corpore non ad restaurationem deperditi, sed ad integritatem humanæ naturæ reparandam, & ad virtutis naturalis ostensionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut sunt elementa in via generationis respectu corporum mistorum, quia sunt eorum materia, non autem ita quòd semper sint in transeundo in corpore misto, ita etiam humores se habent ad membra: & propter hoc D sicut elementa in partibus vniuersi habẽt formas determinatas, ratione quarum sunt in perfectione vniuersi sicut corpora mista: ita & humores sunt de perfectione corporis humani sicut & aliæ partes, quamuis non perueniant ad totam perfectionem sicut aliæ partes, nec elementa habent ita perfectas formas sicut mista. Sicut autem partes omnes vniuersi perfectionem a deo consequuntur non æqualiter, sed secundum suum modum vnumquodque, ita etiam humores aliquo modo perficiuntur ab anima rationali, non tamen eodem modo sicut partes perfectiores.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd vnumquodque sicut se habet ad esse, ita ad veritatẽ, vt in 2. metaphi. dicitur, quia illa res vera est, quæ ita est, vt videtur cognitori secundum actum: & propter hoc Aui. dicit, quòd veritas vniuscuiusque rei est proprietas sui esse quod stabilitum est ei, & secundum hoc aliquid dicetur esse de veritate humanæ naturæ: quia proprie pertinet ad esse humanæ naturæ, & hoc est quod E participat formam humanæ naturæ, sicut verum aurum dicitur quod habet veram formam auri, ex qua est proprium esse auri. Vt ergo videatur quid sit illud quod est de veritate humanę naturæ, sciendum quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim posuerunt, quòd nihil de nouo esse incipit de veritate humanæ naturæ: sed quicquid ad veritatem humanæ naturæ pertinet, totum fuit in ipsa institutione humanæ naturæ de veritate eius, & hoc per seipsum multiplicatur vt eo possit semen decidi a generante, ex quo filius generetur, in quo etiam illa pars decisa multiplicatur, & ad perfectam[d] quantitatem peruenit per augmentum, & sic deinceps, & ita multiplicatum est totum genus humanũ. Vnde secundum hanc opinionem, quicquid ex alimento generatur, quamuis videatur speciem carnis, aut sanguinis habere, non tamen pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Alii vero dixerunt, quòd aliquid de nouo additur ad veritatem humanæ naturæ per transmutationem naturalem alimenti in corpus humanum,

(T. co. 4. Auicenna, ex cap. 4. 2. Meta. elicitur,) (D. 261)

manum, considerata veritate humanæ naturæ in specie; ad cuius conseruationem ordinatur actus generatiuæ virtutis. Si autem veritas humanæ naturæ in indiuiduo consideretur, ad cuius conseruationem & perfectionem actus nutritiuæ virtutis ordinatur, non additur aliquid per alimentum quod fit primo de veritate humanę naturę huius indiuidui, sed solum secundario. Ponunt enim quod veritas humanæ naturæ primo & principaliter consistat in humido, quod.s.ẽ ex semine generatũ radicali, ex quo est prima constitutio corporis humani: quod autem conuertitur de alimento in veram carnem & sanguinem non est principaliter de veritate humanæ naturæ illius indiuidui, sed secũdario, sed potest esse principaliter de veritate humanæ naturæ alterius indiuidui, quod ex semine illius generatur. Semẽ enim ponunt esse superfluum aliméti, vel cum admistione alicuius quod est primo de veritate humanæ naturæ in generante, vt quidam dicunt: vel sine admistione eius, vt dicunt alij, & sic quod est humidum nutrimentale in vno, fit humidum radicale in alio. Tertia opinio est, quòd aliquid de nouo incipit esse principaliter de veritate humanæ naturæ etiam in isto indiuiduo, quia non est distinctio talis in corpore humano, vt aliqua pars materialis signata de necessitate per totam vitam remaneat: sed ad hoc indifferenter se habet quælibet pars signata accepta, quòd manet semper quantum ad id quod est speciei in ea, sed potest fluere & refluere quantum ad id quod est materiæ in ipsa, & sic humidum nutrimentale non distinguitur a radicali ex parte principij, vt dicatur radicale, quod est ex semine generatum, nutrimentale quod generatur ex cibo: sed magis distinguitur ex termino quod radicale dicitur, quod ad terminum generationis peruenit per actum generatiuæ, vel etiam nutritiuæ virtutis: sed nutrimentale, quia nõdum peruenit ad hunc terminum, sed est adhuc in via nutriẽdi: & hæ tres opiniones in 2.lib.dist.30.plenius percunctatæ & inuestigatæ sunt, & ideo non debent hic repeti, nisi quantum ad propositum pertinet. Sciendum est ergo, quòd secundum has opiniones diuersimode ad hanc quæstionem oportet respondere. Prima enim opinio per viam multiplicationis quam ponit, potest ponere perfectionem veritatis humanæ naturæ & quantũ ad numerum indiuiduorum, & quantum ad debitam quantitatem vniuscuiusque indiuidui absque eo quod ex alimento generatum est, quod quidem non additur nisi ad resistendum consumptioni, quæ posset induci per actionem caloris naturalis, sicut argento apponitur plumbum, ne ex liquefactione consumatur: vnde cum in resurrectione oporteat naturam humanam in sua perfectione reparari, nec calor naturalis tunc agat ad consumptionem humidi naturalis, nulla necessitas erit, quòd resurgat aliquid in homine quod ex alimento sit generatum, sed resurget tantum illud, quod fuit de veritate humanæ naturæ indiuidui, & per decisionem, & multiplicationem ad prædictam perfectionem peruenit in numero & quantitate. Secunda autem opinio, quia ponit quòd eo quod generatur ex nutrimento, indigetur ad perfectionem quantitatis indiuidui, & ad multiplicationem quæ fit per generationem, necesse habet ponere aliquid de hoc in quod conuersum est alimentum resurgere, non tamen totum, sed solum quantum indigetur ad perfectam reintegrationem naturæ humanæ in omnibus suis indiuiduis: vnde ponit hæc opinio, quòd totum illud quod fuit in substantia seminis resurget in illo homine, qui ex illo semine generatus est, quia hoc est principaliter de veritate humanæ naturæ in ipso. De eo autẽ quod postea aduenit per nutrimentum tantum resurget in eo, quantum est necessarium ad perfectionem quantitatis, & non totum, quia hoc non pertinet aliter ad veritatem humanæ naturæ nisi quatenus natura indiget eo ad perfectionem quantitatis. Sed quia hoc humidum nutrimentale fluit & refluit, hoc ordine reparabitur quòd illud quod primo fuit de substantia corporis hominis totum reparabitur, & de eo quod secundo & tertio, & deinceps aduenit quantum necessarium est ad quantitatem reintegrandam duplici ratione. Primo, quia super hoc quod aduenit inductum fuit, vt illud quod primo erat deperditum repararetur, & ideo nõ ita principaliter pertinet ad veritatem humanæ naturæ sicut præcedens. Secundo, quia adiunctio extranei humidi ad primum humidum radicale facit quòd totum permistum non ita perfecte participet veritatem speciei sicut primum participabat, vt ponit exemplum

q.2.arti.1. in cor. D.261.

tur, & in alias atque alias rerum species vertũtur, quamuis ad corpus redeant, vnde dilapsa sunt, ad easdẽ quoque corporis partes vbi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillis redit quod tam crebra tonsura detraxit, si vnguibus quod totiens dempsit exectio, immoderata & indecens cogitãtibus resurrectionem carnis, & ideo non credentibus, occurrit infirmitas. Sed quemadmodũ si statua cuiuslibet solubilis metalli igne liquesceret, vel contereretur in puluerem,

F Philosophus in primo de generatione de aqua permista vino, quæ semper vini virtutem debilitat, ita quòd in fine ipsum aquosum reddit. Vnde sicut secunda aqua quamuis assumatur in specie vini, non tamen ita perfecte speciem vini participat, sicut prima quæ in vinum assumebatur: ita quod de alimento secundo in carnem conuertitur, non ita perfecte attingit ad speciem carnis, sicut quod primo conuertebatur: & ideo non ita pertinet ad veritatẽ humanæ naturæ, nec ad resurrectionem. Sic ergo G patet, quòd hęc opinio ponit resurgere totum id quod est de veritate humanæ naturæ principaliter, nõ autem totum quod est de veritate humanæ naturæ secundario. Tertia autem opinio quantum ad aliquid differt a secunda, & quantum ad aliquid conuenit cum ea. Differt quidem quantum ad hoc quod ponit totum quod est sub forma carnis & ossis eadem ratione ad veritatem humanæ naturæ pertinere, quia non distinguit aliquid materiale signatum permanens in homine toto tempore vitæ eius, quod per se pertinet ad veritatem humanæ naturæ, & primo: & aliquid fluens & refluens, quod pertinet ad veritatem humanæ naturæ solum propter quantitatis perfectionem, non propter primum esse speciei, sicut secunda opinio dicebat: sed ponit omnes partes quæ non sunt præter intentionem naturæ aggeneratę pertinere ad veritatem humanæ naturæ quantum ad id quod habent de specie, quia sic manẽt: H non autem quantum ad id quod habent de materia, quia sic fluunt & refluunt indifferenter, vt ita etiam intelligamus contingere in partibus hominis vnius, sicut contingit in tota multitudine ciuitatis, quia singuli subtrahuntur a multitudine per mortem alijs in locum eorum succedentibus. Vnde partes multitudinis fluunt & refluunt materialiter, sed formaliter manent, quia ad eadem officia & ordines substituuntur alii, a quibus priores subtrahebantur, vnde respublica vna numero manere dicitur. Et similiter etiam dum quibusdam partibus fluentibus aliæ reparantur in eadem figura & in eodem situ omnes partes fluunt & redeunt secundum materiam, sed manent secundum speciem, manet nihilominus vnus homo numero. Sed conuenit tertia cum secunda opinione, quia ponit quòd partes secundo aduenientes non ita perfecte pertingũt ad veritatem speciei, sicut quæ primo aduenerunt: & ideo idẽ quod ponit resurgere in homine secunda opinio ponit tertia, sed non penitus eadem ratione. Ponit enim totum illud quod I ex semine generatum est resurgere, non quia alia ratione pertineat ad veritatem humanæ naturæ, quàm hoc quod postea aduenit, sed quia perfectius virtutem speciei participat, quem ordinem ponebat secunda opinio in his quæ postea aduenerunt ex alimento, in quo etiam hæc opinio concordat cum alia, scilicet secunda.

T.com.11.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd res naturalis non est id quod est ex sua materia, sed ex sua forma: vnde quamuis illud materiæ quod quandoque fuit sub forma carnis bouinę, resurgat in homine sub forma carnis humanæ, non sequitur quòd resurgat caro bouis, sed caro hominis: ita enim etiam posset concludi quòd resurgeret limus, de quo formatum est corpus Adæ: tamen prima opinio concedit hanc rationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd costa illa non fuit in Adam de perfectione indiuidui: sed ordinata ad multiplicationem speciei: vnde nõ d resurget in Adam, sed in Eua, sicut & semen non resurget in generante, sed in generato. D.460.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum primam opinio- K nem facile est ad hoc respondere, quia carnes comestæ nunquàm sunt de veritate humanæ naturæ in comedẽte: fuerunt autem de veritate humanæ naturæ in eo cuius carnes comeduntur, & ita resurgent in primo, & non in secundo. Sed secundum secundam opinionem, & secundum tertiam vnusquisque resurget in illo, in quo magis accessit ad perfectam participationem virtutis speciei, & si æqualiter in vtroque accesserit, resurget in illo in quo primo fuit, quia in eo primo habuit ordinem ad resurrectionem ex coniunctione ad animam rationalem illius hominis: & ideo si in carnibus comestis fuit aliqua superfluitas, quæ non pertineret ad veritatem humanæ naturæ in primo, resurgere poterit in secundo, alias illud quod pertinebat ad resurectionem in primo, resurget in eo, & non in secundo, sed in secundo loco eius summetur, vel aliquid de eo quod ex alijs cibis in carnem secundi conuersum est: vel si nullo cibo vnquàm pastus fuisset, nisi carnibus humanis di-

uina

uina virtus aliunde suppleret quantum indigetur ad perfectionem quantitatis, sicut supplet in illis qui ante perfectam ætatem decedunt: nec per hoc aliquid præiudicatur identitati in numero, sicut nec præiudicatur per hoc quòd partes secundum materiam fluunt & refluunt.

¶ Ad quartum dicendum, quod secundum primam opinionem facile est soluere, quia ponit quòd semẽ non est ex superfluo alimẽti, vnde carnes comestæ non transeunt in semen, ex quo pueri generantur. Sed secundum alias duas opiniones dicendum est, quòd non est possibile quòd totum quod fuit in carnibus comestis, in semen conuertatur, quia post multam depurationem cibi B peruenitur ad decoctionem seminis, quod est superfluitas vltimi cibi. Illud autem quod de carnibus comestis in semen conuertitur, magis pertinent ad veritatem humanæ naturæ in eo qui ex semine nascitur, quàm in illo, ex cuius carnibus semen est generatum: & ideo secundum regulam prius datam, hoc quod in semen conuersum est, resurget in eo qui ex semine nascitur, residuum autem materiæ resurget in illo, ex cuius carnibus comestis semen est generatum.

vel confunderetur in massam, & eam vellet artifex rursum ex illius materia & quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem quæ particula materię cui membro statuæ redderetur, dum tamen totum, ex quo constituta fuerat, restituta resumeret: ita Deus mirabilis atque ineffabilis artifex de [b] toto, quo caro nostra extiterat, eam mirabili celeritate restituet, nec aliquid attinebit ad eius reintegrationem, vtrum capilli ad capillos redeant, & vngues ad vngues, an

¶ Ad quintum dicendum, quod embria non pertinent ad resurrectionem ante animationem per animam rationalem, in quo statu iam multum aduenit supra substantiam seminis de substantia nutrimenti, quia puer in vtero matris nutritur: & ideo si aliquis embrijs vescatur, & ex superfluo illius cibi generetur aliquis, illud quod erit in substantia seminis resurget C quidem in eo qui ex semine generatur, nisi in illo contineretur aliquid quod fuisset de substantia seminum in illis, ex quorum carnibus comestis semen generatum est, quia hoc resurgeret in primo, & non in secundo: residuum autem carnium comestarum, quod non est conuersum in semen, constat quòd non resurgeret in primo vtrique diuina potentia supplente quod deest. Prima autem opinio hac obiectione non arctatur, cum non ponat semen esse ex superfluo alimenti, sed aliæ multæ rationes sunt contra eam, vt in 2. lib. distin.30. patuit.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quod illud quod est materialiter in homine, non habet ordinem ad resurrectionem, nisi secundum quod pertinet ad veritatem humanæ naturæ, quia secundum hoc habet ordinem ad animam rationalem: illud autem totum quod est in homine materialiter, pertinet quidem ad veritatem humanæ naturæ quantum ad id quod habet de specie, sed non totum considerata materiæ totalitate, quia tota materia quæ fuit in homine a principio vitæ vsque ad finem, excederet quantitatem debitam speciei, vt tertia opinio dicit, quę probabilior inter cæteras mihi videtur: & ideo totum quod est in homine resurget considerata totalitate speciei, quæ attenditur secundum quantitatem, figuram, situm, & ordinem partium, non autem resurget totum considerata totalitate materiæ. Secunda autem opinio & prima non vtuntur hac distinctione, sed distinguunt inter partes, quarum vtræque habent speciem, vel materiam. Conueniunt autem hæ duæ opiniones in hoc, quòd vtraque dicit, quòd illud quod est ex semine generatum, totum resurget etiam totalitate materiæ considerata. Differunt autem in hoc, quòd de eo quod ex alimento generatur, nihil resurgere ponit prima opinio: secunda vero aliquid eius resurgere ponit, & non totum, vt ex dictis patet.

ibi su- ... eod.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut quicquid est in alijs partibus corporis resurget considerata totalitate speciei, non autem considerata totalitate materiæ, ita etiam est de capillis. In alijs autem partibus aduenit aliquid ex nutrimento quod facit augmentum, & hoc computatur vt alia pars considerata totalitate speciei, quia obtinet alium locum & sitũ in corpore, & substat alijs partibus dimensionis: aliquid aũt aduenit quod non facit augmentum, sed cedit in restaurationem deperditi in nutriendo, & non computatur vt alia pars totius secundum speciem considerati, cum non obtineat aliũ locum, vel situm in corpore, quem pars quæ defluxit tenebat: quamuis possit alia pars computari considerata totalitate materiæ, & similiter est de capillis. August. ergo loquitur de incisionibus capillorum, quæ erant partes facientes augmentum, & ideo oportet quòd resurgant, non tamen in quantitate capillorum ne sit quantitas immoderata, sed in alijs partibus, vt necessarium iudicabit diuina prouidentia. Vel loquitur in casu illo, quando alijs partibus deficient: tunc enim eorum de-

...senti ...tũ.4.

A fectus poterit ex superfluitatibus capillorum reparari.

¶ Ad secundum dicendum, quod secundum tertiam opinionẽ eædem sunt partes secundum speciem, & secundum materiã. Non enim illa distinctione vtitur Philosophus in 1. de generatione ad distinguendum diuersas partes, sed ad ostendendũ quòd eædẽ partes possunt considerari & secundum speciem quantum ad id quod est formæ & speciei in ipsis, & secundum materiam quantum ad id quod subest formæ & speciei. Constat autẽ quòd materia carnis non habet ordinem ad animam rationalem, nisi inquantum est sub tali forma, & ideo ratione eius habet ordi- B nem ad resurrectionem. Sed prima & secunda opinio, quæ ponunt alias esse partes, quæ sunt secundum speciem, & alias quæ sunt secundum materiam, dicunt quòd anima quamuis vtrasque partes perficiat, tamen perficit partes secundum materiam mediantibus partibus secundum speciem, & ideo non æqualiter habent ordinem ad resurrectionem. T.com.35

¶ Ad tertium dicendum, quod in materia generabilium & corruptibilium dimensiones interminatas oportet intelligere ante receptionem formæ substantialis: & ideo diuisio, quæ est secundum huiusmodi dimensiones, proprie pertinet ad materiam, sed quantitas completa & terminata aduenit materiæ post formam substantialem: vnde diuisio quæ fit secundum dimensiones terminatas, respicit speciem, præcipue quando ad resurrectionem speciei pertinet determinatus situs partium, C sicut est in corpore humano.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum omnes resurgent in eadem ætate, scilicet iuuenili.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod non omnes resurgẽt in eadem ætate. s. iuuenili, quia deus resurgentibus, præcipue beatis, nihil subtrahet, quod ad perfectionem hominis pertinet: sed ætas pertinet ad perfectionem hominis, cum senectus sit venerabilis ætas. ergo senes non resurgent in ætate iuuenili. 3.par.q.46 art.9. ad 4. libro 4. cõtra Genti. cap.88.

¶ 2 Præt. Aetas computatur secundum mensuram temporis præteriti: sed impossibile est tempus quod fuit præteritum, nõ præterijsse. ergo impossibile est eos qui maioris ætatis fuerũt, D ad ætatem iuuenilem reduci.

¶ 3 Præt. Illud quod magis fuit de veritate humanæ naturæ in vnoquoque, maxime resurget in eo: sed quanto aliquid primo fuit in homine, tanto videtur magis ad veritatem humanæ naturæ pertinuisse, quia in fine propter virtutem speciei debilitatam comparatur vino aquoso corpus humanum, vt patet per Philosophum in 1. de generatione. ergo si omnes debent in eadem ætate resurgere, magis decet quod resurgant in ætate puerili quàm iuuenili. T.com.88.

SED CONTRA est, quod dicitur Eph.4. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi: sed Christus resurrexit in ætate iuuenili, quæ circa triginta annos incipit, vt Augu dicit. ergo & alij in ætate iuuenili resurgent. Aug. li.22. de ciuit. dei cap.15.

¶ 2 Præt. Homo in maxima perfectione naturæ resurget: sed natura humana perfectissimum statum habet in ætate iuuenili. ergo in illa ætate resurgent omnes. E

VLTERIVS. Videtur quòd omnes resurgent eiusdem staturæ. Sicut enim homo mensuratur quantitate dimensiua, ita quantitate durationis: sed quantitas durationis in omnibus reducetur ad eandẽ mensuram, quia omnes in eadem ætate resurgent. ergo quantitas dimensionis in omnibus reducetur ad eandem mensuram, vt in eadem statura omnes resurgant. II

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 2. de anima, quod omnium natura constantium terminus est & ratio magnitudinis & augmenti: sed ille terminus non est nisi ex virtute formæ, cui debet congruere quantitas, sicut & omnia alia accidentia. ergo cum omnes homines habeant eandem formam specificam, in omnibus debet esse secundum naturam eadem quãtitatis mensura, nisi sit error: sed error naturæ corrigetur in resurrectione. ergo omnes resurgent in eadem statura. T.com.41.

¶ 3 Præt. Quantitas resurgentis non poterit esse proportionata virtuti naturali, quæ primo corpus formauit, nam alias qui non potuerunt ad maiorem quantitatem perduci virtute naturæ

turæ

turæ nũquam in maiori quantitate resurgerent, quod falsum est. ergo oportet ꝙ quantitas illa proportionetur virtuti reparanti corpus humanum per resurrectionem, & materię de qua reparatur: sed virtus reparans omnia corpora est eadem numero.s.virtus diuina: cineres autem omnes ex quibus reparãtur humana corpora, se habent æqualiter ad suscipiendam actionem prędictæ virtutis. ergo ad eandem quantitatẽ terminabitur resurrectio omniũ hominum, & sic idẽ est quod prius.

quicquid eorum perierat, mutetur in carnem & in partes alias reuocetur, curante artificis prouidentia, ne quid indecens fiat. Indecorum quippe aliquid ibi non erit, sed quicquid futurũ est, hoc decepit, quia nec futurum est, si nõ decebit.

SED CONTRA. Quantitas naturalis sequitur naturam vniuscuiusque indiuidui: sed in resurrectione non variatur natura indiuidui. ergo nec quantitas naturalis eius: sed non est eadem quãtitas naturalis omnium hominum. ergo non omnes resurgent in eadem statura.

¶ 2 Præt. Natura humana reparabitur per resurrectionem ad gloriam, vel ad pœnam: sed non erit eadem quantitas glorię, vel pœnę in omnibus resurgentibus. ergo nec eadem quantitas naturæ.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ omnes resurgent in sexu virili, quia dicitur Ephe. 4. quòd occurremus omnes in virum perfectum. ergo non erit ibi nisi sexus virilis.

¶ 2 Præt. In futuro omnis cessabit plãtio, vt dicit glo. 1. Cor. 15. sed mulier naturali ordine subdita est viro. ergo mulieres non resurgent in sexu muliebri, sed virili.

¶ 3 Præt. Illud quod est occasionaliter & præter intentionem naturæ inductum, non resurget, quia in resurrectione omnis error tolletur: sed sexus muliebris est præter intentionem naturæ inductus ex defectu virtutis formatiuę in semine, quæ non potest perducere materiam concepti ad perfectionem virilem, vnde dicit Philosophus in 16. de animalibus, quòd femina est mas occasionatus. ergo sexus muliebris nõ resurget.

Videlicet lib. 2. de gene. animal. cap. 3.

SED CONTRA est, quod dicit August. 22. lib. de ci. dei. Cap. 17. Melius sapere videntur qui vtrumque sexum resurrecturum esse non dubitant.

¶ 2 Præt. Deus reparabit in resurrectione, quod in homine fecit in prima conditione: sed ipse fecit mulierem de costa viri, vt patet Gen. 2. ergo ipse sexum femineum in resurrectione reparabit.

IIII VLTERIVS. Videtur ꝙ resurgent in vita animali, vt.s. vtantur actu nutritiuæ & generatiuæ, quia resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi: sed Christus post resurrectionem legitur comedisse, vt patet Ioan. vlti. & Lucæ. vlti. ergo & homines post resurrectionem comedent, & eadem ratione generabunt.

¶ 2 Præt. Distinctio sexuum ad generationem ordinatur, & similiter instrumenta quæ deseruiunt virtuti nutritiuæ ordinantur ad comestionem: sed homo cum omnibus huiusmodi resurget, vt ex supra dictis patet. ergo vtetur actibus virtutis generatiuæ & nutritiuæ.

¶ 3 Præt. Totus homo beatificatur & secundum animam, & secundum corpus: sed beatitudo, siue felicitas secundum Philosophum in propria operatione consistit. ergo oportet quòd omnes potentiæ animæ & omnia membra sint in suis actibus in beatis post resurrectionem, & sic idem quod prius.

10. Ethi. cap. 17.

¶ 4 Præt. In beatis post resurrectionem erit beata & perfecta iucunditas: sed talis iucunditas omnes delectationes includit, quia beatitudo est status omnium bonorum congregatione completus, & perfectum est cui nihil deest. cum ergo in actu virtutis generatiuæ & nutritiuæ sit magna delectatio, videtur quòd tales actus ad vitam animalẽ pertinentes in beatis erũt, & multo fortius in alijs q minus spiritualia corpora habebũt.

Boetius 3. lib. de consola. prosa secunda.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 22. In resurrectione neque nubent, neque nubentur.

¶ 2 Præt. Generatio ordinatur ad subueniendum defectui, qui per mortem accidit, & ad multiplicationem humani generis, & comestio ad restaurationem deperditi, & ad augmentũ quantitatis: sed in statu resurrectionis iam humanum genus habebit totam multitudinem indiuiduorum a deo præfinitã, quia vsque ad hoc generatio deferetur, vt ex præcedenti distinctione patet: similiter etiam quilibet homo resurget in debita quãtitate, nec erit vltra mors, aut aliqua deperditio fiet a partibus hoĩs. ergo frustra esset actus generatiuæ & nutritiuæ virtutis.

q. 1. art. 3. in cor.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd homo resurget absque omni defectu humanæ naturæ: quia sicut deus humanam naturam absque defectu instituit, ita sine de-

F fectu reparabit. Deficit autẽ humana natura dupliciter. Vno modo, quia nondum perfectionem vltimam est consecuta: alio modo, quia ab vltima perfectione iam recessit, & primo modo deficit in pueris, secundo modo deficit in senibus: & ideo in vtrũque reducetur humana natura per resurrectionem ad statum vltimæ perfectionis qui est in iuuenili ętate, ad quã terminatur motus augmenti, & a qua incipit motus decrementi.

Quòd sancti sine omni deformitate resurgent.

B

Hoc autem in corporibus sanctorum intelligẽdum est, de quibus consequẽter adiungit. Resurgent ergo san-

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ætas senectutis habet reuerentiã, non

G propter conditionem corporis quod in defectu est, sed propter sapientiam animæ quæ ibi esse præsumitur ex temporis antiquitate, vnde in electis manebit reuerentia senectutis propter plenitudinem diuinæ sapientiæ quæ in eis erit, sed non manebit senectutis defectus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non loquimur de ętate quãtum ad numerum annorum, sed quantum ad statum qui ex annis in corpore humano relinquitur: vnde Adam dicitur in ætate iuuenili formatus propter talem corporis conditionem, quam primo die formationis suæ habuit, & ideo ratio non est ad propositum.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd virtus speciei dicitur esse perfectior in puero quàm in iuuene quantum ad efficaciam agendi cõuersionem alimenti aliquo modo, sicut etiam est perfectior in semine quàm in homine completo, sed in iuuenibus est perfectior quantum ad terminum complementi: vnde illud quod maxime ad naturæ veritatem pertinuit, ad illam perfectionem reducetur, quam habet in ætate iuuenili, non ad illam quam habet in ætate puerili, in qua humores adhuc non peruenerunt ad vltimam digestionem.

H AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd in resurrectione non reparabitur humana natura solum quantum ad idem specie, sed etiam quantum ad idem in numero: & ideo in resurrectione non solum attendendum quid competat naturę speciei, sed quid competat naturæ indiuidui. Natura autem speciei habet aliquam quantitatem quam nec excedit, nec ab ea deficit absque errore, quæ tamen quantitas habet aliquos gradus latitudinis, & non est accipienda secundum vnam mẽsuram determinatam. Vnumquodque autem indiuiduum in specie humana assequitur infra terminos illius latitudinis aliquem gradum quantitatis quæ competit naturæ indiuidui, & ad hanc perducitur in termino augmenti si non fuit aliquis error in opere naturę, per quem sit aliquid additum, vel subtractum prædictæ quantitati, cuius quidem mensura accipitur secundum proportionem caloris extendentis, & humidi extensibilis, quod non est eiusdem virtutis in omnibus: et ideo non omnes resurgent in eadem quantitate, sed quilibet resurget in illa quantitate, in qua fuisset in termino augmenti, si natura non errasset, vel defecisset: quod autem superest, vel quod deficit in homine resecabit, vel supplebit diuina potentia.

I AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iam patet ex dictis, ꝙ non dicuntur omnes in eadem ætate resurgere, quasi omnibus competat eadem quantitas dimensionis, sed quia idem status perfectionis erit in omnibus, qui quidem status saluari potest in magna & parua quantitate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantitas huiusmodi indiuidui non solum respondet formę speciei, sed etiam naturæ indiuidui, vt ex dictis patet, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quantitas resurgentis non proportionatur virtuti reparanti, quia illa non est de natura corporis, nec omnibus secundum statum illum in quo sunt ante resurrectionem, sed naturæ quam primo indiuiduum habebat: In cor. præsentis qñ.

K tamen si virtus formatiua propter aliquem defectum non poterat perducere ad debitam quantitatem quæ cõpetit speciei, diuina virtus supplebit in resurrectione defectum, sicut patet de nanis, & eadem ratio est de illis qui immoderate magnitudinis fuerunt vltra debitum naturæ.

AD TERTIAM quæstionem dicẽdum, quòd sicut considerata natura indiuidui debetur quãtitas diuersa diuersis hominibus, ita cõsiderata natura indiuidui debetur diuersis diuersus sexus: & hæc etiam diuersitas competit perfectioni speciei, cuius diuersi gradus implentur per dictam diuersitatem sexus, vel quantitatis: & ideo sicut resurgent homines in diuersis staturis, ita in diuersis sexibus: & quamuis sit differentia sexuum, deerit tamen confusio mutuæ visionis, quia aberit libido incitans ad turpes actus, ex quibus confusio causatur.

¶ Ad

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd dicuntur omnes Christo occurrere in uirum perfectum non propter sexum uirilem, sed pp uirtutẽ animi, q̃ erit in oĩbus & uiris, & mulieribus.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ mulier subditur uiro propter imbecillitatem naturæ quantum ad uigorem animi, & quantum ad robur corporis: sed post resurrectionem non erit differentia in his secundũ diuersitatẽ sexuum, sed

ctorum corpora sine ullo uitio, sine[a] ulla deformitate: sicut sine ulla corruptione, onere, diffi-

magis secundũ diuersitatẽ meritorum, & ideo rõ nõ procedit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis feminæ generatio sit pręter intentionẽ naturæ particularis, est tamen de intentione naturæ uniuersalis, q̃ ad pfectionẽ humanæ speciei utrunq; sexũ requirit, nec ex sexu erit ibi aliquis defectus, ut ex dictis patet.

B AC QVARTAM quæstionẽ dicendũ, ꝙ resurrectio non erit necessaria homini pp primã perfectionẽ ipsius, quæ consistit in integritate eorũ quæ ad naturã spectãt, quia ad hoc hõ puenire põt in statu pñtis uitæ p actionem causarũ naturaliũ: sed necessitas resurrectionis est ad consequendã ultimã pfectionẽ quæ consistit in puentione ad finẽ ultimum, ut in præcedẽti dist. dictum est, & ideo illæ operationes naturales, q̃ ordinantur ad primã pfectiõnẽ humanæ naturæ uel causandã, uel sernandã non erũt in resurrectione: & huiusmodi sunt actiones animalis uitę in hoĩe, & actiones mutuæ in elemẽtis, & motus cæli, & iõ oĩa hæc cessabũt in resurrectiõe: & quia comederẽ, & bibere, & dormirẽ, & generarẽ ad aĩalẽ uitã ptinẽt, cũ sint ad primã pfectiõnẽ naturæ ordinata, in resurrectione talia nõ erũt.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ illa comestio qua Christus comedit, non fuit necessitatis quasi cibis indigeret humana natura post resurrectionem, sed fuit potestatis, ut ostenderet se uerã naturã humanam resumpsisse, quã prius habuerat in statu illo, quando cũ discipulis comederat & biberat. Hæc autẽ ostensio non erit necessaria in resurrectione cõi, quia omnibus notũ erit, & iõ dicitur dispensatiue Christus mãducasse eo modo loquendi, quo Iuristæ dicunt, ꝙ dispẽsatio est cõis iuris relaxatio, quia Christus intermisit hoc quod ẽ cõiter resurgẽtiũ.s. nõ uti cibis pp cãm prædictã, & pp hoc rõ nõ sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd differentia sexuum & membrorum erit ad naturæ humanæ perfectionem reintegrandam & in specie, & indiuiduo: unde non sequitur quòd sit frustra, quamuis animales operationes desnit.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ prædictæ opationes nõ sunt hoĩs in quãtũ est hõ, ut ẽt Philosophus dicit, & ideo in eis nõ consistit beatitudo hũani corpis: sed corpus humanũ beatificabitur ex redundantia a rõne, a qua homo est hõ, inquantũ erit ei subditũ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd delectationes corporales, sicut dicit Philosophus in 7. & 10. Ethi. sunt medicinales, quia adhibentur homini ad tollendum fastidium, uel etiam ægritudinales inquantum homo eis inordinate delectatur, ac si essent uera delectationes: sicut homo habens infirmum gustum delectatur in quibusdam quæ sanis non sunt delectabilia, & ideo non oportet ꝙ tales delectationes sint de perfectione beatitudinis, ut Iudæi, & Saraceni, & quidam hæretici posuerunt, qui uocantur Chiliarchæ, qui etiam secundũ doctrinã Philosophi, non uidentur sanũ affectũ habere. Solæ enim delectationes spirituales secundũ ipsum sunt simpliciter delectationes, & propter se quærendæ, & ideo ipsæ solæ ad beatitudinẽ requirũtur.

QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de conditionibus beatorũ.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, De impassibilitate.
¶ Secundo, De subtilitate.
¶ Tertio, De agilitate.
¶ Quarto, De claritate corporum glorificatorum.

E

ARTICVLVS I.

a Vtrũ corpora sanctorũ post resurrectionẽ erũt ĩpassibilia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corpora sanctorum post resurrectionem non erunt impassibilia. Omne enim mortale est passibile: sed homo post resurrectionẽ erit animal rationale mortale, hæc enim est diffinitio hominis, quæ nunquàm ab eo separabitur. ergo corpus erit passibile.

A

¶ 2 Præt. Omne quod est in potentia ad formam alterius, est passibile ab illo, quia secundum hoc aliquid est passiuum ab alio, ut dicitur in primo de generatione: sed corpora sanctorũ post resurrectionẽ erunt in potentia ad aliam formam. ergo erunt passibilia. Probatio mediæ. Quæcunque communicant in materia, unum eorum est in potentia ad formam alterius, materia enim secundum quod est sub una forma, non amittit potentiam ad aliam formam: sed corpora sanctorum post resurrectionem communicabunt cum elementis in materia, quia ex eadem materia reparabuntur, ex qua nunc sunt. ergo erunt in potentia ad aliam formam, & sic erunt passibilia. text. co. 77 & 78. Ex 1. de gener. tex. co. 43

cultate, in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit, propter quod[b] & spiritualia dicta sunt,

B

¶ 3 Præt. Contraria nata sunt agere & pati adinuicem, ut in primo de gene. dicit Philosophus: sed corpora sanctorum post resurrectionẽ erunt ex contrariis composita, sicut & nunc sunt. ergo erunt passibilia. tex. com. 50

¶ 4 Præter. In corpore humano resurget sanguis & alii humores, ut supra dictum est: sed ex pugna humorum adinuicem generantur ægritudines, & huiusmodi passiones in corpore. ergo erunt corpora sanctorum post resurrectionem passibilia. q. 2. ar. 1. q. 3. præsentis dist. in cor.

¶ 5 Præt. Magis repugnat perfectioni defectus in actu, quàm defectus in potentia: sed passibilitas importat solum defectum in potentia. cum ergo in corporibus beatorum sint futuri aliqui defectus in actu, sicut cicatrices uulnerum in martyribus, ut in Christo fuerunt, uidetur quòd nihil deperibit perfectioni eorum, si corpora illa passibilia ponantur.

C

SED CONTRA. Omne passibile est corruptibile, quia passio magis facta abiicit a substantia: sed corpora sanctorũ post resurrectionem erunt incorruptibilia, ut dicitur 1. Corinth. 15. Seminatur in corruptione, resurget in incorruptione. ergo erunt impassibilia.

¶ 2 Præter. Fortius non patitur a debiliori: sed nullum corpus erit fortius corporibus sanctorum, de quibus dicitur 1. Corinth. 15. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. ergo erunt impassibilia.

II VLTERIVS. Videtur quòd impassibilitas in omnibus erit æqualis, quia 1. Corinthiorum. 15. dicit glo. quòd æqualiter omnes habent quòd pati non possunt: sed ex hoc erit eis ꝙ non possunt pati, quòd habent dotem impassibilitatis. ergo impassibilitas erit æqualis in omnibus.

D ¶ 2 Præt. Negationes non recipiunt magis & minus: sed impassibilitas est quædam negatio, uel priuatio passibilitatis. ergo non potest esse maior in uno quàm in alio.

¶ 3 Præt. Magis album dicitur quod est nigro impermistius: sed nulli corpori sanctorum admiscebitur aliquid de passibilitate. ergo omnia erunt impassibilia æqualiter.

SED CONTRA. Merito debet respondere præmiũ proportionaliter: sed sanctorum quidam fuerunt aliis maioris meriti. ergo cum impassibilitas sit quoddam præmium, uidetur ꝙ in quibusdam sit maior quàm in aliis.

¶ 2 Præter. Impassibilitas diuiditur contra dotem claritatis: sed illa non erit æqualis in omnibus, ut patet 1. Cor. 15. ergo nec impassibilitas.

III VLTERIVS. Videtur quòd impassibilitas sensum in actu a corporibus gloriosis excludit, quia sicut dicit Philosophus in secundo de anima. Sentiri quoddam pati est: corpora autem gloriosa erunt impassibilia. ergo non sentient in actu. tex. co. 118. & etiam 51

E ¶ 2 Præter. Immutatio naturalis præcedit immutationem animalem, sicut esse naturale præcedit esse intentionale: sed corpora gloriosa ratione impassibilitatis non immutabuntur immutatione naturali. ergo nec immutatione animali, quæ requiritur ad sentiendum.

¶ 3 Præt. Quandocunque fit sensus in actu cum noua receptione, fit nouum iudicium: sed ibi non erit nouum iudicium, quia non erunt ibi cogitationes uolubiles. ergo non fiet sensus in actu.

¶ 4 Præt. Quando anima est in actu unius potentiæ, remittitur actus alterius potentiæ: sed anima summe erit intenta ad actum uirtutis intellectiuæ, qua deum contemplabitur. ergo non erit aliquo modo in actu sensitiuæ.

SED CONTRA est, quod dicitur Apoc. 1. Videbit eum omnis

omnis oculus, ergo erit ibi sensus in actu.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 1. de anima, Animatum ab inanimato distinguitur sensu & motu: sed erit ibi motus in actu, quia ramquàm scintillæ in arundineto discurrent. Sap. 3 ergo & sensus in actu.

VLTERIVS,

IIII Lib. 3. text. co. 66. & libro 2 De partibus animalium c. 8

Videtur quòd non sint ibi omnes sensus in actu. Tactus, n. est primus iter aliqs sensus, ut dicitur in lib. de anima: sed corpora gloriosa carebunt actu sensu tactus, quia sensus tactus fit in actu p̃ immutationẽ corporis animalis ab aliquo exteriori corpore p̃dominãte in aliqua qualitatum actiuarum, uel passiuarũ, quatum est tactus discretiuus, qualis immutatio tunc esse non potest, ergo non erit ibi omnis sensus in actu.

q. præceden ti ar. 3. q. 4. in cor.

¶ 2 Præter. Sensus gustus deseruit actui uirtutis nutritiuæ: sed, sicut supra dictũ est, post resurrectionem huiusmodi actus non erit, ergo frustra esset ibi gustus.

¶ 3 Præt. Post resurrectionem nihil corrũpetur, quia tota creatura uestietur quadam uirtute incorruptionis: sed sensus odoratus in actu suo esse non potest, nisi aliqua corruptione facta, quia odor nõ sentitur sine aliqua fumali euaporatione, quæ in quadam resolutione cõsistit. ergo sensus odoratus non erit ibi in suo actu.

In text. lectionis. 2. S. Thomæ.

¶ 4 Præt. Auditus deseruit disciplinæ, ut dicitur in lib. de sensu & sen. sed non erit post resurrectionem beatis necessaria aliqua disciplina per sensibilia, quia diuina sapientia replebũtur ex ipsius dei uisione, ergo non erit ibi auditus.

¶ 5 Præt. Visio fit secundum qđ in pupilla recipitur species rei uisæ: sed hoc non poterit esse post resurrectionem in beatis. ergo non erit ibi uisus in actu, qui tñ est omniũ sensuũ nobilior: Probatio mediæ. Illud quod est lucidum in actu, non est receptiuũ speciei uisibilis, unde speculum directe positũ sub radio Solis non repræsentat speciem corporis oppositi: sed pupilla sicut & totum corpus erit claritate dotata. ergo non recipietur in ea aliqua species colorati corporis.

¶ 6 Præt. Secundum Perspectiuos, Omne quod uidetur, sub angulo uidetur: sed hoc non competit corporibus gloriosis. ergo non habebunt sensum uisus in actu. Probatio mediæ. Quandocunque aliquid uidetur sub angulo, oportet esse aliquã proportionem anguli ad distantiam rei uisæ, quia quod a remotiori uidetur, minus uidetur, & sub minori angulo: unde posset esse ita paruus angulus, q̃ nihil de re uideretur. si ergo oculus gloriosus uidebit sub angulo, oportet quòd uideat sub terminata distantia, & ita quòd non uideat aliquid a remotiori quàm modo uidemus, quod uidetur ualde absurdum: & sic uidetur quòd sensus uisus actu non erit in corporibus gloriosis.

SED CONTRA. Potentia coniuncta actui est perfectior quàm non coniuncta: sed natura humana erit in beatis in maxima perfectione. ergo erunt ibi omnes sensus in suo actu.

¶ 2 Præter. Vicinius se habent ad animam potentiæ sensitiuæ quàm corpus: sed corpus præmiabitur, uel punietur propter merita & demerita animæ. ergo & omnes sensus præmiabuntur in beatis, & punientur in malis secundum delectationem, & dolorem, uel tristitiam quæ in operatione sensus consistunt.

RESPON: Dicendum ad primam quæstionem, quòd passio dupliciter dicitur. Vno modo communiter, & sic omnis receptio passio dicitur, siue illud quod recipitur sit conueniens recipienti & perfectiuum ipsius, siue contrarium & corruptiuũ: ab huiusmodi passionis remotione corpora gloriosa impassibilia non dicuntur, cum nihil quod est perfectionis, eis sit auferẽdum. Alio modo dicitur proprie, quam sic diffinit Dama. in 2 lib. Passio est motus præter naturam, unde immoderatus motus cordis passio eius dicitur, sed moderatus dicitur eius operatio, cuius ratio est: quia omne quod patitur, trahitur ad terminos agentis, quia agens assimilat sibi patiens, & ideo patiẽs inquantum huiusmodi, trahitur extra terminos proprios in quibus erat. Sic ergo proprie accipiendo passionem, non erit in corporibus sanctorum resurgentium potentialitas ad passionem, & ideo impassibilia dicũtur. Huius autem impassibilitatis ratio a diuersis diuersimode assignatur,

De fide orthodoxa li. 2. c. 22

eum proculdubio corpora sint futura, non spiritus. Ex his apparet quòd una erit ætas omnium resurgentium, scilicet iuuenilis, statura uero diuersa, scilicet quã quisq; habuerit in iuuenili ætate, uel erat habiturus, si ante est defunctus. Nec de substantia, qua hominis caro creatur, aliquid peribit, sed omnium particularum ante dispersarum collectione reintegrabitur naturalis substantia corporis. Sanctorumque corpora sine omni uicio [d] fulgida sicut Sol resurgent præciis cunctis deformitatibus, quas hic habuerunt.

¶ Quidam enim attribuunt eam conditioni elementorũ, quæ aliter se habebunt tũc in corpore, quàm modo se habẽt. Dicũt enim q̃ elementa remanebunt ibi secundũ substantiam, sed qualitates actiuæ & passiuæ ab elementis auferentur.

¶ Sed hoc non uidetur uerum, quia qualitates actiuæ & passiuæ sunt de perfectione elementorum: unde si sine eis reparentur, elementa in corpore resurgentis essent minoris perfectionis quàm modo sunt.

¶ Et præterea, cum qualitates illæ sint p̃pria accidẽtia elemẽtorũ ex formã & materia ipsorũ causata, uf ualde absurdũ q̃ causa maneat, & effectus tollatur: & ideo alii dicunt, q̃ manebũt qualitates, sed non habebunt proprias actiones diuina uirtute id faciente ad conseruationem humani corporis.

¶ Sed hoc etiam non uidetur posse stare, quia ad mistionẽ requiritur actio actiuarum & passiuarum qualitatum, & secundum prædominium unius, uel alterius mista efficiuntur diuersæ complexionis, quod oportet ponere in corpore resurgentis, quia erunt ibi carnes, & ossa, & huiusmodi partes, quibus omnibus non competit una complexio.

¶ Et præterea, secundum hoc impassibilitas non posset poni dos in eis, quia non poneret aliquam dispositionẽ in substãtia impassibili, sed solum prohibitionem passionis ab exterior, scilicet diuina uirtute, quæ etiam posset idem facere de corpore hominis in statu huius uitæ. Et ideo alii dicunt, quòd in ipso corpore erit aliquid prohibens passionem corporum gloriosorũ, scilicet natura quinti corporis, quam ponunt uenire in cõpositionem humani corporis ad conciliandum elemẽta in harmoniam quãdam, per quam possint esse debita materia animæ rationalis, sed tñ in statu huius uitæ p̃ dominium naturæ elementaris corpus humanum patitur ad similitudinem aliorum elementorum, sed in resurrectione dominabitur natura quinti corporis, & ideo corpus humanum redderetur impassibile ad similitudinem corporis cælestis.

Sed hoc non potest stare, quia corpus quintum nõ uenit materialiter ad compositionem corporis humani, ut in secundo libro ostensum est.

Dist. 17. q. 1. ar. 1. fere per totum.

¶ Et præterea, Impossibile est dicere, quòd aliqua uirtus naturalis, qualis est uirtus corporis cælestis, transferat corpus humanum ad proprietatem gloriæ, qualis est impassibilitas corporis glorioſi, cum immutationem corporis humani Apostolus attribuat uirtuti Christi, quia qualis cælestis, tales & cælestes 1. Corint. 15. & Philipp. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suæ secundũ operationẽ qua &c. Et præterea, Nõ põt natura cælestis ita dominari in corpore humano, quin natura elementaris remaneat, cui ex essentialibus suis principiis passibilitas inest. Et ideo aliter dicẽdũ, q̃ omnis passio fit p̃ uictoriã agẽtis super patiens, alias nõ traheret ipsum ad suos terminos. Impossibile est aũt q̃ aliquid dominetur supra patiens, nisi inquantũ debilitatur dñiũ formæ propriæ supra materiã patientis, loquendo de passione quæ est circa materiam, de qua nunc loquimur. Non enim potest materia subiici uni contrariorum sine hoc, quòd tollatur dominium alterius sup ipsam, uel saltẽ diminuatur: corpus aũt humanũ, & quicquid in eo est, pfecte erit subiectũ animæ rõnali, sicut ẽt ipsa perfecte subiecta erit deo: & ideo in corpore glorioso non poterit esse aliqua mutatio cõtra dispositionem illam, qua perficitur ab anima, & ideo corpora illa erunt impassibilia.

Lib. 3. Cur deus hõ. c. xi. post principium. 7. Met. tex. co. 43

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum Ansel. mortale ponitur in diffinitione hominis a philosophis, qui non crediderunt hominem totum aliquando posse esse immortalem, quia non uiderunt homines nisi secundũ huiusmodi mortalitatis statũ. Vel põt dici, q̃ secundũ Philosophũ in 8. metaph. quia differentiæ essentiales sunt nobis incognitæ, uti mur quandoque differentiis accidentalibus ad significandum essentiales differẽtias, quæ sunt accidentaliũ causæ: unde mortale non ponitur in diffinitione hominis quasi ipsa mortalitas ad essentiam hominis pertineat, sed quia illud quod est causa passibilitatis & mortalitatis secundum præsentẽ statum, scilicet compositio ex contrariis, est de essentia hominis, sed tunc non erit causa eius propter uictoriam animæ super corpus.

D. 907.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd duplex est potentia, ligata, & libera, & hoc non solum est uerum de potentia actiua, sed etiam passiua. Forma enim ligat potentiam materiæ, determinando ipsam ad unum secundum quod dominatur super eam: & quia in rebus corruptibilibus non perfecte dominatur forma per materiam, non perfecte potest ligare ipsam quin recipiat interdum per aliquam passionem dispositionem contrariã formæ: sed in sanctis post resurrectionem omnino anima dominabitur supra corpus, nec illud dominium aliquo modo poterit auferri, quia ipsa erit immutabiliter deo subiecta, quòd non fuit in statu innocentiæ: & ideo in corporalibus illis manet eadem potentia ad formam aliã quæ nunc inest quantum ab substantiam potentiæ, sed erit ligata per uictoriam animæ supra corpus, ut numquàm in actum passionis exire possit.

Si mali tunc habeant, quas hic habuerunt deformitates.

C

DE reprobis autem quæri solet, an cum [a] deformitatibus hic habitis resurgant. Hoc autem Aug. non asserit, sed dubium relinquit, ita inquiens. Quicunq; ab illa perditionis massa, quæ per Adam facta est, non liberant per Christũ, resurgẽt q̃dẽ etiã ipsi unusq̃sq; cũ sua carne, sed erit ibi sensus in actu per receptionem alicuius speciei a sensibilibus, sed magis extra mittendo.

In enchiridion, c. 92.

¶ Quidam enim dicunt, quòd quia gloriosa corpora erunt impassibilia & propter hoc nõ receptibilia peregrinæ impressionis, & multo minus quàm corpora cœlestia, quòd non

¶ Ad tertium dicendum, quòd qualitates elementares sunt instrumenta animæ, ut patet in secundo de anima, quia calor ignis in corpore animalis regulatur in actu nutriendi per uirtutem animę. Quando autem agens principale est perfectũ, & non est aliquis defectus in instrumento, nulla actio procedit ab instrumento nisi secundum dispositionem principalis agentis: & ideo in corporibus sanctorum post resurrectionem nulla actio, uel passio poterit prouenire a qualitatibus elementaribus, quæ sit contra dispositionem animæ, quæ intendit conseruare corpus.

com. 4. d. 46

¶ Ad quartum dicendum secundum August. in epistola ad Consentium, quòd ualet diuina potentia de ista uisibili atque tractabili natura corporum quibusdam manentibus auferre quas uoluerit qualitates: unde sicut ab igne fornacis Chaldæorum abstulit uirtutem comburendi quantum ad aliquid, quia corpora puerorum illæsa seruata sunt, sed mansit quantum ad aliquid, quia ille ignis ligna comburebat: ita auferet ab humoribus passibilitatem, & dimittet naturam. Modus autem quo hoc fiet, dictus est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cicatrices uulnerum non erũt in sanctis, nec in Christo fuerunt inquantum importent aliquem defectum, sed inquantum sunt signa constantissimæ uirtutis, qua passi sunt pro iustitia & fide, ut ex hoc & ipsis, & aliis gaudium crescat: unde dicit August. 22. de ciuitate dei. Nescio quomodo sic affiximur amore martyrum beatorum, ut uelimus in illo regno in eorum corporibus uidere uulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine perpessi sunt, & fortasse uidebimus. Non deformitas in eis, sed dignitas erit, & quidem quamuis in corpore non corporis, sed uirtutis pulchritudo fulgebit: nec tamen si aliqua martyribus amputata & ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum, quibus dictum est. Capillus de capite uestro non peribit.

A D SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd impassibilitas potest dupliciter considerari, uel secundũ se, uel secundum causam suam. Si secundum se consideretur, quia solam priuationem, uel negationem importat, non suscipit magis & minus, sed erit æqualis in omnibus beatis. Si autem consideretur secundum causam suam, sic erit maior in uno quàm in alio. Causa autem eius est dominium animæ super corpus, quod quidem dominium causatur ex hoc, quòd seruitur deo immobiliter: unde in illo qui perfectius fruitur, est maior impassibilitatis causa.

E

A D PRIMVM ergo dicendum, quòd glo. illa loquitur de impassibilitate secundum se, & non secundum causam suã.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis negationes & priuationes secundum se non intendantur, nec remittantur, tamen intenduntur & remittuntur ex causis suis, sicut dicitur esse locus magis tenebrosus, qui habet plura & maiora obstacula lucis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliqua non solum intenduntur per regressum a contrario, sed etiam per accessum ad terminum, sicut lux intenditur: & prima etiam impassibilitas est maior in uno quàm in alio, quamuis in nullo aliquid passibilitatis remaneat.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd aliquem sensum esse in corporibus beatorum omnes ponunt, alias uita corporalis sanctorum post resurrectionem assimilaretur magis somno quàm uigiliæ: quod non competit illi perfectioni, eo quòd in somno corpus sensibile non est in ultimo actu uitæ, propter quod somnus dicitur uitæ dimidium in primo Ethic. cap. 13 sed in modo sentiendi diuersi diuersa opinantur.

¶ Quidam dicunt, quòd organa sentiendi immutantur a rebus quæ sunt extra animã dupliciter. Vno modo, immutatione naturali, quando. s. organum disponitur eadẽ qualitate naturali qua disponitur res extra animã, quę agit in ipsum: sicut cũ manus fit calida & adusta ex tactu rei calidæ, uel odoriferæ ex tactu rei odoriferæ. Alio modo, immutatione spirituali, quando recipitur qualitas sensibilis in instrumento secundum esse spirituale. i. species, siue intentio qualitatis, & non ipsa qualitas, sicut pupilla recipit speciem albedinis, & tamen ipsa nõ efficitur alba. Prima ergo receptio non causat sensum per se loquendo, quia sensus est susceptiuus specierum in materia præter materiã. i. præter esse materiale quod habebãt extra animã, ut dr in secundo de anima: & hæc receptio immutat naturã recipiẽtis, quia recipitur hoc modo qualitas secũdũ esse suũ materiale, unde ista receptio non erit in corporibus gloriosis, sed secũdum q̃ per se facit sensum in actu, & non immutat naturã recipiẽtis. tex. co. 121.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ iam patet ex dictis, q̃ per hanc passionem, quæ est in actu sentiendi, quæ non est aliud q̃ receptio prædicta, non trahitur corpus extra naturalem suam qualitatem, sed spiritualiter perficitur: unde impassibilitas gloriosorum corporum hanc passionem non excludit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omne passiuum recipit actionem agentis secundum suum modum. Si ergo aliquid sit quod natum sit immutari ab actiuo naturali & spirituali immutatione, immutatio naturalis præcedit immutationem spiritualem, sicut esse naturale præcedit esse intentionale. Si autẽ natum sit immutari tantum spiritualiter, non oportet q̃ immutetur naturaliter, sicut de aere qui non est de receptiuus colo ris secundũ esse naturale, sed solũ secundũ esse spirituale. & iõ hoc solũmodo immutatur sicut eõuerso corpora inanimata immurantur p̃ qualitates sensibiles solũ naturaliter, & nõ spiritualiter. In corporibus autẽ gloriosis non poterit esse aliqua immutatio naturalis, & ideo ibi erit spũalis immutatio tantũ. D. 824. 826.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ sicut erit noua receptio speciei in organo sentiendi, ita erit nouum iudicium sensus cõmunis, non

autem nouum iudicium intellectus de hoc, sicut fit in eo qui uidet aliquid quod prius sciuit. Quòd autem Augustinus dicit, quòd non erunt ibi cogitationes uolubiles, intelligitur de cogitationibus intellectiuæ partis, unde non est ad propositum. F

Aug. lib. ultimo de trinit. c. 9.

¶ Ad quartum dicendū, quod quādo unum duorum est ratio alterius, occupatio animæ circa unum non impedit, nec remittit occupationes eius circa aliud, sicut medicus dum uidet urinam non minus potest considerare regulas artis de coloribus urinarum, sed magis: & quia deus apprehendetur a sanctis ut ratio omnium quæ ab eis agentur, uel cognoscentur: ideo occupatio eorum circa sensibilia sentienda, uel quæcunque alia contemplanda, aut agenda in nullo impediet diuinam contemplationem, nec econuerso.

ut cum diabolo eiusq; angelis puniantur. Vtrum uero ipsi cum uitiis & deformitatibus suorū corporum resurgant, quæcunq; in eis gestarunt, inquirendo laborare qd opus est? Nō enim fatigare nos debet incerta eorū habitudo, uel pulchritudo, quorū erit certa & sempiterna damnatio. Ecce nō diffinit, an tūc habeant deformitates, quas hic habuerunt reproborum corpora.

¶ Vel dicendum, quòd ideo una potentia impeditur in suo actu, quando alia uehementer operatur, quia una potentia de se non sufficit ad tam intensam operationem, nisi ei subueniatur per id quod erat aliis potentiis, uel membris influendum a principio uitæ: & quia in sanctis erunt omnes potentiæ perfectissimæ, una poterit intense operari, ita quòd ex hoc nullum impedimentum præstabitur actioni alterius potentiæ sicut & in Christo fuit.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd in corporibus gloriosis erunt omnes potentiæ sensuum, non tamen erunt in actu nisi duo sensus, scilicet uisus, & tactus: nec hoc erit ex defectu sensuum, sed ex defectu medii & obiecti, nec tamen erunt frustra, quia erunt ad integritatem humanæ naturæ, & ad commendandam sapientiam creatoris. Sed hoc non uidetur uerum, quia illud quod est medium in istis sensibus, est etiam in aliis medium. In uisu enim est medium aer, qui etiam est medium in auditu, & odoratu, sicut patet in secundo de anima. Similiter etiam gustus habet medium coniunctum sicut & tactus, cum gustus sit quidam tactus, ut in eodem libro dicitur. Odor etiam erit ibi qui est obiectum odoratus, cum ecclesia cantet quòd odor suauissimus erūt corpora sanctorum. Laus etiam uocalis erit in patria, unde Aug. dicit super illud Psalm. 149. Exultationes dei in gutture eorum, quòd corda & linguæ non desinent laudare deum. Et idē etiam habetur per glo. super illud. In cimbalis bene sonantibus, &c. H

Ex tex. comen. 76. & 79. tex. co. 112.

Psal. 150

¶ Et ideo secundum aliquos dicendum, quòd etiam odoratus & auditus erunt ibi in actu, sed gustus non erit in actu, ita quòd immutetur ab aliquo cibo, uel potu sumpto, ut patet ex dictis, nisi forte dicatur quòd erit gustus in actu per immutationem linguæ ab aliqua humiditate adiuncta. I

q. præcedētæ ar. 3 q. 4. in cor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd qualitates quas tactus percipit, sunt illæ ex quibus constituitur animalis corpus, unde per qualitates tangibiles corpus animalis secundum statum præsentem natum est immutari immutatione naturali & spirituali ab obiecto tactus: & ideo tactus dicitur maxime materialis inter alios sensus, quia habet plus de materiali immutatione adiunctum, non tamen immutatio materialis se habet ad actum sentiendi, qui perficitur spirituali immutatione nisi per accidens: & ideo in corporibus gloriosis, a quibus impassibilitas excludit naturalem immutationem, erit immutatio a qualitatibus tangibilibus spiritualis tantum, sicut & in corpore Adæ fuit quòd nec ignis urere, nec gladius scindere potuisset, & tamen horum sensum habuisset. K

¶ Ad secundum dicendum, quòd gustus secundum quod est sensus alimenti non erit in actu: si tamen erit secundum quod est iudicium saporum, hoc esse poterit forte secundum modum prædictum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam posuerunt, quòd odor nihil aliud est quàm quædam fumalis euaporatio. Sed hæc positio non potest esse uera, quod patet ex hoc quòd uultures currunt ex odore percepto ad cadauer ex locis remotissimis: nec esset possibile quòd euaporatio aliqua pertingeret a cadauere ad tam remota loca, etiam si totum resolueretur in uaporem, & præcipue cūm sensibilia in æquali distantia ad quamlibet partem immutent: unde odor immutat medium quandoque & instrumentum sentiendi spirituali immutatio ne sine aliqua euaporatione pertinget ad organum: sed quod aliqua euaporatio requiratur, hoc est quia odor in corporibus est humiditate aspersus, unde oportet resolutionem fieri ad hoc quòd percipiatur: sed in corporibus gloriosis erit odor in ultima sua perfectione nullo modo per humidum suppræssus, unde immutabit spirituali immutatione, sicut odor fumalis euaporationis facit, & sensus odoratus in sanctis, quia nulla humiditate impedietur cognoscet non solum excellentias odorum, sicut nunc in nobis contingit propter nimiam cerebri humiditatem, sed etiam minimas odorum differentias. G

¶ Ad quartum dicendum, quòd erit in patria laus uocalis, quamuis quidam aliter dicant, quòd sola immutatione spirituali organum auditus immutabitur in beatis, nec erit propter disciplinam, qua scientiam acquirat, sed propter perfectionem sensus, & delectationem. Quomodo autem uox ibi formari poterit, in secundo libro distinctio. secunda dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd intensio luminis non impedit receptionem d spirituale speciei coloris, dummodo maneat in natura diaphani: sicut patet quòd quamtumcumque illuminetur aer, potest esse medium in uisu, & quanto est magis illuminatus, tanto per ipsum clarius aliquid uidetur, nisi sit defectus ex debilitate uisus: quod autem speculo supposito directe radio Solis non appareat species corporis oppositi, non est propter hoc quod impediatur receptio, sed propter hoc quòd impeditur reuerberatio: oportet enim ad hoc quòd forma in speculo appareat, quòd fiat quædam reuerberatio ad aliquod corpus obscurum, & ideo plumbum uitro adiungitur in speculo: hanc autem obscuritatem radius Solis repellit, unde nō potest apparere species aliqua in speculo: claritas autem corporis gloriosi non aufert diaphanitatem a pupilla, quia gloria non tollet naturam, unde magnitudo claritatis in pupilla magis faciet ad acumen uisus quàm ad eius defectum.

q. 2. ar. 2. ad quintum, D. 284

¶ Ad sextum dicendum, quòd quanto sensus est perfectior, tanto ex minori immutatione facta potest obiectum suum percipere. Quanto autem sub minori angulo uisus a uisibili immutatur, tanto minor immutatio est, & inde est quòd uisus perfectior magis a remoto aliquid uidere potest, quàm uisus debilior: quia quanto a remotiori uidetur, sub minori angulo uidetur. Et quia uisus corporis gloriosi erit perfectissimus ex paruissima immutatione poterit uidere, unde sub angulo multo minori uidere poterit quàm modo possit, & per consequens multo magis a remoto.

ARTICVLVS II.

b Vtrum subtilitas sit proprietas corporis glorificati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd subtilitas non sit proprietas corporis glorificati. Proprietas enim gloriæ excedit proprietatem naturæ, sicut claritas gloriæ claritatem Solis, quæ est maxime in natura. si ergo subtilitas est proprietas corporis gloriosi, uidetur quòd corpus gloriosum futurum sit subtilius omni quod est subtile in natura, & ita erit uentis aereque subtilius, quod est hæresis a Gregor. in Constantinopolitana urbe damnata, ut ipse narrat in 14. libro Moralium.

4. Co. Gen. ca. 86

¶ 2 Præter. Sicut caliditas, & frigiditas sunt quædam qualitates simplicium corporum, scilicet elementorum, ita & subtilitas: sed calor & aliæ qualitates elementorum non intenduntur in corporibus gloriosis magis quàm nunc, immo magis ad medium reducentur. ergo nec subtilitas in eis erit maior quàm nunc sit.

cap. 31

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præter. Subtilitas in corporibus inuenitur propter paruitatem materiæ, unde corpora quę habent minus de materia sub æqualibus dimensionibus dicimus magis subtilia, ut ignem aere, & aerem aqua, & aquam terra: sed tantum de materia erit in corporibus gloriosis, quantum nunc est, nec dimensiones erūt maiores, ut ex supra dictis patet. ergo non erunt magis subtilia quàm modo sint.

Quia non consumentur corpora quæ tunc ardebunt.

Si uero quæritur de corporibus malorum, quo modo in igne ardeant, & non consumentur. August. in uariis exemplis astruit & sempiternis ignibus ea ardere, & non consumi illa combustione, sicut animus, cuius præsentia corpus

De ciui. dei lib. 21 c. 3

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Corinthiorū. 15 Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, idest, spiritui simile: sed subtilitas spiritus excedit omnem subtilitatē corporis. ergo corpora gloriosa erunt subtilissima.

q. præceden ar. 3. q. 3. ... & se ... toti.

¶ 2 Præter. Corpora quanto sunt subtiliora, tanto nobiliora: sed corpora gloriosa sunt nobilissima. ergo erunt subtilissima.

II VLTERIVS. Videtur quòd ratione huius subtilitatis competat corpi quòd sit simul in eodem loco cum alio corpore non glorioso, quia ut dicitur Philippen. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem uirtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia: sed corpus Christi potuit simul esse cum alio corpore in eodē loco, ut patet per hoc, quòd intrauit post resurrectionem ad discipulos ianuis clausis, ut dicitur Io. 20. ergo & corpora gloriosa ratione subtilitatis poterunt esse cum aliis corporibus non gloriosis in eodem loco.

... q. 57. ... ad 3.

¶ 2 Præter. Corpora gloriosa erunt nobiliora omnibus aliis corporibus: sed quædam corpora nunc ratione suæ nobilitatis possunt simul esse cum aliis corporibus, scilicet radii solares. ergo multo fortius hoc conueniet corporibus gloriosis.

¶ 3 Præter. Corpus cæleste non potest diuidi, ad minus quantum ad substantiam spherarum, unde dicitur Iob. 37. quòd cæli uelut ære solidissimi fusi sunt. si ergo corpus gloriosum non potest ratione subtilitatis esse simul cum alio corpore in eodem loco, nunquàm ad cælum empyreum ascendere poterit, quod est erroneum.

¶ 4 Præter. Corpus quod non potest esse simul cum alio corpore, potest ex alterius obstaculo impediri in motu suo, uel etiam includi: sed hæc non possunt contingere corporibus gloriosis. ergo possunt simul esse in eodem loco cum aliis corporibus.

¶ 5 Præter. Sicut se habet punctus ad punctum, ita linea ad lineam, & superficies ad superficiem, & corpus ad corpus: sed duo puncta possunt esse simul, ut patet quando duæ lineæ se tangunt: & similiter duæ lineæ in contactu duarum superficierum, & duæ superficies in contactu duorum corporum, quia contigua sunt, quorum ultima sunt simul, ut patet sexto Physicorum. ergo non est contra naturam corporis, quin possit esse cum alio corpore in eodem loco: sed quicquid nobilitatis natura corporis patitur, totum corpori glorioso præstabitur. ergo corpus gloriosum ex suæ subtilitatis proprietate habebit, quòd possit esse simul cum alio corpore in eodem loco.

... co. 1 & ... tex. ...

SED CONTRA est, quod Boetius dicit in libro de Trinit. In numero differentiam uarietas accidentium facit: nam tres homines neque genere, neque specie, sed suis accidentibus distant. Nam si uel animo cuncta ab his accidentia separamus, tamen locus est cunctis diuersus, quem unum fingere nullo modo possumus. ergo si ponantur duo corpora esse in uno loco, erunt unum corpus numero.

¶ 2 Præter. Corpora gloriosa maiorem conuenientiam habebunt cum loco quàm spiritus angelici: sed spiritus angelici, ut quidam dicunt, non possent distingui numero nisi essent in diuersis locis, & propter hoc ponunt quòd necesse est eos esse in loco, & quòd ante mundum creari non potuerunt. ergo multo magis debent dicere, quòd duo corpora qualiacunque non possunt simul esse in eodem loco.

III VLTERIVS. Videtur quòd nec etiam per miraculum fieri possit, quòd duo corpora sint in eodem loco. Non enim potest fieri per miraculum quòd duo corpora sint simul duo, & unum, quia hoc esset facere contradictoria esse simul: sed si ponantur duo corpora esse simul, sequeretur illa duo corpora esse unum. ergo non est possibile hoc per miraculum fieri. Probatio mediæ. Sint duo corpora in eodem loco, quorum unum dicatur .a. & aliud .b. aut ergo dimensiones .a. erunt eædem cum dimensionibus loci, aut aliæ: si aliæ, ergo erunt aliquæ dimensiones separatæ, quod non potest poni, quia dimensiones quæ sunt inter terminos loci non sunt in aliquo subiecto, nisi sint in corpore locato. Si autem sunt eædem, ergo eadem ratione dimensiones .b. erunt eædem cum dimensionibus loci: sed quæcunque uni & eidem sunt eadem, sibi inuicē sunt eadem. ergo dimensiones .a. & b. sunt eædem: sed duorum corporum non possunt esse eædē dimensiones, sicut nec eadem albedo. ergo .a. & .b. sunt unum corpus, & erant duo. ergo sunt simul unum & duo. A B

¶ 2 Præter. Contra communes animi conceptiones non potest aliquid miraculose fieri, ut scilicet pars non sit minor toto, quia contraria communibus conceptionibus directe contradictionem includunt. similiter nec cōclusiones geometricæ quæ a communibus conceptionibus infallibiliter deducuntur, sicut quòd triangulus non habeat tres angulos æquales duobus rectis. similiter nec aliquid potest fieri in linea contra diffinitionem lineæ, quia separare diffinitionem a diffinito est ponere duo condictoria esse simul: sed duo corpora esse in eodem loco est contra conclusiones geometriæ, & contra diffinitionem lineæ. ergo non potest per miraculum fieri. Probatio mediæ. Conclusio est geometriæ, quòd duo circuli non tangant se nisi in puncto: si autem duo corpora circularia essent in eodem loco, duo circuli designati in eis se tangerent secundum totum: similiter etiam est contra diffinitionem lineæ quòd infra duo puncta sit plusquàm una linea recta, quod contingeret si duo corpora essent in eodem loco, quia infra duo puncta signata in diuersis superficiebus loci, essent duæ lineæ rectæ duorum corporum locatorum. C

¶ 3 Præter. Hoc non uidetur posse fieri per miraculum, quòd corpus inclusum in alio corpore non sit in loco, quia sic haberet locum communem, & non proprium, quod non potest esse: sed hoc sequeretur, si duo corpora essent in eodem loco. ergo hoc non potest fieri per miraculum. Probatio mediæ. Sint duo corpora in eodem loco, quorum unum secundum quamlibet dimensionem sit maius alio, corpus minus erit inclusum corpore maiore, & locus corporis maioris erit locus eius communis, locum autem proprium non habebit, quia non erit aliqua superficies corporis actu signata, quæ contineat ipsam, quod est de ratione loci. ergo non habebit locum proprium.

D ¶ 4 Præter. Locus proportionaliter respondet locato: sed nunquàm potest per miraculum fieri, quòd idem corpus sit simul in diuersis locis nisi per aliquam conuersionem, sicut accidit in sacramento altaris. ergo nullo modo potest per miraculū fieri, quòd duo corpora sint simul in eodem loco.

SED CONTRA est, quòd beata Virgo filium suum miraculose peperit: sed in illo partu oportuit duo corpora esse simul in eodem loco, quia corpus pueri exiens, claustra pudoris non fregit. ergo potest miraculose fieri quòd duo corpora sint in eodem loco.

¶ 2 Præt. Hoc idem potest ostendi per hoc, quòd dominus ad discipulos intrauit ianuis clausis, Ioan. 20

IIII VLTERIVS. Videtur quòd corpus gloriosum possit esse cum alio glorioso in eodem loco, quia ubi est maior subtilitas, ibi est minor resistentia. si ergo corpus gloriosum est subtilius quàm non gloriosum, minus resistet corpori glorioso: & ita si corpus gloriosum poterit esse cum non glorioso corpore in eodem loco, multo fortius cum corpore glorioso. E

¶ 2 Præter. Sicut corpus gloriosum est subtilius non glorioso, ita unum gloriosum erit subtilius alio. si ergo corpus gloriosum poterit esse simul cum non glorioso, & corpus gloriosum magis subtile poterit esse cum glorioso minus subtili.

¶ 3 Præt. Corpus cæli est corpus subtile, & erit tunc glorificatum: sed corpus alicuius sancti esse poterit simul cum corpore cæli, quia poterunt ad terram descendere & ascendere pro suæ libito uoluntatis. ergo & duo corpora subtilia, uel gloriosa poterunt esse simul.

SED CONTRA. Corpora gloriosa erunt spiritualia, idest, spiritibus quātum ad aliquid similia: sed duo spiritus nō pñt esse in eodē loco, quāuis spūs & corpus possint eē in eodem loco.

q.1.ar.3. loco ut in primo lib.dist.37. dictum est.ergo nec duo corpora gloriosa poterunt esse in eodem loco.

¶2 Præt. Duorum corporum simul existérium,unum ab alio penetratur : sed penetrari ab alio corpore est ignobilitatis,quę omnino a corporibus gloriosis aberit, ergo non poterunt esse duo corpora glorio sa simul.

V ULTERIVS. Videtur quòd ex sua subtilitate remoueatur a corpore glorificato necessitas existendi in æquali loco. Corpora enim gloriosa erunt conformia corpori Christi, ut patet Philipp. 3. sed corpus Christi non coarctatur hac necessitate, ut sit in loco æquali, unde continetur eorum sub paruis, uel magnis dimensionibus hostię consecratæ.ergo & hoc idem erit in corporibus gloriosis.

Ex text.co. 53.& 55 ¶3 Præter. Philosophus probat in quarto Physicorum, quòd si duo corpora sunt in eodem loco, sequitur quòd maximum corpus obtineat minimum locum, quia diuersæ partes eius poterunt esse in eadem parte loci, non enim differt utrum duo corpora, uel quotcunque sint in eodem loco: sed corpus gloriosum erit simul in eodem loco cum alio corpore, ut dicitur communiter, ergo poterit esse in quouis paruo loco.

¶4 Præter. Sicut corpus uidetur ratione sui coloris, ita commensuratur loco ratione suæ quantitatis : sed corpus gloriosum ita subiectum erit spiritui quòd poterit uideri, & non uideri, præcipue ab oculo non glorioso pro suo libito uoluntatis, ut patuit in Christo, ergo ita quantitas subiicietur nutui spiritus quòd poterit esse in magno,uel paruo loco, & habere magnam,uel paruam quantitatem ad libitum.

tex.com.30 SED CONTRA est, quòd Philosophus dicit in quarto Physicorum, quòd omne quod est in loco, est in loco æquali sibi: sed corpus gloriosum erit in loco,ergo erit in loco æquali sibi.

tex.com.30 ¶2 Præter. Eædem sunt dimensiones loci & locati, ut probatur in 4.Physic. si ergo locus esset maior locato, esset idem maius & minus seipso,quod est inconueniens.

VI Homilia 26 VLTERIVS. Videtur quòd corpus gloriosum ratione suæ subtilitatis sit impalpabile. Gregorius enim dicit in Homelia, in octaua Paschæ, Corrumpi necesse est quod palpatur : sed corpus gloriosum erit incorruptibile. ergo erit impalpabile.

¶2 Præter. Omne quod palpatur resistit palpanti : sed quod potest esse simul cum aliquo, non resistit ei. cum ergo corpus gloriosum possit esse simul cum aliquo corpore, non erit palpabile.

¶3 Præter. Omne corpus palpabile est tangibile : sed omne tangibile corpus habet qualitates tangibiles excedentes qualitates tangentis, cum ergo qualitates tangibiles non sint in excessum, sed reductæ ad maximam æqualitatem in corporibus gloriosis, uidetur quòd non sint palpabilia.

SED CONTRA est, quòd dominus cum corpore glorioso resurrexit, & tamen corpus palpabile habuit, ut patet Ioan. 20. Palpate, & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. ergo & corpora gloriosa erunt palpabilia.

cap.31 ¶2 Præt. Hæc est hæresis Euticii Constantinopolitanorum episcopi, ut Gregorius dicit 14. lib. Moral. qui dixit, quòd corpus nostrum in resurrectionis gloria erit impalpabile.

tex.com. x. RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd nomen subtilitatis a uirtute penetrandi est assumptum, unde dicitur in secundo de generatione, quòd subtile est quod est cõpleiuum partibus, & partium partibus, quia propter naturam humidi quod male terminatur termino proprio, bene autem alieno, sequitur suum tangens, & fluit undique ad situm capiens, & sua subtilitate quamlibet eius partem minimam subintrat. Quòd autem aliquod corpus sit penetratiuũ contingit ex duobus.

¶Primo, ex quantitatis paruitate, præcipue secundum profunditatem & latitudinem, non autem secundum longitudinem, quia penetratio fit in profundum, unde longitudo penetrationi non obstat.

¶Secundo, ex paucitate materiæ, unde rara subtilia dicimus, & quia in corporibus raris forma prædominatur materiæ magis, ideo translatum est nomen subtilitatis ad illa corpora, quæ optime substant formæ, & perficiuntur ab ea completissimo modo : sicut dicimus subtilitatem esse in Sole & Luna, & aliis huiusmodi : sicut etiam aurum, uel aliquid huiusmodi potest dici subtile, quando perfectissime completur in esse & uirtute suæ speciei: & quia res in corporeæ quantitate carẽt, & materia nomen subtilitatis ad eas trãsfert nõ solum ratione suæ subtilitatis, sed etiã ratione suæ uirtutis. Sicut enim subtile dicitur penetratiuum, quia pertingit usque ad intima rei, ita etiam dicitur aliquis intellectus subtilis, quia pertingit ad inspicienda intrinseca principia & proprietates naturales rei latentes: & similiter dicitur aliquis habere uisum subtilem, quia aliquod minimum potest uisu pertingere, & similiter est de aliis sensibus : & secundum hoc etiam diuersi diuersimode subtilitatem corporibus gloriosis attribuerunt.

Si dæmones corporali igne cremantur.

VAERI etiam solet, an dæmones corporali igne ardeant. Ad quod tingit usque ad intima rei, ita etiam dicitur aliquis intellectus subtilis, quia pertingit ad inspicienda intrinseca principia & proprietates naturales rei latentes: & similiter dicitur aliquis habere uisum subtilem, quia aliquod minimum potest uisu pertingere, & similiter est de aliis sensibus : & secundum hoc etiam diuersi diuersimode subtilitatem corporibus gloriosis attribuerunt.

13. libro de ciui. dei ca. 20. ¶Quidam enim hæretici, ut Augustinus narrat, attribuerunt ei subtilitatem secundum modum quo spiritualia substantiæ subtiles dicuntur, dicentes quòd in resurrectione corpus uertetur in spiritum, & ratione huius corpora resurgentia Apostolus spiritualia nominat prima Corinthio. 15. Sed hoc non potest stare. Primo, quia corpus in spiritum transire non potest, cum non communicent in materia, quod etiam Boetius ostendit in libro de duabus naturis. Secundo, quia si esset hoc possibile, corpore in spiritum conuerso non resurgeret homo qui ex anima & corpore constat. Tertio, quia si Apostolus sic intellegeret, sicut nominat corpora spiritualia, pari ratione, nominaret corpora animalia, quę in animam sunt cõuersa, quod patet esse falsum.

Non longe post dimidium eiusdem libri.

¶Vnde quidam hæretici dixerunt, quòd corpus in resurrectione remanebit, sed habebit subtilitatem secundum modum rarefactionis, ita quòd corpora humana in resurrectione erunt aeri, uel uento similia, ut Greg. narrat in 14. Moral. Sed hoc etiam non potest stare, quia dominus post resurrectionem corpus palpabile habuit, ut patet Luc. ulti. quod præcipue subtile credendum est.

Vbi supra, ca. 31. ¶Et præterea corpus humanum cum carnibus & ossibus resurget, sicut & corpus domini, ut dicitur Luc. ultim. Spiritus carnem, & ossa non habet sicut me uidetis habere. & Iob. 19. dicitur. In carne mea uidebo deum &cæt. natura autem carnis, & ossis prædictam raritatem non patitur : & ideo assignandus est corporibus gloriosis alius subtilitatis modus, ut dicantur subtilia propter completissimam corporis perfectionem. Sed hanc completionem quidam eis attribuunt ratione quintæ essentiæ, quæ in eis tunc maxime dominabitur, quod non potest esse. Primo, quia nihil de quinta essentia potest uenire in compositionem corporis humani, ut in secundo libro ostensum est distinctio. 17. Secundo, quia dato quòd ueniret in compositionem corporis humani, non posset intelligi quòd dominaretur magis quàm nunc supra naturam elementarem, nisi ita quòd esset tunc in corporibus humanis plus secundum quantitatem de natura cælesti, & sic corpora humana non essent eiusdem staturæ, nisi forte minueretur in homine elementaris materia, quod repugnat integritati resurgentium: uel ita quòd natura elementaris indueret proprietates naturæ cælestis ex eius dominio in corpore, & sic naturalis uirtus esset causa proprietatis gloriosæ, quod absurdum est.

q.5.ar.1.

¶Et ideo alii dicunt, quòd dicta completio, ex quo corpora humana subtilia dicentur, erit ex dominio animæ glorificatæ quæ est forma corporis super ipsum, ratione cuius corpus gloriosum spirituale dicitur, quasi omnino spiritui subiectum. Prima autem subiectio, qua corpus animæ subiicitur, est ad participandum esse specificum, prout subiicitur sibi ut materia formæ, & deinde subiicitur ei ad alia opera animæ prout anima est motor : & ideo prima ratio spiritualitatis in corpore est ex subtilitate, & deinde ex agilitate, & aliis proprietatibus corporis glorioſi : & propter hoc Apostolus in spiritualitate tetigit dotem subtilitatis, ut magistri exponunt. Vnde etiam Gregorius dicit, in 14. Moralium, quòd corpus glorioſi dicitur subtile per effectum spiritualis potentiæ. Et per hoc patet solutio ad obiecta, quæ procedunt de subtilitate, quæ est per rarefactionem.

Loco supra citato.

¶AD

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd non potest dici quòd corpus gloriosum ratione subtilitatis suæ habeat quòd possit esse cum alio corpore in eodem loco, nisi per subtilitatem auferatur ab eo illud quod prohibetur nunc esse simul cum alio corpore in eodem loco.

¶Dicunt autem quidam, quòd prohibetur ab hoc in illo stat ratione corpulentiæ, per quam habet quòd repleat locum, quæ quidem corpulentia ab ea per subtilitatis dotem tolletur. Sed hoc non potest stare propter duo. Primo, quia corpulentia quam dos subtilitatis auferet, est ad defectum pertinens, puta, aliqua inordinatio materiæ non perfectæ subsistantis suæ formæ : totum enim quod ad integritatem corporis pertinet in corpore resurget, tam ex parte formæ, quàm ex parte materiæ. Quòd autem aliquod corpus sit repletiuum loci, hoc habet per id quod est de integritate naturæ eius, & non ex aliquo defectu naturæ. Cum enim plenum opponatur uacuo, illud solum non replet locum, quo posito in loco, locus nihilominus remanet uacuus. Vacuum autem diffinitur in 4. Physicorum quòd est locus non plenus sensibili corpore: dicitur autem aliquod corpus esse sensibile ex materia & forma, & naturalibus accidentibus, quæ omnia ad integritatem naturæ pertinent: constat etiam quòd corpus gloriosum erit sensibile etiam secundum tactum, ut patet in corpore domini Luc. ulti. nec enim deerit materia, aut forma, aut naturalia accidentia secundum calidum & frigidum, & huiusmodi : unde patet quòd corpus gloriosum non obstante subtilitatis dote replebit locum. Insania enim uideretur dicere, quòd locus ubi esset gloriosum corpus esset uacuus. Secundo, ratio eorum prædicta non ualet, quia impedire coexistentiam corporis in eodem loco est in plus quàm replere locum. Si enim ponamus dimensiones esse separatas sine materia, illæ dimensiones non replent locum : unde quidam ponentes uacuum dixerunt, uacuum esse locum in quo sunt huiusmodi dimensiones sine aliquo corpore sensibili, & tamen istæ dimensiones prohibentur ne sint simul cum aliquo corpore in eodem loco, ut patet per Philosophum in 4. Physicorum ubi habet pro inconuenienti, quòd corpus mathematicum, quod nihil est aliud quàm dimensiones separatæ, sit simul cum corpore naturali sensibili : unde dato quòd subtilitas glorioſi corporis auferret ab eo hoc quod est replere locum, non tamen sequeretur quòd propter hoc posset esse cum alio corpore in eodem loco, quia remoto eo quod in minus est, non propter hoc remouetur quod in plus est. ergo uideturquod impedit corpus nostrum nunc, ne sit simul cum alio corpore in eodem loco, nullo modo poterit ab eo remoueri per dotem subtilitatis. Nihil enim potest prohibere corpus aliquod ne sit simul situatum cum alio corpore in eodem, nisi hoc quod in eo requirit diuersum situm. Nihil enim est impedimentum identitati, nisi quod est causa diuersitatis. Hanc autem distinctionem situs non requirit aliqua corporis qualitas, quia corpori non debetur aliquis situs ratione suæ qualitatis, unde remoto a corpore sensibili quòd sit calidum, aut frigidum, aut graue, aut leue, nihilominus in eo remanet necessitas prædictæ distinctionis, ut patet per Philosophum in 4. Physicorum, & etiam per se planum est. Similiter etiam materia non potest inducere necessitatẽ prædictæ distinctionis, quia materiæ non aduenit situs nisi mediante quantitate dimensiua : similiter etiam neque forma situm habet nisi ex materia situm habente. Restat ergo quòd necessitas distinctionis duorum corporum in situ causatur a natura quantitatis dimensiuæ, cui per se conuenit situs, cadit enim in diffinitione eius, quia quantitas dimensiua est quantitas habens situm : & inde est quòd remotis omnibus aliis quæ sunt in re, talis distinctionis necessitas inuenitur in sola quantitate dimensiua. Si aũt accipiatur linea separata, oportet quòd si sunt duæ lineæ, uel duæ partes unius lineæ quòd sint distinctæ in situ, alias linea addita lineæ non efficeret maius, quod est contra communem animi conceptionem, & similiter est de superficiebus & corporibus mathematicis. Et quia materiæ debetur situs inquantum subsitat dimensionibus, exinde prædicta necessitas ad materiam situatam deriuatur, ut sicut non est possibile esse duas lineas, uel duas partes lineę nisi sint distinctæ secundum situm, ita impossibile est esse duas materias, uel duas partes materiæ nisi sit distinctio situs : & quia distinctio materię est primum distinctionis individui, inde est quòd Boetius dicit in lib. de trinita. Quia duobus corporibus unum loco

Augustinus respondens ait. Cur non dicamus, quamuis miris, ueris tamen modis, etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi, si spiritus hominum etiam ipsi incorporei, & nũc cum fingere nullo modo possumus, ut hanc saltem accidentium uarietatem distinctio induiduorum requirat : subtilitas autem a corpore glorioso dimensionem non aufert, unde nullo modo aufert sibi prædictam necessitatem distinctionis situs ab alio corpore, & ita corpus gloriosum non habebit ratione suæ subtilitatis quòd possit esse cũ alio corpore, sed poterit esse simul cum alio corpore ex operatione uirtutis diuinę, sicut etiam corpus Petri non habuit ex ali qua proprietate indita, quòd ad aduentionem eius sanarentur

potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum uinculis insolubiliter alligari? Geenna illa quæ stagnum ignis & sulphuris dicta est, corporeus ignis erit, & cru-

infirmi, sed hoc fiebat uirtute diuina ad ędificationem fidei: ita faciet uirtus diuina, ut corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore ad perfectionem gloriæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Christi non habuit ex dote subtilitatis quòd possit esse simul cum alio corpore in eodem loco, sed hoc factum est uirtute diuinitatis post resurrectionem sicut in natiuitate. Vnde Gregor. in Homel. dicit. Illud corpus domini intrauit ad discipulos ianuis clausis, quod ad humanos oculos per natiuitatem suam clauso exiit utero. Virginis, unde non oportet quòd ratione subtilitatis hoc conueniat corporibus gloriosis. Homilia 26 circa finem

¶Ad secundum dicendum, quòd lumen non est corpus, ut in secundo libro. distinctio. 13. dictum est, unde obiectio procedit ex falsis. q.1.ar.3.

¶Ad tertium dicendum, quòd corpus gloriosum transibit sphæras cælorum sine earum diuisione, non ex ui subtilitatis, sed ex diuina uirtute, quæ eis ad nutum in omnibus subueniet.

¶Ad quartum dicendum, quòd ex hoc etiam quòd ad nutum eis deus aderit in omnibus quę uolent, sequitur quòd non possint includi, uel incarcerari.

¶Ad quintum dicendum, quòd sicut dicitur in 4. Physicorum. Puncto non conuenit esse locum. Vnde si dicatur esse in loco, hoc non est nisi per accidens, quia corpus cuius est terminus, est in loco. Sicut autem locus totus respondet toti corpori, ita terminus loci respondet termino corporis. Contingit autem duorum locorum esse unum terminum, sicut & duas lineas terminari ad unum punctum. & ideo quamuis duo corpora non possint esse in eodem loco, tamen duobus terminis duorum corporum respondet idem terminus duorum locorum, & secundum hoc dicitur ultima corporis se tangentium esse simul. tex.co.47.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut ex dictis patet, propter hoc necesse est duo corpora in duobus locis esse, quia diuersitas materiæ requirit distinctionem in situ, & ideo corpora uidemus quòd quando conueniunt duo corpora in unum, destruitur esse distinctum utriusque & acquiritur utrique simul unum esse distinctum, ut patet in mistionibus. Non potest ergo esse quòd corpora duo remaneant duo, & tamen sint simul, nisi utrique conseruetur esse distinctum, quod primum habebat secundum quod utrunque erat eus indiuisum in se, diuisum ab aliis. Hoc autem esse distinctum dependet a principiis rei essentialibus sicut a causis proximis, sed a Deo sicut a causa prima, sicut supra distinctio. 12. dictum est, quòd esse accidentis dependet a subiecto sicut a causa proxima, sed a deo sicut a causa prima. Et quia causa prima potest conseruare rem in esse cessantibus causis secundis, ut patet per primam propositionem libri de causis, ideo diuina uirtute, & ea sola fieri potest, ut accidens sit sine subiecto, ut patet in sacramento altaris. & similiter diuina uirtute fieri potest, & ea sola, quòd corpori remaneat esse distinctum ab alio corpore, quamuis eius materia non sit distincta in situ ab alterius corporis materia, & sic miraculose fieri potest, quòd duo corpora sint in eodem loco. quæst. præcedente. q.1.ar.1.q.3.ad tertiũ.

AD PRIMVM Ergo dicendũ, quòd ratio illa est sophistica, quia procedit ex suppositione falsi, uel petit principium. Procedit enim ratio illa ac si inter duas superficies oppositas loci alicuius esset aliqua dimensio propria loco, cui oporteret quòd uniretur dimensio corporis locati aduenientis: sic enim sequeretur quòd dimensiones duorum corporum locatorum fierent una dimensio, si utraque unum fieret cum dimensione loci. Hæc autem suppositio falsa est. quia secundum hoc quandocunque corpus acquireret nouum locum, oporteret aliquam immutationem fieri in dimensionibus loci, uel locati. Non enim potest esse quòd aliqua duo fiunt de nouo unum nisi alte-

ro eorum immutato. Si autem ut se rei ueritas habet, loco non debentur aliæ dimensiones quàm dimensiones locati, patet quòd ratio nihil probat, sed petit principium: quia secundum hoc nihil est aliud dictum, quòd dimensiones locati fiunt eædem cum dimensionibus loci, nisi quòd dimensiones locati continentur infra terminos loci, & secundum eorum mensuram distant termini loci, sicut distarent propriis dimensionibus si eas haberent, & sic dimensiones duorum corporum esse dimensiones unius loci, nihil est aliud quàm duo corpora esse in eodem loco, quod est principale propositum.

> ciabit damnatorum corpora hominum, uel dæmonum, sed solida hominum, aerea dæmonum. Vnus enim utrisque ignis erit, ut ueritas ait: de quo igne si quæritur qualis, uel ubi sit, August. sic

G

¶ Ad secundum dicendum, quòd posito quòd duo corpora sint in eodem loco per miraculum, non sequitur aliquid neque contra communes animi conceptiones, neque contra diffinitionē lineæ, neque contra conclusiones aliquas geometriæ. Sicut enim supra distin. 12. dictum est, quantitas dimensiua in hoc differt ab omnibus aliis accidētibus, quòd habet specialem rationem indiuiduationis, & distinctionis scilicet ex situ partium præter rationem indiuiduationis, & distinctionis quæ est sibi & omnibus aliis accidentibus communis, scilicet ex materia subiecta. Sic ergo una linea potest intelligi diuersa ab alia, uel quia est in alio subiecto, quæ consideratio non est nisi de linea materiali: uel quia distat in situ ab alia, quæ consideratio est etiam de linea mathematica, quę intelligitur præter materiam. Si ergo remoueatur materia, non potest esse distinctio linearum nisi secundum situm diuersum, & similiter nec punctorum, nec superficierum, nec quarumcumque dimensionum: & sic geometria non potest ponere quòd una linea addatur alii tanquam distincta ab ea, nisi sit diuersa in situ ab ea, sed supposita distinctiõe subiecti sine distinctione situs ex diuino miraculo, ut dictũ est, intelligentur diuersæ lineæ quæ non distãt situ propter diuersitatem subiecti: & similiter puncta diuersa, & sic duæ lineæ designatæ in duobus corporibus quę sunt in eodem loco, trahuntur a diuersis punctis ad diuersa puncta, ut non accipiamus punctum signatũ in loco, sed in ipso corpore locato, quia linea non dicitur trahi nisi a puncto quòd est terminus eius: & supra etiam duo circuli designati in duobus corporibus sphæricis existentibus in eodem loco, quæ sunt duo propter diuersitatē situs, alias non possent se tangere secundum totum, sed sunt duo ex diuersitate subiectorũ: & pp hoc se totaliter tangentes adhuc manent duo, sicut etiã circulus signatus in corpore locato sphærico tangit secundum totum alium circulum signatum in corpore locante. H

q. 1. artic. 1. quæst. 3. ad tertium.

In cor. præsentis quæstiunc.

D. 303

¶ Ad tertium dicendum, quòd deus posset facere aliquod corpus quod non esset in loco, & tamen illa positione facta nõ sequitur quòd aliquod corpus non sit in loco, quia corpus maius est locus corporis minoris ratione illius superficiei quæ designatur ex contactu terminorum corporis minoris. I

¶ Ad quartum dicendum, quod unum corpus esse simul localiter in duobus locis non potest fieri per miraculum. Corpus n. Christi non est in altari localiter, ut supra distin. 10. dictum est, quàmuis miraculose possit fieri quòd duo corpora sint in eodem loco, quia esse in pluribus locis simul repugnat indiuiduo ratione eius, quod est esse indiuisum in se, sequeretur enim quòd esset distinctum in situ: sed esse cum alio corpore in eodem loco repugnat ei quãtum ad hoc, quòd est esse diuisum ab alio, ut ex dictis patet: ratio autem unius perficitur in indiuisione, ut patet in 4. meta. sed diuisio ab aliis est de consequentibus ad rationem unius: unde quòd idem corpus sit localiter simul in diuersis locis includit contradictionem, sicut quòd homo careat ratione: sed duo corpora esse in eodem loco non includit contradictionem, ut ex dictis patet, & ideo non est simile. K

q. unica ar. 3. quæst. 2. in cor. & ad 2. & q. 4. in cor.

Tex. Co. 4. & 5. tex. co. xi.

Fere per totam quartem uæst.

Ad qvartam quæstionē dicendum, ꝙ corpus gloriosum ratione suæ proprietatis non habet quòd posset esse cũ alio corpore glorioso in eodem loco, sicut nec ut sit simul cum corpore non glorioso. Diuina autē uirtute fieri posset, ut duo corpora gloriosa essent simul, uel duo non gloriosa sicut gloriosum & nõ gloriosum: sed tamen non est cõueniens quòd corpus gloriosum sit simul cum alio corpore glorioso, tum quia in eis seruabitur debitus ordo qui distinctionē requirit: tũ quia unũ corp⁹ gloriosum non se apponet alteri, & sic nunquam duo corpora gloriosa erunt simul.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit ac si corpori glorioso inesset ratione suæ subtilitatis, quod posset esse simul in eodem loco cum alio corpore, quod falsum est. Et similiter dicendum ad secundum.

F

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus cæli & alia corpora æqui uoce dicentur gloriosa inquantum participabunt aliquid gloriæ, & non quòd eis conueniant dotes corporum humanorum glorificatorum.

Ad qvintam quæstionem dicendum, quòd corpus non comparatur ad locum nisi mediantibus dimensionibus propriis, secundum quas corpus locatum circumscribitur ex contactu corporis locantis: unde quòd corpus aliquod sit in minori loco quàm sit sua quantitas, hoc non potest esse nisi per hoc ꝙ quantitas corporis propria efficitur aliquo modo minor seipsa, quod quidem non potest intelligi nisi dupliciter. Vno modo, ex uariatione quantitatis circa eãdem materiam, ut scilicet materia quæ primo subest magnæ quantitati postea subsit paruæ: & hoc quidam posuerunt in corporibus gloriosis dicentes quòd quantitas eorum subest eis ad nutum, ita quòd cum uoluerint, possunt habere magnam quãtitatem, & cum uoluerit paruã. Sed hoc nõ potest esse, quia nullus motus qui fit secundum aliquid intrinsecum rei, potest esse sine passione abiiciente a substantia, & ideo in corporibus incorruptibilibus, scilicet cælestibus, est solus motus localis, qui non est secundum aliquid intrinsecum, unde patet quòd mutatio quantitatis circa materiam repugnaret impassibilitati corporis gloriosi & incorruptibilitati. Et præterea, sequeretur quòd corpus gloriosum quandoque esset rarius, & quandoque spissius, quia cũ nihil diuidi possit ab eo de materia sua, quandoque eadem materia esset sub paruis dimensionibus, & quandoque sub magnis, & ita rarefieret & densaretur, quod non potest esse. Alio modo, potest intelligi quòd quantitas corporis gloriosi efficiatur minor seipsa p uariationem situs, ita scilicet quòd partes corporis gloriosi subintrent se inuicem, & sic redeat ad quãtũcũque paruam quãtitatē: & hoc quidam posuerunt dicentes, quòd ratione suæ subtilitatis corpus gloriosum habebit quòd possit esse simul cum alio corpore non glorioso in eodem loco: & similiter potest una pars esse intra aliam intantum quòd totum corpus gloriosum poterit intrare per minimum porum unius corporis, & sic ponunt quòd corpus Christi exiuit de utero uirginali, & intrauit ianuis clausis ad discipulos: sed hoc non potest esse, tum quia corpus gloriosũ nõ habebit quòd sit cum alio corpore simul ratione subtilitatis: tum quia etiam si haberet ut ratione subtilitatis esset cum alio corpore, non tamen cum corpore glorioso, ut multi dicunt: tum quia repugnaret rectæ dispositioni corporis humani, quæ requirit determinatum situm & distantiam partium, unde nec per miraculum unquam hoc fiet: & ideo dicendum, quòd corpus gloriosum semper erit in loco sibi æquali.

> respondet. Ignis æternus cuiusmodi sit, & in qua mundi, uel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui spiritus diuinus ostendit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd corpus Christi in sacramento altaris non est localiter, ut supra distinct. 10. dictum est.

q. & artic. Vbi supra.

¶ Ad secundum dicendum, quòd probatio Philosophi, procedit ex hoc quòd una pars eadem ratione subintraret aliam, sed talis subintratio partium corporis gloriosi in inuicem non potest esse, ut dictum est, & ideo ratio non sequitur.

In cor. præsentis q.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus uidetur ex hoc quòd agit in uisum, quòd autem agat in visum, vel non agat, nihil uariat in ipso corpore, & ideo non est inconueniens si possit quando uult, uideri: & quando uult, non uideri: sed esse in loco non est actio aliqua procedentis ab eo ratione suæ quantitatis, sicut uideri ratione sui coloris, & ideo non est simile.

Ad sextam quæstionem dicendum, quòd omne corpus palpabile est tangibile, sed non conuertitur. Omne enim corpus est tangibile quod habet qualitates, quibus natus est immutari sensus tactus: unde aer & ignis, & omnia huiusmodi sunt corpora tangibilia: sed palpabile ulterius addit quòd resistat tangenti, unde aer qui nequaquam resistit transeunti per eum, sed est facillimæ diuisionis tangibilis quidem est, sed non palpabilis. Sic ergo patet quòd palpabile dicitur aliquod corpus ex duobus, scilicet ex qualitatibus tangibilibus, & ex hoc quod resistit tangenti, vt non pertranseatur: quia qualitates tangibiles sunt calidum, & frigidum, & huiusmodi quæ non inueniuntur nisi in corporibus grauibus & leuibus, quæ habent contrarietatem adinuicem, ac per hoc sunt corruptibilia, ideo corpora cælestia quæ sunt secundum naturam incorruptibilia sunt sensibilia quidem uisu, sed nõ tangibilia, & sic etiam nec palpibilia; & hoc est quod Greg. dicit quòd corrumpi necesse est omne quod palpatur. corpus ergo gloriosum habet ex natura sua qualitates, quæ sunt natæ immutare tactum: sed tamen quia corpus est omnino subiectum spiritui, in potestate eius est ut secundum eas immutet tactum, uel non immutet: similiter etiam secundum naturam subiecti competit ut resistat cuilibet alteri corpori transeunti, ita quòd non possit esse cum eo simul in eodem loco, sed miraculose hoc potest diuina uirtute contingere ad nutum ipsius quòd sit cum alio corpore in eodem loco, & sic non resistet ei transeunti. Vnde secundum naturam suã palpabile est corpus gloriosum, sed ex uirtute supernaturali hoc ei competit, ut cum non uult, nõ palpetur a corpore nõ glorioso, & iõ Greg. dicit quòd dominus palpandã carnem præbuit, quam ianuis clausis introduxit, ut profecto ostenderetur post resurrectionē corpus suum esse & eiusdem naturæ, & alterius gloriæ.

In Homilia octauæ Paschatis. q. 26.

Vbi supra.

> Si animæ sine corporibus sentiunt ignem corporalem.
>
> Cum autem cõstet animas igne materiali in corporibus cruciandas, quæri solet, an interim ante resurrectionem corporum animæ defunctorum reproborũ materiali igne cremẽt. De hoc Iulianus Toletanæ ecclesiæ episcopus Gregorii dicta secutus ita scripsit. Si uiuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur? Teneri autem per ignem spi-

A

B

Ad primvm ergo dicendum, quòd incorruptibilitas corporis gloriosi non est ex natura componentium, secundum quam omne quod palpatur necesse est corrumpi, ut ex dictis patet, & ideo ratio non sequitur.

In cor. præsentis quæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis aliquo modo fieri possit quòd corpus gloriosum sit cum alio corpore in eodem loco, tamen corpus gloriosum habet in potestate sua resistere cuilibet tangenti cum uoluerit, & sic palpari potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd qualitates tangibiles in corporibus gloriosis non erunt reductæ ad medium rei secundum æque distantiam ab extremis acceptum, sed ad medium proportionis secundum quod optime competit complexioni humanæ in singulis partibus, & ideo tactus illorum corporum est delectabilissimus, quia potentia semper delectatur in conuenienti, & tristatur in excessu. C

Articvlvs III.

Vtrum corpora gloriosa sint futura agilia.

In Con. ... ca. 86.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd corpora gloriosa non sint futura agilia. Illud enim quod de se est agile ad motum, non indiget aliquo deferente: sed corpora glorificata deferuntur post resurrectionem in nubibus obuiam Christo in aere ab angelis, ut dicit glo. 1. ad Thess. 4. ergo corpora gloriosa non erunt agilia. D

¶ 2 Præt. Nullum corpus quod mouetur cum labore & pœna potest dici agile: sed corpora gloriosa hoc modo mouebuntur, cum motor eorum, scilicet anima moueat in contrarium naturæ eorum, alias mouerentur semper in unam partem. ergo non erunt agilia.

¶ 3 Præt. Inter operationes animalis, sensus est nobilior & prior quàm motus: sed non assignatur corporibus gloriosis aliqua proprietas, quæ perficiat ea ad sentiẽdum. ergo nec eis debet attribui agilitas, per quam perficiantur ad motum.

¶ 4 Præt. Natura dat diuersis instrumenta diuersæ dispositionis secundum diuersas uirtutes ipsorum, unde non eiusdem dispositionis instrumenta dat animali tardo, uel ueloci: sed deus multo ordinatius operatur quàm natura, cum ergo corpus gloriosum habeat membra eiusdem dispositionis in figura & quantitate sicut modo, uidetur quòd non habeat aliam agilitatem quàm modo habet.

Sed contra est, quod patet 1. Corinth. 15. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute, idest mobile & uiuum. E sed mobilitas non potest dicere nisi agilitatem ad motum. ergo corpora gloriosa erunt agilia.

¶ 2 Præt. Tarditas maxime uidetur spiritualitati repugnare: sed corpora gloriosa erunt spiritualia, ut dicitur 1. Corinth. 15. ergo erunt agilia.

II

Vlterivs. Videtur quòd agilitate sua numquam utentur, ita quòd moueantur, quia secundum Philosophum motus est actus imperfecti: sed in illis corporibus nulla erit imperfectio. ergo nec aliquis motus.

Vt supra. Phy. tex. 16

¶ 2 Præt. Omnis motus est propter indigentiam, quia omne quod mouetur, mouetur propter adeptionem alicuius finis: sed corpora gloriosa non habebunt aliquam indigentiam, ut Augu. dicit. Ibi erit quicquid uoles, non erit quicquid noles. ergo non mouebuntur.

Alib. de ... nouo.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in 2. cæli & mundi. Quod participat diuinam bonitatem sine motu nobilius participat illã quàm quod participat eam cum motu: sed corpus gloriosum nobilius participat diuinam bonitatem quàm aliquod aliud corpus. cum ergo quędam alia corpora omnino sine motu remaneant, sicut corpora cælestia, uidetur ꝙ multo fortius corpora humana.

Ex c. 36. lib. soli loquior to. 9

tex. com. 62

> rum reproborũ materiali igne cremẽt. De hoc Iulianus Toletanæ ecclesiæ episcopus Gregorii dicta secutus ita scripsit. Si uiuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur? Teneri autem per ignem spi-

¶ 4 Præt. Aug. dicit, quòd anima stabilita in deo stabiliet & corpus suum consequenter: sed anima ita erit in deo stabilita quòd nullomodo ab eo mouebitur. ergo nec in corpore erit aliquis motus ab anima.

Ex libro de cognitione ueræ uitæ, c. 31. to. 9

¶ 5 Præt. Quãto corpus est nobilius, tanto debetur ei locus nobilior, unde corpus Christi quod est nobilissimum, habet locũ eminentiorem inter cętera loca, ut patet. Hebr. 7. Excelsior cælis factus. gloss. loco & dignitate, & similiter unumquodque corpus gloriosum habebit eadem ratione locum sibi conuenientem secũdum mensuram suæ dignitatis: sed locus conueniens est de pertinentibus ad gloriam. cum ergo post resurrectionem gloria sanctorum nunquam uarietur neque in plus, neque in minus, quia tunc erunt omnino in termino, uidetur quòd corpora eorum numquam de loco sibi determinato recedent, & ita non mouebuntur.

cap. 7

Sed contra est, quod dicitur Esa. 40. Current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. & similiter Sap. 3. dicitur. Tamquam scintillæ in arundineto discurrent. ergo erit aliquis motus corporum gloriosorum.

C

Vlterivs. Videtur quòd moueantur in instanti. August. enim dicit quòd vbicunque voluerit spiritus, ibi erit & corpus: sed motus uoluntatis secundum quem spiritus vult alicubi esse, est in instanti. ergo & motus corporis erit in instanti.

III

lib. 12. de ciui. dei c. 30. to. 5

¶ 2 Præt. Philosophus in 4. Phy. probat, quòd si fieret motus per uacuum quòd oporteret aliquid moueri in instanti, quia uacuũ non resistit aliquo modo mobili, resistit autem plenum, & sic nulla proportio esset motus qui fit in uacuo ad motum qui fit in pleno in uelocitate, cum proportio motuum in uelocitate sit secundum proportionem resistentiæ quæ est in medio: omnium autẽ duorum motuum qui fiunt in tempore, oportet esse proportionales uelocitates, quia omne tempus omni tempori proportionale est: sed similiter nullum spacium plenum potest resistere corpori glorioso, quod potest esse cum alio corpore in eodem loco quocũque modo fiat, sicut nec uacuum alteri corpori. ergo si mouetur, in instanti mouebitur.

text. co. 73.

D

¶ 3 Præt. Virtus animę glorificatæ quasi improportionaliter excedit uirtutem animæ non glorificatæ: sed anima non glorificata mouet corpus in tempore. ergo anima glorificata mouet corpus in instanti.

¶ 4 Præt. Omne quod mouetur æqualiter cito ad propinquum & distans, mouetur in instanti: sed motus corporis gloriosi est talis, quia ad quamtumcumque distans spacium mouetur tempore imperceptibili. unde August. dicit in quæstionibus de resurrectione quòd corpus gloriosum utraque interualla pari celeritate pertingit, ut radius Solis. ergo corpus gloriosum mouetur in instanti.

Ex c. 30. lib. 22. de ciui. dei. to. 5.

¶ 5 Præt. Omne quod mouetur uel mouetur in tempore, uel mouetur in instanti: sed corpus gloriosum post resurrectionem non mouebitur in tempore, quia tempus iam non erit, ut dicitur Apocal. 10. ergo motus ille erit in instanti.

Sed contra. In motu locali spacium, & motus, & tẽpus simul diuidũtur, ut demõstratiue probatur in 6. Phy. sed spatium quod transit corpus gloriosum per suũ motum est diuisibile. ergo & motus diuisibilis, & tempus diuisibile: instãs autem nõ diuiditur. ergo & motus illæ non erit in instanti.

tex. Co. 18.

¶ 2 Præt. Non potest esse aliquid simul totum in uno loco, & partim in illo, & partim in alio, quia sequeretur quòd altera pars esset in duobus locis simul, quod esse nõ potest: sed omne quod mouetur partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem, ut demonstratum est in 6. Phy. omne autem quòd motum est, totum est in termino ad quem est motus. ergo non potest esse quòd simul moueatur & motum sit: sed omnẽ quod mouetur in instanti, simul mouetur & motum est. ergo motus localis corporis gloriosi non poterit esse in instanti.

Tex. co. 32.

Respon. Dicendum ad primam quæstionẽ, ꝙ corpus gloriosũ erit omnino subiectũ aĩæ glorificatæ nõ solũ ut nihil ĩ eo sit

quod

qđ resistat voluntati spiritus, quia hoc fuit et in corpore Adę, sed etiam vt sit in eo aliqua perfectio effluens ab anima glorificata in corpus, per quam habile reddant ad prædictam subiectionem, quæ quidem perfectio dos glorificati corporis dicitur. Anima autem coniungitur corpori non solum vt forma, sed vt motor, & vtroque modo oportet quòd corpus gloriosum animę glorificatæ sit summe subiectū: vnde sicut per dotē subtilitatis subijcitur ei totaliter inquantum est forma corporis dans esse specificum, ita per dotem agilitatis subijcitur ei inquantū est motor, vt scilicet sit expeditum & habile ad obediendum spiritui in omnibus motibus & actionibus animæ. Quidam tamen causam istius agilitatis attribuunt quintæ essentiæ, quæ tunc in corporibus gloriosis dominabitur. Sed de hoc frequenter dictum est, quòd non videtur conueniens, vnde melius est quòd attribuatur animæ, a qua gloria in corpus emanat.

ritum dicimus, ut in tormentis ignis sit, uidendo atque sentiẽdo. Quòd autem non solum videndo, sed etiam experiẽdo anima ignis tormentum patiatur, ex Euangelio colligitur, vbi veritatis voce diues mortuus dicitur ĩ ĩferno sepultus, cuius anima quòd in igne teneatur, insinuat, cum Abraham deprecatur dicens. Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguã meã:

[Etiā in præsenti quęst, ar.1. quæst. 1. in cor.] AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpora gloriosa dicuntur ferri baiulis angelis, & etiam in nubibus non quasi eis indigeatur, sed ad reuerentiam designandam quæ corporibus gloriosis & ab angelis, & ab omnibus creaturis deferetur.

[D.806.] ¶ Ad secundum dicendum, quòd quanto virtus animæ mouentis dominatur magis supra corpus, tanto minor est labor in motu, qui etiam fit contra naturam corporis. Vnde illi, in quibus virtus motiua est fortior, vel qui habent ex exercitio corpus magis habilitatum ad obediendum spiritui mouenti, minus laborant in motu: & quia post resurrectionem anima perfecte dominabitur corpori, tum propter perfectionem propriæ virtutis: tum propter habilitatem corporis gloriosi ex redundantia gloriæ ab anima in ipsum, non erit aliquis labor in motu sanctorum, & sic dici possunt corpora sanctorum agilia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per dotem agilitatis corpus gloriosum redditur habile non solum ad motum localem, sed ad sensum, & ad omnes alias operationes animæ exequendas.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut natura dat velocioribus animalibus instrumenta diuersæ dispositionis in figura & quantitate, ita deus dabit corporibus sanctorum aliam dispositionem quàm nunc habeant non quidem in figura & quantitate, sed in proprietate gloriæ, quæ dicitur agilitas.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd corpora gloriosa aliquando moueri necessarium est ponere, quia & ipsum corpus Christi motum est in ascensione, & similiter corpora sanctorum quæ de terra resurgent, ad cælum empyreum ascendent, sed etiam postquam cælos ascendent, verisimile est quòd aliquando moueantur pro suæ libito voluntatis, vt illud quod habent in virtute actu exercentes, diuinam sapientiam comendabilem ostendant, & vt etiam visus eorum reficiatur pulchritudine creaturarum diuersarum, in quibus dei sapientia eminenter relucebit: sensus enim non potest esse nisi præsentium, quamuis magis a longinquo possit sentire corpora gloriosa quàm non gloriosa, vt supra dictum est: nec tamen [Pñti quæst. 4.ar.1. ad 6.] per motum aliquid deperiet eorum beatitudini, quæ consistit in visione dei, quem vbique præsentem habent, sicut & de angelis dicit Gregorius, quòd intra deum currunt quocumque [Lib. 2. Moral. c.3.] mittantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd motus localis nõ variat aliquid eorum quæ sunt intranea rei, sed est secundum id quod est extra rem, scilicet locum: vnde illud quod mouetur motu locali est perfectum quantum ad ea quæ sunt intra [T.com.59.] rem, vt dicitur in 8. physi. quamuis habeat imperfectionem respectu loci: quia dum est in vno loco est in potentia ad alium locum, quia non potest esse actu in pluribus locis simul, hoc enim solius dei est. Hic autem defectus non repugnat perfectioni gloriæ, sicut nec defectus quòd creatura est ex nihilo, & ideo manebunt huiusmodi defectus in corporibus gloriosis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliquis dicitur indigere aliquo & simpliciter, & secundum quid. Simpliciter quidem indiget aliquis illo, sine quo non potest conseruari in esse, vel in sua perfectione, & sic motus in corporibus gloriosis non erit propter aliquam indigentiam, quia ad hæc omnia sufficiet eis sua beatitudo: sed secundum quid indiget aliquis illo, sine quo non potest aliquem finem intentum habere, vel non ita bene, vel tali modo, & sic motus si erit in beatis propter indigentiā, non poterunt manifestare virtutem motiuam in seipsis in experimento nisi moueantur, huiusmodi enim indigentias nihil prohibet in corporibus gloriosis esse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, si corpus [F] gloriosum no posset etiam sine motu participare diuinam bonitatem multo altius quàm corpora cælestia, quod falsum est: vnde corpora gloriosa non mouebuntur ad consequendã perfectam diuinæ bonitatis participationem, hanc enim habent per gloriam: sed ad demonstrandam virtutem animæ per motum corporum cælestium, nõ posset demonstrari virtus eorum nisi quam habent in mouendo corpora inferiora ad generationẽ & corruptionẽ, quod non competit illi statui, vt ex dictis patet, & [Luc. 16.] [quæst. vlti. præcedētis quæstio.] ideo ratio non procedit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd motus localis nihil diminuit [G] de stabilitate ab anima stabilita in deo, cum non sit secundum aliquid intrinsecum rei, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd locus congruus vnicuique corpori glorioso deputatus secundum gradum suæ dignitatis pertinet ad præmium accidentale, non tamen oportet quòd diminuatur aliquid de pręmio quantumcumque sit extra locum illum: quia locus ille non pertinet ad præmium secundum qđ actu continet corpus locatum, cum nihil influat in gloriosum corpus, sed magis recipiat splendorem ab eo, sed secundum quod est debitus pro meritis: vnde gaudium de tali loco manet etiam ei qui est extra locum illum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd corpus gloriosum transit de vno loco in alium sine hoc quòd pertranseat medium, sicut & voluntas de vno loco transfertur ad alium sine hoc quòd pertranseat medium, & propter hoc potest cor- [H] poris gloriosi motus esse in instanti, sicut etiam voluntatis. Sed hoc non potest stare, quia corpus gloriosum nũquàm perueniet ad nobilitatem naturæ spiritualis, sicut numquàm desinet esse corpus. Et præterea, cum voluntas dicitur moueri de vno loco in alium, non transfertur essentialiter de loco in locum, quia neutro illorum locorum essentialiter continetur, sed dirigitur in vnum locum postquàm fuerat directa per intentionem ad alium, & pro tanto dicitur moueri de loco ad locũ. Et ideo alij dicunt, quòd corpus gloriosum habet de proprietate naturæ suæ qua corpus est, quòd pertranseat medium, & ita quòd moueatur in tempore: sed virtute gloriæ qua habet quandam infinitatem supra virtutem naturæ habet quòd possit nõn pertransire medium, & sic in instanti moueri. Sed hoc non potest esse, quia implicat in se contradictionem, quod patet sic. Sit aliquod corpus quod moueatur de a. in b. & corpus motum sit. 3. constat quòd. 3. quandiu est totum in. a. non mo- [I] uetur, similiter nec quando est totum in. b. quia tunc motum est. ergo si aliquando mouetur, oportet quòd neque sit totum in. a. neque totum in. b. ergo quãdo mouetur vel nusquam est, vel est partim in a. & partim in. b. vel totũ in alio loco medio, puta in. c. aut partim in. c. & partim in. a. seu in. b. Sed non potest poni quòd nusquam sit, quia sic esset aliqua quantitas dimensiua non habens situm, quod est impossibile: neque potest poni quòd sit partim in. a. & partim in. b. & nõ sit in medio aliquo modo, quia cum. b. sit locus distans ab a. sequeretur medio interiacente, quòd pars. 3. quæ est in. b. non esset continua parti quæ est in. a. ergo restat quòd sit vel totum in. c. vel partim in eo, & partim in alio loco quod ponetur medium inter. c. & a. puta. d. & sic de alijs. ergo oportet quòd. 3. non perueniat de. a. in. b. nisi prius sit in omnibus medijs, nisi dicatur quòd perueniat de. a. in. b. & numquàm mouetur, quod implicat contradictionem: quia ipsa successio locorum est motus localis. Eadem [k] ratio est de qualibet mutatione quæ habet duos terminos contrarios, quorum vtrumque est aliquid positiue: secus autem est de illis mutationibus quę habent vnum terminum tantum positiuum, & alterum puram priuationem, quia inter affirmationem & negationem, siue priuationem non est aliqua determinata distantia. Vnde quod est in negatione, potest esse propinquius, vel remotius ab affirmatione, & econtrario rõne alicuius quod causat alterum eorum, vel disponat ad eam, & sic dũ id quod mouetur est totum sub negatione, mutatur ad affirmationem, & econuerso: vnde etiam in eis mutans præcedit mutatum esse, vt probatur in 6. physi. Nec est simile de motu ange- [T.com.51.] li, quia esse in loco æquiuoce dicitur de corpore & de angelo, vt in. 2. lib. dist. 37. dictum est, & sic patet quòd nullo modo po- [q.3. art.1.] test esse quòd aliquod corpus perueniat de vno loco ad alium, nisi transeat omnia media. Et ideo alij hoc concedunt, sed tamen dicunt quòd corpus gloriosum mouetur in instanti, sed ex hoc sequitur quòd corpus gloriosum in eodem instanti sit in duo-

bus locis, vel pluribus, scilicet in termino vltimo, & in [A] omnibus locis medijs, quòd non potest esse. Sed ad hoc dicũt, quòd quàmuis sit idem instans secundum rem, tamen differt ratione, sicut punctus ad quem terminantur diuersæ lineæ: sed hoc non sufficit, quia instans mensurat hoc quod est instanti secundum rem, nõ secũdum hoc quod consideratur: vnde diuersa considera tio instantis non facit quòd instans possit mẽsurare illa quę non sunt simul tempore, sicut nec diuersa consideratio puncti potest facere quòd sub vno puncto loci cõtineantur quæ sunt distantia situ. Et ideo alij probabilius dicunt, quòd corpus gloriosum

[...Gen. ...literam ...li.c.33] quia crucior in hac flamma. Dum ergo peccatorem diuitem damnatum in ignibus veritas perhibeat, quis sapiens reproborum animas teneri ignibus neget? præcipue cum humanam animam corporis similitudinem habere doceat August. ita inquiens. Prositeri animã habere posse similitudinem corporis, & corporaliũ omnino mem- [B] brorum quisquis renuit, potest negare animam esse quæ in somnis videt vel ambulare se, vel sedere, vel huc atq; illuc gressu, uel etiam volatu ferri: hoc sine quadam similitudine corporis nõ fit. Proinde si hanc similitudinem etiã apud inferos gerit, non corporalem, sed corpori similem: ita etiam in locis videtur esse non corporalibus, sed corporalium similibus siue in requie, siue in doloribus. In Cassiani etiam voluminibus legitur, quòd nõ sint otiosæ, neque nihil nõ sen-

mouetur in tempore, sed imperceptibili propter breuitatem, & quòd tamen vnum corpus gloriosum potest in minori tempore idem spatium pertransire quàm aliud, quia tempus quantumcumque paruum accipiatur, in infinitum est diuisibile.

[...nu.56.] AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud quod parum deest, quasi nihil deesse videtur, vt dicitur in 2. physi. & ideo dicimus, statim facio, quod post modicum tempus fiet, & per hunc modum loquitur August. quòd vbicumque erit voluntas, ibi erit corpus statim. Vel dicendum, quòd voluntas numquàm erit inordinata in beatis, vnde numquàm volent corpus suum esse alicubi in aliquo instanti, in quo non possit ibi esse, & sic quodcumque instans voluntas determinabit in illo, corpus erit in illo loco quem voluntas determinat. [C]

¶ Ad secundum dicendum, quòd quidam contradixerunt illi propositioni, quam Philosophus inducit in parte illa, vt Cõmen. ibidem dicit, dicentes quòd non oportet esse proportionem totius motus ad totum motum secũdum proportionem resistentis medij ad aliud medium resistens: sed oportet quòd secundum proportionem mediorum per quæ transitur, attendatur proportio retardationum quæ accidit in motibus ex resistẽtia medij. Quilibet enim motus habet determinatum tempus velocitatis & tarditatis ex victoria mouentis supra mobile, etiam si nihil resistat ex parte medij, sicut patet in corporibus cælestibus, in quibus non inuenitur aliquid quod obstet motui ipsorum: & tamen non mouentur in instanti, sed in tempore determinato secundum proportionem potentiæ moñtis ad mobile: & ita patet quòd etiam si ponatur aliquid moueri in uacuo, non oportebit quòd moueatur in instanti, sed quòd nihil addatur tempori quod debetur motui ex proportione prædicta mouentis ad mobile, quia motus non retardatur. Sed hæc ratio, vt Commen. dicit ibidem, procedit ex falsa imaginatione, qua quis imaginatur, quia tarditas quę causatur ex resistentia medij, sit aliqua pars motus addita motui naturali qui habet quantitatem secundum proportionem mouentis ad mobile, sicut vna linea addit lineæ, ratione cuius accidit in lineis quòd non remanet eadem proportio totius ad totam lineam, quæ erat linearum additarum adinuicem, vt sic etiam nõ sit eadem proportio totius motus ad totum motum sensibilem, quæ est retardationum contingentium ex resistentia media, quæ quidem imaginatio falsa est: quia quælibet pars motus habet tantum de velocitate, quantum totus motus, nõ autem quælibet pars lineæ habet tantum de quantitate dimensiua, quãtũ habet tota linea, vnde tarditas, uel velocitas addita motui redundat in quãlibet partem eius, quod de lineis non conuenit, & sic tarditas addita motui non facit aliam partem motus, sicut in lineis accidebat, quòd additum est pars totius lineæ, & ideo ad intelligendã probationem Philosophi, vt Commen. ibidem exponit, sciendum est, quòd oportet accipere totum pro vno, scilicet resistentiam mobilis ad virtutem mouentem, & resistentiam medij per quod est motus, & cuiuscunque alterius resistentis, ita quòd accipiatur quantitas retardatatis totius motus secundum proportionem virtutis mouentis ad mobile resistens quocunque mouetur vel ex se, vel ex alio extrinseco. Oportet enim quòd semper mobile resistat aliquo modo mouenti, cum mouens & motum, agens & patiens, inquantum huiusmodi, sint contraria. Quandoque autẽ inuenitur resistere mobile mouenti ex seipso, vel quia habet virtutem inclinantem ad contrarium, sicut patet in motibus violentis: vel saltem quia habet locum contrarium loco qui est in intentione mouentis, cuiusmodi resistentia inuenitur [A] etiam corporum cælestium ad suos motores. Quandoque autem mobile resistit virtuti mouentis ex alio tantum, & non ex seipso, sicut patet in motu naturali grauium & leuium, quia per ipsam formam eorum inclinantur ad motum talem: est enim forma impressio generantis, quod est motor per se grauium & leuium. Ex parte autem materiæ non inuenitur aliqua resistentia neque virtutis inclinantis ad contrariũ motum, neque contrarij loci: quia locus nõ debet materię nisi secũdũ quod sub dimensionibus cõsistens perficitur forma naturali: vnde non potest esse re- [Cassianus.] sistentia nisi ex parte medij, quæ quidẽ resistentia est motui eorũ cõnaturalis: qñq; aũt est resistẽtia ex vtroque, sicut patet in motibus animaliũ. Quãdo ergo in motu nõ est resistẽtia nisi ex parte mobilis, sicut accidit in corporibus cælestibus, tunc tẽpus motus mẽsuratur ẽm proportionẽ motoris ad mobile, & in talibus non procedit ratio Philosophi, quia ammoto omni medio, adhuc manet motus eorum in tempore: sed in illis motibus, in quibus est resistentia ex parte medij tm̃, accipitur mensura temporis ẽm impedimentum quod est ex medio solũ, unde si subtrahatur oĩno mediũ, nullũ ĩpedimẽtũ remanebit, & sic vel mouebitur in instanti, vel æquali tempore mouebitur secundum vacuum spatium & plenum: quia dato quòd moueatur in tempore per vacuum, illud tempus in ali- [C] qua proportione se habebit ad tempus, in quo mouetur per vacuum. Possibile autem est imaginari aliud corpus in eadem proportione subtilius corpore, quo spatium plenum erat, quo si aliud spatium æquale impleatur in tam paruo tempore mouebitur per illud plenum, sicut primo per vacuum: quia quanto additur ad subtilitatem medij, tanto subtrahitur de quantitate temporis, & in quanto est magis subtile, minus resistit: sed in alijs motibus, in quibus est resistentia ex ipso mobili, & ex medio, quantitas temporis est accipienda secundum proportionem mouentis potentiæ ad resistentiam mobilis & medij simul: vnde dato quòd totaliter medium subtrahatur, vel non impediat, non sequitur quòd motus sit in instanti, sed quòd tempus motus mensuretur tantum ex resistentia mobilis. Nec erit inconueniens, si per idem tempus moueatur per vacuum & per plenum aliquo subtilissimo corpore imaginato: quia determinata subtilitas medij quanto est maior, nata est facere tar- [D] ditatem minorem in motu: vnde potest imaginari tanta subtilitas, quòd erit nata facere minorem tarditatem quàm sit illa tarditas, quam facit resistentia mobilis, & sic resistentia medij nullam tarditatem adijciet ad motum. Patet ergo quòd quàmuis medium non resistat corporibus gloriosis secundum hoc quòd possunt esse cum alio corpore in eodem loco, nihilominus motus eorum non erit in instanti, quia ipsum corpus mobile resistet virtuti mouenti ex hoc ipso, quòd habet determinatum situm, sicut de corporibus cælestibus dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis virtus animæ glorificatæ excedat inextimabiliter virtutem animæ non glorificatæ, non tamen excedit in infinitum: quia vtraque virtus est finita, vnde non sequitur quòd moueat in instanti: si tamen esset similiter infinitæ virtutis, non sequeretur quòd moueret in instanti, nisi separaretur totaliter resistentia, quæ est ex parte mobilis. Quàmuis autem resistentia, qua mobile resi- [E] stit mouenti per contrarietatem quam habet ad motum talem ratione inclinationis ad contrarium motum, possit a mouente infinitæ virtutis totaliter superari, tamen resistentia quam facit ex contrarietate quam habet ad locum quem intendit motor per motum non potest totaliter superari, nisi auferatur ab ea esse in tali loco, vel in tali situ. Sicut enim album resistit nigro ratione albedinis, & tanto magis, quanto albedo magis distat a nigredine: ita corpus resistit alicui loco per hoc, quòd habet locum oppositum, & tanto est maior resistentia, quanto est distantia maior: non autem potest a corpore remoueri quòd sit in aliquo loco, vel situ, nisi auferatur ei sua corporeitas, per quam debetur ei locus, vel situs: vnde quandiu manet in natura corporis, nullo modo potest moueri in instanti quantacumque sit virtus mouens: corpus autem gloriosum nũquàm suam corporeitatem amittet, vnde numquàm in instanti moueri poterit.

¶ Ad

¶ Ad quartum dicendum, quòd per celeritas in verbis Augustini est intelligenda quantum ad hoc, quòd est imperceptibilis excessus vnius respectu alterius, sicut & tempus totius motus est imperceptibile.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis post resurrectionem non sit tempus quod est numerus motus cæli, tamen erit tempus cõsurgens ex numero prioris & posterioris in quolibet motu.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum corporibus gloriosis claritas conueniet.

G

3.par.q.54.art.3.ad 1.4.Cõ.Gen.cap.86. Anic.par.3 cap.2.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd corporibus gloriosis claritas non cõueniet, quia sicut dicit Auicenna in 6.de naturalibus. Omne corpus luminosum constat ex partibus perujis: sed partes corporis gloriosi nõ erunt perujæ, cum in aliquibus dominetur terra, sicut in carnibus & ossibus. ergo corpora gloriosa non erunt lucida.

¶ 2 Præt. Omne corpus lucidum occultat illud quod est post se, vnde vnum luminare per aliud eclipsatur, flamma. n. ignis prohibet videri quod est post se: sed corpora gloriosa non occultabunt illud quod intra ea continetur, quia vt dicit Greg. super illud Iob, Non adæquabitur ei aurum & vitrum ibi, scilicet in cælesti patria, vniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondet, patebitque corporalibus oculis ipsa etiã corporis harmonia. ergo corpora illa nõ

Cap.28.expositionis autem suæ c.30.in fin. lib.Mor.18

H

erunt lucida.

¶ 3 Præt. Lux & color contrariam dispositionem requirunt in subiecto, quia lux est extremitas perspicui in corpore non terminato, sed color in corpore terminato, vt patet in libr.de sensu & sensato: sed corpora gloriosa erunt colorata, quia vt Aug.dicit,19.de ci.dei. Pulchritudo corporis est partium conuenientia cum quadam coloris suauitate: pulchritudo autem corporibus glorificatis deesse non poterit. ergo corpora gloriosa non erunt lucida.

Lib.de sen. & sensilect. 6. in fine. Lib.22. ca. 19. 10.5.

¶ 4 Præt. Si claritas erit in corporibus gloriosis, oportet quòd sit æqualis in omnibus partibus corporis, sicut omnes partes erunt eiusdem impassibilitatis, subtilitatis, & agilitatis: sed hoc non est conueniens, quia vna pars habet maiorem dispositionem ad claritatem quàm alia, sicut oculi quàm manus, & spiritus quàm ossa, & humores quàm caro vel vermis. ergo videtur quòd non debeant corpora illa esse lucida.

I

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut Sol in regno patris eorum. & Sap.3. Fulgebunt iusti & tamquàm scintillæ in arundineto discurrent &c.

¶ 2 Præt. 1.Cor.15.dicitur. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria, quod ad claritatem pertinet, vt patet per sequentia, vbi corporum resurgentium gloriam comparat claritati stellarum. ergo corpora sanctorum resurgent lucida.

II Vbi supra.

VLTERIVS. Videtur quòd claritas corporis gloriosi nõ possit videri ab oculo non glorioso. Oportet enim esse proportionem visibilis ad visum: sed oculus non glorificatus non est proportionatus ad videndum claritatem gloriæ, cum sit alterius generis quàm claritas naturæ. ergo corporis gloriosi claritas non videbitur ab oculo non glorioso.

K

¶ 2 Præt. Claritas corporis gloriosi erit maior quàm claritas Solis nunc sit, quia etiam claritas solis erit tunc maior quàm nunc, vt dicit, & multo maior ea erit claritas corporis gloriosi, propter quod Sol, & totus mundus claritatem maiorem accipiet: sed oculus non glorioſus non potest inspicere Solem in tota propter magnitudinem claritatis. ergo multo minus poterit inspicere claritatem corporis gloriosi.

¶ 3 Præt. Visibile oppositum oculis videntis necesse est videri, nisi sit læsio aliqua in oculo: sed claritas corporis gloriosi opposita oculis non gloriosis non necessario videtur ab eis, quod patet de discipulis qui corpus domini post resurrectionem viderunt claritatem eius non intuentes. ergo claritas illa nõ est visibilis ab oculo non glorioso.

SED CONTRA est, quod dicit glo. Phil.3. super illud, Configuratum corpori claritatis suæ, assimilabimur claritati quam habuit in transfiguratione: sed claritas illa visa fuit ab oculis discipulorum non glorificatis. ergo & claritas corporis glorificati ab oculis non gloriosis visibilis erit.

¶ 2 Præt. Impij videntes gloriam iustorum ex hoc torquebuntur in iudicio, vt patet per hoc quod dicitur Sap.5. sed nõ plene viderent gloriam ipsorum, nisi claritatem corporum eorum inspicerent, ergo &c.

VLTERIVS. Videtur quòd corpus glorioſum necessario videatur a nõ glorioso corpore, quia corpora gloriosa erũt lucida: sed corpus lucidum manifestatur se, & alia. ergo corpora gloriosa necessario videbuntur.

III Vbi supra.

¶ 2 Præt. Omne corpus quod occultat alia corpora post se existentia, de necessitate visu percipitur ab hoc ipso, q̃ alia quæ sunt post occultantur: sed corpus glorioſum occultabit a visu alia corpora post se existentia, quia erit corpus coloratum. ergo de necessitate videbitur.

batur animas defunctorum non solum suis sensibus non priuari,

¶ 1 Præt. Sicut quantitas est de his quæ insunt corpori, ita qualitas per quam videtur: sed quantitas non suberit voluntati, vt corpus glorioſum possit esse maioris quantitatis, vel minoris. ergo nec qualitas per quam visibile est, vt possit non videri.

SED CONTRA est, quòd corpus nostrum glorificabitur in conformitate corporis Christi: sed corpus Christi post resurrectionem non necessario videbatur, immo disparuit ab oculis discipulorum in Emaus, vt Luc.vlt. ergo & corpus glorificatum non necessario videbitur.

¶ 2 Præt. Ibi erit summa obedientia corporis ad animam. ergo corpus poterit videri, vel non videri secundum voluntatem animæ.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd corpora sanctorũ fore lucida post resurrectionem ponere oportet propter authoritatem. Scriptura autem hoc promittit, sed causam huiusmodi claritatis quidam attribuunt quintæ essentiæ, quæ tunc dominabitur in corpore humano: sed quia hoc est absurdum, vt sæpe dictum est, ideo melius est vt dicatur q̃ claritas illa causabitur ex redundãtia gloriæ animæ in corpus. Quod enim recipitur in aliquo, non recipitur per modum influentis, sed per modum recipientis, & ita claritas quæ est in anima spiritualis recipitur in corpore vt corporalis: & ideo secundum quod anima erit maioris claritatis secundum maius meritum, ita etiam erit differentia claritatis in corpore, vt patet per Apostolum.1.Cor.15. & ita in corpore glorioso cognoscetur gloria animæ, sicut in vitro cognoscitur color corporis quod continetur in vase vitreo, vt Grego. dicit super illud Iob. Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum.

D,34.

Loco supra citato.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Auicenna loquitur de illo corpore quod habet ex natura componentium claritatem, sic autem non habebit corpus glorioſum, sed magis ex merito virtutis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Gregor. comparat corpora gloriosa auro & vitro: auro propter claritatem, vitro propter hoc quòd translucebunt, vnde videtur quòd erunt simul clara & peruia. Quòd enim aliquod clarum non sit peruium, contingit ex hoc quòd claritas corporis causatur ex densitate partium lucidarum, densitas enim repugnat peruietati, sed tunc causabitur claritas ex alia causa, vt dictum est: densitas autem corporis gloriosi peruietatem non tollet ab eis, sicut nec densitas vitri a vitro. Quidam tamen dicunt, quòd comparantur vitro, non quia sint peruia, sed propter hanc similitudinem, q̃ sicut illud qd in vitro clauditur, apparet: ita animæ gloria quæ in corpore glorioso claudetur, nõ latebit. Sed primum melius est, quia magis saluatur dignitas corporis gloriosi, & magis cõsonat dictis Gregorij.

In cor. præsentis quæstiõ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corporis gloria naturã non tollet, sed perficiet: vnde color qui debetur corpori ex natura suarum partium remanebit in eo, sed superaddetur claritas ex gloria animæ: sicut etiam videmus corpora colorata ex sui natura splendore Solis resplendere, vel ex aliqua alia causa extrinseca, vel intrinseca.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut claritas gloriæ redundat ab anima in corpus secundum suum modũ, & est ibi alio modo quàm sit in anima: ita in quamlibet partẽ corporis redundabit secundum suum modum, vnde non est inconueniens quòd diuersæ partes habeant diuersimode claritatem secundũ quod sunt diuersimode dispositæ ex sua natura ad ipsam: nec est simile de alijs doubus corporis, respectu quarum partes corporis nõ inueniuntur habere diuersam dispositionem.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd quidã dixerũt, quòd claritas corporis gloriosi nõ potest videri ab oculo non glorioso, nisi forte per miraculum: sed hoc non potest esse, nisi claritas æquiuoce diceretur, quia lux secundum id qd est, nata est mouere visum, & visus secundum id quod est, natus est recipere lucem: sicut verum se habet ad intellectum, & bonum ad affectum. Vnde si esset aliquis visus qui non posset percipere aliquam lucem omnino, vel ille visus diceretur æquiuoce, vel lux illa, quod nõ potest in proposito dici, quia sic per hoc

hoc quòd dicitur corpora gloriosa futura esse lucida, nihil nobis notificaretur, sicut qui dicit canem esse in cælo, nihil notificat ei qui non nouit nisi canem qui est animal: & ideo dicendum est, quòd claritas corporis gloriosi naturaliter ab oculo non glorioso videri potest.

A

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd claritas gloriæ erit alterius generis q̃ claritas naturę quãtum ad causam, sed non quantũ ad speciem: vnde si claritas naturæ ratione suæ speciei est proportionata visui, ita claritas gloriosa.

sed nec istis affectibus, scilicet spe, tristitia, gaudio, ac metu carere, & ex his quæ sibi in illo generali examine reseruantur, eas quidem iam incipere prægustare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut corpus glorioſum non potest pati aliquid passione naturæ, sed solum passione animæ, ita ex proprietate gloriæ non aget nisi actione animæ: claritas autem intensa non offendit visum in quantũ aget actione animæ, sed secundum hoc magis delectat: offendit autem in quantum agit actione naturæ calefaciendo, & dissoluẽdo organum visus, & disgregando spiritus: & ideo claritas corporis gloriosi, quàmuis excedat claritatem Solis, tamen de sui natura non offendit visum, sed demulcet, propter quod claritas illa compatur claritati iaspidis Apoc.21.

B

¶ Ad tertium dicendum, quòd claritas corporis gloriosi proueniet ex merito voluntatis, & ideo voluntati subdetur, vt secundum eius imperium videatur, vel non videatur: & in potestate corporis gloriosi erit ostendere claritatem suam, vel occultare, & hæc fuit opinio Præpositini.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd visibile videtur secundum quod agit in visum, ex hoc autem quòd aliquid agit, vel non agit in aliquod extrinsecum, non est aliqua mutatio in ipso: vnde sine mutatione alicuius proprietatis quæ sit de perfectione corporis glorificati, potest contingere quòd videatur & non videatur: vnde in potestate animæ glorificatæ erit quòd corpus suum videatur, vel non videatur, sicut & quilibet alia actio corporis in animæ potestate erit, alias non esset corpus glorioſum instrumentum summe obediens principali agenti.

C

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd claritas illa obediet corpori glorioſo vt possit eam ostendere, vel occultare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd color corporis non impedit peruietatem ipsius, nisi inquantum immutat visum, quia visus non potest immutari simul a duobus coloribus, vt vtrumque perfecte inspiciat. Color autem corporis glorioſi erit in potestate animæ vt per ipsum immutet visum, vel non immutet, & ideo erit in potestate eius vt occultet corpus quod est post se, vel non occultet.

D

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd quantitas est inhærens ipsi corpori glorioſo, nec posset quantitas immutari ad imperium animæ sine mutatione intrinseca corporis glorioſi, quæ impassibilitati eius repugnaret, & ideo non est simile de quantitate & visibilitate, quia etiam qualitas illa per quam est visibile, non poterit subtrahi ad imperium animæ: sed actio illius qualitatis suspenderetur, & sic occultabitur corpus ad imperiũ animæ.

QVAESTIO III.

C

Deinde quæritur de his quæ pertinent ad damnatos.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, De qualitate corporum ipsorum.
¶ Secundo, De igne quo cruciabuntur.
¶ Tertio, De conditionibus animarum ipsorum eorundem, postquàm fuerint separatæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrumdamnatorum corpora cum suis deformitatibus resurgent.

Gl.Gre. in 19.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd damnatorum corpora cum suis deformitatibus resurgant. Illud enim quod in pœnam peccati inductum est, desistere non debet nisi peccato remisso: sed membrorum defectus, qui accidunt per mutilationem in pœnam peccati inducti sunt, & similiter etiam omnes aliæ deformitates corporales. ergo a damnatis qui peccatorum remissionem non sunt consecuturi in resurrectionem non remouebuntur.

De abortiuis fœtibus & monstris.

¶ 2 Præt. Sicut resurrectio sanctorũ erit ad vltimã perfectionem, sic & resurrectio ipsorum erit ad vltimam miseriã: sed sanctis resurgentibus nõ auferetur aliquid quod ad eorum perfectionem pertinere possit. ergo nec impijs resurgentibus aliquid auferetur quod ad eorum defectũ, vel miseriam pertineat: huiusmodi autem sunt deformitates. ergo &c.

¶ 3 Præt. Sicut ad defectum passibilis corporis pertinet deformitas, ita tarditas: sed a corporibus damnatorum resurgentiũ tarditas non remouebitur, quia eorum corpora non erunt agilia. ergo eadem ratione nec deformitas remouebitur.

SED CONTRA. 1. Cor. 15. Mortui resurgent incorrupti. glo. mortui, idest, peccatores, vel generaliter omnes mortui surgent incorrupti, idest, sine aliqua diminutione membrorum. ergo mali resurgent sine deformitatibus.

¶ 2 Præt. In damnatis non erit aliquid quod sensum doloris in eis impediat: sed ægritudo impedit sensum doloris, inquantum per eam debilitatur organa sentiendi, similiter defectus membri impediret ne esset vniuersalis dolor in corpore. ergo sine istis defectibus damnati resurgent.

VLTERIVS. Videtur quòd corpora damnatorum erunt corruptibilia. Omne enim compositum ex contrarijs necesse est corrumpi: sed corpora damnatorum erunt ex contrarijs composita, ex quibus etiam nunc componuntur, alias non essent eiusdem speciei, & per consequens eadem numero. ergo erunt corruptibilia.

II Vbi supra.

¶ 2 Præt. Corpora damnatorum si incorruptibilia sunt futura, hoc non erit per naturam, cum sint futura eiusdem naturæ cuius & nunc sunt: nec etiam erit per gratiam, vel gloriam quia talibus omnino carebunt, ergo nullo modo erunt incorruptibilia.

¶ 3 Præt. Illis qui sunt in summa miseria subtrahere maximam pœnarum videtur inconuenieus: sed maxima pœnarum est mors, vt patet per Philosophum in 3.eth.cap.9. ergo a damnatis qui sunt in summa miseria mors remoueri non debet. ergo eorum corpora corruptibilia erunt.

SED CONTRA est, quod dicitur Apoc.9. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab illis.

¶ 2 Præt. Damnati punientur in anima & corpore pœna perpetua, Matth.25. Ibunt hi in supplicium æternum: sed hoc esse non posset, si eorum corpora corruptibilia essent. ergo eorũ corpora erunt incorruptibilia.

VLTERIVS. Videtur quòd sint futura impassibilia, quia secundum Philosophum in 6.Topic.cap.10. Omnis passio magis facta abijcit a substantia: sed a finito si semper aliquid abijciatur, necesse est illud tandem consumi, vt dicitur in 3.phys. ergo si corpora damnatorum erunt passibilia & semper patientur, quandoque deficient, & corrumpentur, quod falsum esse ostensum est. ergo erunt impassibilia.

III Vbi supra. T.com.59.

¶ 2 Præt. Omne agens assimilat sibi patiens. si ergo corpora damnatorum patientur ab igne, ignis ea sibi assimilabit: sed non consumit aliter ignis corpora nisi inquantum ea sibi assimilans resoluit. ergo si corpora damnatorum erunt passibilia ab igne, quandoq; consumentur, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Animalia quæ in igne sine corruptione viuere dicuntur, vt de salamandra dicitur, ab igne non affliguntur. animal enim dolore corporis non afflgitur, nisi corpus aliquo modo lædatur. ergo corpora damnatorum in igne sine consumptione remanere possunt, sicut & animalia prædicta, vt Augustin. in lib. de ciuita. dei. dicere videtur, quòd nullam afflictionem ibi sustinebunt, quod non esset, nisi eorum impassibilia corpora essent. ergo &c.

E

Lib.21.c.3 & 4.tom.3

¶ 4 Præt. Si corpora damnatorum sunt passibilia, dolor qui ex eorum passione prouenit, vt uidetur, superare debet omnem præsentem corporum dolorem, sicut & sanctorum iucunditas superabit omnem præsentem iucunditatem: sed propter immensitatem doloris quandoque contingit in præsenti statu q̃ anima a corpore separatur. ergo multo fortius si corpora illa futura sunt passibilia ex immensitate doloris anima a corpore separabitur, & sic corpora corumpentur, quod falsum est. ergo corpora illa erunt impassibilia.

SED

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Corinth. 15. Et nos immutabimur. glo. Nos boni tantummodo immutabimur in gloriam immutabilitatis & impassibilitatis. ergo corpora damnatorum non erunt impassibilia.

¶ 2 Præt. Sicut corpus cooperatur animæ ad meritum, ita corpus operatur ei ad peccatum: sed propter cooperationẽ prædictam non solũ anima, sed & corpus post resurrectionem præmiabitur. ergo & in resurrectione similiter damnatorũ corpora punientur, quod nõ esset, si impassibilia forent. ergo erunt passibilia.

In Enchiridion. c. 85. & qualia. De quo August: ita ait. Occurrit de abortiuis fœtib° quęstio, qui iam nati sunt in vteris matrum, sed non ita vt iam possint re

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in corpore humano potest esse deformitas dupliciter. Vno modo, ex defectu alicuius membri, sicut mutilatos turpes dicimus: deest enim eis debita proportio partium ad totum, & de tali deformitate nulli dubium est, quòd in corporibus damnatorum non erit, quia omnia corpora tam bonorum, quàm malorum integra resurgent, vt supra dictum est cum de integritate corporum resurgentium ageretur. Alio modo, deformitas contingit ex indebita partium dispositione, vel indebita quantitate, vel qualitate, vel situ quæ etiam proportionem debitam partium ad totum non patitur, & de talibus deformitatibus, & similibus defectibus, sicut sunt febres, & huiusmodi ægritudines quæ interdum sunt deformitatis causæ, August. indeterminatum & sub dubio relinquit in Ench. vt magister in litera dicit. Sed apud doctores modernos est super hoc duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd huiusmodi deformitates, & defectus in corporibus damnatorum remanebunt considerantes eorum damnationem, qua ad summam miseriam deputantur, cui nihil incommoditatis subtrahi debet. Sed hoc non videtur rationabiliter dici, in reparatione enim corporis resurgentis magis attenditur naturæ perfectio, quàm conditio quæ prius fuit, vnde & qui infra perfectam ætatem decedunt, in statura iuuenilis ætatis resurgent, vt supra dictum est: vnde & illi qui aliquos defectus naturales in corpore habuerunt, vel deformitates ex eis prouenientes, in resurrectione sine illis defectibus, vel deformitatibus repararentur nisi peccati meritũ impediret, & ita si aliquis cum defectibus, vel deformitatibus resurget, hoc ei erit in pœnam: modus autem pœnæ est secundum mensuram culpæ. Contingit autẽ quòd aliquis peccator damnandus minoribus peccatis subiectus, aliquas deformitates, vel defectus habeat, quas non habuit aliquis damnandus peccatis grauioribus irretitus. Vnde si ille qui in hac vita deformitates habuit cum eis resurgat, sine quibus constat ꝙ resurget alius grauius puniendus, qui eas in hac vita non habuit, modus pœnæ non responderet quantitati culpæ, sed magis videretur aliquis puniri pro pœnis quas in hoc mundo passus fuit, quod est absurdum. Et ideo alij rationabilius dicunt, quòd author qui naturam condidit in resurrectione naturam corporis integre reparabit: vnde quicquid defectus, vel turpitudinis ex corruptione, vel debilitate naturæ siue principiorum naturalium in corpore fuit, totum, in resurrectione remouebitur, sicut febris, lippitudo, & similia: defectus autem qui ex naturalibus principijs in humano corpore naturaliter consequuntur, sicut ponderositas, passibilitas, & similia, in corporibus damnatorum erunt, quos defectus ab electorum corporibus gloria resurrectionis excludit.

q. 1. præsentis dist. ar. 2 quæst. 1. — *Cap. 92.* — *q. 1. præced. quæst. 1.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum pœna in quolibet foro infligatur secundũ conditionẽ illius fori, pœnæ quæ in hac vita temporali infliguntur pro aliquo peccato, temporales sunt, & vltra vitæ terminũ nõ se extendunt: & ideo quàmuis peccatum non sit remissum damnatis, non tamen oportet quòd easdem pœnas ibi sustineant quas in hoc mundo sunt passi, sed diuina iustitia requirit vt ibi pœnis grauioribus in æternum crucientur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est similis ratio de bonis & malis, eo quòd aliquid potest esse pure bonum, non autem pure malum: vnde vltima sanctorum felicitas hoc requirit, vt ab omni malo penitus sint immunes, sed vltima malorum miseria non excludit omne bonum, quia malum si integrum sit, corrumpit seipsum, vt Philosophus dicit in 4. ethic. vnde oportet quòd miseriæ damnatorum substernatur bonũ naturę in ipsis quod est opus conditoris perfecti qui ipsam naturam in perfectione suæ speciei reparabit. D. 837. 1143.

¶ Ad tertium dicendum, quòd tarditas est de illis defectibus qui naturaliter sequuntur principia humani corporis, non autem deformitas, & ideo de eis non est similis ratio, vt ex dictis patet. In cor. præsentis quęstiun.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd cum

F in omni motu oporteat esse aliquod principium motus, dupliciter motus aliquis, vel mutatio a mobili remouetur. Vno modo, per hoc quòd deest principium motus. Alio modo, per hoc quòd principium motus impeditur, corruptio autem mutatio quędam est. Vnde dupliciter potest contingere vt corpus, quod ex conditione suorum principiorum corruptibilitatẽ habet, incorruptibile reddatur. Vno modo ex hoc, ꝙ principium ad corruptio-

nasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de his qui iam formati sunt tolerari potest vtcumq; quod dicitur. Informes vero quis non

nem mouens totaliter tollitur, & hoc modo corpora damnatorum incorruptibilia erunt. Cum enim cælum sit primum alterans per motum suum localem, & omnia alia agentia secunda in virtute ipsius agant, & quasi ab ipso mota, oportet quòd G cessante motu cæli nihil sit agens quod possit corpus per alterationem aliquam transmutare a sua naturali proprietate: & ideo post resurrectionẽ, cessante motu cæli, nulla qualitas erit sufficiens, vt corpus humanum alterare possit a sua naturali qualitate: corruptio autem est terminus alterationis sicut & generatio, vnde corpora damnatorum corrumpi nõ poterunt, & hoc deseruit diuinæ iustitiæ, vt perpetuo viuentes, perpetuo puniantur, quod diuina iustitia requirit, vt infra dicetur: sicut & nunc corruptibilitas corporum deseruit diuinæ prouidentiæ, per quam ex aliquibus corruptis alia generantur. Alio modo contingit ex hoc, quòd principium corruptionis impeditur, & hoc modo corpus Adæ incorruptibile fuit, quia contrariæ qualitates in corpore hominis existentes, continebantur per gratiam innocentiæ ne ad dissolutionẽ corporis agere possent, & multo plus continebuntur in corporibus gloriosis, quæ erunt oĩno subiecta spiritui: & sic in corporibus beatorũ post resurrectionem communem coniungentur duo prædicti modi incorruptibilitatis. *quæst. seq.*

H AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contraria, ex quibus corpora cõponuntur, sunt duo principia ad corruptionẽ agentia. Primum enim agens est motus cælestis, vnde supposito motu cælesti, necesse est vt corpus ex cõtrarijs compositum corrumpatur, nisi sit aliqua causa potior impediens. Sed motu cæli remoto, contraria ex quibus corpus componitur, non sufficiunt ad corruptionem faciendam etiam secundum naturã, vt patet ex dictis. Cessationem autem motus cæli Philosophi non cognouerunt, vnde pro infallibili habebant, quòd corpus compositum ex contrarijs corrumpatur secundum naturam. *In cor. præsentis quęstiun.*

¶ Ad secundum dicendum, quòd incorruptibilitas illa erit per naturam, non quòd sit aliquod incorruptionis principium in corporibus damnatorum, sed per defectum principij mouentis ad corruptionem, vt ex dictis patet. *Vbi supra.*

I ¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis mors sit simpliciter maxima pœnarum secundum quid, tamẽ nihil prohibet mortem esse in pœnarum remediũ, & per consequens ablationem mortis in pœnarum augmentum. Viuere enim, vt dicitur in 9. ethic. videtur omnibus delectabile esse, eo quòd omnia esse appetunt: non oportet autem, vt ibidem dicitur, accipere malam vitam, neque corruptam, neq; quæ est in tristitijs. Sicut ergo viuere simpliciter est delectabile, non autem vita quæ est in tristitijs, ita & mors quæ est priuatio vitæ simpliciter est pœnosa & maxima pœnarum, inquantum subtrahit primum bonum, scilicet esse, cum quo omnia alia subtrahuntur: sed inquantum priuat malam vitam, & quæ est in tristitijs, est in remedium pœnarũ quas terminat, & per cõsequens mortis subtractio est in augmentum pœnarum quas perpetuas facit. Si autem dicatur mors esse pœnalis propter corporalem dolorem quem sentiunt morientes, non est dubium quòd multo maiorem dolorem damnati continue sustinebunt, vnde in perpetua morte esse dicuntur, sicut scriptum est in ps. 48. Mors depascet eos. *Cap. 6.*

K AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd principalis causa, quare corpora damnatorum ab igne non consumuntur, erit diuina iustitia, qua eorum corpora ad perpetuam pœnam sunt addicta: sed diuinæ iustitiæ seruit etiam naturalis dispositio ex parte corporis patientis, & ex parte agentium, quia cum pati sit recipere quoddam, duplex est modus passionis secundum quod aliquid in aliquo recipi potest dupliciter. Potest enim aliqua forma recipi in altero aliquo secundum esse naturale materialiter, sicut calor recipitur ab igne in aere, & secundum hunc modum receptionis est vnus modus passionis; qui dicitur passio naturę. Alio modo, aliquid recipitur in altero spiritualiter per modum intensionis cuiusdam, sicut similitudo albedinis recipitur in aere, & in pupilla: & hæc receptio similatur illi receptioni qua anima recipit similitudines rerum, vnde secundum hunc modum receptionis est alius modus passionis, qui vocatur passio animæ. Quia ergo post resurrectionẽ motu

motu cæli cessante, non poterit aliquod corpus alterari a sua naturali qualitate, vt dictum est, nullum corpus pati poterit passione naturæ, vnde quantum ad hunc modũ passionis corpora damnatorum impassibilia erunt, sicut & incorruptibilia: sed cessante motu cæli adhuc manebit passio quæ est per modum animæ, quia & aera Sole illuminabitur, & colorũ differentias ad visum deferet, vnde & secundũ hunc modũ

procliuius perire arbitretur, sicut semina quæ concepta simul non fuerunt? Scrupulose quidem in-

passionis corpora damnatorum passibilia erunt: & quia in tali passione sensus perficitur, ideo in corporibus damnatorũ sensus pœnæ erit sine mutatione naturalis dispositionis. Corpora vero gloriosa, & si recipiant aliquid, & quodammodo patiatur in sentiendo, non tamen passibilia erunt, quia nihil recipient per modum afflictiui, vel læsiui, sicut recipient corpora damnatorum, quæ ob hoc passibilia dicuntur.

B AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de illa passione per quam transmutatur patiens a sua naturali dispositione: talis autẽ passio non erit in corporibus damnatorum, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd similitudo agentis est dupliciter in patiente. Vno modo, per eundem modum quo est in agente, sicut est in omnibus agentibus vniuocis, vt calidum facit calidum, & ignis generat ignem. Alio modo, per modum diuersum a modo quo est in agente, sicut est in omnibus agentibus æquiuocis, in quibus quandoque contingit ꝙ in agente est forma spiritualiter, quæ in patiente materialiter recipitur: sicut forma quæ est in domo facta per artificem est materialiter in ipsa, & in mente artificis est spiritualiter: quandoque vero econuerso est materialiter in agente, & recipitur spiritualiter in patiente, sicut albedo materialiter est in pariete a quo recipitur, spiritualiter in pupilla & in medio deferente: & similiter est in proposito, quia species quæ materialiter est in igne C recipitur spiritualiter in corporibus damnatorum, & sic ignis assimilabit sibi damnatorum corpora, nec tamen ea cõsumet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum Philosophum in lib. de proprietatibus elementorum, nullum animal in igne viuere potest. Galenus enim in lib de simplici medicina dicit, ꝙ nullum corpus est quòd tandem ab igne non consumatur, quàmuis quædam corpora sint quæ ad horam in igne sine læsione permaneant, vt patet de ebeno: vnde quod inducitur de salamandra non est omnino simile, quia non posset perseuerare finaliter in igne sine corruptione, sicut corpora damnatorum in inferno: nec tamen oportet quòd quia corpora damnatorum ab igne inferni per corruptionem aliquam non læduntur, quòd propter hoc ab igne non affligantur, quia sensibile non solum natum est delectare, vel affligere sensum secundum quod agit actione naturæ confortando, vel corrumpendo organum, sed etiam secundum quod agit actione spirituali, quia quando sensibile est in debita proportione ad sentientem, delectat: econtrario autem quando se habet in superabundantia, vel defectu, vnde & colores medij, & voces consonantes sunt delectabiles, & inconsonantes offendunt auditum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dolor non separat animam a corpore secundũ quod manet tantum in potentia animæ cuius est dolere, sed secundum quod ad passionem animæ mutatur corpus a sua naturali dispositione secundum modum quo videmus quòd ex ira corpus calesit, & ex timore frigescit: sed post resurrectionem corpus non poterit transmutari a sua naturali dispositione, vt ex dictis patet, vnde quantumcumque sit dolor, animam a corpore non separabit.

ARTICVLVS II.

b Vtrum ignis inferni, quo corpora damnatorum cruciabuntur, sit ignis corporeus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ignis inferni, quo corpora damnatorum cruciabuntur, non sit ignis corporeus. Dicit enim Damasc. in 4. lib. In fine tradetur diabolus & dæmones eius, & homo eius, scilicet antichristus, & impij & peccatores in ignem æternum nõ materialem qualis est qui apud nos est, sed qualem vtique nouit deus: sed omne corporeum est materiale. ergo ignis inferni non erit corporeus.

¶ 2 Præt. Animæ damnatorum a corpore separatæ ad ignem inferni deferuntur: sed August. dicit. 12. super Gen. ad literam. Spiritualem arbitror esse locum, scilicet ad quem anima defertur post mortẽ, non corporalẽ. ergo ignis ille nõ est corporeus.

A ¶ 3 Præt. Ignis corporeus in modo suæ actionis non sequitur modum culpæ in eo qui igne crematur, sed magis modum humidi, vel sicci, in eodem enim igne corporeo videmus affligi iustum, & impium: sed ignis inferni in modo suæ actionis sequitur modum culpæ in eo qui punitur, vnde dicit Gregor. in 4. Dialog. Vnus quidẽ est geennę ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores, vniuscuiusque enim quantum exigit culpa, tantum sentietur pœna. ergo ignis ille non est corporeus. *Cap. 42.*

ter doctores quæri ac disputari potest, quando incipit homo in vtero viuere, an sit quædam vita oc-

SED CONTRA est, quod dicitur 4. Dialog. Ignem geennæ corporeum esse non ambigo, in quo certum est corpora cruciari. *Cap. 29.*

¶ 2 Præt. Sap. 5. dicitur. Pugnabit orbis terrarum contra insensatos: sed non totus orbis contra insensatos pugnaret, si solummodo spirituali pœna & non corporali punirentur. ergo punientur igne corporeo.

II VLTERIVS. Videtur quòd ignis ille non sit eiusdem speciei cum igne isto corporeo quem videmus. August. enim dicit, & habetur in litera. Ignis æternus cuiusmodi sit arbitror scire neminem, nisi forte cui spiritus diuinus ostendit: sed naturam istius ignis omnes, vel fere omnes sciunt. ergo ille ignis non est eiusdem naturæ, vel speciei cum isto.

¶ 2 Præt. Gregor. dicit. 15. lib. moral. exponens illud Iob 20. Deuorabit eũ ignis qui nõ succenditur. Ignis corporeus vt esse valeat corporeis indiget fomentis, nec videlicet nisi succensus esset, & nisi refotus subsisteret, at contra geennæ ignis, cum sit corporeus, & in se missos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur, nec lignis nutritur, sed creatus semel durat inextinguibilis & succensione non indiget, & ardore non caret. ergo non est eiusdem naturæ cum corporeo igne quem videmus. *Cap. 14. in princ.*

C ¶ 3 Præt. Aeternum & corruptibile non sunt vnius rationis, cum nec etiam in genere conueniant, secundum Philosophum in 10. Metaph. sed ignis iste est corruptibilis, ille autem æternus Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. ergo non sunt eiusdem speciei. *T. com. vlt.*

¶ 4 Præt. De natura huius ignis qui apud nos est, est vt luceat: sed ignis inferni non lucet, vnde dicitur Iob. 18. Nonne lux impij extinguetur. ergo non est eiusdem naturæ cum isto igne.

SED CONTRA. Secundum Philosophum in 1. top. Omnis aqua omni aquæ est idem specie. ergo eadem ratione omnis ignis omni igni idem est in specie. *Cap. 5.*

¶ 2 Præt. Sap. 11. dicitur. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur: sed omnes homines peccant per res sensibiles huius mundi. ergo iustum est vt per easdem puniantur.

D III VLTERIVS. Videtur quòd ignis ille non sit sub terra, quia Iob 18. de homine damnato dicitur. Et de orbe transferet eum deus. ergo ille ignis quo damnati punientur, non est sub terra, sed extra orbem.

¶ 2 Præt. Nullum violentum & per accidens potest esse sempiternum: sed ignis ille erit in inferno in sempiternum. ergo nõ erit ibi per violentiam, sed naturaliter: sed sub terra non potest esse ignis nisi per violentiam. ergo ignis inferni non est sub terra.

¶ 3 Præt. In igne inferni omnia corpora damnatorum post diem iudicij cruciabuntur: sed corpora illa locum replebunt. ergo cum futura sit maxima multitudo damnatorum, quia stultorum infinitus est numerus Eccl. 1. oportet maximum esse spatium, in quo ignis ille continetur: sed inconueniens videtur infra terram esse tantam concauitatem, cum partes terræ naturaliter ferantur ad medium. ergo ignis ille non erit sub terra. *Ecclesiastes*

E ¶ 4 Præt. Sap. 11. dicitur. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur: sed mali super terram peccauerunt. ergo ignis eos puniens non oportet esse sub terra.

SED CONTRA est, quod dicitur Esa. 14. Infernus subtus conturbatus est in occursum tui. ergo ignis inferni sub nobis est.

¶ 2 Præt. Greg. dicit in 4. Dialog. Quid obstat non video, nisi vt infernus sub terra esse credatur. *Cap. 42.*

¶ 3 Præt. Ionæ 2. super illud. Proiecisti me in corde glo. maris, intelligitur, idest, in inferno, pro quo dicitur in euangelio Matth. 12. In corde terræ, quia sicut cor est in medio animalis, ita infernus esse in medio terræ perhibetur.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd de igne inferni fuit multiplex positio. Quidam enim Philosophi, vt Auicenna, resurrectionem non credentes, solius animæ post mortem pœnam esse crediderunt: & quia eis inconueniens videbatur

debatur, vt anima cũ sit incorporea igne corporeo puniretur, negauerunt ignem corporeum esse quo mali puniretur, volentes quòd quicquid dicitur de pœna animarum post mortem per aliqua corporalia futura metaphorice dicatur. Sicut enim bonarum animarum delectatio & iucunditas non erit in aliqua re corporali, sed spirituali tantum, quod erit in consecutione finis sui: ita afflictio malorum erit spiritualis tantum, in hoc scilicet,

culta quæ nondum motibus viuentis appareat. Negare enim vixisse puerperia, quæ ideo membratim execantur, vt eijciantur ex vte

quòd tristabuntur de hoc quòd separantur a fine, cuius inest eis desiderium naturale: vnde sicut omnia quæ de delectatione animarum post mortem dicuntur, quæ videntur ad delectationem corporalem pertinere, sicut quòd reficiantur, quòd rideant, & huiusmodi: ita etiam quicquid de harum afflictione dicitur quod in corporalem punitionem sonare videtur, per similitudinem debet intelligi, sicut quòd igne ardeant, vel fœtoribus affligantur, & cætera huiusmodi. Spiritualis enim delectatio & tristitia, cum sit ignota multitudini, oportet quòd per delectationem & tristitias corporales figuraliter manifestetur, vt homines moueantur magis ad desiderium, vel timorẽ. Sed quia in pœna damnatorum non solum erit pœna damni quæ respondet auersioni quæ fuit in culpa, sed etiam pœna sensus quæ respondet conuersioni, ideo non sufficit prædictum modum punitionis ponere: & ideo etiam ipse Auicen. alterum modum superaddit dicẽs, quòd animæ malorum post mortem non per corpora, sed per corporum similitudines punientur, sicut in somnis propter similitudines prędictas in imaginatione existentes, videtur homini quòd torqueatur pœnis diuersis, & hunc etiam modum punitionis videtur ponere August. in 12. super Gen. ad literam, sicut ibidem manifeste patet. Sed hoc videtur inconuenienter dictum esse. Imaginatio enim potentia quædam est vtens organo corporali, vnde non potest esse quòd visiones imaginatiuę fiant in anima separata a corpore sicut in anima somniantis, vnde etiam Auicenna, vt hoc inconueniens euaderet, dixit quòd animæ separatæ a corpore vtebantur quasi pro organo aliqua parte cælestis corporis, cuius corpus humanum oportet esse conforme ad hoc quòd perficiatur anima rationali, quæ est similis motoribus cælestis corporis, in hoc secutus quodammodo opinionem antiquorũ philosophorũ, qui posuerunt animas redire ad compares stellas. Sed hoc est omnino absurdum secundum doctrinam Philosophi, quia anima vtitur determinato organo corporali, sicut ars determinatis instrumentis: vnde non potest transire de corpore in corpus, quod Pythagoras posuit, vt dicitur in 1. de anima. Qualiter autem ad dictum Aug. sit respondendum, infra dicetur. Quicquid autem dicatur de igne, qui animas separatas cruciat, de igne tamen quo cruciabuntur corpora damnatorũ post resurrectionem, oportet dicere quòd sit corporeus, quia corpori non potest conuenienter pœna aptari nisi corporea. Vnde Gregor. in 4. Dial. ex hoc ipso probat inferni ignem esse corporeum, quòd reprobi post resurrectionem in eum detrudentur. Augustinus etiam, vt in litera, manifeste confitetur ignem illum quo corpora cruciabuntur, corporeum esse, & de hoc ad præsens est quæstio. Qualiter autem animæ damnatorum ab igne isto corporeo puniantur, infra dicetur.

(In Metaph. tract. 9. c. 7.) (Cap. 32.) (Auicen. vbi supra.) (In responsione ad 2.) (Cap. 28. & 29.) (Dist. 50. q. 2. ar. 3.)

Ad primvm ergo dicendum, quòd Damasc. non negat simpliciter ignem illum materialem esse, sed quòd non est materialis talis qualis apud nos est, eo quòd quibusdam proprietatibus ab hoc igne distinguitur. Vel dicendum, quòd quia ignis ille non materialiter alterat corpora, sed quadam spirituali actione agit ad ea ad punitionem, vt ex dictis patet: ideo non dicitur materialis non quantum ad substantiam, sed quantum ad punitionis effectum in corporibus, & multo amplius in animabus.

(In cor. pręsentis quęstiun.)

¶ Ad secundum dicendum, quòd dictum Aug. potest hoc modo accipi, vt pro tanto dicatur locus ille ad quem animæ defeferentur post mortem non esse corporeus, quia anima in eo corporaliter non existit per modum scilicet quo corpora existũt in loco, sed alio modo spirituali, sicut angeli in loco sunt. Vel dicendum, quòd Aug. loquitur opinando, & non determinando, sicut frequenter facit in lib. illo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ignis ille erit instrumentum diuinæ iustitiæ punientis; instrumentum autem non solum agit in virtute propria, & per proprium modum, sed etiam in virtute principalis agentis, & secundum quod est regulatum ab eo; vnde quàmuis ignis secundum propriam virtutem non habeat quòd aliquos cruciat magis, vel minus secundum modum peccati, habet tamen hoc secundum quod eius actio modificatur ex ordine diuinæ iustitiæ: sicut etiam ignis fornacis

F modificatur ex industria fabri in sua actione secundum quod competit ad effectum artis.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd ignis propter hoc quòd est maximę virtutis in agendo inter reliqua elementa, alia corpora pro materia habet, vt dicitur in 4. meteo. vnde & ignis dupliciter inuenit, scilicet in propria materia, prout est in sphæra sua, vel in materia aliena, siue terrestri, vt patet in (Cap. 2.)

ris prægnantium, ne matres etiam si mortua ibi relinquantur, occidant, impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo viue-

carbone, siue aerea, sicut patet in flamma. Quocumque autem modo ignis inueniatur, semper idem est in specie quãtum ad naturam ignis pertinet. Potest autem esse diuersitas in specie quantum ad corpora quæ sunt materia ignis, vnde flamma & carbo differunt specie, & similiter lignum igneum, & ferrum G ignitum, nec differt quantũ ad hoc siue ignita sint per violentiam, vt in ferro apparet: siue ex principio intrinseco naturali, vt accidit in sulfure. Quòd ergo ignis inferni quantum ad hoc quod habet de natura ignis, sit eiusdem speciei cum igne qui apud nos est, manifestum est: vtrum autem ille ignis sit in propria materia existens, aut si in aliena, in qua materia sit, nobis ignotum est, & secundum hoc potest ab igne qui apud nos est specie differre materialiter consideratus. Quasdam tamen proprietates differentes habet ab igne isto, sicut quòd successione non indiget, nec lignis nutritur: sed istæ differentiæ non ostendunt diuersitatem in specie quantum ad id quod pertinet ad naturam ignis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd August. loquitur quantũ ad id quod est materiale in illo igne, non autem quantum ad ignis naturam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ignis iste qui apud nos est, lignis nutritur, & ab homine succenditur, quia est artificialiter, & per violentiam in alienam materiam introductus: sed H ignis ille lignis non indiget quibus foueatur, quia vel est in propria materia existens, vel est in materia aliena non per violentiam, sed per naturam a principio intrinseco, vnde non est ab homine accensus, sed a deo qui naturam illam instituit, & hoc est quod dicitur Esa. 30. Status domini sicut torrens sulfuris succendens eam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut corpora damnatorũ erunt eiusdem speciei cuius & modo sunt, quàmuis nunc sint corruptibilia, tũc autem incorruptibilia ex ordine diuinæ iustitiæ, & propter quietem motus cæli: ita est etiam de igne inferni quo corpora illa punientur.

¶ Ad quartũm dicendum, quòd lucere non conuenit igni secundum quemlibet modum existendi, quia in propria materia existens non lucet, vnde non lucet in propria sphæra, vt I Philosophi dicunt. Similiter etiã in aliqua materia aliena ignis existens non lucet, sicut cum est in materia opaca terrestri, vt in sulfure: similiter est etiam quando ex aliquo grosso fumo eius claritas obfuscatur, vnde quòd ignis inferni non lucet, non est sufficiens argumentum ad hoc, quòd non sit eiusdem speciei.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd sicut August. dicit, & habetur in litera, in qua parte mundi infernus sit scire neminem arbitror, nisi cui diuinus spiritus reuelauit: vnde & Gregor. in 4. Dialog. super hac quæstione interrogatus, respondet. Hac de re temere diffinire non audeo. Nõnulli nãque in quadam terrarum parte infernum esse putauerũt. Alij vero hunc sub terra esse existimant, & hanc opinionem probabiliorem esse ostendit dupliciter. Primo, ex ipsa nominis ratione sic dicens. Si idcirco infernum dicimus, quia inferius iacet, quod terra a cælo est, hoc esse infernus debet ad terram. Secun- k do autem ex hoc quod dicitur Apoc. 5. Nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, vt hoc quod dicitur in cælo referatur ad angelos, hoc quod dicitur in terra referatur ad homines viuentes in corpore, hoc qđ dicitur subtus terram referatur ad animas existentes in inferno. August. etiam in 12. super Genes. ad literam, duas rationes tangere videtur, quare congruum sit quòd infernus sit sub terra. Vna est, vt quoniam defunctorum animæ amore carnis peccauerunt, hoc eis exhibeatur, quod ipsi carni mortuæ solet exhiberi, scilicet sub terra recondantur. Alia est, quòd sicut est grauitas in corporibus, ita tristitia in spiritibus, & lætitia sicut leuitas: vnde sicut secundum corpus si ponderis sui ordinem teneant inferiora sunt omnia grauiora, ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora: & sic sicut conueniens locus gaudio electorum est cælum empyreum, ita conueniens locus tristitiæ damnatorum est infimum terræ: nec debet mouere qđ August. ibidem dicit, quòd inferi sub terris esse dicuntur, vel

(Cap. 41. in princ.) (Cap. 34.)

(Lib. 2. c. 24.) creduntur, quia vt in lib. retractationum hoc retractans dicit. Mihi videor dicere debuisse magis, quòd sub terris sunt inferi, quàm rationem reddere cur sub terris esse dicantur, siue credantur. Quidam tamen philosophi posuerunt, quòd locus inferni erit sub orbe tristi, tamen supra terræ superficiem ex parte opposita nobis, & hoc videtur Isidorus sensisse cum dixit, quòd sol & luna in ordine quo creati sunt, stabunt, ne impij in tormentis positi fruantur luce eorum, quæ ratio nulla esset, si infernus infra terram esse dicatur. Qualiter tamen hæc verba possunt exponi, patebit infra. dist. 48. Pythagoras vero posuit locum pęnarũ in sphera ignis, quam in medio totius orbis esse dicit, vt patet per Philosophum in 2. cæ. & mun. sed tamen conuenientius his quæ in scriptura dicuntur est, vt sub terra esse dicatur.

re, ex illo utique iam mori potest: mortuus uero ubicumque illi potuit mors euenire, quomodo ad

Ad primvm ergo dicendum, quòd verbum illud Iob, De orbe transferret eum deus, intelligendum est de orbe terrarum, idest, de hoc mundo: & hoc modo exponit Gregor. dicens. De orbe quippe transfertur, cum superno apparente iudice de hoc mundo tollitur, in quo peruerse gloriatur. Nec est intelligendum quòd orbis hic accipiatur pro vniuerso, quasi extra totum vniuersum sit locus pœnarum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in loco illo conseruatur ignis in æternum ex ordine diuinæ iustitiæ, quàmuis secundum naturam suam non possit extra locum suum aliquod elementum durare in æternum, præcipue statu generationis & corruptionis manente in rebus. Ignis autem ibi erit fortissimę caliditatis, quia calor eius erit vndique congregatus propter frigus terræ vndique ipsum circunstans.

¶ Ad tertium dicendum, quòd infernus numquàm deficiet in amplitudine, quin sufficiat ad damnatorum corpora capienda. Infernus enim Prouerb. 30. in terra insatiabili ponitur: nec est inconueniens quòd intra viscera terræ tanta concauitas cõseruetur diuina virtute, quæ damnatorum omnium corpora possit capere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hoc quod dicitur, Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur, non est necessarium nisi in principalibus instrumentis peccandi. Quia enim homo in anima peccat & corpore, in vtroque punitur: non autem oportet quòd in quo loco quis peccat, in eodem puniatur, cũ alius sit locus qui viatoribus & damnatis debetur. Vel dicendum, quòd hoc intelligitur de pœnis, quibus homo punitur in via secundum quod quælibet culpa suam pœnam habet annexam, prout quisque inordinatus animus sibiipsi est pœna, vt dicit Augustinus.

(D. 73 5.)

Articvlvs III.

Vtrum in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ. Augustinus enim in libro de spiritu & anima sic dicit. Recedit anima a corpore secum trahens sensum scilicet, & imaginationem, & rationem, & intellectum, intelligentiam, concupiscibilitatem & irascibilitatem: sed sensus, & imaginatio, & vis irascibilis, & concupiscibilis sunt vires sensitiuæ. ergo & in anima separata vires sensitiuæ remanent.

(p. q. 77. a. 8.) (Cap. 30.) (Cap. 16.)

¶ 2 Præ. Aug. dicit in lib. de ecclesia. dogmatibus. Solum hominem credimus habere animam substantiuam, quæ exuta corpore viuit, & sensus suos atque ingenia viuaciter tenet. ergo anima exuta corpore habet potentias sensitiuas.

¶ 3 Præt. Potentiæ animæ vel essentialiter ei insunt, vt quidam dicunt, vel ad minus sunt naturales proprietates ipsius: sed illud quod essentialiter inest alicui, non potest ab eo separari, neque subiectum aliquod deseritur a proprietatibus naturalibus. ergo impossibile est quòd anima separata a corpore aliquas potentias amittat.

¶ 4 Præt. Non est totum integrum, cui aliqua partium deest: sed potentiæ animæ dicuntur partes ipsius. si ergo aliquas potentias anima post mortem amittit, non erit anima integra post mortem, quod est inconueniens.

¶ 5 Præt. Potentiæ animæ magis comparantur ad meritum, quàm etiam corpus, cum corpus sit solum instrumentum actus, potentiæ vero principia agendi: sed necesse est vt corpus simul præmietur cum anima propter hoc, quòd coopera-

A batur in merito. ergo multò fortius est necesse quòd potentiæ animæ simul præmientur cum ipsa. ergo anima separata eas non amittit.

¶ 6 Præt. Si anima cum separatur a corpore, potentiam sensitiuam amittit, oportet quòd illa potentia in nihilum cedat, non enim potest dici quòd in materiã aliquam resoluatur, cum nõ habeat materiam partem sui: sed illud quod omnino in nihilũ cedit, non reiteratur idẽ numero, vt supra dictũ est. ergo anima non habebit in resurrectione eandem numero potentiã sensitiuã, sed secundũ Philosophum, sicut se habet anima ad corpus, ita se habent potentiæ ad partes corporis, vt visus ad oculum: si autem non esset eadem anima quæ redibit ad corpus, non esset idem homo. ergo eadem ratione nec B esset idẽ oculus numero, si non habet eandem numero potentiam visiuam, & simili ratione nec aliqua alia pars numero eadem resurgeret, & per consequens nec totus homo idem numero erit. ergo non potest esse quòd anima separata potentias sensitiuas amittat.

resurrectionem non pertineat, reperire nequeo. Neque enim & monstra quę nascuntur, & uiuunt

(Vbi supra. cap. 86.) (q. 1. præsentis dist. art. 1. quæst. 2.)

¶ 7 Præt. Si potentiæ sensitiuæ corrumperentur corrupto corpore, oportet quòd debilitato corpore debilitarentur: hoc autem non contingit, quia vt dicitur in 1. de anima. Si senex accipiat oculum iuuenis, videbit vtique sicut & iuuenis. ergo nec corrupto corpore potentiæ sensitiuæ corrumpentur. (T. com. 65.)

Sed contra. August. in lib. de eccles. dogmatibus dicit. Duabus substantijs constat homo, anima tantum & carne, anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis: potẽtiæ ergo sensitiuæ ad carnem pertinent. ergo corrupta carne in anima non manent potentiæ sensitiuæ. (Cap. 19.)

¶ 2 Præt. Philosophus in 12. meta. de separatione animæ loquens sic dicit. Si autem aliquid remanet in postremo, quæ- C rendum est de hoc, in quibusdam enim non est impossibile, verbi gratia, si anima est talis dispositionis non tota, sed intellectus, tota enim forte impossibile, quærendum est de hoc, ex hoc videtur quòd anima tota a corpore non separetur, sed solum potentiæ intellectiuæ: non enim sensitiuæ, vel vegetatiuæ. (T. com. 17.)

¶ 3 Præt. In 2. de anima Philosophus dicit de intellectu loquens. Hoc solum cõtingit separari vt perpetuum a corruptibili, reliquæ autem partes animæ manifestum est ex his quòd non separabiles sunt, vt quidam dicunt. ergo potentiæ sensitiuæ non manent in anima separata. (T. com. 21.)

II Vlterivs. Videtur quòd in anima separata remaneant etiam actus sensitiuarum potentiarum. Dicit enim Augustus in lib. de spiritu & anima. Anima recedens a corpore ex his, scilicet imaginatione, concupiscibilitate, irascibilita- D te secundum merita afficitur ad delectationem, siue ad dolorem: sed imaginatio & concupiscibilis, & irascibilis sunt sensitiuæ potentiæ. ergo secundum sensitiuas potentias anima separata efficietur, & ita secundum eas in aliquo actu erit.

(Vbi supra. Et 2. cont. gen. ca. 80. ad 5. Aug. vbi supra.)

¶ 2 Præt. Augustinus super Genes. ad literam in lib. 12. dicit, quòd corpus non sentit, sed anima per corpus, & infra. Quædam autem anima non per corpus, immo sine corpore sentit, vt est timor, & huiusmodi: sed illud quod animæ, sine corpore conuenit potest inesse animæ a corpore separatæ. ergo tunc actu anima sentire poterit. (Cap. 24.)

¶ 3 Præt. Inspicere similitudines corporum sicut in somnis accidit, ad visionem imaginatiuam pertinet, quæ est in sensitiua parte: sed huiusmodi similitudines corporum inspicere, sicut in somnis accidit, conuenit animæ separatæ: vnde Aug. 12. super Genes. ad literam sic dicit. Neque enim video cur habeat anima similitudinem corporis sui cum iacente sine sensu E corpore, nondum tamen penitus mortuo videt talia, qualia multi ex illa subductione viuis redditi narrauerunt, & non habeat cum perfecta morte penitus de corpore exierit: non enim hoc potest intelligi, quòd anima similitudinem corporis habeat, nisi secundum quod eam inspicit: vnde & præmisit de iacentibus sine sensu, quòd gerunt quandam similitudinem corporis sui, per quam possunt ad loca corporalia ferri, & talia, qualia vident, similitudinibus sensuum experiri. ergo anima separata potest exire in actum sensitiuarum potentiarum. (Cap. 32.)

¶ 4 Præt. Memoria est potentia sensitiuæ partis, vt probatur in libr. de memoria & reminiscentia: sed animæ separatæ actu memorabuntur eorum quæ in hoc mundo gesserunt, vnde & diuiti epuloni dicitur Luc. 16. Recordare, quia recepisti bona in vitą tua. ergo anima separata exibit in actum potentiæ sensitiuæ. (Lect. 2. col. 4.) (T. co. 42. & tex. co. 2. lib. 2.)

¶ 5 Præt. Secundum Philosophum in 3. de anima. Irascibilis & con-

& concupiscibilis sunt in parte sensitiua: sed in irascibili & F concupiscibili sunt gaudium & tristitia, amor & odium, timor & spes, & huiusmodi affectiones quas secundũ fidem nostram ponimus in animabus separatis. ergo animæ separatæ non carebunt actibus sensitiuarum potentiarum.

SED CONTRA. Illud quod est commune animæ & corpori, non potest remanere in anima separata: sed omnes operationes potentiarum sensitiuarum sunt communes animæ & corpori, quod patet ex hoc quòd nulla potentia sensitiua aliquem actum habet nisi per organum corporale. ergo anima separata carebit actibus sensitiuarum potentiarum.

quantumlibet cito moriatur, aut resurrectura negabuntur, aut ita resurrectura credenda sunt, sed

T.com.66. ¶ 2 Præt. Philosophus dicit in lib. de anima. Corrupto corpore anima neque reminiscitur, neque amat, & eadem ratio est G de omnibus alijs actibus sensitiuarum potentiarum. ergo non procedit aĩa separata in aliquẽ actũ alicuius potẽtiæ sensitiuæ.

III VLTERIVS. Videtur quòd anima separata pati non possit ab igne corporeo. Aug. enim 12. super Gen. ad literam dicit. Non sunt corporalia, sed corporalibus similia, quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur, seu bene, seu male. ergo anima separata igne corporeo non punitur. Vbi supra, 4. con. gen. & quol. 2. Cap. 32.

¶ 2 Præt. Augustinus in eodem libr. dicit, quòd agens semper est nobilius patiente: sed impossibile est aliquod corporeum esse nobilius anima separata. ergo non potest ab aliquo corpore pati.

T.com.54. Paulo post medium. ¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in 1. de generatione, & secundum Boetium in lib. de duabus naturis, illa solum agunt & patiuntur adinuicem quæ in materia communicant: sed anima & ignis corporeus non communicant in materia, quia spiritualium & corporalium non est materia communis, vnde H nec possunt inuicem transmutari, vt Boetius in eodem lib. dicit. ergo anima separata ab igne corporeo non patitur.

Cap. 29. ¶ 4 Præt. Omne quod patitur recipit aliquid ab agente. Si ergo anima patiatur ab igne corporeo, aliquid ab eo recipiet: sed omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis. ergo quod recipitur ab igne in anima non est in eo materialiter, sed spiritualiter: sed formæ rerum in anima spiritualiter existentes sunt perfectiones ipsius. ergo etsi ponatur quòd anima patiatur ab igne corporeo, hoc nõ erit in eius pœnam, sed magis in eius perfectionem. Si dicatur quòd hoc ipso anima punitur ab igne quòd ignem videt, vt videtur dicere Gregor. in 4. dialog. Contra. Si anima videt ignem inferni, non potest videre nisi visione intellectuali, cum non habeat organa quibus visio sensitiua, vel imaginaria perficitur: sed visio intellectualis non videtur quòd possit esse causa tristitiæ, delectationi enim quæ est in considerando non est tristitia con I traria, secundum Philosophum. ergo ex tali visione anima non punitur. Si dicatur quòd anima patitur ab igne corporeo, quia tenetur ab eo, sicut nunc tenetur a corpore, dum in corpore viuit. Contra. Anima dum in corpore viuit, tenetur a corpore inquantum ex ea & corpore fit vnum sicut ex materia & forma: sed anima non erit forma illius ignis corporei. ergo supra dicto modo non poterit ab illo igne teneri.

¶ 5 Præt. Omne agens corporeum agit per contactum: sed non potest esse aliquis contactus animæ & ignis corporei, quia contactus fit solum inter corpora quæ habent vltima simul. ergo anima ab igne corporeo non patitur.

¶ 6 Præt. Agens organicum non agit in remota, nisi per hoc quòd agit in media, vnde per determinatam distantiam agere potest proportionatam suæ virtuti: sed animæ, vel ad minus dæmones, de quibus est eadem ratio, quandoque sunt extra locum inferni, quandoque etiam in hoc mundo homi- K nibus apparent, nec tamen a pœna sunt immunes, sicut enim gloria sanctorum numquàm interrumpitur, ita nec pœna damnatorum, nec tamen videmus quòd omnia intermedia ab igne inferni patiantur, nec iterum est credibile aliquid corporeum de natura elementi esse tantæ virtutis vt ad tantam distantiam actionem suam diffundat. ergo non videtur quòd pœnas quas animæ damnatorum sustinent, ab igne corporeo patiantur.

SED CONTRA. Eadem est ratio in animabus separatis & dæmonibus quòd ab igne corporeo pati possint; sed dæmones ab eo patiuntur, cum puniantur ab illo igne in quem corpora damnatorum proijcientur post resurrectionem, quem oportet esse corporeum, & hoc patet ex sententia domini Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. ergo & animæ separatæ igne corporeo pati possunt.

¶ 2 Præt. Pœna debet respondere culpæ: sed anima per culpam corpori se subiecit per prauam concupiscentiam. ergo iustum est vt in pœna rei corporeæ subijciatur per passionem.

¶ 3 Præt. Maior est vnio formæ ad materiam, quàm agentis ad patiens: sed diuersitas naturæ spiritualis & corporalis non impedit quin anima sit forma corporis. ergo non impedit quin possit a corpore pati.

potius correcta eorum emendataque natura. Absit enim ut illum bimembrem quem nuper na

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim æstimantes potentias omnes esse in anima ad modum quo color est in corpore, dicunt quòd anima a corpore d separata omnes suas potentias secũ trahit. Si enim aliqua ei deesset, oporteret animam transmutatam esse secundum naturales proprietates quæ subiecto manente non possunt variari: sed dicta æstimatio falsa est. Cum enim potentia sit secundum quam potentes dicimur agere, vel pati, eiusdem autem sit agere & posse agere, oportet quòd eiusdem sit potentia sicut subiecti, quod est agens, vel patiens. Vnde Philosophus in principio, de somno & vigil. dicit, quòd cuius est potentia, eius est actio. Videmus autem manifeste quasdam operationes, quarum potẽtiæ animæ sunt principia, non esse animæ proprie loquendo, sed coniuncti, quia non explentur nisi mediante corpore, vt est videre, audire, & huiusmodi: vnde oportet quòd istæ potentiæ sint coniuncti sicut subiecti, animæ autem sicut principij influentis, sicut forma est principium proprietatum compositi. Quædam vero operationes exercentur ab anima sine organo corporali, vt intelligere, considerare, & velle: vnde cum hæ actiones sint animæ proprie, & potentiæ quæ sunt harum principia non solum erunt animæ vt principij, sed vt subiecti. Quia ergo manente proprio subiecto manere oportet & proprias passiones, & corrupto eo corrumpi, oportet illas potentias quę in suis actibus non vtuntur organo corporali remanere in anima separata: illas autem quæ vtuntur corrumpi corpore corrupto, & huiusmodi sunt potentiæ omnes quæ pertinent ad animam sensibilem & vegetabilem. Et propter hoc quidam potentias animæ sensibiles distinguunt: dicunt enim has esse duplices, quasdam quæ sunt actus organorum quæ sunt ab anima refluxæ in corpus, & hæ cum corpore corrumpuntur: quasdam vero originales harum quæ sunt in anima, quia per eas anima corpus sensificat ad videndum, & audiendum, & ad huiusmodi, & hæ originales potentiæ manent in anima separata. Sed hoc non videtur conuenienter dici. Anima enim per suam essentiam non mediantibus aliquibus alijs potentijs est origo illarum potentiarum quę sunt actus organorum, sicut & forma quælibet ex hoc ipso quòd per essentiam suam materiam informat, est origo proprietatum quæ compositum naturaliter consequuntur. Si enim oporteret in anima ponere alias potentias, quibus mediantibus potentiæ quæ organa perficiunt, ab essentia animæ effluerent, eadem ratione oporteret ponere alias potentias, quibus mediantibus ab essentia animæ effluerent illæ mediæ potentiæ, & sic in infinitum: si enim statur alicubi, melius est vt in primo stetur. Vnde alij dicunt, quòd potentiæ sensitiuæ, & aliæ similes non manent in anima separata nisi secundum quid, scilicet vt in radice, per modum scilicet quo principiata sunt in principijs suis. In anima enim separata manet efficacia influendi iterum huiusmodi potentias si corpori vniatur. Nec oportet hanc efficaciam esse aliquid superadditum ipsi essentiæ animæ, vt dictum est, & hæc opinio videtur magis rationabilis. D.184. Lect. 1. S. Tho. Hic paulo superius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud Aug. intelligendum est, quòd anima secum trahat quasdam illarum potentiarum in actu, scilicet intelligentiam & intellectum, quasdam vero radicaliter, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sensus quos anima secum trahit, non sunt isti exteriores sensus, sed interiores, qui scilicet ad partem intellectiuam pertinent, quia intellectus interdum sensus appellatur, vt patet per Basilium super prouerbia, & per Philosophum in 6. ethic. Vel si intelligit de sensibus exterioribus, dicendum sicut ad primum. Cap. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut iam ex dictis patet, potentiæ sensitiuæ non comparantur ad animam sicut naturales passiones ad subiectum, sed sicut ad originem, vnde ratio non procedit. In cor. præsentis quæstion.

¶ Ad quartum dicendum, quòd potentiæ animæ dicuntur partes eius potentiales. Talium autem totorum ista est natura, quòd tota virtus totius consistit in vna partium perfecte, in alijs autem partialiter; sicut in anima virtus animæ perfectæ consistit in parte intellectiua, in alijs autem partialiter. Vnde cum in anima separata remaneant vires intellectiuæ partis, integra remanebit non diminuta, quàmuis A sensitiuæ potentiæ actu non remaneant: sicut nec potentia regis remanet diminuta mortuo præposito, qui eius potentiam participabat.

¶ Ad quintum dicendum, quòd corpus cooperatur ad meritum quasi pars essentialis hominis q meretur, sic autẽ nõ cooperantur potentiæ sensitiuæ, cum sint de genere accidentium: & ideo non est simile.

tum in oriente fratres fidelissimi qui eum viderunt retulerunt, &

¶ Ad sextum dicendum, quòd potentiæ animæ sensitiuæ non dicuntur esse actus organorum quasi formæ essentiales ipsorum nisi ratione animæ cuius sunt, sed sunt actus eorum sicut perficiẽtes ea ad proprias operationes, sicut calor est actus ignis perficiẽs ipsum ad calefaciendũ: vnde sicut idẽ ignis numero remaneret etiam si alius numero calor in eo esset, sicut patet de frigore aquæ quod non redit idem numero postquàm fuerit calefacta, aqua nihilominus eadem numero manente, B ita & organa erunt eadem numero, quàmuis potentiæ eadem numero non sint.

¶ Ad septimum dicendum, quòd Philosophus loquitur de huiusmodi potentijs secundum quod radicaliter in anima consistunt, quod patet ex hoc quòd dicit, quòd senium non est in patiendo ad animam, sed id in quo est, scilicet corpus: sic enim propter corpus neque debilitantur, neque corrumpuntur animæ virtutes.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd quidam distinguunt duplices actus sensitiuarum potentiarum, quosdam exteriores quos per corpus exercet, & hi non remanent in anima separata: quosdam vero intrinsecos quos anima per seipsam exercet, & hi erunt in anima separata. Hæc autem positio descendere videtur ab opinione Platonis, qui ponit animam corpori coniungi, sicut quandam substantiam perfectam in nullo a corpore dependentem, sed solum sicut C motorem mobili, quod patet ex transcorporatione quam ponebat. Quia autem secundum ipsum nihil mouebat nisi motum, & ne abiretur in infinitum, dicebat quòd primum mouens mouet seipsum, posuit quòd anima erat seipsam mouens, & secundum hoc erat duplex motus animæ, vnus quo mouebatur a seipsa: alius quo mouebatur corpus ab ea, & sic anima habebat actum qui est videre primo in se ipsa secundum quod mouebat seipsam, & secundo in organo corporali secundum quod mouebat corpus. Hanc autem positionem Philosophus destruit in primo de anima, ostendens quòd anima non mouet seipsam, & quòd nullo modo mouetur secundum istas operationes quæ sunt videre, sentire, & huiusmodi, sed quòd istæ operationes sunt motus coniuncti tantum: vnde oportet dicere, quòd actus sensitiuarum potentiarum nullo modo d maneant in anima separata, nisi forte sicut in radice remota. [T.com. 36. vs]que ad tex. D.183.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd liber ille negatur a quibusdam esse August. Dicitur enim fuisse cuiusdam Cistercieñ. qui eum ex dictis August. compilauit, & quædam de suo addidit, vnde quod ibi scribitur pro authoritate habendum non est. Si tamen authoritas debeat sustineri, dicendum, quòd non debet intelligi quòd anima separata ex imaginatione, & alijs huiusmodi potentijs afficiatur quasi ipsa affectio sit actus prædictarum potentiarum, sed quia ex his quæ anima per imaginationem & alias huiusmodi potentias commisit in corpore in futuro afficietur vel in bonum, vel in malum, vt sic imaginatio, & huiusmodi potentiæ non intelligatur elicere illam affectionem, sed elicuisse in corpore meritum affectionis illius. D

¶ Ad secundum dicendum, quòd anima dicitur sentire per corpus non quasi actus sentiendi sit animæ secundum se, sed quia est totius coniuncti ratione animæ eo modo loquendi E quo dicimus quòd calor calefaciat. Quod autem subiũgitur, quòd quædam anima sentit sine corpore, vt timorem, & huiusmodi, intelligendum est sine exteriori corporis motu qui accidit in actibus sensuum propriorum: non enim timor, & huiusmodi passiones sine motu corporali contingunt. Vel potest dici, quòd August. loquitur secundum opinionem Platonicorum qui hoc ponebant, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd August. ibi inquirendo loquitur non determinando, sicut fere per totum illum librum. Patet enim quòd non est similis ratio de anima dormientis, & de anima separata. Anima enim dormientis vtitur organo imaginationis, in qua corporales similitudines imprimuntur, quod de anima separata dici non potest. Vel dicendum, quòd similitudines rerum sunt in anima & quantum ad potentiam sensitiuam, & imaginatiuam, & intellectiuam secundum maiorem & minorem abstractionem a materia & materialibus cõditionibus. tenet ergo similitudo August. quantum ad hoc, quòd sicut similitudines rerum corporalium sunt in anima somniantis, vel excessum mentis patientis imaginaliter: ita sunt in anima separata intellectualiter, non autẽ quòd in anima separata sint imaginaliter. [In cor. præsentis quæstion.]

sanctus Hieronymus scriptum reliquit, & vnum hominem du-

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut in 1. lib. distinctio. 3. dictum est, memoria dupliciter sumitur. Quandoque prout est potentia sensitiuæ partis, secundum scilicet quod concernit præteritum tempus, & hoc modo actus memoriæ in anima separata non erit: vnde dicit Philosophus in 1. de anima, quòd hoc corrupto, scilicet corpore, anima non reminiscitur. Alio modo accipitur memoria prout est pars imaginationis ad intellectiuam partem pertinens, secundum scilicet quod ab omni differentia temporis abstrahit, cum non sit tantum præteritorum, sed etiam præsentium & futurorum, vt Augustinus dicit, & secundum hanc memoriam anima separata memorabitur. q. 4. ar. 1. ad 2. T.com.66.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut in 3. lib. distinct. 26. dictum est, amor, gaudium, & tristitia, & huiusmodi dupliciter accipiuntur. Quandoq; quidem secundum quod sunt passiones appetitiuæ sensibilis, & sic non erunt in anima separata: hoc enim modo non explentur sine determinato motu cordis. Alio modo secundum quod sunt actus d voluntatis quæ est in parte intellectiua, & hoc modo erunt in anima separata, sicut & delectationem quæ quodammodo est passio sensitiuæ partis, & secundum alium modum accipiendi ponit Philosophus de deo dicens in 7. ethic. quòd deus vna simplici operatione gaudet. q. 1. ar. 2. fere per totũ D.978. Cap. 1.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd supposito C ex prædictis quòd ignis inferni non sit metaphorice dictus, nec ignis imaginarius, sed verus ignis corporeus, oportet dicere quòd anima d ab igne corporeo pœnas patietur, cũ dominus ignem illum diabolo & angelis eius paratum esse dicat Matth. 25. qui sunt incorporei sicut & illa. Sed quomodo pati possit, multipliciter assignatur. Quidam enim dixerunt, quòd hoc ipsum quod est ignem videre, sit animam ab igne pati: vnde Gregor. in 4. Dialog. dicit, Ignem eo ipso patitur anima quo videt. Sed istud non videtur sufficere, quia quodlibet visum ex hoc quòd videtur, est perfectio videntis: vnde nõ potest in eius pœnam cedere inquantum est visus, sed quandoque est punitiuum, vel contristans per accidens inquantũ scilicet apprehenditur vt nociuum: vnde oportet quòd præter hoc quòd anima illum ignem videt, sit aliqua comparatio animæ ad ignem, secundum quam ignis animæ noceat. Vnde alij dixerunt, quòd quàmuis ignis corporeus non possit ani- D mam exurere, tamen anima apprehendit ipsum vt nociuum sibi, & ad talem apprehensionem afficitur timore & dolore, vt in eis impleatur quod dicitur. Trepidauerunt timore, vbi non erat timor: vnde Gregor. in 4. Dialog. dicit, quòd quia anima cremari se conspicit, crematur: sed hoc iterum nõ videtur sufficere, quia secundum hoc passio animæ ab igne non esset secundum rei veritatem, sed secundum apparentiam tantum: quàmuis enim possit esse vera passio tristitiæ, vel doloris ex aliqua falsa imaginatione, vt August. dicit 12. super Gen. ad literam, non tamen potest dici, quòd secundum illam passionem vere patiatur a re, sed a similitudine rei quam concipit: & iterũ iste modus passionis magis recederet a reali passione, quàm ille qui ponitur per imaginarias visiones, cum iste dicatur per veras imagines rerum esse, quas anima secum defert: iste autem per falsas conceptiones quas anima errans fingit. Et iterum non est probabile, quòd animæ separatæ, vel dæmones qui E subtilitate ingenij pollent, putarent ignem corporeum sibi nocere posse, si ab eo nullatenus grauarentur. Vnde alij dicunt, quòd oportet ponere animam etiam realiter ab igne corporeo pati, vnde etiam Gregor. in 4. Dialog. dicit. Colligere ex dictis euangelicis possumus, quia incendium anima non solum videndo, sed etiam experiendo patiatur, sed hoc tali modo fieri ponunt. Dicunt enim quòd ignis ille corporeus potest considerari dupliciter. Vno modo secundum quod est res quædam corporea, & hoc modo non habet quòd in animam agere possit. Alio modo secundum quod est instrumentum diuinæ iustitiæ vindicantis, hoc enim diuinæ iustitiæ ordo exigit, vt anima quæ peccando se rebus corporalibus subdidit, eis etiam in pœnam subdatur. Instrumentũ autem non solum agit in virtute propriæ naturæ, sed etiam in virtute principalis agentis, vt supra dist. 1. dictum est, & ita non est inconueniens si ignis ille D.182. Cap. 42. Loco supra citato. ex. cap. 31. Vbi supra. q. 1. artic. 4. quæst. 1.

ille cum agat in vi spiritualis agentis, in spiritum agat hominis, vel dæmonis per modum etiam quo de sacramentis dictũ est dist. 1. quòd animam sanctificant. Sed istud etiam non videtur sufficere, quia omne instrumentum in id circa quod instrumentaliter operatur, habet propriam actionem sibi connaturalem, & non solum actionem secũdum quam agit in virtute principalis agentis, immo exercendo primam actionem oportet quòd efficiat hãc secundam, sicut aqua lauando corpus in baptismo sanctificat animam, & sera secando lignum perducit ad formam domus: vnde oportet dare igni aliquam actionem in anima quæ sit ei connaturalis ad hoc, quòd sit instrumentum diuinæ iustitiæ peccata vindicantis. Et ideo dicendum, quòd corpus in spiritum naturaliter agere non potest, nec ei aliquo modo obesse, vel ipsum grauare, nisi secundũ quod aliquo modo corpori vnitur: sic.n. inuenimus quòd corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, Sap. 9. Spiritus autem corpori vnitur dupliciter. Vno modo, vt forma materiæ, vt ex eis fiat vnum simpliciter, & sic spiritus vnitur corpori, & viuificat corpus, & a corpore aliqualiter aggrauatur: sic autem spiritus hominis, vel dæmonis igni corporeo non vnitur. Alio modo sicut mouens mobili, vel sicut locatum loco eo modo quo incorporalia sunt in loco, & secundũ hoc spiritus incorporei creati loco diffiniuntur, ita in vno loco existentes quòd non in alio. Quàmuis autem res corporea ex sua natura habeat quòd spiritum incorporeum loco diffiniat, non tamen habet sua natura quòd spiritũ incorporeum loco diffinitum detineat, vt ita alligetur illi loco quòd ad alia diuertere non possit, cum spiritus non ita sit in loco naturaliter quòd loco subdatur. Sed hoc superadditur igni corporeo inquantum est instrumentũ diuinæ iustitiæ vindicantis, quòd sic detinet spiritum, & ita efficitur ei pœnalis retardans eum ab executione propriæ voluntatis, ne scilicet possit operari vbi vult, & secundum quod vult, & hunc modum ponit Greg. in 4. dialog. (Vbi supra.) Exponens enim quomodo anima incendium experiendo patiatur, sic dicit. Dum veritas peccatorẽ diuitem damnatum in igne perhibet, quisnam sapiẽs reproborum animas teneri ignibus neget? & hoc etiam Iulianus dixit, vt in litera magister dicit. Si viuentis hominis incorporeus spiritus detinetur in corpore, cur etiam non post mortem corporeo igne teneatur? August. etiam 12. de ciui. dei. (Cap. 23.) dicit quòd sicut anima in hominis conditione iungitur corpori, vt dans ei vitam, quàmuis illud sit spirituale, & hoc corporale, & ex illa coniunctione vehementer concipit amorem ad corpus, sic ligatur igni vt accipiens ab eo pœnã, & ex illa coniunctione concipit horrorem. Oportet ergo omnes prædictos modos in vnum colligere, vt perfecte videatur quomodo anima ab igne corporeo patiatur, vt scilicet dicamus quòd ignis secundum naturam suam habet quòd spiritus incorporeus ei coniungi possit, vt loco locatum: sed inquantum est instrumentum diuinæ iustitiæ habet vt ipsum quodammodo retineat alligatum, & in hoc veraciter ignis ille est spiritui noxius, & sic anima ignem vt noxium sibi videns, ab igne cruciatur: vnde Gregorius in 4. dialog. (Cap. 42.) omnia ista per ordinem tangit, vt ex dictis eius patet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd August. loquitur inquirendo: vnde etiam alium modum ponit determinando in lib. de ci. dei. vt ex dictis patet. Vel dicendum, quòd August. intelligit quòd ea quibus anima proxime afficitur ad dolorem, vel tristitiam sunt spiritualia, non enim affligeretur nisi ignem vt noxium sibi apprehenderet. Ignis ergo apprehensus est proximum affligens, sed ignis corporeus extra animam existens est affligens remotum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis anima simpliciter sit nobilior igne, ignis tamen est secundum quid anima nobilior, inquantum scilicet est instrumentum diuinæ iustitiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Philosophus & Boetius loquuntur de illa actione per quam patiens transmutatur in naturam agentis, talis autem non est actio ignis in animam, & propter hoc ratio non concludit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ignis in animam non agit per modum influentis, sed per modum detinentis, vt ex dictis patet, & ideo ratio non est ad propositum.

(In cor. præsentis quæstiun.) ¶ Ad quintum dicendum, quòd in visione intellectuali non est tristitia ex hoc ipso quòd aliquid videtur, cum illud quòd videtur nullo modo intellectui possit esse contrarium inquantũ videtur. In sensu autem hoc quod videtur, ex ipsa actione qua agit in visum vt videatur, potest esse corruptiuũ visus per accidens inquantum corrumpit harmoniã organi, sed tamen ui- F sio intellectualis potest esse contristans inquantum id quod uidetur, apprehenditur ut nociuum, non quasi noceat eo ipso quòd uidetur, sed alio quocumque modo, & sic anima uidendo ignem affligitur.

¶ Ad sextum dicendum, quòd non est simile quantum ad omnia, sed quantum ad aliquid, ut ex dictis patet. (In cor. præsentis quæstiun.)

¶ Ad septimum dicendũ, quòd quàmuis non sit aliquis tactus corporalis inter animam & corpus, tamen est inter ea aliquis tactus spiritualis: sicut etiam motor, cæli cum sit spiritualis, spirituali tactu tangit cælum, ipsum mouens per modum quo dicitur contristans tangere, sicut dicitur in 1. de generatione, & huiusmodi modus sufficit ad actionem. (T. com. 45.)

G ¶ Ad octauum dicendum, quòd spiritus damnati numquàm sunt extra infernum nisi ex dispensatione diuina uel ad instructionem, uel ad exercitium electorum, ubicumque extra infernum sint, semper tamẽ uident ignem inferni ut eis in pœnam præparatum: unde cum ista uisio sit immediate affligens, ut dictum est, ubicumque sunt, ab igne inferni affliguntur: sicut & captiui etiam extra carcerem existentes quodammodo a carcere affliguntur, dum uident se ad carcerem damnatos. Vnde sicut gloria electorum in nullo minuitur, nec quantum ad præmium essentiale, neque quantum ad accidentale, si aliquando extra cælum empyreum sint, quod quodammodo in gloriam eorum ceditita etiam in nullo minuitur pœna damnatorum, si extra infernum ex diuina dispensatione ad tempus ponantur, & hoc est quod dicit glo. super illud Iaco. 3. Inflammat rotam natiuitatis &c. Diabolus vbicumque sit siue sub aere, siue sub terra secum fert tormenta suarum flammarum. (In cor. præsentis quæstiun.) H Obiectio autem procedit, ac si ignis corporeus affligeret spiritus immediate, sicut affligit corpora.

plicem, ac non potius duos, quod futurum erat si gemini nascerentur, resurrecturos æstimemus. Ita & cætera quæ nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram in resurrectione reuocabuntur.

EXPOSITIO TEXTVS.

OMNES *ad ætatem eandem resurgent &c.* Hoc intelligẽdũ est non quantum ad mensuram corporis, sed quantum ad perfectionem corporis. *Triginta enim duorum annorum erat, & trium mensium &c* Hoc intelligendum est secundum illam opinionem quæ ponit Christum in principio trigesimi anni nondum completi baptizatum fuisse: sed secundum opinionem Chrysostomi, qui ponit quòd Christus cum baptizatus fuit, erat triginta annorũ, & incœperat trigesimũprimũ oportet dicere quòd Christus trigintatribus annis & tribus mensibus vixerit: tribus enim annis prædicauit, & mensibus quasi tribus. (Homil. 12. sup Matth. tom. 3.) I *Non est autem fas dicere quod in resurrectione &c.* Sed contra hoc videtur, Nani & gigantes resurgent in quantitate quam hic habuerunt. Et dicendum, quòd hoc intelligendum est de quantitate quam hic habuerunt, vel habituri essent natura non errante per superabundantiam, vel defectum. *Sed in quemlibet puluerem ac cinerem resoluatur &c* Sciendum quòd hæ resolutiones quæ in litera tanguntur, distribuuntur hoc modo. Primo enim accipit illa, in quæ corpus humanum proximo resoluitur: vnde quantum ad partes grossas & terrestres ponit puluerem & cinerem vt in puluerem dicatur resolui inquantum exiccatur per congelationem humidi ex frigore agente, in cinerem vero inquantum exiccatur per extractionem humidi a calore agente: sed quantum ad partes subtiles & aereas halitus ponit & auras, vt halitus referatur ad K vapores humidos, qui ab humano corpore resoluuntur, aura autem ad fumos siccos qui sunt materia venti qui proprie aura dicitur. Deinde vero ponit illa in quæ primo resoluitur, hæc autem vel sunt sensibilia, vel insensibilia: si insensibilia sic tangit elementata in hoc quod dicit. *In quamcumque aliorum corporum substantiam*; & elementa in hoc quòd dicit. *In ipsa elementa.* Si autem sunt sensibilia, sic tangit alia bruta, & homines in hoc quod dicit. *In quorumcumque animalium & hominum cibum carnemque mutetur.* vt cibus pertineat ad id quod est in via transmutationis humani corporis in substantiam prædictam, quod vero dicit carnem, pertineat ad terminum transmutationis prædictæ. *Illi animæ in puncto temporis redditur quæ illam primitus &c.* exponendum est primitus non solũ quod est prius tempore, sed quod est principalius, vt ex dictis patet, alias oporteret dicere ꝙ costa, de qua formata est mulier, in Adam resurgeret, cuius anima primo fuit animata: resurget tamen in Eua, quia in ea principalius fuit, vt sci-

licet pertinens ad perfectionem indiuidui non solum ad A perfectionem speciei, sicut fuerat in Adam. *Resurgent quidem sanctorum corpora sine vllo vitio &c.* Ista quæ hic ponuntur, hoc modo differunt, vt vitium pertineat ad intemperantiam humorum, aut indispositionem inferiorum partium, deformitas autem ad dispositionem partium exteriorum, corruptio vero ad diminutionem, vt si corpora sine aliquo membro resurgerent, onus autem ad indispositionem organorum respectũ virtutis motiuæ, difficultas vero ad ipsius virtutis debilitatem. *Et cruciabit damnatorũ corpora hominum, vel dæmonum &c.* (lib. de ci. dei. c. 8. t. 5.) hoc dicit Augustin. secũdum opinionem quæ ponit dæmones habere corpora naturaliter sibi vnita. *Profiteri animam posse habere similitudinem corporis &c.* Non est intelligendum, quòd anima separata habeat similitudinem corporis & membrorum corporalium realiter, sicut Apollinarius posuit, sed solummodo per modum apprehensionis vel intellectiuæ, vel etiam imaginariæ, vt quidam volunt. (Ench. c. 9. Et hær. 55. cap. ...) *Neque enim non sentiunt &c.* Hoc potest exponi, vt sentire non accipiatur pro actu exteriori sensus, sed pro actu intellectus secundum quod intellectus quãdoque sensus dicitur. (Vbi supra.) *Quæ vt ac disputari potest, quando incipit homo &c.* De hoc aliqua dicta sunt in 3. libr. distinctio. 3. vbi de conceptione dominici corporis agebatur. *Ac non potius duos quid futurum erat &c.* (... artic. 5.) Hoc non dicit Augustinus, quia ex quo habebat principalia membra duplicia, sicut duo capita & duo corda, manifestum erat, quòd duæ animæ inerant, & ita duo homines erant, sed coniuncti per errorem naturæ.

DISTINCTIO XLV.

A

De suffragijs defunctorum.

PRAETEREA sciendũ est, quòd omnes animę, vt ait Aug. cum de hoc sæculo exierint, diuersas habent receptiones: bonæ habent gaudium, malæ vero tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorũ tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Ex his ostenditur, quòd maius erit gaudium sanctorum in resurrectiõe, & post, quàm fuerit ante, & quòd diuersa receptacula habebunt animæ sanctorum, de quibus idem Aug. ait. Tempus quod inter hominis mortem & vltimã resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæque digna est vel requie, vel ęrumna, pro eo qđ sortita est in carne dum viueret.

De diuersis animarum receptaculis.

NEQVE negandum est, ut ait August. defunctorũ animas pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis [c] sacrificium Mediatori offertur, uel eleemosynæ fiunt in Ecclesia. Sed hæc eis tantum prosunt, qui cum viuerent, hæc sibi ut postea possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam uiuendi modus nec tam bonus, ut nõ requirat ista post mortem, nec tam malus, ut ei non prosint ista post mortem. Est uero talis in bono ut ista non requirat, & est rursus talis in malo, ut nec his ualeat, cum hæc uita B transierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc uitam quispiam grauari, uel releuari. Nemo autem speret quod hic neglexit, cũ obierit apud Deum promereri. Non ergo ista quę pro defunctis commendãdis frequentat Ecclesia, illi apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictum est. Omnes stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, scilicet bona: quia etiã C hoc meritum sibi quisque cum in corpore uiueret, comparauit, ut possent ei ista prodesse. Non enim omnibus prosunt: & quare non, nisi propter differẽtiã uitæ, quam quisque gessit in corpore? (2. Cor. 5.) Cum ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcũque aliarum eleemosynarum pro baptizatis omnibus offerũtur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro nõ ualde malis sunt propitiationes. Sed pro ualde malis & si nulla sunt adiumenta D mortuorum, tamen qualescumque uiuorum consolationes sunt. Quibus uero prosunt, uel ad hoc prosunt ut sit plena remissio, uel certe ut tolerabilior sit ipsa [b] damnatio.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de his quæ ad resurrectionem pertinent, hic incipit determinare de his quæ pertinent ad remunerationem, vel punitionem resurgentium, & diuiditur in partes duas. In prima enim determinatur de remuneratione & punitione, quæ præcedit iudicium generale. In secunda de illa quæ iudicium generale sequitur. 4. distinct. ibi. *Solet etiam quæri, qualiter dabitur &c.* Prima autem diuiditur in duas. In prima determinat de remuneratione, vel punitione animarum ante diem iudicij & resurrectionem. In secunda ostendit qualiter secundum iustitiam & misericordiam dei prædicta dispensentur. 46. distinct. ibi. *Sed quæritur hic de valde malis &c.* Prima diuiditur in duas. Primo ostendit quomodo animæ post mortem diuersa receptacula habebunt pro diuersitate meritorum. In secunda determinat qualiter animæ post mortem certis receptaculis distributæ iuuari possunt orationibus aliorum, ibi [*] *Neque negandum est, vt ait Augustinus &c* Et hæc pars diuiditur in partes duas. In prima ostendit qualiter mortui iuuantur suffragijs viuorum. In secunda inquirit quomodo viui iuuant precibus mortuorũ sanctorum, ibi. *Sed forte quæris, numquid preces supplicantium.* Prima autẽ diuiditur ĩ duas. In prima determinat de illis mortuis, pro quibus suffragia fiunt, quãdo eis prosunt. In secunda inquirit, [*] vtrum prosint eis pro quibus non fiunt, ibi. *Solet moueri quæstio de duobus &c.* Prima diuiditur in duas. In prima dicit quæ sunt illa quæ facta a viuis, prosunt mortuis. In secunda quę sunt illa quæ non prosunt, ibi. *De pompis vero exequiarum &c. Solet moueri quæstio &c.* Circa hoc duo facit. Primo inquirit de illis pro quibus suffragia nõ fiũt statu præsentis ecclesiæ durãte. Secũdo de illis ꝓ quibus fiũt præsenti ecclesia deficiẽte, ibi. *Sed iterum quæritur de aliquo &c. Sed forte quæris &c.* Hic ostendit qũo suffragia mortuorum sanctorũ viuis ꝓsunt. Et circa hoc tria facit. Primo.n. proponit qđ intẽdit. Scđo cõfirmat propositũ per similitudinẽ angelorũ, ibi. *Sicut .n. angeli &c.* Tertio cõcludit intẽtum, ibi. *Si autem angeli per verbum &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic tria quæruntur.

¶ Primo, De receptaculis animarum post mortem.
¶ Secundo, De suffragijs mortuorum.
¶ Tertio, De orationibus sanctorum.

E

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum animabus post mortem aliqua receptacula assignentur.
¶ Secundo, De differentia receptaculorum.
¶ Tertio, De numero eorundem.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum animabus post mortem receptacula assignentur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ animabus post mortem receptacula non assignentur. Sicut enim dicit Boetius in lib. de hebdo. Communis animi conceptio est apud sapientes, incorporalia in

(3. sent. dist. 22. q. 2. art. 1. quæst. 2. in cor. 3. par. q. 52 ar. 2. in cor. Cap. 32. Opusc. 60. c. 18. super Epistol. ad Eph. c. 5. ex lect. 3.)

in loco nõ esse. Cui concordat quod Augustin. dicit in 12. super Genes. ad literam. Cito quidem respondeti ad corporalia loca animam non ferri nisi cum aliquo corpore: sed anima separata a corpore non habet aliquod corpus, sicut ibidem Aug. dicit. ergo ridiculum est animabus separatis aliqua receptacula assignare.

Aug. de verbis apost. super illud ad Thes. 4. Nolumus, vos ignorã.

¶ 2 Præt. Omne qđ habet locum determinatũ, magis conuenit cum illo loco quàm cum alio: sed animæ separatæ, sicut & quilibet spirituales substantiæ, indifferenter se habent ad omnia loca, non enim potest dici q̃ cum aliquibus corporibus cõueniant, & cum alijs differant, cum ab omnibus conditionibus corporalibus sint penitus remotæ. ergo eis determinata receptacula non sunt assignanda.

¶ 2 Præt. Animabus separatis non assignatur aliquid post mortem nisi quod cedat in pœnam, vel præmium: sed corporalis locus non potest eis esse in pœnam, vel in præmium cum a corporibus nihil recipiant. ergo non sunt eis assignanda certa receptacula.

SED CONTRA. Cælum empyreum locus corporalis est, & tamen ipsum factum mox sanctis angelis est repletum, vt Strabus dicit. cum ergo angeli sint incorporei, sicut & animæ separatæ, videtur etiam quòd separatis animabus sint certa receptacula assignanda. ergo &c. H

Cap. 7. ¶ 2 Præt. Hoc patet per hoc, quod Gregor. in 4. Dialog. narrat animas post mortem ad diuersa loca corporalia esse deductas, vt patet de Pascasio, quem Germanus Capuanus episcopus in balneis inuenit, & de anima Theoderici regis, quam dicit ad gehennam fuisse perductam. ergo animæ post mortem habent certa receptacula.

Cap. 30. VLTERIVS. Videtur quòd statim post mortem nullæ animæ deducantur ad cælos, vel ad infernum, quia super illud

II 1. 2. q. 4. art. 3. in corp. 3. par. q. 59 ar. 5. ad 1. psal. 36. Adhuc pusillum, & non erit peccator, dicit glo. quòd sancti liberantur in fine vitæ, post hanc tamen vitam non ibi erunt, vbi erunt sancti, quibus dicetur, Venite benedicti patris mei: sed illi sancti erunt in cælo. ergo sancti post hanc vitam non statim ascendunt ad cælum.

Aug. in enchir. c. 108. ¶ 2 Præt. Aug. dicit in Ench. q̃ tempus quod inter hominis mortem & vltimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæque digna est requie, vel ærumna: sed hæc abdita receptacula non possunt intelligi cælum, & infernus, quia in illis etiam post resurrectionem vltimam animæ cum corporibus erunt, vnde pro nihilo distingueret tempus ante resurrectionem & post resurrectionem. ergo non erunt nec in inferno, nec in paradiso vsque ad diem iudicij. I

¶ 3 Præt. Maior est gloria animæ quàm gloria corporum: sed simul omnibus redditur gloria corporum, vt sit maior lætitia singulorum ex communi gaudio, vt patet Heb. 11. super illud. Deo pro nobis aliquid melius prouidente &c. dicit glo. vt in communi gaudio omnium maius fieret gaudium singulorũ. ergo multo fortius & gloria animarum debet differri vsque ad finem, vt simul omnibus reddatur.

¶ 4 Præt. Pœna & præmium quæ per sententiam iudicij redduntur, iudicium præcedere non debent: sed ignis inferni & gaudia paradisi dabuntur hominibus per sententiam Christi iudicãtis in vltimo iudicio, vt patet Matth. 25. ergo ante diem iudicij nullus ascendit ad cælum, vel descendit ad inferos. K

SED CONTRA est, quod dicitur. 2. Cor. 5. Si terrena nostra habitatio dissoluatur, domum habemus non manufactam cõseruatã in cælis. ergo dissoluta carne homo habet mansionem quæ in cælis fuerat ei conseruata.

Cap. 25. ¶ 2 Præt. Phil. 1. dicit Apostolus. Cupio dissolui, & esse cum Christo, ex quo sic arguit Gregor. in 4. dialog. Qui ergo Christum in cælo esse non dubitat, nec Pauli animam esse in cælo negat: sed non est negandum Christum esse in cælo, cum sit articulus fidei. ergo nec dubitandum est animas sanctorum ad cælos ferri. Quòd etiam aliquæ animæ ad infernum descendant post mortem statim, patet Luc. 16. Mortuus est dives, &

III vbi supra. 3. par. Et 4. cont. gent. cap. 95. sepultus est in inferno.

VLTERIVS. Videtur quòd animæ in paradiso, vel in inferno existentes egredi non valeant. Augu. enim dicit in lib. de cura pro mortuis agenda. Si rebus viuentium interessent animæ mortuorum, vt de alijs tacea m, me ipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra marique secuta est vt mecum viueret: & ex hoc concludit quòd animæ defunctorum rebus viuentium non interfunt: sed interesse possent si de suis receptaculis exirent. ergo de suis receptaculis non exeunt.

¶ 2 Præt. In psal. 26. dicitur. Vt habitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Et Iob. c. 7. Qui descẽdit ad inferos, non ascender. ergo tã boni quàm mali a suis receptaculis non exeunt.

¶ 3 Præt. Receptacula, vt est dictum, animabus post mortem dantur in præmium, vel in pœnã: sed post mortẽ neq; præmia sanctorum minuuntur, neque pœnæ damnatorum. ergo non exeunt de suis receptaculis.

SED CONTRA est, quod dicit Hieronymus contra Vigilantium sic eum alloquens. Ais enim vel in sinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel subter aram dei animas apostolorum & martyrum consedisse, nec posse suis tumulis cum voluerint adesse præsentes, & ita tu deo leges ponis, tu apostolis vincula injcies, vt vsque ad diem iudicij teneantur custodia, nec sint cum domino suo, de quibus scriptum est. Sequuntur agnum quocumque ierit: sed agnus vbique est. ergo & hi qui cum agno sunt, vbique esse credendi sunt. ridiculum ergo est dicere, quòd animæ mortuorum a suis receptaculis non recedant.

¶ 2 Præt. Hiero. ibidem arguit sic. Cum diabolus & dæmones toto vagentur orbe, & celeritate nimia vbique præsentes sint, martyres post effusionem sanguinis ara operientur includi, & inde exire non poterunt? ex quo potest concludi non solum de bonis, sed etiam de malis, quòd sua receptacula interdum exeant, cum non habeant maiorem damnationem quàm dæmones qui vbique dilcurrunt.

¶ 2 Præt. Idem probari potest per Greg. in 4. dialog. vbi narrat de multis mortuis quòd viuentibus apparuerunt.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd quàmuis substantiæ spirituales secundum esse suum a corpore non dependeant, corporalia tamen a deo mediantibus spiritualibus gubernantur, vt dicit Aug. in 3. de tri. & Gregor. in 4. Dialog. & ideo est quædam conuenientia substantiarum spiritualiũ ad corporales substantias per congruentiam quandã, vt scilicet dignioribus substantijs digniora corpora adaptentur, vnde etiam philosophi secundum ordinem mobilium posuerunt ordinem substãtiarum separatarum. Quàmuis autem animabus post mortem non assignentur aliqua corpora, quorum sint formæ, vel determinati motores, determinantur tamen eis quædam corporalia loca per congruentiam quandam secũdũ gradus dignitatis eorũ, in quibus sunt quasi in loco, eo modo quo incorporalia in loco esse possunt, secundũ quod magis accedẽt ad primam substantiam, cui locus superior per cõgruentiam deputatur, scilicet deum, cuius sedem cælum scriptura esse denuntiat, & ideo animas quæ sunt in participatione perfecta diuinitatis, in cælo esse ponimus: animas vero quæ a participatione huiusmodi impediuntur, loco contrario dicimus deputari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd incorporalia non sunt in loco modo aliquo noto nobis & consueto, secundum quod dicimus corpora proprie in loco esse: sunt tamen in loco modo substantijs spiritualibus conuenienti, qui nobis plene manifestus esse non potest.

¶ Ad secundum dicendum, quòd duplex est conuenientia, vel similitudo. Vna quæ est per participationem eiusdem qualitatis, sicut calida adinuicem conueniunt, & talis conuenientia incorporaliũ ad loca corporalia esse non potest. Alia per quandam proportionalitatem, secundum quam in scripturis metaphoræ corporalium ad spiritualia transferuntur, vt quòd dicitur deus esse sol, quia est principium vitæ spiritualis, sicut sol vitæ corporalis: & secundum hanc conuenientiam quandã animæ quibusdam locis magis conueniunt, sicut animæ spiritualiter illuminatę cum corporibus luminosis: animę vero obtenebratæ per culpam cum locis tenebrosis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ anima separata directe nihil recipit a locis corporalibus per modum quo corpora recipiunt, quæ conseruantur a suis locis: sed ipsæ animæ ex hoc quòd cognoscunt se talibus locis deputari sibi gaudium ingerunt, vel mœrorem, & sic locus cedit eis in pœnam, vel in præmium.

ADSECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut in corporibus est grauitas, vel leuitas qua feruntur in locum suum, qui est finis motus ipsorum, ita etiam est in animabus meritum, vel demeritum, quibus perueniunt animæ ad præmium, vel pœnã quę sunt fines actionum ipsarum: vnde sicut corpus per grauitatem, vel leuitatem statim fertur in locum suũ nisi prohibeatur, ita statim animæ soluto vinculo carnis, per qđ in statu viæ detinebantur, præmium consequuntur, vel pœnam nisi aliquid impediat: sicut interdũ impedit consecutionem præmij veniale peccatum quod prius purgari oportet, ex quo sequitur quòd præmium differatur. Et quia locus deputatur animabus secundum congruentiam præmij, vel pœnæ, statim vt anima a corpore absoluitur vel in infernum demergitur, vel cælum euolat, nisi impediatur aliquo reatu quo oportuit euolationem differri, vt prius anima purgetur, & huic veritati authoritates scripturæ canonicæ manifeste attestantur, & documenta sanctorum patrum: vnde contrarium pro hæresi est habendum, vt patet 4. Dialog. & in lib. de eccles. dogmatibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glo. seipsam exponit, quod enim dicit. Nondum erunt, vbi erunt sancti &c. statim exponit subdens, ideſt, nõ habebunt geminã stolam quam habebant sancti in resurrectione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inter illa abdita receptacula, de quibus Augustin. loquitur, etiam sunt computandi infernus & paradisus, in quibus animæ aliquæ ante resurrectionem continentur: sed ideo distinguitur tempus ante resurrectionem & post, quia ante resurrectionem sunt ibi sine corpore, post autem erunt cum corpore, & quia in aliquibus receptaculis nunc sunt animæ, in quibus post resurrectionem non erũt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homines secundum corpora habent quandam continuitatem adinuicem, quia secundum ea est verum quod dicitur Act. 17. quòd deus ex limo fecit omne hominum genus, sed animas singillatim finxit: vnde non est tanta congruentia, vt omnes homines simul glorificentur in anima, sicut quòd simul glorificentur in corpore. Et præterea, gloria corporis non est ita essentialis sicut gloria animæ, vnde maius detrimentum esset sanctis si gloria animæ differretur, quàm de hoc quòd gloriæ corporis differtur: nec posset hoc detrimentum gloriæ recompensari per ampliationem gaudij singulorum de gaudio communi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd eandem obiectionem Gregor. in 4. Dialog. proponit, & soluit. Si, inquit, nũc in cælo sunt animæ sanctorum, quid est quod in die iudicij pro iustitiæ suæ retributione recipiunt? Et respondet, hoc eis nimirum crescit in iudicio, quod nunc animæ sola sui gloria retributione lætantur: postmodum vero etiam corporum beatitudine perfruentur, vt in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro domino cruciatusque pertulerunt, & eodem modo dicendum est de damnatis.

ADTERTIAM quæstionem dicendum, quòd aliquem exire de inferno, vel paradiso potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt simpliciter inde exeat, vt iam eius locus non sit paradisus, vel infernus, & sic nullus inferno, vel paradiso finaliter deputatus inde exire potest, vt in sequenti dicetur. Alio modo potest intelligi, vt exeat inde ad tempus, & in hoc distinguẽdũ est, quid eis conueniat secundum legẽ naturæ, & quid eis conueniat secundum ordinem diuinæ iustitiæ: quia vt Augustin. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda. Alij sunt humanarum limites rerum, alia sunt diuinarum signa virtutũ, alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt. Secundum ergo naturalem cursum animæ separatæ receptaculis proprijs deputatæ a conuersatione viuentium penitus segregãtur. Nõ enim secundum cursum naturæ homines in mortali carne viuentes substantijs separatis immediate coniunguntur, cum omnis eorum cognitio a sensu oriatur, nec propter aliud a suis receptaculis eas exire conueniret, nisi vt rebus viuentium interessent. Sed secundum dispositionem diuinæ prouidentiæ aliquando animæ separatæ a suis receptaculis egressæ conspectibus hominum præsentantur, sicut Augustin. in prædicto lib. narrat de Felice martyre, qui ciuibus Nolanis visibiliter apparuit, cum a barbaris oppugnarentur. Et hoc etiam credi potest quòd aliquãdo de damnatis contingat, quòd ad eruditionem hominum & terrorem permittũtur viuentibus apparere, aut etiam ad suffragia expetenda quantum ad illos qui in purgatorio detinentur, vt per multa quæ in 4. Dial. narrantur, patet. Sed hoc interest inter sanctos & dãnatos, quòd sancti, cum voluerint, apparere possunt viuẽ tibus, non autem damnati. Sicut. n. viuentes sancti in carne per donũ gratiæ gratis datæ accipiũt vt sanitates & signa perficiãt, quæ non nisi diuina virtute mirabiliter fiunt, quæ quidem signa ab alijs hoc dono carentibus perfici non possunt: ita etiã non est inconueniens, vt ex virtute gloriæ aliqua potestas animabus sanctorum detur, per quam possint mirabiliter apparere viuentibus cum volunt, quòd alij non possunt, nisi interdum permissi.

Matth. 5. Luc. 16.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. vt per sequentia patet, loquitur secundum communem cursum naturę: nec tamẽ sequitur quòd etiam si mortui possunt, vt volunt, viuentibus apparere, toties appareant quoties apparẽt in carne viuentes, quia separati a carne vel omnino conformantur diuinæ voluntati, ita quòd non liceat eis nisi quòd secundum diuinam dispositionem congruere in tuentur: vel ita sunt pœnis oppressi, vt de sua miseria magis doleant, quàm curent alijs apparere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd authoritates illæ loquuntur quantum ad hoc, quòd nullus de paradiso, vel inferno egredi simpliciter, & non quòd non egrediatur ad tempus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut ex dictis patet, secundum hoc locus animæ cedit in pœnam, vel præmium, quòd anima afficiatur ex hoc quòd tali loco deputatur vel gaudendo, vel dolendo. Hoc autem gaudium, siue hic dolor de hoc quòd talibus locis deputatur, manet in anima etiam quando extra loca prædicta fuerit, sicut Pontifici cum datur pro honore vt in cathedra sedeat in ecclesia, non minuitur gloria quando a cathedra recedit, quia etiam si actu ibi non sedeat, locus tamen ille sibi deputatus est.

Dist. præced. ar. vlt. quæs. 3. in cor.

AD ea etiam quæ contra obijciuntur responderi oportet, ad quorum primum dicitur, quòd Hieron. loquitur de apostolis & martyribus secundum hoc quòd eis accrescit ex potestate gloriæ, & non secundum quod eis congruit ex debito naturæ. Quòd autem dicit, eos vbique esse, non est intelligendum quòd simul sint in pluribus locis, aut vbique, sed quia esse possunt vbi volunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est simile de dæmonibus, & angelis, & animabus sanctorum, & damnatorum. Angeli boni & mali hoc officium sortiuntur, vt hominibus præsint vel ad custodiam, vel ad exercitium, quod de animabus hominum dici non potest. Sed tamen secundum potestatem gloriæ animabus sanctorum hoc congruit, quòd possunt esse vbi voluerint, & hoc est quod Hieronymus intendit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis aliquando animæ sanctorum, vel damnatorum præsentialiter adsint vbi apparent, non tamen credendum est hoc semper accidere. Aliquando. n. huiusmodi apparitiones fiunt vel in dormiendo, vel in vigilando operatione bonorum, vel malorum spirituum ad instructionem, vel destructionem viuentium: sicut etiam viui homines quandoque alijs apparent, & eis multa dicunt in somnijs, cum tamen constet eos non esse præsentes, sicut Augustin. per multa exempla probat in libro de cura pro mortuis agenda.

Cap. 10. 11. & 12.

ARTICVLVS II.

Vtrum limbus inferni sit idem quod sinus Abrahæ.

Cap. 33. Not. q̃ id qđ hĩ i his tribus quæstiun. hĩ & 3. sen. di. 22 q. 2. artic. 1. quæst. 2.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd limbus inferni non sit idem quòd sinus Abrahæ. Sicut enim dicit Augustin. 12. super Gen. ad literam. Non dum inueni in feros alicui in bono posuisse scripturam: sed sinus Abrahæ in bono accipitur, vt ibidem subiungit Augustin. sic dicens, Non in bono accipiendo sinum Abrahæ, & illam requiem quo ab angelis

pius pauper ablatus est, nescio vtrum quisquàm possit audire, ergo sinus Abrahæ non est idem quod lymbus inferni.

Cap. 3. ¶ 2 Præt. In inferno existentes non vident deum, sed in sinu Abrahæ videtur deus, vt patet per August. 9. lib. confes. qui loquens de Nebridio dicit. Quicquid illic est quod sinus Abrahã vocatur, *ibi* Nebridius meus viuit. & infra. Iam non ponit aurem ad os meum, sed spiritualeos ad fontẽ tuũ, & bibit quantum põt sapientiam pro auiditate sua sine fine. felix ergo sinus Abrahæ non est idẽ quod lymbus inferni.

De Verbis Apost. ser. 17.

¶ 3 Præt. Ecclesia non orat pro aliquo vt ad infernum deducatur: orat autem vt angeli animam defuncti in sinum Abrahæ deferant. ergo videtur quòd sinus Abrahæ non sit idem quod lymbus.

De Verbis Apost. ser. 42. de ciui. Dei libr. 1. ca. 12. circa finẽ. De cura pro mortuis agenda cap. 2.

sibi fecerunt amicos de mammona iniquitatis, quorum tanta est perfectio, vt his adiutorijs non indigeant, quales sunt apostoli, & martyres. Vt enim ait August. Iniuria est pro martyre orare in Ecclesia, cuius nos debemus orationibus commendare, pro alijs autem defunctis oratur.

De officijs sepulturæ.

DE pompis vero exequiarum idem August. ita dicit. Pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, viuorum sunt qualiacumque solatia, non adiutoria mortuorum. Quia si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio vilis, vel nulla. Præclaras exequias in conspectu hominũ purpurato illi diuiti exhibuit G turba famulorum, sed multo clariores in conspectu Domini vlceroso illi pauperi ministerium exhibuit angelorum, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ gremium. Sit tamen cura mortuos sepeliendi, & sepulcra construendi, quia hæc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt, nec solum in corporibus patriarcharum, aliorumque sanctorum, sed etiam in ipsius Domini corpore qui ista fecerunt, laudati sunt. Impleant igi- B tur homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani leuiamẽta mœroris, verum illa quæ adiuuant spiritus defunctorũ, scilicet oblationes & orationes, multo obseruantius procurent.

De duobus bonis, quorum alter plura post mortem habet auxilia.

SOlet moueri quæstio de duobus uno diuite, altero paupere pariter, sed mediocriter bonis, qui prædictis suffragiis indigent, & meruerũt pariter post mortẽ iuuari, pro altero uero, idest, pro diuite speciales & communes fiunt orationes, multæque eleæmosynarum largitiones: pro paupere uero non fiũt

SED CONTRA. Sinus Abrahæ dicitur vbi mendicus Lazarus ductus est: sed ductus est ad infernum, vt dicit glo. Iob. 30. sup illud, Vbi cõstituta domus dei viuentis: Infernus domus erat omnium viuentium ante aduentum Christi. ergo sinus Abrahæ idem est quod lymbus.

¶ 2 Præt. Gen. 44. dicit Iacob filijs suis. Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. ergo Iacob sciebat in morte sua se ad inferos transferendum. ergo & eadem ratione & Abraham ad inferos translatus fuit post mortem, & ita sinus Abrahæ videtur esse aliqua pars inferni.

II VLTERIVS. Videtur quòd lymbus inferni sit idẽ quod infernus damnatorum. Christus enim dicitur infernum momordisse, non absorbuisse, quia aliquos extraxit inde, non autem omnes: non autem diceretur momordisse infernum, si illi quos liberauit non fuissent pars multitudinis in inferno cõtentæ. ergo cum illi, quos liberauit in lymbo inferni continerentur, ijdem cõtinebantur in lymbo & inferno. ergo lymbus est idem quod infernus, vel pars inferni.

¶ 2 Præt. Chrs dr in symbolo descẽdisse ad infernũ, sed nõ descẽdit nisi ad lymbũ patrũ. ergo lymbus patrũ est idẽ qđ infernus.

¶ 2 Præt. Iob. 17. dicitur. In profundissimum inferni descendat anima mea: sed Iob, cum esset vir sanctus & iustus, ad lymbum descendit. ergo lymbus est idem quod profundissimum inferni.

SED CONTRA. In inferno nulla est redemptio: sed a lymbo sancti fuerunt redempti. ergo lymbus non est idem quod infernus.

Cap. 33. ¶ 3 Præt. August. dicit 12. super Gen. ad literam. Quomodo illam requiem quam Lazarus accepit, apud inferos esse credamus, non video: sed anima Lazari ad lymbum descendit. ergo lymbus non est idem quod infernus.

III VLTERIVS. Videtur quòd lymbus puerorum sit idem quod lymbus patrum. Pœna enim debet respondere culpæ: sed pro eadem culpa detinebantur in lymbo patres & pueri, scilicet pro culpa originali. ergo idem debet esse vtrorumque locus pœnæ.

Cap. 93. ¶ 2 Præt. Aug. dicit in enchir. Mitissima est pœna puerorum qui cum solo originali decedunt: sed nulla est mitior pœna ea quam sancti patres habebant. ergo idem est locus pœnæ vtrorumque.

SED CONTRA. Sicut actuali peccato debetur pœna temporalis in purgatorio, & æterna in inferno, ita & originali peccato debebatur pœna temporalis in lymbo patrum, & æterna in lymbo puerorum. si ergo infernus & purgatorium nõ sunt idem, videtur quòd nec lymbus puerorum, & lymbus patrum sint idem. Vtrum autem infernus & purgatorij locus sint idẽ, quæsitum est supra. dist. 21.

q. 1. artic. 1. quæst. 2. in cor.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd animæ hominum post mortem ad quietem peruenire non possunt, nisi merito fidei, quia accedentem ad deum oportet credere, Hebr. 2. Primum autem exemplum credendi hominibus in Abraham datur, qui primus se a cœtu infidelium segregauit, & speciale signum fidei accepit, & ideo requies illa quæ hominibus post mortem datur, sinus Abrahæ dicitur, vt patet per Aug. 12. super Gen. ad literam: sed animæ sanctorum post

Cap. 34.

F mortem non omni tempore eandem quietem habuerũt, quia post Christi aduentum habent plenam quietem diuina visione perfruentes: sed ante Christi aduentum habebant quidem quietem per immunitatem pœnæ, sed non habebant quietem desiderij per consecutionem finis. Et ideo status sanctorum ante Christi aduẽtum potest cõsiderari & secundum id quod habebat de requie, & sic dicitur sinus Abrahæ: potest etiã cõsiderari quantum ad id quod eis de requie deerat, & sic dicitur lymbus inferni. Lymbus ergo inferni & sin⁹ Abrahę fuerunt ante Christi aduẽtum vnum per accidens, & nõ per se: & ideo nihil prohibet post Christi aduẽtum esse sinũ Abrahæ omnino diuersum a lymbo, quia ea quæ sũt vnum per accidens, separari contingit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quantum ad id quod habebat de bono status sanctorum patrum, sinus Abrahæ dicebatur: sed quantum ad id quod habebat defectum, dicebatur infernus, & sic nec sinus Abrahæ in malum accipitur, nec infernus in bonum, quàmuis quodammodo sint vnum. H

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut requies sanctorum patrum ante Christi aduentum dicebatur sinus Abrahæ, ita & post Christi aduentum, sed diuersimode: quia enim ante Christi aduẽtum sanctorum requies habebat defectum requiei adiunctum, dicebatur idem infernus & sinus Abrahæ, vnde ibi non videbatur deus: sed quia post Christi aduentum sanctorum requies est completa, cum deum videant, talis requies dicitur sinus Abrahæ, & nullo modo infernus: & ad hunc sinum Abrahæ ecclesia orat fideles perduci. Vnde patet responsio ad tertium, & sic est intelligenda quædam glo. quæ habetur Lucæ 16. super illud. Factum est vt moreretur mendicus &c. quæ sic dicit. Sinus Abrahæ est requies beatorum pauperum, quorum est regnum cælorum.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd receptacula animarum post mortem dupliciter distingui possunt aut secundum situm, aut secundum locorum qualitatem, prout scilicet in aliquibus locis pœnas, vel præmia recipiunt animæ. I Si ergo cõsideretur lymbus patrum & infernus secundum locorum qualitatem præstictam, sic non est dubium quòd distinguuntur, tum quia in inferno est pœna sensibilis quæ in lymbo patrum non erat: tum etiam quia in inferno est pœna æterna, sed in lymbo patrum detinebantur sancti temporaliter tantum. Sed si considerentur quantum ad situm loci, sic probabile est quòd idem locus, vel quasi continuus sit infernus & lymbus, ita tamen quòd quædam superior pars inferni lymbus patrum dicatur. Existentes enim in inferno secundum diuersitatem culpæ diuersam sortiuntur & pœnam, & ideo secundum quod grauioribus peccatis etiam irretiuntur damnati, secundum hoc obscuriorem & profundiorem locum obtinent in inferno: vnde sancti patres in quibus minimum erat de ratione culpæ, supremum & minus tenebrosum locum habuerunt omnibus puniendis.

K AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum hoc quòd infernus & lymbus sunt idem quantum ad situm, dicitur Christus infernum momordisse, & in infernum descendisse quando patres a lymbo eripuit suo descensu: & per hoc patet solutio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Iob nõ descendit ad infernum damnatorum, sed in lymbum patrum, qui quidem dicitur profundissimus locus, non quidem respectu locorum pœnalium, sed in comparatione ad alia loca, quia sub eodem includitur omnis locus pœnarum. Vel dicendum, sicut Augustinus soluit. 12. super Gen. ad literam de Iacob sic dicens. Illud quod Iacob dicit ad filios suos. Deducetis senectutem meam cum tristitia ad inferos, videtur hoc magis timuisse ne nimia tristitia sic perturbaretur, ne ad requiem beatorum iret, sed ad inferos peccatorum: & similiter potest exponi verbum Iob eadem ratione, vt sit verbum magis timentis quàm asserentis. Cap. 33.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd lymbus patrum, & lymbus puerorum absque dubio differunt secundum

dum qualitatem premii, uel pœnæ. Pueris enim non adest spes beatæ uitæ quę patribus in lymbo aderat, in quibus etiam lumen fidei & gratiæ refulgebat: sed quantum ad situm probabiliter creditur utrorumq; idem locus fuisse, nisi quòd requies beatorum adhuc erat in superiori loco quàm lymbus puerorũ, sicut de lymbo & infermo dictum est.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd ad culpam originalẽ non eodem modo se habebant patres & pueri. In patribus .n. originalis culpa expiata erat, secundum quòd erat infectiua personæ, remanebat tamen impedimentũ ex parte naturę, pro qua nondũ fuit plenarie satisfactum: sed in pueris est impedimentum & ex parte personæ, & ex partę naturę, & ideo pueris & patribus diuersa receptacula assignantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Aug. loquitur de pœnis quę debentur alicui ratione personæ suæ, inter quos mitissimam pœnam habent qui solo originali peccato grauantur: sed adhuc est mitior pœna eorum, quos non impedit a perceptione gloriæ defectus personę, sed solus defectus naturę, ut ipsa dilatio gloriæ quę- C dam pœna dicatur.

ARTICVLVS III.

Vtrum debeant tot receptacula distingui.

Supra. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non debeant tot receptacula distingui. Sicut enim receptacula debent animabus post mortem pro peccato, ita & pro merito: sed ratione meriti non debetur nisi unum tantum receptaculum, scilicet paradisus. ergo nec ratione peccatorum debetur nisi unum receptaculum.

¶ 2 Præter. Receptacula assignantur animabus post mortem ratione meritorum, uel demeritorum: sed non est locus in quo merentur, uel demerentur. ergo unum tantum receptaculum debet eis assignari post mortem.

¶ 3 Præt. Loca pœnalia debent respondere ipsis culpis: sed non sunt nisi tria genera culparum, scilicet originalis, uenialis, & mortalis. ergo non debent esse nisi tria receptacula pœnalia.

SED CONTRA. Videtur quòd debeant esse multo plura quàm assignentur. Aer enim iste caliginosus est dæmonum carcer, ut patet 2. Petr. 3. nec tamen computatur inter quinque receptacula, quæ a quibusdam assignantur. ergo sunt plura receptacula quàm quinque.

¶ 2 Præt. Alius est paradisus terrestris, & alius paradisus cælestis: sed quidam post statum huius uitæ ad paradisum terrestrem sunt translati, sicut de Enoch & de Helia dicitur. cum ergo paradisus terrestris inter quinque receptacula non computetur, uidetur quòd sunt plura quàm quinque.

¶ 3 Præt. Cuilibet statui peccantium debet aliquis pœnalis respõdere: sed si ponatur aliquis in originali peccato decedere cum solo ueniali peccato, nullum receptaculorum assignatorum ei competet: constat enim quòd in paradiso non esset, cum gratia careret, sed eadem ratione nec in lymbo patrum: similiter nec in lymbo puerorũ, cum in lymbo puerorum nõ sit pœna sensibilis quæ tali debetur ratione uenialis peccati: similiter nec in purgatorio, quia ibi non est nisi pœna temporalis, huic autem debetur pœna perpetua: similiter nec in inferno damnatorum, quia mortali peccato caret. ergo oportet ponere sextum receptaculum.

¶ 4 Præt. Diuersę sunt quantitates præmiorum & pœnarum secundum differentias culparum & meritorum: sed infiniti sunt gradus culparum & meritorum. ergo infinita debẽt distingui receptacula, in quibus puniantur, uel præmiẽtur post mortem.

Cap. 55 ¶ 5 Præt. Animæ quãdoq; puniũtur in locis in qbus peccauerũt, ut per Greg. patet in 4. dial. sed peccauerunt in loco, in quo nos habitamus. ergo hic locus debet computari inter receptacula, & precipue cum aliqui in hoc mundo pro peccatis suis puniãtur, utsupra dist. 15. dixit magister.

¶ 6 Præter. Sicut aliqui in gratia decedentes habent aliqua, pro quibus sunt digni pœna, ita aliqui in peccato mortali deceden-

A tes habent aliqua bona, pro quibus essent digni præmio: sed decedentibus in gratia cum peccatis uenialibus assignatur aliquod receptaculum, in quo puniuntur antequàm præmia consequantur, scilicet purgatorium. ergo & eadem ratione econtrario debet esse de illis qui in mortali peccato decedunt cum bonis operibus aliquibus.

¶ 7 Præt. Sicut patres retardabantur a plena gloria animæ ante Christi aduentum, ita & nũc a gloria corporis. ergo sicut distinguitur receptaculum sanctorum ante Christi aduentũ ab eo, in quo nunc recipiuntur, ita debet receptaculũ nunc distingui ab eo, ĩ quo recipiẽtur post resurrectionem.

RESPON. Dicendum, quòd receptacula animarũ distinguuntur secundum diuersos status earum: anima autem coniuncta mortali corpori habet statum merendi, sed exuta a corpore est in statu recipiendi pro meritis bonũ, uel malum. ergo post mortem uel est in statu recipientis finale præmium, uel est in statu quo impeditur ab illo. Si autem est in statu recipientis finalem retributionem, hoc est dupliciter, uel quantum ad bonum, C & sic est paradisus: uel quantum ad malum, & sic ratione actualis culpæ est infernus: ratione autem originalis est lymbus puerorum. Si autem est in statu, quo impeditur a finali retributione cõsequenda, uel hoc est propter defectum personæ, & sic est purgatorium, in quo detinẽtur animæ ne statim prẽmium consequentur propter peccata quæ commiserunt: uel propter defectum naturæ, & sic est lymbus patrum, in quo detinebantur patres a consecutione gloriæ propter reatum humanę naturæ, qui nondum poterat expiari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bonum contingit uno modo sed malum multifarię, sicut patet per Dio. 4. c. de diu. no. & per Philosophum in 2. ethic. & propter hoc non est inconueniens, si locus bonæ retributionis est unus, locu uero pœnarum sunt plura.

Libro 1. magnorũ moral. c. 22. sed scdm sectionem nouæ impres. c. 8.

¶ Ad secundum dicendum, quòd status merendi, uel demerendi est unus status, cum eiusdem sit posse mæreri & demereri, & ideo D conueniẽter debetur omnibus unus locus: sed eorum qui recipiũt pro meritis, sunt status diuersi, & ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pro culpa originali potest aliquis puniri dupliciter, ut ex dictis patet, uel ratione personæ, uel ratione naturæ tantũ, & ideo illi culpæ respõdet duplex lymbus.

Etiã ĩ hoc pręs. artic.

¶ Ad quartum dicendum, quòd aer iste caliginosus non assignatur dæmonibus quasi locus, in quo recipiant retributionem pro meritis, sed quasi competens officio eorum inquantum deputantur nobis ad exercitium, & ideo inter receptacula, de quibus nũc agitur, non computatur: primo enim deputatur eis ignis inferni, ut patet Matth. 25.

¶ Ad quintum dicendum, quòd paradisus terrestris pertinet magis ad statum uiatoris quàm ad statum recipientis pro meritis, & ideo inter receptacula, de quibus nunc agitur, non computatur.

¶ Ad sextum dicendum, quòd illa positio est impossibilis, ut in dist. 2. dictum est, si tamen esset possibilis, talis in inferno puniretur in ęternum. Quòd enim ueniale peccatum in purgatorio temporaliter puniatur, accidit ei inquantum gratiam habet adiun- E ctam, unde si adiungatur mortali, quia est sine gratia, pœna æterna punietur in inferno. Et quia iste qui cum originali peccato decedit, habet ueniale sine gratia, non est inconueniens si ponitur æternaliter puniri.

Dist. 21. q. 2. arti. 3. in cor.

¶ Ad septimum dicendum, quòd diuersitas graduum in pœnis, uel præmiis non diuersificat statum, secundum cuius diuersitatẽ receptacula distinguuntur, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad octauum dicendum, quòd hoc quòd animæ separatæ aliquando in loco nostræ habitationis puniuntur, non propter hoc est quòd locus iste sit proprius locus pœnarum, sed hoc fit ad nostram instructionem, ut earum pœnas uidentes retrahamur a culpis. Quòd autem animæ existentes in carne hic puniuntur pro peccatis, non pertinet ad propositum, quia talis pœna non trahit hominem extra statum merentis, uel demerentis: nunc autem agimus de receptaculis, quę debentur animæ post statum meriti, uel demeriti.

¶ Ad nonum dicendum, quòd malum non potest esse pure absque omni commistione boni, sicut bonum summum est absque omni

omni commistione boni, sicut bonum summum est absque omni commistione mali: & ideo illi qui ad beatitudinem, quæ summū bonum est, transferendi sunt, debent esse ab omni malo purgati, & propter hoc oportet esse locum, in quo tales purgentur, si hinc non omnino purgati exeant: sed illi qui in infernum detrudētur, non erunt immunes ab omni bono, & ideo nō est simile: quia in inferno existentes pmium bonorum suorum recipere possunt inquātum bona preterita eis ualēt ad mitigationem pœnæ. D. 426. 1142.

nisi communes largitiones & orationes. Quæritur ergo, an tantum iuuetur pauper paucioribus subsidiis, quantum diues amplioribus. Si enim pariter iuuatur, nō ei redditur secundum merita: meruit enim pariter iuuari, quia pariter boni extiterunt. Si uero tantum suffragii consequitur quantum diues, quid contulerunt diuiti illa [d] specialiter pro eo facta? Sane dici potest, non ei magis valuisse generalia, & specialia quàm pauperi sola generalia suffragia, & tamen profuerunt diuiti specialia non quidem ad aliud vel maius aliquid, sed ad idem ad quod generalia, ut ex pluribus & diuersis causis vnum perciperetur emolumentum. Potest tamen dici aliter, illa plura subsidia contulisse diuiti celeriorem absolutionem, non pleniorem.

¶ Ad decimum dicēdum, quòd in gloria animæ consistit præmium essentiale: sed gloria corporis cum redundet ex anima tota, consistit in anima quasi originaliter, & ideo carentia gloriæ animæ diuersificat statum, non autem carentia gloriæ corporis: & propter hoc etiam idem locus, scilicet cælum empyreum, debetur animabus sanctis exutis a corpore, & coniunctis corporibus gloriosis, non autem idem locus debetur animabus patrum ante perceptionem gloriæ animæ, & post perceptionem ipsius.

QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de suffragiis mortuorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum suffragia, quæ per unum fiunt, alii prodesse possint,
¶ Secundo, Quibus prosint
¶ Tertio, Quæ suffragia prosint.
¶ Quarto, Quantum prosint.

ARTICVLVS I.

a *Vtrum suffragia per unum facta alij prodesse possint.*

Quol. 2. ar. 16. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia per unum facta alii prodesse non possint. Gal. 6. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: sed si unus ex suffragiis alterius fructum cōsequeretur, meteret ab aliis seminata. ergo ex suffragis aliorum nullus fructum consequitur.

¶ 2 Præt. Ad iustitiam dei pertinet ut unicuiq; retribuatur pro meritis, unde Psal. 61. Tu reddes unicuique secundum opera sua: sed iustitiam dei deficere impossibile est. ergo impossibile est quòd unus ex operibus alterius iuuetur.

¶ 3 Præter. Secundum eandem rationem est opus meritorium & laudabile, quia scilicet inquantum est uoluntarium: sed ex opere unius non laudatur alter. ergo nec opus unius potest esse alteri meritorium & fructuosum.

¶ 4 Præt. Ad diuinam iustitiam pertinet similiter bona reddere pro bonis, & mala pro malis: sed nullus punitur pro malis alterius, immo, ut dicitur Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, ergo nec unus iuuatur per bona alterius.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te &c.

¶ 2 Præter. Omnes fideles per charitatem uniti sunt unius corporis ecclesiæ membra: sed unum membrum iuuatur per alterum. ergo & unus homo potest ex meritis alterius iuuari.

II Vbi supra. VLTERIVS. Videtur quòd mortui non possunt iuuari ex operibus uiuorū, Primo per hoc quod dicit Apostolus. 2. Cor. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; propria corporis quæ gessit. ergo ex his quæ post mortem hominis geruntur, quando extra corpus erit, nihil ei accrescere poterit ex aliquibus operibus.

¶ 2 Præt. Hoc idem uidetur ex hoc quod habetur Apoc. 14. Beati mortui qui in domino moriuntur, & subdit. Opera enim illorum sequuntur illos.

¶ 4 Præt. Proficere ex aliquo opere est solum uia exeuntis: sed homines post mortem iam non sunt uiatores, quia de eis hoc intelligitur quod legitur Iob, 19. Semitam meam circumsepsit, & transire non possum. ergo mortui de suffragiis alicuius iuuari non possunt.

¶ 5 Præt. Nullus iuuatur ex opere alterius, nisi sit aliqua uitæ cō-

F municatio inter eos: sed nulla communicatio est mortuorum ad uiuos, secundum Philosophum in 1. Ethic. ergo suffragia uiuorū mortuis non prosunt.

SED CONTRA est, quod habetur. 2. Mach. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur: sed hoc esset inutile nisi eos iuuaret. ergo suffragia uiuorū mortuis prosunt. Ex c. 10. sed secundū sectionem nouæ impress. cap. 8

¶ 2 Præt. Aug. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda. cap. 1 Non parua est uniuersæ ecclesiæ quæ in hac consuetudine claret authoritas, ut in precibus sacerdotis quæ domino deo ad eius al-

G tare funduntur, locum suum etiam habeat commendatio mortuorum, quæ quidem consuetudo ab ipsis apostolis inchoauit, ut dicit Dama. in quodam sermone de suffragiis mortuorum sic dicens. Mysteriorum cōscii discipuli Saluatoris, & sacri Apostoli in tremendis & uiuificis mysteriis memoriam fieri eorum qui fideliter dormierunt, sanxerunt. Quod etiam patet per Dio. in ulti. ca. cæle. hierar. ubi ritum cōmemorat quo in primitiua ecclesia pro mortuis orabatur, ubi etiam Dio. asserit suffragia uiuorum mortuis prodesse. ergo hoc indubitanter credendum est.

III VLTERIVS. Videtur quòd suffragia per peccatores facta mortuis non prosint, quia ut dicitur Ioan 9. Peccatores deus non exaudit: sed si orationes eorum prodessent illis pro quibus orant, a deo exaudirentur. ergo suffragia per eos facta mortuis non prosunt. 3. p. qu. 82, ar. 6. in cor. & per totū ff. 2. sen. dis. 40. art. 4. ad quintum.

¶ 2 Præt. Greg. in pastorali dicit. Greg. in pastorali p. 1. c. xi. Cum is qui displicet ad intercedēdum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur: sed qui libet peccator deo displicet. ergo per peccatorum suffragia deus ad misericordiā non reflectitur, & ita talia suffragia nō prosunt.

H ¶ 3 Præt. Opus alicuius magis uidetur esse fructuosum facienti quàm alteri: sed peccator per opera sua nihil meretur sibi. ergo multo minus potest alteri mereri.

¶ 4 Præ. Omne opus meritoriū oportet esse uiuificatum, idest, charitate informatum: sed opera per peccatores facta sunt mortua. ergo non possunt per ea iuuari mortui pro quibus fiunt.

SED CONTRA est, quòd nullus potest scire pro certo de altero, vtrum sit in statu culpæ, vel gratiæ. si ergo illa tantum suffragia prodessent, quæ fiunt per eos qui sunt in gratia, non posset homo scire per quos suffragia conquireret suis defunctis, & ita multi a suffragiis procurandis retraherentur.

¶ 2 Præt. Sicut Aug. dicit in litera. Secundū hoc iuuatur aliquis mortuus ex suffragiis, secundum quod dum uiueret, meruit ut iuuaretur post mortem. ergo ualor suffragiorum mensuratur secundum conditionem eius pro quo fiunt. non ergo differt, ut uidetur

I utrum per bonos, uel per malos fiant.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd suffragia, quæ a uiuis pro mortuis fiunt, facientibus non prosint, quia si aliquis pro altero debitum solueret secundum humanam iustitiam, ipse a debito proprio non absolueretur. ergo per hoc quòd aliquis suffragia faciens debitum soluit pro illo pro quo facit, ex hoc a debito proprio non absoluitur.

¶ 2 Præter. Vnusquisque debet quod facit, facere meliori modo quo potest: sed melius est iuuare duos quàm unū. si ergo qui per suffragia debitum mortui soluit, a proprio debito liberatur, uidetur quòd numquàm deberet aliquis pro seipso satisfacere, sed semper pro alio.

¶ 3 Præt. Si satisfactio alicuius pro alio satisfacientis æqualiter prodesset sibi, ut ei pro quo satisfacit, eadem ratione æqualiter ualebit & tertio, si pro eodem satisfaciat simul, similiter & quarto, & sic deinceps, ergo unus una satisfactione posset pro omnibus satisfacere, quod est absurdum.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 34. Oratio mea

K in sinu meo conuertetur. ergo & eadem ratione & suffragia quæ pro aliis fiunt, facientibus prosunt.

¶ 2 Præt. Dama. dicit in sermone de his qui in fide dormierunt. Quemadmodum unguento, uel alio oleo sancto circumlinire uolens infirmum, primo ille scilicet participat unctionem, deinde sic pertingit laborantem, & sic quicunque pro proximi salute agonizat, primum sibi ipsi prodest, deinde proximo, & sic habetur propositum.

RESPON. Dicēdum ad primam quæstionē, quòd actus noster ad duo ualere potest. Primo, ad aliquem statum acquirendum, sicut per opus meritorium homo acquirit statum beatitudinis. Secundo, ad aliquid consequens statum accidentalē, uel dimissionem pœnæ. Ad utrunque autem horum actus noster dupliciter ualere potest, uno modo per uiam meriti, alio modo per uiā orationis, Et est differentia inter istas duas uias, ut in 15. distin. dictum

4. p. 11. 7. q. in cor. est, quia meritum innititur iustitiæ, sed orans impetrat petitum ex sola liberalitate eius qui oratur. Dicendum ergo quòd opus unius nullo modo potest alteri ualere ad statum consequēdum per uiam meriti, ut scilicet ex his quæ ego facio, aliquis mereatur uitam æternam, quia sors gloriæ reddit mensuram accipientis: unusquisque autem ex suo actu disponitur, & non ex alieno, & dico dispositionem dignitatis ad præmium. Sed per uiam orationis etiā quantum ad statum consequendum, opus unius alteri dum est in uia, ualere potest, sicut quòd unus homo impetrat alteri primā

B gratiam. Cum enim impetratio orationis sit secundum liberalitatem dei qui oratur, ad omnia illa impetratio orationis se potest extendere, quæ potestati diuinæ subsunt ordinate. Sed quantum ad aliquid quod est cōsequens, uel accessorium ad statū, opus unius potest ualere alteri non solum per uiam orationis, sed etiam per uiam meriti. Quod quidem dupliciter contingit, uel propter cōmunicantiam in radice operis, quæ est charitas in operibus meritoriis, & ideo omnes qui inuicem charitate connectuntur, aliquod emolumentum ex mutuis operibus reportant, tamen secundum mensuram status uniuscuiusque, quia etiam in patria unusquisque de bonis gaudebit alterius: & inde est quòd articulus fidei ponitur, Sanctorum communio. Alio modo, ex intentione facientis, qui aliqua opera specialiter ad hoc facit ut talibus prosint: unde ista opera quodammodo efficiūtur eorum pro quibus fiunt, quasi eis a faciente collata, unde possunt eis ualere uel ad impletionem satisfactionis, uel ad quicquid huiusmodi, quod statum non mutat.

C AD PRIMVM ergo dicendū, quòd messio illa est perceptio uitæ æternæ, sicut habetur Ioan. 4. Et qui metit, fructum congregat in uitam æternam: Sors autem uitæ æternæ non datur alicui nisi pro operibus propriis: quia etiam si aliquis alteri impetret ut ad uitam æternam perueniat, numquàm tamē, hoc fit nisi mediātibus operibus propriis, dum scilicet precibus alicuius gratia alicui datur, per quam meretur uitam æternam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd opus quod pro aliquo fit, efficitur eius pro quo fit: & similiter opus quod est eius qui mecum est unum, est quodammodo & meum, unde non est contra diuinam iustitiam: sed unus fructum percipit de operibus factis ab eo qui est unū secum in charitate, uel ab operibus pro se factis. Hoc etiam secundum humanam iustitiam contingit, ut satisfactio unius pro alio accipiatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd laus non datur alicui nisi secun-

D dum ordinem eius ad actum: unde laus est ad aliquid, ut dicitur in 1. ethic. Cap. 16 Et quia ex opere alterius nullus efficitur, uel ostenditur bene dispositus, uel male ad aliquid, inde est quòd nullus laudatur ex operibus alterius nisi per accidens secundum quod ipse est aliquo modo illorum operum causa, auxilium, uel consilium præbendo, uel inducendo, uel quocunque alio modo: sed opus est meritorium alicui non solum considerata eius dispositione, sed etiam quantum ad aliquid consequens dispositionem, uel statum eius, ut ex dictis patet.

Ad quartum dicendum, quòd auferre alicui quod sibi debetur, hoc directe iustitiæ repugnat: In cor. præsentis q. sed dare aliquid alicui quod ei non debetur, hoc non est iustitiæ contrarium, sed iustitiæ metas excedit, est enim liberalitatis: non autem posset aliquis lædi ex malis alterius, nisi aliquid ei de suo subtraheretur, & ideo non ita contingit quòd aliquis puniatur pro peccatis alterius, sicut quòd emolumentum percipiat ex bonis alterius.

E AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd charitas quę est uinculum uniens membra ecclesiæ, non solum ad uiuos se extendit, sed etiam ad mortuos qui in charitate decedunt: charitas enim uita corporis non finitur. 1. Corinth. 13. Charitas numquàm excidit. Similiter etiam mortui in memoriis hominum uiuentium uiuunt, & ideo intentio uiuentium ad eos dirigi potest, & sic suffragia uiuorum dupliciter mortuis prosunt sicut & uiuis & propter charitatis unionem, & propter intentionem ad eos directam, non tamen sic eis ualere credenda sunt uiuorum suffragia, ut status eorum mutetur de miseria in felicitatem, uel econuerso, sed ualet ad diminutionem pœnæ, uel aliquid huiusmodi quod statum mortui non transmutat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo dum in corpore uixit, meruit ut hæc ei ualerent post mortem: & ideo si post hanc uitam eis iuuatur, nihilominus hoc procedit ex his quæ in corpore gessit, Vel dicendum secundum Ioan. Dama. in sermone prædicto, serm. de suffragiis mortuorū. quòd hoc est intelligendum quantum ad retributionem quæ fiet in finali iudicio, quæ erit æternæ gloriæ, uel æter-

A næ miseriæ, in qua quilibet recipiet solum secundum quod ipse in corpore gessit, interim autem iuuari possunt uiuorum suffragiis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd authoritas illa expresse loquitur de sequela æternæ retributionis, quod patet ex hoc quod præmittitur. Beati mortui qui i dño. &c. Vel dicendum, quòd opera pro eis facta sunt & quodammodo eorum, ut dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis animæ post mortem non sint simpliciter in statu uiæ, sed quantum ad aliquid adhuc sunt in uia, inquan- Ad 2. 1. qu. præsen. ar.

B tum scilicet eorum progressus adhuc retardatur ab ultima retributione, ideo simpliciter eorum uia est circumsepta ut non possint ulterius transmutari secundum statum felicitatis & miserię, sed quantum ad hoc non est circumsepta, quin quantum ad hoc quòd detinentur ab ultima retributione, possint ab aliis iuuari, quia secundum hoc adhuc sunt in uia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis communicatio ciuilium operum, de qua Philosophus loquitur, non possit esse mortuorum ad uiuos, qui mortui extra uitam ciuilem sunt, potest tamen esse eorum communicatio quantum ad opera spiritualis uitæ, quæ est per charitatem ad deum, cui mortuorum spiritus uiuunt.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd in suffragiis quæ fiunt per malos, duo possunt considerari. Primo, ipsum opus operatum, sicut sacrificium altaris: & quia nostra sacramenta ex seipsis efficaciam habent absque opere operantis, quā ęqua-

C liter explent per quoscunque fiāt, quātum ad hoc suffragia [d] per malos facta defunctis prosunt. D. 959. Alio modo, quātum ad opus [d] operantis, & sic distinguendum est, D. 318. quia operatio peccatoris suffragia faciētis potest uno modo considerari, ut est eius, & sic nullo [d] modo meritoria esse potest nec sibi, nec alii. D. 947. Alio modo, inquantum est alterius, quod dupliciter contingit. Vnomodo, inquantū peccator suffragia faciens gerit personam totius ecclesiæ, sicut sacerdos cum dicit in ecclesia exequias mortuorum: & quia ille intelligitur facere, cuius nomine, uel uice fit, ut patet p Dio. in 13. c. cæ. hie. inde est quòd suffragia talis sacerdotis, quamuis sit peccator, pro defunctis prosunt. Aliomodo, quando agit ut instrumentum alterius, opus enim ministerii est magis principalis agentis: unde quamuis ille qui agit ut instrumentum alterius, non sit in statu merendi, actio tamen eius potest esse meritoria ratione principalis agentis, sicut si seruus in peccato existens quodcunque opus misericordiæ facit ex præcepto domini sui charitatem habentis:

D unde si aliquis in charitate decedens præcipiat sibi suffragia fieri, uel alius pręcipiat charitatem habens, illa suffragia ualent defuncto, quamuis illi, per quos fiant, in peccato existant: magis tamen ualerent si in charitate essent, quia tunc ex duabus partibus opera illa meritoria essent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oratio per peccatorem facta quandoque non est peccatoris, sed alterius, & ideo secundum hoc digna est ut a deo exaudiatur: tamen etiam quandoque deus peccatores audit, scilicet quando peccatores petunt aliquid deo acceptum, non enim iustis solis, sed etiam peccatoribus deus bona sua prouidet, ut patet Matth. 5. Non autem ex eorum meritis, sed ex sua clemētia, & ideo Ioā. 9. super illud, Peccatores deus non audit, dicit gl. quòd loquitur ut inunctus, idest, non adhuc plene uidens.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis ex parte eius qui displicet, oratio peccatoris non sit accepta, tamē ratione alterius cuius

E uice, uel imperio agitur, potest esse deo accepta.

Ad tertium dicendum, quòd hoc quòd peccator faciens huiusmodi suffragia nullum reportat commodum, contingit ex hoc quòd non est capax talis profectus propter propriam indispositionem, & tamen alii qui non est indispositus, aliquo modo ualere potest, ut dictum est.

Ad quartum dicendum, quòd quamuis opus peccatoris non sit uiuum inquantum est eius, potest tamen esse uiuum inquantum est alterius, ut dictum est. In cor. præsentis qu. Sed quia rationes quæ sunt in oppositum, uidentur concludere quòd non differat, utrum quis suffragia procuret per bonos, uel per malos, ideo ad eas etiam est respondendum.

Ad quintum dicendum, quòd quamuis aliquis pro certo scire non possit de altero, an sit in statu salutis, tamen potest probabiliter æstimare ex his quæ exterius uidet de homine: ex fructu enim suo arbor cognoscitur, ut dicitur Matth. 7.

Ad sextum dicendum, quòd ad hoc quòd suffragium alicui ualeat, requiritur & ex parte eius pro quo fit, capacitas huius ualoris,

Ioris, & hanc homo acquisiuit per opera propria quæ gessit in vita, & sic loquitur Augustinus. Requiritur nihilominus qualitas operis, quæ prodesse debet, & hæc non pendet ex eo pro quo fit, sed magis ex eo qui facit, uel exequendo, uel imperando. F

Ad quartam quæstionem dicendum, quòd opus suffragii quod pro altero fit, potest considerari dupliciter. Vno modo, ut est expiatiuum pœnæ per modum cuiusdam recõpensationis, quæ in satisfactione attenditur, & hoc mõ opus suffragii quod reputatur quasi eius pro quo fit, ita absoluit eum a debito pœnæ, quod non absoluit facientem a debito pœnæ propriæ, quia in tali recõpensatione consideratur æqualitas iustitiæ: opus autem illud satisfactorium ita potest adæquari reatui uni, quòd alteri nõ æquatur. Reatus enim duorum peccatorum maiorem satisfactionẽ requirunt, quàm reatus unius. Alio modo potest considerari inquantum est meritorium uitæ æternæ, quod habet inquantum procedit ex radice charitatis, & secundum hoc non solum prodest ei pro quo fit, sed facienti magis. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Primæ enim rationes procedebant de opere suffragii secundum quod est satisfactorium, sed aliæ secundum quod est meritorium.

Quibus suffragijs inuabũtur mediocriter boni, qui in fine inuenientur.

Sed iterum quæritur de aliquo mediocriter bono, qui talibus indigens suffragiis in ipso consummationis sæculi articulo cum reliquis migrauit, si saluus fuit, pro eo non offertur ulterius sacrificium, uel oratio, uel eleemosyna, nec habebat tantæ perfectionis merita, quæ his

Articvlvs II.

b Vtrum suffragia prosint existentibus in inferno.

3.sent.dist. 43.in litera & S.Tho.in eiusdem expositione. Ité Quol. 2.c.16

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd suffragia prosunt existentibus in inferno per hoc quod habetur 2.Mach.3. q inuenerunt sub tunicis interfectorũ de denariis idolorũ, a quibus lex prohibet Iudæos, & tñ post subdit q Iudas duodecim millia dragmas argẽti misit Hierosolymam offerrens p peccatis mortuorum, constat autem illos mortaliter peccasse cõtra legẽ agẽtes, & ita in mortali peccato decessisse, & ita ad infernũ esse trãslatos. ergo existentibus in inferno suffragia prosunt.

¶2 Præter. In litera habetur ex uerbis August. quòd quibus ualent suffragia, uel ad hoc prosunt ut sit plena remissio, uel ad hoc ut tolerabilior sit eorum damnatio: sed soli illi qui sunt in inferno damnari esse dicuntur. ergo etiam existentibus in inferno suffragia prosunt.

¶3 Præt. Dio. in ul.ca.cæ.hierar. dicit sic. Iustorum orationes & secundum hanc uitam quanto magis post mortem in his qui digni sunt, sacris orationibus operãtur tãtummodo. Ex quo põt accipi, quòd suffragia magis prosunt mortuis quàm etiam uiuis: sed uiuis prosunt etiam in peccato mortali existentibus, cum quotidie oret ecclesia pro peccatoribus ut conuertantur ad deum. ergo etiam mortuis in peccato mortali suffragia ualent.

Superius adducto. De suffragiis mortuorũ.

¶4 Præ. In uitis patrum legitur, quòd etiam Damas. in sermone suo refert, quòd Macharius inuenta in uia caluaria cuiusdam defuncti, orõne pmissa qsiuit cuius caput fuisset, & caput dedit responsum quòd fuerat sacerdotis gentilis, qui in inferno erat damnatus, & tamen confessus est oratione Macharii se, & alios iuuari. ergo suffragia ecclesiæ etiam existẽtibus in inferno prosunt.

¶5 Præt. Dama. in eodem sermone narrat, quòd Greg. pro Traiano orationem fundens audiuit uocem sibi diuinitus illatam. Vocem tuam audiui, & ueniam Traiano do, cuius rei, ut Dama. dicit in dicto sermone, testis est oriens omnis & occidens: sed constat Traianum in inferno fuisse, quia multorum martyrum necem amaram instituit, ut ibidem Dama. dicit. ergo suffragia etiam ualent existentibus in inferno.

Sed contra est, quod dicit Dio. 7.c.cæ. hierar. Sũmus sacerdos pro immũdis non orat, quia in hoc auerteretur a diuino ordine. Et Commen. ibidem dicit, quòd peccatoribus non orat remissionem, quia non audiretur pro illis. ergo non ualent existentibus in inferno suffragia.

Cap.12 ¶2 Præter. Gregor. dicit in 34. Moral. Eadem causa est cur non oretur tunc, scilicet post diem iudicii pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nunc causa est ut non oretur pro diabolo angelisque eius æterno supplicio damnatis, quæ etiam nunc causa est vt *non orent sancti pro hominibus infidelibus*, ipsisque defunctis; quia de eis utique, quos æterno damnatos supplicio iã nouerũt, ante illum iusti iudicis conspectum orationis suæ meritum cassari refugiunt. ergo suffragia damnatis in inferno non ualent.

¶3 Præter. In litera habetur ex uerbis Augustini. Qui sine fide operante per dilectionem, eiusque sacramentis a corpore exeunt, frustra illis a suis huiusmodi officia impenduntur: sed omnes damnati sunt huiusmodi. ergo suffragia damnatis in inferno non prosunt.

II Vlterivs. Videtur quòd nec etiam existentibus in purgatorio, quia purgatorium pars quædam inferni est: sed in inferno nulla est redemptio. Et psal. 6. dicit. In inferno autem quis cõfitebitur tibi? ergo suffragia his qui sunt in purgatorio nõ ualẽt. Quol.2.ar. 16.1.cor.c. 15.lect.2

¶2 Præt. Pœna purgatorii est finita. si ergo p suffragia aliquid de pœna dimittitur, tñ poterũt multiplicari suffragia, q tota tollet, & ita peccatũ remanebit totaliter impunitũ, quod repugnare uidetur diuinæ iustitiæ.

G ¶3 Præt. Ad hoc animæ in purgatorio detinentur, ut ibi purgatæ, puræ ad regnum perueniant: sed nõ potest purgari anima nisi aliquid circa ipsam fiat. ergo suffragia facta per uiuos pœnã purgatorii non diminuunt.

¶4 Præter. Si suffragia existentibus in purgatorio ualerent, maxime ea uiderentur ualere, quæ sunt ad eorum imperium facta: sed hæc non semper ualent, sicut si aliquis decedens disponit tot suffragia pro se fieri, quæ si facta essent sufficerent ad totã pœnam abolendam. posito ergo q huiusmodi suffragia differantur quousque ille pœnam euasit, ista suffragia ei nihil proderunt: non enim potest dici quòd ei prosint antequàm fiant, postquàm autẽ sunt facta eis non indiget, quia iam pœnam euasit. ergo suffragia existentibus in purgatorio non ualent.

Sed contra est, quod dicitur in litera ex uerbis Augustini, quòd suffragia prosunt his, qui sunt mediocriter boni, uel mali: sed tales sunt qui in purgatorio detinentur. ergo &cæt.

H ¶2 Præt. Dio. dicit in 7.ca.cæ.hierar. quòd diuinus sacerdos pro mortuis orans, pro illis orat qui sancte uixerunt, & tamen aliqua maculas habuerunt ex infirmitate humana contracta: sed tales in purgatorio detinentur. ergo &c.

III Vlterivs. Videtur quòd suffragia ualent pueris in limbo existentibus, quia illi non detinentur nisi pro peccato alieno. ergo maxime decens est ut ipsi iuuentur suffragiis alienis.

¶2 Præt. In litera habetur ex uerbis Augustini, quòd suffragia ecclesiæ pro non ualde malis propitiationes sunt: sed pueri non computantur inter ualde malos, cum mitissima sit eorum pœna. ergo suffragia ecclesiæ eos iuuant.

Sed contra est, quod habetur in litera ab Augustino, quòd suffragia non prosunt illis, qui sine fide operante per dilectionem hinc exierunt: sed pueri hoc modo exierunt. ergo eis suffragia non prosunt.

I IIII Vlterivs. Videtur quòd aliquo modo prosunt sanctis existentibus in patria, per hoc quod habetur in collecta Missæ, Sicut sanctis tuis prosunt ad gloriam, scilicet sacramenta, ita nobis proficiant ad medelam: sed inter alia suffragia præcipuum est sacramentum altaris. ergo suffragia prosunt sanctis qui sunt in patria.

¶2 Præt. Sacramenta efficiunt quod figurant: sed tertia pars hostiæ, scilicet in calicem missa, significat eos qui in patria uitã beatam ducunt, ut supra di.12. dictum est. ergo suffragia ecclesiæ pro sunt etiam existentibus in patria. q.1.ar.3.q. 3.ad 4

¶3 Præt. Sancti non solum gaudent de bonis propriis, sed etiam de bonis aliorum, unde Luc.15. dicitur. Gaudium est angelis dei super uno peccatore pænitentiam agente. ergo ex bonis operibus uiuentium, sanctorum qui sunt in patria gaudium crescit, & ita etiam eis nostra suffragia prosunt.

K ¶4 Prę. Damasc. dicit in sermone de dormientibus inducens uerba Chrys. Si enim gentiles, inquit, cum his qui abierunt, sua cõburunt, quanto magis te fidelem mittere conuenit cum fideli ipsius propria, non ut fauilla fiant, & hæc uelut illa, sed ut maiorẽ *hinc circumponas gloriam, & si quidem peccator* fuerit qui mortuus est ut peccamina soluas: si autem iustus ut appositio fiat mercedis & retributionis, & sic idem quod prius.

Sed contra est, quod habetur in litera ex uerbis Aug. Iniuria est in ecclesia orare pro martyre, cuius nos debemus orationibus commendari.

¶2 Præt. Eius est iuuari, cuius est indigere: sed sancti in patria sunt absque omni indigentia. ergo per suffragia ecclesiæ non iuuantur.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd circa damnatos in inferno fuit duplex opinio. Quidam enim dixerunt in hoc distinguendum esse dupliciter. Vno modo quantum ad tempus, dicentes quòd post diem iudicii nullus in inferno d existens aliquo suffragio iuuabitur, sed ante diem iudicii aliqui iuuantur suffragiis ecclesiæ. D.1142 Alio modo distinguebant quantum ad personas in inferno detentas, inter quas quosdam dicebant esse ualde malos, qui scilicet sine fide & sacramentis ecclesiæ decesserũt, & talibus qui de ecclesia non fuerũt, nec merito, nec numero suffragia ecclesiæ prodesse possunt. Alii uero sunt non ualde mali, qui scilicet de ecclesia fuerunt numero, & fidem habentes, & sacramentis imbuti, & aliqua opera de genere bonorum facientes, & talibus suffragia ecclesiæ prodesse debent. Sed occurrebat eis quædam dubitatio eos perturbans, quia scilicet uidebatur ex hoc sequi, cum pœna inferni sit finita secundum intẽsionem, quamuis duratione infinita existat, quòd multiplicatis suffragiis pœna illa auferetur, quod est error Origenis. & ideo hoc inconueniens multipliciter euadere uoluerunt.

suffragiis non egeret, numquid ergo saluabitur? Aestimo eum quasi per ignem transeuntem saluari meritis, & intercessionibus cælestis ecclesiæ, quæ pro fidelibus semper intercedit uoto & merito, donec impleatur Christus. B

Præpositinus enim dixit, quòd tantum possunt suffragia pro damnatis multiplicari, quòd a pœna tota redduntur immunes, non autem simpliciter, ut Origens posuit, sed ad tempus, scilicet usque ad diem iudicii: tũnc enim animæ iterato corporibus coniunctæ in pœnas inferni sine spe ueniæ retruduntur. Sed ista opinio uidetur diuinæ repugnare prouidentiæ, quæ nihil in rebus inordinatum relinquit: culpa autem ordinari non potest nisi per pœnam, unde non potest esse ut pœna tollatur, nisi prius culpa expietur, & ideo cũ cũlpa continue maneat in damnatis, eorum pœna nullatenus interrumpetur. Et ideo Porretani alium modum inuenerunt dicentes, quòd hoc modo proceditur in diminutione pœnarum per C suffragia, sicut proceditur in diuisione linearum, quæ cum sint finitæ, tamen in infinitum diuidi possunt, & nunquàm per diuisionem consumuntur dum fit subtractio non secundum eandem quantitatem, sed secundum eandem proportionem, uelut si primo auferatur pars quarta totius, & secundo quarta illius quartæ, & iterum quarta illius quartæ, & sic deinceps in infinitum. Et similiter dicunt, quòd per primum suffragium diminuitur aliquota pars pœnæ, & per secundum pars aliqua remanentis secundum eandem proportionem. Sed iste modus multipliciter defectiuus inuenitur. Primo, quia infinita diuisio quæ congruit continuæ quantitati, non uidetur posse ad quantitatem spiritualem transferri. Secundo, quia non est aliqua ratio, quare secundum suffragium minus de pœna diminuat quàm primum, si sit æqualis ualoris. Tertio, quia pœna diminui non potest nisi diminuat & culpa, sicut nec auferri nisi ea ablata. Quarto, quia in diuisione lineæ tandem peruenitur ad hoc quod non D est sensibile: corpus enim sensibile non est in infinitum diuisibile. Etiam sic sequeretur quòd post multa suffragia pœna remanens propter sui paruitatem non sentiretur, & ita non esset pœna. Et ideo alii inuenerunt alium modum. Altisiodorensis enim dixit, quòd suffragia prosunt damnatis non quidem per diminutionẽ, uel per interruptionem, sed per confortationẽ patientis: sicut si homo portaret graue onus, & facies sua perfũderetur aqua, sic enim confortaretur ad melius portandum, cum tamen onus suũ in nullo leuius fieret. Sed hoc iterum esse non potest, quia aliquis plus, uel minus æterno igne grauatur, ut Gregor. dicit secundum meritum culpæ: & inde est quòd eodem igne quidam plus, quidam minus cruciantur, unde cum culpa damnati immutata remaneat, non potest esse quòd leuius pœnam ferat. 34.Mo. xi.c. a finem fine. Est nihilominus & prædicta opinio præsumptuosa, utpote sanctorum dictis contraria, & uana nulla authoritate fulta, & nihilominus irrationalis, tum quia damnati in inferno sunt extra uinculum charitatis, secundum quam opera uiuorũ continuantur defunctis: tũ quia totaliter ad uiæ terminum peruenerunt recipientes ultimam pro E meritis retributionem, sicut & sancti qui sunt in patria. Quod.n. adhuc restat de pœna, uel gloria corporis, hoc eis rationem uiatoris nõ prębet, cum gloria essentialiter & radicaliter existat in anima, & similiter miseria damnatorum: & ideo non potest pœna eorum diminui, sicut nec gloria sanctorum augeri quantũ ad prąmium essentiale. Sed tamen modus qui a quibusdã ponitur, q suffragia prosunt damnatis, posset aliquo modo sustineri, ut si dicatur q non prosunt neq; quantum ad diminutionem pœnæ, uel interruptionem, uel quantum ad diminutionem sensus pœnæ: sed quia ex huiusmodi suffragiis eis aliqua materia doloris subtrahitur, quæ eis esse posset, si ita se abiectos conspicerent quòd pro eis nullam curam haberẽt, quæ materia doloris eis subtrahitur, dum suffragia pro eis fiunt. Sed istud etiam non potest esse secundum legem communẽ, quia ut August. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda, quod præcipue de damnatis uerum est, Ibi sunt spiritus defunctorum, ubi non uidẽt quæcunq; aguntur, aut eueniũt in ista uita hominibus: & ita non cognoscunt quando pro eis suffra-

A gia fiunt, nisi supra communem legem hoc remedium diuinitus detur aliquibus damnatorum, quod est uerbum omnino incertum. Vnde tutius est, simpliciter dicere, quòd suffragia non prosunt damnatis, nec pro eis ecclesia orare intendit, sicut ex authoritatibus inductis apparet.

Quomodo sancti glorificati audiãt preces supplicantiũ, et quomodo intercedunt pro nobis ad Dominum.

Sed forte quæris, numquid preces b supplicãtium sancti audiunt, & uota postulãtium in eorum noti-

Ad primvm ergo dicẽdum, quòd donaria idolorũ non fuerunt inuẽta apud illos mortuos, ut ex eis signum accipi posset, quòd in reuerentiam idolorum eis deferrent, sed ea acceperunt ut uictores quæ eis iure belli debebãtur, & tñ p auaritiã uenialiter peccauerunt: unde non fuerunt in inferno damnati, & sic suffragia eis prodesse poterant. Vel dicẽdum secundũ quosdã, q in ipsa pugna uidentes sibi periculum imminere, de peccato pęnituerunt, secundũ illud psal. 77. Cũ occideret eos, quærebant eũ: & hoc probabiliter põt æstimari, & ideo oblatio p eis fuit facta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd damnatio in uerbis illis large accipitur pro quacumque punitione, ut sic includat & pœnã purgatorii, quæ quandoque totaliter per suffragia expiatur: quandoque autem non, sed diminuitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd quantum ad hoc magis acceptatur suffragium pro mortuo quàm pro uiuo, quia magis indiget, cum non possit auxiliari sibi, sicut uiuus potest: sed quantum ad hoc uiuus est melioris conditionis, quia potest transferri de statu C culpæ mortalis in statum gratiæ, quod de mortuis dici nõ potest, & ideo non est eadem causa orandi pro mortuis & pro uiuis.

¶Ad quartum dicendum, quòd illud adiutorium non erat q pœna eorum diminueretur, sed in hoc solo, ut ibidem dicitur, q eo orante concedebatur eis ut mutuo se uiderent, & in hoc aliquod gaudium non uerum, sed phantasticum habebãt, dum implebatur hoc quod desiderabant: sicut & dæmones gaudere dicuntur, dum homines ad peccata pertrahunt, quamuis per hoc eorum pœna nullatenus minuatur, sicut nec minuitur gaudium angelorũ per hoc, quòd malis nostris compati dicuntur.

¶Ad quintum dicendum, quòd de facto Traiani hoc modo põt probabiliter æstimari, quòd precibus Beati Greg. ad uitã fuerit reuocatus, & ibi gratiam consecutus sit, p quã remissionẽ peccatorũ habuit, & per consequens immunitatẽ a pœna: sicut & apparet in oĩbus illis qui fuerunt miraculose a mortuis suscitati, quorũ plures cõstat idolatras & dãnatos fuisse. De omnibus.n. similiter D dici oportet, q nõ erãt in inferno finaliter deputati, sed secundũ præsentẽ iustitiã propriorũ meritorũ: secũdũ aũt supiores cãs, quibus præuidebantur ad uitã reuocãdi, erat de eis aliter disponẽdũ. Vel dicendũ secundũ quosdã, q aĩa Traiani nõ fuit simplr a reatu pœnæ æternæ absoluta, sed eius pœna fuit suspẽsa ad tps. s. usq; ad diẽ iudicii, nec tñ oportet q hoc fiat cõiter p suffragia, q alia sũt q lege cõi accidũt, & alia q singlr ex priuilegio aliquibus cõceduntur: sicut aliæ sunt humanarũ limites rerum, alia diuina signa uirtutum, ut Aug. dicit in li. de cura pro mortuis agenda. Cap.16.

Ad secvndam quæstionem dicendum, q pœna purgatorii est in supplementum satisfactionis quæ non fuerat plene in corpore consummata: & ideo quia, sicut ex prædictis patet, & ex his quæ supra di.20. dicta sunt, opera unius possunt ualere alteri ad satisfactionem siue uiuis, siue mortuis, non est dubiũ quin suffragia per uiuos facta existentibus in purgatorio prosunt. Ad 2. q. 1. arti.1.præs. quæstioné q.1.ar.2.q. 3. fere per totum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd authoritas illa loquitur de inferno damnatorum, in quo nulla est redemptio quantũ ad illos qui sunt finaliter tali pœnæ deputati. Vel dicendum secũ E dum Dam. in sermone de dormientibus, quia huiusmodi authoritates exponendæ sunt secundum causas inferiores, scilicet secundum exigentiam meritorum eorum qui pœnis deputãtur: sed secũdũ diuinam misericordiã quæ uincit humana merita, ad preces iustorum aliter quandoque disponitur quàm sentẽtia prędictarũ authoritatum contineat. Deus autem mutat sententiam, sed non consilium, ut dicit Greg. unde etiam Dama. ponit ad hoc exempla de Niniuitis, Achab, & Ezechia, in quibus apparet quòd sñia cõtra eos lata diuinitus fuit per diuinã misericordiam cõmutata.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est inconueniens, si multiplicatis suffragiis pœna in purgatorio existẽtium annihiletur, nõ tamen sequitur quòd peccata remaneant impunita: quia pœna unius pro altero suscepta alteri computatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd purgatio animæ per pœnas purgatorii non est aliud quàm expiatio reatus impedientis a perceptione gloriæ: & quia per pœnam quam unus sustinet pro alio potest reatus alterius expiari, ut dictum est, non est inconueniens si per unius satisfactionem alius purgetur. Etiã in cor. præs.q.

¶Ad

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ suffragia ex duobus ualent. s. ex ope- operante, & ex opere operato. Et dico opus operatũ nõ solũ ecclesiæ sacramentum, sed effectum accidentẽ ex operatione: sicut ex collatione eleemosynarum cõsequitur pauperũ releuatio, & eorũ oratio pro defuncto ad deum. Similiter opus operãs potest accipi uel ex pre principalis agentis, uel ex parte exequẽtis. Dico ergo ꝙ quàm cito moriẽs disponit aliqua suffragia sibi fieri, ꝑmiũ suffragiorũ plene cõsequitur ante ẽt quàm fiant quantũ ad efficaciã suffragii, ꝙ erat ex opere operante principalis agentis: sed quantũ ad efficaciã suffragiorũ quæ est ex opere operato, uel ex opere operante exequẽtis non consequitur fructum antequã suffragia fiãt, & si prius cõtingat ipsum a pœna purgari, quantũ ad hoc fraudabitur suffragiorũ fructu, quod redundabit in illos quorum culpa destaudat. Nõ.n. est inconueniẽs, ꝙ aliquis desfraudetur ꝑ culpã alterius in tẽporalibus: pœna aũt purgatorii tẽpalis est, quãuis quãtũ ad æternã retributionẽ nullus defraudari possit, nisi ꝑ propriã culpã.

tiam perueniunt? Non est incredibile animas sanctorum qui in abscõdito facie Dei ueri luminis illustratione lætantur, ipsius contem-

AD TERTIAM quæstionem, dicendum, quòd pueri nõ baptizati non detinentur in libro nisi quia deficiunt a statu gratiæ: unde cum per opera uiuorum, mortuorum status mutari non possit, maxime quantum ad meritum essentialis præmii, uel pœnæ, suffragia uiuorum pueris in limbo existentibus prodesse non possunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis peccatum originale sit huiusmodi ꝙ pro eo possit aliquis ab alio iuuari, tñ animæ puerorum in limbo existẽtes sunt in tali statu ꝙ iuuari nõ possunt, quia post hanc uitã non est tempus gratiã acquirẽdi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Augustinus loquitur de non ualde malis, qui tamen baptizati sunt, quod patet ex hoc quod præmittitur. cum ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcũque eleemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd suffragium de sui ratione importat quandam auxiliationem quæ non competit ei qui defectum non patitur. Nulli enim iuuari competit, nisi in eo quod indigens est, unde cum sancti qui sunt in patria, sint ab oĩ indigentia immunes inebriati ab ubertate domus dei, eis iuuari per suffragia non competit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd huiusmodi locutiones non sunt sic intelligendæ, quasi sancti in gloria proficiant quantum ad se quòd eorũ festa recolimus, sed quia nobis proficit qui eorum gloriam solemnius celebramus: sicut ex hoc ꝙ deum cognoscimus, uel laudamus, & sic quodãmodo eius gloria in nobis crescit, nihil deo sed nobis accrescit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis sacramenta efficiant quod figurant, non tamen illum effectum suum ponunt circa omne id quod figurant, alias cum figurent Christum, in ipso Christo aliquid efficerent, quod est absurdum: sed efficiunt circa suscipientem sacramentum ex uirtute eius quod per sacramentum significatur, & sic nõ legitur quòd sacrificia pro fidelibus defunctis oblata sanctis prosint, sed quia ex meritis sanctorum qui recoluntur, uel significantur in sacramento, prosunt aliis pro quibus offerũt.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd quamuis sancti qui sunt in patria, de omnibus bonis nostris gaudeant, non tamen sequitur ꝙ multiplicatis nostris gaudiis eorũ gaudium augmentetur formaliter, sed materialiter tantum, quia omnis passio formaliter augetur secundum rationem obiecti sui: ratio autem gaudendi in sanctis de
D.281. quibuscunque gaudent, est ipse deus, de quo nõ possunt d magis, & minus gaudere, quia sic essentiale eorum prẽmium uariaretur, quod consistit in hoc quòd de deo gaudent: unde ex hoc quòd bona multiplicantur, de quibus gaudendi ratio eis deus est, non sequitur quòd intensius gaudeant, sed quòd de pluribus gaudeant, & ideo non sequitur quòd operibus nostris iuuentur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non est intelligẽdum quòd fiat appositio mercedis, uel retributionis illi beato per suffragia ab aliquo facta, uel facienti.

¶ Vel dicendum, quòd ex suffragiis potest appositio mercedis fieri beato defuncto, inquantum sibi de suffragiis faciendis adhuc uiuens deposuit, quod ei meritorium fuit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum non solum orationibus ecclesiæ, & sacrificio altaris, & eleemosynis animæ defunctorum iuuentur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non solum orationibus ecclesiæ, & sacrificio altaris, & eleemosynis animæ defunctorum iuuentur, uel quòd eis iuuentur præcipue. Pœna enim debet per pœnam recompensari: sed ieiunium magis est penale quàm eleemosyna, uel oratio. ergo ieiunium magis prodesset in suffragiis quàm aliquod prædictorum.

¶ 2 Præt. Greg. tribus cõnumerat ieiunium, ut habetur can. xiii. q. ii. Animæ defunctorum quatuor soluuntur modis, aut oblationibus sacerdotum, aut orationibus sanctorum, aut charorũ eleemosynis, aut ieiunio cognatorum. ergo sufficienter ab Augustino hæc enumerantur tria prædicta. [13.q.2.cap. Animæ.]

platione ea quæ foris aguntur intelligere, quantũ uel illis ad gaudium, uel nobis ad auxilium pertinent. Sicut enim angelis, ita &

¶ 3 Præter. Baptismus est potissimum sacramentorum, maxime quantum ad effectum. ergo baptismus, uel alia sacramenta deberent uel similiter, uel magis prodesse defunctis, sicut sacramentum altaris.

¶ 4 Præt. Hoc uidetur ex hoc quod habetur 1. Cor. 15. Si omnino mortui non resurgunt, ut quid baptizantur pro illis? ergo baptismus etiam ualet ad suffragia defunctorum.

¶ 5 Præt. In diuersis Missis est idem altaris sacrificium. si ergo sacrificium computatur inter suffragia, & non Missa, uidetur quòd tantumdem ualeat quæcunque Missa pro defuncto dicatur, siue de beata Virgine, siue de Spiritu sancto, uel quæcumque alia, quod uidetur esse cõtra ecclesiæ ordinationem, quæ specialẽ Missam pro defunctis instituit.

¶ 6 Præ. Damas. in sermone de dormientibus, docet ceras, & oleũ & huiusmodi pro defunctis offerri. ergo non solum oblatio sacrificii altaris, sed etiam aliæ oblationes debent inter suffragia mortuorum computari.

VLTERIVS. Videtur quòd indulgentiæ quas ecclesia largitur etiã mortuis prosint. Primo per consuetudinem ecclesię quę facit prædicari crucem, ut aliquis habeat indulgentiam pro se, & duobus, uel tribus, & quandoque decem animabus tam uiuorum quàm mortuorum, quod esset deceptio, nisi mortuis prodessent. ergo indulgentiæ mortuis prosunt. [II Caietan. in quolib. to. 2. tractat. de indulgẽtiis q. 5. & 6]

¶ 2 Præt. Meritum totius ecclesiæ est efficacius quàm meritum unius personæ: sed meritum personale suffragatur defunctis, ut patet in elargitione eleemosynarum. ergo multo fortius meritũ ecclesiæ cui indulgentiæ innituntur.

¶ 3 Præt. Indulgentiæ ecclesiæ prosunt illis qui sunt de foro ecclesiæ: sed illi qui sunt in purgatorio sunt de foro ecclesiæ, alias eis suffragia ecclesiæ non prodessent. ergo uidetur quòd indulgentiæ defunctis prosint.

SED CONTRA est, quia ad hoc quòd indulgentiæ alicui ualeant, requiritur causa conueniens, pro qua indulgentiæ dantur: sed talis causa non potest esse ex parte defuncti, quia non potest aliquid facere quod sit in utilitatem ecclesiæ, pro qua causa præcipue indulgentiæ dantur. ergo uidetur quòd indulgentiæ defunctis non prosint.

¶ 4 Præt. Indulgentiæ determinantur secundum arbitrium indulgentias cõcedẽtis. si ergo indulgentiæ defunctis prodesse possent, esset in potestate cõcedẽtis indulgentiam, ut defunctum omnino liberaret a pœna, quod uidetur absurdum.

VLTERIVS. Videtur quòd cultus exequiarum defuncto prosint. Damas. enim in sermone de dormientibus inducit uerba Athanasii sic dicentis. Licet in area qui in pietate consummatus est, depositus fuerit, ne renue oleum, & ceras domini inuocans in sepulcro accendere. Accepta enim ista sunt deo, & multam ab eo recipientia retributionem: sed huiusmodi pertinent ad cultũ exequiarum. ergo cultus exequiarum prodest defunctis. [III Cap. 13. & de cura pro mortuis tã tumda ca. 5]

¶ 2 Præter. Sicut dicit August. 1. lib. de ci. dei. Antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ & sepulcra prouisa, ipsique cum uiuerent de sepeliendis, uel transferendis suis corporibus filiis mandauerunt: sed hoc non fecissent, nisi sepultura, & huiusmodi aliquid mortuis conferrẽt. ergo huiusmodi aliquid prosunt defunctis. [Cap. 13. & de cura mortuis habẽda ca. 3]

¶ 3 Præt. Nullus facit eleemosynã circa aliquem nisi ei proficiat: sed sepelire mortuos computatur inter opera eleemosynarum, unde ut August. dicit 1. de ci. dei. Thobias sepeliendo mortuos deum promeruisse teste angelo commendatur. ergo huiusmodi sepulturæ cultus mortuis prodest.

¶ 4 Præt. Inconueniens est dicere, quòd frustretur deuotio fidelium: sed aliqui ex deuotione se in locis aliquibus religiosis sepeliri disponunt. ergo sepulturæ cultus prodest defunctis.

¶ 5 Præter. Deus pronior est ad miserendum, quàm ad puniendum: sed aliquibus nocet sepultura in locis sacris, si indigni sunt, unde dicit Gregor. Quos peccata grauia deprimunt ad maiorem damnationis cumulum potius quàm ad solutionem eorũ corpora in ecclesiis ponuntur. ergo multo amplius dicendum est quòd sepulturæ cultus prosit bonis. [4. Dialog. c. 50.]

¶ SED

SED CONTRA est, quòd Aug. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda. Corpori humano quicquid impenditur, non est præsidiũ salutis æternæ, sed humanitatis officium.

¶ 2 Præt. Gregorius dicit ad Bonifacium Archiepiscopum scribens. Curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum magis sunt uiuorũ solatia, quàm subsidia mortuorũ.

¶ 3 Præter. Dominus dicit Matth. 10. Nolite timere eos q occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciãt: sed post mortem sanctorum corpora possunt a sepultura prohiberi, sicut in ecclesiastica historia legitur factum de quibusdã martyribus Lugduni Galliæ. ergo nõ nocet defunctis, si eorum corpora inhumata remaneant. ergo nec cultus sepulturæ prodest. [q.2. ca. Animę. Ea uerba ...esse ẽt ...aliter. ...etur ab ...in lib. ...cura pro ...tuis agenda ca. 2. ...pe finẽ.]

sanctis qui Deo assistũt petitiones nostræ innotescunt in uerbo Dei quod contemplantur: unde & dicuntur angeli orationes, & uota nostra offerre Deo, nõ quia Deum doceant, sed quia eius uoluntatẽ super eis consulunt. Vnde August. Angelis qui sunt apud Deũ innotescunt petitiones nostræ, ut quodammodo eas offerant Deo, & de his consulant, & quod Deo iubente implendum esse cognouerint, hoc nobis euidenter, uel latenter reportent. Vnde & Angelus ho-

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd suffragia uiuorum prosunt defunctis secundum quòd uniuntur uiuentibus charitate, & secundum quod intentio uiuentium refertur in mortuos: & ideo illa opera præcipue nata sunt mortuis suffragari, quæ maxime ad communicationem charitatis pertinent, uel ad directionem intentionis in alterum. Ad charitatem autem sacramentum eucharistiæ præcipue pertinet, cum sit sacramentum ecclesiasticæ unionis continens illum, in quo tota ecclesia unitur & consolidatur, scilicet Christum: unde eucharistia est quasi quædam charitatis origo, siue uinculum: sed inter charitatis effectus præcipuum est eleemosynarum opus, & ita ista duo ex parte charitatis præcipue mortuis suffragantur, scilicet sacrificium ecclesiæ, & eleemosynæ: sed ex parte intentionis directæ in mortuos præcipue ualet oratio, quia oratio secundum suam rationem non solum dicit respectum ad orantem sicut & cætera opera, sed directius ad id pro quo oratur: & ideo ista tria ponuntur quasi præcipua mortuorum subsidia, quamuis quæcumque alia bona ex charitate fiant pro defunctis, eis ualere credenda sint.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in eo qui satisfacit pro altero magis est considerandum ad hoc quòd effectus satisfactionis ad alterum perueniat id quo satisfactio unius transit in alterum, quàm etiam satisfactionis pœna, quamuis ipsa pœna magis expiet reatum satisfacientis inquantum est medicina quædam, & ideo tria prædicta magis ualent defunctis quàm ieiunium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam ieiunium potest prodesse defunctis ratione charitatis, & intentionis in defunctos directæ, sed tamen ieiunium in sui ratione non continet aliquid quod ad charitatem, uel ad directionem intentionis pertineat, sed hæc sunt ei quasi extrinseca, & ideo Aug. non posuit, sed Greg. posuit ieiunium inter suffragia mortuorum. [supra.]

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus est quædam spiritualis regeneratio: unde sicut per generationem non acquiritur esse nisi generato, ita baptismus non habet efficaciam nisi in eo qui baptizatur, quantũ est ex opere operato, quàmuis ex opere operãte uel baptizantis, uel baptizati possint aliis prodesse, sicut & cætera opera meritoria: sed eucharistia est signum ecclesiasticę unionis, & ideo ex ipso opere operato eius efficacia in alterum transire potest, quod non contingit de aliis sacramentis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd glo. authoritatem istam dupliciter exponit. Vno modo sic, Si mortui non resurgunt, nec etiam Christus resurrexit, ut quid etiam baptizãtur pro illis? idest, pro peccatis, cum ipsa non dimittantur si Christus non resurrexit, quia in baptismo non solum passio Christi, sed etiam resurrectio operatur, quæ est nostræ spiritualis resurrectionis quodammodo causa. Alio modo sic, fuerunt quidam imperiti qui baptizabãtur pro his qui de hac uita sine baptismo discesserant putantes illis prodesse, & secundum hoc Apostolus non loquitur nisi secundum errorem aliquorum in uerbis illis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in officio Missæ non solum est sacrificium, sed etiam sunt ibi orationes, & ideo Missæ suffragiũ continet duo horum quæ hic August. numerat, scilicet orationẽ, & sacrificium. Ex parte igitur sacrificii oblati Missa æqualiter prodest defuncto, de quocunque dicatur, & hoc est principium quod fit in Missa: sed ex parte orationũ magis prodest illa, in qua sunt orationes ad hoc determinatæ, sed tamen iste defectus recompensari potest per maiorem deuotionem uel eius qui dicit Missam, uel eius qui facit dici, uel iterum per intercessionem sancti, cuius suffragium in Missa imploratur.

minibus ait. Cum oraretis, orationem uestram obtuli Deo. Ad omnia quidem sciẽda sufficit Deo sua perfectio, habet tamen nuntios i. angelos, non qui ei quæ nescit annuntient. Non enim sunt ulla quæ nesciat, sed bonum eorum est de operibus suis eius consulere ueritatem, & hoc est quod ei dicuntur nonnulla nuntiare, non ut ipse ab eis discat, sed ut ab eo ipsi per uerbum eius sine corporali sono: nuntiant etiam quod uoluerit ab eo missi ad quos uoluerit, totum

¶ Ad sextum dicendum, quòd huiusmodi oblatio candelarum, uel olei possũt prodesse defuncto, inquantum sunt eleemosynę quædam: dãtur enim ad cultum ecclesiæ, uel etiam in usum fidelium.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd indulgentia dupliciter alicui prodesse potest. Vno modo principaliter; alio modo secundario. Principaliter quidem prodest ei qui indulgẽtiam accipit. s. qui facit hoc pro quo ĩdulgẽtia dat, ut qui uisitat limina alicuius sancti: unde cum mortui non possint aliquid facere eorũ pro quibus indulgentiæ dantur, eis indulgentiæ directe ualere nõ possunt. Secundario autem & indirecte prosunt ei pro quo aliquis facit illud qđ est indulgentiæ causa, quod sicut dist. 20. dictum est quandoque contingere potest, quandoque aut non potest secundum diuersam indulgentiæ formam. [q.1.ar.5.q.3.ad 2.] Si enim sit talis indulgentiæ forma, Quicunque facit hoc, uel illud habebit tantum de indulgentia, ille qui hoc facit non potest fructum indulgentiæ in alium transferre, quia eius non est applicare ad aliquid intentionem ecclesiæ, per quam communicantur communia suffragia, ex quibus indulgentiæ ualent. Si autem indulgentia sub hac forma fiat, Quicunque fecerit hoc, uel illud ipse & pater eius, uel quicũque ei adiunctus in purgatorio detentus tantũ de indulgentia habebit, talis indulgentia non solum uiuo, sed etiam mortuo proderit. Nõ enim est aliqua ratio quare ecclesia possit transferre merita communia quibus indulgentiæ innituntur, in uiuos & non in mortuos: nec tamen sequitur quòd prælatus ecclesiæ possit pro suo arbitrio animas a purgatorio liberare, quia ad hoc quòd indulgentiæ ualeant, requiritur causa conueniens indulgentias concedendi, ut supra dist. 20. dictum est.

AD TERTIAM quæstionẽ dicendum, quòd sepultura adinuenta est & propter uiuos, & propter mortuos. Propter uiuos quidẽ, ne eorum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur, & copora fœtoribus inficiantur, & hoc quãtum ad corpus: sed spiritualiter etiam prodest uiuis, inquantum per hoc astruitur resurrectionis fides, sed mortuis prosunt ad hoc quòd inspicientes sepulcra memoriam retinent defunctorum, ut pro defunctis orent, unde & monumentum a memoria nomẽ accepit. Dicitur enim monumentum, quia monet mentem, ut dicit Aug. in 1. de ciu. dei. & in li. de cura pro mortuis agẽnda. Paganorũ tamen error fuit, ꝙ ad hoc sepultura mortuo prosit, ut eius anima quietem accipiat: non. n. credebant prius animã quietem posse accipere quàm corpus sepulturæ daretur, quod omnino ridiculũ & absurdũ est. Sed quòd ulterius sepultura in loco sacrato mortuo prodest, non quidẽ est ex ipso opere operato, sed magis ex ipso opere operãte, dũ scilicet uel ipse defunctus, uel alius, corpus eius tumulari in loco sacro disponens, patrocinio alicuius sancti eum committit, cuius precibus per hoc credendus est adiuuari, & etiam patrocinio eorum qui loco sacro deseruiunt, qui pro apud se tumulatis frequẽtius & specialius orant: sed illa quæ ad ornatũ sepulturæ exhibentur, prosunt quidem uiuis inquantum sunt uiuorum solatia, sed possunt & defunctis prodesse non quidem per se, sed per accidens, inquantum. s. per huiusmodi homines excitãtur ad cõpatiẽdũ, & per consequẽs ad orandũ, uel inquantũ ex sumptibus sepulturæ uel pauperes fructũ capiunt, uel ecclesia decoratur, sic enim Sapientiæ 4. sepultura inter cęteras eleemosynas computatur. [q.1.ar.4.q.1. & 2. ac etiam 3.] [De ciui. dei c. 13. de cura pro mortuis agenda c. 4]

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ oleum, & cera ad sepulcra defunctorum perlata per accidens defuncto prosunt, uel inquantum ecclesię offeruntur, siue pauperibus dantur: uel inquantum huiusmodi in reuerentiam dei fiunt, unde ex uerbis præmissis subiungitur. Oleum enim & cera holocaustum sunt.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ ideo sancti patres de suis corporibus tumulandis curauerunt, ut ostenderent corpora mortuorũ ad dei prouidentiam pertinere, non quòd corporibus mortuis aliquis sensus insit, sed propter fidem resurrectionis astruendam, ut pa-

tre

c. Vbi supra tet per Aug. in primo de ciu. Dei. unde etiam uoluerunt in terra promissionis sepeliri, ubi credebant Christum nasciturum & mo riturum, cuius resurrectio nostrę resurrectionis est causa. F

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia caro est pars naturæ hominis, naturaliter homo ad carnem suam afficitur, secundum illud Ephe. 5. Nemo carnẽ suã unquàm odio habuit. vnde secundum istũ naturalẽ affectũ inest uiuẽti q̃dã sollicitudo quid etiã post mortẽ de eius corpe sit futurũ, doleretq; si aliquid indignũ corpori suo euenire ꝑsentiret: & ideo illi q hominẽ diligũt, ex hoc quòd affectui eius quem diligunt, conformantur, circa eius carnẽ curam humanitatis impendũt. Vt enim dicit Aug. in 1. de ci. dei. Si paterna uestis, si annulus, ac siquid huiusmodi tanto charius est posteris, quanto erga parentes maior affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ utiq; multo familiarius atque coniunctius quàm quælibet indumenta, gestamus: unde & inquãtum affectui hominis satisfacit sepeliens eius corpus, cum ipse in hoc sibi satisfacere non potest, eleemosynam ei facere dicitur.

ab illo per illud, Verbũ eius audiẽtes, idest, in eius ueritate inuenientes, quod sibi faciendum, quid, quibus, & quando nuntiandum sit. Nam & nos orantes eum, non eum docemus, quia nouit, ut ait uerbum eius, pater uester quid uobis necessarium sit, priusquàm

Cap. 13. & de cura pro mortuis agẽda. c. 3

Vbi supra. ¶ Ad quartum dicendum, quòd fidelium deuotio, ut Aug. dicit in li. de cura pro mortuis agenda, suis charis in locis sacris prouidens sepulturam, in hoc non frustratur quòd defunctum suũ suffragio sanctorum committitur, ut dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ sepultura in loco sacro impio defuncto non nocet, nisi quatenus hanc sepulturam sibi indignam propter humanam gloriam procurauit.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum suffragia quæ fiunt pro uno defuncto magis proficiant ei pro quo fiunt quam aliis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia quæ fiunt pro uno defuncto, nõ magis proficiunt ei pro quo fiunt, quàm aliis. Lumen enim spirituale est magis communicabile quàm lumen corporale: sed lumen corporale, scilicet candelæ, quamuis accendatur pro uno, tamen æqualiter omnibus prodest qui simul commorantur, quamuis pro eis candela non accendatur. ergo cum suffragia sint quędam spiritualia lumina, quamuis pro uno specialiter fiant, non magis ualerent ei quàm aliis in purgatorio existentibus.

¶ 2 Præt. Sicut in litera dicitur, secundum hoc suffragia mortuis prosunt, quia cum uiuerent hic, sibi ut postea possent prodesse, meruerunt: sed aliqui magis meruerunt ut suffragia sibi prodessent, quàm illi pro quibus fiunt. ergo eis magis prosunt, alias eorũ meritum frustraretur.

¶ 3 Præt. Pro pauperibus non fiunt tot suffragia, quot pro diuitibus. si ergo suffragia facta pro aliquibus eis solum, uel magis eis quàm aliis ualerent, pauperes essent deterioris conditionis, quod est contra sententiam domini Luc. 6. Beati pauperes, quoniam uestrum est regnum dei.

SED CONTRA. Iustitia humana exemplatur a diuina iustitia: sed iustitia humana si aliquis debitum pro aliquo soluit, eum solum absoluit. ergo cum ille qui suffragia facit, quodãmodo soluat debitum eius pro quo facit, ei soli proderit.

¶ 2 Præt. Sicut homo faciens suffragia quodammodo satisfacit ꝓ mortuo, ita & interdum aliquis pro uiuo potest satisfacere, ut supra dist. 20. dictũ est: sed quãdo aliquis satisfacit pro uiuo, satisfactio illa non computatur nisi illi pro quo facta est. ergo & suffragia faciens, ei soli prodest, pro quo facit. q. 1. ar. 2. q. 3. in cor.

II VLTERIVS. Videtur quòd suffragia facta pro multis tãtumdẽ ualeant singulis, ac si pro unoquoque singulariter fierent. Videmus enim quòd ex lectione quæ uni legitur, nihil ei deperit, si simul & alii legatur. ergo & eadẽ ratione nihil deperit ei, pro quo fit suffragium, si ei aliquis connumeretur, & ita si pro pluribus fiat, tantum ualet singulis ac si pro unoquoq; singulariter fieret.

¶ 2 Præter. Secundum communem usum ecclesiæ uidemus ꝙ cum Missa pro aliquo defuncto dicitur, simul etiam orationes illic adiunguntur pro aliis defunctis: hoc autem nõ fieret, si ex hoc defunctus, pro quo Missa dicitur, aliquod detrimentum reportaret. ergo idem quod prius.

¶ 3 Præt. Suffragia, præcipue orationum, innituntur diuinæ uirtuti: sed apud deum sicut non differt iuuare per multos, uel per paucos, ita non differt iuuare multos, uel paucos. ergo quantum iuuaretur unus ex una oratione si pro eo tantum fieret, tantum iuuabuntur singuli multorum, si eadem oratio pro multis fiat.

SED CONTRA. Melius est plures iuuare, quàm unum. si ergo suffragium pro multis factum tantum ualeret singulis, ac si pro uno tantum fieret, uidetur quòd ecclesia non debuit instituisse ut pro aliquo singulariter Missa, uel orõ fieret, sed ꝙ semper diceretur ꝓ oib' fidelibus defunctis, quod patet esse falsũ.

petatis ab eo. Nec ista ex parte cognouit, sed futura omnia temporalia, atque in eis etiam quid, & quando ab illo petituri fueramus, & quos, & de quibus rebus uel exauditurus, uel non exauditurus esset sine initio ante præsciuit. Nõ ergo dicitur angelus orationes no-

¶ 2 Pręt. Suffragium habet finitam efficaciam. ergo distributũ in multos minus prodest singulis, quàm prodesset si fieret pro G uno tantum.

III VLTERIVS. Videtur ꝙ tantum ualeant suffragia cõia illis pro quibus specialia nõ fiunt, quantum illis pro quibus fiũt ualent spiritualia & cõia simul. Vnicuiq; n. secundum propria merita reddetur in futuro: sed ille pro quo non fiunt suffragia, meruit ut tantum iuuaretur post mortem, quãtum ille pro quo fiũt spiritualia. ergo tñ iuuabit ꝑ cõia quãtũ ille per spãlia & cõia.

¶ 2 Præt. Inter ecclesiæ suffragia præcipuũ est eucharistia: sed eucharistia cũ cõtineat totũ Christũ, habet quodãmodo efficaciã infinitã. ergo una oblatio eucharistiæ quæ cõiter pro omnibus fit, ualet ad plenã liberationẽ eorũ qui sunt in purgatorio, & ita tãtũ iuuant cõia suffragia sola, quantum iuuãt specialia & cõia simul.

SED CONTRA est, ꝙ duo bona uno sunt magis eligẽda. ergo suffragia cõia & spãlia magis ꝓsunt ei, ꝓ quo fiũt, q̃ cõia tm̃.

RESPON. Dicendũ ad primã quæstionẽ, ꝙ circa hoc fuit H duplex opinio. Quidam enim, ut Præpositinus, dixerunt, quòd suffragia pro uno aliquo facta nõ magis prosunt ei pro quo fiũt, quàm aliis qui sunt magis digni, & ponebat exemplum de candela quæ accenditur pro aliquo diuite, quæ non minus aliis prodest qui cum eo sunt, quàm ipsi diuiti, & forte magis, si habeant oculos clariores. Et etiam de lectione quæ non magis prodest ei pro quo legitur, quàm aliis qui simul cum eo audiunt, sed forte aliis magis qui sunt sensu capaciores. Et si eis obiiceretur, ꝙ secũdum hoc ecclesiæ ordinatio esset uana, quæ specialiter pro aliquibus orationes instituit, dicebant quòd hoc ecclesia fecit ad excitãdas deuotiones fidelium, qui promptiores sunt ad facienda specialia suffragia q̃ communia, & feruentius ẽt pro suis propinquis orãt quàm pro extraneis. Alii econtrario dixerunt, quòd suffragia magis ualent e, pro quo fiunt. Vtraque autem opinio secundum aliquid ueritatem habet. Valor enim suffragiorum potest pensari ex duobus. Valent enim uno modo ex uirtute charitatis, quæ facit I omnia bona cõmunia, & secundũ hoc uerũ est ꝙ magis ualẽt ei qui magis charitate est plenus, quamuis pro eo specialiter non fiãt: & sic ualor suffragiorũ attenditur magis secundũ quãdã interiorẽ consolationẽ, secundũ qđ unus in charitate existẽs, de bonis alterius delectatur post mortẽ, quãtũ ad diminutionẽ pœnæ: post mortẽ. n. non est locus acquirendi gratiã, uel augmentandi, ad qđ ualent nobis in uita opera aliorũ ex uirtute charitatis. Alio mõ suffragia ualent ex hoc, ꝙ per intentionem unius alteri applicantur, & sic satisfactio unius alteri computatur. Et hoc modo non est dubium quòd magis ualent ei pro quo fiunt, immo sic ei soli ualent. Satisfactio enim proprie ad pœnæ dimissionem ordinatur: unde quantum ad dimissionem pœnæ præcipue ualet suffragium ei pro quo fit, & secundum hoc secunda opinio plus habet de ueritate quàm prima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd suffragia prosunt per modum luminis, inquantum a mortuis acceptãtur, & ex hoc quãdam consolationẽ recipiunt, & tanto maiorẽ, quanto maiori cha K ritate sunt præditi: sed inquantum suffragia sunt quædam satisfactio per intentionẽ facientis translata in alterũ, nõ sunt similia lumini, sed magis solutioni alicuius debiti: nõ autem est necesse, ut si debitum pro uno soluitur, quòd ex hoc aliorũ debitũ soluatur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ istud meritũ est conditionale, quo sibi meruerũt: hoc enim modo sibi meruerũt, ut sibi prodessent si pro eis fierent, quod nihil aliud fuit quàm facere se habiles ad recipiendum: unde patet quòd non directe meruerũt illud iuuamen suffragiorum, sed per merita præcedentia se habilitauerũt ut fructum suffragiorum susciperent, & ideo non sequitur quòd meritum eorum frustretur.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ nihil prohibet diuites quantum ad aliquid, esse melioris cõditionis quàm pauperes, sicut quantũ ad expiationem pœnæ: sed hoc quasi nihil est comparatum possessioni regni cœlorum, in qua pauperes melioris conditionis esse ostẽduntur per authoritatem inductam.

¶A

AD SECVNDAM quæstionẽ dicendum, ꝙ si valor suffragiorum consideretur secundum quod valent ex virtute charitatis vnientis membra ecclesiæ, suffragia pro multis facta tantum singulis prosunt ac si pro vno tantũ fierent, quia charitas non minuitur, si diuidatur effectus eius in multos, immo magis augetur: & similiter etiam gaudiũ qñ pluribus est cõmune fit maius, vt dicit August. 8. cõfess. & sic de vno bono facto non minus lætantur multi in purgatorio, q̃ vnus. Si autem cõsideretur valor suffragiorum inquantum sunt satisfactiones quædam per intentionem facientis translatę in mortuos, tunc magis valet suffragium alicui quod pro eo singulariter fit, q̃ qđ pro eo cõiter fit & multis alijs. Sic .n. effectus suffragij diuidit ex diuina iustitia ĩter eos ꝓ qb' suffragia fiũt: vnde patet ꝙ hæc q̃stio depẽdet ex prima, & ex hoc etiã patet quare institutũ sit vt suffragia specialia in ecclia fiãt. A

stras offerre Deo, quasi De' tũc nouerit quid velimus, & quo indigeamus, qui omnia antequã fiãt, sicut & postquàm facta sunt nouit: sed quia necesse habet rationalis creatura tẽporales causas ad æternã veritatẽ referre siue petendo, quid erga se fiat, siue cõsulendo qđ faciat.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ suffragia, vt sunt satisfactiones quædam, nõ prosunt per modum actionis, sicut doctrina prodest, quæ sicut & omnis alia actio effectum habet secundum dispositionẽ recipientis, sed valent per modum solutionis debiti, vt dictum est, & ideo non est simile.

¶ Ad scdm dicẽdũ, ꝙ q̃a suffragia ꝓ vno facta aliquo mõ etiã alijs prosunt, vt ex dictis patet: ideo cũ ꝓ vno Missa dr̃, nõ est inconueniens vt pro alijs etiã orõnes fiant. Nõ. n. ad hoc dicũtur aliæ orõnes, vt satisfactio vnius suffragij determinetur ad alios principaliter, sed vt illis orõ pro eis specialiter fusa ꝓsit.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ orõ considerat & ex parte orantis, & ex pte eius q orat, & ex vtroq; effect' eius depẽdet: & ideo quãuis diuinę virtuti nõ sit magis difficile absoluere multos q̃ vnũ, tñ hmõi orãtis orõ nõ est ita satisfactoria ꝓ multis, sicut pro vno.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ huiusmodi etiam solutio dependet ex solutione primæ quæstionis. Si. n. suffragia specialiter pro vno facta, indifferenter omnibus valẽt, tunc omnia suffragia sunt communia, & ideo tñ iuuabitur ille pro quo non fiunt specialia, quãtum ille pro quo fiunt, si sit æqualiter dignus. Si autem suffragia pro aliquo facta nõ indifferẽter omnibus prosint, sed eis maxime pro quibus fiunt, tũc non est dubium, ꝙ suffragia cõia & specialia simul plus valent alicui q̃ cõia tm̃: & ideo magister duas opiniones in lr̃a tangit, Vnã quę dicit, ꝙ ęqualiter prosunt diuiti cõmunia & specialia & pauperi cõmunia tñ: quamuis. n. ex pluribus vnus iuuet q̃ alter, non tñ plus iuuatur. Aliam aũt tangit, cũ dicit ꝙ ille pro quo fiunt suffragia, cõsequitur feliciorem absolutionẽ, sed non pleniorem, quia vterque finaliter ab omni pęna liberabit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut ex dictis patet, iuuamen suffragiorum non cadit directe sub merito & simpliciter, sed quasi sub conditione, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ q̃uis virtus Christi quæ continetur sub sacramento eucharistiæ, sit infinita, tamen determinat' est effectus, ad quem illud sacramentum ordinatur: vnde non oportet quòd per vnum altaris sacrificium tota pœna eorum qui sunt in purgatorio expietur, sicut etiam nec per vnum sacrificiũ quod aliquis homo offert, liberatur a tota satisfactione debita pro peccatis, vnde & quandoque plures Missæ in satisfactionem vnius peccati iniunguntur. Credibile tñ est, ꝙ per diuinam misericordiam si aliquid de specialibus suffragijs superfit his pro quibus fiunt, vt. s. eis non indigeant, alijs dispensetur, pro quibus nõ fiunt si eis indigeãt, vt patet per Damas. in sermone de dormientibus sic dicentem. Deus tanquàm iustus cõmetietur impotenti possibilitatem, tanquàm suscipiens vere defectuũ cõmutationẽ negotiabitur, quæ quidẽ negotiatio attenditur ꝙ id quod deest vni, alter supplet. E

QVAESTIO III.

Deinde quæritur de orationibus sanctorum, quibus pro nobis orant.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum sancti orationes nostras cognoscant.
¶ Secundo, Vtrũ debeam' oẽs interpellare ad orãdũ ꝓ nobis.
¶ Tertio, Vtrũ orõnes eorũ ꝓ nobis fusę semper exaudiãt.

Vtrum autem possumus sanctos orare, & vtrum sancti, qui sunt in patria, orent pro nobis, habitum est supra dist. 15.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum sancti orationes nostras cognoscant.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ sancti orationes nr̃as nõ cognoscãt Esa. 43. Pater noster es, & Abrahã nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. glo. Aug. dicit, quia mortui & sancti nesciunt quid agant viui, etiam eorum filij, & sumitur ab August. in lib. de cura pro mortuis agẽda, vbi hanc authoritatem inducit, & sunt hæc verba August. ibidem. q. 4. ar. 5. q. 2. & qõno eadẽ art. 6. quęstiũ. 2. Cap. 13.

Quod dictum est de angelis, attribuit sanctis animabus.

SI autem angeli a Deo per uerbum eius discunt petitiones nostras, & quid de his iplendũ sit, & qđ nõ, cur nõ credam' & animas sanctorum Dei B

Si tanti patriarchæ quid erga populum ab eis procreatum ageretur ignorauerunt, quomodo mortui viuorũ rebus atque actibus cognoscendis, adiuuandisque miscentur? ergo sancti orationes nostras cognoscere non possunt.

¶ 2 Præt. 4. Reg. 22. dicitur ad Iosiam regem. Idcirco, quia scilicet fleuisti coram me, colligam te ad patres tuos, vt nõ videãt oculi tui mala omnia quæ inducturus sum in locum istum: sed in hoc nullo modo per mortem Iosię subuentum fuisset, si post mortem genti suæ quid eueniret cognosceret. ergo sancti mortui actus nostros non cognoscunt, & ita non intelligunt orationes nostras.

¶ 3 Præt. Quanto aliquis est in charitate perfectior, tanto magis proximo in periculis subuenit: sed sancti in carne viuentes proximis & maxime sibi coniunctis in periculis & consulunt, C & auxiliantur manifeste. cum ergo post mortem sint multo maioris charitatis, si facta nostra cognoscerent, multò amplius suis charis sibi coniunctis consulerent & auxiliarentur in necessitatibus, quod facere non videntur. ergo non videtur quòd actus nostros & orationes cognoscant.

¶ 4 Præt. Sicut sancti post mortem vident verbum tantum, & angeli, de quibus dicitur Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem patris mei: sed angeli verbum videntes non propter hoc omnia cognoscunt, cum a nescientia minores a superioribus purgentur, vt patet per Diony. in 6. cap. eccle. hierar. ergo nec sancti quàmuis verbum videant, in eo nostras orationes cognoscunt, & alia quæ circa nos aguntur.

¶ 5 Præt. Solus deus est inspector cordiũ: sed oratio præcipue in corde consistit. ergo solius dei est orationes cognoscere. non ergo sancti orationes nostras cognoscunt.

SED CONTRA super illud Iob. 14. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelligent, dicit Beatus Greg. Cap. 13.
D 13. lib. moral. Hoc de animabus sanctis sentiendum non est, quia quæ intus omnipotentis dei claritatem vident, nullo mõ credendum est ꝙ sit foras aliquid quod ignorent. ergo ipsi orationes sibi factas cognoscunt.

¶ 2 Præt. Grego. in 2. dial. Animæ videnti creatorem angusta ẽ oĩs creatura. Quãtumlibet. n. de luce creatoris aspexerit, breue fit ei omne quod creatũ est: sed hoc maxime impedire videretur, ꝙ animę sanctorum orationes, & alia quæ circa nos agũtur, cognoscant, quia a nobis distant. cum ergo distantia illa non impediat, vt ex prædicta authoritate patet, videtur quòd aĩæ sctõrum cognoscant orõnes nr̃as, & ea quæ hic aguntur. Cap. 35.

¶ 3 Præt. Si ea quæ circa nos aguntur non cognoscerent, nec pro nobis orarent, quia defectus nostros ignorarent: sed hic est error Vigilantij, vt Hiero. dicit in epistola contra eum. ergo sancti ea quæ circa nos aguntur, cognoscunt.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ diuina essentia est sufficiens medium cognoscẽdi omnia, quod patet ex hoc, ꝙ deus videndo suam essentiam omnia intuetur: non tamen sequitur quòd E quicumque essentiam dei videt, omnia cognoscat, sed solum qui essentiam d comprehendit: sicut nec principio aliquo cognito consequens est omnia cognosci, q̃ ex principio cõsequunt, nisi tota virtus principij cõprehendat. Vñ cum animæ sctõrũ diuinam essentiam non comprehendant, non est consequens vt omnia cognoscant, quæ per essentiam diuinã cognosci pñt, vñ etiã de quibusdam inferiores angeli a supioribus edocent, q̃uis oẽs essentiam diuinã videant: sed vnusquisque beatus tñ de alijs rebus necessarium est vt in essentia diuina videat, quãtum perfectio beatitudinis requirit, vt homo habeat quicquid velit, nec aliquid inordinate velit, sicut infra dist. 49. habetur, hoc aũt recta voluntate quilibet vult, vt ea quæ ad ipsum pertinent cognoscat: vñ cum nulla rectitudo sctĩs desit, volunt cognoscere ea, quæ ad ipsos pertinent, & ideo oportet, ꝙ illa in verbo cognoscant: hoc aũt ad eorum gloriam ptinet ꝙ auxiliũ indigentibus præbeant ad salutem, sic enim dei coöperatores D. 366. q. 2. art. 5. per totũ.

efficiuntur, qno nihil est diuinius, vt Dio. dicit 3. cap. eccleſia. hierar. vnde patet quòd ſancti cognitionem habeāt eorū quæ ad hoc requirunt, & ſic manifeſtū ē ꝙ ī verbo cognoſcūt vota, & oſones, & deuotiões hominū q̄ ad eorū auxiliū cōfugiunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ verbū Aug. eſt intelligendū de cognitione naturali animarum ſeparatarum, q̄ quidem cognitio in ſanctis viris nō eſt obtenebrata, ſicut eſt in peccatoribus: nō aūt loquitur de cognitione in verbo, quam cōſtat Abraham eo tē pore, quo hęc dicta ſunt p Eſaiā, non habuiſſe, cum ante paſſionē Chri nullus ad viſionem dei peruenerit.

¶ Ad ſecundum dicendū, ꝙ ſancti & ſi poſt vitam cognoſcāt q̄ hic geruntur, nō tn credendū eſt ꝙ afficiantur doloribus, cognitis aduerſitatibus eorum quos hic in ſæculo dilexerunt: ita .n. repleti ſunt gaudio beatitudinis, ꝙ dolor in eis locum non inuenit, ſi cognoſcant ſuorum infortunia poſt mortem, nihilo minus eorum dolori conſulitur ſi ante huiuſmodi infortunia de hoc ſæculo ſubtrahuntur: ſed forte animæ non glorificatæ dolorem aliquem ſentient, ſi incommoda ſuorum charorū perciperent. Et quia anima Ioſię non ſtatim glorificata fuit a corpore egreſſa, ītn ad hoc ex hac rōne Aug. concludere nititur, ꝙ animæ mortuorū non habent cognitionē de factis viuētiū.

¶ Ad tertium dicendū, quòd animæ ſanctorum habent volūtatem plenarie conformem diuinæ voluntati, etiam in volito: & ideo quamuis affectum charitatis ad proximum retineant, nō tamen eis aliter auxilii ferunt, q̄ ſecundum qd diuinam iuſtitiam vident eſſe diſpoſitum, & tn credendum eſt ꝙ multum proximos iuuent pro eis apud deum intercedendo.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quāuis videntes verbum, nō ſit neceſſarium omnia in verbo videre, vident tamen ea quæ ad perfectionem pertinent beatitudinis eorum, vt dictum eſt.

In cor. præſentis arti. ¶ Ad quintum dicendum, ꝙ cogitationes cordium ſolus deus per ſeipſum nouit, ſed tamen alij cognoſcere poſſunt quatenꝰ eis reuelatur vel per viſionē verbi, vel quocumque alio modo.

ARTICVLVS II.

b Vtrum debeamus ſanctos orare ad interpellandum pro nobis.

2. 2. q. 83. art. 11. AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ non debeamus ſanctos orare ad interpellandum pro nobis. Nullus enim amicus alicuius interpellat ad orandum pro ſe, niſi quatenus apud eos credit facilius gratiam obtinere: ſed deus eſt infinitum magis miſericors quolibet ſancto, & ſic eius voluntas facilius inclinatur ad nos exaudiendum, q̄ voluntas alicuius ſancti. ergo videtur ſuperfluum eſſe conſtituere ſanctos mediatores inter nos & deum, vt ipſi pro nobis intercedant.

¶ 2 Præt. Si eos ad orandum pro nobis interpellare debemus, hoc non eſt niſi quia ſcimus eorum orationem eſſe deo acceptā: ſed quanto aliquis eſt ſanctior inter ſctōs, tāto eius oīo eſt magis deo accepta. ergo ſemper deberemus ſuperiores ſanctos p nobis interceſſores conſtituere ad deum, & nunq̄ minores.

¶ 3 Præt. Chriſtus ēm etiā quod hō, dicitur ſanctus ſanctorū, & ei ēm quod hō orare cōpetit: ſed numq̄ Chīm ad orādū pro nobis ītерpellamus. ergo nec alios ſanctos interpellare debem⁹.

¶ 4 Præt. Quicūque rogatus ab aliquo pro eo intercedit, preces ipſius ei repreſentat, apud quem pro eo intercedit: ſed ſuperfluum eſt aliquid pſentare ei, cui ſunt omnia pñtia. ergo ſuperfluū eſt ꝙ ſctōs p nobis interceſſores cōſtituamus ad deū.

¶ 5 Præt. Illud eſt ſuperfluum, quod ſit propter aliquid quod ſine eo eodem mō fieret, vel nō fieret: ſed ſimiliter ſancti orarent pro nobis, vel nō oraret ſiue nos oremus eos, ſiue nō oremus, quia ſi ſumus digni vt pro nobis orent, etiā nobis eos nō orantibus, pro nobis orarent: ſi autem ſumus indigni, etiam ſi petamus, pro nobis non orant. ergo interpellare eos ad orandum pro nobis videtur omnino ſuperfluum.

SED CONTRA eſt, qđ dr Iob. 5. Voca ergo ſi eſt q̄ tibi reſpōdeat, & ad aliquē ſctōrum conuertere: vocare aūt nām, vt Greg. ibidē dicit, eſt humili deū ꝑce deposcere. ergo cū volum⁹ orare deū, debem⁹ ad ſctōs conuerti vt orent ꝑ nobis ad deū.

Lib. 5. moꝝ moral. cap. 30. ¶ 2 Præt. Sancti qui ſunt in patria, magis ſunt accepti deo q̄ in ſtatu viæ: ſed ſanctos qui ſunt in via cōſtituere debemus interpellatores pro nobis ad deū exēplo Apoſtoli, q̄ dicebat Ro. 15. Obſecro vos fratres per dominū noſtrū Ieſum Chriſtū, & per charitatem ſpiritus ſancti, vt adiuuetis me in oīonibus veſtris pro me ad Deum. ergo & nos multo fortius petere debemus a ſanctis qui ſunt in patria, vt nos iuuent oīonibus ad deum.

¶ 5 Præt. Ad hoc eſt communis conſuetudo eccleſiæ, q̄ ī letaniis ſanctorū orationem petit.

RESPON. Dicendum, ꝙ iſte ordo eſt diuinitus inſtitutꝰ in rebus ſēdm Dio. vt p media vltima reducant ī deū: vñ cū ſancti q̄ ſunt in patria, ſint deo ꝓpinquiſſimi, hoc diuinę legis ordo requirit, vt nos qui manēmus in corpore peregrinamur a dño, in eum per ſctōs medios reducamur, quod quidem cōtingit, dum per eos diuina bonitas ſuū effectū diffundit. Et quia reditus nr in deū reſpondere debet proceſſui bonitatum ipſius ad nos, ſicut mediantibus ſanctorum ſuffragijs dei beneficia in nos deueniunt, ita oportet nos in deum reduci, vt iterato bñficia eius ſumamus mediantibus ſanctis: & inde eſt ꝙ eos interceſſores pro nobis ad deum conſtituimus, & quaſi mediatores dum ab eis petimus quòd pro nobis orent.

Plurib⁹ ex locis eccleſtis ſuæ hierar. & maxime ex cap. 13.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut non eſt pp defectum diuinæ potentiæ, ꝙ mediantibus ſecundis cauſis agentibus operatur, ſed eſt ad complementum ordinis vniuerſi, & vt eius bonitas multiplicius diffundatur in res, dum res ab ea nō ſolum ſuſcipiunt bonitates proprias, ſed inſuper ꝙ alijs cauſa bonitatis exiſtāt: ita etiam non eſt propter defectum miſericordiæ ipſius, ꝙ oporteat eius clementiam per orationes ſanctorū pulſare, ſed eſt ad hoc vt ordo prædictus conſeruetur in rebus.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ quamuis ſuperiores ſancti ſint magis deo accepti q̄ inferiores, vile tn eſt etiam minores ſanctos interdum orare, & hoc propter qninq; rationes. Primo ex hoc, ꝙ aliquis quādoque habet maiorē deuotionem ad ſanctū minorem q̄ ad maiorem: ex deuotione aūt maxime dependet orationis effectus. Secundo, propter faſtidium tollendum, q̄ aſſiduitas vnius rei faſtidiū parit: per hoc aūt ꝙ diuerſos ſanctos oramus, quaſi in ſingulis nouus feruor deuotionis excitatur. Tertio, quia quibuſdā ſanctis datū eſt ī aliquibus ſpecialibus cauſis præcipue patrocinari, ſicut ſancto Antonio ad ignē infernalem. Quarto, vt honor debitus omnibus exhibeatur. Quinto, quia plurium orationibus quandoque impetratur, quod vnius oratione non impetraretur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ oīo eſt actus quidā, actus aūt ſunt particularium ſuppoſitorum: & ideo ſi diceremus, Chriſte ora pro nobis, niſi aliquid adderetur, videremur hoc ad perſonam Chriſti referre, & ita videretur eſſe conſonū vel errori Neſtorij, qui diſtinxit in Chō perſonā filij hominis a perſona filij dei: vel errori Arij, qui poſuit perſonā filij minorem pñr: vnde ad hos errores euitandos eccleſia nō dicit, Chriſte ora pro nobis, ſed, Chriſte audi nos, vel, Miſerere nobis.

¶ Ad quartū dicendū, ꝙ ſicut infra dicetur, nō dār ſancti ꝑces nras deo repreſentate quaſi ei incognita manifeſtēt, ſed qa eas exaudiri a deo petūt, vel de eis diuinam conſulunt veritatem, quod .ſ. ſecundum eius prouidentiam fieri debeat.

¶ Ad quintū dicendū, ꝙ ex hoc ipſo aliquis efficit dignus vt ſctūs aliquis pro eo oret, ꝙ ad ipſum cū pura deuotione in ſua neceſſitate recurrit, & ita non eſt ſuperfluum ꝙ ſctōs oremus.

ARTICVLVS III.

c Vtrum orationes ſanctorum pro nobis ad Deum fuſæ ſemper exaudiantur.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ orationes ſanctorum pro nobis ad deum fuſæ non ſemper exaudiantur. Si enim exaudirentur, maxime exaudirentur ſancti de his, quæ ad eos pertinent: ſed de his non exaudiuntur, vnde dicitur Apocalyp. 6. quòd martyribus petentibus vindictam his qui ſunt ſuper terram, dictum eſt vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec impleretur numerus fratrum ſuorum. ergo multo minus exaudiuntur de his, quæ ad alios pertinent.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Hiere. 15. dicitur. Si ſteterit Moyſes & Samuel corā me non eſt anima mea ad populum iſtum, ergo ſancti non ſem per exaudiuntur, cum pro nobis orant ad deum.

¶ 3 Præt. Sancti in patria æquales dei angelis eſſe commemorantur, vt patet Matth. 22. ſed angeli non ſemper exaudiuntur in ſuis orationibus, quas fundunt ad deum, quod patet ex hoc quod habetur Dan. 10. vbi dicitur. Ego veni propter ſermones tuos: princeps aūt regni Perſarum reſtitit. 21. diebus, nō autem venerat in adiutorium Danielis angelus qui loquebatur, niſi a deo liberationem eorum petendo, & non eſt impetrata orationis eius impletio. ergo nec etiam alii ſancti orantes pro nobis apud deum ſemper exaudiuntur.

¶ 4 Præt. Quicūque oratione impetrat aliquid, quodammodo meretur illud: ſed illi qui ſunt in patria non ſunt in ſtatu merendi. ergo non poſſunt ſuis orationibus nobis aliquid impetrare apud deum.

¶ 5 Præt. Sancti per omnia conformant voluntatem ſuam voluntati diuinæ. ergo non volunt niſi qđ ſciunt deum velle: ſed nullus orat niſi quod vult. ergo non orant pro eo niſi quod ſciunt deum velle: ſed hoc quod deus vult, fieret eis etiam nō orantibus. ergo eorum orationes non ſunt efficaces ad aliquid impetrandum.

¶ 6 Præt. Orationes totius cęleſtis curiæ, ſi aliquid impetrare poſſunt, efficaciores eſſent quàm omnia pręſentis eccleſiæ ſuffragia: ſed multiplicatis ſuffragijs præſentis eccleſiæ factis pro aliquo in purgatorio exiſtente, totaliter abſolueret a pœna. cum ergo ſancti qui ſunt in patria, eadem ratione orent pro illis qui ſunt in purgatorio, ſicut & pro nobis, ſi nobis aliquid impetrant, illos qui ſunt in purgatorio totaliter orationes eorum a pœna abſolverent, quod falſum eſt, quia ſic ſuffragia eccleſiæ pro defunctis facta ſuperflua eſſent.

SED CONTRA eſt, quod habetur 2. Machabæ. vlti. Hic eſt qui multum orat pro populo, & pro vniuerſa ciuitate Hieremias ꝓpheta dei. Et ꝙ eius oratio ſit exaudita patet per hoc quod ſequitur, ꝙ extendit Hieremias dexteram, & dedit Iudæ gladium dicens. Accipe ſanctum gladium munus a deo &c.

¶ 2 Præt. Hiero. in epiſtola contra Vigilantium. Dicis in libello tuo, ꝙ dum viuimus, mutuo orare pro nobis poſſumus, & hoc poſtea improbat, dicens ſic. Si apoſtoli & martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti, quanto magis poſt coronas, victorias, & triumphos?

¶ 3 Præt. Ad hoc eſt conſuetudo eccleſiæ, quæ frequenter petit, vt ſanctorum orationibus adiuuetur.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſancti dupliciter dicuntur orare pro nobis. Vnomodo oratione expreſſa, dum votis ſuis aures diuinæ clementiæ pro nobis pulſant. Aliomodo oratione interpretatiua, ſcilicet per eorum merita, quæ in conſpectu dei exiſtentia non ſolum eis cedunt ad gloriam, ſed ſunt nobis etiam ſuffragia & orationes quædam, ſicut etiā ſanguis Chriſti pro nobis effuſus dicitur veniam petere. Vtroque autē modo ſanctorum orationes ſunt quantum eſt in ipſis efficaces ad impetrandum quod petunt, ſed ex parte noſtra poteſt eſſe defectus, ꝙ non aſſequamur fructum orationum ipſorum, ſecundū quod pro nobis orare dicuntur ex hoc, ꝙ merita ipſorum nobis proficiunt, ſed ſecundum quod orant pro nobis votis ſuis nobis aliquid poſtulando, ſemper exaudiuntur, quia non volunt niſi quod deus vult, nec petunt niſi quod volunt fieri: quod autem deus ſimpliciter vult impletur, niſi loquamur de voluntate antecedente, ſecundum quam vult omnes homines ſaluos fieri, quæ non ſemper impletur, vnde nec eſt mirum, ſi etiam qnòd ſancti volunt, per hunc modum voluntatis interdum non impletur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa oratio martyrum non eſt aliud quàm eorum deſiderium de obtinenda ſtola corporis, & ſocietate ſanctorum qui ſaluandi ſunt, & conſenſus, quo cōſentiūt diuinæ iuſtitiæ punienti malos: vnde Apocal. 6. ſuper illud. Vſquequo dñe &c. dicit gl. Deſiderāt maius gaudiū & conſortium ſanctorum, & iuſtitiæ dei conſentiunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ dominus loquitur ibi de Moyſe & Samuele ſecūdum ſtatum quo fuerunt in hac vita, ipſi. n. leguntur pro populo orantes iræ dei reſtitiſſe, vt interlin earis dicit: & tamen ſi illo tempore fuiſſent, non potuiſſent oratio-

nibus deum placare ad populum propter populi illius malitiā, & hic eſt intellectus litteræ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa pugna bonorum angelorum nō intelligitur ex hoc ꝙ apud deum contrarias orationes funderent, ſed quia contraria merita ex diuerſis partibus ad diuinum examen referebāt diuinam ſententiam expectantes: & hoc eſt quod Grego. dicit 17. moral. exponens prædicta verba Dani. Sublimes ſpiritus gentibus principātes nequaquām ꝓ iniuſte agētibus de certant, ſi eorum ſacta recte iudicantes examinant, cumque vniuſcuiuſque gentis vel culpa, vel iuſtitia ad ſupernæ curiæ ſolium ducitur, eiuſdem gentis præpoſitus vel obtinuiſſe in certamine, vel nō obtinuiſſe perhibetur: quorum tamen omnium vna victoria eſt ſuper ſe opificis voluntas ſumma, quā dum ſemper aſpiciunt, quod obtinere non valent, nequaquām volunt: vnde nec petunt, ex quo & patet ꝙ orationes eorum ſemper audiuntur. Cap. 1.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ licet ſancti non ſint in ſtatu merendi ſibi poſtquām ſunt in patria, ſunt tamen in ſtatu merendi alijs, vel potius ex merito præcedenti alios iuuandi: hoc. n. apud deum viuentes meruerunt, vt eorum orationes exaudirentur poſt mortem. Vel dicendum, ꝙ oratio ex alio meretur, & ex alio impetrat. Meritum enim conſiſtit in quadam adæquatione actus ad finem propter quem eſt, qui ei quaſi merces redditur, ſed orationis impetratio innititur liberalitati eius qui rogatur. Impetrat. n. aliquis quandoque ex liberalitate eius qui rogatur, quod tamen ipſe non meruit: & ita quamuis ſancti non ſint in ſtatu merendi, tamen non ſequitur quòd non ſint in ſtatu impetrandi.

¶ Ad quintum dicēdum, ꝙ ſicut ex authoritate Greg. inducta patet, ſancti non volunt, vel angeli niſi quòd in diuina voluntate conſpiciunt: & ita etiam nihil aliud petunt, nec tn corū oratio eſt infructuoſa, quia ſicut dicit Auguſt. in li. de prædeſtinatione ſanctorū. Orationes ſanctorū prædeſtinatis proſunt, quia forte præordinatum eſt vt orationibus interceděntium ſaluentur: & ita etiam deus vult vt orationibus ſanctorum impleatur illud quod ſancti vident eum velle.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ ſuffragia eccleſiæ ſunt pro defunctis quaſi quædam ſatisfactiones viuentium vice mortuorum, & ſecundum hoc mortuos a pœna abſoluunt, quam non ſoluerunt: ſed ſancti qui ſunt in patria non ſunt in ſtatu ſatisfaciendi, & ideo non eſt ſimile de eorum orationibus, & de ſuffragijs eccleſiæ.

DISTIN. XLVI.

A

Si alde malis detur mitigatio pœnæ.

Quæritur hic de valde malis, vtrum & ipſi in aliqua pœnarum mitigatione Dei miſericordiā ſentiāt, ut miſericorditer iudicantes examinant, cumque vniuſcuiuſque gentis vel culpa, vel iuſtitia ad ſupernæ curiæ ſolium ducitur, eiuſdem gentis præpoſitus vel obtinuiſſe in certamine, vel nō obtinuiſſe perhibetur: quorum tamen omnium vna victoria eſt ſuper ſe opificis voluntas ſumma, quā dum ſemper aſpiciunt, quod obtinere non valent, nequaquām volunt: vnde nec petunt, ex quo & patet ꝙ orationes eorum ſemper audiuntur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ licet ſancti non ſint in ſtatu merendi ſibi poſtquām ſunt in patria, ſunt tamen in ſtatu merendi alijs, vel potius ex merito præcedenti alios iuuandi: hoc. n. apud deum viuentes meruerunt, vt eorum orationes exaudirentur poſt mortem. Vel dicendum, ꝙ oratio ex alio meretur, & ex alio impetrat. Meritum enim conſiſtit in quadam adæquatione actus ad finem propter quem eſt, qui ei quaſi merces redditur, ſed orationis impetratio innititur liberalitati eius qui rogatur. Impetrat. n. aliquis quandoque ex liberalitate eius qui rogatur, quod tamen ipſe non meruit: & ita quamuis ſancti non ſint in ſtatu merendi, tamen non ſequitur quòd non ſint in ſtatu impetrandi.

¶ Ad quintum dicēdum, ꝙ ſicut ex authoritate Greg. inducta patet, ſancti non volunt, vel angeli niſi quòd in diuina voluntate conſpiciunt: & ita etiam nihil aliud petunt, nec tn corū oratio eſt infructuoſa, quia ſicut dicit Auguſt. in li. de prædeſtinatione ſanctorū. Orationes ſanctorū prædeſtinatis proſunt, quia forte præordinatum eſt vt orationibus interceděntium ſaluentur: & ita etiam deus vult vt orationibus ſanctorum impleatur illud quod ſancti vident eum velle.

¶ Ad ſextum dicendum, ꝙ ſuffragia eccleſiæ ſunt pro defunctis quaſi quædam ſatisfactiones viuentium vice mortuorum, & ſecundum hoc mortuos a pœna abſoluunt, quam non ſoluerunt: ſed ſancti qui ſunt in patria non ſunt in ſtatu ſatisfaciendi, & ideo non eſt ſimile de eorum orationibus, & de ſuffragijs eccleſiæ.

EXPOSITIO TEXTVS.

VM facta fuerit reſurrectio bonorum gaudium amplius erit &c. Hoc intelligendum eſt materialiter, quia de pluribus gaudebunt, ſed non formaliter, quia non magis gaudebunt, vt dictum eſt. Sed de hoc magis infra dicetur diſt. 49. *Nam qui ſine fide operante per dilectionem, eiuſque ſacramentis &c.* Secundum hoc videtur quòd ſuffragia eccleſiæ non proſunt catechumenis in fide eccleſiæ decedentibus, cum tamen illi ſint in ſtatu ſalutis, vt patet ex dictis ſupra diſt. 4. Et dicendum, quòd licet non ſuſceperint ſacramenta eccleſiæ actu, ſuſceperunt tamen voto, quòd pro facto computatur, cum deeſt facultas. *Mediocriter malis ſuffragantur &c.* Iſta verba a diuerſis diuerſimode exponuntur. Illi enim qui dicunt ſuffragia eccleſiæ prodeſſe exiſtentibus in inferno, dicunt alios eſſe mediocriter bonos, & alios mediocriter malos. Dicunt enim valde malos eſſe eos qui ſine fide & ſacramentis eccleſiæ deceſſerunt, & his dicunt nihil prodeſſe ſuffragia: ſed mediocriter malos eos qui cum fide & ſacramentis eccleſiæ, in peccato tamen mortali deceſſerunt, quibus ſecundum eos valent ſuffragia ad pœnæ mitigationem, non autem ad pœnæ ſolutionem. Sed valde bonos dicunt illos, qui ſine criminali decedentes, ſtatim euolant, qui ſuffragijs non indigent. Mediocriter vero bonos, qui cremabilia ſecum ferunt, & in purgatorio detinentur, & his dicunt prodeſſe ſuffragia ad plenam abſolutionem. Qui vero dicunt ſuffragia non prodeſſe his qui ſunt in inferno, dicunt eoſdem eſſe mediocriter malos, & mediocriter bonos. Omnes enim qui ſunt in inferno valde malos dicūt, qui vero in patria valde bonos: eos vero qui ſunt in purgatorio dicunt mediocriter bonos, inquantum deficiunt a pfectione bonitatis, ſed & mediocriter malos, inq̄- In Iſa Magiſtri, & in Iſa Magri eiuſdē diſt. 4. q. 3. ar. 3. q. 2. & in expoſitiōe lię & 3. q. 68. art. 2. ad 2.

tum deficiunt a perfecta malitia, quæ est peccatū mortale. His aũ suffragia qũque prosunt ad mitigationẽ pœnę, qũque ad plenã absolutionem secundum differentiam quantitatis cremabilium & suffragiorum. & hæc expositio est conuenientior.

Vtht in litera Magistri. *Iniuria est pro martyre in ecclesia orare.* Hoc videtur contra illud quod supradictum est, quòd orationes ꝓ valde bonis sunt gratiarũ actiones.

Cap. 2. Et dicẽdum, ꝙ superior authoritas loquitur quãdo incertum est nobis quando sint valde

Super octo narii c. 19. boni, pro quibus oratur: hic autem Augustinus loquitur quãdo certum est qui sunt valde boni: sic enim qui ꝓ eis orat, quodammodo eos indigentes ostendit, & sic eis iniuriam facit. *Aestimo eum quasi per ignem transeuntem &c.* Hic ponuntur duo auxilia, quorum vnum adiuuabit illos qui in fine mundi inuenientur per modum satisfactiõis, scilicet ignis quo facies mundi purgabitur. Poterit enim esse vt intensio pœnæ suppleat quicquid deest ad temporis breuitatem, & præcipue cũm sit probabile quòd pauca cremabilia sint habituri, vtpote purgati per terrorem futuri iudicij ex signis præcedentibus præostensi. Aliud autem est ex vi charitatis, scilicet merita & intercessiones sanctorum, quæ eis suffragantur virtute charitatis. *Siue consulendo quid faciam &c.* Istud consilium nihil est aliud I quàm conuersio eorum ad deum, vt ab eo illuminationem percipiant de agendis.

DIVISIO TEXTVS.

OSTQVAM determinauit magister de receptaculis animarũ in quibus puniuntur, vel premiantur ante resurrectionem communem & iudicium generale, & de suffragijs quibus iuuamus mortuos, vel iuuamur ab eis: hic determinat de diuina iustitia & misericordia, quibus prædicta omnia dispensantur. Diuiditur autem in partes duas. In prima determinat de diuina iustitia & misericordia secundum operationem ad pœnam damnatorum. In secunda determinat de eis in generali, ibi. *Sed quomodo iustitiam dei, & pietatem &c.* Circa primum tria facit. Primo, ostendit quòd misericordia dei in pœnis damnatorum locum non habet. Secundo, ostendit K contrarium, ibi. *Sed his occurrit &c.* Tertio, determinat veritatem, ibi. *Vnde non incongrue dici potest &c.* Circa quod tria facit. Primo, proponit quid sit verum circa quæstionem prædictam. Secundo, solnit authoritatem quæ est in contrarium, ibi. *Quod igitur dictum est &c.* Tertio, exponit quoddam quod dixerat, s. quòd sit occultum dei iudicium, ibi. *Cuius occultum iudicium &c. Sed quomodo dei iustitiam &c.* Hic determinat multipliciter de iustitia & misericordia dei in communi. Et diuiditur in partes duas. In prima inquirit de differentia iustitiæ & misericordiæ dei. In secunda inquirit quomodo iustitia & misericordia concurrunt ad opus diuinum, ibi. *Post hæc considerari oportet &c.* Circa primum duo facit. Primo, mouet quæstiones. Secundo, determinat eas, ibi. *His responderi potest.* Circa primum duo facit. Primo inquirit, vtrum sit idem in deo iustitia & misericordia. Secundo, vtrum eadem opera debeant

Iustitiæ & misericordiæ attribui, ibi. *Cur igitur dicit scriptura &c. His responderi potest &c.* Hic soluit propositas quæstiones. Et circa hoc duo facit. Primo, soluit primam. Secundo secundam, ibi. *Quod autem opera quædam &c.* Circa primum tria facit. Primo, soluit primam quæstionem. Secundo, mouet dubitationem circa solutionem positam, ibi. *Sed secundum hoc occurrit quæstio &c.* Tertio, soluit dubitationem, ibi. *Sed dixi supra &c. Post hæc considerari oportet &c.* Hic inquirit quomodo misericordia & iustitia dei occurrunt ad opus ipsius. Et circa hoc duo facit. Primo, ostendit quòd nullum opus dei est, ad qđ non concurrat misericordia dei, vel iustitia. Secundo, inquirit, an ad quodlibet opus cõcurrat verumque, ibi. *Sed cum superius &c.* Et circa hoc duo facit. Primo, proponit quæstionem. Secundo, soluit eam, ibi. *Quibusdam placuit.* Et diuiditur in partes duas secundum quod duas opiniones ponit circa hanc quæstionem. Secunda incipit, ibi. *Alijs autem videtur &c.*

sibi iunguntur. In his breuiter omnia opera Dei includit. Augustinus quoque respondens illis, qui reprobo rum supplicia finem habitura contendunt, ita illorum repellit opinionem asserens reprobos ‘perpetuo puniendos, ut eorum supplicia mitigari aliquatenus nõ neget. G Frustra, inquit, nonnulli æternam damnandorum pœnam & cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserentur affectu, atque ita futurum esse non credunt. Non quidem scripturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura quæque molliendo, & in leuiorem flectendo sententiam, quæ putantur in eis terribilius esse dicta, quàm verius. Non enim, inquiunt, obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas. Hoc quidem in psalterio legitur, sed de his intelligitur qui sunt vasa misericordiæ, quia & ipsi non pro meritis suis, sed Deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes æstimant pertinere, non ideo necesse est ut damnationem opinentur finiri posse eorum, de quibus dictum est. Ibunt hi in supplicium æternum. Ne hoc modo putetur habitura felicitas eorum, de quibus econtrario dictũ est. Iusti autem in vitam æternam: sed pœnas damnatorum certis temporibus æstiment, si hoc his placet, aliquatenus mitigari. Et sic quippe intelligi potest manere ira

In Enchiri diõ c. 112.

Psal. 76.

Rom. 9.

QVAESTIO PRIMA.

A Hic duo quæruntur.

¶ Primo, De diuina iustitia.
¶ Secundo, De eius misericordia.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, An iustitia deo debet attribui.
¶ Secundo, De iustitiæ eius effectu.
¶ Tertio, De iustitia eius contra damnatos.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum iustitia Deo attribuenda sit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ iustitia deo attribuẽda nõ sit, qũia ſm Philosophũ in 10. ethi. *Ridiculũ est laudare deos ſm aliquã virtutẽ moralẽ, vel actiones virtutũ moraliũ eis attribuere*: sed iustitia est virtus moralis, ergo deo attribui non potest. Pri. par. q. 21. ar. 1. Pri. cont. Gen. cap. 94. Cap. 8.

¶ 2 Præt. Iustitia contra tẽperantiam diuiditur: sed tẽperantiã nõ attribuimus deo. ergo nec iustitiã ei attribuere debemus.

¶ 3 Præt. Iustitia in æqualitate consistit, vt patet per Philosophum in 5. ethi. sed nihil potest deo esse æquale, ergo non potest esse aliqua iustitia eius ad alterum. Ex 3. cap.

¶ 4 Præt. Philosophus in 5. ethi. dicit, ꝙ dñi ad seruũ nõ est iustitia: sed deus ẽ omniũ dominator. ergo ei iustitia nõ cõpetit. Cap. 4.

SED CONTRA est, quod in psal. 10. dicitur. Iustus dominus, & iustitias dilexit.

¶ 2 Præt. Omne quod est potissimum est deo attribuendum: sed secundum Philosophum in 5. eth. iustitia est præclarissima virtutum. ergo maxime debet attribui deo. Cap. 1.

VLTERIVS. Videtur ꝙ in deo secundum eandem rationẽ dicatur bonitas & iustitia, quia iustitia est vniuersaliter omnis virtus, vt patet per Philosophum in 5. eth. sed virtus vniuscuiusque rei est bonitas ipsius, quia virtus est quę bonum habentem facit, & opus eius bonum reddit, vt patet in 2. eth. ergo secundum eandem rationem dicitur iustus, & bonꝰ. ¶ 2 Præt. Dio. dicit in 8. cap. de di. no. ꝙ iustitia laudatur in deo, inquantum omnibus secũdum dignitatẽ distribuit: sed distribuere omnibus hoc ad rationem bonitatis pertinet, quia totius communicationis diuina bonitas causa est. ergo iustitia & bonitas dicuntur in deo sẽm eandem rationẽ. ¶ 3 Præt. Bonitas & iustitia magis conueniunt in deo, quàm conueniant in creaturis: sed in creaturis eadem videtur esse ratio bonitatis & iustitiæ, nisi, q. ex hoc ipso ꝙ creata sunt bona, iusta essent, inconuenienter videretur ꝙ a deo bono omnia essent bona, & ab eo iusto non essent omnia iusta. ergo in deo secundum eandem rationem dicitur bonitas & iustitia. A B

SED CONTRA est, quod Boetius dicit in lib. de hebdo. Bonũ omne ad essentiam, iustum vero esse ad actum respicit: sed esse, & actus non dicuntur secundum eandem rationem in deo. ergo nec iustitia & bonitas.

¶ 2 Præt. Generis & speciei non est omnino eadem ratio: sed bonitas & iustitia se habent vt genus & species, vnde Boetius dicit in lib. de hebdo. Bonũ quidem est generale, iustũ aũt speciale. ergo non est eadem ratio omnino bonitatis & iustitiæ. C

VLTERIVS. Videtur ꝙ non sit eadem ratio in deo iustitiæ & veritatis, quia ea quæ in nobis secundum speciem differunt, in deo differunt secundum rationem: sed nobis ponitur veritas alia virtus a iustitia specie differens, vt patet in 4. ethi. ergo & in deo secundũ aliam rationẽ dicitur iustitia & veritas. ¶ 2 Præt. Generis & speciei non est omnino eadem rõ: sed veritas, secundum Tullium, est species iustitiæ. ergo veritatis & iustitiæ non est eadem ratio. ¶ 3 Præt. Iustitia cum sit quasi species bonitatis, vt ex authoritate Boetij inducta patet, ad affectum pertinet, veritas autem ad intellectum. ergo veritas & iustitia non dicuntur in deo secundum eandem rationem.

SED CONTRA est, quod in authoritate psal. 24. quæ hic inducitur, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, veritas pro iustitia exponitur. ergo sunt idem secundum rationẽ. ¶ 2 Præt. Iustitia consistit in redditione debiti: sed deus non est debitor nobis nisi ex promisso, vt Ansel. dicit. ergo idem est deo reddere debitum, quod soluere promissum. cũ ergo ex hoc ꝙ soluit promissum dicatur verax, secundum eandem rationẽ diceretur deus iustus verax. D

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, ꝙ iustitia proprie dicta æqualitatem constituit in acceptionibus & donationibus, vt patet per Philosophum in 5. eth. Hoc autem contingit dupliciter. Vno modo, secũdum quod constituitur æqualitas inter dantem & recipientem, vt. s. accipiens tm accipiat a dante quantum accipere debet, & in hoc consistit iustitia commutatiua, vt pote quæ medium ponit in emptionibus & venditionibus, & omnibus rerũ tributionibus. Alio modo, secũdum quod cõstituitur æqualitas inter duos recipientes ſm quod cõtingit ex hoc ꝙ vterq; æqualiter recipit pro meritis, & in hoc consistit iustitia distributiua. In prima ergo. s. commutatiua iustitia requiritur æqualitas quantitatis, vt. s. tantum quisquis accipiat, quantum dedit secundum valorem, & ideo inter illos, in quibus non põt esse quantitatis æqualitas, nõ põt proprie esse commutatiua iustitia, sicut est in illis quorum vnus non potest recompensare aliquid æqualens beneficijs acceptis ab alio, sicut filius non potest recompensare aliquid æqualens beneficijs patris, a quo esse & nutrimẽtum accepit & disciplinã: & ideo quantumcumque retribuit patri in obsequijs, non fit perfecta æqualitas, unde nec proprie saluatur ibi ratio commutatiuæ iustitiæ: sed tamen aliquis modus iustitiæ saluari potest, inquantum filius retribuit patri secũdum modum suum, sicut pater dedit secundum modum suum, vt in loco æqualis quantitatis sumatur æqualitas proportionis: sed iustitia distributiua non requirit quantitatis æqualitatem, sed proportionis tantum. Non enim oportet vt distribuens omnibus æqualiter distribuat, sed vnicuique proportionabiliter secundum suum modum. Sic ergo ratio distributiuæ iustitiæ deo propriè conuenire potest, inquantum, s. æqualitatem proportionis ser-

uat in communicatione bonorum suorum dans vnicuique ꝓportionabiliter secundum suum modum. Vnde Dio. dicit in 8. cap. de di. no. quòd iustitia laudatur in deo, inquantum omnibus ſm dignitatem distribuit: sed *iustitia commutatiua*, per quam æqualitas constituitur inter deũ dantem & creaturam recipiẽtem, deo cõpetere non potest ſm propriam acceptionem, quia beneficia dei semper excedunt meritum creaturæ: sed tamẽ seruatur etiam pro portionis quædam æqualitas inter deũ dantem & creaturã recipientẽ, inq̃tum sita se habet ad suam superabundantiam, sicut creatura ad id quod cõpetit ei secundum suam paruitatem. Et sic etiam quidam modus cõmutatiuæ iustitiæ inuenitur in deo respectu naturæ, sicut inuenitur inter patrem & filium, & secundũ hoc assignantur duo modi diuinæ iustitiæ. Vnus, inquantum reddit pro meritis: hoc. n. ad iustitiam distributiuam pertinet, cuius est distribuere omnibus proportionabiliter secundũ suã dignitatem. Alius modus, ſm quod facit id quod decet suã bonitatem, sicut etiam dr̃ iustus in eo ꝙ peccatoribꝰ parcit, quia decet eũ: hoc autem pertinet ad modum cõmutatiuæ iustitiæ non qđ ſm qualitatem quantitatis seruatæ ſm quod requiritur in cõmutatiua iustitia proprie dicta, sed seruatæ ſm æqualitatẽ proportionis: quia, sita se habet deus ad id quod superabundãter facit, sicut creatura ad id in quo deficit, & ſm hoc superabũdare in beneficijs dicitur ei iustum inquantum est ei proportionatum & decens. glo. super illud Cor. 2. Tanꝫ a domini spiritu, vt ostẽderet talẽ gloriã dari, q̃ sublimitati congruat dantis. 1. Cor. c. 3.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Philosophus a deo exclũdit virtutes morales prout determinant circa materiã ciuilẽ, sicut iustitia est circa emptiones, & vẽditiones, & depositiones, & hmõi, nõ tũ remouet per hoc quin iustitia possit esse in deo ſm quod est distributor naturaliũ bonorum oĩbus creaturis.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ tẽperantia cõsistit circa passiones innatas, iustitia aũt circa cõmutationes operationũ, ex quo patet ꝙ materia tẽperãtię nullo mõ potest deo cõuenire, sicut materia iustitię. Et ꝓterea, tẽperãtia dirigit respectu horũ q̃ sunt in tẽperato, sed iustitia respicit illud qđ est extra, & iõ nõ est ſile.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd iustitia nõ semper requirit æqualitatem inter dantẽ & accipientem, nec semper æqualitatem q̃titatis, sed sufficit quandoq; æqualitas proportionis, & ideo non est inconueniens si iustitia aliquo modo in deo ponatur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ inter dñm & seruum nõ potest esse iustitia commutatiua proprie dicta. Non n. potest aliqua æqualitas secundum quantitatem inter eos cõstitui, cũ totum quod est serui sit dñi: seruatur tũ aliquis modus iustitiæ cõmutatiuæ, prout inter eos inuenitur q̃alitas proportionis. Vnde etiã Philosophus in 5. eth. distinguit dominatiuum iustum a iusto politico, quod est proprie dictum, & per hunc etiam modum potest esse iustitia dei ad creaturam. Cap. 6.

AD SECVNDAM qõnem dicendũ, ꝙ iustitia ꝑsupponit rõnem bonitatis in deo. Bonitas. n. importat in deo rõnem finis, in quo est plenissima perfactio, finis aũt mouet efficientem ad agẽdũ, vñ & bonitas dei mouet quodãmodo ipsum ad operandũ, nõ quidẽ vt ipse bonitatẽ acquirat, sed vt bonitatẽ aliis communicet. Vt. n. in 2. lib. dist. 1. dictum est, Deus non agit ꝓp appetitum finis, sed propter amorem finis volens cõmunicare bonitatem suam quantũ possibile est & decens ſm eius prouidentiã, & ideo sicut finis in oĩbus operabilibus est primũ principium, ita diuina bonitas est primum principium communicationis totius, qua deus perfectiones creaturis largitur: sed iustitia determinat quẽdam modũ in istis cõicationibus, inquãtũ. s. communicando æqualitatẽ seruat. Et ideo patet ꝙ bonitas & iustitia ſm rõnem duplicter differunt. Primo, quia bonitas pertinet ad ipsam perfectionẽ naturę diuinæ, ſm quam habet rationẽ finis, sed iustitia ptinet ad ipsum cõmunicationis actũ. Scdo, quia bonitas & fi respiciat cõicationẽ vt principiũ, respicit tũ cõmunicationẽ in cõmuni nõ determinãs aliquem specialem modũ, sed iustitia determinat in ea specialem modũ. s. æqualitatis. Et has duas differentias Boetius tangit in lib. de hebdo. dicens ꝙ bonum respicit essentiam, sed iustum actũ: & iterum ꝙ bonum generale est, & iustum speciale. Cap. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis virtus faciat bonum habentem, & opus reddat bonum, non tamen est eadem ratio bonitatis & virtutis, quia virtus dicitur secundum quod est principium actionis, & tenet se ex parte causæ

efficientis, sed bonum magis respicit rationem finis. Sed quia effectus debet esse fini proportionatus, & ex hoc efficiens bonitatem sortitur & actus eius, ideo virtus quæ hanc proportionem importat, cum sit dispositio perfecti ad optimum, vt dicitur in 7. physi. dicitur facere bonum agentem & actum. (T.com.17.) Et similiter etiam iustitia siue accipiatur vt virtus particularis, siue prout est idem ꝙ omnis virtus se tenet ex parte efficientis, tamẽ secũdum quod virtus omnis est iustitia, & si subiecto sit idem iustitia & virtus, non tamen sunt idem ratione, vt in 5. eth. dicitur. vnde nullo modo sequitur ꝙ iustitia & bonitas sint eiusdem rõnis.

> psalmus ait ad finiendam iram suã, vel post iram suam, sed in ira sua: quæ si sola esset, alienari a regno Dei, & carere magna multitudine dulcedinis Dei, tam grandis tamen est pœna, vt ei possint nulla tormenta quæ nouimus, comparari, si illa sit æterna: ista autem si quamlibet multis sæculis longa. Manebit ergo sine fine mors B[c] perpetua damnatorum, & ipsa omnibus erit communis, sicut manebit communiter omniũ vita æterna sctõrum. Ecce ita asserit hic pœnas reprobõrũ

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ distributionis principium & est bonitas, & iustitia, sed diuersimode: quia bonitas est sicut principium finale non determinans specialem distributionis modum, sed iustitia est sicut principium efficiens determinans specialem modum distributionis, & ideo etiam Dio. attribuit iustitiæ distributionem secundum dignitatem, sed communicationem absolute attribuit bonitati. (De diu.no. Cap. 8.)

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ deus vnicuique creaturæ quam producit in esse, aliquam perfectionem largitur, alias esse non posset: & ideo omnia dicuntur bona inquantum sunt a bono, non tamen vnicuique eorum quæ producit in esse, dat ꝙ sit actu secundum illum specialem modum actionis quẽ iustitia seruat: & ideo non oportet quòd omnia quæ sunt a iusto deo, iusta dicantur, & sic etiam non sequitur, quòd sit eadem ratio boni & iusti.

Ad tertiam quæstionem dicendum, ꝙ omnis æqualitas per actionem aliquam constituta requirit aliquam regulam ſm quam adæquatio fiat: vnde cum iustitia cõsistat in hoc ꝙ æqualitatem per suam actionem constituat in dationibus & acceptionibus, oporteret omnem iustitiam aliquam regulam habere, secundum quam adęquatio fiat. Regulæ autem iustitię sunt rationes in mente constitutæ, secundum quas homo iustus æqualitatem constituit, & ideo qñ eius actiones illis rõnibus concordant, dicitur iustitiã seruare: qñ aũt discordant, dr̃ iniuste agere. Et quia veritatis ratio cõsistit in adęquatione rerum ad intellectum, inde est quòd nomen veritatis transfert ad significandum adæquationem operum iustitiæ ad rationes iustitiæ: & hæc est veritas quam dicimus iustitiæ veritatem, & secundum hoc ipsa iustitia idem quod veritas est, sed tamen iustitia dicitur secundum ęqualitatem exterius constitutam: sed veritas dicitur secũdum commensurationem exterioris ęqualitatis ad rationes quæ sunt in mẽte, & secundum hoc veritas & iustitia eodem intellectu in deo accipiuntur.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ actiones exteriores comparantur ad interiorem dispositionem mentis dupliciter. Vnomodo, vt signum ad signatum: aliomodo, vt regulatũ ad regulam, & ſm vtrãque comparationem commensuratio exteriorum actionum ad interiorem dispositionem mentis constituit veritatis rationẽ. Veritas ergo, de qua Philosophus loquit in 4. ethic. (Cap. 7.) consistit in commensuratione actionũ ad mentem prout sunt signa illius, dum. s. aliquis talem se exhibet in dictis & factis, qualis est interius: vnde hæc virtus, ſm ipsum, opponitur iactantiæ & simulationi, sed veritas iustitiæ de qua loquimur, facit commensurationẽ secundum aliam comparationẽ actionum exteriorum ad mentem, prout. s. comparantur ad eã vt ad regulam æqualitatis in rebus constitutæ per actus iustitiæ. Sed quia non solum æqualitas cõstituta in rebus per actus nostros, sed etiam ipsi actus nostri commensurari debent rõni quæ est in mente: ideo in hac commensuratione etiam alia veritas inuenitur, ſm qđ ipsæ operationes sunt commensuratæ menti, & hæc est veritas vitæ quæ consistit in hoc, quòd vnusquisque faciat secundum quod ratio docet.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ veritas illa de qua Tullius loqtur, est ſm cõmensurationem vocis ad rẽ, prout. s. aliquis confitetur in iudicijs secundum qđ res se habet, & seruat in factis secundum quod promisit, & hæc veritas est pars iustitiæ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ veritas quæ est in intellectu, est æqualitas intellectus ad rem indifferẽter siue sit per actum nostrũ constituta, siue non, & de hac non loquimur ad præsens. Et quia voces sunt signa intellectus, ideo iuxta hãc veritatem sumitur veritas doctrinæ quę distinguitur contra veritatem iustitiæ. veritas. n. doctrinæ in veritate enũtiationis cõsistit. Pōt igit colligi ex prædictis, ꝙ veritas prima vnomodo accipit ſm cõmensurationẽ intellectus ad esse rei, & ſm hanc veritas do-

F ctrinæ accipitur. Aliomodo secundum cõmensurationẽ actionum nrarum ad intellectũ rectũ, & sic prout sunt signũ ipsius non considerato damno, vel lucro alicuius est veritas, de qua loquitur Philosophus diuisa contra simulationem & iactantiã. Considerato vero damno, vel lucro est veritas quæ est pars iustitiæ, quam Tullius ponit, (Loco supra citato.) per quã seruatur aliquis indẽnis in iudicijs & cõfessiõibus, vt utraq; istarũ veritatum reducatur ad veritatẽ doctrinę, inquãtum vtraque consistit in quadã manifestatione: put vero actiones nræ cõparantur ad intellectũ vt regulatum ad regulam, sic secundum quod intellectus rectus est regula, actio non est veritas vitæ: G secundum vero quod est regula iustitiæ æqualitatis constitutę in rebus est veritas iustitiæ.

Articvlvs II.

b Vtrum opus Dei dicatur iustum ex hoc solo, quòd est ei placitum.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ opus dei dicatur iustũ ex hoc solo, ꝙ est ei placitum. Ansel. n. in monol. dicit de deo loquens. Id solum iustum est qđ vis, & non iustum quod non vis. ergo &c. (2. Cõtra g. c.29. In p̃sologio. cap.11.)

¶ 2 Præt. Rom. 9. dicitur. An non habet potestatem figulus ex H massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam? & loquitur de deo per similitudinem figuli: sed quicquid ex luto vult figulus fieri, iustũ est vt ex luto fiat. ergo quicquid deus vult in creatura fieri, iustum est vt fiat, & sic ex hoc solo dicitur aliquid esse iustum, quod est a deo volitum.

¶ 3 Præt. Vbicũque est aliud iustitia q̃ voluntas, iustitia voluntatem restringit, & sic quodãmodo ei resistit: sed nihil est quod restringat voluntatem dei, vnde matth. 20. An non licet mihi quod volo facere? nec aliquid etiam ei resistere potest, quia in psal. 13. Omnia quæcumque voluit fecit. Ro. 9. Voluntati eius quis resistet? ergo ipsa eius voluntas est eius iustitia. ex hoc ergo aliquid est iustum, ꝙ est a deo volitum.

¶ 4 Præt. In nobis non est idem opus nostrum esse iustum, & a nobis esse volitum, ex hoc quòd alicui debitores sumus, quibus si debitum reddere volumus, iustum opus nostrum non esset: sed deus nulli est debitor. ergo opus ipsius non dicitur iu- I stum nisi ex hoc, quòd est ei placitum.

Sed contra. Deus dicitur iuste agere, inquantũ reddit vnicuique pro meritis Psal. 27. Tu reddis vnicuique iusta opera sua: sed voluntas dei non concernit merita. ergo non ex hoc solo dicitur opus dei iustum, quod est ei placitum.

¶ 2 Præt. Opus dei nõ ex eodem dicitur opus iustitiæ & opus misericordiæ: sed opus misericordiæ est opus volũtatis diuinæ. ergo non ex hoc solo dicitur opus dei iustũ, quod est ei placitũ.

II Vlterivs. Videtur quòd deus non possit prætermittere aliquid eorum quæ ad iustitiam operis eius cõcurrũt, quia 2. Timo. 2. Ille fidelis permanet, seipsum negare non potest: (Vbi supra c.28. & 29.) negaret autem seipsum dicit glo. si dicta sua non impleret. ergo cum ex hoc dicatur opus dei iustum esse, ꝙ per ipsum impleantur dei dicta, vr̃ ꝙ non possit iustitiam sui operis ꝑtermittere.

¶ 2 Præt. Ro. 11. super illud. Contra naturam misertus es &c. glo. Deus creator & conditor omnium rerum nihil contra naturam facit, sicut nec contra seipsum: sed sicut ipse est conditor K naturarum, ita ipse est conditor & causa omnis iustitiæ. ergo nihil potest facere contra ordinem iustitiæ in rebus constitutũ.

¶ 3 Præt. Si posset ordinem iustitiæ in rebus constitutum immutare. ergo posset bonos damnare, & malos præmiare: sed hoc videtur inconueniens. ergo deus ordinem iustitiæ qui est in rebus, non potest immutare.

Sed contra. Ordo iustitiæ requirit, vt aliquis pro peccato puniatur: sed deus potest pœnam dimittere peccato debitam, alias frustra rogaretur vt debita nobis dimitteret. ergo potest immutare ordinem iustitiæ constitutum in rebus.

¶ 2 Præt. Ordo iustitiæ in rebus humanis est conformis ordini rerum naturalium, vnde iustitia humana a iustitia rerum naturalium trahitur, secundum philosophos: sed deus immutat quandoque ordinem rerum naturalium ab eo statutum, vt patet in operibus miraculosis. ergo & potest ordinem iustitiæ in rebus humanis statutum immutare. (III Pri. part. q. 23. ar. 3. Ex epla ad Heleodorũ de epitaphio Neopotiani.)

Vlterivs. Videtur ꝙ deus nullũ puniat nisi ꝓ pctõ, quia

quia vt dicit Hiero. Quicquid patimur, peccata nostra meruerunt: per passionem autem pœnam designat. ergo omnis pęna pro peccato redditur.

¶ 2 Præt. Sicut præmium habet se ad meritũ, ita pęna ad peccatũ: sed pręmiũ nõ reddit nisi merito. ergo nec pęna nisi pctõ.

¶ 3 Præt. Pœna est quasi medicina q̃dam, dum. s. vel ipse qui punitur, per pęnam corrigitur, vel alij qui ex hoc terrentur: sed hoc nõ esset, si pœna etiam absque peccato inferretur. ergo non inferret pœna nisi pro peccato.

> non esse finiendas, quod non improbat, si dicatur eorum supplicio aliquod leuamen adhiberi. Vnde non incongrue dici potest, Deum & si iuste id possit, non omnino tantum punire malos in futuro quantum meruerunt, sed eis aliquid, quãtumcunque mali sint, de pęna relaxare.

¶ 4 Præt. Humana iustitia a diuina exẽplatur: sed ſm humanam iustitiam reputaretur iniustum punire aliquem sine culpa. ergo multo fortius hoc est inconueniens diuinæ iustitiæ.

Sed contra. Iob grauissime punitus fuit: sed pœna non fuit ei inflicta pro culpa, vt frequenter dicit Greg. ergo nõ semper deus infert pœnam pro culpa. (Præsertim lib. 1. Mora. cap. 9.)

¶ 2 Præt. Infortunia quæ in hoc mũdo accidunt, communia sunt bonis & malis, vt Aug. dicit in lib. de ciui. dei: sed culpa nõ est vtrisq; cõmunis. ergo aliquando pœna infert sine culpa. (lib. 20. c. 3. declarãs illa verba. Eccle. 1. Vanitas vanitatũ &c.)

IIII Vlterivs. Videtur ꝙ dñs agat iustius cũ vno q̃ cum alio. Punitio. n. est opus iustitiæ: sed magis punit vnum quàm alium. ergo iustius agit cum vno quàm cum alio.

¶ 2 Præt. Misericordia temperat seueritatem iustitiæ: sed deus misericordius agit cum vno q̃ cum alio. ergo & iustius.

Sed contra. Iustitia æqualitas quædam est: sed æquale nõ suscipit maius & minus. ergo deus non agit iustius cum vno quàm cum alio.

Respon. Dicendũ ad primã quæstionẽ, ꝙ iustitia & voluntas in deo idẽ sunt ſm rem, sed scd͞m rationẽ iustitia aliqd supra voluntatẽ addit. s. ordinẽ diuinis effectibus conuenientẽ, secundum quod vnum alteri proportionaliter adæquatur. Est. n. in rebus causatis duplex ordo. Vnus secundũ quod creatura ordinat ad finẽ. Alius ſm quem vna creatura dependet ab alia. Nomine igitur volũtatis nõ exprimitur nisi ordo ille qui est creaturæ ad creaturã. Sicut. n. igni in tali natura constituto debetur, vt sit sursũm considerato rerũ ordine adinuicem, ita etiam culpæ debetur vt puniatur secundum ordinem eundẽ. Vnde patet, ꝙ non ex hoc tantum aliquid dicitur esse iustum, quia est a deo volitum, sed quia est debitum alicui rei creatæ secundum ordinẽ creaturæ ad creaturã. Nihil. n. alicui rei potest esse debitum nisi ratione suæ naturę, vel conditionis: naturæ aũt proprietatis rei causa est diuina voluntas, & ideo totus ordo iustitiæ originaliter ad diuinam voluntatem reducitur.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ q̃uis omne qđ deus vult, iustũ sit, non tñ ex hoc iustum dr̃ ꝙ deus illud vult, vt dictũ est.

¶ Ad secũdũ dicẽdum, ꝙ luto non est magis debitum ꝙ ex eo formentur vasa nobilia q̃ ignobilia: sed cum ex luto formatum est vas nobile, nobilitati illius vasis est debitum vt ad vsus cõuenientes deputetur. Similiter ꝙ deus talem creaturam producat qualem voluerit, indifferens est ad rationem iustitiæ: sed ꝙ aliqua natura producta ei attribuatur quod illi naturæ competit, hoc ad eius iustitiam pertinet, & contrarium eius iustitiæ repugnaret: & similiter indifferens est quantum ad iustitiam eius vt det gratiam, vel non det, cum donum gratiæ non sit naturæ debitum. Sed postquàm grãm cõtulit, q̃ est merendi principium, ad iudicium eius pertinet vt pro meritis ꝑmia reddat, & sic ex suppositione voluntatis iustitia causatur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illud quod in voluntate includit, voluntatem nõ restringit: ex hoc aũt ipso ꝙ deus vult aliquã naturam facere, vult attribuere ei ea quæ illi naturæ competunt: sicut cum homo vult finem, ex hoc ipso vult ea quę sunt ad finem, & ideo voluntas dei neque iustitia eius restringitur, neque iustitiæ eius resistere potest.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quãuis deus nõ d sit debitor alicui creaturæ, tamen creaturæ potest esse aliquid debitum, qđ. s. requiritur ad ipsam ad hoc quòd exemplar diuinæ sapientiæ imitetur, & hoc debitum concernit iustitia, cùm dicitur deus aliquid iuste facere, quod quidem magis pertinet ad ordinem rei ad rem, q̃ ad ordinem rei creatæ ad deum. (D.431. 1065.)

Ad secvndam quæstionẽ dicendũ, ꝙ iustitiæ opus potest dupliciter prætermitti. Vno mõ, vt fiat contra iustitiam: alio mõ, vt fiat præter iustitiam. Cum. n. iustitia dicatur per cõparationem ad alterũ, tunc contra ordinem fit, qñ ei subtrahit

A quod ei debetur, vel quod conditio eius exigit. Si autem aliqd amplius ei impendatur, non est contra iustitiam, sed præter iustitiam: quia etiam si alicui rei aliquid non debeatur, nõ tamẽ illius priuatio est ei debita. Vnde si aliquid ei exhibeatur quod non debetur, nihil contra ordinem iustitiæ fier, sicut patet in eo qui alicui liberaliter sua bona communicat. Sed sicut Philosophus dicit in 5. ethi. (Ex cap. 5.) Pro codẽ cõputatur minus de malo, & pl[a] de bono: vnde sicut sine præiudicio iustitiæ potest aliquis de bonis suis plus alicui cõferre q̃ debeat, ita sine præiudicio iustitiæ potest ei minus irrogari de pœna pro peccato in eũm cõmisso, q̃ ei debeatur. Sed sicut non potest sine iniuria aliquis de bonis alterius plus alicui conferre quàm ei debetur, ita non pōt minus irrogare de pœna pro peccato commisso in alterũ: & ideo iudex non potest sine præiudicio iustitiæ pœnas diminuere debitas pro peccatis in deum, vel in rem publicam cõmissis, nisi forte quatenus viderit hoc vtilitati reipublicæ expedire. Deus autem donator bonorum omnium est, & in eum omnis peccator peccat, vnde ipse potest plus conferre de bonis quàm sit alicui debitum, & minus inferre de malis, vel etiam pœnã totaliter relaxare, nec in hoc contra iustitiam, sed præter iustitiam faceret. Sed si alicui minus conferret de bonis quàm ei debetur, C vel plus puniret quàm peccasset, hoc contra ordinem iustitiæ esset, nec deus hoc posset, loquendo de potentia ordinata: sicut non posset facere quin eius opus secundum quod esse participat, eum imitaretur. Ex hoc. n. ipso aliquid alicui rei est debitum secundum exigentiam suæ conditionis, quòd sine illo exemplar diuinũ ſm propriã suam rationẽ imitari non pōt.

Determinat præmissas authoritates.

> Quod ergo dictum est, Iudicium sine misericordia fieri illi qui non fecit misericordiã, ita intelligi potest, quòd iudicium damnationis fiet illi, qui nõ fecit misericordiã, pro eo ꝙ fuit B sine misericordia: vel, fiet iudiciũ

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ deus seipsum negaret, si creaturæ non conferret quòd ei debetur secundum suam dispositionem. Sic. n. veritatem non seruaret in operum conditione, vel gubernatione: nõ autẽ seipsum negat, si aliquid amplius creaturæ exhibeat, q̃ ei debeatur, vt dictum est. (Sup ĩ cor.)

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ deus etsi nihil faciat contra naturam, tñ facit aliquid præter naturã, inquantum. s. facit aliqd in natura, ad qđ nõ sufficiũt vires naturæ: similiter etiã etsi nõ faciat aliqd contra iustitiã, pōt tñ aliqd ꝑter iustitiam facere.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ dãnare Petrũ, cui ex bñficio gratiæ sibi collatæ salus debet, esset contrariũ iustitiæ: vñ hoc deus nõ D potest, loquendo de potentia ordinata: sed saluare Iudam non esset iustitiæ contrarium, sed præter eam, vt patet ex dictis: sed tamen esset contrarium eius præscientiæ & dispositioni, qua ei æternã pœnã parauit, vnde iustitiæ ordo nõ impedit quin posset saluare Iudã, sed impedit ordo ꝑsciẽtiæ & dispõnis æternę.

Ad tertiam quæstionẽ dicendũ, ꝙ pœna de sui rõne semper importat aliquid nociuum: ex hoc aũt est aliquid nociuũ, ꝙ per ipsum subtrahitur aliquod bonum. Inter bona aũt hominis quædã sunt per se loquendo ei bona, quæ sunt bona hominis in eo ꝙ homo: q̃dam aũt sunt bona ſm ordinem ad ista bona, sicut tpalia bona. Vnde ista ĩtantũ sunt bona, inq̃tũ ad illa spiritualia bona sunt homini adiumento, si autem impediant, ex hoc non sunt ei bona, sed mala: vnde etiã Philoso. in 7. ethi. dicit, quòd bona fortuna est iudicanda scd͞m cõparationẽ ad virtutẽ prout adiuuat, vel impedit eã. (Cap. 13.) Pati ergo detrimentum in spiritualibus bonis semper malum est: sed pati detrimentũ in bonis tpalibus quandoque quidẽ est bonũ, qñque vero malũ. Malũ quidem est scd͞m quod impedit ab operatione E virtutis, & cõsecutione spiritualis boni: sed bonũ est scd͞m qđ adiuuat [d] ad virtutẽ, siue ad cõsecutionẽ spiritualis boni, sicut exercitium corporale vtile est ad corporalẽ fortitudinẽ acquirẽdam. (D. 299.) Et quia, vt dictũ est, pœna a nocẽdo dicit, ideo detrimentum in spũalibus bonis semper pœna est, sed detrimentũ in tẽporalibus bonis quãdoque quidẽ non est pœna, sed medicina proficiens ad salutẽ, sicut amaritudo potionis nõ est pœna, sed medela corporalis sanitatis. Sed tñ quia natura nr̃a talis est vt ad pfectionẽ spũalis boni ꝑ temporaliũ detrimenta oporteat peruenire, ex culpa peccati venit ꝙ tota natura vitiata est, nec tali medicina opus erit, quando vulnus peccati perfecte erit curatum, cum homo ad vltimum finem spiritualis perfectionis perueniet. Vnde dicẽdũ, ꝙ pœna proprie loquẽdo, [d] nunq̃ datur nisi culpæ: sed tñ id qđ cõtingit esse pœnale. s. detrimẽtũ tpaliũ bonorũ in statu viæ, aliquando infertur homini absque culpa præcedenti in persona, quis non absque culpa pcedẽti in (D. 615.)

natura: sed prius hanc vitam cessante spirituali profectu nullū detrimentum, etiam in corporalibus, aliquis sine culpa sustinebit, quia tunc absterget deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, Apoc. 21. sed in spiritualibus bonis nullus detrimentum sustinet neque in hac vita, neque in futura sine culpa personæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Hiero. loquitur generaliter de merito peccati actualis, & originalis præcedēte vel in persona, vel in natura.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliquod bonū alicui exhibetur nullo merito præcedente, sicut prima grā, non tamen habet rationem præmij: vnde non est inconueniens si aliquod malum inferatur alicui nulla culpa præcedente, quod non habeat rationem pœnę, sed potius medicinæ promouentis ad bonum.

> ei sine misericordia liberante & saluante, qui tamen in aliqua pœnæ alleuiatione misericordiam Dei sentiet. Ita cum dicitur, misericordia hic, iudicium in futuro, non negatur quin in futuro sit misericordię effectus, & in electis qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur, & in reprobis qui b minus quàm meruerunt cruciabuntur. Sed hic non sine causa dicitur fieri

¶ Ad tertium dicēdum, quòd pœna non solum dicitur medicina ex hoc quòd retrahit a malo terrendo, de quo etiam obiectio procedit, sed etiam inquantum promouet ad bonū exercitando & abstrahendo hominem ab amore temporalium, vnde ratio non sequitur.

¶ Ad quartum dicendum, q etiam nulla culpa præcedente sine præiuditio humanæ iustitiæ aliquid pœnale alicui infertur, vt vel exercitatio iuuenibus, vel medicina infirmis, vnde nō est inconueniens si hoc idem fiat secundum iustitiam diuinā.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, q actio cum sit media inter agentem & effectum, ex vtraque parte modificari potest. Cū ergo quæritur, an deus iustius cum vno agat q̄ cum alio, si hoc referatur ad actionem prout exit ab agente, cū iustitia sua, qua cū omnibus iuste agit, sit vna & inuariabilis, non agit iustius cum vno quàm cum alio: si autem referatur ad actionem prout terminatur ad effectum, sic etiam dici non potest quòd cum vno iustius agat quàm cum alio, eo quòd opus aliquod dicitur iustū ex hoc q est proportionaliter adæquatum: æqualitas autem siue quantitatis, siue proportionis est eiusdem rationis in minimis & in magnis. Eadem.n. proportio quæ est inter duo & vnum, est inter uiginti & decem, & æqualitas eadem quę est inter vnum & vnum, est inter centum & centum: & ideo non potest esse vnum opus altero iustius, dummodo vtrumque sit iustum: eadem enim iustitia seruatur dum mala redduntur pro malis, & bona pro bonis, siue sint parua, siue sint magna. Sed tamen quia in nobis non requiritur ad virtutem vt semper medium attingamus, sed sufficit quandoque iuxta medium esse propter difficultatem inuentionis medij, vt dicitur in 2. eth. (Cap. 6.) inde est quòd apud nos vnus alio iustius agere dicitur secundum quod magis, vel minus accedit ad medium non perueniente vtroque ad ipsum: sed ipse deus cui sunt notæ omniū rerum mensuræ, semper in operatione sua ad medium indiuisibile pertingit, vnde nullo modo iustius cum vno, quàm cum alio agit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q punitio nō est effectus iustitiæ inquantum huiusmodi, sed inquantum est culpæ proportionata. Licet ergo a deo inferatur maior pœna, vel minor, semper tamen ex eius iustitia secundum eandem proportionem infertur.

¶ Ad secundum dicendum, q misericordia respicit absolute diuinum effectum non concernendo aliquam proportionem, vel æqualitatem in ipso: vnde secundum maiorem, vel minorem misericordiæ effectum dicitur misericordius agere cum vno, quàm cum alio, si hoc referatur ad actionem secundum quod determinatur ad effectum, nō autem si referatur ad eam secundum quod exit ab agente: quia ipse vna, & inuariabili misericordia cū oībus misericorditer agit, nec tamen sequitur pp hoc q aliquo modo cū vno iustius agat q̄ cum alio. effectus.n. misericordiæ nō ē cōtra iustitiā, sed prer eā, vt ex pdictis patet.

ARTICVLVS III.

c Vtrum ex diuina iustitia inferatur peccatoribus pœna æterna.

Prima secūdę q.87. art.3. per totum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q ex diuina iustitia non inferatur peccatoribus pœna æterna. Pœna.n. non debet excedere culpam, Deut. 25. Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus: sed culpa est temporalis, ergo pœna non debet esse æterna.

¶ 2 Præt. Duorum peccatorum mortalium vnum est altero maius. ergo vnum debet maiori pœna quàm alterum puniri: sed nulla pœna potest esse maior quàm æterna, cum sit infinita. ergo non cuilibet peccato mortali debetur pœna ęterna, & si vni non debetur, nulli debet, cum eorum non sit distantia infinita.

¶ 3 Præt. A iusto iudice nō infertur pœna nisi ad correctionem, vnde 2. Eth. (Cap. 3.) dicitur, quòd pœnæ sunt quædā medicinę: sed quòd impij in æternum puniantur, hoc nō est ad correctionem eorum, nec aliquorum aliorum, cum tunc non sint futuri aliqui qui per hoc corrigi possint. ergo secundum diuinam iustitiam non infertur pro peccatis pœna æterna.

> Dei misericordia, & iudicium in futuro, quia & hic multis modis miseretur Deus: quibus non miserebitur tunc. (Lucæ 5.) Vocat enim Deus nunc peccatores & iustificat, qđ tūc nō faciet: & tunc reddēs singulis secū dum merita sua, manifeste iudicabit, qui nūc occulte iudicat, cuius occultum iudicium, vt ait Aug. (Super psalmū 8.) intelligitur pœna: quia quisque vel exercetur ad purgationem, vel mo-

¶ 4 Præt. Omne quod non est propter se volitum, nullus vult nisi propter aliquam vtilitatem: sed pœnæ non sunt a deo propter se volitæ, non.n. delectatur in pœnis. cum ergo nulla vtilitas possit accidere ex pœnę perpetuatione, videtur q perpetuam pœnam pro peccato non infert.

¶ 5 Præt. Nihil quod est per accidens est perpetuum, vt dicit 1. cœli & mundi (T. com. 15.): sed pœna est eorum quæ sunt per accidēs, cum sit contra naturam. ergo non potest esse perpetua.

¶ 6 Præt. Iustitia dei hoc requirere videtur, vt peccatores ad nihilum redigantur, quia per ingratitudinem dicitur aliquis beneficia accepta amittere, inter cætera autem dei beneficia est etiam ipsum esse, vnde videtur iustū vt peccator qui ingratus deo existit, ipsum esse amittat: sed si in nihilum redigantur, eorum pœna non potest esse perpetua. ergo non videtur esse consonum diuinæ iustitiæ vt peccatores perpetuo puniantur.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 25. Ibunt hi.s. peccatores, in supplicium æternum.

¶ 2 Præt. Sicut se habet præmium ad meritum, ita pęna ad culpam: sed secundum diuinam iustitiam merito temporali debetur præmium æternū, Ioā. 6. Omnis qui videt filium, & credit in eum, habet vitam æternam. ergo & culpæ temporali secū dum diuinam iustitiam debetur pœna æterna.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in 5. Eth. (Cap. 5.) Pœna taxatur secundum dignitatem eius in quem peccatur, vnde maiori pœna punitur qui percutit alapa principem, quàm alium quemcūque: sed quicumque peccat mortaliter, peccat contra deū, cuius præcepta transgreditur, & cuius honorē aliquando alijs impertitur, dum in alio finem constituit: maiestas autem dei est infinita. ergo quicumque mortaliter peccat, dignus est infinita pœna, & ita videtur quòd iuste pro peccato mortali aliquis perpetuo puniatur.

RESPON. Dicendum, q cum pœna duplicem habeat q̄titatem, scilicet secundum intēsionem acerbitatis, & secundum durationem temporis, quantitas pœnæ respondet quantitati culpæ secundum intensionem acerbitatis, vt secundum quod grauius peccauit, secundum hoc grauior pœna ei infligatur, Vnde Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum datæ ei tormentum & luctum. Non autem respondet duratio pœnę durationi culpæ, vt dicit Augu. 21. de ciui. dei (Cap. 25.). Non enim adulterium quod in momēto temporis perpetratur, momentanea pœna punitur etiam secundum leges humanas, sed duratio pœnæ respicit dispositionem peccantis. Quandoque enim ille qui peccat in aliqua ciuitate, ex ipso peccato efficitur dignus vt totaliter repellatur a societate ciuitatis vel per exilium perpetuum, vel etiam per mortem. Quandoque vero non redditur dignus vt a societate ciuium totaliter excludatur, & ideo vt possit esse conueniens membrum ciuitatis, pœna ei prorogatur, vel breuiatur secundum quod eius expedit correctioni, vt in ciuitate conuenienter & pacifice viuere possit. Ita etiam secundum iustitiam diuinam aliquis ex peccato dignus redditur penitus a ciuitatis dei consortio separari, quod fit per omne peccatum quo quis contra charitatem peccat, quæ est vinculum vniens ciuitatē prædictam: & ideo pro peccato mortali quod est contrarium charitatis, aliquis in æternum a societate sanctorum exclusus æternæ pœnę adijcitur, quia vt Aug. 1 lib. prædicto dicit (Cap. 11.), Quod est de ciuitate ista mortali homines supplicio primę mortis, hoc est de illa ciuitate immortali homines supplicio secundæ mortis auferre. Quòd autem pœna quā ciuitas

ciuitas mundana infligit, perpetua non reputatur, hoc est per accidens inquantum homo non perpetuo manet, vel inquantum etiam ipsa ciuitas deficit: vnde si homo in perpetuū viueret, pœna exilij & seruitutis, quæ per legem humanam inferūt, in eo perpetuo permanerent. Qui vero hoc modo peccant, vt tamen non reddantur digni totaliter separari a sanctæ ciuitatis cōsortio, sicut peccantium venialiter, tanto eorū pœna erit breuior, vel diuturnior, q̄to magis, vel minus purgabiles erunt secundum quod eis (D. 197) peccata vel plus, vel minus inhæserunt, quod in pœnis huius mundi & purgatorij secundum diuinam iustitiam seruatur.

> uetur ad conuersionem, vel si contemnit, excęcatur ad damnationē. Occultum ergo iudicium Dei pœna dicitur, qua iudicat purgando, conuertendo, vel excæcando. Iudicia quoque Dei interdum appellantur dispensationes eius de om-

Inueniūtur etiam & aliæ rationes a sanctis assignatæ, quare iuste pro peccato temporali aliqua pœna æterna puniantur. Vna est, quia peccauerunt contra bonum æternum, dum contempserunt vitam æternam: & hoc est quod August. in lib. prædicto dicit (Iodē cap.). Factus ē malo dignus æterno, quia hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternum. Alia ratio est, quia homo in suo æterno peccauit: vnde Greg. dicit in 4. dial. (Cap. 44.) quòd ad magnā iustitiam iudicantis pertinet, vt nūquàm careant supplicio, qui nūquàm carere voluerunt peccato. Et si obijciatur, q quidam peccantes mortaliter, proponunt vitam suam in melius quandoque commutare, & ita secundum hoc non essent digni æterno supplicio, vt videtur. Dicendum est secundum quosdam, q Greg. loquitur de volūtate quæ manifestatur per opus. Qui enim in peccatum mortale propria voluntate labitur, se ponit in statu a quo erui non potest nisi diuinitus adiutus, vnde ex hoc ipso q vult peccare, vult consequenter perpetuo in peccato manere. Homo enim est spiritus vadens, scilicet in peccatū, & non rediens, per seipsum: sicut si aliquis se in foueam proijceret, vnde exire non posset nisi adiutus, posset dici q in æternū ibi manere voluerit, quātumcumque aliud cogitaret. Vel potest dici & melius, q ex hoc ipso q mortaliter peccat, finem suum in creatura constituit: & quia ad finem vitæ tota vita ordinat, ideo ex hoc ipso totam vitam suam ordinat ad illud peccatū, & vellet perpetuo in peccato permanere, si hoc sibi esset impune, & hoc est quod Greg. 24. moral. super illud Iob. 45. (24. lib. Moral. exponēs citata verba Iob ca. 41.) Aestimauit abyssum quasi senescentem. Iniqui ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine viuere, vt sine fine potuissent in iniquitate permanere: nam magis appetunt peccare quàm viuere. Potest & alia ratio assignari, quare pœna peccati mortalis sit æterna, quia per eam contra deum qui est infinitus, peccatur: vnde cum non possit esse pœna infinita per intensionem, quia creatura non est capax alicuius qualitatis infinitæ, requiritur q sit saltem duratione infinita. Est & quarta ratio ad hoc idem, quia culpa manet in æternum, cum culpa non possit remitti sine gratia, quam homo nō potest post mortem acquirere, nec debet pœna cessare quādiu culpa manet.

AD PRIMVM ergo dicendū, q sicut iam dictum est, pœna non debet adæquari culpę secundum quantitatem durationis, vt videtur etiam secundum leges humanas accidere. Vel dicendum sicut Greg. soluit (Loco supra citato.), q quāuis culpa sit actu tēporalis, tamen voluntate est æterna, vt iam expositum est.

¶ Ad secundum dicendum, q q̄titati peccati respondet quantitas pœnæ secundum intensionem, & ideo peccatorum mortalium inæqualium erunt pœnæ inæquales intensione, æquales autem duratione.

¶ Ad tertium dicendum (Cap. 44.), q pœnæ quæ infliguntur his qui a ciuitatis societate non penitus eijciuntur, sunt ad correctionem eorum ordinatæ: sed illæ pœnæ per quas aliqui totaliter a societate ciuitatis exterminantur, non sunt ad correctionem eorū, possunt tamen esse ad correctionem & tranquillitatem aliorum qui in ciuitate remanent: & ita damnatio æterna impiorum est ad correctionem eorū qui nunc sunt in ecclesia. Non enim pęnę sunt solum ad correctionem quando infliguntur, sed etiam quando determinantur.

¶ Ad quartū dicendū, q impiorum pœnæ in perpetuum duraturæ non erunt omnino ad nihilum vtiles: sunt enim vtiles ad duo. Primo ad hoc, q in eis diuina iustitia conseruatur, quę est deo accepta propter seipsam: vnde Greg. 4. dial. Omnipotēs deus quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur: quia aūt iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Secundo ad hoc sunt vtiles, vt de his electi gaudeant, dum in his dei iustitiam contemplātur, & cum hoc se euasisse cognoscūt. Vnde Psal. 57. Lętabitur iustus cū viderit vindictam, & Esa. vlti. Erunt, scilicet impij, vsque ad satietatem visionis.s. sanctis, vt glo. dicit. Et hoc est quod Greg. dicit in 4. dial. (Cap. supra citato.) Iniqui omnes ęterno supplicio deputati, sua quidem iniquitate puniuntur, tamē ad aliquid ardebunt, s. vt iusti omnes & in deo videant gaudia quæ percipiunt, & in illis percipiant supplicia quæ euaserunt; quatenus tāto magis in æternum diuinæ gratiæ se debitores esse cognoscant, quāto in ęternum mala puniri cōspiciunt, quę eius adiutorio vicerūt.

¶ Ad quintum dicēdum, q q̄uis pœna per accidens respōdeat animæ, tamen per se respondet animæ culpa infectæ: & quia culpa in perpetuum eo manebit, ideo etiam pœna erit perpetua.

> nibus rebus. Vnde, Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius? &. (Rom. 11.) Iudicia eius abyssus multa. (Psal. 35.) Iudiciū autem quo in futuro iudicabit, intelligitur sententia iudicis, qua vētillabitur area, idest, diuidentur localiter boni a malis ministerio an-

¶ Ad sextum dicendum, quòd pœna respondet culpæ proprie loquendo, secundum inordinationem quæ inuenitur in ipsa, & non secundum dignitatem eius in quem peccatur: quia sic cuilibet peccato redderetur pœna infinita intēsione. Quamuis ergo ex hoc q aliquis peccat contra deum, qui est actor essendi, mereatur ipsum esse amittere, considerata tamen ipsius actus inordinatione non debetur ei amissio esse, quia esse præsupponitur ad meritum & demeritum: nec per inordinationem peccati esse tollitur, vel corrumpitur, & ideo non potest esse debita pœna alicuius culpæ priuatio esse.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de misericordia Dei.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum in Deo sit ponere misericordiam.
¶ Secundo, De effectu ipsius.
¶ Tertio, Vtrum misericordia dei patiatur pœnas damnatorum esse perpetuas.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum sit misericordia in Deo.

Prima secūdæ q.21. art.3. De fide orthodoxa c. 15. in fine.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q in deo non sit misericordia. Sicut.n. dicit Damas. Misericordia est compassio de alienis malis: sed cōpassio non cadit in deum. ergo nec misericordia.

¶ 2 Præt. Misericordia miseriam respicit: sed quanto aliquis est magis peccator, tanto magis est miser, quia prouerbiorum 14. Miseros facit populos peccatum. ergo si deus ē misericors, quanto aliquis est magis peccator, tanto magis ei prouidebit, quod videtur absurdum.

¶ 3 Præt. Misericordia inclinat misericordem ad alienam miseriam repellendam. ergo misericors nec alij miseriam infert, nec inferri permittit si fieri potest: sed deus aliquos inducit in miseriam pœnę, & permittit eos incidere in miseriam culpę. ergo cū ipse sit omnipotens, non erit misericors.

SED CONTRA est, quod in Psalm. 144. dicitur. Miserator & misericors dominus.

¶ 2 Præt. Sicut deus aliquos punit, ita & aliquibus parcit, est enim præstabilis super malitia, Iohel. 2. sed ex hoc quòd punit, ponimus in deo iram, quāuis ira sit passio, ergo & ex eo quòd parcit, debet dici misericors, quamuis misericordia in nobis sit passio.

VLTERIVS. Videtur quòd in deo secundum eandem rationem dicatur bonitas & misericordia. Constat.n. quòd deus gentiles ex sola misericordia liberauit, Ro. 5. Gentes autem super misericordia honorare deum: sed conuersionem gentium Apostolus attribuit diuinæ bonitati, Rom. 11. Vide bonitatem & seueritatem Dei: in eos qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem. ergo bonitas & misericordia eiusdem sunt rationis in deo.

¶ 2 Præt. Principia per effectus cognoscuntur; sed idem est effectus misericordiæ & bonitatis. s. prouidere minus habentibus. ergo eadem est ratio vtriusque.

¶ 3 Præt. Misericordia est quædam virtus: sed virtus est bonitas virtuosi. ergo misericordia inquantum huiusmodi, bonitas quædam est, & ita videtur eadem ratio vtriusque.

SED

SED CONTRA. Quæcũque sunt vnius rationis, sunt etiam vnius ambitus: sed bonitas & misericordia non sunt vnius ambitus, quia bonitas diuina communicatur omnibus creaturis inquantum a primo bono sunt omnia bona: misericordia autem non inuenitur in omnibus creaturis, vt omnes misericordes dicantur. ergo bonitas & misericordia nõ sũt eiusdem rationis.

Matth. 25.

¶ 2 Præt. Misericordia non esset, nisi esset miseria: sed bonitas eẽ posset etiã nulla miseria existente, quia bonũ non dependet a malo, sicut nec habit⁹ a priuatione. ergo misericordia & bonitas in deo non sunt vnius ratiõis.

Super psal. 100.

III

VLTERIVS.

Vbi supra q. 21.

Videtur q̃ opus diuinæ misericordiæ ad attributum potentiæ reducatur, quia opus dei ad illud attributum reducitur, quod maxime per ipsum manifestatur: sed opus misericordiæ maxime manifestat dei potẽtiam: vnde in collecta dicitur, Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miserando manifestas. ergo misericordiæ opus ad omnipotentiam reducitur.

Super Ioã. cap. 14. tractatu 72.

¶ 2 Præt. Diuina misericordia maxime manifestatur in iustificatione impij: sed maius est iustificare impium, quàm creare cœlum & terram, vt dicit Auguſt. ergo cum creatio ad potentiam reducatur, videtur quòd & misericordiæ opus ad potentiam dei reduci debeat.

SED CONTRA. Videtur quòd reducatur ad attributum sapientiæ, quia ipse non misereretur passione, sed iudicio: iudicium autem ad sapientiam pertinet. ergo & misericordiæ opus sapientiæ est attribuendum.

¶ 2 Præt. Misericordia facit miseriam alicuius, quodammodo esse in eo qui miseretur: sed misericordiæ nostræ non possunt esse in deo nisi per cognitionem. ergo misericordia ad cognitionem, seu sapientiam dei pertinet.

Sapien. 11.

SED CONTRA. Videtur q̃ ad bonitatem, quia Sapientiæ 2. ponitur pro ratione misericordiæ amor diuinus, dicitur enim. Parcis omnibus, quoniã tua sunt qui amas animas: sed amor [ad] bonitatem pertinet. ergo misericordia bonitati est attribuenda.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd ex hoc homo dicitur misericors, quia miseriam alterius suam facit, quod quidem contingit quantũ ad duo. Primo, quantum ad hoc q̃ ipse quodammodo ex aliena miseria afficitur, inquãtum compatitur patienti. Secundo, secundum quandam reputationem, quia miseriam proximi reputat quasi suam, & exinde mouetur ad repellendum eius miseriam per beneficium, sicut repelleret suam. Deus aũt nullo modo miseriæ participes esse potest: vnde ſm primum modum misericordia in eum nõ cadit, sed ipse hoc modo se habet in repellendo miserias aliorũ, sicut se habet homo in repellendo miseriam suam. Sicut enim homo in repellendo miseriam alicuius considerat hominis vtilitatẽ, cuius repellit miseriã, ita & deus per sua beneficia repellens nr̃am miseriam, non ordinat hoc ad suam vtilitatẽ, sed ad nr̃am: vnde inquantum nr̃a miseria est quasi sua ſcẽm reputationẽ quãdã ipsius qui eam repellit, sic dicit misericors & misereri: & propter hoc cõiter dr̃, q̃ non est in eo misericordia ſm passionẽ, sed secundũ effectũ, qui tñ effectus ex affectu voluntatis procedit, q̃ non est passio, sed simplex voluntatis actus.

Vbi supra.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Damasc. diffinit misericordiam prout est passio in nobis inuenta, & per hunc modũ deo non competit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd misericordia in nobis passio quędam est, nulla autem passio est laudabilis, nisi secundum q̃d rationi regulatur: vnde in nobis misericordia non est laudabilis, nisi secundum quod sequitur ordinem rationis. Nihil. n. quod in nobis sit, transfertur in deum, nisi eo modo quo in nobis est laudabile, & ideo misericordia in deo est secundum rationẽ sapientiæ ipsius: vñ non oportet q̃ ex hoc ipso q̃ aliquis est magis peccator, maiorẽ effectũ misericordiæ cõsequat, nisi ſcẽm quod est in diuina sapientia ordinatum. Et per hoc patet solutio ad tertiũ, quia homo misericors nõ repellit alienam miseriam quantumcumque potest, sed quantum recta ratio permittit. Similiter & deus repellit nostram miseriam secundum ordinem sapientiæ suę, & ideo inducit miseriam pœnæ quibusdam, & permittit quosdam incidere in miseriam culpæ.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, q̃ ratio misericordiæ & bonitatis differũt in tribus. Primo hoc, q̃ misericordia respicit terminũ a quo, sed bonitas magis terminũ ad quẽ. Ille. n. cui deus beneficia largitur, fit de deficiente perfectus. Bonitas ergo respicit communicationẽ perfectionis, quia bonum est diffusiuum esse, sed misericordia respicit remotionem defectus. Secundo in hoc, q̃ misericordia proprie loquendo, pertinet ad prouidentiam diuinã, qua bona sua communicat creaturis rationalibus tantũ, respicit. n. miseriã, q̃ cũ sit cõtraria felicitati, nõ põt esse nisi rationalium creaturarũ; quarum est felices esse: sed bonitas respicit prouidentiam diuinam respectu quarumlibet rerũm. Tertio in hoc, q̃ misericordia importat quandam assimilationẽ prouidẽtis ad eum cui prouidetur, inquantum prouidens alterius miseriam quasi suam reputat, & ideo misericordia esse non potest nisi in natura intellectuali, quæ habet existimationem miseriæ alienæ: sed bonitas habet ordinem ad cõmunicationem simpliciter, vnde cuilibet creaturæ quæ habet perfectionem communicabilem bonitas conuenire potest. Potest & quarta differentia assignari, quia misericordia remouet debitum ab eo cui prouidetur, non. n. dicitur misericorditer dari alicui quod ei debetur: sed bonitas non remouet debiti rationem ab eo cui aliquid datur: vnde bonitas se habet communiter ad largitionem iustitiæ, & misericordiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nõ est inconueniẽs conuersionem gẽtium & bonitati diuinæ, & misericordiæ etiã attribuere, quamuis ratione diuersa, vt ex dictis patet.

¶ Ad secundũ dicendũ, q̃ misericordia se habet ex additione ad bonitatem quodammodo, vt patet per prædicta: & ideo omne opus quod est misericordiæ, est etiam bonitatis, sed non econuerso.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ misericordia quamuis sit bonitas q̃dam, tamen quædam super rationẽ bonitatis addit, & ſm hoc non est omnino eadem ratio bonitatis & misericordiæ, sicut non est omnino eadem ratio hominis & animalis.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̃ omne opus diuinũ ex potentia, sapientia, & bonitate procedit, sed tamen opus aliquod appropriatẽ potentiæ, sapientiæ, vel bonitati ſm quod in eo mirabilius apparet id quod pertinet ad aliquod p̃dictorum attributorum: potentia aũt importat absolutam rationẽ principij aliquid producentis, sed sapientiæ est ordinare, vnde ad sapientiam pertinet modus producendi rem, quo aliquid ordinate in esse producitur, sed bonitas quæ habet rationem finis respicit motiuum ad producendum, & ideo in opere creationis, in quo admirabile redditur hoc præcipue, q̃ res in esse productæ sunt, manifestatur maxime diuina potentia. Sed in opere gubernationis, quo res ordinatæ disponũtur, redditur ipse ordo rerum admirabilis, & ideo sapientiæ attribuitur. Sed opus recreationis admirabile reddit ex ipso motiuo, quia nõ ex operibus iustitię quæ fecimus, sed propter suam bonitatem saluos nos fecit, vnde attributur præcipue bonitati. Et qa ex hoc aliquid dicitur misericorditer esse factum, quod non ex debito datur, sed ex bonitate largientis, ideo opus misericordię inquantum huiusmodi, bonitati appropriatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ deus dicitur parcendo & miserendo suam omnipotentiam maxime manifestare, non tam quo ad substantiam facti, quàm quo ad licentiam faciẽdi. Ille enim qui est alicui superiori potestati subiectus, non potest licite dimittere pœnas a superiori potestate constitutas. Ex hoc ergo q̃ deus pœnas dimittit, & supra debitum largitur, ostenditur, q̃ ipse ex propria potestate & authoritate omnia operatur, & quòd ipse non est superiori potestati subiectus, sed quantum ad substãtiam facti præcipue manifestatur bonitas in parcendo, & ideo opus misericordiæ bonitati est attribuendum.

¶ Ad secundum dicẽdum, q̃ iustificare impium dicitur maius quàm creare cœlum & terram, inquantum ad nobilius esse perducitur quis per iustificationem q̃ per creationem: vel inquantum in creatione non est aliquid quod repugnet creanti cum sit ex nihilo, sicut in iustificatione repugnat iustificanti inordinata voluntas: vnde quamuis opus iustificationis potentiam manifestet, specialiter tamen commendat bonitatem, inquantum

ipsa est sola quæ ad iustificandum mouet, cum ex parte iustificandi magis inueniatur quod iustificationi repugnet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet misericordia iudicio dirigatur, non tamen esse misericordiæ consistit in iudicio, sed magis in voluntate, & ideo magis appropriatur bonitati q̃ sapientiæ.

¶ Et similiter dicẽdum ad quartum de cognitione, qa illa præexigitur ad voluntatem repellendi miseriam, in qua ratio misericordiæ completur.

ARTICVLVS II.

b Vtrum Deus semper misericordiam exhibeat in hoc, quòd punit citra condignũ, & remunerat ultra meritũ.

Vbi supra a. 4. ad. 1.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ deus non semper misericordiam exhibeat in hoc q̃ punit citra cõdignum, & remunerat vltra meritum, quia Apoc. 18. Quantũ glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. & Matth. 7. In qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis. ergo videtur q̃ secundum mensuram meriti, vel delicti sit mensura pœnæ, vel præmij, & ita non semper punit citra condignum, nec remunerat vltra meritum.

¶ 2 Præt. Apoc. 18. dicitur. Duplicate ei duplicia secundum opera eius. & Esa. 40. Suscepit de manu domini duplicia pro omnib⁹ peccatis suis. & super illud psal. 71. Ex vsuris & iniquitate &c. dicit glo. Plus exigit in pœnis, quàm commissum sit in culpis. ergo videtur quòd non puniat citra condignum, sed magis vltra.

Et hr̃ etiã Auguſt. expositio eiusdem psal.

¶ 3 Præt. Pueri baptizati liberati sunt ab omni peccato. ergo non sunt debitores alicuius pœnæ, sed tamen frequenter multæ pœnæ eis diuinitus in hac vita infliguntur, vt febres, & huiusmodi: nec potest dici q̃ ad eorum vtilitatem cedant, cum quandoque moriantur antequàm ad adultam ætatem perueniant. ergo videtur q̃ non puniat semper citra condignum.

¶ 4 Præt. Peccato originali non debetur alia pœna quàm carẽtia visionis diuinæ: sed hæc pœna puniuntur pueri non baptizati, qui in peccato originali decedunt. ergo videtur q̃ nõ semper puniat citra condignum.

¶ 5 Præt. Illud quod potest aliter esse, non esset asserendum q̃ semper ita se habeat: sed deus potest aliquando seruare modũ iustitiæ, vt secundum condignum puniat, hoc. n. non est contra potentiam ordinatam. ergo non est asserendũ quòd semper puniat citra condignum.

¶ 6 Præt. Sapientiæ. 6. dicitur. Exiguo cõceditur misericordia, potentes potenter tormenta patientur. & Iaco. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam. ergo videtur q̃ potentes & immisericordes non puniantur citra condignũ.

SED CONTRA est, quod dicitur Psal. 102. Non secundũ peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates &c.

¶ 2 Præt. Proprium nõ derelinquit id cuius est proprium: sed deo proprium est misereri, vt dicitur in collecta. Deus cui proprium ẽ misereri semper & parcere. ergo semper misereatur: sed hoc non esset, nisi præmium conferret vltra meritum, & mala citra condignum. ergo videtur q̃ ita semper accidat.

II

Vbi supra a. 4.

VLTERIVS. Videtur q̃ non in omni tempore dei misericordia & veritas coniungantur, quia opus creationis nõ p̃supponit aliquid: sed opus quod est ſcẽm iustitiam præsupponit debitum, opus autem quod est secundum misericordiam præsupponit miseriam. ergo in opere creationis non conueniunt iustitia & misericordia.

¶ 2 Præt. Conuertere gentes, & conuertere Iudæos sunt diuersa opera: sed in conuersione gentium videtur fuisse sola misericordia, in saluatione autem Iudæorum iustitia, per id quod dicitur Ro. 15. Dico Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis ad cõfirmandas promissiones patrũ, gentes aũt super misericordia honorare deũ. ergo nec in omni opere domini est misericordia & veritas.

¶ 3 Præt. Ibi non videtur esse iustitia, vbi vnus pro peccato alterius punitur: sed deus quãdoque punit vnũ p̃ pctõ alterius, sicut pro pctõ Cam maledictus est Chanaan Gen. 9. & pro peccato Dauid percussus est populus. 2. Reg. vlti. ergo videtur q̃ non semper iustitiam & misericordiam in opere seruet.

¶ 4 Præt. Ibi non videtur seruari iustitia, vbi nullum meritum præcessit, cum iustitia debitum respiciat: sed in impio qui iustificatur, nullum meritum præcessit. ergo non videtur iustitia aliqua in impij iustificatione.

¶ 5 Præt. Iustitia nũq̃ reddit æqualibus nisi æqualia: sed deus quandoque æqualibus inæqualia tribuit, ante. n. quàm Iacob & Esau nati essent, aut aliqd boni, vl' mali egissent, omnino æquales erant, & tñ vni præparauit gloriã, & alteri pœnam, vt patet Ro. 9. Similiter cum Aaron & filij Israel peccassent æqualiter in idoli adoratione, Aarõ nõ est punitus, cũ populus punitus fuerit, vt patet Exo. 21. ergo videtur quòd non in omnibus iustitiam seruet.

¶ 6 Præt. Hoc videtur esse iniustum, vt meliori minus detur de bonis, & magis de malis: sed bona tẽporalia aliquando abundantius dantur a deo malis quàm bonis, & pœnæ quandoque magis inferuntur bonis quàm malis. ergo videtur q̃ nõ in omni opere suo iustitiam seruet cum misericordia.

SED CONTRA. Auguſt. dicit in lib. de concordia euangelistarum. Deus qui res humanas curat, iuste & misericorditer curat, vt nec præcludat misericordia iustitiam, nec iustitia misericordiam excludat. ergo videtur q̃ in omni opere domini iustitia & misericordia conueniant. Lib. 1. c. 14.

¶ 2 Præt. Non magis differt in deo iustitia & misericordia, q̃ potẽtia, bonitas, & sapientia: sed omne opus potentiæ est opus sapientiæ & bonitatis. ergo videtur q̃ similiter omne opus iustitiæ sit misericordiæ, & econuerso.

III

VLTERIVS. Videtur q̃ in opere dei principalior sit iustitia q̃ misericordia, quia vt dicitur Hebr. 10. Horrendum est incidere in manus dei viuentis: sed hoc non esset, si misericordia principalior in eius opere esset. ergo iustitia magis in opere dei principatur, quàm misericordia.

¶ 2 Præt. Illud quod est prius in quolibet genere, est principalius: sed iustitia vr̃ esse prior q̃ misericordia, quia misericordia ex iustitia nascitur, vt dicit Anſel. in Prosologio. ergo iustitia principalior est in opere dei q̃ misericordia. Prosologiõ cap. 9.

¶ 3 Præt. Illud quod inest alicui secundum se, principalius ei conuenit q̃ quod conuenit ei secundũ alterum: sed sicut dicit Anſel. in Prosolog. Parcẽdo malis iustus es secundum te, & nõ ſcẽm nos, sicut misertus es secundum nos & non secũdum te, & sic misericordia cõperit deo ſm nos, sed iustitia ſcẽm seipsum. ergo principalior est in opere dei iustitia q̃ misericordia. Libro eodẽ cap. 10.

SED CONTRA est, quod dicitur Iaco. 2. Superexaltat autem misericordia iudicium, i. superponetur misericordia in iudicio, vt gl. dicit. & in Psal. 144. Miserationes eius super omnia opa eius. ergo misericordia principalior ẽ in opere dei q̃ iustitia.

¶ 2 Præt. Illud quod est p̃prium alicui, principalius ei conuenit q̃ id qd̃ est alienũ ab eo: sed proprium opus dei est misereri & parcere, & opus punitionis est alienum ab eo, vt patet Exo. 22. ergo misericordia principalior est in ope dei quàm iustitia.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, q̃ agens & patiens semper debent sibi p̃portionaliter respõdere, ita q̃ hoc modo se habeat agens ad actionẽ, sicut patiẽs ad passionẽ. Ea aũt quæ sunt inæqualia, non hñt similem p̃portionem nisi ad inæqualia: sicut. n. senarius est maior quaternario, ita & ternarius cuius duplum est senarius, est maior binario cuius duplũ est quaternarius. Et inde est, q̃ quandocũque agens excedit patiens, oportet q̃ actio excedat passionem, sicut videmus in omnibus agentibus æquiuocis, quia patiens non recipit effectum totum actionis: dans aũt se habet p̃ modũ agentis, & recipiens p̃ modũ patientis, & ideo qñ dans superexcedit recipientem, conueniens est vt datio excedat illã receptionẽ, q̃ est p̃portionata recipienti: & ideo cum deus sit excellentissimus dator p̃ abundantiam suæ bonitatis, oportet q̃ semper eius datio in bonis superexcedat receptionem, quæ est p̃portionata recipienti. Pro eodem autẽ cõputantur minus malũ, & maius bonum, vt dicitur in 5. ethi. & ideo deus semper dat vltra condignũ de bonis, & semp mala pœnæ irrogat citra condignum. Cap. 5.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ quantum & tñ non important æqualitatem q̃titatis, sed proportionis in authoritate inducta. Pœnæ autem proportio ad culpam potest intelligi dupliciter vel in generali, vel in speciali. In generali quidem vt q̃ peccauit puniatur, & qui multum peccauit, multũ puniatur. In speciali aũt dupliciter, vel accipiendo proportionẽ pœnæ ad culpã secundum debitum culpæ absolute: vel præsupposita mitigatione diuinæ misericordiæ, quæ aliquid de pœna remittit. Primo igitur & tertio modo nunquam deus punit citra condignum,

gnum, quia semper peccantes multum, multum punit: nec aliquid de pœna dimittitur, quæ post mitigationem diuinæ misericordiæ remanet. Sed quantum ad secundum modum semper punitur aliquid citra condignū, quia non tm̄ punitur quis, q̄tum per culpam meruit. Vel dicendum, & melius, ꝙ ęqualitas ista ꝓportionalitatis ē, non æqualitatis, & attendenda est nō secundum comparationem pœnæ ad culpam, sed secundum proportionē duorum peccantiū ad duas pœnas, vt .s. qui plus peccauit, plus puniatur, & secūdum quod excedit in pc̄tō, sic excedatur in pęna: & sic etiam intelligendæ sunt omnes authoritates q̄ videtur æqualitatem culpæ & pœnę demonstrare.

& cum dicitur misericors, essentia diuina prædicatur, & insuper ꝙ ipse sit miserorum liberator intelligi datur. Similiter cum dicitur bon⁹, essentia diuina prædicatur. Et cum dicitur Deus, & insuper author omnium bonorum ostenditur. Ita & cum dicitur Deus, essentia diuina prædicatur, & ipse timendus ostenditur. Inde ergo quædam opera misericordię, quædam iustitiæ dicuntur, non quin diuina essentia hæc & illa operetur, & quin hæc & illa sint opera diuinæ essentię, q̄ dr̄ misericordia & iustitia, sed quia quędā sunt quibus iudex [a] & [b] æquus distributor, quædam quibus ostenditur miserator. Misericors enim dicitur in natura, [c] miserator in exhibitione: & in quibusdam operibus dicit effectus esse misericordię, & ī qbusdam effectus iustitiæ, nō quòd aliud efficiat iustitia, aliud misericordia Dei si ad essentiā referas, sed quia ex quibusdam effectibus intelligitur iudex, ex quibusdam miserator, vel vt quibusdā placet, iustus & misericors. Sed secundū hoc occurrit quæstio, quomodo ex alijs ostendatur iustus, & ex alijs misericors, cum sit idem ei esse iustum, & esse misericordem. Si enim secundum eandem rationem dicitur iustus & misericors, ex eo opere quo intelligitur iustus, intelligitur misericors, & econuerso. Sed dixi supra, quia cum dicitur Deus iustus & misericors, ita eadem diuina essentia significatur, & secundum ea idem prædicatur, vt etiam quędam diuersa intelligantur. Intelligimus enim per hoc eum esse miseratorem & iustum iudicem: quod euidenter Origenes ostendit dicens. Omnia quæ Dei sunt, Christus est, ipse sapientia eius, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas, ipse prudentia. Sed cum vnum sit in subiacenti, pro uarietate sensuum diuersis nuncupatur uocabulis. Aliud enim significat sapientia, aliud iustitia. Quando enim sapientia dicitur, disciplinis te diuinarum humanarumque rerum instruere intelligitur. Quando iustitia, distributor, vel iudex meritorum insinuatur: ita & prudentia cum dicitur, doctor & demonstrator bonarum, vel malarum rerum, vel neutrarum intelligitur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ duplicitas illa pœnæ nō intelligitur secundum excessum pœnæ ad culpā in duplo, sed quia homo in duobus punietur .s. in anima & corpore. Quod autem dicitur, ꝙ plus exigitur in pœnis, q̄ commissum sit in culpis, intelligendum est quantum ad temporis durationem, quia pro delectatione momentanea infligitur pœna æterna. Duratio autem pœnæ non proportionatur durationi culpæ, sed magis intensio pœnæ respōdet enormitati culpæ, vt patet ex supradictis.

In cor. ¶ Ad tertium dicēdum, quòd peccatum originale sequitur duplex pœna. Vna, secundum quod est infectiuum personæ, & sic est pœna eius carentia visionis diuinæ. Alia, secundū quod est vitium naturæ, & sic sequuntur ipsum pœnę quæ ex principio naturæ causantur, vt mors quæ causatur ex contrarietate principiorum naturæ, & alia huiusmodi quæ ad mortem ordinantur, vel quæ ex deordinatione principiorum naturæ cōsequuntur, vt febris, & huiusmodi. Dico ergo quòd baptismus mundat personam, sed nō curat naturam, quod patet ex hoc, quòd per actum naturæ baptizatus originale transmittit in prolem: & ideo per baptismum absoluitur puer baptizatus a reatu mortis æternæ, quæ est carentia visionis diuinæ, manet tamē adhuc reatus mortis temporalis, & aliorum huiusmodi, quæ ex peccato naturæ consequuntur, quæ quamuis ad vtilitatem illius personæ non cedant, si infra ætatem perfectam decedit, quia his passionibus non meretur, cedunt tamen in vtilitatem aliorum qui sunt ei conformes in natura, quia & pœnę huiusmodi peccatum naturæ consequuntur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ pro peccato originali secundum rigorem iustitiæ non solum debetur naturę pro pœna carentia visionis diuinæ, sed etiam ipsius annihilatio, & ideo ex hoc ipso ꝙ cōseruant̄ pueris non baptizatis naturalia bona, citra cōdignum puniuntur. Vnde Trenorum cap. 3. Misericordiæ domini, ꝙ non sumus consumpti.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ sicut potentia dei habet ordinē ad eius iustitiam, ita etiam habet ordinem ad eius misericordiam, vnde quāuis non repugnet potentiæ secundum quod ordinat ad iustitiam nihil de pœna dimittere, repugnat tamē potentiæ secundum quod ordinat ad misericordiam, & sic de potentia ad misericordiam ordinata hoc deus non potest.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ immisericordes nō consequuntur misericordiam totaliter a pœna liberantem, consequuntur tamen misericordiam aliquid de pœna relaxantem. Similiter etiā si potentes sint mali, non possunt excusari per infirmitatem, quæ quandoque excusat a toto, sicut & per eam exigui, idest totaliter infirmi excusantur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendū, ꝙ operatio dei est quasi medium inter deum operantem, & ipsum opus operatum. Omne autem medium participat quodammodo cum vtroque extremorum, & ideo in operatione dei oportet aliquid inueniri ex parte ipsius dei operantis, & ex parte operati, ad q̄d operatio terminatur: ex parte quidem operantis exigitur vt sit superabundantia in collatione bonorum, & in diminutione malorum, cum ipse deus sit excellentissimus operator, vt di-

F ctum est, & in hoc consistit diuina misericordia: ex parte aūtē operati requiritur receptio quæ fit secundum proportionem recipientis, & in hoc ratio iustitiæ consistit: & ideo oportet ꝙ in omni diuina operatione aliquid misericordiæ, & aliquid iustitiæ inueniatur: nec iustitia misericordiæ repugnat, quia misericordia non est laudabilis, nisi sit secūdum rationem rectam, q̄ est regula iustitiæ, siue secundum ordinē sapientis in diuinis: nec misericordia repugnat iustitiæ, quia elargiri aliquid supra debitum de bonis, vel citra debitū de malis, non est contra iustitiam, sed pręter eam, vt ex dictis patet: & ideo nec immensitas misericordiæ excludit iustitiā a diuino opere, nec immensitas iustitię misericordiam.

In cor. q. 1.

Vbi supra.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ iustitia, vt ex dictis patet, quandoque consistit in retributione meritorum, & sic iustitia in creatione non consideratur. Quandoque vero iustitia consistit in condecentia diuinæ bonitatis, & sic non præsupponit aliquid ex parte recipientis, sed solum ex parte H dei, & sic potest esse iustitia in opere creationis. Iustum ē enim vt vnaquęque res hoc modo esse habeat, quomodo præordinatum est a sapientia diuina. Similiter & misericordia dupliciter dicitur. Vnomodo, secundum quod repellit miseriam præcedētem non ex debito, & sic non potest esse misericordia in opere creationis. Alio modo, communiter, secundum quod sine debito tollitur quicumque defectus, & sic in opere creationis est misericordia, quia maximum defectum deus creando remouit .s. non esse, & hoc ex gratuita voluntate fecit, non aliquo debito constrictus.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Apostolus vtitur tali modo distinctionis, quia aliquis modus iustitiæ fuit in saluatione Iudæorum, qui non fuit in conuersione gentium, .s. impletio promissorum quæ fuerunt per prophetas Iudæis & non gentibus repromissa a deo. Sed tamen in vtrisque saluatio habuit & iustitiam, & misericordiam: iustitiam autem quæ est secundum decentiam diuinę bonitatis. Decuit enim vt deus rationalem creaturam non totaliter perderet, quam ad beatitudinē fecit: misericordiam vero, quia in neutris merita præcesserunt, quæ I ad hoc sufficerent, secundum illud Titi. 1. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos &c.

¶ Ad tertium dicēdum, ꝙ sicut dicit Aug. super illud Iosue. 7. Filij Israel præuaricati sunt &c. In pœnis æternis nūquā vnus punitur pro alio: sed in temporali quandoque vnus punitur pro alio, cuius ratio potest esse triplex. Vna ē, quia pœna æterna non infligitur alicui ad profectum patientis, sed ad vindictam culpæ: sed pœna temporalis quandoque infertur ad profectum patientis. Vnde sicut quandoque aliquis sine culpa punitur temporali pœna, ita etiam quandoque aliquis punitur pro peccato alterius ad profectum sui & aliorum, vt .s. videatur quantum vnus debeat esse sollicitus pro alio ne cadat in peccato, ex quo pro peccato vnius tota congregatio temporaliter punitur: & vt etiam ostendatur quàm fugiendum sit peccatū, K quod ita grauiter punitur, vt vno delinquente plures puniantur. Secunda ratio potest esse, quia quantum ad temporalia vnus homo est res alterius, sicut filius est quædam res patris, & ideo quandoque filius punitur temporaliter pro peccato patris, & seruus pro peccato domini: sed quantum ad bonū animæ quilibet gerit personam propriam, Ezech. 43. Omnes animæ meæ sunt. Tertia ratio est, quam assignat Grego. quia quandoque aliquis est particeps culpæ alterius, sicut ex culpa subditorum quandoque permittuntur prælati cadere in peccatum, & ita non est mirum si pro peccatis prælatorum subditi puniuntur, sicut 2. Reg. vlt. Dauid peccante populus est punitus, vnde hoc non est diuinæ iustitiæ contrarium, vt vnus quandoque pro peccato alterius puniatur: nec tamen ex hoc debet summi exemplum in iudicio humano, vt vnus puniatur

Cap. 8. declarans verba cap. 7.

Lib. 25. Moraliū c. 10. tex. vero c. 34.

Loco supra citato.

puniatur pro alio, vt August. dicit: quia homo non potest scire profectum prouenientem ex pœna temporali, sicut hoc deus infallibiliter cognoscit.

¶ Ad quartū dicendum, ꝙ in iustificatione impij seruatur aliquis modus iustitiæ, qui est secundum condecentiam diuinæ bonitatis, vel etiam secundum exhibitionem promissi, vt habetur in glo. super illud psal. 50. Vt iustificeris in sermonibus tuis &c. Deus .n. hoc promisit, vt peccatoribus veniam petentibus venia largiretur.

Super illud Hiere. 10. Qui fecit terrā ī fortitudine sua.

¶ Ad quintū dicendum, ꝙ non est iustitia, si de eo quod neutri ē debitum, æqualibus inæqualiter detur, sicut patet Matth. 20. in parabola de laborantibus in vinea, qui licet inæqualiter laborassent, est redditum æquale p̄miū. eo .n. quòd aliquis liberaliter dat q̄d potest dare, vel non dare, nihil differt quo ad iustitiam quantumcumque detur. Dico ergo quòd omnibus hominibus ex merito proprij peccati debetur pęna æterna, sed quòd aliqui liberentur, hoc est ex sola diuina liberalitate: posset enim omnes iuste damnare, & ideo nulla est iniustitia si aliquos eligat, & aliquos reprobet, in quibus tamen nulla differentia meritorum præcessit. Aaron autem punitus fuit, quamuis non pœna manifesta, sicut & populus, in signum ꝙ prælati non debent puniri manifeste, sed occulte propter scandalum vitandum. Pœna autem Aaron dicitur fuisse in ipso & filijs eius, quòd in sacrificio vitulæ rufæ immundi efficiebantur, vt habetur Numeri. 19. August. tamen in glo. Exo. 32. hoc occulto dei iudicio ascribit, qui quibusdam parcit ad tempus, vt in melius commutentur alijs punitis.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ hoc quod melioribus minus datur de bono temporali, & quandoque plus de malo, in eorum profectum cedit quantum ad spirituale bonum, quod est simpliciter hominis bonum. Bona enim temporalia non sunt simpliciter hominis bona, nisi secundum quod organice deseruiunt ad spirituale bonum. Quomodo autem hoc cedat in profectum spiritualis boni, supra ostensum est.

AD TERTIAM quęstionem dicendum, ꝙ illud quod est formale in vnoquoque, est excellentius in eo, quia per formam materia cōpletur. In qualibet aūt actione illud quod est ex parte agentis est quasi formale: illud aūt quod est ex parte patientis, vel recipientis est quasi materiale. Dictum autem est supra, ꝙ misericordia ī omni opere diuino resultat ex parte ipsi⁹ dei, qui superabundat in bono, sed iustitia ex parte recipientis, qui recipit secundum suam proportionem: & ideo in quolibet opere diuino supereminet misericordia iustitię, sicut materiali formale, & hoc est quod in psal. 144. dicitur. Miserationes eius super omnia opera eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dr̄ esse horrendū incidere in manus dei viuētis, non ꝑ remotionē misericordiæ relaxantis aliquid de pœna, sed ꝑ pœnæ interminabilitatem, vel etiā ꝑ remotionē resistētiæ: quia eius irę nemo resistere potest, cū sit omnipotens, nec ab eo fugere, cū sit vbique præsens, nec coram eo fallaciter se excusare, cum omnia sciat.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ Ansel. loquitur non de iustitia quæ attendit proportionem creaturæ, vel humana merita, sed quæ attendit solam decentiam bonitatis diuinæ: ex tali .n. decentia misericordia nascitur, non autem loquitur de iustitia secundū quod respicit debitum ex parte creaturæ.

¶ Et similiter etiam est dicendum ad tertium.

ARTICVLVS III.

3. part. q. 14. art. 2. in cor. 3. contra gen. ca. 144.

C *Vtrum per diuinam misericordiam omnis pœna terminetur tam hominum, quàm etiam dæmonum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ per diuinam misericordiā omnis pœna terminet̄ tam hominū, q̄ etiam

A dæmonū, quia Sap. 11. Misereris omnium, domine, quoniam omnia potes: sed inter omnia etiam dæmones continentur qui sunt dei creaturæ. ergo & dęmonum pœna finietur.

¶ 2 Præt. Rom. 11. Conclusit deus omnia sub peccato, vt omniū misereatur: sed deus dęmones sub peccato conclusit, idest, sub peccato concludi permisit. ergo videtur ꝙ etiam dæmonum quandoq; misereatur.

Authoritatibus probat quædam iustitiæ, alia misericordiæ, alia bonitati attribui.

B

QVòD autem quædā opera [a] misericordiæ, quædā iustitiæ, quædam bonitati attribuantur, in scripturis facile B est reperire. Et de misericordia quidem & iustitia manifestum est, de bonitate vero & misericordia amplius latet. Sed August. docet illa opera proprie ad misericordiam pertinere, quibus aliqui a miseria liberātur. Ad bonitatē vero nō solū illa, sed facturam & gubernationē naturaliū ita dicens. Ad misericordiam pertinet quòd a peccatis mūdat, & de miseria liberat. Ad bonitatē vero ꝙ cęlū, & terrā, & omnia

¶ 3 Præt. Sicut dicit Ansel. in lib. Cur deus homo. Non ē iniustum vt deus creaturam rationalem quam fecit ad beatitudinem, omnino perire finat. ergo videtur ꝙ cum quælibet creatura ratiōalis creata fuerit ad beatitudinē, non esse iustum vt omnino perire permittatur. Lib. 1. c. 6.

Super psal. 135.

SED CONTRA est, quod dicit Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, q̄ parat⁹ ē diabolo & angelis ei⁹. ergo ęternaliter puniēt.

C ¶ 2 Præt. Sicut boni angeli effecti sunt beati per conuersionē ad deum, ita mali angeli effecti sunt miseri per auersionem a deo. si ergo miseria malorum angelorum quandoque finiatur, & beatitudo bonorum finem habebit, quod est inconueniens.

VLTERIVS. Videtur quòd diuina misericordia non ꝑmittat, saltē homines, in æternum puniri, quia Gen. 6. dicitur. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: & accipitur ibi spiritus pro indignatione, vt patet per glo. ibidem. cum igitur indignatio dei nō sit aliud quàm eius pœna, non punientur æternaliter. II

¶ 2 Præt. Charitas sanctorum in præsenti hoc facit, vt pro inimicis exorent: sed tunc habebunt perfectiorem charitatem. ergo tunc orabunt pro inimicis damnatis: sed orationes eorum esse cassæ non poterunt, cum sint maxime deo accepti. ergo precibus sanctorum diuina misericordia quandoque damnatos a pœna liberabit.

D ¶ 3 Præt. Hoc quod deus pœnam æternam damnatorum prędixit, ad propheriam comminationis pertinet: sed prophetia cōminationis non semper impletur, quod patet per hoc quod dictum est de submersione Niniue, quæ nō fuit subuersa, sicut prædictum fuerat per prophetam, qui ex hoc etiam contristatus fuit. ergo videtur quòd multo amplius per diuinam misericordiam comminatio pœnæ æternæ commutabitur in mitiorem sententiam, quando in nullius tristitiam, sed in omnium gaudium cedere poterit.

¶ 4 Præt. Ad hoc facit quod in psal. 76. dicitur. Nunquid in æternum miserebitur deus? sed ira dei est eius punitio. ergo deus in æternum homines non puniet.

¶ 5 Præt. Esa. 14. super illud, Tu autem proiectus es &c. dicit glo. Et si omnes animæ aliquando habebunt requiem, tu nunquàm, loquens de diabolo. ergo videtur ꝙ omnes animæ humanæ aliquando requiem habebunt a pœnis.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 25. simul de electis & reprobis. Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem E in vitam ęternam: sed inconueniēs est ponere ꝙ iustorum vita quandoque finiatur. ergo inconueniens est ponere quòd reproborum supplicium terminetur.

¶ 2 Præt. Sicut dicit Dama. hoc est hominibus mors, quod angelis casus: sed angeli post casum irreparabiles fuerūt. ergo & homines similiter post mortem, & sic damnatorum supplicium nunquàm terminabitur. Lib. 2. de fide orthodoxa ca. 4.

VLTERIVS. Videtur quòd saltē Christianorum pœna per diuinam misericordiā terminetur, quia Marc. ulti. dicitur. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: sed hoc est omnium Chr̄ianorū. ergo oēs Christiani finaliter saluabuntur. III

¶ 2 Præt. Ioā. 6. dicitur. Qui manducat carnem meam, & bibit meū sanguinē habet vitam æternam: sed hoc est cōmunis cib⁹ & potus Chr̄ianorū. ergo oēs Christiani finaliter saluabūtur.

¶ 3 Præt. 1. Cor. 3. Si cuius opus arserit, detrimentū patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: & loquitur de illis,

de illis, in quibus fuit fundamentum fidei Christianæ. ergo omnes tales finaliter saluabuntur.

SED CONTRA est, quod dicitur 1.Cor.6. Iniqui regnũ dei non possidebunt: sed quidam Christiani sunt iniqui. ergo non omnes Christiani ad regnum dei peruenient.

Sup ps. 32. ¶ 2 Præt. 2.Petri.2. dicitur. Melius erat eis viam veritatis non cognoscere, q̃ post agnitã retrorsum ab eo, quod traditum est illis sancto mandato: sed illi qui viam veritatis nõ cognouerũt, eternaliter punientur. ergo & Christiani q̃ ab agnita retrocesserunt.

VLTERIVS. Videtur q̃ illi oẽs q̃ opera misericordiæ faciunt, nõ punientur æternaliter, sed soli illi qui opera misericordiæ negligũt, Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei qui nõ fecit misericordiam & Matt. 5. Beati misericordes, q̃m misericordiam consequent.

Super illud psal. 24. Secundũ misericordiã tuã memẽto mei tu. ¶ 2 Præt. Matth. 25. ponitur disceptatio dñi cum electis & reprobis: sed illa disceptatio nõ est nisi de operibus misericordiæ. ergo solum pro operibus misericordię omissis aliqui æternaliter puniẽtur, & sic idẽ qđ priꝰ.

¶ 3 Præt. Matth. 6. dicitur. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & sequitur. Si enim dimiseritis hominibus &c. ergo videtur quòd misericordes, qui alijs peccata dimittunt, ipsi veniam peccatorum consequant, & sic non æternaliter punientur.

¶ 4 Præt. 1. Thi. 4. super illud. Pietas ad omnia valet, dicit glo. Amb. Oĩs summa disciplinæ christianæ in misericordia & pietate est, quam aliquis sequens, si lubricum carnis patiatur, sine dubio vapulabit, non tamen peribit: si quis autem solum exercitium corporis habuerit, perennes pœnas patietur. ergo illi qui instituũt operibus misericordiæ, qui peccatis carnalibus detinentur, non in æternum punientur, & sic idem quod prius.

SED CONTRA est, quod dicitur 1.Cor.1. Neque fornicarij, neque adulteri regnum dei possidebunt: sed multi qui se exercent in operibus misericordiæ sunt tales. ergo non omnes misericordes ad regnum æternum peruenient, & ita aliqui eorum æternaliter punientur.

¶ 2 Præt. Iacobi. 2. dicitur. Quicũque totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, factus est omnium reus. ergo quicũq; seruat legem quo ad opera misericordiæ, & negligit alia opera, reatũ de transgressione legis incurret, & ita æternaliter punietur.

Cap. 17. RESPON. Dicendũ ad primã quæstionem, q̃ error Origenis fuit vt Aug. 21. de ciui. dei dicit, q̃ dæmones quãdoque per dei misericordiam liberandi sunt a pœnis. Sed iste error ab ecclesia est reprobatus propter duo. Primo, quia manifeste authoritati scripturæ repugnat, quæ habet Apoc. 9. Diabolus qui seducebat eos, missus ẽ in stagnum ignis & sulphuris, vbi bestia & pseudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum, per quod in scriptura significari æternitas consueuit. Secundo, quia ex vna parte dei misericordiam nimis extendebat, & ex alia parte nimis eam coarctabat: eiusdem. n. rationis esse videtur bonos angelos in æterna beatitudine permanere, & malos angelos in æternum puniri. Vnde sicut ponebat dæmones, & animas damnatorum quandoque a pœna liberandas, ita ponebat angelos & animas beatorum quandoque a beatitudine in huius vitæ miserias deuoluendas.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ deus quantum in ipso est, miseretur omnibus, sed quia eius misericordia sapientiæ ordine regulatur, inde est q̃ ad quosdam non se extendit qui se fecerũt misericordię indignos, sicut dæmones & dãnati q̃ sunt in malitia obstinati. Tamen potest dici, quòd in eis misericordia etiam locum habet inquantum citra condignum puniuntur, non quòd a pœna toraliter absoluantur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ibi intelligenda est distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, vt intelligatur authoritas de hominibus secundum statum viæ, quia. s. & Iudæorum, & gentilium misertus est, sed non omnũ gentilium, vel omnium Iudeorum.

uersæ. n. viæ Domini misericordia & veritas, quibus ad nos venit, vt ait Augu. super psal. 24. intelliguntur duo aduentus. Primus, in quo manifestã & multiplicẽ misericordiam nobis exhibuit: & secundus, in quo requirendo merita iustitiã exhibebit. Vniuersæ etiam viæ Domini. i. quibus ad Dominum ascendimus, sunt iustitia qua a malo declinamus, & misericordia qua bonum facimus: in his. n. duobus omne bonum meritum includitur. Sed cum superius Cassiod. dixerit in his duobus omnia opera Dei includi, merito q̃ri potest, an in omni opere Domini hæc duo mutuo sibi iungantur. Quibusdã placuit nõ in omni opere Domini hæc duo concurrere, secundum effectum dico, nam secundum essentiam non diuiditur misericordia a iustitia, sed unum est. Verum secundum effectum nõ in omni opere Domini dẽm ones posuere in perpetuum puniri, sed omnes homines quandoque liberari a pœna, etiam infideles. Sed hæc positio est omnino irrationabilis. Sicut. n. dæmones sunt in malitia obstinati, & ita perpetuo puniendi: ita & animæ hominum qui sine charitate decedunt, cum hoc sit hominibus mors, quod angelis casus, vt Dama, dicit.

Lib. 2. Defi de orthodoxa cap. 4. in fine.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ verbum illud intelligendum est de homine secundum genus suum, quia ab humano genere quandoque indignatio est remota per Christi aduẽtum, sed illi qui in hac reconciliatione, quæ facta est per Christum, noluerunt esse, vel permanere, in seipsis diuinam iram perpetrauerunt, cum non sit nobis aliquis modus reconciliationis concessus, nisi per Christum.

Cap. 18. de ciu. dei. Greg. 9. li. Moral. c. 13. 4. lib. dialog. cap. 54. ¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut dicit Aug. 21. de ciuit. dei. & Greg. 9. moral. & 4. dial. q̃ sancti in hac vita iõ pro inimicis exorant, vt conuertantur ad deum cum adhuc cõuerti possint. Si. n. esset nobis notum, q̃ essent præscити ad mortem, nõ magis pro eis quàm pro dæmonibus oraremus: & quia post hanc vitã decedentibus sine gratia tempus conuersionis non erit, nulla pro eis fiet oratio nec ab ecclesia militante, nec a triumphante: hic. n. pro eis orandum est, vt Apostolus dicit 2. Timo. 2. Vt det illis deus pœnitentiam, & resipiscant a laqueis diaboli.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ prophetia comminatoria pœnæ tunc solummodo immutatur, quando merita eius variãtur, in quem comminatio facta est, vnde Hierem. 18. Repente loquar ad gentem & aduersum regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gẽs illa a malo suo, agã & ego pœnitentiam super malo quod cogitaueram ei. Vnde cũ damnatorum merita mutari non possint, comminatio pœnæ semper in eis implebitur: nihilominus tamen prophetia comminationis semper quãtum ad aliquem intellectum impletur, quia vt dicit Augu. lib. prædicto. Euersa est Ninive, quæ mala erat, & bona ædificata est quæ non erat, stantibus. n. mœnibus atque domibus euersa est ciuitas in perditis moribus.

Cap. cod.

¶ Ad quartum dicẽdum, q̃ verbum illud psal. pertinet ad vasa misericordiæ, quæ se indignos misericordia non fecerunt, quia in hac vita quæ quædam ira dei est, propter vitæ miserias, vasa misericordiæ mutat in melius: vnde sequitur in psal. 76. Hæc mutatio dexteræ excelsi. Vel dicẽdum, q̃ hoc intelligitur de miseria aliquid relaxante, non de miseria totaliter liberante, si extendatur etiam ad damnatos: vnde non dicit, Continebit ab ira misericordias suas, sed in ira, quia non totaliter pœna toletur, sed ipsa pœna durãte misericordia operabitur eam diminuendo.

sup. 22. & 23. ¶ Ad quintum dicendum, q̃ glo. illa non loquitur simpliciter

ter, sed sub hypostasi impossibilis ad exaggerandum peccati magnitudinem ipsius diaboli, vel Nabuchodonosor.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, q̃ quidam fuerunt, vt dicit Aug. in lib. prædicto, qui non omnibus hominib' promiserunt absolutionẽ a pœna æterna, sed solis Christianis, & in hoc respectu diuersificati sunt. Quidã. n. dixerũt, q̃ quicũq; sacramẽta fidei percepерũt, ab æterna pœna erũt immunes. Sed hoc est contrarium veritati, quia quidam sacramenta fidei recipiunt, & fidem non habent, sine qua impossibili le est placere deo, Hebr. 11. Et ideo alij dixerunt, quòd solum illi ab æterna pœna erunt immunes, qui sacramẽta fidei sunt consecuti, & fidem catholicam tenuerũt. Sed contra hoc esse videtur, q̃ aliquando aliqui catholicã fidem tenent, & postea ab ea resiliunt, qui nõ minori pœna sunt digni, sed maiori, quia 2. Per. 2. Melius erat viã veritatis non agnoscere, q̃ post agnitã retroire. Planum ẽ etiam plus peccare hæresiarchas, qui de fide catholica recedentes nouas hæreses fingunt, q̃ illos qui a principio aliquã hæresim sũt secuti. Et ideo alij dixerunt, q̃ illi soli sunt a pœna æterna immunes, qui in fide catholica finaliter perseuerant, quantumcumque alijs criminibus inuoluantur. Sed hoc manifeste contrariatur scripturæ: quia Iacobi. 1. dicitur. Fides sine operibus mortua est. & Matth. 7. dicitur. Non omnis qui dicit mihi dñe domine, intrabit in regnum cęlorum: & in multis alijs locis scriptura peccantibus æternas pœnas comminatur, vnde non omnes finaliter in fide perstitentes a pœna æterna erunt immunes, nisi & ab alijs criminibus inueniantur finaliter absoluti.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ dominus ibi loquitur de fide formata, quæ per dilectionem operatur, in qua quicũq; decesserit, saluus erit: sed huic non solum opponitur infidelitas error, sed quodlibet peccatum mortale.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ verbum domini est intelligendum non de illis qui tantum sacramentaliter edunt, qui indigne quandoque sumentes, iudicium sibi manducant & bibũt, vt dicitur 1. Cor. 11. sed de manducantibus spiritualiter, qui ei per charitatem incorporantur, quam incorporationem facit sacramentalis comestio, si quis digne accedat. Vnde quantum est ex virtute sacramenti ad vitam æternam perducit, quamuis aliquis se possit tali fructu priuare per peccata etiam postquàm digne sumpserit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fundamentum in verbis Apostoli intelligitur fides formata, supra quam qui peccata venalia ædificauerit, detrimentum patietur, quia pro eis punietur a deo, ipse tamen saluus erit finaliter quasi per ignem vel temporalis tribulationis, vel purgatoriæ pœnæ, q̃ erit post mortẽ.

sup. 22. & 23. AD QVARTAM quæstionem dicendum, q̃ sicut dicit Augustinus in lib. prædicto. Quidam posuerunt non omnes qui ecatholicam fidem tenent, a pœna æterna esse liberandos, sed solum illos qui misericordiæ operibus insistunt, quamuis etiam alijs criminibus sint subiecti. Sed istud non potest stare, quia sine charitate non potest aliquid deo esse acceptum, nec sine ea prodest aliquid ad vitam æternam. Cõtingit autem aliquos operibus misericordię insistere, qui charitatem nõ habent, vn dicunt esse misericordiam & iustitiam, sed in quibusdam fatentur tãtum misericordiam, & in alijs iustitiam, atque in alijs misericordiam & iustitiam. Fatentur tamen Dominum omnia quæ fecit misericorditer agere & iuste, referentes rationem dicti ad Dei voluntatẽ, quæ iustitia est & misericordia, non ad effectus misericordiæ & iustitiæ q̃ sunt in rebus. Alijs autem uidetur q̃ sicut dicitur Deus omnia opera sua iuste facere & misericorditer, ita concedendum sit in omni opere Dei iustitiam esse & misericordiam. i. clementiam secundum effectum, uel signum: quia nullũ opus Dei est in quo non sit effectus, uel signum æquitatis & clemẽtiæ siue occulte, siue aperte. Aliquando. n. manifesta est clementia, siue benignitas, & occulta æquitas, aliquando econuerso.

DISTINC. XLVII. A

De sententia iudicij.

OLET etiã quæri, qualiter dabitur iudicij sententia: sed non est perspicuum id explicare. Non enim scripturæ aperte diffinit, an uoce illa proferantur, Venite benedicti: &, Ite maledicti, an uirtute iudicis ita fiat conscientiis singulorum attestantibus, ut modo dicitur, futurũ, ut iudicis potentiæ effectus, ipsius dictione significetur. Illa etiã, Esurini, & non dedistis mihi manducare, & huiusmodi, magis cõscientijs exprimenda plurimi putant, quàm uerbis: quia Apostolus in momento, & ictu oculi mysterium cõsummandum tradit. Sed illud ad resurrectionis statum tantum referunt, non ad iudicium, qui aliis iudicij sententiam, & malorum increpationes, & bonorum præmia uerbis exprimenda asserunt.

Quòd iudicabunt sancti, & quomodo.

ON autem solus Christus iudicabit, sed & ᵇ sancti cum eo iudicabunt nationes. Ipse. n. Apostolis ait. Sedebitis & uos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Nec est putandum, q̃ duodecim Apostolis tantum hoc promiserit Christus. Vbi. n. sedebit Paulus, qui plus omnibus laborauit, si non ibi sedebunt nisi duodecim? ergo sed de his nihil prodest ad vitam æternam promerendam, uel ad immunitatem pœnæ æternæ, vt patet 1. Cor. 13. Et præcipue hoc apparet absurdum in raptoribus, qui multa rapiunt, & tamen aliqua misericorditer largiuntur. Et ideo dicẽdum, quòd quicunque cum peccato mortali decedunt, nec fides, nec opera misericordię eos liberabit a pœna ęterna etiam post quãtumcũque spatium temporis. Matth. 25.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ illi misericordiã cõsequentur, qui misericordiam ordinate impendunt, non autem ordinate misericordiam impẽdunt: qui seipsos in misereñdo negligũt, sed magis se impugnant male agẽdo: & ideo tales misericordiã penitus absoluentem non cõsequuntur, etsi consequantur misericordiam de pœnis debitis aliquid relaxantem. Vbi supra. 1. Cor. 15.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ non ꝓp hoc ponitur disceptatio solũ de operibus misericordiæ, quia pro earũ neglectu tantummodo aliqui æternaliter puniantur: sed quia illi ab æterna pœna liberabuntur post peccata, qui ꝓp opera misericordię sibi veniã impetrauerunt, facientes sibi amicos de mammona iniquitatis. Sapiẽ. 8. Matth. 19.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ illud a domino dicitur his qui petũt sibi debitum relaxari, non illis qui in peccato persistũt: & ideo soli pœnitentes per opera misericordiæ consequentur misericordiam penitus liberantem.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ glo. Ambro. loquitur de lubrico venialis peccati, a quo aliquis post purgatorias pœnas, quas vapulationẽ dicit, per opera misericordiæ absoluetur. Vel si loquat' de lubrico mortalis peccati, ẽ intelligendũ q̃tum ad hoc q̃ adhuc in vita ista existẽtes, illi qui ex fragilitate in carnalia peccata incidunt, ꝓ opera misericordiæ ad pœnitentiã disponunt, vñ talis non peribit. i. disponetur per talia opera ad non pereundum.

EXPOSITIO TEXTVS.

AM grandis tamen pœna est, vt ei &c. Aug. dicit, q̃ mitissima est pœna parulorũ, qui tñ alienant' a regno. Et dicẽdum, q̃ hoc quod hic dr̃, intelligendũ est de illis qui carent diuina visione, & hñt conscientiæ remorsum, q̃ ex propria culpa ea priuent. *Incomprehensibilia sunt iudicia eius.* Sed contra in psal. 118. In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. Et dicendũ, q̃ iudicia in psal. appellantur dei mandata. Apostolus aũt dicit dei iudicia, dispositiones eius. *Sed varietas sensuum, & effectus in creaturis &c.* Inquãtum videlicet ex diuersis conceptionibus, quas a creaturis accipimus, diuersas rationes attribuimus deo, vt diuersitas non sit in deo secũdum esse, sed sit diuersitas secũdum rationem tm̃, quod hic dicitur varietas sensuum, vel ſm connotata, & hoc dr̃ varietas effectuum. Et de hoc in 2. dist. 1. lib. dictum est. De peccatorũ meritis, & remissione ca. 16. & lib. 5. cõtra Iulianum Pelag. c. 8. q. 1. ar. 2. ad quintum.

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de remuneratione animarum, & punitione quæ præcedit iudicium generale, hic incipit determinare de remuneratione & punitione quæ erit per iudicium generale. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de ipso generali

generali iudicio. In secunda determinat de remuneratione & pœna, quę generale iudicium consequitur. 49. dist. ibi. *Post resurrectionem vero facto impletoque &c.* Prima pars diuidit in duas. In prima determinat ea quæ pertinent ad modum iudicij, & ad iudicis ministerium. In secunda determinat ea quæ pertinēt ad iudicis personā 48. dist. ibi. *Solet etiā quæri, qua forma &c.* Prima in duas. In prima.n. requirit de iudicij modo. In secunda de iudicis ministris, ibi. *Non aūt solus Christ⁹ &c.* Et hęc pars diuidit in tres. In prima.n. ostendit, quomodo homines cū Christo iudicante pariter indicabūt. In secunda ostendit, qd ministerij angeli in iudicio exhibebūt, ibi. *Cum aūt in euangelio legatur &c* In tertia pte requirit, vtrū dæmones ministri huius iudicij sint futuri, torquendo damnatorū animas, ibi. *Et solet quæri, vtrum in inferno &c.* Prima pars diuiditur in duas. In prima ostendit ꝙ quidam homines cum Christo iudicabunt. In secunda enumerat quatuor ordines hominum, qui ad iudiciū veniunt, ibi. *Sunt autem quatuor ordines &c.*

des perfectio tribunalis.i. vniuersitas iudicantiū intelligitur.ſ. oēs pfecti, qui relictis omnib⁹ secuti sunt Chrm: per duodecim trib⁹ vniuersitas iudicandorū. Iudicabūt vero eos sancti non mō cooperatione, sed etiam authoritate & ptāte. vñ. Gladij ancipites in manibus eorū.i. sentētia de bonis & de malis in potestate eorum. Psal. 149. Si vero quæritur, q̄ erit eorum potestas, vel authoritas in iudicando, puto non ante posse sciri q̄ uideatur, nisi diuina reuelatione quis didicerit.

De ordinibus eorum qui iudicandi erūt.

ERunt autem quatuor ordines in iudicio. Duæ quippe sunt partes, electorū.ſ.& reproborum, vt Greg. in mora. ait: sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. Alij .n. iudicantur & pereunt: alij non iudicantur & pereunt: alij iudicātur & regnāt: alij nō iudicantur & regnant. Iudicant & pereunt, quibus dominica inclamatione dicet. G Esuriui, & non dedistis mihi manducare &c. Non iudicantur, & pereunt, quibus Dominus ait. Qui nō credit, iam iudicatus est. Eorum enim damnatio toti ecclesiæ nota est & certa, & ideo dicunt tunc nō iudicari, quia ad conspectum districti iudicis cum aperta damnatione suæ infidelitatis accedent. Qui vero professionem fidei sine operibus habent, iudicabunt & peribūt,

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, De iudicio generali.
¶ Secunda, De igne qui præcedit faciem iudicis.

Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, De ipso iudicio.
¶ Secundo, De iudicantibus cum Christo.
¶ Tertio, De his qui in iudicio iudicabuntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum generale iudicium sit futurum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ generale iudicium nō sit futurum, quia vt dicitur Naum. 1. Non iudicabit deus bis in idipsum: sed nunc deus iudicat de singulis hominū operibus, cū post mortem vnicuique pœnas, uel præmia pro meritis tribuit, & dum etiam in hac vita quosdam pro bonis, vel malis operibus præmiat, vel punit. ergo videtur ꝙ nō sit aliud iudicium futurum. (3. par. q. 59. ar. 5. per totum. 4. cōtra gē. cap. 96.)

¶ 2 Præt. In nullo iudicio executio sentētiæ præcedit iudiciū: sed sententia diuini iudicij quo ad homines, est de adeptione regni, vel exclusione a regno, vt patet Matth. 25. ergo cum modo aliqui adipiscantur regnū æternū, & quidam excludantur ab ipso perpetuo, videtur ꝙ aliud iudicium non sit futurum.

¶ 3 Præt. Propter hoc aliqua in iudicium oportet adduci, quia dubium est quid de eis diffiniendum sit: sed ante finē mundi determinata est vnicuique damnatorum sua dānatio, & cuique sanctorum sua beatitudo. ergo videtur ꝙ non oporteat aliquod futurum iudicium esse.

SED CONTRA Matth. 12. dicitur. Viri Niniuitę surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. ergo post resurrectionem aliquod iudicium erit.

¶ 2 Præt. Ioā. 5. dicitur. Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. ergo videt ꝙ post resurrectionē aliquod iudiciū sit futurū.

II VLTERIVS. Videtur ꝙ iudiciū illud q̄tum ad disceptationem & sententiam fiat per locutionē vocalem, quia vt dicit August. 20. de ciui. dei. Per quot dies hoc futurum iudicium tēdatur, hoc incertum est: sed non esset incertum, si illa q̄ in iudicio dicuntur futura, tm̄ mentaliter complerentur. ergo iudiciū illud vocaliter fiet, & non solum mentaliter. (Cap. 1.)

¶ 2 Præt. Greg. dicit, & habetur in litera. Illi saltem verba iudi- (Vide in lra magistri,)
F cis audient, qui eius verbo fidem tenuerunt: hoc autē non pōt intelligi de verbo interiori, q̄ sic oēs verba iudicis audiēt, quia oībus & bonis, & malis nota erunt oīa facta aliorū, sicut supra dist. 43. dictū est. ergo vr̄ ꝙ iudicium illud vocaliter peraget. (q. 1. ar. 5. q. 2. in cor.)

¶ 3 Præt. Sicut in sequenti dist. dicetur, Christus ſm formam hominis iudicabit, in qua corporaliter ab omnibus possit videri. ergo videtur eadē ratione quòd corporali voce loquatur, vt ab omnibus audiatur. (Lib. 26. Moral. cap. 27.)

SED CONTRA August. dicit 20. de ciuitate dei, ꝙ liber vitæ, de quo Apoc. 20. vis quædam intelligenda est diuina, qua fiet vt vnicuique opera sua vel bona, vel mala in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset, vel excuset scientia conscientiam, atque ita simul & omnes, & singuli iudicēt: sed (Matth. 25. Ioan. 8.)
H si vocaliter discurrerent merita singulorū, nō possent oēs & singuli iudicari simul. ergo videtur ꝙ illa discussio nō erit vocalis.

¶ 2 Præt. Sententia proportionaliter debet testimonio respondere: sed testimonium & accusatio, vel excusatio mentalis erit, vnde Roma. 2. Testimonium illis reddente conscientia ipsorū, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendētium in die cum iudicabit deus occulta hominum. ergo videtur ꝙ illa sententia & totum iudicium mentaliter expleat.

III VLTERIVS. Videtur quòd tempus futuri iudicij non sit ignotum. Sicut.n. sancti patres expectabant primum aduentum, ita & nos expectamus secundum: sed sancti patres sciuerunt tempus aduentus primi, sicut patet per numerum hebdomadarum q̄ describuntur Dan. 9. vnde & reprehēduntur Iudæi ꝙ tēpus aduētus Christi non cognouerunt, vt patet Luc. 12. Hypocritæ, faciē cęli & terræ nostis probare, hoc autem tēpus qūo nō probatis? ergo videtur ꝙ etiā nobis esse debeat determinatū tēpus scdi aduentus, quo deus ad iudicium veniet. (Epla 1. ad Thesal. 5. Lec. 1. opusc. 3. c. 58.)

I ¶ 2 Præt. Per signa deuenimus in cognitionē signatorum: sed, de iudicio futuro multa signa nobis in scriptura ponuntur, vt patet 24. Matth. & 21. Lucæ & 12. Marci. ergo in cognitionem illius temporis possumus peruenire.

¶ 3 Præt. Apl's dixit. 1. Cor. 10. Nos sum⁹, in quos fines sęclorū deuenerūt. & 1. Ioā. 3. Filioli, nouissima hora ē &c. cū ergo iam longū tps transierit ex quo hæc dicta sunt, vr̄ ꝙ saltē nunc scire possumus quòd vltimum iudicium sit propinquum.

¶ 4 Præt. Tps iudicij nō debet eē occultū, nisi pp hoc ꝙ qlibet sollicit⁹ se ad iudiciū pparet, dū determinate tps ignorat: sed eadē sollicitudo remanet etiā si certū esset, qa cuicūq; incertū est tps suę mortis, & sicut dicit Aug ī epl'a ad Esitiū. In quo quēq; inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum cōprehēdet mūdi nouissimus dies. ergo nō est necessariū tps iudicij eē occultū. (Epl'a 78.)

SED CONTRA est, quod dr̄ Marc. 13. De die illa, vel hora nemo scit, neque angeli in cęlo, neq; filius nisi pater: dicitur autem filius nescire, inquantum nos scire non facit.

K ¶ 5 Præt. 1. Thes. 5. Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. ergo videtur cum aduentus furis in nocte sit omnino incertus, ꝙ dies vltimi iudicij sit omnino incertus.

RESPON. Dicendū ad primā q̄stionē, ꝙ sicut operatio ptinet ad rerū principiū quo pducunt in esse, ita iudiciū ptinet ad meritū, quo res ad suum finē pducunt. Distinguitur aūt duplex dei opatio. Vna, qua res primic⁹ in eē pducit instituēs naturā, distinguēs ea q̄ ad cōpletionē ipsi⁹ ptinent, a quo qdē opere de⁹ dr̄ quieuisse, Gen. 1. Alia eius opatio ē qua opat in gubernatione creaturarū, de qua Ioā. 5. Pr̄ meus vsq; mō operat, & ego operor. ita etiā duplex iudiciū distinguit, ordine tñ cōuerso. Vnū qd̄ rñdet opi gubernationis, q̄ sine iudicio esse nō pōt, p quod qdē iudiciū vnusquisq; singulariter p suis opibus iudicat nō solū ſm quod sibi cōpetit, sed ſm quod cōpetit gubernationi vniuersi, vñ defert vnius pmiatio p vtilitate aliorū, vt dr̄ Heb. 11. Et pœnæ vnius ad profectum alterius cedunt: vnde necesse ē vt sit aliquod iudiciū vniuersale correspōdēs ex aduerso, primæ

A rerū productioni in esse, ut uidelicet sicut tunc omnia processerunt immediate a deo, ita tunc ultima completio mundo detur, unoquoque accipiente finaliter quod ei debetur secundum seipsum: unde in illo iudicio apparebit manifeste diuina iustitia quantum ad omnia quæ nunc ex hoc occultantur, quod interdum de uno disponitur ad utilitatē aliorum aliter, quàm manifesta opera exigere uideantur: unde ēt & tūc erit uniuersalis separatio bonorū a malis, quia ulterius non erit locus ut mali per bonos, uel boni per malos proficiant, propter quem profectum interim commisti inueniuntur boni malis quoadusque status huius uitæ per diuinam prouidentiam gubernatur.

ideſt, redarguentur ut pereant: qui uero nec fidei sacramenta tenuerūt, increpationem iudicis in se fieri non audient, quia infidelitatis suæ tenebris præiudicati eius quem despexerunt inuectione redargui non merentur. Illi autem saltem uerba iudicis audient, qui eius fidem saltem uerbo tenuerūt. Illi autem in damnatione sua æterni iudicis nec uerba percipient, qui eius reuerentiam nec uerbotenus seruare uoluerūt, & ideo illi iudicandi, sed isti non iudicandi dicuntur. Ex electorum uero parte alii iudicantur & regnant, scilicet qui uitæ maculas lacrymis ter B gunt, & eleemosynarum superinductione operiunt, quibus iudex ueniens in dextera consistentibus

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quilibet homo & est singularis quædam persona, & est pars totius humani generis: unde & duplex ei iudicium debet. Vnum singulare, quod de eo fiet post mortem, qū recipiet iuxta ea quæ in corpore gessit, quamuis non totaliter, quia non quo ad corpus, sed quo ad animam tantum. Aliud iudicium debet esse de eo secundum quod est pars totius humani generis, sicut aliquis iudicari dicitur secundum humanam iustitiam etiam quādo iudicium datur de communitate, de cuius ipse est pars: unde & tunc quādo fiet uniuersale iudiciū totius humani generis per uniuersalem separationem bonorum a malis, etiam quilibet per consequens iudicabitur, nec tamen deus bis iudicat in idipsum, quia non duas pœnas pro uno pecca C to infert, sed pœna quæ ante iudicium complete inflicta non fuerat, in ultimo iudicio complebitur, post quod impii cruciabuntur quo ad corpus & animam simul.

¶ Ad secundum dicendum, quòd propria sententia illius generalis iudicii est uniuersalis separatio bonorum a malis, quæ illud iudicium non præcedet, sed nec etiam quo ad particularem sententiam uniuscuiusque plene præcessit iudicii effectus, quia etiā boni amplius post iudicium præmiabuntur, tum ex gloria corporis adiuncta: tum ex numero sanctorum completo, & mali etiam amplius torquebuntur adiuncta pœna corporis, & impleto in pœnis numero damnatorum, quia quanto cum pluribus ardebunt, tanto plus ardebunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd uniuersale iudicium, ut dictum est, magis directe respicit utilitatem hominum quàm singulos iudicandorum. quàmuis ergo cuilibet homini ante iudicium sit D certa notitia de sua damnatione, uel præmio, non tamen omnibus omnium damnatio, uel præmium innotescet, unde iudicium necessarium erit.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd quid sit uerum circa hanc quæstionem diffiniri pro certo non potest, tamen probabilius æstimatur quòd totum illud iudicium & quo ad discussionem, & quo ad accusationem malorum, & commendationem bonorum, & quo ad sententiam de utrisque mentaliter perficietur. Si enim uocaliter singulorum facta narrarentur, inæstimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeretur, sicut etiam Aug. 20. de ci. dei dicit, ꝙ si liber ex cuius scriptura omnes iudicabuntur, ut dicitur apoc. 9. carnaliter cogitetur, quis eius magnitudinem, aut longitudinem ualeat æstimare, aut quanto tempore legi poterit liber, in quo scriptæ sunt uniuersę uitæ uniuersorum, non autem minus tempus requiritur ad narrandum oretenus singulorum facta, quàm ad legendum, si essent in libro materiali scripta: unde probabile est quòd illa quæ dicuntur Matth. 25. nō uocaliter, sed mentaliter intelligenda sunt esse perficienda. E

(ubi supra.) AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pro tanto dicit Aug. quòd incertum est per quot dies hoc iudicium tendatur, quia nō est determinatum utrum perficiatur uocaliter. Si enim uocaliter perficeretur, prolixum tempus ad hoc requireretur, si autem mentaliter, in momento fieri poterit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam si iudicium fiat mentaliter, tamen uerbum Grego. saluari potest, quia etsi omnibus innotescent sua & aliorum facta, diuina uirtute hoc faciente, quæ in euangelio locutio dicitur, tamen illi qui fidem habuerunt, quam ex uerbis dei cōceperūt, ex ipsis uerbis iudicabuntur, quia ut dicitur Ro. 2. Qui in lege peccauerūt, per legem iudicabuntur: unde quodam speciali modo dicetur aliquid his qui fuerūt fideles, quod non dicetur his qui fuerūt infideles.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus corporaliter apparebit, ut ab omnibus iudex corporalis cognoscatur, quod quidem subi-
A to fieri poterit: sed locutio quæ tempore mensuratur, requireret immensam temporis prolixitatem, si uocali locutione iudicium peragereretur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd deus per scientiam suam est causa rerum. Vtrumque autem creaturis communicat, dum & rebus tribuit uirtutem agendi alias res quarum sint causa, & quibusdam etiam rerum cognitionem præbet, sed in utroq; aliqua sibi reseruat. Operatur enim quædam, in quibus nulla creatura ei cooperatur, & similiter cognoscit quædam quæ a nulla pura creatura cognoscūtur: hic autem nulla alia magis esse debent quàm illa quæ soli diuinæ subiacent potestati, in quibus ei nulla creatura cooperatur, & huiusmodi est finis mundi, in quo erit dies iudicii. Non enim per aliquam causā creatam mundus finietur, sicut etiam & mundus esse incœpit immediate a deo: unde dicetur, cognitio finis mundi soli deo reseruatur, & hanc rationem ipse dominus uī assignare act. 1. Nō est, inquit, uestrum nosse tempora, uel momēta, quæ pater posuit in sua potestate, quasi dicat, quæ soli potestati eius reseruata sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in primo aduētu, Christus uenit occultus, secūdū illud Esa. 45. Vere tu es deus abscōditus sanctus Israel saluator: & ideo ut a fidelibus cognosci posset, oportuit determinate tempus prędeterminare: sed in secundo aduētu ueniet manifestus, ut dicitur in psal. 49. Deus manifeste ue C niet &c. & ideo circa cognitionem aduentus ipsius error esse non poterit, propter quod non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, sicut dicit Aug. in epistola de die iudicii ad Esitium. Signa quę in euangeliis ponuntur, nō omnia ptinent ad secundum aduentum, qui erit in fine, sed quædam eorū pertinēt ad tempus destructionis Hierusalem, quæ iam præteriit: quædam uero, & plura eorum pertinent ad aduentum, quo quotidie ad ecclesiam suam uenit, eam spiritualiter uisitās, prout inhabitat nos per fidem & amorem: nec illa quæ in euangeliis, uel in epistolis ponuntur ad ultimum aduentum spectantia ad hoc possunt ualere, ut determinate tempus iudicii possit cognosci, quia illa pericula quæ prænuntiantur nuntiantia uicinum Christi aduentum, etiam a tempore primitiuæ ecclesiæ fuerunt quandoque intensius, quandoque remissius: unde & ipsi dies Apostolorum dicti sunt nouissimi dies, ut patet Act. 2. ubi Petrus expo D nit illud uerbum Iohel. 2. Erit in nouissimis diebus &c. pro tempore illo, & tamen ex illo tempore tempus plurimum transiuit, & quandoque plures, & quandoque pauciores tribulationes in ecclesia fuerunt. Vnde non potest determinari tempus quantum sit futurum nec de mense, nec de anno, nec de centum, nec de mille annis, ut August. in eodem lib. dicit. Et si credatur in fine huius modi pericula magis abundare, non tamen potest determinari quæ sit illa quantitas periculorum, quæ immediate diē iudicii prę cedet, uel antichristi aduentū, cum & circa tempora primitiuæ ecclesiæ fuerint persecutiones aliquæ adeo graues, & corruptiones errorum adeo abundarent, ꝙ aliquibus tunc uicinus expectaretur, uel imminens antichristi aduentus, sicut dicitur in ecclesiastica historia, & in lib. Hiero. de uiris illustribus. (Epistola 78) (Lib. 20. c. 7. 8. & 9)

¶ Ad tertium dicēdum, quòd ex hoc quòd dicitur nouissima hora est, uel ex similibus locutionibus quæ in scriptura dicuntur, nō potest aliqua determinata quantitas temporis sciri. Non enim est dictum ad significandum aliquam breuem horam temporis, sed ad significandum nouissimum statum mundi, qui est quasi nouissima ætas, quæ quanto tēporis spatio duret, non est diffinitū, cum etiam nec senio quòd est ultima ętas hominis, sit aliquis terminus certus præfinitus, cum quandoq; inueniatur durare quantū omnes præcedentes ætates, uel plus, ut dicit Augu. in lib. 83. q. unde etiā & Apostolus. 2. Thess. 2. excludit falsum intellectū, quē quidam ex illis uerbis conceperant, ut crederent diē dñi iā instare. (In Catal. & est in uita Iudę cuiusdā in ordine ab eo positi. num. lxii.) (q. 58)

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ etiā supposita mortis incertitudine, dupliciter ad uigilantiā ualet incertitudo iudicii. Primo ad hoc, quòd ignoratur utrum etiam differatur tantum, quantum est hominis uita, ut sic ex duabus partibus incertitudo maiorem diligētiam faciat. Secundo quantum ad hoc, quòd homo non gerit solum sollicitudinem de persona sua, sed de familia, uel ciuitate, uel regno, aut tota ecclesia, cui non determinatur tempus durationis secundum hominis uitam, & tamen oportet unumquodque horum hoc modo disponi, ut dies domini non inueniat imparatos.

ARTICVLVS II.

b Vtrum aliqui homines iudicabunt cum Christo.

2.Con.5.lectio secūda.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nulli homines iudicabunt cum Christo, quia Ioā.5. Pater omne iudicium dedit filio, ut omnes &c. sed honorificentia talis nō debetur alicui quàm Christo. ergo &c.

¶2 Præt. Quicumq; iudicat, habet potestatem super illud qđ iudicat: sed ea de quibus debet esse futurū iudicium, sicut merita & pr̄æmia humana, soli diuinæ authoritati subsunt. ergo nulli competit de his iudicare.

dicet. Esuriui, & dedistis mihi mā ducare. Alii autem non iudicantur & regnant, qui etiam præcepta legis perfectiori uirtute transcendunt, quia non hoc solū quod lex præcipit, implere conteti sunt, sed & quod ad perfectionem consulitur, implere student. De quibus propheta ait. Dominus ad iudicium ueniet cum senatoribus populi sui. Et Salomon de ecclesiæ sponso loquens ait. Nobilis in portis uir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. & Iob ait. Non saluat impios, & pauperibus iudicium tribuit. Hi ergo

¶3 Præter. Iudicium illud non exercebitur uocaliter, sed mentaliter, ut probabilius æstimatur: sed hoc quòd cordibus hominum notificentur merita & demerita, quod est quasi accusatio, uel commendatio, uel retributio pœnæ & præmii, quod est quasi sententiæ prolatio, sola diuina uirtute fiet, ergo nulli alii iudicabunt nisi Christus qui est deus.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth.19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel.

¶2 Præter. Esa.3. Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi sui. ergo uidetur quòd etiam alii iudicabunt cum Christo.

II VLTERIVS. Videtur quòd iudiciaria potestas non respondeat uoluntariæ paupertati. Hoc enim solum duodecim Apostolis promissum est Matth. 19. Sedebitis super sedes duodecim iudicantes &c. ergo cum non omnes uoluntarie pauperes sint apostoli, uidetur ꝙ non omnibus iudiciaria potestas respondeat.

¶2 Præt. Maius est offerre sacrificium deo de proprio corpore ꝗ̄ de exterioribus rebus: sed martyres, & etiā uirgines offerūt d' proprio corpore sacrificium deo, uoluntarie autem pauperes de exterioribus rebus. ergo sublimitas iudiciarię potestatis magis respōdet martyribus & uirginibus, quàm uoluntarie pauperibus.

¶3 Præt. Ioā.5. Est q accusat uos Moyses, in quo uos speratis, glo. quia uoci eius non creditis. & Ioā. 12. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. ergo ex hoc quòd aliquis ꝓponit legem, uel uerbum exhortationis ad instructionem morū, habet quòd iudicet contemnentes: sed hoc est doctorum. ergo doctoribus magis competit quàm pauperibus.

¶4 Præt. Christus ex hoc quòd iniuste iudicatus est, inquantum homo, meruit ut sit iudex omnium in natura humana, unde Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: sed qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, iniuste iudicantur. ergo iudiciaria potestas magis eis quàm pauperibus competit.

¶5 Præter. Superior non iudicatur ab inferiore: sed multi licite diuitiis utentes, maioris meriti erunt multis uoluntarie pauperibus. ergo uoluntarii pauperes non iudicabunt nisi alii iudicabuntur.

SED CONTRA. Iob. 36. Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. ergo pauperum est iudicare.

¶2 Præter. Matth.19. super illud, Vos qui reliquistis omnia &c. dicit glo. Qui reliquerunt omnia, & secuti sunt dominum, hi iudices erunt: qui licita habentes, recte usi sunt, iudicabuntur, & sic idem quod prius.

III VLTERIVS. Videtur quòd angeli debeant iudicare, Matth.25. Cum uenerit filius in maiestate sua, & omnes angeli cum eo: sed loquitur de aduentu ad iudicium. ergo uidetur quòd etiā angeli iudicabunt.

¶2 Præter. Angelorum ordines nomina sortiuntur ex officio quod exercent: sed quidam angelorum ordo est ordo thronorum quod uidetur pertinere ad iudiciariam potestatem: thronus enim est sedes iudicis, solium regis, cathedra doctoris. ergo aliqui angeli iudicabuntur.

¶3 Præter. Sanctis post hanc uitam promittitur angelorū æqualitas Matth.22. si ergo homines hanc habebunt potestatem ut iudicent, multo fortius & angeli.

SED CONTRA. Ioan.5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: sed angeli non communicant in humana natura. ergo nec in iudiciaria potestate.

¶2 Præter. Non est eiusdem iudicare, & esse iudicis ministrum: sed angeli erunt in iudicio illo ut ministri iudicis, Math.13. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. ergo angeli non iudicabunt.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd post diem iudicii dæmones

F non exequantur sententiam iudicis in damnatis, quia dæmones magis peccauerunt quàm homines. ergo non est iustum quòd homines per dæmones torqueantur.

¶2 Prę. Sicut dæmones suggerūt hominibus mala, ita angeli suggerunt bona: sed præmiare bonos non erit officium angelorum, sed hoc erit ab ipso deo immediate. ergo nec punire malos erit officium dæmonum.

SED CONTRA est, quòd homines peccatores se diabolo subiecerunt peccando. ergo iustum est ut ei subiiciantur in pœnis quasi ab eo puniendi.

G RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd iudicare multipliciter dicitur. Vno modo causaliter, ut dicatur illud iudicare, unde apparet aliquis iudicandus, & secundum hoc aliqui dicuntur iudicare comparatione, inquantum ex comparatione aliorum aliqui iudicandi ostenduntur, sicut patet Matth. 12. Viri Niniuitę surgent in iudicio &c. sed sic iudicare in iudicio cōmuniter bonorum, & malorum est. Alio modo dicitur iudicare, quasi interpretatiue: interpretamur enim aliquem facere qui facienti consentit, unde illi qui consentiet Christo iudici eius sententiam approbando, iudicare dicuntur, & sic iudicare est omnium electorum: vnde dicitur Sap. 3. Iudicabunt sancti nationes. Tertio modo dicitur iudicare quasi per similitudinem, quia scilicet similitudinem iudicis habet inquantum sedet in loco eminenti sicut iudex, sic assessores iudicare dicuntur, & secundum

H hunc modum dicunt quidam quòd perfecti uiri quibus iudiciaria potestas promittitur Math. 19. iudicabunt, scilicet per honorabilem confessionem, quia superiores cæteris in iudicio apparebunt occurrentes Christo obuiam in aera: sed istud non uidetur sufficere ad promissionem domini complendam, qua dicitur. Sedebitis iudicantes, uidetur enim iudicium confessioni superaddere. Et ideo est quartus modus iudicandi qui perfectis uiris conueniet, inquantum continentur in eis decreta diuinæ iustitiæ, ex quibus homines iudicabuntur, sicut si liber in quo continetur lex, iudicare dicatur. unde Apoc.20. Iudicium sedet, & libri aperti sunt, & per hunc modum hanc iudicationem Ricar. de sancto Vic. exponit: unde dicit quòd diuinę contemplationi assistūt qui in libro sapientiæ quotidie legunt, uelut in cordium uoluminibus transcribunt quicquid iam perspicua ueritatis intelligentia comprehendunt. & infra. Quid uero sunt iudicantium corda diuinitus in omnem ueritatem edocta, nisi quædam canonū decreta? sed quia iudicare importat actionem in alium procedentem, ideo proprie loquendo, iudicare dicitur qui sententiam loquendo in alterum fert, sed hoc dupliciter contingit. Vno modo ex propria authoritate, & hoc est illius proprie qui habet in alios dominium, & potestatem cuius regimini subduntur qui iudicantur, unde eius est in eos ius ferre, & sic iudicare solius dei est. Alio modo, iudicare est sententiam alterius authoritate latam in aliorum notitiam ducere, quod est sententiam latam pronuntiare, & hoc modo perfecti uiri iudicabunt: quia alios ducent in cognitionem diuinæ iustitiæ, ut sciant quid eis iuste pro meritis debeatur, ut ipsa reuelatio iustitiæ iudicium dicatur. Vnde dicit Ricar. de sancto Victore. Iudices coram iudicandis decretorum suorum libros aperire, est ad cordium suorum inspectionem inferiorum quorumlibet uisum admittere, sensumque suum in his quæ ad iudicium pertinent, reuelare.

Parte 1. in tractatu de iudiciaria potestate.

Loco supra citato.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de iudicio authoritatis, quod soli Christo conueniet.

K ¶Et similiter dicendum ad secundum.

¶Ad tertium dicendum, quòd non est inconueniens aliquos sanctorum aliis quædam reuelare, uel per modum illuminationis, sicut superiores angeli inferiores illuminant: uel per modum locutionis, sicut quando inferiores superioribus loquuntur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendū, quòd paupertati debetur iudiciaria potestas specialiter propter tria. Primo, ratione congruitatis, quia uoluntaria paupertas est eorum, qui omnibus quæ mundi sunt contemptis, soli Christo inhærent: & ideo non est eis aliquid quod eorum iudicium a iustitia deflectat, unde idonei ad iudicandum redduntur, quasi ueritatem iustitiæ præ omnibus diligentes. Secundo, per modum meriti, quia humilitati respondet exaltatio pro merito. Inter omnia autem quæ hominem in hoc mundo despectum faciunt, præcipuum est paupertas: unde & pauperibus excellentia iudiciariæ potestatis promittitur, ut sic qui se propter Christum humiliat, exaltetur. Tertio, quia paupertas disponit ad prædictum modum iudicandi, dicendi. Ex hoc enim aliquis sanctorum iudicare dicetur, ut ex ꝓdictis patet, quòd cor habebit edoctum omni diuina ueritate, qua alii potens erit manifestare. In progressu autem ad perfectionem primum quod relinquendum occurrit, sunt exteriores diuitiæ, quia hæc sunt ultimo acquisita: quod autem est ultimum in generatione, est primū in destructione, unde & iter beatitudines, ꝗbus est progressus ad ꝑfectionē, prima ponitur paupertas, & sic paupertati respondet iudiciaria potestas, inquantū est prima dispō ad potestatē prędictā: & hinc ē ꝙ nō quibuscunq; pauperibus etiam uoluntarie repromittitur potestas prædicta, sed illis qui relinquentes omnia sequuntur Christum secundum perfectionem uitæ.

recte sub * generali iudicio non tenentur, sed iudices ueniūt, quia & præcepta generalia uiuendo uicerūt, & omnibus relictis Christū secuti sunt, recte pauperibus iudicium tribuit, qui quanto mundo magna humilitate despecti sunt, tanto tunc maiori clementiæ potestatis excrescent: de talibus dicitur. Qui uicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & sedi cum patre meo in throno eius. Vincens Dominus cū patre in throno sedit, quia post B passiōis certamē, & resurrectionis palmā, ꝙ patri esset æqualis oībus

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicit Aug. 20. de ci. dei. Nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait, duodecim solos homines cum illis indicaturos putare debemus, alioquin quoniam in locum Iudæ traditoris apostolum Matthiam legimus ordinatum, Paulus qui plus aliis laborauit, ubi ad iudicandum sedeat, non habebit: unde duodenario numero significata est uniuersa iudicantium multitudo propter duas partes septēnarii scilicet tria, & quatuor, quæ in se ductę duodenariū faciūt: septemnarius autem est numerus perfectionis, & propter hoc ꝙ consistat ex duplici senario qui est numerus perfectus: uel quia C ad literam, duodecim apostolis loquebatur, in quorum persona hoc omnibus eorum sectatoribus promittebat.

¶Ad secundum dicendum, quòd uirginitas & martyrium non ita disponunt ad retinendū in corde decreta diuinæ iustitiæ sicut paupertas, sicut econtrario exteriores diuitiæ ex sua sollicitudine suffocant uerbum dei, ut dicitur Luc.8. Vel dicendum, ꝙ paupertas non solum sufficit ad meritum iudiciariæ potestatis, sed quia est prima pars perfectionis, cui respondet iudiciaria ptās: unde inter ea quæ sequuntur ad paupertatem ad perfectionem spectantia possunt computari & uirginitas, & martyrum, & omnia ꝑfectionis opera, non tamen sunt ita principalia sicut paupertas, quia principium est maxima pars rei.

¶Ad tertium dicendum, quòd ille qui legem proposuit, aut exhortatus est ad bonum, iudicabit causaliter loquendo, quia per comparationem ad uerba ab ipso proposita aliqui iudicabuntur, & ideo non respondet proprie potestas iudiciaria prædicationi, D uel doctrinæ. Vel dicendum secundum quosdā, ꝙ tria requirūtur ad iudiciariam potestatē. Primo, abdicatio tēporalium creaturarum, ne impediatur animus a sapientiæ perceptione. Secundo, requiritur habitus continens diuinam iustitiam scitam, & obseruatam. Tertio, quòd illam iustitiam alios docuerit, & sic doctrina erit complens meritum iudiciariæ potestatis.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ Christus in hoc quòd est iniuste iudicatus seipsum humiliauit, oblatus est.n. quia uoluit, & meritū humilitatis est iudiciaria exaltatio, qua ei omnia subduntur, ut dicitur Phil.2. & ideo magis debetur iudiciaria potestas illis qui uoluntarie se humiliant bona temporalia abiiciendo, ꝑꝑ quæ homines a mundanis honorantur, q̄ his qui ab aliis humiliantur.

¶Ad quintum dicendum, quòd inferior non potest iudicare superiorem authoritate propria, sed tamen authoritate superioris potest, sicut patet in iudicibus delegatis: & ideo non est inconueniens, si hoc quasi accidentale præmium pauperibus detur, ut iudicent alios etiam qui sunt excellentioris meriti respectu præmii essentialis.

E AD TERTIAM quæstionem dicendum, ꝙ assessores iudicis debent esse iudici proportionales, uel conformes: iudicium autem filio attribuitur, quia secundum humanam naturam omnibus apparebit tam bonis, quàm malis, quamuis tota trinitas iudicet per authoritatem: & ideo etiam oportet ut assessores iudicis humanam naturam habeant, in qua possint ab omnibus bonis & malis uideri, & sic angelis non competit iudicare, quàmuis etiam angeli aliquo modo possunt dici iudicare, scilicet per sententiæ approbationem.

Math.1. AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut ex glo. ibidem patet, angeli cum Christo uenient non ut iudices, sed ut sint testes humanorum actuum, sub quorum custodia homines bene, uel male egerunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd nomen throni attribuitur angelis ratione illius iudicii, quod deus semper exercet omnia iustissime gubernando, cuius iudicii angeli sunt quodammodo executores, & promulgatores: sed iudicium quod de omnibus per hominem Christum fiet, etiam requirit homines assessores.

A ¶Ad tertium dicendum, quòd hominibus promittitur angelorum æqualitas quantum ad præmium essentiale: nihil tamē prohibet aliquod accidentale præmium hominibus exhiberi, quod angelis non dabitur, ut patet de aureola uirginum, aut martyrum, & similiter potest dici de iudiciaria potestate.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd circa hoc tangitur a magistro in litera duplex opinio, & utraque dei iustitiæ uidetur competere: ex hoc enim quòd homo peccat, iuste dæmoni subiicitur, sed dæmō iniuste ei præest. Opinio ergo illa quæ ponit dæmones in futurum post diem iudicii hominibus non præesse in pœnis, respicit ordinē diuinæ iustitiæ ex parte dæmonum punientium: contraria uero opinio respicit ordinem diuinæ iustitiæ ex parte hominum punitorum. Quæ autem harum uerior sit, certum nobis esse non potest. Verius autē æstimo ꝙ sicut seruabitur ordo in saluatis, ꝙ quidā a quibusdam illuminabuntur & perficientur, eo quòd cælestis hierarchię ordines perpetui erūt: ita saluabitur ordo in pœnis ut homines per dæmones puniantur, ne totaliter ordo diuinus quo angelos medios inter naturam diuinam & humanam constituit, annulletur. Et ideo sicut hominibus per angelos diuinæ illuminationes deferuntur, ita etiam dæmones sunt executores diuinæ iustitiæ in malos: nec in hoc aliquid minuetur dæmonum pœna, quia in hoc quòd etiam alios torquent, ipsi torquebuntur. Ibi enim miserorum societas miseriam non minuet, sed augebit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prælatio illa quæ dicitur euacuanda per Christum in futuro, est accipienda secundum modum prælationis, quæ est secundum statum huius mundi, in quo & homines hominibus principantur, & angeli hominibus, & angeli angelis, & dæmones dæmonibus, & dæmones hominibus, & hoc totum ad perducendum ad finem, uel abducendum a fine: tunc autem cum omnia ad finem suum peruenerint, non erit prælatio abducens a fine, uel adducens ad finē, sed conseruans in fine boni, uel mali.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis meritum dæmonum non requirat ut hominibus præferantur, quia iniuste sibi homines subiecerunt, tamen hoc requirit ordo naturæ ipsorum ad naturam humanam: bona enim naturalia in eis integra manent, ut Dio. dicit 4. c. de di. no. Par.4

D ¶Ad tertium dicendum, quòd angeli boni non sunt causa principalis præmii electis, quia hoc omnes immediate a deo percipient: sed tamen quorumdam accidentalium præmiorum angeli hominibus sunt causa, inquantum per superiores angelos inferiores & angeli, & homines illuminantur de aliquibus secretis diuinorum quę ad substantiam beatitudinis non pertinent. Et similiter etiam principalem pœnam damnati percipiēt immediate a deo, scilicet exclusionem perpetuam a uisione diuina: alias autem pœnas sensibiles non est inconueniens hominibus per dæmones infligi. In hoc tamen est differentia, quia meritum exaltat, sed peccatum deprimit: unde cū natura angelica sit altior quàm humana, quidam propter excellentiam meriti intantum exaltabuntur, quòd talis exaltatio excedet altitudinem naturæ & præmii in quibusdam angelis: unde etiam quidam angeli per quosdā homines illuminabuntur, sed nulli homines peccatores propter aliquem gradum malitiæ uenient ad illam eminentiam, quæ debetur naturæ dęmonum.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnes homines in iudicio compareant.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ nō omnes homines in iudicio compareant, quia dicitur Matth.18. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel: sed non omnes homines pertinent ad illas duodecim tribus. ergo uidetur ꝙ non omnes homines compareant. Apostolus Rom.14. & 2.Cor. 5. & Tho. ibidē.

¶2 Præt. Idem uidetur per hoc quod dicitur in psal.1. Nō resurgent impii in iudicio: sed multi hominum sunt tales. ergo in iudicio non comparebunt. Psal.1

¶3 Præt. Ad hoc aliquis ad iudicium adducitur, ut eius merita discutiantur: sed quidam sunt qui nulla merita habuerunt, sicut pueri ante perfectam ætatem decedentes. ergo illos in iudicio cōparere non est necesse.

SED CONTRA est, quod dicitur Actuũ. x. quòd Christus est F constitutus a deo iudex uiuorum & mortuorum: sed sub istis differentiis comprehenduntur omnes homines qualitercunque uiui a mortuis distinguantur. ergo omnes homines in iudicio comparebunt.

¶ 2 Præt. Apoc. 1. dicitur. Ecce ueniet cũ nubibus, & uidebit eum omnis oculus: hoc autem non esset, si non omnes homines in iudicio comparerent. ergo &c.

VLTERIVS. Videtur q̃ nulli boni in iudicio iudicentur, quia Ioan. 3. Qui credit in eum, non iudicabitur; sed omnes boni crediderunt in eum. ergo non iudicabuntur.

II 3. par. q. 56. ar. 2

¶ 3 Præt. Illi non sunt beati, quibus est incerta sua beatitudo, ex quo Aug. probat dæmones numquàm fuisse beatos: sed sancti homines nunc sunt beati. ergo certi sunt de sua beatitudine: sed q̃d est certum, non adducitur in iudicium. ergo boni nõ iudicabunt.

De ciu. dei lib. xi. ex c. 9. xi. & 15.

¶ 4 Præt. Timor beatitudini repugnat: sed extremum iudicium, quod tremendum maxime dicitur, non poterit fieri, sine timore eorum qui sunt iudicandi: unde etiã Greg. dicit super illud Iob. 41. Cum sublatus fuerit, tremebunt angeli. Consideremus quomodo tunc iniquorum conscientia concutitur, quando etiam iustorum uita turbatur. ergo beati non iudicabuntur.

Lib. 3 Mo4. ral. c. 4

SED CONTRA. Videtur quòd omnes boni iudicentur, ga dicitur 2. Cor. 5. Omnes astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis quæ gessit siue bona, siue mala: sed non est aliud iudicari. ergo omnes iudicabuntur. H

¶ 2 Præter. Vniuersale omnia comprehendit: sed illud iudicium dicitur uniuersale. ergo omnes iudicabuntur.

III Vbi supra. ar. 2. ad 3.

VLTERIVS. Videtur quòd nulli mali iudicabuntur. Sicut enim est certa infidelium damnatio, ita & eorum qui in mortali decedunt: sed propter damnationis certitudinem, dicitur Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. ergo eadem ratione nec alii peccatores iudicabuntur.

¶ 2 Præt. Vox iudicis est ualde terribilis eis qui per iudiciũ condemnantur: sed sicut in litera ex uerbis Greg. habetur, ad infideles allocutio iudicis non fiet. si ergo fieret ad fideles damnandos, infideles de sua infidelitate commodum reportarent, quod est absurdum.

SED CONTRA. Videtur quòd omnes mali sint iudicandi, quia omnibus malis infligetur pœna secundum quantitatem I culpæ: sed hoc fine diffinitione iudicii esse non potest. ergo omnes mali iudicabuntur.

IIII 1. Cor. epist. c. 6. lectio. 1 circa medium

VLTERIVS. Videtur quòd angeli in futuro iudicentur, quia dicitur 1. Cor. 6. Nescitis quoniam angelos iudicabimus: sed hoc non potest referri ad statum præsentis temporis. ergo hoc referri debet ad futurum iudicium.

¶ 2 Præt. Iob. 40. dicitur de Behemoth, per quem diabolus intelligitur, cunctis uidentibus præcipitabitur. Et Marci. 1. Exclamauit dæmon ad Christum, Venisti ante tempus perdere nos. & gl. dicit ibidem, quòd dæmones in terra dominum cernentes, se continue iudicandos credebãt. ergo uidetur quòd eius finale iudicium reseruatur.

¶ 3 Præter. 2. Petri 2. dicitur. Deus angelis peccantibus non pepercit: sed tudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari. ergo uidetur quòd angeli iudicabuntur.

SED CONTRA. Deus non iudicat bis in idipsum: sed mali angeli iam iudicati sunt, unde Ioan. 16. Princeps mundi iam iudicatus est. ergo in futuro angeli non iudicabuntur. K

¶ 2 Præt. Perfectior est bonitas, uel malitia angelorum, quàm aliquorum hominum in statu uiæ: sed quidam homines boni & mali non iudicabuntur, ut in litera dicitur. ergo angeli boni, uel mali non iudicabuntur.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd potestas iudiciaria Christo homini collata est in præmium humilitatis, quam in passione exhibuit: ipse autem sua passione sanguine pro omnibus fudit quantum ad sufficientiam, licet non in omnibus effectum habuit propter impedimentum in aliquibus inuentum: & ideo congruum est ut omnes homines in iudicio congregentur ad uidendum eius exaltationem in humana natura, secũdum quam constitutus est a deo iudex uiuorum & mortuorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicit Aug. 20. de ci. dei. Non quia dictum est, iudicantes duodecim tribus Israel, tribus Leui, quæ tertiadecima est, iudicanda non erit aut solum illum populum, non etiam gentes cæteras iudicabunt. Ideo autẽ per duodecim tribus omnes aliæ gentes significatæ sunt, quia p Christum in sortẽ duodecim tribuum omnes gentes sunt uocatæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc quod dicitur. Non resurgent impii i iudicio, si referatur ad omnes peccatores, sic intelligendum est, q̃ nõ resurgent ad hoc quòd iudicent: si autem impii dicẽtur infideles, sic intelligendum est q̃ non resurgent ad hoc q̃ iudicẽtur, quia iam iudicati sunt: sed omnes resurgent, ut in iudicio comparẽat ad gloriã iudicis intuendam.

De ordine iudicij & ministerio angelorum.

B

EVm autem in Euãgelio legatur, quòd Dominꝰ mittet angelos suos, qui colligent de regno eius omnia scandala, & mittent iniquos in caminum ignis. Et item. Exibunt angeli, & G Matth. 13.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam pueri ante perfectam ætatem decedentes in iudicio comparebunt, non autem ut iudicẽtur, sed ut uideant gloriam iudicis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd ad iudicium duo pertinent. s. discussio meritorum, & retributio præmiorum. Quantum ergo ad receptionem præmiorum omnes iudicabuntur etiam boni, in eo quòd unusquisq; recipiet ex diuina sua præmium merito tñdens. Sed discussio meritorum non fit nisi ubi est quædam meritorum commistio bonorum cum malis. Illi aũt qui ædificant super fundamentũ fidei aurum, & argentum, & lapides pretiosos diuinis seruitiis totaliter insistentes, quia nullã admistionem notabilem alicuius mali meriti habent in eis, discussio meritorũ locum non habet; sicut illi qui rebus mundi penitus abiectis solicite cogitant solummodo quæ sunt dei, & ideo saluabuntur, sed non iudicabuntur. Illi uero qui ædificant super fundamentum fidei lignũ, & fœnum, & stipulã, qui adhuc, s. amãt sæcularia, & terrenis negotiis implicantur, ita tñ q̃ nihil Christo præponãt, sed studeant peccata et y nis expiare, hñt quidẽ cõmistionẽ bonorũ meritorũ cũ malis, & iõ discussio meritorũ in eis locum habet: unde tales quantum ad hoc iudicabũtur, & tamen saluabuntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd punitio est effectus iustitiæ, præmiatio autem misericordiæ: magis aũt deo & iudicio quod est actus iustitiæ antonomatice punitio attribuitur, ut interdum iudiciũ pro ipsa condemnatione accipiatur, & sic intelligitur authoritas inducta, ut per glo. ibidem patet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd discussio meritorũ in electis non erit ad tollendum incertitudinem beatitudinis a cordibus ipsorum iudicandorum, sed ut præeminentia bonorum meritorum ad mala ostendatur omnibus manifeste, & sic dei iustitia comprobetur.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd Greg. loquitur de iustis adhuc in carne mortali existentibus: unde supra psal. præmiserat. Hi qui corporibus reperiri potuerint, quamuis iam fortes atque perfecti, adhuc quia in carne sunt positi, non possunt in tanti terroris turbine nulla formidine concuti. Vnde patet quòd terror ille referendus est ad tempus immediate iudicium præcedens, tremendum quidem maxime malis, non autem bonis, quibus nulla erit mali suspitio.

¶ Rationes autem quæ sunt in oppositum, procedunt de iudicio quantum ad retributionem præmiorum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd iudicium quod est pœnarum retributio pro peccatis omnibus malis cõpetit: iudicium autem quod est discussio peccatorũ solũ fidelibus, qa in infidelibus non est fidei fundamentum, quo sublato oĩa opera sequentia perfecta rectitudine intentionis carẽt: unde non est in eis aliqua permistio bonorum meritorum ad mala, quæ discussionem requirant. Sed fideles in quibus manet fidei fundamentum, ad minus fidei actũ laudabilem hñt, quamuis non sit meritorius sine charitate, tamen quantum est de se, est ordinatus ad meritũ, & ideo in eis iudiciũ discussionis locum habet: unde ipsi fideles qui fuerunt, saltem numero, ciues ciuitatis dei iudicabũtur, ut ciues in quos sine discussione meritorum sententia mortis non fertur: sed infideles condemnabunt ut hostes qui cõsueuerũt apud homines absque meritorum audientia exterminari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis eis, qui immortali decedunt, pro certo constet de eorum damnatione, quia tamen aliqua quæ pertinent ad bene merendum habent annexa, oportet ad manifestationem diuinæ iustitiæ, ut discussio de eorum meritis fiat, per quam ostendatur eos iuste a ciuitate sanctorum excludi, cuius esse ciues numero exterius uidebantur.

¶ Ad secundũ dicendum, q̃ allocutio illa spiritualiter intellecta, secundum hoc non erit aspera fidelibus condemnandis, quòd in eis aliqua sibi placentia manifestabit, quæ in infidelibus inueniri non possunt, qua sine fide impossibile est placere deo, Hebr. xi. sed sententia condemnationis quæ in omnes fertur, omnibus terribilis erit. Ratio uero in contrarium adducta procedebat de iudicio retributionis.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd iudicium discussionis nullomodo habet locum neq; in bonis angelis, neq; in malis, quia neq; in bonis potest aliquid mali inueniri, neque in malis aliquid boni ad iudiciũ pertinens. separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Et item. Mittet angelos suos cum tuba, & congregabunt electos a quatuor uentis. & Propheta dicit. Congregate illis sanctos eius, ministerio angelorum illa impleri dubitandum non est. B

Sed si loquamur de iudicio retributionis, sic est distinguẽda duplex retributio. Vna respondens propriis meritis angelorum, & hæc a principio fuit utriusque facta, dum quidam sunt ad beatitudinem sublimati, quidam uero in miseriam demersi. Alia retributio quæ respondet meritis bonis, uel malis per angelos procreandis: & hæc d retributio in futuro iudicio fiet, quia boni angeli amplius gaudium habebunt de salute eorum quos ad meritum induxerunt, & mali amplius torquebuntur multiplicata malorum ruina, qui per eos ad mala sunt incitati. Vnde directe loquẽdo, iudicium nec ex parte iudicantium, nec ex parte iudicandorũ erit angelorum sed hominum, sed directe quodammodo respiciet angelos, inquantum actibus hominum fuerunt commisti.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ uerbum illud apostoli est intelligendum de iudicio comparationis, quia quidam homines quibusdam angelis superiores inuenientur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ipsi dæmones cunctis uidentibus tunc præcipitabuntur, quia in perpetuum in inferni carcere C rettudentur, ut non sit eis liberum extra progredi, quia hoc eis non concedebatur, nisi secundũ quod ordinabatur ex diuina prouidentia ad hominum uitam exercendam. Et similiter dicendum ad tertium.

QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de igne qui præcedet faciem iudicis.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, De purgatione mundi per ignem futura.
¶ Secundo, De effectu ignis purgantis.
¶ Tertio, De ordine illius ignis ad alia quæ circa iudiciũ agẽt.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum aliqua mundi purgatio sit futura.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ nulla mũdi purgatio sit futura. Non. n. purgatione indiget nisi q̃d est immundũ: sed creaturæ dei non sunt immũdæ, unde dicitur actuum x. Quod deus creauit, tu ne cõe dixeris. i. immundum. ergo creaturæ mundi non purgabuntur.

¶ 2 Præt. Purgatio secundum diuinam iustitiam ordinatur ad auferendam immunditiã culpæ, sicut patet de purgatione post mortem: sed in elementis huius mundi nulla potest esse culpæ infectio. ergo uidetur quòd purgatione non indigeant.

¶ 3 Præ. Vnumquodque tunc dicitur purgari, qñ separatur quod est extraneum ab ipso, inducẽs in eo ignobilitatẽ, separatio enim eius quod nobilitatem inducit, non dicitur purgatio, sed magis diminutio: sed hoc ad perfectionem & nobilitatem elementorũ pertinet, quòd aliquid extraneæ naturæ est eis admistum, quia forma corporis mixti est nobilior quàm forma simplicis. ergo uidet quòd elementa huius mundi nullo modo purgari possint. E

SED CONTRA. Omnis innouatio fit per aliquam purgationem: sed elementa innouabuntur, unde Apoc. 21. Vidi cælum nouum, & terram nouam. Primũ enim cælum, & prima terra abiit. 16. Gen. ulti. fine. ergo elementa purgabuntur.

¶ 2 Præt. 1. Cor. 7. super illud, Præterit figura huius mundi, dicit glo. Pulchritudo huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit, & sic idem quod prius.

II VLTERIVS. Videtur quòd hæc purgatio non sit futura per ignem. Ignis enim cum sit pars mundi, purgatione indiget, sicut A & aliæ partes: sed non debet idem esse purgans, & purgatum. ergo uidetur quòd ignis non purgabit.

¶ 2 Præter. Sicut ignis habet uirtutem purgatiuam, ita & aqua. cum ergo non omnia sint purgabilia per ignem, sed quædam necesse sit aqua purgari, sicut etiam uetus lex distinguit, uidetur q̃ ignis non purget, ad minus uniuersaliter.

Domino enim ueniente ad iudicium præcedet ante eũ ignis quo comburetur facies mundi huius, & peribit cælum & terra, non secundum substantiam, sed secundum speciẽ quæ immutabitur, cælum quidẽ aereum, nõ æthereum. Tantum enim ascendet ignis in

¶ 3 Præt. Purgatio ad hoc uidetur pertinere, ut partes mundi abinuicem segregatæ puriores reddantur: sed segregatio partiũ mundi abinuicem in mundi initio sola diuina uirtute facta ẽ, quia ex hoc opus distinctionis determinatur, unde & Anaxag. segregationem posuit actum intellectus mouentis omnia. ergo uidetur quòd in fine mũdi purgatio fiat immediate a deo, & non per ignem. 4. phy. tex. com. 40. & aliis i locis.

SED CONTRA est, quod in psal. 49. dicitur. Ignis in conspectu eius exardebit, & in circuitu tempestas ualida. & postea sequitur de iudicio. Aduocauit cælum desursum, & terram discernere populum suum. ergo uidetur quòd ultima purgatio mundi sit futura per ignem.

¶ 2 Præt. 2. Petri ult. dicitur. Cæli ardentes soluentur, & elemẽta ignis ardore tabescent. ergo purgatio illa per ignem fiet.

VLTERIVS. Videtur q̃ ignis ille non sit eiusdem speciei cum igne elementari. Nihil enim seipsum cõsumit: sed ille ignis quatuor elementa absumet, ut dicit glo. 2. Petri ult. ergo ignis ille non erit eiusdem speciei cum igne elementari. III

¶ 2 Præt. Sicut uirtus manifestatur per operationem, ita natura per uirtutem: sed ignis ille habebit aliam uirtutem ab igne qui est elementum, quia scilicet purgabit uniuersum, quòd ignis iste facere non potest. ergo non erit eiusdem speciei cum isto.

¶ 3 Præter. Ea quæ sunt eiusdem speciei in corporibus naturalibus habent eundem motum: sed ignis ille habebit alium motum quàm ignis elementum, quia circumquaque mouebitur, ut totum purgare possit. ergo ignis ille non erit eiusdem speciei cum isto.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 20. de ciu. dei, & habetur in gl. 1 Cor. 7. quòd figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit. ergo ignis ille erit de natura ignis qui nunc est in hoc mundo. Cap. 16

¶ 2 Præt. Sicut futura purgatio erit per ignem, ita præcedẽs fuit per aquam, & utraque admiscem comparatur 2. Petri. 3. sed in prima purgatione aqua fuit eiusdem speciei cum aqua elementari. ergo & similiter erit in secunda purgatione ignis eiusdem speciei cum igne elementari. D

RESPON. Dicendũ ad primã quæstionem, q̃nòd quia mũdus aliquo modo propter hominem factus est, oportet quòd quãdo homo secundum corpus glorificabitur, etiam alia corpora mũdi ad statum meliorem mutentur, ut sit & locus cõuenientior, & aspectus delectabilior. Ad hoc autem q̃ gloriam corporis hõ cõsequatur, oportet prius remoueri ea quæ gloriæ opponuntur, quæ sunt duo scilicet corruptio, & infectio culpæ, quia ut dicitur. 1. Corin. 15. Corruptio incorruptelam non possidebit: & a ciuitate gloriæ omnes immundi foris erunt Apoc. ult. & similiter ẽt oportet elementa mundi purgari a cõtrariis dispositionibus, antequã in nouitatem gloriæ adducantur proportionaliter ei quod de homine dictũ est. Quamuis aũt res corporalis subiectũ infectionis culpæ propriæ esse non possit, tñ ex culpa quædã incongruitas in rebus corporalibus corruptis relinquitur ad hoc ut spiritualibus ditentur: & inde uidemus q̃ loca in quibus sunt aliqua crimina cõmissa, nõ reputantur idonea ad aliqua sacra in eis exercenda, nisi purgatione quadã præmissa, & secundum hoc ex peccatis hominũ quandã in idoneitatẽ ad gloriæ susceptionẽ pars mundi recipit, quæ in usum nostrum cedit, unde quantũ ad hoc mũdationem indiget. Similiter etiam circa mediũ locum propter elementorum contactum mulcæ sunt corruptiones, & generationes, & alterationes elementorũ, quæ puritati eorum derogant: & ideo ab his oportet elemẽta purgari ad hoc quòd decenter suscipiãt nouitatem gloriæ. D.911 E

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ cum dicitur, Omnis creatura dei est mũda, hoc intelligendũ est, quia nõ habet in substãtia sua alicuius malitiæ permistionem, sicut ponebant Manichæi dicentes bonum & malum esse duas substantias alicubi diuisas, & alicubi commistas: non autem remouetur, quin aliqua creatura habeat commistionem naturæ extraneæ, quæ etiam natura in se bona est, sed perfectioni huiusmodi creaturæ repugnat. Similiter non remouetur ex hoc quin malum alicui creaturæ accidat, quamuis non sit permistum ei quasi pars ipsius substantiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis corporalia elementa subiectum culpæ esse non possint, tamen ex culpa in eis commissa aliquam ineptitudinem possunt consequi ad perfectiouem gloriç suscipiendam.

iudicio, quantum ascenderūt aquæ in diluuio. Ille autem ignis malis, qui reperti fuerint uiui, erit consumptio: bonis uero non, ut ait Aug. Hoc erit incendium mundi sanctis, quod fuit caminus tribus pueris, in quibus si aliquid purgandum fuerit, per illum ignē purgabitur: aliis uero nullam ingeret molestiam. Purgato a uero per ignem mundo, & ad iudicium ueniente Domino, emittetur uox illa magna, qua resurgent omnes mortui, & tunc ministerio angelorum uentilabitur area: quia boni congregabuntur ibi de quatuor partibus mundi angelico ministerio, quo & rapiētur obuiam Christo in aera reprobis in terra quam dilexerunt remanentibus. Et tunc præconia illa bonorum, Esuriui, & dedistis mihi manducare, & increpationes illæ malorum, Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. proferentur, uel sono uocali uel alio modo. Denique proferetur sentētia super utrosque. Venite benedicti, & ite maledicti &c. Et ministrio angelorū uirtute dei coöperante mittentur mali in caminū ignis, hoc est in infernum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd forma misti & forma elementi possunt dupliciter considerari, aut quantum ad perfectionem speciei, & sic corpus mistum nobilius est: aut quantum ad perpetuitatem durationis, & sic corpus simplex nobilius est, q a non habet in seipso unde corrumpatur, nisi ei⁹ corruptio fiat ab aliquo exteriori. (De ciui. dei lib. 20. c. 18) Corpus autem mistum in seipso habet causam suæ corruptionis, scilicet operationem contrariorum, & ideo corpus simplex & si sit corruptibile secundum partem, est tamen incorruptibile secundum totum, quod de misto dici non potest. Et quia incorruptio est de perfectione gloriæ, perfectio corporis simplicis magis conuenit perfectioni gloriæ, quàm perfectio corporis misti, nisi etiam corpus mistum in se habeat aliquod incorruptionis principium, sicut corpus humanum cuius forma est incorruptibilis: nihilominus tamen quàmuis aliquo modo corpus mistum sit nobilius quàm simplex, nobilius tamen esse habet corpus simplex secundum se existens, quàm existens in misto, quia in misto sunt corpora simplicia quodammodo in potentia, in seipsis autem existentia sunt in ultima sui perfectione.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd illa mundi purgatio, ut dictum est, remouebit a mundo imperfectionem ex culpa relictam, & impuritatem commistionis, & erit dispositio ad gloriæ perfectionem. Et ideo quantum ad hæc tria conuenientissime fiet per ignem. Primo, quia ignis cum sit nobilissimū elementorum habet naturales prorietates similiores proprietatibus gloriæ, ut maxime patet de luce. Secundo, quia ignis nō ita recipit commistionem extranei propter efficaciā uirtutis actiuç, sicut alia elementa. Tertio, quia sphæra ignis est remota a nostra habitatione, nec ita communis est nobis usus ignis, sicut terræ, & aquæ, & aeris, unde non ita inficitur: & præter hoc habet maximam efficaciam ad purgandū, & ad diuidendū subtiliando.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis non uenit in usum nostrum, prout est in materia propria, sic enim remotus est a nobis, sed solum prout est in materia aliena: & quo ad hoc poterit per ignē in sua puritate existentem purgari ipse mundus quātum ad hoc quod habet de extraneo adiunctum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd prima purgatio mundi quæ facta est per diluuium, non respiciebat nisi infectionem peccati: prçcipue autem tunc regnabat peccatum concupiscentiæ, & ideo cōuenienter per contrarium purgatio fuit facta scilicet per aquam: sed secunda purgatio respicit & infectionem culpæ, & commistionis impuritatem, & quantum ad utrunque conuenit magis ꝙ fiat per ignem quàm per aquam. Aqua enim non habet uim disgregandi, sed magis aggregandi: unde per aquam naturalis impuritas elementorum tolli non posset sicut per ignem. Similiter etiā circa finem regnabit uitium tepiditatis, quasi mundo iam senescente, quia ut dicitur Matth. 24. Tunc refrigescet charitas multorum: unde tunc conuenienter purgatio per ignem fiet, nec est aliquid quod per ignem purgari non possit quodammodo: sed quædam sunt quç sine sui corruptione per ignē non possunt purgari, sicut panni, & uasa linea, & huiusmodi, & talia lex præcepit purgari per aquam, quæ tamen omnia finaliter per ignem corrumpentur.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ per opus distinctionis sunt rebus diuersæ formæ collatæ, quibus ad inuicē distinguuntur, & ideo fieri nō potuit nisi per eum qui est author naturæ: sed per finalem purgationem deducentur res ad puritatem, in qua conditæ fuerunt, & ideo in hoc poterit natura creata exhibere ministerium creatori, & propter hoc ministerium creaturæ cōmittitur, quia hoc ad eius nobilitatem cedit.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd circa hoc inueniuntur tres opiniones. Quidam enim dicunt, quòd ignis elementū qui est in sphæra sua, descendet ad purgationem mundi. Modum autem descensionis ponunt per multiplicationem; ignis enim undique apposito combustibili augmentatur, & hoc prçcipue tunc fiet, quando ignis uirtus exaltabitur super omnia alia elementa. Sed contra hoc esse uidetur, quòd ignis ille non tātum descendet, sed etiam a sanctis ascendere perhibetur, ut patet 2. Petri 3. ubi uidetur quòd tantum ascendet iudicii ignis, quantum aqua diluuii, ex quo uidetur quòd ignis ille sit circa locum medium generationis. Et propter hoc alii dicunt, quòd ignis ille

F generabitur circa locum terræ ex congregatione radiorum cælestium corporum, sicut uidemus quòd congregantur in speculo comburente: tunc autem loco speculorum erunt nubes concauç, ad quas fiet radiorum reuerberatio. Sed istud etiam non uidetur conueniens, quia cum effectus cælestium corporum sequātur determinatos situs, & aspectus eorum, si ex uirtute corporum cçlestium ignis ille generaretur, esset notū tempus illius purgationis considerantibus motus astrorū, quod authoritati scripturæ repugnat. Et ideo alii dicūt sequētes Aug. quòd sicut

G mundanarum aquarum inundatione factum est diluuium, ita mundanorum ignium conflagratione figura huius mundi peribit, ut dicitur 20. de ci. dei. Ista autem conflagratio nihil aliud est quàm congregatio omnium causarum superiorum & inferiorum, quæ ex natura sua habent uirtutem igniendi, quæ quidem cognitio non naturali cursu rerum, sed uirtute diuina fiet, & ex omnibus istis causis sic congregatis generabitur ignis, qui faciem huius mundi exuret. (Cap. 16) Si autem hç opiniones directe considerentur, inueniuntur diuersificari quantum ad causam generationis illius ignis, & nō quantum ad speciem eius. Ignis enim generatus a Sole, uel ab inferiori calefaciente est eiusdem speciei cum igne qui est in sua sphæra, nisi inquantum admiscetur ei de materia aliena, quod quidem tunc oportebit: quia ignis nō potest aliquid purgare, nisi secundum hoc quòd alterum efficitur materia eius aliquo modo. Vnde simpliciter cōcedendum est, quòd ignis ille erit

H eiusdem speciei cum isto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis ille, quamuis sit eiusdem speciei cum igne qui apud nos est, non tamen est idē numero. Videmus autem quòd duorum ignium eiusdē speciei unus alterum destruit, maior scilicet minorem consumendo materiam eius, & similiter etiam ille ignis ignem qui apud nos est consumere poterit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut operatio quæ procedit a uirtute rei, est uirtutis indicium, ita & uirtus est iudicium essentiæ, uel naturæ quæ procedit a principiis essentialibus rei. Operatio autem quæ non procedit ex uirtute rei operantis non indicat uirtutem ipsius, sicut patet in instrumentis. Actio enim instrumēti magis manifestat uirtutem agētis, quàm uirtutem instrumēti, quia uirtutem agentis manifestat ut primum operationis principium: uirtutem autem instrumenti non manifestat, nisi quatenus est susceptiuum influentiæ principalis agentis, secundum quod

I mouetur ab eo. Similiter etiam uirtus quæ non procedit ex principiis essentialibus rei, non manifestat naturam eius, nisi quātum ad susceptibilitatem: sicut uirtus qua aqua calefacta pōt calefacere, non manifestat naturam eius nisi quantum ad calefactibilitatem: & ideo nihil prohibet quin aqua habens hanc uirtutem sit eiusdem speciei cum aqua non habente uirtutem istam. Similiter etiam non est inconueniens quòd ignis ille, qui habebit uim purgandi faciem mundi, sit alterius speciei ab igne qui apud nos est, cum uis calefactiua nō oriatur in ipso ex principiis essentialibus, sed ex diuina operatione, siue dicatur quòd illa uirtus sit aliqua qualitas absoluta, sicut calor in aqua calefacta: siue sit intensio quædam, sicut de instrumentali uirtute in 1. dist. dictū est, & hoc probabilius est, quia ignis ille nō aget nisi ut instrūm diuinæ uirtutis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ignis ex propria natura nō fertur nisi sursum: sed inquantum sequitur materiam quam requirit extra propriam sphæram existens, sic sequitur materiæ combustibi-

K lis situm, & per modum istum non est inconueniens quòd uel in circuitu, uel in deorsum moueatur, & prçcipue secundum quod agit ut instrumentum uirtutis diuinç.

ARTICVLVS II.

b *Vtrum ille ignis purgabit etiam cælos superiores.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ille ignis purgabit etiā cælos superiores, quia in psal. 101. dicitur. Opera manuum tuarum sunt cçli, ipsi peribunt, tu autem permanebis: sed etiam superiores cæli sunt opera manuum dei. ergo etiam ipsi in illa finali conflagratione peribunt.

¶ 2 Præt. 2. Petri. 3. dicitur. Cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent: cçli autem qui ab elementis distinguuntur, sunt cçli superiores, in quibus fixa sunt sydera. ergo uidetur quòd etiam illi per ignem illum purgabuntur.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Ignis ille est ad hoc ut remoueat a corporibus indispositionem ad perfectionem gloriæ: sed in cælo superiori inuenitur indispositio & ex parte culpæ, quia diabolus ibi peccauit: & (Amb. super epistola ad Rom. c. 8) ex parte naturalis defectus, quia Roma. 8. super illud, Scimus quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc, dicit glo. Omnia elementa cum labore sua explent officia, sicut Sol & Luna non sine labore statuta sibi implent spatia. ergo ēt cæli purgabuntur ꝑ ignem illum. (ad Thess. 4) (Matth. 25)

SED CONTRA est. Corpora cælestia peregrinæ impressionis receptiua non sunt.

¶ 2 Præt. Super illud 2. Thess. 1. In flama ignis dantis uindictā, dicit glo. Ignis erit in mundo qui præcedet eum tantum spatium aeris occupans, quantum occupauit aqua in diluuio: sed aqua diluuii non ascendit usque ad superiores cælos, sed solum. 15. cubitis super altitudinem montium, ut habetur Gen. 7. ergo cæli superiores illo igne non purgabuntur.

II VLTERIVS. Videtur quòd ignis ille alia elementa consumet, quia ut dicit glo. Bedæ. 2. Petri ultim. Elementa quatuor, quibus mundus consistit, ille maximus ignis absumet, nec cuncta interim consumentur, ut non sint: sed duo ex toto consumet, duo uero in meliorem restituet faciem, ergo uidetur quòd ad minus duo elementa per ignem illum destruenda sint totaliter.

¶ 2 Præt. Apoc. 21. dicitur. Primum cælum, & prima terra abiit & iam mare non est: sed per cælum aer intelligitur, ut Augu. dicit, mare autem est aquarum congregatio, uidetur ergo quòd illa tria elementa totaliter destruentur. (Lib. 2. sup Gen. ad literam c. 4)

¶ 3 Prçter. Ignis non purgat nisi secundum hoc quòd alia efficiātur materiæ eius. si ergo ignis purgat alia elementa, oportet quòd eius materia efficiantur, ergo oportet quòd in naturam ignis transeant, & sic a natura sua corrumpentur.

¶ 4 Præter. Forma ignis est nobilissima forma, ad quam perduci possit elementaris materia: sed per illam purgationem omnia in statum nobilissimum mutabuntur. ergo alia elementa in ignem totaliter conuertuntur.

SED CONTRA est, quod dicitur. 1. Corinthiorum. 7. super illud. Præterit figura huius mundi; Pulchritudo, non substantia huius mundi præterit: sed ipsa substantia elementorum pertinet ad mundi perfectionem. ergo elementa non consumuntur secundum suam substantiam.

¶ 2 Præter. Illa finalis purgatio quæ fiet per ignem, respondebit primæ purgationi quæ facta est per aquam: sed illa non corrupit elementorum substantiam. ergo nec illa quæ fiet per ignem corrumpet.

III VLTERIVS. Videtur quòd nec omnia elementa per illum ignem purgabuntur, quia ut iam dictum est, ignis ille non ascendet, nisi quantum ascēdit aqua diluuii: sed aqua diluuii nō peruenit usque ad sphæram ignis. ergo nec per ultimam purgationem elementum ignis purgabitur.

¶ 2 Præter. Apoc. 21. dicit glo. super illud, Vidi cælum nouum &c. Immutatio aeris & terræ dubitabile non est quin per ignem fiat: sed de aqua dubitabatur, natura purgationem in seipsa habere creditur. ergo ad minus non est certum quòd omnia elemēta purgentur.

¶ 3 Præter. Locus qui est perpetuæ infectionis numquàm purgatur: sed in inferno erit perpetua infectio. cum ergo infernus intra elementa collocetur, uidetur quòd non totaliter elementa purgentur.

¶ 4 Præt. Paradisus terrestris in terra continetur: sed ille nō purgabitur per ignem, quia nec etiam aquç diluuii illuc ascenderūt, ut Beda dicit, & habetur in 2. sententiarum di. 27. ergo uidetur ꝙ non totaliter omnia elementa purgentur. (Super 2. epistol. Petri c. ult. in litera Magistri)

SED CONTRA est glo. supra inducta, quæ habetur. 2. Petri ult. quòd quatuor elementa ignis ille absumet.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd purgatio mundi ad hoc est ut remoueatur a corporibus dispositio contraria perfectioni gloriæ, ut supra dictum est, quæ quidem perfectio est ultima rerum consummatio, & hæc quidem indispositio in omnibus corporibus inuenitur, sed diuersimode in diuersis. In quibusdam enim inuenitur indispositio secundum aliquid inhærens substantiæ ipsorum, sicut in istis corporibus inferioribus quæ per mutuam mistionem decidunt a propria puritate. In quibusdam uero corporibus inuenitur indispositio non per aliud substantiæ eorum inhærens, sicut in corporibus cælesti-

A bus, in quibus nihil inuenitur repugnans ultimæ perfectioni uniuersi, nisi motus qui est uia ad perfectionem: nec motus quilibet, sed locus tantum qui non uariat aliquid quod intrinsecum sit rei ut substantiam, aut quantitatem, aut qualitatem, sed solum locū qui est extra rem, & ideo a substantia cæli superioris non oportet quòd aliquid remoueatur, sed oportet quòd motus eius quietetur, quietatio aut motus localis nō fit per actionem alicuius contrarii agentis, sed per hoc quòd motor desistit a mouendo: & ideo corpora cçlestia neq; ignē, nec per alicuius creaturæ actionem purgabuntur: sed ipsa eorum quietatio sola uolūtate diuina accidens eis loco purgationis erit. (Matth. 25)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicit August. 20. de ciu. dei. uerba illa psal. intelligenda sunt de cælis aereis qui purgabuntur per ignem ultimæ conflagrationis. Vel dicendū, ꝙ si etiam de superioribus cælis intelligatur, tunc dicuntur perire quantum ad motum quo nunc continue mouentur. (Cap. 24)

¶ Ad secundum dicendum, quòd Petrus se exponit de quibus cælis intelligat. Præmiserat enim ante uerba inducta quòd cæli prius & terra per aquam perierant, qui nunc sunt eodem uerbo reposito igni reseruati in diem iudicii. illi ergo cæli per ignem purgabuntur, qui prius aqua diluuii sunt purgati. s. cæli aerei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille labor, & illa seruitus creatu-

C ræ qui corporibus cælestibus ab Ambr. attribuitur, nihil est aliud quàm uicissitudo motus, ratione cuius tempori subiiciuntur, & defectus ultimæ consumationis, quæ finaliter in eis erit: ex culpa etiam dæmonum cælum empyreum infectionem non contraxit, quia peccando statim de cælo expulsi sunt. (Super epist. ad Ro. c. 8)

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd circa hāc quæstionem multiplex est opinio. Quidam enim dicunt, ꝙ omnia elementa manebunt quantum ad materiam, omnia autem mutabuntur quantnm ad imperfectionem: sed duo eorum retinebunt propriam formam substantialem, scilicet aer & terra, in duobus uero scilicet igne & aqua non remanebit forma substantialis eorum, sed mutabuntur ad formam cæli: & sic tria elementa scilicet ignis, aer, & aqua cælum dicentur, quamuis aer retineat eadē formam substantialem quam nunc habet, quia nunc etiam cælū dicitur. Vnde & Apoc. 21. non fit mentio nisi de cælo, & terra. Vidi, inquit, cælum nouum, & terram nouā. Sed hæc opinio est om-

D nino absurda, repugnat enim & philosophiæ secundū quam poni non potest quòd corpora inferiora sint in potentia ad formā cæli, cum nec materiā habeant cōmunē, nec contrarietatem adinuicē: & etiā theologiç, quia secundū hanc positionē nō saluabitur perfectio uniuersi cū integritate suarū partium duobus elemētis sublatis. Vnde per hoc quod dicit cælum, intelligitur quintum corpus, omnia uero elementa intelliguntur per terram, sicut in psal. dicitur. Laudate dominum de terra, & sequitur. Ignis, grādo, nix, glacies &c. (Psal. 148 Secundum aliam sect. 169) Et ideo alii dicunt, ꝙ omnia elementa manebūt secundum substantiam, sed qualitates actiuç & passiuæ ab eis remouebuntur: sicut ēt ponunt ꝙ in corpore misto elementa saluabūtur secundum formas suas substantiales sine hoc, ꝙ proprias qualitates habeant cum sint ad medium reductæ, & medium neutrū extremorum est. Et huic etiam uidetur consonare quod Augu. dicit 20. de ciuit. dei. de illa conflagratione mundana elementorū corruptibilium, qualitates quæ corporibus nostris congruebant, ardendo penitus interibunt, atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conue- (Cap. 16)

E niant. Sed istud non uidetur probabile, cum qualitates propriæ elementorum sint effectus formarum substātialium, quòd formis substantialibus manentibus qualitates prædictæ possint mutari nisi per actionem uiolētam ad tempus. Sicut in aqua calefacta, uidemus ꝙ ex ui suæ speciei frigiditatē recuperat, quā ꝑ actionem ignis amisit, dūmodo species aquæ maneat. Et præterea etiā ipsæ qualitates elementares sunt de perfectione secunda elementorū sicut propriæ passiones eorum. Nec est probabile ꝙ in illa finali consummatione aliquid naturalis perfectionis ab elemētis tollatur. Et ideo uidetur dicendum, ꝙ manebunt elementa quantum ad substantiam, & qualitates eorum proprias, sed purgabuntur, ut supra dictum est, ab infectione quam ex peccatis hominū contraxerunt, & ab impuritate quæ per actionem & passionem mutuā in eis accidit, quia iam cessante motu primi mobilis, in inferioribus elementis mutua actio & passio esse non poterit: & hoc Aug. appellat qualitates corruptibilium elementorum. s. innaturales eorū dispositiones, secundū quas corruptioni appropinquāt.

Ad primum ergo dicendum, quòd ignis ille dicitur quatuor elementa absumere, inquantum ea aliquo modo purgabit. Quod autem sequitur, Duo ex toto consumet, non est intelligendum quòd duo elementa secundum substantiam destruantur, sed quia duo magis remouebuntur a proprietate quam nunc habent, quæ quidē duo a quibusdam dicuntur esse ignis & aqua quæ maxime cedunt in qualitatibus actiuis, scilicet calore & frigore, quæ sunt maxime corruptiōis principia in aliis corporibus. Et quia tunc nō erit actio ignis, & aq., quæ sūt maxime actiuæ, maxime immutari uidebuntur a uirtute quā nūc hñt. Alii dicunt hæc duo esse aerem & aquam propter uarios motus istorum duorum elementorum, quos consequuntur ex motu corporum cælestium: & quia isti motus non erunt sicut fluxus & refluxus maris, & commotiones uentorum, & huiusmodi, ideo illa elementa maxime mutabuntur a proprietate quam nunc habent.

Si post iudicium dæmones præerunt hominibus ad puniendum.

Et solet quæri, utrum in inferno malis ad puniendū præsint dæmones post iudicium, quos carnifices tortoresque animarum scriptura appellat. Apostolus dicit, quòd Christus tunc euacuabit omnem principatum, & potestatē, & uirtutē. Dū.n. durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus prẹsunt: sed oīb⁹ collectis iā omnis prælatio cessabit. Hic quidam putāt, post iudiciū dæmones non habere potestatem cruciandi homines, sicut modo. Sed vt dæmones virtute Dei cruciari sine ministerio creaturæ asserunt, sic reprobos homines ibi non per operationem dæmonum, sed virtute diuina tantum æternis subijci cruciatibus. Præmissa attamen authoritas non id cogit sentire, quæ & si asserat tunc nec dæmones dæmonibus, nec homines hominibus præesse, non diffinit tamen, an dæmones præsint hominibus ad torquendum: vnde quibusdam videtur eos sic constare hominibus tortores in pœna, sicut exiterunt incentores in culpa.

Cap.16 ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit August. 20. de ciui. dei. cum dicitur. Et mare iam non est, per mare potest intelligi præsens sæculum, de quo supra parum ante dixerat, Mare dedit mortuos suos. Si tamen id mare ad literam referemus, tunc est dicendum, quòd in mari duo intelliguntur, scilicet substātia aquarum, & earum dispositio quantum ad salsedinem, & fluctuum cōmistiones: & quantum ad hoc secundum mare non remanebit, manebit autem quantum ad primum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ignis ille non aget nisi ut instrumentum prouidentiæ & uirtutis diuinæ, unde non aget in alia elementa usq; ad eorū consumptionē, sed solum usque ad purgationē: nec oportet ꝙ illud quod efficitur materia ignis, tota litera specie propria corrūpatur, sicut patet in ferro ignito quod a loco ignitionis remotū ex uirtute speciei remanentis ad propriū statū & pristinū redit, & ita etiam erit de elementis per ignē purgatis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in partibus elementorū nō oportet considerari solum quid congruat alicui parti secundum se acceptæ, sed etiam quid congruat secundum ordinem ad totum. Dico ergo quòd aqua quamuis esset nobilior si haberet formā ignis, similiter terra & aer, uniuersum tamen esset imperfectius, si tota elementorum materia formam ignis assumeret.

Ad tertiam quæstionē dicendum, quòd quidam dicunt, quòd ignis ille ascendet usque ad summitatem spatii continentis quatuor elementa, ut sic elementa totaliter purgentur & ab infectione peccati, quo etiam superiores partes elementorū sunt infectæ, ut patet per fumum idolatriæ superiora inficientis: & etiam a corruptione, quia elementa secundum omnes partes sui corruptibilia sunt. Sed ista opinio repugnat authoritati sacræ scripturæ, quia 2. Petri. 3. dicitur quòd illi cæli repositi sunt igni, qui fuerūt per aquam purgati. Et Aug dicit 20. de ci. dei. quòd ille mundus qui diluuio periit, igni reseruatur. Cap.24 Constat autem ꝙ aqua diluuii non ascendit usque ad summitatem spatii elementorum, sed solum usque ad 15. cubitos super altitudines montiū. Et prẹterea, notum est quòd uapores eleuati a terra, uel fumi quicunque non possunt transire per totam sphæram ignis ut perueniant ad summitatem eius, & ita infectio peccati non peruenit vsque ad spatium prædictum. A corruptibilitate etiam elementa non possunt purgari per subtractionem alicuius quod per ignem possit consumi: sed per ignem poterunt consumi impuritates elementorum, quæ ex eorum permistione proueniunt. Huiusmodi autem impuritates præcipue sunt circa terram usque ad medium aeris interstitium, unde usque ad illud spatium ignis ultimæ conflagrationis elementa purgabit: tantum.n. etiā aquæ diluuii ascēderunt, quòd probabiliter æstimari potest ex montium altitudine, quos determinata mensura transcenderat.

Primum ergo concedimus.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ rō dubitationis in glo. exprimit, q.a.s. aqua in se uirtutē purgationis hr̄e creditur, nō tñ habet uim purgationis talis, qualis futuro statui competit, ut ex dictis patet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa purgatio prẹcipue ad hoc erit, ut quicquid est imperfectionis, a sanctorum habitatione remoueatur: & ideo in illa purgatione totum quod est fœdum ad locum damnatorum congregabitur, unde infernus non purgabitur, sed ad ipsum adducentur totius mundi purgamenta.

¶ Ad quartū dicendū, ꝙ quamuis peccatū primi hominis in terrestri paradiso sit cōmissū, nō tñ locus ille est locus peccātiū, sicut nec cælū empyreū: ex utroq;.n. loco homo & diabolus statim propter peccatū sunt electi, unde locus ille purgatione non indiget.

F

Articvlvs III.

Vtrum ignis ultimæ conflagrationis iudicium sequi debeat.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd ignis ultimæ conflagrationis iudicium debet sequi. Aug. 20. de ciui. dei, hunc ordinē ponit eorum quæ in iudicio sunt futura dicens. In illo iudicio, uel circa illud iudicium has res dicimus esse uenturas. Heliā Tesbitem, fidem Iudæorum, antichristum persecuturum, Christum iudicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque diuisionem, mundi conflagrationem, eiusdemque renouationem. ergo conflagratio iudicium sequitur. Cap. 30. 1.Cor.15

G

¶ 4 Præter. Aug. dicit in eodem lib. Iudicatis impiis & in ignem æternum missis, figura huius mundi mundanorum ignium cōflagratione peribit. ergo idem quod prius.

¶ 3 Præter. Dominus ad iudicandum ueniens aliquos uiuos reperiet, ut patet ex hoc quod habetur 1. Thes. 4. ubi ex persona eorum Apostolus dicit. Deinde nos qui uiuimus qui residui sumus in aduentu domini &c. sed hoc non esset, si conflagratio mūdi præcederet, quia per ignem dissoluerentur. ergo ignis ille iudicium sequitur.

¶ 4 Præter. Dominus dicitur iudicaturus orbem per ignem, & ideo conflagratio finalis uidetur esse executio diuini iudicii: sed executio sequitur iudicium. ergo ille ignis iudicium sequitur.

H

Sed contra est, quod dicitur in psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet.

¶ 2 Præter. Resurrectio præcedet iudicium, alias non uideret omnis oculus Christum iudicantem: sed mundi conflagratio resurrectionem præcedet, sancti enim qui resurgent corpora spiritualia etiam impassibilia habebunt, & ita non poterunt per ignem purgari, cum tamen in litera dicatur ex uerbis Aug. quòd ꝑ ignē illum purgabitur, siquid in aliquibus sit purgandum. ergo ignis ille iudicium præcedet.

II

Vlterivs. Videtur quòd ignis ille non habebit talem effectum in hominibus, qualis in litera designatur. Illud enim consumi dicitur, quod reducitur ad nihilum: sed corpora impiorum non soluentur in nihilum, sed in æternum conseruabuntur, ut æternam pœnam sustineant. ergo ignis ille non erit malis consumptio, ut in litera dicitur. Si dicatur, quòd consumet malorum corpora, inquantum ea resoluet in cinerem. Contra. I Sicut corpora malorum, ita & bonorum in cinerem resoluentur: hoc enim est Christi priuilegium, ut caro eius corruptionem non uideat. ergo etiam & bonis tunc repertis erit consumptio.

¶ 2 Præter. Infectio peccati magis abundat in elementis, secundum quod ueniunt ad compositionem humani corporis, in quo est corruptio fomitis, etiam quantum ad bonos, quàm in elementis extra corpus humanum existentibus: sed elementa extra corpus humanum existentia purgabuntur propter peccati infectionem. ergo multo fortius oportet per ignem purgari elementa in corporibus humanis existentia siue bonorum, siue malorum, & ita oportet utrorumque corpora resolui.

¶ 3 Præter. Quamdiu status uiæ durat, elementa similiter agunt in bonos & in malos: sed adhuc durabit status huiusmodi uiæ in illa conflagratione, quia post statum huius uiæ non erit mors naturalis, quæ tamen per illam conflagrationem causabitur. ergo ignis ille æqualiter aget in bonos & in malos, K & ita uidetur quòd non sit aliqua discretio inter eos quantum ad effectum illius ignis suscipiendum, sicut in litera ponitur.

¶ 5 Præt. Illa conflagratio quasi in momēto perficietur: sed multi inuenientur uiui, in quibus erunt multa purgabilia. ergo illa conflagratio non sufficiet ad eorum purgationem.

III

Vlterivs. Videtur quòd ignis ille non inuoluet reprobos, quia Malac. 3. super illud. Purgabit filios leui. dicit gl. Duos ignes legimus futuros, unum quo purgabit electos, & præcedet iudicium, alterum qui reprobos cruciabit: sed hic est ignis inferni qui malos inuoluet, primus autem est ignis finalis conflagrationis, ergo ignis finalis conflagrationis non erit ille qui malos inuoluet. 1.Cor.3. super illud ignis probabis.

¶ 2 Præter. Ignis ille deo obsequitur in purgatione mundi, ergo deberet remunerari aliis elementis remuneratis, &

præ-

præcipue cum ignis sit nobilissimum elementorum. non ergo videtur quòd in infernum debeat deijci ad damnatorum pœnam. A

¶ 3 Præt. Ignis qui malos inuoluet, erit ignis inferni: sed ignis ab initio mundi præparatus est damnatis, vnde Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est &c. & Esa. 30. Parata est ab heri Tophet a rege prẹparata &c. glo. ab heri, idest, ab initio. Tophet, idest, vallis gehennæ: sed ignis ille finalis conflagrationis non fuit ab initio præparatus, sed ex cōcursu mundanorum igniū generabitur. ergo ille ignis est alius ab igne inferni, quo reprobos inuoluet. B

In contrarivm est, quod in psalm. de igne illo dicitur quòd inflammabit in circuitu inimicos eius.

¶ 2 Præt. Daniel. 7. dicitur. Igneus fluuius rapidus qui egrediebatur a facie eius, glo. Vt peccatores traheret in gehēnam, loquitur autē authoritas illa de igne illo, de quo nunc est mentio, vt patet per quandam glo. quæ ibi dicit, vt bonos purget, & malos puniat. ergo ignis finalis cōflagrationis in infernum cum reprobis demergetur.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd illo conflagratio secundum rei veritatem quantum ad sui initiū iudicium præcedet, quod ex hinc manifeste colligitur, ꝙ mortuorū resurrectio iudicium præcedet, quod patet ex hoc quod dicitur 1. Thes. 4. quòd illi etiam qui dormierunt, rapientur in nubibus in aera obuiam Christo ad iudicium venienti: simul C autem erit resurrectio communis, & corporum sanctorum glorificatio. Sancti .n. resurgentes corpora gloriosa resument, vt patet per illud quod dicitur 1. Cor. 15. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Simul autem cum corpora sanctorum glorificabunt & tota creatura suo modo renouabitur, vt patet per id quod dicitur. Ro. 8. quòd ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertate gloriæ filiorum dei. Cum ergo conflagratio mūdi sit dispositio ad renouationem prædictam, vt ex dictis patet, manifeste potest colligi, quòd illa conflagratio quo ad purgationem mundi iudicium præcedet, sed quo ad aliquem actum, qui scilicet est inuoluere malos, iudicium sequetur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Aug. non loquitur determinando, sed opinando, quod patet ex hoc quod sequitur. Quæ omnia quidem ventura esse credendum est: sed quibus modis, & quo ordine veniant, magis tunc docebit rerum D experientia, quàm nunc ad perfectum hominis intelligentia valeat consequi. Existimo tamen eo, quo a me commemorata sunt, ordine esse ventura. ergo patet ꝙ hoc dixit opinando. Et similiter dicendum ad secundum.

1. quæst. 1. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut supra, 43. distinct. dictum est, omnes homines morientur & resurgent: sed tamen illi viui dicuntur reperiri, qui vsque ad tempus conflagrationis in corpore viuent.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ignis ille non exequitur sententiam iudicis nisi quo ad inuolutionē malorum, & quantū ad hoc sequitur iudicium.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd ignis ille finalis conflagrationis quantum ad hoc vt iudicium præcedet, aget vt instrumentum diuinæ iustitiæ, & iterum per virtutem naturalem ignis: quantum ergo pertinet ad virtutem naturalem ipsius, similiter aget in bonos & malos, qui viui reperientur vtrorumque corpora in cinerem resoluendo: inquantum vero aget vt instrumentum diuinæ iustitiæ, diuersimode aget in diuersos quantum ad sensum pœnæ. Mali enim per actionem ignis cruciabuntur, boni vero in quibus nihil purgandum inuenitur, omnino nullum dolorem ex igne sentiēt, sicut nec pueri senserunt in camino Dan. 3. quàmuis eorum corpora non seruentur integra sicut puerorum seruata fuerunt, & hoc diuina virtute fieri poterit, vt sine doloris cruciatu resolutionem corporum patiantur. Boni vero in quibus purgandum reperietur, sentiēt cruciatum doloris ex illo igne plus, vel minus pro meritorum diuersitate, sed quantum ad actum quem post iudicium ille ignis habebit, in damnatos tantum aget, quia omnes boni habebunt corpora impassibilia.

Ad primvm ergo dicendum, quòd consumptio ibi accipitur non pro annulatione, sed pro resolutione in cineres.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonorum corpora quàmuis in cinerem resoluantur per ignem, non tamen ex hoc dolorem sentient, sicut nec pueri in fornace existentes, vt dictum est, & quantum ad hoc est dissimile de bonis & malis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd elementa in corporibus humanis existētia purgabūtur per ignem etiā in corporibus electorum, sed hoc per diuinam virtutem fiet sine cruciatu doloris.

¶ Ad quartum dicēdum, quòd ignis ille nō aget tantum secundum naturalem elementi virtutem, sed etiam vt diuinæ iustitiæ instrumentum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd tres causæ sunt, quare subito illi qui viui reperientur, purgari poterunt. Vna est, quia pauca purgāda in eis inueniūntur, cum terroribus & persecutionibus præcedentibus fuerint purgati. Secunda est, quia viui & voluntarij sustinebunt pœnam: pœna autem in hac vita voluntaria suscepta multo plus purgat quàm pœna post mortem inflicta, sicut patet in martyribus, quòd si quid purgandum in eis inuenitur, passionis falce tollitur, vt August. dicit, cum tamen pœna martyrum breuis fuit in purgatione, quæ in purgatorio sustinetur. Tertia est, quia calor ille recuperabit in intensione quantum amittet in temporis abbreuiatione.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd tota purgatio mundi & innouatio ad purgationem & innouationem hominis ordinabitur: & ideo oportet vt mundi purgatio & innouatio purgationi, & innouationi humani generis respondeat: humani autem generis purgatio quædam erit, quando mali segregabuntur a bonis. Vnde dicitur Luc. 3. Cuius ventilabrum est in manu sua, & purgabit aream suam, & congregabit triticum suum, idest, electos in horreum suum, paleas autem, idest, reprobos comburet igne inextinguibili: vnde ita erit de purgatione mundi, quòd quicquid erit turpe & fœdum in infernum cum reprobis retrudetur: quicquid autem erit pulchrum & nobile in superioribus reseruatur ad gloriam electorum, & ita etiam erit de illo igne conflagrationis, sicut dicit Basilius super illud psal 28. Vox domini intercidentis flammam ignis: quia quo ad calidum vstiuum, & quantum ad id quod in igne grossum reperietur, descendet ad inferos ad pœnam damnatorum: quod vero est ibi subtile & lucidum remanebit superius ad gloriam electorum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ignis qui purgabit electos ante iudicium, erit idem cum igne conflagrationis mundi, quàmuis quidam contrarium dicant. Conuenit enim vt cum homo sit pars mundi, eodem igne purgetur homo & mundus. Dicuntur autem duo ignes qui purgabit bonos, & qui cruciabit malos & quātū ad officium, & aliquo mō quantum ad substantiam, quia non tota substantia ignis purgantis in infernum retrudetur, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc ignis ille remunerabitur, quia illud quod est grossum in eo, separabitur ab ipso, & retrudetur in infernum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut gloria electorum post iudicium erit maior quàm ante, ita & a pœna reproborum, D.283. & ideo sicut claritas superiori creaturæ addetur ad augmentandum gloriam electorum, ita & quicquid est turpe in creaturis retrudetur in infernum ad augmentandum miseriam E damnatorum, & ita igni ab initio præparato in inferno nō est inconueniens si alter ignis addatur.

EXPOSITIO TEXTVS.

Illi *saltem verba iudicis audient &c.* Verba hæc accipienda sunt non vocalia, sed mentalia, vt supra dictum est. *Et peribit cælum & terra non secundum substantiam, sed secundum speciem.* Species hic dicitur corruptibilitas elementorum, & alia quæ ad ignobilitatem eorum spectant. *Ministerio angelorum virtute Dei cooperante &c.* Hoc intelligendum est de bonis angelis quantum ad præceptum, sed de malis angelis quantum ad executionem.

DIVI-

DIVISIO TEXTVS.

POSTQVAM determinauit magister de diuino iudicio quantum ad modum iudicij, & ad ministros iudicis, hic determinat ea quæ pertinent ad personam iudicis. Et diuiditur in partes duas. In prima enim parte ostendit in qua forma Christus ad iudicium veniens apparebit. In secunda determinat de his quæ iudicium circunstant, ibi. *Et putāt quidam dominum &c.* Prima pars diuiditur in duas. In prima ostēdit quòd Christus iudicabit in forma hominis. Esa.26. In secunda inducit similitudinem, scilicet quòd Christus secundum quod est homo, est causa resurrectionis corporum, ibi. *Et sic dicitur Christus &c.* Prima pars diuiditur in duas. In prima determinat quòd Christus in forma hominis iudicabit, In secunda, quòd in forma hominis gloriosa, ibi. *Sed cum in forma humana &c. Et putant quidam &c.* Hic determinat ea quæ aduentum iudicis circunstant. Et circa hoc duo facit. Primo determinat ea quæ concomitantur iudicis aduentum. Secundo ea quæ consequuntur, ibi. *Cum autem factum fuit celum nouum &c.* Circa primum duo facit. Primo enim determinat locum aduentus. Secundo effectum iudicis venientis, ibi. *Veniente autem ad iudicium domino &c.*

DISTINCTIO XLVIII.

A

De forma iudicis.

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic est duplex quæstio.

¶ Prima, est, De seipso iudice.
¶ Secunda, De mundi innouatione quæ iudicium sequitur.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Christus in forma hominis sit iudicaturus. I
¶ Secundo, Vtrum in iudicio apparebit in figura gloriosa.
¶ Tertio, Vtrum posset apparere in natura diuinitatis aliquibus sine gaudio.
¶ Quarto, De his quæ aduentum iudicis circunstant.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum Christus in forma serui sit iudicaturus.

QVOLET etiam quæri, in qua forma Christus iudicabit. In forma vtique [e] serui iudicabit, quæ omnibus in iudicio apparebit, ut uideant mali in quem pupugerunt. Diuinitatem uero eius mali non uidebunt. unde Esa. Tollatur impius, ne uideat gloriam Dei. Humanitatem uidebunt, ut timeant:

3.par. q.59 ar.2.in fine cor.art.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ Christus in forma serui non sit iudicaturus. Iudicium enim authoritatem requirit in iudicante: sed authoritas super viuos & mortuos est in Christo, secundum quod est deus, sic enim est deus & creator omniū. ergo in forma diuinitatis iudicabit. K

¶ 1 Præt. In iudice requiritur potestas inuincibilis, vnde Eccle.7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: sed virtus inuincibilis conuenit Christo secundum quod est deus, ergo in forma diuinitatis iudicabit.

¶ 3 Præt. Ioan. 5. dicitur. Pater omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem: sed honor æqualis non debetur patri & filio secundū humanam naturam. ergo non iudicabit secundum formam humanam.

¶ 4 Præt. Daniel. 7. dicitur. Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: throni autem iudiciariam potestatem designant, antiquitas autem de deo dicitur ratione æternitatis, vt dicit Dionys. in lib. de diui. nomi. ergo secundum hoc iudicare conuenit filio prout est æternus. non ergo secundum quod homo. Cap. 10.

¶ 5 Præt. Augustꝰ dicit, & habetur in litera, quòd per verbum filij dei fit animarum resurrectio: sed iudicium illud finale magis pertinet ad animam quàm ad carnem. ergo magis conuenit iudicare Christo secundum quod est deus, quàm inquantum est homo. F

SED CONTRA. Ioan. 5. dicitur. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.

diuinitatem uero non, ne [e] gaudeant. Diuinitas enim sine gaudio uideri non potest.

¶ 2 Præt. Iob. 36. dicitur. Causa tua quasi impij iudicata est. glo. a Pilato, ideo iudicium causamq; recipies. glo. vt iuste iudices: sed Christus secundum humanam naturā iudicatus est a Pilato. ergo secundum humanā naturam iudicabit.

¶ 3 Præt. Eius est iudicare, cuius est legem condere: sed Christus in humana natura apparens nobis legem euangelij dedit. ergo & secundum eandem naturam iudicabit.

Quòd apparebit tunc in forma serui.

SED cum in forma humana constat eum apparituru, quæritur an in forma illa [b] glorioſa appareat, sicut uere est, an in forma qualis in passione extitit. Quidam putant a malis talem videri qualem crucifixerunt, ideſt, infirmam, quia

RESPON. Dicendum, quòd iudicium aliquod dominiū in iudicando requirit: vnde Rom. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? & ideo secundum hoc Christo competit iudicare quòd dominium super homines habet, de quibus principaliter erit finale iudicium. Ipse autem est noster dominus non solum ratione creationis, quia dominus ipse est deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos, sed etiam ratione redemptionis, quod ei competit secundum humanam naturam: vnde Rom. 14. In hoc Christus mortuus est & resurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur. Ad præmium autem vitæ æternæ nobis creationis bona non sufficerent, nisi redemptionis beneficium adderetur propter impedimentum quod naturæ creatæ superuenit ex peccato primi parentis: vnde cum iudicium illud finale ad hoc ordinetur vt aliqui admittantur ad regnum, aliqui excludantur a regno, conueniens est vt ipse Christus secundum humanam naturam cuius redemptionis beneficio ad regnum admittitur, illi iudicio præsideat: & hoc est quod dicitur Act. 10. quòd constitutus est a deo iudex viuorum & mortuorum. Et quia per redemptionem humani generis non solum homines reparatur, sed etiam vniuersaliter totam creaturam secundum quod tota creatura reparato homine melioratur, vt habetur Col 1. Pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt, ideo non solum super homines, sed super vniuersam creaturam Christus per suam passionem dominium promeruit & iudiciariam potestatem, Matth. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in Christo secundum diuinam naturam est authoritas dominij respectu vniuersalis creaturæ ex iure creationis: sed in ipso est authoritas dominij quam per passionem promeruit, & est quasi authoritas secundaria & acquisita, sed prima est naturalis & æterna.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis Christus secundū quod homo non habeat a se inuincibilem potestatem ex naturali virtute humanæ speciei, tamen ex dono diuinitatis etiam in humana natura habet inuincibilem potestatem secundum quod sunt subiecta pedibus eius, vt dicitur. 1. Corinth. 12. & Hebr. 2. & ideo iudicabit quidem in humana natura, sed ex virtute diuinitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christo non suffecisset ad humani generis redemptionem, si purus homo fuisset, & ideo ex hoc ipso quòd secundum humanam naturam genus humanum redimere potuit, ac per hoc iudiciariam potestatem consecutus est, manifeste ostenditur quòd ipse est deus, & ita æqualiter honorandus cum patre non inquantum homo, sed inquantum deus.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ in illa visione Daniel. manifeste exprimitur totus ordo iudiciariæ potestatis, quæ quidem sic in prima origine est in ipso deo, & specialius in patre qui est fons totius diuinitatis, & ideo primo præmittitur quòd antiquitas dierum sedit, sed a patre iudiciaria potestas traducta est in filium non solum ab æterno secundum diuinam naturam, sed etiam in tempore secundum humanam, in qua meruit, & ideo subiungitur in visione prædicta. Ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum.

¶ Ad

¶ Ad quintum dicendum, quòd Augustꝰ loquitur per appropriationem quandam, vt videlicet reducat effectus, quos Christus in humana natura fecit, ad causas aliquo modo consimiles. Et quia secundum animam sumus ad imaginem & similitudinem dei, secundum carnem autem sumus eiusdem speciei cum homine Christo: ideo ea quæ in nobis nostris Christus fecit, diuinitati attribuit: quæ vero in carne nostra fecit, vel facturus est, attribuit carni eius, quāmuis caro eius inquantum est diuinitatis organum, vt dicit Damas. habeat etiam effectum in animabus nostris, secundū illud quod dicitur Hebræ. 9. q̄ sanguis eius emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, & sic etiā Verbum caro factum est causa resurrectionis animarū: vnde etiam secundum humanam naturam conuenienter est iudex non solum corporalium, sed spiritualium bonorum. Zach. 12. Apocal. 1. Super psal. 100. super illud. Tecū principiū. Et sup ps. 85. exponēs illa verba Respice in me &c. Lib. 3. de fide Orthod. ca. 15. vltra medium.

ARTICVLVS II.

b Vtrum Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis glorioſa.

SupMatth. cap. 25.1

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus in iudicio non apparebit in forma humanitatis glorioſa. Ioan. 19. Videbunt in quem transfixerunt. glo. quia in ea carne venturus est, in qua crucifixus est: sed crucifixus est in forma infirma. ergo in forma infirmitatis apparebit, non in forma glorioſa.

Sup Matth. cap. 24.

¶ 2 Præt. Matth. 24. dicitur quòd apparebit signum filij hominis in cælo, ideſt, signum crucis. Et Chrysost. dicit, quòd veniet in iudicio Christus non solum vulnerum cicatrices, sed etiam ipsam mortem exprobratissimā ostendens. ergo videtur quòd non apparebit in forma glorioſa.

¶ 3 Præt. Secundum hanc formam deus in iudicio apparebit, quæ ab omnibus conspici possit: sed Christus secundum formam humanitatis glorioſam nō poterit videri ab omnibus *bonis & malis*, quia oculus *glorificatus non videtur esse* proportionatus ad videndum claritatē corporis glorioſi. ergo non apparebit in forma glorioſa. D

¶ 4 Præt. Illud quod promittitur iustis in præmium, non conceditur iniustis: sed videre gloriam humanitatis promittitur iustis in præmium, Ioan. 10. Ingredientur & egredientur, & pascua inuenient, ideſt, refectionem & in diuinitate, & humanitate, vt Aug. exponit. Esa. 33. Regem in decore suo videbunt. ergo in iudicio non apparebit omnibus in forma glorioſa.

¶ 5 Præt. Secundum illam formam Christus iudicabit, in qua *iudicatus* est: vnde *super illud* Ioan. 5. *Sic & filius quos vult, viuificat*, dicit glo. In qua forma iniuste iudicatus est, iuste iudicabit, vt possit ab impijs videri: sed iudicatus est in forma infirmitatis. ergo & in eadem in iudicio apparebit.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cū potestate magna & maiestate: maiestas autem & potestas ad gloriam pertinent. ergo in forma glorioſa apparebit. E

¶ 2 Præt. Ille qui iudicat, debet eminere illis qui iudicantur: sed electi qui iudicabūtur a Christo, corpora glorioſa habebūt. ergo multo fortius iudex in forma glorioſa apparebit.

¶ 3 Præt. Sicut iudicari est infirmitatis, ita iudicare est authoritatis & gloriæ: sed in primo aduentu quo Christus venit ad hoc quòd iudicaretur, in forma infirmitatis apparuit. ergo in secundo aduentu in quo veniet ad hoc vt iudicet, apparebit in forma glorioſa.

RESPON. Dicendum, quòd Christus dicitur dei & hominum mediator, inquantum pro hominibus satisfacit & interpellat apud patrem, & ea quæ sunt patris hominibus communicat, secundum quod dicitur Ioan. 17. Claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, secundum hoc autem vtrumque conuenit ei, quòd cum vtroque communicat extremorum. Inquantum enim cum hominibus communicat, vices hominū gerit apud patrem: inquantum vero cum patre communicat, dona patris transmittit ad homines. Quia ergo in primo aduentu ad hoc venit vt pro nobis satisfaceret apud patrem, in forma nostræ infirmitatis apparuit: quia vero in secundo aduentu ad hoc veniet, vt iustitiam patris in homines exequatur, gloriam demonstrare debebit, quæ inest ei ex communione ad patrem, & ideo in forma glorioſa apparebit. Ioan. 5. Aug. super Io. tract. 21.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd in eadem carne apparebit, sed non similiter se habente.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ signum crucis apparebit in iudicio non ad iudicium tūc existentis infirmitatis, sed præteritæ, vt per hoc iustior eorum cōdemnatio appareat, qui tantam misericordiam neglexerunt, & eorum præcipue qui Christum iniuste persecuti sunt. Cicatrices autem quæ in eius corpore apparebunt, non pertinebunt ad aliquam infirmitatē, sed erunt indicia maximæ virtutis, qua Christus per passionis infirmitatem de hostibus triumphauit. Ex probratissimam etiā mortem ostendet non sensibiliter oculis eam ingerens, ac si tunc eam pateretur, sed ex his quæ apparebunt, scilicet indicijs præteritæ passionis homines in recognitionem præteritæ mortis adducet. C

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus glorioſum habet in potestate sua vt se demonstret, vel non demonstret oculo non glorioſo, vt patet ex dictis quæ supra. 44. dist. dicta sunt: & ideo in forma glorioſa Christus ab hominibus potuit videri. q. 2. ar. 4. in respōsione ad 3. quæst. 2.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut amici gloria est delectabilis, ita gloria & potestas eius qui odio habetur, maxime contristat: & ideo sicut visio gloriæ humanitatis Christi erit iustis in præmium, ita inimicis Christi erit in supplicium. vnde Esa. 26. Videant, & confundantur zelantes populi, & ignis, scilicet iuui dia, hostes tuos deuoret.

¶ Ad quintum dicendum, quòd forma ibi accipitur pro natura humana, in qua iudicatus est, & etiam iudicabit: nō autem pro qualitate naturæ quæ non erit eadem *in iudicante*, scilicet infirma, quæ in iudicato fuit.

ARTICVLVS III.

c Vtrum diuinitas a malis sine gaudio uideri possit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd diuinitas a malis sine gaudio possit videri. Constat enim quòd impij manifestissime cognoscant Christum esse deum. ergo diuinitatem eius videbunt: & tamen de visione Christi non gaudebunt. ergo diuinitas sine gaudio videri potest. 2. par. q. vbi supra.

¶ 2 Præt. Voluntas impiorum peruersa non magis aduersatur humanitati Christi, quàm eius diuinitati: sed hoc quòd videbunt gloriam humanitatis, cedet eis in pœnam, vt dictum est. ergo multo fortius si diuinitatem viderent, magis tristarentur quàm gauderent.

¶ 3 Præt. Quæ sunt in affectu non de necessitate sequuntur ad ea quæ sunt in intellectu, vnde Aug. dicit. Præcedit intellectus, & sequitur tardus, aut nullus affectus: sed visio ad intellectum pertinet, gaudium autem ad affectum. ergo potest esse diuinitatis visio sine gaudio.

¶ 4 Præt. Omne quod recipitur in aliquo, recipitur per modū recipientis, & non per modum recepti: sed omne quod videtur, quodammodo in vidente recipitur. ergo quāmuis diuinitas in se sit delectabilissima; tamen visa ab alijs qui sunt tristitia absorpti, non delectabit, sed magis contristabit.

¶ 5 Præt. Sicut se habet sensus ad sensibile, ita se habet intellectus ad intelligibile: sed ita est in sensibus quòd palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis, vt dicit Aug. & similiter accidit in alijs sensibus. ergo cum damnati habeant intellectū indispositum, videtur quòd visio lucis increatæ magis afferet eis pœnam quàm gaudium. Lib. 7. confes. cap. 16.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum: ex quo patet quòd essentia

tia beatitudinis in dei visione consistit: sed de ratione beatitudinis est gaudium. ergo diuinitas sine gaudio videri non potest.

¶ 2 Præt. Essentia ipsa diuinitatis est essentia veritatis: sed vnicuique est delectabile videre verum, vnde & omnes homines natura scire desiderant, vt dicitur in principio meth. ergo diuinitas sine gaudio videri non potest.

¶ 3 Præt. Si aliqua visio non semper est delectabilis, conuenit eam quandoque esse tristabilem: sed visio intellectiua nũ quàm est contristabilis, quia delectationi quæ est in intelligendo non opponitur aliqua tristitia, vt dicit Philosophus. cum ergo diuinitas non possit videri nisi per intellectum, videtur quòd diuinitas sine gaudio videri non possit.

7.eth.c.12.

Respon. Dicendum, quòd in quolibet appetibili, vel delectabili duo possunt considerari, scilicet id quod appetitur, vel est delectabile, & id quod est ratio appetibilitatis, vel delectabilitatis in ipso: sicut autem secundum Boetium in libr. de hebdoma. Id quod est, habere aliquid præterquàm quod ipsum est, potest: ipsum vero esse nihil aliud præter se habet admistũ, ita id quod est appetibile, vel delectabile potest habere aliquid aliud admistum, vnde non sit delectabile, vel appetibile: sed id quod est ratio delectabilitatis nihil habet admistum, vel habere potest, propter quod non delectabilis sit, vel appetibilis. Res igitur quæ sunt delectabiles per participationem bonitatis, quæ est ratio appetibilitatis & delectabilitatis, possunt apprehensa non delectare: sed id quod per essentiam suam est bonitas, impossibile est quòd eius essentia apprehensa nõ delectet, vnde cum deus essentialiter sit ipsa bonitas, non potest diuinitas sine gaudio videri.

Cap. 1.

Ad primvm ergo dicendum, quòd impij manifeste cognoscent Christum esse deum, non per hoc quod diuinitatem eius videant, sed per manifestissima diuinitatis indicia.

¶Ad secundum dicendum, quòd diuinitatem secũdum quod est in se, nullus potest odio habere, sicut nec aliquid potest odio habere ipsam bonitatem, sed quantum ad aliquos diuinitatis effectus dicitur ab aliquibus odio haberi, inquantum scilicet aliquid agit, vel præcipit quod est contrarium volũtati, & ideo visio diuinitatis nulli potest esse non delectabilis. I

¶Ad tertium dicendum, quòd verbum Aug. est intelligendum quando id quod apprehenditur per intellectum præcedentem est bonum per participationem, & nõ per essentiam, sicut sunt omnes creaturæ, vnde potest in eis esse aliquid quare affectus non moueatur. Similiter etiam in via deus cognoscitur per effectus, & intellectus non attingit ad ipsam essentiam bonitatis eius: vnde non oportet quòd affectus intellectum sequatur, sicut sequeretur si essentiam eius videret, quæ est ipsa bonitas.

¶Ad quartum dicendum, quòd tristitia non nominat dispositionem, sed magis passionem, omnis autem passio a contraria causa fortiori subueniente tollitur, & non eã tollit, & ideo tristitia damnatorum tolleretur, si deum per essentiam viderent.

¶Ad quintum dicendum, quòd per indispositionem organi K tollitur proportio naturalis ipsius organi ad obiectum, quod natum est delectare, & propter hoc delectatio impeditur: sed indispositio quæ est in damnatis, non tollit naturalem proportionem, qua sunt ordinati ad diuinam bonitatem, cum imago semper in eis maneat, & ideo non est simile.

Articvlvs IIII.

d Vtrum aduentum domini ad iudicium præcedent aliqua signa.

Matth. 24. Et ibidem. S.Tho.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd aduentũ domini ad iudicium non præcedent aliqua signa, quia. 1. Thes. 5. Cum dixerint, pax & securitas, repentinus eis super uenier interitus: sed non esset pax & securitas si homines per signa præcedentia terrerentur. ergo signa non præcedent illum aduentum.

¶ 2 Præt. Signa ante manifestationem ordinantur: sed aduentus eius debet esse occultus, vnde. 1. Thes. 5. dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. ergo signa non debent ipsum præcedere.

¶ 3 Præt. Tempus primi aduentus fuit præcognitum a philosophis, quod non est de secundo aduẽtu, vt supra dictum est: sed primum aduentum Christi nõ præcesserunt aliqua huiusmodi signa. ergo nec secundum præcedent.

Sed contra est, quod dicitur Lucæ 21. Erunt signa in sole, & luna, & stellis. Super Ioã. tract. 19.

¶ 2 Præt. Hiero. ponit quindecim signa præcedentia iudicium, dicens quòd primo die maria omnia exaltabuntur quindecim cubitis super montes. Secundo, omnia æquora prosternentur in profundũ, ita vt vix videri poterunt. Tertio, redigentur in antiquum statum. Quarto, belluæ omnes, & alia quæ mouentur in aquis congregabuntur, & leuabuntur super pelagus more contentionis inuicẽ mugientes. Quinto, omnia volatilia cæli congregabuntur in campis inuicem plorantes non gustantes, neque bibentes. Sexto, flumina ignea surgent ab occasu solis cõtra faciem firmamenti vsque ad ortum corruentia. Septimo, omnia sydera errantia fixa spargent ex se igneas comas, sicut cometæ. Octauo, erit magnus terremotus, & omnia animalia prosternentur. Nono, omnes lapides tam magni quàm parui diuidentur in quatuor partes, vnaquæque aliam collidente. Decimo, omnes plantæ sanguineum fluent rorem. Vndecimo, omnes montes, & colles, & ædificia in puluerem redigentur. Duodecimo, omnia animalia venient ad campos de siluis & montibus rugientia, & nihil gustantia. Tertiodecimo, omnia sepulcra ab ortu solis vsque ad occasum patebunt cadaueribus ad resurgendum. Quartodecimo, omnes homines de habitaculis suis recedent nõ intelligentes, neque loquentes, sed discurrentes. Quintodecimo, omnes morientur, & resurgent cum mortuis longe ante desunctis. Vt ipse testatur se legisse in annalibus Hebræorum.

Vlterivs. Videtur quòd circa iudicium secundum rei veritatem sol & luna obscurentur, quia vt dicit Rabanus super Matth. nihil prohibet intelligere tunc temporis veraciter solem & lunam cum syderibus cæteris suo lumine priuari, quomodo de sole constat factum tempore dominicę passionis. II Cap. 24. E: habetur ex Catena aurea. cap. vbi supra.

¶ 2 Præt. Lux corporum cælestium ad generationem inferiorum corporum ordinatur, quia per eam influunt in hæc inferiora, & non solum per motum, vt dicit Auerroys in lib. de substantia orbis: sed tunc generatio cessabit. ergo nec lux in corporibus cælestibus remanebit. Cap. 2. & 2. Cœl. cõ. 42.

¶ 3 Præt. Inferiora corpora purgabuntur, vt quibusdam videtur, a qualitatibus quibus agunt: corpus autem cæleste non solum agit per motum, sed per lumen, vt dictum est. ergo sicut motus cæli cessabit, ita & lumen corporum cælestium.

Sed contra est, quod secundum Astrologos, sol & luna simul eclipsim pati non possunt: sed illa obscuratio solis & lunæ simul esse dicitur, scilicet domino ad iudicium veniente. ergo non erit obscuratio secundum rei veritatem per modum eclipsis naturalis.

¶ 2 Præt. Non congruit idem esse causam defectus alicuius rei, & augmentatio: sed veniẽte domino lux luminarium promittitur augenda, vnde Esa. 30. Erit lux lunæ sicut lux solis: & lux solis septempliciter. ergo nõ est conueniens quòd veniente domino lux illorum corporum cesset.

Vlterivs. Videtur quòd virtutes cælorum domino veniente non moueantur. Virtutes enim cælorum dici non possunt nisi angeli beati: sed immutabilitas est de ratione beatitudinis. ergo moueri non poterunt. III

¶ 2 Præt. Admirationis causa est ignorantia, vt patet in principio meth. sed sicut ab angelis longe abest timor, ita & ignorantia, quia vt dicit Gregor. Quid est quod non uideant, qui uidentem omnia uidentẽ ergo non poterunt per admirationẽ moueri, vt in litera dicitur. In Proœ. cap. 3. Lib. 2. moral. cap. 3.

¶ 3 Præt. Omnes angeli astabunt diuino iudicio, vnde Apoc. 7. Et omnes angeli astabant in circuitu throni: sed virtutes nominat vnum specialem ordinem in angelis. ergo nõ potius de eis dici debuit quòd moueantur, quàm de alijs angelis.

Sed contra est, quod dicitur Iob. 26. Columnæ cæli pauent aduentum eius: sed columnæ cæli non possunt intelligi nisi per virtutes cælorum. ergo virtutes commouebuntur.

¶ 2 Præt. Matth. 24. dicitur. Stellæ cadẽt de cælo, & virtutes cælorum mouebuntur.

Vlterivs. Videtur quòd iudicium non fiet in valle Iosaphat, aut in loco circunstante, quia ad minus oportet omnes iudicandos in terra stare, aut eos tantũ leuari in nubibus, quorum erit iudicare: sed tota terra promissionis capere non posset multitudinem iudicandorum. ergo non potest esse quòd circa vallem illam sit iudicium. III Ioel. 3. Tho. sup Mat. ca. 25.

¶ 2 Præt. Sicut supra dictum est, Christo in humanitate datum est iudicium, vt iuste iudicet, qui iniuste iudicatus est: sed ipse iniuste iudicatus est in prætorio Pilati, & sententiam iniusti iudicij in Golgotha susceptit. ergo loca illa magis determinari debent ad iudicium.

¶ 3 Præt. Nubes fiunt ex resolutione vaporum: sed tunc nulla erit euaporatio, vel resolutio: ergo non poterit esse quòd iusti in nubibus obuiam Christo in aera rapiãtur, & sic oportebit & bonos, & malos esse in terra, & ita locus multo amplior requireretur quàm sit ista vallis.

Sed contra est, quod dicitur Iohelis 4. Congregabo omnes gentes, & deducam eos in valle Iosaphat, & disceptabo ibi cũ eis.

¶ 2 Præt. Actuum 1. dicitur. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet: sed ipse ascendit de monte olineti qui præeminet valli Iosaphat. ergo & circa loca illa ad iudicandum veniet.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut supra dictum est, Christus ad iudicandum veniens in forma gloriosa apparebit propter authoritatem quæ iudici debetur. Ad dignitatem autem iudiciariæ potestatis pertinet habere aliqua indicia quæ ad reuerentiam & subiectionem inducant, & ideo aduentum Christi ad iudicium venientis multa signa præcedent, vt corda hominum in subiectionem venturi iudicis adducantur, & ad iudicium præparentur huiusmodi signis commoniti. Quæ autem sunt ista signa, de facili non potest sciri. Signa enim quæ in euangelijs leguntur, vt Aug. dicit ad Eusitium de fine mundi, nõ solum pertinent ad aduentum Christi ad iudiciũ, sed etiam ad tempus destructionis Hierusalem, & ad aduentum Christi, quo Christus cõtinue ecclesiam suam visitat, ita quòd forte si diligenter aduertatur, nullum eorum inuenitur ad futurum aduentum pertinere, vt ipse dicit: quia illa signa quæ in euangeliis tanguntur, sicut pugnæ, & terrores, & huiusmodi, a principio humani generis fuerunt: nisi forte dicatur, quòd tunc temporis magis inualescent, sed secundum quam mensuram circunstantia vicinum aduentum denuntient, incertum est. Signa vero quæ Hiero. ponit, non asserit, sed in annalibus Iudæorum se ea reperisse scripta dicit, quæ etiam valde parum verisimilitudinis habent. Epist. 78.

Ad primvm ergo dicendum, quòd secundum Aug. in lib. ad Eusitium prædicto, circa finem mundi erit vniuersalis persecutio malorum contra bonos, vnde simul aliqui timebunt, scilicet boni, & aliqui securi erunt, scilicet mali. Quod autem dixerunt, Pax & securitas &c. ad malos referendum est, qui signa futuri iudicij paruipendent: ad bonos vero pertinet quod dicitur Luc. 21. Arescentibus hominibus præ timore &c. Vel potest dici, ꝙ omnia illa signa quæ circa iudicium erunt, infra tempus iudicij computantur, vt sic dies iudicij omnia illa contineat: vnde quàmuis ex signis apparentibus circa diem iudicij homines terreantur, ante tamen quàm signa illa apparere incipiant, in pace & securitate se impij esse credent, post mortem antichristi non statim videntes mundum consummari, vt existimabant. 1 Thes. c. 5.

¶ Ad secundumdicendum, quòd dies domini dicitur sicut fur venire, quia ignoratur determinatum tempus, quod per signa illa cognosci non poterit: quàmuis etiam sub die iudicij comprehendi possint omnia illa manifestissima signa, quæ immediate præcedent iudicium, vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd in primo aduentu Christus venit occultus, quàmuis determinatum tempus esset piis præcognitum a prophetis: & ideo non oportebat huiusmodi signa in primo aduentu apparere, sicut apparebunt in secundo aduentu, in quo manifestus veniet, quàmuis determinatum tempus sit occultũ.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd si loquamur de sole & luna quantum ad ipsum momentum aduentus Christi, sic non est credibile ꝙ obscuretur sui luminis priuatione, quia totus mundus innouabitur Christo veniente, & sanctis surgentibus, vt dictum est. Si autem loquamur de eis secundum tẽpus propinquum ante iudicium sic esse poterit quòd sol, & luna, & alia cæli luminaria sui luminis priuatione obscurabuntur vel dinersis temporibus, vel simul diuina virtute faciente ad hominum terrorem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Rabanus loquitur quantum ad tempus iudicij præcedens.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ lux est in corporibus cælestibus, nõ solũ ad causandũ generationẽ in istis inferioribus, sed etiã ad eorũ perfectionẽ & decorẽ: vnde nõ oporttet ꝙ cessante generatione lux corporum cælestium cesset, sed magis augeatur.

¶Ad tertium dicendum, quòd non videtur esse probabile, vt dictum est, ꝙ qualitates elementares remoueantur ab elementis, quàmuis quidam hoc posuerunt. Si tamen remouerentur, non est simile de eis & de luce, eo quòd qualitates elementares habẽt adinuicem contrarietatem vnde agunt corrumpendo. Lux autem non est principium actionis per viam contrarietatis, sed per viam principij regulantis contraria, & ad concordiam reducentis. Nec est etiam simile de motu corporum cælestium: motus enim est actus imperfecti, vnde & tolli debet, quando tolletur imperfectio, quod de luce non potest dici.

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd virtutes angelis dupliciter dicuntur, vt patet per Dio. 11. ca. hierar. Quandoque enim nomen virtutum vni ordini appropriatur, qui secundum ipsum est medius mediæ hierar. secundum vero Gregor. est supremus in fine hierarchiæ. Alio modo, accipitur cõmuniter pro omnibus cælestibus spiritibus, & vtroque modo potest accipi in proposito. In litera enim exponitur, prout dicuntur moueri propter admirationẽ nouitatis, quæ in mundo erit, sicut in litera dicitur. Potest etiam exponi prout, Virtutes, est proprium nomen ordinis, & tunc ordo ille dicitur moueri præ alijs ratione effectus, quia illi ordini, secundum Gregor. attribuitur miracula facere, quæ maxime circa illud tempus fient, vel quia ordo ille cum sit de media hierarchia secundum Dio. non habet potentiam limitatam, vnde oportet quòd eius ministerium sit circa causas vniuersales: vnde proprium officium virtutum esse videtur corpora cælestia mouere, quæ sunt causa eorum quæ in natura inferiori aguntur, & hoc etiã ipsum nomen sonat, quia virtutes cælorum dicuntur. Tunc ergo mouebuntur, quia ab effectu suo cessabunt vlterius corpora cælestia non mouentes, sicut nec angeli qui sunt ad custodiam hominum deputati, vlterius custodiæ officio vacabunt. In li. 40. homiliarũ hom. 34.

Ad primvm ergo dicendum, quòd mutatio illa non variat aliquid quod ad eorũ statum pertineat, sed refertur vel ad effectus eorum qui immutari possunt sine eorum mutatione, vel ad nouam rerum considerationem, quam prius secundum species concreatas videre non potuerant. Hanc autem vicissitudinem cogitationum ab eis beatitudo non tollit: unde dicit Augustinus, quòd deus mouet creaturam spiritualem per tempora. Li. 8. super Gen. ad literam. c. 20

¶ Ad secundum dicendum, quòd admiratio solet esse de his quæ nostram cognitionem excedunt, uel facultatem, & secundum hoc virtutes cælorum admirabuntur diuinam virtutem talia facientem, inquantum ab eis imitatione & comprehensione deficiunt, per quem modum dixit Agnes, quòd eius pulchritudinem sol & luna mirantur, & sic non ponitur in angelo ignorantia, sed tollitur dei comprehensio.

¶ Ad tertium patet responsio ex dictis.

Ad qvartam quæstionem dicendum, quòd qualiter illud iudicium sit futurum, & quomodo homines ad iudiciũ conueniant, non potest multum per certitudinem sciri, tamen proba-

probabiliter potest colligi ex scripturis, quòd circa locum mon-
tis oliueti descendet, sicut & inde ascendit, vt idem esse osten-
datur qui ascendit, & qui descendit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd magna multitudo
in paruo spatio comprehendi potest: sufficit autem ponere
quantumcũque spa-
tium circa locum il-
lum ad capiendum
multitudinem iudi-
candorum, dummo-
do ab illo spacio
Christũ videre pos-
sint, qui in aere emi-
nens, & maxima cla-
ritate refulgẽs a lon-
ginquo inspici po-
terit.

¶ Ad secundum di-
cendum, q̃ quàm-
uis Christus p̃ hoc
quòd iniuste iudica
tus est, iudiciariam
potestatem meruerit, non tamen iudi
cabit in forma infirmitatis, in qua in-
iuste iudicatus est,
sed in forma glori-
osa, in qua ad pa-
trem ascendit: vn-
de locus ascensio-
nis magis competit
iudicio, quàm locus vbi condemnatus est.

Cap. 3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nubes hic appellantur, vt qui-
dam dicunt, quædam densitates lucis resplendentis a corpo-
ribus sanctorum, & non aliquæ euaporationes ex terra &
aqua. Vel potest dici, quòd nubes illæ generabuntur diui-
na virtute ad ostendendum conformitatem in aduentu ad iu-
dicium & ascensionem, vt qui ascendit in nube, etiam in nu-
be ad iudicium veniat: nubes etiam propter refrigerium mise-
ricordiam indicat iudicantis.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de innouatione mundi.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum innouatio mundi sit futura.
¶ Secundo, Vtrum mundo innouato motus corporum cælestium cesset.
¶ Tertio, Vtrũ cælestia corpora maiori claritate resulgeant.
¶ Quarto, Vtrum elementa aliqua claritatis gloria ornentur.
¶ Quinto, Vtrum animalia bruta, & plantæ, & corpora mineralia maneant.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum mundus aliquando innouabitur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ mundus numquàm innouabitur. Nihil enim est futurum nisi quod aliquando fuit secundum speciem, Eccl. 1. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est: sed numquàm mundus aliam dispositionem habuit, quàm nunc habet quantum ad partes essentiales, & ad genera, & species. ergo numquàm innouabitur.

¶ 2 Præt. Innouatio alteratio quædam est: sed impossibile est vniuersum alterari, quia omne alteratũ reducitur ad aliquod alterans non alteratum, quod tamen secundum locum mouetur, quod non est extra vniuersum ponere. ergo non potest esse quòd mundus innouetur.

¶ 3 Præt. Gen. 1. dicitur, quòd deus die septimo requieuit ab omni opere quod patrarat, & exponunt sancti quòd requieuit a nouis creaturis condendis: sed in illa prima conditione non fuit alius modus rebus impositus quàm iste, quem nunc natu-
rali ordine tenent. ergo numquàm alium habebunt.

¶ 4 Præt. Ista rerum dispositio quæ nunc est, rebus est naturalis. si ergo in aliam dispositionem transmutentur, illa dispositio erit eis innaturalis: sed illud quod est innaturale, & per accidens non potest esse perpetuum, vt patet, ideſt, cæli & mundi. ergo etiam illa dispositio nouitatis quandoque ab eis remouebitur, & ita erit ponere circulationem quãdam in mundo, sicut Empedo. & Origenes posuerũt, & post hunc mundũ sit iterũ alius mundus, & post illum iterum alius.

¶ 5 Præt. Nouitas gloriæ in præmium rationali creaturæ datur: sed vbi non est meritum, nõ potest esse præmium. eum ergo creaturæ insensibiles nihil meruerint, videtur q̃ nõ innouabuntur.

SED CONTRA est, quod habetur Esai. 65. Ecce ego creo nouos cælos, & nouam terram, & non erunt in memoria priora. Et Apoc. 21. Vidi cælum nouum, & terram nouã: primum enim cælum, & prima terra abijt. Homil. 31. vltra med. Matth. 24.

¶ 2 Præt. Habitatio debet habitatori congruere: sed mundus factus est vt sit habitatio hominis, sed homo innouabitur. ergo & mundus innouabitur.

¶ 3 Præt. Omne animal diligit suum simile, Eccle. 13. ex quo patet quòd similitudo est ratio amoris: sed homo habet aliquam similitudinem cum vniuerso, vnde & *minor* mundus dicitur. ergo homo vniuersum diligit naturaliter. ergo & eius bonum concupiscit, & ita vt satisfiat hominis desiderio debet etiam vniuersum meliorari.

RESPON. Dicendum, quòd omnia corporalia propter hominem facta esse creduntur, vnde & omnia dicuntur ei esse subiecta. Seruiunt autem ei dupliciter. Vno modo, ad sustentationem vitæ corporalis. Alio modo, ad profectum diuinæ cognitionis, inquantum homo per ea quæ facta sunt, inuisibilia dei conspicit, vt dicitur Rom. 1. Primo ergo ministerio creaturarum homo glorificatus nullo modo indigebit, cum eius corpus omnino incorruptibile sit futurum virtute diuina id faciente per animam, quam immediate glorificat. Secũdo etiam ministerio non indigebit homo quantum ad cognitionem intellectiuam, quia tali cognitione deum sancti videbunt immediate per essentiam: sed ad hanc visionem essentiæ oculus carnis attingere non poterit, & ideo vt eius solatium congruens sibi de visione diuinitatis præbeatur, inspiciet diuinitatem in suis effectibus corporalibus, in quibus manifeste iudicia diuinæ maiestatis apparebunt, & præcipue in carne Christi, & post hoc in corporibus beatorum, & deinceps in omnibus alijs corporibus: & ideo oportebit vt etiam alia corpora maiorem influentiam a diuina bonitate suscipiant, non tamen speciem variantem, sed addentem cuiusdam gloriæ perfectionem, & hæc erit mundi innouatio: vnde simul mundus innouabitur, & homo glorificabitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Salomon ibi loquitur de cursu naturalium, quod patet ex hoc quod subditur. Nihil sub sole nouum. Cum enim sol circulariter moueatur, oportet ea quę solis virtuti subsunt, circulationem aliquam habere, quæ consistit in hoc quòd illa quæ priora fuerunt, iterum redeunt specie eadem, numero diuersa, vt dicitur in fine libri de generatione: ea vero quæ ad statum gloriæ pertinent, soli non subsunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de alteratione naturali, quæ habet agens non naturale quod ex necessitate naturæ agit. Non enim potest tale agens variam dispositionem inducere, nisi ipsum alio & alio modo se habeat, sed ea quæ diuinitus fiunt, procedunt ex libertate voluntatis: vnde sine aliqua dispositione ab ipso in vniuerso existere, & sic ista innouatio non reducitur in aliquod principium motus, sed in principiũ immobile, scilicet deum.

D. 450.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pro tanto dicitur deus die septimo a nouis creaturis condendis cessasse, quia nihil postea factum est, quod prius non præcesserit in aliqua similitudine secundum genus, vel speciem, vel ad minus sicut in principio seminali, vel etiam sicut in potentia obedientiali. Dico ergo quòd nouitas mundi futura præcessit quidem in operibus sex dierum in quadam remota similitudine, scilicet in gloria, vel gratia angelorum: præcessit etiam in potentia obedientiæ quæ creaturæ tfic est indita ad talem nouitatem suscipiẽdam a deo agente.

1. Thes. 4.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa dispositio nouitatis non erit naturalis, nec contra naturã, sed erit supra naturam, sicut gratia & gloria sunt supra animæ naturam, & erit a perpetuo agẽte quòd eam perpetuo conseruabit.

¶ Ad quintũm dicendum, quòd quàmuis corpora insensibilia non meruerint illam gloriam proprie loquendo, homo tamen meruit vt illa gloria toti vniuerso cõferretur, inquantum hoc cedit in augmentum gloriæ hominis: sicut aliquis homo meretur vt ornatioribus vestibus induatur, quem tamen ornatum nullo modo ipsa vestis meretur.

nis, sed in nubibus eleuabuntur obuiam Christo.

De qualitate luminarium, & temporis post iudicium.

B

ENIENTE autem ad iudiciũ Domino in fortitudine & potestate ma-

ARTICVLVS II.

b *Vtrum motus corporum cælestium in illa mundi innouatione cessabit.*

4 con. gen. ap. vlt.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd motus corporum cælestium in illa mundi innouatione non cessabit, quia Gen. 8. dicitur. Cunctis diebus terræ frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent: sed nox & dies, hyems & æstas efficiuntur per motum solis. ergo numquàm motus solis cessabit.

¶ 2 Præt. Hiere. 31. dicitur. Hæc dicit dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis, qui turbat mare, & sonant fluctus eius, si steterint leges istæ coram me, tunc & semen Israel numquàm deficiet, vt nõ sit gens coram me cũctis diebus: sed semen Israel nũ deficiet, sed in perpetuum permanebit. ergo leges diei & noctis & fluctuum maris quæ ex motu cæli, causantur, in perpetuum erunt. ergo motus cæli numquàm cessabit.

¶ 3 Præt. Substantia corporum cælestium semper erit: sed frustra est ponere aliquid nisi, ponatur illud propter quod est factum: corpora autem cælestia ad hoc sunt facta, vt diuidant diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, Gen. 1. quod non possunt facere nisi per motum. ergo motus eorum semper manebit, alias frustra illa corpora remanerent.

¶ 4 Præt. In illa mundi innouatione totus mundus melioraբitur. ergo nulli corpori remanenti auferetur id quod est de sua perfectione, sed motus est de perfectione corporis cælestis, quia vt dicitur in 2. cæli & mundi, illa corpora participant diuinam bonitatem per motum. ergo motus cæli non cessabit.

1. com. 66.

¶ 5 Præt. Sol succedente illuminat diuersas partes mundi secundum quod circulariter mouetur. si ergo motus circularis cæli cesset, sequitur quòd in aliqua superficie terræ erit perpetua obscuritas, quod non conuenit illi nouitati.

¶ 6 Præt. Si motus cæli cessat, hoc non esset nisi inquantum motus aliquam imperfectionem in cælo ponit, vtpote lassitudinis, vel laboris, quod non potest esse, cum motus ille sit naturalis, & cælestia corpora sint impassibilia, vnde in suo motu non fatigantur, vt dicitur in 2. cæli & mundi. ergo motus cæli numquàm cessabit.

1. com. 3.

¶ 7 Præt. Frustra est potentia, quæ non reducitur ad actum: sed in quocumque situ ponatur corpus cæli est in potentia ad alium situm. ergo nisi reduceretur ad actum, potentia illa frustra remaneret, & semper esset imperfecta: sed non potest reduci ad actum, nisi per motum localem. ergo semper mouebitur.

¶ 8 Præt. Illud quod se habet indifferenter ad plura, aut vtrũque attribuitur ei, aut nullum: sed sol indifferenter se habet ad hoc quòd sit in oriente, vel occidente, alias motus eius non esset vniformis per totum, quia ad locum vbi naturalius esset, velocius moueretur. ergo vel neuter situs attribuitur soli, vel vterque: sed nec vterque, nec neuter potest ei attribui nisi successiue per motum, oportet enim si quiescit quòd in aliquo situ quiescat. ergo corpus solis in perpetuum mouebitur, & eadem ratione omnia alia corpora cælestia.

¶ 9 Præt. Motus cæli est causa temporis. si ergo motus cæli deficiat, oportet tẽpus deficere, quod si deficeret, oporteret quòd deficeret in instanti: diffinitio autem instantis est in 8. physic. quod est initium futuri, & finis præteriti, & sic post vltimũ instans temporis esset tempus, quod est impossibile. ergo motus cæli numquàm cessabit. T. com. 69

gna, sol & luna dicuntur obscurari, non sui luminis priuatione, sed superueniẽte maioris luminis claritate. Virtutes quoque cælorum, ideſt, angeli dicuntur moueri non metu dánationis, uel aliqua perturbatione pauoris, sed quadam admiratione eorum quæ viderint. Vnde Iob. Columnæ cæli pauent

Luc. 21.

¶ 10 Præt. Gloria non tollit naturam: sed motus cæli est ei naturalis. ergo p̃ gloriam non ei tollitur. Matth. 24.

SED CONTRA est, qd̃ dicitur Apoc. 10. quòd angelus q̃ apparuit, iurauit per viuentem in sęcula, quia tẽpus amplius non erit, scilicet postquàm septimus angelus tuba cecinerit, qua canente mortui resurgent, vt dicitur 1. Cor. 15. sed si non est tempus, non est motus cæli. ergo motus cæli cessabit. Cap. 26.

¶ 2 Præt. Esa. 60. dicitur. Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur: sed occasus solis & diminutio lunæ ex motu cæli causatur. ergo motus cæli quandoque cessabit.

¶ 3 Præt. Vt probatur in 2. de generatione, motus cæli est propter continuã generationẽ in istis inferioribus: sed generatio cessabit impleto numero electorum. ergo motus cæli cessabit. T. com. 58. Et 12. meteor. co. 3.

¶ 4 Præt. Omnis motus est propter aliquem finem, vt dicitur in 2. meta. sed omnis motus qui est propter finem, habito fine quiescet. ergo vel motus cæli numquàm consequeretur finem suum, & sic esset frustra, vel aliquando quiesceret. T. com. 8.

¶ 5 Præt. Quies est nobilior quàm motus, quia secundum hoc quòd res sunt immobiles, deo assimilãtur, in quo est summa immobilitas: sed corporum inferiorum motus terminatur naturaliter ad quietem. ergo cum corpora cælestia sint multo nobiliora, eorum motus naturaliter ad quietem terminabitur.

RESPON. Dicendum, quòd circa istam quæstionem est triplex positio. Prima est philosophorum, qui dicunt quòd motus cæli semper durabit. Sed hoc non est cõsonum fidei nostræ, quæ ponit certum numerum electorum præfinitum a deo, & sic oporteret quòd generatio hominum non in perpetuum duret, & eadem ratione nec alia quæ ad generationem hominis ordinantur, sicut est motus cæli, & variationes elementorum. Alij vero dicunt, quòd motus cæli cessabit secundum naturã. Sed hoc etiam est falsum, quia omne corpus quod naturaliter quiescit, & naturaliter mouetur, habet locum, in quo naturaliter quiescit, ad quem naturaliter mouetur, & a quo non recedit nisi per violentiã. Nullus autem locus potest assignari corpori cælesti, quia non est magis naturalis soli accessus ad punctum orientis, quàm recessus ab eo: vnde vel motus eius non esset naturalis totaliter, vel motus eius non terminatur naturaliter ad quietem. Vel dicendum est secundũ alios, quòd motus cæli cessabit in illa mundi innouatione, non quidem ex aliqua naturali causa, sed diuina voluntate faciẽte. Corpus enim illud, sicut & alia, in ministeriũ hominis dupliciter facta sunt, vt prius dictum est. Altero autem horum ministeriorum homo post statum gloriæ non indigebit, scilicet secundum quod corpora ei deseruiunt ad sustentationem corporalis vitæ: hoc autem modo corpus cæleste seruit ei per motum, inquantum per motum cæli multiplicatur genus humanum, & generãtur plantæ, & alia animalia quæ vsui hominum sunt necessaria, & temperies in aere efficitur conseruans sanitatem, vnde homine glorificato motus cæli cessabit. D

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verba illa intelliguntur de terra secundum statum istum, in quo potest esse principium generationis & corruptionis plantarum, quod patet ex hoc quod ibi dicitur. Cunctis diebus terræ sementis & messis: & hoc simpliciter concedendum est, quòd quandiu terra erit messibus & sementibus apta, motus cæli non cessabit. E

¶ Et similiter dicendum ad secundum, quòd dominus loquitur ibi de duratione seminis Israel secundum præsentem statum, quod patet ex hoc quod dicit, & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus, vicissitudo enim dierũ post statum istum non erit: & ideo etiam leges, de quibus fecerat mentionem, post istum statum non erunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd finis qui ibi assignatur corporibus cęlestibus, est finis proximus, quia est proprius eorũ actus: sed ille actus vlterius ordinatur ad alium finem, scilicet ad ministerium humanum, vt patet per illud quod habetur Deut. 4. Ne forte oculis eleuatis ad cælum videas solem, & lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea, quæ fecit dominus

nus deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt, & ideo magis debet iudicium sumi de corporibus cælestibus secundum ministerium hominum, quàm secundum finem in genere assignatum. Corpora autem cælestia per alium modum in ministerium hominis glorificati cedent, sicut prius dictum est, & ideo non sequitur quòd frustra remaneant.

¶ Ad quartum dicendum, quòd motus cæli non est de perfectione corporis cælestis, nisi inquantum per hoc est causa generationis in istis inferioribus, & secundum hoc etiam motus ille facit corpus cæleste participare diuinam bonitatem per quandam similitudinem causalitatis, non autem motus est de perfectione substantiæ cæli quæ remanebit, & ideo non sequitur quòd motu cessante aliquid de perfectione cæli tollatur secundum quod remanebit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd omnia corpora electorum, vt infra dicetur, habebunt in seipsis quandam claritatem gloriæ: vnde quàmuis aliqua superficies terræ non illuminetur a sole, nullo tamen modo remanebit ibi obscuritas.

¶ Ad sextum dicendum, quòd Rom. 8. super illud. Omnis creatura ingemiscit &c. dicit glo. Ambro. expresse, quòd omnia elementa cum labore suæ explent officia. Sicut sol & luna non sine labore statuta sibi implent spatia, quod est causa nostri, vnde quiescent nobis assumptis: labor autem ille, vt credo, non signat aliquam fatigationem, vel passionem illis corporibus accidentem ex motu, cum motus ille sit naturalis nihil habens de violentia adiunctum, vt probatur in. 2. cæli & mundi, sed labor ibi intelligitur defectus ab eo, ad quod aliquid tendit: vnde quia motus ille ordinatus est ex diuina prouidentia ad complendum numerum electorum, illo incompleto nondum consequitur illud ad quod ordinatus est: & ideo similitudinarie dicitur laborare, sicut homo qui non habet quod intendit, & hic etiam defectus a cælo tolleretur impleto numero electorum. Vel etiam potest referri ad desiderium futuræ innouationis, quam ex diuina dispositione expectat.

¶ Ad septimum dicendum, quòd in corpore cælesti non est alia potentia quæ perficiatur per locum, vel quæ facta sit propter hunc finem qui est esse in tali loco: sed hoc modo se habet potentia ad vbi in corpore cælesti, sicut se habet potentia artificis ad hoc quod facit diuersas domos vnius modi, quarum si vnam faciat, non dicitur frustra potentiam habere: & similiter in quocumque situ ponatur corpus cæleste, potentia quæ est in ipso ad vbi, non remanebit incompleta, nec frustra.

¶ Ad octauum dicendum, quòd quàmuis corpus cæleste secundum suam naturam æqualiter se habeat ad omnem situm qui est ei possibilis, tamen si comparetur ad ea quæ sunt extra ipsum, non æqualiter se habet ad omnes situs, sed secundum vnum situm nobilius disponitur respectu quorundam quàm secundum alium, sicut quo ad nos nobilius disponitur sol in die quàm in nocte: & ideo probabile est cum tota innouatio mundi habeat ordinem ad hominem, quòd cælum in illa nouitate habeat nobilissimum situm qui est possibilis in respectu ad nostram habitabilem. Vel secundum quosdam cælum quiescet in illo situ, in quo factum fuit, alias aliqua reuolutio cæli remaneret incompleta. Sed ista ratio videtur inconueniens, quia cum aliqua reuolutio sit in cælo quæ non finitur nisi in 36. millibus annorum, sequeretur quòd tandiu mundus deberet durare, quod nō videtur probabile. Et præterea, secundum hoc posset sciri quando mundus finiri deberet. Probabiliter. n. colligitur ab astrologis, in quo situ corpora cælestia sunt facta, cōsiderato numero annorum qui computatur ab initio mundi, & eodem modo posset sciri certus annorum numerus, in quo ad dispositionem similem reuerteretur, tempus autem finis mundi ponitur esse iguotum.

¶ Ad nonum dicendum, quòd tempus quandoque deficiet motu cæli deficiente, nec illud nunc vltimum erit principium futuri: dicta enim diffinitio non datur de nunc, nisi secundū quod est continuans partes temporis, non secundum quod est terminans totum tempus, & de hoc dictum est in 1. dist. 2. libri, cum de æternitate mundi ageretur.

¶ Ad decimum dicendum, quòd motus cæli non dicitur naturalis quasi sit pars naturæ eo modo quo principia naturalia dicuntur: nec iterum hoc modo quòd habeat principium actiuum in natura corporis, sed receptiuum tantum. Principium autem actiuum eius est in substantia spirituali, vt dicit Commentator in principio cæli & mundi, & ideo non est inconueniens, si per nouitatem gloriæ motus ille tollatur: non enim eo ablato natura corporis cælestis variabitur. Alias rationes cōce dimus, scilicet duas primas quæ sunt ad oppositum, quia debito modo concludunt. Sed quia aliæ duæ videntur concludere quòd motus cæli naturaliter cesset, ideo ad eas respondendum est.

AD PRIMAM ergo earum dicendum, quòd motus cessat habito eo propter quod est, si illud sequatur motū, & non concomitetur ipsum: illud autem propter quod est motus cælestis, secundum Philosophos, concomitatur motum, scilicet imitatio diuinæ bonitatis in causalitate quam habet super inferiora, & ideo non oportet quòd naturaliter motus ille cesset.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis immobilitas sit simpliciter nobilior quàm motus, tamen motus in eo quòd per motum potest consequi aliquam perfectam participationem diuinæ bonitatis est nobilior quàm quies in illo quòd nullo modo per motum possit illam perfectionem consequi, & ratione ista terra quæ est infimum corporum est sine motu, quàmuis ipse deus, qui est nobilissimus rerum sine motu sit, a quo corpora nobiliora mouentur: & inde est etiam quòd motus superiorum corporum possent poni secundū viam naturæ perpetui, nec vnquàm ad quietem terminati, quàmuis motus inferiorum corporum ad quietem terminetur.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum corporibus cælestibus claritas augeatur in illa innouatione.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd corporibus cælestibus claritas non augeatur in illa innouatione. Illa enim innouatio in corporibus inferioribus erit per ignem purgantem: sed ignis purgans numquàm pertingit ad corpora cælestia, vt in præcedenti distinctione dictum est. ergo corpora cælestia non innouabuntur per maioris claritatis susceptionem.

¶ 2 Præt. Sicut corpora cælestia per motum sunt causa generationis in istis inferioribus, ita & per lucem: sed cessante generatione, cessabit motus, vt dictū est. ergo similiter cessabit lux cælestium corporum magis quàm augeatur.

¶ 3 Præt. Si innouato homine corpora cælestia innouentur, oportet quòd eo deteriorato fiant deteriora: sed hoc non videtur probabile, cum illa corpora sint inuariabilia quantum ad id quod est in substantia eorum. ergo nec innouato homine innouabuntur.

¶ 4 Præt. Si deteriorata tunc fuerint, oportet quòd tantum deteriorata fuerint quantum dicuntur esse melioranda in hominis innouatione: sed Esa. 30. dicitur quòd tunc erit lux lunæ sicut lux solis. ergo & in primo statu ante peccatum luna lucebat quantum nunc lucet sol. ergo quantumcumque luna erat super terram, faciebat diem sicut facit sol, & hoc manifeste apparet falsum per id quod dicitur Gen. 1. quòd luna facta est, vt præesset nocti. ergo homine peccante non sunt corpora cælestia diminuta in lumine, & ita nec eorum lumen augebitur, vt videtur in hominis glorificatione.

¶ 5 Præt. Claritas corporum cælestium ordinatur ad vsum hominis, sicut & aliæ creaturæ: sed post resurrectionem claritas solis non cedet in hominis vsum, dicitur enim Esa. 9. Nō erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, neque splendor lunæ illuminabit te. & Apoc. 21. dicitur, quòd ciuitas illa beatorum non egebit sole neque luna, vt luceant in ea. ergo eorum claritas non augebitur.

¶ 6 Præt. Non esset sapiens artifex, qui maxima instrumenta faceret ad aliquod modicum artificium constituendum: sed homo est quoddam minimum comparatione cælestium corporum, quæ sua ingenti magnitudine quasi incomparabiliter hominis

hominis quantitatem excedunt, immo etiam totius terræ, quę habet se ad cælum vt punctum ad sphęram, sicut astrologi dicunt. ergo cum deus sit sapientissimus, non videtur quòd finis creationis cæli sit homo, & ita non videtur ꝙ eo peccante cælum deterioratum fuerit, nec eo glorificato melioretur.

SED CONTRA est, qđ dicitur Esa. 30. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter. ¶ 2 Præt. Totus mūdus innouabitur in melius, vt supra dictum est: sed cælum ē nobilior pars mūdi corporalis. ergo an melius mutabitur: sed hoc non potest esse nisi maiori claritate resplēdeat. ergo maiorabitur & crescet claritas eius.

¶ 3 Præt. Omnis creatura quæ ingemiscit & parturit, expectat reuelationem gloriæ futuræ filiorum dei, vt dicitur Rom. 8. sed etiam corpora cælestia sunt huiusmodi, vt ibidem dicit glo. ergo expectant gloriam sanctorum: sed non expectarent nisi ex hoc eis aliquid accresceret. ergo claritas eis per hoc accrescet, qua præcipue decorantur.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, ad hoc innouatio mundi ordinatur, vt etiam mundo innouato manifestis indiciis quasi sensibiliter deus ab homine videatur, creatura autem præcipue in dei cognitionem ducitur sua specie & decore, quæ manifestant sapientiam facientis & gubernantis. Vnde dicitur Sap. 13. A magnitudine speciei cognoscibiliter poterat creator horum videri, pulchritudo autem cælestium corporum præcipue constitit in luce, vnde Eccl. 43. Species cæli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis dominus: & ideo præcipue quantum ad claritatem corpora cælestia meliorabuntur, quantitas autem & modus meliorationis illi soli cognita est, qui erit meliorationis actor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis purgans non causabit innouationis formam, sed disponet tantum ad eam purgando a fœditate peccati, & ab impuritate commistionis quæ in corporibus cælestibus non inuenitur, & ideo quàmuis corpora cælestia per ignem non sit purganda, sunt tamen diuinitus innouanda.

¶ Ad secundum dicendum, quòd motus non importat aliquam perfectionem in eo quod mouetur secundum quod in se consideratur, cum sit actus imperfecti, quàmuis possit pertinere ad perfectionem corporis, inquantum est causa alicuius: sed lux pertinet ad perfectionem corporis lucentis etiam in substantia sua considerati, & ideo postquàm corpus cæleste desinet esse causa generationis, non remanebit motus, sed remanebit claritas eius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd super illud Esa. 30. Erit lux lunæ sicut lux solis, dicit glo. Omnia propter hominem facta in eius lapsu peiorata sunt, & sol & luna suo lumine minorata, quæ quidem minoratio a quibusdam intelligitur secundum realem luminis minorationem: nec obstat quòd corpora cælestia secundum naturam sunt inuariabilia, quia illa variatio facta est a diuina virtute. Alij autem probabilius intelligunt, minorationem illam esse dicentes nō secundum realem luminis defectum, sed quo ad vsum hominis, qui non tantum beneficium ex lumine corporum cælestium post peccatum consecutus est, quantum ante fuisset, per quem etiam modum dicitur Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi, quæ tamen etiam ante spinas & tribulos germinabat, sed non in hominis pœnam. Nec tamen sequitur, quòd si lux cælestium corporum per essentiam minorata non est homine peccante, quòd realiter non sit augenda in eius glorificatione: quia peccatum hominis non immutauit statum vniuersi, cum etiam homo prius & post, animalem vitam habuit, quæ motu & generatione creaturæ corporalis indigeat: sed glorificatio hominis statum totius creaturæ corporalis immutabit, vt dictum est, & ideo non est simile.

¶ Ad quartum dicendum, quòd minoratio illa, vt probabilius æstimatur, non fuit secundum substantiam, sed secundum effectum: vnde non sequitur quòd luna existens super terram diem fecisset, sed quod tantum commodum ex lumine lunæ homo habuisset, sicut nunc habet ex lumine solis, & post resurrectionem quando lux lunæ augmentabitur secundum rei veritatem, non erit alicubi nox super terram, sed solum in ero terræ vbi erit infernus, quia tunc, vt dicitur, luna lucebit quātum nunc lucet sol, sol autem in septuplum quàm modo luceat: corpora autem beatorum septies magis sole, quàmuis hoc non sit aliqua authoritate, vel ratione probatum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd aliquid potest cedere in vsum hominis dupliciter. Vno modo propter necessitatem, & sic nulla creatura cedet in vsum hominis, quia ex deo plenam sufficientiam habebit, & hoc significatur in authoritate Apostoli inducta, quæ dicit quòd ciuitas nō eget sole, vel luna. Alio vsus est ad maiorē perfectionem, & sic homo alijs creaturis vtetur, nō tamen quasi necessarijs ad perueniendum in finem, sicut nunc eis vtitur.

¶ Ad sextum dicendum, quòd ratio illa est Rabbi Moysi, qui omnino nititur improbare mundum propter hominem esse factū, vnde hoc quod in veteri testamento de innouatione mundi legitur, sicut patet in authoritatibus Esa. inductis, dicit metaphorice esse dictum, vt sicut alicui dicitur obtenebrari sol quando in magnam tristitiam incidit, vt nesciat quid faciat, qui etiam modus loquendi cōsuetus est in scripturis ita etiam econtrario dicitur ei sol magis lucere, & totus mundus innouari, quando ex statu tristitiæ in maximam exultationem conuertitur. Sed hoc dissonat ab authoritatibus & expositionibus sanctorum: vnde rationi illi inductæ hoc modo respondendū est, quòd quàmuis corpora cælestia maxime excedant corpus hominis, tamen plus multo excedit anima rationalis cælestia corpora, quàm ipsa excedunt corpus humanum: vnde non est inconueniens, si corpora cælestia propter hominem esse facta dicantur, non tamen sicut principalem finem, quia principalis finis omnium deus est.

ARTICVLVS IIII.

d *Vtrum elementa innouabuntur per receptionem alicuius claritatis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd elementa non innouabuntur per receptionem alicuius claritatis. Sicut enim lux est claritas corporis cælestis propria, ita calidum & frigidum, humidum & siccum sunt propriæ qualitates elementorum. ergo sicut cælum innouatur per augmentū claritatis, ita debent innouari elementa per augmentum qualitatum actiuarum & passiuarum.

¶ 2 Præt. Rarum & densum sunt propriæ qualitates elementorum, quas elementa in illa innouatione non amittent, vt dictum est: sed raritas & densitas elementorum resistere videntur claritati, cum corpus clarum oporteat alio modo condensatum esse, vnde claritas aeris non videtur quòd possit claritatē pati, & similiter ēt nec densitas terræ quæ peruietatē tollit. ergo non pōt esse ꝙ innouentur p alicuius claritatis additionē.

¶ 3 Præt. Constat quòd damnati erunt in terra: sed ipsi erunt in tenebris non solum interioribus, sed etiam exterioribus. ergo terra non dotabitur claritate in illa innouatione, & eadem ratione nec alia elementa.

¶ 4 Præt. Multiplicatio claritatis in elementis multiplicat calorem. Si igitur in illa innouatione erit maior claritas elementorum quàm nunc sit, erit etiam per consequens maior caliditas, & sic videtur quòd transmutentur a naturalibus suis qualitatibus, quæ sunt eis secundum certam mensuram, quod est absurdum.

¶ 5 Præt. Bonum vniuersi quod cōsistit in ordine & harmonia dignius est quàm bonum alicuius naturę singularis: sed si vna creatura efficiatur melior, tollitur bonum vniuersi, quia non remanebit eadem harmonia. ergo si corpora elementaria quæ secundum gradum suæ naturæ, quem tenent in vniuerso claritatis, debent esse expertia claritatem recipiant, ex hoc magis deperiet perfectioni vniuersi, quàm accrescet.

SED CONTRA est, quod dicitur Apoc. 21. Vidi cælum nouum, & terram nouam: sed cælum innouabitur per maiorem claritatem. ergo & terra, & similiter alia elementa.

¶ 2 Præt. Corpora inferiora fuerunt in vsum hominis sicut & superiora: sed creatura corporalis remunerabitur propter ministerium quod homini exhibuit, vt videtur dicere glo. ad Rom. 8. ergo etiam elementa clarificabuntur sicut & alia corpora cælestia.

¶ 3 Præt. Corpus hominis est ex elementis compositum. ergo partes elementorum quæ sunt in corpore hominis, glorificato homine glorificabuntur per receptionem claritatis: sed eandem conuenit esse dispositionem totius & partis, ergo & ipsa elementa conuenit claritate dotari.

RESPON. Dicendum, quòd sicut est ordo cælestium spirituum ad spiritus terrenos, scilicet humanos, ita etiam est ordo cælestium corporum ad corpora terrestria. Cum autem creatura corporalis sit facta propter spiritualem, & per eam regatur, oportet similiter disponi corporalia sicut spiritualia disponuntur. In illa autem vltima rerum consummatione spiritus inferiores accipient proprietates superiorum spirituum, quia homines erunt sicut angeli in cælis, sicut dicitur Matth. 22. & hoc erit inquantum ad maximam perfectionem deueniet id secundum quod humanus spiritus cum angelico conuenit. Vnde & similiter cum corpora inferiora cum cælestibus non communicent nisi in natura lucis & diaphani, vt dicitur in 2. de anima. oportet corpora inferiora maxime perfici secundum claritatem, vnde omnia elementa claritate quadam vestientur, non tamen æqualiter, sed secundum modum suum, Terra enim, vt dicitur, erit in superficie exteriori peruia sicut vitrum, aqua sicut crystallus, aer vt cælum, ignis vt luminaria cæli.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut supra dictum est, innouatio mundi ordinatur ad hoc quòd homo etiam sensu in corporibus quodammodo per manifesta indicia diuinitatem videat. Inter sensus autem nostros spiritualior est visus & subtilior, & ideo quantum ad qualitates visuas, quarum principium est lux, oportet omnia corpora inferiora maxime meliorari. Qualitates autem elementares pertinent ad tactum qui est maxime materialis, & earum excessus contrarietatis magis est contristatiuus quàm delectatiuus: excessus autem lucis erit delectabilis, cum contrarietatem non habeat nisi propter organi debilitatem, quæ tunc non erit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aer non erit clarus sicut radios proijciens, sed sicut diaphanum illuminatum; terra vero quàmuis ex natura sua opacitatē habeat propter defectum lucis, tamen ex diuina virtute in sui superficie claritatis gloria vestietur sine præiudicio densitatis ipsius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in loco inferni non erit terra glorificata per claritatem, sed loco huius gloriæ habebit pars illa terræ spiritus rationales hominum & dæmonum, qui quāuis ratione culpæ sunt infimi, tamen ex dignitate naturæ sunt qualibet qualitate corporali superiores. Vel dicendum, quòd etiam si sit tota terra glorificata, nihilominus reprobi in tenebris exterioribus erunt, quia etiam ignis inferni qui ad aliquid eis lucebit, quantum ad aliud eis lucere non poterit, vt infra distinct. vlti. dicetur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd claritas illa erit in istis corporalibus sicut est in corporibus cælestibus, in quibus caliditatem non causat, quia corpora ista tunc erunt inalterabilia, sicut modo cælestia.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non tolletur propter meliorationem elementorum ordo vniuersi, quia etiā omnes aliæ partes meliorabuntur, & sic remanebit eadem harmonia.

Lib. 17. eundem locum. Cæli terræque solis atque lunæ nobis [b] cessabit officium, & erit ipse Dominus lumen suis in perpetuum. Potest ét intelligi illud Esaiæ ea ratione dictum, quia sol & luna tunc non habebunt ortum & occasum sicut nunc Isidor. illud Esa. quasi expo-

In lib. de ordine creaturarū vt habet ex glo. super cap. [G] nens ait. Post iudicium sol laboris sui mercedem suscipiet. vnde Propheta. Lucebit septempliciter, & non ueniet ad occasum nec sol, nec luna, sed in quo creati sunt stabunt, ne impij in tormentis sub terra positi fruantur luce eorum. vnde Abac. Sol & luna stete-

T.com. 59. & duobus tex. immediate præcedentibus. malia & plantæ appetunt esse perpetuum, & si non secundum individuum, saltem secundum speciem, & ad hoc ordinatur eorum generatio continua, vt in 2. de generatio. dicitur, ergo inconueniens est dicere, quòd istæ species aliquando deficiant.

SED CONTRA. Si plantæ & animalia remanebunt, aut omnia, aut quædam. Si omnia, oportebit etiam animalia bruta quæ prius fuerunt mortua resurgere, sicut & homines resurgent, quod dici nō potest, quia cum forma eorum in nihilum cedat, non potest eadem numero resumi. Si autem nō omnia, sed quædam, cum non sit maior ratio de vno quàm de alio ꝙ in perpetuum maneat, videtur quòd nullum eorum in perpetuum manebit: sed quicquid remanebit post mundi innouationem in perpetuum erit generatione & corruptione cessante. ergo plantæ, & animalia pœnitus post mundi innouationem non erunt.

T.com. 55. 56. & 58. ¶ 2 Præt. Secundum Philosophum in 2. de generatione in animalibus, & plantis, & huiusmodi corporibus speciei perpetuitas non conseruatur, nisi secundum continuationem motus cælestis: sed tunc motus cælestis deficiet. ergo non poterit perpetuitas in istis speciebus conseruari.

¶ 3 Præt. Cessante fine, cessare debet id quod est ad finem: sed animalia & plantæ factæ sunt ad animalem vitam hominis sustentandam, vnde dicitur Gen. 9. Sicut olera virentia dedi vobis oēm carnem: sed post illam innouationem animalis vita in hoc non erit. ergo nec plantæ, nec animalia remanere debent.

Isidē ord. c. 15. RESPON. Dicendum, quòd cum innouatio mundi propter hominem fiat, oportet quòd innouationi hominis conformetur. Homo autem innouatus de statu corruptionis in incorruptionem transiet & statū: perpetuæ quietis, vt dī. 1. Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: & ideo mundus hoc modo innouabitur, vt abiecta omni corruptione & transmutatione perpetuo remaneant in quiete, vnde ad illam innouationem nihil ordinari poterit, nisi quod habet ordinem ad incorruptionem: huiusmodi autem sunt corpora cælestia, elementa, & homines. Corpora enim cælestia secundum sui naturam incorruptibilia sunt & secundum totum, & secundum partem: elementa vero sunt quidem corruptibilia secundum partes, & incorruptibilia secundum totum, homines vero corrumpuntur & secundum totum, & secundū partes: sed hoc ex parte materiæ, non ex parte formæ, scilicet animæ rationalis, quæ post corruptionem hominis remanet incorrupta. Animalia vero bruta, & plantæ, & mineralia, & omnia corpora mista corrumpuntur & secundum totum, & secundum partem, & ex parte materiæ quæ formam amittit, & ex parte formæ quæ actu nō manet, & sic nullo modo habent ordinem ad incorruptionem, vnde in illa innouatione non manebunt, sed sola ea quæ dicta sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ huiusmodi corpora dicuntur esse ad ornatum elementorū, inquantū virtutes actiuæ & passiuæ generales quæ sunt in elementis ad speciales actiones contrahuntur, & ideo sunt ad ornatum elementorum in statu actionis & passionis: sed hic status in elementis non remanebit, vnde nec animalia, nec plantas remanere oportet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nec animalia, nec plantæ, nec aliqua alia corpora in ministrando homini aliquid merentur cū libertate arbitrij careant, sed pro tanto dicuntur quædam corpora remunerari, quia homo meruit vt illa innouarentur quæ ad innouationem ordinem habent: plantæ autem, & animalia non habent ordinem ad innouationem incorruptionis, vt prædictum est: vnde ex hoc homo non meruit vt illa innouentur, quia nullus potest alteri mereri, nisi id cuius est capax, nec etiam sibiipsi: vnde etiam dato ꝙ animalia bruta merentur in ministerio hominis, nō tamen essent innouanda.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut perfectio hominis multipliciter assignatur, est enim perfectio naturæ conditæ, & naturæ

naturæ glorificatæ: ita etiam perfectio vniuersi est duplex, vna secundum statum huius mutabilitatis, altera secundum statum futuræ nouitatis. Plantæ autem, & animalia sunt de perfectione eius secundum statum istum, non autem secundum statum nouitatis illius, cum ordinem ad eam non habeant.

¶ Ad quartum dicendū, quòd quāmuis animalia & plantæ quantū ad quædam alia, sint nobiliora quàm ipsa elementa, tamen quantum ad ordinem incorruptionis elemēta sunt nobiliora, vt ex dictis patet.

¶ Ad quintum dicendum, quòd naturalis appetitus ad perpetuitatem, quæ inest animalibus & plantis, est accipiendus secundum ordinem ad motum cæli, vt scilicet tantum in esse permaneat, quantum motus cæli durabit. Non enim potest appetitus esse in effectu, vt permaneat vltra causam suam, & ideo si cessante motu primi mobilis plantæ & animalia non manebunt secundum speciem, non sequitur appetitum naturalem frustrari.

EXPOSITIO TEXTVS.

C *VM tamen virtute diuinitatis sit suscitaturus, non humanitatis &c.* Sed contra est, quod dicitur in glo. 1. Cor. 15. quòd resurrectio Christi fuit causa nostræ resurrectionis: sed Christus secundum humanitatem resurrexit. ergo virtute humanitatis corpora resuscitabit. Et dicendum, quòd sicut Dama. in 3. lib. dicit. Humanitas Christi est quasi diuinitatis organum, sicut corpus animæ, vnde effectus aliquis potest attribui humanitati Christi dupliciter. Vno modo secundum se, sicut attribuitur ei tangere leprosum, & huiusmodi. Alio modo inquantum est instrumentum diuinitatis, sicut attribuitur ei tactu suo leprosum mundare: hoc autem modo attribuitur humanitati Christi sua resurrectione nostram causare, sicut tactu suo leprosum mundare. Et quia instrumentum non agit nisi in virtute principalis agentis, inde est quòd dicitur Christus resuscitaturus corpora non virtute humanitatis, sed diuinitatis, quāmuis sua resurrectio sit nostræ resurrectionis causa per modum quo tactus leprosi est causa mundationis. *Per verbum filij dei fit animarum resurrectio per verbum factum in carne per filium hominis fit corporum resurrectio.* Sed contra, quia sicut resurrectio Christi dicitur esse causa resurrectionis nostræ corporalis: ita & spiritualis, vt patet per illud Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram. Et dicendum, quòd vtrumque fit principaliter virtute diuina, & quasi instrumentaliter per operationem humanitatis Christi: sed tamen spiritualis resurrectio appropriatur diuinitati, corporalis vero humanitati per appropriationem quandam, vt seruetur similitudo inter effectum & causam. *Filius cum patre & Spiritusancto eadem vita est, quæ pertinet ad animam, non ad corpus.* Sed contra, quia omnis vita tam spiritualis quàm corporalis oritur a vita diuina, & imitatur eam, vt patet per Dio. 6. cap. de di. no. Et dicendum, quòd dicitur nō pertinere ad corpus, quia corpus nō pōt eius esse particeps ad cognitionem & amorem. *Angeli deferent ante signum crucis.* Sed contra est, quod lignum illud crucis non habet aliquem ordinem ad incorruptionem, & ita non remanebit post illam innouationem. Et dicendum, quòd signum crucis non accipitur hic pro ipso ligno crucis dominicæ, sed pro aliqua repræsentatione ipsius. *Columnæ cæli pauent aduentum eius.* Columnæ cæli hic dicuntur angeli qui cælos mouent, quia in eorum virtute sustentatur tota efficacia cælestis actionis, cum omnia corpora regantur per spiritum vitæ rationalem, vt Augu. dicit 4. de Trinit. *Quantum luxit sol in prima conditione septem dierum ante peccatum &c.* Intelligenda est hæc comparatio secundum modum commodum, quod homo percipit ex lumine cæleſtium corporū, quod fuit maius ante peccatum quàm post, quāmuis post resurrectionem realiter magis luceāt, vt dictum est. *Significat solem & lunam, his qui erunt in æterna beatitudine, nullum lucis vsum præstare.* Hoc intelligendum est de vsu necessitatis, vt prius dictum est. *Ne impij in tormentis sub terra positi &c.* Secundum hoc videtur Isidor. sensisse, quòd infernus sit in alia superficie terræ, cum tamen ab alijs dicatur quòd sit in profundo terræ. Quidam vero dicunt Isidor. etiam hoc sensisse, quòd infernus sit in profundo terræ, sed quòd ex alia superficie terræ sit aliquis magnus terræ hiatus, vnde lumen solis ad alios ꝙ sunt in inferno peruenire posset, si sol terrā circuiret. quæ vtrum uerum sit, omnino certum non est. Li. 14. ethymol.

DIVISIO TEXTVS.

POstquàm determinauit magister de his quæ pertinent ad iudicium generale, in pte hac incipit determinare de præmijs, & pœnis quæ iudicij generale sequuntur. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de præmijs bonorum. In secunda de pœnis malorum. 50. dist. ibi. *Hic oritur quæstio &c.* Prima autem pars diuiditur in partes tres. In prima enim describit qualis erit beatitudo sanctorum, quæ in eis in præmium post generale iudicium dabitur. In secunda ostendit quomodo ad eam consequendam omnis humanus appetitus tendat, ibi. *Solet etiam quæri de beatitudine, vtrum omnes &c.* In tertia qualiter eam habentes, diuersimode ipsam participant, ibi. *Solet etiam quæri &c.* Circa hoc tria facit. Primo ostendit diuersitatem quæ in beatitudine sanctorum accidit ex parte cognitionis. Secundo ex parte gaudij, uel delectationis, ibi. *Solet etiam quæri, an in gaudio &c.* Tertio inquirit de augmento beatitudinis quod accidet ex resumptione corporis, ibi. *Post hoc quæri solet &c.*

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic quæruntur quinque.

¶ Primo, De beatitudine.

D ¶ Secundo, De uisione dei, in qua principaliter beatitudo consistit.

¶ Tertio, De delectatione quę formaliter beatitudinē cōplet.

¶ Quarto, de dotibus quæ in beatitudine continentur.

¶ Quinto, De aureolis quibus beatitudo perficitur & decoratur.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, In quo sit quærenda beatitudo.

¶ Secundo, Quid sit.

¶ Tertio, Vtrum omnes eam appetant.

¶ Quarto, Vtrum ab omnibus æqualiter participetur.

ARTICVLVS PRIMVS.

E

Vtrum beatitudo in bonis corporis consistat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ beatitudo in bonis corporis consistat, quia quod a pluribus dicitur, impossibile est falsum esse totaliter, ut Commentator dicit in lib de anima, & Philosophus dicit in 7. ethi. quòd opinio non perditur, quam populi multi famant: sed maior hominū multitudo inclinatur ad quærendum corporales delectationes & corporalia bona quasi finem. ergo finis humanæ uitæ in corporalibus bonis consistit: finem autem humanæ uitæ dicimus beatitudinem: ergo beatitudo in bonis corporis quærenda est. 1. 2. q. 2. ar. 5. 3. cō. gēt. c. 32. & 37. in princ. Ex cap. 14.

¶ 2 Præt. Quanto aliquis finis est magis ultimus in consecutione, tanto prior est in intentione & appetitu: sed homo prius appetit corporale bonum quàm spirituale, cum ex

amore corporalium rerum in amorem inuisibilium manducamur, vt Gregor. dicit. ergo bonum corporale est vltimus finis noster: talis autem finis est beatitudo. ergo in bonis corporalibus beatitudo est quærenda.

Greg. in homil. 11.

¶ 3 Præt. Quanto aliquod bonum est communius, tanto diuinius, vt patet in 1. ethic. sed bonum corporale communius est quàm spirituale, quia corporale ad plantas & animalia bruta se extendit, non autem spirituale. ergo corporale bonum spirituali præeminet, & ita in corporalibus bonis magis est beatitudo quærenda.

Cap. 2.

¶ 4 Præt. Beatitudo ab omnibus ponitur finis virtutis: sed virtus habet finem suum non solum in bonis spiritualibus, sed etiam in corporalibus, per virtutem enim temperantiæ & alias virtutes homo conseruatur a nociuis etiam secundum corpus. ergo beatitudo non solum in spiritualibus, sed etiam in corporalibus bonis est quærenda.

¶ 5 Præt. Secundum Philosophum in 2. physicorum. Felicitas & fortuna circa idem esse videntur: sed bonæ fortunæ sunt corporalia. ergo bona, in quibus consistit beatitudo & felicitas, sunt corporalia.

T. com. 58.

¶ 6 Præt. Homo ex anima & corpore constituitur. ergo bonum hominis debet esse commune animæ & corpori: sed bonum spirituale non potest esse commune corpori. bonum autem corporale potest esse commune animæ, inquantum anima de corporalibus delectatur. ergo beatitudo quæ est bonum hominis magis consistit in corporalibus, quàm in spiritualibus bonis.

Sed contra. Illud quod conuenit homini secundũ corpus, potest esse commune sibi & alijs animalibus: sed beatitudo alijs animalibus non potest competere. ergo beatitudo non est quærenda in bonis corporis.

¶ 2 Præt. Beatitudo est summum bonum hominis. ergo in præcipuis hominis bonis est quærenda: sed bona animæ sunt nobiliora corporis, sicut & anima corpore nobilior. ergo beatitudo est quærenda in bonis animæ.

¶ 2 Præt. Illud quod est vltima mensura, non est aliquo modo mensuratum. ergo illud quod non potest esse bonum nisi prout est mensuratum, non potest esse mensura vltima in rebus humanis, & ita nec vltimus finis, qui est beatitudo, cum finis sit mensura imponens modum his quæ sunt ad finem: sed bona corporalia non sunt laudabilia, nec bona, nisi inquantum sunt mensurata mensurâ virtutis, vt patet per Philosophum in 2. ethicorum. ergo in bonis corporalibus non potest esse beatitudo.

Ex ca. 5. & ex c. 18. lib. 1. magnorũ moral.

Vlterius. Videtur quòd beatitudo magis consistat in his quæ sunt voluntatis, quàm in his quæ sunt intellectus, quia beatitudo est summum bonum: sed bonum est obiectum voluntatis inquantum huiusmodi, non autem intellectus. ergo beatitudo magis consistit in actu voluntatis ¶ intellectus.

II

1. 1. q. 3. art. 4. 3. cont. gen. c. 26. & 1. par. q. 26 ar. 2. ad 2. 7. eth. c. 11. Cap. 8.

¶ 2 Præt. Delectatio secundum Philosophum in 7. ethicor. ad beatitudinem requiritur. vnde & in græco nomen beatitudinis a gaudio accipitur: sed delectatio est in voluntate, siue in affectu. ergo & beatitudo.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in 10. ethicorum. In actu nobilissimæ virtutis consistit felicitas, siue beatitudo: sed charitas est excellentissima omnium virtutum, vt patet per Apostolum, 1. Corinth. 13. ergo cum charitas sit in voluntate, ibi quærenda est beatitudo.

¶ 4 Præt. Sicut anima imperat corpori, ita voluntas imperat intellectui, & per consequens est eo superior: sed beatitudo magis ponitur in bonis animæ quàm corporis, quia anima est superior corpore. ergo eadem ratione magis debet poni in voluntate quàm in intellectu.

¶ 5 Præt. Beatitudo hominis consistit in perfecta coniunctione ad deum: sed perfectius homo coniungitur deo per voluntatem quàm per intellectum, vnde dicit Hugo de Sancto Victo. 7. ca. cæ. hierar. super illud. Mobile & acutum &c. Dilectio supereminet scientiæ, & maior est intelligentia. Plus enim deus diligitur quàm intelligatur, intrat dilectio vbi scientia foris est. ergo beatitudo consistit magis in dilectione quàm in cognitione, & in voluntate quàm in intellectu.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te verum deum, & quem misisti Iesum Christum: sed vita æterna est ipsa beatitudo. ergo beatitudo in cognitione consistit.

¶ 2 Præt. 1. Corinth. 15. super illud, Cum tradiderit regnum deo & patri, dicit glo. 1. Cum perduxerit credentes ad contemplationem dei patris, vbi est finis omnium, requies sempiterna, & gaudium: sed hoc est beatitudo. ergo in contemplatione intellectus beatitudo consistit.

¶ 3 Præt. Philosophus in 10. ethicor. ostendit, quòd in contemplatione virtutis actu vltima hominis beatitudo cõsistit: sed hoc pertinet ad intellectum. ergo beatitudo maxime consistit in intellectu.

Cap. 8.

¶ 4 Præt. Secundum Philosophum in 1. ethic. Bonum in quo per se est sufficientia, est felicitas, vel beatitudo: sed hoc est in cognitione, vt patet Ioan. 14. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. ergo idem quod prius.

III

Vlterius. Videtur quòd beatitudo magis consistat in actu intellectus practici, quàm speculatiui. Quanto enim aliquod bonum est communius, tanto est diuinius, vt patet in 1. ethic. sed bonum intellectus speculatiui est singulariter eius qui speculatur: bonum autem intellectus practici potest esse commune multorum. ego magis consistit beatitudo in intellectu practico quàm speculatiuo.

Vbi supra. ar. 5.

¶ 2 Præt. Beatitudo est vltima perfectio hominis: sed maior est perfectio alicuius rei secundum quod est causa alterius, quàm secundum quod in se perfecta existit, vnde dicit Dionys. in 3. cap. cæ. hierar. quòd omnium diuinius est dei cooperatorem fieri in reductione aliorum: per intellectum autem speculatiũ homo habet perfectionem in seipso, intellectus autem practicus est causa aliorum. ergo beatitudo magis consistit in intellectu practico, quàm speculatiuo.

meth. c. 6. 1. com. 4.

¶ 3 Præt. Finis est conformis his quæ sunt ad finem: sed beatitudo est finis & præmium virtutum, vt in 1. ethicor. dicitur. Virtutes autem magis consistunt in operatione quàm in cognitione, quia scire parum, vel nihil prodest ad virtutem, vt patet 2. ethic. ergo beatitudo magis consistit in intellectu practico, quàm in speculatiuo.

Cap. 9. Cap. 2.

¶ 4 Præt. Beatitudo hominis consistit in eo quod est in homine nobilius: sed intellectus practicus est nobilior speculatiuo, quia ipse legem ponit speculatiuo intellectui, per prudentiam enim legislatoris ordinatur qualiter quis discere debeat disciplinas speculatiuas, vt patet in 1. eth. ergo beatitudo magis est in intellectu practico, quàm speculatiuo.

Ex cap. 2.

Sed contra. Beatitudo cum sit vltimus finis, propter seipsam quæritur, & non propter alterum: sed cognitio practica ordinatur ad alterũ tamquàm ad finẽ, quia ad opus, vt in 2. meta. dicitur, non autem speculatiua: sed propter seipsam quæritur, vt patet in 1. meta. ergo beatitudo magis consistit in intellectu speculatiuo, quàm practico.

T. com. 3. Cap. 3. lect. 3. in princ.

¶ 2 Præt. Beatitudo nostra consistit in hoc quòd deo coniungimur: sed nos non coniungimur deo per intellectum practicum, sed per speculatiuum. ergo beatitudo magis consistit in intellectu speculatiuo, quàm practico.

¶ 3 Præt. In ratione beatitudinis est diuturnitas, & sufficientia, & delectatio: sed in actu contemplatiui intellectus est homo magis sufficiens sibi quàm in actu intellectus practici, ad quem multis auxilijs exterioribus indiget, nullaque actio est in qua homo possit ita diu persistere sicut in contemplatione propter remotionem a corporeis instrumentis, quorum debilitas lassitudinem inducit: neque est aliqua delectatio ita pura sicut contemplationis, quia ei nullum contrarium admiscetur: neque enim contrarium habet. ergo beatitudo maxime in actu intellectus speculatiui consistit.

IIII

Vlterius. Videtur quòd beatitudo in hac vita habeatur, quia Matth. 5. dicitur, Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. & similiter. Beati qui persecutionem patiuntur & cætera huiusmodi: sed omnia hæc in hac vita habentur. ergo beatitudo est in hac vita.

3. con. gen. c. 48. Et 1. com. 23. 2. q. 5. ar. 1.

¶ 2 Præt. Si beatitudo non posset esse in hac vita, nullus beatitudinem cognosceret, nisi qui de alia vita notitiam haberet: sed multi philosophi de beatitudine tractauerunt, futuram vitam penitus ignorantes. ergo beatitudo potest etiam esse in hac vita.

¶ 3 Præt. Præsens vita hominis est perfectior, quàm præsens vita alicuius alterius animalis: sed vita præsens aliorum animalium includit finem vltimum eorundem. ergo & vita præsens hominis beatitudinem includit, qui est finis eius.

D. 167.

¶ 4 Præt. Vnaquæque res naturaliter desiderat finem suum: sed

sed ex desiderio finis nascitur desiderium eorum quæ sunt ad finem. Illa autem præcipue sunt ordinata ad finem, sine quibus ad finem perueniri nõ potest. Sic autem ad beatitudinem hominis mors esset ordinata, si in hac vita beatitudinem habere non posset. ergo homo naturaliter desiderat mortem, quod experimẽto falsum

A

esse sentit, & authoritati Apostoli contradicit, quę dicit. 2. Cor. 5. Nolum⁹ expoliari, sed superuestiri. ergo beatitudo hominis est in hac vita.

Sed contra.

Nullus potest esse beatus qui non habet hoc quod bene vult: sed quilibet beatus bene & ordinate vult sua beatitudine nũquàm posse priuari. ergo quicumque hoc non habet, non est vere beatus: sed nullus hoc in hac vita habet, quia ipsam beatitudinem, quam in hac vita habere posset, oportet quòd ad minus mors tollat. ergo beatitudo in hac vita haberi non potest.

B

¶ 2 Præt. Nullus ad vltimum vitæ iam peruenit, cui restat aliquid appetendum, eo quòd beatitudo in se sufficientiam habeat, vt etiam Philosophus dicit: sed quantumcumque aliquis sit in hac vita perfectus vel scientia, vel virtute, vel quocumque alio modo, adhuc ei restat aliquid ad appetendum, scilicet multa scire quæ nescit, immo bonitas etiam suæ perfectionis, quandiu hæc vita durat, certa esse non potest, cum etiam sapientissimi & perfectissimi viri per infirmitates corporales possint in insaniam deuenire. ergo beatitudo in hac vita haberi non potest.

C

¶ 3 Præt. Beatitudo ab oĩbus ponitur maximũ bonũ: sed maximum bonum est quod est malo penitus impermistum. cum ergo vita hæc absque malis esse non possit, quantumcumque aliquis sit sapiens, & virtute perfectus, vt manifeste apparet vacios casus hominis intuendo, videtur quòd in hac vita beatitudo esse non possit.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd beatitudo cum sit naturaliter ab omnibus hominibus desiderata, nominat vltimum humanæ vitæ finem: finis autem cuiuslibet rei est operatio propria, vel per operationem proprium ad finem venit. Cum autem forma propria sit in qualibet re operationis propriæ principium, forma autem propria hominis in quantũ est homo, sit rationalis anima, oporteret quòd vel in ipsis actibus rationalis animæ beatitudo consistat, vel in his ad quæ homo per actus rationalis animæ comparatur, hæc autem bona animæ dicuntur: vnde necesse est beatitudinem ponere in bonis animæ etiam secundum philosophos. Quòd autem aliqui beatitudinem in bonis corporis ponunt, ex hoc prouenit, quòd seipsos quid essent ignorabant. Non enim agnoscebãt se secundum id quod est in eis melius, quod eorum esse formaliter complet, sed secundum id quod de eis exterius apparet: & secundũ hoc in exterioribus bonis suam beatitudinem quæsierunt.

D

Ad primvm ergo dicendum, quòd multorum opinionem non est necesse esse veram simpliciter, sed secundum partem. Multitudo autem hominum in bonis corporis beatitudinem ponentium quantum ad hoc veram opinionem habet, quòd illud quod sibi optimum æstimant, hoc suam beatitudinem esse putant: & quantum ad hoc opinio eorum vera est, scilicet quòd optimũ hominis est beatitudo. Non autem oportet quòd sit vera quantum ad hoc, quòd ponunt eam in bonis corporis: quia hæc opinio procedit ex falsa radice, qua scilicet æstimant se principaliter esse id quod sunt secundum corpus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc quòd primo desideratur bonum corporale quàm spirituale, per accidens contingit. Nostra enim cognitio ab vniuersalioribus ad specialia procedit, vt patet in 1. physicorum: & ideo in principio nihil cognoscimus de fine hominis nisi hoc generale, quòd est quoddam optimum, & sicut cognoscimus ita desideramus: & ideo inter illa bona quæ primo cognitioni occurrunt, æstimamus illud bonum. Priora autem in nostra cognitione sunt sensibilia, vnde in principio æstimamus quasi summa bona, sensibilia bona: sed in fine quando cognitio nostra perficitur, habemus distinctam cognitionem de hominis fine discernendo ipsum ab alijs, & tunc appetimus summum bonum vt est, scilicet in spiritualibus. Ratio autem procedit, ac si per se loquendo appetitus boni corporalis præcederet appetitum boni spiritualis.

E

¶ Ad tertium dicendum, quòd dupliciter aliquid dicitur esse commune. Vno modo per prædicationem: huiusmodi autem commune non est idem numero in diuersis repertum,

A & hoc modo habet bonum corporis communitatem. Alio modo est aliquid commune secundum participationem vnius & eiusdem rei secundum numerum, & hoc modo bonum communius est diuinius: & hæc communitas maxime potest in his quæ ad animam pertinent inueniri, quia per ipsam attingitur ad id quod est commune bonum omnibus rebus, scilicet deum, & ideo ratio nõ procedit.

ita differẽs gloria erit animarum. Stella. n. a stella, idest, electꝰ ab electo differunt in claritate mentis & corporis. Alij enim alijs vicinius, clariusq; Dei speciem contemplabũtur, & ipsa cõtẽplandi differẽtia dedit oĩbus qui operati sunt in vinea. Nomine denarij aliquid omnibus electis cõmune intelligitur, s. vita æterna, Deꝰ ipse, quo omnes fruentur, sed impariter: nam sicut erit differens clarificatio corporũ,

¶ Ad quartum dicendum, quòd duplex est finis, scilicet finis operationis, & intentionis. Bonum ergo corporis potest esse finis virtutis quasi quidã terminus, vel effectus virtuosæ operationis; non autem sicut in quo stet virtutis intentio: quia cum virtus sit perfectio animæ, quæ est corpore nobilior, & nihil agat propter vilius se, non potest esse quòd in bono corporis intentio virtutis quiesc at.

B

¶ Ad quintum dicendum, quòd felicitas & fortuna dicuntur aliquorum dupliciter. Vno modo, sicut subiectorum, & hoc modo felicitas & fortuna sunt eiusdem, quia verumque non nisi in rationalibus potest esse. Alio modo, sicut obiectorum, vel materiæ: & sic impossibile est quòd felicitas & fortuna sint eorundem, quia fortuna est eorum quæ propter aliquid aguntur, quando aliquid præter intentionem accidit. Felicitas autem, vel beatitudo est quæ ab omnibus intenditur, nec ad alterum ordinatur: & ideo licet corporalia bona dicantur fortunæ materialiter, non tamen sequitur quòd in corporalibus bonis felicitas consistat.

¶ Ad sextum dicendum, quòd licet homo ex anima & corpore consistat, tamen esse specificum habet ex anima, non ex corpore, quia forma cuiuslibet rei est principium esse eius specifici: vnde & beatitudo hominis principaliter & originaliter consistit in bonis animæ. Sicut enim corpus est propter animam sicut propter finem, & materia propter formam, vt patet in 2. de anima: ita & bona corporis ordinantur in animæ bona vt in finem, vnde in bonis corporis beatitudo principaliter consistere non potest.

Item ibidẽ ex text. 4. & 25. & exp. se 1. lib. de par. animalium. c. 5. D. 618. 621.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd beatitudinem esse in voluntate dupliciter potest intelligi. Vno modo ita, quòd sit voluntatis obiectum: & sic beatitudo, cum sit vltimus & finis, & ex fine est ratio boni quod est volũtatis obiectum, oportet ponere beatitudinem in voluntate esse. Alio modo ita, quòd sit aliquis actus voluntatis: & sic beatitudo in voluntate esse non potest. Beatitudo enim vltimum finem hominis importat. Finis autem vltimus hominis potest accipi duplex, vnus in ipso, & alius extra ipsum. In ipso sicut operatio rei dicitur esse finis eius, cum omnis res sit propter suam operationem. Finis vero extra ipsum est ad quod per suam operationem pertingit, non autem quælibet operatio potest dici finis, sed illa quæ fini exteriori primo coniungit, & hoc dico quando res finem extra se habet: tunc enim oportet quòd finis interior ad exteriorem ordinetur, vt sic finis exterior sit quasi finis vltimus, & finis interior qui est operatio, sit ad illum ordinatus: sicut videmus quòd res naturales per operationes quas habent, pertingunt secundum assimilationem quandam ad diuinam bonitatem, quæ est earum exterior finis. Non autem est possibile, vt ipse voluntatis actus sit vltimus finis alicuius, quia cum voluntatis obiectum sit finis, hoc ipsum quod est velle, & quilibet alius voluntatis actus, nihil est aliud quàm ordinari aliquain finem, vnde præsupponit alium finem: & ideo si ipsum velle dicatur esse volitum, oportet præsupponere ante hoc aliquid esse volitum. Non enim potest intelligi in aliqua potentia reflexio super actum suũ, nisi actu suo, in quem sit reflexio, prius terminato per obiectum proprium quod sit aliud ab ipso actu potentiæ illius, alias oporteret in infinitum procedere. Si enim intellectus intelligit se intelligere, oportet quòd intelligat se intelligere aliquid, & si dicas quòd intelligit se intelligere hoc quod est se intelligere, adhuc oportebit aliud ponere, & sic in infinitum. Patet ergo quòd ipsum intelligere non potest esse primum obiectum intellectus, & eadem ratione nec ipsum velle potest esse obiectum primum voluntatis. Cum ergo obiectum primum voluntatis sit finis vltimus, impossibile est quòd aliquis voluntatis actus sit vltimus finis voluntatis. Nec etiam potest dici, quòd assecutio finis exterioris sit per actum voluntatis immediate: intelligitur enim esse actus voluntatis ante assecutionem finis, vt motus quidam in

2. cæl. text. com. 17.

finem, post assecutionem vero vt quietatio quædam in fine. Non potest autem esse quòd voluntas nunc quietetur in fine, in quem prius tendebat, nisi quia voluntas alio modo se habet ad finem quàm prius, vel econuerso. Illud ergo quod facit voluntatem hoc modo se habere ad finem, vt voluntas quietetur in ipso, est vltimus finis interior, qui primo coniungit exteriori fini: sicut si alicuius finis exterior sit pecunia, finis interior erit possessio pecuniæ, per quam homo se habet ad pecuniam vt voluntas in ea quietetur. Cū ergo vltimus finis quasi exterior humanæ voluntatis sit deus, non potest esse quòd aliquis actus voluntatis sit interior finis, sed ille actus erit vltimus finis interior, quo primo hoc modo se habebit ad deum, vt voluntas quietetur in ipsum: hæc autem est visio dei secundum intellectum, quia per hanc fit quasi quidam contactus dei ad intellectum, cum omne cognitum sit in cognoscente secundum quod cognoscitur. Sicut etiam corporalis tactus ad delectabile corporeum inducit quietationem affectus, & ideo vltimus finis hominis est in actu intellectus: & ita beatitudo quæ est vltimus finis hominis, in intellectu consistit, tamen id quod est ex parte voluntatis, scilicet quietatio ipsius in fine, quod potest dici delectatio, est quasi formaliter complens rationem beatitudinis, sicut superueniens visioni, in qua substantia beatitudinis consistit vt sic voluntati attribuatur, & prima habitudo ad finem secundum quod assecutionem finis appetit, & vltima secundū quod in fine iam assecutio quietatur.

diuersitas mansionum uocatur. Domus ergo est una, idest, denarius est unus, sed diuersitas est ibi mansionum, idest, differentia claritatis, quia vnum est & summum bonum beatitudo & uita omniū, idest, Deus ipse. Hoc bono omnes electi perfruentur, sed alij alijs plenius: perfruentur vero videndo per speciem, non per speculum in ænigmate. Habere ergo uitam est uidere uitam, id-

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa ostendit quòd beatitudo sit in voluntate sicut suum obiectum, non autem quasi eius actus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd delectatio requiritur ad beatitudinem quasi forma completiua beatitudinis, quia delectatio perficit operationem vt quidam finis superueniens, velut si iuuenibus superueniat pulchritudo, quæ iuuentutem decorat, vt dicitur.10.ethic. Cap. 4. circa med.

¶ Ad tertium dicendum, quòd charitas pro tanto dicitur esse altior virtus cæteris quæ sunt in via, quia ipsa est quæ ordinat omnes in deum, ipsa est etiam cuius erit in patria vltima quietatio in deum: hoc tamen non dat ei quòd actus eius sit substantia ipsa beatitudinis, sed vel *inclinatio* quædam in ipsam, sicut in statu viæ, vel quietatio in ipsa sicut in statu patriæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd actus corporis non potest pertingere vt assequatur bonum animæ, sed actus intellectus potest pertingere ad assequendum bonum quod voluntas appetit, & ideo non est simile.

¶ Ad quintum dicendum, quòd per affectum homo perfectius deo coniungitur quàm per intellectum, inquantum coniunctio quæ est per affectum, superuenit perfectæ coniunctioni quæ est per intellectum perficiens & decorans eam, sed tamen oportet quòd prima coniunctio sit semper per intellectum. Dilectio enim prius inclinat in coniunctionem perfectam appetendam, quàm intellectus perfecte coniungat, quàmuis non prius quàm intellectus quoquomodo cognoscat, eo quòd appetitus non potest esse incogniti omnino: & ideo dicit Hugo, quòd scientia foris manet, vbi dilectio intus est. Hugo.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut ex iam dictis patet, secundum hoc in actu intellectus beatitudo hominis constituitur, quòd per ipsum est prima coniunctio hominis ad suum vltimum finem exteriorem, cui intellectus coniungitur inquantum cognoscit ipsum. Illud autem quod est cognitum per intellectum practicum, non potest esse vltimus finis exterior, quia cognitio intellectus practici ordinatur ad cognitum sicut causa ad effectum. Effectus autem alicuius non potest esse vltimus finis eius, quia perfectio causæ non dependet ab effectu, sed ecōuerso: & ideo impossibile est quòd beatitudo in actu intellectus practici consistat, sed solum in actu intellectus speculatiui, & inde est quòd omnis cognitio practica est propter aliquod aliud appetibile, sed cognitio speculatiua magis appetitur propter seipsam. In præced. quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bonum, cui intellectus speculatiuus coniungitur per cognitionem, est communius bono, cui cōiungitur intellectus practicus, inquantū intellectus speculatiuus magis separatur a particulari quàm intellectus practicus, cuius cognitio in operatione perficitur, quæ in singularibus consistit. Sed hoc est verum quòd assecu-

F tio finis, ad quem peruenit intellectus speculatiuus inquantū huiusmodi, est propria assequenti: sed assecutio finis quem intellectus practicus intendit, potest esse propria & communis, inquantum per intellectum practicum aliquis se, & alios dirigit in finē, vt patet in rectore multitudinis: sed aliquis ex hoc quod speculatur, ipse singulariter dirigitur in speculationis finem. Ipse autem finis intellectus speculatiui tantum preeminet bono intellectus practici, quantum singularis assecutio eius excedit communem assecutionem boni intellectus practici:

G & ideo perfectissima beatitudo in intellectu speculatiuo consistit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectius est habere aliquam perfectionem, & transfundere ipsam in alteram, quàm solum habere eam in seipso. Non enim alio modo intelligi potest comparatio dictarum perfectionum, eo quòd perfectio alicuius vt est causa, non potest esse nisi simul sit perfectio eius in seipsa. Contingit autem maiorem esse perfectionem alicuius prout in se perfectum est, quàm secundum quod est causa alterius, quando non eandem perfectionem communicat, vel non tantam sicut habet. Sicut maior est perfectio quæ consideratur in deo secundum quod in se consistit, quàm secundum quod aliam causat, & sic maior est perfectio speculatoris inquantum in se in speculando perfectus est, quàm fabri inquantum facit cultellum. Perfectior autem esset ille qui speculando alios speculatores æqualiter sibi constitueret, quàm

H ille qui ipse solus posset speculari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd finis, & ea quæ sunt ad finem, non oportet esse conformia quasi sint vnius generis: sed oportet ibi esse conformitatem proportionis, vt scilicet ea quæ sunt ad finem sint proportionata ad finem inducendum, & hoc modo virtutes conformantur beatitudini, quia ad beatitudinem inducunt per modum dispositionis & meriti.

¶ Ad quartum dicendum, quòd intellectus speculatiuus simpliciter practico nobilior est, cum sit propter seipsum: practicus vero propter opus, nec intellectus practicus legem ei ponit. Non enim dirigitur intellectus speculatiuus in iudicando de veritate rerum secundum aliquam legem ab intellectu practico positam, sed intellectus practicus legem ponit propter intellectum speculatiuum, vt dicit Philosophus in 6.ethi. dum ordinat qualiter aliquis ad perfectionem speculatiui intellectus debeat peruenire, & ex hoc ostenditur intellectus pra- Ex cap. 3.

I cticus esse subseruiens speculatiuo.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd sicut in rebus naturalibus se habet motus ad terminum, ita in voluntarijs se habet appetitus finis, & eorum quæ propter finem appetuntur ad *consecutionem finis*: & ideo sicut quando res naturalis peruenit ad terminum cessat motus eius, ita voluntas cum habet quod quærit, appetitus eius desistit conuersus in amorem, vel delectationem. Beatitudo ergo cum sit finis, ad quem referuntur omnia desideria, oportet quòd sit tale aliquid, quo habito nihil vlterius desiderandum restet. Quilibet autem naturaliter esse desiderat, & permanere in bono, quod ipse habet: & ideo ab omnibus beatitudo tale aliquid esse ponitur, quod immobilitatem habeat & perpetuitatem. Sed de immobilitate & perpetuitate beatitudinis humanæ aliqui diuersimode iudicauerunt. Quidam enim dixerunt, quòd de ratione humanæ beatitudinis non erat perpe-

K tuitas absolute, sed perpetuitas respectu vitæ hominis. Nec tamen in hac perpetuitate consideranda est immobilitas quæ priuaret potentiam ad immutationem, sed quæ tantum priuaret immutationis actum: & hæc fuit opinio Platonis, vt tangitur. 1. ethicor. Posuit enim illum hominem esse beatum in hac vita, cuius beatitudo continuatur vsque ad mortem ipsius. Sed quia conditio hominis quantumcumque perfecti, in hac vita mutari potest, & de contingenti futuro non possumus habere certum iudicium, ideo de nullo homine ante mortem scire possumus, an sua perfectio continuetur sibi vsque ad finem, sed in eius fine sciri poterit, si vsque ad finem cōtinuata est, & ita nullus potest dici beatus nisi in morte sua. Hanc autem positionem Philosophus improbat, quia inconueniens est ponere ꝙ aliquis debeat dici beatus quando non est, & quòd non possit dici quod non est. Si ergo beatitudo est in vita illa, si aliquis est beatus dum viuit, beatus est, cum autē mortuus est, beatus non esset: & ita magis potest dici beatus cū viuit, quàm cū mortuus est. Vnde Philosophus ibidē ponit aliam Cap. 10.

aliam sententiam de beatitudine, siue de felicitate, vt scilicet dicatur quòd beatitudo secundum suam perfectam rationē perpetuitatem, & immobilitatem absolutam habet: sed secundum perfectam rationem beatitudo non est possibilis homini accidere, sed possibile est hominem esse in aliqua participatione ipsius, licet modica, & ex hoc eum dici beatum: & ideo non oportet hominē beatum esse perpetuum & immutabilem simpliciter, sed secundum conditionem humanæ naturæ, vnde subiungit. Beatos autem vt homines. Talis autem immutabilitas accidit homini quando sunt in ipso firmati habitus virtutum, vt non de facili possit deflecti ab actu secundum virtutem. Sed ista etiam positio non videtur esse rationabilis. Ab omnibus enim cōmuniter ponitur quòd felicitas, siue beatitudo est bonum rationalis, vel intellectualis naturæ: & ideo oporteret quòd vbi inuenitur natura rationalis, vel intellectualis per essentiam, & non solum per participationem, quòd etiam beatitudo ponatur per essentiam, & non per participationem: & ideo cum in homine sit non solum aliqua redundantia intellectus, sicut est in brutis quædam redundantia rationis inquantum participant aliqua *prudentia*, vt in eorum moribus apparet, sed est in eis ratio & intellectus per essentiam, oporteret ponere quòd ad veram beatitudinem quandoque peruenire possit, & non tantum ad aliquam beatitudinis participationem, alias appetitus naturalis intellectualis naturæ quæ est in homine, frustraretur. Beatitudo autem vera non potest poni in hac vita propter mutabilitates varias, quibus homo subiacet, vnde necesse est beatitudinem quæ est finis humanæ vitæ, esse *post hanc vitam*: & hoc quidem concesserunt omnes philosophi qui posuerunt animam, quæ est forma corporis esse intellectum per essentiam: posuerunt enim animam immortalem. Illi vero qui posuerunt animam, quæ est forma humani corporis, non esse intellectū per essentiam, sed in ea esse refulgentiam quandam intellectus qui est separatus & vnus communis omnibus, ponunt animam quæ est corporis forma, esse corruptibilem, nec peruenire ad perfectam beatititudinem, sed solum ad aliquam beatitudinis participationem, qualis dicta est. Sed hæc opinio absurda est, vt patuit distinct. 17. 2. lib. Et ideo simpliciter concedimus veram hominis beatitudinem esse post hanc vitam: non negamus tamen quin aliqua beatitudinis participatio in hac vita esse possit, secundum quod homo est perfectus in bonis rationis speculatiuæ principaliter, & practicæ secundario, & de hac felicitate Philosophus in lib. ethicor. determinat, aliam quæ est post hanc vitam nec asserens, nec negans. q.1.ar.1. Vbi supra. q.1.ar.2. in cor.

est, cognoscere Deum in specie. Vnde ueritas ait in Euangelio. Hæc est uita æterna ut cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum esse unum & solum uerum Deum, hoc est habere uitam, idest, cognoscere te, non est ipsa cognitio quæ tu es, sed per cognitionem habere bonum quod tu es, idest, uita. Ioan. 17.

B

D

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dictum est in 3. lib. distinctio. 27. beatitudines ibi dicuntur actus quidam perfectarum virtutum, secundum quos homo est in quadam participatione & similitudine futuræ beatitudinis, quæ est vera beatitudo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illi philosophi qui futuram vitam non posuerunt, de beatitudine loquentes, non locuti sunt de vera beatitudine, sed de participatione beatitudinis, sicut dictum est. In cor. huius quæst.

¶ Ad tertium dicendum, quòd finis humanæ vitæ plus superat finem vitæ aliorum animalium, quàm vita superat vitam, & ex hoc ipsa vita hominis est nobilior, quòd ad nobiliorem finem ordinatur: vnde non oportet quòd includat vltimum finem suum, sicut vita aliorum animalium includit.

E ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quis homo naturaliter desiderat finem, non tamen naturaliter desiderat ea quæ sunt ad finem: sed ea desiderat appetitu rationali consiliando de eis, & eligendo ipsa. Nec est inconueniens aliquid, quod secundum se est odibile, esse appetibile in ordine ad finem, sicut sectio membri est appetibilis propter sanitatem: & hoc modo mors quam naturaliter quilibet refugit, est appetibilis propter beatitudinem, sicut dicitur Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.

ARTICVLVS II.

Vtrum beatitudo sit quid increatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo sit quid increatum. Primo per hoc quod dicit Boe- Prosa 10.

A tius in 3. de consol. quòd beatitudo est ipsa diuinitas, vnde concludit, quòd omnis beatus est deus. 1.2.q.3.art.1. Et 1.par. q.26.art.3. per totum.

¶ 2 Præt. Quod per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit: sed deus est summum bonum, cum sit omnis bonitatis causa, beatitudo etiam est summum bonum cum ab omnibus tamquàm finis vltimus desideretur. ergo beatitudo est ipse solus deus.

¶ 3 Præt. Illud quod propter se tantum desiderabile est, habet rationem fruibilis, vt patet per August. sed beatitudo est tantum propter se appetibilis, vt patet per Philosophum in 1.eth. ergo beatitudine fruendū est: sed solo deo fruendum est, vt patet per Aug. in 1. de doctrina christiana. ergo solus deus est beatitudo. Li. 1. de doctri. christ. c.4. Ibidem c. seq.

¶ 4 Præt. De ratione beatitudinis est, quòd sit in ea sufficientia: sed in solo deo sufficientiam inuenit appetitus humanus, vnde Augustinus dicit in libro confessionum. Inquietum est cor nostrum donec perueniat ad te. ergo solus deus est ipsa beatitudo. Lib. 1. ca. 1. in princ.

¶ 5 Præt. Omne quòd inest nobis, vel inest nobis essentialiter, uel est accidens: sed beatitudo non est de essentia hominis, quia sic omnis homo & semper esset beatus. ergo si est aliquid in homine erit accidens: sed accidens non potest esse finis substantiæ, cum substantia sit nobilior accidente. ergo impossibile est beatitudinem aliquid esse in nobis, & ita erit aliquid increatum.

SED CONTRA est, quòd sicut iustitiæ participatione dicuntur homines iusti, ita per beatitudinis participationem

C dicuntur homines beati, vt patet per Boetium in 3. de consola. sed iustitia est aliquid creatum in nobis. ergo & beatitudo. Cap. 10.

¶ 2 Præt. Felicitas addita numero bonorum est eligibilior, vt patet per Philosophum in 1.ethic. sed deus quocumque addito nō est eligibilior, ergo felicitas est aliquid aliud quàm deus, & ita est aliquid creatum in nobis. Ex cap. 8. ac 10.

II

VLTERIVS. Videtur quòd felicitas non sit actus, quia secundum Boetium in 3. de consolat. Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus: sed status non nominat actum. ergo beatitudo non est actus. Prosa 2. Vbi supra. ar. 2.

¶ 2 Præt. Actuum nostrorum nos sumus causa. si ergo beatitudo in actu nostro constaret, nos essemus causæ nostræ beatitudinis, quod est absurdum.

¶ 3 Præt. Si aliquid quod est in nobis, sit ultimus finis, hoc erit præcipue illud, quod numquàm propter aliud quæritur: sed delectatio nō quæritur propter aliud, sed propter seipsam. ergo in delectatione maxime consistit beatitudo. sed delectatio non est actus, sed passio. ergo felicitas non est actus.

¶ 4 Præt. Ab uno agente, & secundum unum habitum non possunt esse actus diuersi. si ergo beatitudo esset actus, essent eiusdem beati diuersæ beatitudines, quod est absurdum.

¶ 5 Præt. Beatitudo uiæ est quædam similitudo beatitudinis patriæ: sed beatitudo uiæ non potest dici actus, quia sic dormientes amitterent beatitudinem. ergo beatitudo patriæ non est actus.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. ethic. quòd felicitas est operatio secundum perfectam uirtutem. Ca. 8. & 10.

¶ 2 Præt. Illud propter quod est res, est ultimus finis rei: sed omnis res est propter suam operationem, ut dicitur in 2. cæli & mundi. ergo operatio propria hominis est ultimus finis eius, & ita beatitudo ipsius est actus quidam. T. com. 17.

¶ 3 Præt. Homo secundum hoc beatus est, quòd ad dei similitudinem maxime pertingit: sed secundum hoc quòd actu agit, maxime deo assimilatur qa sic est maxime in actu remot᷒ a potētialitate. ergo beatitudo hōis cōsistit in eius operatione.

III

VLTERIVS. Videtur quòd beatitudo hominis non sit idem quod uita æterna. Viuere enim uiuentibus est esse, ut dicitur in 2. de anima 37. tex. sed beatitudo secundum Philosophum non consistit in essendo, sed in operando. ergo beatitudo hominis non est aliqua uita. 1. par. q. 10. ar. 2. in cor. fine.

¶ 2 Præt. Ratio uitæ in motu consistit, ut patet per Commentatorem in lib. de causis: sed beatitudo includit in sui ratione immutabilitatem. ergo beatitudo non est idem quod uita æterna.

¶ 3 Præt. Beatitudo est homini communicabilis: sed æternitas uitæ non potest ei communicari, quia quod in tempore factum est, non potest esse æternum. ergo uita æterna non est idem quod beatitudo.

¶ 4 Præt. Quæcumque in perpetuum durant, quodammodo uitæ æternitatem participant, secundum quod æternum largo

modo accipitur pro perpetuo: sed damnati in perpetuum durabunt in ignem æternũ missi, vt patet Matth. 25. non autem habebunt beatitudinem, sed summam miseriam. ergo beatitudo & vita æterna non sunt idem. F

SED CONTRA, Id quod est finis humanæ vitæ est beatitudo: sed vita æterna est finis humanæ vitæ, vt patet Ro. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem vero vitam æternam, ergo &c.

Si omnes homines volunt esse beati,

SOLET etiam quæri de beatitudine, vtrum eam omnes velint, & sciant quæ sit uera beatitudo. De hoc August. in 13. lib. de Trini. ita disserit. Mirum est cum capescendæ retinendæque beatitudinis voluntas vna sit omnium, vnde tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas voluntatum, non quòd eam aliquis nolit, sed quòd non omnes eam norint. Si enim eam omnes noscerent, non ab alijs putaretur esse in virtute animi, ab alijs ĩ voluptate corporis, ab alijs atque alijs alibi atque alibi. Quomodo ergo omnes amant, quod non omnes sciunt? Quis potest amare quod nescit, sicut supra disputaui. Cur beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen scitur ab omnibus? an forte sciunt omnes quæ

¶ 2 Præt. Vltima beatitudo hominis consistit in visione dei, vt ex supra dictis patet: sed in hoc consistit vita æterna, vt patet Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant &c. ergo beatitudo est idem quod vita æterna. G (Ar. præced. quæst. 2.)

IIII VLTERIVS, Videtur quòd beatitudo sit idẽ quod pax, primo per hoc quod in psal. 147. dicitur, Qui posuit fines tuos pacem: sed finis ciuitatis dei, de qua ibi loquitur, est beatitudo, ergo beatitudo est idem quod pax.

Cap. 11. ¶ 2 Præt. Aug. dicit 19. de ciui. dei, Possumus dicere finem bonorum nostrorum esse pacem sicut & æternam vitam: sed vita æterna est idem quod beatitudo, ergo & pax.

¶ 3 Præt. Illud quod naturaliter desideratur ab omnibus, & propter quod alia aguntur, videtur esse hominis beatitudo: sed pacem omnes desiderant, & propter ipsam agunt quæ agunt, vt August. dicit, & Dionys. 2. cap. de diui. nomi. ergo pax est ipsa beatitudo. (Aug. de ci. dei. cap. 12)

¶ 2 Præt. Pax quietem quandam importat: sed omnis mutationis finis est quies, & per exemplum in naturalibus ostendi potest. ergo totius vitæ nostræ mutabilis finis est pax, & sic pax est idem quod beatitudo. H

SED CONTRA, Beatitudo est operatio quædam secundum Philosophum: sed pax non nominat actum aliquem, sed immobilitatem tantum. ergo pax non est idẽ quod beatitudo. (1. ethic. c. 6. & 10. Et li. 10. c. 8. & 9.)

¶ 2 Præt. Pax maxime ad appetitum, vel voluntatem refertur, quia est quædam ipsius quietatio: beatitudo autem præcipue consistit in intellectu, vt supra dictum est, ergo beatitudo non est idem quod pax. (lib. cap. 10. Ar. præced. quæst. 2.)

V VLTERIVS, Videtur quòd beatitudo non sit idẽ quod regnum dei. Regnum enim quod dicitur a regendo ad gubernationem prouidentiæ pertinere videtur: sed prouidentia consistit in ordinatione eorum quæ sunt ad finem ipsum. ergo regnum dei non videtur ad beatitudinem pertinere, quæ est vltimus finis.

¶ 2 Præt. Dionys. dicit, 12. cap. de diui. no. quòd regnum est omnis finis & ornatus, & legis & ordinis distributio: sed hæc distributio non solum pertinet ad homines, sed ad omnes creaturas, quibus deus prædicta distribuit: beatitudo autem ad solas creaturas rationales. ergo beatitudo non est idem quod regnum dei. I

¶ 3 Præt. Regnum non importat aliquam perfectionem nisi in præsidente: sed qui præest in regimine regni est vnus tantum, vt patet per Philosophum in 8. ethi. ergo regnum dei non dicit aliquam perfectionem nisi in ipso deo: sed beatitudo non solum dicit perfectionem in deo, sed in omnibus beatis. ergo beatitudo non est idem quod regnum dei. (Ca. 7. & 12. meta. text. com. vlt.)

¶ 4 Præt. Beatitudo non patitur commistionem alicuius mali: sed in regno dei possunt esse aliqua mala, vnde Matth. 13. dicitur quòd in fine mundi angeli colligent de regno dei omnia scandala. ergo regnum dei non est ipsa beatitudo.

SED CONTRA est, quod August. dicit 22. sermone ad patres in eremo, quòd tres primæ petitiones in oratione dominica ad futuram beatitudinem pertinent: vna autem earum est, Adueniat regnum tuum, ergo regnum dei ad beatitudinem pertinet. K

¶ 2 Præt. Illud quod promittitur sanctis in præmium est beatitudo: sed regnum dei est huiusmodi, vt patet Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum, ergo regnum cælorum est ipsa beatitudo.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd bonum quod omnia concupiscunt, est esse, vt patet per Boetium in lib. de consolat, vnde vltimum desideratum[d] ab omnibus est esse perfectum, secundum quod est possibile in natura illa. Omne autem quod habet esse ab alio, perfectionem sui esse ab alio habet: quia tanto perfectius esse recipit vnumquodque, quanto verius coniungitur essendi principio: vnde inferiora corpora propter longe distare a primo principio, esse corruptibile habent, vt patet. 2. de generatione. Et ideo vltimus finis cuiuslibet rei habentis esse ab alio est duplex. Vnus exterius, secundũ scilicet id quod est desideratæ perfectionis principium. Alius interius, scilicet ipsa sua perfectio, quam facit coniunctio ad principium; unde cum beatitudo sit vltimus hominis finis, duplex erit beatitudo. Vna quæ est in ipso, scilicet quæ est vltima eius perfectio, ad quam possibile est ipsum peruenire, & hæc est beatitudo creata. Alia vero est extra ipsum, per cuius coniunctionem premissa beatitudo i eo causatur, & hæc est beatitudo increata, quæ est ipse deus. (Lib. 3. ex prosa 11. D. 618. — T. com. 59. — Cap. 4.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut ipse deus est bonus per essentiam suam, omnia vero alia sunt bona per participationem, vt dicitur in lib. de hebdomadibus: ita ipse solus deus est beatitudo per suam essentiam, alij vero beati sunt participatione: vnde beatitudo creata est quædam participatio & similitudo beatitudinis increatæ, non est tamen essentialiter beatitudo quasi faciens homines per essentiam suam beatos, & sic intelligenda est authoritas Boetij. (Cap. 2.)

¶ Ad secundum dicendũ, quòd beatitudo creata non est summum bonum simpliciter, sed summum bonum inter bona humana; sed deus est summum bonum simpliciter, & ideo ratio non sequitur. (D. 287. 621.)

¶ Ad tertium dicendum, quòd duplex est diligibile, vnũ quod diligitur per modum beneuolentiæ, quando volumus bonum alicuius propter seipsum, sicut diligimus amicos etiam si nihil ex eis nobis debeat accidere. Aliud quod diligitur dilectione concupiscentiæ, & hoc est vel bonum quod in nobis est, vel quia ex eo in nobis aliquod bonum fit; sicut diligimus delectationem, vel vinum inquantum facit delectationem. Quicquid autem diligitur dilectione concupiscentiæ, non potest esse vltimum dilectum, cum ad bonum alterius referatur, eius scilicet cui concupiscitur: sed illud quod diligitur amore beneuolentiæ potest esse vltimum dilectum. Beatitudo ergo creata quæ in nobis est, non diligitur nisi dilectione concupiscentiæ, vnde eius dilectionem referimus ad nos, & per consequens referimus eã in deum, cum & nos in deum referre debeamus: & ita non potest esse vltimum dilectum, est tamen vltimum concupitum ex hoc ipso quòd est maximum bonũ, quod nobis ex coniunctione ad deum prouenit, & ideo dicitur esse propter se quæsitum, vel desideratum; vtrumque enim importat aliquid vltimum in his quæ diliguntur amore concupiscentiæ. Et si enim deus concupiscatur, tamen idem est concupiscere deum, & maximum bonorum, quod nobis ex deo prouenit, sicut idem est concupiscere vinum, & effectum vini in nobis, puta, delectationem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in solo deo inuenitur sufficientia sicut in principio omnis boni, quod quærit appetitus: sed ex diuino munere inuenitur sufficientia quo ad ipsos in illis, quibus a deo confertur, vt omnia bona sufficienter habeant.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quàmuis omne accidens, inquantum huiusmodi, sit substantia ignobilius, tamen aliquod accidens quantum ad aliquid potest esse substantia dignius. Potest enim accidens considerari dupliciter. Vno modo secundum quod inhæret subiecto ex quo habet rationem accidentis, & sic omne accidens substantia indignius est. Alio modo potest considerari in ordine ad aliquid extra, & sic aliquod accidens potest esse substantia nobilius, inquantum per ipsum substantia aliqua coniungitur alicui nobiliori se, & hoc modo beatitudo creata, & gratia, & huiusmodi sunt aliquid nobilius natura animæ cui inhærent. Est etiam aliqua consideratio secundum quam omne accidẽs nobilius est, inquantum scilicet substantia comparatur ad accidens sibi inhærens, sicut potentia ad actum.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut ex dictis patet, vltimus finis rei in ipsa re acceptus, est id per quod coniungitur res suo fini exteriori qui est principium suæ perfectionis. Deo autem qui est vltimus finis rerum, res dupliciter coniungi possunt. Vno modo per modum assimilationis, vt sic dicatur illa res esse deo coniunctissima, quæ est deo simillima, & secundum hoc oportet illud in vnaquaque re esse vltimum eius finem secundum quod maxime deo assimilatur; vnumquodque autem secundum hoc ad dei similitudinem accedit quod est actu, recedit vero secundum quod est in potẽtia, & illud per quod res maxime est in actu, est eius vltimus finis. Alio modo pertingendo ad ipsum deum, quæ quidem coniunctio

A iunctio soli creaturæ rationali est possibilis, quæ potest ipsi deo coniungi per cognitionem & amorem, eo quòd deus est obiectum operationis eius, non autem operationis alicuius alterius creaturæ. Quocumque autem modo consideretur vltima perfectio hominis quæ est eius finis, oportet eam ponere in gẽnere actus. Si enim consideremus modum coniunctionis ad deũ, quæ est communis oĩbus creaturis, cum res magis sit in actu secundum quod est operans, quàm secundum quod est potẽs operari, erit vltima perfectio vniuscuiusque rei sua operatio perfecta, vnde res esse dicitur propter suam operationem. Similiter si consideremus coniunctionem quæ est propria rationalis creaturæ, vltima[d] perfectio hominis in operatione consistit. Habitus enim non coniungitur obiecto nisi mediante actu, & ideo oportet quòd beatitudo in genere actus ponatur: tamẽ hæc secunda consideratio propinquius inducit in considerationem beatitudinis quàm prima, quia beatitudo non est nisi rationalis creaturæ. (Aris. 2. cæl. et. com. 17. D. 170.)

eam aliquis nolit, sed quòd non omnes eam norint. Si enim eam omnes noscerent, non ab alijs putaretur esse in virtute animi, ab alijs ĩ voluptate corporis, ab alijs atque alijs alibi atque alibi. Quomodo ergo omnes amant, quod non omnes sciunt? Quis potest amare quod nescit, sicut supra disputaui. Cur beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen scitur ab omnibus? an forte sciunt omnes quæ

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in quolibet ordine omnia quæ sunt ad finem cooperantur ad vltimum finem: vnde cũ perfecta hominis operatio sit vltimus finis eius sicut & vniuscuiusque rei, omne bonum hominis cooperatur ad perfectam operationem ipsius, sicut ad perfectam operationem hominis in hac vita cooperantur habitus quibus actu informantur, & alia bona naturalia sicut principia actuum, & bona exteriora sicut instrumentaliter necessaria ad perfectam operationem. Ita ergo omnium bonorũ congregatio ponitur esse beatitudo, inquantum omnia bona congregata coadiuuant ad operationem perfectissimam hominis, quæ est essentialiter ipsa beatitudo. Prædicta etiam bona omnia ordinantur ad beatitudinem patriæ secundum quod per eorum vsum meremur: & quàmuis non omnia in beatitudine illa maneant per seipsa, manent tamen in sibi succedentibus, sicut fidei succedit visio, & diuitijs temporalibus succedit sufficientia bonorum æternorum. B C

¶ Ad secundum dicendum, quòd in actu duo consideranda sunt, scilicet substantia actus, & forma ipsius, a qua perfectionem habet actus. ergo secundum substantiam principium est naturalis potentia, sed secundum formam suam principium est eius habitus. Si ergo habitus ille sit acquisitus, totaliter nostri actus causa erimus: si vero fuit infusus, erit eius perfectio a causa exteriori, quæ habitum causat. Actus autem noster nõ ponitur esse beatitudo, nisi ratione suæ perfectionis, ex qua habet quòd fini exteriori nobilissime coniungatur, & ideo nostræ beatitudinis non sumus nos causa, sed deus. D

¶ Ad tertium dicendum, quòd duplex est delectatio. Vna quæ præcedit assecutionem finis, & hæc est ordinabilis in aliud. Potest enim ordinari ad perfectam operationem, inquantum videlicet illa, in quibus delectamur, accidentibus agimus: alia delectatio est, quæ consequitur assecutionem finis, & illa efficitur per operationem quæ fini coniungit, & ideo hæc delectatio non est ipsa beatitudo, sed quædam beatitudinis perfectio & forma, vt supra dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd multitudo actuum ab eodem habitu procedentium respectu eiusdem obiecti non causatur nisi ex interruptione temporis: & ideo in beatitudine perfecta vbi non erit aliqua interruptio, sed continua operatio, nõ erit nisi vna beatitudo. (In senti. di. ... ar. 1. quæst. 2. in cor.)

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut supra dictum est, beatitudo viæ non est perfecta beatitudo, sed quædam participatio beatitudinis, & ideo non semper est in actu, sed quandoque est in habitu: vnde dormiens non potest dici beatus quantum ad id quod tunc habet, sed inquantum ipsa operatio est in eo habitualiter. Secundum enim quod effectus sunt in suis causis, sic operationes sunt in habitibus. (Vbi supra, quæst. 4. in fine.) E

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd vita dicitur dupliciter. Vno modo ipsum esse viuentis, quia vt in 2. de anima dicitur, Viuere viuentibus est esse: ex hoc autem dicitur aliquid viuens, quòd potest seipsum mouere secundum aliquã actionem, vnde & plantæ dicuntur viuere ex hoc, quòd mouẽt se secundum augmentum, & animalia vlterius inquantũ mouent se secundum locum, & inquantum mouent se ad sentiendum: in homine autem vlterius, inquantum potest se mouere ad volendũ & intelligendum. Cuiuslibet autem potentiæ perfectio est suus actus, vnde secundo translatũ est nomẽ vitæ ad signãdũ operationẽ, ad quã aliquis seipsum mouet, sicut sentire dicitur vita animalis, & intelligere vita hominis: & secundũ hunc modum vnusquisque illam operationem suam vitam reputat, cui maxime intendit, quasi ad hoc sit totum esse suum ordinatum, secundum quem modum loquendi dicitur iste ducit talem, vel talem vitam: & sic Epicuri posuerunt beatitudinem esse vitam voluptuosam. Operatio autem non mensuratur tempore nisi secundum quod est motui adiuncta, vnde & operationes quæ non adiunguntur motui, sed termino motus, nõ mensurantur tempore, sed instanti, vt patet de illuminatione: & ideo si est aliqua operatio omnino transcendens motum, talis operatio non mensurabitur tempore, sed mensura quæ est supra tempus. Visio autem dei quæ ponitur esse beatitudo hominis, non potest esse actio tempore mensurata secundum seipsam, cum nõ sit successiua, nec ex parte videntis aut visi, cũ vtrumque sit extra motum: vnde sicut nec tempore, ita nec instanti quod est terminus temporis, mensurari potest. Non potest etiam mensurari æuo, quia æuum secundum quod ab æternitate distinguitur, pertinet ad creaturas immutabiles: hæc autem visio excedit naturalem potentiam creaturæ, cum ad eam nulla creatura ex suis naturalibus pertingere possit: vnde propria mensura eius est ipsa æternitas, & ideo visio dei quæ est ipsa beatitudo, est ipsa vita æterna. (T. com. 37.)

AD PRIMVM ergo patet responsio ex dictis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis vita primo ex motu sit cognita, quia per motum primo viuentia a non viuentibus distincta sunt, tamen nomen vitæ se extendit vlterius ad omnes operationes, quæ non sunt ab aliquo exteriori mouente, sicut velle, intelligere, & huiusmodi: vnde etiam ad huiusmodi operationes nomen motus transfertur, vt cum dicimus intelligere, motũ esse intellectus: & velle, motum voluntatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd æternitas non est communicabilis homini, ita quòd sit eius mensura adæquata, vel alicuius quod in ipso est, vt probat ratio inducta. Potest tamen homini communicari secundum quandam participationem; vt sicut homo sit particeps diuinæ operationis in vidẽdo deum, ita sit particeps æternitatis, qua diuina operatio mensuratur, & sic ipsa eius operatio dicitur uita æterna.

¶ Ad quartum dicendum, quòd uita æterna quæ a sanctis habebitur, dicitur secundum participationem æternitatis non solum quantum ad defectum finis, per quem modum etiam damnatorum pœna æterna dicitur, sed ulterius quantum ad remotionẽ omnis mutationis non solum in actu, quam etiam æuum excludit, sed etiam in potentia: quia sancti ex hoc quòd deo adhærebunt, stabilitatẽ ex diuino munere consequentur, ut scilicet transmutari non possint, quod deus habet ex natura, ratione cuius est æternus.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd sicut dicit August. 19. de ciui. dei. Pax omnium rerum est tranquillitas ordinis, ex quo patet quòd ex hoc ratio pacis assumitur, quòd aliquid non impeditur a recto ordine. Tranquillitas enim perturbationem impedimenti excludit; pax autem præcipue respicit illum ordinem quo uoluntas in aliquid ordinatur; unde & tunc dicimus hominem pacem habere, quando nihil est quod impediat ordinem suæ uoluntatis in aliquid: & similiter dicimus pacem esse in ciuitate, quando nihil est quod perturbet rectum ordinem ciuitatis, qui est ex uoluntate gubernatoris ciuitatis. Et secundum etiam quod inanimata appetitum naturalem habere dicuntur, ponimus unamquamque rem habere pacem, secundum quod non impeditur ab inclinatione quam habet in suum finem, quem naturaliter appetit: operationem autem in qua beatitudo consistit, oportet esse operationem non impeditam, quia impedimentum aliquid de eius perfectione detraheret: unde etiam delectatio, quæ perfectam operationem consequitur, causatur ex operatione non impedita, ut dicitur in 7. ethico. & ideo ad beatitudinem requiritur pax, non quæ sit ipsa essentia beatitudinis, sed sicut remotio eorum quæ possent beatitudinem impedire. Et quia ex hoc ipso quòd desideratur aliquid, cõtrarium eius refugit appetitus, ideo ex hoc ipso quòd omnes appetunt beatitudinem naturaliter, etiam naturaliter refugiunt beatitudinis impedimenta, & hoc est eos naturaliter desiderare pacem. (Cap. 13. — Ex cap. 14.)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pax dicitur esse finis ciuitatis dei, quasi propinquissima dispositio ad finem, quæ est simul cum ipso fine, & non quasi ipsa sit per se finis.

¶ Ad secundum dicendum similiter.

¶ Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd pacem omnia desiderant, non sicut finem, sed sicut id, sine quo finis haberi non potest.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ultimus finis rei non est quies, sed operatio rei, cuius perfectio non potest esse nisi re perfecta existente: motus autem est actus imperfecti, & secundum hoc quies ad quem terminatur motus, est finis propinquior quàm ipse motus, & sic motus ordinatur in quietẽ sicut in finem.

ipsa sit, sed non omnes sciunt ubi sit, & inde contentio est. An forte falsum est, quod pro uero posuimus, beateuiuere omnes homines

Ad qvintam quæstionem dicendum, quòd nomen regni a regendo est sumptũ: regere autem prouidentię actus est, unde secundum hoc aliquis regnum habere dicitur, quòd alios sub sua prouidentia habet: & ideo secundum hoc homines in regno dei esse dicuntur, ꝙ eius prouidentiæ perfecte subduntur. Prouidentiæ autem est ordinare in finem: in finem autem ordinantur & ea quæ distant a fine, secũdum quod perducuntur ad finem, & ea quæ iam assecuta sunt finem, secundum quod in fine conseruantur. Et cum regula prouidentiæ sit finis, illa perfecte prouidentiæ subsunt, quæ iam in ipso fine collocantur: & ideo in eis nihil potest esse ab ordine prouidentiæ alienum. In aliis autem quæ a fine distant, secundum hoc magis, uel minus diuinæ prouidentiæ subsunt, secundum quod magis & minus a fine elongantur: propinquissimi sunt fini, qui sunt in uia ad finem. Via autem perueniendi ad finem est fides ꝑ dilectionem operans. Vnde & regnum dei quasi antonomastice dupliciter dicitur, quandoque congregatio eorum qui per fidem ambulant, & sic ecclesia militans regnum dei dicitur: quandoque autem illorum collegium, qui iam in fine stabiliti sunt, & sic ipsa ecclesia triumphans regnum dei dicitur, & hoc modo esse in regno dei idem est quod esse in beatitudine: nec differt secundum hoc regnum dei a beatitudine, nisi sicut differt bonum commune totius multitudinis a bono singulari uniuscuiusque.

Ad primvm ergo dicendum, quòd beatitudo non subest prouidentiæ quasi ad finem ordinata, sed quia ad ipsam alia ordinantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Diony. sufficienter tangit ea quæ ad regnum exiguntur, prout significat multitudinem gubernatam a prouidentia, ad cuius actum tria requiruntur, scilicet finis, ordo ad finem, & regula ordinis: quæ quidem est duplex. Vna i ordinãte, & hæc est lex, ex qua rectitudo ordinis procedit. Alia est in ipso ordinato, per quam fit ut rectitudo ordinis nõ deferatur, & hæc regula est id quod causat ordinationem in finem, siue sit forma, uel uirtus, uel aliquid huiusmodi, & hoc appellat Dion. ornatũ. Quamuis autem hæc quatuor ad omnem creaturã possint pertinere, quia omnia a deo sunt in finem ordinata secundum legem æternæ sapientiæ, & rebus omnibus sunt datæ uirtutes, quibus in finem tendant, specialiter tamen ad rationales creaturas pertinent, quæ ad ipsum ultimum finem modo nobilissimo natæ sunt peruenire, & cognoscunt rationem ordinis & finis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd regnum importat perfectionem & in præsidente, & in eo qui subest, sed in præsidente sicut in perfectionis principio, qui suam rectitudinem aliis imponit: in eo uero qui subest, tamquàm in accipiente perfectionem ab alio. Sancti autem qui sunt in patria, hoc modo diuinæ prouidentiæ subduntur, quia etiam ipsi prouidentes fiunt sibiipsis, uel etiam aliis secũdum quod omnia alia erunt eis subiecta: & ideo ad regnum dei pertinent non solum ut existentes sub rege, sed etiam ut reges, qui tamen erunt sub uno summo rege: & ideo dicitur Apoc 5. Fecisti nos deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ibi regnum dei accipitur ecclesia militans, & non triumphans.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnes appetant beatitudinem.

1.2.q.5.ar.8.per totũ. 1.par.q.82.ar.1 Habetur ex lib.x.de tri. c.2.& pluribus seq.1.c. tex.co.9

Ad tertivm sic proceditur. Videtur ꝙ nõ omnes appetant beatitudinem. Nullus enim uult quod ignorat, ut patet per August. in lib. de trini. & per Philosophũ, qui dicit in 3. de anima 51. quòd obiectum uoluntatis est appetibile apprehensum: sed non omnes cognoscunt beatitudinem, cum multi circa beatitudinem errauerint. ergo non omnes appetunt beatitudinem.

¶ 2 Præt. Quicunque appetit beatitudinem, appetit illud quod est essentialiter ipsa beatitudo: sed ipsa beatitudo est dei uisio, quã non omnes appetunt. ergo nõ omnes appetunt beatitudinẽ.

¶ 3 Præt. Illud quod non potest apprehendi, non potest desiderari: sed duo contraria esse simul non cadit in apprehensione, ut pa-

F tet 4. metaph. ergo duo contraria esse simul non possunt appeti: sed aliqui appetuut ea quæ sunt beatitudini contraria, sicut illi qui appetunt peccata. ergo non omnes appetunt beatitudinem.

¶ 4 Præt. Peccatum est spreto incommutabili bono rebus mutabilibus adhærere: sed beatitudo est incommutabile bonum. ergo qui peccat, eam spernit, & sic non omnes eam appetunt.

uelle? Si enim beate uiuere est, uerbi gratia secundum animi uirtutem uiuere, quo beate uiuere vult, qui hoc non uult? Nonne uerius

Sed contra est, quod Boetius in 3. de conso. probat, ꝙ mentibus omniũ hominum ueri boni cupiditas inserta est: uerum autem bonum dicit beatitudinem. ergo beatitudo ab omnibus appetitur. Prosa.2.

¶ 2 Præt. Vnicuique appetibilis est suus finis: sed beatitudo est ultimus finis humanæ uitæ. ergo omnes homines beatitudinem appetunt.

II

Vlterivs. Videtur quòd aliquis possit miseriam appe- G tere. Omnis enim rationalis potentia ad opposita se habet: sed uoluntas est potentia rationalis. ergo se habet ad opposita: beatitudini autem opponitur miseria. ergo si potest aliquis appetere beatitudinem, potest etiam appetere miseriam. 1.par.q.19.ar.9.in cor. 1.2.q.8.ar.1.in cor.

¶ 2 Præt. Si non potest aliquis uelle miseriam, impossibile est eũ uelle. ergo necesse est eum non uelle: sed necessitas coactionem, uel prohibitionem importat, ut Ansel. dicit. ergo uoluntas cogi poterit, quod eius repugnat libertati. Ex libro de similitudinibus c.53. in prin.

¶ 3 Præt. Sicut beatitudo est ab omnibus appetibilis, ita & esse: sed quidam uolunt non esse, ut patet de his qui seipsos interficiunt. ergo & quidam possunt uelle miseriam.

¶ 4 Præt. Voluntas est de fine, ut dicitur. 3. eth. sed finis est bonũ, uel apparens bonum, ut dicitur 2. phy. ergo tam bonum, quàm apparens bonum potest desiderari: sed illud quod est malum, potest esse apparens bonum. ergo potest desiderari. ergo miseria quantũcumque sit mala, aliquis eam uelle poterit. c.7.& 8. tex.co.31

H Sed contra est, quod Augu. in li. de libe. ar. ostendit ꝙ nullus homo potest uelle esse miser. Lib.1.c.14.

¶ 2 Præt. Sicut se habet intellectus ad primum intelligibile, ita se habet uoluntas ad primum appetibile: sed intellectus non potest assentire contrario primi intelligibilis, quod est affirmationẽ & negationẽ non esse simul ueram, ut probatur 4. meta. ergo uoluntas non potest assentire miseriæ, quæ est contrarium sui primi appetibilis. tex.com.9

III

Vlterivs. Videtur quòd nullus appetendo beatitudinem, mereatur. Naturalibus enim non meremur: sed appetitus beatitudinis est homini naturalis, alias non esset omnibus communis. ergo nullus appetendo beatitudinem, meretur.

¶ 2 Præt. Cum meritum & demeritum sint circa idem, nullus mereretur in eo quod uitare non potest, sicut nec peccat, ut dicit Augustinus: sed homo non potest non appetere beatitudinem. ergo nullus appetendo meretur. Ex 14.de ciuit.dei c.13 & ex libro 22.cuiusdẽ c.30

I ¶ 3 Præt. Nullus potest ex propriis uiribus mereri uitam æternam, sicut Pelagius dicebat: sed homo ex propriis uiribus beatitudinem appetere potest. ergo appetendo beatitudinem non meretur.

Sed contra. Eodem modo aliquis desiderat beatitudinem, & deum: si ergo nullus desiderando beatitudinem meretur, nullus desiderando deum merebitur, quod est absurdum.

¶ 2 Præt. Charitas est principium merendi: sed charitas principaliter respicit finem. ergo ex motu uoluntatis in ultimum finem maxime meremur, & ita in appetendo beatitudinem.

IIII

Vlterivs. Videtur quòd non omne quod aliquis uult, propter beatitudinem uelit. Nullus enim delectationem propter aliquid uult, ut dicitur 7. ethic. delectatio autem non est ipsa beatitudo, ut ex supra dictis patet. ergo non quicquid aliquis uult, propter beatitudinem uult. Ex ult.c.secundũ com. et ex x.lib. c.4.& 5

K ¶ 2 Præt. Id quod potest propter beatitudinem desiderari, est ꝑꝑ beatitudinem ordinabile: sed multi uolunt aliqua, quæ non sunt ordinabilia in beatitudinem, sed magis ab ea auertunt, sicut est de peccatoribus. non ergo omne quod aliquis uult, propter beatitudinem uult.

¶ 3 Præt. Illud quod in se nullam speciẽ boni habet, non potest ad beatitudinem desiderari: sed quandoq; desideratur aliquid quod nullam speciem boni habet, sicut patet per August. in lib. confess. ubi dicit. Id furatus sum quod mihi abundabat, & multo melius, nec ea re uolebam frui quam furto appetebam, sed ipso furto & peccato: & ita quæro quid me in furto delectauerit, & ecce species nulla est. ergo aliquid desideratur non propter beatitudinem. Libro 1.ca.4.post prin.

¶ 4 Præt. Mors nullo modo ad beatitudinem potest ordinari, nisi forte sub spe uitæ consequendæ post mortem, quia beatitudo non nisi uiuẽtis est: sed quidam seipsos mortem pati uoluerunt uel a seipsis, uel ab aliis sub nulla spe futuræ uitæ. ergo nũ omne quod quis uult, propter beatitudinem uult.

¶ 5 Præt.

¶ 5 Præt. Ex hoc hominis uoluntas recta iudicatur, quòd in rectũ finem ordinatur. si ergo quicquid desideratur, propter beatitudinem desideratur, omnis uoluntas hominis est recta, quod falsũ ẽ.

¶ 6 Præt. Propter quod aliquis uult aliquid actu, oportet actu esse cogitatum. si ergo quicquid uult, propter beatitudinem uult, in oĩ desiderio oportebit beatitudinem actu esse cogitatam, quod apparet esse falsum. ergo idẽ qđ pri⁹.

diximus, Homo ille non uult beate uiuere, quia nõ uult secundum uirtutem uiuere, quod solum est beate uiuere? Non ergo omnes

Sed contra. In eo quod propter se desideratur, & numquàm propter aliud, stat motus desiderii: sed illud in quo stat motus desiderii ẽ ultimus finis. si ergo aliud quàm beatitudo sit desideratum propter se, & numquàm propter B aliquid aliud, aliud quàm beatitudo erit ultimus finis, quod esse non potest. ergo omne aliud desideratum uel mediate, uel immediate ad beatitudinis desiderium referret.

¶ 2 Præt. Dio. ii. cap. de di. no. dicit, quòd pacem omnia desiderãt, & quòd propter eam agunt quæcunque agunt: sed pax ordinatur in beatitudinem, ut ex dictis patet. ergo quicquid desideratur, propter beatitudinem desideratur.

Præsenti dist.q.1.ar.1.quæ.4.in cor.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in omni ordine mobilium & motorum oportet secundos motores ordinari in finem primi motoris per dispositionẽ impressam in eis a primo motore: sicut patet cum anima mouet manum, & manus baculum, & baculus percutit, quod est finis intentus ab anima, baculus & manus tẽdunt ad finem ab anima intentum per hoc qđ anima in eis imprimit mediate, uel immediate. Sed hoc distat in motibus naturalibus & uiolentis, quòd in motibus uiolẽtis impressio relicta a primo motore, in secundis motoribus est præter C naturam eorum, & ideo operatio consequens ex tali impressione est eis difficilis & laboriosa: sed in motibus naturalibus impressio relicta a primo motore, in secundis motoribus est eis causa naturalis, & ideo operatio hanc impressionem consequens est conueniens & suauis: & ideo dicitur Sap. 8. Quia deus omnia suauiter disponit: quia & unaquæque res ex natura sibi diuinitus indita tendit in id, ad quod per diuinam prouidentiam ordinatur secundum exigentiam impressionis receptæ. Et quia omnia procedunt a deo inquantum bonus est, ut dicit Aug. & Diony. ideo omnia creata secundum impressionem a creatore receptam inclinantur in bonum appetendum secundum suum modum, ut sic in rebus quædam circulatio inueniatur, dum a bono egredientia in bonum tendunt: hæc autem circulatio in quibusdam perficitur creaturis, in quibusdam autem remanet imperfecta. Illæ enim creaturæ quæ non ordinantur ut pertingat ad illud primum bonum, a quo processerunt, sed solum modo ad consequendam eius D similitudinem qualemcumque, non perfecte habent hanc circulationem, sed solum illæ creaturæ quæ ad ipsum primum principiũ aliquo modo pertingere possunt, quod solum est rationabilium creaturarum, quæ deum ipsum assequi possunt per cognitionem, & amorem, in qua assecutione beatitudo eorum consistit, ut ex dictis patet. Et ideo sicut quælibet res alia naturaliter appetit suũ bonum, ita quælibet creatura rationalis naturaliter suam beatitudinem appetit.

Aug.lib.xi.de ciuit.dei c.22.&Dionys.de diui. nom.c.4

Præsenti dist.q.1.ar.1q.2

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut uisibile est duplex, scilicet per se ut color, & per accidens ut homo, ita etiam appetibile quod est obiectum uoluntatis dupliciter accipi potest, per se, & per accidens. Per se obiectum uoluntatis est bonum, sed per accidens est hoc, uel illud bonum: & sicut bonum communiter loquendo, est per se obiectum uoluntatis, ita & summum bonum est ultimus uoluntatis finis per se loquendo, sed hoc uel illud bonum ponitur ut ultimus uoluntatis finis, & principale eius obiectum quasi per accidens. Beatitudo ergo quantum ad id quod in ipsa est, per uoluntatis principale obiectum est omnibus nota: sed E quantum ad id quod accidit per se obiecto, non est nota. Omnes enim cognoscunt perfectum bonum, & hoc appetunt, dum beatitudinem appetunt: sed hoc perfectum bonum esse uoluptatem, uel diuitias, uirtutem, uel quicquid huiusmodi, est per accidens: & ideo circa hoc non est inconueniens multos esse errores.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis diuina uisio sit ipsa beatitudo, non tamen sequitur quòd quicumque appetit beatitudinem, appetat diuinam uisionem: quia beatitudo inquantum huiusmodi, importat per se obiectum uoluntatis, non autem ipsa diuina uisio, sicut aliquis appetit dulce, qui tamen non appetit mel.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis aliqui appetant ea quę sunt contraria beatitudini secundum rei ueritatem, tamen secundum suam æstimationem non sunt contraria, sed perducentia ad eam.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ille qui peccat inhærendo bonis mutabilibus sicut fini, accipit ipsas res mutabiles quasi principa-

A le appetibile & perfectum bonum, & ideo eis inhærendo beatitudinem appetit. Sicut enim non sequitur, quòd aliquis appetendo beatitudinem appetit id quod secundum rei ueritatem est beatitudo: ita etiam non sequitur, quòd aliquis spernendo id quòd secundum rei ueritatem est, beatitudo, beatitudinem spernat: sicut nõ sequitur quòd qui ignorat hominẽ, ignorat album, quàmuis homo sit albus.

beate uiuere uolunt, immo pauci hoc uolunt, si non est beate uiuere, nisi secundum uirtutem animi uiuere, quod multi nolunt. Ita ne

Ad secvndam quæstionem dicendũ quòd operatio causæ secundæ semper fundatur super operatione causæ primæ, & præsupponit eam: & ideo oportet quòd omnis operatio animæ procedat ex suppositione eius quod inditum est animæ ex impressione primi agentis, dei scilicet: & ideo uidemus ex parte intellectus ꝙ ad nihil intelligendum anima potest procedere, nisi ex suppositione illorum, quorum cognitio est ei innata: & propter hoc non potest assentire alicui, quod sit contrarium his principiis quæ naturaliter cognoscit, & similiter oportet esse ex parte uoluntatis. Vnde cum ex impressione primæ causæ dei hoc animæ insit ut bonum uelit, & perfectum bonum tamquàm finem ultimum appetat, impossibile est quòd cõtrarium eius in appetitu illius cadat, & ideo nullus potest miseriam uelle, uel malum nisi per accidẽs, quod contingit dum appetit aliquod malum, quod apprehendit ut bonum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd potentia rationalis se habet ad opposita in his quæ ei subsunt, & hæc sunt illa quæ per ipsam determinantur, non autem potest in opposita illorum quæ sunt ei ab alio determinata: & ideo uoluntas non potest in oppositum eius, ad quod ex diuina impressione determinatur, scilicet in oppositum finis ultimi: potest autem in oppositum eorũ quæ ipsa sibi determinat, sicut sunt ea quæ ordinãtur in finem ultimum, quorum electio ad ipsam pertinet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd coactio, cum uiolentiam importet, & prohibitio similiter non pertinent ad illam necessitatem quæ naturam rei consequitur, quia omne uiolentum est contra naturam: & ideo cum naturaliter uoluntas necessario feratur in beatitudinem, hoc coactionem in ipsa non ponit, nec aliquam libertatis diminutionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet aliquid quod secundũ se est appetibile, aliquo adiuncto appetibile nõ esse. Vnde etiam esse quod per se ab omnibus desideratur, & secundũ se est bonum, aliquo adiuncto redditur malum & odibile, sicut esse in tristitia, uel miseria: unde & per accidens non esse appetitur, non quidem inquantum priuat esse, sed inquantum tollit illud malũ quod esse odiosum reddebat. Carere autẽ malo bonum est, unde & qui appetit non esse, appetit illud ut bonum: sed miseria numquàm potest accipi ut bonum, quia dicit rationem perfecti mali, & ideo nullus potest uelle esse miser: non esse autem non dicit ipsam rationem mali, sed id quod est malum: & ideo aliquo adiũcto quod habet rationem boni, potest esse appetibile, sicut patet per Philosophum in 9. ethico. & per Hieronyn. in glo. Hiere. 20. Quod autem Aug. dicit, quòd nullus appetit non esse, intelligendum est per se loquendo. Ex c.5.& 6.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non potest æstimari quòd albedo sit nigredo, quàmuis possit æstimari quòd id quod est album ut homo, sit nigrum: & similiter potest æstimari, ut id quod est bonũ sit malum: sed quòd ipsa bonitas sit malitia, aut econuerso, æstimari nõ potest. Et quia miseria implicat in se rationem mali, ideo non potest æstimari ut bona, & propter hoc non potest appeti.

Hieron.super illud caput, Maledicta dies, in qua natus sum, & maledictus qui annuntiauit, primo &c.cap.20

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd bonũ quod est obiectum uoluntatis, est in rebus, ut dicit Philosophus in 6. meta. & ideo oportet quòd motus uoluntatis terminetur ad rem extra animam existẽtem. Quàmuis autẽ res prout est in anima, possit considerari secundum rationem communem prætermissa ratione particulari, res tamen extra animam non potest esse secũdum communem rationem nisi cum additione propriæ rationis, & ideo oportet quòd quantumcumque uoluntas fertur in bonũ, quòd feratur in aliquod bonum determinatum: & similiter quantumcunque fertur in summum bonum, quòd feratur in summũ bonum huius, uel illius rationis. Quamuis autem ex naturali inclinatione uoluntas habeat ut in beatitudinem feratur secundũ communem rationem, tamen quòd feratur in beatitudinem talem, uel talem hoc non est ex inclinatione naturę, sed per discretionem rationis quæ adinuenit in hoc, uel in illo summum bonum hominis constare: & ideo quandocunque aliquis beatitudinem appetit, actualiter coniungitur ibi appetitus naturalis & appetitus rationalis, & ex parte appetitus naturalis semper est ibi rectitudo: sed ex parte appetitus rationalis quandoque est ibi rectitudo, quando scilicet appetitur ibi beatitudo, ubi uere est: quandoque autem peruersitas, quando appetitur ubi uere non est, & tex.com.8. seu ultimi.

sic

sic in appetitu beatitudinis potest aliquis uel mereri adiũcta gratia, uel demereri secundum quod eius appetitus est rectus, uel peruersus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in appetitu beatitudinis semper cum eo quod est naturale, contingitur aliquod uoluntarium nõ naturale, & sic potest ibi cadere ratio meriti, uel demeriti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis nullus possit uitare quin beatitudinẽ aliquo modo appetat, potest tamen uitare falsum erit. Vnde nec Cicero dubitauit: ait enim. Beati certe omnes esse uolumus: absit ut hoc falsum esse dicamus. Quid ergo? an dicẽdum est etiam, si nihil aliud sit beate uiuere, quàm secundum uirtutem animi uiuere, tamẽ & qui hoc non uult, beate uiuere uult? Nimis quidem hoc uidetur absurdũ. Tale enim est ac si dicamus, Qui nõ uult uiuere beate, beate uult uiuere. Istam repugnantiam quis audiat?

¶ Ad tertium dicendum, quòd in illo furto, ut Aug. ibidem dicit, erat aliquid speciem boni habens, hoc scilicet, facere aliquid contra legem, in quo quædam libertatis umbra apparet, unde dicit. Quid ergo in illo furto ego dilexi, & in quo deum meum uitiose atque peruerse imitatus sum? & soluit dicens. Aut libuit facere contra legem saltem fallacia, quia potentatu nõ poteram, ut libertatem captiuus imitarer faciendo impune, quod non liceret tenebrosa omnipotentiæ similitudine.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd aliquid sine spe futuræ uitæ mortis se exponunt dupliciter. Vno modo, propter operationem uirtutis, sicut illi qui ut saluarent patriam, uel aliqua inhonesta uitarent, mortem sustinere prælegerunt: & hoc quidem in beatitudinem ordinabant secundum eorum æstimationem non consequendam post mortem, sed in ipso opere tunc consequendã, quia facere perfectum opus uirtutis, quod erat in sustinendo mortem, erat ab eis desideratum maxime, in quo beatitudinem ponebant. Alio modo, propter tædium miseriæ quod sustinebant, quam sperant mortem uitare æstimabant. Vitare autem miseriam, & appetere beatitudinem in idem coincidunt, & ideo constat quòd desiderium eorum qui mortem sustinere uoluerunt, ad beatitudinem ordinatur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ad hoc quòd uoluntas sit recta, duo requiruntur. Vnum est, quòd sit finis debitus: aliud, ut id quod ordinatur in finem sit proportionatum fini. Quamuis autem omnia desideria ad beatitudinem referantur, tamen contingit utrobet modo desiderium esse peruersum, quia & ipse appetitus beatitudinis potest esse peruersus, cum quæritur ubi non est, ut ex dictis patet. Et si quæratur ubi est, potest contingere quod id quod propter hunc finem appetitur, non est uni proportionatum, sicut cum quis uult furari ut det eleemosynam, per quam mereatur beatitudinem.

¶ Ad sextum dicendum, quòd sicut in intelligibilibus non oportet ut in omnibus contrahentibus demõstrationib⁹ prima principia essentialiter ingrediant quasi actualiter cogitata, sed uirtute tantum, dum demonstratio conficitur ex his quæ per prima principia fidem habent, ita etiam quàmuis omne desiderium ad beatitudinem referatur, non tamen oportet quòd in omni desiderio de beatitudine actualiter cogitetur: sed desiderium beatitudinis est uirtute in omnibus aliis desideriis, sicut causa in effectu.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beatitudo sanctorum sit maior futura post iudicium quàm ante.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo sanctorum nos sit maior futura post iudicium, quàm ante. Quanto enim aliquid magis accedit ad similitudinem diuinam, tanto perfectius beatitudinem participat: sed anima a corpore separata deo similior est quàm corpori coniuncta. ergo maior est eius beatitudo ante corporis resumptionem quàm post.

¶ 2 Præt. Virtus unita magis est potens quàm multiplicata: sed anima extra corpus magis est unita, quàm cum est corpori coniũcta, ergo uirtus eius est maior ad operãdum, & ita perfectius beatitudinem participat, quæ in actu consistit.

¶ 3 Præt. Beatitudo consistit in actu intellectus speculatiui, ut patet ex supra dictis: sed intellectus in suo actu non utitur organo corporali, & sic corpus resumptum non efficiet ut anima perfectius intelligat. ergo beatitudo animæ non erit maior post resurrectionem.

¶ 4 Præt. Infinito non potest esse aliquod maius, & ita infinitũ cum finito aliquo nõ iunt maius quàm ipsum infinitum: sed anima beata ante corporis resumptionem beatitudinem habet de hoc, quòd gaudet de bono infinito, scilicet deo, post resumptionẽ autem corporis non habebit de alio gaudium, nisi forte de gloria corporis, quod est quoddam bonum finitum. ergo gaudium corũ post corporis resumptionem non erit maius quàm ante.

SED CONTRA est, quod Apoc. 6. super illud, Vidi subter altare animas interfectorũ &c. dicit glos. Modo animæ sanctorũ sunt existẽtes sub, idest, in minori dignitate, quàm sint futuræ. ergo maior erit eorum beatitudo post mortem.

¶ 2 Præt. Sicut bonis redditur beatitudo pro præmio, ita & malis miseria: sed miseria malorum post corporis retumptionẽ erit maior quàm ante, quia non solum in anima, sed etiam in corpore punientur. ergo & beatitudo sanctorum erit maior post resurrectionem corporis quàm ante.

VLTERIVS. Videtur quòd beatitudo ab omnibus æqualiter participabitur, quia Math. 20. dicitur, quòd omnes accipient singulos denarios, denarius autem signat aliquid quod omnes cõmuniter habebunt: hoc autem non erit nisi beatitudo. ergo tantum de beatitudine habebit unus, quantum alius.

¶ 2 Præt. Vltra ultimum nihil est: sed beatitudo est ultimum eorum quæ ab hominibus desiderari possunt. ergo ultra beatitudinem alicuius hominis in nullo homine potest esse aliquid quasi beatitudinem alterius hominis excedens, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Sicut cuilibet appetibile est bonum, ita & magis bonũ. si ergo aliquis esset beatior minus beato, esset appetibilis beatitudo magis beati secundum rectum appetitum, nec eam haberet. ergo non esset beatus, quia ut in litera dicitur, Beatus non dicitur, nisi qui habet omnia quæ uult, & nihil mali uult.

SED CONTRA. 1. Cor. 15. Stella differt a stella in claritate, sic erit & resurrectio mortuorum. ergo unus resurgentium maiorem gloriam habebit quàm alius.

¶ 2 Præt. Præmium debet respondere merito: sed quidam sunt excellẽtioris meriti aliis, ergo cum beatitudo sit uirtutis præmiũ, uidetur quòd maiorem beatitudinem habebunt.

VLTERIVS. Videtur quòd huiusmodi beatitudinis gradus mansiones dici non debeant. Beatitudo enim importat rationem præmii: sed mansio nihil signat quod ad præmiũ pertineat. ergo

ergo diuersi gradus beatitudinis mansiones dici non debent.

¶ 2 Præt. Mansio locum signare videtur: sed locus quo sancti beatificabuntur, non est corporalis, sed spiritualis, scilicet deus qui unus est. ergo non est nisi una mansio, & ita diuersi gradus beatitudinis mansiones dici non possunt.

¶ 3 Præt. Sicut in patria erunt homines diuersorum meritorum, ita nunc sunt in purgatorio, & in limbo patrum fuerunt: sed in purgatorio & in limbo non distinguuntur mansiones. ergo nec in patria mansiones debent distingui.

In expositione eius & Ioã. tract. 67. circa med.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt: quod Aug. exponit de variis dignitatibus præmiorum.

B ¶ 2 Præt. In qualibet ciuitate est ordinata mansionum distinctio: sed cælestis patria ciuitati comparatur, ut patet Apoc. 21. ergo oportet ibi diuersas mansiones distinguere secundum diuersos beatitudinis gradus.

III

VLTERIVS. Videtur quòd diuersæ mansiones non distinguantur penes diuersos gradus charitatis, quia Matth. 25. dicitur. Dedit unicuique secundum propriam uirtutem: propria autem uniuscuiusque uirtus est uis naturalis. ergo & dona gratiæ & gloriæ distribuuntur secundum diuersos gradus uirtutis naturalis.

¶ 2 Præt. In psal. 61. dicitur. Tu reddes unicuique secundũ opera sua: sed illud quod redditur est beatitudinis mensura. ergo gradus beatitudinis distinguentur secundum diuersitatẽ operum, & non secundum diuersitatem charitatis.

It cap. 10. & 13.

¶ 3 Præt. Præmium debetur actui & non habitui, unde fortissimi non coronantur, sed agonizantes, ut patet 1. ethic. & 2. ad Timo. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit: sed beatitudo est præmium. ergo diuersi gradus beatitudinis non erunt secundum diuersos gradus charitatis.

C SED CONTRA est, quia quanto aliquis erit deo magis coniunctus, tanto erit beatior: sed secundum modum charitatis est modus coniunctionis ad deum. ergo secundum differentiam charitatis erit & diuersitas beatitudinis.

Præf dist. q. 1. ar. 1. q. 2

¶ 2 Præt. Sicut simpliciter sequitur ad simpliciter, ita magis ad magis: sed habere beatitudinem sequitur ad habere charitatem. ergo & habere maiorem beatitudinem sequitur ad habere maiorem charitatem.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd beatitudinem sanctorum post resurrectionem augeri extensiue quidem manifestum est, quia beatitudo tunc erit nõ solum in anima, sed etiam in corpore, & etiam ipsius animæ beatitudo augebitur extensiue, inquantum anima non solum gaudebit de bono proprio, sed etiam de bono corporis. Potest etiam dici quòd etiam beatitudo animæ ipsius augebitur intensiue. Corpus enim hominis dupliciter potest considerari. Vno modo, secundũ quod est in uno aliquid repugnans animæ in suis operibus prout non perfecte corpus per animam perficitur. Secundum autem primam considerationem corporis, coniunctio corporis ad animam addit animæ aliquam perfectionem, quia omnis pars imperfecta est & completur in suo toto, unde & totum se habet ad partes sicut forma ad materiam: unde & anima perfectior est in esse suo naturali cum est in toto, scilicet in homine coniuncto ex anima & corpore, quàm cum est per se separata. Sed unio corporis quantũm ad secundam ipsius considerationem impedit animæ perfectionẽ, & ideo dicitur quòd corpus quod corrumpitur, aggrauat animam Sap. 9. Si ergo a corpore remoueatur omne id, per quod actio in anima resistit, simpliciter anima erit perfectior in corpore tali existens quàm per se separata, quanto autem aliquid est perfectius in esse, tanto potest perfectius operari: unde & operatio animæ coniunctæ tali corpori erit perfectior quàm operatio animæ separatæ: huiusmodi autem corpus est corpus gloriosum quod omnino subditur spiritui, ut supra dist. 44. dictum est. Vnde cum beatitudo in operatione consistat, perfectior erit beatitudo animæ post resumptionem corporis quàm ante. Sicut enim anima separata a corpore corruptibili perfectius potest operari quàm ei coniuncta; ita postquàm coniuncta fuerit corpori glorioso perfectior erit eius operatio quàm quando erat separata. Omne autem imperfectum appetit suam perfectionem, & ideo anima separata naturaliter appetit corporis coniunctionem, & propter hunc appetitum ex imperfectione procedentem, eius operatio quæ in deum fertur, est minus intensa. Et hoc est quod dicit Hieron. quòd ex appetitu corporis retardatur ne tota intentione pergat in illum summum bonum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima coniuncta corpori glorioso magis est deo similis, quàm ab eo separata, inquantum coniuncta habet esse perfectius. Quanto enim aliquid est perfectius, tanto est deo similius, sicut etiam cuius uitæ perfectio in motu consistit, est deo similius quando mouetur, & quando quiescit, quàmuis deus numquàm moueatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd uirtus quæ de sua natura habet quòd sit in materia, magis est potens in materia existens quàm a materia separata, quàmuis absolute loquendo, uirtus a materia separata sit potentior.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis in actu intelligendi anima corpore non utatur, tamen perfectio corporis quodammodo ad perfectionem operationis intellectualis cooperatur, in quantũ ex coniunctione corporis glorioſi anima erit in sua natura perfectior, & per consequens in operatione efficacior: & secundum hoc ipsum bonum corporis cooperabitur quasi instrumentaliter ad operationem illam, in qua beatitudo consistit, sicut etiam Philosophus ponit in 10. ethicorum, quòd bona exteriora cooperantur instrumentaliter ad felicitatem uitæ. Cap. 10.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis finitum infinito additum non faciat maius, tamen facit plus: quia infinitum & finitum sunt duo, cum finitum per se acceptum sit unum. Extensio autem gaudij non respicit maius, sed plus: unde extensiue augetur gaudium secundum quod est de deo & de gloria corporis respectu gaudij quod erat de deo. Gloria etiam corporis operabitur ad gaudij intensionem, quod est de deo, inquantum cooperabitur ad perfectiorem operationem qua anima in deum feretur. Quanto enim operatio conueniens fuerit perfectior, tanto delectatio erit maior, ut patet ex hoc quod dicitur, 10. ethicor. Cap. 8.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd cum beatitudo in operatione consistat, gradus beatitudinis est attendendus secundum gradum perfectionis in operando. Perfectio autem operationis, in qua felicitas consistit, ex duobus pensatur, scilicet ex parte operantis, & ex parte obiecti. Vnde Philosophus dicit in 10. ethic. quòd perfectissima operatio est, quæ est altissimæ potentiæ nobilissimo habitu perfectæ, quod est ex parte operantis & respectu nobilissimi obiecti: obiectum autem operationis, in qua beatitudo consistit, est omnino unũ & idem, scilicet diuina essentia, ex cuius uisione omnes erunt beati: unde ex hac parte non erit aliquis gradus in beatitudine, sed ex parte operantium operatio beatitudinis non erit eodem modo perfecta, quia secundum quod habitus perficiens ad operationem prædictam, scilicet lumẽ gloriæ erit perfectior in uno quàm in alio, secundum hoc operatio erit perfectior & delectatio maior, & secundum hoc non in eodem gradu beatitudinis erunt omnes beati. Cap. supra citato.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd denarius dicitur unus qui communiter redditur ex parte obiecti ipsius beatitudinis, quia deus essentiã suam omnibus ostendet, sed unusquisque eam aspiciet secundum modum suum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut ignis est subtilissimus corporum specie, & tamen unus ignis altero subtilior esse potest: ita beatitudo secundum suam speciem considerata est ultimum omnium desiderabilium humanorum, unde nihil prohibet unius beatitudinem esse perfectiorẽ beatitudine alterius. Cuiuslibet autem beatitudo secundum hoc ultima est, quòd appetitus habentis per eam totaliter terminatur, quàmuis non sit ultima tamquàm existens in ultimo perfectionis gradu.

E ¶ Ad tertium dicendum, quòd in beatis erit perfecta charitas, unde quilibet ibi plus diligit deum quàm seipsum: & ideo magis uolet id quod est conuenientius deo, quàm id quod esset melius ei: & ideo magis uolet diuinam iustitiam saluari in hoc quòd ipse minus habeat, quod est deo conuenientius, quàm in hoc quòd plus habeat, quod esset sibi melius.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd quia motus localis prior est omnium aliorum motuum, ideo secundũ Philosophum nomen motus & diuinitiæ, & omniũ huiusmodi deriuatum est a motu locali ad omnes alios motus. Finis autem motus localis est locus, ad quem cum aliquid peruenerit, ibi manet quiescens, & in eo conseruatur: & ideo in quolibet motu ipsam quietationem in fine motus dicimus collocationem, uel mansionẽ: & ideo cũ nomen motus deriuetur usque ad actũ appetitus & uoluntatis, ipsa assecutio finis appetitiui motus dicitur mansio, uel collocatio in fine: & ideo diuersi modi consequendi finem ultimum diuersæ mansiones dicuntur, ut sic

8. phy. tex. com. 57.

vt sic vnitas domus respondeat vnitati beatitudinis, quæ est ex parte obiecti, & pluralitas mansionum respondeat differentiæ quæ in beatitudine inuenitur ex parte beatorum. Sicut etiam videmus in rebus naturalibus quod est idem locus sursum, ad quem tendunt omnia leuia: sed vnumquodque pertingit propinquius secūdum quod est leuius, & ita habent diuersas mansiones secundū differētiā leuitatis. F

delectationem suam, & ideo falsum non esse quòd omnes beate viuere velint, quia omnes ita uolunt ut quemque delectat. Sed id

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd mansio importat rationē finis, vt ex dictis patet, & sic per consequens importat rationem præmij, quod est finis meriti.

In cor. huius quæst.

¶Ad secundum dicendum, quòd quàmuis sit vnus locus spiritualis, tamen diuersi sunt gradus appropinquandi ad locum illum, & secundum hoc constituuntur diuersæ mansiones. G

¶Ad tertium dicendū, quòd illi qui erant in limbo, vel nunc sunt in purgatorio, nondum peruenerunt ad suum finem, & ideo in purgatorio, vel in limbo non distinguuntur mansiones, sed solum in paradiso, & in inferno, vbi est finis bonorum & malorum.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd principium distinctiuum mansionum, siue graduum beatitudinis est duplex, scilicet propinquum, & remotum. Propinquum, est diuersa dispositio quæ erit in beatis, ex qua contingit diuersitas perfectionis apud eos in operatione beatitudinis: sed principium remotum est meritum quo talem beatitudinem consecuti sunt. Primo autem modo distinguuntur mansiones secundum charitatem patriæ, quæ quanto in aliquo erit perfectior, tanto reddet eum capaciorem diuinæ claritatis, secundum cuius augmentum augebitur perfectio diuinæ visionis. Secundo H vero modo distinguuntur secundum charitatem viç. Actus.n. noster non habet quòd sit meritorius ex ipsa substantia actus, sed solum ex habitu virtutis quo informatur. Vis autem merendi est in omnibus virtutibus ex charitate, quæ habet ipsum finem pro obiecto, & ideo diuersitas in merendo tota reuertitur ad diuersitatē charitatis, & sic charitas viæ distinguet mansiones per modum meriti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus ibi non solum accipitur pro naturali capacitate, sed pro naturali capacitate simul cum conatu ad habendam gratiam, & tunc virtus hoc modo accepta erit quasi materialis dispositio ad mensurā gratiæ & glorię percipiendę: sed charitas est formaliter cōplens meritū ad gloriam, & ideo distinctio gradus in gloria accipitur penes gradus charitatis potius q̃ penes grad⁹ virtutis pdictæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd opera non habent quòd eis retributio gloriæ reddatur, nisi inquantum sunt charitate informata: & ideo secundum diuersos charitatis gradus erunt diuersi gradus in gloria. I

¶Ad tertium dicendum, quòd quàmuis habitus charitatis, vel cuiuslibet virtutis nō sit meritum, cui debeatur præmium, est tamen principium & tota ratio merendi in actu, & ideo secundum eius diuersitatem præmia distinguūtur, quàmuis ex ipso genere actus possit aliquis gradus in merendo considerari non respectu præmij essentialis, quod est gaudium de deo, sed respectu alicuius accidentalis præmij, quod est gaudium de aliquo bono creato.

QVAESTIO II.

B

Deinde quæritur de uisione dei.

Et circa hoc quæruntur septem.

¶Primo, Vtrum sancti videbunt deum per essentiam.
¶Secūdo, Vtrum possunt deum videre oculo corporali. K
¶Tertio, Vtrum videndo deum comprehendant ipsum.
¶Quarto, Vtrum videntium deum per essentiam alter altero perfectius videat.
¶Quinto, Vtrum videntes diuinam essentiam necesse sit omnia uidere quæ deus videt.
¶Sexto, Vtrum ad videndum deum per essentiam aliqua creatura ex puris naturalibus possit pertingere.
¶Septimo, Vtrū in statu viæ possit aliqs deū p essentiā videre.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum intellectus humanus possit peruenire ad uidendum Deum per essentiam.

1. par. q. 12. ar. 1. 3. con. gen. c. 51. & 57. de ver. q. 8. artic. 1. quol. 7. ar. 1 & 1. 2. q. 5. ar. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̧ intellectus humanus nō possit peruenire ad videndum deum per essentiam, quia Io. 1. Deum nemo vidit vnquā, & exponit Chry. q̧ nec ipsa cælestes essentię, ipse dico cherubim, & seraphim ipsum vt est nūquàm videre potuerunt: sed hominibus non promittitur nisi æqualitas angelorum, Matth. 22. Erunt sicut angeli dei in cælo. ergo nec sancti in patria deum per essentiam videbunt.

¶2 Præt. Dionys. sic argumentatur in 1. cap. de di. no. Cognitio non est nisi existentiū: omne autem existēs finitum est, cū sit in aliquo genere determinatū, & sic deus cum sit infinit⁹ est super oīa existentia. ergo eius nō est cognitio, sed est sup cognitionē.

quidē falsum est. Velle.n. quod nō deceat, est esse miserrimum. Nec tam miserū est ante adipisci quod velis, quàm adipisci uelle quod

¶3 Præt. Diony. in 1. cap. de mystica theol. ostendit quòd perfectissimus modus, quo intellectus noster deo coniungi potest, est inquantum coniungitur ei vt ignoto: sed illud quod est visum per essentiam, non est ignotum. ergo impossibile est vt intellectus noster per essentiam deum videat. Epist. 1.

¶4 Præt. Diony. in epistola ad Gaium monachum dicit, q̧ superpositæ dei tenebræ, quas abundantiā lucis appellat, cooperiuntur omni lumini, & absconduntur omni cognitioni: & si aliquis videns deum intellexit quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum quæ sunt eius. ergo nullus intellectus creatus poterit deum uidere per essentiam. Epist. 5.

¶5 Præt. Sicut dicit Diony. in epist. ad Dorotheum. Inuisibilis quidē deus est existens propter excedentem claritatem: sed claritas eius sicut excedit intellectum hominis in uia, ita excedit intellectum hominis in patria. ergo sicut est uisibilis in uia, ita erit inuisibilis in patria.

¶6 Præt. Cum intelligibile sit perfectio intellectus, oportet esse proportionem aliquam inter intellectum & intelligibile, uisibile & uisum: sed non est accipere proportionem aliquam inter intellectum nostrum & essentiam diuinam, cum in infinitum distent. ergo intellectus noster non potest pertingere ad essentiam diuinam videndam.

¶7 Præt. Plus distat deus ab intellectu nostro, quàm intelligibile creatum a sensu: sed sensus nullo modo potest pertingere ad creaturam spiritualem uidendam. ergo nec intellectus noster potest pertingere ad uidendam diuinam essentiam.

¶8 Præt. Quandocumque intellectus aliquid intelligit in actu, oportet q̧ informetur per similitudinē intellecti, quæ est principiū intellectualis operationis in tale obiectū determinatæ, sicut calor est principiū calefactionis. si ergo intellectus deū intelligat, oportet q̧ fiat per aliquā similitudinē informantem ipsum intellectū: hoc aūt non pōt esse ipsa diuina essentia, quia formæ & formati oportet esse vnū esse, diuina aūt essentia ab intellectu nostro differt s̄m essentiā & esse. oportet ergo q̧ forma, qua informatur intellectus noster intelligendo deū, sit aliqua similitudo impressa a deo in intellectū nostrū: sed similitudo illa cū sit aliquid creatū, non potest ducere in dei cognitionē nisi sicut effectus in causam. ergo impossibile est ut intellectus noster deum uideat nisi per effectum ipsius: sed uisio dei quæ est per effectus, non est uisio dei per essentiam. ergo intellectus noster non poterit deum per essentiam uidere.

¶9 Præt. Diuina essentia magis distat ab intellectu nostro, q̃ quicumq; angelus, uel intelligentia: sed sicut dicit Auic. in sua metaph. Intelligentiā esse in intellectū nostro nō est essentiam intelligentiæ esse in intellectu, quia sic sciā quā de intelligētijs habemus, esset sub̃a & non accidens: sed hoc est impressionem intelligentiæ esse in nostro intellectu. ergo & deus nō est in intellectu nostro ut intelligatur a nobis, nisi inquantū impressio eius est in intellectu: sed illa impressio nō pōt ducere in cognitionē diuinæ essentiæ, quia cū in infinitū distet a diuina essentia, degenerat in aliā speciē multo amplius q̃ si species albi degeneraret in speciē nigri ergo si ille, in cuius uisu spēs albi degenerat in speciē nigri, pp indispositionem organi non dicitur uidere albū, ita nec intellectus noster qui solum per huius impressionē deum intelligit, eum per essentiam uidere poterit. Auic. tract. 3. ex cap. 8.

¶10 Præt. In rebus separatis a materia idem est intelligens, & quod intelligitur, ut patet in 3. de anima: sed deus est maxime a materia separatus. cum ergo intellectus qui est creatus, non possit ad hoc pertingere ut fiat essentia increata, non potent esse quòd intellectus deum per essentiam uideat. T. com. 36. & 12. met. 39. & 51.

¶11 Præt. Omne illud qđ videtur per essentiā, de eo scitur quid est: sed de deo intellectus non potest uidere quid est, sed solum quid nō est, sicut dicit Diony. & Damascenus. ergo intellectus per essentiam uidere non potest. Dionys. de di. no. c. 7. Et Dam. li. 1. de fid. orthod. ca. 4. paulo post medium.

¶12 Præt. Omne infinitum inquantum infinitū, est ignotum: sed deus est modis omnibus infinitus. ergo est oīno ignotus. ergo per essentiam ab intellectu creato uideri non poterit.

¶13 Præt. Aug. dicit in lib. de uidendo deum. Deus est natura inuisibilis: sed ea quæ insunt in deo per naturā non possunt ali Cap. 1. & 8.

ter

ter se habere. ergo non potest esse quòd per essentiam uideatur. A

¶14 Præt. Oē quod alio modo est, & alio modo uidetur, nō uidetur secundum id quod est: sed deus alio modo est, & alio modo uidetur a sanctis in patria, est.n. per modū suum: sed uidebitur a sanctis secundum modum eorum. ergo non uidebitur a sanctis secundum id quod est, & sic non uidebitur per essentiam.

non oporteat. Quis ita cęcus sit, vt dicat aliquem ideo beatum, quia uiuit ut uult, cū profecto & si miser esset, minus tamē esset: & si nihil eorū quæ perperā uoluisset, habere potuisset? Mala.n. uoluntate,

¶15 Præt. Illud quod p mediū uidetur, nō uidetur per essentiā: sed deus per mediū uidebitur in patria, quod est lumen gloriæ, ut patet in psal. 35. In lumine tuo uidebimus lumen. ergo non uidebitur per essentiam.

¶16 Præt. Deus in patria uidebitur facie ad faciem, ut dicitur 1. Corin. 13. sed hominem quem uidemus facie ad faciem, uidemus per similitudinem. ergo deus in patria uidebitur per similitudinem, & sic non per essentiam. B

SED CONTRA est, quod dicitur. 1. Cor. 13. Videmus nunc in speculo & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: sed illud quod uidetur facie ad faciem uidetur per essentiam. ergo deus p essentiam uidebitur a sanctis in patria.

¶2 Prę. 1. Ioā. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, & uidebimus eum sicuti est. ergo uidebimus deum per essentiam.

¶3 Præt. 1. Cor. 15. super illud, Cum tradiderit regnum deo & patri, dicit gl. Vbi, scilicet in patria, essentia patris & filii & spiritus sancti uidebitur, quod solum mundis cordibus dabitur, quæ ē summa beatitudo. ergo beati deum per essentiam uidebunt.

¶4 Præt. Io. 14. dr̄. Siquis diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligā illū, & manifestabo ei meipsū: sed illud qđ manifestatur, essentialiter uř. ergo deus a sanctis in patria essentialiter uidebitur.

¶5 Præt. Exodi. 33. super illud, Non uidebit me homo, & uiuet, Gregorius improbat opinionē illorum qui dicebant, q̧ in illa regione beatitudinis deus in claritate sua conspici pōt, sed in natura uideri non potest, quia aliud non est eius claritas, & eius natura: sed natura est eius essentia. ergo uidetur per suam essentiam. C

Lib. 18. moral. ex c. 36

¶6 Præt. Sanctorum desiderium non potest omnino frustrari: sed sanctorum desiderium commune est ut deum per essentiam uideant, ut patet Exo. 33. Ostende mihi faciem tuam. Et Ioā. 14. Ostē de nobis patrē, & sufficit nobis. ergo sancti deū p esētiā uidebūt.

RESPON. *Dicendum, q̧ sicut secundum* fidem ponimus finē ultimum humanæ uitæ esse uisionē dei: ita philosophi posuerunt ultimā hominis felicitatē esse intelligere substantias separatas a materia secundū esse: & ideo circa hanc quæstionē eadē difficultas & diuersitas inuenitur apud philosophos, & apud theologos. Quidam.n. philosophi posuerunt q̧ intellectus noster possibilis numquàm pōt ad hoc peruenire ut intelligat substantias separatas, sicut Alpharabius in fine suæ ethicæ, quàmuis contrariū dixerit in lib. de intellectu, ut Com. refert in 3. de anima. Et similiter quidā theologi posuerunt, q̧ intellectus humanus numquā pōt ad hoc peruenire, q̧ deū per essentiā uideat, & utrosq; ad hoc mouet distātia inter intellectū nostrū & essentiā diuinā, uel alias substantias separatas. Cum.n. intellectus in actu sit quodāmodo unum cum intelligibili in actu, uř difficile q̧ intellectus creatus aliquo modo fiat essentia increata: unde & Chrys. dicit. Quō.n. creabile uidet increabile? Et maior difficultas in hoc est illis, qui ponunt intellectum possibilem esse generabilem & corruptibilē, utpote uirtutem a corpore dependentem non solum respectu uisionis diuinæ, sed respectu uisionis quarumcumq; substātiarū separatarū. Sed hæc positio omnino stare non potest. Primo, quia repugnat authoritati scripturæ canonicæ, ut Aug. dicit in lib. de uidendo deū. Secundo, quia cū intelligere sit maxime propria operatio hominis, oportet q̧ secundum eam assignetur sibi sua beatitudo, cū hęc opatio ī ipso perfecta fuerit. Cū aūt pfectio intelligētis inquantū huiusmodi, sit ipsum intelligibile, si in perfectissima operatione intellectus homo non perueniat ad uidendā essentiā diuinā, sed aliquid aliud, oportebit dicere q̧ aliquid aliud sit beatificans ipsum hominē quàm deus: & cū ultima perfectio cuiuslibet sit in coniunctione ad suū principiū, sequitur vt aliquid aliud sit principiū effectiuū hominis quàm deus, quod est absurdū secūdū nos: & similiter est absurdū apud philosophos, qui ponūt aīas nostras a substātiis separatis emanare, ut in fine eas possimus intelligere. Vnde oportet ponere secundū nos, q̧ intellectus nř qñq; perueniat ad uidendā essentiam diuinam, & secūdū philosophos q̧ perueniat ad uidendam essentiā substantiarū separatarū. Quō aūt possit hoc accidere, restat inuestigandū. Quidā.n. dixerunt, ut Alpharabius, & Auēpace, q̧ ex hoc ipso q̧ intellectus nř intelligit quæcūq; intelligibilia, pertingit ad uidendā essentiā substantiæ separatæ. Et ad hoc ostendendum procedunt duobus modis, quorū primus est, q̧ sicut materia speciē nō diuersificatur in diuersis indiuiduis, nisi secundū qđ coniungitur principiis indiuiduātib⁹, ita forma intellecta hominis nō diuersificatur apud me & te, nisi secundū quod coniūgitur diuersis formis imaginabilibus: & ideo qñ intellectus separat formā intellectā a formis imaginationis, remanet quidditas intellecta quæ ē una & eadē apud diuersos intelligētes, & hmōi ē quidditas substātiæ separatæ. Et ideo qñ intellectus nř peruenit ad summā abstractionē quidditatis intelligibilis cuiuscūq;, ītelligit p hoc q̄ditatē substātiæ separatæ, quæ ē ei similis. Secūd⁹ modus est, q̄a ītellectus nř natus est abstrahere quidditatē ab omnibus intelligibilibus habentibus quidditatē. Si ergo quidditas quā abstrahit ab hoc singulari hñte quidditatē, sit quidditas nō habēs quidditatē, intelligēdo eā, intelliget quidditatē substātiæ separatæ quæ est talis dispositionis, eo q̧ substantiæ separatę sunt quidditates subsistētes nō hñtes quidditates: quidditas.n. simplicis est ipsum simplex, ut Auic. dicit. Si aūt quiditas *abstracta ab hoc particulari sensibili sit quidditas hñs quiditatē*. ergo illā quidditatē ītellectus natus ē abstrahere, & ita cū nō sit abire in infinitū, erit deuenire ad quidditatē nō hñtē quidditatē, p quā intelligitur quiditas separata. Sed iste modus nō uř esse sufficiēs. Primo, q̄a quidditas substātiæ materialis quā intellectus abstrahit, nō ē unius rationis cū quidditatibus separatarū substātiarū, & ita p hoc q̧ ītellectus nř abstrahit quiditates rerū materialiū & cognoscit eas, nō sequitur q̧ cognoscat quidditatē substātię separatæ, & præcipue diuinā essentiā, q̃ maxime est alterius rōnis ab omni quidditate creata. Secūdo, quia dato q̧ esset unius rōnis, tñ cognita quidditate rei cōpositæ, nō cognosceretur q̄ditas separatæ substantiæ nisi secundū genus remotissimū, quod est substantiæ: hæc aūt cognitio est imperfecta nisi deueniat ad propria rei. Qui.n. cognoscit hominē solū inquantum est aīal, non cognoscit eū nisi secundum quid, & in potentia, & multo minus cognoscit eū si non cognoscat nisi substantiæ naturā in ipso: unde sic cognoscere deū, uel alias substātias separatas non est uidere essentiā diuinā, uel quiditatē substātiæ separatæ, sed ē cognoscere p effectū, & quasi in speculo. Et ideo alius modus intelligēdi substantias separatas ponitur ab Auic. in sua meta. s. q̧ substātiæ sepatæ intelliguntur a nobis p intentiones suarū quidditatū, q̃ sunt quædā eorū similitudines non abstractæ ab eis, quia ipsæmet sunt immateriales, sed impressæ ab eis in animabus nostris. Sed hic modus ēt nō uidetur nobis sufficere ad uisionē diuinā quam quęrimus. Cōstat enim q̧ omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modū recipientis, & ideo similitudo diuinæ essentiæ impressa ab ipso in intellectu nřo erit p modū nostri intellectus: modus aūt intelľs nostri deficiens est a receptione pfecta diuinæ sīītudinis. Defectus autē perfectæ sīītudinis potest tot modis accidere, quot modis dissimilitudo inuenitur. Vno.n. modo est deficiens similitudo, qñ participatur forma secūdū eandē rōnē spēi, sed nō secūdū eūdē pfectionis modū, sicut est similitudo deficiens eius qui habet parū de albedine ad illū qui habet multū. Aliomodo adhuc magis deficiēs, qñ nō peruenitur ad eandē rationē speciei, sed tñ ad eādē rōnem generis: sicut est similitudo inter illū qui habet colorē citrinū, & illū qui habet colorē albū. Aliomodo adhuc magis deficiēs, qñ ad rōnē eādē gñis ptingit, sed solū secūdū analogiā, sicut est sīītudo albedinis ad hominē in eo q̧ utrūq; est ens: & hoc mō est deficiēs oīs similitudo quæ ē in creatura recepta respectu diuinæ essentię. Ad hoc aūt q̧ uisus cognoscat albedinē, oportet q̧ recipiatur ī eo similitudo albedinis secundū rationē suæ speciei, quàmuis nō secundū eundē modū essendi, quia habet alterius modi esse forma in sensu & ī re extra animā. Si.n. fuerit in oculo forma citrini, nō diceretur uidere albedinē: & similiter ad hoc q̧ intelľs intelligat aliquā quidditatē, oportet q̧ in eo fiat similitudo eiusdē rationis secundū speciē, quàmuis forte nō sit idē modus essendi utrobiq;. Nō.n. forma existens intellectu, uel sensu est principiū cognitiōis secūdū modū esēdi quē habet utrobiq;, sed secundū rōnē in qua cōicat cū re exteriori: & ita patet q̧ p nullā similitudinē receptā in intellectu creato pōt deus intelligi q̧ essentia eius uideat ī immediate, unde ēt quidā ponētes diuinā essentiā solū p hūc modū uideri dixerūt, q̧ ipsa essentia nō uidebit, sed quidā fulgor quasi radius ipsius, uñ nec ille modus sufficit ad uisionē diuinā quā q̄rimus. Et iō accipiēdus ēst alius modus, quē ēt quidā Philosophi posuerūt. s. Alexāder, & Auerrois in 3. de aīa. Cū.n. in qualibet cognitione sit necessaria aliqua forma, qua res cognoscat, aut videatur, forma ista qua intelľs pficitur ad uidēdas substātias separatas nō ē q̄dditas quā ītelľs abstrahit a rebus cōpositis, ut dicebat prima opinio, neq; aliqua impssio relicta a substātia separata ī intellectu nřo, ut dicebat secūda, sed est ipsa substātia separata q̃ cōiūgit intellectui nřo ut forma, ut ipsa sit qđ intelligitur, & qua ītelligitur, & quicquid sit de aliis substātiis separatis: tñ istū modū oportet nos accipe in uisiōe dei p essentiā, q̄a quacūq; alia forma informaret intelľs nř, nō posset p eā duci in essentiā diuinā, qđ q̄dē nō debet intelligi quasi diuina essentia sit uera forma intel-

Com. 36 — Super Gen. c. 12. ex homilia 32 — Cap. 2. & 5 et etiā 15. — D — E — In met. sua tract. 3. c. 8 — Com. 36

tellectus nři, uel q ex ea & intellectu nřo efficiatur unū simpl'r, sicut in naturalibus ex forma & materia naturali: sed quia ꝓportio essentiæ diuinæ ad intellectū nostrū ē sicut ꝓportio formæ ad materiā. (Quācūq; n. aliqua duo quorū unū est pfectiꝰ altero, recipiūtur in eodē receptibili, ꝓportio unius duorū ad alterū. s. magis pfecti ad minus pfectū est sicut ꝓportio formæ ad materiam, sicut lux & color recipiūt in diaphāo, quorum lux se habet ad colorē sicut forma ad materiā, & ita cū in aïa recipiatur uis intellectiua, & ipsa essentia diuina inhabitās, licet non p eūdē modū, essentia diuina se habebit ad intellectū sicut forma ad materiam.

uel sola miser quisq; efficitur, sed miserior cum desiderium malevolūtatis impletur. Quapropter qm̄ uerum est q omnes homines esse beati uelint, idq; ardētissimo amore appetāt, & propter hoc cætera

Et q hoc sufficiat ad hoc q intellectus p essentiā diuinā possit uidere ipsam essentiā diuinā, hoc mō pōt ostēdi. Sicut.n.ex forma naturali qua aliqd habet esse, & materia efficitur vnū ens simpl'r, ita ex forma qua intellectus intelligit, & ipso intellectu fit unum in intelligendo. In rebus aūt naturalibus res p se subsistēs nō potest esse forma alicuius materiæ, si illa res habeat materiā partem sui, quia nō pōt esse ut materia sit forma alicuius: sed si illa res p se subsistēs sit forma tm̄, nihil ꝓhibet eā effici formā alicuius materię, & fieri quo est ipsius cōpositi, sicut patet de aīa: in intellectu aūt oportet accipere ipsum intellectū in potētia quasi materiā, & speciē intelligibilē quasi formā, & intellectus in actu intelligens erit quasi cōpositū ex utroq;. Vnde si sit aliqua res p se subsistens q̄ nō habeat aliqd in se pter id qd ē intelligibile in ipsa, talis res p se poterit esse forma qua intelligitur: res aūt q̄libet est intelligibilis secūdū id qd habet de actu, nō secūdū id qd habet de potentia, ut patet in 9.met. (tex.co.20) & huius signū ē, q oportet formā intelligibilē abstrahere a materia, & omnibus proprietatibus materiæ: & ideo cū essentia diuina sit actus purus, poterit esse forma qua intellectus intelligit, & hæc erit uisio beatificās, & ideo magister dicit in 1.di.1.sent. quòd unio animæ ad corpus est quoddam exemplum illius beatæ unionis qua spiritus unietur deo.

AD PRIMVM ergo dicendū, q authoritas illa pōt tripliciter exponi, ut patet p Aug. in li. de uidendo deum. (Cap.5 Art. immediate seq. D.482 D.366) Vnomodo, ut excludatur uisio corporalis qua nemo uidit, uel uisurus est deū in essentia sua, ut dicetur. Alio modo ut excludatur uisio itellectualis dei per essentiam ab his qui in ista mortali carne uiuūt. Tertio modo, ut excludatur uisio cōprehensionis ab intellectu creato, & sic intelligit Chry. unde subdit. Notitiam huius dicit euangelista certissimā, & cōprehensionē tantā quantā habet pater de filio, & hic est euāgelistæ intellectus. unde subdit. Vnigenitus qui ē &c. per comprehensiuam uisionem uolens probare filiū esse deum.

¶ Ad secundum dicendū, q sicut deus excedit omnia existentia q̄ hñt esse determinatū p essentiā suam infinitam, ita cognitio sua qua cognoscit, est super omnē cognitionē: unde quę est proportio cognitionis nostræ ad entia creata, ea est proportio cognitionis diuinæ ad suā essentiā. Ad cognitionē aūt duo concurrūt & cognoscens, & quo cognoscitur: uisio autem illa qua deū per essentiam uidebimus, est eadē cum uisione qua deus se uidet ex parte eius quo uř, quia sicut ipse se uidet per essentiam suā, ita & nos uidebimus: sed ex parte cognoscentis inuenitur diuersitas quæ est īter intellectū diuinum & nostrū. In cognoscendo autem id quod cognoscitur, sequitur formā qua cognoscimus, quia per formam lapidis uidemus lapidem: sed efficacia in cognoscendo sequitur uirtutem cognoscentis, sicut qui habet uisum fortem acutius uidet, & ideo in illa uisione nos idē uidebimus quod deus uidet, scilicet essentiam suam, sed non ita efficaciter.

¶ Ad tertiū dicendū, q Dio. ibi loquitur de cognitione qua deū in uia cognoscimus per aliquam formā creatam, qua intellectus noster formatur ad eum uidendum: sed sicut dicit Aug. deus omnem formam intellectus nostri subterfugit, (Ex c.6.7.& 8. libri de videndo deo, ad Paulinā. D.485) quia quàmcumq; formā intellectus nř concipiat, illa forma nō pertingit ad rationē diuinę essentiæ, & ideo ipse nō pōt esse peruius intellectui nřo: sed in hoc eū perfectissime cognoscimus in statu uiæ, quòd scimus eū esse sup omne id quod intellectus nř concipere pōt, & sic ei quasi ignoto coniungimur, sed in patria id ipsum per formam quæ est essentia sua uidebimus, & coniungemur ei quasi noto.

¶ Ad quartū dicendū, q deus est lux, ut dř 1.Ioā.1. Lumē aūt est impressio lucis in aliquo illuminato: & qa essentia diuina est alterius modi, q̄ omnis silitudo ipsius ipsā in intellectu, iō dicit q tenebræ diuinæ operiuntur omni lumini, quia. s. essentia diuina quā tenebras uocat, propter claritatis excessum manet nō demōstrata per impressionē intellectus nři, & per hoc sequitur q abscondatur omni cognitioni: & ita quicūq; uidentiū deū aliqd mēte concipit, hic non est deus, sed aliquid diuinorum effectuum.

¶ Ad quintū dicendum, q claritas dei q̄uis excedat omnem formam qua nunc intellectus formatur, nō tamen excedit ipsam essentiam diuinam quæ erit quasi forma intellectus nostri ī patria, & ideo licet nunc sit inuisibilis, tamen tunc erit uisibilis. (D.486)

F ¶ Ad sextum dicendū, q q̄uis finiti ad infinitum nō possit esse ꝓportio, quia excessus infiniti supra finitū nō ē determinatus, pōt tñ esse inter ea proportionalitas quæ est similitudo proportionū; sicut.n. finitū æquatur alicui finito, ita infinito infinitū. Ad hoc aūt q aliquid totaliter cognoscatur, qñque oportet esse proportionē inter cognoscēs & cognitū, quia oportet uirtutē cognoscētis adæquari cognoscibilitati rei cognitę: æqualitas āt ꝓportio quædam est. Sed quandoq; cognoscibilitas rei excedit uirtutē cognoscentis, sicut cum nos cognoscimus deum, aut econuerso: sicut cum ipse cognoscit creaturas, & tunc non oportet esse proportionem inter cognoscentem & cognitum, sed proportionalitatem tantum, ut. s. sicut se habet cognoscens ad cognoscendum, ita G se habeat cognoscibile ad hoc quod cognoscatur, & talis proportionalitas sufficit ad hoc q infinitum cognoscatur a finito, & econuerso. Vel dicendum, q proportio secundum primam nominis institutionem signat habitudinem quantitatis ad quantitatē secundum aliquē determinatum excessum, uel adæquationē, sed ulterius est translatum ad significandum omnē habitudinem cuiuscunq; ad aliud, & per hūc modum dicimus quòd materia debet esse proportionata ad formam, & hoc modo nihil prohibet intellectum nostrum, quàmuis sit finitus, dici proportionatū ad uidendum essentiam infinitam, non tamen ad comprehendēdum eam, & hoc propter suam immensitatem.

¶ Ad septimum dicendum, q duplex est similitudo & distantia. Vna secundum conuenientiā in natura, & sic magis distat deus ab intellectu creato, q̄ intelligibile creatum a sensu: alia secundū proportionalitatē, & sic est econuerso, quia sensus non est proportionatus ad cognoscendum aliquod immateriale, sed intellectus H est proportionatus ad cognoscendum quodcunque immateriale: & hæc similitudo requiritur ad cognitionem, non autem prima, quia constat quòd intellectus intelligens lapidem non est similis ei in naturali esse, sicut etiam uisus apprehendit mel rubeum, & fel rubeum, quàmuis non apprehendat mel dulce: fellis enim rubedo magis conuenit cum felle inquantum est uisibile, quàm dulcedo mellis cum felle.

¶ Ad octauum dicendum, q in uisione qua deus per essentiā uidebitur, ipsa diuina essentia erit quasi forma intellectus qua intelligit: nec oportet q efficiant unum secundum esse simpliciter, sed solū q fiat unū q̄tū pertinet ad actū intelligēdi, ut supra dictū ē.

¶ Ad nonū dicendū, q dictum Auic. quantum ad hoc non sustinemus, q̄a ei ēt ab aliis philosophis in hoc cōtradicitur, nisi forte (In cor. huius art.) uelimus dicere q Auic. intelligit de cognitione substantiarū separatarū secundū qd cognoscētur per habitus scientiarū speculatiuarū & similitudinum aliarū rerū. Vnde hoc introducit ad ostenI dendū, q scientia nō est in nobis substantia, sed accidēs, & tñ diuina essentia q̄uis plus distet secundū proprietatē naturæ suæ ab intellectu nřo q̄ substātia angeli, tñ plus habet de ratione intelligibilitatis, quia est actus purus, cui non admiscetur aliquid de potētia, quod non contingit in aliis substantiis separatis. Nec illa cognitio qua deum per essentiā uidebimus, ex parte eius quo uidebitur, erit in genere accidentis, sed solum quantum ad actum ipsius intelligentis, qui nō erit ipsa substātia intelligētis, uel intellecti.

¶ Ad decimū dicendum, q substātia separata a materia intelligit se, & intelligit alia, & utroq; modo pōt uerificari authoritas inducta. Cū.n. ipsa essentia substantiæ separatæ sit per seipsam intelligibilis in actu, eo q est a materia separata, cōstat q qñ substātia separata intelligit se, q omnino idē est intelligēs & intellectū. Non.n. intelligit se per aliquā intentionem abstractam a se, sicut nos intelligimus res materiales, & hic uř esse intellectus Philosophi in 3.de anima, ut patet per Commētatorē ibidem. (Vbi supra, com.36.) Secundū K autē quod intelligit res alias intellectū in actu fit unum cum intellectu in actu, inquātum forma intellecti fit forma intellectus, inquantum est intellectus in actu, non quòd sit ipsamet essentia intellectus, ut Auic. probat in 6.de naturalibus, (Auic. lib 6. naturaliū.) quia essentia intellectus manet una sub duabus formis secundum quod intelligit res duas successiue ad modum quo materia prima manet una sub diuersis formis: unde etiam Commen. in 3. de anima, (Com.5) comparat intellectum possibilem quantum ad hoc materiæ primæ, & sic nullo modo sequitur quòd intellectus noster uidens deū, fiat ipsa essentia diuina, sed quòd ipsa essentia diuina comparatur ad ipsum quasi perfectio, & forma.

¶ Ad undecimū dicendū, q authoritates illæ, & oēs siles sūt ītelligēdæ de cognitiōe, qua cognoscimꝰ deū ī uia rōne prius posita.

¶ Ad duodecimum dicendum, q infinitum priuatiue dictum est ignotum, inquantū est huiusmodi, quia dicitur per remotionem complementi, a quo est cognitio rei: unde infinitum reducitur ad materiam subiectam priuationi, ut patet in 3.phy. (tex.com.7) sed infinitum negatiue acceptum dicitur per remotionē materiæ terminantis, quia

quia forma etiam quodammodo terminatur per materiam: vnde infinitum hoc modo de se maxime est cognoscibile, & hoc modo infinitus est deus.

¶ Ad tertiumdecimū dicendū, q August. loquitur de visione corporali, qua nunquàm videbitur: quod patet ex hoc qd præmittitur. Sic.n. videntur visibilia ista quæ nominantur. Deum nemo vidit vnq̄, nec videre potest, & est natura inuisibilis, sicut & incorruptibilis. Sicut autem secundum suam naturam est maxime ens, ita & s'm se est maxime intelligibilis: sed q a nobis quandoque non intelligatur, est ex defectu nostro, vnde q videatur postquàm visus non fuit a nobis, non est ex mutatione sua, sed nostra.

quæcūque appetūt, nec quisquā potest amare, quod omnino quid, vel quale sit, nescit: nec potest nescire quid sit quod se velle scit, sequitur vt omnes beatam vitam sciant. Omnes autem beati habent quod volunt, quamuis non omnes qui habent quod volunt, continuo sint beati: continuo aūt miseri sunt, qui vel non hñt quod volūt, vel id hñt

¶ Ad quartumdecimum dicendum, q deus in patria videbit' a sanctis sicuti est, si hoc referatur ad modum ipsius visi. Videbi B tur.n.a sanctis deus habere illum modum quem habet: sed si referatur modus ad ipsum cognoscentem, non videbitur sicuti est, quia non erit tanta efficacia intellectus creati ad videndū, quanta est efficacia diuinæ essentiæ ad hoc q intelligatur.

¶ Ad quintumdecimum dicendum, quòd medium in visione corporali & intellectuali inuenitur triplex. Primum est mediū sub quo videtur, & hoc est quod perficit visum ad videndū in generali, non determinans visum ad aliquod speciale obiectū, sicut se habet lumen corporale ad visum corporalem, & lumen intellectus agentis ad intellectum possibilem. Secundum est medium quo videtur, & hoc est forma visibilis qua determinatur vterque visus ad speciale obiectum, sicut per formam lapidis ad cognoscendum lapidem. Tertium est medium, in quo videtur, & hoc est id, per cuius inspectionem ducitur visus in aliam rem, sicut inspiciendo speculum ducitur in ea quæ in C speculo repręsentantur, & videndo imaginem ducitur in imaginatum: & sic etiam intellectus per cognitionem effectus ducitur in causam, vel econuerso. In visione igitur patriæ non erit tertium medium, vt. s. deus per species aliorum cognoscatur sicut nunc cognoscitur, ratione cuius dicimur nunc videre in speculo. Nec erit ibi secundum medium, quia ipsa essentia diuina erit, qua intellectus noster videbit deum, vt ex dictis patet, (In cor. art. & respōsionibus arg.) sed erit ibi tantum primum medium quod eleuabit intellectum nostrum ad hoc, q possit coniungi essentiæ increatæ modo prædicto: sed ab hoc medio non dicitur cognitio mediata, quia non cadit inter cognoscētem & rem cognitam, sed est illud quod dat cognoscenti vim cognoscendi.

¶ Ad sextumdecimum dicendum, q creaturæ corporales nō dicuntur immediate videri, nisi quando id quod in eis est coniungibile visui, ei coniungitur, non sunt autem coniungibiles per essentiam suam ratione materialitatis: & ideo tunc immediate videntur quando eorum similitudo intellectui coniungitur: sed deus per essentiam coniungibilis est intellectui, vnde non immediate videretur, nisi essentia sua coniungeretur intellectui, & hæc visio immediata dicitur visio faciei. Et præterea, similitudo rei corporalis recipitur in visu secundum eandem rationem qua est in in re, licet non secundum eundē modum essendi, & ideo similitudo illa ducit in illam rem directe: non autem potest hoc modo ducere aliqua similitudo intellectum nostrum in deum, vt ex dictis patet, & propter hoc non est simile.

ARTICVLVS II.

Vtrum sancti post resurrectionem Deum corporalibus oculis uidebunt.

AD SECVNDVM sic proceditur. (1.par.q.12. art.3.) Videtur quòd sancti post resurrectionem deum corporalibus oculis videbūt. Oculus enim glorificatus maioris erit virtutis, quàm aliquis oculus non glorificatus: sed beatus Iob oculo suo deum vidit Iob 42. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. ergo multo fortius oculus glorificatus deum per essentiam videre poterit.

¶ 2 Præt. Iob.19. In carne mea videbo deum saluatorem meū. ergo videtur q corporalibus oculis deus in patria videbitur.

¶ 3 Præt. August 22. de ciui. dei, (ca.29. paululū vltra medium.) loquens de visu oculorum glorificatorum, sic dicit. Vis præpollētior oculorum erit illorum, non vt acrius videant q̄ quidam perhibentur videre serpentes, vel aquilæ. (Quantalibet.n. acrimonia cernēdi eadē animalia vigeant, nihil aliud possunt videre quàm corpora) sed vt videant A & incorporalia: quæcumque aūt potentia cognoscitiua est incorporalium potest eleuari ad videndum deum. ergo oculi gloriosi deum videre poterunt.

¶ 4 Præt. Quæ est differentia corporalium ad incorporalia, eadem est econuerso: sed oculus incorporeus potest corporaliter videre. ergo oculus corporeus potest videre incorporalia, & sic idem quod prius.

¶ 5 Præt. Greg. in 5. moral. super illud Iob.4. Stetit quidā, (Expositionis aūt suę ca.24. circa finem.) cuius non agnoscebam vultum &c. sic dicit. Homo qui si præceptum seruare voluisset, etiam carne spiritualis futurus fuerat, factus est peccando & mente carnalis: sed ex hoc q est mente factus carnalis, vt ibidem dicitur, solum ea cogitat quę ad animum per corporum imagines trahit. ergo etiam quan B do carne spiritualis erit, quod post resurrectionem sanctis promittitur, etiam carne spiritualia videre poterit, & sic idem quod prius.

¶ 6 Præt. Homo solo deo potest beatificari: beatificabitur autem non solum quantum ad animam, sed etiam quantum ad corpus. ergo non solum intellectu, sed etiam carne deum videre poterit.

¶ 7 Præt. Sicut deus est præsens per essentiam suam in intellectu, ita etiam erit præsens in sensu, quia erit omnia in omnibus, vt dicitur. 1.Cor.15. sed videbitur ab intellectu ex hoc q sua essentia ei coniungetur, vt supra dictum est. (Præcedenti articulo.) ergo poterit etiam a sensu videri.

SED CONTRA est, quod Ambro. dicit super Lucam. (Cap. 1. ubi loquit' de magistrali apparitiōe.) Nec corporalibus oculis deus quæritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur. ergo nullo modo corporali sensu deus videbitur.

C ¶ 2 Præt. Hiero. dicit. Non solum deitatem patris, sed nec filii, nec spiritussancti oculi carnis possunt aspicere, sed oculi mentis, de quibus dicitur. Beati mundo corde &c. (Et citātur hęc ipsius verba ab Aug. de vidēdo deo. episto. 111. & 112. to. 2.)

¶ 3 Præt. Idem Hierony. dicit. Res incorporales corporalibus oculis non videntur: sed deus est maxime incorporalis. ergo &c.

¶ 4 Præt. Aug. in lib. de videndo deum dicit. Deum nemo vidit vnquàm, vel in hac vita sicuti ipse est, vel in angelorum vita sicut visibilia ista quæ corporali visione cernuntur: vita autem angelorum dicitur vita beata, in qua resurgentes viuent. ergo &c. (Hier. ex c. 1. super Esaiam 112. in fine to. 2.)

¶ 5 Præt. Secundum hoc homo dicitur factus ad imaginem dei, quòd deum conspicere potest, vt August. dicit: sed homo est ad imaginem non secundum carnem, sed secundum mentem. ergo mente, & non carne deum videbit. (Ex c. 19. & 20. libri tertij sup Genes. ad literam.)

RESPON. Dicendum, quòd sensu corporali aliquid D sentitur dupliciter. Vnomodo per se: alio modo per accidens. Per se quidem sentitur illud, quod per se passionem sensui corporali inferre potest. Per se autem potest aliquid passionem inferre, aut sensui inquantum est sensus, aut huic sensui inquantum est hic sensus. Quod autem hoc secundo modo infert per se passionem sensui, dicitur sensibile proprium, sicut color respectu visus, & sonus respectu auditus. Quia aūt sensus inquantū est sensus, vtitur organo corporali, non potest in eo aliquid recipi nisi corporaliter, cum omne quod recipitur in aliquo, sit in eo per modum recipientis: & ideo omnia sensibilia inferunt passionem sensui inquantum est sensus, secundum quòd habent magnitudinem, & ideo magnitudo, & omnia consequētia, vt motus, & quies, & numerus, & huiusmodi dicuntur sensibilia communia per se tantum. Per accidens autem sentitur illud quod non infert passionem sensui neque inquantum est sensus, neque E inquantum est hic sensus, sed coniungitur his quæ per se sensui inferunt passionem: sicut Sortes, & filius Diarij, & amicus, & alia huiusmodi, quæ per se cognoscuntur in vniuersali intellectu: in particulari autem in virtute cogitatiua in homine, æstimatiua autem in alijs animalibus. Huiusmodi autem tunc sensus exterior dicitur sentire, quamuis per accidens, quando ex eo quod per se sentitur, vis apprehensiua, cuius est illud cognitum, per se cognoscere statim sine dubitatione & discursu apprehendit, sicut uidemus aliquem viuere ex hoc quòd loquitur: quando autem aliter se habet, non dicitur illud sensus videre etiam per accidens. Dico ergo quòd deus nullo modo potest videri visu corporali, aut aliquo alio sensu sentiri, sicut per se visibile, nec hic, nec in patria: quia si a sensu remoueatur id quod conuenit sensui inq̄tū est sensus, nō erit sensus. Et similiter si a visu remoueat' id qd est visus inq̄tum est visus, nō erit visus. Cū

ergo sensus inquantum est sensus, percipiat magnitudinem, & visus inquantum est talis sensus, percipiat colorem, impossibile est ꝙ visus percipiat aliquid quod non est color, nec magnitudo, nisi sensus diceretur æquinoce. Cum ergo visus & sensus sit futurus idē specie in corpore glorioſi, nō poterit esse quòd diuinā essentiam videat sicut visibile per se, videbit autem eam sicut visibile per accidens, dum ex vna parte

qđ nō recte volūt. Beat⁹ ergo nō ē, nisi qui & habet oia quę uult, & nihil uult male. Ille quippe beate uiuit, q̄ viuit vt vult, nec male aliqd vult. Cū ergo ex his duobus cōstet btā vita licet ī malis sit aliqs bon⁹,

visus corporalis tantam gloriam dei inspiciet in corporibus & præcipue glorioſis, & maxime in corpore Christi: & ex parte alia intellectus tam clare videbit deum, quòd in rebus corporaliter visis deus percipietur, sicut in locutione percipitur vita: quāmuis enim tunc intellectus noſter non videat deum ex creaturis, tamen videbit eum in creaturis corporaliter visis, & hunc modum quo deus corporaliter possit videri, ponit Augustinus in fine de ciui. dei, vt patet verba eius intuenti. Dicit enim sic, Valde credibile est sic nos visuros mundana tunc corpora cęli noui, vel terræ nouæ, vt deum vbique præsentem, & vniuersa corpora gubernantem clarissima perspicuitate videamus, non sicut nunc inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sed sicut homines mox vt aspicimus non credimus viuere, sed videmus.

Lib. videlicet 22. cap. 29. versus finem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ verbum illud Iob intelligitur de oculo spirituali, de quo dicit Apoſtolus Eph. 1. Illuminatos habere oculos cordis uestri.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ illa authoritas non intelligitur ꝙ per oculos carnis deum simus visuri, sed quia in carne existentes deum videbimus.

Vbi supra.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ Auguſt. loquitur inquirendo in verbis illis & sub conditione, quod patet ex hoc quod præmittitur. Lōge itaque alterius potentiæ erunt, si per eos videbitur incorporea illa natura, & poſtea subdit. Vis itaque &c, & postmodum determinat vt dictum est.

¶ Ad quartū dicendum, ꝙ omnis cognitio fit per aliquam abstractionem a materia, & ideo quanto forma corporalis magis abstrahitur a materia, magis est cognitionis principium: & inde est ꝙ forma in materia existens nullomodo est cognitionis principium. In sensu autem aliquo modo prouta materia seꝑaratur, & in intellectu noſtro adhuc melius, & ideo oculus spiritualis a quo remouetur impedimentum cognitionis, potest videre rem corporalem, non autem sequitur ꝙ oculus corporalis, in quo deficit vis cognoſcitiua, secundum quod participat de materia, poſſit cognoſcere perfecte cognoſcibilia quæ sunt incorporea.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ quāmuis mens facta carnalis non poſſit cogitare nisi accepta a sensibus, tamen cogitat ea immaterialiter: & similiter oportet quòd visus illud quod apprehendit, semper apprehendat corporaliter, vnde non potest cognoſcere illa quæ corporaliter apprehendi non poſſunt.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ beatitudo est perfectio hominis inquantum est homo, & quia homo non habet ꝙ sit homo ex corpore, sed magis ex anima, corpus autem est de essentia hominis inquantum est perfectum per animam: ideo beatitudo hominis non cōsistit principaliter nisi in actu animæ, & ex ea deriuatur ad corpus per quandam redundantiam, sicut patet ex his quæ dicta sunt. 44. dist. quædam tamen beatitudo corporis noſtri erit inquantum deum videbit in sensibilibus creaturis, & præcipue in corpore Christi.

q. 2. ar. 4. in corp.

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ intellectus est perceptiuus spiritualium, non autem visus incorporalium: & ideo intellectus poterit cognoſcere diuinam essentiam sibi coniunctam, non autem visus incorporalia.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſancti in patria uidendo Deum, eum comprehendant.

1. par. q. 12. art. 7. & 3. con. gen. c. 55. De ver. q. 8. art. 8. Epla 112. cap. 8.

AD. TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ſancti in patria videndo deum, eum comprehendant. 1. Cor. 9. Sic currite vt cōprehendatis: cursus autem est ad præmium. ergo comprehensio dei est præmium veritatis, quod ſanctis redditur.

¶ 2 Præt. Auguſt. dicit in lib. de videndo deum. Totum cōprehenditur videndo quod ita viderur, vt nihil ipsius lateat videntem; sed si deus videtur ab aliquo nihil ipsius latet videntem, quia cum sit ſimplex, non potest esse quòd aliquid eius videatur, & aliquid lateat. ergo deus a quolibet ipsum vidente comprehenditur.

¶ 3 Præt. Omne quod totum totaliter videtur, comprehenditur: sed deus a videntibus essentiam suam totus videtur, & totaliter, quia totus deus non est nisi eius essentia, quilibet etiam eius modⁱ est eius essentia, nec potest essentia eius videri nisi ipse totus & totaliter videatur. ergo ab omnibus essentiam suam videntibus comprehenditur.

¶ 4 Præt. Sicut dicitur in 3. de anima. Intellectus eodem modo intelligit se, & alia: sed sicut dicit Auguſt. in lib. 83. quæſt. Omne quod se intelligit, comprehendit se. ergo omne quod intelligit aliud, comprehendit ipsum: sed quilibet videns essentiam diuinam, intelligit ipsam. ergo comprehendit eam.

T. com. 15. qōne 14.

¶ 5 Præt. Omne illud, de quo cognoſcitur quasi per suam diffinitionem: comprehenditur, quia hoc cognoſcitur quasi per suam diffinitionem: comprehenditur autem cuius fines circumspici possunt, vt dicit Auguſt. in lib. de viden. deum: sed omne illud cuius essentia videtur cognoſcitur de eo quid est. ergo quilibet essentiam diuinam videns, comprehendit ipsum.

Vbi supra cap. 8.

¶ 6 Præt. Quantitas actionis est secundum quantitatem formæ quæ est actionis principium, secundum. n. quantitatem caloris est quantitas calefactionis: sed forma quæ est cognitionis principium, est id quo cognoſcens cognoſcit. ergo secundum modum eius quo cognoſcitur, est modus cognitionis.

ar. 1. huius secūdę q. 1 corp.

Sed illud quo cognoſcitur deus non est aliud quàm eius essentia, vt dictum est supra: hæc autem infinita est. ergo & visio infinita. ergo ea potest diuina essentia comprehendi, quāmuis sit infinita.

¶ 7 Præt. Si essentia diuina non potest comprehendi, hoc non est nisi propter excessum claritatis ipsius: sed excessus cognoſcibilis impedit cognitionem, inquantum corrumpit potentiā cognoſcitiuam, quod accidit tantum in sensu, non autem in intellectu, vt patet ex hoc quod dicitur in 3. de anima, ꝙ qui intelligit maxima, non minus potest intelligere minima, sed magis, cuius contrarium in sensu accidit. cum ergo diuina essentia non videatur nisi per intellectum, vt dictum est, videtur quòd excessus diuinæ claritatis comprehensionem diuinæ essentiæ non impediat.

Duob⁹ art. immediate præcedenti bus. & præsertim art. 2.

¶ 8 Præt. Essentia diuina comprehensibilis est ab aliquo intellectu, quia ipse deus seipsum comprehendit. si ergo ab intellectu humano non possit comprehendi, hoc erit propter defectum intellectus: sed lumen gloriæ aufert omnem defectum intellectus, cum euam per gloriam auferatur omnis corporis defectus. ergo illi qui in lumine gloriæ videbunt deum, comprehendent ipsum.

SED CONTRA est, quod Auguſt. dicit in lib. de videndo deum. Dei plenitudinem non ſolum oculis corporis, sed nec ipsa mente quisquàm aliquando comprehendit.

Cap. 7. in fine.

¶ 2 Præt. Sicut dicit Aug. in lib. 83. quæſt. Quod comprehendit se, finitum est sibi. ergo quod comprehendit aliud, illud finitum est ei: sed deus non potest esse finitus alicui intellectui creato. ergo nullus intellectus creatus potest deū cōprehēdere.

Qōne 14.

¶ 3 Præt. Dama. dicit in. 1. lib. Quoniam incomprehensibilis est dei substantia, his qui diuinæ credunt scripturæ, non dubium est.

De fide orthodoxa c. 1. 4. & vlt.

¶ 4 Præt. Omne quod comprehendit aliquid vel est maius, vel æquale illi: sed intellectus creatus non potest esse maior deo, nec æqualis. ergo non potest ipsum comprehendere.

RESPON. Dicendum, ꝙ comprehendere dicitur quasi simul prendere, idest, capere: & ideo illud proprie comprehenditur, quod simul capitur, i cum omnibus quæ eius sunt. Vnde oportet quòd omne comprehensum includatur in comprehendente, includitur autem proprie contentum in continente: & ideo oportet comprehensum contineri in comprehendentem. Sicut autem dicitur corporaliter aliquid in altero contineri, quia non excedit continens ex vlla parte secundum quantitatem dimensiuam, vt vinum in dolio: ita dicitur contineri aliquid ab aliquo spiritualiter, quod subſtat virtuti eius, & in nullo excedit ipsum. Et ideo tunc dicitur aliquid per cognitionem comprehendi, quando cognitum stat sub actu virtutis cognoſcitiuæ, & non excedit ipsam: excessus autem omnis est secundum aliquam quantitatem. Secundum hanc autem quantitatem dicitur cognoſcibile excedere potentiam cognoſcitiuam, secundum quam cognoſcibile est ab ipsa: sensibile autem cognoſcitur & secundū quāntitatem dimensiuam propter hoc ꝙ sensus in cognoſcendo vtitur organo corporali, ratione cuius cognoſcit sensibilia omnia quæ reducuntur ad quantitatem dimensiuam: & secundum

secundum quātitatem virtualem, vt patet in sensibilibus propriis: quæ qualitates sunt: & ideo etiam comprehensio sensus impeditur & propter excessum quantitati. dimensiuæ, sicut impeditur ne comprehendat totam terrā: & propter excessum quantitatis virtualis, sicut impeditur ne comprehendat claritatem Solis, quia nō est tāta virtus oculi ad cognoſcendū, quanta est claritas Solis qua ē cognoſcibilis. Intelligibile autem non cognoſcitur ab intellectu sub ratione quantitatis dimensiuæ nisi per accidens, inquātum. s. accipit a sensu, ex quo sequitur quòd intelligat cum continuo, & tempore: & secundum hoc intellectus impeditur a comprehensione intelligibilis propter excessum quantitatis, sicut impedimur a cōprehensione lineæ, vel numeri infiniti. Sed per se loquendo, intelligibile comparatur ad intellectum secundum rationem quantitatis virtualis, eo quòd proprium obiectum intellectus est quid: & ideo in his quæ sunt separata a sensu, non impeditur comprehensio intellectus nisi per excessum quantitatis virtualis: & hoc est quando intelligibile plus est cognoſcibile q̄ intellectus cognoſcere possit, vel cognoſcat. Sicut ille qui scit hanc conclusionem, Triangulus habet tres per probabilem rationem, quia scilicet ita communiter dicitur, non comprehendit ipsam, non quia partem eius videat, & partem non videat, sed quia modus quo cognoſcitur, deficit a modo quo est cognoſcibilis per demonstrationem: essentia autem diuina est cognoſcibilis per veritatem suam: intellectus autem est cognoſcitiuus per lumē intellectuale quod est in ipso. Veritas autem diuinæ essentiæ excedit lumen quodcunque intellectus creati, & ideo impossibile est quòd videat deum ita perfecte sicut est visibilis, & ex hoc sequitur quòd nullus intellectus creatus deum comprehendere possit.

A

B

C

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apoſtolus loquitur de comprehensione gloriæ, qua. s. fiat vt anima capiat in se omne illud quod ad perfectionem gloriæ pertinet, & secundū hoc dicitur gloriam comprehendere, quāmuis nunquàm diuinam essentiam intellectu comprehendant, vel comprehēsio ibi dicitur ipsa peruentio ad habendum deum, secundum quod spei dicitur comprehensio succedere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Aug. duo ponit in diffinitione comprehensionis, quorum vno excluditur excessus cognoſcibilis supra virtutem cognoſcentis, quæ est secundum quantitatem dimensiuam, & quantum ad hoc dicit, quòd ita videtur vt nihil eius lateat videntem: alio autem excluditur excessus secundum quantitatem virtutis, & quantum ad hoc dicit, aut cuius fines circunspici possunt: tunc enim fines rei circumspiciuntur, quando videns peruenit ad finem visionis perfectæ videndo.

D

¶ Ad tertium dicendum, quòd totam essentiam diuinam sancti videbunt in patria, sed non totaliter, non ita quòd aliquis modus sit in deo quem non videant, vel aliquis modus sit intellectus ipsorum qui non conuertatur ad deum, sed quia modus quo conuertuntur ad deum cognoſcendū non est æqualis modo quo deus est cognoſcibilis: & hæc inæqualitas ostenditur cum dicitur, ꝙ diuina essentia non totaliter videbitur: hoc enim aduerbium, totaliter, neque dicit modum videntis absolute, neque modum absolute rei visæ, sed modum videntis per comparationem ad rem visam. Hoc enim aduerbium determinat ipsam visionem, secundum quam comparatur videns ad visum.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ quando aliquid intelligit se, idē est modus cognoſcentis & cogniti, & ideo si intelligit se, comprehendit se: non est autem idem modus cognoſcentis & cogniti quando intellectus intelligit aliud, & ideo non est simile.

¶ Ad quintum dicendum, quòd eodem modo aliquis cognoſcit quid est res, quo cognoſcit essentiam rei, cum ipsa essentia sit quidditas rei, & ideo ille solus comprehēdit quid est res, qui comprehendit essentiam: vnde sicut ſancti videbunt essentiam diuinam, sed nō comprehendent ipsam, ita videbunt quid est deus, sed non comprehendent, & statim non videbitur deus ab eis sicut videtur res per suam diffinitionem, cuius essentia comprehenditur.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ actio non attribuitur formæ tantū quæ est principium actionis, sed compoſito, sicut calefactio calido non calori tantum: & ideo actionem oportet mensurare non ſolum secundum formam quæ est principium actionis, sed etiam secundum subiectum formæ. Sed forma quæ non est per se subſistens, non habet alium modū a modo subiecti, quia non habet esse nisi inquantum est actus talis subiecti, & ideo mensura formæ est mensura compoſiti: sed forma quæ est per se subſistens, habet aliquem modum, inquantum est res quædā subſistens, & quędam modum secundum quod est actus talis subiecti, & hic modus accipitur secundum mensuram, qua perfectibile pertingit vt perficiatur tali forma, & ex hoc modo nūc suratur actio. Essentia autem diuina est per se subſistēs, & ideo visio quæ per eam fit in intellectu creato nō mensuratur secūdum modum infinitum, qui est ipsius essentię secū dum se, sed secundum modum quo intellectus pertingit ad hoc ꝙ per ipsam perficiatur: ad hoc autem pertingit inquantum ei coniungitur per lumen gloriæ quod est finitum, & ideo finita est ex parte videntis.

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ claritas dei dicitur veritas suæ essentię, per quam cognoſcibilis ē, sicut Sol per suam claritatē, & quamuis non impediat comprehensionem per corruptionē intellectus, impedit tamen ex ipso excessu: quia non potest contingere ꝙ intellectus creatus pertingat ad cognoſcendum ita perfecte diuinam essentiam sicut cognoſcibilis est.

¶ Ad octauum dicendum, ꝙ gloria perficit naturam & non destruit, & ideo imperfectionem, quæ est de ratione naturæ, lumen gloriæ non tollit, sicut hoc quod est ex nihilo esse: ex hoc autem ipso intellectus creatus deficit a possibilitate comprehensionis, & ideo nec per lumen gloriæ ad comprehensionem peruenire potest.

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum eorum qui uident Deum per essentiam, unus alio uideat perfectius.

1. par. q. 12. art. 6. & 3. cont. gent. cap. 58. quæſt. 22.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ eorum qui vident deum per essentiam, vnus alio nō videt perfectius, quia vt dicit Auguſt. in lib. 83. q. Eādem rem non potest vnus alio magis intelligere: sed diuina essentia non videbitur nisi p intellectum. ergo vnus alio non videbit plenius.

¶ 2 Præt. Tanto aliquid perfectius videtur, quanto expressior similitudo rei in se fit in videntē: sed nō erit expressior similitudo qua deus videatur in vno quàm in alio eorū qui deum per essentiam vident, quia eadem essentia est in omnibus. ergo vnus alio non melius videbit.

¶ 3 Præt. Ille melius videt, a quo magis remouentur impedimenta visionis: sed in nullo remanebit aliquod visionis impedimentum. ergo omnes æqualiter videbunt.

¶ 4 Præt. Omnes ſancti videbunt deum sicut est 1. Io. 3, sed non potest melius videri quàm sit. ergo vnus alio non melius videbit.

¶ 5 Præt. Optimus modus cognoſcendi deum est quo videtur per essentiam: sed optimo non potest esse melius. ergo videntium deum per essentiam vnus alio melius non videt.

SED CONTRA. Homines assumuntur ad sortes angelorum: sed superiores angeli deum clarius vident, quàm inferiores, vt patet per Dio. in cęlest. hierar. ergo & hominum in gloria quidam alijs clarius videbunt.

Ex cap. 10. & etiam 7. q. 1. pūtis dist. ar. 4. q. 2. per totā.

¶ 2 Præt. In visione dei consistit essentialiter hominis beatitudo: sed quidam alijs beatiores erunt, vt supra dictum est. ergo quidam alijs clarius videbunt.

¶ 3 Præt. In lumine gloriæ deus a ſanctis videbitur, sicut dicitur in psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen: sed quidam alijs maiori lumine replebuntur. Sicut enim stella differt a stella in claritate, sic erit reūrrectio mortuorū, vt dicit. 1. Cor. 15. claritas autem corporis claritatem indicabit mentis. ergo quidam clarius videbunt deum.

RESPON. Dicendum, quòd cum principium actionis sit forma qua agitur, oporteat ex parte eius sumi actionis mensuram, aliter aūt in formis subſistētibus quàm in alijs formis, vt prius dictum est. In alijs enim formis est quantitas fortitudinis in actione secundum quantitatem eius quod, receptum est de forma in subiecto, vt de calore in calido: in formis autem subſistentibus secundum quod subiectum subditur formæ magis, vel minus: potentia aūt cognoſcitiua subditur formæ qua cognoſcit ſm hoc ꝙ habet virtutem cognoſcendi. Illud. n. qđ facit visum potentē ad videdum est quod facit eum receptiuū similitudinis coloris. Sicut autem intellectus possibilis per lumen naturale intellectus agentis fit cognoſcitivus naturalium cognoſcibilium, ita per lumen gloriæ superadditum fit visiuus diuinæ essentiæ: vnde secundum quantitatem recepti luminis accipitur modus, quo subſtat intellectus noſter essen-

tiæ diuinæ, vt formæ intelligibili, & per consequens modus perfectionis in operatione, cuius talis forma est principium. Sin visione dei per essentiam: & ideo cum quidam sancti alijs maiori lumine gloriæ repleantur, quidam alijs clarius videbunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vnus alio non potest aliquid idē magis intelligere, si ly magis, ſportat modum qui est ex parte intellecti. Nō. n. potest esse vt aliqs intelligat rem, nisi intelligendo rem habere illum modum quē habet. Si enim alium modum rei attribuat, errat, & non intelligit, & sic intelligit Augustſed si ly magis, dicat modum, qui est ex parte intelligentis, sic vnus alio melius potest intelligere, inquantū est limpidior eius cognitio de vno & eodē cognoscibili.

ibi volet male viuere, aut volet aliquid quod deerit, aut deerit aliquid quod voluerit, quicquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod nō aderit. Et omne quod ibi erit, bonū erit, & summus Deus summum bonum erit: & quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit. Beatos autem esse se velle omnium hominum est, beatos esse se velle omnes in corde suo vident, nec tamē omnium est fides qua ad beatitudinem peruenitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis in intellectu vnius sancti non sit expressior similitudo dei qua ipsum cognoscit, q̄ in alio, quia quilibet per essentiam suam deum videt, tamē in intellectu vnius perfectius subsistat forma qua intelligit, quàm in intellectus alterius, & ita vnus alio perfectius intelligit.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ intensio secundum quam aliquid dicitur magis & minus, non solum causatur per recessum a contrario, sed etiam per accessum ad terminum: sicut patet in intensione lucis corporalis: & sic etiam lumen spirituale intenditur in vno beatorum magis quàm in illo per maiorem assimilationem ad deum, quamuis in nullo inueniatur aliquid contrarium illi lumini.

¶ Ad quartū dicendum, q̄ cum dicitur. Omnes sancti videbunt deum sicut est, ly sicut, importat modum qui est ex parte visi, non qui sit ex parte videntis. Quilibet. n. videbit deū esse eo modo quo est: sed tamen modus videntis non erit æqualis modo rei viſæ, sed in infinitum distans, & ita modus vnius videntis potest esse minus distans quàm modus alterius.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ videre deum per essentiam est perfectissimus modus cognoscendi deum secundum genus: sed tamen in hoc genere potest maius & minus inueniri, sicut ignis est subtilissimus corporum specie, & tamen vnus ignis alio subtilior inuenitur.

ARTICVLVS V.

Vtrum sancti videntes Deum per essentiam omnia videant, quæ Deus in seipso videt.

1.par.q.12. art.8.cōtra gen. ca.59. de ver. q.8. art.4.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̄ sancti videntes deum per essentiam omnia videant quæ deus in seipso videt, quia vt dicit Isido. in libro de summo bono. Angeli in verbo dei omnia sciunt antequàm fiant: sed sancti angelis æquales erunt, vt patet Matth. 22. ergo & sancti videndo deum omnia videbunt.

Lib.1.c.12. circa med.

¶ 2 Præt. Gregorius dicit. Quia illic omnes communi claritate deum conspiciunt, quid est quod ibi nesciant, vbi scitē tem omnia sciunt? loquitur autem de beatis qui vident deum per essentiam. ergo qui videt deum per essentiam, omnia cognoscit.

Lib.2. moral. cap.3.

T.com.7.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur in 3. de anima. Intellectus, cum intelligit maxima, magis intelligere potest & minima: sed maximū intelligibile est deus. ergo maxime auget virtutem intellectus in intelligendo. ergo intellectus deum vidēs, omnia intelligit.

Cap.35.

¶ 4 Præt. Intellectus non impeditur ab intelligendo aliquid nisi inquantum illud superat ipsum: sed intellectum deum videntē nulla creatura superat, quia vt dicit Greg. in 2. dial. Animæ videnti creatorem angusta sit omnis creatura. ergo videntes deum per essentiam omnia cognoscent.

T.com.18.

¶ 5 Præt. Omnis potentia passiua quæ est nō reducta ad actū, est imperfecta: sed in possibili intellectu animæ humanæ est potentia quasi passiua ad cognoscendum omnia, quia in eilectus possibilis est quo est omnia fieri, vt dicitur in 3. de anima. si ergo in illa beatitudine non intelligeret omnia, remaneret imperfectus, quod est absurdum.

Prohe. metа. in prin.

¶ 6 Præt. Quicūque videt speculum, videt ea quæ in speculo resultant: sed in verbo dei omnia sicut in speculo resultant, quia ipsum est ratio & similitudo omnium. ergo sancti qui vident verbum per essentiam vident omnia creata.

¶ 7 Præt. Vt dicitur prouer. cap. 10. Desiderium suum iustis dabitur: sed sancti desiderant omnia scire, quia omnes homines natura scire desiderant, nec natura per gloriam auferetur. ergo dabitur eis a deo q̄ omnia cognoscant.

¶ 8 Præt. Ignorantia est quædam pœnalitas præsentis vitæ: sed omnis pœnalitas a sanctis per gloriam auferetur. ergo & omnis ignorantia, & ita omnia cognoscent.

¶ 9 Præt. Beatitudo sanctorum prius est in anima quàm in corpore: sed corpora sanctorū reformabuntur in gloriam ad similitudinem corporis Christi, vt patet Phil. 3. ergo & animæ perficientur ad similitudinem animæ Christi: sed anima Christi ī verbo omnia videt, vt in 3. lib. dist. 14. dictum est. ergo & omnes aīæ sanctorū videbunt oſa in verbo.

q.1. ar.2.q. 2. & in 1ſa magistri.

¶ 10 Præt. Sicut sensus, ita & intellectus cognoscit omne illud, in cuius similitudinem informatur: sed diuina essentia expressius indicat quamlibet rem, quàm aliqua alia similitudo rei. ergo cum in illa beata visione essentia diuina fiat quasi forma intellectus nostri, videtur quòd sancti videntes deum omnia videant.

Com.36.

¶ 11 Præt. Comment. dicit in 3. de anima quòd si intellectus agens esset forma intellectus possibilis, quod intelligeremus omnia: sed diuina essentia clarius representat omnia q̄ intellectus agens. ergo intellectus videns deum per essentiam cognoscit omnia.

¶ 12 Præt. Propter hoc quòd inferiores angeli nunc non omnia cognoscant, illuminantur de ignotis a superioribus: sed post diem iudicij angelus non illuminabit angelum, tunc. n. omnis prælatio cessabit, vt dicit Glo. 1. Cor. 15. ergo inferiores angeli tunc omnia scient, & eadem ratione omnes alij sancti deum per essentiam videntes.

SED CONTRA, Sicut dicit Dio. in 8. cap. cęlest. hierar. Angeli superiores inferiores a nescientia purgant: angeli autem inferiores vident essentiam diuinam. ergo angelus videns essentiam diuinam non potest aliqua nescire: sed anima non perfectius videbit deum quàm angelus. ergo animæ videntes deum non oportet quòd omnia videant.

¶ 2 Præt. Solus Christus habet spiritum non ad mensuram, vt dicitur Ioan. 3. sed Christo inquantum habet spiritum nō ad mēſuram, competit q̄ omnia in verbo cognoscat, vnde ibidem dicitur, quòd pater omnia dedit in manu eius. ergo nulli alij competit omnia cognoscere in verbo nisi Christo.

¶ 3 Præt. Quanto aliquod principium perfectius cognoscitur, tanto plures effectus eius cognoscuntur per ipsum: sed quidam videntium deum per essentiam perfectius alijs cognoscent deum, qui est rerum omnium principium. ergo quidam alijs plura cognoscent, & ita non omnes scient omnia.

RESPON. Dicendum, q̄ deus videndo suam essentiam cognoscit omnia quæ sunt, vel erunt, vel fuerunt, & hoc dicitur cognoscere notitia visionis, quia ad similitudinem visionis corporalis cognoscit ea quasi præsentia. Cognoscit intuendo essentiam suam omnia quæ potest facere, q̄uis nunquàm fecerit, vel facturus sit, alias non perfecte cognosceret potentiam suam. Non. n potest cognosci potētia, nisi sciantur potentiæ obiecta, & hoc dicitur cognoscere notitia simplicis intelligentiæ. Impossibile est autem quòd aliquis intellectus creatus cognoscat omnia vidēdo essentiam diuinam quæ deus potest facere, quia quanto aliquod principium perfectius cognoscitur, tanto plura sciuntur in ipso: sicut in vno demonstrationis principio ille qui est perspicacioris ingenij plures conclusiones videt, quàm alius qui est ingenij tardioris. Cum ergo quantitas potentiæ diuinæ attendatur secundum ea in quæ potest, si aliquis intellectus videret in diuina essentia omnia quæ deus potest facere, eadem esset quantitas perfectionis in intelligendo, quæ est quantitas diuinæ potentiæ in producendo effectus, & ita comprehenderet diuinam essentiam, quod est impossibile omni creato intellectui. Illa autem omnia quæ deus scit notitia visionis aliquis intellectus creatus cognoscit in verbo, scilicet in anima Christi, vt in 3. lib. dist. 14. dictum est.

Vbi supra in 1ſa magistri & q. 1. art. 2. q. 2.

¶ Sed de alijs videntibus diuinam essentiam est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd omnes videntes deum per essentiam, vident omnia quæ deus videt scienti visionis. Sed hoc repugnat sanctorum dictis, qui ponunt angelos aliquā ignotare, quos tamen constat secundum fidem omnes deum per essentiam videre. Et ideo alij dicunt, quòd alij a Christo, quamuis videant deum per essentiam, non tamen vident omnia quæ deus videt, eo quòd essentiam diuinam non comprehendunt. Non est enim necessarium quòd sciens causam, sciat omnes eius effectus, nisi causam comprehendat, quod non competit intellectui creato: & ideo vnusquisque videntium deum per essentiam tanto plura in eius essentia conspicit, quanto clarius diuinam essentiā intuetur, & inde est q̄ de his potest vnus alium instruere, & sic scientia angelorū d̄ & aliarū sctārum potest augeri vsq; ad diem iudicij, sicut

D.279.

sicut & alia quæ ad præmium accidentale pertinent: sed vlterius non perficiet, quia tunc erit vltimus status rerum, & in illo statu possibile erit q̄ omnes omnia cognoscent, quæ deus scientia visionis nouit.

vbi supra

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ hoc quod dicit Isido. q̄ sciunt angeli in verbo omnia antequā fiant, non potest referri ad illa quæ de' scit scientia simplicis intelligētiæ tm̄, quia illa nūquàm fient, sed referendū est ad ea tantū quæ de' scit scientia d' visionis, de qbus etiā dicit, q̄ non omnes angeli ea omnia cognoscant, sed forte aliqui: & illi etiam qui cognoscunt, non perfecte omnia cognoscunt. In vna. n. re est multas rationes intelligibiles considerare, sicut diuersas eius proprietates & habitudines ad res alias, & possibile est q̄ eadem re scita communiter a duobus, vnus alio plures rationes percipiat, & has rationes vnus ab alio accipiat, vnde & Dio. dicit 7. cap. de diui. no. q̄ inferiores angeli docentur a superioribus rerum scibiles rationes, & ideo etiam angeli qui omnes creaturas cognoscunt, nō oportet quòd omnia quæ in eis intelligi possunt, participent.

summo bono cap.12.

D.278 487

vbi supra.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ ex verbo illo Greg. ostenditur quòd in illa beata visione est sufficientia ad omnia intuēda ex parte diuinæ essentiæ, quæ est medium quo videtur, per quam deus omnia videt: sed q̄ non omnia videantur est ex defectu intellectus creati, qui diuinam essentiam non comprehendit.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ intellectus creatus non videt diuinam essentiam secundum modum ipsius essentiæ, sed secundum modum proprium qui finitus est: vnde nō oportet quòd eius efficacia in cognoscendo ex visione prædicta amplietur in infinitum ad omnia cognoscendum.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ defectus cognitionis non solū procedit ex excessu & defectu cognoscibilis super intellectū, sed etiam ex hoc quòd intellectui nō coniungitur id, quod est ratio coniungibilis: sicut visus non videt lapidem quandoq; ex hoc q̄ species lapidis nō est ei coniuncta. Quamuis autem intellectui videntis deum coniungatur ipsa diuina essentia, q̄ est omnium ratio, non tamen coniungitur ei prout est omnium ratio, sed secundum quod est ratio aliquorum, & tanto pluriū, quanto quisque plenius diuinam essentiam intuetur.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ quando potentia passiua est perfectibilis pluribus perfectionibus ordinatis, si perfecta sit sua vltima perfectione, non dicitur imperfecta, etiam si aliquæ dispositiones præcedentes ei desint. Omnis autem cognitio qua intellectus creatus perficitur, ordinatur sicut ad finem ad dei cognitionem: vnde videns deum per essentiam, etiam si nihil aliud cognosceret, perfectum intellectum haberet, nec est perfectior ex hoc, quòd aliquid aliud cum ipso cognoscit, nisi quatenus ipsum plenius videt. vnde Aug. in 5. cōfes. Infelix homo, qui scit omnia illa. s. creaturas, te autem nescit: beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat: qui vero te & illa nouit nō propter illa beatior, sed propter te tantum beatus.

Cap.4.

¶ Ad sextum dicendum, quòd speculum illud est voluntarium, & sicut se ostendet cui vult, ita in se ostendet quæ vult: nec est simile de speculo materiali, in cuius potestate non est quòd videatur, vel non videatur. Vnde dicendum, q̄ in speculo materiali tam res quàm speculum videntur sub propria forma, quamuis speculum illud videatur per formam receptam, lapis vero per formam propriam resultantem in re alia, & ideo per quam rationem cognoscitur vnum, & aliud: sed in speculo increato videtur aliquid per formam ipsius speculi, sicut effectus videtur per similitudinem causæ, & econuerso: & ideo nō oportet quòd quicumque videt speculum æternum, videat omnia quæ in speculo resultant, non enim necesse est q̄ videns causam, videat omnes effectus eius, nisi comprehendat causam.

¶ Ad septimum dicendum, quòd sanctorum desiderium quo omnia scire desiderant, implebitur ex hoc solum, q̄ deum videbunt, sicut desiderium eorum quo omnia bona habere cupiūt, complebitur in hoc q̄ deum habebunt. Sicut enim deus in hoc quòd habet perfectam bonitatem sufficit affectui, & eo habito omnia bona quodāmodo habentur, ita eius visio sufficit intellectui, Ioan. 14. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

¶ Ad octauum dicendum, q̄ ignorantia proprie accepta, in priationem sonat, & sic pœna est: sic. n. ignorantia est nescientia aliquorum quæ sciri debent, vel quæ necesse est scire, nullius autem eorū scientia sanctis deerit in patria. Quādoque autem ignorantia accipitur communiter pro omni nescietia, & sic angeli & sancti in patria quædam ignorabunt, vnde Dio. dicit q̄ angeli a nescientia purgantur. Sic autem ignorantia non est pœnalitas, sed defectus quidam: sic autem nec est necesse, q̄ omnis talis defectus per gloriam auferatur, sic enim etiā posset dici, q̄ defectus est in Luno, q̄ non peruenit ad gloriam Petri.

De cęlest. hierar. c.7.

¶ Ad nonum dicēdum, q̄ corpus nostrum conformabitur *corpori Christi* in gloria secundum similitudinem, non secundum æqualitatem, erit enim clarum sicut & corpus Christi, sed nō æqualiter. Et similiter anima nostra habebit gloriam ad similitudinē animæ Chri, sed nō ad æqualitatem, & ita habebit scietiam sicut anima Chri, sed non tantā. s. vt sciat omnia sicut aīa Chri.

¶ Ad decimum dicendum, q̄ quamuis essentia diuina sit ratio omnium cognoscibilium; nō tamen coniungetur cuilibet intellectui creato, secundum quod est ratio omnium, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad vndecimum dicendum, q̄ intellectus agens est forma proportionata intellectui possibili, sicut etiam potentia materiæ est proportionata potentiæ agētis naturalis, vt omne quod est in potentia passiua materiæ, vel intellectus possibilis sit in potentia actiua intellectus agentis, vel naturalis agētis: & ideo si intellectus agens fuerit forma intellectus possibilis, oportet q̄ intellectus possibilis cognoscat omnia, ad quę se extēdit virtus intellectus agentis: diuina autem essentia non est forma *hoc mō intellectui nostro proportionata*, & ideo nō est simile.

¶ Ad duodecimū dicendū, q̄ nihil prohibet dicere, q̄ post diē iudicij qñ gloria hominum & angelorum erit penitus consummata, omnes beati scient omnia quæ deus d scientia visionis nouit, ita tamen quòd non omnes omnia videant in essentia diuina: sed anima Christi ibi plene videbit omnia sicut & nunc videt, alij autem videbunt ibi plura, vel pauciora secundum gradum quo deum cognoscent, & sic anima Christi de his quæ præ alijs videt in verbo omnes alias illuminabit, vnde dicitur Apoc. 21. q̄ claritas dei illuminat ciuitatem beatorum, & lucerna eius est agnus: & similiter angeli superiores illuminabunt inferiores, non quidem noua illuminatione, vt scientia inferiorum per hoc augeatur, sed quadam continuatione illuminationis, sicut si intelligatur q̄ Sol quiescens illuminat aerē, & ideo dicitur Dan. 12. q̄ qui ad iustitiam eruditi multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Prælatio autem ordinis dicitur cessatura quantum ad ea quæ nunc circa nos per eorum ordinata mysteria exercentur, vt patet etiam per glosam ibidem.

D. 487

ARTICVLVS VI.

Vtrum aliquis intellectus creatus ex proprijs naturalibus possit deum per essentiam videre.

Pri. part. q. 12. art. 4. 3. contra gēt. cap. 52. de ver. quę. 8. ar. 3. & pri. 2. q. 5. ar. 5.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ aliquis intellectus creatus ex proprijs naturalibꝰ possit deū per essentiam videre. Secundum. n. multorū opinionem, angeli in solis naturalibus creati sunt: sed angeli in principio suæ creationis viderunt res in verbo, vt dicit Augu. super Gen. ad lram, & hæc de' eorum cognitio matutina. ergo aliquis intellectus creatꝰ ex proprijs naturalibus deum per essentiam videre potest.

Lib.1. moral. capi. 2. & 3.

¶ 2 Præt. Boni angeli & mali non cōmunicant nisi in naturalibus: sed angeli mali vidēt deum per essentiam, quod patet ex hoc quod habetur Iob. 1. & 2. Cum assisterēt filii dei, assuit etiā inter eos satan: assistentes autem nominantur angeli, secundum Greg. qui intima contemplatione pfruuntur. ergo angeli ex proprijs naturalibus deum per essentiam videre possunt.

Com. 7. & ibidē ipse met Arist.

¶ 3 Præt. Ille qui potest videre illud quod est minus intelligibile, potest videre illud quod est magis intelligibile, vt Commē. dicit in 3. de anima: sed diuina essentia est magis intelligibilis q̄ ista materialia, quę non sunt intelligibilia, nisi quia nos facimꝰ ea esse intelligibilia, ipse autem deus cū omnino sit a materia immunis, per seipsum est intelligibilis. cum ergo nos videamꝰ ex proprijs naturalibus creaturas materiales, videtur multo fortius q̄ ex propriis naturalibus deum per essentiam videre possimus, & præcipue hoc videtur de angelis.

T.com.3.

4 Præt. Vt dī 3. de aīa, Sicut habet se visus ad visibile, ita se hēt intellꝰ ad intelligibile: sed visus nō spediꝰa visiōe nisi aliquo q̄-

tuor modorum, 'Vno modo, propter corruptionem visus. s. quando est aliqua macula in pupilla, quod non potest dici de intellectu angelico etiam in statu naturalium, qui sunt specula munda & clarissima, vt Dio. dicit in 4. cap. de diuin. no. Alio modo, propter absentiam visibilis, nec hoc potest dici in proposito, quia deus ẽ præsens omni intellectui, quia omnia implet. Tertio modo ex hoc, quòd visibile non est visibile ĩ actu, sicut colores in tenebris: non enim fiunt visibiles actu nisi per lucẽ, quod etiam in proposito dici nõ potest, quia ipse Deus per seipsum visibilis est, cum sit lux intelligibilis, vt patet Ioan. 1. Quarto modo per excellentiam obiecti quod corrumpit sensum, nec hoc in proposito locũ habet: excellentiæ enim intelligibilium non corrumpunt intellectum, sicut excellentiæ sensibilium corrumpunt sensum, vt dicitur in 3. de anima. ergo nihil est quod impediat quin aliquis intellectus creatus ex proprijs naturalibus deum videre possit per essentiam.

Par. 2.

T. com. 65.

quis minus meritus, ut Linus. Pluribus uidetur ꝙ omnia de Deo ad beatitudinem spectantia oẽs communiter electi cognoscant, sed dif-

¶ 4 Præt. Vnumquodque cognoscitur per suam similitudinẽ: sed angelus secundum propriam naturam est expressa similitudo ipsius dei, vt dicit Dio. in 4. cap. de di. no. ꝙ angelus est imago dei, manifestatio occulti luminis. s. diuini. ergo angelus per propriam naturam potest deum per essentiam videre.

Par. 4.

Propos. 10.

¶ 5 Præt. In lib. de causis dicitur, ꝙ omnis intelligentia intelligit quod est supra se, inquantum est causatum ab eo: sed quilibet intellectus creatus secundum naturã suam est causatus a deo. ergo secundum sua naturalia potest deum per essentiam videre.

¶ 6 Præt. Ad immensitatem diuinæ liberalitatis pertinet vt creaturæ communicet omne id cuius ipsa est capax: sed creatura est capax huius muneris quòd ex proprijs naturalibus deum per essentiam videre possit: ad hoc enim ꝙ deum per essentiam videat, potest pertingere per lumen gloriæ, quod quidem lumen sicut est naturę superadditum, ita posset esse a deo naturæ inditum. ergo alicui creaturæ est collatum, ꝙ ex proprijs naturalibus pertingat ad videndum deum per essentiã.

2. Meta. comẽ. 1. in fine.

¶ 7 Præt. Commentator dicit in principio 9. meta. ꝙ si aliquod esset intelligibile a nullo intellectu intellectum, illud intelligibile esset frustra: sed absurdum est dicere ꝙ diuina essentia sit frustra intelligibilis. ergo aliquis intellectus per suam naturam potest ipsam videre.

SED CONTRA Ro. 6. dicitur. Gratia dei vita æterna: sed videre deum per essentiam est vita æterna, vt patet Ioã. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te &c. ergo ad videndum deum per essentiam non potest perueniri nisi per gratiam.

¶ 2 Præt. Ad illud quod redditur charitati in præmium, non potest perueniri per naturalia, cum etiam ipsa charitas sit supra naturam: sed visio dei per essentiam redditur charitati in præmium, vt patet Ioan. 14. Siquis diligit me, diligetur a patre meo, & ego manifestabo ei meipsum. ergo ad videndum deũ ꝑ essentiã potest ex ꝓprijs naturalibus intellect⁹ creat⁹ ꝑuenire.

¶ 3 Præt. Natura cum gratia est fortior quàm natura solũ: sed sancti in limbo existentes, quamuis gratiam haberent, non viderunt deum per essentiam, vnde in eorum persona dicitur Thob. 5. Quale mihi gaudium est qui in tenebris sedeo, & lumen cęli nõ video? ergo multo minus ex puris naturalibus aliquis ad hoc pertingere potest.

¶ 4 Præt. Secundum ordinem effectuum est & ordo causarum, nobilioris enim effectus nobilior est causa: sed inter omnia q̃ possunt puræ creaturę præstari hoc est maximum, vt deum per essentiam videat. ergo huius causa non potest esse natura, sed solum deus, qui est summa omnium causa.

D. 143 486.

RESPON. Dicendum, ꝙ ad hoc ꝙ intellectus deum per essentiam videat, oportet quòd essentia diuina vniatur intellectui nostro quodammodo vt forma intelligibilis: forma autem non coniungitur perfectibili nisi quando perfectibile habet dispositiones, quibus efficitur susceptiuũ talis formæ: sicut corpus non vnitur animæ nisi quando in corpore sunt dispositiones conuenientes ad animam suscipiendam. Vnde oportet ad hoc ꝙ intellectus vniatur essentiæ diuinæ modo prædicto, quòd sit in eo aliquid per modum dispositionis præparans ipsum ad vnionem prædictam, & hoc est lumen quo intellectus perficitur ad videndum deum per essentiam diuinam, hæc autem dispositio non potest esse naturalis alicui creato intellectui: vltima enim dispositio ad formam secundum eandem rationem recipitur in perfectibili & forma ipsa, ita quòd si vnum est naturale & aliud, quia perfectibile per vltimam dispositionem ad formam contingit ipsam formam: forma autem quæ est diuina essentia omnem facultatem & capa-

F

citatem naturalem excedit. Potentia enim & proprius eius actus semper accipiuntur in eodem genere: vnde potentia & actus diuidunt quodlibet genus entis, vt patet in 3. phy. & ideo facultas, siue potentia creaturæ non se extendit nisi ad sui generis formam, & sic essentia diuina quæ est extra omne genus, excedit naturalem facultatem cuiuslibet intellectus creati: & ideo dispositio vltima q̃ est ad vnionem intellectus cum tali essentia excedit omnem facultatem naturæ: vnde non potest esse naturalis, sed supra naturam, & ista dispositio est lumen gloriæ, de quo dicitur ibi psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Secundum autem naturalem facultatem potest intellectus creatus peruenire ad cognitionẽ dei per formas creatas ei inditas, vel acquisitas: sed hæc cognitio est visio eius per essentiam, sicut ex dictis patet: nec per eam scitur quid est, sed solum quia est, & quid non est.

T. co. 3. & 9. met.

T. com. 1.

ferenter. Nihil enim in Deo noscibile maius digniusque uidet, quàm cum intelligere trinum & unum, hoc autẽ omnes tunc per speciem

G

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angeli in prima sua conditione non viderunt verbum per essentiam, viderunt tamen per similitudinem creatam quæ est ipsa natura eorum quæ est dei similitudo: & hoc siue ponantur creati in gratia, siue non, dummodo non ponantur creati in gloria. vnde & cognitio vespertina qua seipsos cognouerunt in propria natura præcessit in eis cognitionem matutinam qua cognoscunt res in verbo, quod patet ex hoc quòd primus dies habet vespere siue mane.

Art. 1. hui⁹ scdi qõnes

¶ Ad secundum dicendum, quòd diabolus non dicitur deo astitisse quasi ipsum per essentiã viderit, sed quia a deo visus est, & ad eum dei prouidentia se extendit, sicut ad bonos angelos per modum quo dicimus illa nobis præsto esse quę nostræ prouidentiæ subiacent, vnde æquiuoce sumitur assistere.

D. 242.

H

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquid potest esse per se magis intelligibile, quod tamen est minus intelligibile intellectui alicui, quod de nostro intellectu manifeste apparet. Facultas enim intellectus nostri determinatur ad formas sensibiles quæ per intellectum agentem fiunt intellectæ in actu, eo quòd phantasmata hoc modo se habent ad intellectum nostrum, sicut sensibilia ad sensum, vt dicitur in 3. de anima: & ideo oportet quòd in omne illud quod intellectus noster intelligit, naturaliter manudacatur per formas sensibiles, ut etiam Dio. dicit: & quia substantiæ separatæ quæ sunt per se maxime intelligibiles, excedunt genus formarum sensibilium, ideo intellectus noster inuenitur debilis ad cognitionem eorum, propter quòd dicitur in 2. meta. ꝙ intellectus noster se habet ad manifestissima naturæ, sicut oculus noctuæ ad solem. Facultas autem naturalis intellectus angelici, quamuis non sit determinata ad formas sensibiles, est tamen determinata ad formas creatas quæ sunt sui generis, & ideo sicut intellectus noster deficit a cognitione substantiarum separatarum, ita & multo amplius deficit intellectus angelicus secundum suam facultatem naturalem a visione dei per essentiam: dictum autem Commenta. intelligitur de intelligibilibus creatis.

T. com. 3.

De diui. nomi. cap. 1.

T. com. 1.

I

¶ Ad quartum dicendum, quòd intellectus creatus non impeditur ad hoc quòd naturaliter possit deum per essentiam uidere ex defectu diuinæ essentiæ, quòd de se non sit intelligibilis in actu, sed ex parte ipsius intellectus creati. Primo, propter defectum ipsius intellectiuæ uirtutis creatæ, cuius naturalis facultas est determinata ad ens creatum: hic tamen defectus aliter est in angelo & in homine secundum sua naturalia considerando eos. In intellectu enim angeli non inuenitur aliquis defectus secundum rationem sui generis, sed secundum comparationem ad intellectum qui est extra genus suum, scilicet diuinum: habet enim omnem perfectionem quæ debetur generi intellectus, in quo non continetur nisi intellectus creatus: intellectus enim increatus est extra genus, sed intellectus humanus patitur defectum etiam secundum rationem sui generis, quia in eo est lux intelligibilis obumbrata, vnde dicit Isaac, quòd ratio oritur in umbra intelligentiæ. Secundo, propter absentiam intelligibilis, quamuis enim diuina essentia sit cuilibet rei præsens, non tamen est præsens cuilibet intellectui ut forma intelligibilis: quod tunc solum accidit quando in intellectu est dispositio sufficiens ad hoc quòd sit vnibilis diuinæ essentiæ vt formæ intelligibili. Tertio, propter excessum claritatis diuinæ essentiæ supra formam qua intellectus creatus naturaliter intelligit, & sic per consequens deficit intellectus creatus a videndo deum per essentiam, quamuis immensitas diuinæ essentiæ intellectum non corrumpat, sed magis confortet.

K

¶ Ad

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ad cognoscendum deum per aliquam similitudinem creatam potest intellectus creatus ex suis naturalibus peruenire: sed hæc cognitio non est visio dei per essentiam, vt supra probatum est.

In cor. huius art.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ effectus retinet similitudinem suę causæ, & ex hoc sequitur quòd intelligentia naturaliter cognoscat causam suam ex similitudine eius quã habet, sed hoc non est videre deum per essentiam, vt dictum est.

Vbi supra.

cognoscent. Vnde sequitur, ut nõ sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorum. Omnes ergo cuncta illa videbunt, quo

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ non quicquid superadditur creaturæ potest esse de cõstitutione naturæ ipsius. Illud enim quod ad proprietatem naturæ superioris pertinet, non potest communicari inferiori naturæ, vt illud naturaliter habeat, nisi trãsferatur in superiorem naturam: sicut diaphano non potest cõmunicari vt absente lucido luceat, nisi ipsum lucidũ fiat, quis lumen ei a corpore lucido communicetur. Determinari autem ad formam intelligibilem increatam est proprietas intellectus increati: & ideo lumen illud, per quod intellectus vnitur formæ intelligibili increatæ, communicari potest intellectui creato, sed non vt ipsum lumen naturaliter habeat, nisi in naturã intellectus increati transferatur, quod est impossibile.

¶ Ad octauum dicendum, ꝙ etiam si nullus intellectus intelligeret diuinam essentiam nec per naturam, nec per gratiam, diuina essentia nõ esset frustra intelligibilis, tum quia ipsa seipsam intelligit: tum quia nõ est propter aliud: frustra autem nõ habet locum, nisi in his quæ propter aliud sunt, ad quod non pertingunt.

ARTICVLVS VII.

Vtrum deus in statu uiæ possit per essentiam uideri.

1. par. q. 12. ar. xi. 3. cõ. Gen. c. 47 De uer. qu. 10. artic. xi. Quol. 1. ar. 1.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ deus in statu viæ possit per essentiam videri, quia dicitur Esa. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat omnis terra maiestate eius, & seraphim clamabant: sed ille cuius maiestate omnis terra impletur, est ille qui essentialiter est deus. ergo Esaias vidit deum per essentiam in statu viæ existens.

¶ 2 Præt. Videre deum facie ad faciem, est videre deum per essentiam, vt patet. 1. Cor. 13. sic enim beatam visionem Apostolus nominat: sed Iacob in statu viæ existens vidit deum facie ad faciem, vnde dicit Gen. 32. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. ergo aliquis in statu viæ potest videre deum per essentiam.

¶ 3 Præt. Iob. 42. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te: visus autem est de rebus præsentibus, auditus autem de absentibus. ergo postquàm Iob cognouerat deum quasi absentem per auditum adhuc in hac vita existens, vidit deum quasi præsentem per essentiam.

¶ 4 Præt. De Moyse dicitur Num. 12. Palam, & non per ænigmata videt deum: sed omnis visio dei vel est per ænigma, vel per essentiam, vt patet 1. Cor. 13. ergo Moyses in statu viæ existens vidit deum per essentiam.

¶ 5 Præt. 2. Cor. 12. super illud. Raptum huiusmodi vsque ad tertium cęlum, dicit glo. quòd deus ostendit Apostolo vitam, in qua videndus est in æternum, & ita ad hoc raptus est Apostolus, vt ipsum deum in se non in aliqua figura videret. & infra dicitur, ꝙ in tertio ordine angelorum sunt throni, cherubim, & seraphim, qui vicinius deum contemplantur, a quorum similitudine deum vidisse dicitur Apostolus, ex quibus omnib⁹ aperte ostendit, ꝙ ipse vidit deũ ꝑ essentiã, & sic idẽ quod pri⁹.

Cap. 31.

¶ 6 Præt. Secundum Augu. 12. super Gen. ad literam, visione intellectuali videntur ea quæ sunt in anima per sui essentiam: sed visio intellectualis est de rebus ipsis intelligibilibus nõ per aliquas similitudines, sed per suas essentias, vt ipse dicit. ergo cum deus per suam essentiam sit in anima viatoris, videtur ꝙ per essentiam suam ipsum videat.

Lib. 1. retractat. ca. 14. to. 1. & lib. de uera relig. c. 14.

¶ 7 Præt. Affectus magis est corruptus per peccatum quàm intellectus, quia peccatum in voluntate est, vt dicit Augu. sed affectus potest immediate diligere deum in statu viæ, ergo & intellectus potest immediate videre deum.

¶ 8 Præt. Omne illud immediate videtur per intellectum, ad quod intellectus se conuertit sine hoc ꝙ conuertatur ad aliqđ aliud: sed intellectus viatoris potest conuerti ad deum sine hoc quòd conuertatur ad aliquid aliud. ergo intellectus viatoris potest immediate videre deum.

A

¶ 9 Præt. Illud per quod iudicamus de aliquibus, oportet esse nobis magis notum quàm illa: sed secundum August. in lib. de vera reli. secundum veritatem increatam de omnibus iudicamus ipsam de omnibus consulentes etiam in statu viæ. ergo ipsam veritatem videmus: sed ueritas increata est diuina essentia. ergo in via deum per essentiã videre possumus.

Cap. 29.

rũ cognitio seruit beatitudini, sed in modo videndi different: alius enim alio magis, alius alio minus fulgebit.

¶ 10 Præt. Propter quod vnũquodque, illud magis: sed omnia quæ cognoscimus, cognoscimus per lumen diuinum, quod est ipsa diuina essentia, quia vt dicitur in lib. de spiritu & anima, mens nostra in actum cognitionis exire non potest nisi diuino lumine perfundatur. ergo ipsum deum per essentiam uidemus magis q̃ aliquid aliud.

1. post c. 2. seu tex. co. 5.

B

¶ 11 Præt. Secundum August. mens nostra a deo nulla interposita creatura formatur: sed in omni mediata visione aliquid interponitur. ergo & in hac vita mens nostra immediate uidet deum.

Lib. 7. super Gen. ad literam c. 13.

¶ 12 Præt. Per quamlibet sciẽtiam speculatiuam cognoscitur de subiecto quid est: sed deus in aliqua sciẽtia speculatiua est subiectum, uel saltem in parte alicuius scientiæ, sicut in theologia, & in metaphisica, quæ etiam de deo est, ut patet in principio meta. ergo per aliquam scientiam speculatiuam scitur de deo quid est, & hoc est uidere ipsum per essentiam. ergo cum omnes scientias speculatiuas possimus habere in uia, deum in statu viæ per essentiam uidere possumus.

In prohemios. Tho. & in prohemio Arist. in textu illo. Nec ea alia honorabiliorem oportet existimare &c. & ibidẽ S. Tho. ĩ sua expositiõe.

¶ 13 Præt. Nihil impeditur nisi a suo contrario: sed corruptio corporis nõ contrariatur dispositioni intellectus, cum nõ sint in eodem. ergo dispositio intellectus non impeditur per corporis corruptionem: sed anima in corpore corruptibili existens videbit deum per essentiam. ergo & corpori corruptibili iuncta potest deum per essentiam videre.

C

SED CONTRA est, quod dicitur Exo. 33. Non uidebit me homo, & uiuet. glo. quandiu hic mortaliter uiuitur, uideri per quasdam imagines deus potest: sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest.

¶ 2 Præt. Ioan. 1. dicitur. Deum nemo uidit unquàm. glo. Nemo purus homo uiuens in hoc corpore uidet deum ut est.

¶ 3 Præt. 2. Cor. 5. Quandiu sumus in corpore, peregrinamur a domino: per fidem enim ambulamus, & nõ per speciem. glo. Homini uitam mortalem adhuc agenti non potest contingere, ut dimoto atque omni discusso nubilo phantasiarum corporalium serenissima incommutabilis veritatis luce potiatur.

¶ 4 Præt. Esse uiatorem & comprehensorem est solius Christi: sed quicumque uidet deum per essentiam est comprehensor. ergo nullus alius a Christo adhuc uiator existẽs, potest deũ per essentiam videre.

D

¶ 5 Præt. Posita causa ponitur effectus: sed causa quare anima beata sit, est diuina uisio, ut ex dictis patet. si ergo aliquis in statu uiæ deum per essentiam uideat, in statu uiæ erit beatus, quod est absurdum.

2. phy. text. co. 37. & 5. Meta. text. co. 3. art. 1. huius q. 2.

RESPON. Dicendum, quòd cum beatitudo sit ultimus finis rationalis creaturæ, status uiæ in qualibet rationali creatura dicitur esse ille, in quo a beatitudine deficit. Beatitudo autem cuiuslibet rationalis creaturæ consistit in uisione dei per essentiam, ut ex dictis patet: operatio autem delectabilissima, in qua beatitudo consistit, oportet quòd sit potentiæ dispositæ & perfectæ ad dignissimum obiectum, ut patet per Philosophum in 10. ethi. & ideo ad hoc quòd creatura rationalis sit beata per uisionem dei in essentia sua, oportet quòd in hanc uisionem sit potens per aliquam dispositionem sibi inhærentem, quam dicimus esse lumen gloriæ. Sic autem nulla pura creatura in statu uiæ existens uidere potest deum per essentiam: homo enim per dispositiones omnes quas in statu uiæ habet, non potest in aliquid amplius, nisi ut intelligat quicquid intelligit per species a sensu abstractas, quia phantasmata sunt intellectui nostro ut sensibilia sensui, ut patet per Philosophum in 3. de anima. Intellectus etiam angeli in statu uiæ per omnes dispositiones naturales, uel etiam gratuitas non potest in aliquid amplius nisi ut intelligat omne quod intelligit per formas creatas, ad quas naturalis facultas intellectus eius determinatur, ut ex dictis patet: deus autem in essentia sua uideri non potest nec per aliquam formam a sensu abstractam, nec per aliquam formam creatam, ut ex dictis patet. Vnde patet quòd nullus intellectus puræ creaturæ in statu uiæ existentis potest in uisionem dei per essentiam per aliquam dispositionem sibi inhærentem: sed contingit aliquando diuina uirtute ꝙ aliqua res miraculose producitur in aliquid, in quo nullo mõ potest ꝑ aliquas dispõnes

Ar. 1. & 6. huius 2. q. Cap. 4

D. 482

E

Tex. com. 39.

Ar. 6. huius q.

Ibidem.

sibi inhærentes, sicut quòd virgo pariat, quòd ignis in aqua comburat: & similiter potest miraculose fieri, quòd diuina virtute aliquis intellectus creatus non habens nisi dispositionē viæ eleuetur ad videndum deum per essentiam: nec tamen ex tali visione potest dici beatus simpliciter, sed secundum quid tantum, inquantū .s. communicat in actu beati: sicut & aliquod corpus in statu grauitatis existēs, pōt miraculose participare actū agilitatis, vel impassibilitatis, sicut de Abacuc legitur Dan. vltimo, & de tribus pueris conseruatis in fornace Dan. 3. nec tamen eorum corpora erant gloriosa: ea autem quæ fiunt miraculose, non dicuntur possibilia secundum naturam in qua fiunt, sed secundum virtutem facientis tantū. Non enim dicimus proprie loquendo, quòd cæcus possit fieri videns, sed quòd deus potest eum facere videntem: & ideo dicēdum est, quòd nulla pura creatura in statu viæ existens, potest deum per essentiam videre, sed deus potest facere ꝙ videat adhuc in statu viæ manens. Ex dictis eriam patet, quòd nullus homo in statu vię, essentiā Dei nec etiam angeli potest cognoscere, quia excedit omnes formas sensibiles, per quas intellectus noster in statu viæ cognoscit, & ipsam mētem nostram, ex cuius similitudine aliquid de substantijs intellectualibus cognoscimus.

De paritate gaudij.

SOlet etiam quæri, an in gaudio dispares sint, sicut in claritate cognitionis differunt. De hoc Aug. ait. Multę mansiones in vna domo erunt. s. variæ præmiorū dignitates: sed vbi Deus erit omnia in omnibus. Erit enim in dispari claritate par gaudium, vt quod habebunt singuli commune sit omnibus, quia etiam gloria capitis omnium erit per vnionem fidei in intellectum diuinorū, qualis hic per contemplationem præ dictam habetur a sanctis, quæ quidē visio dicitur: quia sicut videndo aliqua cognoscimus ab ipsis rebus accipiendo, *ita sancti in contemplatione* accipiunt lumen ab ipso deo, per quod diuina altiūs cæteris contēplantur: sed audita cognoscimus assentiendo eis qui ab ipsis rebus species acceperunt, dum nobis referunt se vidisse: & similiter per fidem adhæremus dictis apostolorum, & prophetarū, qui fuerunt diuino lumine illustrati, & sic non oportet ponere quòd deum per essentiam viderit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ duplex eminētia visionis Moysi ascribitur, Vna Exo. 33. vbi dicitur, quòd loquebatur dominus Moysi facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suū. Ex quibus tamen verbis *haberi non potest*, quòd deum per essentiam viderit, quod patet ex hoc quòd petit dicens. Ostende mihi gloriam tuam, quod ei tunc concessum non est, vnde dictum est ei. Faciem meam videre non poteris, & ideo dicit glo. ibidem. Secundum opinionem populi loquitur scriptura, quæ putabat Moysen ore ad os loqui cum deo, cum per subiectam creaturam. i. per angelum & nubem ei loqueretur, & appareret. Hæc autem locutio potest intelligi fuisse imaginaria, vel corporalis, vnde dicit Augu. 2. de tri. Locutio illa quæ fiebat vocibus, sic modificabatur tanquàm esset amici loquentis ad amicum. Potest etiam intelligi esse intellectualis, secundum quod intelligibilia diuinorum inspiciebat per modū quo dicit in psal. 48. Audiam quid loquatur in me dominus deus: & vtroque modo ostenditur priuilegiata eius reuelatio, inquantum familiarius cæteris ei sua secreta reuelauit quasi amico, iuxta illud quod dicitur Ioan. 15. *Vos dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui a patre meo, nota feci vobis*: & ideo dicit Deut. vltimo. Non surrexit vltra propheta in Israel quem nosset dominus facie ad faciem. Alia eminentia visionis Moysi ostenditur Num. 12. vbi dominus de eo dixit ad Aaron & Mariam. Ore ad os loquar ei, & palam non per ænigmata & figuras deum videt, vel gloriam domini, secundum Septuaginta, vbi ostēditur impleta fuisse eius petitio, qua petierat in Exo. 33. Ostende mihi faciem tuam, ita quòd ante mortem deum per essentiam vidit, vt Augusti. dicit 12. super Gen. ad literam, & in libro de videndo deum: & ideo signanter dicitur, Ore ad os loquar ei, quod in Exo. dictum non fuerat, quia visio dei per essentiam non fit immediate aliquo superiori spiritu, sed ipse deus immediate se ostendit, & hoc est loqui ore ad os: non. n. os corporis, sed os mentis intelligendū est, vt Aug. dicit: sed visio contemplationis viæ *fit mediante illuminatione* angelorum, ut patet per Dio. 4. cap. celest. hierar. & ideo non potest dici secundum illam loqui ore ad os, sed loqui quasi per internuntium. Hæc tñ visio qua ante mortem deum per essentiam vidit, non fecit eum beatum simpliciter, vnde nec semper illa visio in eo permansit, sed ad tempus, quamuis illud tempus in scriptura nō determinetur: non enim erat ex dispositione in intellectu existente, sed ex sola diuina virtute quasi miraculose, ut dictum est. Quādo autē natura creata miraculose eleuatur ad aliquid supra naturam, non potest simul esse in contrario actu, sicut corpus Petri cum miraculose actū *dotis agilitatis* habuit super undas ambulando, non simul erat in eo actus grauitatis qui ē ferri deorsum. Et similiter quando intellectus viatoris eleuatur miraculose ad videndum deum per essentiam, non potest simul esse in actu visionis viæ, qua anima naturaliter sensibilia percipit, & ideo oportet in illo statu animam videntis omnino ab actu sensuum abstrahi. & ideo Aug. dicit 12. super Gen. ad literam, Quia deum per essentiam nemo videre potest, nisi ab hac vita quodammodo moriatur, siue omnino exiens de corpore, siue auersus & alienatus a sensibus carnalibus, et simile dicit in libro de videndo deum, & *sic non est contrarium* ei quod dicitur Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. vnde Greg. ibidem dicit in glo. A quibusdam in carne viuentibus, sed in æstimabili virtute crescentibus, potest æterni dei claritas videri, non tamen videbit eum homo, & viuet: quia qui sapientiam quæ deus est videt, huic mundo funditus moritur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ in illo raptu Paulus hoc modo vidit deum per essentiam, sicut & de Moysi dictum est, vt per visione imaginaria & intellectuali. Si. n. intelligatur de imaginaria designatur profectus Iob in gradu prophetiæ, cū primo *non fuerit ei facta* reuelatio, nisi per auditum loquentis, postmodum vero per visionem loquentis. Si autem intelligatur de visione intellectuali, tunc ostenditur profectus eius de cognitione diuinorū, qualis hic per contemplationem præ dictam habetur a sanctis, quæ quidē visio dicitur: quia sicut videndo aliqua cognoscimus ab ipsis rebus accipiendo, *ita sancti in contemplatione* accipiunt lumen ab ipso deo, per quod diuina altiūs cæteris contēplantur: sed audita cognoscimus assentiendo eis qui ab ipsis rebus species acceperunt, dum nobis referunt se vidisse: & similiter per fidem adhæremus dictis apostolorum, & prophetarū, qui fuerunt diuino lumine illustrati, & sic non oportet ponere quòd deum per essentiam viderit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ duplex eminētia visionis Moysi ascribitur, Vna Exo. 33. vbi dicitur, quòd loquebatur dominus Moysi facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suū. Ex quibus tamen verbis *haberi non potest*, quòd deum per essentiam viderit, quod patet ex hoc quòd petit dicens. Ostende mihi gloriam tuam, quod ei tunc concessum non est, vnde dictum est ei. Faciem meam videre non poteris, & ideo dicit glo. ibidem. Secundum opinionem populi loquitur scriptura, quæ putabat Moysen ore ad os loqui cum deo, cum per subiectam creaturam. i. per angelum & nubem ei loqueretur, & appareret. Hæc autem locutio potest intelligi fuisse imaginaria, vel corporalis, vnde dicit Augu. 2. de tri. Locutio illa quæ fiebat vocibus, sic modificabatur tanquàm esset amici loquentis ad amicum. Potest etiam intelligi esse intellectualis, secundum quod intelligibilia diuinorum inspiciebat per modū quo dicit in psal. 48. Audiam quid loquatur in me dominus deus: & vtroque modo ostenditur priuilegiata eius reuelatio, inquantum familiarius cæteris ei sua secreta reuelauit quasi amico, iuxta illud quod dicitur Ioan. 15. *Vos dixi amicos, quia omnia quæcumque* audiui a patre meo, nota feci vobis: & ideo dicit Deut. vltimo. Non surrexit vltra propheta in Israel quem nosset dominus facie ad faciem. Alia eminentia visionis Moysi ostenditur Num. 12. vbi dominus de eo dixit ad Aaron & Mariam. Ore ad os loquar ei, & palam non per ænigmata & figuras deum videt, vel gloriam domini, secundum Septuaginta, vbi ostēditur impleta fuisse eius petitio, qua petierat in Exo. 33. Ostende mihi faciem tuam, ita quòd ante mortem deum per essentiam vidit, vt Augusti. dicit 12. super Gen. ad literam, & in libro de videndo deum: & ideo signanter dicitur, Ore ad os loquar ei, quod in Exo. dictum non fuerat, quia visio dei per essentiam non fit immediate aliquo superiori spiritu, sed ipse deus immediate se ostendit, & hoc est loqui ore ad os: non. n. os corporis, sed os mentis intelligendū est, vt Aug. dicit: sed visio contemplationis viæ *fit mediante illuminatione* angelorum, ut patet per Dio. 4. cap. celest. hierar. & ideo non potest dici secundum illam loqui ore ad os, sed loqui quasi per internuntium. Hæc tñ visio qua ante mortem deum per essentiam vidit, non fecit eum beatum simpliciter, vnde nec semper illa visio in eo permansit, sed ad tempus, quamuis illud tempus in scriptura nō determinetur: non enim erat ex dispositione in intellectu existente, sed ex sola diuina virtute quasi miraculose, ut dictum est. Quādo autē natura creata miraculose eleuatur ad aliquid supra naturam, non potest simul esse in contrario actu, sicut corpus Petri cum miraculose actū *dotis agilitatis* habuit super undas ambulando, non simul erat in eo actus grauitatis qui ē ferri deorsum. Et similiter quando intellectus viatoris eleuatur miraculose ad videndum deum per essentiam, non potest simul esse in actu visionis viæ, qua anima naturaliter sensibilia percipit, & ideo oportet in illo statu animam videntis omnino ab actu sensuum abstrahi. & ideo Aug. dicit 12. super Gen. ad literam, Quia deum per essentiam nemo videre potest, nisi ab hac vita quodammodo moriatur, siue omnino exiens de corpore, siue auersus & alienatus a sensibus carnalibus, et simile dicit in libro de videndo deum, & *sic non est contrarium* ei quod dicitur Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. vnde Greg. ibidem dicit in glo. A quibusdam in carne viuentibus, sed in æstimabili virtute crescentibus, potest æterni dei claritas videri, non tamen videbit eum homo, & viuet: quia qui sapientiam quæ deus est videt, huic mundo funditus moritur.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ in illo raptu Paulus hoc modo vidit deum per essentiam, sicut & de Moysi dictum est, vt per

In libr. de ciu. Dei.
In libr. de Virg. c. 26.
Cap. 16.
Cap. 27. Gap. 12.
Vbi supra.
In cor. hius art.
Cap. 27. D. 10.
In glos. ordinaria.

11. lib. Moral. cap. 3. Cap. 18. in fine & etiā fine c. 17. Gen. 32. D. 712.
In glos. ordinaria sup illud, Vide dñm facie ad faciem Gen. 32. in fine.
In cor. huius ar. & in resp. ad pri.
Vbi supra Gen. 32.

Cap. ubi supra. De hac Magist. & Pauli visione. Vide aliun de 1. 2. dist. 175. art. 3. & de ver. q. 13. art. 2.

per Augustī. in lib. de videndo deum, & 12. super Gen. ad literam, vt idem priuilegium doctor gentium & magister Iudeorū consequerentur: quamuis quidam dicant, ꝙ huiusmodi visio fuit media inter visionem viæ & visionem patriæ, volentes ꝙ non viderit deum per essentiam, sed eminentissima contemplatione viæ, cuius tamen contrarium videntur sonare verba sanctorū. Secundum hoc tamen potest dici fuisse media inter vtrāque cognitionem', quia in hoc quòd vidit deum per essentiam, *fuit supra* cognitionem viæ: in hoc vero quòd exilla visione non fuit simpliciter beatus, fuit infra cognitionem patriæ.

¶ Ad sextum dicendum, ꝙ visio intellectualis est de his quæ sunt in anima per sui essentiam non quocumque modo, sed de his quæ sunt in ea vt *formæ intelligibiles* in intellectu: sic autē non est deus in anima viatoris per essentiam suam, sed per similitudinem. Quod autem dicitur ab Augu. quòd visio intellectualis est earum rerum quarum similitudines non sunt aliud quàm ipsæ, est referendum ad obiectum visionis, non ad medium quo videtur. Constat enim quòd medium quo intelligitur lapis, est species eius in anima, quæ non est ipsa lapidis essentia: sed per similitudinem lapidis pertenitur ad cognoscendam ipsam essentiam lapidis, quia obiectum intellectus est quid, idest, rei essentia, seu quidditas, sed hoc non contingit in visione imaginaria, vel corporali, quia obiectum imaginationis, vel sensus non est ipsa essentia rei, sed accidentia quæ sunt extra, sicut color, & figura, & huiusmodi. Vnde etiam in visione intellectuali viatoris non oportet quòd ipsa diuina essentia sit medium quo videtur, sed quod per similitudinem aliquā ipsius perueniatur ad aliqualem diuinę essentiæ cognitionem, non qua sciatur quid est deus, sed qua sciatur quid non est. Vel dicendum, quòd August. etiam 12. super Gen. ad literam, vnde uerba illa sumuntur in glo. 2. Cor. 12. inducit hoc ad ostendendum differentiam intellectualis uisionis ad alias uisiones. Hoc enim intellectualis prę alijs habet, quòd potest cognoscere ea quæ sunt in intellectu per sui essentiam, non autem sensus, uel imaginatio: non autem sequitur propter hoc ꝙ intellectus nihil intelligat nisi per essentiam suam, & ꝙ non intelligat per similitudines aliquas.

¶ Ad septimum dicendum, ꝙ in omnibus potentijs adinuicē ordinatis hoc est necessarium, ut ubi terminatur actus prioris potentię, incipiat actus secundæ: unde cum uoluntas præsupponat intellectum, uoluntas fertur in illud in quod intellectus terminatur: intellectus autem quamuis deum in statu viæ non nisi per effectus cognoscat, tamen eius operatio in ipsum deum terminatur secundum quālācumque cognitionem quā de ipso accipit, & ideo affectus non indiget ad hoc quòd referatur in deum, quòd redeat in illa mēdia, sed potest statim in ipsum deum ferri, in quem intellectus deuenit.

¶ Ad octauum dicendum, quòd etiam quando aliquid videtur per similitudinem alterius rei, potest contingere ꝙ uidens rem per medium, cogitet de re immediate siue hoc, ꝙ eius cognitio conuertatur ad aliquam aliam rem, quia in illud medium non conuertitur vt est res quædam, sed vt imago illius rei quæ per ipsam cognoscitur. Idem autem est motus intellectus in imaginem, inquantum est imago & imaginatum, quāuis alius motus sit intellectus in imaginem, inquantum est res quædam, & in id cuius est imago: & ideo quando per similitudinem creaturæ quam intellectus habet penes se, non cōuertitur in creaturam, est res quædam, sed solum vt est similitudo rei, tunc immediate de deo cogitat, quamuis non immediate deum videat.

¶ Ad nonū dicendum, quòd sicut dicit glo. super illud psal. 11. Diminutæ sunt veritates &c. Ab una ueritate increata resultant multæ ueritates in animabus nostris: sicut ab una facie similitudines multæ in speculo fracto, siue in multis speculis, & hæc veritas in intellectu nostro resultans primo & principaliter consistit in primis principijs per se notis: & ideo quando per ea de omnibus alijs iudicamus, nostrum iudicium est secundum primam veritatem, cuius est dictorum principiorum veritas similitudo.

¶ Ad decimum dicendum, ꝙ dupliciter cognoscitur aliquid ab altero. Vno modo sicut ex cuius cognitione deuenitur in cognitionem alterius, & sic illud quo cognoscitur est magis notum, vt principia conclusionibus. Alio modo sicut perficiens cognoscentem ad cognoscendum siue sit forma, sicut species lapidis in oculo perficit oculum ad videdum: siue principium effectuum huius formæ, sicut dicitur quòd oculus videt per solem, & hoc modo id quo aliquid cognoscitur, non oportet quòd sit magis notum, immo possibile est ꝙ non cognoscatur: cognoscitur enim per quandā inflexionem intellectus ab obiecto cognoscibili *in id quod erat cognitionis* principium, sic autem in deo omnia cognoscimus, & ideo ratio non sequitur.

¶ Ad undecimum dicendum, quòd verbum Aug. intelligendum est quantum ad hoc, quòd nulla creatura interponitur inter mentem nostram & deum, qua mediante mēs nostra a deo procedat in esse, vel qua mediante formetur per *gratiam*, uel per gloriam, *sicut efficiente medio*: nihil tamen prohibet, quin aliqua forma creata mediāte mens nostra a deo formetur, sicut gratiæ, vel charitatis habitu; & sic per speciem creatam formatur mens viatoris ad videndum deum.

¶ Ad duodecimum dicendum, quòd Auempace posuit ꝙ intelligere *essentias* seperatarum substantiarum poterat prouenire homini per scientias speculatiuas, quas in hac vita adiscimus. Sed hanc positionem improbat Commen. in 3. de anima ex hoc, ꝙ adhuc non sunt inuenta aliqua principia, in quibus ad hoc peruenire possit: quod non uidetur esse probabile, si ad *hoc per principia* scientiarum speculatiuarum peruenire posset, & præcipue cum omnis humana cognitio ad illam ordinetur: non enim esset probabile ꝙ species humana deficeret a perfectione naturali totaliter. Et ideo dicendum, ꝙ prædicta positio impossibilis est, cuius ratio est: quia scientiæ speculatiuæ procedunt ex *principijs per se notis*, quæ a sensu *accipiunt*, ut dicitur in 2. posteriorum, & ideo per illa non possumus deuenire in essentias illarum rerum quæ omnes formas sensibiles excedunt, vnde per nullam scientiam speculatiuam quam nunc acquirimus, scimus quid est deus, uel quid est angelus, nisi sub quibusdam similitudinibus magis cognoscētes de eis quid non sunt, quàm quid sunt: & propter hoc dicit Philosophus in principio meta. quòd scientia de deo non est humana possessio, quia scilicet eam ad plenum habere non possumus.

¶ Ad tertiumdecimum dicendum, quòd corpus non potest esse corruptibile, nisi quando anima non plene corpori dominatur. Si enim plene ei non dominaretur, suam incorruptionem ei conferret, & ideo in statu corruptionis oportet quòd anima cognoscat secundum exigentiam corporis, s. accipiendo a sensibus, tali autem modo cognitionis deus per essentiā uideri non potest, ut ex dictis patet, & secundum hoc status corruptionis repugnat visioni dei per essentiam.

Cap. 1. q. 31. art. 1.
Cap. ult. & 10. ethi. c. 2. & 4.
Pri. com. c. 2.
S. Tho. c. 3.
In pñti art.
Ca. 4. circa finem.

QVAESTIO III.

C

Deinde quæritur de delectatione.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Quid sit delectatio.
¶ Secundo, Quæ sit causa delectationis.
¶ Tertio, De comparatione delectationis ad tristitiam.
¶ Quarto, De bonitate & malitia delectationis & tristitiæ.
¶ Quinto, De comparatione delectationis spiritualis ad corporalem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum delectatio sit passio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ delectatio non sit passio. Omnis enim passio in motu cōsistit, ut dicitur in lib. 6. principiorum: sed delectatio non est motus, neque generatio aliqua, ut dicit Philosophus in 7. eth. ergo delectatio non est passio.

¶ 2 Præt. Operatio non est passio, sed magis actio, cum sit existentis in actu secundum quod huiusmodi: sed delectatio est quædam operationis perfectio, ut dicitur in 10. eth. ergo delectatio non est passio.

¶ 3 Præt. In omni passione trahitur patiens ad terminos agētis, quia agens assimilat sibi patiens: sed causa delectationis est conuenientia, & ita illud quod delectatur in suis terminis manet. ergo delectatio non est passio.

SED CONTRA. Gaudium & delectatio sunt vnius generis: sed gaudium est passio, ponitur enim una de quatuor principalibus passionibus, vt patet 9. de ciuit. dei, ergo & delectatio est passio.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Delectationis est bonum: sed bonum est proprium obiectum appetitus, ergo delectatio ad appetitum pertinet: sed alia quæ pertinent ad appetitum sunt passiones, vt amor, ira, & huiusmodi, ergo & delectatio est passio.

II Vbi supra art. 4. T.com.20.

VLTERIVS, Videtur quòd in parte intellectiua animæ, & in alijs substantijs spiritualib⁹ delectatio esse nō possit, quia vt dicitur in 7. physicorum, Omnis passio est in parte animæ sensitiua: sed delectatio est passio, vt probatum est. ergo non potest esse in parte intellectiua, nec in substantia aliqua spirituali.

tionis claritatem, quia per claritatem quæ in singulis erit perfecta, tantum quisque gaudebit de bono alterius, quantum gauderet si in seipso haberet. Sedsi par erit cūctorum gaudium, videtur quòd par sit omnium beatitudo, quod constat omnino non esse. Ad quod dici potest, quòd beatitudo par esset, si ita esset par gaudium, vt etiā dicit Cassiodo. super psal. ꝙ exultatio in magnis gaudiis dicitur. Iucunditas vero vlterius importat effectum gaudii exterius prorumpentem, qui non solum demonstrat interius gaudium, sed etiam excitat aliquos ad gaudendum.

Par. 2. ca. 3.

¶ 2 Præt. Auicenna dicit in 6. de naturalibus, quòd subiectū delectationis est species corporalis: sed pars intellectiua non vtitur aliquo corporali organo. ergo in ea non potest esse aliqua delectatio.

¶ 3 Præt. Illud quod est intellectiuæ partis, non est commune nobis & brutis: sed delectatio est etiam in brutis. ergo delectatio non est intellectiuæ partis.

SED CONTRA est, quod dicitur Lucæ 15. Gaudium est angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 7. ethico. ꝙ deus semper vna & simplici operatione gaudet, ergo & eadem ratione in alijs substantijs spiritualibus potest esse delectatio.

III Vbi supra art. 2. cap. 4.

VLTERIVS, Videtur ꝙ delectatio sit in tempore. Delectatio enim cōsequitur operationem nostram, vt dicitur in 10. ethi. sed operatio nostra est in tempore. ergo & delectatio est in tempore.

¶ 2 Præt. Omne illud in quo est accipere prius & posterius, est in tempore: sed in delectatione est accipere prius & posterius, cum aliquis per longam horam possit continue delectari. ergo videtur ꝙ delectatio sit in tempore.

¶ 3 Præt. Delectatio alijs passionibus condiuiditur: sed aliæ passiones animæ sunt in tempore, vt ira, & huiusmodi. ergo & delectatio.

Cap. 4.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 10. ethico rum. Secundum nullum tempus acciperet quis delectationē.

¶ 2 Præt. Delectatio sequitur apprehensionem conuenientis: sed visio, & aliæ apprehensiones non sunt in tempore, sed in instanti. ergo & delectatio non mensuratur tempore.

III Vbi supra art. 3.

VLTERIVS. Videtur quòd delectatio & gaudium sint penitus idem, & similiter exultatio, & lætitia, & iucunditas. Passiones enim & habitus penes obiecta distinguuntur: sed gaudium, & delectatio, & alia supra dicta habent idem obiectum. s. bonum conueniens. ergo sunt idem.

¶ 2 Præt. Ab eadem causa procedit idem effectus, quia idem semper natum est idem facere: sed delectationis & gaudij non potest poni nisi vna & eadem causa, scilicet coniunctio conuenientis. ergo sunt idem.

¶ 3 Præt. Vnum vni opponitur: sed delectationi & gaudio opponitur vnum, quod est tristitia. ergo delectatio & gaudium sunt vnum omnino.

Par. 4. ca. 1. Cap. 4.

SED CONTRA est, quod dicit Auicenna in 6. de naturalibus, quòd gaudium est species delectationis. ergo non sunt omnino idem. I

¶ 2 Præt. Si gaudium & delectatio essent omnino idem, vbicumque est delectatio esset & gaudium: hoc autem falsum est, quia in sensu dicitur esse delectatio, sed non gaudium, proprie loquendo. ergo delectatio & gaudium non sunt penitus idē.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionē, quòd quilibet res quando pertingit ad propriam perfectionem, consequitur stabilimentum & vigorem, sicut corpora quando perueniunt ad terminos motus sui naturalis, quia in loco naturali conseruantur. Cum autem motus petens terminos distinguantur, oportet quòd diuersum iudicium de peruentione ad terminum complementi accipiatur secundum differentiam motus. Mouetur autem aliquid ad suam perfectionem dupliciter. Vno modo per inclinationem naturalem, sicut lapis mouetur deorsum, & hic motus non præexigit cognitionem in eo quod mouetur, sed in alio quod est principium causans hanc inclinationem, & hic est motus naturalis. Alio modo per inclinationem, cuius principium est cognitio eius quod mouetur, & hæc quidem inclinatio dicitur appetitus animalis, aut intellectualis: vnde sicut in terminatione motus naturalis est quædam vigoratio naturalis eius quod mouetur, ita in assecutione perfectionis, in quam tēdit appetitus animalis, est quædam quietatio ipsius, seu vigoratio eius præsupponens cognitionem perfectionis iam coniunctæ, sicut appetitus præsupponebat cognitionem perfectionis nondum habitæ, & talis vigor, siue quietatio appetitus vocatur delectatio: vnde etiam Commen. dicit in 10. ethi. quòd delectatio est quædam superfloritio naturæ. Est autem duplex appetitus sicut & cognitio, scilicet sensitiuus, & intellectiuus partis. Appetitus autem sensitiuus partis est virtus in organo corporali, & est immediatum principium corporalis motus: vnde omnia quæ accidunt in appetitu sensitiuo sunt coniuncta cum quadā trāsmutatione corporali, quod non accidit in his quæ sunt in appetitu intellectiuo, nisi passione large accepta, & improprie, vt in 3. lib. dist. 15. dictum est, vnde delectatio quæ est in appetitu sensitiuo, quædam passio est, non autem delectatio quæ est in intellectiuo, nisi passione large accepta. F q.2. arti. 1. q.2. in cor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est inconueniens motum per accidens terminari ad alium motum, q̄us hoc per se sit impossibile, vt probatur in 5. Phvsicorum. Delectatio ergo inquantum huiusmodi, semper consistit in aliqua terminatione motus: sed tamen quia in terminatione motus appetitui consurgit quidam motus, in quo passio animalis consistit, ideo passionem inesse accidit delectationi, sed inest per se delectationi sensitiuæ. G T.com.12.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis operatio inquantum operatio, non sit passio, tamen potest habere passionem annexam vel sicut præcedentem, vel sicut subsequentem, vt præcedentem quidem, sicut sentire habet annexam receptionem speciei sensibilis, & intelligere receptionem speciei intelligibilis secundum quod omne sentire quoddam pati est: sed vt consequentem, sicut operationem appetitus sensitiui consequitur quædam corporaliter transmutatio secundum dilatationē & constrictionem cordis, & alia huiusmodi, & sic quamuis delectatio inquantum est delectatio, sit circa operationem, tamen inquantum est delectatio sensitiua, est in passione quadam consistens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd delectatus includitur terminis H suæ perfectionis, ex qua delectatio consurgit, qui quidem termini sunt alieni hoc modo quo differt perfectio & perfectibile: sunt autem propri secundum quod perfectio est connaturalis perfectibili.

¶ Alia duo concedimus quantum ad delectationem sensitiuā.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd delectatio inuenitur diuersimode in deo, angelis, hominibus & brutis, secundum quod diuersimode se habent ad suas perfectiones, ex quarum coniunctione delectatio cōsurgit. Bruta enim non possunt pertingere ad altiorem perfectionem quàm sit perfectio materialis: vnde eam consequuntur materiali motu, qui. s. est per organum corporale, & sic delectatio in eis consurgens est materialis passio. In angelis vero cum sint omnino a materia separati, non est accipere aliquā materialem perfectionem, sed immaterialem tantum, vnde & immaterialiter eam consequuntur, & delectatio in eis consequens immaterialis est. Vnde dicit Diony. in fine cæleſt. hierar. ꝙ cęlestes dispositiones. i. angeli acceptrices non sunt omnino eius quæ secundum nos est passibilis delectationis: homines vero ex spirituali & materiali natura compositi sunt, & ideo quantum ad inferiorem partem. s. appetitum sensibilem, in quo cum brutis cōueniunt, est delectatio materialis: in superiori vero appetitu in quo cum angelis conueniunt, habent delectationem immaterialem, vt cum gaudent de rebus spiritualibus, puta de contēplationibus, & alijs diuinis donis: vnde dicit Dio. ibidem, ꝙ in participatione angelicæ delectationis sæpe facti sunt, & viri sancti per deificos diuinarum illuminationum superaduētus. In omnibus autem prædictis perfectio est aliud ab eo quod p̄ficitur, vnde possibile est plures perfectiones uniri elle, & ideo tam in brutis q̄m in hominibus & angelis sunt multiplices delectationes eis superuenientes: sed deus non habet perfectionē quæ non sit idem quod ipse, cum ipse sit actus purus, & ideo vnica tantum est eius delectatio non superueniens, sed essentialis. vnde dicit Philosophus in 7. ethi. quòd deus semper vna & simplici gaudet delectatione. Cap. ult.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in appetitu intellectiuo nulla est passio, sed solum in appetitu sensitiuo, quia quod patitur, ab alio mouetur & ducitur: appetitus autem intellectiuus, cum sit liber, sui non dicitur duci, sed appetitus sensitiuus ducitur, vnde in eo solo passio cadit, delectatio vero, quæ est in appetitu intellectiuo non est passio, sed quædam operationis perfectio, vt dictum est. In præsenti arti. plures.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Auicenna loquitur de delectatione sensitiua, quæ per organum completur corporale, sicut &c. cetera quæ ad sensitiuam partem pertinent.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa quæ sunt communia nobis & brutis

brutis secundum vnam rationem non pertinent ad intellectiuam partem, sed aliquid est commune nobis & brutis non secundum rationem eandem quod in nobis ad intellectum pertinet sicut cognitio, & alia huiusmodi quæ secundum quandam communitatem analogiæ extenduntur a deo vsque ad bruta animalia vt cognitio, & etiam vsque ad plātas vt vita, & etiam vsque ad lapides vt esse, vt patet per Dion. de diui. no. & secū. Cap. 4. par. 1.

dum hoc delectatio spiritualis habet communitatem cum delectatione quæ est in brutis.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd aliquid dicitur esse in d tempore dupliciter. Vno modo per se, alio modo per accidens: quia autem de ratione temporis est prius & posterius, & illud per se inest alicui quod conuenit ei secundum rationem suæ speciei, ideo illa per se in tempore sunt, in quibus requiritur aliquid ad complementum speciei, quod in futurum expectatur, & hoc modo motus est in tempore: non enim completur species motus in medio nisi perueniatur ad terminum: & similiter etiam quies est in tempore, eo ꝙ quiescere est eodem modo se habere nunc vt prius, & sic de ratione quietis est vt aliquid in futurum expectetur. Per accidens vero aliquid in tempore esse dicitur, ad cuius speciei complementum nihil requiritur quod in futurum expectetur, sicut esse hominem quod in vno instanti completur: sed est coniunctum motui qui per se est in tempore prout esse hominis variabile est, delectatio autem ad complementum suæ speciei & rationis nihil in futurum expectat, in instanti enim verum est dicere hominem delectari: vnde non est in tempore nisi per accidēs, inquantum scilicet perfectio illa ex cuius coniunctione surgit delectatio, motui coniuncta est, & ideo si sit aliqua perfectio quam motus non contingat, talis delectatio non erit in tempore neque per se, neque per accidens, & hæc est spiritualis delectatio in angelis: in brutis autem est delectatio existens in tempore per accidens, inquantum eorum perfectionibus motus directe coniungitur: sed in nobis delectatio non est in tempore quo ad intellectiuam partem etiam per accidens nisi valde indirecte, inquantum scilicet operatio intellectus nostri coniungitur phantasmatibus, tamen verum est nullam delectationem esse in tempore per se loquendo. D D. 1151.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd delectatio immediate consequitur operationes animæ, quæ sunt apprehendere, & velle: hæ autem operationes non sunt in tempore nisi per accidens. Videre. n. & intelligere, & velle statim sunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad hoc quòd aliquis dicatur diutius alio delectari, non est nisi inquantum delectatio est in tempore per accidens, sicut etiam dicitur homo diutius videre, vel viuere.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ etiam aliæ animæ passiones quantum ad id quod est ex parte animæ non sunt in tempore nisi per accidens, inquātum scilicet eis coniungitur motus ex parte corporis, tamen delectatio magis habet rationem ꝙ non sit in tempore quàm aliæ passiones: quia aliæ passiones consistūt in appetitu secundum quod tendit in aliquid, sicut ira in vindictam, & odium in nocumentum alterius: sed delectatio cōsistit in appetitu secundum quod eius motus in suo appetibili adepto terminatur: omnis autem terminus motus non est in tempore, sed in instanti.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, ꝙ delectatio, gaudium, lætitia, & omnia huiusmodi hoc habent cōmune ꝙ causantur ex coniunctione perfectionis appetitæ. Perfectio autem aliqua potest alicui coniungi dupliciter, vno modo realiter, alio modo secundum comprehensionem eius. Ex hoc autem ꝙ perfectio realiter coniungitur consurgit delectatio: ex hoc aūt ꝙ coniungitur secundum apprehensionem surgit gaudium, & omnia alia: & propter hoc etiam gaudiū est de ipse futurorum, & memoria præteritorum, sed delectamur de præsentibus tm: ideo etiam quia sensus exterior nō apprehendit rem nisi p̄sentem, secundum eum nō dicimur gaudere, sed delectari: sensus autem interior apprehendit & rem p̄sentem, & absentē, vnde secūdum sensum interiorem dicimur & delectari, & gaudere: delectari quidem de eo ꝙ sibi sua perfectio coniungitur, sicut de ipsa sua operatione, de qua etiam & gaudet inquantū eam apprehendit, sed de operatione sensus exterioris quæ sibi non coniungitur nisi apprehensione, potest quidem gaudere, sed nō delectari: sicut sensus interior, vel intellectus non delectatur in comestione dulcis, sed potest gaudere de hoc inquantum hoc apprehendit vt conueniens exteriori sensui. Lætitia vero, & exultatio, & iucunditas exprimunt quosdā gaudij effectus: lætitia quidem effectum interiorem, secundum quòd ipse affectus dilatatur quasi roboratus & perfectus ex appetibilis coniunctione, vnde & passio gaudij cum dilatatione cordis perficitur. Dicitur. n. lætitia quasi latitia: sed exultatio exprimit vlterius effectum gaudij exterius prorumpentem in signū interioris gaudij, vñ dicit exultatio ex hoc, ꝙ interius gaudiū ad exteriora ꝙdit, quod ex magnitudine gaudii interioris contingit. vñ dicit Cassiodo. super psal. ꝙ exultatio in magnis gaudiis dicitur. Iucunditas vero vlterius importat effectum gaudii exterius prorumpentem, qui non solum demonstrat interius gaudium, sed etiam excitat aliquos ad gaudendum. In expositione psal. 9. sup illud Lætabor & exultabo in te.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ gaudium & delectatio licet habeant vnum obiectum secundum rem, non tñ est vnū obiectum secundum rationem. Bonum. n. cōiunctum realiter facit delectationem, sed coniunctum secundum apprehensionem facit gaudium: lætitia vero, exultatio, & iucunditas sunt idem quod gaudium, nisi ꝙ exprimunt quosdam gaudij effectus, vt dictum est. B

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ idem est causa delectationis & gaudij, sed non eodem ordine. Primo. n. & per se est causa delectationis, secundario uero est causa gaudij. Nunquàm. n. ad aliꝗd apprehensum facit gaudium, nisi inquantum æstimatur vt coniunctum, vel coniunctibile secundum rem ad faciēdum delectationem, & ideo coniunctio perfectionis primo & per se facit delectationem, sed inquantum apprehenditur vt delectationem faciens, facit gaudium etiam qñ delectationem actualiter non causat, vñ delectatio naturaliter prior est gaudio.

C ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ gaudio opponitur directe tristitia: delectationi autem opponitur dolor, secundum quod delectatio est in sensu exteriori, & præcipue in tactu, sed secundum quod est interius, non habet aliud oppositum quàm tristitiam, posset tamen habere, si esset nomen positum.

ARTICVLVS II.

Vtrum causa delectationis sit sola operatio connaturalis habitus non impedita.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ causa delectationis non sit sola operatio connaturalis habitus nō impedita. Dicit. n. Auicen. in lib. de naturalibus, ꝙ delectatio consurgit ex perceptione conuenientis adiuncti: sed non sola operatio est conueniens, sed multa alia, ergo non sola operatio est delectationis causa. I. 2. q. 32. ar. 1. Auicēna.

¶ 2 Præt. Idem non est contrariorum causa: sed operatio aliquando est causa tristitiæ etiam propria & connaturalis. vnde accidia quæ quædam tristitia est, etiam consurgit ex spiritualibus operibus. ergo operatio nō est ꝓpria delectationis causa.

¶ 3 Præt. Si aliquid est causa alicuius, continuatio eius causa est continuationis illius: sed continuatio operationis non est causa continuationis delectationis, immo continuatio operationis frequēter parit fastidiū, & operatiōes in sui nouitate sunt magis delectabiles. ergo operatio non est causa delectationis.

¶ 4 Præt. Quies operationi opponitur: sed quies delectationem causat, ergo operatio non est propria cā delectationis.

¶ 4 Præt. Senes sunt attentioris operationis q̄ iuuenes: sed in senibus est minus de delectatione q̄m in iuuenibus, vt patet per Philosophum in 8. ethico. ergo operatio non est causa delectationis. Cap. 4.

¶ 5 Præt. Si operatio esset causa delectationis, similiter se haberent ad delectationem qui similiter se habent ad operationem: sed aliqui qui similiter operantur, non similiter delectantur: melancolici enim minus delectantur q̄ sanguinei. ergo videtur ꝙ operatio non sit per se delectationis causa.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 7. ethi. quòd delectatio est operatio connaturalis habitus: nec hoc potest intelligi nisi causaliter. ergo operatio est delectationis cā. Cap. 14.

¶ 2 Præt. Vnumquodque distinguitur secundum distinctionem suæ causæ: sed delectationes distinguuntur per distinctionem operationum, vt patet per Philosophum in 10. ethicorum. ergo operatio est delectationis causa. Cap. 5.

¶ 3 Præt. Habitus non cognoscitur nisi per operationem, vel per aliquid per operationem causatum: sed habitus cognoscitur ex delectatione, vt dicitur 2. ethicorum. Signum oportet accipere habitus fientē in opere delectationē. cum ergo delectatio nō sit ipsa operatio, videt ꝙ sit ex operatione causata. Cap. 2.

RESPON.

RESPON. Dicendum, quòd sicut anima est forma corporis, ita in his quæ sunt cõmunia animæ & corpori id quod ex parte animæ se habet, est formale: quod vero ex parte corporis materiale, sicut in ira appetitus vindictæ est formale: accensio sanguinis circa cor est materiale. Cum ergo delectatio secundum quod ẽ passio, sit de cõmunibus animæ & corporis, cã eius potest quæri duplex, formalis ex parte animæ, & materialis ex parte corporis. Sed quia delectatio secundum quod se tenet ex parte animæ, habet rationem quasi communem quantum ad omnes, in quibus delectatio inuenitur scilicet deum, angelos, & homines, & bruta: secundum autem quod se tenet ex parte corporis manet tantum in parte animæ sensitiua, ideo causa formalis delectationis est causa delectationis cuiuscumque, non autem causa materialis ipsius. Patet etiam q̃ secundum formam est aliquid actu, sed secundum materiam est aliquid in potentia, & secundum materiæ dispositiones est aliquid in aptitudine, vel habilitate ad actũ: & ideo secundum materialem causam delectationis scitur quo modo aliquis sit dispositus ad delectationem: sed secundum causam formalem ipsius apparet qualiter aliquis actu delectetur. Formalis igitur causa cuiuslibet passionis, vel operationis est obiectum ipsius: obiectum autem delectationis est bonum conueniens coniunctum. Ex eo enim quòd delectatio est in parte appetitiua, oportet q̃ eius obiectum sit bonum: ex eo vero quòd est appetitus iam terminati in suo obiecto, oportet q̃ sit conueniens etiam coniunctum. Hoc autem bonum quod est proprium delectationis obiectum, est operatio, præcipue propter tres rationes. Primo, quia cum delectatio consistat in quietatione appetitus, motus autem appetitus sit in bonum, oportet quòd quietis ipsius delectatio sit in vltimo bonorum. Vltimum autem & perfectissimum quod est in vnoquoque, est sua operatio: vnde omnis forma inhærens comparatur ad operationem quodammodo vt potentia ad actum, propter quod forma dicitur actus primus vt scientia, & operatio actus secundus, vt considerare, vt patet in 2. de anima. Secundo quia cum delectatio sit in appetitu, & omnis passio, vel operatio appetitus præexigat apprehensionem, oportet quòd bonum coniunctum quod delectationem causat, sit apprehensum: dispositio autem quæ est iam inhærens, a nobis non apprehenditur ita sicut dum est in fieri, vt Auicenna dicit in 6. de naturalibus, vnde ethici minus sentiunt calorem febrilem quàm alij febricitantes, quamuis in eis febris sit intensior, quia iam calor ille est infusus membris quasi complexio illorum, & hoc ideo quia nostrum sentire & intelligere sunt ex aliqua permutatione intellectus & sensus a suis obiectis: ab eo autem quod iam in se quiescit, nihil immutatur. Vnde cum esse nostrum, & viuere nostrum, & omnis actus proprij insint nobis vt in nobis quiescentes, sola autem operatio insit in nobis vt in fieri existens, in ipsa operatione percipimus & esse nostrum, & viuere nostrum: & inde est quòd in operando delectamur, & in videndo, & sentiendo, & alijs huiusmodi, in quibus indicatur quodammodo nostrum esse & viuere, vt patet per Philosophum in 10. ethico. Tertio, quia operatio procedit ex his bonis quæ in nobis sunt, & quodammodo in se continet sicut effectus causam, per eam etiam bonis exterioribus coniungimur: vnde omne bonũ quod a nobis est diligibile, quietat nostrum appetitum mediante operatione, vnde operatio est per se causa delectationis, non autem omnis operatio est delectationis causa, sed illa quæ est ab habitu procedens & non impedita, bonum enim coniunctum non delectat nisi inquantũ est conueniẽs: operatio autem efficitur nobis conueniens & quasi connaturalis per habitum, quia habitus inclinat in actum per modum naturæ, vt Tullius dicit de virtute: & ideo dicitur in 2. ethi. q̃ delectatio in opere facta est signum habitus inhærentis. Quamuis autem operatio connaturalis nobis fiat secundum habitum, tamen potest esse nobis nõ conueniens ratione alicuius accidentis, inquantum videlicet habemus aliqua impedimenta progrediendi in talem operationem: vnde oportet operationem, quæ delectationem causat, esse non impeditam, & hoc est quod dicit Philosophus in 7. ethi. quòd in operatione connaturalis habitus non impedita delectatio consistit. Sic ergo causa formalis propria delectationis est operatio connaturalis habitus non impedita, materialis autem causa delectationis accipienda est ex parte subiecti eius: subiectum autem delectationis, & omnium animæ passionum est spiritus animalis, qui est proximum instrumentum animæ in operationibus quæ per corpus exercentur. Ad hoc autem quòd spiritus appetatur ad delectationem, duo requiruntur, scilicet debita quantitas, & debita qualitas. Quantitas quidem debita est vt sit abundantia spirituum propter duo. Primo, quia spiritus abundãs in quantitate abundat etiam in virtute. Secundo, quia cum ad passionem delectationis requiratur delectatio cordis & spirituum, non potest delectatio perfici, quando sunt pauci spiritus, quia natura constringit eos, & retinet ĩ suo principio. Sed quando sunt multi spiritus, natura potest retinere partem in principio suo, & effundere abunde ad dilatationem: & ideo cum adolescentes in quibus sunt pauci spiritus, sunt proni ad tristitiam magis quàm ad delectationem. Debita vero qualitas attenditur quantum ad tria. Primo, vt sit temperatæ complexionis, & ideo ægri non sunt apti ad delectationem. Secundo, vt spiritus sit clarus, & non nubilosus, & ideo malencolici, in quibus sunt spiritus terrestres & obscuri, sunt proni ad tristitiam. Tertio, vt eius substantia sit mediocris inter spissitudinem & tenuitatem. Si enim sit nimis grossus, sicut in senibus: vel nimis tenuis, sicut in macilentis, non est aptus ad delectationem, quia non est facile dilatabilis. Et propter has causas vinum lætificat, quia generat multos spiritus claros, temperatos, & mediocres inter spissitudinem & tenuitatem.

Quanto ergo fuerit maior dispositio ex parte materialium causarum ad gaudium, vel tristitiam, tanto minus quid requiritur ex parte causæ formalis, & ecõuerso: & ideo quidam ex modica occasione lætantur, vel tristantur, quidam vero non nisi ex magna.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quamuis multa alia sint conuenientia quàm operatio, tamen ex omnibus eis non consurgit delectatio, nisi operatione mediante: quia exteriora conuenientia nobis per aliquam operationem coniunguntur, interiora vero in operationibus apprehenduntur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ non quælibet operatio est delectationis causa, sed operatio connaturalis habitus non impedita, & ideo quando cogimur ad aliquas operationes contrarias habitibus, qui nobis insunt, vel in quibus impedimenta patimur, ratione quorum accidit nobis fatigatio & labor, in huiusmodi operationibus non delectamur, sed contristamur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ triplex ratio est, quare non similiter delectamur in processu operationis, sicut in principio. Primam assignat Philosophus in 10. ethi. quia scilicet cum operatio sit delectationis causa, quanto aliquis attentius operatur, tanto maior delectatio ex operatione consurgit: homo autem in principio operationis attentior est ad operationem quàm in progressu. Omnia enim noua magis ad se nostram intentionẽ trahunt, & ideo in progressu operationis quando aliquis negligentius intendit operationem, non sentit tantam in opere delectationem. Secundam ponit in 7. ethico. quæ etiam est ratio præmissæ. Oportet enim in nobis delectationem esse secundũ modum naturæ nostræ, vnde cum nostra natura sit mutabilis, non erit nobis semper idem delectabile, quia iam mutati ex mus a pristina dispositione, & sic post pauca non erit nobis conueniens quod prius conueniens erat: & ideo quod prius erat delectabile, fit nobis minus delectabile, vel etiam triste: & hæc etiam est ratio, quare continuitas vnius rei in nobis tædium parit, alteratio vero delectat. In deo vero qui semper eodem modo se habet, est se per eadẽ operatio delectabilis, nec aliqua alteratione delectatur, & similis ratio est de angelis, & hominibus beatis. Tertia ratio potest sumi ex verbis Auicen. in 6. de naturalibus. Cum enim ad delectationem requiratur cõuenientis perceptio, q̃ to aliquid minus sentitur, tanto minus est delectabile, res autem in sui nouitate magis sentiuntur, quia postmodum eorum dispositio fit quasi qualitas quædam inhærens sentientibus: vnde fabri qui sonitum malleorum consueuerunt audire, non ita mouentur a talibus sonis, sicut alij: & ideo in principio operationis homo magis delectatur quàm postmodum in processu ipsius continuatæ, quamuis forte in processu operatio fit intensior.

¶ Ad quartum dicendũ, q̃ quamuis operatio secundum se sit delectabilis, tamen inquantum adiungitur ei motus qui fatigationem inducit, est aliquo modo pœnosa & contristans: vnde & per accidens quies est delectabilis, inquantum tollit contristationis causam, scilicet motum.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ quantum ad causam materialem delectationis senes sunt minus apti ad delectationem q̃ iuuenes. & ideo etiam ex maiori causa formali nõ tantum efficiũtur

Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium.

POST hoc quæri solet, si beatitudo sanctorum A^d maior sit futura post iudicium, quàm interim. Sine omni scrupulo credendum est eos habituros maiorem gloriam post iud.-

¶ Ad sextum dicẽdum, q̃ illi qui similem operationem exercent, quandoque nõ eodem modo delectantur, quod potest contingere & ex parte causæ materialis, quia non habent spiritus similiter ad operationem dispositos: & ex parte causæ formalis, quia eadem operatio vni est conueniens per habitum sibi inhærentem, & alteri non est conueniens qui habitum non habet, inimo forte est ei contraria, si contrarium habitum habeat, & propter hoc dare, quod est liberali delectabile, est auaro triste.

T.com.5. & 55.

Auicẽna li. 6. naturał. par. 2. ca. 3. circa med.

Cap. 4.

Et etiã in pri. lib. de inuẽtione cap. Confir matio.

Cap. 3.

Cap. 14. seu vltimo.

Cap. 5.

7. ethi. vbi supra.

q. pñti art. 4.

Cap. 3.

Cap. 14.

Cap. 5.

Cap. vlti.

Vbi supra.

Cap. vbi supra.

ARTICVLVS III.

Vtrum delectationi tristitia sit contraria.

1. 2. q. 31. ar. 8. ad secundum. Ex cap. vlt.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd delectationi tristitia non sit contraria. Passiones enim distinguuntur secundum suas causas: sed causa tristitiæ est motus & labor, vt dicit Philosophus in 7. ethi. vnde iuuenes qui sunt in motu delectationes appetunt quasi medicinas contra tristitiam: causa autem delectationis est operatio, motus autem & operatio non sunt contraria, cum aliquando adinuicem coniungãtur. ergo nec delectatio tristitiæ contrariatur.

¶ 2 Præt. Vnum contrariorum non est materia alterius: sed delectatio potest esse materia tristitiæ, quia vt dicit Philosopus in 9. ethi. Prauus post parum tristatur de hoc quòd delectatus est, similiter etiam tristitia est materia delectationis & gaudij, vnde & pœnitenti indicitur vt semper doleat, & de dolore gaudeat. ergo delectatio & tristitia non sunt contraria.

¶ 3 Præt. Delectatio & gaudium non sunt penitus idem, vt ex prædictis patet: sed tristitia opponitur gaudio. ergo non opponitur delectationi.

SED CONTRA. Medicinæ fiunt per contraria, vt dicitur in 2. ethi. sed delectationes sunt medicinæ contra tristitias, vt dicitur in 7. ethi. ergo delectatio & tristitia sunt contraria.

¶ 2 Præt. Bonum & malum sunt contraria: sed delectatio opponitur tristitiæ, vt bonum malo, vt dicitur in 7. ethi. ergo sunt contraria.

II

VLTERIVS. Videtur q̃ delectationi quæ est in considerando sit aliqua tristitia contraria. Fatigatio enim est tristitiæ causa: sed in considerando accidit fatigatio. ergo in considerando accidit tristitia. ergo delectationi quæ est in considerando, aliqua tristitia contraria est.

¶ 2 Præt. Sicut contingit aliquid considerare vt conueniens, ita contingit considerare aliquid vt nociuum: sed consideratio conuenientis causat delectationem. ergo consideratio nociui causat tristitiam, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Omnis actio quæ est contraria habitui inhærenti est tristitiæ causa, sicut ei qui habitum iniustitiæ habet, est contristabilis operatio iusti: sed contingit aliquem habentem habitum alicuius scientiæ prodire in actum contra rationem habitus inhærentis, sicut cum grammaticus non grammatice loquitur, & dialecticus non recte syllogizat. ergo in considerando potest esse tristitia, & sic idem quod prius.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. top. quòd delectationi, quæ est ab eo quod est considerare, non est aliqua tristitia contraria.

¶ 2 Præt. Considerationes procedunt ex rationibus rerum in anima existentibus: sed rationes rerum etiam contrariarum in anima existentes non sunt contrariæ, vt dicitur in 7. meta. ergo nec delectationi quæ ex consideratione causatur, aliquid potest esse contrarium.

III. Quæst. 36.

VLTERIVS. Videtur q̃ tristitia fortius afficiat quàm delectatio, quia vt dicit Augustinus in lib. 83. quæst. Nemo est qui nõ magis dolorem fugiat quàm appetat voluptatem. ergo magis homo afficitur tristitia quàm delectatione.

libr. 7. ser tim ca. 13. & 14.

¶ 2 Præt. Sicut tristitia vehementia sua mouet ad fugam, ita delectatio mouet ad desiderium: sed non omnes delectationes appetunt, immo quidam, vt temperati, eas vitant, tristitias autem quilibet fugit, vt dicit Philosopus in ethi. ergo delectatio minus afficit quàm tristitia.

Cap. 5.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in 10. ethi. omnis tristitia

A tur ex delectatione sicut iuuenes ex minori, loquendo de delectatione quæ est passio, quæ scilicet appetitum sensibilem reddat, & magis sensibilis est nobis, sicut sulphur modico igne accenditur, quia est ad hoc aptum: ligna vero quæ sunt ad hoc minus apta, maiore igne non accenduntur, tamen spiritualis delectatio quæ nõ est passio, non minor est in senibus quàm in iuuenib⁹, sed forte maior.

¶ Ad sextum dicẽdum, q̃ illi qui similem operationem exercent, quandoque nõ eodem modo delectantur, quod potest contingere & ex parte causæ materialis, quia non habent spiritus similiter ad operationem dispositos: & ex parte causæ formalis, quia eadem operatio vni est conueniens per habitum sibi inhærentem, & alteri non est conueniens qui habitum non habet, inimo forte est ei contraria, si contrarium habitum habeat, & propter hoc dare, quod est liberali delectabile, est auaro triste.

B

ARTICVLVS III.

Vtrum delectationi tristitia sit contraria.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd delectationi tristitia non sit contraria. Passiones enim distinguuntur secundum suas causas: sed causa tristitiæ est motus & labor, vt dicit Philosophus in 7. ethi. vnde iuuenes qui sunt in motu delectationes appetunt quasi medicinas contra tristitiam: causa autem delectationis est operatio, motus autem & operatio non sunt contraria, cum aliquando adinuicem coniungãtur. ergo nec delectatio tristitiæ contrariatur.

¶ 2 Præt. Vnum contrariorum non est materia alterius: sed delectatio potest esse materia tristitiæ, quia vt dicit Philosopus in 9. ethi. Prauus post parum tristatur de hoc quòd delectatus est, similiter etiam tristitia est materia delectationis & gaudij, vnde & pœnitenti indicitur vt semper doleat, & de dolore gaudeat. ergo delectatio & tristitia non sunt contraria.

¶ 3 Præt. Delectatio & gaudium non sunt penitus idem, vt ex prædictis patet: sed tristitia opponitur gaudio. ergo non opponitur delectationi.

SED CONTRA. Medicinæ fiunt per contraria, vt dicitur in 2. ethi. sed delectationes sunt medicinæ contra tristitias, vt dicitur in 7. ethi. ergo delectatio & tristitia sunt contraria.

¶ 2 Præt. Bonum & malum sunt contraria: sed delectatio opponitur tristitiæ, vt bonum malo, vt dicitur in 7. ethi. ergo sunt contraria.

II

VLTERIVS. Videtur q̃ delectationi quæ est in considerando sit aliqua tristitia contraria. Fatigatio enim est tristitiæ causa: sed in considerando accidit fatigatio. ergo in considerando accidit tristitia. ergo delectationi quæ est in considerando, aliqua tristitia contraria est.

¶ 2 Præt. Sicut contingit aliquid considerare vt conueniens, ita contingit considerare aliquid vt nociuum: sed consideratio conuenientis causat delectationem. ergo consideratio nociui causat tristitiam, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Omnis actio quæ est contraria habitui inhærenti est tristitiæ causa, sicut ei qui habitum iniustitiæ habet, est contristabilis operatio iusti: sed contingit aliquem habentem habitum alicuius scientiæ prodire in actum contra rationem habitus inhærentis, sicut cum grammaticus non grammatice loquitur, & dialecticus non recte syllogizat. ergo in considerando potest esse tristitia, & sic idem quod prius.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. top. quòd delectationi, quæ est ab eo quod est considerare, non est aliqua tristitia contraria.

¶ 2 Præt. Considerationes procedunt ex rationibus rerum in anima existentibus: sed rationes rerum etiam contrariarum in anima existentes non sunt contrariæ, vt dicitur in 7. meta. ergo nec delectationi quæ ex consideratione causatur, aliquid potest esse contrarium.

III. Quæst. 36.

VLTERIVS. Videtur q̃ tristitia fortius afficiat quàm delectatio, quia vt dicit Augustinus in lib. 83. quæst. Nemo est qui nõ magis dolorem fugiat quàm appetat voluptatem. ergo magis homo afficitur tristitia quàm delectatione.

libr. 7. ser tim ca. 13. & 14.

¶ 2 Præt. Sicut tristitia vehementia sua mouet ad fugam, ita delectatio mouet ad desiderium: sed non omnes delectationes appetunt, immo quidam, vt temperati, eas vitant, tristitias autem quilibet fugit, vt dicit Philosopus in ethi. ergo delectatio minus afficit quàm tristitia.

Cap. 5.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in 10. ethi. omnis tristitia

hominem in operando impedit, non autem omnis delectatio adiuuat, sed solum propria. ergo tristitia vehementius afficit quàm delectatio.

SED CONTRA. Bonum est efficacius in agendo quàm malum, quia malum non agit nisi in virtute boni, vt dicit Dionysius. 4. cap. de diuin. nom. sed bonum ẽ causa delectatiõis, malum vero tristitiæ. ergo delectatio magis afficit quàm tristitia.

Sup Oseę 6

¶ 2 Præt. Vt dicitur in 7. ethico. delectatio expellit tristitiam non solum sibi contrariam, sed & quamlibet aliam. ergo delectatio est fortior tristitia.

Cap. 14.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd cuiuslibet passionis ratio formalis ex obiecto sumitur, vnde & passiones & actus penes obiecta distinguuntur: obiectum autem delectationis bonum est, tristitiæ vero malum, vnde oportet tristitiam delectationi formaliter contrariari.

B

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis motus per se operationi non contrarietur, est tamen in motu aliquid inuenire, ex quo tristitiam causat, quod contrariatur operationi, secundum quod est delectationis causa. Operatio enim delectationis causa existit secundum quod est conueniens operanti. In motu autem, in quo est processus de vno ad aliud, oportet aliquid esse non conueniens ei quod mouetur, cum ea inter quæ est motus, sint contraria: & ideo motus ratione contrarietatis quam habet ad mobile, lassitudinem & tristitiam inducit, & propter hoc præcipue motus innaturales & violenti lassitudinem causant. Sic ergo motus ratione contrarietatis causat tristitiam, operatio vero delectatione n ratione conuenientiæ: vnde oportet quòd delectatio & tristitia opponantur secundum oppositionem conuenientiæ & contrarietatis.

C

¶ Ad secundum dicendum, quòd tristitia non est materia delectationis, nec delectatio tristitiæ per se loquendo, sed per accidens tantum, inquantum accidit delectationi esse malum, quod est propria tristitiæ materia, & tristitiæ esse bonum, quod est propria materia delectationis: & hoc quidem accidere potest in istis contrarijs, vt vnum per accidens sit alterius materia propter communitatem suorum obiectorum quæ sunt bonum & malum, quorum vnum potest alteri adiungi ratione diuersorum. Quod enim est secundum vnam rationem bonum, potest esse secundum alteram rationem malum. Accidit etiam quòd huiusmodi contraria consistunt in actu animæ quæ reflectitur super actum suum, inquantum scit se scire, & vult se velle: vnde & tristitia potest esse materia gaudij, & etiam ipsum gaudium, quod in rebus naturalibus accidere non potest, vt aliquid sit materia sui ipsius, vel etiam contrarij.

D

¶ Ad tertium dicendum, quòd si fiat vis in verbis, sicut delectatio distinguitur a gaudio, ita dolor a tristitia, vt sic per oppositum tristitia respondeat gaudio, dolor vero delectationi: sed quia dolor proprie accipitur in sensu, & præcipue in sensu tactus, delectatio etiam proprie loquendo se extendit ad interiores vires, ideo delectationi non solum dicimus opponi dolorem, sed etiam tristitiam.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd apprehensio potest dici delectationis causa dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius apprehensi, sicut cum apprehẽdimus aliquod bonum nobis conueniens, & inde delectamur, & per hunc modum apprehensio est omnis delectationis causa. Vnde nihil prohibet delectationi quæ fit ex apprehensione causatur siue sensibili, siue intelligibili aliquid contrarium esse, alias nulli delectationi esset tristitia contraria. Alio modo, ex parte ipsius apprehensionis, vt cum quis delectatur non quidem de apprehenso, sed de ipsa apprehensione qua apprehendit, & sic per se loquendo, delectationi quæ ex quacunque apprehensione causatur, non potest esse tristitia contraria. Oportet enim huiusmodi tristitiam etiam ex aliqua apprehensione causatam esse contraria enim circa idem sunt. Apprehensio autem per se loquendo, nullo modo potest tristitiam facere, quia illud solum tristitiam facere potest, quod est contrarium: nulla autem apprehensio inquantum huiusmodi est contraria, vel repugnans apprehendenti, immo est perfectio ipsius, quia species quibus fit apprehensio, sunt perfectiones apprehẽdentis: vnde nulla apprehensio nec sensibilis, nec intelligibilis per se loquendo, tristitiam causat, sed delectationem tantum, quandoque plus, quandoque minus, secundum quod apprehensio est perfectior, & delectanti conuenientior. Vnde Philosophus dicit in 10. ethic. quòd perfectissima ac per hoc delectabilissima visio est visus optimi dispositi ad pulcherrimum sub visu cadentiũ.

Cap. 4.

cadentium Per accidens autem contingit ex apprehensione F
causari tristitiam dupliciter. Vnomodo, ex parte apprehendentis, qui scilicet apprehendit per organum aliquod corporale, cui potest accidere lassitudo & corruptio propter organi permutationem, & sic apprehensio sensitiuæ partis per accidens est contrista-
tiua: apprehensiua rum cognitio. Vnde Hierony. Per-
vero Itellectiua nō
nisi per accidēs val
de remotum, inquantum scilicet considerationi intellectus adiungitur operatio sensitiuarum virium, ex quibus accidit in consideratione intellectus nostri lassitudo, quod nō esset, si sine phantasmatibus intelligere possemus. Alio modo, ex parte ipsius effectus apprehensionis, inquantum ex hoc quòd apprehensioni vacauimus, aliquod damnum incurrimus, vtpura, si ex hoc impedimur ab aliquo vtiliori, vel pertrahimur in peccatum occasionaliter: sed tunc proprie loquendo, non causatur tristitia ex apprehensione, sed ex consideratione effectus apprehensionis: & ideo proprie loquendo delectationi quæ est G
ex hoc quod est considerare secundum intellectum, non est aliqua tristitia contraria.

Ad primvm ergo & secundū patet responsio ex dictis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd operatio contraria habitui scientiæ quandoque procedit ab aliquo scienter, & tunc talis operatio est habitui conueniens, quia per habitum scientiæ nō solum cognoscimus id quod est rectum, sed etiam id quod est erroneum, vnde etiam scire aliquid esse erroneum est de perfectione scientiæ. Si autem consideratio scientiæ contraria procederet ab aliquo nescienter, vtputa, cum quis habet falsam consideration em quam æstimat veram, adhuc talis consideratio erit delectabilis, quia apprehenditur vt conueniens, quàmuis non sit conueniens, sicut & iusto esset operatio iniusta delectabilis, si eam æstimaret esse iustam. H

Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd tam delectatio quàm tristitia consequuntur causam aliquam apprehensam, vnde & possunt dupliciter considerari. Vno modo, ex parte causæ delectātis, vel contristantis: alio modo, ex parte apprehensionis, quam delectatio & tristitia sequitur. Causa autem delectationis est bonum conueniens coniunctum: tristitiæ vero repugnans malum coniunctum. Potest autem inueniri aliquod bonum quod totaliter conueniens est, nec ex aliqua parte dissonantiam habet: non autem potest inueniri aliquod malum, quod ita sit dissonum, quòd quantum ad nihil conueniens sit: quia non est aliquid pure malum, quod secundum aliquid non sit bonum, & ideo causa delectationis perfectius se habet ad delectādum, quàm causa tristitiæ ad cōtristandum, generaliter loquendo: sed in speciali non potest vna regula dari propter diuersos ordines causarum in malitia & bonitate, vnde quædam causa delectans excedit contristan
tem aliquam, & econuerso. Sed ex parte apprehensionis tri-
stitia secundum genus, generaliter loquendo, delectationem
excedit, eo quòd res similes minus sentiuntur quàm res con-
trariæ: vnde cum conuenientia delectationem causet, repu-
gnantia vero tristitiam, quantum ad apprehensionem tristitia
delectationi præualet, quàmuis in speciali aliqua delectatio ali
cui tristitiæ præmineat q̄tum ad apprehensionē. Dicendū er-
go est, q̄ si proprie loquamur, delectatio vehementius afficit q̄
tristitia, sed tristitia magis sentitur quàm delectatio, sicut etiā
Cap. 1. & 2. & amor rei præsentis, vt August. dicit 10. de trinit.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ magis fugitur tristitia, quàm appetatur delectatio, quia magis sentitur.

Art. sequē- ¶ Ad secundum dicendum, quòd omnis tristitia per se loquē
ti quæst. 2. do, est mala, vt infra dicetur, q̄uis per accidens possit esse bona: sed nō omnis delectatio est bona per se loquendo, ideo tā boni quàm mali fugiunt tristitiam quamliber, sed non omnes delectationes quaslibet appetunt.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ pluribus modis potest impediri aliqua operatio q̄ perfici, quia nō pficitur nisi oībus causis cōcurrētibus. Impedit aūt operatio, si quodcūq; eorū q̄ sunt ad opationē necessaria impediat: & ideo oīs tristitia opationē aliquā impedit, in q̄tum est cōtraria operāti, uō aūt oīs delectatio coadiuuat ad operandū, immo extranea impedit inquantū auertit intentionem ad aliud q̄ attēctio, quæ necessaria est ad pfecte agendum: sed propria delectatio & operantē expedit, eum quodammodo corroborando, inquantum est conueniens, & attentionem eius facit inhærere ad operationem delectabilem.

Articvlvs iiii.

Vtrum quælibet delectatio sit bona.

1. 2. q. 34. art. 2. Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd quælibe delectatio sit bona. Omne enim quod coniunctum alijs

facit eligibiliora, est per se bonum: sed delectatio coniuncta quibuscumque bonis facit ea eligibiliora. ergo delectatio est per se bonum, & sic quælibet delectatio bona erit.

¶ 2 Præt. Nihil appetitur nisi bonum: sed vnumquodque est appetibile ex hoc quòd est delectabile. ergo delectatio per se loquēdo, est bona, & sic idem quod
acto iudicio, ampliorem gloriū suę prius.

¶ 3 Præt. Omne esse, inquantum huiusmodi, est bonum. ergo & illud quod est vltima entis perfectio vniuersaliter est bonum: sed delectatio est vltima entis perfectio, perficit enim operationem quæ est actus secundus, vt per Philosophum pater. ergo omnis delectatio est bona. 10. ethi. ca. 4. & 5.

Sed contra. Illud quod fugit virtuosus est malum: sed delectationem fugit temperatus. ergo delectatio est mala.

¶ 2 Præt. Illud quod iudicium rationis impedit est malum: sed delectatio corrumpit æstimationem prudentiæ, vt dicitur Cap. 6, Cap. 5.
in 6. ethi. ergo delectatio est mala.

¶ 3 Præt. Illud cuius desiderium facit aliquid malum, est per se malum: sed desiderium delectationis facit aliquos malos sicut intemperatos, qui delectationem prosequuntur vt finē, & blandos qui ad delectationem solummodo dulcia loquuntur. ergo delectatio est mala.

II

Vlterivs. Videtur quòd non omnis tristitia sit mala. Nullum. n. salutiferum est malum: sed aliqua tristitia est salutifera. Quæ enim secundum deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. 2. Cor. 7. ergo aliqua tristitia est bona.

¶ 2 Præt. Nullū laūdabile est malum: sed aliquæ tristitiæ sunt laudabiles, sicut misericordia quæ est tristitia de alieno malo, & pœnitentia quæ est tristitia de peccatis præteritis. ergo non omnis tristitia est mala.

¶ 3 Præt. Sicut delectatio se habet ad bonum, ita tristitia ad malum: sed non omnis delectatio est bona. ergo nec omnis tristitia est mala.

Sed contra. Omne illud quod impedit operationem rectam est malum: sed omnis tristitia operationem impedit, vt patet in 10. ethi. ergo omnis tristitia est mala. Ex cap. 5.

¶ 4 Præt. Quod adiunctum alicui facit ipsum minus bonū, est per se malum: sed tristitia cuicumque bono adiuncta facit ipsum minus eligibile, vnde 2. Cor. dicitur. Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit deus, & eadem ratio est cuiuscumque virtutis actui tristitia adiungatur. ergo tristitia est secundum se malum.

Vlterivs. Videtur quòd aliqua delectatio sit optimum. Illud enim quod est vltimus finis est optimum: sed delectatio est vltimus finis, vt enim dicitur in 7. ethi. fist finis & architecton, architectonicarum autē fines sunt nobiliores & desiderabiliores, vt dicitur in primo ethi. ergo delectatio est optimum. I

III
Vbi supra art. 3.
Cap. 14. secundū partitionē Cō
Cap. 5.

¶ 2 Præt. Dicitur in 2. cęli & mundi. Omnis res est propter suam operationem: sed operatio est propter delectationem, cum delectatio sit operationis perfectio, vt dicitur in 10. ethi. ergo delectatio est vltimus finis. men.
Cap. 1.
T. com. 17.
Cap. 4. & 5.

¶ 3 Præt. Illud quod desideratur tantum propter se, & nunq̄ propter aliud est vltimus finis: sed delectatio est huiusmodi, stultum. n. est quærere, quare aliquis velit delectari ergo delectatio est vltimus finis.

¶ 4 Præt. Illud quod omnes appetunt, & cum cuius contrario nihil est eligibile, videtur esse optimum & vltimus finis: sed omnes delectationem appetūt & pueri, & bestiæ, & homines, sapientes, & insipientes: nec aliquod bonum esset eligibile, si esset triste: nec etiam esset possibile in aliquo bono continue perseuerare, si esset triste. ergo delectatio est optimum.

Sed contra. Vltimus finis hominis & optimum eius est beatitudo ipsius: sed beatitudo non est delectatio, sed magis operatio, vt ex supra dictis patet. ergo delectatio non est optimum. Lib. 12. ca. 18. q. 1. ar. 1. p̄ sentis dist.

¶ 2 Præt. Secundum Platonem, delectatio est generatio sensibilis in naturam: sed nulla generatio est optimum, quia generatio est motus ad perfectionem. ergo nulla delectatio potest esse optimum.

¶ 3 Præt. Omne quod eligitur eligitur in ordine ad optimū: sed sicut dicit Philosophus in 10. ethi. circa multa studium faceremus, etiam si nullam delectationem inferrent, puta, videre, recordari, scire, & virtutes habere. ergo delectatio non est optimum. Cap. 3.

¶ 4 Præt. Omne illud quod a natura ordinatur ad aliquid, nō est vltimus finis: sed natura ordinat delectationem ad operationem, vnde operationibus nutritiuæ & generatiuæ ordinatis ad conseruationem individui & speciei natura delectationem apposuit, vt ad hæc opera animalia magis inclinarētur. ergo

ergo delectatio non est optimum, vel vltimus finis.

Respon. Dicendum ad primam quæstionem, q̄ delectatio dupliciter potest considerari. Vno modo inquantum est delectatio: alio modo inquantum est hæc delectatio. Delectatio ergo inquantum est delectatio, aliquod bonum nominat, sed inquātum
est talis delectatio claritatis Deus demōstrabit electis.
potest rationē mali
habere ex parte ei⁹
ex quo specificatur: sicut etiam omnis actio q̄antum ad hoc quod habet de natura actionis est bona, sed quantum ad hoc quod adiungitur de defectu aliqua actio est mala. Similiter etiam inquantum alicui delectationi adiungitur de defectu, secundum hoc adiungitur ei de malo: hoc autem modo adiungitur defectus delectationi quo & operationi, cum delectatio ex operatione causetur, & sic ex deficienti operatione deficiet delectatio: & ideo vt dicitur in 10. ethico. sicut operationes differunt abinuicem bonitate & malitia, ita & delectationes, vt secundu hoc delectatio dicatur bona, quòd ex bona B
operatione procedat, mala vero quæ est de mala operatione.

Ad primvm ergo dicendum, quòd delectatio quæ facit bona eligibiliora, est delectatio eius propria, vtpote cum iustus delectatur de iusta operatione: sed si delectationes intemperati adiungerentur operationibus iustis, non facerent eas delectabiliores, vnde non sequitur omnes delectationes esse bonas.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ non solum appetitur bonum, sed etiam apparens bonum. Quia autem omnis delectatio ex hoc q̄ est delectatio, bona est, quantūcunque ex aliquo adiūcto efficiatur mala, habet vnde apparere possit bona, & per consequens vnde possit appeti, & sic appetibilis est non habēti rectum iudicium: sed habenti rectum iudicium delectationes quædam appetibiles non sunt, sicut prudens & temperatus non appetit delectationes intemperati. C

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa ratio non probat delectationem esse bonum, nisi inquantum est delectatio. Sed quia ex rationibus quæ sunt in contrarium quidam ostendere volebant omnem delectationem esse malam, ideo ad eas est etiam respondendum.

Ad primvm ergo dicendum est, q̄ virtuosus non fugit quamlibet delectationem, immo propriam delectationem amplectitur, quod est delectari in operibus virtutum: fugit autem delectationes inordinatas, & has concedimus malas esse.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ non quælibet delectatio impedit iudicium rationis, sed delectatio immoderata & extranea, sicut delectatio corporalis iudicium rationis perturbat, si sit vehemens, sed spiritualis delectatio iudicium rationis confortat, quia vnusquisque attentius operatur in his, in quibus delectatur, vt dicitur 10. ethi. & sic etiam non sequitur omnem D
delectationem esse malam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illæ delectationes quæ faciunt hominem malum, non sunt dicendæ simpliciter & veræ delectationes: quia non sunt conuenientes homini inquantum est homo, sed inquantum bonum hominis est in eo quodammodo corruptum: sicut etiam non est dicendum dulce simpliciter quod videtur habenti corruptum gustum, & dato etiam q̄ sint delectationes veræ, differunt tamen specie ab illis delectationibus quæ bonæ sunt.

Ad secvndam quæstionem dicendum, quòd aliquid dicitur bonum dupliciter. Vno modo vt per se eligibile: alio modo vt ordinatum ad illud, sicut potiones austeræ non sunt per se bonæ, vel appetibiles, sed solum inquantum sunt vtiles ad sanitatem. tristitia ergo nulla, per se loquendo, est bona, vt per se appetibilis: vnde etiam Augustinus in lib. de confes. tolerari eas iubet non amari. s. tribulationes & tristitias, cuius ratio est, quia omnis tristitia procedit ex aliquo inconuenienti, habere autem aliquod inconueniens non potest esse per se appetibile, sed tamen aliquę tristitiæ sunt bonæ, vel appetibiles, inquantum sunt vtiles ad aliquid vel ad expellendum prauas delectationes, vel ad aliquid huiusmodi.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum, quia illa tristitia secundum deum esse dicitur & salutifera, quæ ordinatur ad salutem, vnde non sequitur q̄ sit bona nisi vt medicina quædā.

¶ Ad secundum dicendum, quòd tristitia non potest esse laudabilis nisi ex suppositione alicuius mali existentis. Supposita. n. miseria laudabilis est misericordia, & similiter peccato preexistente eligibilis est pœnitentia, tamen vbi est bonorum perfectio, nec est locus misericordiæ, nec pœnitentiæ. Vnde non sequitur q̄ tristitia sit bona simpliciter, sed secundum quid tm̄.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ quàmuis omnis tristitia secūdum se sit fugienda, non tamen sequitur quòd omnis delectatio sit

A secundum se appetenda & bona.

¶ Ad hoc enim quòd aliquid sit bonum, oportet multa concurrere, quorum quodlibet deficiens rationem mali inducit, & ita omne illud quod habet aliquid de malo est fugiendum, nec tamen omne illud qđ habet aliquid de bono est simpliciter ap-
Si quē mouet, qd opus sit spiritib⁹ petendum, & sic oīs tristitia, inquātum aliquid habet de defectu, est fugiē-
da, non autem omnis delectatio est appetenda, quamuis habeat aliquid de bono.

Ad tertiam quęstionem dicendum, q̄ de delectatione fuit triplex opinio. Vna fuit Epicureorū, qui d ponebāt delectationem inquantum huiusmodi esse optimum, volentes p hoc etiam omnem delectationem esse bonam. Alia fuit opinio Stoicorum, & Platonicorum, qui ponebant omnem delectationem esse malam. Tertia fuit opinio Aristotelis & Peripateticorum, qui posuerunt quasdam delectationes esse bonas, & quasdam malas, & q̄ nihil prohibet aliquam delectationem esse optimum in genere humanorum bonorum, delectatio. n. operationem consequitur: vnde cum aliqua operatio sit optimum in genere humanorum bonorum, quod est felicitas, & delectatio ipsum consequens optimum erit: nec illa duo sunt consideranda quasi duo bona, sed quasi vnum bonum. Sicut. n. ex perfectione & perfectibili fit vna res perfecta, ita ex delectatione & operatione fit vna operatio perfecta, quæ est felicitas, cum delectatio sit operationis perfectio, vt dicitur in 10. ethi. Cap. 4. & 5.
Quid autem horum sit propter alterum eligendum, verum. s. delectatio propter operationem, vel econuerso, Philosophus ibi in solutum relinquit. Sed tamen secundum rei veritatem videtur dicendum, quòd delectatio ad operationem ordinetur sicut ad finem, sicut omnes perfectiones secundæ non propter aliud sunt nisi propter sua perfectibilia perficienda: delectatio autem est quædam perfectio operationi superueniens, vt decor iuuenturi, vnde delectatio ad operationē ordinat. Sic ergo proprie loquendo, delectatio aliqua non est optimum, sed est aliquid optimi, scilicet felicitatis. Felicitas enim delectationem includit, vt patet per Philosophū in 10. ethi. sic ergo ad vtras- Cap. 8.
que rationes respondendum est.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ delectatio dicitur esse finis architecton, non quia sit architectonicæ. s. ciuilis finis vltimus, nisi forte inquantum est aliquid vltimi finis, vt dictum In cor. huius quæstiū.
est. Dicitur autem esse finis architecton ut regula quædam, ad quam architecton. s. ciuilis omnia iudicat, vnde ibi subiungit. Ad quam respicientes hoc quidem bonum, hoc quidem malū dicimus: ex hoc. n. aliquis bonus cognoscitur, q̄ delectatur in bonis: malus autem ad hoc q̄ delectatur in malis.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ delectatio non est perfectio operationis, a qua operatio speciem habeat, sed magis quæ superadditur ei per modum perfectionis secundæ, sicut sanitas ad hominem se habet, & non sicut anima. Hoc autem interest inter perfectiones primas & secundas, q̄ ad primam perfectionem ordinatur perfectibile sicut ad finem vt materia ad formā, sed econuerso secunda perfectio ordinatur ad perfectibile, vt. s. perfectibile per eam esse perfectum habeat, & sic delectatio ad operationem ordinatur.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ de illis ordinatis ad finem consueuimus quærere propter quem fiant quæ fini non sunt coniuncta. De his vero quæ fini coniunguntur, talis quæstio non fit, quia statim apparet ea esse appetibilia: & quia delectatio non est coniuncta operationi perfectæ quæ est finis, ideo non consueuit quæri propter quid aliquis velit delectari. Et præterea, delectatio dicit quietationem appetitus in aliquo: vnde quęre re, quare aliquis velit delectari, est idem quod quærere, quare velit appetitum suum quietari, quod idem est ac si quæreretur, quare aliquis velit finem voluntatis consequi. Licet autem E
operatio aliqua sit finis, tamen operatio de suo nomine non importat rationem finis, vel quietationem in fine, & inde est quòd magis quærimus propter quid vis operari, quàm propter quid vis delectari.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ cuiuslibet rei finis est sua d perfectissima operatio, ideo omnes delectationem appetunt, qua D. 618.
operatio perficitur, sicut & propriam operationem perfectā: & sicut accidit error in appetitu operationis, quia quidam insistunt operationibus extraneis dimissis propriis operationibus, vt omnes mali sequentes operationes bestiales prætermissis humanis, ita etiam quidam loco propriarum delectationum extraneas sequuntur.

Ad primvm vero eorum quæ obijciuntur in oppositum dicendū, q̄ nō q̄libet operatio est felicitas, sed opatiō pfecta, quā oportet delectabilē esse, & sic delectatio ē aliq̄d optimi.

¶ Ad

Cap. 14. & lib. 10. c. 4. ¶ Ad secundum dicendum, quòd diffinitio illa Platonis non est conueniens, vt patet per Philosophum in 7. & 10. ethi. Non enim delectatio in generatione consistit, sed magis in esse generatum: tunc enim res potest habere propriam operationem quæ est delectationis causa, quando iam perfecta est, non autẽ quãdo est imperfecta, & in fieri. ¶ Aliæ duæ rationes concludunt quòd operatio sit melior delectatione, & hoc quidem verum est, sed vtroque est melius operatio perfecta, cuius aliquid est delectatio.

defunctorũ corpora sua in resurre-

ARTICVLVS V.

Vtrum delectationes corporales sint potiores spiritualibus.

1.2. q. 31. art. 5. AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd delectationes corporales sint potiores spiritualibus. Delectabile enim inquantum est delectabile, est appetibile. ergo in quod magis inclinatur appetitus, est magis delectabile: sed plures & frequentius inclinantur in delectationes corporales quàm spirituales. ergo delectationes corporales sunt altiores spiritualibus.

¶ 2 Præt. Maioris efficaciæ est res ipsa, quàm similitudo rei: sed delectationes corporales, vtpote tactus & gustus, proueniunt ex ipsis rebus coniunctis, delectationes autem spirituales, vtpote quæ sunt in contemplando, proueniunt ex similitudinibus rerum, quibus intelligimus. ergo delectationes corporales sunt potiores spiritualibus.

Lib. 1. ¶ 3 Præt. Vt Auicen. dicit in 5. de naturalibus. Operatio causarum vtilium præsentium est efficacior quàm operatio causarum vtilium futurarum: & similiter operatio causarum vtilium ad delectandum est efficacior quàm operatio causarum vtilium honestati: & similiter operatio eius quod est secundum opinionem est efficacior quàm operatio eius quod est secundum rationem: sed operationes corporales proueniunt ex bonis præsentibus vtilibus ad delectandum secundum opinionem boni, delectationes vero spirituales proueniunt præcipue ex bonis futuris honestis, & secundum rationem existẽtibus. ergo delectatio corporalis est potior spirituali.

Cap. 5. ¶ 4 Præt. Delectationes corporales sua efficacia quandoque rationem euertunt, & corpus transmutant, & ideo indigent refrænari, vt Philosophus dicit in 7. ethi. Concupiscentiæ venereorum manifeste corpus transmutant, & quibusdam insanias faciunt: delectationes autem spirituales hoc facere non videntur, vnde & eas refrænare non oportet. ergo corporales sunt potiores spiritualibus.

Cap. 8. SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 10. ethi. quòd delectabilissima operatio est illa, quæ est secundum sapientiam. Videtur enim philosophia admirabiles delectationes habere puritate & firmitate. Et ad hoc est etiam quod dicitur Eccl. 24. ex ore sapientiæ. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum.

¶ 2 Præt. Bonum est causa delectationis: sed spirituale bonum præeminet corporali. ergo & spiritualis delectatio corporali.

¶ 3 Præt. Albius est, quod est nigro impermistius: sed delectatio corporalis habet admistam tristitiam quæ ei contrariatur: delectationi autem spirituali non est aliqua tristitia contraria quæ possit ei admisceri. ergo delectatio spiritualis est potior corporali.

II Vbi supra art. 5. VLTERIVS. Videtur quòd inter delectationes corporales non est potissima illa quæ est secundum tactum. Spiritualis enim delectatio est potior quàm corporalis. ergo & quanto aliqua delectatio corporalis est spirituali vicinior, tanto est potior: sed delectatio visus & auditus est propinquior spirituali delectationi quàm delectatio tactus. ergo est potior.

¶ 2 Præt. Delectationis causa est perceptio conuenientis: sed visus inter alios sensus est magis perceptiuus & cognoscitiuus, vt patet per Philosophum in 1. metaphysi. ergo & delectatio visus est potissima inter corporales.

In principio prohemij. ¶ 3 Præt. Præcipuæ delectationes tactus sunt in actibus nutritiuæ & generatiuæ: actus autem illi fiunt communes etiam plantis, in quibus nulla delectatio inuenitur. ergo tactus habet minimum de delectatione.

SED CONTRA est, quòd temperantia est circa maximas delectationes & tristitias corporales: est autem circa delectationes tactus, vt dicitur in 3. ethi. ergo delectationes tactus sunt potiores aliis corporalibus. Cap. 12.

¶ 2 Præt. Delectationi corporali opponitur dolor: sed dolor præcipue ad sensum tactus pertinet, cum ex diuisione continui proueniat. ergo & inter delectationes corporales delectatio tactus est potior.

ctiõe recipere, si eis põt sine corpo-

III VLTERIVS. Videtur quòd inter delectationes spirituales delectatio quæ est in operibus actiuę, sit potior ea quę est in operibus contemplatiuæ, delectatio enim ad affectum pertinet: sed actiua vita ex rectitudine voluntatis dependet, contemplatiua vero magis consistit in perfectione intellectus. ergo delectatio in operibus actiuæ est potior delectatione, quæ est in operibus contemplatiuæ.

¶ 2 Præt. Delectationis causa est operatio connaturalis habitus: sed habitus virtutum moralium quæ perficiunt in actiua, magis mouet per modum naturæ quàm habitus intellectualium virtutum, sciens enim sine difficultate potest aliquod falsum considerare, sed iustus non potest sine difficultate operari iniusta, vt dicitur lib. 6. ethico. ergo delectatio virtutum moralium quæ ad actiuam pertinent, est potior delectatione intellectualium quæ pertinent ad contemplatiuam. Lib. 6. ethi. cap. 3.

¶ 3 Præt. Conuenientia est ratio delectationis: sed delectatio magis conuenit cum virtute morali, quàm cum intellectuali, & uirtutem & malitiam moralem circa delectationem & tristitiam ponimus, vt dicitur in 2. & 7. ethi. ergo delectatio actiuæ potior est delectatione contemplatiuæ. Ex 2. ca. 3. ex 7. cap. 6. & ex lib. 1. magnorũ moral. c. 5.

SED CONTRA. Operationibus contemplatiuæ non admiscetur amaritudo, aut tædium. vnde Sapien. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, scilicet sapientiæ, nec tædium conuictus illius: sed operationes actiuæ vitæ sunt multis amaritudinibus respersæ. ergo delectationes contemplatiuæ vitæ sunt potiores.

¶ 2 Præt. Quanto aliqua operatio est delectabilior, tanto magis potest continuari: sed operatio contemplationis maxime potest continuari, vt dicitur in 10. ethi. ergo operatio contemplationis est maxime delectabilis. 10. ethi. c. 8.

IIII VLTERIVS. Videtur quòd in beatis omnibus est æqualis delectatio, quia vt dicitur in glo. 1. Cor. 15. super illud, Stella differt a stella in claritate, In dispari claritate erit par gaudium.

¶ 2 Præt. In beatis erit perfecta charitas, vnde vnusquisque perfecte implebit illud præceptum, Diliges proximum tuum sicut teipsum. ergo tantum gaudebit vnusquisque de bono alterius, sicut de bono suo, & sic videtur quòd omnes æquale gaudium habebunt. Matth. 22.

¶ 3 Præt. Gaudium non diminuitur nisi ex aliquo impedimento: sed in nullo beatorum erit aliquod impedimentum gaudii. cum igitur omnibus sit vna gaudendi ratio. s. dei visio, videtur quòd omnes æqualiter gaudebunt.

SED CONTRA. Homines assumuntur pro diuersitate meritorum ad diuersos ordines angelorum, sicut dicit Grego. sed non in omnibus angelis est æquale gaudium: vnde dicit Dio. 7. cap. cęlest. hierar. quòd suprema hierarchia est sola digna effecta domestica vnitate diuinæ refectionis, per quam refectionem delectatio intelligitur. ergo nec omnes beati æqualiter gaudebunt. Homil. 34. in medio.

¶ 2 Præt. Visio dei in beatis erit causa delectationis: sed quidam sancti clarius deum videbunt, vt supra dictum est. ergo non omnes æqualiter delectabuntur. q. 1. ar. 4. q. 2. pſentis dist.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut aliquid dicitur dupliciter magis notum, vel simpliciter, vel quo ad nos, ita potest vna delectatio potior altera iudicari vel simpliciter, vel quo ad nos. Loquendo igitur simpliciter, delectatio spiritualis incomparabiliter præeminet corporali propter sex rationes. Prima, quia spiritualis perfectio, quæ spiritualem delectationem causat, incomparabiliter perfectionem corporalem excedit, quæ causat delectationem corporalem. Secunda, quia cum hæc sit melior, est delectanti conuenientior: vnusquisque enim maxime est illud, quod est in eo perfectissimum, vt patet per Philosophum in 10 ethi. In nobis autem perfectissimum est spiritualis natura, secundum quam res spirituales sunt nobis conuenientes, sicut in vnoquoque forma est potior materia, & id quod conuenit nobis secundum spiritualem naturam est nobis conuenientius, & propter hoc quantum est de se natum est magis delectare. Tertio, quia perfectio spiritualis est naturaliter magis dilecta quàm corporalis, & hoc experimento patet: homines enim multa sustinent incommoda corporalia, vt vitent infamiam, vel habeant victoriam, seu eminentiam quæ sunt perfectiones intelligibiles & non corporales. Quanto autem aliquid magis diligitur, tanto habitum magis delectat. vnde dicit Philosophus in 11. de animalibus, quòd amator quando diligit aliquid, afficitur ad id quod comprehendit de eo, quàmuis aliquando quod comprehendit sit modicũ quantum ad multa quę comprehendit de alijs rebus, & sic parua cognitio quam habemus de substantijs spiritualibus cælestibus est nobis delectabilissima. Quarto, quia cum coniunctio sit delectationis causa, quanto aliquid vehementius coniungitur, magis delectat: res autem spirituales intellectæ intimius nobis coniunguntur, quàm res corporales apprehensæ per sensum. Sensus enim per apprehensionem cõiungitur rebus corporalibus quasi superficialiter tantum, sed intellectus pertingit vsque ad intimam rei quidditatem, vnde delectatio intelligibilis est potior quàm sensibilis. Quinto, quia cum operatio sit causa delectationis per hoc, quòd procedit ab operante perfecto, sicut cũ perficitur per habitum, quanto in operante inuenitur maior perfectio respectu operationis, tanto eius operatio est delectabilior: motus autem est actus imperfecti, vnde operationes admistæ motui intantum deficiunt a perfectione delectationis, inquantum motui adiunguntur, ex motu enim lassitudinem inducunt: & ideo cum operationibus corporalibus adiungatur motus, operationes autem spirituales sint a motu remotæ, spirituales delectationes erunt corporalibus puriores, & per consequens vehementiores. Sexto, quia spirituales delectationes sunt diuturniores & firmiores corporalibus, vtpote ex causis incorruptibilibus & immobilibus prouenientes. Loquendo autem de delectatione quo ad nos, delectatio corporalis est nobis perceptibilior propter quatuor rationes. Primo, quia res corporales sensibiles magis percipimus quàm res spirituales, eo quòd oportet ex sensibilibus peruenire in intelligibilia, ante delectationem autem requiritur perceptio conuenientis, & inde est quòd plures inclinantur ad delectationes corporales quàm ad spirituales, quia plures cognoscunt sensibilia quàm intelligibilia. Secundo, propter dispositionem affectus nostri qui est assuetus delectationibus corporalibus, vnde sicut gustus infectus non percipit dulcedinem puram, ita etiam affectus nostri delectationibus corporalibus inquinati delectationes purissimas, scilicet spirituales percipere non possunt: & ideo homines virtuosi, qui habent affectum depuratum a corporalibus delectationibus, magis spiritualibus delectationibus fruuntur. Vnde & Philosophus dicit in 10. ethicor. quòd illa est potissima delectatio, quæ videtur potior virtuoso. Tertio, quia delectationes corporales propinquiores sunt virtutibus corporalibus motiuis, vnde ex delectationibus, & doloribus corporalibus statim sequitur corporis transmutatio, non autem ex delectationibus & tristitijs spiritualibus nisi sint adeo fortes, quòd ex eis fiat redundantia in appetitum sensibilem: transmutationes autem corporis maxime percipiuntur, vnde & delectatio corporalis magis percipitur quàm spiritualis. Quarto, quia vt dicit August. 8. confes. gaudiũ, vel delectatio maior sequitur, vbi maior molestia præcessit: in rebus autem corporalibus continue molestamur propter continuos motus qui omnes cum labore quodam sunt, sed in rebus spiritualibus non inueniuntur huiusmodi molestiæ, vnde delectationes corporales apparent, vtpote magis e vicino remedium præbentes contra molestias corporales, vnde secundum Philosophum in 7. ethi. corporales delectationes appetuntur vt medicinæ quædam cõtra corporales molestias, & propter hoc iuuenes, in quibus natura laborat continue ex augmento corporis & alijs motibus, magis afficiuntur ad delectationes corporales: & similiter melancolici quorum corpus semper mordetur ex malitia complexionis, sunt in vehementi appetitu delectationis, vtpote semper indigentes medicina, vt ibidem dicit Philosophus.

Ex cap. 9. — 11. metaph. T. com. 39. — 5. phy. tex. com. 6. — Cap. 8. — Cap. 3. — Cap. 14.

ribus summa beatitudo præberi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de comparatione delectationum quo ad nos.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per similitudines spirituales nobis coniunctas magis pertingimus ad intima quàm per ipsam coniunctionem realem quæ nobis secundũ sensum exhibetur, cum tactus & gustus non cognoscant nisi accidentia, intellectus vero ipsam rei quidditatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Auicenna ibi loquitur de comparatione delectationum quo ad nos, vnde contrarium dicit in sua meta, loquens de comparatione delectationum secundum se, vbi dicit quòd delectationes corporales non sunt etiam nominandæ delectationes respectu spiritualium. Vel potest dici, quòd Auicenna ibi loquitur de delectationibus quæ in passione consistunt, quæ fiunt per motum spiritus corporei animalis: vult enim quòd huiusmodi delectationes sensibiles minus proueniunt ex rebus spiritualibus, quàm ex corporalibus.

Difficilis quæstio est, nec potest a

¶ Ad quartum dicendum, quòd delectatiões corporales propter hoc quòd faciunt transmutationem corporalem magis quàm spiritualem, natæ sunt rationẽ impedire sicut & aliæ transmutationes corporales: sed delectationes spirituales quàmuis mentem ad se capiant, tamen vsum rationis in nullo impediunt, vnde sobrię nominantur: ideo autem potest in delectationibus corporalibus secundum Philosophum in 7. eth. superabundantia inueniri, quia non sunt homini secundum ipsas eligibiles, sed solũ per accidens, inquantum scilicet sunt vt medicinæ corporales tristitias prohibentes, & ideo appetendæ sunt seruata quadam mensura quam eis ratio præfigit, & si eam excesserint noxiæ reputantur: sed delectationes spirituales appetuntur secundum seipsas quasi homini connaturales, & non vt medicinæ, cum non habeant tristitias contrarias, & ideo delectationibus spiritualibus nullam mensuram præfigit ratio, sed quanto sunt maiores, tanto sunt eligibiliores. Aug. lib. 12 super Gen. ad literam cap. 35. — Ca. 6. & vlt.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd delectationes sensus tactus comparantur delectationibus aliorũ sensuum dupliciter. Vno modo, quantum ad vehementiam, & sic delectationes tactus sunt alijs vehementiores propter quatuor rationes. Primo, quia tangibile coniungitur nobis realiter, sed visibile, & audibile, & odorabile coniungitur nobis per aliquid sui, & tamen nullus sensus ad interiora rei ingredi potest: res autem corporalis efficacior est ad delectandum corporaliter quàm species rei, vel aliquid a re causatum. Secundo, quia tangibilia sunt nobis magis connaturalia, eo quòd ex calido & frigido, & humido & sicco constituitur animal: & ideo maiorem delectationẽ inferunt nobis tangibilia, quàm alia sensibilia, sicut & maiorem læsionem, quia eorum excellentię non solum corrumpunt vnum sensum, sed totum animal. Tertio, quia cum sensus tactus sit quasi fundamentum aliorum sensuum, ratione cuius immobilitato eius organo omnes sensus immobilitantur, vt dicitur in lib. de somno & vigilia, id quod in tactu accidit tam de delectatione, quàm de læsione redundat in hos sensus, & propter hoc delectatio tactus inter corporales est vehementior. Quarto, quia delectationes tactus sunt circa necessaria ad conseruationem indiuidui & speciei, sicut in cibis, & potibus, & venereis: & propter hoc apposita est in eis maxima delectatio, ne ab animalibus negligantur, & inde est quòd circa has delectationes maxime est temperantia, vt dicitur in 3. ethic. Secundo comparantur delectationes tactus alijs delectationibus quantum ad nobilitatem, & sic sunt magis materiales & magis bestiales, & per consequens minus nobiles. Alij enim sensus spiritualius recipiunt sua obiecta quàm tactus, vnde & alia animalia non delectantur alijs sensibus, nisi in ordine ad tactum, vt dicitur in 3. ethicorum, sed homo delectatur etiam eis inquantum ordinantur ad cognitionem solam. Cap. 12. — Cap. 11.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hoc quòd delectationes aliorum sensuum sunt propinquiores alijs delectationibus spiritualibus quàm delectationes tactus, potest haberi quòd sunt nobiliores, non autem quòd sint vehementiores, cum modum delectationum corporalium non transcendant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis visus sit magis perceptiuus alijs sensibus, tamen eius perceptio est secundũ minorem cõiunctionem ad rem quàm in sensu tactus, & ideo delectatio quæ est de sensibili delectabili magis est per tactũ quàm per visum: sed tamen delectatio quæ est de cognitione visus, est maior quàm quæ est de cognitione tactus, sed hoc modo non delectantur alia animalia in sentiendo, sed solum homines in ordine ad scientiã quã ex sensibus acquirunt, vnde talis delectatio cadit quodammodo in genus spiritualium delectationum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis ea de quibus sunt præcipue delectationes tactus inueniantur in plantis, non tamen ea percipiunt, vnde non est ex defectu perceptionis.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd delectationes quæ sunt in operibus speculatiuæ vitę, præeminent delectationibus quę sunt in operibus actiuæ, & hoc propter quatuor rationes. Primo, quia sunt nobiliores, vtpote ex nobilioribus rebus prouenientes: actus n. vitæ actiuę sunt secundum conuersionem inferioris partis animæ ad ea quæ infra ipsam sunt, sicut ad passiones circa quas morales virtutes cõsistunt, & ad vsus bonorum exteriorũ, in quibus aliquę virtutes consistunt, vt iustitia, & liberalitas: sed actus vitæ cõtẽplatiuæ sunt

secundum quod anima conuertitur ad superiorem rationem ad res æternas, quę sunt supra ipsam. Secundo, quia sunt conuenientiores, sicut enim ratio in nobis excellit sensum, ita id quod est conuenientius rationi, est nobis conuenientius, quàm quòd conuenit sensui: similiter speculatiuus intellectus præcellit practicum, vnde pfectiones intellectus speculatiui sunt homini conue nientiores. Tertio, quia sunt puriores. Opera enim actiuæ vitæ sunt circa passiones sensitiuæ partis, & circa corporales motus, & sic admiscetur eis de lassitudine & materialitate, quæ non contingit de spiritualibus delectationibus. Quarto, quia spirituales delectationes sunt perfectiores: homo enim ad opera vitæ actiuæ multis indiget, sed in operibus contemplatiuæ est sibi vnusquisque magis sufficiens, vnde contemplatiuæ delectatio non ita patitur defectum, sicut delectatio actiuæ ex hoc, quòd desit aliquid eorum quæ ad perfectam operationem requiruntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd affectus se habet communiter & ad actiuam, & ad contemplatiuam vitam. Sicut enim aliquis volens opera actiuæ exercet, ita & contemplatiuæ opera, & sic in affectu est communiter delectatio de vtroque, sed causa delectationis contemplatiuæ vitæ est in intellectu quantum ad superiorem partem: causa vero delectationis actiuæ vitæ est in parte superiori animæ. Affectus autem non minus afficitur ex his quæ sunt superioris partis rationis, quàm ex his quæ sunt inferioris, sed magis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd habitus inclinat ad actum dupliciter. Vno modo, ad hoc vt actus exerceatur, & sic inclinare ad actum non est nisi habitus in parte appetitiua existentis: quia appetitus qui habet bonum & finem pro obiecto, mouet seipsum vt vim cognitiuam in actum, ex desiderio enim actus, vel finis prouenit quòd aliquis aliquem actum exerceat, dummodo non sit ex necessitate naturæ. Alio modo, quantum ad modum agendi, vt scilicet illud quod agitur, recte agatur, & sic quilibet habitus inclinat ad actum. habitus ergo contemplatiuus, vtpote sapientia, vel intellectus non intelligit ad hoc quòd aliquis vtatur contemplationis actu, sed vt quando vtitur recte vtatur: sed ad hoc quòd vtatur non inclinat nisi habitus qui est in appetitu non inferiori, sed superiori, vtpote charitas. Vnde etiam charitas ad vitam contemplatiuam pertinet vtpote inclinans habitus contemplatiuos ad actus suos: sed habitus actiuæ vitæ vt virtutes morales sunt in parte appetitiua, vtpote in irascibili & concupiscibili, vt temperantia & fortitudo, vnde habitus isti inclinant, & ad hoc quòd agatur, & ad hoc quòd recte agatur, & pro tanto naturæ comparantur quæ est principium mouendi: nihilominus tamen illud in quod inclinat habitus speculatiuus, est nobis magis connaturale, quàm illud in quod inclinat habitus actiuus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd delectationis causa est conuenientia, non quidem delectationis, sed causæ eius ad delectatum. Delectationes autem quæ cum virtute morali conueniunt, sunt delectationes corporales, vel corporalibus admistæ, quæ sunt materia virtutum moralium, sed contemplatiuæ vitæ conueniunt aliæ nobiliores delectationes, scilicet spirituales, non tamen ita quòd delectatio sit contemplationis materia, sed est contemplationem consequens.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd intensio delectationis potest prouenire ex duobus, scilicet ex causa delectationis quæ est fortior, & ex dispositione delectati quæ est delectationis capacior. Causa autem delectationis proxima est operatio, sed remota operationis obiectum: sicut in delectatione beatorum, de qua nunc agitur causa proxima est dei visio, sed prima causa est deus. Hæc igitur causa prima vna est & communis omnibus beatis, vnde quantum ad hoc eorum delectatio est æqualis: visio autem & dispositio ad delectationem non est æqualis, quia vnus alio clarius videt, vt ex supra dictis patet. Vnus etiam alio est delectationis capacior propter perfectiorem habitum qui est lumen gloriæ: & ideo quidam magis delectantur alijs, quàmuis secundum quid omnes æqualiter delectentur materialiter loquendo, inquantum scilicet gaudent de æquali re, scilicet de deo, & sic intelligitur glo. inducta, quòd in dispari claritate erit par gaudium. Vnde patet responsio ad primum. Vel dicendum ad primum, quòd omnium beatorum dicitur esse par gaudium, inquantum vnusquisque ad summum gaudij peruenit secundum modum suum, sed modus vnius erit amplior quàm alterius, & secundum hoc gaudium vnius erit maius gaudio alterius, vt sic illa paritas importet non æqualitatem quantitatis, sed proportionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis in regno cælorum minor gaudet non solum de bono suo, sed etiam de bono superioris, non tamen tantum gaudet de eo quantum superior, quia ratio gaudij in omnibus erit deus: & ideo quanto aliquis plus gaudet de deo, tanto plus gaudebit de quocumque alio: vnde dubium non est & raptam a car- superior plus gaudebit de bono inferioris, quàm ipse inferior.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis in nullo beatorum sit aliquod delectationis impedimentum, sunt tamen ibi aliæ causæ intensionis: non enim intenditur aliquod solum per remotionem a contrario, sed etiam per accessum ad terminum.

QVAESTIO IIII.

Deinde quæritur de dotibus.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, An beatis sint assignandæ aliquæ dotes.
¶ Secundo, Vtrum dos a beatitudine differat.
¶ Tertio, Vtrum Christo insint dotes.
¶ Quarto, Vtrum angelis.
¶ Quinto, De numero dotium.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sint ponendæ aliquæ dotes in hominibus beatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit ponendæ aliquę dotes in hominibus beatis. Dos enim secundum iura datur sponso ad sustinenda onera matrimonij: sed sancti non gerunt figuram sponsi, sed magis figuram sponsæ, inquantum sunt membra ecclesiæ. ergo eis dotes non dantur. 4.con.gen. c. 86. Et 1. Cor.15.lec. 6.

¶ 2 Præt. Dotes non dantur secundum iura a patre sponsi, sed a patre sponsæ: omnia autem dona beatitudinis beatis dantur a patre sponsi, scilicet Christi, Iacob.1. Omne datum optimum, & omne donum &c. ergo huiusmodi dona quæ beatis dantur, non sunt dotes appellandæ. Exod.22.

¶ 3 Præt. In matrimonio dantur dotes ad facilius toleranda onera matrimonij: sed in matrimonio spirituali non sunt aliqua onera, maxime secundum statum ecclesiæ triumphantis. ergo non sunt ibi aliquæ dotes assignandæ.

¶ 4 Præt. Dotes non dantur nisi causa matrimonij: sed matrimonium spirituale contrahitur cum Christo per fidem, secundum statum ecclesiæ militantis. ergo eadem ratione si beatis aliquæ dotes conueniunt, conuenient etiam sanctis in via existentibus: sed istis non conueniunt. ergo nec beatis.

¶ 5 Præt. Dotes ad bona exteriora pertinent, quæ dicuntur bona fortunæ: sed præmia beatorum erunt de interioribus bonis. ergo non debent dotes numerari.

SED CONTRA. Eph.5. dicitur. Sacramentum hoc magnum est, dico autem in Christo & ecclesia, ex quo habetur quòd spirituale matrimonium per carnale significatur: sed in carnali matrimonio sponsa dotata traducitur in domũ sponsi. ergo cum sancti in domum Christi traducantur cum beatificantur, videtur quòd aliquibus dotibus dotentur.

¶ 2 Præt. Dotes in matrimonio corporali assignantur in matrimonij solantum: sed matrimonium spirituale est delectabilius quàm corporale. ergo ei dotes sunt maxime assignandæ.

¶ 3 Præt. Ornamenta sponsarum ad dotem pertinent: sed sancti ornati in gloriam introducuntur, vt dicitur Esa.61. Induit me vestimẽtis salutis, quasi sponsam ornatam monilibus suis. ergo sancti in patria dotes habent.

RESPON. Dicendum, quòd absque dubio beatis, quando in gloriam transferuntur, aliqua dona diuinitus dantur ad eorum ornatum, & hi ornatus a magistris dotes sunt nominati, vnde datur quædam diffinitio de dote, de qua nunc loquimur, talis. Dos est perpetuus ornatus animæ & corporis vitæ sufficiens in æterna beatitudine iugiter perseuerans. Et sumitur hæc descriptio ad similitudinem dotis corporalis, per quam sponsa ornatur & prouidetur viro, vnde possit sufficienter sponsam & liberos nutrire, & tamen inamissibiliter dos sponsæ conseruatur, vt ad eam matrimonio separato reuertatur, sed de ratione nominis diuersi diuersimode opinantur. Quidam enim dicunt, quòd dos nõ accipitur ex aliqua similitudine ad matrimonium corporale, sed secundum modum loquendi, quo omnem perfectionem, seu ornatum cuiuscumque hominis dotem nominamus, sicut dicitur aliquis esse dotatus scientia, qui scientia pollet, & sic Ouidius vsus est nomine dotis dicens. Et quacumque potes dote placere, place. Sed istud non videtur vsquequaque conueniens, quia quandocumque aliquod nomen est impositum ad aliquid principaliter significandum, non consueuit ad alia transferri, nisi secundum aliquam similitudinem. Vnde cum secundum primam institutionem nominis dos ad matrimonium carnale pertineat, ergo videtur quòd in qualibet alia acceptione attendatur aliqua similitudo ad principale significatum. Et ideo alij dicunt, quòd secundum hoc similitudo attenditur quòd dos proprie dicitur donum quod in matrimonio corporali datur sponsæ ex parte sponsi, quando traducitur in domum sponsi ad ornatum sponsæ pertinens, quod patet ex hoc quòd dixit Sichem Iacob & filijs eius Genes. 34. Augete dotem, & munera postulate. & Exod. 22. Si seduxerit quis virginem, dormieritque cum ea, dotabit eam, & accipiet eam in vxorem: vnde & ornatus qui a Christo sanctis exhibetur, quando traducuntur in domum gloriæ, dos nominatur. Sed hoc est manifeste contra id quod iuristæ dicunt, ad quos pertinet de his tractare. Dicunt enim quòd dos proprie est quædam datio ex parte mulieris his qui sunt ex parte viri, facta pro onere matrimonij quod sustinet vir: sed illud quod sponsus dat sponsæ vocatur donatio propter nuptias, & secundum hunc modum accipitur dos 3. Reg. 9. vbi dicitur, quòd Pharao rex Aegypti cepit Gazer, & dedit in dotem filiæ suæ vxori Salomonis. Nec contra hoc faciunt authoritates inductæ: quàmuis enim dotes a parente puellæ consueuerunt assignari, tamen quandoque contingit quòd sponsus, vel pater sponsi assignat dotes vice patris puellæ, quod contingit dupliciter, vel pro nimio affectu ad sponsam, sicut fuit de Sichem, qui voluit assignare dotem quam debebat accipere propter vehementem amorem filij sui ad puellam, vel hoc fit in pœnam sponsi, vt virgini a se corruptæ dotem de suo assignet, quam pater puellæ debuerat assignare, & in hoc casu loquitur Moyses in authoritate inducta. Et ideo secundum alios dicendum, quòd dos in matrimonio carnali proprie dicitur, quod datur ab his qui sunt ex parte mulieris his qui sunt ex parte viri ad sustentanda onera matrimonij, vt dictum est. Sed tunc remanet difficultas, quomodo hæc significatio aptari possit ad propositũ, cum ornatus qui sunt in beatitudine dentur sponsæ spirituali a patre sponsi, quod manifestabitur respondendo ad argumenta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dotes quàmuis assignentur sponso in carnali matrimonio ad vsum, tamen proprietas & dominium pertinent ad sponsam, quod patet ex hoc quòd soluto matrimonio dos remanet sponsæ secundum iura, & sic etiam in matrimonio spirituali ipsi ornatus qui sponsæ spirituali dantur, scilicet ecclesiæ in membris suis, sunt quidem ipsius sponsi inquantum ad eius gloriam & honorem cedunt, sed sponsæ inquantum per eas ornatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pater sponsi, scilicet Christi est persona sola patris: pater autem sponsæ est tota trinitas, effectus autem in creaturis ad totam pertinent trinitatem: vnde huiusmodi dotes in spirituali matrimonio proprie loquendo, magis dantur a patre sponsæ, quàm a patre sponsi: sed tamen hæc collatio quàmuis ab omnibus personis fiat, singulis personis potest appropriari per aliquem modum: personæ quidem patris vt danti, quia in ipso est authoritas, ei etiam paternitas respectu creaturæ appropriatur, vt dictum est in 1. lib. distinctio. 18. vt sic idem sit pater sponsi & sponsæ: filio vero appropriatur inquantum propter ipsum, & per ipsum dantur: sed spiritui sancto inquantum in ipso & secundum ipsum dantur, amor etiam est omnis donationis ratio. q.1.ar.5. in cor.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dotibus per se conuenit illud quod per dotes efficitur, scilicet solatium matrimonij, sed per accidens illud quod per eas remouetur, scilicet onus matrimonij quod per dotes alleuiatur: sicut gratiæ per se conuenit facere iustum, sed per accidens quòd de impio faciat iustum. Quàmuis ergo in matrimonio spirituali non sint aliqua onera, est tamen ibi summa iucunditas, & ad hanc perficiendam iucunditatem dotes sponsæ conferuntur, vt scilicet delectabiliter per eas sponso coniungatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dotes non consueuerunt assignari sponsæ, quando desponsatur, sed quando in domum sponsi traducitur, vt præsentialiter sponsum habeat: quandiu autem in hac vita sumus, peregrinamur a domino. 2. Corinth. 5. & ideo dona quæ sanctis in hac vita conferuntur, non dicuntur dotes, sed illa quæ conferuntur eis quando transferuntur in gloriam, in qua sponso præsentialiter perfruuntur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in spirituali matrimonio interior decor requiritur, vt in psalm. 44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus &c. sed in matrimonio corporali requiritur decor exterior, vnde non oportet quòd huiusmodi dotes assignentur in matrimonio spirituali, sicut assignantur in corporali.

ARTICVLVS II.

Vtrum dos sit idem quod beatitudo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd dos sit idem quod beatitudo. Vt enim ex diffinitione prædicta patet, est ornatus animæ & corporis in æterna beatitudine iugiter perseuerans: sed beatitudo est animæ quidam ornatus. eius ergo beatitudo est dos.

¶ 2 Præt. Dos dicitur illud, per quod sponsa delectabiliter sponso coniungitur: sed in spirituali matrimonio beatitudo est huiusmodi. ergo beatitudo est dos.

¶ 3 Præt. Visio secundum Augustinum est tota substantia beatitudinis: sed visio ponitur vna de dotibus. ergo beatitudo est dos. In expositione ps.99 super illud, Ostendam illi salutare meum.

¶ 4 Præt. Fruitio beatum facit: fruitio autem est dos. ergo dos beatum facit, & sic est beatitudo.

¶ 5 Præt. Secundum Boetium in 3. de consolatione, beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus: sed status beatorum perficitur ex dotibus. ergo dotes sunt beatitudinis partes.

SED CONTRA. Dos datur sine meritis: sed beatitudo non datur, sed redditur. ergo beatitudo non est dos.

¶ 2 Præt. Beatitudo est vna tantum, dotes vero sunt plures. ergo beatitudo non est dos.

¶ 3 Præt. Beatitudo inest homini secundum id quod inest potissimum in eo, vt dicitur in 1. ethic sed dos etiam in corpore ponitur. ergo dos & beatitudo non sunt idem. Cap. 4.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd beatitudo, & dos sunt eidem re, sed differunt tantum ratione: quia dos respicit spiritualem matrimonium quod est inter Christum & animam, non autem beatitudo. Sed hoc non potest esse, vt videtur, cum beatitudo in operatione consistat, dos autem non sit operatio, sed magis sit qualitas, vel dispositio quædam. Et ideo secundum alios dicendum, quòd beatitudo & dos etiam realiter differunt, vt beatitudo dicatur ipsa operatio perfecta qua anima beata deo coniungitur, sed dotes dicuntur habitus, vel dispositiones, vel quæcumque aliæ qualitates, quæ ordinantur ad huiusmodi perfectam operationem, vt sic dotes ordinentur ad beatitudinem magis quàm sint in beatitudine, vt partes ipsius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo proprie loquendo, non est animæ ornatus, sed est aliquid quod ex ornatu animæ prouenit, cum sit operatio quædam, ornatus vero dicitur aliquis decor ipsius beati.

¶ Ad secundum dicendum, quòd beatitudo non ordinatur ad coniunctionem, sed est ipsa coniunctio animæ cum Christo, quæ est per operationem, sed dotes sunt dona disponentia ad huiusmodi coniunctionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd visio dupliciter potest accipi. Vno modo actualiter, idest, pro ipso actu visionis, & sic visio non est dos, sed est ipsa beatitudo. Alio modo potest accipi habitualiter, idest, pro habitu, a quo talis operatio elicitur, idest, pro ipta gloriæ claritate, qua anima diuinitus illustratur ad deum videndum, & sic est dos & principium beatitudinis, non autem est ipsa beatitudo.

¶ Et similiter dicendum ad quartum de fruitione.

¶ Ad quintum dicendum, quòd beatitudo colligit omnia bona, non quasi partes essentię beatitudinis, sed quasi aliquo modo ad beatitudinem ordinata, vt supra dictum est.

ARTICVLVS. III.

Vtrum Christo competat habere dotes.

3.par.q.81. ar.3.1.cor.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christo competat habere dotes. Sancti enim Christo per gloriam cõformabuntur, vt de dicitur Philip.3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. ergo Christus etiam dotes habet.

¶2 Præt. In spirituali matrimonio assignantur dotes ad similitudinẽ matrimonij corporalis: sed Christo inuenitur quoddam spirituale matrimonium quod est sibi singulare, scilicet duarum naturarum in vna persona, secundum quod dicitur natura humana *in ipso* esse desponsata a verbo, vt patet ex glo. super illud psal.18. In sole posuit tabernaculum suum, & Apoc.21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. ergo Christo competit habere dotes.

Lib.3.c.31. ¶3 Præt. Vt dicit Augustinus in lib. de doctri. christia. Christus secundum regulam Ticonij propter vnitatem corporis mystici quæ est inter caput & membra, nominat se etiam sponsam, & non solum sponsum, vt patet Esa.61. Quasi sponsum decoratũ corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. cum ergo sponsæ debeantur dotes, oportet in Christo dotes, vt videtur, ponere.

¶4 Præt. Omnibus membris ecclesiæ debetur dos, eum ecclesia sit sponsa: sed Christus est ecclesiæ membrum, vt patet 1.Cor.12. Vos estis corpus Christi, & membra de membro, glo. de Christo. ergo Christo debentur dotes.

¶5 Præt. Christus habet perfectam visionem, fruitionem, & delectationem: hæ autem ponuntur dotes. ergo Christus habuit dotes.

SED CONTRA. Inter sponsum & sponsam exigitur discretio personarum: sed in Christo non est aliquid personaliter distinctum a filio dei qui est sponsus, vt patet Ioan.3. Qui habet sponsam, sponsus est. ergo cum dotes sponsæ assignentur, vel pro sponsa, videtur quòd Christo non competat habere dotes.

¶2 Præt. Non est eiusdem dare dotes & recipere: sed Christus est qui dat spirituales dotes. ergo Christo non competit dotes habere.

RESPON. Dicendum, quòd circa hanc difficultatem est duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd in Christo est triplex vnio. Vna quæ dicitur consentanea, qua vnitur deo per connexionem amoris: alia dignatiua, qua humana natura vnitur diuinæ: tertia, qua ipse Christus vnitur ecclesiæ. Dicunt ergo quòd secundum duas vniones competit Christo habere dotes sub ratione dotis, sed quantum ad tertiam conuenit ei id quod est dos excellentissime, non tamen sub ratione dotis, quia in tali coniunctione Christus est vt sponsus, sed ecclesia vt sponsa: dos autem datur sponsæ quantum ad proprietatem & dominium, quàmuis detur sponso ad vsum: sed hoc non videtur conueniens. In illa enim coniunctione qua Christus vnitur patri per consensum amoris etiã inquantum est deus, non dicitur esse aliquod matrimonium, quia non est ibi aliqua subiectio, quam oportet esse sponsæ ad sponsum. Similiter etiam nec in coniunctione humanæ naturæ ad diuinam quæ est *in vnitate* personæ, vel etiam per conformitatem voluntatis potest esse proprie ratio dotis propter tria. Primo, quia exigitur conformitas naturæ inter sponsum & sponsam in matrimonio illo, in quo dantur dotes, & hoc deficit in coniunctione humanæ naturæ ad diuinam. Secundo, quia exigitur ibi distinctio personarum, humana autem natura non est personaliter distincta a verbo. Tertio, quia dos datur, quando sponsa de nouo introducitur in domum sponsi, & sic videntur ad sponsam pertinere quæ de non coniuncta fit coniuncta. Humana autem natura, quæ est assumpta *in vnitatem* personæ a verbo, numquàm fuit quin esset perfecte coniuncta. Vnde secundum alios dicendum, quòd vel omnino non conuenit Christo ratio dotis, vel non ita proprie sicut alijs sanctis, ea tamen quæ dotis dicuntur, excellentissime ei conueniunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd conformatio illa est intelligenda secundum id quod est dos, & non secundum rationem dotis quæ sit in Christo: non enim oportet quòd illud in quo Christo conformamur, sit eodem modo in nobis & in Christo.

¶Ad secundum dicendum, quòd natura humana non proprie dicitur esse sponsa in coniunctione illa qua verbo coniungitur, eum non seruetur ibi personarum distinctio quæ inter sponsum & sponsam requiritur. Sed quòd quandoque desponsata dicatur humana natura secundum quod verbo cõiuncta est, hoc est inquantum habet aliquem actum sponsæ, quia scilicet inseparabiliter coniungitur: & quia in illa coniunctione humana natura est verbo inferior, & per verbum regitur sicut sponsa per sponsum.

bilem substantiam, idest, Deum, ¶Ad tertium dicendũ, q̃ hoc q̃ aliquã do dicitur Christus sponsa, non est quia ipse vere sit sponsa, sed inquantum assumit personam sponsæ suæ, scilicet ecclesiæ, quæ est ei spiritualiter coniuncta, vnde nihil prohibet quin per illum modum loquendi possit dici habere dotes, non quòd ipse habeat, sed quia ecclesia habet.

¶Ad quartum dicendum, quòd nomen ecclesiæ dupliciter accipitur. Quandoque enim nominat tantũmodo corpus quod Christo coniungitur sicut capiti, & sic tantum ecclesia habet rationem sponsæ: sic vero Christus non est ecclesiæ membrũ, sed est caput, influens omnibus ecclesiæ membris. Alio modo accipitur ecclesia secundum quod nominat caput & membra coniuncta, & sic Christus *dicitur membrum ecclesiæ inquantum* habet officium distinctum ab omnibus alijs, scilicet influere alijs vitam, quàmuis non multũ proprie dicatur membrum, quia membrum importat partialitatem quandam. In Christo autem bonum spirituale non est particulatum, sed est totaliter & integrum, vnde ipse est totum ecclesiæ bonum, nec est aliquod maius ipso & alijs quàm ipse solus. Sic autem loquendo de ecclesia, ecclesia non nominat solum sponsam, sed solum sponsum & sponsam, prout per coniunctionẽ spiritualem est ex eis vnum effectum: vnde licet Christus aliquo modo dicatur membrũ ecclesiæ, nullo tamen modo potest dici membrum sponsæ, & sic ei non conuenit ratio dictis.

¶Ad quintum dicendum, quòd in processu illo est fallacia accidentis, non enim illa Christo conueniunt secundum quod habent rationem dictis.

ARTICVLVS III.

Vtrum angeli habeant dotes.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd angeli habeant dotes, quia super illud Cãtic.6 Vna est columba mea, dicit glo. Vna est ecclesia in hominibus & in angelis: sed ecclesia est sponsa, & sic membris ecclesiæ conuenit habere dotes. ergo angeli dotes habent.

¶2 Præt. Luc.12. super illud. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertetur a nuptijs, dicit glo. Ad nuptias dominus iuit, cum post resurrectionem nouus homo angelorum multitudinem sibi copulauit. ergo multitudo angelorum est spõsa Christi, & sic angelis debentur dotes.

¶3 Præt. Spirituale matrimonium in spirituali coniunctione consistit: sed spiritualis coniunctio non minor est inter angelos & deum, quàm inter homines beatos & deum. ergo cum dotes, de quibus nunc agimus, ratione spiritualis matrimonij assignentur, videtur quòd angelis conueniant dotes.

¶4 Præt. Spirituale matrimonium requirit spiritualem sponsum & spiritualem sponsam: sed Christo inquantum est summus spiritus, magis sunt conformes in natura angeli quàm homines. ergo magis potest esse spirituale matrimonium angelorum ad Christum quàm hominum.

¶5 Præt. Maior conuenientia exigitur inter caput & membra, quàm inter sponsum & sponsam: sed conformitas quæ est inter Christum & angelos sufficit ad hoc quòd Christus dicatur caput angelorum, ergo eadem ratione sufficit ad hoc quòd dicatur sponsus respectu eorum.

Lib.1.expo nens illud dictũ. Adolescentulæ dilexerunt te nimis.

SED CONTRA. Origen. super Cant, distinguit quatuor personas, scilicet sponsum & sponsam, adolescentulas & sodales sponsi, & dicit quòd angeli sunt sodales sponsi. cum ergo dotes non debeantur nisi sponsæ, videtur quòd angelis dotes non conueniant.

¶2 Præt. Christus desponsauit sibi ecclesiam per incarnationem & passionem: vnde figuratur per hoc quod dicitur Exod.4. Sponsus sanguinum tu mihi es: sed Christus per passionem & incarnationem non aliter fuit coniunctus angelis, quàm prius fuerat. ergo angeli non pertinent ad ecclesiam, secundum quod ecclesia dicitur sponsa. ergo angelis non conueniunt dotes.

RESPON. Dicendum, quòd ea quæ ad dotes animæ pertinent, non est dubium angelis sicut & hominibus conuenire, sed secundum rationem dotis non ita eis sicut hominibus conueniunt, eo quòd non ita proprie conuenit angelis ratio sponsæ sicut hominibus: exigitur. n. inter sponsum & sponsam naturæ

naturæ conformitas, vt sint eiusdem speciei, hoc modo autem homines cum Christo conueniunt inquantum naturam humanam assumpsit, per quam assumptionem factus est conformis in natura speciei humanæ omnibus hominibus: angelis autem non est conformis secundum vnitatem speciei neque secundum naturam diuinam, neque secundum humanam naturam, & ideo rõ sicut sancti angeli uident, siue alia

dotis non ita proprie conuenit angelis sicut hominibus: tamẽ in his quæ metaphorice dicuntur, cum non requiratur similitudo quantum ad omnia, non potest ex aliqua dissimilitudine concludi quòd metaphorice aliquid de alio non prædicetur, & sic ex ratione inducta non potest simpliciter haberi quòd angelis dotes non conueniant, sed solum quòd non ita proprie sicut hominibus ratione dissimilitudinis prædictæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis angeli pertineant ad vnitatem ecclesiæ, non tamen sunt membra ecclesiæ secundum quod ecclesia dicitur sponsa per conformitatem naturæ, & sic non conuenit eis proprie habere dotes.

¶Ad secundum dicendum, quòd desponsatio illa large accipitur pro vnione, quæ non habet conformitatẽ naturæ in specie, & sic etiam nihil prohibet large accipiendo dotes, ponere dotes in angelis.

¶Ad tertium dicendum, quòd quàmuis in matrimonio spirituali non sit nisi coniunctio spiritualis, tamen illos qui coiunguntur ad perfectam matrimonij rationem, oportet in specie naturæ conuenire, & propter hoc desponsatio ad angelos proprie non pertinet.

¶Ad quartum dicendum, quòd illa conformatio, qua angeli conformantur Christo inquantum est deus, non est talis quæ sufficiat ad perfectam matrimonij rationem, cum non sit secundum conuenientiam in specie, sed magis adhuc remanet distantia infinita.

¶Ad quintum dicendum, quòd nec etiam Christus proprie dicitur caput angelorũ secundum illam rationem qua caput requirit conformitatem naturæ. Tamen sciendum quòd licet caput, & alia membra sint partes individui unius speciei, non tamen si vnumquodque per se consideretur cum alio est eiusdem speciei, manus enim habet aliam speciem partis a capite: vnde loquendo de membris secundum se, non requiritur inter ea alia conuenientia quàm proportionis, vt vnum ab alio accipiat, & vnum alij subseruiat, & sic conuenientia quæ est inter deum & angelos, magis sufficit ad rationẽ capitis, quàm ad rationem sponsi.

ARTICVLVS V.

Vtrum conuenienter ponantur tres esse animæ dotes.

1.par.q.12. ar.7. ad 1.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ponantur tres animæ esse dotes, scilicet visio, dilectio, & fruitio. Anima enim coniungitur deo secundum mentem, in qua est imago Trinitatis secundum memoriam, intelligentiam, & *voluntatem*: sed dilectio ad voluntatem pertinet, visio ad intelligentiam. ergo debet aliquid poni quod memorię respondeat, cum fruitio non pertineat ad memoriam, sed magis ad voluntatem.

¶2 Præt. Dotes beatitudinis dicuntur respondere virtutibus viæ, quibus deo coniungimur, quæ sunt fides, spes, & charitas, quibus est ipse deus obiectum: sed dilecto respondet charitati, visio autem fidei. ergo deberet aliquid poni quod pertineret ad spem, cum fruitio magis pertineat ad charitatem.

Lib.1.c.4. ¶3 Præt. Deo non fruimur nisi per dilectionem & visionem. *Illis enim dicimur frui, quæ diligimus propter se*, vt patet per August. in lib. de doct. christia. ergo fruitio non debet poni alia dos a dilectione.

¶4 Præt. Ad perfectionem beatitudinis requiritur comprehensio. 1.Cor.19. Sic currite ut comprehendatis. ergo deberet adhuc quarta dos poni.

In lib. de similitudinibus c.48. ¶5 Præt. Anselmus dicit quòd hæc pertinent ad beatitudinem animæ, sapientia, amicitia, concordia, potestas, honor, securitas, gaudium, & sic uidentur prædictæ dotes inconuenienter assignari.

Circa med. cap. vlt. ¶6 Præt. August. in fi. de ciuita. dei. dicit quòd deus in illa beatitudine sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. ergo laus præassignatis dotibus annumerari debet.

Prosa 2. ¶7 Præt. Boetius ponit quinque ad beatitudinem pertinentia in 3. de consolatione, quæ sunt hæc, sufficientia, quam

promittunt diuitiæ: iucunditas, quam promittit voluptas: celebritas, quam promittit fama: securitas, quam promittit potentia: reuerentia, quam promittit dignitas, & sic uidetur quòd ista potius deberent assignari dotes, quàm prædicta.

II

VLTERIVS. Videtur quòd non sint ponendę aliquę dotes in corpore pa-

latentiori causa, siue ideo quia ter dotes animæ. Dotes enim ordinantur ad coniunctionem spiritualem in qua beatitudo cõsistit, ut dictum est: sed ea quæ sunt in corpore non inclinant ad huiusmodi coniunctionem, quia operationes mentis, per quam anima deo coniungitur, non exercentur organis corporalibus. ergo non sunt ponendæ aliquæ dotes corporis.

¶2 Præt. Homini debetur dos & beatitudo secundum quod est ad imaginem dei: sed homo non est ad imaginem secundũ corpus, sed secundum animam, ut patet per August. in lib. de tri. ergo corpori non debentur dotes. q.1.artic.1. quæst.2. hius dist.49.

¶3 Præt. Vires inferiores animæ sensitiuæ & vegetatiuæ sunt perfectiores quàm ipsum corpus: sed non assignantur aliquæ dotes respondentes uiribus inferioribus animæ. ergo non debent aliquæ dotes assignari corpori respondentes. Lib.12.c.6. & 7. Et lib. 3.sup Gen. ad literam ca.21.& 22 tom.3.

SED CONTRA. Dotes debentur beatis secundũ quod Christo conformantur: sed homines non solum conformantur Christo secundum animam, sed etiam secundum corpus. ergo etiam dotes corpori debentur.

¶2 Præt. Hoc idem apparet ex diffinitione dotis supra posita, quæ talis est, Dos est ornatus animæ & corporis &c.

III

VLTERIVS. Videtur quòd dotes corporis inconuenienter ponantur quatuor, scilicet subtilitas, agilitas, claritas, & impassibilitas. Anselmus videtur ponere septem, dicit enim quòd septem erunt beatitudines corporis, scilicet pulchritudo, velocitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas, diuturnitas. 3.par.q.45. art.1. ad 3. Et 4. cont. gen. ca.86. Anselm. in li. de similitudinibus. c. 48.

¶2 Præt. Ad perfectionem corporis uiuentis non solum pertinet motus, sed etiam sensus: sed una dos ponitur quæ pertinet ad motum, scilicet agilitas. ergo deberet alia poni quæ pertineret ad sensum.

¶3 Præt. Corpora sanctorum erunt delectabilia secundum omnes sensus. ergo sicut ponitur claritas quæ pertinet ad uisum, ita deberent poni aliæ dotes pertinentes ad alios sensus.

¶4 Præt. Sicut impassibilitas conuenit corpori glorioso, ita & animæ glorificatę ergo non oportet poni dos corporis, cum non ponatur dos animæ.

¶5 Præt. Sicut subtilitas est dos corporis, ita & penetrabilitas, ut patet per Gregor. in moral. super illud Iob 28. Non adæquabitur ei aurum, vel uitrum. ergo inter dotes corporis debet poni penetrabilitas. Lib.18. ca. 31.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd ab omnibus communiter ponuntur tres animæ dotes, diuersimode tamen. Quidam enim dicunt, quòd tres animæ dotes sunt uisio, dilectio, & fruitio. Quidam uero quòd sunt uisio, comprehensio, & fruitio. Quidam uero quòd sunt uisio, dilectio, & comprehensio. Omnes tamen hæ assignationes reducuntur *in idem*; & eodem *modo* earum numerus assignatur: dictum est enim quòd dos est aliquid animæ inhærens, per quod ordinatur ad operationem in qua consistit beatitudo, in qua quidem operatione duo requiruntur, scilicet ipsa substantia operationis quæ est uisio & perfectio eius quæ est delectatio: oportet enim beatitudinem esse operationem perfectam. Visio autem aliqua est delectabilis dupliciter. Vno modo, ex parte obiecti, inquantum id quod uidetur est delectabile. Alio modo, ex parte uisionis, inquantum ipsum uidere delectabile est, sicut delectamur in cognoscendo mala, quàmuis mala nos nõ delectẽt: et quia operatio illa, in qua ultima beatitudo consistit, debet esse perfectissima, ideo requiritur quòd uisio illa sit utroque modo delectabilis. Ad hoc autem quòd ipsa uisio sit delectabilis ex parte uisionis, requiritur quòd sit facta connaturalis uidenti per habitum aliquem. Sed ad hoc quòd sit delecta ilis ex parte uisionis, duo requiruntur, scilicet quòd ipsum uisibile sit cõueniens, & quòd sit coniunctum. sic ergo ad delectabilitatem uisionis ex parte sui requiritur habitus qui uisionem eliciat, & sic est una dos, quæ dicitur ab omnibus uisio. Sed ex parte uisibilis requiruntur duo, scilicet conuenientia quæ est per affectum, & quantum ad hoc ponitur dos a quibusdam dilectio, & a quibusdam fruitio, secundum quod fruitio ad affectum pertinet illud. n. quod summe diligimus, conuenientissimum æstimamus. Requiritur etiam ex parte uisibilis coniunctio, & sic ponitur a quibusdam comprehensio, quæ nihil est aliud q̃ in Præsenti q. 4. ar.1.

præsentia deum habere, & in seipso tenere: sed secundum alios fruitio prout fruitio est, non spei sicut est in via, sed iam rei sicut est in patria, & sic dotes tres respondent tribus virtutibus theologicis, scilicet visio fidei, spei vero comprehensio, vel fruitio secundum vnam acceptionem, charitati vero dilectio, vel fruitio secundū aliam assignationē: ineſt ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo refruitio enim perfecta, qualis in patria habebitur, includit in se dilectionem & comprehensionem, & ideo a quibusdam accipitur pro vno, a quibusdam vero pro alio. Quidam vero attribuunt has tres dotes tribus animæ viribus, visionem scilicet rationali, dilectionem concupiscibili, fruitionem vero irascibili, inquantum talis fruitio est per quandam victoriam adepta. Sed hoc non proprie dicitur, quia irascibilis & concupiscibilis non sunt in parte intellectiua, sed sensitiua, vt in 3. lib. dist. 26. dictum est, dotes autem animæ pertinent in ipsa mente.

q. 1. ar. 2. in cor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd memoria & intelligentia non habent nisi vnam operationem, quia vel ipsa intelligentia est operatio memoriæ, vel si intelligentia dicatur esse potentia quædam, memoria non exit in operationem nisi mediante intelligentia, quia memoriæ est notitiam tenere. vnde etiam memoriæ & intelligentiæ non respondet nisi vnus habitus, scilicet notitia, & ideo vtrique respondet vna tantum dos, scilicet visio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fruitio respondet spei, inquantum includit comprehensionem quæ spei succedet, quod enim speratur nondum habetur: & ideo spes quodammodo affligit propter distantiam amati, & propter hoc in patria non remanet, sed succedit ei comprehensio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fruitio secundum quod comprehensionem includit, distinguitur a visione & dilectione, alio tamen modo quàm dilectio a visione. Dilectio enim & visio diuersos habitus nominant, quorum vnus pertinet ad intellectum, alter vero ad affectum: sed comprehensio, vel fruitio secundum quod ponitur pro comprehensione, non importam aliū habitum ab illis duobus, sed importat remotionem impedimentorum, ex quibus efficiebatur vt non posset mens deo præsentialiter coniungi: & hoc quidem fit per hoc quòd ipse habitus gloriæ animam ab omni defectu liberat, sicut quòd facit eam sufficientem ad cognoscendum sine phantasmatibus, & ad prædominandum corpori, & ad alia huiusmodi, per quæ excluduntur impedimenta, quibus fit vt nunc peregrinemur a domino.

¶ Ad quartum patet responsio ex dictis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd propriæ dotes sunt immediata principia illius operationis, in qua perfecta beatitudo consistit, per quam anima Christo coniungitur: illa autem quæ Ansel. enumerat, non sunt huiusmodi, sed sunt qualitercumque beatitudinem concomitantia, vel consequentia, non solum in comparatione ad sponsum, ad quem sola sapientia inter enumerata ab eo pertinet, sed etiam in comparatione ad alios, vel pares ad quos pertinet amicitia quantum ad vnionem effectuum, & cōcordia quantum ad consensum in agendis: vel ad inferiores, ad quos pertinet & potestas secundum quod a superioribus inferiora disponuntur, & honor secundum id quod ab inferioribus superioribus exhibetur: & etiam per comparationem ad seipsum, ad quod pertinet securitas quantum ad remotionem mali, & gaudium quantum ad adeptionem boni.

¶ Ad sextum dicendum, quòd laus quæ ab Augustino ponitur tertium eorum quæ in patria erunt, non est dispositio ad beatitudinem, sed magis beatitudinem consequens: ex hoc enim ipso quòd anima deo coniungitur, in qua beatitudo consistit, sequitur quòd in laude prorumpat, vnde laus non habet rationem dotis.

¶ Ad septimum dicendum, quòd illa quinque quæ enumerat Boetius, sunt quædam beatitudinis conditiones, non autem dispositiones ad beatitudinis actum, eo quòd beatitudo ratione perfectionis suę, sola & singulariter habet per seipsam quicquid ab hominibus in diuersis rebus quæritur, vt patet etiam per Philosophum in 1. & 10. ethic. & secundum hoc Boetius ostendit illa quinque in vera beatitudine esse, quia hæc sunt quæ ab hominibus tēporali felicitate quæruntur, quæ vel pertinent ad immunitatem a malo sicut securitas, vel ad consecutionem boni, vel connenientis sicut iucunditas, vel perfecti sicut sufficientia, vel ad manifestationem boni, sicut celebritas, inquantum bonum vnius est in notitia multorum, & reuerentia inquantum illius notitiæ, vel boni signum aliquod exhibetur: reuerentia enim consistit in exhibitione honoris qui est testimonium virtutis, vnde patet, quòd ista quinque non debent dici dotes, sed quædam beatitudinis conditiones.

Primo quidē c. 1. 10. uero, c. 10.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd secundum hoc homo est beatitudinis particeps, quòd ad imaginem dei consistit. Imago autem dei primo & principaliter in mente consistit, sed per quandam derivationem etiam in corpore hominis quādam repræsentatio imaginis inuenitur, secundum quod oportet corpus animæ esse proportionatum, ut etiam patet ex his quæ magister dicit in 2. sent. dist. 16. vnde etiam & beatitudo, vel gloria primo & principaliter est in mēte, sed per quandam redundantiam derivatur etiam ad corpus, ut beatitudo hominis secundum corpus dicatur, quòd imperium animæ deo coniunctæ perfecto exequitur. Vnde sicut dispositiones quæ sunt in anima beata ad perfectam operationem, quæ deo coniungitur, dicuntur animæ dotes: ita dispositiones quæ sunt in corpore glorioso, ex quibus corpus efficitur perfecte animæ subiectum, dicuntur corporis dotes.

Et q. unica art. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam perfectio corporis glorioſi aliquo modo coadiuuat ad hoc, quòd anima liberius & perfectius deo inhæreat, inquantum videlicet non retrahitur aliquibus corporeis impedimentis a diuina inhæsione, & inquantum etiam anima perfectius esse habet corpori coniuncta, quàm a corpore separata, & sic etiam eius operatio est perfectior, ut supra dictum est.

q. 1. ar. 1. & q. 2. ar. 1. 3. lib. dist. 27. q. 2. p totū. Et lib. dist. citata, q. 2. per totum.

¶ Ad secundum patet responsio ex dictis.

Lib. 12. c. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicit Augustinus in lib. de Trinita. ad exteriorem hominem non solum pertinet corpus, sed etiam corporis sensus, unde omnes inferiores potētiæ quæ sunt organis affixæ, simul cum corpore computantur, & cum eo etiam simul dotantur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd anima est forma corporis & motor, unde cum dotes corporis ad hoc ordinentur ut corpus perfecte animæ subijciatur, hoc erit ut subijciatur ei perfecte & sicut formæ, & sicut motori. A forma autem in materia tria causantur, scilicet esse substantiale, uires & formæ secundariæ, scilicet accidentales, & amborum conseruatio. Corpus ergo glorioſum inquantum perfecte animæ subditur quantum ad esse substantiale quod ab ea habet, sic est dos subtilitatis. Ex hoc enim corpus glorioſum subtile dicitur, ut supra dist. 44. dictum est, quòd perfecte ab anima informatur: inquantum uero perfecte subditur ei, ut formæ secundum accidentales formas quæ sunt in corpore ab anima, sic est dos claritatis: inquantum uero corpus glorioſum perfecte ab anima conseruatur, sic est dos impassibilitatis, ex hoc enim impassibile dicitur, quòd ex ui animæ seruatur immune ab omni læsione: sed inquantum corpus perfecte subditur animæ ut motori, sic est dos agilitatis, corpus enim secundum hoc dicitur agile, quòd ad omnes animæ actus est expeditum & paratum. Quidam autē quatuor dotes corporis quatuor uirtutibus cardinalibus adaptant, eo quòd cardinalium uirtutum materia sunt bona corporalia, ut scilicet prudentiæ respondeat claritas propter cognitionem iustitiæ, quæ est perpetua & immortalis impassibilitas, fortitudini agilitas, ex qua cōtingit ut nihil corpori possit resistere, unde agilitas notatur 1. Cor. 15. per hoc quòd dicit. Surget in uirtute: temperantiæ uero quæ corpus attenuat subtilitas, & sic quatuor dotes corporis respondent quatuor uirtutibus cardinalibus, sicut tres dotes animæ tribus theologicis, ut dictum est.

Præsenti ar tic. quæst. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ illa septem quæ Anselm. ponit, continentur sub istis quatuor. Pulchritudo, n. cōsistetur sub claritate, uelocitas & libertas & fortitudo sub agilitate, sanitas & diuturnitas sub impassibilitate, uoluptas uero potest reduci ad subtilitatem, quia ex hoc quòd corpus est perfecte informatum per animam, est ad delectationem dispositum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd agilitas non solum pertinet ad motum, sed etiam ad sensum, & ad omnes alias operationes animæ, ut secundum hoc dicatur corpus glorioſum esse agile, quod est perfecte habilitatum ad omnes operationes, quę per corpus exercentur.

T. com. 7.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ secundum Philosophum in 2. de generatione, qualitates uisibiles sunt aliis qualitatibus sensibilibus nobiliores quantum ad hoc quòd in uisibilitate conueniunt inferiora corpora cū superioribus corporibus, non autem quantum ad alias sensibiles qualitates: unde lux, uel claritas quæ est qualitas propria cælestium corporum inter alias qualitates corporales est nobilior & magis similis ad exprimendam intelligibilem claritatem, & ideo ex redundantia gloriæ ab anima in corpus magis ponitur in corpore glorioſo claritas ut dos, quàm alia sensibilis qualitas.

¶ Ad quartum dicendum, quòd anima non est passibilis secundum naturam, sed per accidens inquantum corpus patitur: vel per diuinam iustitiam est passibilis ex culpa, qua ab animabus beatorum est procul propter dei dilectionem, unde ex quo impassibilitas ponitur corporis dos, non oportet quòd ponatur dos animæ.

¶ Ad quintum dicendum, quòd clarum & peruium ad tardatur quodammodo ne tota idem genus reducūtur eo quòd lux est actus diaphani, & ideo peruiæras non ponitur dos distincta a claritate. De prædictis autem dotibus tam animæ, quàm corporis, in speciali dictum est, de fruitione quidem in 1. dist. 1. lib. de dilectione, in 3. lib. tractatu de charitate, de visione supra hac eadem, de quatuor dotibus corporis supra distinct. 44.

QVAESTIO V.

Deinde quæritur de aureolis.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Quid sit aureola.
¶ Secundo, Quomodo differat a fructu.
¶ Tertio, Ratione quorum debeatur aureola.
¶ Quarto, Quibus debeatur.
¶ Quinto, De numero aureolarum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum aureola sit aliquod aliud præmium ab essentiali præmio, quod aurea dicitur.

Quol. 5. ar. 44.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd aureola non sit aliquod aliud præmium ab essentiali præmio, quod aurea dicitur. Præmium enim essentiale est ipsa beatitudo: sed beatitudo secundum

3. lib. de cō sol. ca. 2.

Boet. est status omnium bonorum aggregatione perfectus, ergo præmium essentiale includit omne bonum quod habetur in patria, & sic aureola includitur in aurea.

¶ 2 Præt. Magis & minus non diuersificant speciem: sed illi qui seruant consilia & præcepta magis præmiantur, quàm illi qui seruant præcepta tantum, nec in aliquo præmiuntur eorum videtur differre, nisi quòd unum est altero maius. cum ergo aureola nominet præmium quod debetur operibus perfectionis, videtur quòd aureola non dicat aliquid distinctum ab aurea.

¶ 3 Præt. Præmium respondet merito: sed radix totius meriti est charitas. cum ergo charitati respondeat aurea, videtur q̄ in patria non erit aliquod præmium ab aurea distinctum.

Homil. 2.

¶ 4 Præt. Homines beati assumuntur ad angelorum ordines, ut dicit Gregor. sed in angelis licet quædam data sint quibusdam excellenter, ibi tamen nihil possidetur singulariter, omnia enim in eis sunt non quidem æqualiter, quia alij alijs sublimius possident, quæ tamen omnes habent, ut etiam Gregor. dicit. ergo & in beatis non erit aliquod aliud præmium nisi omnium commune. ergo aureola non est præmium distinctum ab aurea.

¶ 5 Præt. Excellentiori merito excellentius præmium debetur. si ergo aurea debetur operibus quæ sunt in præcepto, aureola uero his quæ sunt in cōsilio, aureola erit perfectior quàm aurea, & ita non deberet diminutiue signari, & sic videtur q̄ aureola non sit præmium distinctum ab aurea.

SED CONTRA. Exod. 25. super illud. Facies alteram coronam aureolam, dicit glo. Ad coronam pertinet canticum nouum, quod uirgines tantum coram agno concinunt, ex quo videtur quòd aureola sit quædam corona non omnibus, sed aliquibus specialiter reddita: aurea autem omnibus beatis redditur. ergo aureola est aliud quàm aurea.

¶ 2 Præt. Pugnæ, quam sequitur victoria, debetur corona. 2. ad Timoth. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. ergo ubi est specialis ratio certaminis, ibi debet esse specialis corona: sed in aliquibus operibus est specialis ratio certandi. ergo præ alijs aliquam coronam habere debent, & hanc dicimus aureolam.

¶ 3 Præt. Ecclesia militans descendit a triumphante, ut patet Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctam &c. sed in ecclesia militante specialia opera habentibus specialia præmia redduntur, sicut victoribus corona, currentibus brauium. ergo similiter debet

Ā esse in ecclesia triumphante.

RESPON. Dicendum, q̄ præmium essentiale hoīs, quod est eius beatitudo, consistit in perfecta cōiunctione animæ ad deum inquantum eo perfecte fruitur, vt viso & amato perfecte: hoc autem præmium metaphorice corona dicitur, vel aurea tum ex parte intentione pergat in illud summeriti, quod cum quadam pugna agitur, militia enim est vita hominis super terram Iob 7. tum etiam ex parte præmij, per quod homo efficitur quodammodo diuinitatis particeps, & per consequens regiæ potestatis, Apoc. 7. Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Corona autem est proprium signū regiæ dignitatis, & eadem ratione præmium quod essentiali additur, coronæ rationem habet. Signat etiam corona perfectionem quandam ratione figuræ circularis, vt ex hoc etiam competat perfectroni beatorum: sed quia nihil potest superaddi quin sit eo minus, ideo superadditum præmium aureola nominatur, huic autem essentiali præmio quod aurea dicitur, aliquid additur dupliciter. Vno modo, ex conditione naturæ eius quæ præmiatur, sicut supra beatitudinem animæ gloria corporis adiungitur, vnde & ipsa gloria corporis interdum aureola nominatur, vnde & super illud Exod. 25. Facies alteram coronam aureolam, dicit quædam glo. quòd in fine aureola superponitur, cum in scriptura dicatur quòd eis sublimior gloria in receptione corporum seruetur. Sic autem nunc de aureola non agitur. Alio modo, ex ratione operis meritorij, quod quidem rationem meriti ex duobus habet, ex quibus habet etiam bonitatis rationem, scilicet ex radice charitatis quæ refertur in finem vltimum, & sic debetur ei essentiale præmium, scilicet perquentio ad finem quæ est aurea: & ex ipso genere actus quod laudabilitatem quandam habet ex debitis circunstantijs, & ex habitu eliciente & proximo fine, & sic debetur ei quoddam accidentale præmium quod aureola dicitur, & hoc modo de aureola ad præsens intendimus. Et sic dicendum, quòd aureola dicit aliquid aureæ superadditum, ideſt, quoddam gaudium de operibus a se factis, quæ habent rationem victoriæ excellentis, quod est aliud gaudium ab eo quo de coniunctione ad deum gaudetur, quod gaudium dicitur aurea. Quidam tamen dicunt, quòd ipsum præmium commune, quod est aurea, accipit nomen aureolæ secundum quod virginibus, vel martyribus, vel doctoribus redditur, sicut & denarius accipit nomen debiti ex hoc quòd alicui debetur, quāmuis omnino idem sint debitum & denarius, non tamen ita q̄ præmium essentiale oporteat esse maius quando aureola dicitur, sed quia excellentiori actui respondet, non quidem secundum meriti intensionem, sed secundum modum merendi, vt quāmuis in duobus sit æqualis limpiditas diuinæ visionis, in vno tamen dicetur aureola non in altero, inquantum respondet excellentiori merito secundum modum agendi. Sed hoc videtur esse contra intentionem glo. Exod. 30. Si enim idem esset aurea & aureola, non diceretur aureola aureæ superponi. Et præterea, cum meritō respondeat præmium, oportet quòd illi excellentiæ meriti quæ est ex modo agendi, respondeat aliqua excellentia in præmio, & hanc excellentiam vocamus aureolam, vnde oportet aureolam ab aurea differre.

B

C

D

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo includit in se omnia bona quæ sunt necessaria ad perfectā hominis uitā, quæ cōsistit in perfecta hominis operatione: sed quædam possunt superaddi non quasi necessaria ad perfectum operationem, vt sine quibus esse non possit, sed quia his additis est beatitudo clarior, vnde pertinet ad bene esse beatitudinis, & ad decentiam quandam ipsius, sicut & felicitas. politica ornatus nobilitate, & corporis pulchritudine, & huiusmodi, sine quibus tamen esse potest, vt patet in 1. ethicor. & hoc modo se habet aureola ad beatitudinem patriæ.

Cap. 8. 9. 12 & 13.

E

¶ Ad secundum dicendum, quòd ille qui seruat consilia & præcepta semper meretur, quàm ille qui seruat præcepta tantum, secundum quod ratio meriti consideratur in operibus ex ipso genere operum, non autem semper secundū quod ratio meriti pensatur ex radice charitatis, cum quandoque ex maiori charitate aliquis seruet præcepta tantum, quàm aliquis præcepta & consilia, sed vt plurics accidit econuerso: quia probatio dilectionis est exhibitio operis, sicut dicit Gregor. Homil. 30. non ergo ipsum præmium essentiale magis intensum dicitur aureola, sed id quod præmio essentiali superadditur indifferenter, sine sit maius præmium essentiale habentus aureolam, siue minus, siue æquale præmio essentiali non habentis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd charitas est principium merendi, sed actus noster est quasi instrumentum quo meremur. Ad effectum autem consequendum non solum requiritur debita dispositio in præmio mouente, sed etiam recta dispositio

tio in instrumẽto, & ideo in effectu aliquid consequitur ex parte primi principij quod est principale, & aliquid ex parte instrumenti quod est secundarium, vnde & in præmio aliquid est ex parte charitatis, scilicet aurea, & aliquid ex genere operationis, vt aureola.

¶ Ad quartum dicendum, quòd angeli omnes ex eodẽ genere actus suam beatitudinem meruerunt, scilicet in hoc quòd sunt conuersi ad deum, & ideo nullum singulare præmium inuenitur in vno, quod alius non habeat aliquo modo. Homines autem diuersis generibus actuum beatitudinem merentur, & ideo non est simile: tamen illud quod vnus videtur specialiter habere inter homines quodammodo omnes communiter habent, inquantum scilicet per charitatem perfectam vnusquisque bonum alterius suum reputat, non tamen hoc gaudium quo vnus alteri congaudet, potest aureola nominari, quia non datur in præmium victoriæ eius, sed magis respicit victoriam alienam: corona vero ipsis victoribus redditur, non victoriæ congaudentibus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd maior est excellentia meriti, quæ consurgit ex charitate, quàm illa quæ consurgit ex genere actus, sicut finis ad quem ordinat charitas est potior his quæ sunt ad finem, circa quæ actus nostri consistunt: Vnde etiam præmium respondens merito ratione charitatis quantumcumque sit paruum, est maius quolibet præmio respondente actui ratione sui generis, & ideo aureola diminutiue dicitur respectu aureæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum aureola differat a fructu.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd aureola non differat a fructu. Eidem enim merito non debentur diuersa præmia: sed eidem merito respondet aureola, & fructus centesimus, scilicet virginitati, vt patet in glo. Matth. 13. ergo aureola est idem quod fructus.

Cap. 45. ¶ 3 Præt. Augustin. dicit in lib. de virginitate, quòd centesimus fructus debetur martyri, & idem debetur virgini. ergo fructus est quoddam præmium commune virginibus & martyribus: sed eisdem etiam debetur aureola, ergo aureola est idem quod fructus.

¶ 3 Præt. In beatitudine non inuenitur nisi duplex præmium, scilicet essentiale, & accidentale, quod essentiali superadditur: sed præmium essentiale superadditum dictum est esse aureolam, quod patet ex hoc quod dicitur Exod. 25. Aureola coronæ aureæ superponi dicitur: sed fructus non est præmium essentiale, quia sic deberetur omnibus beatis. ergo est idem quod aureola.

SED CONTRA. Quæcumque non sunt eiusdem diuisionis, non sunt etiam eiusdem rationis: sed fructus & aureola non similiter diuiduntur, quia aureola diuiditur in aureolam virginum, martyrum, & doctorum, fructus autem in fructum coniugatorum, viduarum, & virginum. ergo fructus & aureola non sunt idem.

¶ 2 Præt. Si fructus & aureola essent idem, cuicumque deberetur fructus, deberetur aureola: hoc autem patet esse falsum, viduitati enim debetur fructus, sed non aureola. ergo &c.

II VLTERIVS. Videtur quòd fructus non debeatur soli virtuti continentiæ, quia 1. Corinth. 15. super illud. Alia claritas solis &c, dicit glos. quòd claritati solis illorum dignitas comparatur, qui centesimum fructũ habent, lunari autem qui sexagesimum, stellæ qui trigesimum: sed illa diuersitas claritatum secundum intentionem Apostoli pertinet ad quamcumque beatitudinis differentiam. ergo diuersi fructus non debẽt respondere soli continentiæ.

¶ 2 Præt. Fructus a fruitione dicuntur: sed fruitio ad præmium essentiale pertinet quod omnibus virtutibus respondet. ergo &c.

¶ 3 Præt. Fructus labori debetur Sapientiæ 4. Bonorum laborum gloriosus est fructus: sed maior labor est in fortitudine, quàm in temperantia, vel in continentia. ergo fructus non respondet soli continentiæ.

¶ 4 Præt. Difficilius est modum non excedere in cibis qui sunt necessarij ad vitam, quàm in venereis, sine quibus vita conseruari potest, & sic maior est labor parsimoniæ quàm continentiæ. ergo parsimoniæ magis respondent fructus quàm continentiæ.

F ¶ 5 Præt. Fructus refectionem importat: refectio autem præcipue est in fine. cum ergo virtutes theologicæ finem habeant pro obiecto, scilicet ipsum deum, videtur quòd eis fructus maxime debeant respondere.

SED CONTRA est, quod habetur in glo. Matth. 13. quę fructus assignat virgini tatis, viduitati, & cõtinentiæ cõiugali, q̃ sunt cõtinẽtię ptes. tus conquiescat. Porro si tale sit

III VLTERIVS, Videtur quòd inconuenienter assignentur tres fructus tribus continentiæ partibus, quia Gal. 5. ponuntur duodecim fructus spiritus, scilicet gaudium, pax &c. & ideo videtur quòd non debeant poni tres tantum.

¶ 2 Præt. Fructus nominat aliquod præmium speciale: sed præmium quod assignatur virginibus, & viduis, & coniugatis non est speciale, quia omnes saluandi continentur sub aliquo horum trium, cum nullus saluetur qui continentia careat, & continentia per has partes sufficienter diuidatur. ergo inconuenienter tribus prædictis tres fructus assignantur.

¶ 3 Præt. Sicut viduitas excedit continentiam coniugalem, ita virginitas viduitatem: sed non similiter excedit sexagenarius tricenarium, & centenarius sexagenarium, neque secundum arithmeticam proportionalitatem, quia sexagenarius excedit tricenarium in triginta, & centenarius sexagenarium in quadraginta: neq; etiã secdm proportionalitatem geometricam, quia sexagenarius se habet in dupla proportione ad tricenarium, centenarius vero ad sexagenarium in superbiticia, quia continet totum & duas tertias eius, ergo inconuenienter aptantur fructus tribus continentiæ gradibus.

¶ 4 Præt. Ea quæ in sacra scriptura dicuntur perpetuitatem habent, Luc. 21. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transient: sed ea quæ ex institutione hominum sunt facta, quotidie possunt mutari. ergo ex his quæ ex institutione hominum sunt, non est accipienda ratio eorum quæ in scriptura dicuntur, & sic videtur quòd inconueniens sit ratio quã Beda assignat de istis fructibus dicens, quòd fructus tricesimus debetur coniugatis, quia *in repræsentatione* quæ fit in Abatho triginta significatur per contactum pollicis & indicis secundum tuam summitatem, vnde ibi quodammodo osculantur se, & sic tricenarius numerus signat coniugatorum osculatione: sexagenarius vero numerus significatur per tactum indicis super medium articulum pollicis, & sic per hoc quòd index iacet super pollicem opprimens ipsum significat oppressionem quam viduæ patiuntur in mundo, cum autem numerando ad centenarium peruenimus transimus a leua in dexteram: vnde per centenarium virginitas designatur, quæ habet portionem angelicæ dignitatis, qui sunt *in dextera*, scilicet in gloria, nos autem in sinistra propter imperfectionem præsentis vitæ.

Super Lucam c. 8. Et ptius Hier. sup Matth. cap. 13.

I RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd ea quæ metaphorice dicuntur, possunt varie accipi secundum adaptationem ad diuersas proprietates eius, vnde fit trãsumptio. Cum autem fructus proprie in rebus corporalibus dicatur de terræ nascentibus secundum diuersas conditiones quæ in fructibus corporalibus inueniri possunt, diuersimode fructus spiritualiter accipitur. Fructus enim corporalis dulcedo est quæ reficit secundũ quod *in vsum hominis* venit: est etiam vltimum ad quod operatio naturæ peruenit, est etiam id quod ex agricultura expectatur per seminationem, vel quoscumque alios modos. Quandoque igitur fructus spiritualiter accipitur pro eo quod reficit quasi vltimus finis, & secundum hanc significationem dicimur deo frui perfecte quidem in patria, imperfecte autem in via, & ex hac significatione accipitur fruitio quæ dos est: sic autem nunc de fructibus non loquimur. Quandoque autem sumitur spiritualiter fructus pro eo quod reficit tantum, quàmuis non sit vltimus finis, & sic virtutes fructus dicuntur, inquantum mentem suecẽra dulcedine reficiunt, vt Ambro. dicit, & sic accipitur fructus Gal. 5. Fructus autem spiritus &c. sic autem de fructibus nunc non quæritur: de hoc enim habitum est in 3. lib. dist. 23. 24. 25. 26 & 27. Potest autem sumi alio modo fructus spiritualis ad similitudinem corporalis fructus, inquantum corporalis fructus est quoddam commodum quod ex labore agriculturæ expectatur, vt sic fructus dicatur illud præmium quod homo ex labore consequitur, quo in hac vita laborat, & sic omne præmium quod in futuro habetur ex nostris laboribus, fructus dicitur, & sic accipitur fructus Roma. 6. Habetis fructum vestrum *in sanctificationem*: finem vero vitam æternam: sic etiam nos nunc de fructu non agimus, sed agimus nunc de fructu secundum quod ex semine consurgit, sic enim de fructu loquitur dominus Matth. 13. vbi fructum diuidit in tricesimum, sexagesimum, & centesimum. Fructus autem secundum hoc potest prodire ex

In expositione cap. 5. ad Galat.

ex semine quòd vis sementina est efficax ad conuertendum humores terræ in suam naturam, & quanto hæc virtus est efficacior & terra ad hoc paratior, tãto fructus sequitur vberior. Spirituale autem semen quod in nobis seminatur, est verbum dei: vnde quanto aliquis magis in spiritualitatem conuertitur a carne recedens, tanto in eo est maior fructꝰ verbi dei. corpus cuius sit difficilis & gra- uis administratio, sicut hæc caro

Secũdum ergo hoc fructus differt ab aurea & ab aureola, quia aurea consistit in gaudio quod habetur de deo, aureola vero in gaudio quod habetur de operum perfectione: sed fructus in gaudio quod habetur de ipsa dispositione operantis secundum gradum spiritualitatis, in quem proficit ex semine verbum dei. Quidam distinguunt inter aureolam & fructum, dicentes quòd aureolaꝫ debetur pugnanti, secundum illud. 2. Timoth. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit: fructus autem laboranti secundum illud quod dicitur Sapientiæ cap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Alij vero dicunt, quòd aurea respicit conuersionem ad deum, sed aureola & fructus consistunt in his quæ sunt ad finem, ita tamen quòd fructus principalius respicit voluntatẽ, aureola autem magis corpus. Sed cum in eodem sit labor & pugna & secundum idem, & præmium *corporis ex præmio animæ dependeat*, secundum prædicta non esset differentia inter fructum, aureã, & aureolam nisi ratione tantum, & hoc non potest esse, cum quibusdam assignetur fructus, quibus non assignatur aureola.

A AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est inconueniens eidem merito secundum diuersa quæ in ipso sunt diuersa præmia respondere, vnde & virginitati respondet aurea, secundum quod propter deum seruatur imperio charitatis: aureola vero secundum quod est quoddam perfectionis opus habens rationem victoriæ excellentis: fructus vero secundum quod per virginitatem homo in quandam spiritualitatẽ transit a carnalitate recedens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fructus secundum propriam acceptionem, prout nunc loquimur, non dicit præmium commune matrimonio & virginitati, sed tribus continentiæ gradibus. Glo. autem illa quæ ponit fructum centesimum martyribus respondere, large accipit fructum secundum quod quælibet remuneratio fructus dicitur, vt sic per centesimum fructum remuneratio designetur, quę quibuslibet operibus perfectionis debetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quàmuis aureola sit quoddam accidentale præmium essentiali superadditum, non tamen omne accidentale præmium est aureola, sed præmium de operibus perfectionis, quibus homo maxime Christo conformatur secundum perfectam victoriam: vnde non est inconueniens quòd abstractioni a carnali vita aliquod aliud præmium accidentale debeatur, quod fructus dicitur.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut dictum est, fructus est quoddam præmium quod debetur homini ex hoc quòd a carnali vita in spiritualem transit, & ideo *illi virtuti præcipue* respondet, quæ hominem præcipue a subiectione carnis liberat: hoc autem facit continentia, quia per delectationes venereas anima præcipue carni subditur, adeo vt in actu carnali secundum Hieron. nec spiritus prophetiæ corda prophetarum tangat, nec in illa delectatione est possibile aliquid intelligere, vt Philosophus dicit in 7. ethicorum: & ideo continentiæ magis respondet fructus quàm alij virtuti. Hiero. Cap. 14.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glo. illa accipit fructum large secundum quod quælibet remuneratio fructus nominatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fruitio non sumitur a fructu secundum illam similitudinem, qua nunc de fructu loquimur, vt ex dictis patet. E

¶ Ad tertium dicendum, quòd fructus secundum quod nunc loquimur, non respondet labori ratione satigationis, sed secundum quod per laborem semina fructificant, vnde & ipsæ segetes labores dicuntur, inquantum propter eas laboratur, vel labore acquiruntur. Similitudo autem fructus secundum quod oritur ex semine, magis aptatur in continentia, quàm in fortitudine, quia per passiones *fortitudinis* homo non subditur carni, sicut per passiones circa quas est continentia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis delectationes quæ sunt in cibis, sunt magis necessariæ illis quæ sunt in venereis, non tamen sunt ita vehementes, vnde per eas anima non ita carni subditur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd fructus non sumitur hic secundum quod frui dicitur, qui reficitur in fine, sed alio modo, & ideo ratio non sequitur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd per continentiam cui fructus respondet, vt dictum est, homo in quandam spiritualitatem adducitur carnalitate abiecta, & ideo secundum diuersum modum spiritualitatis, quem continentia facit, diuersi fructus distinguuntur. Est enim quædã spiritualitas necessaria, & quædam superabundans. Necessaria quidem spiritualitas est in hoc quòd rectitudo spiritus ex delectatione carnis non peruertatur, quod fit dum aliquis secundum rectum ordinem rationis vtitur delectabilibus carnis, & hæc est spiritualitas *coniugatorum*. *Spiritualitas* vero superabundans est per quam homo ab huiusmodi delectationibus carnis spiritũ suffocantibus omnino se abstrahit. Sed hoc contingit dupliciter, vel respectu cuiuslibet temporis præteriti, præsentis, & futuri, & hæc est spiritualitas virginum: vel secundum aliquod tempus, & hæc est spiritualitas viduarum. Seruantibus ergo continentiam coniugalem datur fructus tricesimus, vidualem sexagesimus, virginalem centesimus, ratione illa quam Beda assignat, quàmuis possit & alia ratio assignari ex ipsa natura numerorum. Tricenarius enim numerus ex ductu trinarij in denarium surgit, ternarius enim est *numerus omnis rei*, vt dicitur in 1. cæ. & habet in se perfectionem quandam omnibus communem, scilicet principij, medij, & finis: vnde conuenienter tricenarius numerus coniugatis assignatur, in quibus super obseruationem decalogi, qui per denarium signatur, non additur aliqua perfectio nisi communis, sine qua non potest esse salus. Senarius autem ex cuius ductu in denarium sexagenarius surgit, habet perfectionem ex partibus, cum constet ex omnibus partibus suis simul aggregatis: vnde conuenienter viduitati respondet, in qua inuenitur perfecta abstractio a delectabilibus carnis quantum ad *omnes circunstantias*, quę sunt quasi partes virtuosi actus. Cum nulla enim persona & nullo loco delectabilibus carnis viduitas vtitur, & sic de alijs circunstantijs carnis, quod non erat in continentia coniugali: sed centenarius conuenienter respondet virginitati, quia denarius ex cuius ductu centenarius surgit, est limes numerorum: & similiter virginitas tenet spiritualitatis limitẽ, quia ad eam nihil de spiritualitate adijci potest, habet enim centenarius inquantum est quadratus numerus perfectionem ex figura. Figura enim quadrata secundum hoc perfecta est, quòd *ex omni parte æqualitatem* habet, utpote habens *omnia* latera æqualia, vnde competit virginitati, *in qua* quantum ad omne tempus æqualiter incorruptio inuenitur. T, com. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ibi fructus non accipiuntur hoc modo sicut hic de fructibus loquimur, ut ex dictis patet.

D ¶ Ad secundum dicendum, quòd nihil cogit ad ponendum fructum esse præmium non omnibus saluandis conueniens. Non solum enim essentiale præmium commune est omnibus, sed etiam aliquod accidentale, sicut gaudium de operibus illis, *sine quibus non* est salus. Potest tamen dici quòd fructus non omnibus conueniunt saluandis, sicut patet de his qui in fine pœnitent, & incontinenter uixerunt: eis enim nõ fructus, sed essentiale præmium tantum debetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd distinctio fructuum magis accipitur secundum species, uel figuras numerorum, quàm secundum quantitates eorum, tamen etiam quantum ad quantitatis excessum potest aliqua ratio assignari: coniugatus enim abstinet tantum a non sua, uidua uero a suo, & a non suo, & sic inuenitur ibi quædam ratio dupli, sicut sexagenarius est duplex ad tricenarium. Cẽtenarius uero supra sexagenarium addit quadragenarium qui consurgit ex ductu quaternarij in denarium, quaternarius autẽ est primus numerus solidus & cubus, & sic conuenit talis additio uirginitati quæ supra perfectionem uiduitatis perpetuam incorruptionem adiungit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quàmuis illa repræsentatio numerorum sit ex humana institutione, tamen fundatur aliquo modo supra rerum naturam, inquantum secundum ordinem digitorum, & articulorum, & contractuum numeri gradatim designantur.

ARTICVLVS III.

Vtrum ratione uirginitatis debeatur aureola.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ratione uirginitatis non debeatur aureola. Vbi enim est maior difficul-

difficultas in opere, ibi debetur maius præmium: sed maiorem difficultatem patiuntur in abstinendo a delectabilibus carnis viduæ quàm virgines, dicit enim Hieron. quòd quanto maior est difficultas ex parte quidam a voluptatis illecebris abstinere, tanto maius est præmium, & loquitur in commendationem viduarum. Phi

Super psal. 93. to. 8.

losophus etiam dicit in lib. de animalibus, quòd iuuenes corruptæ magis appetunt coitum propter rememorationem delectationis. ergo aureola quæ est maximum præmium, debetur magis viduis quàm virginibus.

¶ 2 Præt. Si virginitati deberetur aureola, vbi esset perfectissima virginitas, maxime inueniretur aureola: sed in beata Virgine est perfectissima virginitas, vnde & Virgo virginum nominatur, & tamen ei non debetur aureola, quia nullam pugnã sustinuit in contemnendo, cum corruptione fomitis non fuerit infestata. ergo virginitati aureola non debetur.

¶ 3 Præt. Et quod non est secundum omne tempus laudabile, non debetur præmium excellens: sed virginitatem seruare non fuisset laudabile in statu innocentiæ, cum tunc esset homini præceptum, Crescite & multiplicamini, & replete terram, nec etiam tempore legis quando steriles erant maledictæ. ergo virginitati aureola non debetur.

Gen. 1.

¶ 4 Præt. Non debetur idem præmium virginitati seruatæ, & virginitati amissæ: sed pro virginitate amissa quandoque debetur aureola, vtpote si aliqua inuita prostituatur a tyranno, quia Christum profitetur: ergo virginitati aureola non debetur.

¶ 5 Præt. Excellens præmium non debetur ei quod inest nobis a natura: sed virginitas innascitur cuilibet homini & bono, & malo. ergo virginitati aureola non debetur.

¶ 6 Præt. Sicut se habet viduitas ad fructum sexagenarium, ita virginitas ad fructum centesimum & aureola: sed non cuilibet viduæ debetur fructus sexagenarius, sed solum viduitatem vouenti, vt quidam dicunt. ergo videtur quòd nec cuilibet virginitati aureola debeatur, sed solum virginitati ex voto seruatæ.

¶ 7 Præt. Præmium nõ respondet necessitati, cũ omne meritum in voluntate consistat: sed quidam sunt virgines ex necessitate, vt naturaliter frigidi & eunuchi. ergo virginitati non semper debetur aureola.

SED CONTRA est, quod habetur Exod. 25. Facies alteram coronam aureolam. glo. Ad coronam pertinet canticum nouum quod virgines coram agno concinunt, scilicet qui sequuntur agnum quocumque ierit. ergo præmium quod virginitati debetur, dicitur aureola.

¶ 2 Præt. Esa. 56. dicitur. Hæc dicit dominus eunuchis, & sequitur. Dabo eis nomen melius a filijs & filiabus. glo. propriam gloriam excellentemque signat: sed per eunuchos qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum virgines designantur. ergo virginitati debetur aliquod excellens præmiũ, & hæc vocatur aureola.

I

II

VLTERIVS. Videtur quòd martyribus aureola non debeatur. Aureola enim est præmium quod operibus supererogationis redditur, vnde dicit Beda super illud Exod. 25. Aliam coronam aureolam &c. De eorum præmio potest recte intelligi, qui generalia mandata spontanea vitæ perfectioris electione transcendunt: sed mori pro confessione fidei quandoque est necessitatis, non supererogationis, vt patet ex hoc quod dicitur Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. ergo martyrio non semper debetur aureola.

Haberur in glo. ord.

¶ 2 Præt. Secundum Gregor. Seruitia tanto magis sunt grata, quanto magis sunt libera: sed martyrium minimum habet de libertate, cum sit pœna ab alio violenter inflicta. ergo martyrio aureola non debetur quæ respondet merito excellenti.

K

¶ 3 Præt. Martyrium non solum consistit in exteriori passione mortis, sed etiam in interiori voluntate, vnde Bern. distinguit tria genera martyrum, voluntate non nece vt Ioannes, voluntate & nece vt Stephanus, nece non voluntate vt innocentes. si ergo martyrio aureola deberetur, magis deberetur martyrio voluntatis, quàm exteriori martyrio, cum meritum ex voluntate procedat: hoc autem non ponitur. ergo martyrio aureola non debetur.

In ser. sanctorũ Inno centium.

¶ 4 Præt. Afflictio corporis est minor, q̃ afflictio mentis, quæ est per interiores dolores, & interiores alæ passiones: sed interior etiam afflictio quoddam martyrium est, vnde dicit Hiero. in sermone de assumptione. Recte dixerim dei Genitrix virgo & martyr fuit, quàmuis in pace vitam finiuerit, vnde etiam ipsius animam pertransiit gladius, scilicet dolor de morte filij. cum ergo interiori dolori aureola non respondeat, nec exteriori respondere debet.

Homil. 35.

¶ 4 Præt. Ipsa pœnitentia quoddam martyrium est, vnde dicit Gregorius, Quàmuis occasio persecutionis desit, habet tamen & pax nostra auertitur mens ab illa uisione martyrium suum, quia & si carnis colla ferro non subijcimus, spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus: pœnæ autem quæ in exterioribus operibus consistit, aureola non debetur, nec etiam omni exteriori martyrio.

¶ 5 Præt. Illicito operi non debetur aureola: sed illicitum est sibiipsi manus injcere, vt patet per August. in lib. de ciuit. dei, & tamen quorundam martyria in ecclesia celebrata sunt, qui sibi manus iniecerunt tyrannorum rabiem fugientes, vt patet in ecclesiastica historia de quibusdam mulieribus apud Alexandriam. ergo non semper martyrio debetur aureola.

Lib. 1. c. 20. & 21.

Lib. 8. c. 12.

¶ 6 Præt. Contingit aliquando aliquem pro fide vulnerari, & etiam aliquo tempore supervivere, hunc constat martyrem esse, & tamen ei, vt videtur, aureola non debetur, quia eius pugna non durauit vsque ad mortem. ergo non semper martyrio debetur aureola.

¶ 7 Præt. Quidam magis affliguntur in amissione temporalium rerum, quàm etiam in propria corporis afflictione, quod patet ex hoc quòd multas afflictiones sustinent ad lucra acquirenda. si ergo eis propter Christum temporalia bona diripiantur, videtur quòd sint martyres, nec tamen eis, vt videtur, debetur aureola. ergo idem quod prius.

¶ 8 Præt. Martyr videtur esse ille qui pro fide occiditur, vnde dicit Isidor. Martyres græce, testes latine dicuntur, quia propter testimonium Christi passiones sustinent, vel sustinuerunt, & vsque ad mortem pro veritate certauerunt: sed aliquæ aliæ virtutes sunt fide excellentiores, vt iustitia, charitas, & huiusmodi, quæ sine gratia esse non possunt, quibus tamen non debetur aureola. ergo videtur quòd nec martyrio aureola debeatur.

Loco supra citato.

Lib. 7. ethimol. c. 11.

¶ 9 Præt. Sicut veritas fidei est a deo, ita & quælibet alia veritas, vt dicit Ambrosius, quia omne verum a quocumque dicatur, a spiritu sancto est. si ergo sustinenti mortem pro veritate fidei debetur aureola, eadẽ ratione & sustinentibus mortem pro qualibet alia veritate, quod tamen non videtur.

Ambro.

¶ 10 Præt. Bonum commune est potius bono particulari: sed si aliquis pro conseruatione reipub. moriatur in bello iusto, nõ debetur ei aureola. ergo etiam si occidatur pro conseruatione fidei in seipso, & sic martyrio aureola non debetur.

¶ 11 Præt. Omne meritum ex libero arbitrio procedit: sed quorundam martyria celebrat ecclesia qui vsum liberi arbitrij non habuerunt. ergo aureolam non meruerunt, & sic non omnibus martyribus debetur aureola.

III

SED CONTRA. Aug. dicit in lib. de sancta virginitate. Nemo quantum puto, audus fuit præferre virginitatem martyrio: sed virginitati debetur aureola. ergo & martyrio.

Cap. 46.

¶ 2 Præt. Corona debetur certanti: sed in martyrio est specialis difficultas pugnæ. ergo ei debetur specialis aureola.

VLTERIVS. Videtur quòd doctoribus aureola non debeatur. Omne enim præmium quod in futuro habebitur, alicui actui virtutis respondet: sed prædicare, vel docere non est actus alicuius virtutis. ergo doctrinæ, vel prædicationi non debetur aureola.

¶ 2 Præt. Docere & prædicare ex doctrina & studio proueniunt: sed ea quæ præmiantur in futuro non sunt acquisita per humanum studium, quia naturalibus acquisitis non meremur. ergo pro doctrina & prædicatione nullus in futuro meretur aureolam.

¶ 3 Præt. Exaltatio in futuro respondet humiliationi in præsenti, quia qui se humiliat, exaltabitur: sed in docendo & prædicando non est humiliatio, immo magis superbiæ occasio. vnde glo. dicit Matth. 4. quòd diabolus multos decepit honore magisterij inflatos. ergo videtur quòd prædicationi & doctrinæ aureola non debeatur.

SED CONTRA est, Ephes. 1. super illud, Vt sciatis quæ sit eminens &c. dicit glo. Quoddam crementum habebunt sancti doctores vltra id quod alij communiter habebunt. ergo &c.

¶ 2 Præt. Cant. 8. super illud, Vinea mea est coram me, dicit glo. Ostendit quid singularis præmij doctoribus eius disponit. ergo doctores habebunt singulare præmium, & hoc vocamus aureolam.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd vbi est præcellens ratio victoriæ, ibi debetur aliqua specialis corona, vnde cum per virginitatem aliquis singularem quandam victoriam

victoriam obtineat de carne, contra quam continue bellum geritur, ut patet Gal. 5. Spiritus concupiscit aduersus carnem &c. virginitati spiritualis corona debetur, quod aureola nominatur, & hoc quidem communiter ab omnibus tenetur, sed cui virginitati debeatur aureola non omnes dicunt. Quidam enim dicunt aureolam actui deberi, un

A

de illa quæ actu virginitatem seruat, aureolam habebit, si sit

summi cæli. Proinde cũm hoc

de numero saluandorum: sed hoc non videtur esse conueniens, quia secundum hoc illæ quæ habent voluntatem nubendi, & tamen antequàm nupserint decedunt, habebunt aureolam. Vnde alii dicunt, quòd aureola debeatur statui, & non actui, ut illæ tantum virgines aureolam mereantur, quæ in statu virginitatis perpetuæ seruandæ per uotum se posuerunt: sed hoc etiam non videtur conueniens, quia aliquis ex pari uoluntate potest seruare virginitatem non uouens, sicut alius uouens. Et ideo aliter potest dici, quòd meritum omne actui virtutis debetur a charitate imperato, virginitas autem secundum hoc ad genus virtutis pertinet, secundum quod perpetua incorruptio mentis & corporis sub electione cadit, ut patet ex his quæ dicta sunt 33. distinctio. & ideo illis tantum virginibus aureola proprie debetur, quæ propositum habuerunt virginitatem perpetuo conseruandi siue hoc proposituũ uoto seruauerunt, siue non: & hoc dico secundum quod aureola proprie accipitur ut præmium quoddam merito redditum, quàmuis hoc propositum aliquando fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo in fine uitæ inueniatur, quia virginitas mentis reparari potest, quàmuis non virginitas carnis, ut supra distinct. 33. dictum est. Si autem aureolam large accipiamus pro quocumque gaudio quod in patria habebunt super gaudium essentiale, sic etiam incorruptis carne aureola respondebit, etiam si propositum non habuerunt perpetuo virginitatem seruandi: non enim est dubium, quòd de incorruptione corporis gaudebunt, sicut & innocentes de hoc quòd immunes a peccato fuerunt, quàmuis etiam peccandi opportunitatem non habuerunt, ut patet in pueris baptizatis: sed hæc nõ est propria acceptio aureolæ, sed ualde communis.

B

Loco supra citato.

C

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in continendo secũdum aliquid maiorem pugnam sustinent uirgines, & secundum aliquid uiduæ, cæteris paribus. Virginibus enim concupiscentiam inflammat & experiendi desiderium, quod ex quadam quasi curiositate procedit, qua etiam fit ut homo libentius uideat quæ numquàm uidit: & etiam quandoque eis concupiscentiam auget æstimatio maioris delectationis quàm sit secundum ueritatem, & inconsideratio eorum incommodorum quæ delectationi huiusmodi adiunguntur: & quantum ad hoc uiduæ minorem sustinent pugnam, maiorem autem propter delectationis memoriam, & in diuersis unum alteri præiudicabit secundum diuersas hominis dispositiones, quia quidam magis mouentur hoc, quidam illo. Quicquid autem sit de quantitate pugnæ, tamen hoc certum est, quòd perfectior est uictoria uirginum quàm uiduarum. Perfectissimum enim genus uictoriæ est, & pulcherrimum, hosti numquàm cessisse, corona autem non debetur pugnæ, sed uictoriæ de pugna.

D.860

¶ Ad secundum dicendum, quòd duplex est circa hoc opinio. Quidam enim dicunt, quòd beata Virgo pro uirginitatis præmio non habet aureolam, si aureola proprie accipiatur secundum quod respicit pugnam, tamen habet aliquid maius aureola propter perfectissimum propositum uirginitatis seruandæ. Alii uero dicunt, quòd aureolam etiam sub propria ratione aureolæ habet excellentissimam, quàmuis enim pugnam non senserit, pugnam tamen aliquam carnis habuit, sed ex uehementia uirtutis adeo habuit carnem subditam, quòd huiusmodi pugna ei insensibilis erat. Sed istud non uidetur conuenienter dici, quia cum beata Virgo credatur omnino fuisse immunis a fomitis inclinatione propter eius sanctificationem perfectam, non est pium ponere aliquam pugnam a carne fuisse in ea, cum talis pugna non sit nisi ex fomitis inclinatione, nec tentatio quæ est a carne d sine peccato esse possit, ut patet per gl. 2. Cor. 12. super illud. Datus est mihi stimulus carnis meę. Vnde dicendum est, quòd aureolã propriè habet ut in hoc membris aliis ecclesiæ conformetur, in quibus uirginitas inuenitur, & quàmuis non habuerit pugnam per tentationem quæ est a carne, habuit tamen pugnam per tentationem ab hoste, qui nec etiam ipsum Christum reueritus, ut patet Matth. 4.

Beata Virgo ab originali peccato perfecte sanctificata fuit.

D.445

¶ Ad tertium dicendum, quòd uirginitati non debetur aureola nisi inquantum addit quãdam excellentiam super alios continentiæ gradus. Si autem Adam non peccasset, uirginitas nullam perfectionem addidisset supra continentiam coniugalem, quia fuissent tunc nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus, nulla concupiscentiæ fœditate existente: unde uirginitas tunc seruata non fuisset, nec ei tunc aureola deberetur, sed mutata humanæ naturæ conditione uirginitas specialem decorem habet, & ideo speciale præmium ei redditur, etiam tempore legis Moysi, quando cultus dei etiam per carnalem actum propagandus erat, non erat omnino laudabile a comistione carnis abstinere, unde nec tali proposito speciale præmium redderetur nisi ex diuino processisset instinctu,

D

corpus iam non animale, sed spi-

ut creditur de Hieremia, & de Helia, quorum coniugia non leguntur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd si aliqua per uiolentiam oppressa fuerit, non amittit propter hoc aureolam, dummodo propositum perpetuo uirginitatem seruandi inuiolabiliter seruet, si illi actui nullo modo est consentiens, non tamen per hoc uirginitatem perdit, ut supra distinctio. 33. dictum est, & hoc dico siue pro fide, siue pro quacunque alia causa uiolenter corrumpatur; sed si hoc pro fide sustineat, hoc erit ei meritorium, & ad genus martyrii pertinebit, unde Lucia dixit. Si me inuitam uiolari feceris, mihi castitas duplicabitur ad coronam, non quòd habeat duas uirginitatis aureolas, sed quia duplex præmium reportabit, unum pro uirginitate custodita, aliud pro iniuria quam passa est. Dico etiam quòd si talis uiolenter oppressa concipiat, nec ex hoc meritum uirginitatis perdit, nec tamen matri Christi æquabitur, in qua fuit cum integritate mentis integritas carnis.

q. 3. ar. 2. in cor.

Vt habetur in eius histor.

¶ Ad quintum dicendum, quòd uirginitas nobis a natura innascitur quantum ad id quod in uirginitate materiale est, sed propositum perpetuæ incorruptionis seruandæ, ex quo uirginitas meritum habet, non est innatum, sed ex muliere gratiæ proueniens.

¶ Ad sextum dicendum, quòd non cuilibet uiduæ fructus sexagenarius debetur, sed ei solum quę propositum uiduitatis seruandæ retinet, quàmuis etiam uotum non emittat, sicut & de uirginitate dictum est.

¶ Ad septimum dicendum, quòd si frigidi, & eunuchi uoluntatem habeant incorruptionem perpetuam seruare, etiam si facultas adesset coeundi, uirgines sunt dicendi, & aureolam merentur: faciunt enim de necessitate uirtutem. Si uero uoluntatem habeant ducendi coniugem si possent, aureolam non merentur. Vnde dicit Aug. in lib. de sancta uirginitate, Quibus ipsum uirile membrum debilitatur, ut generare non possint, ut sint eunuchi, sufficit cum Christiani fiunt, & dei præcepta custodiunt, eo tãmen proposito sunt, ut coniuges si esse possent haberent, coniugatis fidelibus adæquari.

Cap. 24

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut inest quædam pugna spiritui contra interiores concupiscentias, ita etiam inest homini quædam pugna contra passiones exterius illatas: unde sicut perfectissimæ uictoriæ, qua de concupiscentiis carnis triũphatur, scilicet uirginitati debetur specialis corona, quæ aureola dicitur, ita etiam perfectissimæ uictoriæ quæ habetur de impugnatione exteriori, debetur aureola. Perfectissima autem uictoria de exterioribus passionibus consideratur ex duobus. Primo, ex magnitudine passionis inter omnes autem passiones illatas exterius præcipue locum mors tenet, sicut & in passionibus interioribus præcipue sunt uenereorum concupiscentiæ: & ideo quando aliquis obtinet uictoriam de morte, & ordinatis ad mortem perfectissime uincit. Secundo perfectio uictoriæ consideratur ex causa pugnæ, quando scilicet pro honestissima causa pugnatur, quæ scilicet est ipse Christus. Et hæc duo in martyrio considerantur quod est mors suscepta propter Christum. Martyrem enim non facit pœna, sed causa, & ideo martyrio aureola debetur sicut & uirginitati.

D

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sustinere mortem propter Christum, quantum est de se, est opus supererogationis. Non enim quilibet tenetur fidem suam coram persecutore profiteri, sed in casu est de necessitate salutis, quando scilicet aliquis a persecutore deprehensus de fide sua requiritur quãm confiteri tenetur, nec tamen sequitur quòd aureolam non mereatur. Aureola enim non debetur operi supererogationis, inquantum est supererogatio, sed inquantum perfectionem quandam habet, unde tali perfectione manente, etiam si non sit supererogatio, aliquis aureolam meretur.

E

¶ Ad secundum dicendum, quòd martyrio non debetur aliquod præmium secundum hoc quòd ab exteriori infligitur, sed secundum hoc quòd uoluntarie sustinetur, quia non meremur nisi per ea quæ sunt in nobis, & quanto id quòd quis sustinet uoluntarie est difficilius, & magis natum uoluntati repugnare, tanto uoluntas quæ propter Christum illud sustinet, ostenditur firmius fixa in Christo, & ideo excellentius ei præmium debetur.

¶ Ad

¶Ad tertium dicendum, quòd quidam actus sunt, qui in ipso actu habent quandam uehementiam delectationis, uel difficultatis, & in talibus actus semper addit ad rationem meriti, uel demeriti secundum quod in actu oportet uoluntatem uariari ex uehementia actus a statu in quo prius erat, & ideo cæteris paribus actu luxuriam exercés plus peccat quàm qui solum in actum consentit, quia in ipso actu voluntas augetur. Similiter cum actus martyrii maximam difficultatem habeat, uoluntas martyrii non pertingit ad illud meritum quod actui martyrum debetur ratione difficultatis, quàmuis possit etiam peruenire ad alterius præmium, considerata radice merendi, quia aliquis ex maiori charitate potest uelle sustinere martyrium, quàm alius sustineat, unde uoluntarie martyr potest mereri sua uoluntate præmium essentiale æquale, uel maius eo quod martyri debetur: sed aureola debetur difficultati quæ est in ipsa pugna martyrii, unde aureola uoluntatis tantum martyribus non debetur.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut delectationes tactus, circa quas est temperantia, præcipuum locum tenent inter omnes delectationes interiores, & exteriores, ita dolores tactus omnibus aliis doloribus præeminent: & ideo difficultatem illi quæ accidit in sustinendo dolores tactus, puta, qui sunt in uerberibus, & huiusmodi, debetur aureola magis quàm difficultati sustinendi interiores dolores, pro quibus tamen aliquis non proprie dicitur martyr, nisi secundum quandam similitudinem, & hoc modo Hieron loquitur.

Vbi supra, in argum. ¶Ad quintum dicendum, quòd afflictio pœnitentiæ non est proprie loquendo martyrium, quia non consistit in his quæ ad mortem inferendam ordinantur, cum ordinetur solum ad carnē domandam, quam mensuram si excesserit, erit afflictio culpanda. Dicitur ergo propter similitudinem afflictionis martyrium, quæ quidem afflictio excedit martyrii afflictionem diuturnitate, sed excedit intensione.

Cap. supra citatis ¶Ad sextum dicendum, quòd secundum August. in 1. de ciuit. dei, nulli licitum est sibi manus inijcere quacumque ex causa, nisi forte diuino instinctu fiat ad exemplum fortitudinis extendēdum, ut mors cōtemnatur. Illi autem de quibus est obiectum, diuino instinctu mortem sibi intulisse creduntur, & propter hoc eorum martyria ecclesia celebrat.

Prout si ei legitur hi storia. ¶Ad septimum dicendum, quòd si aliquis propter fidem uulnus mortale accipiat, & superuiuat, non est dubium quòd aureolam meretur, sicut de beata Cæcilia patet, quæ triduo superuixit, & de multis martyribus qui in carcere sunt defuncti: sed etiam si uulnus non mortale accipiat, & tamen exinde mortem incurrat, creditur aureolam promereri, quàmuis quidam dicant quòd aureolam non meretur si ex incuria, uel negligentia propria mortem incurrat. Non enim ista negligentia eum ad mortem perduxisset, nisi præsupposito uulnere quod pro fide acceptū est, & ita uulnus propter Christum susceptum est ei plena occasio mortis, unde propter hoc aureolam non uidetur amittere, nisi sit talis negligentia quæ culpam mortalem inducat, quæ ei & auream aufert, & aureolam. Si uero ex uulnere mortali susceptō non moriatur aliquo casu contingente, uel etiam uulnera non mortalia susceperit, & adhuc carcerem sustinens moriatur, adhuc aureolam meretur: unde & quorumdam sanctorum martyria in ecclesia celebrantur, qui in carcere mortui sunt aliquibus uerberibus longe ante susceptis, sicut patet de Marcello Papa. Qualitercumque igitur afflictio propter Christum illata usque

Vt patet in eam uita se cundū Dama. ad mortem continuatur siue mors inde sequatur, siue non, aliquis martyr efficitur, & aureolam meretur. Si uero non continuetur usque ad mortem, non propter hoc aliquis dicetur martyr, sicut patet de Siluestro, de quo non solemnizat ecclesia sicut de martyre, quia in pace uitam finiuit, quàmuis prius aliquas passiones sustinuerit.

¶Ad octauum dicendum, quòd sicut temperantia non est circa delectationes in pecuniis, uel in honoribus, & huiusmodi, sed solum in delectationibus tactus quasi præcipuis: ita etiam fortitudo est circa pericula mortis sicut circa præcipua, ut dicitur in

Cap. 6. 3. ethic. & ideo soli iniuriæ quæ irrogatur circa corpus proprium, ex qua nata est mors sequi, debetur aureola. Siue igitur aliquis propter Christum res temporales, siue famam, uel quicquid huiusmodi amittat, non efficitur propter hoc proprie martyr, nec meretur aureolam, nec plus aliquis potest ordinate res exteriores diligere quàm proprium corpus: amor autem inordinatus non coadiuuat ad meritum aureolæ, nec etiam potest dolor de amissione rerum coæquari dolori de corporis occisione, & aliis huiusmodi.

¶Ad nonum dicendum, quòd causa sufficiens ad martyrum nō solum est confessio fidei, sed quæcunque alia uirtus non politi-

F ca, sed infusa, quæ finem habeat Christum. Quolibet enim actu uirtutis aliquis testis Christi efficitur, inquantum opera quæ in nobis Christus perficit, testimonium bonitatis eius sunt, unde alii quæ uirgines sunt occisæ pro uirginitate quam seruare uolebāt, sicut beata Agnes, & quædam aliæ, quarum martyria in ecclesia celebrantur. Vt constat ex ea tū historiis.

habebit perfectum naturæ suæ ¶Ad decimū dicēdū, quòd ueritas fidei habet Christum pro fine, uel pro obiecto, & ideo confessio ipsius aureolam meretur, si pœna addatur non solum ex parte finis, sed ex parte materiæ: sed confessio cuiuscunque alterius ueritatis non est causa sufficiens ad martyrium ratione materiæ, sed solum ratione finis, utpote si aliquis prius uellet occidi, quàm quodcumque mendacium dicēdo contra ipsum peccaret.

¶Ad undecimum dicendum, quòd etiam bonum increatum excedit omne bonum creatum, unde quicumque finis creatus siue sic bonum commune, siue bonum priuatum non potest actui tantam bonitatem præstare quantam finis increatus, cum scilicet aliquid propter deum agitur: & ideo cum quis propter bonum commune non relatum ad Christum morrem sustinet, aureolam nō meretur: sed si hoc referatur ad Christum, aureolam merebitur, & martyr erit, utpote si rempublicam defendat ab hostium impugnatione, qui fidem Christi corrumpere moliuntur, & in tali defensione mortem sustineat.

¶Ad duodecimum dicendum, quòd quidam dicunt, ꝙ in innocentibus occisis pro Christo uirtute diuina acceleratus est usus rationis, sicut & in Ioanne Baptista dum adhuc esset in materno utero, & secundum hoc uere martyres fuerunt & uoluntate, & actu, & aureolam habent. Sed alii dicunt, quòd fuerunt martyres actu tantum, & non uoluntate, quod uidetur sentire Bern. distinguens tria genera martyrum, ut dictum est, & secundum hoc innocentes sicut non pertingunt ad perfectam rationem martyrii, sed aliquid martyrii habent ex hoc quòd passi sunt pro Christo, ita etiam aureolam non quidem secundum perfectam rationem, sed secundum aliquam participationem inquantum scilicet gaudent se in obsequium Christi occisos esse, ut dictum est de pueris baptizatis quòd habebunt aliquod gaudium de innocētia & carnis integritate. Vbi supra, in ser. S. Innocentium.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd sicut per martyrium, & uirginitatem aliquis perfectissimam victoriam obtinet de carne & mundo, ita & perfectissima victoria contra diabolum obtinetur, quando aliquis non solum diabolo impugnanti non cedit, sed etiam eum expellit, & non solum a se, sed etiam ab aliis: hoc autem fit per prædicationem & doctrinam, & ideo prædicationi & doctrinæ aureola debetur, sicut & uirginitati, & martyrio. Nec est dicendum, ut quidam dicunt, quòd tantum debeatur prælatis quibus competit ex officio prædicare, & docere, sed quibuscumque qui licite hunc actum exercent: prælatis autem non debetur, quàmuis habeant officium prædicandi, nisi actu prędicent, quia corona non debetur habitui, sed actui pugnæ, secundum illud. 2. Timo. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prædicare, & docere sunt actus alicuius uirtutis, scilicet misericordię, unde & inter spirituales eleemosynas computantur, ut patet supra distinctione. 15.

q. 2. ar. 3. q. 2. ¶Ad secundum dicendum, quòd quàmuis facultas prædicandi, & docendi quandoque ex studio proueniat, tamen usus doctrinæ ex uoluntate procedit, quæ per charitatem informatur a deo infusam, & sic actus eius meritorius esse potest.

¶Ad tertium dicendum, quòd exaltatio in hac uita non diminuit alterius uitæ præmium, nisi ei qui in tali exaltatione propriam gloriam quærit: qui autem talem exaltationem in utilitatem aliorum conuertit, ex ea sibi mercedem acquirit. Cum enim dicitur quòd doctrinæ debetur aureola, intelligendum est doctrinæ quæ est de pertinentibus ad salutem, per quam diabolus a cordibus hominum expugnatur, sicut quibusdam spiritualibus armis, de quibus dicitur. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed spiritualia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christo aureola debeatur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christo aureola debeatur. Debetur enim aureola uirginitati, martyrio, & doctrinæ: sed in Christo hæc tria præcipue fuerunt. ergo Christo præcipue aureola competit.

¶1 Præt.

In tractatu de habitu uirginū circa princ. ¶1 Præt. Omne quod est perfectissimum in rebus humanis præcipue Christo est attribuendum: sed præmium aureolæ debetur excellentissimis meritis. ergo Christo debetur. A

¶3 Præt. Cyprianus dicit, quòd imaginem dei uirginitas portat. uirginitatis ergo exemplar in deo est, & sic uidetur quòd Christo etiam inquantum est deus, aureola competat. modum obediens & imperans uitit.

SED CONTRA.

Aureola est gaudium de conformitate ad Christum, ut dicitur: sed nullus conformatur, uel similatur sibiipsi, ut patet per Philosophum. ergo Christo non debetur aureola.

1. Topicorū c. 14 ¶2 Præter. Christi præmium numquàm est augmentatum: sed Christus ab instanti conceptionis suæ non habuit aureolam, quia tunc numquàm pugnauerat. ergo numquàm postea aureolam habuit. B

II

In ser. de assumptione beatæ Mariæ Virgin. ser. 2. to. 4 VLTERIVS. Videtur quòd angelis aureola debeatur, quia ut dicit Hiero. de uirginitate loquens. In carne præter carnē uiuere potius est uita angelica, quàm humana. & 1. Cor. 7. dicit glo. quòd uirginitas est portio angelica. cùm igitur uirginitati respondeat aureola, uidetur quòd angelis debeatur.

¶2 Præt. Nobilior est incorruptio spiritus, quàm incorruptio carnis: sed in angelis inuenitur incorruptio spiritus, quia numquàm peccauerunt. ergo eis magis debetur aureola quàm hominibus in corruptis carne, qui alias aliquando peccauerunt.

In lib. cælestis hierar. cap. 13. ¶3 Præt. Doctrinæ debetur aureola: sed angeli nos docent purgā do, illuminando, & perficiendo, ut Dio. dicit. ergo eis debetur aureola, saltem doctorum.

SED CONTRA. 2. Timo. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit: sed in angelis non est pugna. ergo nec eis aureola debetur.

¶2 Præt. Aureola non debetur actui qui per corpus non exercetur, unde amantibus uirginitatem, & martyrium, & doctrinam si exterius hæc eis non iosunt, aureola non debetur: sed angeli sūt incorporei. ergo aureolam non habent. C

III

VLTERIVS. Videtur quòd aureola etiam corpori debeatur. Præmium enim essentiale est potius quàm accidentale: sed dos quæ ad præmium essentiale pertinet, non solum est in anima, sed etiam in corpore. ergo & aureola quæ pertinet ad præmium accidentale.

¶2 Præt. Peccato quod per corpus exercetur, respondet pœna in anima & corpore. ergo & merito quod exercetur per corpus debetur præmium & in anima, & in corpore: sed meritum aureolæ per corpus exercetur. ergo aureola etiam debetur corpori.

Cap. 20. in princ. ¶3 Præter. In corporibus martyrum apparebit quædam uirtutis pulchritudo in ipsis cicatricibus corporis, unde dicit Augustin. 22. de ciuit. dei. Nescio quomodo sic afficimur amore martyrum beatorum, ut uelimus in illo regno in eorum corporibus uidere uulnerum cicatrices, quas pro Christi nomine pertulerunt, & D fortasse uidebimus, non enim erit in eis deformitas, sed dignitas quædam, quàmuis in corpore non corporis, sed uirtutis pulchritudo fulgebit. ergo uidetur quòd aureola martyrum sit in corpore, & eadem ratione de aliis.

SED CONTRA. Animæ quæ modo sunt in paradiso, habent aureolas, nec tamen habent corpora. ergo proprium subiectum aureolæ non est corpus, sed anima.

¶2 Præt. Omne meritum est ab anima. ergo præmium totum in anima esse debet.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd circa hoc duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quòd in Christo est aureola secundum propriam aureolæ rationem, cum in pugna inueniatur & uictoria, & per consequens corona secundum propriam rationem. Sed diligenter considerando, quàmuis Christo competat ratio aureæ, uel coronæ, non tamen ei competit ratio aureolæ: aureola enim ex hoc ipso quòd diminutiue dicitur, E importat aliquid quod participatiue, & non secundum sui plenitudinem possideatur: unde illis competit aureolam habere, in quibus est aliqua perfectionis uictoriæ participatio secundum imitationem eius, in quo perfecte uictoriæ plena ratio consistit, & ideo cum in Christo inueniatur huiusmodi principalis & plena uictoriæ ratio, per cuius uictoriam omnes alii uictores constituuntur, ut patet Ioan. 16. Confidite, ego uici mundum. & Apocap. 5. Ecce uicit Leo de tribu Iuda, Christo non competet aureolam habere, sed aliquid unde omnes aureolæ originantur. unde Apocal. 3. Qui uicerit, faciam eum sedere in throno meo, sicut ego uici, & sedeo in throno patris mei. Vnde secundum alios dicendum est, quòd quàmuis id quod est in Christo, non habeat rationem aureolæ, tamen est excellentius omni aureola.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus fuit uerissime uirgo, martyr, & doctor, sed tamen præmium accidentale his respondens in Christo non habet aliquam notabilem quantitatem in comparatione ad magnitudinē essentialis præmii, unde non habet aureolam sub ratione aureolæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd aureola, quàmuis debeatur operi perfectissimo quo ad nos, tamen aureola inquantum diminutiue dicitur, signat quadam participationem perfectionis ab alio, in quo plenarie inuenitur, & secundum hoc ad quandā minorationem pertinet, & sic in Christo non inuenitur, in quo omnis perfectio plenissime inuenitur.

uificata, & uiuificans tam ineffa-

¶Ad tertium dicēdum, quòd quàmuis uirginitas habeat aliquo modo exemplar in deo, non tamen habet exemplar unius rationis: incorruptio enim dei quam uirginitas imitatur, non eadem ratione est in deo, & in aliquo uirgine.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd angelis aureola non debetur, cuius ratio est, quia aureola proprie respondet cuidam perfectioni in excellenti merito. Ea uero quæ in hominibus ad perfectionem meriti pertinent, angelis sunt connaturalia, uel etiam spectant ad communem eorum statum, aut etiam ad ipsum præmium: & ideo ratione eorum qua hominibus debetur aureola, angeli non habent aureolas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uirginitas dicitur esse uita angelica, inquantum per gratiam uirgines imitantur id quod angeli habent per naturam: non enim uirtutis est in angelis, quòd omnino de delectationibus carnis abstineant, cum huiusmodi delectationes in eis esse non possint.

¶Ad secundum dicendum, quòd perpetua incorruptio spiritus in angelis præmium essentiale meretur, est enim de necessitate *salutis, cum in eis non possit subsequi reparatio post ruinam.*

¶Ad tertium dicendum, quòd illi actus, secundum quos angeli nos docent, pertinent ad gloriam eorum, & ad communem ipsorum statum, unde per huiusmodi actus aureolam non merentur.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd aureola proprie est in mente, est enim gaudium de operibus illis quibus aureola debetur: sed sicut ex gaudio essentialis præmii quod est aurea, redundat quidam decor in corpore qui est gloria corporis, ita ex gaudio aureolæ resultat aliquis decor in corpore, ut sic aureola principaliter sit in mente, sed per quadam redundantiam fulgeat etiam in carne. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Tamen sciendum est, quòd decor cicatricum quæ in corporibus martyrum apparebunt, non potest dici aureola, quia aliqui martyres aureolam habebunt, in quibus huiusmodi cicatrices non erunt, utpote illi qui sunt submersi, aut famis inedia, uel squalore carceris interempti.

ARTICVLVS V.

Vtrum conuenienter designentur tres aureolæ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter designentur tres aureolæ uirginum, martyrum, & prædicatorum. Aureola enim martyrum respondet uirtuti fortitudinis, aureola uirginum uirtuti temperantiæ, aureola uero doctorū uirtuti prudentiæ. ergo uidetur quòd debeat esse quarta aureola, quæ debeatur iustitiæ.

Super illa uerba. Erit super illam alteram coronam aureola. ¶2 Præt. Exo. 25. dicit glo. quòd corona aurea additur, cum per euangelium his qui mandata custodiunt uita æterna promittitur, Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata, huic aureola superponitur cum dicitur. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. ergo paupertati debetur aureola.

¶3 Præt. Per uotum obediētiæ aliquis se deo subiicit totaliter, ergo in uoto obedientiæ maxima perfectio consistit, & ita uidetur quòd ei aureola debeatur.

¶4 Præter. Multa sunt etiam alia supererogationis opera, de quibus homo in futuro speciale gaudium habebit. ergo mulcæ sunt aliæ aureolæ præter istas tres.

¶5 Præter. Sicut aliquis diuulgat fidem prædicando & docendo, ita scripta compilando. ergo & talibus quarta aureola debetur.

II

Tractatu de habitu Virginū circa principium VLTERIVS. Videtur quòd aureola uirginum sit inter alias potissima, quia Apoc. 14. dicitur de uirginibus quòd sequūtur agnum quocumque ierit, & quòd nemo alius poterat dicere canticum quod uirgines cantabant. ergo uirgines habent excellētiorem aureolam.

¶2 Præter. Cyprian. dicit de uirginibus, quòd sunt illustrior portio

tio gregis Christi.ergo eis magis aureola debetur.

¶3 Præter. Videtur quòd potissima sit aureola martyrum, quia dicit Aymo, quòd non omnes uirgines coniugatas præcedunt: sed hi specialiter qui in tormento passionis uirginitate in super custodita coæquantur martyribus coniugatis. ergo martyrium dat uirginitati præeminentiã super alios status.ergo martyrio potior aureola debetur.

bili facultate,ut sit ei gloriæ quod fuit sarcinæ.

¶4 Præter. Videtur quòd potissima debeatur doctori, q̃a ecclesia militans exẽplata est ab ecclesia triumphante: sed in ecclesia militante maximus honor debetur doctoribus. 1. Timo.5. Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant uerbo & doctrina. ergo in ecclesia triumphante eis potior aureola debetur. (In enchiridion.c.3)

DISTINC. L.

A

Si mali in inferno peccabunt.

HIc oritur quæstio ex præmissis ducens originem. Supra enim Augustinus loquens de malis in inferno dam-

III VLTERIVS. Vr̃ q᷑ unus aureolã uirginitatis,uel martyrii, uel doctoris excellẽtius alio non habet, q̃a ea quæ sunt in termino pfectiõis,nõ intẽdũtur & remittunt:sed aureola debet᷑ opib᷒ q̃ sunt in termino pfectiõis.ergo aureola nõ intẽdit᷑ nec remittit᷑.

¶2 Præter. Virginitas non suscipit magis & minus, cum importet priuationem quandam,& negationes non intendantur nec remittantur.ergo nec præmium uirginitatis,scilicet aureola uirginum intenditur & remittitur.

SED CONTRA. Aureola supponitur aureæ:sed aurea est intensior in uno quàm in alio.ergo & aureola.

(In hac sua quæstione ĩ pluribus ar.) RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd aureola est quoddam priuilegiatum præmium priuilegiatæ uictoriæ respondens, ut patet ex dictis, & ideo secundum priuilegiatas uictorias in tribus pugnis,quæ cuilibet homini imminent,tres aureolæ sumuntur.In pugna enim quæ est contra carnem, ille potissimam uictoriam obtinet, qui a delectabilibus uenereis quæ sunt præcipua in hoc genere,omnino abstinet, & ideo uirginitati aureola debetur. In pugna uero qua contra mundum pugnatur, illa est præcipua,cum a mundo persecutionem usque ad mortem sustinemus, unde & martyribus qui in ista pugna uictoriam obtinent, secunda aureola debetur. In pugna uero qua contra diabolum pugnamus, illa est præcipua uictoria,cum aliquis hostem non solum a se, sed a cordibus aliorum remouet, quod fit per prædicationem,& doctrinam, & ideo doctoribus, & prædicatoribus tertia aureola debetur. Quidam uero distinguũt tres aureolas secundum tres uires animæ, ut dicantur tres aureolæ respondere potissimis trium uirium animæ actibus. Potissimus enim actus rationalis est ueritatem fidei etiam in aliis diffundere,& huic actui debetur doctorum aureola. Irascibilis uero actus potissimus est etiam mortem propter Christum superare, & huic actui debetur aureola martyrum. Concupiscibilis autem actus potissimus est a delectabilibus maximis penitus abstinere, & huic debetur aureola uirginum. Alii uero aureolas tres distinguunt secundum ea,quibus Christo nobilissime conformamur. Ipse enim mediator fuit inter mundum & patrem. Fuit ergo doctor,secundum quod ueritatem quam a patre acceperat, mundo manifestauit. Fuit autem martyr,secundum quod a mundo persecutionem sustinuit. Fuit uero uirgo,inquantum puritatem in seipso conseruauit, & ideo doctores, martyres, uirgines ei perfectissime conformantur, unde talibus debetur aureola.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in actu iustitiæ non attenditur aliqua pugna sicut in actibus aliarum uirtutum, nec tamen hoc uerum est, quòd docere sit actus prudentiæ, immo potius est actus charitatis, uel misericordiæ secundum quod ex tali habitu inclinamur ad huiusmodi exercitium, uel etiam sapientiæ ut dirigentis. Vel potest dici secundum alios, quòd iustitia circuit omnes uirtutes, & ideo eis specialis aureola non debetur. Quomodo autem hoc sit uerum, dictum est in lib.3.dist.33.

(q.3.ar.4. fere per totũ ac maxime q.3. ad pri.) ¶Ad secundum dicendum, quòd paupertas, quamuis sit opus perfectionis, non tamen tenet summum locum in aliqua spirituali pugna, quia amor corporalium minus impugnat quàm concupiscentia carnis, uel persecutio inflicta in corpus proprium, unde paupertati non debetur aureola, sed debetur ei iudiciaria potestas ratione humiliationis, quæ consequitur paupertatem, ut supra dictum est. Glo. autem inducta large accipit aureolam pro quolibet præmio quod redditur merito excellenti.

(Dist. 47. q. 1.ar.2.q.2) ¶Et similiter dicendum ad tertium & quartum.

¶Ad quintum dicendum, quòd etiam scribentibus sacram doctri

F nam debetur aureola:sed hæc non distinguitur ab aureola doctorum, quia scripta componere quidam modus docendi est.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd præeminẽtia aureolæ ad aureolam potest dupliciter attendi. Primo, ex parte pugnæ, ut dicatur aureola potior quæ fortiori pugnæ debetur, (D.262) & per hunc modũ aureola martyrum aliis aureolis supereminet quodammodo, & aureola uirginum alio modo. Pugna.n.martyrii est fortior secundum seipsam, & uehementius affligens: pugna carnis est periculosior inquantum est diuturnior, & magis nobis imminet e uicino. Secundo, ex parte eorum de quibus est pugna, & sic aureola doctorum inter om-

natis, & bonis in cælo glorificatis, dixit quòd nec bonis uoluntas, nec malis facultas esse peccandi poterit. Et de bonis quidem constat, sed de malis a quibus uoluntatẽ [a] malam non remouet, quęritur quomodo sit uerum eos nõ G posse peccare, immo quomodo uerum sit eos non peccare, cum malam habeant uoluntatem. Quidam autumant illam uoluntatem nõ esse peccatum, sed supplicium

nes est potior, quia huiusmodi pugna uersatur circa bona intelligibilia, aliæ uero pugnæ circa sensibiles passiones: sed illa eminẽtia quæ attenditur ex parte pugnæ est aureolæ essentialior, quia aureola secundum propriã rationem respicit uictoriã & pugnã. Difficultas etiam pugnæ quæ attenditur ex parte ipsius pugnæ ẽ potior quàm illa quæ attenditur ex parte nostri, inquantum est nobis uicinior, & ideo simpliciter loquendo, aureola martyrũ inter omnes est potior, & ideo dicitur Mat.5. in glo. quòd in octaua beatitudine quæ ad martyres pertinet. s. Beati qui persecutionem H patiũtur &c. omnes alię perficiũtur. Propter hoc ẽt ecclesia in cõnumeratione sanctorũ martyres doctorib᷒ & uirginib᷒ pordinat: sed quãtũ ad aliq̃d, nihil phibet alias aureolas excellẽtiores esse.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd cum meritũ sit quodammodo præmii causa, oportet diuersificari pręmia, secundum quod merita diuersificantur. Aliquid.n. intenditur & remittitur per intensionẽ & remissionẽ suæ causæ: meritũ autem aureolæ põt esse maius & minus, unde & aureola põt esse maior & minor. Sciendũ tamẽ quòd meritum aureolæ põt intẽdi dupliciter. Vno modo, ex parte radicis: alio modo ex parte operis. Contingit enim esse aliquos duos, quorum unus ex minori charitate maius tormentũ martyrii sustinet, uel magis pręedicationi instat, aut ẽt magis se a delectabilibus carnis elõgat. Intẽsioni ergo meriti q̃ attẽditur penes radicẽ, nõ rñdet intẽsio aureolæ, sed intensio aureæ: sed intensioni meriti quę est ex genere actus, rñdet intẽsio I aureolæ, unde põt esse q᷑ aliq̃s qui min᷒ in martyrio meret᷑, [d] quã tũ ad essentiale præmiũ habebit pro martyrio maiorẽ aureolam. (D.379)

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd merita quibus debentur aureolæ, non attingunt ad terminum perfectionis simpliciter, sed secundum speciem, sicut ignis est specie subtilissimum corporum: unde nihil prohibet unam aureolam alia esse excellentiorem, sicut unus ignis est alio subtilior.

¶Ad secundum dicendum, quòd una uirginitas potest esse alia maior propter maiorem recessum a uirginitatis contrario, ut dicatur in illa esse maior uirginitas quę magis occasiones corruptionis uitat, sicut priuationes intendi possunt, ut cum dicitur homo magis cæcus, quia magis elongatur a uisu.

EXPOSITIO TEXTVS.

K QVos fines habebunt duæ ciuitates. Hoc ideo dicitur, quia usq; ad diẽ iudicii numer᷒ electorũ & dãnatorũ augẽt, & ẽt gl̃a & pœna augeri põt saltẽ q̃tũ ad pmiũ & pœnã accidẽtalẽ, sed post iudiciũ ulteri᷒ augeri nõ poterit. (D.447) *Denarius enim unus.* Hoc dicitur propter hoc, q᷑ idẽ est obiectũ omniũ beatorũ. *Ille quippe beate uiuit, qui uiuit ut uult, nec male aliq̃d uult.* Hæc sñia Aug. concordat cũ sñia Philosophi, ut p uiuer᷑ operatio uitæ intelligat᷑: p hoc uero q̃d dr̃, ut uult, ostẽdit᷑ opatio nõ impedita: per hoc aũt q̃d dr̃, nec aliquid male uult, ostẽditur esse cõnaturalis, quia mala sũt cõtra naturã. (2.de anima tex.co.37) *Quo retardatur quodãmõ, ne tota intentione &c.* Ista retardatio intelligitur quantum ad hoc quòd anima a corpore separata non habet perfectũ esse, & ita nec perfectam operationem, qua possit deo perfecte coniungi.

DIVISIO TEXTVS.

POstquàm determinauit magister de gloria sanctorum post iudicium generale, hic determinat de pœnis impiorum. Et diuiditur in partes duas. In prima propositum prosequitur. In secunda ponit totius operis epilogum,

epilogum, ibi. *Hæc de pedibus sedentis &c.* Prima autem pars diuiditur in duas partes. In prima determinat de pœnis damnatorum quantum ad affectum. In secunda determinat de pœnis eorum quantum ad cognitionem, siue intellectum, ibi. *Hic quæri solet, quare illæ tenebræ &c.* Et hæc pars diuiditur in partes tres. In prima ostendit quomodo excluduntur a cognitione dei per hoc, quòd sunt in tenebris exterioribus. In secunda ostendit qualiter se habeat eorum cognitio ad ea quæ in hoc mundo aguntur, ibi. *Præterea quæri solet. si reproborum animæ &c.* (De fide ad Petrum c.3) In tertia qualiter se habeat ad cognoscenda ea q̃ erga sanctos agũtur, ibi. *Quæri etiam solet &c.* Secunda pars diuiditur in duas. In prima inquirit, utrum mortui cognoscant ea quæ hic aguntur. In secunda mouet dubitationem quandam ex dictis, ibi. *Si quis autem quærat &c.* Tertia uero pars diuiditur in duas. In prima ostendit, quomodo boni & mali inuicẽ se uideãt. In secunda inquirit, quid accidat sanctis ex uisione damnatorũ, ibi. *Sed cum sancti malos &c.* Et hæc pars diuiditur in duas. In prima inquirit, utrum sancti uidentes damnatorum miseriam eis cõpatiantur. In secunda, utrum ex hoc q᷑ pœnã damnatorũ uidẽt, eorum gloria minuatur, ibi. *Postremo quæritur, an uisa &c.*

tantum. Alii uero peccatum esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquam pœnam, quia non est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum dicunt non esse meritum supplicii, sed supplicium malimeriti quod in hac uita præcessit. De hoc autem Augustinus ita dicit. Tempus acquirendi uitam æternam in hac tantum uita Deus hominibus dedit, ubi uoluit etiam pænitentiam esse fructuosam, ideo

QVAESTIO PRIMA.

A

Hic duo quæruntur.

¶Primo, De cognitione naturali animæ separatæ.

¶Secundo, De pœna damnatorum.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum anima possit aliquid intelligere a corpore separata.

¶Secundo, Vtrum possit intelligere per species quas a sensibilibus accepit, dum corpori esset iuncta.

¶Tertio, Vtrum anima separata singularia cognoscat.

¶Quarto, Vtrum localis distantia eius cognitionem impediat. Vtrum autem sensibus utatur, quæsitum est supra. di.xliiii.

ARTICVLVS PRIMVS.

[a] Vtrum anima aliquid intelligere possit a corpore separata.

(1.par.q.89. ar.1.de ueri. q.19.art.1. in q. de anima. ar.15. Arist. 1. de ani.text.66) AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima nihil intelligere possit a corpore separata, quia ut dicit Philosophus in 1.de anima. Intelligere & considerare consumitur quodam interius corrupto: sed per mortem illud quod est interius ex parte corporis corrumpitur. ergo post mortem non potest anima intelligere aliquid, & considerare.

¶2 Præter. Nulla actio communis corpori & animæ potest remanere in anima corpore corrupto: sed intelligere est quædam actio corpori & animæ communis, sicut & texere, & ædificare, ut patet in 1. de anima. ergo corpore corrupto anima non potest intelligere.

(text.co.64. text.co.20.) ¶3 Præt. Anima nihil potest intelligere sine intellectu possibili: sed intellectus iste est corruptibilis, ut dicitur in 3.de anima, non autem corrumpitur nisi corpore corrupto. ergo anima a corpore separata nihil potest intelligere.

(tex.co.3. & 30) ¶4 Præt. Vt dicitur in 3.de anima. Sicut se habent colores ad uisum, ita se habent phantasmata ad animam intellectiuam: sed destructis coloribus uisus nihil posset uidere. ergo destructis phantasmatibus anima nihil poterit intelligere: phantasmata autem non remanent in anima separata, cum sint in imaginatione quæ habet organum corporale. ergo anima separata nihil potest intelligere.

¶5 Præt. Perfectius esse habet anima in corpore, quàm a corpore separata, sicut pars in toto perfectior est quàm per se existens: sed

A anima intellectiua cum est in corpore, non potest intelligere sine phantasmatibus, ut patet in 1. & 3. de anima. ergo nec separata a corpore sine eis intelligere poterit, & sic idem quod prius. (1. quidem tex.co.12. 3. uero tex. co.30.& 39)

¶6 Præt. Intellectus humanus est factus sicut tabula, in qua nihil est scriptum, ut dicitur in 3.de anima. ergo anima in sui creatione non habet aliquas formas concreatas. si ergo intelligit aliquid, oportet quòd intelligat per formas a sensibus acceptas, cum omnis cognitio fiat per aliquam formam quæ sit similitudo rei cognitæ: sed animæ puerorum defunctorum in uteris maternis non habẽt aliquas formas a sensibus acceptas. ergo saltem animæ puerorum non possunt intelligere aliquid, cum non habeant aliquas intelligibiles formas. (tex.co.14.)

hæc pænitentia fructuosa est, quia potest hic homo deposita nequitia bene uiuere, & mutata uoluntate merita simul operaque mutare, & ea gerere quæ Deo placeant: quod qui in hac uita non fecerit, habebit quidem pænitentiam in futuro sæculo de malis suis, sed indul- B gentiam in conspectu Domini nõ inueniet, quia & si erit stimulus pænitudinis, tamen nulla erit ibi correctio uoluntatis. A talibus

¶7 Præter. Anima ad hoc dicitur esse corpori coniuncta, ut scientiis & uirtutibus perficiatur. ergo antequàm in corpore fuerit scientia perfecta, non potest intelligere aliquid, alias frustra corpori coniungeretur: sed animæ paruulorum prædictorum non fuerũt aliqua scientia in corporibus perfectæ. ergo idem quod prius.

SED CONTRA. Philosophus dicit in 2. cæli & mundi, quòd omnis res est propter suam operationem, unde re remanente remanet eius operatio, & hoc est quod Damasc. dicit, quòd C nulla substantia est otiosa. Si ergo anima post corpus remanet, sicut fides ponit, oportet quòd aliqua eius operatio remaneat, quia ut dicitur in 1.de anima. si nulla operatio animæ est ei propria sine corpore, non contingit eam separari: sed intelligere est maxime propria eius operatio. ergo anima separata aliquid intelligere potest. (text.co.17. Lib.2.de fide orthodoxa ca.2 text.co.13.)

¶2 Præter. Sicut dicit Auic. in sua meta. Immunitas a materia est causa quare aliqua substantia sit intellectiua: sed anima separata a corpore immunior est a materia quàm corpori coniuncta, quæ tunc non est actus alicuius materiæ sicut modo est. cum ergo anima modo intelligat, multo magis intelliget cum erit a corpore separata. (Tractatu 3. c.8)

¶3 Præter. Auicen. dicit in 6. de naturalibus, quòd anima non indiget imaginatione & aliis uirtutibus sensibilibus, nisi in principio tantum, & non postea, nisi parum. cum ergo proficit & roboratur sola per se operatur actiones suas absolute, & sic anima indiget sensibus sicut homo indiget iuuamento, & eius apparatu, D ut perueniat eo quo proponit, quo cum accesserit, non eius ulterius indigebit. ergo anima non semper indiget corpore ad intelli dum, & sic separata intelligere poterit. (Par.5.ca.3.)

RESPON. Dicendum, quòd ponentibus intellectum a potentiis sensitiuis differre, necesse est ponere intellectus substantiã incorruptibilem esse, eo quòd necesse est eum immaterialem ponere, nec a materia secundum esse dependentem: omnem autem huiusmodi substantiam oportet incorruptibilem esse, quia materia inquantum potest esse subiectum priuationis & formę est corruptionis causa in rebus materialibus. Vnde dicit Philosophus in 1.de anima, quòd intellectus uidetur esse substantia quædam, & non corrumpi. (text.co.65.) Quidam uero hunc intellectum corruptibilem dixerunt non esse patrem animæ humanæ, sed esse aliquam substãtiam omnino a corpore separatam: animam uero humanam non dici intellectiuam nisi secundum quandam participationem intellectualitatis ex refulgentia intellectus separati super ipsum, unde destructo corpore anima humana nec remanebat, nec aliquid intelligere poterat. Sed hoc uidetur esse contra intentio- E nem Philosophi. Dicit enim in 2. de anima de intellectu loquens, quòd intellectus uidetur esse alterum genus animæ, & hoc solum contingit separari sicut perpetuum a corruptibili. In 12. etiam metaph. dicit quòd anima est talis dispositionis, ut scilicet possit separari non tota, sed intellectus. (text.co.21. 12.met.tex. co.17) Ex quo patet, quòd intellectum qui est pars animæ, ponit a corpore separari, & ideo oportet animam intellectiuam quæ est anima humana post corpus remanere, sicut fides ponit, & per consequẽs necesse est quòd intelligat, cum intelligere sit eius propria operatio: sed quomodo intelligat, diuersimode a quibusdam ponitur. Quidam enim dicunt, quòd anima separata a rebus cognitionem accipit, sicut & nunc facit. Sed hæc opinio uidetur omnino irrationabilis, anima enim humana a corpore separata non poterit uti sensitiuis potentiis, ut supra distinct. 44. dictum est, cum harum potentiarum actus per organa corporea necesse sit exerceri, unde non erit nisi in usu potentiarum intellectiuæ partis: intellectus autem nõ (q.3.ar.3.q. 2.per totũ.)

est

est natus accipere cognitionem a rebus sensibilibus immediate, sed mediantibus potentiis sensitiuis, cum oporteat esse quandam conuenientiam inter recipiens & receptum. Species autem in sensibus existentes, habent conuenientiam & cum intellectu inquantum sunt sine materia, & cum rebus materialibus inquantum sunt cũ conditionibus materiæ, unde conuenienter sensus a rebus materialibus accipit, & intellectus a sensibus, non autem intellectus immediate a rebus materialib⁹: & ideo non potest poni quòd anima separata cognitionem a rebus materialibus accipiat, nec sufficit ponere in ea cognitionem solum quæ fuit a sensibus accepta in corpore propter animas puerorum decedentium in maternis uteris, quæ a sensibus cognitionem non acceperunt. Et ideo alii dicunt, quòd sicut angelus habet apud se formas innatas causarum ordinis uniuersi, ita & anima a sui creatione, sed dum est in corpore, a corpore opprimitur, ut illis formis uti non possit ad intelligendum, sed utitur formis quas a sensu accipit, uel etiam ipsis formis innatis, secundum quosdam qui posuerunt quòd addiscere non est aliud quàm reminisci, sed postquàm a corpore fuerit separata, utetur illis formis innatis. Sed illud contradicit sententiæ Philosophi, qui dicit intellectum humanum esse sicut tabulam, in qua nihil est scriptum, cõtradicit enim experientiæ, qua experimur nos nihil posse intelligere nisi ex præceptis a sensu ad intelligendum manuducamur, nec esset probabile quòd cum anima naturaliter corpori uniatur, totaliter impediretur per coniunctionem ad corpus, ut formis innatis uti posset. Sed hoc consonum videretur opinioni illorum qui posuerunt animam ante corpus creatam, & postea corpori accidentaliter coniunctam, non enim ea quæ uni & eidem naturaliter insunt ita se habent, quòd unum eorum totaliter impediat alterum, alias in natura aliquid esset otiosum. Et ideo aliter dicendum est, quòd anima in sui creatione nullas habet formas concreatas, nec ad hoc quòd post separationem a corpore intelligat, requiruntur aliquæ formæ a rebus acceptæ, uel tunc, uel prius, sed intelliget de naturali cognitione loquendo, per influentiam a substantiis superioribus deo scilicet, uel angelis, & loquor de naturali influentia: et hoc sic patet. Intellectus enim noster est medius inter substantias intelligibiles, & res corporales: unde anima intellectiua dicitur esse creata in orizonte æternitatis in libro de causis, & hoc ideo quia ipsa per intellectum attingit ad substantias intelligibiles: in quantum uero est actus corporis contingit res corporales. Omne autem medium quanto magis appropinquat uni extremorum, tanto magis recedet ab alio, & quanto magis recedit ab uno, tanto magis alteri appropinquat. Vnde cum anima nostra in statu uiæ maxime ad corpus accedat, utpote actus eius existens, non habet respectum ad res intelligibiles nisi aliquo modo contingendo corpus, & propter hoc anima in statu huius uiæ *non recipit influentiam a superioribus substantiis*, nisi ut cognoscat sub speciebus a sensibus acceptis: unde Dio. dicit in capit. 1. ce. hierarch. quòd nõ est possibile nobis in hac uita aliter superlucere diuinũ radium, nisi cum uarietate sensibilium formarum: & ideo etiam in hac uita quanto anima magis a corpore abstrahitur, tanto magis a substantiis spiritualibus influxum cognitionis recipit: & inde est quòd quædam occulta cognoscunt in dormiendo, & in excessu mentis, quando anima a corporis sensibus abstrahitur: unde cum actu erit a corpore separata, erit paratissima ad recipiendũ influentiã a substãtiis superioribus. S. deo, uel angelis, & sic per huiusmodi influentiam a cognitionem habebit maiorem, uel minorem secundum modum naturalis capacitatis ipsius animæ, & sic etiam Commentator in 3. de anima, qui ponit intellectum possibilem esse substantiam separatam, quàmuis in hoc erret, tamen quantum ad hoc recte dicit, quòd ex hoc quòd ponitur substantia separata, habet respectum ad alias substantias spirituales superiores, ut eas intelligat, sed secundum illum respectum quo comparatur ad nostrum corpus recipiendo species a phantasmatibus, non coniungitur substãtiis altioribus.

Opinio Platonis attributa in libro Memnonis, ut etiam testatur S. Th. 1. post. tex. co. 4 3. de anima tex. co. 14.

Propositiones

D. 187.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de actu intellectus quo nunc in uia intelligimus, abstrahendo a phantasmatibus: hic enim actus esse definit phantasmatibus destructis in separatione animæ a corpore.

F ¶ Ad secundum dicendum, quòd intelligere secundum quod erit ab intellectu, non est actio communis animæ & corpori. Non enim intellectus intelligit mediante aliquo organo corporali, sed est communis animæ & corpori ex parte obiecti, inquantum intelligimus abstrahendo a phantasmatibus quæ sunt in organo corporali, & hũc modo intelligendi anima separata non habet. 3. de anima tex. co 6

¶ Ad tertium dicendum, q̃ passiuus intellectus, de quo Philosophus loquitur nõ est intellectus possibilis, sed ratio particularis, quæ dicitur uis cogitatiua habens determinatum organum in corpore, scilicet mediam cellulam capitis, ut Commentator ibidem dicit, & sine hoc anima nihil modo intelligit, intelliget autem in futuro, quãdo a phantasmatibus abstrahere non indigebit. 3. de anima tex. co. 20.

¶ Ad quartum dicendum, quòd comparatio illa intelligitur de anima intellectiua ex parte illa qua corpori coniungitur, & non prout est intellectiua simpliciter, quia intellectus inquantum huiusmodi, non respicit phantasmata, sicut patet de intellectu angelico.

¶ Ad quintum dicendum, quòd anima habet esse perfectius in corpore quàm separata, inquantum est forma, non autem inquantum est intellectus, nisi forte coniungatur tali corpori, quod est omnino animæ subditum in nullo intellectum distrahens, sicut erit corpus gloriosum. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem, Sapientiæ. 9.

¶ Ad sextum dicendum, quòd animæ puerorum quàmuis non habeant formas innatas, uel acquisitas, habebunt tamen aliquas formas intelligibiles ex influentia diuini luminis cooperante ministerio angelorum.

¶ Ad septimum dicendum, quòd anima ex hoc quòd *in corpore* scientia perfecta fuit, etiam separata magis intelliget, ut infra dicetur, non tamen sequitur, quòd si non fuerit in scientia perfecta, quòd nullo modo intelligat. Sequ. art. & plenius in 3.

ARTICVLVS II.

b Vtrum anima per species quas nunc a corpore abstrahit, separata postmodum per eas aliquid intelligat.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd anima per species quas nunc a corpore abstrahit, separata postmodum per eas nihil intelligat. Huiusmodi enim species eiusdem rationis erunt in anima separata, cuius modo sunt: sed nunc per eas non potest anima intelligere sine phantasmatibus, quod patet ex hoc quòd læso organo phantasiæ anima impeditur in consideratione eorum quæ prius a sensu accepit. ergo nec anima separata per illas species intelligere poterit, cum in ea nulla phantasmata sint. 1. par. q. 89. ar. 6. 1. 2. q. 67. ar. 2.

¶ 2 Præter. Ex similibus actibus similes habitus relinquuntur: sed habitus scientiæ nunc acquirimus ex actu intelligendi, quo anima a phantasmatibus abstrahit. ergo habitus scientiæ acquisitæ non inclinat nisi in similes actus. cum ergo talis actus intelligendi non possit esse in anima separata, scilicet accipiendo a phantasmatibus, uidetur quòd per scientiam hic acquisitam, uel per species hic a sensibus acceptas, anima separata nihil intelligat. 3. de anima tex. co. 6

¶ 3 Præter. In operibus naturæ nihil est superfluum, nec natura facit per duo, quod per unum facere potest: sed anima separata poterit intelligere per influentiam a substantiis superioribus, ut supra dictum est. ergo non intelliget per aliquas species a sensibus acceptas. Arti. præc.

¶ 3 Præter. Impossibile est duas formas eiusdem speciei esse in eodem subiecto: sed anima separata recipiet aliquas formas intelligibiles ex influentia substantiæ superioris, per quas poterit res intelligere, ergo in ipsa non possunt remanere intelligibiles formæ earumdem rerum a sensibus acceptæ.

¶ 5 Præter. Ex hoc intellectus noster actu intelligit, quòd forma intelligibilis in eo existit. ergo postquàm desistit actu intelligere,

re, forma intelligibilis in eo non remanet, & sic uidetur quòd nõ remaneant in anima separata aliquæ formæ intelligibiles a sensibus acceptæ, per quas intelligere possit.

¶ 6 Præt. Consideranti illud, cuius scientiam aliquis prius accepit, uidetur ad memoriam, uel reminiscentiam pertinere: sed destructo corpore anima nõ reminiscitur, ut dicit Philosophus in 1. & 3. de anima. anima ergo separata nõ intelligit per species in hac uita a sensibus acceptas. 1. quidem tex. com. 66 3. uero tex. co. 20. 3. libro de anima tex. co. 6

SED CONTRA, quod Philosophus dicit, quòd anima est locus specierum, & loquitur de parte intellectiua: sed locus conseruat locatum. ergo species a sensibus acceptæ in intellectiua conseruãtur, & sic uidetur quòd per eas possit intelligere anima separata a corpore, sicut & nunc potest.

¶ 2 Præter. Finis remanet rem otis etiam his quæ sunt ad finẽ: sed sensus ordinatur ad cognition em animæ intellectiuæ sicut ad finem, inquantum ex sensibus cognitionem accipit. ergo cognitio, quam anima accipit a sensibus, remanet in ea etiam destructis sensibus corporis, quod erit cum anima fuerit a corpore separata.

¶ 3 Præter. Quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis: sed anima est incorruptibilis & perpetua. ergo quod in ea recipitur, recipitur ut perpetuo conseruabile in ipsa. ergo species intelligibiles quas a sensibus accipit, remanent in ea post separationem a corpore: frustra autem remanerent, nisi per eas intelligeret formas prius a sensibus acceptas. Lib. 6. natural. par. 5. c. 6.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc duplex est opinio. Vna occasionatur ex opinione Auicen, qui dicit quòd intellectus noster possibilis non seruat aliquas formas postquàm actu intelligere desinit: quia formæ intelligibiles non possunt esse in intellectu possibili, nisi ut in ui apprehendente. Nõ enim utitur organo corporali ut ex parte eius possit aliquid esse in intellectu non ut in apprehendẽte actu, per quem modum aliquid est in potentiis sensitiuæ partis, quæ potentiæ thesauri dicuntur, sicut memoria & imago: sed intellectus possibilis cum conuertit se ad intelligentiam agentem, quam ponit separatam, accipit species intelligibiles ex influentia eius, cuius est formas a phantasmatibus abitrahere, & ponere eas in intellectu possibili, & cũ definit se conuertere ad intellectum agentem, formæ illæ desinunt esse in eo: sicut forma uisibilis desinit esse in oculo, cum oculus definit se conuertere ad rem uisam. Oportet autem ut si iterum uelit intellectus possibilis considerare quod prius consideráit, de nouo se conuertat ad intellectum agentem, & de nouo species intelligibiles recipiat: & secundum hoc quidam eum sequentes dicunt, quòd in anima nostra nullæ species intelligibiles reseruantur, quibus possit post mortem uti ad intelligendum: & sic etiam dicunt quòd scientia hic acquisita nullo modo manet neque quantum ad actum, neque quantum ad habitum. Sed hæc opinio non uidetur esse conueniens. Primo, quia contrariatur manifestæ sententiæ Philosophi, qui ponit animam esse locum specierũ, unde oportet quòd species in illa conseruentur. Secundo, quia ex quo species in intellectum possibilem imprimuntur, non est probabile eas aboleri, nisi aliqua causa corrumpens eas fuerit, cum multo nobilius recipiantur formæ intelligibiles in intellectu possibili, quàm formæ sensibiles in materia prima. Tertio, quia Augustinus ponit partem mentis esse memoriam, & sic in ea species intelligibiles reseruantur. Quarto, quia dato quòd nullæ species intelligibiles remanerent in anima separata, non propter hoc tolleretur, quin habitus scientiæ remaneret etiam secundum prædictam opinionem Auicen. Vult enim quòd quàmuis species intelligibiles non remanęant in intellectu possibili cum actu non intelligit, remanet tamen in eo quædam habilitatio ut facilius se conuertat ad recipiendum species intelligibiles ab intellectu agente, ratione cuius non oportet quòd semper aliquis nia laboret ad aliquid intelligendum, sicut cum de nouo didicit, uel inuenit, & habilitas hæc nihil aliud est quam habitus scientiæ. Vnde etiam in anima separata huiusmodi habitus remanebit, ut scilicet paratior sit ad recipiendum cognitionem ex influentia superioris substantiæ anima, quæ habitu scientiæ in hoc mundo fuit perfecta, quàm alia quæ huiusmodi habitu caruit. Et ideo ponendum secundum alios uidetur, quòd species intelligibiles remanent in anima postquàm actu intelligere desierit, & est maior habilitas ad recipiendum ab intellectu agente, & quòd utrumque eorum remanebit in anima separata, & utroque uti poterit in intelligendo: alio tamen modo eis utitur cum est corpori coniuncta. Cum enim est coniuncta corpori, eius intellectus non potest aliquid considerare nec per species acquisitas, nec per aliquem influxum superioris substantiæ, nisi conuertendo se ad phantasmata, quia propter perfectam coniunctionem eius ad corpus potẽtia intellectiua eius nihil cognoscit nisi per ea, quæ per corpus recipiuntur, unde habẽt *phantasmata quasi obiecta* ad quæ respicit: sed cum erit a corpore separata intelliget per alium modum, ut supra dictum est, scilicet non aspiciendo ad phantasmata. Super illud psal. 6. Turbatus est a furore oculus meus. 5. ad Timoth. 6. D. 190. Art. præc.

AD PRIMVM. ergo dicendum, quòd quàmuis species intelligibiles per se loquendo, sint eiusdem rationis dum sunt in anima coniuncta corpori, & cum sunt in anima separata, tamen per accidens sunt rationis diuersæ, inquantum anima in qua sunt, diuersimode se habet in coniunctione ad materiam, uel separatione ab ea: & ideo per species illas anima adconiuncta non intelligit nisi conuertendo se ad phantasmata, sed cum fuerit separata intelliget per eas etiam sine tali conuersione. D. 185.

Ad secundum dicendum, quòd actus non specificantur a termino a quo, sed magis a termino ad quem: unde idem d specie motus est dealbatio siue per eam aliquis fiat de nigro albus, siue de rubeo albus. Vnde & intelligere *non diuersificatur specie* per hoc quòd intelligitur abstrahendo a phãtasmatibus, uel nõ abstrahẽdo, dummodo sit unius modi quod intelligitur, & quo intelligitur: & propterea habitus scientiæ, qui acquiritur ex actibus intellectus accipientis a phantasmate, inclinat in actum intelligendi quo phantasmata non respicit. D. 187.

Et præterea, intelligere nostrum secundum statum istum est secundum phantasmata illustrata lumine intellectus agentis, unde est unius rationis cum cognitione animæ separatæ, quæ est per influentiam luminis a superiori substantia quantum ad ipsam illustrationem, quàmuis non quantum ad phantasmata.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex ipsis speciebus intelligibilibus præexistentibus in intellectu possibili efficitur intellectus possibilis paratior ad perfectius recipiendum cognitionem ex influentia superioris substantiæ: unde non sequitur quòd frustra huiusmodi species in anima separata remaneant ad intelligendum per eas. D. 764. 1180.

¶ Ad quartum dicendum, quòd formæ intelligibiles a sensibus acceptæ non sunt omnino unius rationis cum illis formis, quæ immediate ex influentia diuina proueniunt, quia ex diuersis imprimentibus diuersæ impressiones relinquuntur: sic etiam & habitus uirtutis acquisitę non est eiusdem rationis, cum habitu uirtutis infusæ, unde nihil prohibet utrasque formas in anima separata remanere, & formas illas tunc acceptas ex influxu superioris substantiæ esse formales & completiuas respectu formarum acquisitarum a sensibus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in intellectu nostro remanent formæ intelligibiles, etiam postquàm actu intelligere desinit, nec in hoc opinionem Auic. sequimur: remanent autem huiusmodi formæ intelligibiles in intellectu possibili cum actu non intelligit, non sicut in actu completo, sed in actu medio inter potentiam puram & actum perfectum, sicut etiam forma quæ est in fieri, hoc modo se habet.

¶ Ad sextum dicendum, quòd Philosophus loquitur de memoria & reminiscentia, quæ est pars animæ sensitiuæ, cuius actus corrupto corpore non potest remanere, & hac indigemus ad intelligendum ad præsens ea quæ prius intelleximus, propter hoc oportet nos ad phantasmata conuerti, quæ quandoque oportet de thesauro memoriæ adduci, sed memoria prout ab Aug. ponitur in mente, remanebit in anima post mortem.

ab interiori Dei luce secludi-- tur, sed non penitus dum in hac uita est. Ecce quare ibi pec ca-

ARTICVLVS III.

Vtrum anima separata singularia cognoscat.

1. par. q. 89 ar. 4. de uer. q. 19. art. 2. per totū. In q. de anima ar. 20. Boetius in pdic. substãtiæ in prin.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd anima separata singularia non cognoscat. Anima enim separata non utetur potentiis sensitiuis: sed singularia non cognoscuntur ab anima nisi per potentias sensitiuas, singulare est enim aliquid dum sentitur, ut Boetius dicit. ergo anima separata singularia non cognoscet.

¶ 2 Præt. Intellectus animæ separatæ magis erit a materia remotus quàm intellectus animæ coniunctæ corpori: sed anima coniuncta corpori non potest intellectu cognoscere singularia propter intellectus immaterialitatem. ergo nec cum est a corpore separata.

¶ 3 Præt. Differentia hic ponitur præcipue inter sensum & intellectum, eo quòd sensus cognoscit hic & nunc, intellectus autem abstrahit ab utroque. si ergo intellectus animæ separatæ possit singularia cognoscere, in nullo eius cognitio a sensu differret, quod est inconueniens.

¶ 4 Præt. Sicut in statu uiæ per sensum particularia cognoscimus, ita per intellectū uniuersalia: sed sensus nũquàm potest deuenire ad hoc quòd uniuersalia cognoscat. ergo nec intellectus ad hoc quòd cognoscat singularia.

¶ 5 Præter. Eadem est natura animæ separatæ, & corpori coniunctæ: sed per naturam intellectiuæ animæ formæ quæ in intellectu recipiuntur, dum corpori est coniuncta non ducunt in cognitionem singularium, sunt enim in ea per modum ipsius. ergo eodem modo erunt in ipsa postquàm fuerit a carne separata, & sic non ducent in singularium cognitionem.

D.282 SED CONTRA. Luc. 16. dicitur quòd diues d in inferno existens secundum animam tantum dixit. Habeo enim quinque fratres. ergo &c. ex quo patet, quòd singularia cognoscunt animæ separatæ.

¶ 2 Præter. Intellectus animæ corpori coniunctæ singularia cognoscit, quod patet ex hoc quòd propositionem formae, cuius prædicatum est uniuersale, & subiectum singulare, & syllogismum componit, cuius minor est singularis. ergo etiam a corpore separata anima per intellectum singularia cognoscet.

¶ 3 Præter. Nullus potest disponere de his quæ ignorat: sed anima in corpore existens per intellectum disponit de his quæ circa singularia sunt agenda. ergo etiam in corpore existens singularia cognoscit per intellectum. cum ergo intellectus in anima separata integer maneat, uidetur quòd anima separata

D.453. 753. singularia d cognoscat.

RESPON. Dicendum, quòd cum omnis cognitio sit per formas, quibus cognoscens rebus cognitis assimilatur, duplex erit cognoscendi modus. Vnus per formas a rebus acceptas: alius per formas quæ sunt causæ rerum, uel a causis rerum acceptæ. Ad hoc enim quòd aliqua duo sint similia, oportet unum esse causam alterius, uel ambo sub eadem causa procedere, cum unitas effectus causæ iudicet unitatem. In illa ergo cognitione quæ fit per formas a rebus acceptas, ipsæ res per suam actionem sunt cognitionis causa. Cum ergo omnis actio fit per formam, forma autem quantum est de se sit uniuersalis, per talem modum non potest deuenire in cognitionem rerum singularium, quia per hunc modum non cognoscitur materia quæ est

D.632. individuationis principium, nisi in uniuersali, inquantum scilicet habet habitudinem ad formam uniuersalem, sicut qui cognoscit simum, cognoscit nasum inquantum est subiectum simi, nisi quando formæ individualiter recipiunt in cognoscente, ut sunt in rebus extra animam, sicut accidit in potentiis cognoscitiuis per organum corporale: sed in illa cognitione quæ est per formas, quæ sunt rerum causæ, uel earum impressiones peruenitur usque ad singularia, quamuis huiusmodi formæ sint omnino immateriales, eo quòd causa rei prima est quæ rebus esse influit, esse autem communiter materiam & formam respicit. unde huiusmodi formæ ducunt directe in cognitionem utriusque, scilicet materiæ & formæ: & propter hoc per talem cognitionem cognoscuntur res & in uniuersali, & in singulari. Anima ergo cum est corpori cõiuncta, non cognoscit nisi per formas a rebus acceptas, & ideo per potentias illas cognoscitiuas, in

tor dicitur pati exteriores tenebras, & non hic: quia ibi secludetur penitus a luce Dei, quod non

qua formæ a rebus omnino immaterialiter recipiuntur, directe singularia non cognoscit, sed solũmodo per potentias organis affixas: sed indirecte & per quandam reflexionem etiam per intellectum, qui organo non utitur, cognoscit singularia, prout scilicet ex obiecto proprio redit ad cognoscendum suum actum, ex quo actu redit in speciem, quæ est intelligendi principium, & ex ea procedit ad considerandum phantasma, a quo species huiusmodi est abstracta: & sic per phantasma singulare cognoscit. Anima uero separata utitur utraque cognitione, quia & cognoscit per species acceptas a sensibus, & per species receptas a superioribus substantiis, quæ species sunt causarum impressiones, ideſt, rationum idealium in deo existentium: & ideo secundum illum modum quo cognoscit per species a sensibus acceptas, singularia directe non cognoscit, sed per illum modum quo cognoscit ex influentia superioris substantiæ, cognoscere potest singularia eadem ratione qua & angeli, de quorum cognitione dictũ est 2. lib. dist. 3 q. 2. per totum. D. 392

ADPRIMVM ergo dicendum, quòd anima in statu uiæ non cognoscit singularia directe, d nisi per potentias sensitiuas, quia non cognoscit nisi per formas a rebus acceptas, quæ cum ad intellectum peruenerint, in quo omnino immaterialiter recipiuntur, non possunt esse principium cognoscendi singulare: sed cum fuerit a corpore separata, habebit alium modum cognoscendi quo singularia cognoscere poterit, ut dictum est. In cor. art.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex hoc ipso quòd anima separata est quodammodo immaterialior quàm corpori coniuncta, est propinquior substantiis superioribus quæ sunt omnino immateriales, & magis parata ad recipiendum earum influxum, & per consequens ad intelligendum eo modo quo ipse intelligunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intellectus qui singulare cognoscit, alio modo cognoscit quàm sensus. Sensus enim singulare cognoscit per formam quodammodo materialem, unde per illam formam non potest se extendere eius cognitio ultra singulare: sed intellectus singulare cognoscit per formam immaterialem quæ potest esse principium cognoscendi uniuersale & singulare, & sic adhuc remanet differentia inter sensum & intellectum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd uirtus sensitiua est infra uirtutem intellectiuam, unde magis potest intellectus se extendere ad id quod est sensus, quàm sensus ad id quod est intellectus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd eodem modo recipitur forma in intellectu animæ separatæ, & in intellectu animæ coniunctæ, scilicet immaterialiter: sed tamen forma quæ est in anima separata, erit alterius rationis & uirtutis, prout scilicet erit effluens a substantiis superioribus, sicut dictum est. In cor. arti.

PRIMVM obiectum in contrarium est concedendum. Sed ad alia duo oportet respondere, quia concludunt quòd intellectus animæ coniunctæ corpori singularia cognoscat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd intellectus noster in statu uiæ utitur singularibus cõponẽdo propositiones, & formãdo syllogismos, in quãtum reflectitur ad potentias sensitiuæ partis, ut dictum est, & quodammodo continuatur cum eis secundũ quod earum motus & operationes ad intellectum terminantur, prout intellectus ab eis accipit. In cor. art. & in respon. ad 3 arg.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intellectus practicus ad hoc quòd de singularibus disponat, ut dicitur in tertio de anima, indiget ratione particulari, qua mediante opinio quæ est uniuersalis, quæ est in intellectu, ad particulare opus applicetur, ut sic quidem fiat syllogismus, cuius maior est uniuersalis, quæ est opinio intellectus practici: minor uero singularis, quæ est æstimatio rationis particularis, quæ alio nomine dicitur cogitatiua: conclusio uero consistit in electione operis.

ARTICV-

ARTICVLVS IIII.

d Vtrũ localis distãtia impediat cognitionẽ aliæ separatæ.

Vbi supra ar. 7.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd localis distantia impediat cognitionem animæ separatæ. Anima enim hic existẽs ea quæ hic aguntur cognoscit: sed existens in receptaculo sibi debito ea quæ hic aguntur non cognoscit, unde dicit Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda. Ibi sunt defuncti animæ, ubi ea quæ hic agun

Ca. 15. to. 4 tur, scire nõ possunt. ergo localis distãtia cognitionem animæ separatæ impedit.

Psal. 75. ¶ 2 Præter. Naturalis cognitio animæ separatæ non est potior quàm naturalis cognitio dæmonis: sed dæmones naturali cognitione nõ cognoscunt absentia, unde Augustinus in libro de diuinatione dæmonum dicit, q ea quæ eriã alibi fiũt celeritate motus sui cito ad nos deferunt ut quasi ea prædicere uideantur, quæ nos postea nuntiantibus hominibus sumus sciuri: ad hoc autẽ nihil faceret celeritas motus, si hic nobis eũ existẽtes absentia cognoscere possunt. ergo anima separata non cognoscit absentia: & sic eius cognitio per localem distãtiam impeditur.

Cap. 3

¶ 3 Præter. Omnis cognoscens rem sub hic & nunc, aliter cognoscit sub hic & nunc, quæ sunt hic, & quæ sunt alibi: sed anima separata cognoscit sub hic & nunc, quia cognoscit singularia, ut dictũ est. ergo aliter cognoscit propinqua & remota, & sic idem est quod prius.

¶ 4 Præt. Sicut est aliquid distans secundum tẽpus, ita est distãs aliquid secundum locum: sed anima separata non potest cognoscere distantia secundum tempus, utputa, futura: hoc enim solius dei est, ut patet per id quod habetur Esa. 41. Annuntiate nobis quæ uentura sunt, & dicemus quia dii estis uos. ergo nec distantia secundum locum potest cognoscere.

¶ 5 Præter. Operatio non excedit subſtantiã operantis. Vnde Dama. dicit, quòd angeli ibi sunt, ubi operantur: sed anima separata est in aliquo loco, cum ei locus corporalis pro receptaculo assignetur. ergo operatio animæ separatæ non potest se extendere ultra locum illum, & sic ea quæ sunt distantia secundum locum cognoscere non potest.

SED CONTRA. Sancti a damnatis distant maxime ẽt secundum locum: sed damnati uident beatos, ut patet Luc. 16. de diuite qui in tormentis positus Abraham & Lazarum uidit. ergo localis distantia cognitionem animæ separatæ nõ impedit.

¶ 2 Præter. Nulla operatio impeditur per loci distantiam nisi sit situalis, quia propinquum & distans secundum locum ad situ pertinere uidentur: sed anima separata non habet aliã cognitionem nisi intellectiuam, cum potentiis sensitiuis non utatur: intellectiua autem cognitio nullomodo est situalis, cum nõ fiat per corporea instrumenta. ergo ad cognitionem animæ separatæ nihil loci propinquitas facit, nel distantia.

¶ 3 Præter. Lux intelligibilis est potentior quàm lux aliqua sensibilis: sed lux sensibilis solis non impeditur a sua operatione per aliquam localem distantiam, quia totum mundum illuminat. ergo nec lux intelligibilis animæ separatæ impeditur a sua cognitione per distantiam aliquam corporalem. Luc. 16

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, quidã ponunt quòd anima separata cognoscat, accipiendo a rebus, qđ si uerum esset, localis distantia proculdubio cognitionẽ animæ separatæ impediret, eo q rerum sensibilium actiones non æqualiter se extendunt ad propinquũ & distans, cum per propinqua in distantia moueantur, & sic in remotis uirtus primi agentis paulatim deficit: & inde est q non possumus sentire ea quæ sunt procul a nobis. Sed si ponamus quòd anima separata cognoscat p formas aliquas uel concreatas, uel influxas a superioribus substantiis, non potest esse quòd eius cognitio per rei distantiam impediatur. Super psal. 108

Luc. 16

Nam enim per huiusmodi formas cognoscet inquantum res aliquid agãt in animam, uel anima in res, ut sic medium corporale p quod actio fiat, cognitionem impedire possit: sed cognitio prædicta perficitur ex hoc solo, quòd formæ in anima existentes repræsentãt res, quæ sunt extra animam, quas æqualiter repræsentant siue sint propinquæ, siue sint distãtes: sicut imago Herculis æqualiter repræsentat Herculẽ, ubicũque sit Hercules. unde etiam potentiæ cognoscitiuæ quæ cognoscunt res per formas a rebus acceptas, dummodo non cognoscãt solummodo dum accipiunt, æqualiter cognoscunt res distantes & propinquas: sicut intellectus noster in statu uiæ æqualiter cognoscit solem & lunam: & imaginatio æqualiter imaginatur hominem propinquum & distantem. Sed quia cognitio sensus perficitur in hoc ipso quòd sensus a sensibili mouetur, inde est quòd sensitiua cognitio per localem distantiam impeditur. Sic ergo cognitio animæ separatæ non fit per acceptionem formarum a rebus sensibilibus, ut supra positum est, nullo modo esse poterit, ut eius cognitionem localis distantia impediat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis aliquæ animæ defunctorum in suis receptaculis existentes ea quæ hic aguntur ignorent, non tamen hoc contingit propter localem distantiam, sed propter aliquam aliam causam, utpote quia afficiuntur uehementer ad ea quæ in illis receptaculis patiuntur: uel etiam quia influentia superioris substantiæ quamuis eas perficiat ad aliqua cognoscenda, non tamen ad omnia, sed ad illa tantum quæ ei secundum modum competunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Augustinus frequenter utitur illa positione, qua ponuntur dæmones habere corpora sibi

unita, sicut etiam in libello inducto apparet: quod si esset, tunc oporteret ponere eos corpus sensibile habere, & per sensus cognitionem a rebus accipere, & sic eorum cognitionem locali distantia impedire: unde non est simile de anima separata, quæ hoc modo non cognoscit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa recte procederet, si anima separata cognosceret ea quæ sunt hic & nunc, accipiendo a rebus quæ sunt hic & nunc, sicut in sensu accidit. sed hoc dictum est esse falsũ, unde ratio non sequitur.

Art. 1. huius quæst.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ea quæ distant secundum tempus scilicet futura, dicuntur ab eo quòd esse rei mensuratur tempore. Vnde cum res secundum hoc sint cognoscibiles, quòd habent esse, quia cognitiones sunt existentium, ut dicit Dio. 1. cap. de di. no. Futura ex seipsis sunt incognoscibilia, sed distantia secundum locum non deficiunt ab esse: locus enim non mensurat esse rei, sed res existentes. Vnde per hoc quòd sunt distantes res, in seipsis nihil minus sunt cognoscibiles: possunt tamen esse minus cognoscibiles quo ad aliquos, qui in patiendo a rebus res ipsas cognoscunt, quod non est de anima separata.

¶ Ad quintum dicendum, quòd operatio, prout est accidens quoddã habens esse in subiecto, non extenditur ultra suũ subiectum, sed prout comparatur ad obiectum, sic ultrã suum subiectum extenditur, sicut nunc per animam existentem in corpore cognoscimus ea quæ in cælo sunt, & sic etiam nihil prohibet animam separatam distantiam secundum locum cognoscere.

QVAESTIO SECVNDA.

B

Deinde quæritur de pœnis damnatorum

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, De pœnis eorum quantum ad effectum eorum.
¶ Secundo, Quantum ad intellectum.
¶ Tertio, Quantum ad corpus.
¶ Quarto, De pœnis eorum per comparationem ad beatorum intuitum.

ARTICVLVS PRIMVS.

a Vtrum omnis uoluntas damnatorum sit mala.

1. par. q. 64. ar. 2. 2. contra Gen. c. 83. Par. 4.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non omnis uoluntas damnatorũ sit mala, quia ut dicit Dio. 4. cap. de diu. no. Dæmones bonum & optimum concupiscunt esse, uiuere, & intelligere. cum ergo damnati homines non sint peioris conditionis quàm dæmones, uidetur quòd & ipsi bonam uoluntatem habere possint.

De diui. nomi. c. 4 Par. 4

¶ 2 Præter. Malum, ut dicit Dio. est omnino inuoluntarium. ergo si damnati aliquid uolunt, illud uolunt inquantum bonum, uel apparens bonum: sed uoluntas quæ per se ordinatur ad bonum est bona. ergo damnati possunt habere uoluntatem bonã. K

¶ 3 Præ. Aliqui erunt damnati qui in hoc mundo existentes aliquos uirtutũ habitus secũ detulerunt, utpote gẽtiles qui habẽt uirtutes politicas: sed ex habitibus uirtutum elicitur laudabilis uolũtatis actus. ergo in aliquibus damnatis poterit esse laudabilis uoluntas.

SED CONTRA. Obstinata uoluntas numquàm potest flecti nisi in malum: sed damnati homines erunt obstinati, sicut & dæmones. ergo uoluntas eorum numquàm poterit esse bona.

¶ 2 Præt. Sicut se habet uoluntas beatorum ad bonum, ita se habet uoluntas damnatorum ad malum: sed beati numquàm habent uoluntatem malam. ergo nec damnati habent aliquam uoluntatem bonam.

VLTERIVS. Videtur quòd damnati numquàm pœniteant de malis quæ fecerunt: quia dicit Bern. in cant. quòd damnatus semper uult iniquitatem quam fecit, ergo numquàm de peccato commisso pœnitet. II Vbi supra, & 2. 2. q. 17. ar. 4. in cor. 3. par. q. 86. ar. 1. in cor.

¶ 2 Præter. Velle se non peccasse, est bona uoluntas: sed damnati non habebunt bonam uoluntatem. ergo damnati numquàm uolent se non peccasse, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præter. Secundũ Dama. hoc est hominibus mors, quod angelis casus: sed angeli uoluntas post casum est in uertibilis hoc modo, ut nõ possit recedere ab electione qua prius peccauit. ergo & dãnati non possunt pœnitere de peccatis a se commissis. Libro. 2. De fide orthodoxa. c. 4. in fine.

¶ 4 Præter. Maior erit peruersitas damnatorum in inferno, quàm peccatorum in hoc mundo: sed peccatores aliqui in hoc mundo non pœnitent de peccatis commissis, uel propter excæcationem mentis, sicut hæretici, uel propter obstinationem, sicut qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, ut dicitur prouer. 2. ergo & damnati in inferno de peccatis non pœnitebunt.

SED CONTRA Sapientiæ. 5. dicitur de damnatis. Intra se pœnitentiam agentes. Cap. 4. circa finẽ.

¶ 2 Præter. Philosophus dicit in 9. ethicorum, quòd pœnitudine replentur praui: mox enim tristantur de hoc quod prius delectati sunt. ergo damnati cum sint maxime praui, magis pœnitent.

VLTERIVS. Videtur quòd damnati recta ratione & deliberatiua non possint uelle se non esse. Augustin. enim dicit in lib. de libe. arbi. Considera quantum bonum est esse, quod & beati, & miseri uolunt. Maius enim est esse, & esse miserũ, quàm omnino non esse. III De uer. qu. 22. art. 1. ad 7. Lib. 3. c. 7 Et lib. 3. de lib. arb. c. 8.

¶ 2 Prærer. Augustinus, ibidem sic arguit. Prælectio supponit electionem: sed non esse non est eligibile, cum non habeat appetentiam boni, cum nihil sit. ergo non esse non potest esse magis appetibile damnatis quàm esse.

¶ 3 Præt. Magis malum est magis fugiendum: sed non esse est maximum malum, cum tollat totaliter bonum, eo quòd nihil relinquit. ergo non esse est magis fugiendum, quàm miserum esse, & sic idem quod prius.

SED CONTRA est, quod dicitur Apocal. 9. In diebus illis desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis.

¶ 2 Præter. Damnatorum miseria omnem huius mundi miseriam excedit: sed ad uitandam miseriam huius mundi appetibile est aliquibus mori. Vnde dicitur Eccles. 41. O mors quàm bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur uiribus deficit ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili qui perdit sapientiam. ergo multo fortius est damnatis appetibile non esse secundum rationem deliberatam. I

VLTERIVS. Videtur quòd damnati in inferno non uellent esse aliquos damnatos, qui non sunt damnati, quia Luc. 16. dicitur de diuite quòd rogabat pro fratribus suis ne uenirent in locum tormentorum. ergo eadem ratione, & damnati alii non uellent ad minus carnales suos amicos in inferno damnari. IIII Quol. 8. ar. 17.

¶ 2 Præter. Affectiones inordinatæ a damnatis non auferuntur: sed aliqui damnati inordinate aliquos non damnatos dilexerunt, ergo non uellent eorum malum, quod est esse damnatos.

¶ 3 Præt. Damnati non desiderant augmentum suæ pœnæ: sed si plures damnarentur, maior esset damnatorum pœna, sicut etiam multiplicatio bonorum amplificat eorum gaudium. ergo damnati non uellent saluatos damnari.

SED CONTRA est, quod dicitur Esa. 14. super illud. Surrexerunt de solijs, dicit glo. Solatium est malorum multos socios habere pœnarum.

¶ 2 Præt. In damnatis maxime regnat inuidia. ergo dolent de felicitate bonorum, & eorum damnationem appetunt. V Parte. 4. in prin.

VLTERIVS. Videtur quòd damnati non habeant odio deum, quia ut dicit Dio. 4. capit. de diuinis no. Omnibus diligibile est bonum & pulchrum, quod est omnis boni & pulchritudinis causa: hoc autem deus est. ergo a nullo potest odio haberi.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præter. Nullus potest ipsam bonitatem odio habere, sicut nec ipsam malitiam uelle: malum enim est omnino inuoluntarium, ut dicit Dion. 4. capitulo, de diuinis no. Deus autem est bonitas ipsa. ergo nullus potest deum odio habere. Par. 4

SED CONTRA est, quod dicitur in psalm. 73. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Lucæ 16. libro 8. super Gen. ad litteram c. 5.

VLTERIVS. Videtur quòd damnati demereantur. Damnati enim habent uoluntatem malam, ut dicitur in litera: sed per malam uoluntatem quã hic habuerunt, demeruerunt. ergo si ibi non demerentur, ex sua damnatione cõmodum reportant.

¶ 2 Præter. Damnati sunt eiusdem cõditionis cum dæmonibus: sed dæmones demerentur post suum casum, unde serpenti qui hominem ad peccandum induxit, est a deo pœna inflicta, ut dicitur Gen. 3. ergo & damnati demerentur.

¶ 3 Præter. Actus inordinatus ex libertate arbitrii procedens non excusatur quin sit demeritorius, etiam si aliqua necessitas adsit, cuius aliquis sit sibi causa: ebrius enim meretur duplices maledictiones, si ex ebrietate aliquod aliud peccatum commitat, ut dicitur in 3. ethi. sed ipsi damnati fuerunt sibi causa propriæ obstinationis, per quam quandam necessitatem patiuntur peccandi. ergo cum eorum actus inordinatus ex libero arbitrio procedat, non excusatur a demerito. Cap. 8

SED CONTRA. Pœna contra culpam diuiditur: sed peruersa uoluntas in damnatis ex obstinatione procedit, quæ est eorum pœna. ergo peruersa uoluntas in damnatis non est culpa ut per eam demereantur.

¶ 2 Præter. Post ultimum terminum non relinquitur aliquis motus, siue profectus in bonum, siue in malum: sed damnati maxime post diem iudicii ad ultimum terminum suæ damnationis peruenient, quia tunc finem habebunt duæ ciuitates, ut Augustinus dicit. ergo damnati post diem iudicii peruersa uoluntate non demerebuntur, quia sic creasceret eorum damnatio. Super psal. 136

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd in damnationis potest duplex uoluntas considerari, scilicet uoluntas deliberatiua, & uoluntas naturalis. Naturalis quidem non est eis ex ipsis, sed ex authore naturæ qui in natura hanc inclinationem posuit, quæ naturalis uoluntas dicitur: unde cum natura in eis remaneat, secundum hoc bona poterit in eis esse uoluntas naturalis. Sed uoluntas deliberatiua est eis ex seipsis, secundum quod in potestate eorum est inclinari per affectum ad hoc, uel illud, & talis uoluntas in eis est solum mala, & hoc ideo, quia sunt perfecte auersi a fine ultimo rectæ uoluntatis: nec aliqua uoluntas potest esse bona, nisi per ordinem ad finem prædictum: unde etiam & si aliquod bonum uelint, non tamen bene bonum uolunt illud, ut ex hoc uoluntas eorum bona dici possit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uerbum Dio. intelligitur de uoluntate naturali, quæ est inclinatio naturæ in aliquod bonum: sed tamen ista naturalis inclinatio per eorũ malitiam corrumpitur, inquantum hoc bonum quod naturaliter desiderant, sub quibusdam malis circunstantiis appetunt. E

¶ Ad secundum dicendum, quòd malum inquantum est malũ, non mouet uoluntatem: sed inquantum est æstimatum bonũ: sed hoc ex eorum malitia procedit, ut id quod est malum æstiment ut bonum, & ideo uoluntas eorum est mala.

¶ Ad tertium dicendum, quòd habitus uirtutum politicarum non remanent in anima separata, eo quòd uirtutes illæ perficiunt solum in uita ciuili, quæ non erunt post hanc uitam, si tamen remanerent, nunquàm in actum exirent quasi ligatæ ex obstinatione mentis.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd pœnitere de peccato est dupliciter. Vno modo per se, & aliomodo per accidens. Per se quidem de peccato pœnitet quis qui peccatũ, in eo quòd est peccatum, abominatur: per accidens uero qui illud odit ratione alicuius adiuncti, utpote pœnæ, uel alicuius huiusdi mali. igitur nõ pœnitebunt per se loquendo de peccatis, quia uoluntas malitiæ peccati in eis remanet, pœnitebunt autẽ per accidens inquantum affligentur de pœna quam pro peccato sustinent. A

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd damnati iniquitatẽ uolunt, sed pœnam refugiunt, & sic per accidens de iniquitate cõmissa pœnitent.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd uelle se non peccasse propter turpitudinem iniquitatis est bona uolũtas, sed hoc non erit in damnatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si ne aliqua auersione uoluntatis continget quòd damnati de peccatis pœnitebunt, quia non hoc refugient in peccatis quod prius appetierũt, sed aliquid aliud, scilicet pœnam. Homilia 40 de diuite.

¶ Ad quartum dicendum, quòd homines in hoc mundo quantumcumq; obstinati per accidens de peccatis suis pœnitẽt, si proeis puniãtur, quia hoc dicit Aug. in lib. 83. q. Videmus etiam se rocissimas bestias dolore pœnarum a maximis uoluptatibus abstinere. Cap. 36

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd non esse dupliciter potest considerari. Vno modo secundum se, & sic nullo modo potest esse appetibile, cum non habeat aliquam rationem boni, sed sic pura boni priuatio. Alio modo potest considerari in quantũ est ablatiuum pœnalis, uel miseræ uitæ, & sic non esse accipit rationem boni. Carere enim malo est quoddã bonum, ut dicit Philosophus in 5. eth, & per hunc modũ melius est damnatis non esse, quàm miseros esse. Vnde Matth. 26. dicitur. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. & Hier. 20. super illud. Maledicta dies, in qua natus sum &c. dicit glo. Hiero. ibi. Melius est non esse, quàm male esse, & secundum hoc damnati possunt prę eligere non esse secundum deliberatiuam rationem. Ex c. 2. & 6

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uerbum Augustini est intelligendum quòd non esse per se non est eligibile, sed per accidẽs eligibile est, inquãtum. sed miseriæ terminatiuũ. Quod enim dicitur quòd esse & uiuere ab omnibus appetitur naturaliter, non oportet hoc accipere quantũ ad malã uitã, & corruptã, & eam quæ est in tristitiis, ut dicit Philosophus in 9. ethi. D

¶ Ad secundum dicendum, quòd non esse non est eligibile per se, sed per accidens tantum, ut dictum est. Cap. xi. In cor. huius quæst.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd non esse, licet maxime sit malũ inquãtum priuat esse, tamen est ualde bonum inquantum priuat miseriam, quæ est maximum malorum, & sic non esse eligitur.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd sicut in beatis in patria erit perfectissima charitas, ita in damnatis erit perfectissimum odium: unde sicut sancti gaudebunt de omnibus bonis, ita etiam mali de omnibus bonis dolebunt, unde & felicitas sanctorum considerata eos maxime affligit. unde dicitur Esa. 26. Videant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret, unde uellent omnes bonos esse dãnatos.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tanta erit inuidia in damnatis, quòd etiam propinquorum glorię inuidebunt, cum ipsi sint in summa miseria, cum etiam in hac uita hoc accidat crescentę inuidia, sed tamen minus inuident propinquis quàm aliis, & maior esset eorum pœna, si omnes propinqui damnarentur, & alii saluarentur, quàm si aliqui de suis propinquis saluarentur: & exinde fuit quòd dives petiit fratres suos a damnatione eripi. Sciebat enim quòd aliqui eriperẽtur, maluisset tamen fratres suos cum omnibus aliis damnari. D. 424 Ex ca. 5. & 14.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dilectio quæ non fundatur super honestum, facile rescinditur, & præcipue in malis hominibus, ut Philosophus dicit in 9. ethi. unde damnati nõ d conseruabunt amicitiam ad eos quos inordinate dilexerunt, sed in hoc uoluntas eorum remanebit peruersa, quòd causam inordinatæ dilectionis adhuc diligerent.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ quàmuis ex damnatorũ multitudine pœna singulorum augeatur, tamen tantum superexcrescet odiũ

& inuidia, quòd magis eligerent torqueri magis cum multis, quam minus soli.

AD QVINTAM quæstionem dicendum, quòd affectus mouetur ex bono, vel malo apprehenso. Deus autem apprehenditur dupliciter, in se sicut a beatis qui eum per essentiã vident, & per affectus sicut a nobis & damnatis. Ipse igitur in seipso, cum sit per essentiam d bonitas non potest alicui voluntati dici, licere, vnde quicunque eũ per essentiam videret, eum odio haberet non posset, sed effectus eius aliqui sunt voluntati repugnantes, inquantum contrariantur alicui volito, & secundum hoc aliquis non in seipso, sed ratione effectuum deum odire potest: vnde damnati deum percipientes in effectu iustitiæ, qui est pœna, eum odio habent, sicut & pœnas quas sustinent.

D.410.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Dionys. est intelligendum de appetitu naturali, qui tamen in damnatis peruertitur per illud quod additur ex deliberata voluntate, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procederet, si damnati deum in seipso conspicerent, inquantum est per essentiam bonus.

H

AD SEXTAM quæstionem dicendum, quòd de damnatis ante diem iudicij, & post distinguendum est. Omnes enim communiter confitentur, ꝙ post diem iudicij non erit aliquod meritum, vel demeritum, & hoc ideo est, quia meritum, d vel demeritum ordinatur ad aliquod bonum, vel malum vlterius consequendum: post diem autem iudicij erit vltima consummatio bonorum & malorum, ita quòd nihil erit addendum vlterius de bono, vel malo: vnde bona voluntas in beatis non erit meritum sed præmium, & mala voluntas non erit in damnatis demeritum, sed pœna tantũm. Operationes enim virtutis sunt præcipue in felicitate, & eorum contrariæ sunt præcipue in miseria, vt dicitur in 1. ethicorum: sed ante diem iudicij quidam dicunt & beatos mereri, & damnatos demereri: sed hoc non potest esse d respectu præmij essentialis, vel pœnæ principalis, cum quantum ad hoc vtrique ad terminum peruenerint, potest tamen hoc esse respectu præmij accidentalis, vel pœnæ secundariæ quæ possunt augeri vsque ad diem iudicij, & hoc præcipue in dæmonibus, vel angelis bonis, quorum officio aliqui trahuntur ad salutem, ex quo bonorum angelorum gaudium crescit: vel ad damnationem, ex quo crescit pœna dæmonum.

D.425. 427. Cap. 14. D. 157. 279. 281. 447. 1016.

I

AD PRIMVM igitur dicendum, quòd hoc est summum incommodum ad summam malorum peruenisse, ex quo contingit in damnatis quòd demereri non possunt, vnde patet quòd ex peccato commodum non reportant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad damnatorum hominum officium non pertinet alios ad damnationem pertrahere, sicut pertinet ad officium dæmonum, ratione cuius demerentur quantum ad secundariam pœnam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non propter hoc excusantur a demerito, quia necessitatem peccandi habeant, sed quia ad summam malorum peruenerunt: tamen necessitas peccandi, cuius causa fuit, excusat a culpa, inquantum K est necessitas quædam, quia omne peccatum oportet esse voluntarium, sed quod non excusat, hoc est inquantum a voluntate præcedente præcessit, & sic totum demeritum sequentis culpæ videtur ad primam culpam pertinere.

ARTICVLVS. II.

b *Vtrum damnati possint uti notitia quam in hoc mundo habuerunt.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd damnati non possint vti notitia quam in hoc mundo habuerunt. In consideratione enim scientiæ est maxima delectatio: sed in eis nullam delectationem est ponere. ergo non possunt vti scientia prius habita secundũ aliquam considerationem.

F

¶ 2 Præt. Damnati sunt in maioribus pœnis, quàm sint aliquæ pœnæ huius mundi: sed in hoc mundo dum aliquis est in maximis tormentis constitutus, non potest considerare aliquas intelligibiles conclusiones abstractus a pœnis quas patitur, ergo multo minus in inferno.

Luc. 16.

¶ 3 Præt. Damnati sunt subiecti tempori: sed longitudo temporis eis causa obliuionis, vt dicitur in 4. physicor. ergo damnati obliuiscentur eorum quæ hic sciuerunt.

T.com.117

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 16. Diuiti damnato. Recordare quia recepisti bona &c. ergo considerabunt ea quæ hic sciuerunt.

¶ 2 Præt. Species intelligibiles in anima separata remanent, vt supra dictum est. si igitur eis non vti possent, frustra remanerent in eis.

3. dis. 31. q. 1. art. 4. per totum.

VLTERIVS. Videtur quòd cogitabunt aliquando de deo, quia non potest haberi odio actu, nisi illud de quo cogitatur: sed damnati deum odio habebunt, vt in litera dicitur. ergo de deo aliquando cogitabunt.

II

¶ 2 Præt. Damnati habebunt remorsum conscientiæ: sed conscientia patitur remorsum de actis contra deum, ergo de deo aliquando cogitabunt.

SED CONTRA. Perfectissima cogitatio hominis est quæ cogitat de deo: sed damnati erunt in statu imperfectissimo. ergo de deo non cogitabunt.

VLTERIVS. Videtur quòd damnati gloriam beatorum non videant. Magis enim ab eis distat gloria beatorum, quàm ea quæ in hoc mundo aguntur: sed ipsi non vident quæ circa nos aguntur, vnde dicit Gregor. 12. moral. super illud Iob. Siue fuerint nobiles filij eius &c. Sicut hi qui adhuc viui sunt, mortuorum animæ quo loco habeantur, ignorant: ita mortui qui carnaliter vixerunt, vitam in carne positorum qualiter post eos disponatur, ignorant: ergo multo minus possunt videre gloriam beatorum.

III

Cap. 13. Cap. 14.

¶ 2 Præt. Illud quod conceditur sanctis in hac vita pro magno munere, numquàm conceditur damnatis: sed Paulo pro magno munere fuit concessum, vt videret illam vitam qua sancti æternaliter cum deo viuunt; vt dicitur 2. Corinth. 12. in glos. ergo damnati sanctorum gloriam non videbunt.

SED CONTRA est, quod dicitur Lucæ 16. quòd dives in tormentis positus vidit Abraham & Lazarum in sinu eius.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd sicut propter perfectam sanctorum beatitudinem nihil erit in eis quod non sit gaudij materia, ita nihil d erit in damnatis quod non sit eis materia & causa tristitiæ: nec aliquid quod ad tristitiam pertinere possit deerit, ut sit eorum miseria consummata. Consideratio ergo aliquorum notorum quantum ad aliquid inducit gaudium, vel ex parte cognoscibilium inquantum diliguntur, vel ex parte ipsius cognitionis inquantum est conueniens & perfecta. Potest etiam tristitiæ esse ratio & ex parte cognoscibilium quæ nata sunt contristare, & ex parte ipsius cognitionis, prout eius imperfectio consideratur, vtpote cum aliquis consideret se deficere in cognitione alicuius rei, cuius perfectionem appeteret, sic ergo in damnatis erit actualis consideratio eorum quæ prius sciuerunt, ut materia tristitiæ, non autem ut delectationis causa. Considerabunt enim & mala quæ gesserunt, ex quibus damnati sunt, & bona dilecta quæ amiserunt, & ex utroque torquebuntur. Similiter etiã torquebuntur de hoc quòd considerabunt notitiam quam de rebus speculabilibus habuerunt imperfectam esse, & amisisse summam perfectionem eius, quam potuerant adipisci.

D.426.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis consideratio scientiæ per se sit delectabilis, tamen ex aliquo accidente potest esse tristitiæ causa, ut dictum est, & sic erit in damnatis.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc mundo anima coniungitur corruptibili corpori, vnde per hoc quòd corpus affligitur, considerando animæ impeditur, sed in futuro anima non ita trahetur ex corpore, sed quantumcumque corpus affligatur, tamen anima semper considerabit lucidissime illa quæ ei possunt esse causa mœroris.

¶ Ad tertium dicendum, quòd tempus est causa obliuionis per accidẽs, inquantum motus cuius est mensura, est causa transmutationis, sed post diem iudicij non erit motus cæli: vnde nec obliuio esse poterit ex quantacumque diu turmitate, sed ante diem iudicij anima separata non mutatur a sua dispositione per motum.

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd deus potest considerari dupliciter. Vno modo, secundum se, & secundum illud quod est proprium, scilicet esse totius bonitatis principium, & sic nullo modo potest cogitari sine delectatione, vnde sic nullo modo a damnatis cogitabitur. Alio modo, secundum aliquid quod est ei quasi accidentale in effectibus suis, vt pote punire, vel aliquid huiusmodi, & secundum hoc consideratio de eo potest tristitiam inducere, & hoc modo damnati de eo cogitabunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd damnati, vt dictum est, non habent odio deum, nisi ratione punitionis & prohibitionis eius, quod malæ voluntati eorum consonat, vnde non considerabunt eum nisi vt punitorem, & prohibitorem.

¶ Et per hoc patet solutio ad secundum, quia conscientia non remordet de peccato, nisi inquantum est diuino præcepto contraria.

AD TERTIAM quæstionem dicendum est, sicut in litera dicitur, quòd damnati ante diem iudicij videbunt beatos in gloria non hoc modo quòd gloria eorum qualis sit cognoscant, sed solum cognoscent eos esse in gloria quadam æstimabili, & ex hoc turbabuntur tum propter inuidiam dolentes de felicitate bonorum, tum propter hoc quòd ipsi talem gloriam amiserunt, vnde dicitur Sapien. 5. de impijs. Videntes turbabuntur timore horribili: sed post diem iudicij omnino beatorum visione priuabuntur, nec tamen ex hoc eorum pœna minuetur, sed augebitur, quia memoriam habebunt gloriæ beatorum, quam in iudicio viderunt, vel ante iudicium, & hoc erit eis in tormentum: sed vlterius affligentur in hoc, quòd videbũt indignos se reputasse etiam videre gloriam, quam sancti merentur habere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea quæ in hac vita aguntur, non ita affligerent damnatos in inferno, si viderentur, sicut sanctorum gloria inspecta, vnde non ita ostenduntur damnatis ea quæ hic aguntur, sicut sanctorum gloria: quàmuis etiam eorum quæ hic aguntur, ostendantur eis ea quæ in eis tristitiam agere possunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Paulus inspexit vitam illam, in qua sancti cum deo viuunt eam reperiendo, & in futurum perfectius sperando quæ ratio non est de damnatis, & ideo non est simile.

ARTICVLVS III.

c *Vtrum damnati in inferno sola pœna ignis affligantur.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd damnati in inferno sola pœna ignis affligantur, quia Matth. 25. vt eorum damnatio exprimatur, fit metio solum de igne, cum dicitur. Ite maledicti in ignem æternum.

¶ 2 Præt. Sicut pœna purgatorij debetur peccato veniali, ita pœna inferni debetur mortali: sed in purgatorio non dicitur esse, nisi pœna ignis, vt patet per hoc quod dicitur. 1. Cor 3. Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. ergo nec in inferno erit nisi ignis pœna.

A

¶ 3 Præt. Pœnarum varietas refrigerium præstat, sicut calido cum transfertur ad frigidum: sed nullum refrigerium est ponere in damnatis. ergo non erunt diuersæ pœnæ, sed sola pœna ignis.

SED CONTRA est, quod dicitur in psalm. 10. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Hom. de diuite supra citata.

¶ 2 Præt. Iob 24. Transibũt ab aquis niuium ad calorem nimium.

VLTERIVS. Videtur quòd vermis quo affliguntur damnati, sit corporalis, quia caro non potest affligi per vermem spiritualem: sed caro damnatorum affligetur per vermem, Iudith 16. Dabit ignem & vermes in carnes eorum, & eccles. 7. Vindicta carnis impij ignis & vermis. ergo vermis ille erit corporalis.

II Quol. 7. ar. 12.

¶ 2 Præt. Aug. dicit 21. de ciui. dei, Vtrumque, idest, ignis, & vermis pœna erunt carnis, & sic idem quod prius.

Cap. 9.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 20. de ciuitate dei. In pœnis malorum inextinguibilis ignis &. viuacissimus vermis: ab alijs aliter atque aliter est expositus. Alij B vtrumque ad corpus, alij vtrumque ad animam retulerunt: alij proprie ad corpus ignem tropice, ad animam vermem, quod esse credibilius videtur.

Cap. 22.

VLTERIVS. Videtur quòd fletus qui est in damnatis, erit corporalis, quia Luc. 13. dicit quædam glo. quòd per fletum quem dominus reprobis comminatur, potest probari vera corporum resurrectio, quod non esset, si fletus ille esset tantum spiritualis, ergo &c.

III Vbi supra.

¶ 2 Præt. Tristitia quæ est in pœna respondet delectationi quæ fuit in culpa, secundum illud Apocal. 18. Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum: sed peccatores in culpa habuerunt delectationem & interiorem, & exteriorem. ergo habebunt fletum etiam exteriorem.

SED CONTRA. Fletus corporalis fit per quandam resolutionem lacrymarum: sed a corporibus damnatorum non potest fieri perpetua resolutio, cum nihil in eis per cibum restauretur: omne enim finitum consumitur, si aliquid ab eo continue abstrahatur. ergo in damnatis non erit corporalis fletus.

VLTERIVS. Videtur quòd damnati non sint in tenebris corporalibus, quia vt dicit Gregorius in 9. lib. moral. super illud Iob 10. Sed sempiternus horror inhabitat. Quàmuis ignis illic ad consolationem non luceat, tamen vt magis torqueat ad aliquid lucet, nam sequaces quos secum traxerunt de mundo reprobi flamma illuitrante visuri sunt. ergo non erunt ibi tenebræ corporales.

IIII Cap. 48.

¶ 2 Præt. Damnati vident pœnam suam, hoc enim est eis augmentum pœnæ: sed nihil videtur sine lumine. ergo non sunt ibi tenebræ corporales.

¶ 3 Præt. Damnati habebunt ibi potentiam visiuam post corporum resumptionem: sed frustra esset in eis nisi viderent aliquid. ergo cum nihil videatur nisi in lumine, videtur quòd non sint omnino in tenebris.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 22. Ligatis pedibus & manibus proijcite eum in tenebras exteriores, super quo dicit Gregorius. Si ignis ille lucem haberet, in tenebras exteriores nequaquam mitti diceretur.

Lib. 9. mor. cap. 46.

¶ 2 Præt. Basilius dicit super illud psal. 28. Vox domini intercidentis flammam ignis, quòd virtute dei separabitur claritas ignis ab eius virtute adiutiua, ita quòd claritas cedet in gaudium sanctorum, & vsiuum ignis in tormentum damnatorum. ergo damnati habebunt tenebras corporales. Quedam vero alia quæ ad pœnam damnatorum pertinent, determinata sunt supra 44. dist.

Ex oratione de futuro iudicio

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd secundum Basilium in vltima mundi purgatione fiet quædam separatio in electis, vt quicquid est purgatum & nobile remanebit

le remaneat superius ad gloriam beatorum. Quicquid vero est ignobile & fœculentum in inferno proijcatur ad pœnam damnatorum, vt sicut omnis creatura dei est beatis materia gaudij, ita damnatis ex omnibus creaturis tormentum accresat, secundum illud Sapien. 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos: hoc etiam diuinæ iustitiæ competit, vt sicut ab vno recedentes per peccatum in rebus materialibus quæ sunt multa & varia finem suum constituerunt, ita etiam multipliciter affligatur, & ex multis. F

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd quia ignis est maxime afflictiuus propter hoc, quòd abũdat virtute actiua, ideo nomine ignis omnis afflictio designatur vt sit vehemens. In eandem Homil.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœna purgatorij non est principaliter ad affligendum, sed ad purgandum: vnde per solum ignem fieri debet qui habet maximam vim purgatiuam: sed damnatorum pœna non ordinatur ad purgandũ, vnde non est simile. H

ta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur.

Quòd uisa impiorum pœna non minuit beatorum gloriam.

POSTREMO queritur, an pœna reproborum uisa decoloret gloriã beatorum, an eorum beatitudini proficiat. De hoc ita Gregor. ait. Apud animum iustorum non obfuscat beatitudinẽ aspecta pœna reproborũ, quia iã vbi compassio miseriæ non erit, minuere beatorum lætitiam non ualebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamen gloriam uident pœnas malorum, quas per gratiam euaserunt, quia qui Dei claritatem uident, nil in creatura agitur quod uidere non possint. Non est autem mirandum quòd sancti iam immortales reprobos uideant mentis intelligentia, cum prophetæ mortales adhuc uidere hæc omnia meruerint. Egredientur ergo electi non loco, sed intelligentia, uel uisione manifesta ad uidendum impiorum cruciatus, quos uidentes non dolore afficientur, sed lætitia satiabuntur agentes gratias de sua liberatione uisa impiorum ineffabili calamitate. Vnde Esaias impiorum tormenta describens, & ex eorum uisione lætitiam bonorum exprimens, ait. Egredientur, electi scilicet, & uidebunt cadauera uirorum, qui præuaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, & erunt usque ad satietatem uisionis omni carni, idest, electis. Lætabitur enim iustus, cum uiderit uindictam. G (Esa. 66. seu vlt.)

¶ Hæc de pedibus sedentibus super solium excelsum, quos Seraphim duabus alis uelabant,

¶ Ad tertium dicendum, quòd damnati transibunt ex vehementissimo calore ad vehementissimum frigus, sine hoc quòd in eis sit aliquod refrigerium, quia passio ab exterioribus non erit per transmutationem corporis a sua pristina naturali dispositione, vt contraria passio ad æqualitatem, vel temperiem reducendo refrigerium causet, sicut accidit nunc: sed erit per actionem spiritualem secundum quod sensibilia agunt per sensum, prout sentiuntur imprimendo formas illas secundum esse spirituale in organum, & non secundum esse materiale, vt supra dist. 44. dictum est.

q.3. artic. 1. quæst. 3. q.2. ar. 5. AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd sicut supra dictum est, distinctio. 48. post diem iudicij in mundo innouato non remanebit aliquod animal, vel aliquod corpus mistum nisi corpus hominis tantum, eo quòd non habeat aliquem ordinem ad corruptionem, nec post illud tẽpus sit futura generatio & corruptio: vnde vermis qui in dãnatis ponitur, non debet intelligi esse materialis, sed spiritualis, qui est conscientiæ remorsus, qui dicitur vermis inquantum oritur ex putredine peccati, & animam affligit, sicut corporalis vermis ex putredine ortus affligit pungendo. I

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipsæ animæ damnatorum dicuntur carnes eorũ pro eo quòd carni subiectæ fuerunt, vel potest dici quòd etiam per vermem spiritualem caro affligetur, secundum quod passiones animæ redundant in corpus, & hoc in futuro.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Augustinus loquitur sub quadam comparatione. Non enim vult simpliciter asserere quòd ille vermis sit materialis, sed quòd potius esset asserendum ignem & vermem materialiter intelligi, quàm quòd vtrumque spiritualiter tantum intelligatur, quia sic damnati nullam pœnam corporalem sustinent, vt patet seriem verborum eius ibidem inspicienti. K

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd in fletu corporali duo inueniuntur, quorum vnum est lacrymarum resolutio, & quantum ad hoc fletus corporalis in damnatis esse non potest, quia post diem iudicij quiescente motu primi mobilis non erit aliqua generatio & corruptio, vel corporalis alteratio: in lacrymarum autem resolutione oportet esse illius humoris generationem, qui per lacrymas distillat, vnde quantum ad hoc corporalis fletus in damnatis esse non poterit. Aliud quod inuenitur in corporali fletu est quædam commotio & perturbatio capitis & oculorum, & quantum ad hoc fletus in damnatis esse poterit post resurrectionem. Corpora enim damnatorum non solum ex exteriori affligentur, sed etiam ab interiori, secundum quod corpus immutatur ad passionem animæ in bonum, vel malum: & quantum ad hoc fletus carnis resurrectionem indicat, & respondet delectationi culpæ quæ fuit in anima, & in corpore.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

AD QVARTAM quæstionem dicendum, quòd dispositio inferni talis erit, quòd maxime miseriæ damnatorum competet: vnde secũdum hoc sunt ibi lux & tenebra, prout maxime spectant ad miseriam damnatorũ, ipsa autem visio secundum se est delectabilis. Vt enim dicitur in princip. metaphys. Sensus oculorum est maxime diligibilis, eo quòd per ipsum plura cognoscimus: sed per accidens contingit visionem esse afflictiuam, inquantum videmus aliqua nobis nociua, vel nostræ voluntati repugnantia: ideo & in inferno hoc modo debet esse locus dispositus ad videndum secundum lucem & tenebras, quòd nihil ibi perspicue videatur, sed solummodo sub quadam vmbrositate videantur illa quæ afflictionem cordi ingerere possunt. Vnde simpliciter loquendo, locus est tenebrosus, sed tamen ex diuina dispositione est ibi aliquid luminis quantum sufficit ad videndum illa quæ animam torquere possunt; & ad hoc satisfacit naturalis situs loci, quia in terræ d medio vbi infernus ponitur, non potest esse ignis nisi fœculentus & turbidus, & quasi fumosus. Quidam tamen tenebrarum harum causam signant ex commassatione & impressione corporum damnatorum quæ propter multitudinem ita replebunt locum inferni, quòd nihil ibi de aere remanebit, & sic non erit ibi aliquid de diaphano quod possit esse subiectum lucis & tenebræ, nisi oculi damnatorum qui erunt obtenebrati. Et per hoc patet responsio ad obiecta. (In princip. procemij. — Hiero. sup psal. 66. — D.735.)

ARTICVLVS IIII.

d Vtrum beati, qui erunt in patria uideant, pœnas damnatorum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd beati qui erunt in patria, non videant pœnas damnatorum. Maior enim est distantia damnatorum a beatis quàm viatorum: sed beati semper viatorum facta non vident, vnde Esa. 43. Abraham nesciuit vos, dicit glo. Nesciunt mortui etiam sancti, quid faciunt viui etiam eorum filij, ergo multo minus vident pœnam damnatorum.

¶ 2 Præt. Perfectio uisionis dependet a perfectione visibilis, vnde Philosophus dicit in 10. ethicor. quòd perfectissima sensus operatio est sensus optime dispositi ad pulcherrimũ sub sensu iacentium. ergo econtrario turpitudo uisibilis redundat in imperfectionem uisionis: sed nulla imperfectio erit in beatis. ergo non uidebunt miserias damnatorum, in quibus est summa turpitudo. Cap. 4.

SED CONTRA est, quod dicitur Esa. vlt. Egredientur, & uidebunt cadauera uiuorum qui præuaricati sunt in me, glo. Electi egredientur intelligentia, uel uisione manifesta, ut ad laudem dei magis attendantur.

II VLTERIVS. Videtur quòd beati miserijs damnatorum compatiantur. Compassio enim ex charitate procedit: sed in beatis erit perfectissima charitas, ergo maxime miserijs damnatorum compatientur.

¶ 2 Præt. Beati numquàm erunt tantum elongati a passione, quantum deus est: sed deus quodammodo miserijs compatitur nostris, unde & misericors dicitur, & similiter angeli. ergo beati compatientur miserijs damnatorum.

SED

A SED CONTRA. Quicumque alij compatitur, fit eius miseriæ quodammodo particeps: sed beati non possunt esse participes alicuius miseriæ. ergo beati miserijs damnatorum non compatiuntur.

III VLTERIVS. Videtur quòd beati non lætentur de pœnis impiorum. Lætari enim de malo ad odium alterius pertinet: sed in beatis nullũ erit odiũ. ergo non lætabuntur de miserijs damnatorum.

¶ 2 Præt. Beati in patria erunt summe deo conformes: sed deus non delectatur in pœnis nostris. ergo nec beati delectabuntur de pœnis damnatorum. B

¶ 2 Præt. Illud quod est vituperabile in viatore, nullo modo cadit in comprehensorem: sed in homine viatore est maxime vituperabile quòd reficiatur aliorum pœnis, & maxime commendabile, vt de pœnis doleat. ergo beati nullo modo lætantur de pœnis damnatorum.

SED CONTRA est, quod in psal. 57. dicitur. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam.

¶ 2 Præt. Esa. vlt. dicitur. Erunt vsque ad satietatem visionis omni carni: satietas autem refectionem mentis designat. ergo beati gaudebunt de pœnis impiorum.

RESPON. Dicendum ad primam quæstionem, quòd a beatis nihil subtrahi debet quod ad perfectionẽ beatitudinis eorum pertineat. Vnumquodque autem ex operatione contrarij magis cognoscitur, quia contraria iuxta se posita magis elucescunt: & ideo vt beatitudo sanctorũ eis magis complaceat, & de ea vberiores gratias deo agant, datur eis vt pœnam impiorum perfecte intueantur. C

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glo. illa loquitur de sanctis mortuis secundum impossibilitatem naturæ. Non enim oportet vt naturali cognitione cognoscant omnia quæ erga viuos aguntur: sed sancti qui sunt in patria, omnia clare cognoscunt quæ aguntur & apud viatores, & apud dãnatos, vnde Gregorius dicit 12. lib. moral. de animabus sanctis. Sentiendum non est hoc, scilicet, quod Iob dicit. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, nescient &c. quia qui intus habẽt dei claritatem, nullo modo credendum est, quòd sit foris aliquid quod ignorent. Cap. 13.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis pulchritudo visibilis ad perfectionem faciat uisionis, uisibilis tamen turpitudo sine uisionis imperfectione esse potest: species enim rerum in anima, per quas contraria cognoscuntur, non sunt contrariæ, vnde etiam deus qui perfectissimam cognitionem habet, omnia pulchra & turpia uidet. D

AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd misericordia, vel compassio potest inueniri in aliquo dupliciter. Vno modo, per modum passionis: alio modo, per modum electionis, in beatis autem non erit aliqua passio in parte inferiori, nisi consequens electionem rationis, vnde non erit in eis compassio, vel misericordia nisi secundum rationis electionem: hoc autem modo ex electione misericordia, uel compassio nascitur, prout scilicet aliquis vult malum alterius repelli, vnde in illis quæ non volumus secundum iudicium rationis repelli, compassionem talem non habemus. Peccatores autem quandiu sunt in hoc mundo, in tali statu sunt, quòd sine præiudicio diuinæ iustitiæ possunt in beatitudinem transferri a statu miseriæ & peccati, & ideo beatorum compassio ad eos locum habet, & secundum electionem uoluntatis, prout deus, angeli, & beati eis compati dicuntur eorum salutem uolendo: & secundum compassionem, sicut compatiuntur eis homines boni in statu uiæ existentes. Sed in futuro non poterunt transferri a sua miseria, vnde ad eorum miserias non poterit esse compassio secundũ electionem rectam, & ideo beati qui erunt in gloria nullam compassionem ad damnatos habebunt. E

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitas tunc est principium compassionis, quando possumus ex charitate velle remotionem malitiæ alicuius, sed sancti ex charitate hoc uelle non possent de damnatis, cum diuinę iustitię repugnet, unde ratio non sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd deus dicitur esse misericors, inquantum subuenit ipsis quos secundum ordinem sapientiæ & iustitiæ suæ conuenit a miseria liberari, non quòd damnatorum misereatur, nisi forte puniendo citra condignum.

AD TERTIAM quæstionem dicendum, quòd aliquid potest esse materia gaudij dupliciter. Vno modo per se, scilicet quando de aliquo gaudetur inquantum huiusmodi, & sic sancti non lætabuntur de pœnis impiorum. Alio modo per accidens, idest, ratione alicuius adiuncti, & hoc modo sancti de pœnis impiorum gaudebunt considerando in eis ordinem diuinæ iustitiæ, & suam liberationem, de qua gaudebunt: & sic diuina iustitia, & sua liberatio erunt per se causa gaudij bonorum, sed pœnæ damnatorum per accidens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd lætari de malo alterius inquantum huiusmodi, pertinet ad odium: non autem lætari de malo alterius ratione alicuius adiuncti. Sic autem aliquis quandoque de malo proprio lætatur, sicut cum aliquis gaudet de proprijs afflictionibus, secundũ quod prosunt ei ad meritum vitæ, Iac. 1. Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis. Cap. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quàmuis non delectetur in pœnis inquantum huiusmodi, delectatur tamen in eis inquantum sunt per suam iustitiam ordinatæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in uiatore non est laudabile quod delectetur de pœnis aliorum secundum se, est tamen laudabile, si delectetur de eis, inquantum habent aliquid annexum: tamen alia ratio est de uiatore & comprehensore, quia in uiatore passiones frequenter insurgunt sine iudicio rationis, & tamen tales passiones sunt interdum laudabiles, secundum quod bonam dispositionem mentis indicant, sicut patet de uerecundia, & misericordia, & pœnitentia de malo: sed in comprehensoribus non potest esse passio, nisi consequens iudicium rationis.

EXPOSITIO TEXTVS.

NEC malis facultas peccandi esse poterit. Peccare hic accipitur non quantum ad de ordinationẽ actus, sed quantum ad demeritum culpæ. *Quod est.n. esse penitus extra Deum &c.* Extra deum dicuntur esse reprobi, non quòd ad eos prouidentia dei non se extendat, sed quia in ipso non delectantur, nec eum considerant nisi ad suam tristitiam, & iterum mens eorum est totaliter a deo auersa. *Vbi nullam lucem Dei videbunt, cui confiteantur,* Non quòd nullam ueritatem cognoscant, sed quia cognitio ueritatis non erit causa confessionis, sed magis tribulationis & odij. *Sed melius est dubitare de occultis &c.* non quòd de hoc sit dubitandum, an anima separata corporalem linguam habeat, sed quia nobis certus esse non potest status animæ separatæ. *Egredientur, & videbunt cadauera impiorum &c.* Egredientur non loco, sed intelligentia, vt glo. dicit Esa. ult. per cadauera uero, ut August. dicit de ciui. dei, significatur euidens corporum pœna, quamuis cadauer nisi caro exanimis non soleat nuncupari. Illa uero animata erunt corpora, alioquin nulla poterunt sentire tormenta, nisi quia forte mortuorum erunt corpora, idest, eorum qui in secundam cadent mortẽ: ideo non absurde hic cadauera dici possunt: unde est & illud ab eodem propheta dictum, quod iam supra posui. Terra uero impiorum cadet, Esa. 26. vbi nos habemus, Terram gigantum detrahes in ruinam. Quis autem non uideat a cadendo esse appellata cadauera? *Hæc de pedibus sedentis &c.* Hic magister in fine operis tangit uisionem quandam Esa. ut dicitur Esa. 6. Vidit enim deum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus maiestate eius, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum: & Seraphim stabant subter illud sex alæ uni, & sex alæ alteri, duabus uelabant faciem eius, & duabus uelabant pedes eius, & duabus uolabant, quę quidem uisio a Hiero. allegorice exponitur, uolente per sedentem super solium excelsum Christum signari: per solium autem excelsum & eleuatum signari angelos, in quibus deus sedet, ut dicitur in ps. 79. Qui sedes super cherubim: per domũ autem superiorem, ecclesiam triumphantem, quæ dei maie-

(Hæc uerba Augu. a S. Tho. citata reperiũtur quidem in glos. super eadẽ uerba vt in Aug. sunt reperta. — Supra idẽ caput.)

state

ſtate impletur: per templum uero inferius, eccleſiam militantem, quæ inferioribus donis perficitur, nec uidet diuinæ eſſentiæ maieſtatem. Sed Diony. per ſedentem in ſolio, dicit ſignari ipſum deum: per ſolium autem excelſum, ipſam eminentiam diuinæ naturæ: per domum uero ſuperiorem, creaturas excellentiores deo magis propinquas, quæ eius maieſtatem plenius repræſentant: per templum uero inferius, inferiores creaturas, ſcilicet corporales, quæ in inferiori mundo diuinam participant bonitatem. Huiuſmodi autem ſedentis ſuper thronum facies ipſam diuinã eſſentiam deſignat, & ea quæ in ęternitate fuerunt ante mundi conſtitutionem: per pedes uero, ea quæ poſt mundum erunt in gloria beatorum, & in pœnis damnatorum: per media uero, ea quæ curſu temporis medio aguntur. Seraphim ergo faciem & pedes ſedenti ſuper thronum uelare dicuntur, quia myſteria æternæ deitatis, & futuræ beatitudinis, & miſeriæ nobis ad plenum nõ reuelanti ſed duabus alis uolabant, quia de his quæ in medio tempore aguntur, nos quantum ſcriptori, & ſi non auditori commemoraſſe ſufficiat, qui a facie exorſus ſedentis, per media ad pedes uſque uia duce peruenit.

De cæleſt. hierar. c. 14. circa med.

opus eſt, angelorum miniſterio inſtruimur, inter quos Seraphim primatum tenent. Volatus ergo eorum, proceſſum reuelationis eorum in nos demonſtrat, quem etiam rectum motum ipſorum Diony. nominat in 4. cap. de diui. no. Magiſter ergo in hoc libro exorſus a deo, ideſt, incipiens a facie ſedentis ſuper thronum, ideſt, ab ipſa trinitate diuinitatis, de qua in 1. li. egit, procedens per media quæ dum durat mundus aguntur, ut ſunt creaturæ & peccata, de quibus egit in 2. lib ut reparator, & uirtutes de quibus egit in tertio: & eccleſiaſtica ſacramenta, de quibus egit in prima parte quarti duce Chriſto, qui eſt uia peruenit ul; ad pedes. i. uſque ad ea quæ in fine mundi, & ęt poſtmodũ agentur, ſicut eſt reſurrectio corporum, punitio damnatorum, & gloria beatorum. quæ in dei uiſione conſiſtit, ut ſic a deo incipiens eius doctrina, etiam terminetur in deo, qui eſt principium a quo omnia, & finis ad quem omnia ordinantur, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Circa med.

FINIS.

UNIVERSITARIA

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL.

Omnes ſunt Quaterniones, præter LL, qui eſt Ternio.

ROMAE,
Apud Iulium Accoltum. M. D. LXX.